DIUI IOANNIS CHRYSOSTOMI ... OPERA OMNIA. AD COLLATIONEM VTRIUSQUE...

Ioannes : Chrysostomus santo (santo), ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
VII
F
17
NAPOLI

1616 — 81

Digitized by Google

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI OPERVM

TOMVS SEXTVS.

nunc primùm in lucem editus:

QVO CONTINENTVR EA, QVAE AD alias eius lucubrationes, hactenus QVINQVE TOMIS comprehenſas, nondum fuerunt aggregata.



ANTVERPIAE,

APVD GASPAREM BELLERVM.

ANNO M. DC. XIV.

*In quo aſteriſco, ſeu ſtellula * notata, ſunt quæ huic ed*[illegible]

*Vita S. Io. Chryſoſtomi, deſcripta a Georgio Alexandriæ Archiepiſcopo, Interprete Godefrido Tilmanno, Carthuſiæ Parienſis Monacho, ad Græcam editionem nuperam emendata.
De Anna.
Aduerſus eos qui tantũ in feſtis cõueniunt, &c. col. 1.A
Laus Maximi; & quales ducendæ ſint vxores. 8.C
In Domini noſtri natalem. 13.B
In præcurſorem Domini. 25.D
In cœmiterij appellationẽ, & in crucem Dñi. 34.B
In Aſcenſionẽ Dñi noſtri Sermonẽs nouem. 36.A
In illud Apoſtoli: Habentes autem eundem ſpiritum fidei, &c. 42.D
[illegible] 75.B
[illegible] 8[illegible]
[illegible] ex quo omnes fruantur.
In ſanctos Petru Apoſtolũ, & Eliam prophetã. 89.A
Laudatio in ſanctam Pelagiam. 97.B
Laudatio S. Martyris Romani. 105.D
Encomium S. Meletij. 110.C
In S. Martyrem Iulianum. 115.A
Laudatio S. Martyris Iuliani. 121.A
In S. Martyrem Romanum oratio ſecunda. 124.D
Laudatio Sanctorum Machabæorum. 131.B
[illegible]
*De occurſu Domini deque deipara virgine & Simeone. 28[illegible]
*Eadẽ oratio ex interpretat. Front. D[illegible]
[illegible]

*In [illegible]
[illegible] 297.A
[illegible]
[illegible]
*De circo. 334.A
*In ſacrum Paſcha. 337.D
*Iterum in Paſcha. 340.A
*De inſtituenda ſecundum Deum vita, & Dominicæ Orationis explicatio. 346.A
*In [illegible]
[illegible]
*[illegible] interlocutor in libris de [illegible] 304.C
[illegible]
*[illegible] Chryſoſtomi. 508.A
[illegible] Patriarchæ Conſtantinopolitani in Ioannem Chryſoſtomum, Baſil[illegible]
[illegible]
*De [illegible]
[illegible]
*Ge[illegible]
*Ein[illegible]
Elogia D. Ioannis Chryſoſtomi. 797.B
Schemata Locutionum ex D. Ioannis Chryſoſt. Operibus excerpta. 805.A
*Selectæ [illegible]
De [illegible]
*Malleus Calumniatorum, hoc eſt, ſolus Chryſoſt. ſufficienter refellens errores Caluini contra venerabilem Euchariſtiam.
D. Ioannis Chryſo. orat. VI. contra Iudæos. 1122.
Variæ lectiones Dauidis Hœſchelij in orationes contrà Iudæos. 1159.A
Notæ P. Frontonis Ducæi in Homilias ad populum, & in alias quaſdam Tomi Sexti. 1170.A
*Notæ Iacobi Gretſeri Soc. Iesv in Orationem de adoratione Crucis, columna 483. 1178.A
Variæ lectiones Frontonis Ducæi Societ. Iesv in 49. Homilias in Geneſim, in 59. Pſalmos, in octo capita Iſaiæ Prophetæ, & in alias eiuſdem Prophetæ [illegible] 2301.
[illegible]

TYPO-

TYPOGRAPHVS
PIO LECTORI.

VT Vrbium incrementa Reipubl. ac Regnis magnum adferunt ſplendorem; ita & in litteraria Rep. vſuuenire videas, mi Lector, vt creſcente indies ingeniorum ſcriptorumq́ numero, monumenta quoque ingeniorum, ſcriptáque creſcant, Veterúmque præſertim Auctorũ (quorum eſt, vt eſſe debet, magna in omnem partem cum auctoritas tum vtilitas) magnum accipiant indies incrementum, dum & è tenebris partim eruuntur abdita ignotáque; partim edita, ſed vitioſè temporúmque iniuria deprauata, magis magíſque cum emendantur, tum illuſtrantur. Verum ne abeam longius, rémque à capite arceſſere velle videar, en IOANNIS *verè* CHRYSOSTOMI oris aurei; *&* μέλιτος γλυκίων, *cuius ex ore, quam è Neſtoris Pylij, melle dulcior fluat oratio,* Opera *Latinè nunc denuò damus omnia, longè quam ad hanc diem locupletiora, vt ex hac parebit* Appendice. *Edita quidem* Opera *antea parentum noſtrorum memoria forma minori Antuerpiæ typis Ioannis Steelſij, & Venetiis: ne Pariſienſes temere ſe primos euulgaſſe* Chryſoſtomi omnia *glorientur, ſibique per nefas vindicent (quæ omnibus eſſe communia publico bono conuenit) Sanctorum Patrum ſcripta colligere foráſque dare: cùm & Louanienſes Theologi iampridem & plura, quam antea, & emendatiora ad membraneos codices, Sanctorum* Auguſtini, Hieronymi, Fulgentij *Opera, ceterorúmque typis excuſa Plantinianis ediderint, & orbem impleriint, & Pariſiis atque Lugduni cupidè expreſſa ad verbum, atque vtinam adeò fideliter, circumferantur. Hinc etiam nos conſortes denuò hic* Chryſoſtomum *aggreſſi ſumus, damuſq́ non pauca ab alijs nondum viſa aut lecta, quæ recenſere precium operæ fuerit. In his, præter ea quæ Palladius Helenopolitanus Epiſc. Simeon Metaphraſtes, & Leo Imp. hinc tranſſcripſerunt, addimus à* GEORGIO *Patriarcha Alexandrinæ Eccleſiæ ſcriptam vitam* CHRYSOST. *Lutetiæ olim excuſam, anno ſalutis humanæ* M.D.LVII. *& à Godefrido Tilmanno Carthuſiæ Pariſienſis Religioſo Latinè redditam: quam & Photius CP. in Bibliotheca in compendium redigendam cenſuit, & magnam partem à Metaphraſte tranſſcriptam obſeruamus: & ab Ill*mo. *Card. Baronio valde miror non aduocari; quòd ea Vita à* Georgio *conſcriptâ augere Spartam, quam ornandam egregiéque illuſtrandam ſuſceperat, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Tomo IIII. & V. potuiſſet, ſi ad Græcos comparatã fontes nactus eſſet. Quòd enim non ſatis accuratè reddita Latinè eſſet, curauimus ab erudito ſacerdote Societatis* IESV *conferri cum Græcis nuper editis Operibus: quando & ipſe Tilmannus queritur extremo opere (neque iniuria) ſe & in vitioſum, & vnicum incidiſſe Græcum exemplar: quòd periculoſæ plenum eſſe opus aleæ Religioſus vir non ignoraret*

ex

ex vno primùm, eoq́; deprauato codice aliquid Latinæ ciuitate donare.

De Georgio autem, quia quis eſſet non habere ſe quod diceret ingenuè Photius confitetur, ætatem anquiramus: Vixiſſe videtur circa annum Chriſti DCXX. cùm in Alexandrina ſede ſucceſſit Ioanni Cyprio Eleemoſynarij cognomento, quòd miſericors largusq́; in egentes exſiſteret: vt ſibi ſucceſſit & Georgius quidam Cyrus Alexand. ſedis LI. Patriarcha: quod in Catalogo IIII. Patriarcharum Orientis, Hieroſolymorum, Antiochię, Alexandrię, & Conſtantinopoleos refert Nicephorus Conſtantinop. Epiſc. qui & B. CHRYSOSTOMVM XXXIII Patriarcham Conſtantinop numerat, ſederítque ait annos V. menſes VI. Huius etiam diſcipulus Proculus, ſeu Proclus, qui XXXIX. fuit, & à Theodoſio minore (vt Zonaras ait Tomo III. Annalium) impetrauit, vt liceret Pytiunte Conſtantinopolim transferre reliquias IOANNIS CHRYSOSTOMI, vt hic infra retulimus è Socrate lib. VIII. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. & Caſsiodoro Tripartitæ Hiſtoriæ lib. x. cap. 26. & Nicephoro Calliſto lib. XIV. cap. 43. Certe GEORGIVM Alexandrinum antiquiorem eſſe Ioanne Damaſceno hinc colligas: quòd hic Oratione I. de Imaginibus in extrema, ex hac Chryſoſtomi vita per Georgium Patr. conſcripta ad verbum adducat hiſtoriam de Imagine B. Pauli Apoſtoli. Hinc etiam ſua ordine deſcripſerunt (vt ille è Socrate lib. VI. Eccleſ. Hiſt.) Palladius Helenopolitanus Epiſc. (cuius Dialogi de vita Chryſoſtomi vtinam Græcè exſtarent, vt Latinè: magnam ſane Georgio emendando facem prætuliſſent:) Nicephorus Calliſtus lib. XIII. Simeon Metaphraſtes, & Leo Imperator CP. Orationem de laudibus Chryſoſt. ceteriq́; Tractatores.

Huic Vitæ etiam variæ interpretationes Orationum B. Chryſoſtomi acceſſerunt, præter varios Indices: propterea quod ſecundæ curæ ſæpenumero, vt Euripides aiebat, eſſe meliores ſoleant, fiantq́; ope bonorum exemplarium acceſsiones non paucæ: quod & R. P. Fronto Ducæus indies iam in hoc ipſo auctore experitur: neque inuidebit, quæ edendo publici iam iuris facta ſunt, ea per totum terrarum orbem à nobis diſſeminari & propagari. Conuicijs itaque operarum Pariſienſium, lucro potius quàm publicæ vtilitati inhiantium nihil cõmouemur, ſed ſuo, quod aiunt, capiti: etſi præuerterint præcipitantes nimium, tempore potius, quam diligentia; nec deterremur à bene merendi ſtudio: quando multa nimis properando & peccari ſolent & præteriri. Cætera verò quæ hac Appendice, veluti fluminis extra alueum erumpentis vi nunc demum accreuerunt, ea ex ſyllabo proximè iam poſito ſtudioſus Lector cognoſcet. Conferat huc Chriſtianus quiſque cum vidua illa à CHRISTO laudata, vel minuta duo in Gazophylacium, iuuetq́; in partem, & quæ in puteo Democriti adhuc deliteſcunt, noſq́; fugerunt, communicare ea nobiſcum ne grauetur. Sic florentem ipſe nobiſcum Catholicam videat Eccleſiam, ſacra item ſtudia, concionandiq́; rationem (cuius theſaurus eſt longè vberrimus B. CHRYSOSTOMVS) auctam incredibiliter & ſentiat, & gratuletur. VALE, & fruere.

DE RELIQVIIS

; IOANNIS CHRYSOSTOMI
E BARBARA COMANORVM REGIONE
REVECTIS CONSTANTINOPOLIM.

Ex Socrate Lib. VII. *Hiſtoriæ Cap.* XLIV.

EXIGVO tempore pòſt, Proclus Epiſcopus, eòs qui propter Ioannis abdicationem ſeparatim conuentus peragebant, cum cæteris in concordiam reduxit, & prudentia eorum animos offenſos permulſit. Sed qua ratione iſtud effecerit, dicam. Corpus Ioannis Comanis ſepultum, vbi Imperatori eam rem perſuaſerat, trigeſimoquinto anno poſt eius abdicationem Conſtantinopolim transferendum curauit: quod cum multo honore & ſplendida pompa publicè celebrata, in Eccleſia Apoſtolorum ondidit. Hac re igitur, qui propter Ioannem conuentus ſeorſum faciebant, ad Eccleſiæ oncordiam reconciliati fuerunt. Quod factum eſt ad decimum ſextum Conſulatum mperatoris Theodoſij, ſexto Calend. Februarij. Vnde demiror equidem quid cauſæ uerit, cur tanta inuidiæ flamma contra Origenem mortuum incenſa ſit (ducentis enim nnis poſt mortem à Theophilo excommunicatus fuit) cùm Ioannes trigeſimo quinto * anno, poſtquam è vita exceſſerat, ſit à Proclo receptus in communionem. Verùm Proclus Theophilo tantum facilitate morum antecelluit. Iſta autem qua ratione & acciderint, & quotidie accidant, prudentibus viris minimè obſcurum eſt.

Ex Hiſt. Eccleſ. Tripartita Lib. X. *Cap.* XXVI.

HVius Doctoris reliquiæ ſequenti tempore in regiam deuectæ ſunt ciuitatem. Rurſumque fideliſſimus populus per pelagus quaſi per terram currens, vndas Boſphori lampadibus & cereis obuelauit. Hunc ergo theſaurum in illa ciuitate recondidit Imperator. Qui ſui aui & * vocabulum ſortitus eſt, & pietatē ſeruat inuiolabilem. Is in eius loculum defigens oculos atque frontem, pro Arcadio & Eudoxia genitoribus ſupplicauit, vt ignoranter delinquentibus veniam condonaret. Pridem enim mortui ſunt eius parentes hunc orphanum relinquentes. Sed patrum & progenitorum Deus, experientiam pupilli eum ſentire non pertulit. Nam & pie nutriri fecit, & ſine concuſſionis metu cuſtodiuit eius imperium, atque Tyrannorum conſilia refrenauit.

EX ANNALIB. ECCLESIAST. CÆSARIS CARD. BARONI.

VENERANDVM corpus S. IOANNIS CHRYSOSTOMI Comanis celebri pompa Conſtantinopolim tranſlatum, anno CHR. CCCC. XXXVIII. Theodoſij Auguſti ſextumdecimum, & Fauſto Conſulibus; XVI. Kal. Februarij, vt docet Ill^mus S.R.E. Cardinalis Baronius Annalium Eccleſiaſt. Tomo V. ad annum 438. ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Socratis lib. VII. cap. 44. Theodoreti lib. V. cap. 36. Nicephori lib. XIV. cap. 43. Procli adhæc Patriarchæ CP. Orationem recitat ex antiquis Lectionarijs. Chryſoſtomi quoque ipſius duas Orationes, non alibi lectas, reperias in extrema Vita B. Chryſoſtomi à Georgio Alexandrinæ Eccleſiæ Patriarcha conſcripta, *Priuſquam in prius concederet exſilium*; Altera eſt, *Poſt reditum eius* habita. In Britannica verò editione Græca Tomo VIII. pag. 459. & 262. Lege, & faue. Onuphrius Panuinius Veronenſis, Eremita Auguſtinianus lib. De præcipuis vrbis Romæ Baſilicis, cap. IIII. De baſilica S. PETRI Apoſtolorum principis, *In Sacrario*, inquit, CORPVS *S. Ioannis Chryſoſtomi Epiſcopi Conſtantinopolitani, & Confeſſoris.* Sed quo anno, & à quo eò delatum adhuc quærimus; quia tacet Baronius Card.

EX NICEPHORO LIB. XIIII
HISTOR. ECCLES. CAP. XLIII.

FECIT præclarum aliud quiddam PROCLVS Patriarcha, gloriæ que eius prorſus dignum. Quum enim ſciret Eccleſiam dudur ſciſſam eſſe propter abrogatam CHRYSOSTOMO dignitaten conſilium quæſiuit, quomodo Eccleſiam à diſſidio & ſeditione conſeruaret, & hominum mœrorem conſolaretur. Rem ean DEI ductu mirabiliter eſt aggreſſus. Quinto patriarchatus eiu anno plebs, quæ piè propter Ioannem tumultuata fuerat, con gregata, Proclo perſuaſit, vt legatione apud Imperatorem Theo doſium, poſt Conſulatum eius XI. fungeretur, vt ſanctus ille vir ab iniuſto exilio reuo caretur, populuſque & eccleſia orbitate liberaretur, petiturus. Id Proclus ſtatim nor grauatè fecit. Et qui corpus eius adducerent, miſſi ſunt. Tumulus autem immobilis prorſus fuit. Et quum multæ multorum manus ad eum mouendum adhibitæ eſſent nihilo magis loco moueri potuit. Quod ybi Imperator cognouit, ſtatim cauſam eius rei intellexit. Itaque literis rubrica ſcriptis, virum ſanctum, vt adduci ſe pateretur, obte ſtatus eſt. Literæ ipſæ ſupra pectus eius poſitæ, & peruigilium actum, preceſque ad Deū fuſæ ſunt. Ita tumulus ſe abducentibus facilem præbuit, & ſanctus ipſe pondus eius le uius redditum, vnà cum baiulis ſimul ferre viſus eſt. Literas Theodoſij ad eum ſcriptas, hic referre viſum eſt. Orbis totius doctori, & ſpirituali patri, Ioanni ſancto, & aurei oris patriarchæ Theodoſius Imperator. Corpus tuum itidem vt aliorum mortuum eſſe pu tantes, pater honorande, transferre id & adducere ad nos, ſicuti filij parentum amantes deſiderauimus. Quum autem debitum prorſus honorem, & quantam opus fuit ſum miſſionem & modeſtiam, eam in rem non contulerimus, imperialis fortaſſe faſtus le ges in rebus, quibus nos magis quàm imperio ipſo honeſtos eſſe decuit, ſequuti, non immeritò voto noſtro excidimus. At tu pater patrum verè reuerendiſſime (nunc enim veluti viuentem alloquimur) ad deſiderium potiùs noſtrum, quàm ad cœptum tuum ſpectans, veniam da pœnitentibus, qui longè magis quàm alius quiſquam pœnitētiam docuiſti, & nos viciſſim idoneumque caſtigationis deſiderio flagranti, erroremque ſuum agnoſcenti animæ, eò quòd huc vſque reditum ad nos tuum detrectaſti, exemplum ex hibuiſti: redde teipſum nobis quæſo, redde. Vt enim longiore mora & dilatione nos am pliùs etiam affligas, neque commiſerationis viſceribus tuis, neque amori & expectatio ni noſtræ dignum eſt: qui non ſolùm corpus & cineres, ſed ſolam etiam vmbram tuam cernere cupimus. Literæ tales fuere. Poſtquam autem itinere confecto, in littus ex ad uerſo Conſtantinopoli ad Chalcedonem cum reliquiis ſancti viri peruenêre, tranſiit eò Imperator, & ſenatus imperatorius: tranſiit etiam patriarcha, & iudices, magiſtratuſque omnes, deinde generis & ætatis homines omnis, per fretum in mari perinde atque in continente vadentes, & ad Propontidem os Boſpori ardentibus funalibus tegentes, ſa crum tumulum imperatoria triremis excepit. Tum ſanè miraculum quoddam edidit Deus, prodigiis quæ vnquam viſa ſunt, longè maius. Quum enim certa & conſtans eſ ſet in mari tranquillitas, repentina ſubitò exorta eſt procella, & naues innumerabilis il lius claſſis aliæ aliò diuerſæ ſaluti ſuæ conſulentes diſperſæ ſunt. Ea autem quæ ſacrum illud pondus & præclarum theſaurum vehebat Imperatoris triremis, funibus dere pente ruptis, veluti diuina gubernata manu, ad viduæ agrum appulit: viduæ, inquam, illius, propter quam ſponſa CHRISTI eccleſia paſtore tanto viduata fuerat. Et rurſum poſt mortem quoque iuſto iudicio legitimam ille tulit ſententiam, agrum viduæ au thoritate ſua attribuens atque confirmans: Deo nimirum magnum illum glorificante, & iniquum exilium eius apertè deprædicante. Et quoad eius fieri potuit, petram nauis diſcidit. quod miraculum hodie quoque cernitur, & egregij illius ardorem eximium

quouis

quouis præcone clarius atteſtatur. Hoc vbi factum eſt, ſerenitas rurſum aduenit, & naues aliæ aliunde collectæ, cum apparatu & comitatu maximo, carminibuſque debitis, virum ſanctum producentes, in vrbem imperantem deportarunt. Eumque primùm circa Amantium magni Thomæ templum excepit: inde verò in ſanctæ Pacis delubrum delatus, poſtea porrò imperiali curru tumulus vectus, in ſanctorum Apoſtolorum templum illatus eſt. Ibi Imperator ſacro tumulo chlamyde tecto, & fronte atque oculis vrnæ impoſitis, communem ſupplex precationem pro parentibus fecit. Dudum enim illi mortui fuerant, in pupillari ætate eum tenerum adhuc relinquentes. Seorſim verò pro matre quoque precatus eſt, vt tumuli eius motus atque ſtrepitus conſiſteret. Triginta enim & quinque annos iam is quatiebatur, quo tempore ſcilicet & ipſa Eccleſiam concutiebat. Nec ille id non exorauit. Confeſtim namque vrna eius conſtitit. Atque vbi ſacer Proclus virum ſanctum in eundem ſecum thronum collocauit, plebs circumfuſa ore vno exclamauit: Recipe, inquiens, thronum tuum, ô pater. Fertur ipſe quoque tum, quæ dudum clauſa fuerant labris, rurſum apertis, ad populum dixiſſe, *Pax vobis*: ſicuti id circumſtantes homines, & Proclus Patriarcha, ſe audiuiſſe teſtati ſunt. Porrò ſacris myſterijs peractis, ad reliquiarum eius repoſitionem itum eſt. Et Epiſcoporum manibus magnus Antiſtes ad baſim ſacræ & diuinæ menſæ, veluti ſacer & inuiolabilis theſaurus conditus eſt, Epiſcopis Epiſcopus, martyribus (quamuis ſine ſanguine) Martyr, prophetis Chriſti & Apoſtolis, magna atque aurea Eccleſiæ Chriſti tuba omnes omnium aures perſonans, & pia dogmata & præcepta clarè muſicis planè modulis accinens. Factum id vigeſimoſeptimo menſis Ianuarij die. Ingenti autem facto iſto, illi etiam qui propter ipſum ſeceſſerant, perſuaſi, Eccleſiæ omnes coniuncti atque vniti ſunt. Admirari verò, Socrates Eccleſiaſticus inquit, mihi libet (vt Nouatianus clàm virum ſanctum, vt opinor, perſtringens) quomodo inuidia Originem defunctum impetierit, Ioanni autem pepercerit. Ille namque poſt ducentos ferè annos ab obitu ſuo à Theophilo excommunicatus eſt: Ioannes verò trigeſimo-quinto anno poſt mortem ſuam à Proclo in communionem eſt receptus. Adeò diuerſis à Theophilo moribus Proclus fuit. Sed hæc quomodo & antea acta ſint, & adhuc ſemper agantur, viros prudentes non fugit.

Socrates Hiſt. Eccleſ. li. vij. cap. 44.

FINIS.

GEORGII

GEORGII ALEXANDRIAE ARCHIEPISCOPI

ENARRATIO SIVE VITA SANCTI PATRIS NOSTRI, ORBISQVE TOTIVS DOCTORIS, ET ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI IOANNIS CHRYSOSTOMI,

GODEFRIDO TILMANO CARTVSIÆ PARISIENSIS MONACHO INTERPRETE.

Ad Græcam editionem nuperam emendata & comparata cum vita à Simeone Metaphraſte hinc deſcripta.

A PRISCI illi ad vnum omnes hiſtorici quæ literis prodiderũt, partim quidem ea ſunt mutuati à ſcriptoribus æui ſuperioris; partim autem quæ auribus excepiſſent; partim verò res geſtas commemorarunt quarum fuiſſent teſtes oculati. Moſes enim ille prophetarum eximius in literas miſit generationem mundanæ molis authore Deo conditam initio exorientis ſeculi, arcana hæc myſteria ab ipſo edoctus, quippe qui ſenſilibus oculis nihil eorum ſpectaſſet, quo tempore mundialis fabrica formata eſt. Dein ſecundum eam hiſtoriam, alterum conſcripſit librũ, nempe τὴν ἔξοδον hoc eſt ſuæ gentis exitum de Ægypto, liberamque manumiſſionem à Pharaonica ſeruitute. Et quidem ea refert quorum partem fieri ab Hebræis in Ægypto contigiſſet ante ſuam B ætatem, quæ & auditu perceperat, partem verò longè maximam ipſo aſpectu contuitus eſt. Dein ſubnectuntur ordine libri tres reliqui Iudaicæ legis adusque vitæ ſuæ finem. Secundum hunc rurſus quæ ſuccedente altera generatione euenerunt, nimirum duce * Ieſu filio Naue, & ſub iudicibus Iſraëlitici populi, ſimul & quæ contigerunt ſub pugnacibus ac bellicoſis agminibus Iudæorum pariter & alienigenarum, memoriæ alij prodiderunt. Quæ item ſub regibus acciderunt, conſcripſerunt alij. His adde prophetias ſanctorum virorum & qui Deum piè coluerunt, libros inſuper pſalmodiæ melico concentu depromendæ, Sapientiæ ac Prouerbiorum. Iam verò quanta Iudæos apprehenderint incommoda, quàm multæ illis calamitates

* qui & יהושע Ioſue, priùs dictus Oſee.

A inflictæ ſint à Perſis, à Medis, à Romanis, denique à quàm plurimis aliis nationibus, vetus declara hiſtoria. Alios præterea habuimus excellẽtes qu pro temporum qualitate geſta in commentari traſmiſerunt ad futurarum generationum cognitionem, ac rerum peritiam. Præter illam denique veterem ſcripturam effloruit Domin noſtri ac Dei Ieſu Chriſti glorioſus aduentus perinde ac verna quædam temperies totius fragrantiæ ſpiritualis, ex ſemet perquam ſuauen emittens redolentiam, quæ omnem propelli ignorantiæ caliginem, eorumque mentes illuſtrat qui in ipſum credunt, & id dilucida enarratione euangeliſtarum, pariter & apoſtolorum Pro tuenda autem veritate explenduerunt & ſancti martyres, monachi item viri planè deiferi, id que propemodum infinita multitudine, quorun quidem virtutes, religioſæ vitæ formulam atqu B certamina (qui illo in tempore deprehenſi ſun ſtrenui ac cæteris tolerantiores laborum) conſcripſerunt, ad Dei quidem gloriam, ſubmonitionem verò, & vt ad imitandam illorum conuerſationem eos inuitarent. Hi nimirum catholici eccleſiarum hiſtoriographi qui quæ ab ipſ geſta ſunt, & de ipſis dicta monimentis prodiderunt ad eorum haud mediocre emolumentu qui forent lecturi. Nec ſecus Gentilium illi poetæ & hiſtoriographi ſuapte natura ſe ad ſcribendum compararunt, ceu cuique illorum viſum e & perplacuit; quorum quidem libri partim temporis iniuria interciderunt, partim verò in hur vſque diem ſeruantur incolumes. Horum a tem omnium commeminimus, atque in m

A dium produximus, nec id ab re aut caſu fortuito, ſed quia enarraturi ſumus quæ geſta ſunt per pietatis cultorem, modiſque omnibus ſacratum & orbis vniuerſi doctorem ac luminare, beatum Ioannem qui Conſtantinopolitanæ eccleſiæ thronum moderatus eſt, ſuiſque prærogatiuis exornauit temporibus Arcadij & Honorij Imperatorum, idque ad communem eorum qui lecturi ſunt, vtilitatem. Ingenuè quidem ac propalam profitemur nihil horum nos ſpectaſſe oculis, ſed hauſiſſe nonnullam portionem ab iis qui res geſtas conſcripſerunt: quædam item ſum mutuatus è * Dialogo Palladij epiſcopi ad Theodorum Romanæ eccleſiæ Diaconum: quippe qui epiſcopus illo in tempore verſatus ſit Conſtantinopoli, quo factum vt quæ geſta ſunt omnia, aſſequi potuerit. Seceſſit tandem è ciuitate quum ſuo ceſſiſſet epiſcopatui, deteſtatus factioſam coitionem eorum qui aduerſus beatum Ioannem adornarent inſidias, præterque præſcriptam formulam Canonum ſententiam tulerant damnationis, veriùs in ſuum quique caput. B Ad hæc nonnulla decerpſi è Socrate hiſtoriographo eccleſiæ. Alia inſuper ſum mutuatus è diuerſis exemplaribus, quædam verò didici relatu ſacerdotum laicorumque Deum piè colentium, qui de his rebus compertiſſimæ fidei iureiurando certiores nos reddiderint. Quum enim res ab ipſo geſtas deprehendiſſent ſcripto eſſe proditas, eas nobis ediſſeruerunt. Erat vir iſte placidis moribus atque amabilis adeò, vt omnes caperentur deſyderio audiendi quæ in vita geſſiſſet, nec ſolùm, ſed & quæ commentaria conſcripſiſſet & ordine digeſſiſſet. Nos autem omnia quum legiſſemus, cenſuimus eſſe conſilij parum prudentis, ſinere tanti viri virtutes ſparſim & per vulgus deërrare, C quin præſtabilius fore duxi ſi eædem in vnam concinnam ſuiſque partibus cohærentem hiſtoriam compingerentur, quaſi ſi quis margaritum intertexat catenulæ auri bracteolis, nihil è ſuis ei adiiciens. Et hæc quidem tametſi leuis admodum momenti ſint quæ à me ſunt mandata ſcripturæ (ſi quidem cum illius eximia virtute componantur) nihilominus his qui candido ac ſimplici animo ea efflagitarunt, abunde ſufficient ad exprimendum huius ſancti præferuidum pectus, ad declarandum quãto erga diuina zelo incandeſcebat, ad exprimendum quàm illi fuerit intemerata viuendi ratio, quamque omnibus virtutum ornamentis ſuam excoluerit vitam, ad oſtendendum quanta cum ſolicitudine conſuluerit animarum ſaluti, nulla non in re imitatus ſanctiſſimum apoſtolum Paulum, ita vt euaſerit tandem probatus interpres ſcripturæ totius diuinæ, dum ea dilucide interpretatur & explanat quæ tam multis fuerant eatenus intellectu perquàm difficilia. D Probabile eſt & alias conſcriptiones inueniri (quæ alioquin noſtram fugiant cognitionem) peruigili quorundam lucubratione eſſe editas ad illius admirabilis viri vitam ſpectantes. Nemo interim noſtra hæc improbet aut ſuſpecta habeat, ſed beneuolo nec ingrato animo excipiat ea.

* extat Ambroſio Camaldulẽſi interprete.

Aggreſſio operis

Sanè initium hiſtoriæ huius à Deo inſpiratæ ſumam à conuerſatione & inſtituto vitæ (quàm in virtutum exercitiis conſumpſit) exorſus ab ipſius tenella ætate, ſicuti accepimus ab his qui noſtram antegreſſi ætatem tradiderunt. Hic igitur Ioannes genere illuſtriſſimus, idem ſapientiſſimus & cum primis admiratione dignus, Antiochenus quidem erat * Cœles Syriæ, filius autem vnius ex illuſtriſſimis illius ciuitatis, cui nomen Secundus. Verſatus hic eſt inter exuberantes diuitias: & ea dignitate explenduit vt præfuerit ductando exercitui. Mater Anthuſa vocabatur, & ipſa ab iis prognata qui in ciuitate principem locum obtinebant. Ioannes verò hic ab ipſa mox tenella ætate velut ſortitò ſibi aſciuerat viuendi morem apprime honeſtum & commendabilem, conuerſationem verò ſcitè ac prudenter moderabatur, perpetuò ſibi temperans à ludicris rebus ac puerilibus ludis. Porrò à ſuis parentibus quàm humaniſſimè educabatur, vti ſpectabilis honeſtas ac decor ſuæ nobilitatis exigebat. Erant autem omnes * græci. Meletius autem Armenius, & Confeſſor qui tum ſedem Antiochenæ eccleſiæ obtinebat, beatum Ioannem primùm baptiſmo admouit, denique & ipſius parentes regenerauit fonte baptiſmatis. Non enim permittebat Deus ſplẽdidi iſtius luminaris ac doctoris eccleſiæ parentes expertes eſſe ergà ſe fidei & cognitionis, idque per gratiam baptiſmatis. Ioannes autem ſimul atque per ætatem adoleuit, iamque deinceps viſus accommodus excipiendæ diſciplinæ ſanctiorum & præſtantiorum literarum, traditus eſt vni cuipiam doctori erudiendus diſciplinis. Puer autem quum eſſet dextima indole ac felici admodum ingenio præditus, exiguo tempore ſacras literas edidicit. Erat enim diſcendi cupientiſſimus, Dei in ſe conſeruans timorem, nec non eximiam humilitatem, nocte & interdiu vacans meditationi diſciplinarum. Ita ſe quodammodo comparat & conſueuit natura hominum, eorum maximè qui luculentis opibus exuberant, alios præ ſe aſpernantur ac faſtidiunt, imaginariam ſeculi huius de ſe exiſtimationem deamant. Ipſius itaque parentes imperant, vt inſcenſo equo vnà cum pueris ac pædagogis ac frequenti ſatellitio diſciplinæ diuerſorium adiret. Sed enim non modò aurem hiſce non accommodabat, nempe deciduis honoribus ac momento præterfluentibus, quin potiùs omnibus cõtemptis, vt ne hæc faceret, diuerſus abibat, nec vllam inibat rationem eorum quæ ad faſtum ſuperciliosamve arrogantiam ſpectabant, quòd is in multa humilitate degere ſtatuiſſet. Ecquid mul[illegible]ens? Illi ætate compares nimia ſui exiſtimatione in ſcholam quum adueniſſent, probro illi dabant, quòd ſe ad eam vſque demitteret humilitatem: ipſi verò nihil horũ curæ erat, quin potiùs mentem ſuam eò adigebat vt in diſciplinis totus nec illibenter verſaretur, à ſemel arrepto ſtatu nullo pacto ſe demutans. Quum autẽ ipſum perſpexiſſent ad hunc modum vitam inſtituentẽ ac perſeuerantem, pædagogus & qui cum eo erant pueri vel inuitum adigebant vt ſineret ſe perſuaderi, ac parentum iuſſis obtemperaret. Horũ ſuadelis neutiquam cedebat. Rurſus interiectis diebus aliquot, quidam ad ipſum profecti, dicũt: Domine, qui tecum ſunt domini noſtri ſimul & genitores tui imperarunt, vt hanc ſeruilem operam exhiberemus ad ipſorum laudem, gloriam & honorem. Vtique quia non admittis noſtrum hoc obſequium, nõ leue periculum & indignationem qualencunque aduerſum nos concitas. Indignabuntur aduerſum ſuſpicati per contemptum præcepti id nos feciſſe, nec curæ nobis fuiſſe eorum exiſtimationem, ſicq; tua vnius cauſa nos diſperdent. Nunc igitur noſtræ huic deprecationi aſſentire, noſque & immunes conſeruato ab impẽdente hac afflictione, acquieſcens nobis, vt opere ipſo eorũ erga te expleamus iuſſionẽ. Sapiẽtiſſimus Ioannes ad hæc reſpõdens eis, multa cũ moderatione & manſuetudine, dixit: Vt ſe res ſic maximè habeant, quemadmodũ dixiſtis: at certe quatenus ſum elocatus ad imbibendam literarum doctrinã, prout decorũ huius meæ functionis exigit, penes me retinebo humilitatẽ: & reliquos mihi condiſcipulos qui tenues ſũt & humiles, imitabor, vt exceptæ ſemel doctrinæ in corde meo fixiùs pangãtur, radicemq; altiùs agãt, & in intellectu meo fructus edant vberiores, non item affixus aliorũ deſpiciẽtiæ & falſæ imaginationi acquieſcens confundam mentem in re futili, id quod fas non eſt.

κοίλης ſυρίας. Secundus, pater Io. Chryſoſtomi.

Anthuſa, Ronda Publia eſt Theodoreto lib. 3 Hiſtoriæ Eccleſ. c. 17. Forte Publia. Anthuſa, dicta, vt Baronius Cardinalis Annal. Eccleſiaſt. Tom. 4. ad annũ Chriſti 362.

* Id eſt, gentiles, quos paganos dicimus.

Super-

Superbia enim mater eſt ſupereminens iſtis omnis intelligentiæ expertibus. Quiſquis ei commodat aurem, diſperit: humilitas contrà nihil non rite conficit operis, in ſublime prouehens ſuos poſſeſſores, & eos rectà deducens. Si inſcenſo equo aut mulo quibus non eſt intellectus, vehar ſublimis, quid hinc emolumenti ad me reſiliet? Aut quid attinet vos affliĉtare, vt me pedites conſectemini? Porrò quis eorum qui mihi ſunt cordi, ſi hæc videat agentem, non conqueratur, non incuſet? Sanè quidem argumentum hoc veſtræ erga nos beneuolentiæ, comprobaui: quod autem me ex officio addecet, in primis cenſui id mihi obſeruandum. Illi vt perſpexerunt ſcopum mentis ipſius flecti neſcium & in deſtinato propoſito intranſmutabilem, illinc ſe proripientes clàm ea omnia vti geſta erant, renuntiarunt ipſius parentibus, & quia omnimodam gloriam nihili duceret, nihili faceret mundi faſtum, quin quòd ſe gereret exemplo vilium & abiectorum hominum. Hæc quum eius parentes illorum relatu didiciſſent, accerſito ad ſe dicunt ei: Quam ob cauſam fili videris aſpernatus noſtrum honorem noſtramque dignitatem? Mores enim decoros eorum qui hac in ciuitate luculentis opibus prælucent, minimè ſequeris, ſed noſtræ nobilitatis amplitudinem extenuas & imminuis tua hac deiectione. Numnam noſti, cuiuſmodi parentum es filius? Itaque ab iſtiuſmodi abiectæ vitæ inſtituto fac te auoces & eam viuendi formulam quæ nos addecet, complectitor. His ſapiens Ioannes reſpondit, clementer dicens: Numquámne audiiſtis diuinam ſcripturam præconio celebri pronuntiantem & deprædicantem eos qui per humilitatem ſuam traducunt vitam: eos contrà exinanientem qui in inſolenti arrogantia & vanitate viuunt? Non ego melior ſum Daniele aut tribus illis pueris qui in captiuitate poſiti & vnà cum populo Iſraëlitico abducti in Babylonem, in humili habitu ſuam traduxere vitam, quorum vnus quidem in lacum coniectus ora leonum obturauit, tres autem alij incenſam fornacem tanto igne flagrantem flammaque in ſublime ſe ſurrigentem extinxere. Hi vtique non quòd faſtidierint inopes & deſpicatui habuerint, non quòd ſupra alios per ſuperbiam ſe ſuſtuliſſent, brauium palmaris victoriæ inſigne adeò & glorioſum ſunt aſſequuti, quin potiùs merito temperantiæ & humilitatis, iſthæc omnia cum laude peregerunt, vſqueadeò vt in illa regione moderandis regalibus edictis præfecti fuerint. Horum igitur exemplum ipſe ego imitabor, quippe qui ſatis intelligam quæ ab iſtis fiunt, infirmiora eſſe telis aranearum. Iſto enim pompatico faſtu vtentibus adeò nihil emolumenti adferunt, vt plurimum concilient detrimenti qui his derídiculis nituntur. Quæ igitur addecent opere ipſo profitentes cultum Dei, ea omnia potiùs exequar, ſpe bona fretus relaturum me eſſe à Deo opulentiæ totiùs profuſiſſimo largitore, tantò plura iſtis equis, pueris, honore & imaginaria mundi exiſtimatione, quæ dat ipſe Deus his qui eum diligunt, quemadmodum ſcriptum eſt: *Omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum.* Gloriam enim nemo ſibi emereri queat, niſi à Deo detur. Siquidem *omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: qui autem ſe humiliat, exaltabitur.* Hinc fit, vt niſi quis priùs ſe humiliet, (quanlibet cupiat) non poterit aſſequi conuerſationem coniunctam virtutum ornamentis, ſicut ſcriptum eſt apud * pſalten: *Bonum mihi, quòd humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas.* Profuerit itaque ſi parumper meipſum humiliem, vt opportuno illo in tempore exalter? His

Iacobi 1. v. 17.

Matth. 23. v. 12.

Pſal. 118. v. 71.

* regium: ſcilicet Dauid.

& conſimilis formulæ ſermonibus apud ſuos parentes vſus eorum animos hiſce verbis perculit admiratione ac ſtupore. Ea ſiquidem ſale erant condita diuinæ ſapientiæ, quapropter eius ſermonibus perſuaſi facilè indulſerunt, vt rem totam pro ſua voluntate tranſigeret; hoc ab eo poſtulant, vt ſi aliud non poſſet, fineret vnum è ſeruis ſe comitari, ne ſolus in via dum ad ſcholam pergit, ſpectaretur deambulare. Perſuaſus aſſenſum præbuit, vt faceret. Res geſta per totam eam ciuitatem celebri auditu euulgata eſt, ita vt qui audiebant omnes in admirationem raperentur & obſtupeſcerent ſuper tali ſapientia quæ in hoc erat recondita puerulo, ac dicerent. Quid vtique hoc puero futurum eſt? Poſt multum verò temporis, eius pater finem accepit vitæ, ipſo matris prouidentiæ relicto, & ecce repente mater orbata eſt puella. Et hæc quidem paulò antè è paternis ædibus exceſſerat, * rerum alioqui expers. Quare mater intolerabili luctu cruciabatur, innumeris prætereà diuexabatur afflictionibus; quarum quidem quàm perplexa ſit ac moleſta grauitas, hæ & ſolæ poſſint exactiùs noſſe mulieres quæ experientia doctrice didicerunt viduitatis incommoda. Sermo enim nullus aſſequi poſſit, quàm ſit turbulenta tempeſtas hæc atque procella, vbi tale quid patiuntur, & tum maximè quum inita nuptiarum fœdera nihil ingratè inſederint animo, erga coniuges fidem conſeruantes vnici thori. Neceſſitate enim eò adigebatur, vt curam obiret tenellæ adhuc ætatis & infirmitatem naturæ ſuffulciret potiùs, famulorum item ſocordiam emendaret, improbos eorundem aſtus ac maleficia obſeruans. Parte rurſus alia, propulſandæ illi erant inſidiæ conſanguineorum, calumniæ inſuper & violentæ vexationes eorum qui Reipublicæ negotia adminiſtrabant, elidendæ: quin & illam oportebat ferre generoſo pectore inopiam conſilij erga eos qui tributa exigebant. Illa verè beata non horum ſolicitudinem modò obibat, ſed & ad hæc accedebat ſolers prouidentia de filio. Vnoquoque enim die timor ei erat, ingenti ſolicitudine & curis plenioribus complebatur, ſecum reputans quonam pacto eum liberaliter educaret. Cupiebat enim ipſum ita omnium oculis ſubiicere, vt nemo ea in ciuitate illi præpolleret intellectu, ſapientia, ac nobili vitæ inſtituto. Quò factum eſt vt illa non aberrarit à ſcopo & præconcepto erga puerum deſiderio, ita vt quæ de ipſo erant, nulli non ciuium innotuerint. Sed enim ipſum eduxit cum primis delicatè, multa cum obſeruantia & corporis oblectatione, pro conſueto iſtis nobilibus viuendi more. A ſibi coæuis ſubinde admonebatur liberè & citra pudorem quiduis aut loqueretur aut ageret, ſecumque adiret theatrica deliramenta & ludos circenſes, nullo eorum habito delectu. Ex oppoſito ille in quiete & ſilentio mentem ſuam adigebat immorari diſciplinis; nulla prorſus ratione ſinens ſe auelli à proprio ſemel arrepto ſtatu & præconcepta perſuaſione. Literarum eruditione expleta, in diſciplinam traditur Libanio ſophiſtæ, viro vtique ad ſummum apicem exercitato in Grammatica, Sophiſtica, & Rhetorica diſciplinis. Auditor inſuper fit Andragathiæ, inſignis philoſophi. Hi quidem tum temporis celebritate nominis incluruerant præ cæteris omnibus qui Antiochiæ verſabantur ſapientes. Beatus hic Ioannes diſciplinæ literarum omnium ſic ſe addixit, vt exiguo tempore ex priſcis authoribus quàm plurimum librorum enarrauerit, quos quidem multi cum labore & fatigatione non pœnitendis, adde etiam & prolixo tempore vix poſſint rectè conficere.

* ἀπραγμόνως: deſponſi intelligit.

Libanius Sophiſta Chryſ. præceptor.

De hoc Chryſoſt. epiſt. ad viduam iuniorē. epiſt. 1. Tom. 5. Andragathias philoſophus.

Ἑλληνικὴν Gentiliū. μυθολογίαν.

A Quæ legebat, vtique quum intelligeret, perſtringebat * græcanicam & fabuloſam ratiocinationem, adiutrice diuina ſe inhabitante ſapientia. Et quidem in his quæ illi futura vſui videbantur, decerpebat: cætera velut aculeata ac ſpinis horrentia, auerſabatur. Ciues porrò ad vnum omnes admiratione ingenti ac ſtupore tenebantur, videntes eum in accipiendis diſciplinis vſque adeò promouentem. Ille autem poſtquam ad ſummum prouectus eſt eruditionis, perque ætatem adoleuit, egreſſus Antiochiam conceſſit Athenas, ſuppleturus quæ ſibi deeſſent ex omnigena eruditione, ne qua cognitione diſciplinarum deſtitueretur. Itaque illic dum ſedulò vacat lectionum meditationi, quantáve ineſſet argumentorum grauitas ſimul & rerum amplificatio, breui admodum tempore (vti aſſolet * ſpongia) aquam totam exhaurit.

* Collatio prouerbialis non inelegans.

B Quunque Athenienſes ipſos, qui eum in ſchola præierant, iugi exercitatione vniuerſos euiciſſet, ſic vt illic etiamnum incolas ciuitatis in ſui admirationem conuerteret, proinde & dicerent in eo ſpiritum reuixiſſe vnum aliquem priſcorum oratorum, tunc primùm à condiſcipulis aduerſus eum cœpit flamma inuidiæ exardeſcere. In peritia enim * ſapientiæ Athenienſes neminem ſibi patiebantur anteponi, id maximè ſi externus eſſet, & ſuæ hoſpes ciuitatis. Athenis vir quidam erat nomine Anthemius, ad apicem vſque literarum omnium eruditus, vt ob eam ſcientiæ prærogatiuam & Athenis & Romæ erecta illi fuerit columna. Quaquauerſum progrederetur, comitabatur eum hominum ordo numeroſus, non ad ipſius ſolum * obſequium, ſed & eorum qui magnopere cuperent eius exaudire ſapientiam.

* naturalis aut mūdana.

ἐγκύκλια. Breuis narratio Anthemio poſitū ſtatuæ.

* ὀψώνιον, Latina, ſed corrupta, ex Obſequio.

C Plurimum enim ſapientiæ ſibi inſolenter arrogabat, & hoc nomine non parum honoris ab omni paſſim populo, ab opulentiſſimis quibuſque & principibus ciuitatis deferebatur. Sed enim ſapientiſſimus Ioannes non humani ſolùm dexteritate ingenij aut ſapientia plenus quum eſſet, quin potiùs diuina quadam intelligentia, gratia ſimul & animi conſtantia præditus, amantiſſimus fuit modeſtiſſimæ humilitatis. Vitam frugalem admodum tranſigebat & requietam. A nullo proinde non ciuium ipſe amabatur, ſibiq́ue familiariter notis, quòd modeſtiſſimus eſſet & humilis maximè. Vna igitur dierum aggregatis omnibus ac Proprætore ciuitatis in loco viſendo omnibus & maximè conſpicuo, die ſolemni mittit is Proprætor ad beatum Ioannem currum, vt eo inſcenſo ad ſe veniret, ad conſiſtorium. De ipſius ſiquidem ſapientia quæ eum inhabitaret, perceperat auditu, quamobrem magnopere cupiebat ſpectator eſſe & oculatus teſtis.

D Sed enim beatus Ioannes tale quid ne faceret, deprecatus eſt & excuſauit. His enim qui ad ſe cum curru magnifico miſſi erant, reſpondit, dicens: Si ſeruos meos in patria non ſum paſſus, vt me ceu aſſeclæ comitarentur, ne viderer appetens inanis gloriæ: qua nunc ratione feram pergere ad * principem, tanto tamq́ue magnifico cohoneſtatus comitatu? Hoc igitur accepto reſponſo, abite & ipſe potiùs pedes incedens pergam, vt ad genua prócidam ac eum venerer. Seruus enim quum ſim Chriſti Dei mei & ab ipſo edoctus, nihil eorum ſapere quæ offendiculo ſunt & ad ſuperbiam proliciunt, non ſuſtineo alienus fieri ab obſeruatione diuinorum ipſius mandatorum. Miniſtris igitur ad Proprætorem reuerſis, ſimulq́ue enarratis omnibus quæ à beato Ioanne audierant, qui & prudentiam eius cum ſua componentes nugacitate, in admirationem nec mediocrem conuerſi ſunt. Proinde & Proprætor quum plurimo deſyderio teneretur eum videndi, hinc factum, vt quum vidiſſet

* τὸν ὕπαρχον.

A cum illò ad ſe aduenientem, (Erat enim is princeps Demoſthenes nomine * gentilium errori addictus) beatus Ioannes nihil cunctatus in concilium aduenit, idque è veſtigio. Itaque hunc conſpicatus Proprætor ei mox officij gratia aſſurrexit & cum eo primates omnes ciuitatis vnà cum Athenienſium ſapientibus qui ſimul ei adſiſtebant. Ioannes autem inclinato capite procidit illi. Primùm quidem Proprætorem honore præuenit, dein conſimiliter & omnes. Hi quum vidiſſent tantam ipſius humilitatem, & quia quaſi vnus aliquis è vili plebecula ad eos acceſſiſſet, ipſius virtutem & ſapientiam tantò ampliùs demirati ſunt. A principe igitur admonitus vt in ſenatorum conſeſſu vnà aliis aſſidéret, petens locum cæteris omnibus inferiorem, illic conſedit. Alij verò adigebant, vt in medio conſiſtorij ſedem deligeret.

* Ἑλληνίζων Græcanizans.

B Vix tandem multis exhortationibus perſuadere potuerunt, vt hoc ipſum opere præſtaret, vt ſe in eum reciperet locum. Erat autem in eo conſeſſu Senatorum & Anthemius philoſophus. Is igitur contemplatus parem ſibi honorem Ioanni attributum à principe & iis qui ipſi aſſidebant, audiens inſuper illos inter ſe mutuò loquentes de dexteritate ingenij & prudentia Ioannis, zelo impletus, multaque indignatione incandeſcens Anthemius è medio eorum reſpondens dixit: Vti video, mores ciuitatis huius innouati ſunt, inque eam leges nouæ introductæ, quas vtique neque audiuimus ante nos inuectas, at ne ipſi quidem perſpeximus. Neſcio enim qui hoſpites & externi huc vt primùm aduenerunt, eorum gradus qui præ ſe in ſchola noſtra inclaruerant, tentarunt arripere, ac prærogatiuas elidere & exinanire.

Anthemius.

C Sed enim rebus eiuſmodi nefariis nequaquam acquieſcemus. Qui enim in ſchola verſantur omnes, iuxta ſuum quiq́ue diſciplinarum ordinem, retinent ſuæ vocationis locum, nec vllus ſuum prætergreditur gradum, niſi fortè ſiquis cognitione diſciplinarum ſuos præceſſores euicerit. Introeunti igitur mox Ioanni & quàm primùm præſidentium cathedræ quanam ratione aſſignaſtis præter decorum, nec obſeruato decenti & conſueto ordine? Reuera hoc facto diſſoluta eſt exacta legum diſciplina, honor ſcholæ proculcatus eſt, concinnus ille decor graduum exinanitus eſt. Hiſce & talibus verbis Anthemius vociferans non leuem nominis iacturam ſibi conciliauit. Non enim deinceps vti priùs, honorem ei tribuerunt, ſimul atque Proprætor & proceres ciuitatis hoc argumento edocti ſunt non illi ſcholam curæ fuiſſe, ſed quòd infenſè odiſſet Ioannem, verba hæc eò protuliſſe. Reſpondens autem Proprætor dixit Anthemio:

D Oportebat te ô philoſophe, vt philoſophum, quæ philoſophum addecent, & loqui & agere; non item tibi vſurpare nomen, non etiam ipſa opera peragere, nec ad eum modum diſceptare, quòd fas nequaquam ſit in tam celebri conuentu, quæ popularibus iſtis æqualia ſunt, perficere, ac voce exerta inclamare, perinde ac ſi agreſtes quidam in campeſtribus locis feras indagine cingant, aut abigant, aut à prædonibus ſint paſſi rapinam. Tametſi enim Ioannes hic ſapiens ſit à nobis honore affectus, non id præter rationis & officij decorum geſtum eſt, quoniam primùm quidem filius is eſt magno illo & illuſtri duce exercitus Antiocheni prognatus, ob id noſtri fuit officij decentem hunc illi impertiri dignitatis honorem. Præterea quòd is eloquentia inſigni nec minore ſapientia exſplendeſcere demonſtratus ſit ſupra multos ſibi ætate compares; nec his modò, ſed iis ſuperior euaſit qui illi ſunt & ætate prouectiores, & in hac ſchola tempus detriuere prolixius. Attamen ne ipſe quidē id vt

fieret,

A fieret, permiſit. Atqui nos obſeruata eius præeminenti humilitate ipſum vel inuitum eò adegimus. Sed enim beatus Ioannes ob eam obiectionem nihil omnino quiritatus eſt, non vllo pacto incanduit ira, quin è diuerſo potius amabilis ille omni cum manſuetudine reſpondens, ac ſuppreſſa voce ait: Anthemi, in hócne finem accepit tua ſapientia, vt eò vſque proueheretur, quò nos ſic iracundè perſtringeres? Ecquid hoc? Nulla te affecimus iniuria, non item mea vnius vltronea electione huic interſum celeberrimo conſeſſui, ſed Proprætoris iuſſu quidem accerſiti huc venimus. Quemnam tandem alienæ dignitatis gradum per rapinam nobis vendicauimus, vt dixiſti temere inſoleſcens aduerſum nos? Hanc enim primam cathedram non auro, non item argento quaſi transfuga mihi ipſe paraui. Proprætor me hoc honore cumulauit. Splendida hac ſtola amiciuit me. Impoſterum finem imponito iſti erga me inuidiæ, & B ne poſthac nullo tuo fructu indigneris. Ego enim vt Chriſti diſcipulus cupiebam vel præſens loqui auditoribus, quæ conducibilia ſunt & opportuna ſaluti animarum noſtrarum. Indigus ſum minimè curruum iſtorum, aut cathedrarum quæ ad oſtentationem eos extimulāt qui aduerſum nos hiulco oblatrant ore. Ipſi enim didicimus induere humilem modeſtiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, ipſius prouocati exemplo, neque non beneuolo & alacri animo obſequi omnibus, ac ſubditos eſſe eorum maxime imperio qui principali autho-
Rom. 13. v. 1. ritate fungontur, & pro poteſtate agentes decorum ſeruant ſui officij, modò nequid mandent faciendum quod ſpectet ad noxiam perniciem animæ. Hæc & his confinia beatus Ioannes quum dixiſſet; multo cum applauſu excepere omnes eius prudentiam & doctrinam. Vt enim anima, ſic & illius facies illuſtri ſplendore prænitebat Spiritus ſancti. C Simul atque conticuit Ioannes, exci-
Ἐθνικῶν piens ſermonem Proprætor dixit: Verè * Græcorum ſiue Gentilium eruditio collata doctrinæ Chriſtianorum diſſentanea eſt, & à veritate abhorrens. Legiſlatio enim per Chriſtum ſancita longè altera eſt ac diſſidet ab ea quæ deorum eſt, multò etiam plus dimidio. Nam quantò Græcanicarum legum conditores maiore tenentur & ambitione principatus & faſtu vt cæteris præemineant: tantò Chriſtianorum doctores docent ſuos humilitatem, rerum inopiam, ac vitæ frugalitatem, vt omnes exerceant. Ad hæc reſpondens beatus Ioannes dixit: Quinimo omnium maximè reuera nos ſerui Chriſti à vobis diſſentanei abi-
2. Cor. 6. v. 14. mus, qui idola adoratis, eaque vocatis deos. *Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? aut quæ portio Domini* * *ad Belial?* Siquidem Græcanica omnis conſcriptio prophana eſt. * Fabuloſas enim neſcio quas narrationes indecoras prorſus & obſcœnæ libidinis plenas commenta eſt, ac memoriæ prodidit, ordita vtique texturam Dæmonum, præſtigiatorum ac ludificantium incantatorum ſuperſtitiones, artes dolo malo excogitatas corruptrices animarum, vnde vanitas omnis ſumpſit auſpicium, & quicquid vſquam eſt riſu dignum, quo factum eſt, vt ne inter ſe conſentanei fuerint, ſed alter ab altero euertitur ſuiſmet narrationibus. Ad hæc, in tantam impegerunt amentiam qui in his primas obtinebant, vt vel flagitioſam libidinem commendarent, magiam inſuper & veneficium honori ducerent, & cippos, columnas ac ſimulacra lignis, lapidibus omniq́ue artificio excogitata excitarent, denique & ſe ſupplices his Idolis tanquam Diis adoluerunt. Nec eò vſque inſaniæ prouecti ſubſtiterunt: ſed & delubra & templa ingentia ac viſendæ magnitudinis illis exædificarunt, Apollini, Ioui, Saturno & Mercurio, Veneri, Iunoni, & reliquis id genus Diis veſtris, mortui

* Βελίαρ

* Aduerſum has μυθολογίας Dauid. Pſal. 118. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes*

quum ſint, qui quidem adhuc ſuperſtites nullam exercuere virtutem naturæ conſentaneam: quorum operationes vel ipſæ comœdiæ nominatim perſtringunt ac ſugillant, ipſum etiam aërem contaminantes. Ipſi inſuper Athenienſes ſuam Athenam, Palladem ſcilicet ſiue Mineruam, Artemidem, hoc eſt Dianam præcipuo quodam honore dignantur. quibus & in hac ciuitate columnas conſecrarunt, ſapienteſque apud Græcos habiti iſtis meretricibus mulierculis quaſi deabus venerabilem latriæ cultum obtulerunt immolatis hoſtiis: & hæc ſibi gloriæ eſſe ducentes, ac minime agnoſcentes iſtiuſmodi portentoſam impoſturam ab arte magica eſſe conflatam, & à peruerſa Dæmonum operatione profectam. Noſtra autem (qui Chriſtiani ſumus) fides diuina conſtat virtute, Patriſque & filij & Spiritus ſancti vna quidem diuinitate, tribus tamen ſubſiſtente perſonis, extra omnem temporũ vicariam demutationem, quæ non principium dierum ſortita eſt, nullum item habitura vitæ finem. Sed enim de his hoc præſente conſeſſu minus accommodum eſt fuſius commentari, nec ſatis congruum: arcana hæc myſteria opportunitatem temporis nacti docebimus, ipſeque vos rectà deducam in callem veræ fidei, ſi tamen volueritis ad ſalutis portum pertingere, & in libertatem aſſeri à vana ſeruitute Idolorum. Primaria hæc doctrina Ioannis fuit in conſiſtorio Senatorum de Chriſto multa cum dicendi libertate pronuntiata. Hæc cum audiiſſet Proprætor, quique ipſi aderant vnà cum Anthemio, indignati ſunt: qui etiamnum ex eo cœtu erant Chriſtiani, ingens concepêre gaudium ob eiuſmodi ſermones à gratia per os eius procedentes, felici aduentu Spiritus ſancti. Contrà, idololatræ infenſe illi ſuccenſebant, eumque illibenter audiebant hac de re loquentem. Reſpondens autem Proprætor dixit ei: Eſto, non doceas ſub nomenclatura Deorum, vt quid facis eos eſſe execrandas abominationes; contemptim auerſatus noſtram * erga eos amicitiam? Nunquid non noſti Athenienſes præ omni hominum genere qui terram incolunt, maximè eſſe Deorum cultores? Quocirca vel nunc deſiſito ab iſtiuſmodi verbis tuis. Niſi enim à me eſſes hoc honore cohoneſtatus, vtique non toleraſſent te contumeliis Deos aſpergentem. His à Proprætore dictis, Anthemius quaſi qui locum nactus eſſet retaliandæ retributionis afflictionum aduerſus Ioannem, in medio ſtans conſiſtorij Proprætori ait: Veſtra vnius ope freti, non pauca beneficia ſumus conſequuti, ex quo tempore hũc iniuiſti principatum: quo fit vt vbiuis locorum vobis meritam gratiarum actionem deprædicantes, non deſinimus precibus contendentes apud Imperatorem, vt te rectè moderantem principatum gentemque noſtram ſinat quàm D diutiſſimè nobis præeſſe. Sed neque veſtra eminens excellentia id ignorat, quia vir quiuis ad ſcholam ciuitatis huius adueniens, Diis primum non vulgarem exhibet honorem & cultum, in templum concedens magnæ Deæ Mineruę, eique procidens venerabundus efflagitat, vt intellectum ſibi aſpiret ſapientem ad excipiendas diſciplinas: quamobrem ſuam poſtulationem conſequuti, ſolerti Deæ prouidentia auxiliari ad propria reuertuntur, plurima beneficia ipſi Deæ accepta ferentes. Ex oppoſito Ioannes hic & ſolus, vbi huc aduenit primùm, ad ſummum vſque apicem literarum omnium eruditus eſt, virtute & cura Deæ Athenæ cohoneſtatus, ciuium inſuper prouidentia, ac iuſſu magnificentiæ veſtræ præ omnibus qui in ſcholam ipſius aduentum præuerterunt: & hic conſentaneam rationi, ac debitam accepti beneficij viciſſitudinem, aut gratiarum actionem non modò non rependit ciuitati

A
ciuium beneficéntiæ, vt etiam cõtumeliis affe-
rit Deos noſtros, dum eos execrandos profite-
r,& quæ de ipſis ſunt ſacra dogmata, fabularum
bet loco. Proinde deinceps fiet, vt relicto
gnæ Athenæ templo, ſua vnius doctrina ad ſe
nes pelliciat, ritúſque colendi veteres apud
s,obſordeſcent & calcibus proterentur à Chri-
nnis. Ad hæc Proprætor dixit: Religioſi Im-
ratores noſtri Chriſtiani ſunt, ſuis decretis
nxerunt ne quis venerabilem latriam vlli deo-
m alteri offerat, præterquàm ſoli Chriſto, cui
ocidunt venerabundi, in quem & credunt. Id
um didiciſſent qui gentilium cultui acquieſ-
nt, ſuum ipſi cultum clandeſtinè explent. Et
quidem qui clàm latriam exhibent, ſi innotue-
nt, iuſſu Imperatorum internecioni dedentur &
ſperibunt, quaſi qui illorum diuinum & inde-
ecabile edictum deſpicatui habuerint. In poſte-
B
m igitur Anthemi conquieſcito, nullum hac
re promouens ſermonem, ne ſi quis fortè an-
cipet deferre ad venerandas aures Imperato-
m, non modò hæc quantulacunque & arcana
orum cultura è medio tollatur, ſed & periculis
incurabilibus damnis multati ſuccumbamus.
opterea quòd ſinguli quique hominum, omniſ-
e prouincia quæ ipſorum ſubiacet poteſtati, ve-
ſſimè venerabilem latriam exhibet Chriſto, quẽ
venerabundi obſeruant hodie omnes. Eorum
quidem imperatorum & regnum & gloria in
blime euecta ſunt. Plurimas enim nationes Bar-
arorum ſuæ ſubiugarunt ditioni, quæ & eorum
go ſuas ceruices ſubſtrauerunt, ſimul atque Ro-
anorum Imperatores fidem in Chriſtum ſunt
mplexi. Quin & ipſe ego priuſquam ad hunc
ſem prouectus principatum, eorum fidei factus
m particeps. Satis igitur ſuperque tibi ſint quæ
C
ixiſti. Hac de re in poſterum ſileto. Anthemius
is auditis pudore ſuffuſus ſimul & timore corre-
tus obticuit. Re quæ contigerat, deprehenſa,
eatus Ioannes dixit: Reuera Proprætor nihil
entitus protulit. Quis enim vbilibet terrarum
ocus eſt hodie, vbi Chriſtus non adoretur? Aut
uæ vſquam eſt gens, quæ non ingenuè Chriſtum
onfiteatur eſſe Deum? Omnes enim * patriæ
entium ipſi vnà cum Patre & Sancto Spiritu glo-
am concinunt, à ſupremo cardine terræ habi-
bilis adúſque eius extremum limitem. Quòd ſi
oſſe velitis, quantæ ſtrages eos apprehenderint,
uibus ſint ad internecionem perducti cladibus,
ui à fide in ipſum reſilierunt, ipſiuſque ſubeſſe
nperio detrectarunt, interrogate cuiuſmodi ca-
mitatibus impliciti ſint Iudæi in Hieruſalem ci-
itate ipſorum à Romanis circumuallata poſt glo-
oſam triduanam eius reſurrectionẽ ex mortuis,
uemadmodũ extrema famis anguſtia afflicti ſint,
D
a vt eorum quidam infantium ſuorum carnes
omederint panis vice. Quòd ſi deinceps ab iſto
rrore veſtro vtique vano conuerti velitis, adite
ientiſſimum ciuitatis epiſcopum. Eum adite bona
um conſcientia. hic vobis viam præmuniet ad
gnitionẽ veritatis. Quid enim vobis cum * Athe-
a, temploque eius commune eſt? veriùs cum pro-
ituta & prophana. Tantùm id ſupereſt, ecce te-
ificor vobis, quia niſi vos pœniteat malè com-
miſſorum, & baptizemini, inque Chriſtum creda-
is: deferam vos Imperatoribus Dei obſeruantiſſi-
nis, ac renuntiabo vos eorum edictis minimè par-
uiſſe, veriùs ea improbaſſe: proinde ipſi videbitis
nortem intempeſtiuam, viique inopina vos adori-
entem, omneſque veſtræ facultates cedent in ra-
inam. Vtique vos qui nullo modo perſuademini
vt credatis Chriſto, qui vera eſt vita, præſtiterit è
emporaria hac vita abrumpi & diuelli, quàm vt
iuentes in ipſum ſitis blaſphemi per hanc ve-
ram idololatriam, eumque exaſperetis qui edu-

A
cat ac paſcit. Neque enim vos vel canes imitami-
ni: Illi etenim beneuolentiam & natura inſitum
amorem conſeruant erga ſuos paſtores ac domi-
nos: nec ſolùm hi, ſed & agreſtium ferarum non-
nullæ cicurantur. Per hæc, & volucres his qui eas
inſtruunt, eique negotio ſuas condicunt operas &
alunt, vtique obtemperant, & ad manſuetudinem
reuocantur natiua ſua feritate depoſita, & ad alia-
rum aucupium emiſſæ denuo reuertuntur à qui-
bus fuerant emiſſæ, idque multa fit cum propen-
ſione ac voluptate. Vos contrà, non modò illis
deprehendimini eſſe efferatiores minuſque pla-
cabiles, ſed & ſtupidiores, nec beneficia in vos
collata agnoſcentes, nimirum ingrati erga Domi-
num ac Deum viſibilium omnium pariter & inui-
ſibilium, munificum & dapſilem bonorum lar-
gitorem.

B
His auditis Anthemius nimiſquam impudenter
reſpondit Ioanni, dicens: Nos non paſcit Chri-
ſtus, ſed terra probè elaborata ab agricolis ſuſce-
pto ſemine ſuos edens fructus: aër verò exauget
ac nutrit eos pinguefaciens imperio & prouiden-
tia deorum.

Simul atque hæc dixit, * actûtum, è veſtigio &
ſubitario inſultu ictus ab immundo ſpiritu An-
themius in pauimentum concidit, ſicque mane-
bat alliſus terræ, inclementer admodum à Dæ-
mone diſcerptus, oculos in habitum ſubinde
verſatilem obuertens, ſimul & os in diuerſum
contorquens. Ex ore ſpumam eiaculabatur multa
ſcaturiens eruptione & oris eluuione, ita vt qui eo
in loco aderant ad vnum omnes, timore corripe-
rentur, eorum plerique ſibi fuga conſulerent.
Adibant alij beatum Ioannem flagitantes, vt pri-
ſtinæ ſanitati eum reſtitueret. Ille ad hæc reſpon-
C
dens dixit: Niſi eum pœnituerit blaſphemiæ in
Chriſtum prolatæ, nunquam recipiet ſanitatem.
Nulla interceſſit mora, & ecce Anthemius adhuc
à Dæmone diuexatus exerta voce inclamauit, di-
cens: *Confiteor neque in cœlo, neque in terra vllum eſſe
Deum præter Deum Chriſtianorum, in quem credit ſanctus
Ioannes.* Hæc eo confitente, eadem hora redditus
eſt ſanitati, & exurgens inſtitit pedum plantis, ita
vt omnes in admirationem ac ſtuporem conuer-
terit repentina hæc immutatio. Tum beatus Ioan-
nes dixit: Anthemi, Per hæc quæ ſuſtinuiſti, do-
ctrice experientia vtique es edoctus non debuiſſe
te loqui aduerſus Deum viuentem. Quid ni tua
illa Minerua in tempore ſuppetias tulit? Diana,
Iupiter, reliqui item incentores erroris dij? Ille
oculis in beatum Ioannem preſſiùs intentis ait:
Gratias ago tibi, Domine mi Ioannes, qui me re-
ctà deduxiſti ad agnitionem veritatis. Cæterum te
obteſtor vt dicas quid mihi facto opus ſit, quò om-
D
ni ex parte liberer ab ea, quæ me repente eſt a-
dorta, calamitate: anima denique mea ad ſalutis
portum prouehatur. Ille ad hæc dixit: Pergito in
eccleſiam, adito patrem noſtrum, ſanctum Epi-
ſcopum. Is te docebit quid te facere oporteat.
Proprætor autem, quique cum eo erant omnes,
vniuerſa quæ fiebant, contemplati, timore ac tre
more contracti, vnanimi conſenſu & quaſi eodem
ore acclamarunt: Magnus Deus Chriſtianorum,
qui facit mirabilia ſolus. Quis deorum iſtiuſmodi
ſigna edere poſſit, vt Chriſtus, quem Chriſtiani
venerantur & colunt? Eximiæ cuiuſdam virtutis
eſt eorum fides. Reuera in fraudem erroreſque ab-
ducti ſumus, deos colẽtes qui nulla in re adiuuare
poſſint aut lædere. Atqui Anthemius in domum
reuerſus aſſumptis ſecum vxore, liberis, ſeruis
& ancillis, rectà contendit ad epiſcopum.
Quumque eius pedibus procidiſſet, obteſtabatur
ſe conſignari Chriſti ſignaculo, vtque vnà
cum ſuis omnibus domeſticis baptizaretur, &
obſecrabat vt deprecaretur ſibi veniam indul-

* ἐξαί-φνης, ἐυ-θέως, & παρα-χρῆμα.

geri

A geri à Deo pro his quæ priùs in ipſum blaſphemo ore protulerat. Epiſcopus verò contemplatione animi perſpiciens repentinam hanc viri in melius immutationem, quodque tanta cum alacritate ſe adiunxiſſet Chriſto, gauiſus eſt gaudio magno, gloriam Deo concinens benigno hominum amatori qui talem acciuiſſet ad agnitionem veritatis, eiuſque illuſtraſſet mentem. Mox igitur nihil vè cunctatus eos omnes * primis imbuit fidei rudimentis, dignoſque reddidit qui ſancto baptiſmati admouerentur, quum eos edocuiſſet Domini mandata obſeruare, & ne poſthac propiùs ſe adiungerent impuris idolis, quin potius toti vt vacarent Eccleſiæ ſanctæ Dei, inſuper & ſedulò Dei ſcripturas perlegerent, eiſdem dicens quemadmodum Dominus paralytico: *Ecce ſanus factus es, noli iam ampliùs peccare, vt ne quid tibi peius contingat.* Et hæc quidem de Anthemio. Proprætor autem ac domeſtici, vt qui iam animo hæc præceperant,

* κατη- χεῖν.

Ioan. 5. verſ. 14.

B numeroſa inſuper turba ciuitatis ſimul atq; audierunt Anthemiũ in Chriſtum credidiſſe, omneſq. eius domeſticos fonte baptiſmatis eſſe regeneratos curſu ad eccleſiam contenderunt, obſecrantes Epiſcopum, ſe omnes vt efficeret Chriſtianos. Tum quidem Proprætorem minimè baptizauit, vt qui priùs id ſacramenti ſemel excepiſſet, tantùm illum inſtruxit fidei elementa, iuxta tenorem eccleſiaſticorum Canonum, debitamque orationem ad Dominum pro eo effudit, & ita participem effecit * incontaminatorum Sacramentorum. Cæteros omnes fidei rudimentis priusimbutos admouit baptiſmo. Ciues quidem permulti non inuenti tunc in ciuitate, quum tandem adueniſſent, & quæ facta fuerant, didiciſſent; complexi ſunt CHRISTI fidem, & baptiſmo admoti, dicentes quia niſi modis omnibus certiſſima fide fuiſſent perſuaſi Proprætor, Anthemius, & primarij quique ciuitatis noſtræ,

* Τῶν ἀχράντων μυστηρίων Synaxin intelligit dominici corporis & ſanguinis, Euchariſtiam.

C Chriſtianorum fidem cæteris ſuperſtitioſis ceremonijs eſſe præſtantiorem, nunquam deſciuiſſent Palladis cultura, ſeq; adiunxiſſent CHRISTO. Siquidem Anthemius ipſe fuerat eatenus mirè affectus erga Mineruam, magnificas eius idolo ac iuges hoſtias offerens vnà cum ſuperſtitione ceremoniarum. In ea autem Dei eccleſia factum eſt gaudium magnum & exultatio aggregatæ multitudinis, turbarumque ſeſe in ipſa agglomerantium ac pœnitentiam agentium pro priùs malè commiſſis, quòd venerabundi procidiſſent inanimatis idolis. Idque contigit ciuitati, vt oraculum illud è pſalmis adimpleretur: *Sicut lætantium omnium habitatio in te.* Porrò facinus hoc præclarè geſtum per beatum Ioannem fuiſſe, ne notat quidem Epiſcopus: mox vt reſciuit, voluit eum ſuo ſuffragio creare, & Athenis detinere, in hoc vt eum ſibi ſubrogaret in ſucceſſorem throni Epiſcopalis Athenienſium. Erat enim

Pſal. 86. verſ. 7.

D in ſenecta vberi prouectæque ætatis. Atqui beatus Ioannes vt id didicit primùm, illinc ſe omnibus clam ſubduxit ac ſeceſſit, inque ſuam ſe recepit patriam, nempe Antiochiam.

Nomen proinde eius quum in illa regione circumcirca omnium auribus inſonuiſſet de ſapientia, prudentia, ac modeſtiſſima humilitate, quóve pacto omnigenam eruditionem Græcorum iugi exercitio eſſet aſſequutus. (nihil enim ipſum latuit eorum quæ ad obeundum munus iudicij forenſis & moderandæ ciuitatis pertinerent) ipſe tamen ſibi probè conſcius quàm eſſet ærumnoſum & moleſtiis plenum pro tribunalibus conſidere, ad tranquillam potiùs & quietis amantem viuendi formulam capeſſendam animum adiecit, magnopere cupiens vt citra vllam interruptionem ſerenitatem mentis retineret per vitæ ſolitudinem, eos iugiter deprædicans beatos, quanticunque poſſunt eam viuendi rationem ritè

A perficere. Addebat quoque & hoc, imitatus Euagrium, eum inquam qui ſibi condiſcipulus fuit apud Libanium ſophiſtam & Andragathium philoſophum, in cuius diſciplinam ſe dederat & beatus hic Ioannes. Vt autem decretum eſt conſectari vitam ſolitariam, permutauit & habitum ſimul & inceſſum. Diuinis lectionibus ſacrarum literarum toto pectore incumbebat, mentem iugi exercitio expoliens ad ſuſceptionem diuinorum eloquiorum. Octauum ac decimum annum agens ætatis ſuæ cœpit à ſe habenas excutere ac detrectare durum (Libanij) ſophiſtæ imperium ob dictiunculas. Porro beatus Meletius adoleſcentem hunc quum perſpexiſſet inſigni eſſe & peracri præditum ingenio, illi demandat ſe vt adeat frequens & Eccleſiam, vt qui cordis eius pulchritudinem deamaret. Imaginem enim illius beati intimè expreſſam oculo prophe-

Euagrius Chryſoſtomi condiſcipulus.

Meletius Epiſc.

B tico, velut per ſpeculum perſpicuè luſtrarat. Vt autem continenti ſtudio vacaret eccleſiæ, in ſententiam ſuam adducit Theodorum & Maximum, qui ei apud Libanium ſophiſtam fuerant condiſcipuli, vt relicto viuendi genere quæſtuario, vitam aggrederentur frugalem ac ſimplicem. Et quidem Theodorus hic Epiſcopus fuit poſtea Eccleſiæ Mopſueſtenſis: Maximus autem Seleuciæ in Iſauria. Beatus verò Ioannes vnà cum Baſilio tum quidem Diacono ſub manu Meletij conſtituto, qui tandem Epiſcopus * Cæſareæ Cappadocum, quocum diu ac ſubinde vixit, eius ceu legitimi amici nihil fucata vſus amicitia. Beato enim Ioanni huic permulti mutuo fœdere amicitiæ ſe obſtringebant, & ij quidem germane ac verè amici, quique leges ſynceriores amicitiæ & nouerant & exactè tuebantur, at certè eos ad vnum omnes puriore erga ipſum amicitia exuperabat ipſe Baſilius, vt qui ei fuerit nullo non tempore indiuiduus

Theodorus, & Maximus condiſcipuli.

Theodorus Mopſueſtenus Epiſc.

C comes, & iiſdem vterque imbuti diſciplinis. Circa ſermones in quibus conſcribendis elaborabant, vtrique aderat eadem auiditas, ſtudium vnum. Hunc beatum exhortabatur Baſilius, propoſitum monaſticæ vitæ vt aggrederetur, hocque viuendi inſtitutum perſequeretur & capeſſeret. Quumque prior Baſilius vale dixiſſet mundo, per ipſum perſuaſus eſt & Ioannes, reſque vt fieret, in procinctu erat & in manibus, crebris adhortationibus matris ſuæ prohibitus eſt. Nam quæ is moliebatur & animo deſtinarat, mox vt agnouit, apprehenſa eius dextera manu, in interius cubiculum introduxit: & proximè aſſidens cubili, in quo ipſum enixa fuerat, cœpit fontes lacrymarum vbertim effundere, verba adiiciens tantò præ lachrymis miſerabiliora: ſimul & in lamenta erupit, dicens ei.

* Baſilius Epiſc. Cæſareæ Cappadociæ Greg. Nazianzeno familiaris fuit. At huius Chryſoſtomi maxime poſterioris contubernalis fuit Baſilius Seleuc. Epiſc. qui ſuis libris de Sacerdotio loquens inducitur. Cuius nuper editæ Hom. Gr. & Lat. vt Photianum Biblioth. teſtatur. & Simeone Metaphraſtes huius Vitæ Scriptor. Ita fac. Billius lib. 1. Obſeruat. ſacrarum. & Card. Baronius Tom. IV. Annal. Eccleſ. an. Chriſti 382.

Ex virtute quidem patris tui fructum cepi minimè diuturnum, Deo ita iubente. Is quidem tibi orbitatem pupillarem; mihi verò viduitatem con-

D ciliauit. Quumque iſthæc mala mihi contigerint, nihil tamen perſuaſit vt ad ſecundas nuptias accederem, & alterum ſponſum in ædes patris tui introducerem, ſed manſi tempeſtate hac agitata ac negotiorum tumultu, atque id in camino viduitatis perſeueraui, iugiter innixa diuinæ prouidentiæ. Quòd autem continenter faciem tuam intuear vice patris tui, imaginem mihi vtique animatam exactè repræſentantem præmortui & conſeruantem videre videor, id quod mihi non paruam conſolationem ſuggerit, ac lenimen doloris. Porrò hoc accedit, de patris quidem tui peculiari ſubſtantia nihil imminui ob incommoda neceſſitatésve meæ viduitatis, ſumptuumque vſus neceſſarios, ſed eam integram conſeruaui tibi & incolumem. Quod ad impenſas attinet, nihil omiſi quod ad tui nominis ſplendorem ſpectare videretur. Te igitur fili obſecro atque obteſtor, ne me irretias aut implices

ſecunda viduitate, neque conſopitum iam luctum rurſus exuſcites per iſtum tuum ſeceſſum, ſed exſpecta tantiſper dum hac defungar vita. Fortè non multo poſt moriar. Siquidem qui iuuenes ſunt, ſpe præſumunt ad prolixiorem ſe peruenturos ſenectam: nos autem *qui conſenuimus, nullo non tempore aliud ſic certò præſtolamur, quàm mortem. Me igitur quum terræ commendaueris, oſſibuſque patris tui permiſcueris, quamlibet longas capeſſe peregrinationes, mare rurſus traiicito, ſi quidem voles. Tibi enim tunc impedimento nullus fuerit. Interim tu tantiſper dum ſpirabis, patere vt vnis hiſce ædibus cohabitemus. Caue igitur fili, ne temere & inconſultò offendas Deum, tantis nos inuoluendo malis. Legitima hæc iuris ratio apud nos te retineat.

*οἱ γεγηρακότες.

Hæc & his conſimilia dicens mater, perſuaſit ne quò illinc emigraret, ſed cum ea reſideret in ciuitate. Vt & hoc alioqui faceret, auocari tamen non potuit ab exprompta alacritate propoſiti quod ſecum deſtinarat, ſed omnem cupiditatem huius vitæ velut calcibus proterebat. Quumque inter luculentas adeò ac tantas opes verſaretur, eas nihilominus infensè oderat, permutans ipſarum ambitionem immodico amore conſeruandæ humilitatis. Erat ſiquidem ſuperbiæ totius vaſtator, & arrogantiæ omnis oſor, ab ore extirpans ſuperuacaneã variamque eduliorum ſolicitudinem. Porrò Zenon epiſcopus ab Hieroſolymis quum aduenisſet, beatum Ioannem in Antiochena eccleſiá conſtituit *Lectorem. Hoc igitur in ordine conſtitutus, mentem quum ſuam aliquantò plus confirmaſſet per ætatem, *orationes ſex aduerſum Iudæos* conſcripſit. A ſua igitur ordinatione in Lectorem, cum in ciuitate verſaretur adhuc, cœpit ſimul atque deſignatus eſt Lector, ſpecimen edere monaſticæ *exercitationis ac vitæ auſterioris, nempe ſolitudinis quam à tenella ætate arripere concupierat.

Zeno Epiſc. Hieroſolym.

*ἀναγνώστην.

Quæ nũc ſimul editæ Anguſtæ extant.

*τῆς ἀσκήσεως.

Non ita pòſt multo tempore, & ipſius beata mater vitæ finem accepit, relictis ei diuitiis permultis in auro, argento, veſte precioſa, prædiis, mancipiis, iumentis, aliiſque id genus peculiis, ac perquam multis facultatibus. Matrem igitur vt primùm decenti funere ac religioſo extulit, in conditorio depoſuit beati patris, iuxta ſanctæ matris præſcriptũ. Sanè quidem aurum in pauperes & indigos incunctanter dilargitus eſt: quod autem *nulla inſigni nota erat percuſſum, in eccleſias diſpertiuit, ac finitima monaſteria proximè adiacentia ciuitati ad exornandas precioſas reliquias. Seruos & ancillas ad vnum omnes ſeruitutis vinculo emancipatos aſſeruit libertati. His tandem exolutus vinculis negotiorum ſuperfluè mentem vrgentium, quicquid reſederat è ſuis facultatibus, in vſum ciuitatis diſtribuit, vt vacuus maximè eſſet ab omni intemperie & moleſtia exactorum publici tributi. Veritatis concertator hic ſua hæc omnia ad hunc modum diſpenſabat. Proinde in perquam amœna requie vitam tranſmittebat iugi meditationi & aſſiduæ lectioni diuinarum Scripturarum aduigilans, cuſtos peruigil ſui ipſius corporis factus, ſtudio fugitans & à ſe quàm longiſsimè ſubmouens *irritamenta gulæ, turpiumque concupiſcentiarum indecoras permiſtiones propellens, in corpore ſuo quaſi in templo quopiam ſancto locum tribuebat capacem virginitatis ac ſanctimoniæ. Porrò is quum probè noſſet extimulante conſcientia, præſertim vigente ætatis flore (tametſi ſaluo eſſet & incolumi ſenſu præditus) ſe haudquaquam eſſe parẽ tot ſuſtinẽdis moleſtiis quas faceſſit Reſpublica ſuis adminiſtratoribus, finitima ciuitati inuiſit monaſteria. A ſuæ cognationis hominibus, à ciuitate quum ſe ſequeſtraſſet, in numerum aſcitus ciuium ſupernæ Hieruſalem, ſtudio feſtinabat ac flagranti deſyderio vrebatur, vt vel ibi innoteſceret. Illic igitur cœpit primordia iacere monaſticæ exercitations, ac tenacius tueri. Vigilias protendebat iugiter vacans orationi, nec vllam ſibi indulgebat laxationem. Quin potiùs noctu & interdiu multa cum auſteritate id ipſum faciens, quaſi iam primùm cœpiſſet, quæ prius confecerat velut oblitus, *in anteriora extendebat ſe*, ſapientiſſimi Pauli factus imitator. Qui autem eo in monaſterio in quo degebat, diuerſabantur, perſpecta ipſius ſancta conuerſatione, obſecrabant ſibi vt præeſſet, eaque edoceret quæ futura eſſent animarum ſaluti conducibilia. Ille è diuerſo non ſuſtinebat eis præſidere, ne mentem in diuerſa diſtraheret ob anxiam de fratribus ſolicitudinem. Tradidit alioqui præſcriptas quaſdam finitiones ſiue regulas tuendæ temperantiæ, orationis, ac monaſticæ exercitationis. Edocuit præterea diuinarum ſcripturarum meditationem, tranquillam viuendi formulam, nihil quod peculiare ſit vt poſſiderent, ordinem quo perſiſtere deberent in eccleſia quo tempore pſalmodia nocturna conciniitur, diurnæ inſuper orationi quid conueniat. Eos inſuper inſtruxit *linguam coërcere, ipſique frenum iniicere, & ne quid indecori effutirent, eos adhortans vt aduerſus perduellem illum & animarum hoſtem reluctarentur, proque virili decertarent, & inſidioſas eius aduerſum nos molitiones ad libellam diſcretionis expenderent. Improbas quas hominibus clàm ſuggerit ratiocinationes, diiudicarent. Adhortatus inſuper eos eſt vt ſanctorum cõuerſationem pia æmulatione imitarentur, præcipuè quidem Eliæ & Eliſæi prophetarum, qui quidem angeli terreſtres effecti precio inopiæ & extremæ penuriæ mercati regnum cœlorũ conſequuti ſunt; ſubmonens ne animum intẽderent menſis opiparis ac lautioribus eduliis inſtructis, ſed his cõtenti abirent, quæ neceſſarium vſum ſuppeditarent fulciendo corpori, partas autem ſuis laboribus opes in egenos dilargirentur, pro his certa expectatione præſtolantes retributionem ſibi à liberaliſſimo opum largitore Deo rependẽdam. Et quidem in his perſeuerantes præmuniebat ac reddebat tutos, fluctuantes autem per animi inconſtantiam conſtabiliebat. Aſſiduus illi erat ſermo de Iudicio & retributione, de ſupplicio & gehenna. Continenter etiamnum cum ipſis ſermones texebat de tranquilla requie, cœlorumque regno, quibus magnopere exacuebat animos ac deſyderium accendebat eorum qui fuerant eatenus de ſua ſalute oſcitabundi ac ſupiniores, eoſque prouehebat ad pœnitentiæ portum. In his qui eſſent perfectiores, ad ampliorem parandam virtutem promouebat. Hæc & his conſimilia dum eos iugiter edocet, nec hos modò, ſed & omnes ad vnum qui eo in monaſterio degebant, extimulabat ad conſulendum animarum vtilitati, omnibus in commune factus Antiochenæ regionis incolis columna ſpiritualis doctrinę, adeò vt ſui deſyderio omnes accenderet, nullique non eſſet maximopere gratioſus. Hunc ſinguli adibant cum metu ac permulta reuerentia, non ſoli monachi, verùm laici, clerici, pariter & qui amplitudine honoris ac dignitatis præpollẽbant, audiẽndi gratia eius ſapientiam atque commonitionem. Obtinebat enim in ſe inhabitantem Spiritum Sanctum, cuius gratia per eius os perenni defluxu ſcaturiebant diuina eloquia, ac proinde exhilarati omnes & animo recreati, ob idque Deo rependentes gratiarum actionem ad propria ſe recipiebant. Eius enim fama multa cum celebritate quoquouerſus excurrebat. Dei enim benignitate ac peculiari gratia dignus eſt habitus, vt diuinam Scripturam clare intelligeret, eamq; dilucidè interpretaretur, ac *Phraſes eius perplexas, & quamlibet intellectu difficiles enarraret omnibus, ac perſpicuè explicaret. Libros prætereà ad legentium vtilitatẽ cõſcripſit, ſic vt multi exſcribi iuſſerint eos, ſibiq; aſciuerint ad familiarem & vernaculã lectionem, eorumq. incumberent aſſiduæ meditationi,

*ἄσημον

Matris eius mors Vitam monaſticam auſpicatur.

*γαργαλισμοὺς

Philip. 3. v. 14.

Silentiũ, Religioni neceſſarium.

*σιγᾶν τὴν γλῶτταν καὶ χαλιναγωγεῖν αὐτήν.

*Peculiares ſcripturæ loquendi formulas

atque

Heſychius Syrus, anachoreta.

atque eorum contemplatione in admiratione̅ authoris raperentur. In eo monaſterio erat Anachoreta quidam Syrus genere, nomine Heſychius ad ætatem vſque prouectus ſenilem. Hic ibidem loci multo iam expleto tempore in exercitatione monaſticæ diſciplinæ, in exacta & admodum auſtera educatione, præſcientiam ſiue prænotionem diuinæ reuelationis eſt conſequutus. Beatus Ioannes hunc ſibi imitandum propoſuit ad formandos mores, ac vitæ inſtitutum, ad propoſitum abſtinentiæ. Eo igitur quapiam nocte, inſomni & effundente preces, ecce videt viros duos ad beatum Ioannem ingreſſos quò loci orabat, ſtola candida amictos, habitu planè religioſo, ſimul & ſplendore admirabili conſpicuos, gloria inſuper ineffabili ſpectabiles. Tenebat vnus manu ſua volumen ſcriptum, alter autem claues. Hos vt vidit Ioannes, exterritus procidit, eoſque in humum deiectus adorauit. Illi aute̅ apprehenſa eius manu erexeru̅t, dicentes: Animo fac ſis præſenti, & confide, ne timeas. Dicit eis: Quinam eſtis domini mei, qui nihil indignum duxiſtis inuiſere ſeruum veſtrum, tanto ſplendore intermicantes? Neminem enim ipſe ſum aliquando contuitus, qui tanta ſplendeſceret gloria, cuiuſmodi vos conſpicio prænitere. Reſpondentes dixerunt ei rurſus: Ne tibi malè metuas vir deſideriorum, iuuenis Daniel, in quo ſibi bene complacet deligere domicilium Spiritus ſanctus, idque ob mundiciam cordis tui. Ab eximio illo doctore ac ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto ſumus ad te delegati, vt annuntiemus gaudium magnum quod erit vniuerſis Dei eccleſiis. Tum primus ille exporrecta manu tradidit volumen ſcriptum Ioanni, quod manu tenebat, dicens: Librum hunc chartaceum accipe è manibus meis. Ego enim ſum Ioannes, qui & recubui ſuper pectus Domini in myſtica illa cœna, & illinc fluenta Theologiæ hauſi, eamque ediſſerens dixi: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Sanè ſuo gratuito munere tibi contulit ipſe Dominus cognitionem veritatis, qua officio oris tui paſces populos omnes pabulo veritatis, quod quidem nunquam deperit, ſed permanet in vitam æternam: vtque officio oris tui ora oppiles hæreticorum, Gentilium pariter & Iudæorum, loquentium iniqua aduerſus Deum noſtrum. Alter autem extenta manu ſua tradidit, quas manu tenebat, claues, dicens: Accipe & has claues. Ego enim Petrus ſum fide præferuidus, qui confeſſus ſum Dominum eſſe Chriſtum ac filium Dei viui. Eam obrem mihi concreditæ ſunt claues regni cœlorum. Tibi igitur ipſe dominus ſanctarum eccleſiarum etiamnum claues concredidit, vt *quodcunque ligaueris ſuper terram, ligatum ſit & in cœlo: & quodcunque ſolueris ſuper terram, ſolutum ſit & in cœlo.* Beatus inſuper Ioannes flexis genibus venerabſidus procidit eis, dicens: Quis enim ego ſum domini mei; (peccator nimirum ac cæteris mortalibus longè inferior) vt vnus tot obeundis muniis ſatis eſſe poſſim quæ mihi indixiſtis? Planè indignus ſum qui tantam hanc aggrediar vtique maximam ac formidabilem functionem. Huic obeundæ adminiſtrationi nequaquam ſuppetunt vires. Illi rurſus apprehenſa eius dextera erexerunt dicentes: Inſiſte pedibus, confortare, ac viriliter age. Quæcunque tibi mandatis præſcripſimus, vide vt opere exequaris omnia. Gratiam tibi à Deo collatam ne occulueris, quin potiùs eius populum loquendo illuſtra, doctrina tua firma & corrobora. His enim redimendis proprium effudit ſanguinem, vt eos ab errore incolumes conſeruaret. Verbum Dei omni ſubmota dubietate eloquitor. Fac memineris dictorum Domini: *Ne timueris puſille grex, quia complacuit Patri meo dare vobis regnum cœlorum.* Et tu igitur ne animo ſis pauido, quia CHRISTO ac Deo noſtro co̅placuit animas non paucas officio oris tui illuſtrare, & ad agnitionem ſui nominis prouehere. Tribulationes quidem ac vitę pericula propter animæ tuæ rectitudinem adibis. Atqui tu generoſi athletæ imitatus exemplum, cuncta perfer: Siquidem merito earum afflictionum, regni cœleſtis hæreditatem aſſequeris. Hæc quum dixiſſent, frontemque eius ac cætera membra omnia conſignaſſent, ſalute ei data in Domino illinc ſe receperunt. Porrò ſanctus Heſychius rem totam contemplatus, non exiguo tempore perma̅ſit inſtar muti ſtupore perculſus, & admirans viſionem, & ob eam attonitus. Diluculo autem adiit Eccleſiam. Quumque fratres inueniſſet in vnum coactos, aſſedit eis. Rurſus ſecum & ſeorſim loquebatur, extraq. ſe rapiebatur, volutans animo viſionem, quam viderat. Qui autem ipſi aderant, vt viderunt eum ſic affectum, circunſtant efflagitantes vt cauſam proderet. Ille autem in ſuſpiria reſolutus valde ingemuit ex intimo cordis ſui receſſu, concuſſoque capite cum profluuio lachrymarum dixit: O filij, quàm multos habet Deus ſeruos qui in arcano deliteſcunt, quorum præſentia *indignus eſt hic mundus.* Reuera admirabiles viæ tuæ Domine, & *inperueſtigabilia opera tua.* Quumque fratres eum tantò ampliùs obſecrarent, cauſam vt ediceret, reſpondens Heſychius ait: * *Myſteria quidem regum euulgare non eſt tutum*, ſed hoc atrociſſimam inducit vltionem: Sacramenta autem Dei occulere nihilo diſparis periculi eſt, forſan grauioris, quatenus ad animam ſpectat, eò quòd æternum infert ſupplicium. Quo fit, vt nequaqua̅ in arcano retineri debeant, & ea potiſſimùm quæ quidem ipſe vult innoteſcere de ſeruis ſuis ad aliorum exemplum & accendendum ſpirituale deſirium eorum qui ipſi legitimè adhæreſcunt, & pro ſua ipſorum ſalute pro virili in agone contendunt & eluctantur. Cæterùm adhortor vos, bona fide & æquo animo vt auſcultetis quæ à me dicuntur. Teſtimonium enim reddit conſcientia me nihil mentiri, aut affingere veris. Tunc cœpit eis exponere quæ viderat omnia, eis præcipiens ne hæc innoteſcerent beato Ioanni, vt ne is deſciſceret à monaſterio: ac proinde tanti theſauri damnum ipſi cœnobio irrogaretur. His illi auditis demirati ſunt glorificantes Deum. Hæc autem beatus Ioannes nullius relatu reſciuit, ſed neque ſolito cunctantius exercebat diſciplinam monaſticam, ac Scripturæ diuinæ meditationem. Peruigil in orationibus ac deprecationibus erat, quibus vigiliis vetus enarrat nouumque teſtame̅tum, vtrunque ſua interpretatione ediſſerens. Plerique autem confinium monaſterioriorum, perſpecta eius intemerata viuendi ratione, magno ſtudio expetebant ſectari eius conuerſationem ac virtutem, Deoque cupiebant vberrimo̅s fructus proferre abſolutæ perfectionis. Fama viri increbuerat perluſtrans omnem illam finitimam regionem, inque omnes excurrerat de eo rumor prouincias quamlibet diſſitas, vtque virum ſpectarent, ad eum venerunt audituri eius doctrinam. Conſcripſit autem & homilias ad * monaſticam exercitationem ſpectantes, eaſque emiſit his qui deſiderio tenebantur imitandi conuerſationem angelicam; ad ipſorum commonitionem & confirmationem. Erat enim is fide atque operibus ipſis, nullo ſanctorum omnium inferior, fiducia quiduis impetrandi à Deo nemine poſterior. formulam viuendi planè delegit inopem, anguſtam, & tribulationibus expoſitam, eoque cæteris ſuperior euaſerat per exactam diſciplinam. Mordicus enim tuebatur & obſeruabat eloquia diuina, & pro horum legitima cuſtodia non parum ſibi metuebat. Hoc viuendi inſtitutum vt omnes capeſſerent, cupiebat maximè. Siquidem meminit eius qui dixit centeſimo octauo & decimo pſalmo: *Mandata tua exquiſiui.* Et, *Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi valde.*

Dan. 9. f.
Ioan. 1.
Matt. 16. v. 19.
Luc. 12. v. 32.
Hebr. 11. v. 38.
Rom. 10. v. 33.
* Arcana, ſecreta, ſacrame̅ta.
Tob. 12. v. 6.
* ἀσκητικοὺς λόγους.
Pſal. 118. v. 46.

Iam quando Dominus *facit voluntatem timentium ſe*, præter eam gratiam quæ illi collata erat, etiam poteſtatem adiecit aduerſum omnes corporis perturbationes. Hac igitur de re ſupereſt vt ne cunctemur pauca enarrare è multis, & argumentis declaremus quanto ſplendore virtutis vir hic emicuerit.

Vir quidam Antiochenus opulentus, & ex ſpectabili genere, *hemicraniæ morbo peracri dolebat, ita vt illi exiliret oculus dexter per vehementem morbi acrimoniam, & in eius maxillam propenderet. Is in medicos ac ſophiſtas quum exhauſiſſet plurimum pecuniarum, tanta molitus, nihilo plus promouit. Hic de Ioanne quum permulta ac multorum relatu didiciſſet; exurgens ad eum bona cum fide ſe contulit in monaſterium. Quumque propiùs acceſſiſſet, apprehendit ipſius ſanctas manus, eaſque complexus excepit oſculo, dicens: Benedicito mihi pater, ac pro me Dominum deprecator, vt me tua gratia reſtituat ſanitati, & huic quo detineor flagello eximat. Recuperandæ ſanitatis cauſa nihil non ſum molitus; & ecce nullis modis quiui me aſſerere priſtinæ ſaluti. Si enim vnum aliquem nanciſcerer, qui quidem me poſſet reſtaurare priſtinæ ſanitati, ipſam quoque animam meam (ſi poſſem) huic multa cum alacritate impertirer, nedum meam omnem ſubſtantiam. Ad hæc reſpondens beatus Ioannes dixit ei: Iſtiuſmodi calamitates inopinè homines adoriuntur, ob inæqualem & diſtortam obliquitatem animæ ipſorum, quodque puſillæ ſint fidei in CHRISTVM. Si igitur toto animo credideris quia Deus poteſt te in integrum ſanare, & à ſceleribus quæ priùs inſueuiſti operari, deſciueris, videbis gloriam Dei. Homo ille reſpondens ait: Credo, domine, omnia facturus quæcunque abs te imperata fuerint. Hoc dicto, apprehendit veſtimenta beati Ioannis quibus amiciebatur, & admouit ſuo capiti, ea ſuperponens oculo inclementer laborãti. E veſtigio hemicraniæ morbus finem accepit, oculus ſuo loco reſtitutus eſt, vti fuerat initiò, & in integrum inſtaurata eſt illi ſanitas, ac ſi nullus vnquam illum dolor attigiſſet. Illinc ſe recepit homo ad propria, glorificans Deũ, qui per famulum ſuum Ioannem ſibi gratuitò contuliſſet ſanitatem. Signum hoc in ſe factum enarrauit Antiochenis omnibus. Super hoc admirabili ſpectaculo obſtupuere omnes.

Erat & Antiochiæ vir alius quidam nomine Archelaus. Hic etiamnum amplitudine dignitatis apprimè clarus, ac procerum ciuitatis primarius. In eius facie lepra effloruit. Quum permulta eſſet molitus, ac tentaſſet, nec ab ea poſſet expiari, maiorem in modum anxius erat & affligabatur, non modò propter morbum, ſed & ob infamiam ac dedecus, quòd ea inſediſſet loco ſpectabili ac viſendo, nec tegere poſſet. Eapropter plurimum temporis detriuit domi demoratus, ita vt nulli pateret ad eum ingreſſus. Nemo enim illum non execrabatur, & auerſati defugiebant: eius præſentiam inſenſe oderant omnes. Erat huic vnus aliquis non fucatus amicus. Is eum contuitus tanta animi anxietate conflictari, quum vna dierum ipſi adeſſet in domo, diuina motus prouidentia dicit Archelao: Non pauca audio de ſolitario quodam monacho, vnum eorum quæ circum ciuitatem ſita ſunt monaſteria, inhabitante: idque ab his qui eum adierunt, vtique ab his qui & gratiarum actionem plurimam ei rependerunt. Me igitur audito (qui conſultum velim ſaluti tuæ) cum fide & recta conſciẽtia abeamus ad virum in monaſterio demorantẽ. Obſecremus vt pro te oret, ſpeſque ne deſit in Deũ qui in eius miniſterio infirmitates curat, quia ab ipſo nequaquam reuertemur re infecta ac vacui laboris noſtri. His auditis credidit Archelaus Deo, ſuique amici ſermonibus. Poſtero die quum ſurre-

A xiſſent ambo, multa cum feſtinatione adierũt beatum Ioannem, & ingreſſi monaſterium eum inuenerunt ſedentem ſub tecto veſtibuli. Hi quum ad pedes ſancti veneratione dignos procidiſſent, ipſum obſecrabant vt funderet orationem. At ſanctus ſimul atque eos erexit, cauſam aduẽtus ſciſcitatus eſt. Archelaus autem reſpondens dixit: Honorande pater, obſecra Deum, me vt liberum reddat ab hoc morbo. Planè noui, quia preces tuas non perfunctoriè, non item aure ſurda admittit Deus: quicquid tandem ab eo poſtulaueris. Cui ſanctus facie exhilaratus reſpondens ait: O homo, quis ego ſum (nimirum minimus omnium qui hîc degunt, fratrum) qui pro te preces effundam, & oratio mea te reſtituere queat priſtinæ ſanitati? Ille verò tantò amplius obteſtabatur multis cũ lachrymis, adiuncto ſibi amico, vt aſſentiretur, & piæ efflagitationi annueret, néve vacui & expertes illinc

B faceſſerent, neu ſua ſpe fruſtrarentur & exciderẽt. Contemplatus igitur eorum ſynceram fidem ait Archelao. Ex compoſito nunc Deo paciſcere facturum te eſſe quicquid noueris illi fore gratum, ac pauperum manus impleturum ex opulentis facultatibus tuis fide nihil dubia credens, quia is poteſt priſtinam tibi inſtaurare ſanitatem, & idem à morbo curare queat, qui te vndique cingit & circumplectitur. Reſpondẽs Archelaus dixit ſancto. Quęcunque tua mihi iuſſit ſanctitas, ad extremũ vſque vitæ finem exequar: & ſi quid à quouis extorſi iniuſtè, iniuriam paſſo rependam, ac reddã duplum. Tantum, pater ſancte, integræ me ſanitati reſtitue. Tunc beatus Ioannes adſtantibus ait: Acceptum eum lauate aqua è ciſterna, (è qua fratres hauriunt aquam potabilem) in nomine domini noſtri IESV CHRISTI, & ſanabitur. Eo arrepto expleuerunt ſicut mandatum eis fuerat. Eadem hora à facie eius

C mũdata eſt lepra priſtino colore reuerſo, vti priùs fuerat, ſic ei reſtitutus eſt color, vt ne veſtigium quidem lepræ vllum apparuerit in eo. Ille verò ad beatum Ioannem ſe recepit, gratiarum actionem refundens Deo ac Ioãni, & aduolutus pedibus eius confeſſus eſt ſe eſſe ſanum. Reſpondens autem Ioannes ait ei: Da poſthac operam, ne pauperes vllis afficias iniuriis. Deus enim adiutor eſt eorum, proque ipſis curam gerit. Nunquam itaque permittetur tibi vt eos calumniis aut iniuriis afficias & affligas. Vt hac de re certiſſimè perſuadearis, abundè tibi ſufficere poteſt parabola opulenti illius epulonis & Lazari. Qua id ratione? Propter inhumanum & immite ingenium inclemẽter Lucæ 16. verſ. 19.
& citra vllam miſericordiam luebat pœnas; non quòd quicquam à Lazaro per rapinam expreſſiſſet, quippe qui nihil habuiſſet. Quare & hic merito conſtantis patientiæ, ſtationem ſortitus in finibus Abrahæ refocillatur & conquieſcit: diues verò e-

D pulabatur quotidie ſplendidè, contempto paupere qui cum fame luctabatur, & cupiebat ſaturari micis quæ cadebant de menſa diuitis, & qui daret, neminem inueniebat. Si igitur ob hoc ille innumera ſuſtinuit mala, quid non ſuppliciorum paſſuri eſtis, qui per rapinam mendicos & inopes deglutitis, nudos relinquitis: inſuper dolo malo in illos fraudẽ committitis, quin & fraudatis quotidiano alimẽto? Quémnam locum vos excepturum ſperatis, niſi ille fuerit vbi fletus & ſtridor dentium? Lucæ 13. verſ. 18.
Itaque gratiarũ actionem refer Deo, qui hoc in ſæculo te caſtigauit ac erudiuit inflicto tibi ad modicum morbo hoc, qui niſi tibi aduenisset, vtique æterno ſupplicio fueras addicendus, ad exemplum illius diuitis. Quod reliquum eſt, da gloriam Deo, reconcilians eum tibi per probatas actiones, & ipſi commendabiles, adimplens omnia quæ ex compacto tibi ipſi præſcripſiſti facienda & eroganda in pauperes. Ad Apoc. 1. verſ. 16.
hæc reſpondens Archelaus dixit ei: In veritate, ſancte pater, tibi dico, quia ſermones tui quaſi vtrimque ſecans gladius, & anceps, vtraque parte

inti-

intima cordis mei penetrarunt, eoſque ſic ſenſu
percepi, ac ſi mecum ipſe diſſeruiſſet Chriſtus.
Non iam deinceps committam quiduis operis
perficere ſecundum priora mea delicta, at neque
in poſterum ſeruiam regi terreno, niſi ſoli cœlo-
rum regi Chriſto Deo noſtro. Ecce igitur adeo
ciuitatem, meamque omnem ſubſtantiam precio
diſtractã erogabo in egenos & inopes. Huc autem
reuerſus quod reliquum eſt vitæ meæ hic tranſi-
gam ſubſtratus venerandis pedibus tuæ beatitu-
dinis. Te igitur obſecro, honorande pater, vt pro
me ores, & apud Dominum mei fac memineris, vt
me corroboret Deus ad explendum omnia quæ-
cunque ex pacto ſum ei pollicitus, tibique condixi
me facturum. Reſpondens autem beatus Ioannes
dixit ei: Vade fili in pace, & Dominus proſperè di-
rigat greſſus tuos, tuumque omne conſiliũ adim-
pleat in bonum. Quumque abiiſſet Archelaus in
ciuitatem, quæ condixerat ſe facturum ore pro- B
prio, expleuit omnia, & in monaſterium reuerſus
mundanæ huic vitæ valedixit, & euaſit in perfe-
ctum monachum, ſe continens ab omni opere ma-
lo adusque vitæ finem, * quieuit in monaſterio,
Deo ac beato Ioanni gratias agens & amico ſuo,
quòd is author fuiſſet ſancti iſtius conſilij, & arre-
ptæ huius conuerſationis.

* ἀνεπαύ forte ἀνεπαύσατο, i. diem clauſit.

Vir quidam erat nomine Theodorus. Hic ſplen-
dore generis nec minus opulentia effloruerat,
quum audiſſet quid feciſſet Archelaus, nimirum
quia renuntiaſſet vitæ iſti mundanæ, quodque de-
ſiderio teneretur capeſſendæ conuerſationis mo-
naſticæ, adiit & ipſe monaſterium ad beatum Io-
annem, & aſſumens habitum angelicæ conuerſa-
tionis factus eſt probatæ vitæ monachus. Inſuper
& alij permulti Antiochenæ ciuitatis zelo accenſi
vitæ ſolitariæ, ſuis omnibus ſubſtantiis nuntium
remiſerunt. Quumque nonnulli quidem adiiſſent
monaſterium, in quo degebat beatus Ioannes, alij C
autem in monaſteriis quæ circumcirca ciuitatem
ſita ſunt, fuerunt monachi, & ſinguli quique eo-
rum decertarũt bonum certamen aduerſus com-
munem humani generis hoſtem diabolum, in per-
fecta virtute promouentes: alij quidem in anguſtis
admodum cubiculis ſe includentes, nec vllum
omnino admittentes, qui ſecum texeret collo-
quium. E diuerſo alij excluſi, neminem ad ſe ve-
nientium prohibebant à ſuo familiari congreſſu.
Alij inſuper aliter ſuam viuendi formulam exer-
cebant, ſuæ diſciplinæ monaſticæ colligentes co-
ronas, pro ſua quiſque virili portione. His autem
in vniuerſum omnibus quæ fiebant bonis, ſecun-
dum Deum author erat Ioannes. Inductione enim
diuinarum ſcripturarum hæc & admonebat om-
nes, & edocebat. Is quoties inuiſeret incluſos, &
viribus deſtitutos, ipſos conſolatoriis ſermonibus
demulcebat ac perungebat, vt ne inſidioſas im-
preſſiones inimici nihil grauatim ferrent: quare D
& ipſum omnes illi ſuum patrẽ vocitabant, eidem
enarrantes quas ſibi inimicus clàm ſuggeſſiſſet
improbas cogitationes, & accepta per eum ſpiri-
tuum diſcretione, ad propria ſecedebant loca, ad
Deum qui ſe per Ioannis ſapientiam tanto affeciſ-
ſet beneficio, gloriam omnem refundentes. Nec
ſoli ſolitariam agentes vitam hoc faciebant: ſed &
plerique alij medio in mundo verſantes variis
cogitationum ludificationibus oppugnati eum
adibant, ſuarumque animarum vulnera reuela-
bant, vt aſſolent qui graui quopiam corporis labo-
rant morbo, eam perpeſſionem detegunt medicis,
ita & per illum emplaſtra ſiue pharmaca cõgrua,
ſuiſque animabus perquam vtilia ad medelam re-
portantes, ad propria reuertebãtur gaudio diffuſi.
Porrò in illis monaſteriis non modica in inuicem
dilectio efflorebat, quapropter in tranquilla de-
gebant pace. Nulla inter illos exoriebatur turba,
arrogantia prorſus nulla, nulla eduliorum inſatia-

Plerique Ioannis exemplo fiunt monachi.

Monaſteriorum formæ.

Cõfirmat collatione.

A bilis edacitas, vinolenta potatio nulla, non riſus
effuſior, nulla intercedebat collocutio familia-
rior, & parum tuta, contentio & æmulatio ſiue ſu-
ſpicio nulla, nihil inter ipſos eorũ quæ inſyncera
ſunt & vitioſa. Iſthæc enim omnia ſubmouebat
diuinorum eloquiorum continens & aſſidua me-
ditatio, vnà cum Ioannis anxia ſolicitudine, &
morum æquabilitate.

Porrò vir quidam alius erat nomine * Eucleos.
Hic diabolica quadam operatione oculum perdi-
dit dextrum. Perrexit is ad Ioannem, vt vitam ex-
erceret monaſticam. Is quum ſibi totondiſſet ca-
pitis pilos, habitumque eſſet indutus monaſticum,
orauit pro eo Ioannes: Deus illumina illius fratris
animam, & cætera corporis ſenſoria organa, vt
plurimùm fructificet per obſeruationem diuino-
rum mandatorum tuorum. Hæc quum dixiſſet Io-
annes, repente adapertus eſt ipſius oculus, & vt
B alius, ita & dexter. Videntes autem fratres quod
factum fuerat ſignum, admiratione corripieban-
tur, dicentes, eum reuera ſeruum eſſe Dei, & quia
Spiritus ſanctus eum inhabitat; ipſi impertiens
hanc ſanitatum gratiam, quemadmodũ & ſanctis
Apoſtolis. Flagranti eius deſiderio tenebantur,
vtpote fratres, ſed quod maximo timori coniun-
ctum erat per præferuidam erga eum charitatem,
nimirum contemplantes, quæ eius merito edebat
ſigna Deus ſuper infirmos.

Miraculũ de Eucleo coclite.

* εὔκλεος ſiue εὐκλεὴς glorioſus, celeber, inclytus.

Mulier quædam, Chriſtina nomine, iam annos
ſupra ſeptem profluuium patiebatur ſanguinis.
contubernalis eius vir, vt qui anxiã ageret curam
pro eius curatione, multa iam inſumpſerat in me-
dicos, nec quicquam valuit efficere quod vt re-
centius prodeſſet aduerſus eam perpeſſionem.
Eadem auditis quæ per beatum Ioannem edidiſſet
ſigna Deus, obſecrabat virum ſuum ſe aſſumeret
ad eum ituram. Credidit enim dicens: Tametſi ſum
C indigna quæ cernam eius angelicam effigiem, at
certè noui quia non me à ſe reiiciet, neque abomi-
nabitur me peccatricem, exemplũ imitatus com-
munis omnium Dominatoris ac Domini, qui à ſe
nequaquam diſpulit ſimili vitio obnoxiam, nimi-
rum ſanguine fluentem mulierem, ſed hanc ſani-
tati reſtituit tactu oræ aut fimbriæ veſtimenti ſui.
Huius igitur contubernalis vir, eam quum impo-
ſuiſſet iumento ſubiugali, deduxit in monaſteriũ,
& relicta ea extra ianuam vnà cum ipſius comiti-
bus ingreſſus eſt ad eximium illum Ioannem.
Quumque is proieciſſet ſe ad pedes ſancti, cum
lachrymis obſecrabat eum dicens: Pater, auxilio
ſis nobis apud Deum. his dictis cauſam expoſuit,
ac vitioſum affectum vxoris. Reſpondens beatus
Ioannes multa cum manſuetudine dicit homini:
Demiror peruicacem quorundam obſtinationem
opinantium penes nos ſitam eſſe hanc ſanandi
poteſtatem. Quę poteſt eſſe in hominibus vis ope-
ratoria tantæ iſtius virtutis? Quænam mihi pecca-
D tori ſuppetit vis ſic efficax, vt id exequi poſſim?
Videmini neſcire quia Deus per hæc vos caſtigat,
& erudit ad id quod conducibile eſt ſaluti veſtræ.
Illos quidem qui peccant, hoc pacto abarcet &
impedit, ne tam multa admittant peccata. Alios
autem probat, ſi cum gratiarum actione, & amabi-
liter diſciplinam & correctionem eius excipere
velint. Ipſe ſiquidem percutit, & rurſus ſanat ac
medetur. Dic igitur tuæ vxori, finem vt imponat
impudenti ſuæ voluntati; deſinat à præfracta &
contumaci temeritate qua erga ancillas ſuas vſa
eſt, agnoſcens ſe eſſe eiuſdem cum eis naturæ, &
ex eadem conſperſione ſiue maſſa conditam, ta-
metſi in præſenti vita domina earum vocetur.
Morte iſthæc omnia demoliente ac diſſoluente: fa-
ctaque repentina impreſſione * vtramque exæ-
quante. Dic rurſus eidem, ſedulò curam obeat a-
nimæ propriæ, ſolicitè incumbens refouendis
pauperibus & egenis. Obſeruet præfinitos, & ex-

De Chriſtina hæmorrhoiſſa miraculum.

Matt 9. v. 20. Lucæ 8. v. 46.

* dominã & ancillã.

preſſe

A preſsè ſtatutos dies ſanctorum ac venerabilium ieiuniorum. Iiſdem diebus ne ſe contaminet per immodicam ingluuiem, ſed in ſancta Dei eccleſia aſſiduæ vacet orationi. Quòd ſi audierit hæc, & obſeruauerit, Deus quoque vires ſuggeret * & ſanitatem. Vir autem illius egreſſus, hæc omnia renuntiauit vxori. At illa alta voce ait: Pater ſancte, tua hæc cum primis honoranda, & quæ Deum nihil dedecent, præcepta omnia ſeruabo ad extremum vſque vitæ ſpiritum. Reuerſus ad ſanctum vir eius dixit: Ecce pater, condixit quæ à tua ſanctitate iuſſa ſunt ei omnia, ſe facturam. Reliquum eſt, vt ne nos auerſeris, vt ne excidamus aut fruſtremur præcepta ſpe noſtra eouſque humiliati. Tunc reſpondens beatus Ioannes dixit viro: Perge in pace. Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanabit eam à tormento quo cruciatur. Eadem hora ſe ſtitit ſanguinis profluuium, ſenſitque ſibi eſſe reſtitutam ſanitatem. Quumque gratiarũ actionem B exoluiſſent qui cum ea erant, vniuerſi receperunt ſe in domos quique ſuas cum gaudio magno, publico præconio proteſtantes beneficia & admirabilia Dei opera erga ſe facta per ſanctum ſeruum ſuum Ioannem.

Sanè præcipuum hoc & admirabile ſignum effecit Dominus per orationes beati Ioannis. Illis in partibus erat Leo modis omnibus expaueſcendus, & idem ſanguinivorus. Is iumenta finitimorum locorum permulta trucidabat. Homines inſuper illac prætereuntes abripiebat. Plerunque quidem armatos milites à caſtris aut ſtatiuis illac tranſeuntes, habentes alioqui rhomphæas è vagina exertas, & arcus extentos, fera hæc immanis nemus egreſſa, furore ac ſuo robore vſa, eoſque inuadens diſpergebat. Et hos quidem interimebat, illos autem plagis impreſſis fauciabat: alios verò C abripiens ingrediebatur ſpeluncam, & illic ipſos deuorabat, quòd nemo auderet redimere vllum ex his qui à Leone abrepti eſſent. Denique iſtius ingens timor ſuper omnes cecidit, ita vt agricolæ diffugerent, & tranſmitterent ſemen ſuum in mediis campis ſegetum incuſtoditum, alia inſuper animalia è deſerto prodeuntia deuorabat, & ad nihilum deducebat. Multi verò fuga vertebant patriæ ſolum, & oppida finitima ingrediebantur habitaturi in eis. Alij quoque deflectentes è via recta per inuia & inacceſſa loca pergebant, in graue periculum ſuas præcipitantes animas. Accolæ igitur locorum illorum in graue animi deliquium, magnamque afflictionem conciderunt, conſilij prorſum inopes, ac neſcij quid tandem moliri deberent aduerſus hanc immanem beluam. Cæterùm hi quum in vnum conueniſſent, vno eodemque animo vniuerſi deprecabantur Deum, vt diſperdendo Leoni modũ aliquem præſcriberet. Vnus D autem ex horum numero reſpondens ait: Pergamus ad beatum patrem noſtrum Ioannem, eumque obſecremus vt ſyncera fide, Deo offerat orationem, proque eiuſmodi negotio nobis reddat exorabilem. Haud dubiè exaudiet eum, & modum aliquem excitabit ad eius deperditionem, & ab hac immani belua ſaluum faciet populum ſuum. Omnes conſona voce, quaſi ex vno ore reſponderunt dicentes: Reuera nunc vult Deus diſperdere leonem. Quũ igitur ſurrexiſſent omnes vno & eodem animo, feſtino gradu in monaſterium perrexerunt ad eximiũ illum Ioannem, & ad eius pedes procidunt cum lacrymis, clamantes & dicentes: Miſerere noſtri pater ſancte, & nos exime iſti quæ dirè premit, afflictioni. Ille quum eos arrexiſſet, cauſam ſciſcitabatur ab eis. Illi verò quæ de Leone erant, renuntiarunt, exponẽtes ei quantum turbarum excitaſſet. Tunc reſpondens numine Spiritus ſancti plenus Ioannes, dicit eis: Hoc vobis euenit, quia modicę eſtis fidei. Si enim fidem in Chriſtum firmam habuiſſetis, fera illa nihil

A noxæ aut detrimenti vobis inuexiſſet: quandò poteſtatem dedit Dominus his qui ſyncerè credunt in eum, *calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici*, vtque nulla noxa aut iniuria afficerentur ab eis, nec id ſolùm, ſed & ſi præceperint monti huic vt ſe transferat aliò, & iaciatur in mare, eos quoque ab ipſo exaudiendos eſſe. Hæc autem eo loquente, timor cecidit ſuper omnes, & mentis emotio. Accepta igitur venerabili Cruce, dedit eam ipſis, dicens: Hinc profecti, in loco ipſam infigite vnde egreſſus tot turbas cõcitare ſolet, nihil ambigentes. Nemo autem veſtrum illic permaneat, & bona ſpe fretus confido in Domino ac Deo noſtro Ieſu Chriſto, quia ipſe demonſtrabit vobis ſua mirabilia aduerſus eum, nec deinceps ſinet vos per eum affligi. Vos autem cum liberis & vxoribus iugiter vacate & immoremini ſanctis Dei eccleſiis. Deprecationes cum B confeſſione offerte ei, poſtulantes ab ipſo indulgentiam eorum quæ priùs per ſocordiam admiſiſtis, delictorũ, ex hoc iam tempore deſituri à peccatis, vt ne quid peius vobis contingat. Illi autem accepto venerando & inexpugnabili ſcuto, nimirum ſigno ſanctæ Crucis, magno cum gaudio, vnà cum fide per pias commonitiones ipſius magnopere adiuti abierunt, & vt eis præceperat celeberrimi nominis pater noſter, expleuerunt omnia. Crucẽ loco indicto infixerunt, ac receſſerunt. Viri autem diluculo expergefacti, profecti ſunt ad locum Leonis, ipſumque inuenerunt in terram proiectum, ſub victrici ſigno ſanctæ Crucis mortuum. Exclamarunt autem omnes dicentes: Chriſtus percuſſit Leonem virtute ſanctæ Crucis ſuæ, per ſupplicationes ſancti famuli ſui Ioannis. Congregata eſt autem virorum ac mulierũ numeroſa C ac frequens multitudo ex omni vndique finitima regione ſpectandi gratia cadauer immanis beluæ. Contemplati autem ipſum iacentem ſub ſigno viuificæ Crucis, crediderunt Chriſto: multa verò infidelium turba aqua baptiſmatis abluta eſt, & prædicabant gloriam eius, ipſi rependentes gratiarum actionem, qui per occaſionem eos exemit inani culturæ idolorum, & hæc mirabilia eſt exequutus per electos ſuos.

Iam quando hic planè beatus ardentibus votis id vnum expetebat, vt perpetuò degeret in tranquilla ſolitudine, vitamque traduceret nullis diuulſam negotiis, in hoc vt poſſet aſſiduus vacare orationi, & lectioni incumbere diuinarum ſcripturarum, animo diſcruciabatur videns ſe obturbari ob crebram nimiſque frequentem ad ſe accedentium monachorum, laicorum, nec non principum vndequaque accurſum. Rurſus inſuauiter afficiebatur ac mœrebat, quòd quum liquidò ſciret ſua vnius admonitione prorſus fratres adiutũ D iri, ſed & neque eum latuit vnum fore ex ipſis, qui non attingeret * ſcopum, ob quem hoc faciebat, ita vt eius ſuperbæ oſtentationi id aſcriberent, néue pro ſperata vtilitate, eis quippiam noxæ ac detrimenti obtingeret. Suſpicionem prædicabat rem eſſe vehementer malam. Quum eius probè conſcius eſſet, decreuit alium in locum concedere, ac ſeorſim peculiarem traducere vitam, vt deliteſceret nulli mortalium cognitus, & vt vtraque hæc moderatè diſpenſaret. Iam enim annũ quartum exegerat eo in monaſterio, inquinamentis voluptatum pro virili repugnans, quibus facilè ſuperior euaſit tandem, non tam labore, quàm ratione. Et quidem omnibus clam illinc egreditur, ſoluſque ad ſpelæum quoddam peruenit, cupiens nulli eſſe cognitus. Porrò illic quum conſumpſiſſet * biennij tempus peruigil, maxima ex parte ediſcens teſtamenta Chriſti, à ſe * vt profligaret ignorationem [ſcripturarum.] Toto autem biennij tempore reſupinus quidem diſcumbens, non noctu, non interdiu deſinebat mortificare imas par-

tes

Lucæ 10. v. 19.

Matt. 17. 20.

Ioannes Chryſ. relicto monaſterio in alium locum magis occultum biennio ſe abſtrudit.

* perfectionis.

* διετῆ χρόνον.

* πρὸς ἐξοστρακισμὸν τῆς ἀγνοίας.

A tes ventris; feruoris vim, quæ circa renes eſt, cædens frigore. Videns autem per infirmitatem ne ſibi quidem vſui eſſe poſſe, rurſus ciuitatem ingreditur, portumque apprehendit Eccleſiaſticũ: idque Saluatoris prouidentia ad Eccleſiæ vtilitatẽ per infirmitatem quam illi contraxerant immodici labores religioſæ exercitationis, & vt ſibi deinceps temperaret ab aditu ſpelæorum.

Diaconus creatur.

Aliquantum autem interceſſit temporis, & ecce dignitatem Diaconatus adipiſcitur ordinante Meletio, altari vt adminiſtraret, cui duobus ac propemodum annis tribus inſeruiuit. Simul autem atque iam vniuerſo populo inclaruiſſet vis doctrinæ eius quàm efficax eſſet, & ipſius agnita conuerſatione ob vitæ * auſteritatem blandiores fierent omnes, libros qui *de dignitate ſacerdotali* inſcribuntur, commentatus eſt. Eos item *tres qui ad Stagirium* dæmoniacum ſunt, exhortatorios & conſolatorios edidit. Inſuper eos quidem qui *de incomprehenſibili Dei natura ſunt*, item de Anomœis, *deque* * *ſubintroductis* libros ſex compoſuit. B Secundum hęc Meletio Conſtantinopoli mortuo (nam ad ordinationem magni illius Gregorij Nazianzeni eò conceſſerat.) Ioannes ciuitatem egreſſus quum receſſiſſet, rurſus repetit monaſterium, in quo non ita pridem degerat. Eo loci in tranquilla quiete acquieſcens manebat totos tres annos. Illius cœnobij incolæ monachi ipſius conuerſationem contemplati, gauiſi ſunt gaudio magno valde, & celebriter egerunt ſpirituale feſtum ob ipſius aduentum, quòd pro more priſtino, doctrina ipſius multiformi perfruerentur, & ex ipſo tanquam ex perenni fonte irrigua profluerent fluenta, ſcatebræque promanantes orthodoxorum dogmatum prorſus refertæ religioſæ pietatis diſciplinis.

* ἀλμυρὰς *ſalſuginis*

* quinque priores Latinè reddidit Theodorus Gaza.

Ioannes à Flauiano fit presbyter.

Diem ſuum cùm obiiſſet Meletius Epiſcopus, ac Flauianus ſedem Antiochenæ Eccleſiæ excepiſſet, C ab hoc beatus Ioannes in presbyterum hoc pacto deſignatur. Dictus hic beatus Flauianus quum in epiſcopio ſuæ eccleſiæ degeret, & nocturnæ pſalmodiæ abſolueret canonem, apparuit ei angelus Domini, dicens: Diluculò experrectus, perge in monaſterium, quo loci verſatur Dei electus Ioannes, huncque in ciuitatem adductum in presbyterum fac ordines. Ipſius enim ſalutari doctrina illuſtraturus eſt Deus numeroſam populi multitudinem, & ad agnitionem ſui nominis aſciturus, eumque deſignaturus nouum eſſe Apoſtolum. Emerget enim hic in præcellens vas electionis. Ecce à Deo ſum ad eum delegatus, vt ne in vllo eorũ quæ ipſi præſcripſeris, ſit immoriger & inobſequens, ſed obtemperet his quæ abs te dicentur, omnibus. Erat autem tum beatus Ioannes in intimo receſſu ſuæ cellulæ pro ſolemni more orationes ac deprecationes ad Deum abſoluens, quum derepente adſtitit ei D angelus Domini in veſte candida, quem contemplatus ac vehementi ſtupore perculſus in terram procidit totus intremiſcens. Apprehenſa autem manu, erexit eum angelus dicens: Exurge, ne timueris. Portò angelus in formam hominis ſe momento transformauit. Quumque Ioannes ad ſe rediiſſet, dixit: Quis es Domine? viſo enim te conſternatus ſum, meque inuaſit ſtupor vehemens. Ille autem reſpondens dixit: Angelus Domini ſum ab eo miſſus, tibi vt dicerem, teque commonefacerem ſermonum eius quos pronuntiauit aduerſus Iudæos. *Qui enim ſani ſunt, non opus habent medico; ſed qui malè habent.* Qua de re ab eo tibi dabitur ſapientia. Monaſtico habitu exornauit te. Monaſterium inſuper tuum adimpleuit * monachis, & iis qui in ſtudio excolendæ pietatis ſe exercent. Monaſticos ad hæc tradidit canonas ſiue inſtitutiones, ita vt nihil iam neceſſe ſit vt hic conſideas. Quare hinc tibi emigrandum

Lucæ 5. v. 31.

* ἀσκητῶν

A eſt, & in alia loca pergendum, vt exornes Dei eccleſias tuis Enarrationibus, & numeroſiſſimam plebem aggreges, vt fidem quæ in Chriſtum eſt, amplectantur, & incolumes deſciſcant à veſano errore idololatriæ. Non ſolũm autẽ, ſed vt etiamnum pleroſque alios edoceas, pœnitentiam vt agant, & à priſtinis ſuis peccatis conuerſi reſipiſcant, ac tandem regnum cœlorum promereantur aſſequi. Verba enim oris tui intelligent ſimul & apprehendent fines orbis vniuerſi, & vſque ad extremum terræ, eruntque ea multis deſiderio, & auditu grata. Beatus autem Ioannes ad pedum angeli veſtigia procidit, dicẽs: Obſecro mi Domine, ne me emoueas aut ſegreges ab hac quæ angelicæ eſt puritatis conuerſatione horum fratrum meorum. Non enim ſufficio vnus tantæ adminiſtrationi explendæ, infirmus cum ſim. Reſpondens autem angelus, dixit ei: Non legiſti in Scriptura B quid dixerit Deus Moyſi, quo tempore miſit eum ad Pharaonem Regem Ægypti, vt illinc educeret populum Iſraëliticum? *Quia do te Deum Pharaonis, & confortabo te in omni opere tuo.* Tibi igitur is ſuggeret gratiam obeundæ & explendæ huic functioni accommodam; ad opus, inquam, ad quod te delegit. Quare diluculo experrectus ex his qui ſtrenuam nauarunt operam exercẽdæ pietati deligito quos oſtenderit tibi Deus ſibi gratioſos ac probatos, & hos conſtituito vt præſint his qui in monaſterio degunt. Hi etenim tuam ſunt imitaturi conuerſationem, & ſedulò procurabũt eorum ſalutem qui monaſterium incolunt: Tu autem comitare Flauianum Epiſcopum in ciuitatem incunctanter nec hæſitans, & quæ tibi præſcripſerit omnia, opere exequitor. Quæ enim te concernunt, dudum ei ſunt reuelata, & ecce venit vnà cum clero ciuitatis, in eam te aſſumpturus ciuitatem. His dictis, ſubnectit angelus: Pax tibi, confortare, & viriliter C age. Vt primùm illuxit dies, fratribus in vnum collectis, beatus Ioannes duos ex omnibus ſelegit, qui per exercitationem monaſticam, celebrem famam erant conſequuti, nec mediocri virtute ornabantur. Hos conſtituit vt præeſſent, ſimulque monachis edixit, in omnibus obtemperarent in timore Domini, néue ipſorum admonitioni ſe præſtarent refractarios & immorigeros. Ait enim: Qui minùs obẽdit eis, aut eorum exhortationes aſpernatur, vtique contemnetur à Deo, qui edixit nobis. Mihi enim à Deo præſcriptum eſt, vt ab hoc ſecederem monaſterio, & eo emigrarem habitaturus in loco quẽ Dei voluntas mihi præſcripſiſſet. Hæc eo ediſſerente fratribus, ingreſſi ſunt clerici duo Epiſcopi, monaſterium, aduentum hominis prænuntiantes. Eximius autem Ioannes vnà cum cæteris fratribus egreſſus ſepta monaſterij, obuiam ei perrexerunt, ac venerati ſunt, & in monaſterium introduxerunt. Quumque in Eccleſia preces fudiſſent & conſediſſent, Epiſcopus D acie oculorum in Ioannem preſſiùs intenta, dixit: Plurimum defluxit temporis ex quo cupiebam coràm cernere venerabilem tuam effigiem, ſancte pater Ioãnes. Curæ aliæ & ſolicitudines perquàm anxiæ negotiorum Eccleſiaſticorum me in hunc vſque diem prohibuerunt. Nunc autem id vt faciam, iuſſus à Deo, non auſim cunctari & in aliud extrahere tempus: quocirca gaude ô fidelis ſacerdos ſanctæ Dei Eccleſiæ. Pax tibi, ô medice eorum qui & corporum & animarum morbis laborant, imitator ſanctorum Apoſtolorum. Tibi ſit pax, qui malignum & communem omnium noſtrum hoſtem, nempe Diabolum, ſyncera fide tua erga ſanctam Trinitatem in præcipitium deturbaſti, quemadmodum & Dauid olim in bello Goliath * allophylum iactu fundæ & trium lapidum. Gaude tu, qui immanem & ſanguinis humani ſitibundum leonem efficaci potentia Crucis Chriſti ac ſanctiſſimi ſpiritus virtute quæ in te eſt, operatoria

Exodi 7. v. 1.

ἀδεκάστως.

* Alienigenã Philiſtæum.

inter-

A intereміſti. Beata planè ciuitas Antiochia, cuiuſmodi enixa es arborem, quæ maturos abunde ſuppeditat fructus iuſtitiæ? Beata es, rurſus dico. Quemnam ſpiritualem theſaurum lapidibus precioſis interſtinctum ac refertum in apertum nobis retexiſti? Beati omnes, quibus datum eſt perfrui tua ſpirituali menſa, nempe diuinis eloquiis, & bibere in iucunditate ex temperata potione tui crateris, nimirum tuæ doctrinæ. Hæc dicente Epiſcopo, qui audiebant, omnes in admirationem & ſtuporem rapiebantur. Rurſum Ioanni dixit Epiſcopus. Tu quem Deus merito honore cumulauit & in ſublime extulit, nimirum te ob tuas actiones omni virtutum genere redimitas, abſoluito nos ocyùs, vt quod iubeor facere, opere expleam. Ad hoc enim nos cohortatur Scriptura dicens: *Sic nos decet implere omnem iuſtitiam.* Expergiſcere. Hinc enim inuitamur, vt voluntatem Dei in te expleamus. B [Itaque quum appetiuiſſet nox, rurſus homo ad ædes Epiſcopi accedit.] Ioannes autem reſpondit Epiſcopo dicens: Honorande Pater, obſecramus tuam ſanctitatem, vt in monaſterio tantiſper morêris, dum nobis perficias & conſecres incruentam hoſtiam, noſque efficias participes *incontaminatorum ac precioſorum Chriſti Dei noſtri Sacramentorum, atque ita quæcunque iuſſi fuerimus à tua ſanctitate, citra vllam contradictionem ipſe perficiam. Die autem illò manſit Epiſcopus in monaſterio, diuinam celebrãs myſtagogian. Corporis precioſi & ſanguinis Chriſti Dei noſtri ad vnum omnes participes effecit. Deinceps Epiſcopum obteſtatus eſt beatus Ioannes, vt gratiam ſuæ benedictionis impertiret duobus præfectis quos conſtituerat vt præſiderent in monaſterio, vt horum fidei concrederet regendum gregem fratrum, & eos atque monaſterium ſolerti cura moderarentur. C Hos itaque ad ſe accerſitos Epiſcopus ac fratres, ambos ſalutaribus monitis exhortatus eſt, proponens pro cuiuſque decoro quæ conſentanea eſſent parandæ ſaluti: & his bene apprecatus, manibus de more impoſitis deſignauit in Præſides domus. Fratres autem ad vnum omnes lachrymas profundebant plenas amaritudinis, & earum aſpergine terram rigabant exerta voce acclamantes ac dicentes: Væ nobis, quanto priuati ſumus viro? Quò loci deinceps inueniemus qui nos *perungat? qui noſtris medeatur animæ vulneribus? qui doceat & opportuna parandæ ſaluti ſuggerat atque exhortetur? Quis futurus eſt dux animabus noſtris ad ea quæ magnopere ſunt conducibilia? Reuera ab inſigni bono abalienati ſumus. Velut peregrini atque hoſpites deſtituti ſumus paſtore noſtro; [nos quoque pupilli facti ſumus abſque patre] Ioanni inſuper dicebãt, & nos è monaſterio te egredientem conſequimur. D Te enim quum non habeamus nobiſcum, non eſt quòd ſtabiliter ſuſtineamus in ipſo commorari. Ipſe autem Ioannes erumpens in lachrymas dicebat eis: Reuera patres ac fratres me ipſe quidem ego volebam ſancta hac & virtutum ornamentis inſigni conuerſatione priuari. Huius enim impetrandæ rei gratia, non paucas adhibui preces, ne ſic quidem quod deſyderabam, impetrare potui. Cæterum quid facerem, neſciebam. Seruus enim Domini & Dei Ieſu Chriſti ſum: quare non auſim, ſed nec poſſum eius præcepto reniti; niſi quia ecce habetis viros vobis præfectos pietate ac virtute inſignes. Audite eos multa cum alacritate tanquam patres. Dominus autem ac Deus noſter eis benedicet, & ex alto ſuper eos demittet ſpiritum ſuum, vt paſcant vos iuxta ſanctam ipſius voluntatem. Vobis inſuper viam præmuniet in timore ſuo, & incolumes conſeruabit ab omni diabolica tentatione.

Hiſce & conſimilibus verbis eos conſolatus precatus eſt Epiſcopum, vt ante egreſſum mona-

A ſterij pro eis effunderet orationem. Is quum oraſſet, illicque omnes reſpondiſſent, *Amen*, egreſſus eſt Epiſcopus comitante ipſum eximio Ioanne: ſimul & fratres cæteri omnes relicto monaſterio, ita vt ne vnus quidem in eo reſideret, exierunt. Hoc viſo Ioannes precatus eſt Epiſcopum, eos vt coerceret. Illi vero eam obiurgationem non receperunt. Perpenſa autem eorum peruicaci obſtinatione, vinculo *interdicti eos aſtrinxit, & vt minus obſequentes præcepto, à ſacramentorum ſancta communione ſequeſtrauit. Tunc primùm adacti ea neceſſitate in monaſterium ſe receperunt, pertundentes pectora, & acerbo luctu conquerentes quòd ſuo orbarentur paſtore. Pergentes autẽ ſimul Epiſcopus & Ioannes conferebant mutuò & inter ſe ſermocinabantur, quemadmodum Elias & Eliſæus prophetæ. Cumque ciuitati propinquaſſent, diuulgatus palàm eſt eorum aduentus. B Ciuitas mox vt exaudiit Sancti aduentum, egreſſa eſt in ipſius occurſum, ingenti capta auiditate eum videndi. Quin etiam mulieres primi nominis in ea ciuitate, veritæ egredi ob frequentem turbam, per feneſtras ac tranſennas ſuarum ædium demiſſis oculis cupiebãt eum contueri vel obiter tranſeuntem, atque ab eo benedici. Prædicabant enim ſe non fruſtrari eius benedictione, modò illum contueri poſſent. Factum eſt autem gaudium magnum in ciuitate die illa. Quum autem ſanctam Dei eccleſiam eſſent ingreſſi decenti cum honore, noctem totam peruigilio & *indiſſulſis orationibus tranſmiſerunt adusque dilucũlũ. Mane vt diluxit primùm, totius ciuitatis clerus conuenit in vnum, principum multitudo omnis, priuata plebs, & eorum caterua qui exercitibus ductandis præerant, aut alia præcellebant dignitate. C Nec modò cœtus fidelium ſed & eorum qui gentilitio ritu viuebant in vnum coibant, vt virum ſpectarent. Porro eccleſia omnis adimpleta eſt populi multitudine, [viris, mulieribus, & pueris,] adeò vt ſe per loci anguſtiam comprimerent, nec iam ſuppetebat copia ſedendi, immo ne ſtandi quidem. Denique impreſſione ſuccedentium ſibi hominum, quum appeteret tempeſtiua hora requirendi & adducendi ſanctum Ioannem, vt eligeretur ac promoueretur ad presbyterij gradum, id temporis miraculum contigit ſane quàm inſigne. Is enim quum caput flexiſſet, & manus impoſuiſſet Epiſcopus, orationemque eſſet exorſus ipſius conſecrationi accommodam, è ſupernis repentino illapſu niue candidior columba inſedit capiti beati Ioannis. Id contemplatus Epiſcopus, & qui ſimul aderant, mente propemodum emoti ſunt præ tantæ iſtius rei admiratione. Res hæc geſta diuulgata eſt per totam ciuitatem & regionem ei vndequaque finitimam, adde & per vniuerſam D Syriam. Et poſuerunt omnes in cordibus ſuis qui audierunt hæc, dicentes: Quidnam ipſo fiet? Ecce enim ipſo ſtatim initio ſuper eum reſplenduit gloria Domini. In eccleſia autem Antiochenſium duodecim annis commoratus eſt. Exacta autem & ſolerti diligentia medicam officinam vitæ ſpiritualis quæ erat, illic exornabat: hos quidem perpurgans virtute ſobrietatis & continentiæ; iſtos autem prælaſtri claritate doctrinæ illuminans; illos verò perfundens & irrigans perpeti ſcaturigine aquæ ſpiritualis. Erat autem homo hic, vti fama eſt, per immodicam ſobrietatem & abſtinentiam amarulentior, vtque retulit quidam è maximè illi *familiaribus, ab ipſa iuuenili ætate *iracundiæ plus indulgebat, quàm pudori aut reuerentiæ, Equidem circa futura non admodum ſagax erat, idque per ſynceram vitæ rectitudinem: propter ſimplicitatem verò quibuſlibet captioſis expoſitus. Immoderata ac liberiore audacia vtebatur erga quoſuis ſibi paſſim obuios. Docendo multus erat in auditorum corrigendis moribus.

Matth. 3. 15.

...æc ab- ...nt à ...txca ...it. Bri- ...n.

* τῶν ἀ- ...φάντων ... τιμί- ... μυ- ...ηρίων.

* Salutari ...ctione.

* ſiue excõmunicationis ſententia.

* ἀλήκτοις προσευχαῖς.

* Iſidorũ aſceten & penodochum intelligit.

* quiſque ſuos patimur manes.

In familiaribus colloquiis, iis qui ipſius genium moreſque ignorabant, videbatur iuſto arrogantior. Hiſce moribus præditus erat.

A

Porrò Flauianus Epiſcopus perpendens ſancti ſpiritus gratiam cumulatiſſime ac plenis ſcatebris in ipſum effuſam, exhortabatur eum, vt populo ediſſereret quæ commonitioni eſſent conſentanea, & opportuna ſaluti animarum: ipſe autem eam prouinciam deprecabatur & à ſe repellebat, vt qui vitabundus laudes hominum fugeret. Attamen quòd probè noſſet ſe debere obedientiam, vt qui impreſſam cordi retineret prænuntiationẽ angeli, vim ſibi fecit vt quæ erat concionaturus, conſcriberet, quæ & * in ſecreto eccleſiæ identidem legebantur ipſius enarrationes, præſente Epiſcopo, clero ipſo, nec non quibuſdam ciuibus. Quin & ſubinde recitabantur * ex editiore ſuggeſtu, proinde ſpirituali iucunditate perfundebantur omnes, ita vt è domo in domũ pergerent, ad menſas item & in medio foro populi exponerent ipſius enarrationes, conferentes inter ſe, illas quidem vice pſalterij depromentes, has verò in papyros tranſcribebant, ad perennem memoriam ſiue commonitionẽ eas percurrentes. Equidem permultas commentationes conſcripſit Antiochiæ, priuſquàm Conſtantinopolitano epiſcopatu inaugurararetur, quarum pars multò melior incolumis ſeruata eſt in ædibus Epiſcopi dictæ Eccleſiæ, necnon ab iis qui in populo ſtudiis [ſcripturarum] præcellebant. Sane in vna quadam Homilia ipſum exhortatur Flauianus epiſcopus, vt conſcenſo ſuggeſto, ſcripturas populo ex tempore explanaret, non item de ſcripto. Ille contrà eam rem permoleſtè tulit, ſibique indulgeri petiit, ac tandem eò neceſſitatis ſe adegit, ad id eum extimulante propria conſcientia. Fortitudinem enim in ſeipſo retinebat à ſpiritu ſancto infuſam, per munditiam cordis ſui. Vbi primùm aſcendit in ſuggeſtum, ſic exorſus eſt ſermonem coram frequenti multitudine quæ eò conuenerat, & tunc primùm cœpit concionari coram Epiſcopo, cuius exordium eſt. *Quæ circa nos geruntur, verà ne ſunt omnia?* Quũque in eum coniectis oculis obſeruaſſent omnes non ſchedam in manibus habentem, non item vllum codicillum, ſed eis ex tempore concionantem, præ admiratione perculſi ſtupore ſunt, ampliori gloria eum cõcelebrantes, applauſu ac præconiis cumulatiſſime cohoneſtantes. Neque enim ea in ciuitate viderant eatenus aut audierant aliquando tale quid geſtum eſſe ab aliquo inter eos. Quum autem didiciſſent turbæ quia Ioannes foret explanaturus Scripturas & concionaturus, alacri animo concurrebãt ad eccleſiam. Sed enim qui manuarias artes tractabant, intermiſſis ſuis operibus pergebant ad concionem: qui autem & in poteſtate degebãt primates, neglectis ac perfunctorie tranſmiſſis negotiis ſuis præpropero curſu eò contendebant. Quòd ſi theatrales ludi celebrarentur, aut circenſe equorum cõcurrentium ſpectaculum ea die viſum fuiſſet populo exhiberi, nihilo ſecius omnes, omiſſis quadrigis, ſatanicis tibiis ac fiſtulis neglectis, reiectis comœdiis ad ſtupra prouocantibus, relictis inſuper Dæmoniacis debacchationibus, torrentis inſtar ad eccleſiam concurrebant, vt ne (prope dixerim) vel vno verbo priuarentur quod progrederetur ex ore ipſius. Quòd ſi id contigiſſet, detrimentum ſibi non leue putabãt adueniſſe. Porrò auditis eius * melle dulcioribus eloquiis, illinc abibãt gloriam perquàm ſuauiter concinentes amatori hominum Deo, qui eum tanta cumulaſſet gratia, ad liberrimè ediſſerenda ipſius magnalia. Proinde quæ de Ioanne fama ferebat, innotuere Arcadio Imperatori, quare & deſyderio tenebatur coràm videndi virum, eiuſque ſapientiam omnigenis virtutibus ornatam audire magnopere cupiebat. Epiſcopus

B

verò videns eum quotidianis incrementis promouentem in Dei cultu ac fide, inſuper & gratiam ſuperuenientis ſpiritus ſancti obtinentem cumulatiſſimè, orabat ſe ſineret præfici moderandis Eccleſiæ negotiis, vtque obtineret locũ principem cleri totius, mox ab Epiſcopi morte ſurrogandus & excepturus Antiochenam ſedem. Ipſe autem non admiſit dicens: ignoſce mihi pater. Neque enim ſum idoneus hiſce temporariis negotiis tractandis. Nam vt animæ ſalutem lucrifacerem, ſubſtantiam omnem * paternam, quæ abunde ſuppetebat reliqui, cupiens à mundo ſeparari. Epiſcopus verò clare videns immutabilem eius animum, nec vellet eius mentem in diuerſa diſtrahere ac velut confundere, aut impedimento eſſe quo minus populum Domini paſceret ſpiritualibus epulis, nimirum Expoſitionibus Scripturæ à Deo ipſius mẽti inſpiratis & peculiariter infuſis, ceſſit eius voluntati, Deo cooperante, & gratiam hanc conſeruante ad procurandam vtilitatem animarum, ad opus quod profectò in Epiſcopatu ac miniſterio Domini longè eſt præſtantius.

Mulier quædam Euclia nomine vxor vnius è proceribus Antiochiæ filiũ habebat vnigenitum morbo febrili vſque adeò laborantem, vt is de vita periclitaretur, mox videre exceſſurus. Mater verò perpendens eum deſpondentem animum ac deploratæ eſſe ſalutis, ipſum arreptum feſtinatò in Eccleſiam adduxit, demiſitque ad pedes eximij Ioannis. Cum lachrymis ſupplicabat continenter dicens: Domine mi, deprecare Dominum, vt vnicum hunc mihi gratificetur filium. Parum abeſt ab inferni portis. Credo enim Deo, quia quæcunque poſtulaueris eum, præbebit tibi. Ne deinceps aſperneris me in tanto angore & animi deliquio cõſiſtentem, Pater ſancte. Reſpondens autem Ioannes dicit ei: O mulier, non noſtræ eſt facultatis, tale quid conferre quibus ipſi velimus, neque verò qui volunt poſſunt accipere. Dei ſiquidem hoc opus eſſe per Apoſtolum edocemur. Toto igitur animo crede in Deum, & per pœnitentiam ſupplex procide ei, ſicq́. ſanitati reſtituet filiũ tuum. ceterum deinceps abſtineto à prioribus tuis delictis, & coniungere Chriſto: & ex nunc in pœnitentia tranſige vitam. Omnino enim filium tuum affligebat tui cauſa. Siquidem filius hic tuus, quintus eſt: quatuor enim ſunt præmortui. Futurum inſuper eſt vt & hunc propter peccata tua ac viri tui, mandes ſepulturæ. Deus enim orbitate filiorum veſtrorum erudiuit vos, vt à veſtris operibus flagitioſis ipſi abſtineretis: Vos autem ne ſic quidem vobis temperaſtis, vt etiamnum deteriora prioribus addentes, à prioribus non deſtitiſtis. Vel ſerò tandem aliquando reſipiſcite, nec modò vobis ad ſanitatem gratuitò reualeſcet puer, ſed & cœlorum regnò digni efficiemini. Mulier autem vnà cum viro ſuo vt reſpondit, multa cum demiſſione vultus dixerunt: Credimus in Dominum & Deum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui morbum omnem, omnem languorem ſanare poteſt; ipſi nobis ex hac hora temperabimus ab omni flagitioſo opere, Deum teſtem pro nobis tibi adhibentes. Beatus autem Ioannes perſpecta eorum humilitate & in melius mutatione, accepta aqua conſignauit eos, ac dixit: In nomine Patris & filij, & ſpiritus ſancti. Per acceptabiles & Deo gratioſas orationes honorandi patris & Epiſcopi noſtri, aqua hæc fiat in auerſionem & profligationem totius morbi. Cumque tertiò aſperſiſſet puerum, eadem hora dimiſit ipſum febris: ac ſurgens inſtitit pedibus ſanus & incolumis, in ſe ne veſtigium quidem retinens prioris morbi. Eo igitur ſoſpite recepto parentes ſe in domum receperunt cum gaudio & lætitia ingenti, glorificantes & collaudantes Deum, in admirationem conuerſi obſtupendum illud & admirabile ſignum.

Expoſitiones ſcripturarum Antiochiæ ſcriptæ à Chryſoſtomo adhuc sacerdote.

Eccleſiæ filius ſanitati reſtituitur.

Jacob 1. v. 17.

Arcadius Imp.

*γεννικὴν al. γνητὴν terrenam.

* μελιῤῥυτων, mellifluis.

Pater

Pater autem ipſius ſecum delatam multam vim auri continenter depoſuit ad pedes beati Ioannis, dicens: Suſcipe hoc pater à me ſeruo tuo pro ſalute filij mei. Reſpondens autem dixit ei: Qui ſeruus Chriſti eſt, nihil horum indiget. Dei enim donum nullis quantiſlibet pecuniis venale proponitur. Sed fide diſtribuitur. His itaque receptis hinc domum abito in eoſque diſtribue in quos fuiſti iniurius; ſimul & quæ tibi ſuperfluunt, in eos diſtribuito qui neceſſitatem patiuntur, in cæcos, claudos, mutilos & mancos, circunſpectè obſeruātes ne ex hac hora in priſtina peccata reuoluamini. Caſtigauit enim vos Dominus, non quaſi vos oderit, ſed quòd cupidè amet animarum veſtrarum ſalutem, quæ fiat per maximè cōmendabilem ad ipſum conuerſionem & pœnitentiam ſalutarem. His dictis, dimiſit eum.

Hiſce diebus per ciuitatem Antiochenorum, perque regionem omnem illi finitimam expanſus eſt Diaboli laqueus, multique adeò eo reti cōprehenſi ſunt. Tunc enim Marcioniſtarum hęreſis multa cum libertate ſua deliramenta effutiebat. Celebrabant autem hi ſua conuenticula qui pro ea hęreſi conſpirabant, nec paucos ſimpliciorum tranſuerſos agebant in errorem ſuum pellicientes. In his erat & ciuitatis Princeps iſti obſcœnæ ſodalitati addictiſſimus, cuius opera & exemplo plerique mortalium fidem orthodoxam eiurarant. Ad eum illicò ibant ſectarij. Deus porrò quia aſſiduè vult omnes ad cognitionem veritatis venire, infirmitatem humani generis excuſationem prætexens ac diſſimulans, per ſanctum ſuum Ioannem hoc ſignum edidit, quò animæ nec paucæ ſic impiæ hæreſi & impuro errori illorum eximerentur. Vxor enim iam dicti Principis in morbum dyſenteriæ, tormen videlicet inteſtinorum incidit, proinde & peracri dolore vrgebatur ob tortionem ventris; nec vlla prorſus relaxatione dolor intermittebatur, non noctu, neque interdiu. Equidem hanc interuiſebant medici ciuitatis ad vnum omnes, ſtudium quique ſuum & accuratam diligentiam ſuæ artis circa ipſam oſtentantes, vt priſtinæ inſtauraretur ſanitati. Illa autem die, die nquam ea qua morbus in deterius ſolitò proceſſerat, medici conſilij inopes ac neſcij iam quid ſibi foret agendum ad euincendam peracrem vim morbi, dicto ei vale, dimiſerunt. Huius coniux perſpecta medicorum imperita fruſtratione, iuſſit in ſuas ædes acciri ſuæ hæreſi addictos; quos & hortatur, laboranti vxori vt opem ferant, ac poſtularent reddi ſanitatem. Quod & multa cum ſedulitate & citra vllam temporis intercapedinem faciebant, ac proinde totum triduum in orationibus conſumpſerunt. Simul autem atque viſi ſunt hi ſine effectu, & in irritum laboraſſe ad id impetrandum per inutiles & incommodas inuocationes; mulier ad ſe virum ſuum aduocat, cui & ait: Gratiam tibi me debere profiteor domine mi, qui pro ſalute mea tantum ſubiiſti laboris. Etenim redundantem copiam medicorum aggregaſti, numeroſam Marcioniſtarum conuocaſti multitudinem, ne ſic quidem vlla in re melius habeor. Nūc igitur vnum te oro, ne me reiicias deprecantem. Re enim vera mihi perſuaſi, quia ſi exaudieris ancillam tuam, prorſus redintegrabor ſanitati. Reſpondens vir ait: Subſtantiam omnem meam ſi à me poſtulaueris, vt dem; nunquam non obtemperabo tibi, hac tamen conditione, vt te liberam reddat & immunem iſtius morbi. Itaque quum è lectulo ſe erexiſſet in ſedem, inflexo verſus eum capite prócidit ipſi dicens: Audiui de quodam Ioanne ſic quidem vocato qui apud Flauianum Epiſcopum diuerſatur, quia hic diſcipulus eſt Chriſti, qui nihil non eorum quæ efflagitat, impetrare ſolet. Me igitur hinc aſſumptam perduc ad ipſum, vt pro me preces effundat, ſiquidem

A ſigna nec pauca eum ediidiſſe audiui in nomine Chriſti. Si qua enim operatoria vis omnimodæ vtilitatis inualuiſſet apud iſtos Marcioniſtas aut rectæ fidei, vtique exaudiri debuerant aſſiduis orationibus ſic intenti. Sane veritatem vt tibi tandem eloquar, non ignorabam multos ciuitatis huius incolas iſtos abominationi ſemper habuiſſe, ob ipſorum flagitioſas actiones. Sed & de nullo audiui qui ipſorum interuentu ſit vnquam ſanitatem conſecutus. Reſpondens autem vir eius dixit: Indecorum nobis fuerit, homines iſtos qui latriam exhibent Chriſto contumelioſa iniuria afficere. Attamen virum adeamus, eumque tui gratia obſecremus. Quòd ſi te per eum Deus integræ reſtituerit ſanitati, nullo deinceps tempore ad Marcioniſtas diuertemus, ſed ab eorum communione ſegregabimur. Per hanc enim ſanitatem tuam eluceſcet, vtrius partis fides rectitudine nitatur.

B Eadem hora mulierem in bigam baiulantes perduxerunt ad beatum Ioannem. Eam verò comitatus eſt vir vnà cū vniuerſis ordinis prætoriani. Quum autem ad eccleſiam perueniſſent, reſtiterunt ante ipſius fores, eorumque aduentus renūtiatus eſt Epiſcopo ac beato Ioanni, ſimul & cauſa cuius gratia aduenerant. Reſpondētes ambo quaſi ex vno ore, dixerunt: Indigni ſunt ingreſſu Eccleſiæ Dei. Itaque extra eccleſiam maneant, & nos foris exſpectent, & nos accedemus. Ad eos igitur vtrique egreſſi è veſtigio illi vt ad ipſorum pedes prociderunt, adorauerunt eos, dicentes: Venimus patres ad veſtram ſanctitatem, vos deprecaturi, vt per inhabitantem in vobis ſpiritum ſanctum impartiamini ſanitatem, noſque ſeruetis ab hac amarulenta afflictione quæ nos circumquaque obſidet. Pecuniarum copioſam vim inſumpſimus in medicos & alios quoſdam, & hæc omnia

C ne tantillum quidem attulerunt vtilitatis. Sanè de vobis audiuimus, quia perfecti eſtis diſcipuli Chriſti, qui & Deus eſt, ita vt in omni poſtulatione quam ab eo efflagitaueritis, vobis impartiatur: eoque ad vos magna cum animi propenſione venimus, vt perſpecta miſerabili noſtra afflictione, ſuper nos apertis viſceribus miſericordiæ, noſtri commiſereamini. Ad hæc eximius Ioannes dixit mulieris viro: Huc veniſti tentare nos volens, proinde & dicis nos eſſe perfectos Chriſti diſcipulos, & quia nulla non in re exaudit nos. Quare igitur tu ad eum non accedis, ipſiuſque efficeris diſcipulus per intemeratam in eum fidem, quum nemo intercedat qui tibi ſit impedimento? ſi tamen velis ſaluus fieri. Quin & pertinaciter acquieſcis iſti obſcœnæ hæreſi Marcioniſtarū, perſuaſus abominandis ipſorum ac futilibus vaniloquiis: nitens inſuper neſcio quibus preculis, in domum tuam introduxiſti impius, ratus eorum

D ſuffragiis acquiri poſſe medelam tuæ vxori. Hinc igitur te recipiens domum, rurſus aggrega plures prioribus, ipſiſque perſuadeto, vt pro ea ſuas effundant preces, & eas prolixe extendant. * Fortè enim exaudientur. Ne claudi in morem obambules ignorantiæ parum cordata obductus caligine. Neque enim potes vel nominari Chriſtianus. Reſpondens autem vir contubernalis illius dixit: Iſtiúſmodi vitæ inſtituto parentes erant imbuti, hanc ego religionē à teneris vnguiculis velut ſortitò accepi, eam exercens in hodiernum vſque diem; eam ratus quandam eſſe religionem & obſeruantiam pietatis, ſi nunquam deſciſcerem à parentum fide. Cæterum mi domine meæ huic rudi ignorantiæ veniam indulgeto, & ad veritatem me ducito. Beatus Ioannes in eum oculis preſſiùs defixis, dixit: Via quædam eſt deducens ad vitam, eſt & altera quæ rectà deducit ad perditionem. Per hanc plerique hominum incedunt eam arbitrati eſſe bonam, confragoſa quum ſit & diſtorta deorſum ducens

[Margin notes:]

προθύμως.

ἀμωμήτου πίστεως.

* Latet Ironia in ἴσως, forte.

Hæretici non ſunt Chriſtiani dicēdi.

Prou. 14. v. 12.

ad profundam inferni voraginem eos qui ipſam elegerint. Verumtamen ſi(vt aſſeris) per ignorantiam à te hactenus peccatum eſt: vel iam tandē veritatem agnoſce, vt deinceps Deo vtrique poſſitis coniungi. Eiurata eiuſmodi impia hæreſi, Marcionem ipſum, eius ſcripta, vnà cum his qui per eum in errorem ſunt pertracti [nec per puſillanimitatem conuerſi ſunt ad agnitionem veritatis, hos diris deuouete, & anathemate percutite.] Ipſe demum Deus (in quem ſynceriter crediſtis) ſuggeret huic ſanitatem, voſque recipietis vitam æternam.

Marcion hæret. Vide Iræ. li. 1. c. 29. & li. 4. c. 57. & Tertul. de hæreſibus, Epiph. hæ. 42.

His auditis mulier, exerta & alacri voce clamauit: Coniuncta ſum Deo iuxta verbum ſancti Ioannis, non iam in poſterum commercium habitura cum Marcioniſtis, quin potiùs ad catholicam eccleſiam me eſſe conuenturam profiteor. Idipſum autem & eius vir ſe facturum pollicitus eſt. Quumque eos obteſtati eſſent vt pro ſe apud Deū intercederent, ſibique condonaretur priorum peccatorum venia, tunc Epiſcopus beatum Ioannem adhortatus eſt, vt pro ea dominum deprecaretur. Iuſſit ad ſe aquam deferri, allatam quum Epiſcopo obtuliſſet, dixit: Aquam hāc ſacris manibus tuis pater ſancte conſigna, vt in nomine Domini noſtri Iesv Christi in huius vertatur ſanitatem merito ſanctiſſimarum tuarum precum. Reſpondit ei, Donum curationis tibi competit. Non permiſit Ioannes aſpergi mulierem aqua, donec eā conſignaſſet Epiſcopus: quo facto permiſit beatus Ioannes effundi illi aquam, dicens: In nomine Domini & Dei noſtri Iesv Christi, aqua hæc ſit tibi ad inſtaurandam ſanitatem. E veſtigio, ipſa hora mulier ſanata eſt à flagello ſuo, & baſibus plantarum ſuper pedes ſtetit, nec iam veſtigiū vllum doloris patiens, ob id gloriam Deo rependēs, vnà cum omnibus qui illuc venerant. Signum hoc admirabile vir contemplatus, venerabundus procidit veſtigijs beati Ioannis impenſè obteſtans vt ſua cauſa oraret occaſionem opportunam ducendi ſingularem vitam ſeorſim à turbulenta negotiorum publicorum moleſtia, ac propriæ ſalutis gratia vacandi otio ſancto. Ad hæc eximius Ioannes reſpondens ait: Deus moderetur ac dirigat greſſus veſtros ad id quod nouit vobis conducibile fore. At certè ante omnia vobis prouidendum eſt, vt counitì Chriſto, ab obſcœna hæreſi Marcioniſtarum deſciſcatis. Et quidem cum gaudio & multa iucunditate in ſuam domum reuerſi non modicam pecuniarum vim in egenos & inopes ſunt diſpertiti, ſeque prorſus auocarunt ab illa priore hæreſi, & multa cum manſuetudine ad ſinum Catholicæ Eccleſiæ reuolarunt, ſedulò * frequentantes Euchariſtiam, ſimul & creberrimæ auditioni diuinarum Scripturarum. Suſcipiendis hoſpitibus & peregrinis diſtribuerunt triginta libras auri, vt liberali impendio exciperentur, in neceſſarios vſus pauperum & infirmorum. Et quidem illius impuriſſimæ hæreſeos ſectarij auditu perceperunt à ſodalitio deſciuiſſe Principem, & acceſſiſſe communioni Ioannis & Epiſcopi, ea de cauſa animi deliquio non mediocri afflictione intabeſcebant. Appetente autem Dominica ſancta, quum is non veniſſet ad eorum * conuenticulum, ipſum adierunt, cum lachrymarum profluuio eum deprecantes, ne tandem deficeret à religione parentum velut per manus accepta, neue quaſi pupillos eos deſereret. Reſpondens eis dixit: Ne mihi contingat deinceps reuerti ad veſtram hæreſin. Abunde enim & ſatis ſuperque fuerit in hunc vſque diem me eſſe prolapſum in hunc veſtrum errorem. Nunc tandem repperimus ducem viæ ad regnum cælorum nos prouehentis per rectitudinem fidei. His auditis illinc digreſſi ſeceſſerunt magno pudore, frendore dentium perſtrepentes aduerſus beatum Ioannem, & vagabundi per ciuitatem aduerſus eum, conuiciantes appellabant magum, dicebantque quia magicis præſtigijs tranſuerſum Principem noſtrum egiſſet atque illuſiſſet, & vnà cum vxore in alienam traduxiſſet fidem. Hiſce cognitis ſermonibus Ioannes nihil ægrè ferebat, quin potius illam deplorabat ciuitatem, ob id animo angebatur. Dicebat & his qui proximè adſiſtebant: Nónne & illi legis præuaricatores Iudæi conſimili nomine vocabant Dominum dicentes: *Quia in * Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia?* Quid iſti pronuntiant quod nouum ſit? ſiquidem æquiparant nos Domino, ſic obſcœnè loquentes aduerſum ſeruos ipſius. Veruntamen ſpe bona confido in Domino Deo meo (cui interdiu ac noctu exhibeo venerabilem latriam) oſtenſurum me eſſe propediem populo fideli illorum ruinam ſimul & blaſphemiam in hoc, vt eorum exemplo alij reſipiſcentes ad meliorem vitæ frugem ſe recipiant, nec in poſterum ſeruos Christi vocent maleficos * præſtigiatores, aut impoſtores verſutos, [id quod non contigit.] Illa enim nocte tota ciuitas repentino terræmotu concuſſa eſt, tam horrendo, vt mox ſubuertenda crederetur. Tenebræ inſuper denſæ adeò, vt * palpari poſſent, terræ adæquarunt † conuenticulum illud hæreticorum terræmotu, quo quidem ſolótenus deiecit illud: & eo omnes in domicilio deprehenſi, intercepti ſunt morte. Ad hæc ipſorum ædes permultæ conciderunt, occiſis earum incolis, & facta ſunt *ſepulchra eorum domus ipſorum*, iuxta propheticum ſermonem; quum nullus Orthodoxorum quid ſenſerit noxæ aut detrimenti, ac ne eorum quidem domus ſunt euerſæ, nec eorum locus miſerum in modum affectus per eam vindictam à Deo immiſſam. Plebs autem fidelis ſigno hoc conſpecto, vehementi timore exterrita eſt, miſericordi Deo referens gloriam, qui in ſanctum ſuum Ioannem vltus eſt atrocem contumeliam, nimirum pro his quæ aduerſus ipſum falsò protulerant hæretici. Porrò qui ab eiuſmodi vltione euaſere immunes Marcioniſtæ ac ſalui, eiurata ea ſuperſtitione, orthodoxæ fidei adiuncti ſunt, totaque ciuitate gaudium magnum celebratum eſt, ac de die in diem ſuccreſcebat multitudo. Et hæc quidem per beatum Ioannem geſta Antiochiæ: quæ è multis perpauca ſelegimus.

Hæc à Græ. cod. abſunt.

Hæreſis relinquenda.

* ταῖς συνάξεσι.

* συνάξιον.

* Idolum muſcæ, aliàs Beelphegor, Priapus. 4 Reg. 1. Luc. 11. v. 15.

* γόητας καὶ πλάνους.

* ψηλαφητόν. † συναγώγιον. domus vel Synagoga quo conueniebant. Pſalm. 48 v. 10.

Per hæc, nonnihil interceſſit temporis, & ecce Nectarius Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopus finem accepit vitæ, conſulatu Cæſarij & Attici, die Septembris vigeſimaſeptima. Et quidem in tempore ſedulò curatum eſt, vt electio fieret. Sed enim quum alij alium depoſcerent in Epiſcopum, concurrebant neſcio qui vt requirerentur, controuerſam ſeditionem pro eiuſmodi præſidentia ciebant. Viri item, at certe non viri, presbyteri quidem, verùm ea ſacerdotali dignitate indigni, prætoria obambulabant ſordide offerentes dona. Alij inſuper vel vulgaris plebeculæ genibus aduolebantur. Et his de cauſis in populo fidei orthodoxæ turba ciebatur, ita vt moleſtus eſſet Imperatori populus ad eum eligendum qui peritiam haberet moderandi ſacerdotij. Hac de re quum identidem facta eſſet conſultatio, tandem decretum eſt mitti Antiochiam, vt illinc accerſeretur Ioannes Eccleſiæ presbyter. Siquidem celebrior fama vſquequaque eualuerat eum eſſe, qui inſigni eloquentia præditus eſſet, & ad docendum appoſitiſſimus. Quare & Eutropius ſpado, tunc autem imperiali cubiculo præfectus, cupiens ipſum commendabilem reddere ciuitati, quippe qui Ioannis virtutem ſubinde expertus eſſet, quum imperij

Ioannes Conſtantinopolim vocatur ab imperatore & ſecatur * Epiſc.

Eutropius Eunuch. Vide Panicium in libr. 5. Faſtorū ad annū Chriſti 399.

††

cauſ:

cauſa in interiorem vocaretur orientem, inſtruit interim imperatorem Arcadium communi omnium decreto, cleriorum dico ſimul & laicorum, exarari literas oportere ad Flauianum Antiochiæ Epiſcopum pro beato Ioanne circa ſtrepitum vlłum ac ſilentio emittendo ad imperatorem, ne qua intemperies turbulenta conciretur Antiochiæ, literas deſtinaret per clericos ſimul & dignitate in palatio præpollentes ſub hac verborum formula.

Arcadius & Honorius victores, vtpote quibus erecta ſunt trophæa, fideles in Chriſto Ieſu Domino noſtro, Imperatores Romanorum amabili patri Flauiano Epiſcopo Gaudere.

NIHIL vſque adeò nobis deſyderabile, quàm ſi ſolers cura geratur pro ſanctis Dei eccleſijs, vtque fides qua in CHRISTVM credimus, tutiſſimo & cum primis ſtabili fundamento nitatur. Per eam enim ad ſalutem prouehimur, & noſtræ ditioni ſubſternuntur Barbaræ gentium nationes. Neque enim nos noſtra ipſorum poteſtate tanta hæc moliri præualemus; non item in viribus equorum, curruum militarium, & numeroſa multitudine exercitus, ſed omnipotentis Dei fide conſtabiliti, per quam res cunctæ nobis felicem ſortiuntur exitum, ac rite diriguntur. Et hæc quidem de his. Reuera audiuit paterna tua ſanctitas quia Nectarius ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanorum Epiſcopus vitæ finem accepit, nec poteſt Eccleſia hæc diutius ſuo deſtitui Epiſcopo, maximè quum ciuitas hæc ampliſſima ſit & imperialis. Sane nobis innotuit conuerſatio Ioannis presbyteri, & quæ apud vos geſſerit, renuntiata ſunt. Quare ad ſanctitatem tuam deſtinauimus Reuerendiſſimos hoſce clericos, præterea cum ipſis & principes maximè inclytos, eum vt ad nos tranſmittas vt ſanctam hanc exornet Eccleſiam. Neque iuſtum eſt vos perfrui ſapientia hac virtutum ornamentis ſpectabili; nos verò tantæ iſtius ſapientiæ eſſe expertes. Sed enim ne in ſerum tempus cuncteris noſtram hac de re explere iuſſionem, ſimul atque noſtras haſce literas perlegeris. Valeto, & pro nobis preces funde.

Epiſcopus ſumptas in manus literas Imperatoris vt legit primùm, eas tradidit beato Ioanni legendas, qui mox vt eſt edoctus expleri oportere iuſſionem, ab imo cordis receſſu ingemuit, dixitque Epiſcopo: Quis ſum ego miſer, qui auſim ſummæ auctoritatis ſedem occupare? Idque maximè in ampliſſima illa ciuitate, quæ tam multos habet viros? Ad hæc reſpondens Epiſcopus dixit ei: Quæ Deus præfiniuit ea finem ſortientur. Epiſcopus quum iuſſiſſet viros qui ab Imperatore venerant, in quibuſdam diuerſorijs recreari & interquieſcere, comiter ac perbenignè eorum dextras apprehendit, è ſancta Dei Eccleſia reuerſus eſt vt pro decenti officio ſuppeditaret ſumptus neceſſarios. Viri autem Antiochenæ ciuitatis ſimul atque didicerunt qua ex cauſa à Conſtantinopoli illi adueniſſent homines, vno omnes animo confluxerunt ad Eccleſiam, & mota ſeditione vociferabantur aduerſus Imperatorem. Et Epiſcopos dicentes nunquam ſe permiſſuros donum hoc quod nobis ſua gratia contulit Deus, ab hac ciuitate emigrare in alteram, etiam ſi nobis ad vnum omnibus ſit moriendum. Neque enim deſit Imperatori homo quem ad Epiſcopatum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ promoueat. Epiſcopus quidem pro ſe reddere voluit rationem populo; illi verò non acquieſcebant, neque verbum vllum admittebant ab eo depromptum, ſed eorum voces tanto inualeſcebant ampliùs, ita vt periculum fuerit ne res abiret in turbulentam confuſionem ordinum. Turbam hanc contemplatus Epiſcopus concitatam etiamnum in eorum præſentia qui ab Imperatore fuerant delegati, veritus ne qua fortè per hanc populi impreſſionem erumperet protuſio ſanguinis, in ædes Epiſcopales regreſſus iubet tutiſſimis repagulis occluſas fores communiri, eaſque obſeruari peruigili cura * famulorum Eccleſiæ. E veſtigio ad ſe accerſit quoſdam ex primatibus ciuitatis, eoſque adhortatur vt turbam coërceant, & ne imperiali edicto repugnent. Egreſſi illi quum hæc ediſſeruiſſent, tantò plùs turba perſiſtebat vociferans, ita vt pro foribus Epiſcopi illic hærerent, in hoc vt eas decuterent, & ex Epiſcopi domo beatum Ioannem abriperent. Quum igitur perpendiſſent hæc ne tantillum quidem promouiſſe, quin potiùs quia eò amplior ſtrepitus in Eccleſia obreperet & per ciues & per finitimorum locorum accolas, iureiurando ſe eis obſtrinxit Epiſcopus nunquam ſe eum ex vrbe emiſſurum. Neque enim eam ob rem vrgere vos vult Imperator, vt inuiti eum dimittatis. Hiſce & conſimilibus verbis exhortatus populum, vix tandem valuit ab ijs impetrare, vt conquieſcerent. His nihilo ſecius geſtis ne deſciuerunt quidem ab Eccleſia, ſed in eius ambitu circunſidentes ipſius exitus obſeruabant, timentes ne quo pacto per anguſtiam loci ſiue cuniculum ſubterraneum eum clàm exportarent. De die autem in diem expetebant eum videre. Tunc Epiſcopus vſus exemplaribus reſcripſit Imperatori, quibus ipſum edocuit quæcunque Ioannis gratia conſequuta eſſent per tumultuantem populum, quodque horrendo iureiurando obſtrinxiſſet ſe eis non emiſſurum ipſum; ſimulque efflagitabat ab Imperatore iſtius facti impotentiam condonari, neu etiam eò neceſſitatis adigeretur, vt in omnium proſpectu deprehenderetur fuiſſe periurus. Porrò illi acceptis ab Epiſcopo literis in caſtra ſe receperunt, qui & ingreſſi ad Imperatorem tradiderunt epiſtolam, eidem renuntiantes etiam viua voce quæ à multitudine populi geſta eſſent omnia. Quibus auditis præ admiratione obſtupuit Imperator: & accerſito ad ſe vniuerſo Senatu iuſſit clàm legi eis literas Epiſcopi, ſimul & his quos ad id eò deſtinarat, edixit vt exponerent quàm eſſet vniuerſæ plebi amabilis & gratioſus beatus Ioannes, vtque ediſſererent omnia ſicuti priùs enarraſſent Imperatori. His auditis omnes corripuit admiratio ac ſtupor, dicentes dignum eum eſſe qui thronum imperatricis ciuitatis moderetur & dirigat. Atqui Imperatoris deſiderium atque aſſidentium omnium tantò amplius ſe diffundebat erga Ioannem, ſimulque rationem inibant ac differebant quonam pacto adduceretur. Tunc conſcientia inſtigante decreuit Imperator ſcribere Antiochiæ Comiti, ad ſe vt omnibus clam nec vllo hominum conſcio mitteret virum, ne qua turba concitaretur in ciuitate ob Ioannem. Comes acceptis imperialibus literis, è veſtigio orauit Ioannem, ad ſe vt veniret ad ædem Martyrum extra ciuitatem, ſitam iuxta portam quæ vocatur *Romaneſia*, eumque * publico veredo miſſum tradit Eunucho qui cum Magiſtro militiæ fuerat miſſus. Cùm ciuitati propinquaſſent, certior factus eſt Imperator de beati Ioannis aduentu. Eadem hora iubet Imperator vniuerſum Senatum, vnà cum his qui in ciuitate principem locum obtinebant, & clero ipſo egredi in eius occurſum. Idem edicit vt in Eccleſiam cum honore induceretur. Vniuerſi tunc multa cum alacritate venerunt, ſeque obtulerunt obuiam ei ſex miliaribus à ciuitate. Magno enim deſiderio eum coràm videndi tenebantur omnes, quòd de eius geſtis ad eos fama celebris peruolaſſet. Iuſſit inſuper Imperator vt in Epiſcopali domo reſideret, curaque obiretur de

eo tan-

* ὑπηρετῶν τῶν φραγελλιτῶν. ſeruorum ac flagellantium. Hæc vox ex Euangeliſtis conficta.

* δημοσίῳ δρόμῳ.

Theoph. Alexan. Epiſc. parū æquus Chryſoſt.

[A] eo tantiſper dum communibus ſuffragijs eligeretur. Vt autem rata eſſet electio, ac * dignitatis plena, aſſuerunt alij & permulti Epiſcopi. Et quidem Theophilus Alexandriæ Epiſcopus multum adhibuit ſtudij vt eius conuelleret gloriam ſuis inſectationibus, perpendens ipſius tenorem vitæ, & in concionando libertatem nulli culpæ obnoxiam. Adde & his, quod mos erat Theophilo non eos eligere qui cordati eſſent, & inſigni prudentia præditi, niſi ſi qua in re à decoro & ſcopo virtutis aberraſſent, præoptans in tales principatum obtinere, ratus ſibi conſultum iri melius, ſi in parum cordatos ius imperium retineret, quàm vt cogeretur audire conſilia prudentum. Verumtamen eius malignitas prouidentia Saluatoris victa eſt & ſuccubuit, volueritne, an noluerit. Accedit his, quia Iſidorum quemdam quum haberet ſuæ ditionis, magno opere contendebat eum præficere, & ad Epiſcopatum ſuo ſuffragio promouere. Eum ſiquidem maximopere amabat Theophilus, quòd ſua olim cauſa is in ſe recepiſſet negotium plenum periculi. [B] Quid id fuerit mihi ediſſerendum eſt. Theodoſius Imperator quum aduerſus Maximum tyrannum prælio congrederetur ac decertaret, Theophilus per hunc Iſidorum munera quædam ad Imperatorem mittens, duplices Iſidori manibus epiſtolas tradidit, præcipiens vt & dona & literas ei offerret qui victoria eſſet potitus. His obeundis quum ſuam nauaret operam Iſidorus, Romamque aduenïſſet, in omnem occaſionem * imminebat, vt noſſet in quem inclinaret victoria. Atqui res nequaquam diutius latuit. Quum enim is qui epiſtolas fuerat ſuffuratus, eas ipſo præſente legiſſet: hanc ob cauſam Iſidorus timore correptus repetiuit Alexandriam. Hæc erat occaſio quare erga eum Theophilus fuerit propenſioris ſtudij ac fauoris. [C] Et quidem qui aula imperiali officijs fungebantur, Ioannem prælegerunt. Non pauci autem quum accuſationes promouiſſent aduerſus Theophilum, codicillos quoque in eum alius aliam ob cauſam præſentibus Epiſcopis obtuliſſent; Eutropius ille primarius cubicularius crimina ſcripto prodita quum in manus ſumpſiſſet, clàm tradidit legenda Theophilo, dicens: Vtrumuis elige, aut prælige Ioannem, aut certè ſcito horum criminum accuſationem in medium producendam. Hiſce exterritus Theophilus ordinauit Ioannem. Ab electione mox Theophilus cœpit ſecum comminiſci in illum qua via poſſet * inſtruere calumniam. Nonnullis quidem hac de re loquebatur ſubobſcurè & clanculum. Multis inſuper qui Longius aberant, ſuum hoc renuntiauit conſilium. Æmulum enim hunc mœrore conficiebat ad hæc beati Ioannis libertas in concionando. [D] Itaque electus eſt & promotus ad Epiſcopalis ſacerdotij dignitatem, ſimul & in throno collocatus vigeſimaſexta menſis Februarij, quum Romæ ſuo ordine fungeretur conſulatu Honorius Imperator: Conſtantinopoli verò Eutychianus, qui tum temporis * Proprætor ſub Imperatoribus Rempublicam adminiſtrabat.

An. Chriſti 398. vrbis conditæ 1150 Coſſ. quiū Imperatricis Honorii, & Ioānis proximo poſt ordinationem die.

Poſtera die Imperator, comitante eum ſenatu, ibat ad ſanctam Eccleſiam, vt ab Ioanne benediceretur, qui vnà cum clero omni obuius illi procidit venerabundus. Similem in modum Imperator inclinauit collum Ioanni: omnes inſuper qui Imperatorem circunſiſtebant, efflagitabant ab eo Benedictionem. Is verò Imperatori, Imperatrici, denique vniuerſo populo fauſta omnia apprecatus eſt, & pro conſuetudine reſponſo, AMEN, conſederunt. Ioannes aperto ore ſuo dixit Imperatori: Dignitas illius Epiſcopatus, religioſiſſime Imperator, oneri eſt mihi. Hæc mihi impoſita prouincia modulum ſupergreditur virium mearum, actiones meas omnes ſuperat, omnium quum ſim minimus. Ad hæc reſpondens Imperator, dixit: Dominus noſter IESVS CHRISTVS, qui ſuos elegit diſcipulos & Apoſtolos, inque mundum eos emiſit, vt eos qui ignorantiæ tenebris circunfundebantur, lumine fidei illuſtrarent, & exorbitantes reuocarent ad rectitudinis viam, ipſe te elegit dignum honore, qui nobis ſis & ſacerdos & paſtor: quippe qui bonum illum ac verùm paſtorem es imitatus, qui animam ſuam poſuit pro rationalibus ouibus. Tunc beatus Ioannes Imperatori ait: Nouit vtique veſtra pietas, ſacerdotes locum tenere famulantium. Eorum enim eſt miniſterium, vt Saluatoris mandata omnes edoceant. Quæ ſalutem concernunt ſubditorum, ſi negligenter tranſmiſerint: & quos paſcere debuerant, ſi non auocarint ab obliqua & diſtorta ipſorum via admonendo, coarguendo, & increpando, ſed blandiore quadam indulgentia vnumquenque permiſerint viam ſuam ingredi, pro eis rationem reddituri ſunt [B] die illa retributionis, addicendi pœnis cum eo qui talentum Domini ſui occuluit & infodit terræ. Ne igitur tali ac tanto crimini reddar obnoxius, omnes vos adhortor & obſecro, vt quotidianis incrementis operum irreprehenſibilium ſedulò curetis proficere; voſque auocetis à flagitioſis * maligni exercitijs; vt in ſanctis CHRISTI eccleſijs orationibus vacetis attenti ac deprecationibus, neque contriſtetis Spiritum ſanctum, eum irritando aduerſum vos; neu deiectam atque humilem animam meam in mœrore conſtituatis. Hoc autem ſcitote, quiſquis admonitione opus habuerit, huic non parcam. Coarguam eum, vti videro animæ ipſius conducibile fore. Etenim Dauid rex & propheta quum peccaſſet, & is à Nathan propheta correptus plagam excepiſſet mirè opportunam, [C] candido animo confeſſus peccatum dixit: *Peccaui Domine*. Quo reſponſo mox fructum promeruit decerpere ſanitatis: fructus inquam pœnitentiæ & remiſſionis peccati, inſigni corona redimitus, reportans victricem palmam. Siquidem Nathan dixit ei: *Dominus dimiſit peccatum tuum*. Sit igitur vobis hæc præmonitio pro exemplo ſalutari, vt ne reſiliatis aut reluctemini, ſi quando pro peccatis coarguemini, ſed in timore Domini pœniteat vos male commiſſorum, vos ipſos auocantes ab omni veſtra improbitate.

Math. 25. v. 18.

2. Reg. 12. v. 13.

Reſpondens autem Imperator, aſſeſſoreſque omnes dixerunt ei: Verba tua, honorande Pater, ipſi audiuimus. Quæ grata ſunt & placita oculis tuis, facito omnia. Nemo enim futurus eſt tibi inobediens aut immorigerus, ſed quæcunque iuſſeris, propenſo ſtudio perficiemus omnia, tuis [D] verbis perſuaſi, ac ſi ea ex ore CHRISTI audiremus. Proinde qui eum audiebant omnes, admiratione ac ſtupore perculſi ſunt. His dictis, quum aliquantiſper compeſcuiſſet ſermonem, rurſus gratia impletus Spiritus ſancti, & aperto ore docebat eos quæ cœleſti oraculo accepiſſet à Domino vniuerſorum Deo, vt obſeruarent omnia, & dixit: *Cui multum datum eſt, multum exigetur ab eo*. Ruſſus, Potentes potenter * *examinabuntur*. Et in ſeruis ſunt, & qui multis * vapulabunt: ſunt & qui paucis. Et nos item ſacerdotes & clerici, vos etiamnum mundi huius principes multis vnà vapulabimus, quippe qui ſcientes Dei voluntatem, eam negligenter tranſmittimus ac peccamus, nullam aſſecuturi veniam. Si quum nobis animæ permultæ concreditæ ſint, de earum ſanitate nullam geramus curam, nimirum non hanc nobiſcum rationem ineuntes, quod quiſquis Eccleſiæ curam deſerit, vtique propter pauperes & læſos ſiue cæcos eam deſerit: nec conuenit, vt quæ illorum ſunt opes, eas in noſtrum vſum con-

Luc. 12. v. 48.

Sap. 6. v. 6. Vulg. tormenta patientur Gr.

Luc. 12. v. 48.

uertamus, aut in rem quamuis indecoram diſpergamus. *Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe,* vti ſcribit ſuo Timotheo Paulus longe eximius. Ad hæc dicebat & quæ ad præſentis vitæ ſcopum tenendum recta contendebant. Et quidem ex epiſtola ad Hebræos hæc depromebat: *Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtiis placatur Deus. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant pro animabus veſtris, quaſi rationem reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Neque enim profuerit vobis.* Hæc porrò quum interpretaretur, docebat & laicos, & omnes qui ſub ſacerdotis manu ſunt, oportere eſſe participes tranſſumptionis diuinæ, eleemoſynæ, ac pacis: ſacerdotes inſuper honore eſſe afficiendos. Ipſos quoque ſacerdotes commonefaciebat, vt inuigilarent populo aſſiduis precibus, admonitionibus, & proinde ſolicitudini, & populi in Deum perſeuerantiæ, ſpe nitentes futuræ reſurrectionis, vtpote quum ipſi forent examinandi quinam diſpenſaſſent non ſua ſolùm, ſed & quæ ſubiectorum. Scriptum quippe eſt hoc (ait) *Væ vobis qui perdidiſtis ſuſtinentiam. Ecquid facietis cùm vos viſitabit Dominus?* Addebat & ſententiam Apoſtolicam: *Pacem ſectemini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Dominum.* His adiiciebat & commonitionem, quia ipſi ſacerdotes Epiſcoporum ſimul & principum, principes quoque mundi iſtius principum & Epiſcoporum res conſeruandas in ſuam receperunt fidem: Quare iuſtum eſt, vt depoſitis inimicitiis in commune amplectantur omnimodam amicitiam: nec iam meminerint quis domeſticus ſit, ſiue familiaris, aut certe alienus, imò potiùs vt meminerint quis bonus ſit aut flagitioſus; deque omnibus peruigilem obeant curam, ſeruata æquitate, & ſecundum Deum anxie proſpiciant omnium ſaluti: vitioſos autem & ignauos coarguant oratione, aut admonitione, vt ſcriptura dicit: *Argue, increpa, aut certè obſecra vt ſe auocent ab imprudenti propoſito, ac bona ſpectantur.* Nihil enim magnum feceris, ſi non deflexeris à iuſtitia; ſed apprimè magnum eſt, ſi quod bonum eſt, bene perfeceris, teipſum ſedulò examinans iuxta vnamquamlibet actionem bonam. Equidem dicere conuenit te nihil feciſſe quod religioſum ſit & acceptum Deo, quin etiam quæ & Titus quum Romæ imperaret, dicebat: *Hodie non imperauimus, aut certè non viximus, quoties neminem vllo beneficio affecimus; ſed neque quidquam operis confecimus quod ſit Imperatore dignum.* Ipſo autem adhuc concionante, volens Deus ſancti ſui reuelare virtutem, ecce vir quidam ab immundo ſpiritu infeſtatus, delatus in Eccleſiam eſt. Qui eum tenebant, beatum hunc obteſtabantur, vt pro eo orationem funderet, quò priſtinæ ſanitati inſtauraretur; ſiquidem ſpumas ore ciebat, & linguam habebat extra os exertam. Reſpondens autem Ioannes dixit eis: Si certa fide credideritis CHRISTVM ſanare eum poſſe, vtique ipſum recipietis valentem ac ſanum vobiſcum. Illi autem quaſi ex vno ore acclamarunt, dicentes: Credimus domine. Tum permiſit ad ſe vt propiùs accederet dæmoniacus. Quumque eum ſignaſſet in nomine patris & filij & Spiritus ſancti, dixit: Secundum fidem veſtram fiat vobis. Et confeſtim eum quum in terram dæmonium diiecisset, exiuit ab eo. Tunc ad ſe aduocato illi dixit Ioannes: Deſine fili à blaſphemia in diuinam maieſtatem. Ex die autem hac * particeps eſto ſanctorum ſacramentorum. Iugiter te exerceto in Eccleſia. Siquidem quod te apprehendit malum, vtique contigit eò quòd nihil penſi habueris de propria ſalute. Equidem ſi huic meæ admonitioni autem adhibueris obedientem, in poſterum non te laceſſet neque adorietur improbus dæmon. Imperator ſignum hoc admirabile & prodigioſum quum vidiſſet, quique in Eccleſia inuenti cum eo ſunt laici pariter & clerici, & quæcumque eos docuiſſet, percepiſſent aure attenta, gloriam obtulerunt Deo clementiſſimo hominum amatori, qui ipſos dignos effeciſſet tam illuſtri iubare & luminari, animarum pariter & corporum præcellenti medico. Sicque omnes in ſuam quique domum ſe receperunt, hæc ita geſta admirantes.

Igitur Eccleſiæ gubernacula quum in manus ſumpſiſſet, mox cœpit cura peruigili fungi officio, à rationalis verbi tuba exorſus experientia rerum doctrice, rarò vſus virga correctionis; ſermonem autem intendebat, vt fratrum vita reformaretur, nimirum aduerſus obſcœnam vitæ turpitudinem, de his loquens qui vocabantur * ſubintroductitij, declarans eos qui palàm alunt ſcorta, eſſe meliores illis qui acquieſcunt huic hæreſi. Illi enim quum à domo medici procul habitent, morbo laborant ſpontaneo: ſubintroductorij verò ipſam incolentes ſalutis officinam, etiamnum ſanos prouocant ad morbum. Hinc ea cleri portio non admodum Dei amans & hoc vitio febricitans affligitur. Secundum hunc ſermonem adoritur & inſurgit aduerſus iniuſtitiam, arcem euertens malitiæ omnis, nimirum Auaritiam ſiue cupiditatem aliena extorquendi, idque in ſubſtructionem ædificij iuſtitiæ. Siquidem ſapientibus architectis id peculiare eſt, vt in primis falſam & mendacem ſtructuram demoliantur, quo facto demum fundamentum veritatis collocant. id inſinuat propheticum oraculum. *Conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas, & * ſuffodias, & ædifices.* Illa quidem parte reſpicit agricolam: hæc verò quod ad opificem ædium attinet. Et hac vna re turbatur rurſus eorum pars qui implendis marſupiis præcupide ſtudent. Sub hæc, proſpicienter init rationem vitæ eorum, adhortans contenti vt ſint edulijs quæ ſuppeditat Eccleſia. Ne oruinam ſiue nidorem ſtudio affectent locupletiorum, vt ne illinc fumum haurientes tædam præſentium, tradantur flammæ incontinentiæ, vitam affectantes adulatorum & paraſitorum. Hinc fit, vt plures iſtorum helluonum refodiantur eiuſmodi criminationibus colliſi. Hac inſuper commonitione obſecrabat, vt qui ſe intelligerent lubricos & ad lapſum peccati procliues, à prioribus quidem deſciſcerent erratis: deinde vt ad ſalutarem pœnitentiæ portum ſe reciperent. Auaros autem & alienis opibus inhiantes ita reuincebat, vt ſuffuſi pudore permulti intelligerent vnum aliquem modis omnibus iniuſtè ab eis oppreſſum, ita vt propemodum aſſentirentur dicenti iis qui videntur fraudem iacturamque ſuarum facultatum ab illis accepiſſe, quædam rationi conſentanea. Præterea voluptatum ſtudioſos affectatores acriter caſtigabat iugi ſua enarratione, & admonitione, ſic vt plerique à nuptiis reuocarentur, ipſe alioqui non hoc prohibebat. Siquidem docebat *Honorabile eſſe connubium, vtique thorum ſeruarent immaculatum.* In pleniore numero ſuarum enarrationum habendam de pauperibus curam commendat, memoriam refricans. Opulentioribus opprobrabat, quod quum plura obtinerent, quàm exigeret neceſſitas, viſcera tamen gererent erga pauperes inclementia, numquam non ſubmonens eos ſententiæ illius dicentis: *Quatenus feciſtis vni horum fratrum meorum minimorum, mihi feciſtis.* Equidem per hoc non pauci ſui * cordis duritiam emolliebant: perinde ac cera à facie ignis liqueſit dum eius liquidam fluxionem conſumit, in vſus inopum eas opes incunctanter diſpergentes, ſic vt multi paulò ante pauperes, tali collatione liberalis beneficentiæ

diteſ-

Margin notes (left column): 1. Tim. 3. v. 2. — Hebr. 13. v. 16. 17. — Hiere. 23. v. 21. — Heb. 12. v. 14. — 1. Tim. 4. v. 2. — Tit. Veſ. uerſum dictum Amici, diem perdidi Suet. in Tito c. 8. — κοινώνησον τῶν θείων μυστηρίων.

Margin letters: A, B, C, D.

Margin notes (right column): Ioannis Chryſoſ. acta Conſtantinop. — * παρεισάκτοι Græ. qui ſubintroductam mulierē domi alebant: in quos Ca. 3. Niceni Concilij vti συνείσακτοι γυναῖκες. cet. verturque alij extraneā mulierē. Vide interpretes in Can. 3 Conc. & in iuris pontificio, de Subintroductis. — Hier. 1. v. 10. * ἐκριζώσειν. — Hier. 13. v. 4. — Math. 25. v. 40. * αὐτοσκληρότητα. Confirmat et ignarus.

A diſceſcerent tandem, ſuamque calamitatem ſi bleuarent ac ſolarentur hac noua recuperatione facultatum. Quo facto nomen apud multos celebre promeruit, vt diceretur * *Ioannes ab eleemoſyna.* Arrogantiæ verò elationem ad nihilum redigebat, eiuſque faſtum aboleuit in multis, commendatione humilitatis ac modeſtiæ, eos qui cum humilitate decenter vitam exigerent, laudibus concelebrans. Hac ita admonitione perſuaſi ſunt quidam priùs ſoliti cum numeroſa multitudine famulorum ingredi eccleſias, fora & balneas, vt demum vno aut altero puero concomitante ſint contenti, & hoc propter vnam aliquam neceſſitatem (vt par eſt credere) vrgentem. Ad hæc, dicebat ſanctimoniam puritatemque animæ ſimul & corporis nihilo eſſe angelis disparem. Mutuas itidem calumnias obtrectationeſve prædicabat eſſe diaboli ac dæmonum exercitia. Addebat ille: eam enim ob cauſam vocatus eſt * diabolus, quia ſermonem conferens cum B Adam contra Deum loquutus eſt: rurſus cum Iob aduerſus Deum calumniam adornauit, tum quia calumniator homicidæ aſſimilis eſt. Obſecrabat inſuper eos, ſe vt amore mutuo complecterentur, inque feſtiuitationibus, in accubitu prandij aut cœnæ inuicem ſibi honorem deferrent, neu primas ſedes diligerent. Porrò in ſuis familiaribus colloquijs ſubinde commeminit vitæ ſanctorum patrum & anachoretarum, eorumque conuerſationis ac virtutis, ita vt eiuſmodi ſermonibus compungerentur non pauci, ita vt ex eorum oculis vberrimæ elicerentur ac deſluerent lachrymæ, & ingenti deſiderio caperētur ſolitariam exercendi vitam, & extremum vale dicendi turbulentæ confuſioni vitæ huius. Admonebat inſuper, vt peregrinos amanter exciperent hoſpitio, eos potiſſimum qui monaſticen profeſſi alicunde aduenirent, eorumque curam ſedulò gererent, perinde ac apud ſe CHRISTVM ipſum eſſent C excepturi, iuxta verbum Domini dicentis: *Hoſpes eram, & collegiſtis me.* Ad hæc, illis in memoriam reuocabat ſententiam illam Apoſtolicam, qua dicit: *Frequenter enim * neſcientes quidam angelos hoſpitio exceperunt.* Vnde enim noſtis an ipſe ſit CHRISTVS, qui ſe ita in hominem transformarit, vt probet nos? Rurſus eos vehementer extimulauit, vt vice Muſicorum & Canticorum quæ animos diſſoluebant, ediſcerent pſalterium, idque pſallerent ſpiritu, Deique oracula (vbi inuenirentur in via, ſiue in naui, ſeu medio in foro, aut certè in ædibus) ea concinerent. Alia denique permulta non deſinebat admonere & exhortari, non in Eccleſia modò Scripturas enarrans turbæ, ſed & * ſeorſim & in domo Epiſcopi iugiter hoc faciebat, quòd gratiam ſancti Spiritus D cordi impreſſam conſeruaret, & abunde profluentem è ſcatebris diuinorum eloquiorum. Simul atque prudenter ſibi delegatam functionem abſoluit, non ſuæ modò ciuitatis, ſed & vniuerſæ Thraciæ egit curam (quæ in ſex principatus diſpertita eſt) & Aſiæ totius: quæ quidem in vnum confœderata à Principibus vndecim gubernatur. Præterea & Ponticam gentem ſuarum legum inſtitutionibus exornabat. Habet autem Pontus principes totidem, nec diſpari numero atque Aſia. Vt autem didicit Phœnicen vecordi adhuc dementia correptam pro tuendis dæmonum cæremonijs, monachos quidem zelo Dei flagrantes in vnum adlegit. Hos quum imperialibus edictis obarmaſſet aduerſus delubra ac templa illa idolis dicata emiſit, quæ quidem demolientibus fabris, ſuamque impigrè nauantibus operam miniſtris, pecunias conſumpſit, quas non imperiale promptuarium ſuppeditarat, ſed mulieres, vt opum exuperantia præcellentes, ita & fidei ſplendore ſpectabiles, ab Ioanne ipſo perſuaſæ, vt eas

* Fuit alter hoc iunior ἐλεήμων dictus, de quo in Vitis patrum.

* διάβολος, calumniator, obtrectator.

Vitæ Patrum.

Hoſpitalitas.

Math. 25. 35.

Ad Heb. 13. a λαθόντες.

Pſalterii.

* ἰδίᾳ ...

Ioannes Religione Chryſ. ſedulo propagate ſtudet. Aſia ab xj. principibus tū gubernabatur. Pontus item.

A liberaliter ac munifice in vſum hunc pium impertirent, eo declarante per eiuſmodi liberalem erogationem, benedictionem gigni ſolere. Sanè quidem hoc pacto loculamenta illa dæmonum ac templa derelicta à fundamentis eſt eregit, demolituſque eſt. Is inſuper cùm videret * Celtarum turbam venatu captam ac detentam ſagena Arianorum, artifici machina etiam ipſe vſus canalem aliquem ſiue meatum excogitauit eripiendæ prædæ accommodum. Presbyteros enim, diaconos, nec non alios qui illis eadem lingua vtentibus diuina eloquia clàm legerent opponens, vnam ipſis attribuit eccleſiam. Hac vſus ſagaci opera, multos eorum qui in errorem fuerant prolapſi, tali aucupio cepit. Ipſe enim eò ingreſſus, & interpretum vtens opera vtriuſque partis linguam callentium, concionabatur: quoſdam autem qui diſſerere noſſent, inſtruebat, quid deberent & ipſi facere. Enimuero hæc dum moliebatur, perſeuerabat in ciuitate, mul- B toſque ſeductorum, Apoſtolica prædicatione conſeruabat ad vitam, veritatem palàm profeſſus. Is cùm didiciſſet quoſdam Nomadum Scytharum qui Iſtri ſunt accolæ, ſitire ſuam ſalutem, & ignorare eius acquirendæ rationem, ſtudioſe quæſiuit viros qui zelo flagranti Apoſtolicam exercuiſſent philoſophiam, quos & illis præfecit, ſcripſitque ad Leontium Ancyræ epiſcopum literas, quibus ſignificauit Scytharum immutationem, vtque viros curaret ad eorum directionem mittendos, quos dignos iudicaſſet, & huic obeundo muneri accommodos. Porrò in orientis partibus, vt rurſus didicit primum delitia Marcionis oppida quædam inuaſiſſe, ea de re certiorem fecit per epiſtolam eum qui eccleſiam paſcebat tunc temporis, exhortans vt hunc exigeret animæ languorem, ſimul & diligentiam adhiberet ſanctioni legum imperialium conſeruandæ. Proinde quem- C admodum Eccleſiarum anxiam ſolicitudinem animo circumferret, iuxta admirabilem Apoſtolum abunde hæc docuerunt.

Poſt ſolicitudinem Eccleſiarum, in quæſtionem veniunt * rationes concreditæ diſpenſationis, & ecce deprehendit Eccleſiam nullum debere ſumptum. Per hunc vnum authoritati defert obſequium. In partem venit epiſcopalis ſumptus. Inuenit copiam rerum liberalem & opulentam. Horum opiparam munificentiam iubet efferri in * noſocomium. Condit noſocomium, & capacius reddit è ſuperfluis rebus. Duos præfecit presbyteros religione venerabiles & medicos. Adhuc & ad exhibendum obſequium infirmis ſubſtituit viros qui benignitate eſſent commendabiles, & innupti, ita vt hoſpites, aduenæ ægroti & morbo quopiam correpti liberaliter & cum di- D ligentia procurarentur: idque ob honeſtatem, & ad gloriam Saluatoris. Secundum hoc, qui ſequitur ordo, vocatur viduarum quæ palabundæ fuerint & erraticæ, nec rectè eſſent conuerſatæ. Si quas deprehendiſſet propriæ carnis amantiores, eas admonebat, aut vt * ieiunarent, abſtinentes à balneis, & ſuperfluo ornatu veſtimentorum: eas hortabatur, vt quàm citiſſimè apprehenderent ſibi commodiores nuptias, ne qua per eas contumelia irrogaretur legi diuinæ. Secundum hunc ordinem adhortabatur & obſectabat multitudinem populi, vt peruigil & aſſiduus incumberet nocturnis * ſupplicationibus. Vxores autem horum iubebat, interdiu vt domi manerent orationibus vacantes, & à coniugum cognitione per diem feriarentur. Hiſce omnibus, eos qui in clero erant ad opera Dei ſupiniores (quippe qui noctem totam pro conſuetudine veternoſo ſopori ſe tradebant) mœrore afficiebat. Hæc autem opere explebat, proponens pro animi ſententia tali moderatione vitam dirigere. Secundum hoc, gladium diſtrinxit

* Celtarum ...

Simili ... confirmat.

Ioannes ordinat ...

* ... pro ſtationibus dati & acceſſi Rom. Breuiar.

* νοσοκομεῖον, valetudinarium.

* νηστεύειν ...

* λιτανείαις.

increpatorium aduerſus diuites, incidere cupiens A
ἀποστήματα.
animæ eorum * vomicas & ſuppurationes, mode-
ſtiam & humilitatem eos edocens, vt ve erga cæte-
ros moderatam morum temperiem afferrent Apo-
ſtolico perſuadens eloquio, quo ita ſcribit ad Ti-
1 Tim. 6 v. 17.
motheum; *Diuitibus huius ſæculi præcipe, vt ne alta ſa-*
piant, neque ſpem ſuam ponant in incerto diuitiarum. Sed
quandoquidem Ioãnes inſtituerat (propè dixerim)
poſt ſe futuris Epiſcopis viuendi formulam, vti vi-
uere debent relinquere, nimirum iuxta præſcriptã
à Paulo doctrinam, vt propria mercede præco ver-
bi contentus prædicet pœnitentiam: neminẽ per-
ſtringens eorum, qui Eccleſię huius fungeretur ſa-
cerdotio, cibos tantùm accipiebat, ſemper talem
Act. 28. v. 2.
cibos parandi curam fugiens. Quamuis ſi [*ab Olym*
Non eſt in Græco
piade] acciperet, rem vtique feciſſet non indecorã,
Luc. 10. v. 7.
iuxta eius ſententiam qui dixit; *Dignus eſt operarius*
mercede ſua. Et: *Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non*
1. Cor. 9. v. 7.
edit? Ecquis plantat vineam, & de fructu eius non ſumit? No-
lebat is cum alio quouis ſumere cibũ, ſed à quibuſ-
dam inuitatus ad epulum, nequaquam eò perge- B
bat, hiſce de cauſis. Prima, Vinum non bibebat
Διὰ ῥόδων, roſaceo. Lege Dioſc. Vid. lib. 5 & Photin. in Bibliotb.
ob calorem capitis feruorem, niſi ſi quando * Diar-
rhodo vſus eſt Sole exæſtuãte. Altera, quod ſtoma-
chi ſui tenorem non facilè moderaretur, ob quan-
dam infirmitatem, ob quam plerunque edulia ei
ſtudio ſe apparata, ipſi iniucunda videbantur & in-
ſuauia; ne ſic quidem quæ deerant, requirebat. Ad
hæc, curis Eccleſiaſticis ſedulò obeũdis intentus,
per obliuionem nonnumquam ad veſperum vſque
permanebat ieiunus. Hoc quidem in Eccleſiaſticis
curabat officijs; illud verò ſpiritualium rerum dum
diſtraheretur contemplatione. Peruigili inſuper
ſtudio enitebatur, vt nequid de ſcripturis ſibi re-
linqueretur ambiguum; hac vna opera ſimul reſ-
cindens œconomis furandi occaſiones, & ne in
*Βρέβια vocat rationũ libellos, vt ſupr.
ſuis * breuibus pretia opſoniorum decuplò exau-
gerent, ſicque pauperum neceſſitates interuerte-
rent, ea ſibi vindicando. Hiſce cauſis accedebat & C
alia. Dum ſecum reputaret tantæ ciuitatis nume-
roſam multitudinem, animo verſabat, debere ſe
tanti iſtius honoris omnimodam dignitatem, vt
dignum fuerat, tueri & conſeruare, vt CHRISTI
diſpenſatorẽ decet, aut nemini faceſſere negotiũ.
Quòd ſi ſe velut mancipium alienis menſis dedi-
diſſet, par eſſe non poterat ſuſtinendæ tantæ dig-
*relicta ſcilicet eccleſia.
nitati, dum ſic populoſam & amplam incolit * ci-
uitatem. ſi per abſurditatem rei, aut propter pau-
pertatem, aut certe propter ingluuiem, emendica-
Otii ſacri functiones.
re cibos ab vnoquoque cogeretur, ac flagitare. At-
qui ſtudium vacationis moderantur Dei contem-
platio, ſermonis officium, enarratio ſcripturarum,
viduarum prouidentia, conſolatio pupillorum, in-
firmorum diuerſoria, opitulatio oppreſſorum, con-
tritorum accurata ſolicitudo, clauſorum carceri-
bus viſitatio. Quonam pacto os quod ſe in diuinis D
exercuit eloquijs, auris audiendis Dei oraculis aſ-
ſueta, diuinis precibus exaudiendis, ſuſtineat audi-
re garrulam menſæ loquacitatem? Viſus itaque eſt
populi tumultu, ac magnitudine ſumptuum in
mendicos; ijs qui hæc calumniabantur, valere
iuſſis eorum obtrectationibus opponebat, illud ex
Act. 6. v. 2
Actibus Apoſtolorum, ſe ipſe conſolans: *Viri fra-*
tres, non eſt equum vt nos relicto verbo Dei, miniſtremus
menſis. Et hæc quidem cauſa perſpicua eſt, cur alijs
nolebat vt referunt, conuinere familiariter. Re-
uera autem idipſum debet per præeminentem &
exactam religioſæ vitæ exercitationem. Ab om-
ni enim cupiditate pecuniæ cumulandæ abhor-
rebat, eratque ad ſobrietatem præ omnibus, &
ad humilitatem propenſiſſimus: (Hæc enim vir-
tutes omnes corona ſunt ſacerdotij.) præterea
ad erudiendũ alios ſermonibus, & ad commone-
faciendum denique ad perſuadẽdum, quò ſinguli
quique prudenter ſibi conſulerent, vt æquita-
ti legum prouiderent ac bonæ famæ, vt viduis

A præeſſent ac pupillis, vt pauperes ac debiles ſo-
larentur eleemoſynis. Sed enim iuſto aſperior
videbatur erga clericos multos, eumque accuſa-
bant, & illis reddebatur inuiſus, ſic vt ab eo de-
flecterent, quòd in concionibus illos coarguiſ-
ſet. At ille tantò plus impellebatur, vt ſua do-
ctrina improbam omnium nequitiam repri-
meret.

Sarapion diaconus
Sarapion per eum ordinatus diaconus, vo-
ce exerta, præſente clericorum cœtu, hunc ali-
quando locutus eſt aduerſus eum ſermonem:
Nihil vnquam horum fiet, ô epiſcope, niſi vir-
ga quapiam fueris omnes inſectatus. Dictum
hoc, & aduerſus Epiſcopum diſtrictum per incre-
pationem, odium mire extimulauit & accendit.
Sanctus autem Ioannes ſecundum hæc non ita
diu moratus multos eliminauit eccleſiæ ingreſ-
ſu. Sarapionis autem ſuperciliosſam arrogan-
tiam ſufferre poterat nemo. Iam Ioannes Epi-
ſcopus cùm obtineret multam in dicendo liber-
B tatem, etiamſi quid occurriſſet, præter decorum,
Inimicitiæ Ioãnis cum Seueriano.
nulli non obijciebat. Quin & nonnunquam cùm
adeſſet Seuerianus, ei Epiſcopo quem conue-
niebat exhibere honorem, non detulit, ſed pro
ſuggeſto ſeſſitans *concionabatur, per hoc decla-
rans ſibi non admodum curæ eſſe præſentiam
Seueriani, tum quia Sarapionem habuiſſet de-
ſpicatui. Ipſe enim in omnium præſentia, exer-
ta voce inclamarat, dicens: Si Sarapion moria-
tur Chriſtianus, non aſſumpſit humanam car-
nem CHRISTVS. Qua occaſione arrepta, Sa-
rapion inimicitias Seueriani conciuit palam in B.
Ioannem. Cùm texiſſet quidem illam verborum
præciſionem ſiue circunſtantiam, *ſi Sarapion Chri-*
ſtianus moriatur, Seuerianus autem dumtaxat in-
tuliſſet dicens: Ergo CHRISTVS humanam
non aſſumpſit carnem, hoc vtique quaſi ita di-
ctum eſſet, adduxit præſente Epiſcopo in teſti-
C monium faſtus & arrogantiæ ipſius Ioannis. Bea-
tus igitur Ioannes nihil cunctatus, ipſum expulit
è ciuitate, ſe auocans ac deflectens à priore er-
ga eundem amicitia, quod ſermonem is exprom-
pſiſſet propè blaſphemum. Hiſce mox cognitis,
Imperatrix Eudoxia in Eccleſia cognomine Apo-
ſtolorum inſigni, Theodoſium filium ſuum (qui
ab Arcadij patris ſui morte imperauit) tunc te-
nellæ admodum ætatis ad genua ſancti Ioannis
demittens, nec ſimplici iureiurando ſe obſtrin-
gens, vix tandem perſuaſit, vt priorem erga Se-
uerianum amicitiam complecteretur, eumque ex-
ciperet familiariter, tametſi Seuerianus ſui er-
ga Ioannem ſimultatem animi nihilominus reti-
neret. Etenim Ioannes triſtitia affectus eſt aduer-
ſus Seuerianum. Erat autem & Ioannes peracri
D zelo incaleſcens circa fidem, idque potiſſimùm
prouidebat, ne quis ſermo depromeretur aduer-
ſus maieſtatem diuinam; tametſi Ioannes fuiſſet
varie edoctus, & proinde declarans (ceu di-
ctum eſt) ſuæ in CHRISTVM feruorem fidei,
& eadem opera adimplens quæ in diuina Scri-
ptura prodita ſunt: *Zelo zelatus pro Domino.* Rur- 3. Reg. 19 v. 10.
ſus, *Nónne qui te oderant Domine, oderam: & ſuper*
inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam eos ini- Pſal. 138. v. 20.
mici facti ſunt mihi. Sane quidem hic prætextus,
cauſa hæc illi erat præconceptæ indignationis Ioannes concionator Conſtãtinop.
aduerſus Seuerianum. Porrò qui Ioannem infen-
ſè oderant, idipſum moliebantur, cuiuſmodi aſſo-
let fieri in hiſce potentiorum temerarijs conati-
bus. Hic * factioſam coitionem apud populum
conuocat, ſuis calumnijs vſus. Et quidem populus
ipſi mire applaudebat. ob ſermones in Eccleſia ab
eo declamatos, hominemq; vehementer diligebat.
Obiectiones autem aduerſum ſe naſcentiũ ne tã-
tilli quidẽ faciebat. Nec admodum multo tempore
famæ de ipſo celebrior longè lateq; effuſa, perua-
gata eſt prouincias, ciuitates, inſulas; adeò vt nemo
fuerit,

fuerit, qui non concupiſceret coram cernere hominem, ipſiuſque doctrinam haurire auribus. Hic ſubinde B.* Innocentio à Conſtantinopoli ſcribebat, literaſque ab eodem excipiebat, quę eius commendarent prudentiam ſimul & doctrinam. Cuiuſmodi autem fuerint ab ipſo editi ſermones, quam multi à velocibus ſcribis excepti, quamque elegantes, & ad perſuadendum appoſiti, quid nunc attinet dicere? Eos quiſquis cupide legere volet, poterit nullo prorſus negotio hinc decerpere frugem longe vtiliſſimam. Ingenio erat per quam idoneo diſſoluendæ quamlibet prolixæ quæſtioni, idque conciſis verbis, nec non ad comprehendendum nulli non obuijs. Ediuerſo quæ paucis inducebat, ea poterat exporrigere ac dilatare fuſiùs. Pulchrè admodum ſermonē efferebat, ſic vt plura ac diſtinctiùs variegata, quam cæteri omnes quotquot erant * ſacerdotes (exceptis Athanaſio Alexandriæ, Baſilio Cæſareæ Cappadociæ, & Gregorio Nazianzeni irreprehenſibilibus ac perenni memoria dignis Epiſcopis) plura inquam doceret, commentaretur ſcripturiens, ac digereret in dogmata, nec interim ab alio aliquo mutuaretur quos depromturus erat ſermones.

B. Inno: Papa ſedere cœpit ann. CCCCI Homil. Chryſoſ quam excellentes.

Epiſco. poe intelligit, vt & aliâs.

Ad hæc, is poterat ſermones efficere argutos quidem, qui expergefacerent auditores quamlibet craſſo ac rudi ingenio, quive eſſent ſomniculoſi, ſocordes, ad artes & perferendos labores inepti, ad exercendam agricolationem inertes, eos inquam, qui deſides nullam excolerent artem, excitare poterat, ſimul & intelligentiam præbere, & extimulare exemplo operum ipſius: quæ quidem omnia admiratione cum primis digna erant. Proinde illi non in poſtremis curis erat, vt ne quid aliquando imminueret è nocturnis, matutinis ac diurnis congregationibus ac veſpertinis hymnodijs. Seriam dabat operam, ne quis ante ſe experrectus fores aperiret ſanctæ Eccleſiæ. Nullis vnquam congerendis opum theſauris incubuit pro mercede concionum quas diſertè & grauiter declamabat, neque eſt aſſequutus opes eas, vt viueret ſplendidius. Ad hanc viuendi formulam, viri iſtius auiditas neutrobi varians tranſigebatur, idque vt præconceptam animi deſtinationem iugiter conſeruaret immobilem, multiſque euaderet ſuperior, qui ſacerdotali dignitate excellenter alioqui anteibant, etiamſi & ea ante illum geſta fuerint, & quæ poſt illum, nihilo fuerint inferiora. attamen habebat, ſed & retinet gratiam ſibi vni peculiariter competentem, quandoquidem in exilio agens, nihil quod ſui eſſet iuris, curat, aut quidam ſolent: ſed iugi modulatione concinebat Pſalmum illum tertium ac vigeſimum: *Domini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.*

Ioannis exilium.

Beatus hic Ioannes ſapientiſſimi Apoſtoli Pauli Epiſtolas vehementi cōplectebatur amore, nec ullo vnquam tempore librum, qui eas contineret, ſinebat de manibus cadere, eas legens, ſimul & miraculi habens loco quam hæ continent diuinitus aſpiratam ſapientiam, dum citra vllam dubitationem ſecum reputat, quanta puritate anima illius prænituerit, quamque ab omni inquinamento alienum corpus conſeruarit. Neque enim aliâs Spiritus ſancti gratia ipſi ſuppeditaſſet tam prægnantem copiam diſſerendi ac tradendi ſic diuina eloquia, niſi is fuiſſet ab omni contagione iſtius mundi expurgatus, iugiter retinens memoriæ impreſſam Saluatoris ſententiam dicentis: *Beatum mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. Erat illi in imagine effigies, ipſum Paulum velut ſpirantem ac ſuperſtitem exprimens. Is vbi puſillum quid interquieuiſſet pro ſubleuanda infirmitate corporis, (ſupra naturæ etenim conditionem uigilabat) quumque ex epiſtolis eius percurriſſet nonnihil, & eſſet commentatus, in Apoſtoli effigiem fixiùs oculorum aciem intendebat, & quaſi is in viuis ſupereſſet, ita in ipſum aciem oculorum intendebat, eundem deprædicans reuera beatum, ſibique viſus illum videre, totam animi contemplationem in ipſum conuertebat, ac ſi familiariter cum eodem verſaretur, & comiter compellaret. Se igitur accinxit ad deſideratam earum epiſtolarum interpretationem, vt omnibus innoteſceret virtus tanto huic viro diuinitus infuſa, ratus ſe rem facturum prorſus indecoram, ſi quidem eccleſiam ſineret expertem eſſe doni adeò locupletis & opulenti. Quare arbitratus non mediocre precium operæ rogantibus ſe facturum, ſi eas dilucidius explanaret, hoc ipſum opere præſtitit. Aduesperaſcente enim die, quo tempore domus ſua ferias ageret, & nemo adſtaret interpellator obſtreperus, ſuum illud anachoreticum cubiculum ſubibat, & in ſedili quopiam ſeſſitans coram ſe funale cereum accendebat, & arreptis in manus tabellis per ſeipſum inſcribebat formulas dicendi Apoſtolo peculiares, ſimul & in eaſdem enarrationes. Sed nemo tum auſus fuiſſet ad eum ingredi, aut foris ſtare pro foribus, neque etiam ſermonem texere, ne per hoc eius animi conceptio diſpergeretur. Id obſeruabatur quamdiu animum adijciebat ad ſcribendum. Iamque maxima ex parte Epiſtolas fuerat interpretatus, & ecce humanum quiddam ei contigit, nimirum angi cœpit tædio, ſecum dicens: Ecquis nouit, Deóne accepta ſint hæc, & gratiam ab eo relatura? Atque vtinam citra notam reprehenſionis & ſincerè enarrata ſint hæc. Scopumne attigi ſapientis illius ac tanti viri? Hac de re vt argumento quopiam redderetur certior, ſupplex efflagitauit Deum. Non ita multo pòſt poſtulatio hunc ſortita eſt finem. Contigit itaque eum impelli atque incitari non modò vt deſtinatum opus abſolueret, ſed vt alia pleraque ediſſereret. Etenim vir quidam vnus eorum qui dignitate præpollebant in ea ciuitate, prætextu cauſæ cuiuſpiam infamiæ nota ſugillabatur ab ijs qui liuore torquentur alienæ famæ. Aduerſus hunc incanduit, & grauiter deſtomachatus eſt Imperator. Eiectus tandem è palatio, excuſſus etiam à dignitate eſt. Hic in mœrore tanto ac deliquio animi conſtitutus, quum neminem haberet qui ſe conciliaret Imperatori, quòd nullus pro illo poſſet intercedere, animo tandem recogitans quantam obtineret * loquendi fiduciam cum Imperatore Ioannes; conſcius ad hæc, eius petitioni haud dubie non repugnaturum, quòd omnimodam ad ipſum oſtentaret beneuolentiam, ad ſe accerſit vnum aliquem è familiariter ſibi adhærentibus. In huius ſinum expromit arcanum ſui conſilij. Hortatur eum, vt ſanctum adeat Ioannem, eique perſuadeat præſens ad ſe vt venire dignetur, vt rei totius ſummam ipſe renuntiaret. Sanè homo verebatur, ne ſi per diem Ioannem adiret, à quopiam conſpectus inimicorum ſuorum, in ſuſpicionem veniret rurſus Imperatori, quaſi quæſijſſet eum ad impetrandam ſibi gratiam. Propterea adit beatum Ioannem, renuntiaturus euentum qui contigerat, adhortatus ipſum vt vni cuipiam ei aſſidentium ſecretum nocturnum permitteret, qui & eorum ad ipſum ſignificaret aduentum noctu ad futurum. Hic igitur princeps expromptus & alacer ad exporrigendam manum nulli non afflictorum auxiliarem, ad ſe accerſit Proclum, quem ad hoc ipſum munus obeundum præciſe definierat, virum vtique eximiæ pietatis erga Deum, omnibuſque virtutum ornamentis redimitum. Huius fidei de negotio arcanum permittit. Rurſus reiecta omni cunctatione Ioannes, veriùs Deo ad hoc ipſum

De Commentarijs ab eo ſcriptis in epiſto. Pauli & Procli viſione.

Mat. 5. v. 8. Hiſce verbis deprehenditur author iſte Georgius ſuperior eſſe ætate Damaſceni. qui Orat. de Imag. hæc adfert.

* παρρησίαν

Proclus Diacon. Chryſoſ.

xtimulante, vt pleniùs certior redderetur de de- A
ſcriptis priùs à ſe Enarrationibus,& ecce nocte ea-
lem arreptis in manus chartis cùm preſſiùs incum
beret ſcribendis commentationibus in Apoſto-
um, venit quidam vir(dum inſtaret compoſitioni)
quaſi is haberet familiare colloquium pertexere-
re. Exurgit Proclus, propiuſque accedit cubiculi
ianuæ, & per foramen quoddam limis inſpectat
oculis, videt Ioannem in ſuo conſidentem ſedili
ac ſcribentem, ſimul & ſanctum Paulum quem
priùs inuocarat, ex aduerſo ſedis, prope Ioannis
caput, immittentem os ſuum deorſum verſus, in
aurem Ioannis dexteram, & familiariter collo-
quentem ei. Forma autem eius præferebat Eli-
ſæum, barba iuſtæ ætatis, lata admodum. Auſcul-
tans proinde erat Proclus, per cupidus quiduis
audiendi; at is nihil eorum quæ dicebantur, ex-
audire potuit. Atqui is quum ab ianua ſeceſſiſſet,
dixit homini: Parúper æquo fer animo. Alius enim
ante te ipſum alloquitur, n c te ad ipſum poſſum
introducere donec ille egreſſus fuerit, nequan-
B do reſciſcat aliquis quid arcani ſit: neque ille
quis ſit cognoſcatur. Erat autem Proclus in ma
gna mentis emotione, quis ille eſſet, addubitans,
ſed & neſcius quo pacto potuerit ad Ioannem
introire, eò quòd nemo priuata authoritate adibat
eius cubiculum, niſi primùm Proclus id ei ſignifi-
caſſet. Homo igitur quum horis aliquàm mul-
tis aſſediſſet ianuæ, adhortatur Proclum exper-
gefactum, vt ſuum annuntiet aduentum. Ille au-
tem reſpondens dicit ei: Ecce quot horis ſuſtine-
mus quotidie, & ne ſic quidem qui cum eo loqui-
tur, egreſſus eſt. Neque hoc admittere poſſum.
Cæterum nequid de me diffidas, en ipſe ianuam
pulſo, rurſuſque per foramen exploro, finém ne
impoſuerint mutuis colloquijs & conquieue-
rint. Itaque is quum abijſſet, tranſuerſim intro-
ſpexit,& ecce iam ſecundò iuxta priorem modum
C videt rurſus mutuò ſe alloquentes. Rurſus igi-
tur vice verſa reuerſus conſedit, hac de re ſuam
ſecum cogitationem expendens. Poſt paulu-
lum, rurſum animo conſternatus ob hominem
illum, & exurgens per prius foramen tranſuer-
ſim introſpexit, & ecce deprehendit eos iuxta
modum priorem nihilo ſecius facientes. Is enim
qui videbatur, in aurem beati Ioannis inſerebat
ſermones. His geſtis ait homini Proclus: Reue-
ra frater, quid de ſumma tui negotij dicere ha-
beam, planè ſum inſcius. Vti ſuſpicor, non vult
Deus tibi adimere iſtam quæ te premit, afflictio-
nem. Ecce enim tertiò iam abij cupiens noſſe num
ille deſineret, & ecce ſimilem in modum de-
prehendo eos inter ſe conferentes. Illum qui-
dem qui ad Epiſcopum venit, inuenio inſuſurran-
tem auri eius; hunc verò non vſquequaque auer-
D tentem oculos, ſed deorſum verſus Scribentem.
Reſpondens homo ait Proclo: Oportebat te mi
frater, neminem ante me introducere, quippe
qui planè noſſes in quanto animi languore ac
deliquio ſim conſtitutus, in dies ſingulos præſto-
lans mortem. Et niſi Deus ſoſpitem me conſeruet
ſancti ſui ſuffragijs, perij. Ad hæc reſpondens
Proclus, ait: Fidem verbis meis habeto, frater,
illum non ego introduxi. At ne noui quidem,
quo pacto ſit introgreſſus ad eum. Quin & alius
nullus eſt introitus, qui in eius cubiculum dedu-
cat, præter hunc. Atqui hic aliquantiſper ſuſtine-
to. Haud enim dubiè confeſtim egreſſurus ille
eſt, tum demum te ad eum introducam. Hæc illis
inter ſe conferentibus, lignum eccleſiæ ſignum
allidit euocans ad laudes matutinas. Tunc ait
Proclus homini: Exurgens perge in pace. Neque
enim ex hoc nunc verbum eſt habiturus. Siqui-
dem cæteris omnibus negotijs haſce præfert
laudes, quibus intereſt aſſiduus in oratione aduſ-
que diluculum. Huc autem ad nos redito ſuperue-

A niente proxima nocte, & quoquo modo præ cæ-
teris hominibus aduentum tuum ad ipſum, ipſi
indicabimus. Exurgens igitur homo magna cum
animi anxietate ac lachrymis multis illinc ſe re-
cepit. Horum nihil reſciuit Ioannes, ſed neque
tum intellexit Proclus quis ille fuerit tam fami-
liaris colloquutor. Proclus autem exurgens fe-
cit ſicut & præterita nocte. Rurſus vidit Apoſto-
lum beato Ioanni loquentem ijſdem, figura, ha-
bitu, & geſtu, quemadmodum & priùs. Illinc
porrò digreſſus nequaquam auſus eſt nuntiare
ei. Progreſſu autem temporis, & ligno eccleſiæ
ſignum edente abijt homo in domum ſuam eiu-
lans. Sanè Proclus immodica admiratione percul-
ſus, iratus quidem aduerſus neminem eſt. Neque
enim aduerſus vllum conſueuerat iram exacue-
re: in ſe potius transferebat culpam, quaſi id
quod factum erat, ſua vnius contigiſſet negli-
gentia. Decreto autem huic ſe ſubiecit, nihil ſu-
mere cibi aut potus, aut certè ſomni, & neutrobi
ab ianua cubiculi ipſius beati Ioannis digreſſu-
B rum, tantiſper dum hominem ad ſanctum intro-
duceret, aut certè noſſet quiſnam introduxerit
eum quicum loquebatur duabus præteritis nocti-
bus. Voto igitur facto, aſſidebat continenter ia-
nuæ, nuſpiam illinc ſe proripiens, ne ad momen-
tum quidem temporis. Homo rurſus vti conſue-
uerat, venit ad ædes Epiſcopi. Et quidem Proclus
præſenti fretus animi fiducia, quia nemo morta-
lium ad Epiſcopum acceſſiſſet, dicit: Reuera* do- *κυρι- ἀδελφί.
mine frater, propter te neutrobi ab hoc ſum di-
greſſus loco. Tuum igitur aduentum continenter
indicabo ipſi. Exurgens, & iam ianuæ proximus, &
tranſuerſim introſpiciens ambos rurſus videt,
quemadmodum priùs viderat, mutuis ſermonibus
congredientes. Tunc ait homini. Exurgens frater
hinc te recipito in domum tuam, Deum obſecra
tibi vt auxilietur. Vti enim video, qui cum Epiſco-
C po loquitur, miſſus à Deo eſt. Inuiſibiliter enim
ad eum ingreditur. Per ianuam ſiquidem ne-
mo ad ipſum introgreſſus eſt. Ille autem exurgens
abibat flens, & ſpe abiecta impetrandæ ſalutis.
Mane autem facto, beatus Ioannes memor ho-
minis aduocato Proclo dicit ei: Num venit ho
mo huc, quem ſignificaſti ad nos venturum?
Reſpondens Proclus, ait ei: Venit reuera Pater.
Tertia iam hodie nox eſt ab eius aduentu. Ille
ad hæc: Quam ob cauſam non indicaſti mihi
eius aduentum? Reſpondens autem Proclus di-
xit: Peculiariter & ſecretò congrediebaris cum
quopiam alio: ego autem mihi conſcius non ſum
vllius admiſſæ temeritatis. Ille Vero: Cum, quæſo?
Nemo ad me hiſce noctibus ingreſſus eſt. Tunc
Proclus ad eum proximè accedens, formam habi-
tumque à ſe viſi expreſſit: & quo pacto os ſuum
D deorſum verſus auri ipſius inſerebat, ſed & ſecre-
tò ei loquebatur, ſcribente beato. Ille autem tan-
tò ampliùs admirabatur, præ Proclo. Simul verò
ac deſijt loqui Proclus, interita preſſiùs oculo-
rum acie in imaginem Apoſtoli, & conſpicatus ef-
figiem, dixit aſſimilem eſſe ei quem viderat: & pœ-
nitentia ductus Ioanni dixit, digito indice in ima-
ginem exporrecto: Veniam mihi indulge pater.
Quem tecum vidi loquentem, huic aſſimilis eſt.
Vti autem arbitror, is ipſe eſt. Tunc ſapientiſ-
ſimus Ioannes vt cognouit Deùm ſuas preces
exaudijſſe, ſeque certiorem eſſe redditum de vo-
luntate ipſius, vt ad eiuſmodi epiſtolarum inter-
pretationem ſe accingeret, & ipſum Apoſtolum
quæ ſua erant interpretatum eſſe per Ioan-
nem, quum demandaſſet Proclo aliquantiſ-
per manere extra ianuam, ea occluſa ſe in fa-
ciem proſternit in ſolum, gratiarum actionem re-
pendens Deo, & orans cum lachrymis ac gemiti-
bus per aliquot horas. Itaque poſtquam deſijt, ac-
cito ad ſe Proclo dixit: Renuntia homini, ad me vt

A

veniat nocte hac. Nequaquam enim deinceps eum quem vidit mihi colloquentem, viſurus eſt. Is quum acceſſiſſet, vidit Proclus ſolum conſidentem ac ſcribentem: * illum autem non iam vidit: quare & indicauit adeſſe hominem. Ingreſſus igitur homo renuntiauit quæ aduerſum ſe geſta eſſent. Mox vt diluxit dies, Ioannes ad imperatorem profectus eſt, proque eo interuênit. Iuſſit tum Imperator quæcunque à beato Ioanne fuerant poſtulata, ad finem perduci: & reuocatus eſt homo ad priſtinam dignitatem ſuam & honorem. Hac igitur certitudine accepta, totum ſe traduxit ad chartas non ita pridem cœptæ ſuæ interpretationis. Iterum exorſus eſt in partes diducere ac diſtinctiùs digerere in ordinem ſchedas ſuas. Denique ſanctiſſimi Spiritus gratia velut manu deductus, ſicubi aliquid deſideraretur, ſuppleuit: ſi quid redundans aut ſecundò dictum, ſuſtulit, ipſius Apoſtoli Epiſtolas quæ enarrandæ reſtabant, citra controuerſiam interpretatus. Porrò delatores viri ad

*Apoſtolum.

B

priſtinam dignitatem reuocati, vbi referente Imperatore didicerunt rem ipſam ſic emendatam ad petitionem beati Ioannis, acri ira aduerſus ipſum incanduerunt, & in vnum conſpirant & cooriuntur habentes cooperarium & coadiutorem iſtius tragici dramatis caput, Diabolum. Inter ſe conſultabant, quonam pacto vicem ei rependerent. Sed Ioannes apprime prudens & virtutum ornamentis eximius, agnouit quidem illos hæc aduerſum ſe moliri, at vix illi curæ fuerunt. Eudoxia verò Imperatrix, quæ tota inhiabat auaritiæ, per obliquum tramitem iniuſtitiæ nimis multæ cœpit omnino multas pecunias coaceruare. Hic itaque Beatus ſæpenumero in diuerſis ſuis commentarijs refricabat memoriam iſtius noxiæ cupiditatis, miſeros prædicans qui eius amore tenerentur; quam etiam vocabat idololatriam; per hæc cupiens auertere Imperatricem, ſimul & eos qui fallaci volu-

Eudoxia Theodorichũ pecunijs ſpoliare conata à Ioanne prohibetur.

Col. 3. v. 5

C

ptate ipſius capiebantur, non quidem ad perſonam vllam referens nominetenus: attamen quiſquis eo laborabat morbo, & hanc in ſe agnoſcebat morbi putredinem, arbitrabatur ſe velut ænigmate ſermonis perſtringi, eoque punge concionibus iſtiuſmodi. Proinde erat Conſtantinopoli vir quidam patricius nomine Theodorichus, locuples admodum & primarius palatij. Hic ſubinde appetitus inſidijs eſt ab Imperatrice, vt quæ viam iniret opes ab eo partas & facultates per rapinam extorquendi. Illa autem nullum interim naneiſcente modum cuius prætextu id conficere poſſet, moleſtiſſimè ferebat. Vitam enim ille homo frugaliter & temperatè traducebat. Vna igitur dierum in Palatio exiſtentem ad ſe accerſit, eique indicat per ſilentiarium quendam dicens. Nouit inclyta celebritas tua, quantam vim impenſarum imperium

D

inſumpſerit in ambitioſam militum pompam, & in alias ineuitabiles cauſas, idque citra vllam intermiſſionem. Neque hoc modò, ſed & annua tributa impertit aduerſarijs, conciliandæ eorum erga nos pacis gratia. Quin & hodie Reipublicæ negotia magnis atteruntur anguſtijs. Mutuò igitur da partem quandam ſubſtantiæ quæ te contingit ratione iſtius militaris tuæ expeditionis, vt primum quidem noſtra perfruaris beneuolentia, dein & feliciore ſucceſſu. Poſtea verò rurſus cum gratiarum actione recipies quæ commodè vtenda nobis dederis. Ne igitur cunctêris tu vſquequaque & continuò Dei inſtinctu extimulatus ac præferuida animi alacritate nobis obſequi, idque opulenter & prolixè. His auditis Theodorichus, animo vehementer conſternatus egreſſus eſt palatium. Magna cum anxietate ſuffugit ad tranquillum Eccleſiæ portum, nempe ad eum qui tum gubernacula ipſius moderabatur ac ſuſtinebat, ad beatum Ioannem, eique exponit quæ ſibi acciderant, omnia, multa cum profuſione lachrymarum: ſimul & pe-

A

dum ipſius attactui ſe aduolens ſupplex orabat, vt eius interuentu nonnihil apud Deum conſequeretur opis & aduerſum hæc obſtaculi. Ille autem vt ſuapte natura erat ad exhibendam omnibus miſericordiam procliuis, & alienis condoleſcens malis, eumque contemplatus peracri dolore affectum, continuò ad Imperatricem duos è clericis mittit, habentes in manibus quæ decreto priorem eius iniuſtam petitionem irritarent, hunc continentes modum: Vti video quæ ipſe enitor pro virili ædificare pro ſalute tuæ vnius animæ, Deo accepta vt ſit; tu ex aduerſo potiùs nihil cunctaris ea demoliri. Non enim optem modò, vt temporarij huius imperij perfruaris ditione, in terra quanlibet fertili & opima, ſed vt meritis bonorum operum tuorum pronuntieris hæres regni illius cæleſtis & * intermini. Quam enim habere poſſimus gloriationem hac vna antiquiorem, quàm vt veſtra laudabilis virtus omnibus eluceſcat per opera pietatis, ac felicem vitæ ſucceſſum? Reuera enim in ſtu-

*ἀπεράντου.

B

porem præ admiratione me adducunt, quæ audiui à vobis dicta hodie eſſe Theodoricho, viro illuſtri & patricio, ſecundum Deum viuenti; Propterea quòd conſtituit vos Deus dominos vniuerſæ terræ & maris, & neque partis ab eo opibus ſtabiliri poſſit imperium veſtrum, eò vel maximè quia aduerſus ipſum nihil deliquit. Obſecro itaque veſtram erga Deum dilectionem, ne quid eorum quæ eidem dixiſtis, exigatis ab ipſo; potiùs indulgenter condonetis omnia: iubete autem in adminiſtrandis Reipublicæ negotijs nihil præpoſterè aut peruerse fieri. Dominus verò ac Deus noſter IESVS CHRISTVS adimpleat petitiones veſtras in bonum, ſecundum ſuam ipſius voluntatem, ô ſtudioſa CHRISTI amatrix. Valeto in multos annos permanſura ad Reipublicæ Romanæ vtilitatem.

Hiſce literis clàm lectis & cognitis, vehementer ſuppuduit ne non obſecundaret eius monitis:

C

idque ſe facturam indicat per quendam palatinum, dicens: Sicut iuſſiſti nobis pater, faciemus. Non modò enim ex ipſius facultatibus nihil accipiemus, ſed * & citra metum in ciuitate viuet, & de palatio aliud nihil mali ſuſpicetur quàm hodie & nudiuſtertius. Nemo eſt qui illi vllum faceſſat negotium, aut de re quapiam obturbet. Et eo qui miſſus fuerat ad Ioannem ab imperatrice reuerſo, ipſe Ioannes intenta in Theodorichum oculorum acie, ait: Quid ſi regina te proſcripſiſſet, & ne tantillum quidem tibi reliquiſſet è facultatibus tuis, vnde, quæſo, poſſes congerere in aceruum quæ tui iuris ſunt? Non modò enim non poſſes, ſed nec imputarêtur tibi ad iuſtitiam quæ à Deo eſt. Quòd ſi eam ſubſtantiam dederis CHRISTO, reuera plus milies tantò vicem rependet in regnum cæ-

*ἀφοβίως.

D

lorum, & vitam æternam hæreditate poſſidebis. *Qui enim miſeretur pauperis, fænerat Deo.* Hoc ipſum edocet dicens; * *Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, & theſaurum non deficientem in cælis.* Reſpondens autem Theodorichus, dixit ei: Ecce ſubſtantiam omnem meam do in * xenodochium Eccleſiæ pro ſubleuanda pauperum egeſtate, vt liberaliter excipiantur hoſpitio. Tantum, ex omni ſubſtantia nonnihil retineo quod ſatis ſit mihi liberiſque meis educandis. Proinde dimitto & debitoribus meis, debitum omne, quod ſe extendit in quantitatem auri copioſi admodum, etiam remitto. Homo igitur illinc quum ſe recepiſſet domum, omnia quæ ſe facturum condixerat præſente beato Ioanne, adimpleuit, nihilque defuit eorum quæ fide ſequeſtra fuerat pollicitus. Simul atque acceſſit, orabat beatus Ioannes vt ſupplicaret Deo, vtque ipſi indulgenter condonaret peccata, & eius eleemoſynam gratam haberet & acceptam. Et ait: de prioribus quidem delictis bona ſpe fretus confido in miſericordem Dominum Deum, quia nunc remiſſionem eorum es conſecutus. Sed tu teipſum ſedulò obſer-

Prou. 19. v. 17.

* [illegible]

Luc. 12. v. 33.

* Domus eſt excipiendis hoſpitibus, peregrinis, pauperibus, & infirmis.

ua, ne

ua, ne qua in re impingens ipſum offendas, vt & regno cælorum efficiaris dignus, æterno exemptus ſupplicio. Tua autem eleemoſyna, quemadmodum & * Cornelij, approbata eſt & accepta. Porrò Eudoxia Imperatrix ſimul atque didicit quæ à Theodoricho geſta eſſent, ægerrimè tulit, & accerſito ad ſe quopiam è primoribus ciuitatis, iuſſit eum ire ad eximium Ioannem, eique renuntiare hæc, Theodorichum Patricium inconcuſſa fide nec peruerſa voluntate ad iuſſionem tuam, nulla vmquam re ab eo accepta, immunem ac liberum dimiſi, tametſi laboraret inopia imperium ob diuerſos imminentes ſumptus. Atqui tu hunc per rapinam ſpoliaſti, vnà cum omni ſubſtantia ipſius, eam in proprium conuertens lucrum, furto interuertens ea quæ nos contingebant, quòd ille quæ ſibi vendicabat, ab obſequio pendebant imperiali. Te quidem non oportuit hæc committere, ſed conueniebat potiùs te imitari nos, quippe quæ ab eo nihil accepi, neque & tu accipere debuiſti. Sapiens verò hic arreptis charta & arramento, ad eam ſub hac formula verborum ſcripſit: Tuam erga Deum dilectionem (vti reor) non vſquequaque latet qui me genuere parentes, generis mei ſplendor non te clam eſt; non item te fugit quæ eorum fuerit opulentia: denique & dignitas quàm ſpectabilis fuerit, noſſe te arbitror. Ad hæc quòd numquam diuitias dilexerim, nullo item pecuniarum aut humanæ gloriæ ſim amore detentus, tu meliùs noſti: quin potiùs conſilium ſæpenumero dedi, vt qui tales fuiſſent, eiuſmodi vanam & inanem curam prorſus à ſe vt excuterent, de ſua ipſorum ſalute ſoliciti per liberalem & effuſam in pauperes largitionem, vt cæleſte regnum ſibi compararent. Qua tandem ratione videri debeo pecunias percupere, qui ſemper admoneam, inque meis enarrationibus & commentarijs ſoleam perſtringere durius eos qui ſuperuacaneas opes ſibi pepererunt, nec interim eas diſpergunt in pauperum manus? Mihi enim abunde fuerit ad corporis alimoniam puſillus panis cum ſale & oluſculis miſellis, idque ad ſubleuandam infirmitatem corporis. Quòd autem de Theodoricho ſignificaſti dolo malo * interuertiſſe me ſubſtantiam in meum vnius quæſtum; ſanè hoc velim ſcias ipſum nihil vmquam mihi contuliſſe, at neque accepturum fuiſſe, ſi quid tandem obtuliſſet. Porrò maluit ille fœnerare CHRISTO, ſua bona hic manibus commendans pauperum & inopum velut depoſitum, vt ea in futuro ſeculo recipiat ab eodem tantò cumulatiora. Vtinam ipſum imitata eſſes, pecunijs tuis in æternos theſauros exhauſtis, vbi neque ærugo, neque * tinea demolitur: non fures & inſidiatores effodere auſint. Ea enim erogauit in xenodochium Eccleſiæ, vt eius munificentiæ, cura erga inopes & indignos maior habeatur. Hæc igitur ſiquidem accipere vis, & côtriſtare CHRISTVM tu videris. Mihi enim crede, quia id ſi commiſeris, aduerſum te tribulatio conſurget. His clàm ab imperatrice lectis, furore & ira impleta eſt, ſecumque cogitabat, quonam pacto miſeris modis affligeret Ioannem. Theodorichus autem ieiunio vacabat & orationi, continenter deſeruiens Eccleſiæ Dei, ita vt multis in locis exaudiretur virtus ipſius atque conuerſatio.

* Centurionis, de quo Act. 10.

* ἐφθαρκέναι

Matth. 9. v. 10.

* βρῶσις

Homilia Ioannis aduerſus Eutropiũ

* μετὰ παῤῥησίας.

Cæterum inſigne orbis totius lumen ac doctor, auditis quæ à nonnullis fiebant iniuſtitijs, nihil cũctabatur eas multa * cum loquendi fiducia coarguere ac reuincere. Imperatori iuxtà ac Imperatrici conſilia impertiebat ad ſalutem parandam conducibilia. Sacerdotes iubebat conuerſari iuxta ſibi præſtitutas leges, quarum tranſgreſſores arcebat ab aditu tẽpli, dicens non oportere eos perfrui ſacerdotali honore; id verò eorum eſſe qui veri eſſent ſacerdotes. Docebat non imitandum ſecularem qui infensè perſequeretur clerũ. Quæ aduerſus ipſum inſidioſa molitio tũ adornabatur, nihil obtinebat virium: at poſtquam multos eorum qui dignitate præpollebant, arguere palàm & præter decorum aggreſſus eſt, tunc aduerſus eum multò plus incanduit & exarſit inuidia: quin & gliſcens liuor paſtores qui eum oderant, viciſſim apprehendit. Quumque mutua coitione conſpiraſſent, ne ſic quidem ſuperiores ipſo euadere potuerunt. Et ne obloqui voluiſſe viderentur aduerſus eũ qui ſaluos facit, & omnem euertit inuidiam, aduerſus ſanctum diabolica nectunt conſilia, in diuerſum ſenſum permutatis quibuſdam ipſius homilijs, quaſi ad certamen prouocaſſet aduerſus imperatricem alioſque quoſdam aulæ imperialis. Equidem aduerſus eum depromebantur, plurima item quæ deinceps fidem impetrarent apud auditores. Hanc calumniam exaggerabat homilia aduerſus Eutropium ab ipſo pronuntiata. Eutropius enim hic eunuchus præfectus imperialis cubiculi, de quo cõmemini ſuperiùs, qui & primus eunuchus ampliſſima dignitate ab imperatore accepta, quũ voluiſſet de nonnullis qui ſub eccleſiæ aſylum confugerant, vindictam expetere, magnopere contendit, vt ab imperatore ſanciretur lex quæ iuberet nulli noxio confugiendum ad eccleſiarum immunitatem, ſed eos qui priùs confugiſſent, illinc abſtrahi. Pœna mox conſequuta eſt. Simul enim atque poſita lex eſt, nec ita multò pôſt Eutropius quum impegiſſet in offenſam Imperatoris, agnitus eſt ſibi voluiſſe confugio conſulere. Itaque beatus Ioannes eum conſpicatus ſub altari iacentem & metu perculſum, pro ſuggeſtu conſiſtens, quo ex loco priùs concionem habere conſueuerat, quò multitudini fieret exaudibilior, ſermonem in eum protendit vtique obiurgatorium, qui & eò amplius quoſdam offendere videbatur, quòd non modò non miſereretur præſenti infortunio oppreſſi, ſed ex contrario coargueret aſperiùs, alioqui potentes multa cum loquendi fiducia ob aliam cauſam reprehendebat.

Homilia eius cõtra Eutropiũ

Vide & Thophylus Alexandriæ Epiſcopus tam infeſtus illi extitit. Nullam enim rationem inibat talium, an ſummates eſſent, in arcano mentis receſſu retinens ſemper Apoſtoli dictum dicentis: *Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.*

Gal. 1. 10

Sed enim illo tempore Ariani in ciuitate ſua habebant conuenticula. Eam ob rem magnopere excruciabatur animo Ioannes, continenter Deum ſupplex obteſtans, ſibi vt vires ſuggereret, quibus è ciuitate eliminarentur, id quod præſtitit ſerui ſui deprecationibus exoratus, hoc quidem pacto: Die feſto ſanctæ Epiphaniæ propinquãte, qui quidem dicitur *luminarium dies*, Imperator Arcadius vnà cum comite Auguſta aduenit vt ſanctam ſynaxim in ſancta Eccleſia explerent, & immaculatorum ſacramentorum fierent participes, CHRISTI nimirum Dei noſtri. Introgreſſi igitur hi ad Epiſcopum, quum ſanctas eius preces excepiſſent conſederunt. Imperator autẽ oculi in ipſum preſſiùs defixis ait: Reuerà pater à Conſtantini Magni Imperatoris temporibus ciuitas hæc habita nõ eſt digna Epiſcopo ac doctore proportione tuæ ſanctitatis. Eam ob rem Deo hominum clementiſſimo amatori debitam gratiarũ actionẽ repẽdimus, qui te huc delegauit, vt nobis præmunires viam ad ea quæ ſaluti opportuna ſunt & cõducibilia. Eſto igitur robuſtus ac viriliter age, ſerue Dei, ac noue Apoſtole. Beatus autẽ Ioãnes ſpiritus ſancti inſpiratione afflatus dixit Imperatori: Sermo mihi ad te eſt, ô Imperator cultus obſeruantiſſime. Dic (ait ille) honorãde pater. Reſpõdens autem prouerbij vice & ſub inuolucro dixit: Eũ qui imperiale diadema adornat, & ad id conſtabiliendũ vndiq; agglomerat atq; cõtrahit lapides precioſos, is nõ ſeruaſſit decorũ, ſiquidẽ ipſis miſcendo intertexuerit quiduis tenebricoſum, nec quicquã in ſe habens

Ariani ſuaſu Ioãnis ſubacti Cõſtantinopoli.

ſplendoris,

ſplendoris, cuius mutua cõpagine extinguat lapidũ illorũ fulgores perquam illuſtres, & coruſcationis inſtar explendeſcentes, ne totius diadematis decor per id quod aſcititium eſt & alienum, dehoneſtetur, ac reprehenſioni pateat. Conſimilem in modũ qui viã affectant ad plectendas in cælis ſibi coronas, nulla in re permittere debent, vt ab arrepto ſemel propoſito deſiſtant. Ad hoc nos ex cõtrario inuitat Dominus: *Nemo immittit* ✶ *commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus.* Rurſum; *Eritis igitur perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Reſpondẽs autẽ Imperator dixit ei: Parabolã hanc nobis ediſſere dilucidiùs. Tũc ait: Ecce ſicuti vides, Domine mi Imperator, tota ciuitas hodie Dei cultũ & rectam de fide ſententiã cõplexa ſibi tẽperat à nõ paucis rebus pernicioſis, quarum noxa priùs detinebatur. Viget autẽ in ea impura ac prophana hæreſis Arianorum, tetrã caliginem offundens animabus ſimpliciorum hominum: id quod vertitur in ſcandalum eorũ, nec mediocre offendiculum. Res hæc in ciuitatem inuexit non vulgarem * loquendi fiduciam, adeò vt quàm plurimi intelligentiæ expertes auſint dicere: Si Imperator forte reſciuerat eos non rectè Deum colere, vtiq; iſtiuſmodi temerarium ac præfidentem conatum coercere debuerat & ſuffrenare. Tunc ergo veſtra imperialis poteſtas, vt pœnitentia pro ſuis blaſphemijs peracta, ad orthodoxam fidem accedant, aut certè veſtra ſerenitas præcipiat è ciuitate eos extrudi, vtque eorum conuenticula ſolo adæquentur & peſſum eãt. Etiã atq; etiã ſupplex obteſtor manſuetudinẽ tuã, vt hoc ipſum edicat fieri, nec vllo pacto permittat in tuo hoc religioſiſſimo imperio filiũ Dei ab illis appeti blaſphemijs, ne forte irã eius aduerſum nos promoueamus. Nõ enim vſq; in finẽ nos ſuſtinebit id ſi fieri ſinamus; eò maximè quòd citra negotiũ vllũ præuales efficere vel ſolo imperio. Hiſce auditis Imperator iuſſit vt adducerẽtur eorũ præſides. Illi ſimul atq; aduenerũt, interrogati ab Epiſcopo, ſuæ fidei vt confeſſionem profiterentur ac proderent, in verba proruperunt plenioris blaſphemiæ & peruerſæ opinionis. Tunc peracri indignatione impletus Imperator iuſſit è veſtigio illos ablegari à ciuitate & eijci; conuenticula autem eorum ſub tutelari cuſtodia firmari tantiſper dũ maturè expẽdiſſet, quid de ipſis opus eſſet facto. Eorum enim mutationem in melius opperiebatur ac ſuſtinebat, quare pars eorum non modica perſpectis quæ aduerſus illos geſta eſſent, ab impura illorum deſciuerunt hæreſi, ſeq; adiunxerunt ſanctæ Dei eccleſiæ. Præcepit autem & Imperator cõſcribi tabulas, & per totius ciuitatis compita appẽdi, hanc continẽtes edicti formulam. Decretũ eſt, vt quiſquis pœnitere noluerit conceptæ hæreſeos, & ab ea deflectere ac reuerti ad Orthodoxam fidẽ, ſed pertinax ſuo acquieſcit errori, talẽ extrudi quidem è ciuitate, facultates autem eius tradi in publicã direptionẽ. Interceſſerat nõnihil temporis, & Ariani ſua conuenticula extra ciuitatem habebant, quũ tandem per quoſdam aulæ Imperatoris præfectos rurſus cœperunt procaciter loqui. Tunc enim per vnamquamq; hebdomadam incidebant dies feſti, ſabbatum (dico) & Dominica, in quibus conuentus per Eccleſias celebrari cõſueuerunt ab eis intra ciuitatis portas, circa porticus agglomerati, & cantica quæ compoſuerant iuxta opinionem Arianorũ, illic concinebant, idq; faciebant plurima parte noctis. Sub diluculum autẽ eiuſmodi cantica Antiphona, [*hoc eſt, ex oppoſito reſpondentia*] depromebant per mediã ciuitatem portaſque egrediebantur ad loca vſq; in quibus ad vnũ cogebantur: vbi autem velitationes & inanes verborum cõflictus non deſinebant proferre aduerſus eos qui palàm profitebantur Homoouſion, [*hoc eſt, conſubſtantialem* ✶ *eſſentiam*] ſubinde inculcãtes cum vociferatione iſtiuſmodi cantiunculã: Vbi ſunt qui perſonas tres profitẽtur vnius eſſe potẽtiæ? Tũc ſanè Ioãnes veritus ne quis ſimpliciorũ illis cantionibus illectus ab Eccleſia deflecteret & auocaretur, cũ eis ex diametro pugnãtia cõpoſuit, ea tradẽs populo ſuo, vt & ipſi vacantes nocturnis hymnnorũ concẽtibus, illorũ quidẽ cãtiunculas obſcurarẽt, & ad nihilũ redigerẽt ipſorũ conatus, ſuos verò ad fidẽ mordicus retinẽda alacriores redderet, & cõſtantiores. Cæterũ ſcopus quidẽ Ioannis initio videbatur vtilis fore & cõmodus: quàm ocyſſimè verò deſiuit acceptis grauibus periculis. Quò enim hymni homouſiani offẽderentur illuſtriores eſſe, excogitatæ ſunt cruces argẽteæ. Erãt & qui ferrẽt cerea funalia ac luminaria. Ad eã rẽ impẽdia ſuggerebat Eudoxia Imperatrix. Ariani numeroſi quũ eſſent, & inuidia extimulati, conati ſunt mutuũ inire conflictũ. Ex priore enim dominatione animis redaccẽſis accincti erãt ad pugnã, ſiquidẽ homouſianos aſpernabantur. Nihil igitur cõctati vna noctę mutuo cõflictu colliduntur. ✶ Briſon Imperatricis Eunuchus, qui homouſianis hymnos cõcinẽtibus erat auxilio, lapide icitur aduerſa frõtis parte. Ex vtraq; autẽ parte populi nonnulli occidione intercepti ſunt. Hoc equidẽ factioſo tumultu permotus Imperator rurſus interdicto cauit, ne Ariani publice cãtillarent ſuas hymnodias.

Proinde dicendum, qua ex cauſa exordium ſumpſerit conſuetudo Reſponſorios hymnos concinendi in eccleſia.

Ignatius ab Apoſtolo Petro Epiſcopus tertius Antiochiæ Syriæ, quique cum ipſis Apoſtolis familiariter congreſſus eſt, viſionem vidit angelorũ ſanctã Trinitatẽ melico cõcentu Reſponſoriorum hymnorũ concelebrantiũ. Modum iſtius viſionis Antiochenæ Eccleſiæ obſeruandum tradidit, quæ traditio illinc in omnes propagata eſt Eccleſias.

Gainas autem quidam nomine erat Conſtantinopoli, genere quidẽ * Celta, præter autẽ omnem modũ barbarus, militiæ Romanorũ aſſuetus. Hic quũ per gradus promouiſſet, deſignatur tandem Romanæ militiæ equeſtris pariter ac pedeſtris dux Ariana peſte infectus. Quare ex ædibus ſacris quæ in ciuitate erant, auſus eſt vnam ab Imperatore depoſcere attribuendam ſuæ hæreſeos conſortibus. Reſpondit ſe ea de re cogitaturum; pollicitus autem eſt eis principatum quemdam. Eam poſtulationem accerſito ad ſe eximio Ioanni aperuit, ſimulque commeminit promiſſi potentatus; tyrãnidem inſuper ab illo excogitatam ſubindicauit, hortabatur, vt dono quopiã præferocẽ barbari animũ frænaret. Ad hæc reſpõdit * vir ille generoſus: Ne tu, ô Imperator, talia pollicearis. Tu'ne ſuades, vt ſancta dẽ canibus iſtis? Nõ enim ferã eos è tẽplo exigi, qui Deũ & ſermonibus prædicãt, & cõcelebrãt hymnis. Hiſne iubes, vt dẽ tẽplum Deo cõſecratũ, qui ipſum inceſſunt ore blaſphemo? Ne quid tibi, ô Imperator malè metuas ab iſto Barbaro. Tãtũ eſt, vtrumq; iubeto acciri, me, & illũ. Tu quidẽ ſubauſculta ſilẽter quæ dicẽtur. Ego ſanè illius infrænabo linguã. Equidẽ perſuadebo tũc illũ efflagitaſſe quod dare neutiquã expedit. Hiſce auditis Imperator exhilaratus animo eſt. Et quidẽ repoſcebat ille pollicitationẽ: Eximius autẽ Ioannes reclamabat poſtulationi, aſſerẽs nequaquã cõuenire Imperatori, nec eſſe rationi conſentaneũ, vt quicquã moliri auſit aduerſus ædes Deo conſecratas, quippe qui cõſtituit piè Deũ colere. Illo autẽ reſpondẽte, ſibi ſuiſq; oratorio eſſe opus: ait Ioannes; Nulli nõ adaperta eſt domus Dei: ac proinde nemo cupientẽ orare & vota nũcupare prohibere poteſt. Ad hæc Gainas; ſed meũ ſodalitiũ mecũ expetit ſibi cõcedi ædẽ vnã Deo ſacrã, & valde quidem iuſtè id dari poſtulo, quippe qui in gratiam Romanorum tam multos exantlarim agones bellicos. Tuis hiſce laboribus cumulatiorem reportas vicariam penſationem, ait Ioannes.

Mat. 9. 16

ἐπίβλημα additamẽtum, immiſſurã.

Mat. 5. 48

παῤῥησίαν

filij cum patre.

* Agitur.

Antiphonarum origo.

Ioannes Gainę ſilentium imponit.

* pro αὐτὸν arbitror legendũ, ταύτης.

B. Ioãnes

Dux ſiquidem creatus es, ſimul & ſtola conſulari redimitus. Æquum fuerit, vt circumſpectiùs ad mentem reuoces quis olim fueris, quis contrà nunc ſis: ex quanta rerum penuria emerſeris ad ad præſentem opulentiam: quibus fueris vſus veſtimentis priùs quàm traijceres Iſtrum, & ea confer cum hoc quo ambitioſe ornaris amiculo. Itaque animo reputa & expende quanta præmia paucis tuis laboribus repenſa ſint; & prouideto ne deprehendaris ingratus fuiſſe erga eos qui te tanto honore cumularunt. Eximius hic doctor orbis vniuerſi eiuſmodi ſermonibus * os oppilauit Gainæ, eoque adegit vt ea de re prorſus conticeſceret, adeò vt imperator Ioannis ſapientiam maximopere admiraretur, quòd breuium verborum compendio potuerit ad officium reuocare & in ordinem redigere hominem cruentum adeò & immanem, illiuſque os aduerſus Deum impudens & blaſphemum * obturare. Aliquantum in terceſſit temporis, & ecce Gainas tyrannidem non ita pridem animo conceptam in apertum prodidit. Aggregato enim ſuæ ſuperſtitioſæ factionis militari exercitu, latrocinia ac prædas agebat, agroſque depopulabatur quàm plurimos. Rei huius veritas mox vt innotuit, vniuerſi principes iuxta ac ſubditi animis conſternati ſunt ac metu contracti, nec aderat quiſpiam qui aduerſus illum auderet decernere bello, non etiam obire intrepidè ac tutò ad illum legationem. Barbaram enim animi eius immanitatem ſinguli quique ſuſpectam habebant. Ipſo eodemque tempore cæteris omnibus relictis, ad hunc itum eſt virum vtique magnanimum & perquàm ſtrenuum, vt ea legatione perfungeretur apud illum. Hic verò nulla ſubducta ratione oppoſitionis, non etiam memor diſſenſionis quæ ſibi interceſſiſſet cum Barbaro, animo præſenti & exprompto in Thraciam conceſſit nihil cunctatus. Sed enim Barbarus qui probè nouerat ad ſe delegatum, ſecum reputans, quanta is pro tuenda pietate eſſet vſus loquendi libertate, ex itineris longiore interſtitio Ioanni obuius factus apprehenſam dextram ſancti ſuis admouit oculis, etiam atque liberos ipſius aduoluit genibus, eoque in gratiam legati quod poſtulabatur, contulit: ac rurſus cum Romanis fœdere icto diremit ac ſoluit illius motoriæ tyrannidis excitam tempeſtatem, pacem complexus cum Imperatore. Ad hunc modum conſueuit virtus pudore aſpergere, & quantalibet maleuolentia infenſos exterrere. Non ita multò pòſt idem Gainas per Thraciam ſe fuga proripiens ac delapſus in exercitum Romanorum vnà cum ſuis commilitonibus Barbaris perimitur. Cæterum de eiuſmodi bello in diuerſis Commentarijs à nonnullis expoſita habes. Tertia autem & decima * diſtributione Cycli, qui tunc Conſtantinopoli Rempublicam adminiſtrabat ac moderabatur, quum quidam ob vrgentia negotia ab Aſia aduenissent, in ea diu commorati ſunt cum Theotimo Scythiæ epiſcopo, cum Ammonio Ægyptio Thraciæ Epiſcopo, cum * Arabiano Epiſcopo Galatiæ, Palladio Helenopoleos, cumque alijs non paucis Epiſcopis ac Metropolitis omnibus, qui quidem longæui Epiſcopi numerum attingebant duorum & viginti. Hiſce omnibus in vnum congregatis, & in commune decernentibus, Euſebius Valentinopolitanus Epiſcopus & eorum locorum quæ Celuiana dicuntur, imminente vna Sabbati libellos tradidit Synodo, conſentaneè admodum præſtituto nomine Ioannis, aduerſus Antoninum Epheſiorum Epiſcopum. Capitula inerant ſeptem, hoc ordine digeſta. Primum quidem continebat, quòd per conflatorium, precioſum Eccleſiæ theſaurum verterit ad vſum filij. Secundum, marmora in introitu baptiſterij catenus poſita, ea arrepta ſuomet balneo applicuit. Tertium, columnas ante annos complures intra Eccleſiam collocatas in ſuo repoſuit triclinio. Quartum, ſeruum cæde hominis impiatum ac ſceleratum quaſi nihil ad miſerit criminis, in ſuo retinet obſequio. Quintum, prædia quædam ſub ditione ſanctæ Baſiliſſæ martyris per Iulianum Imperatorem rapto ſubtracta eccleſiæ ac precio diſtracta interuertit, ſibique vindicauit. Sextum, Poſt datum vxori repudij libellum rurſus eam ſibi aſciuit, & ex eius congreſſu excepit liberos. Septimum, pro lege & quaſi dogma tuetur diuendere Epiſcopis ſuas ordinationes iuxta proportionem annuorum prouentuum. Qui dederint pro ſua conſecratione, tam qui ordinati ſunt, quàm qui pro eiuſmodi accepit, adſunt habentes probationes. Sed enim admirabilis Ioannes cupiens zelum hunc eatenus promotum conſopire ſua æquabili moderatione, reſpondens ait: Frater Euſebi, quandoquidem ſæpenumero contingit, vt accuſationes per immodicam triſtitiam in medium productæ non ſemper ad manum habeant ratas probationes, te rogarim vt deſinas per ſcripturam deferre fratrem noſtrum Antoninum. Ad moderationem & temperiem reuoca cauſas iſtius triſtitiæ. Nam quia verborum aſperitate vſus eſt erga te, ob hæc totus incandeſcens non deſinis ipſum Antoninum deferre, ſed pertinaciter tuæ iſti accuſationi acquieſcis. Tum ad ſe vocat eximius Ioannes Paulum Heracliæ Epiſcopum (is enim videbatur fauore proſequi Antoninum) & hortatur, vt vtrumque perpellat ad ineundam mutuo amicitiam. Hoc dicto exurgens vnà cum Epiſcopis ingreſſus eſt Eccleſiam. In ſacerdotio enim iam is conſenuerat. Sanè populo data pro more ſalutatione pacis, reliquis aſſedit Epiſcopis. Euſebius autem delator per medium populi totius & epiſcoporum clandeſtino ingreſſu eripuit in Eccleſiam. Tradidit rurſus libellum alterum eadem capita accuſationis continentem, formidabili prorſus iureiurando adigens Ioannem, quo cum cæteros obſtringebat Epiſcopos ſalutemque Imperatorum, idque fecit cum turbulentò tumultu, ita vt credere potuiſſes populi partem multò maximam ea inſolenti temeritate eſſe perterrefactam; & quia is ab Imperatore poſtularet ſibi indulgeri iudicium mortis. Ioannes autem contemplatus viri iſtius peruicacem inſtantiam, proſpicienter præuidens ne quid turbulentæ ſeditionis concitetur in populo, libellum quidem excepit, finitaque lectione diuinorum eloquiorum, acciuit Panſophium Piſidiæ Epiſcopum, vt offerret * dona, & è veſtigio ipſe vnà cum reliquis Epiſcopis egreſſus eſt. Siquidem verebatur ne turbulentus ſacerdotali munere fungeretur, iuxta Euangelicam ſententiam: *Quando offers munus tuum*, & quæ ſequuntur. Is quum rem propius pependiſſet, in * photiſterio vnà cũ cæteris Epiſcopis ſeſſitans, iubet ad ſe acciri delatorem, dicens ei; Ante omnia rurſus eadem quæ priùs inculco & reculco. Multi immodico mœrore * ſeipſos macerantes & dicunt multa, nec pauciora produnt ſcriptis, tametſi certis probationibus deſtituantur. De quibus igitur litem vis intendere, vide num ea liquidò ſcias. Neque enim eum reijcimus qui præſtare id poſſit: ſed & eum qui non queat probare, ad accuſandum prolicimus aut inuitamus. Libellus igitur tuus cùm priùs fuerit lectus, eligito quod tibi fore videris conducibile. Mox enim vt lectus fuerit, omniumque aures pulſauerit, & decreta deſcripta fuerint, non iam licuerit tibi (Epiſcopus quum ſis) veniam efflagitare eorum quæ inconſultè & imprudenter obieceris. Ad hæc igitur cùm obſtinato animo adhæreſceret priori inſtantiæ intentatæ litis, iubent legi libellum. Lectis igitur prædictis capitubus, tunc qui in Epiſcopis erant ætate prouectiores, dicunt Ioanni; Libelli quidem audita lectio

quid

*ἐπεστόμισε.

*ἐμφράξαι.

De his fuſiùs Socra. 6. c. 6 Theod. 5 c. 32.

*ἐπινεμήσεως.

Arianorum epiſcoporũ depoſitio al Arabiano.

*Hoſtiã Dominici corporis & ſanguinis. Mat. 5. 23

*φωτιστηρίῳ.

*baptiſterio.

A quid contineat, exprimit, etiamſi vnum aliquod ca-pite ſceleratiorem declaret impietatē, & quę nullo non loco interdicta ſit ſacris legibus, vt ne videamur ſubiectis toto hoc tempore feriari, & inerti otio deſediſſe, id primum in examē & inquiſitionē veniat, quod cæteris eſt formidabilius. Id enim ſi re ipſa commiſſum eſſe deprehendetur, nemo iam controuerterit reliquis capitulis. Siquidem illius capituli omnifariam ſpeciem profert fructum malitiæ, iuxta eius ſententiam qui dixit:

1. Tim. 6. *Radix omnium malorum eſt auaritia.* Qui enim ſuper innocentes munera accepit, & argento vendidit Spiritus ſancti diſtributionem, quinam is pepercerit precioſis lapidibus, ſiue theſauris, aut certe prędijs Eccleſiaſticis? Tunc beatus Ioannes ſuum aggreditur ſcrutinium, dicens Antonino: Ad hæc obiecta quid reſpondes tu? Ille autem neceſſitate compulſus negauit. Qui enim ſuſtinuiſſet ipſo ſtatim initio inquiſitionis, propriam fateri ignominiam? Dein qui aurum contulerant, venerunt in

B diſquiſitionem. De his inficias & illi iuerunt. Scrutinio igitur exacta cum diligentia peracto, ad horam vſque octauam, argumentis informatur cauſa hæc. Finis tandem imponitur per depoſitionem teſtium eorum & qui dederant, & qui acceperant. Et quidem non aderant teſtes, quando eorum præſentia opus erat. Proinde beatus Ioannes ſatis præuidens quàm foret operoſum omnium ſiſtere exhibitionem, pro expurganda ſancta Dei Eccleſia, prælegit in Aſiam proficiſci ad inquiſitionem teſtium, citra vllam in ſe miſericordiam, nec labori parcendo, eam de traditis capitulis aduerſus Antoninum ritè concluderet. Equidem Antoninus cernens expromptam alacritatem Ioannis, ac ſeueritatem nullis muneribus corrumpendam, vtpote qui ſibi eſſet malè conſcius, clam adijt vnum aliquem è proceribus, cuius prædia quædam in Aſia hic curabat, vt diſtineret ac re-

C moraretur Ioannem, ne in Aſiam pergeret ſiſtendis teſtibus. Hic hora eadem accingit ſe, vt hæc innoteſcerent Epiſcopo Ioanni e palatio: Res prorſus abſurda, vt tu qui Epiſcopus es, & regendis animabus noſtris tutelaris præfectus in tanta ciuitate, dum tantus expectatur tumultus relicta ciuitate tuæ fidei concredita, capeſſas hanc peregrinationem pergens in Aſiam, vt commodius teſtes vbi morantur, audire queas. Siquidem tumultus ingens expectabatur ex citandus per Gainam Barbarum, de quo ſuperiùs eſt. His itaque verbis perſuadetur, vt ſuperſederet illi curæ ſimul & ſententiæ iudiciali, ne non * terminandæ liti depoſitione teſtium. Eiuſmodi temporis extractio ſuffugium agnoſcendæ veritatis accuſato præbuit ad corrumpendos teſtes, quos interim potuit aliò emittere, aut pecunia redimere, aut violento op-

* [illegible]

D pugnare potentatu. Hæc quum ſecum præuidiſſet Ioannes, cum præſenti Synodo diſpicit quénnam præſentium Epiſcoporū emitteret in Aſia interrogandis teſtibus accommodū. Synodali tandem decreto definitū eſt, tres Epiſcopos abire oportere, Syncletiū Traianopolis Metropoliten, Heſychiū Opariēſem, & Palladiū Helenopolitanū, qui ſynodalē habuerat concionē, e commentarijs ſic vt ne intra menſes duos reſponderit, neq; in Hypepis Aſianorum ciuitate (quòd e vicinis eſſent, & qui arguebantur, & reliqui Epiſcopi, quorū partes erāt ferre in cōmune ſententiā cōtra Syncletiū) hic cōmunicare nō poſſet. Ad hęc hi deſignati deuenerūt Smyrnā Syncletius & Palladius (Heſychius enim amicus Antonino cū eſſet, fingebat ſe ei intuliſſe extremā calamitatē.) Ex eadē ſynodo ſcriptis literis ſignificarūt ambabus partibus ſuū aduentū, vt feſtinè cōcurrentes ad præſcriptam ciuitatem, ſibi indicta explerent. Ille autē cū mutuo eſſent ſubornati, ille quidem auro expugnatus, * alter vero iureiurando corruptis amici facti ſunt ante eorum aduentum quidē re tanta erant prodnunciatori. Cōcurrentes vero habitu ſimulato in Hypępis, exiſtimabant iudices ludos agere ac iocari ob dilationē teſtium, quaſi ob varias neceſſitates peregre eſſent profecti. Ad hæc Iudices ab accuſatore ſciſcitati ſunt, intra quot dies adducturus es teſtes? & eorū aduentum præſtolabimur. Arbitratus ille eos ægrè laturos ob inclementiam & intēperiem * (æſtiuū enim tēpus erat) illinc abituros, ſpopōdit ſe intra dies quadraginta per ſcripturam accitos teſtes productur ū, aut ſubiturum pœnam per canones definitā. Dimiſſus igitur, vti depopoſcerat, & relicto teſtium negotio adijt Conſtantinopolin, illic deliteſcens. Per dies igitur quadraginta præſtolati iudices, cū nuſquam appareret accuſator, per epiſtolas ſignificant Aſiæ totius Epiſcopis, vt delatorem * ſentētia feriant excommunicationis, tamquam deſertorem Canonum, ſiue calumniatorem. Secundū hoc & alijs triginta diebus perſtiterunt, & ne ſic quidem vllo modo apparuit. Iu-

* Hypepe urbs Lydiæ, inter Tmolū & Caÿſtrū, Straboni, Ptolom. Ouid. 6. Metam. Pauſan. & Petronio Arbitro. Plinio Hypep.

* [illegible]

* [illegible]

B dices autem cùm illinc receſſiſſent, abierunt Conſtantinopolin, & illic cum fortuito occurſu offendiſſent eū, incuſabant ſuper auſu temerario; viciſſim ille aduerſam corporis valetudinem prætexebat. Profitetur alioqui, ac ſpōdet ſe daturum teſtes eorum, per quos ſic nullo fructu detritum eſt tempus. Moritur interim Antoninus, cui cum Euſebio actio publica interceſſerat. Rurſus ab Aſia aduenit decretum, & hoc quidem à clero Epheſinæ Eccleſiæ, illud verò ab Epiſcopis ad beatum Ioannē continens benignam ſuſceptionem, nimirum apprehenſis dextris, vnà cū iureiurando admodum formidabili. Ait enim: Ex quo ſuperioribus temporibus ſanctiones legum ac ritus cōfuſe, & nos paſſi ſumus æquum eſſe cenſemus, vt cū tua ſanctitas ad nos deuenerit, in eos inquiras qui quæ Arij ſunt dogmata ſapiunt: in eos item acerrimè animaduertas, qui cùm ſentiant de fide nobiſcum, impo-

C tenti tamen laborant auaritia, ſimul & inſoleſcūt cupiditate inanis gloriæ. Nā tā multi maximè inſidias moliūtur vt lupi rapaces, & imminent: ita vt extimulentur vi pecuniarū & per r. pinā occupare thronū vnius alicuius epiſcopatus. Ioannes autem in tanta conſiſtens corporis infirmitate, ac febrili inæqualitate, (adde quia & hyberni frigoris aderat tēpus) nihil eorum quæ in amœna eſſent per ſe, ac mœrorem ingererent, ſubijciebat oculis, modò ordinem daret ac redderet tranquillitatē tota Aſia afflictis inexperientia aut transfugio & deſertione paſtorum. Ob eam cauſam animo confirmatus & alacer conſcēſo nauigio e ciuitate ceſſit. Equidē in naui biduo ieiuni cùm perſtitiſſent, & toto æquore palabundi, tertio demū die Apamiæ appulerūt, in qua quidem excepti hoſpitio ſunt, Paulus, Cyre-

D nus & Palladius Epiſcopi. Hos enim ſecum aſſumpſit Ioannes comites ſuæ peregrinationis. Reliquum autem viæ quum confeciſſent itinere pedeſtri, ingreſſi ſunt Epheſum, & cōgregatis Epiſcopis Lydiæ, Cariæ & Aſiæ, adeò vt ad ſeptuagenariū numerum peruenirent viri iſti, tunc multa cum alacritate non paucos ſciſcunt, & ſuffragijs ordinant, cùm ei obuiā perrexiſſent, maxime ex Phrygibus, qui ex ſapientia oris eius fructum decerpſerant, iuxta dictum illud: *Sapiētia in egreſſibus laudatur.* Hoc eſt, cordibus multimodis afflictionibus dilatatis. Hæc quum ſe ad eum modum haberent, adijt Epiſcopos omnes prolixæ orationis author, & reliquorum Epiſcoporum delator Euſebius, impenſe rogans vt admitteretur ad communionem. Aduerſus eum nonnulli Epiſcoporum reclamarunt, dicentes, non oportere eum recipi in aliorum ſocietatem, qui probatus ſit fuiſſe [illegible], hoc eſt, *quadruplator, ſiue calumniator.* Ille verò ſupplex obteſtabatur dicens: Ex quo pars plurima affecta eſt iniurijs, cumque iam annos duos ſedulò examinata eſt cauſa hæc, & ad teſtes inquiren-

Prouer. 1. vulg. Secundū vulg. Sapientia foris prædicat.

dos reiecta

dus reiecta eſt, enixe ſupplico veſtræ erga Deum pietati, vt vel hodie primùm liceat mihi exhibere teſtes. Tametſi enim Antoninus, qui accepto auro creauit Epiſcopos, diem ſuum obijſſet, certe qui collato auro ordinati ſunt, in viuis perſeuerant. Ad hæc reſpondens Synodus dixit: Iuſtum eſt vt hac de re ſcrutinium exacta diligentia celebretur. A lectione igitur commentariorum in literas priùs proditorum cauſæ totius cardo ac baſis reſumit exordium, & introducti ſunt teſtes. Introierunt & qui dato auro ordinati ſunt, tamen initio prioris ſcrutinij inficias ierant. Teſtium autem permanentium nonnulli quidem laici erant, alij autem presbyteri, quibus viſum eſt ſynodo addere fiduciam depromendæ veritatis. Quinetiam nonnulli ſuarum vxorum ornamenta priùs oppignerarant. Et hi quidem dicebant loca & tempora, & pecuniæ quantitatem, non omnino malè affecta ipſorum conſcientia. Vltrò ac ſua ſponte, & citra impoſitam neceſſitatem confitentur: nam quòd ipſi dederimus, in confeſſo eſt, arbitrari id eſſe rationi conſentaneum, vt cenſeremur immunes eſſe & exempti à forenſi curia. Et nunc quidem obſecramus (ſi quidem fas eſt) addici obſequijs eccleſiæ. Deinde quòd dedimus aurum, ſaltem vt recipiamus. Ex nobis enim quidam muliebrem mundum vxorum noſtrarum ipſi dedimus. Ad hæc beatus Ioannes reſpondens pollicetur Synodo ſe eos exempturum forenſi curiæ, precibus apud Imperatorem effuſis; vos autem impetrate vt ab hæredibus Antonini quicquid dederunt, recipiant. Tunc iuſſit quidem ſynodus, vt aurum reciperent ab Antonini hæredibus; communicarent autem intimo altari, diſtinguantur verò à ſacerdotibus, vt ne ſi hæc indulgentiùs permittantur, in eccleſiam Dei irepat Iudaica illa conſuetudo diuidendi, licitandi auctione publica, ſiue emendi ſacerdotij. Horum omnium extant commentaria, ſed & qui fuerint iudices, proditum eſt memoriæ. Sane inquiſitio eiuſmodi non vno quidē die confecta eſt, ſed annorum duorum ſpatio. Deiecti Epiſcopali gradu, boni & æqui conſulentes acquieuerunt ſuæ depoſitioni, vt à ſententia futuri iudicij liberarentur. Ex his vnus defenſor fuit Reipublicæ. In eorum loca continuò ſubſtituti ſunt alij vita ſermone ornati. Cum autem deprehendiſſet Ioannes & alios Epiſcopos in Aſia coemptores ſacerdotalis dignitatis, & hos diuina ſententia meritò deturbauit gradu. Quis illachrymatus eſt? Cuius nares deſtillarūt ſanguinē? Quæ na aranea in partes diſſecta eſt? Quis verò ex eius familia defeciit ab eo? Quis ob hæc vel obolo multatus eſt? eſt? Quis denique tota Aſia præſtigiator, artifex, agricola, cerdo coriarius, aut certe quamlibet vilis & plebeius, non in bonam accepit partem quod factum eſt pro tuendis ſacris, & omnium ore conſono approbatis legibus? Itaque his in vniuerſum deiectis gradu, & his qui præfuerant ad tuendā puritatē ſacri ſacerdotij, quorum extant commentaria, & aſſeruantur vnà cum * ſubſcriptione duorū & viginti epiſcoporum, qui ſeriem ac tenorem totius rei geſtæ abuſque principio auditu percepe- runt. Et de * ſeptuaginta depoſitis, in Metropoliticis ciuitatibus multa cum diſcretione ac iudicio deſignabat, & manuum impoſitionem cōſecrabat delectas perſonas, eos inquam, qui cumulādis opibus minimum incumberent, qui perplexa mundi negotia defugerent, qui vitam decentem, & ſacerdotio dignam traducerent, ac ſecularibus diſſimilem. Sed enim vt tales eſſent, nihilominus ſolenni iuramento ab his ſibi cauebat, & illi ſententiæ addicebat, dicens, primùm quidem quę à ſacratiſſimo Paulo ad Timotheum ſcripta ſunt de Epiſcopis & clericis, in quibus eſt & hoc: *Manum citò nemini impoſueris, neque communices peccatis alienis. Teipſum caſtum cuſtodi.* Ipſe enim his ritè & cum laude perfectis,

μετ' ἐπι-γραφῆς.

τῶν ἐκ-βληθέντων ἐπισκόπων.

1. Tim. 5 v. 22.

A beatus Ioannes, cùm in Aſia exorta eſſet inquiſitio de eligendo ciuitatis Epheſinæ Epiſcopo, quòd diem ſuum obijſſet Antoninus, quum alij alium ſtudiò præferre contenderent, ipſe Ioannes ſuum quendam diaconum Heraclidem nomine, & gente Cyprium, ad eiuſmodi Epiſcopatum promouebat. Atqui quum ob id exorta eſſet non leuis ſeditio Epheſi, quòd is non videretur plebi tanto muneri obeundo ſatis idoneus & dignus, coactus neceſſitate eſt Ioannes morari diutius Epheſi. Ipſo interim extrahente tempus Epheſi, Seuerianus ſe reddebat auditoribus iuſto amabiliorem. Neq; hæc latebant Ioannem. Siquidem quæ fiebant, omnia per internuntios ſignificabātur. Cæterum per hæc tempora non paucas Nouatianorum Eccleſias ſolo adæquauit, e medio ſublatis numero quatuor ac decem. His confectis ſe recepit Conſtantinopolin. Et ipſe quidem rurſus exactam ac decentem curam obibat Eccleſiarum, exponens populo quæ noſſet fore vtilia, & quæ animarum ſaluti forent

Seuerian. Gabal- orum Eccl. & Antio- chus Pto- lema.

Ioannes redit Cō ſtantino.

B conducibilia. Dicendum ſupereſt, quanam ratione Seuerianus aduenerit Cōſtantinopolin. Illis enim tum diebus Antiochus Ptolemaidis Epiſcopus, quæ in Phœnicia ſita eſt, in eam aduenerat ciuitatem doctrice experientia apprime eruditus in ſermonibus Rhetoricis. Hic per Eccleſias aliquanto tempore cum elaboraſſet docendo, & hoc ſuo opere multam vim pecuniarum cumulaſſet, præpropero curſu ſe recepit in ſuam ciuitatem. Seuerianus autem & ipſe dialogorum Rhetoricorum authoꝛ, & creditus eſſe eruditior, non alioqui planè ſatis exprimebat linguam Græcam, etiamſi Græcè exprom eret. Siquidem voce erat Syrus. Hic vſqueadeo multis verbis Antiochum in ſuam pellexit ſententiam, vt collectis rebus ſuis è Conſtantinopoli faceſſeret. Tali enim inuidia extimulatus zelo in eum exarſit. Fuit ſanè & hic exercitatus, ac permultos in ordinē digeſſit ſermones. Perlibēter

C ab Ioāne ſuſceptus, minore & dilectione & honore ab ipſo cohoneſtatus eſt. Floruit is multijuga eruditione clarus, adeò vt multis principum fuerit in honore, ipſi etiamnū Imperatori domeſticè notus.

Mulier quædam vidua, nomine Callitrope, quæ vxor fuerat cuiuſpiam naucleri Alexandrini, inuidia diaboli à conciuibus ſuis per Paulacium exercitus ducem (penes quem erat poteſtas imperialis ea in ciuitate) traducitur quòd eſſet cęteris opulentior. Hanc igitur ad ſe cùm introduxiſſet, vi adigebat vt aureos quingentos ſibi conferret, quū ne tanta quidem ei ſuppeteret opulentia, vt eos poſſet exhibere. Quod ſibi in aſſem ſuppetebat, dedit, omnemque ſubſtātiam oppignerauit, quodque ſupererat auri quod quærebatur, ex fœnore mutuata dedit ei. Ille igitur veluti ſortitò acceptis quingentis aureis numiſmatibus, ſinit eam abire.

Callitro- pe Alexā drina ope ra Ioan. quingen- tos aureos ſibi vi à Paulacio ereptos re cuperat, iniuria Eu doxia, de tento ſci- licet in carceri- bus Pau- lacio.

D Qui autem ei dederant fœnori, affligentes ipſam, & indignis modis diſcruciabant, tantum non eam ſuffocantes, notamque illi inurentes infamiæ. Annuum autem tempus cùm velut equeſtri curſu præterijſſet, Paulacius ſucceſſorem excepit ſui principatus, ſeque recepit Conſtantinopolin, ſuæ adminiſtrationis redditurus rationem. Illa verò miſerabilis vidua exurgens enauigauit poſt ipſum, & abiens profecta eſt in comitatum aduerſus eū expoſtulatura & obiectura crimen. Imperator autem vt mox rem totam reſciuit, iubet prætori ciuitatis vt extorqueat veritatem, vique adigat, donec quæ ab eo expreſſa fuerant per iniquitatem, viduæ refunderentur omnia. Prætor verò cauſam omnem viduæ nihili ducebat. Is enim præſes authore illo obtinuerat ſuum principatum. Atqui mulier penſiculatiùs cùm vidiſſet ſe adeò nihil habitam, adit quendam ex naucleris Imperatricis, & eum Conſtantinopolitanum. Hæc quū edocuiſſet eū quæ aduerſum ſe geſta eſſent, ille miſericordia motus eſt ſuper eā, quòd multū obtineret fiduciæ

apud

apud Imperatricem, introduxit viduam ad eam, & hæc denuntiat quam eſſet paſſa iniuriã. Continuò autẽ hora eadẽ emittit Imperatrix duos *excubitores, qui Paulacium ad ſe adducerent. Is cùm aduenisset, dicit ei non tu ad ſolitudinem redegiſti Alexandriam totius Ægypti Metropolin? Tu eam ſic moderatus es, ſic conſtituiſti & inhabitaſti, quaſi ſic eſſes iuſſus à nobis. Reſpõdens ille ait: Regina, nõ eã ad vaſtitatẽ perduxi, nemine͂ concuſſi, nemine͂ affeci iniuria. Imperatrix ad eũ: Ecce hæc vna eſt earũ quas iniurijs affeciſti, abs te repoſcens quingenta aurea numiſmata. Suppetit ne tibi ratio qua te expurgare queas? Tum ille ait: Neutiquã tua ignorat Maieſtas, quæ mihi ſuppetebant præcipua, quæ præbuerim reponẽda in promptuario publico, priùs quàm principatũ accepiſſem ciuitatis illius. Hæc è diuerſo dixit: Nihil horũ reſciui: verũtamen hæc fruſtra. Per ſalutem Imperatorũ numquam priùs te ſinam hinc abire, quã abs te fuerint repetita centũ precia auri. Hæc quũ dixiſſet, præcepit excubitoribus, vt eũ affligerent, donec exoluiſſet præſcriptã auri quantitatẽ. Paulacius, vt qui noſſet iuſſionem eiuſmodi indeprecabilẽ eſſe & ineuitabilẽ, præciſum aurum dedit, & abſolutus eſt. Accepta ab eo hac ſumma, ex ea dedit viduæ ſex & triginta numiſmata, & à ſe eam emiſit. Egreſſa eſt mulier flens & eiulans ſuper hoc quod ſibi inopinè ac præter ſpem accidiſſet malum. Et hæc illam adorta eſt ſecũda calamitas. Cùm autem audijſſet de beato Ioanne, quia exciperet tuendam cauſam oppreſſorum, eorũ præſertim qui auxiliari omniũ ope deſtituerentur, procidit ei, arcano omnia velut in ſinum amici deponit, quæ cõſequuta fuerãt per Imperatricem ipſius gratia aduerſus Paulacium; & quia cùm ſperaſſet eius opera aſſecuturam commiſerationem, & de aduerſario iuſtam vltionem, tantò grauiore iniuſtitia per eam affecta eſt. Hæc quũ didiciſſet Ioannes, & cõmiſeratione eã proſequutus, eò maximè quòd dixiſſe ſe fœnore accepiſſe aurum ab his qui vſuras Alexandriæ exercebant, iubet ad ſe acciri Paulacium in ſancta Dei Eccleſia, eique dicit; Vti par eſt credere, ipſe videris contumelijs velle afficere Deum patrem orphanorum, & iudicem viduarum. Téne clam eſt, quàm durum ſit tibi *aduerſus ſtimulos calcitrare? Modo ſanè huic humili mulieri reſtituito quingẽta numiſmata, quæ quidem præter omnem iuſtitiam ab ea vi extorſiſti, vt ea appendat & adnumeret ijs quibus obnoxia eſt, vt & ipſa ſibi ſuiſque liberis redimat vexationem, quæ eam deplorata & immedicabili afflictione vndiq; obſidet. Quin & tu eximêre tandem, & liber eris à vinculo iſtius tuæ iniquitatis. Reſpondens autẽ Paulacius, dixit ei: Ad Auguſtam priùs acceſſit eã interpellatura aduerſum me, quæ pro ſumma quam hæc à me repoſcit, multauit me precio centũ aureorum nummum, quam quidem multam, profecta ad Imperatricem, ab ipſa vtique reportare poterit. Quid iam aduerſum me vociferatur? Reſpondens autem Ioannes dixit ei: Tametſi Auguſta abs te exegit eiuſmodi quantitatem pecuniæ, vti aſſeris; ſed & hæc mulcta eſt iniquitatum in tuo principatu abs te commiſſarũ, idq; ea de cauſa perpeſſus es. Iuſtitiam huius pauperculæ non limis oculis præteribo. Quare ſi quid ab ea extorſiſti, vide vt in ſolidũ reſtituas. Ne mihi tu prætextum Auguſtæ opponas: Dico enim tibi numquam te hinc exiturum, tantiſper dum plenè ad extremum vſque obolum exolueris ſummã per iniquitatem extortam. In ius præterea ipſius cedent ab Imperatrice eidem dono collata triginta ſex numiſmata, idque ratione impẽſarum. Hæc vt agnouit Imperatrix, iubet ſignificari Ioanni per internuntium dicens: Abſoluito Paulacium. Quòd enim ad hãc attinet cauſam, ab eo iam exegi quod abundè ſufficit. Ioannes autem è diuerſo eidem ſignificauit per eos qui miſſi fuerant ad ſe, Mihi loquenti crede, ne tantillum quidem remittetur ex his quæ vi extorſit ab hac hoſpite & ope omni deſtituta muliere. Iteratò Imperatrix ex cõtrario indicauit Ioanni dicens: Abſoluito hominẽ. Ad hæc contrà Ioannes; Siquidem iubes vt abſoluatur, mitte ad viduã quingenta aurea numiſmata. Quod ſi feceris nihil magni facies, repetens eo colore centũ à Paulacio aureos. Hæc cum inaudiſſet Auguſta relatu ſuorũ *ſecretariorum, indignatione & incãdeſcentia animi oppleta dixit; Vti video, hic ab Antiochia venit, vt edicta Imperatorũ redderet inefficacia. Hora mox eadẽ iubet Centuriones duos eò proficiſci vnà cum ducẽtis militibus cum mandatis edicẽs eis vt ingreſſi Eccleſiã iniecta manu illinc Paulaciũ abriperent, & e manu Epiſcopi auellerent, abſolutumq; reducerent domũ. Illi cũ ad limen vſq; perueniſſent veſtibuli Eccleſiæ, ac voluiſſent ingredi, viderunt angelũ Domini pro foribus veſtibuli ſtantem, manu ſua rhomphæam tenentẽ manu e vagina exertam, eoſq; arcentẽ ab ingreſſu veſtibuli. Contemplati igitur eiuſmodi ſpectaculum, vehementi timore correpti ſunt, & ad Imperatricem reuerſi, cum tremore quæ vidiſſent eidem renuntiarunt, ſimul & quonam pacto aduerſum eos ipſam diſtrinxiſſet rhonphæã. Hæc cũ inaudijſſet Imperatrix, exterrita eſt, & mẽtis perturbatione cõſternata vnà cũ ſtupore, ne ſic tamẽ cõceptũ aduerſus Ioannẽ odiũ ab animo profligauit, ſed præfractiùs acquieſcebat præcõceptæ aduerſus ipſum ſimultati & inimicitiæ, opportunam obſeruans occaſionem, modumque inquirens quo ſe de Ioanne vlciſceretur. Imperatrix igitur rurſum miſit Phormentiũ nomine, præcipuæ verò dignitatis, verbis ad perſuadendũ cõpoſitis rogitans vt abſolueretur Paulacius. Sed enim eximius hic Ioannes nullum ceſſit locũ aſſentatorijs illius ſuadelis, ſed conſtanter priùs à ſe dictis acquieſcebat, dicens ſe in primis velle miſerabilem viduam hãc redemptam à vinculo iniuſtitiæ qua ipſam iniquè oppreſſerat Paulacius. Deinde quia magnopere ſibi curæ fuit ſalus Imperatricis. Paulacius verò ſe cernens ludere operam, nec quicquam ex ea re relaturum emolumenti, * mittens domum ſuã, allata ſunt quingenta aurea numiſmata, & ea præſente Epiſcopo tradidit viduæ, ſicq; abſolutus eſt, vt abiret in domum ſuam. Reuerſa item eſt & mulier in ciuitatem ſuam, Deo dans gloriam, qui ſibi opẽ tuliſſet ſubſidio & opitulatione Ioannis Epiſcopi.

Ipſe autem totus incubuit conſuetis ſibi admonitionibus ad inſtructionem populi, cupiens auocare omnes à vitioſo affectu auaritiæ. Exactis diebus aliquot, rurſus B. Ioanni Imperatrix per quoſdam Palatinos ſignificat, & quidem intentans partim minas, partim adblandiens aſſentatrix, eũ adhortans ſe vt in poſterum auocaret ab omni interceſſione, ſine oppoſitione aduerſus eã, dicẽs & hæc: Finẽ deinceps imponito, vt ne clàm te inſinuans & obrepens te ingeras his quæ Imperatorũ ſunt propria. Neq; enim tibi ex officio conueniũt. Ab eiuſmodi igitur * animi commentationibus te auoca, quemadmodum & Imperatrix ſibi tẽperat à rebus Eccleſiaſticis, eas tibi permittens. Deſine itaq; publice me cõuiciari & fabulã aut vulgi facere. Equidẽ nõ ceſſabo parẽtis ſe loco dicere, teque cõdigno proſequi honore. Itaque quando vtriuſque cura iũctim annexa nihil adfert commodæ & bonæ frugis, ſaltẽ poſthac delige quod ex officio decet, te. Præſto moderandis rebus eccleſiaſticis. Negotijs ciuilibus ac publicis ne teipſum inſeras. Neq; enim te patiar ita agentẽ. Hęc cũ inaudijſſet B. Ioãnes, magno animi * mœrore penè cõtabuit, ſecũq; differebat, dicẽs: Quid tandẽ de hac fiet, quę adeò imprudenter loquuta eſt, ſuiſque improbandis operibus aduerſum ſe concitauit iram Dei. Quumque vehementer ingemuiſſet, reſpõdens his qui miſſi fuerant, dixit: B. Paulus clamat, dicens,

Eudoxia Augusta Ioanni infenſa.

Gal. 1. 10

2. Tim. 4. 2

Phil. 3. 1.

Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Rurſus idem ait; *Argue, increpa, obſecra.* Iterumque: *Mihi quidem dicere non pigrum, vobis autem tutum.* Verumtamen non ita contenderim, vt perfectionem legis noſtræ apprehendiſſe videar, & omnem omnino rugam vitaſſe: ſed vt per prouidentiam Domini præſeruer incontaminatus ad extremum vſque vitæ ſpiritum. Quòd ſi eam in * meis Enarrationibus reprehendiſſem, ne ſic quidem debuiſſet me contemptim damnare & affligere. Video equidem eam abhorrentem à decoro ſui ſtatus, & externam à CHRISTI eſſe mandatis. Nihilominus aduerſum perſonam vllam, non eius, non item alterius ſinat me Dominus deprehendi fuiſſe contumelioſum. Fateor equidem, quia eos qui ſe ſiuerunt vinci auaritiæ vitio, non deſij coarguere, ſed nec conquieſcam. Quòd ſi libera eſt & immunis ab eiuſmodi vitioſa animi perturbatione, tantò conueniebat eam magis ſpiritu exhilarari, vt quæ ſe noſſet commemoratione iſtius flagitij nullo ſuffundi pudore. Sin ſe intelligit ſuccubuiſſe iſti flagitioſo ſceleri, & eſſe iam dictis obnoxiam, ſciens nouerit quia non ipſe ego ſum qui coarguo, aut qui aſpergam eam vlla contumelia, quin potius opera ipſius ſunt. Qui *enim facit peccatum, ſeruus eſt peccati,* ſicuti ab Apoſtolo ipſo docemur. Quid enim eſt quod ipſam arceat ab explendo bono opere? Aut quid illi profuerit, *ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut, quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* Hiſce admonitorijs ſermonibus ac pluribus quum homines illos animi conſternatione ac ſtupore perculiſſet, dimiſit in pace, vt quæ audijſſent, renuntiarent Imperatrici. Illi autem commonitionem ſcriptis proditam cum accepiſſent, nihil non retulerunt ei, addentes quia hodie audiuimus verba hominis, qui ne mortem quidem etſi horrendam exhorreat, ſiue gladio infligatur, ſeu immergatur marinis fluctibus. Hic omnium à ſe ſolicitudinem excuſſit, nec quicquam cætera reputat. Vnam hanc & ſolam obit curam. Quos videt vitam traducere præter decorum & honeſtum, coarguit & increpat. His adde, quia talis quum ſit, ſe non ſinit expugnari. Hæc quum prænarraſſent Imperatrici, obtulerunt & chartam, in qua erant deſcripti eius ſermones; & ad ſe acceerſito vno è ſuis Iudicibus, clam legit ei. Quumque intellexiſſet quanta ineſſet vis chartæ, tantò eſt maiore indignatione oppleta, & furore excanduit. Quin hiſce rebus ad hunc modum conſtitutis, Eccleſia nihilominus quotidie refloreſcebat in melius, vniuerſaque ciuitas ſe recipiebat ad complexum Pietatis. Vigebant caſtitas, & pſalmodia, animarum altrices. Totius boneſtatis oſor diabolus, ægerrimè tulit obſeruari hæc ab his quos ſemel eiiciſſet, quos vtique ſermo Domini per Ioannis doctrinam ab impuro illo auocarat; cuiuſmodi fuerant, qui priùs toti flagrarant inſano amore equeſtrium ludorum, & theatralibus ſpectaculis. Eos qui derelictis haris, ac vilibus diaboli ſtabulis reſipuiſſent, fiſtula illa linguæ perquam amabilis complectatur & admittebat in domum legitimi Patris, intra mandram benigniſſimi illius ouium Paſtoris. Tantum tamque radioſum fulgorem veriſſimæ Sapientiæ eximij illius viri nequaquam paſſa eſt inuidia, vt ſe latiùs effunderet; ſed proprijs molitionibus ac machinis imperialem illam ciuitatem, veriùs vniuerſum terrarum orbem, ſpoliauit inſigni dexteritate linguæ illius ſimul & felici ſupra modum ingenio. Quidam enim dum ſe mutuis ac diuerſis odijs colliſiſſent, neſcio quas cauſas ac prætextus obtendebant, nimirum, quòd viri iſtius celeberrimi claritatem fulguris inſtar explendeſcentem, virtuteſque contueri nollent. Aduerſus eum proinde expoſtulationes multis gemitibus ac ſuſpirijs planè dignas commenti, perpenſa licet ſuæ in eum perſpicuitate ſubornatæ calumniæ, ſuam nihilominus explere aggreſſi ſunt iniquitatem. Præſultores autem iſtius calumnioſæ delationis fuere (ſicuti planè nouit vniuerſus terrarũ orbis) † Acacius, Antiochus, Theophilus & Seuerianus, qui quidem quod non erant, dicti ſunt: quod autem erant reipſa, dici non ſuſtinent. Ex ordine clericorum, presbyteri quidem duo, diaconi autem quinque. Illi quidem illegitimi ac degeneres, hi verò ex malitioſo genere prognati, in vnum conflati ſunt & coorti. Haud ſcio, tutum ne ſit & vacet periculo tales profiteri fuiſſe presbyteros & diaconos aulæ imperialis. Duo aut tres, & ij ſoli qui vires neruoſque ſuggerebant ex Theophili ſatellitibus, militari ope concertantes. Ex mulieribus vulgatæ viduæ quidem tres, opulentæ autem per viros iactura ſuæ ipſarum ſalutis, quæ & multam pecuniarum vim rapto extortas poſſidebant, hæ erant, turbulẽtæ, & cõcurſantes: * Marſa Probi, & Caſtritia Saturnini, Eugraphia inſuper Amphimanitæ vxores. Reliquam fæcem vel pudor eſt ore depromere. Et hi cum eſſent corde corrupto, inque fide vacillarent, ac perinde atque væſanientes per ebrietatem, in vnam conſpirarunt inuiſæ & execrabilis doctrinæ ſententiam, aduerſus Eccleſiaſticam pacem torrentem moliti perditionis. Contigit enim illo tum tempore Acacium Berroenſem Epiſcopum (cuius nos ſuperiore loco commeminimus) & vti prædicabat ſcire ſe tamquam à ſcopo aberraſſe, nimirum à bono hoſpitio; & eam ob rem mœrore contabeſcens, indignatione accendebatur, & quaſi qui ab Ioanne nihili habitus, intolerandis cogitationibus deuictus, ſermonem deprompſit ex abundantia quidem cordis, ſed planè dignum ſua vnius petulanti debacchatione, idque de nonnullis clericorum Ioannis loquens: Ego *ei adorno * fideliam ſiue ollam.* Ex ea igitur die coniunctus, ac veluti compactus Seueriano, Antiocho, & Iſaio Syriſco in cauſis forenſibus vaferrimo rabulæ ac latratori, eorumque præduci & doctori, qui falſo dicuntur ſolitarij ſiue monachi, vt qui nullo non tempore vitam detriuerit in maledicentijs & inſectationibus aduerſus Epiſcopos. Et illi decernunt ſcilicet, & tractant aduerſus Ioannẽ, veriùs oppugnant gloriam Saluatoris. Et hi quidem primùm miſſi Antiochiã in eius adoleſcentiam ac iuuentutẽ anquirunt, ſi qua admiſiſſet delicta. Simul autem atque defecerunt ſcrutantes ſcrutinia, nec quicquam reprehenſione dignum quiuerunt deprehendere, exploratores amandant & Alexandriam, eiuſmodi ſtudia affabrè & artifici ſapientia ſcilicet pertractante Theophilo. Is ſimul atque aperuit libellos ſuæ ſententiæ indices, clam & quiete, * latronum in morem, ſingula perſcrutabatur, modum perquirens obtinendæ occaſionis fortuitæ vel vnius è multis.

Io. 8. 34

Matth. 16. 26.

Ἐν ταῖς ἐξηγήσεσιν

Theoph. conſpiratio & Acacij, Seueriani, Antiochi Epiſcopoꝝ duorum presbyterorum, quinque Diac & trium Viduarum, Marſæ, Caſtricię & Eugraphiæ contra Ioan. cũ tribus aulicis.

De his Epiſ. Photius in Synodo ad Quercum & Cyr. addit Ep. Chalced.

* Marſa Promoti vxor, eſt in Palladij Dial.

ἐγὼ αὐτῷ ἀρτύω χύτραν.

Secundum ea tempora, vir quidam erat Alexandriæ nomine Iſidorus ordinatione beati ac verè magni Athanaſij presbyter, annum agens ætatis octogeſimum, quem Romanorum plurimi probè norant ob cauſam & tractationem rerum Eccleſiaſticarum, quippe qui à multis retro temporibus Romam adijſſet, peregrinorum & hoſpitum Alexandriæ exceptor. Erat autem & Petrus quidam Alexandrinæ Eccleſiæ presbyter primicerius. Hunc Theophilus quod infenſe odiſſet, conſtituerat eliminare ingreſſu eccleſiæ; crimine illi obiecto, quod mulierem ſuperſtitione Manichæam quandam adiuiſſet ad ſuſceptionem ſacramentorum, quæ nondum eiuraſſet ſuperſtitioſam hæreſim Manichæorum. Verumenimuero reſpondit Petrus, eam ſuperſtitionem reliquiſſe, ſeque ipſam excepiſſe non præter mentem Theophili & ſententiam. Ægerrimè tulit Theophilus reſponſum, vt qui videri poterat hanc adornaſſe calumniam enim dicebat quod fuerat geſtum, nemi-

Petrus & Iſido eccleſia expulſi à Theoph.

nem

nem reſciuiſſe. Aduerſus calumniatorem Petrus teſtem citabat Iſidorum, eorum quæ de muliere dixiſſet Theophilus. Sed enim illo in tempore cõtigit Iſidorum in ciuitate imperiali, nimirum Romæ, vitam degere. Fuerat ſiquidem à Theophilo ipſo amandatus ad Damaſum Romæ Epiſcopum, vt Flauiano Antiochiæ Epiſcopo gratiam ſocietatemque impetratam obtineret, adferretque quæ ſocietas ob Euagrij cauſam interrupta annorum viginti ſpatio fuerat * Meletiani enim ob iuramentum quoddam iudicio contendebant aduerſus Flauianum. Iſidorus igitur Romà redux cùm ſe recepiſſet Alexandriam, in teſtem accitus à Petro, dicebat Manichæam illam ad voluntatem & conſilium Epiſcopi fuiſſe exceptam, quodque eam participem feceſit ſacramentorum. Eam ob rem impotenti ira totus incanduit, & ipſo momento Petrum exegit à communione altaris, ſecum reputans quonam pacto & Iſidorum à ſe miſſum faceret: id quod tandem effecit. Mulier

Pallad. Dial. vitæ Chryſoſt. Sozom. lib. 8 ca. 8 & Phot. in Bibl. Bar. 10. v. Ann. Chr. 398 ſed ſub Anaſt. nõ Damaſo, pag. 66. Plant.

*Imo Euſtathiani cũ Pau. diſceptabant

A

B enim quædam vidua, nomine * Theodote ſoror Theodori * prætoris Alexandriæ numiſmata aurea mille Iſidoro dat, iureiurando eum ſibi obſtringens coram altari Saluatoris, vt pretio totius ſummæ veſtimenta coemeret induendis mulieribus pauperculis Alexandrinorum, neque innoteſceret Theophilo, quis tradidiſſet, vt acceptas pecunias inſumeret coemendis lapidibus ad ſtructuram ædium. Accepta igitur aurea numiſmata Iſidorus eroget in vſus paupercularum ac viduarum. Reſciuit & hoc alicunde Theophilus (Nihil enim eorum quæ omnibus in locis fierent dicentur, ve illũ latere poterat) His geſtis ad ſe accerſit Iſidorum, & quidem ægritudinem animi moderatè diſſimulans, ſciſcitatur num res ſic ſe haberent. Ille autem nihil inficiatus, confeſſus eſt ſe inſeruijſſe rei huic adminiſtrandæ, ſuamque nauaſſe operam. His auditis Tophilus ſcenam inuertit

Sudoro à Deo data. Sudoipec Dei donũ.

C & prius quidem ad rei pondus benignus & interrogando approbator viſus, poſt ira intumuit, aliam omnino formam induẽs, cum Iſidoro pro ſe eſſet reſpondendum. Cumque aliquantiſper interquieuiſſet, duobus nimirum menſibus, in medium profert papyraceam chartulam, & * probans ſacerdotali functione, præſente Iſidoro dixit: Haſce literas annos abhinc decem & octo excepi aduerſum te Iſidore. Quodque tum varijs diſtenerer negotijs, totam rem obliuione texi. Nunc autem alias chartas dũ quæro, inueni hoc de te caput. Pro teipſo ad hoc reſponde. Continebat autem ea charta obiectionem criminis Sodomitici. Ad hæc Iſidorus pro ſe reſpondens dicebat Theophilo: Facilè quidem donauero verum eſſe, quia chartam hanc excepiſti, & quando excidit, non aderat qui redderet libellum, vt iam ſecundo repetitus ſit? Ad hæc Theophilus; Sed non aderat puer, erat ſiquidem in naui. Reſpondit Iſidorus: Non continuò adfuit ſtatim, mox à nauigatione, ô Epiſcope? Non aderat deinceps vel ſecundo? Non aderat ne tertiò, quidem. Vel nunc tandem adeſt. Iubeto igitur ſiſti hominem. Ad hæc Theophilus cunctatior, tempus extrahit in alterum diem, & adoleſcentulum quendam orans aſſiduus inſtitit, denique & deliniuit multis pollicitationibus ad intendendam accuſationem aduerſus Iſidorum, datis ei (vti aſſerunt quidam) numiſmatis aureis quindecim, vt extemplo ea porrigeret matri. Et numos illos mater oculo irretorto cõtuebatur parte vna; alterius verò oculi contemplatione ſecum recogitans verebatur legum euerſionem; ac timens ne fortè Iſidorus calumnia oppreſſus incuſaretur apud principem, & ad populi perueniret notitiam; fatetur ipſa Iſidoro commentitiam hanc fabricam ac molitionem modis omnibus improbandam, oſtenſis eidem aureis quos affirmabat ſe

[illegible]

D

A accepiſſe à Theophili ſorore, mercedem vtique aduerſus inſontem ac prorſus innoxium. Et quidem hæc ſoror quum ob pleraque alia, tum præcipue propter tantæ calumniæ indignitatem pœnam luit morte, manibus chirurgorum circa putres mammas & ſanioſas contrectata. Per hæc Iſidorus domi morabatur ſupplex orans Deum. Adoleſcentulus autem ille partim legum quidem timore perculſus, partim verò recogitans Theophilum ſe eſſe potentiorem, erroris ſui fruſtrationem vertit, commodiùs ſibi credens fore, ſi ad tutius munimentum, nempe ad Eccleſiam confugiens, ad apprehendendum altare illinc ſe fuga proriperet. Hic Theophilus abdicat Iſidorum Eccleſiæ ingreſſu, & corrupto prorſus ac ſurdo ſuo iudicio, immedicabilem notam infamiæ ei inuſſiſſet; nihilominus ſuæ iniquitati in ſpeciem obtẽdit ſe decentem caſtimoniam & honeſtatem. Iſidorus ob hæc veritus, nequando acriore indignatione exagitatus Theophilus in animo conſtitueret moliri aduerſum ſuam ſalutẽ inſidias (eo enim malignitatis iam peruenerat) in montem * Nitriæ pernici ac feſtino curſu contendit ad cœtum & agmen ſolitariè degentium, quo loci ſuæ adoleſcentiæ cõuerſationem exercuerat, inque ſua cellula conſedit. Supplicabat Deo, vt indipiſci promereretur ipſius longanimem clementiam.

Νιτρίας.

Sed enim tum Romanos tot tantæque moleſtiæ apprehenderant, vt hi quorum fidei concredita erat ſacerdotalis dignitas, conſutis dolis ſeſe collliderent in contumeliam Chriſtianæ religionis. Nec vlla ratione ab his ſibi temperabant. Eo etenim tempore ſacerdotes aliud nihil, quàm contumacem & præfractam rebellionem inter ſe exercebant, ac iugi meditatione moliebantur. Id mali originem traxit ab Ægypto. Initio quidem viſa eſt leuis eſſe momenti hæc quæſtio, qua quærebatur, Deus ne corpus eſſet & habitus, ac figura informatus, an incorporeus, vtque ſemel dicam, ab omni prorſum abſolutus humana effigie & deſcriptione corporali. Occaſione decidendæ iſtius quæſtionis à non paucis excitabantur conflictationes pernicioſæ & ambitioſæ contentiones. Et illi quidem aſtipulabantur * dogmati, alij contra (in quibus erant quique ſimpliciores monachi) patrocinium deferebant ei ſententiæ quæ Deum prædicat corporeum & humana effigie delineatum. Horum tamen plurimi vt cordatiores & ſenſu perſpicaciores Deum eſſe incorporeum & ab omni prorſus formarum qualitate ſeiunctum aſſeuerarunt, quorum ſentẽtiæ aſſenſus eſt & Theophilus Alexandrinorum Epiſcopus, & edixit vt aduerſus Eccleſias excurrerent popularis turbæ, quæ numen illud informatum humana effigie prædicabat, incorporeũ verò eſſe decernerẽt. His mox auditis monachi Ægyptij relictis monaſterijs Alexandriam vſque perueniunt, & mota ſeditione cooriuntur aduerſus Theophilum, quaſi impiè & * inclementer agentem. Id quum reſciuiſſet Theophilus, ad hunc obeundum agonẽ ſe procingit, & gnauiter apparat; artifex vaframentum apud ſe comminiſcitur quo ſe eximat intentatæ morti. In eorum igitur proſpectum vt venit, blandiore illecebra ſermonis viros in ſuam traduxit ſententiam, ita loquutus: Sic vos vidi, vti eſt Dei vultus. Hoc verborũ lenocinio à cõcepta animorum impreſſione monachos illos ſedauit & molliuit. Quin & illum vera dicere reſpõderunt. Siquidem Dei facies noſtræ eſt aſsimilis. Origenis iam libros Anathemate ferias. Eorum enim lectione diſertè quidem loquentium nonnulli reclamantia ex diametro noſtræ ſententiæ opinantur. Id ni feceris, continget vt à nobis expectes quæ impiè agentes & Deo ipſi repugnantes tolerarunt. Ad hæc Theophilus; Exequar, quicquid vos ipſi faciendum cenſueritis. Ne quæſo, aduer-

Theoph. Monachos longos pellit monaſterijs, & Ægypto vniuerſa, contra quos ſcribit ad Sylua, Epiſt. Hieroſol.

Eccleſiæ.

[illegible] interimere.

Orig. lib.

A

ſum me ad hunc modum ira excandeſcatis. Infenſe ſiquidem odi Origenis libros & hos improbo, simul & eos qui legendos amplectuntur. Sane quidem eos monachos hiſce verbis amolitus à ſe depulit & ablegauit.* Hac de re ſi forſan quæſtio eò vſque abijſſet, vtique non contigiſſet alteta & perplexa magis moleſtia huic quidem aſſimilis. Viri enim qui in Ægypto præſidebant monaſterijs pij illi Dioſcorus, Ammonius item, Euſebius, & Euthymius: qui quidem fratres erant à corporis proceritate ſortiti nomenclaturam Longi. Sed enim iſtorum fama mirè increbruerat Alexãdriæ, quòd & ſermone & vitæ ornamẽtis inclaruiſſent. Theophilus Alexandriæ Epiſcopus ſinc quàm diligebat & honorem deferebat monachis. Eorum quidem vnum, nempe Dioſcorum ab eremo auulſum conſtituit * Hermopoleos Epiſcopum. Alios adhortatus eſt, ſecum vt morarentur; vixque tandem perſuaſit; verumtamen vt Epiſcopus ad id eos adegit, & Clericorum dignitate cohoneſtatos communionem Eccleſiæ illis concredidit. Illi quidem neceſſitate adacti manebãt rite ſibi commiſſæ commiſſæ cõmunioni incumbentes. Angebantur vero animæ vehemẽter, quòd nõ pro ſua volũtate ſinerentur philoſophari, vt aſſeuerant acquieſcere monaſticæ meditationi. Progreſſu autem temporis quum intelligerent animas ſuas plurimum noxæ ac detrimenti contrahere, cernentes Epiſcopum vitam exercentem pecunijs vndique corradendis addictam, ac plurimum ſtudij impendentem congerendæ poſſeſſioni facultatum, vtque in Prouerbio eſt, ob hoc vnum,* nullum non mouentem lapidem, communem cum ipſo ac diuturniorem moram deprecati ſunt, ingenuè profeſſi ſe amare ſolitudinem, & vrbanæ vitæ eam anteponere. At ille non planè nouerat eam manendi cauſſam veram eſſe; quare vt ſecum perſeuerarent, eos deprecabatur. Simul autem atque certò agnouit quid inter ſeſe decreuiſſent, plenus indignatione exarſit, ſeque nihil non malorum executurum interminatus eſt aduerſus eos. Porrò iſtius comminationis leuis admodum timor vrgebat eos qui iam ſeceſſerant in ſolitudinem. Sic ira accenſus Theophilus videbatur non mediocrem aduerſus eos tumultum exciturus. Omnibus enim machinis adnitebatur viros illos adoriri. Quin etiam in odium fratris ipſorũ Dioſcori, Hermopoleos Epiſcopi exarſit continuò. Animo enim eius haud mediocrem intulerat mœrorem, quòd ei adhæſiſſent monaſticæ exercitationis viri, eiſque multum deferrent reuerentiæ. Planè nouerat nihil ſe allaturum detrimenti viris monaſticæ diſciplinæ, niſi oppugnando vim inferret. Hoc igitur artificio vtitur & quidem appoſitè ad ſuum inſtitutum perſuaſit, vt ſubinde ſecum moram traherent viri qui texerent ſermones de Deo, quia Deus eſſet incorporeus, * nec vllo modo humana forma. Neceſſe alioqui ſequeretur, Si humana effigie informatus eſt, ergo & humanis ſubiacet affectibus. Hoc dogma ab vetuſtioribus perſpicue declaratum eſt, maxime omnium ab Origene. Ad eum modum ſe gerebat Theophilus, & ſic erat animatus. Quæ enim dabantur reſponſa, per eam verſipellem ſolertiam nihil cunctatus inuertebat ad expetendam de inimicis vltionem. Hoc inſuper artificio plurimos abripuit monachorum alioqui vita integros, ſermone autem imperitos, literis verò ineruditos. Et tales amandabat ad eos qui eremi monaſteria incolebant; vt & docerent non oportere morem gerere Dioſcoro, non item ipſius fratribus, qui aſtruebant Deum eſſe incorporeum: Deus enim (ait) iuxta diuinæ ſcripturæ ſententiam, & oculos haber, & aures, & manus & pedes, ſicut cæteri hominum. Dioſcori verò diſcipuli Origenis ſententiam ſequuti, blaſphemum dogma introducunt, vtique aſſerentes Deum neque oculos habere, non item aures, non manus, non denique pedes. Hac vaferrima cauillatione plurimos monachorum in errorem & & fraudem abripuit, interque illos inteſtina exoritur & peracris factio. Porrò quidem perſpicaciore & aperto intellectu præditi non ſe ſinebant hac impoſtura abduci in fraudem; quin potius Dioſcori diſcipuli Origeniano * dogmati aſſenſi ſunt. Plures autem, vtpote ſimpliciores & flagrantiore zelo animati nulla mora proſiliebant aduerſus fratres. Inter hos igitur ſectio oborta eſt, ſeque inuicem inſectabantur, & mutuis obtrectationibus concerpebant, quaſi ad impietatem prolapſos. Qui verò aures accommodabant Theophilo, illos Origeniſtas & impios nominatim traducebant fratres. Alij ex diuerſo partem oppoſitam, eos nimirum qui Theophili maleſuadæ opinioni acquieſcebant, dicebant [illegible].

B

[hoc eſt, *qui Deum circumſcriberent humana forma.*] Ex hoc vno fonte non mediocris momenti conflictationes verborum & controuerſiæ deriuatæ ſunt, & hinc inter monachos * bellum inceſſit inconciliabile. Theophilus autem vt intellexit primum ſuam intentionem euſque promouiſſe, literas tranſmittit ad ſibi conuicinos Epiſcopos, quibus iubet per eos quoſdam à primoribus exigi è monte & interiore eremo, eos qui præerant monachis, idque indicta cauſa. Horum quidam vnà cum presbyteris profecti Alexandriam rogabant Theophilum, cauſam vt exprimeret, cuius gratia ipſos ſua eliminaret ſolitudine. Ille vero oculis ſanguine interſperſis in illos preſſiùs defixis toruum reſpectabat, nonnunquam quidem liueſcens, aliquando autem palladus, interdum verò * amarulento riſu ſubſannans per immoderatam iram. Collo Ammonij, viri vtique ſibi coætanei, inuoluit medium pallij ſiue extimæ veſtis ſuſtinet manibus, inque eius maxillas incuſſis plagis, & contractis digitis ſubagitabat manus Ammonij, obſtreperam hanc edens vocem: Hæretice, ferito Origenem anathemate. Et hoc quidem propter fratres; illud autem odio Iſidori, qui in Nitria erat hoſpitum & peregrinorum exceptor. Ad hunc igitur modum ſanguinolenti nec vllo reſponſo digni habiti, in ſuas quiſque manſiones reuerſi, ſibi propoſitæ exercitationi monaſticæ acquieſcebant fixius, diſciplina ſcripturarum ſuum exacuentes ingenium, (quarum meditatione fit haud parua acceſsio ſalutis) de Epiſcopi veſania minus ſoliciti, modò ne ſibi mali vllius conſcij eſſent. Aduerſum hos non conquieſcens Theophilus, rurſus deſtinat à vicinis locis Epiſcopos, & aduerſus monachos adornat & cogit Concilium; illis quidem minimè accerſitis, vt pro ſe reſponderent & expurgarent; nec vlla ratione reddita eximiæ ſanctitatis viros exhæredes facit & abdicat, Ammonium, Euſebium, & Euthymium, veritus inferre vindicem pœnam ſimul aduerſus tantam multitudinem, diſſimulata interim corruptela dogmatum. Et quos plerumque ſupra Epiſcopos ipſos honore cumulatiore proſequutus fuerat, & doctorum vice reuerebatur ob Verbum Dei per hoc tempus, & propter ſplendorem vitæ, hos nihil veritus eſt nominatim perſtringere, vt * magos, præſtigiatores & maleficos; idque contigit quòd infenſiſsime Iſidorum odiſſet, quem è ſolitudine * montis abdicarat. His expletis, adſciuit ſibi demulcendo & blandiloquentia perungendo homunculos quinque; qui ne vnquam quidem in conuentu Eremi verſati fuerant, nec verebor dicere, prorſus indignos foribus [*aut* * *veſtibulo aſſiderent*] Et ex his Epiſcopum creat ordine præficiens eum viculo cuipiam, quòd nulla ſuppeteret ciuitas. Alterum autẽ deſignat presbyterũ. Tres verò reliquos diuerſis aſsignat officijs, vt qui nequaquam Ægyptij eſſent, ſed prodijſſent

C

D

An Deus hominis formam habeat.

Dioſcor. [illegible] inſra meminit iterum.

[illegible] Adagiũ.

[illegible]

O callidã vulpem

quod doceret, Deũ eſſe in corpore Deum.

Anthropomorphitæ.

[illegible] Prouerb.

[illegible]

[illegible]

Nitriæ.

Eremi.

è diuer-

A

e diuerſis locis. Ille ſiquidem Libycus ſiue Pœnus erat, alter Alexandrinus, tertius Pharaonites, alius verò Paralleteotes. Hi quòd præter omnem ſuã ſpem inſignia patriæ ſibi obtigiſſent pignora, in omnibus morem gerebant Theophilo. Tum ipſos ſubornat vt ſibi libellos traderent aduerſus illos tres. Ipſe autem quos darent libellos clam pertexuit calumnijs refertos. Hoc ſolum animo conceperat, vt his quæ inferrentur libellis calumnioſis, ipſi ſubſcriberent. Hoc expleto, acceptos ab eis in

Abyss ad Aug. Auguſta lem.

Eccleſia libellos ingreſſus Auguſt. interpellat aduerſus eos, ex propria perſona implorationem ipſam complexus, calumnioſos libellos deponit, oratq́ue ſibi ſuppeditari militare ſubſidium ad exigendos viros illos ex vniuerſa Ægypto. Acceptis autem militibus ad numerum quingentis vnà cum edito in globum cogit multitudinem diſpalantium, ac proinde ad concitandas perturbationes leui ex cauſa propendentium, hiſque obarmatus inſilit & graſſatur in monaſteria; quum tota nocte genialiter ſecum inebriaſſet ſeruos ſuos, & vacaſſet comeſſationibus. Et primum quidem

B

Dioſcor. Epiſc.

horum, fratrum ipſum Dioſcorum Epiſcopum per ſuos domeſticos iubet è ſede deturbari per Æthiopas, & eos qui ne regenerati quidem eſſent fonte baptiſmatis, recepta in Eccleſia ſiue parœcia, que ab aduentu Chriſti nomenclaturam obtinebat Dioſcorupoleos. Hoc facto, prædonis ritu ſpoliat montem, mercedem vtique paraturus ac diſpertiens audaculis iſtis adoleſcentibus, res admodum exigui momenti, nempe ſolitariorum cellas omnes deprædatus. Tres illos magno ſtudio perquirebat: quos alij in puteum demiſerant, pſiatho, *hoc eſt, ſtorea aut tegete* obturato ore putei. His nuſquam inuentis, eorum cellæ aridis ſarmentis iiſdẽ admotis deflagrarunt incendio. Quin & libellos omnes quorum lectioni intimo affectu ac ſtudio acquieſcebant, incendio exuſſerunt; Puerulum inſuper, vt narrant oculati teſtes, & ſymbola ſacramentorum. His igitur geſtis, placatus ab ira, quæ cum ratione omni pugnabat, denuo ſe recepit Alexandriam; locum cedens ſanctis illis, vt aliò profugerent. Eorum alioqui quidam ingreſſi Alexandriam cum ſuis melotis, nudi tamen ſola accincti zona & linteo obambulabant ciuitatem & plateas, effuſi in lamenta ac fletum. Ciues quidam hiſce geſtis cognitis, ad vnum conglobati ſunt omnes lampadas tenentes manibus, & ad Epiſcopalem domum abeuntes in qua habitabat Theophilus, cœperunt eam incendere, direptis omnibus quæ in ea erant, bonis. Erant & continuò deprædaturi precioſiſſimos quoſque theſauros, ni Princeps veritus impendens periculum, feſtino accurſu eò deſcendiſſet, ab ijs poſtulans vt placarentur. Nec illi per hæc ſibi temperabant, vociferantes & tumultum concitantes, idq́ue continentiſſimè aduerſus Theophilum. Princeps verò anxietate peracri circumſeſſus non iniquum cẽſuit, vt Theophilum traderet manibus populi, & hoc pacto ſuæ ſaluti fuga conſuleret. In arcano quopiam receſſu ædium Epiſcopi ne à quoquam videretur, ſe occuluit, ſeq́ue eò deiecit: Princeps autem arreptos monachos, veſtimentis quidem eos amiciuit, & amictos abduxit in prætorium, ipſos adhortans, vt egreſsi ad populum obortum ſedarent tumultum. Egreſsi illi videbantur quidem certa perſuaſione ad id exhortaturi populum, at contrà tantò ampliùs acclamabant, veſtimenta in aera iactantes. Princeps verò è prætorio exiliens inter ipſos elapſus manibus indixit, vt præſtito ſilentio adhortans eos exciperent pro ſe excuſationem, ſeq́; purgarent. Quumq́; illi parumper conticuiſſent, iureiurando ſe eis obnoxiũ reddidit & obſtrinxit dicẽs; Nullo meo fructu hac victoria bonorum quæ ad me attineãt, perfunctus ſum aut potitus. Haudquaquã Theophilus eſt bona cum fiducia actus mihi concredere ſuum conſilium, ſed prætextu quorundam hæreticorum, qui peruertebant ſynceritatem fidei, quos cuperet in ordinem redigere ad orthodoxiam, me ſecum aſſumpſit vt illi ſuppeditarem militare ſubſidium. Quod ſi didiciſſem illum id voluiſſe exequi, nõ milites exhibuiſſem, at ne ſiuiſſem ex vrbe quidem egredi. Hiſce verbis certius perſuaſi omnes ad ſolitudinem ſuam ſe receperunt. Theophilus autem placãdo principi nauata per ſe diligenti opera, & ipſius manibus non paucis muneribus impletis, cumque vnà cum ipſo eos demulſiſſet obſequijs & eos qui primas tenebant, deliniuiſſet opulenta largitione, timore omni à ſe excuſſo ad propriam ſedem ſe poſtliminiò recepit. Atqui etiam tum acriore odio eum ſunt proſequuti, qui & liberali largitione corrupti fuerant, & bona pars ciuitatis intenſè ipſum oderat. Diſcipuli inſuper Dioſcori Syluanum adiere Hieroſolymitanum Epiſcopum, quibus cum vnà cum preſbyteris & diaconibus * montis exierunt monachi

Nitriæ.

B

vitæ laudabilis trecenti, alij item è diuerſis ſparſim contracti locis. Horum actionem peculiariter ſibi conſentaneam non ferens ille *, obliquus ſerpens conciuit rurſus Theophilum aduerſum eos: qui præferuida indignatione flagrans literas ſcribit ad Syluanum Epiſcopum & reliquos, hunc in modum continentes: Non conueniebat quidem præter ſententiam ac voluntatem meam hos excipere in ciuitatibus veſtris. Quòd ſi ignorantia à parte veſtra peccatum eſt, condono vobis. Deinceps igitur peruigili cura prouidete, ne ad Eccleſiaſticum vllum ordinem, non item ad priuatam adminiſtrationem hos ſuſcipiatis. Et hæc per Ægyptum facta ſunt. Beatus proinde Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus quum hæc geſta ſunt, eorum inſcius erat, quippe mul-

monachi.

Longiſſima Conſtantino. vincebat quarum tur apud Ioann & Imperat. Arcadius Epiſ conuocat vt de Theophi. cauſa ſententiã ferant.

C

ta eruditione efflòreſcebat, & hoc nomine habebatur celeberrimus. Monachi autem illi immodica adacti neceſſitate è locis ad loca alia tranſibant, & vltro citroque vehebantur. Eouſque perueniunt vbi comitatus & aula imperialis, Ioannes quoque pro throno Epiſcopali reſidebat, idq́ue Dei gratia ac per principum prouidentiam, & ipſius genibus aduoluti ſupplices precabantur, vt animabus multiplici calumnia oppreſſis ſuppetias ferret, & ab eis potiſſimum læſis, à quibus beneuolentiam potius ſentire oporteret. Ad hæc ſubſtitit Ioannes, viditq́ue viros quinquaginta ſtola vtcumq; indutos, ſanctis laboribus intincta. Cum iſtis aderat & Iſidorus, priùs quidem aliquanto ipſi Theophilo chariſſimus, nunc demum inuiſus. Atqui Ioannis peracri affectu fraternæ caritatis extimulatus, exemplo Ioſeph lachrymas continere non potuit. Ab ipſis igitur ſciſcitatur cauſam, Reſpondent illi: Tu

D

pater adimans nobis non fortuitò vulneratis per inſaniam Theophili papæ Alexandrini; vtique potes noſtris vulneribus tumidis obducere cicatricem. Quod ſi etiam ipſe exemplo reliquorum Epiſcoporum in fraudem nos pertraxeris, ſiue veritus, ſeu timore Theophili correptus, nihil iam nobis reliqui fiet, niſi vt ad Imperatorem profecti eidem exponamus omnem prorſus improbandam malignitatem Theophili, idq; in contumeliã Eccleſiaſticæ traditionis. Quòd ſi aſſenſus fuerit, perſuadeto, vt nos ſinat in Ægypto commorari, quandoquidem nihil delicti admiſimus aduerſus Saluatoris noſtri legem, at ne ipſum quidem Theophilũ vlla in re offendimus. Hæc vt didicit primùm Ioannes, viris illis deferebat honorem, nec prohibuit quo minùs participes fierent publicãrũ orationum: non item dixit ſe eos admittere ad communionem & collationem ſacramentorum, priuſquam eiuſmodi cauſam pleniùs internoſſet; quòd ſpe bona confideret *memoriam iniuriarum facilè

amneſtian.

immutatum iri apud ipſum Theophilum. Itaque viros ipſos hortatur & obſecrat vt Dei amore accenſi, inter omnia in ſilentio & quiete degentes ſupprimant cauſam ſui aduentus; Tantiſper (ait) dum mittam ad fratrem Theophilũ. eiſq; manſiones attribuit in ſacra æde quæ Eccleſia Anaſtaſij dicitur, vt ſe recrearẽt & refocillarent: Ipſe quidẽ ab ſubleuandam eorum neceſſitatem non adminiſtrabat ſumptus, mulieres autem Dei amore flagrantes victum eis abunde ſuppeditabant, etiamſi in his nonnulli aliqua ex parte, diligenti opera ac labore manuum ſuarum nonnihil ad ſupplendum quod deerat, in medium conferrent. Et quidem illo tum tempore contigit quoſdam ex Clericis Theophili eſſe inuentos Conſtantinopoli per forum ſpatiantes, qui ſe dicerent verſatos in Ægyptiaca* diœceſi, & erga ipſum [Theophilum] mutuam ſibi vindicabant beneuolentiam. Hos igitur ad ſe accitos Ioannes percunctatus eſt, nouiſſent ne qui aderãt, monachos. Illi ſtudio tuẽdæ veritatis adducti, teſtimoniũ reddiderũt viris illis, dicẽtes beato Ioanni: Etiam ſcimus eos, & quia plurimum tolerarunt violentæ impreſſionis: ſed & ſi vis, Domine prouideto * ne ipſis impartiare ſpiritualem communionẽ, vt ne mœrorem ingeras ipſi Papæ: alioqui in cæteris comiter & perhumane eos excipito. Te etenim decet, qui ſis Epiſcopus, id quod faciendũ curauit. Tunc Ioannes ſcribit Theophilo hiſce verbis ſupplicans illi, Hanc mihi vt filio ac fratri præbeto gratiam, & hoſce viros complectere ſanctæ caritatis ſinu. Hiſce Ioannis verbis nihil præſtitit gratiæ Theophilus ac ne attendit quidẽ, ſed ex diuerſo deſtinat quoſdam per Dialecticen ad ignauiam diſtractos de quibus ſuperiùs paulò ante dictum eſt. Is etiamnum componit & adornat deprecationes, ipſis eas traditurus, quas ſuo more nuncupauit περιοχείας, complectentes ſiue concludentes, & id quidem opus (vti omnibus eſt in confeſſo, mendaciter) quandoquidem circumamictum erat & indutum laceris ac multiplicibus ſciſſuris calumniarum, quas continebat de rebus incertis nec vſpiam viſis. Hic quum nihil ad manum haberet quo ſugillare poſſet ac traducere vitam illorum, operam omnem ſuam in id confert, vt in palatio exporrectis in illos * digitis oſtendantur eſſe magi & præſtigiatores. Porrò monachi quum nihil eorum quæ ad ſe ſpectarent, rectè confici exiſtimarent multos ei opponunt, * & verbum omne mendax feriunt anathemate.

præfectura & iuriſdictione

Tradi denique iubent libellos legendos Ioanni, qui oſtenderent quæ attinerent ad meram tyrannidis ſpeciem, vnà cum quibuſdam capitulis, continentes quæ indecorum ſit nec fas dicere vel inſolentibus adoleſcentulis, à me fide auocentur, tantum abeſt vt apud perfectiores vllam impetrent fidem. Rurſus per ſeipſum Ioannes, perque alios Epiſcopos hortatur & obſecrat imponi finem motoriæ iſti criminationi, vt mutuam diuexationem & moleſtiam cauſæ ab inuicem depellerent ac vitarent. Quumque literis ſignificaſſet Theophilo viros illos ad tantam animorum ægritudinem ac mœrorem eſſe deuolutos, vt vel ſcripto te coarguant & accuſent, quare deinceps prouideto vt ad eorum reſpondeas obiectiones. Non enim patiuntur me auocari ab aula & comitatu Principis. Ob eiuſmodi ſcripta Theophilus furore iterum accenſus, ſe totum duxit à congreſſu fratrum & monachorum ſuæ Eccleſiæ, fugitans & Dioſcorum Epiſcopum, qui in Eccleſia conſenuerat. Rurſus Ioanni Epiſcopo ſcribit: Equidem arbitror te non neſcire inter Canones Synodi Nicææ hoc interſeri Edictum, quo loci præcipitur obſeruari debere, vt ne Epiſcopus ſententiam ferat aut decernat vlla de cauſa alterius extra fines præſtitutos ſuæ diœceſeos. Quòd ſi ignoras, diſcens poſthac temperato à conſcribendis aduerſum me libellis. Quod ſi quam ob cauſam ſum iudicandus, ab Ægyptijs, non abs te, qui à me diſiunctus es itinere dierum ſeptuaginta. Ioannes igitur acceptam epiſtolam quum legiſſet, eam penes ſe aſſeruauit. Monachis autem in alteram partem ea ediſſeruit quæ profutura nouerat ad complexum mutuæ pacis.

Ioannis igitur ſermonibus auditis pars vtraque exaſperata eſt, illa quidem quòd tyrannide fuiſſet oppreſſa, altera quòd nulla iam ſuppeteret facultas meundæ pacis abſque Theophilo. Hanc ob rem iuſſit vt preces funderent aduerſum illius calumnias. Hoc illis reddito reſponſo, & amandatis illis, hiſce curis mentem liberauit. Poſthac monachi illi quum receſſiſſent iniurijs læſi & male affecti, ſcriptis mandarunt precationes multis verſibus comprehenſas & in ordinem redegerunt. Et hæc quidem à monachis illis quaſi calumniatoribus geſta ſunt aduerſum Theophilum. Iidem familiari congreſſu colloquuti ſunt cum Auguſtis; accedunt præterea ad ædem ſancto Ioanni Martyri ſacram, Imperatricem ſupplices apprecaturi. Et quidem monachorum partis oppoſitæ ab Aulæ præfectis detecta eſt ſupplicatio, ſimul & denunciatum adeſſe Theophilum, nec velle ſubire ſententiam, aut iudicari ab Ioanne. Peracta eſt ſupplicatio. Ea continebat ſententiam qua per magiſtrum aulæ imperialis iubebatur Theophilus præſens (vellet, nollet) ſubire ſententiam Ioannis, & ipſo iudice luere pœnas. Super hæc monachis à parte Theophili ſtantibus edictum eſt, vt obticeſcerent ac ſilentio premerent crimina ſuper quibus accuſabatur à ſanctis viris ſenibus, aut quæ producta eſſent exorta à calumniatoribus, atque ita ſanè Elaphius amandatus eſt Alexandriam. Is aliquando tandem eò peruenit ad Auguſtorum ciuitatem cum Imperialibus literis, vt ſecum adduceret Theophilum, quæ & hanc continebant verborum formulam: Nihil horum te clam fuit, nimirum quia Archiepiſcopi hunc antegreſſi ſua tyrannide & profligata temeritate ſibi concreditam gentem ad extremam prope perniciem & cladem pertraxerunt, eamque in vniuerſum terrarum orbem diſperſerunt.

Quin & nunc ipſi cernimus nuper ſimile quiddam contigiſſe, & cum prioribus commune. Quòd ſi ad hæc quæ quotidianum incrementum ſumunt mala, ipſi conticuerimus, aut peſſum ibit imperium, aut certè ſubiectis Imperio quiduis deterius continget. Et hæc eò ſcripſimus coarguere volentes te vt ineptum & in idoneũ huic muneri, quòd quum illic repræſentes perſonam noſtram, poteſtatem & principatum obtinens, nulla alioqui in re imitére mores noſtros, ſed attentiùs inhians donis, quicquid præcepimus habueris contemptui, noſtrique nominis claritatem & gloriam pro nihilo duxeris. Quare non iniuria tibi ſuccenſemus, quippe qui noſtram aſpernatus ſis ſerenitatem. Simul igitur atque legeris & quàm primùm mora nulla prorogata ad nos mittito Theophilum Epiſcopum, vt re ipſa præiudicatum, Vide, nihil ei deferas honoris aut reuerentiæ * conuenientis; non neſcius quia niſi id modis omnibus expleueris, non mediocriter tibi de vita metuendum eſt. Huc accedet, quia exauctoratus ſimul & priuatus balteo, abdicandus es dignitate. Qui enim incuſant, in his ſunt Epiſcopi quidam & clerici vnà cum Theodote ſorore Theodori ſupprætoris, quem etiamnum deſtinato ad nos. Auguſtalis igitur ſuſceptis imperialibus literis, & ad ſe exercito Theophilo, indi-

* dignitatis gratia.

gnatione

gnatione & peracrira ſuccenſus, cum ingenti comminatione obiecit ei quaſi in theſauris ſuis condidiſſet & corraſiſſet è Græcis non Chriſtianis ingentem pecuniarum vim, quarum fretus fiducia res tantas aggredi ſit auſus in clericos & monachos, alioqui à ſe ordinatos. His à ſe dictis ſermonibus, & qui nihilo eſſent iſtis diſſimiles, iuſſionem ab Imperatore ſibi præſcriptam perſpicuè oſtendit, ei dicens: Quàm ocyſſimè nobis eſt enauigandum, & ad caſtra, *ſiue aulam* principis abeundum.

Porrò rurſum Theophilus per Georgium ſororis filium quum marſupia amborum compleſſet prolixa ac liberali largitione pecuniarum, Principis, prætereà & Elaphij qui eò venerat vt abduceret eum, vt æquanimiter ferret is rogabat, & tantiſper extraheret tempus, dum pulcherrima quædam aggregaſſet ex Ægypto, & ex India varia eſculentorum genera, vnà cum aromatibus, quæ ſecum exportaret Conſtantinopolim. Et hæc quidem de Theophilo; de ipſius autem monachis B qui adminiſtrabant imperium, erant executi ſententiam. Cauſæ exercitium in ambiguam deſijt & ancipitem controuerſiam. Et quidem legum ſplendor iubebat exeri gladium ac diſtringi; at illi infelices timore correpti exitum cauſæ prorogant, ne caderet ea Theophilus; quippe qui clanculum eos præmonuerat & deprecationibus adhibitis perſuaſerat, atque ita corruptus ordo iudicij in carcerem illos conijcit ad aduentum vſque Theophili. Sed enim illa * non admiſit ſponſorem qui ſua cauſa fide iuberet. Et quidem horum nonnulli in carcere diem ſuum obierunt, quum ibidem per multum detriuiſſent temporis quòd ſerius adueniret Theophilus. Iudices verò poſt Theophili aduentum, quum rem totam pecuniarum corruptelis firmiſſimè corroboraſſent, reliquos tanquam calumniatores poſtrema facta inquiſitione multarunt exilio, vt habitaturi adirent C inſulam Proconneſum. Proinde Arcadius Imperator literas ſcribit Innocentio Papæ ſub hac verborum complexione.

Theodote ſoror Theodoti piſceſti

Arcadij Aug. ad Innocẽt. Põt. epiſ. & ad Honorium Imp occidentis.

Victor, Triumphator Arcadius Innocentio Papæ Romano, Saluere. Monachorum quidam ex Ægypto acceſſerunt ad imperialem hanc ciuitatem, noſque adierunt interpellantes aduerſus Theophilum Alexandriæ Epiſcopum, nobiſque libellos tradiderunt expoſtulatorios, & quibus ei crimina obijciunt. Itaque ipſi præcepimus, vti ad nos huc tranſmitteretur vnà cum muliere quapiam, dicta Theodote, quæ quidem iuxta aliorum relationem, totius cauſæ iſtius radicem probè nouit. Præterea aduerſus eundem Epiſcopi & clerici videntur cauſas agere velle, quum debeant omnes ſecundum Deum ab Epiſcopis iudicari. Talis enim ſynodus collecta omnem malignam & factioſam ſuſpicionem à ſe propulſat & D excludit, citra vllius perſonæ commiſerationem & corruptam affectionem, ac bona fide pronuntiat quæ legitimo iure competunt vtriſque partibus. Tua igitur ſanctitas paterna dignetur ſcribere ad vnamquamque ciuitatem, vt pro more occurrant, ſeque repræſentent in hac emergenti ſynodo, & congregentur in hac Imperiali ciuitate cum his quos elegeris cum adminiſtris & vicarijs Apoſtolicæ ſedis, qui & apud nos ſedere debebunt cum Dei amantiſſimis Epiſcopis, omneſque controuerſias & contentiones ſuo iudicio decidere iuxta Eccleſiaſticos Canones, ritus & ſanctiones. Non enim ſinemus rem tanti momenti manere * indiſcuſſam & indiſquiſitam, ipſi ſtrenuam nauabimus operam, vt lucidiſſimis & indubijs probetur argumentis. Valere te optamus honorande Pater.

Ad Honorium inſuper fratrem ſuum ſcribit & hæc: Quum ipſi nos fortaſſe toti vacaremus mo- A derandis imperij negotijs, Theophilus Alexandriæ Epiſcopus clancularijs & inſidioſis dolis enixus eſt nos noſtro fraudare imperio ſimul & debito honore. Eò extimulabatur ac feſtinabat propter fidem ſuam quam præter ſacros Canones eſt commentus, inque ſuo Epiſcopatu à ſe confictam. Quidam enim ex Ægypti monaſterijs nos adierunt, qui aduerſus eum nec mediocres ob cauſas querebantur, nobiſque libellos tradiderunt expoſtulatorios & criminum obiectionibus interſperſos, quorum abſit vt nobis male conſcij ſimus aut vel vnum eorum caput prætercurramus impune & iniudicatum. Tua igitur ſerenitas ſolicitè procuret, deque his inſtruat Innocentium Papam. Cura mittendos Galliarum Epiſcopos vnà cum ipſorum ſuffraganeis, vt inuenti vnà cum Epiſcopis noſtri prouinciarum Præſides * citra perſonæ delectum aut acceptionem, *hoc eſt, bona fide* pronuntient ſententiam. Acceptis vtrique talibus literis, inter ſeſe conſultabant. B Ordinatum itaque eſt quia deberent deſcendere Conſtantinopolin.

Alias item literas exceperunt ab Arcadio Imperatore, quibus palàm ſignificabat reliquos Epiſcopos appuliſſe, vt ne illis (vt conſentaneum eſt credere) adnauigare cunctantibus, Romani quàm vellent diutius cogerentur tempus terere Conſtantinopoli. Hoc inito conſilio, Innocentius Papa actutum literas mittit ad Italiæ Galliæque Epiſcopos, hoc eſt, ad Chromatium Aquileiæ, Benerium Mediolanenſium, Æmilium Beneuentanum, Cythegium & Gaudentium Galliæ Epiſcopos, ſe vt accingerent ad profectionem Conſtantinopolitanam, nec vllatenus moram traherent. Accipiunt autem eadem de cauſa reſponſum aliud, vt ad iter expediti inuenirentur, eamque curam demandat Valentino & Bonifacio Presbyteris Romanæ Eccleſiæ. Ipſe iti- C dem Arcadius Imperator non propoſuit deinceps ſcribere ad eos de eiuſmodi negotio, ſed neque conſcius fuit quis eius ſcopus eſſet. Illorum aduentum præſtolabantur, etiam ſi non deſcenderunt Conſtantinopolim.

Quum autem cardo iſtius negotij in hoc conſiſteret, ad aures Theophili ſermo peruenit, ſed planè mendax, quaſi Ioannes ad communionem Sacramentorum admiſiſſet monachos, ſeque comparaſſet ad ſubſidia eis exhibenda quoquo modo & quacunque ex cauſa; nec hos tantum qui ſtabant à parte Dioſcori & Iſidori, vlturus erat, ſed & Ioannem ſede pulſurus. Cæterum Theophilus quidem cauſam diſſimulanter prætexebat Cleri totius, ſuam interim indignationem explebat. Inerat enim illi ſtudium nimis gratioſum, ſi quem deprehendiſſet delatorem dicere D aduerſus Epiſcopos, nimirum ſi quis dixiſſet: Frater Ioannes, aduenit tibi talia patranti. Et quidem ipſe Ioannes fuerat pro ſe reſponſurus, aut ſe ignoraſſe rem eiuſmodi, aut certè veniam poſtulaturus erat, ſi hoc commiſiſſet quod ei obijciebatur.

Itaque Theophilus Epiſtolas tranſmittit ad finitimarum ciuitatum Epiſcopos, tegens quidem ſuæ mentis deſtinationem, de libris verò ſolius Origenis prætexens ſcilicet querimoniam; quorum teſtimonijs ante ipſum Athanaſius ſæpius vſus eſt ad confirmandam fidem in ſuis orationibus aduerſum Arrianos. Itaque in gratiam tandem redit, & ſancit amicitiam cum beatiſſimo Epiphanio, viro vtique ſancto, Conſtantiæ Cypriorum inſulæ Epiſcopo, qui & Eccleſiæ præſederat annis ſex & triginta, quum is notam infamiæ tanquam hæreſeos * inuſſiſſet ſub Damaſo & Siricio beatæ memoriæ. Diſſidebat enim ab illo quòd priùs noluiſſet Epiphanium animum appellere librorum Origenis lectioni, ſed in totum à ſe

Ioannem

Theoph. inſinuat ſe in amicitiã Epiphanij, quẽ prius oderat.

Origenẽ duob. Cõciliis, alte to in Cypro ab Epiph. altero Alexandriæ ſe coacto damnari procurat

Origen.

Epiphan

vox nihili ... de Orig. hæc lauij

repellere. Itaque Treophilus quòd alijs infenſus eſſet Epiſcopis, quæ viſa erant, palam negauit.

Tunc autem primùm ſibi amicitiam Epiphanij aſciuit, quaſi pœnitudine ductus idem cũ eo ſenſiſſet. Ipſum ſic conciliatũ inſtruit & extimulat vt ſynodum celebret Cypriorum Epiſcoporum & in hoc libros Origenis inuiſos redderet ſic palã tractatos. Is ob præcellentem ac ſummam pietatem, illectus literis Theophili facilè in fraudem impulſus eſt. Quum antè Epiſcoporum illius inſulæ collegium conſediſſet, palàm interdicit lectione eiuſmodi librorum Origenis, ideoq; iubet conſcribi & tranſmitti literas ad Ioannẽ, ab Origenis lectione vt abſtineret ſuadens: indiceretque & ipſe Synodũ, ferretque Decretum in eam rem. Theophilus igitur quum ſibi conciliaſſet ceu prædam Epiphaniũ, pietate præſignem ac famigeratũ, ac proinde noſſet ſe nõ infeliciter ſcopum attigiſſe deſtinatæ voluntatis, & hac fretus confidentia numeroſam Epiſcoporũ multitudinem collegit etiamnum ex B vicinis ipſi Epiphanio, aduerſus libros Origenis, vt ei adornaret calumniam, qui ante annos propè ducentos ſuum diem obierat. Sed enim non hunc ſibi præſtituerat velut primarium ſcopum, quin potiùs hoc commento viam affectabat ad expetendam vltionem de Dioſcori diſcipulis.

...rtæ in ...r Ioan ...r Augu ...ã iraſũ ...tæ pro ...er vi ...eã Theo ...oſti.

Ioannes vero non magnopere ſolicitabatur pro his quæ ſibi nuntiarentur de Epiphanio, & ipſo Theophilo, vt qui mentem accommodaret docendis Eccleſijs. efflores̃cebant quidem Eccleſiæ per eius aſſiduam eruditionem; excitata autem aduerſus eum calumnioſa molitione, nihil alioqui conſulebat quod iniquum eſſet: quod à ratione eſſet alienum, ſecum nihil ſtatuebat.

Porrò in ciuitate vir quidam Senatoria dignitate præditus, Theognoſtus nomine. Hic, Christi C amantiſſimus præ oculis aſſiduæ Dei timorem cõſeruabat; quam ob cauſam ab Imperatore valde diligebatur. Erat autem & alius quiſpiam etiam ipſe Senatoriæ auctoritatis, nomine Caius, ſecta Arianus. Hic inuidia ſtimulatus, apud Imperatorẽ eſt calumniatus ac falſò detulit Theognoſtum, quaſi ipſum vnà cum Auguſta atroci contumelia aſperſiſſet, nimirum quòd eam appellaſſet *λύμην*, *perniciem* & inexplebilem pecunijs colligendis. Iubet ergo Imperator è veſtigio quidem Theognoſtum in exilium ablegari Theſſalonicam, facultates autem omnes proſcribi, præter ſuburbanum prædium extra vrbem ſitum, quod nutriẽdæ vxori & liberos à multa liberum fuit & immune. Cumque Theognoſtus in exilium abiret, vita defunctus eſt. Verum eius vxor cernens quanta afflictio & clades ex improuiſo virum adorta eſſet, ſimul & D ſe fraudari per vim ſua omni ſubſtantia, quæ admodum copioſa erat, inexplicabili animi ægritudine contracta eſt; ſuiſque ſecum aſſumptis liberis in aſylum Eccleſiæ confugit, nempe ad beatum Ioannem, & ei quæ ſibi contigiſſent, indicauit vniuerſa. His autem auditis Epiſcopus, qui erga omnes pio ſemper tangebatur affectu commiſerationis, alieniſque calamitatibus indoleſcebat, eius tæ lium & anxietatem animi demulcere cœpit ſermone conſolatorio, dicens: Mœrere noli ô mulier, neu contriſteris, quin potiùs quæ tibi tuoque coniugi contigerunt afflictiones, eas excipito cum ingenti gratiarum actione: arbitrum quidem & patronum ſimul & iudicem in hac tua viduitate habes Deum, patrem verò pupillorum tuorum. Quæ enim nobis conducunt, ipſe nouit omnia, & abunde nobis adminiſtrat tamquam domeſticis famulis. Theognoſtus quamquam in exilium iniuſtè diem ſuum oppetijt, ea mors nihilominus ceſſit illi in æternæ vitæ fruitionem; in perditionem & inexorabile ſupplicium ipſius de- A latoribus. Hiſce atque ſimilibus verbis eam quum fuiſſet conſolatus, à ſe emiſit domum, indulta ei facultate vt ex hoſpitali domo Eccleſiæ, matri, liberiſque eius abundè ſumptus ſuppeditaretur in alimoniam pro decenti ſtatu. Ioannes autem ſecum reputans quanam ratione, quóue pacto ab Imperatore poſtulare poſſet mulieri huic reſtitui in ſolidum & ſuas & viri facultates. Hæc dum mente agitat malignus ille hoſtis aliud quoddam malum euomuit aduerſus infelicem illam mulierem ac liberos ipſius; aduerſus inſuper beatum Ioannem. Cùm enim vindemiarum tempus appeuiſſet, quo quidem interueniente paſſim omnes egrediuntur ad vindemiam ſuæ vineæ, Ipſa Imperatrix Eudoxia ſe vt exerceret, egreſſa eſt ad imperialia ſuburbia. Dum viam præterit, ingreſſa eſt ſuburbanum prædium Theognoſti, ſuiſque manibus è vite racemum vuæ præſecuit, & inciſum comedit. Qui ei propiùs adſiſtebant, dixerunt: Regina, vinea hæc alieni iu- B ris eſt. Cauerat autem lex imperialis Edicto, vt ſi Imperator aut Imperatrix ſuburbium fuiſſent ingreſſi, idque perambulaſſent, & quidquis eius fructibus delibaſſent, cadere loci proprietate, neque in eam ditionem quicquam poteſtatis aut iuriſdictionis in poſterum obtinerent, ſed & hic quidem locus addicitur palatinis, & in aulicorum cedit vſum; Dominus autem ius prædij & loci ſibi vindicat, aut alterũ qui fuerit Imperatoris, quem nondum ipſe Imperator ſit introgreſſus; aut certè tantundem pretij & irrogatæ multæ accipit iuxta æſtimationem proprij loci & pretij ex Imperatoris ærario dependendi. Iuſſit tandem Auguſta ſuburbium, quod Theognoſti fuerat, iuxta vtriuſque loci ſortem titulotenus aſſeri iuri imperialium: hac quidem via C cupiens diuexare viduam illam vnà cum eius liberis, vt vel ſic conceptam iracundiam aduerſus mulierem ex atiaret, & adoriendi Ioannem commodior occaſio ſibi ſuppeteret. Prætextum enim occaſionis alicuius captabat, qua oblata incõmodare poſſet Ioanni, eiq; adferre noxã, vt ipſum tempeſtiuius ablegaret ab Eccleſia. Hic enim mos illi perpetuus miſereſcendi his qui eiuſmodi calamitatibus opprimebantur, ſiquando inaudijſſet tale aliquid contigiſſe. Vix dum limis oculis contuitus viduam cum puppillis liberis tam atroci iniuria affici, nec omnino permiſſurus quempiam incommodare illis: id quod contigit. Hæc autem cùm beatus Ioannes intellexiſſet per Eutychum Archidiaconum ſuum, virum vtique probitate vitæ, ac morum ornamentis perpolitum, hæc ei renuntiari iubet; Qua fide, qua charitate erga Christum flagrarint parentes no- D ſtri, quam item obſeruarint viuendi diſciplinam, nulli non perſpicuum eſſe puto. Ipſorum enim precibus perſuaſus & ſæpenumero in illorum probitate acquieſcens ſe ſiuit exorari & eſſe placabilem.

Tibi quidem ſceptra hæc imperij terreſtris quibus geſtandis ſucceſsiſti, attribuit, idque * meritis operum tuorum, vt te declaret hæredem fore regni cæleſtis. Diuitiæ enim, gloria, & quamlibet ſpectabilis ſplendor mundanæ ambitionis de illo tremendi ac formidabilis iudicij nihil nobis emolumenti adferent, ſed ſola rectè viuendi diſciplina, Horum igitur vide ne tibi obrepat obliuio, aut timoris Dei, perſpicuè ſciens quia omnium noſtrũm vel Spiratio in ipſius manibus conſiſtit. Et his quidem adiecit: Iam quoties vult, nos qui ſumus puluis ac cinis paulò pòſt terram redituri, tenebricoſiſque in locis ac lumine caſsis habitaturi, ſicuti Imperatores omnes qui noſtram præuerterunt ætatem, quid tunc quidem fuerint, quid

* [illegible]

item

item nunc facti ſint, intellige quomodo per vnã- quamque generationem illi quidem in bonis operibus verſati, ſui memoriam relinquunt poſteris: E diuerſo qui ad vitæ finem flagitioſi ſunt exe- cuti, talium memoria omnium maledictioni plurimùm expoſita eſt; nec qualicumque patet execrationi, adeò vt vel nominum eorum perquam pauci dignentur meminiſſe. Veſtra igitur dilectio erga CHRISTVM, & in Deum pietas eos imitetur qui fidem intemeratam conſeruarunt, nec vlla ſui parte deformem aut læſam, quique per opera laude digna curſum bonum velut ſortito in vinis promouerunt. Iubeto vt vinea humili & pauperculæ vxori quondam Theognoſti & eius liberis reſtituatur, quam habebant, in qualecumque ſolatium ac leuamen inopiæ ipſorum. Satis enim ſuperq; ſufficere debet quæ illos oppreſſit afflictio & calamitas. Illũ quidem apprehendit atrociſſima tribulatio, qui in exilio ſuum obijt diem: hos autem non mediocriter affligit totius ſubſtantiæ ademptio. Prorſus adhortor te & obſecro, vt miſſam facias quam aduerſus eam concepiſti animo iniuriarum memoriam. Fac memineris noſtri Saluatoris, qui in Enãgelijs nos adhortatur ac ſuadet, nẽ ſinamus

Eph. 4.26 *Solem occidere ſuper iracundiam noſtram.* Rurſus quid

Lu. 12.20 idem dixerit diuiti illi, fac ad mẽtem reuoces: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te.* Quæ autem paraſti, cuius erunt? Non enim ſuauitas, quem ex vineæ fructu decerpitur, nobiſcum in infernum deſcendet, non iucunda ficuum ſuauitas, non etiam læuor olei, ſiue pecuniarum & poſſeſſionum exuberans copia, non item ſplendor atque principatus. Nónne relictis quæ ſuppetunt omnibus migramus è vita præſenti, nudi vtique, ac tutore orbati.

His igitur ad memoriam reuocatis omnibus, permittito reſtitui vineam, vt die iudicij tibi bene ſit. Hæc hiſque ſimilia cùm apertè ipſi Auguſtę renuntiaſſet, Eutychum à ſe ad ipſam miſit. Ille autem ad Imperatricem profectus, annuntiauit ei vniuerſa hæc: quæ cùm ipſa audijſſet, ad Ioannem ſcribit ſub hac formula verborum: Exaſperaſti dum interrogas; condemnas me quaſi iniuſtum quid, ex lex, & illegitimum admiſerim: quippe qui leges imperiales, & earum definitiones neſcias, ſed neque mihi eum impendis honorem, qui multa cum veneratione exhiberi ſolet Imperatoribus, imò me pro deſpicabili habes, vt & cuiuſuis ludibrio facilè pateam. Atqui prorſus non feram eiuſmodi cõtumelijs à te aſpergi. De Theognoſti quidem vinea, non vſque adeò neſcius es quid de huiuſmodi rebus Romanæ leges iubeant. Quòd ſi es earum inſcius, diſce quid iam olim leges ſanxerint. Ex ambobus igitur ei placuit vt vidua alterutrum deligeret, aut locum vbi voluiſſet, nihilo diſſimilem vineæ ipſius, aut certè eius ſub æſtimatione pretium. Ego enim leges iam olim ab Imperatoribus latas ne aliqua quidem ex parte vulnerare velim: at neque vt quiuis id faciat, ſuſtineo. Beatus igitur Ioannes lectis continuò literis ad ipſam perrexit in palatium. Vtque conſedit, rurſus cœpit eam alloqui verbis admonitorijs, quàm prima fuerant, pluribus. Hiſce confectis, dicit ei: Redde iſti viduæ vineam, & ne audire velis quòd iniuſtè oppreſſeris eam. Illa autem reſpondit: Paulò antè ſcripſi tibi quid de hiſce locis præſcriptum ſit ac definitum ab Imperatoribus qui ætatem noſtram præuerterunt. Detuli ei optionem, vt pro loco illo vtram velit, deligat partem. Ioannes autem ad eam, Dixi tibi: idipſum repeto. Reddito viduæ quod ad illam pertinet. A te enim nihil quod iuris ſit alieni, depoſcit. Cui Imperatrix: Ne ad eum modum reſpondendo te opponas imperantibus. Non enim ex ea interceſſione vel tantillum emolumenti ad te reſiliet. Is item recuſans reſpondit: Reddito vineam, & ne excu-

A ſationem capies à priſcis illis legibus: idque eò maximè, quòd qui eas ſanxerunt, par ſit credere *non fuiſſe ablutos lauacro regenerationis. Imperatores ſiquidem omnes vigorem penes ſe obtinent legum; & nihil te prohibet euertere leges per iniuſtitiam ſtatutas, & earum iniquas præſcriptiones, quæ & Imperatrix es, & Imperatoris vxor. Ne quæſo deinceps appellari velis noua Iezabel, neu tibi ſubinde inducas * parem pondere maledictionem. His dictis, plena Imperatrix iracundiæ ac furore incandeſcens iubet vt illata Ioannem extrudi è palatio. Virus odij aduerſus iuſtum, quod catenus in illius corde delituerat, exerere ſe tum cœpit, & in apertum erumpere, dum propalam dixit: Ego memet vlciſcar, deque ipſo expetam vltionem, nec vineam viduæ illi reſtituam: imò ne locum quidem reddam illius vice, aut dignam vllam pretij æſtimationem. Tu interim me nequiueris vincere, aut adigere vt efficiam, niſi quod animo inſederit meo. Quin & docebo te, vt ne in

B poſterum deſpicatui me habeas. Ioannes autem egreſſus, accito ad ſe Eutycho ait: Dic his qui præſunt foribus Eccleſiæ, vt cùm venerit ad Eccleſiam, oſtium veſtibuli eidem occludant, nec ſinant eam, non eos item qui illam comitabuntur, ingredi, ſed dicant eis: Ioannes mandauit, id vt faceremus. Videte ne hoc negligenter agatis. Appetente autem feſto exaltationis precioſæ Crucis ac viuificæ, vniuerſus ciuitatis populus ad Eccleſiam conueniebat, ipſe Imperator comitante cum omni Senatu, ſed & finitimi vndequaque eò confluebant qui proximè accolebant ciuitatem, non modò ob reuerentiam diei feſti, ſed & propter doctrinam & Scripturarum interpretationem Ioannis. Ipſe ſiquidẽ Ioannes Spiritus ſanctiſſimi illuſtratus virtute, inter concionandũ apud populũ non paucas interſerebat hiſtorias. Demirabantur plerique omnes ſapientiam munifico ac liberali Dei dono

C illi infuſam, quodque tanta facilitate diſſolueret auditoribus quæ in diuinis Scripturis occurrebant per quàm difficilia interpretatu, & vix cuiquam perceptibilia: Quare ipſius conciones excipiebant plauſu, ipſum ferientes aërem: illi quidem iactando præmollia amicula, admirantium geſtus, alij autem * Cutzulorũ pennulas quatiendo, alij verò tangendo gladiolos, alij item ſudaria, inclamantes: Reuera dignus tu tanto hoc ſacerdotio, & qui in cenſu Apoſtolorum ſis decimus tertius. CHRISTVS te ad nos delegauit, vt ſaluas faceres animas noſtras, potumque nobis porrigeres de fontibus Saluatoris: quo quidem dono largiſſuè te exatiauit. Inter eius auditores aderat multitudo frequens ſcholaſticorum, & velocium ſcribarum, [*quos * Actuarios vocant, ſiue Exceptores:*] & qui labo-

D rioſe quæ ab ipſo dicebantur, exciperent. Hi attoniti demirabantur, quinam fieret vt nulla eius dictio barbariſmum reſiperet, ſemel pronuntiatam ſententiam non, vt cæteri, ſæpius putidè inculcabat, nec vſquam in concionando hærebat: ſed velut * ex pacto compoſitoque diſſerebat. Proinde hæc ab eo quum fierent, omneſque exhilararet ipſius doctrina, impleri tunc creditum eſt dictum illud Propheticum de ipſo, quod dicit: *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.* En foribus Eccleſiæ adſtitit Imperatrix * vnà cum vana & imaginaria mentis apprehenſione, cum cubicularijs & reliquo comitatu ſatellitum ingredi volens. Eccleſiæ autem ianitores qui iuſſi erant ab Ioanne per Eutychum Archidiaconum executi ſunt omnia, nimirum fores veſtibuli Eccleſiæ in faciem Imperatricis occluſerunt, nec ſiuerunt eam ingredi. Porrò illa oppleta perturbatione animi, ac pudore ſuffuſa vociferabatur dicens: Animaduertite omnes vos, quanta bili homo iſte aduerſum me exaſperatur. Cùm omnes nullo prohibente ſan-

ἀβάπτιστοι.

3 Reg. 21 [illegible]

De doctrina & eloquentia S. Ioan. Chryſoſt.

Κουκούλια vide Κουκουλ. & Κουκούλα in Gloſſario [illegible]

Nãc iidẽ Notarij dicuntur vulgò.

In συνθήματι.

Pſ. 86 v. 7

μετὰ τῆς φαντασίας

A ctam Dei ingrediantur Eccleſiam, vni mihi negatur introitus. Num ipſa non poſſum e ſua ſede vel momento depellere? Qui cum ea ſimul aderant, dixerunt ianitoribus qui præſidebant obſeruationi atriorum extrinſecus ſtantes: Reginæ adaperite fores; circumſpicite ne inſipienter agere velitis. Illi autem reſpondētes ſatellitibus dixerunt: Hoc nequaquam priua auctoritate fecimus, ſed vt iuſſi ſumus ab Epiſcopo, nec niſi ab eodem iuſſi audemus eam huc introducere. Tunc vnus adſtantium manu rhomphæam diſtringēs ſtatuerat ferire ianitorem Eccleſiæ. Equidem ea manus in momento exaruit, vtque exangue quiddam effecta eſt. Imperatrix hoc quum vidiſſet, ſimulq; qui cum ea erāt, omnes vehementi metu perculſi in palatium ſe receperunt. Is autem cui exaruerat manus, ingreſſus Eccleſiam in medio populi ſtetit, omnibus illum circumſpicientibus, & exerta voce dixit: Miſerere mei, Domine mi, ſancte Pater. Manui huic B meæ areſactæ medetor; aduerſus haſce ſacras ædes nimis imprudenter & inconſultò facinus aggreſſa eſt. Peccaui, mihi da veniam. Beatus autem Ioannes gratia Spiritus ſancti ſibi infuſa cauſam cùm cognouiſſet ob quam tale quid eſſet paſſus, dicit ei: Abis; manum tuam abluito in * labro eccleſiæ. In ſpem bonam in Chriſtum confidens adducor, quia fiet tibi ſecundùm fidem tuam. Abijt igitur homo, abluit ſe, & ſanus factus eſt, ſeque in mediū deiecit populi Deo gloriam reddens, ſimul & gratiarum actionem. Omnes inſuper contemplati eum repentina ſanitate reualuiſſe, laudem transferebant ad CHRISTI DEI gloriam, qui Ioanni ſuo munere gratuito contuliſſet dona curationum. Et quidem horum omnium nihil latuit Imperatorem: quare factum eſt vt deſtinato apud ſe propoſito, * limis oculis Imperatricem contueretur, C quòd eius conſuetudinem noſſet præfractam eſſe, nec vlla ratione perſuaſibilem aut mutabilem. Simul autem & Ioannem adamabat, eumq́ue libenter audiebat. Imperatrix contrà enixe ſatagebat, eum vt e ſede Epiſcopali deijceret; id quod paulò pòſt effecit tandem. Atqui tunc minimè potuit ad deſtinatum finem perducere, quòd ad manum non haberet qui ad id cum ea conſpirarant, concordes inter ſe non eſſent, nec cum ea communicarent quæ nefaria exiſtimarent eſſe. Proinde illi erat timori ipſa ciuitas, quòd pluribus noſſet eſſe gratum, & maxime populari multitudini ob publicas ipſius Enarrationes & Homilias in Eccleſijs habitas; tametſi monaſteria eſſent in ea ciuitate & ædes martyribus conſecratæ per Imperatricem ſolicitatæ, quæ quidem huius timore vel fauore nō adhærebant Ioanni. E Cypro Epiphanius Epiſcopus poſt non diu aduenit Conſtantinopolin, perſuaſus documentis Theophili, vnà ſecum adfe- D rens deletorias tabellas pro condemnatione librorum Origenis, quibus expreſsè definiebat non ipſum Originem eſſe excommunicatum, ſed ſolos ipſius libros criminabatur, ac nota aſpergebat infamiæ. Is igitur quum appuliſſet primùm ad ædem Ioanni martyri ſacram, (diſſita autem eſt ea ædes à ciuitate ſeptem milliarijs) & egreſſus nauim, celebrata inſuper ſynaxi atque ordinato diacono, dein ingreditur ciuitatem. Et quidem Ioannis familiarem adhortandi congreſſum vitabundus defugiebat, vna hac re cupiens gratificari Theophilo: quare in peculiari & ſeorſim diſparato domicilio hoſpitabatur, & illò ad ſe accerſitis aduenis, & vndecunque aduentantibus Epiſcopis, clancularia lectione eis recitauit interdictorias tabellas de abrogandis prorſus & è medio tollendis libris Origenis, nihil quidem contra eas habens: illud tantum, ſibi & Theophilo videri reijciendos. Nonnulli quidem Epiphanium reueriti ſubſcripſere, alij e diuerſo nec pauci ab iſtiuſmodi ſubſcriptione quàm longiſſimè deflectebant, ſeque amolieban-

λουτῆρι.

στραβοῖς ὀφθαλμοῖς.

Epiphan. Cy. Concilio habito dānat Orig. libros non cōſentiēte. Socrates Eccl. hiſt. li. 6. c. 12. Sozom. 8. c. 14. Niceph. li. 13. cap. 11.

A tur; in quibus erat Scythiæ Epiſcopus Theotimus nomine, qui Epiphanio tale reddidit reſponſum: Ego (ait) ô Epiphani, neque eum qui iam olim bene obdormiuit, cenſeo tam atroci contumelia aſpergi debere, neque auſim aggredi rem adeò blaſphemam, vt ducam repudianda, & pro irritis habenda quæ maiores noſtri minimè abrogarunt neque improbarunt; præſertim quòd dixiſſet in illius libris improbatam doctrinam contineri. His dictis, librum Origenis cum protuliſſet, tacitus legebat, vel tum maximè dicebat: Qui hæc contumelijs aſperſerunt, ad quid & quibus de cauſis ſcripta ſint, prorſus ignorant. Et hæc quidem Epiphanio reſpondit Theotimus, vir vtique vt religione, ita & vitæ ornamentis celeberrimus. Athanaſius inuictus ille * conſubſtantialis fidei propugnator in illis orationibus quas aduerſum Arianos ſcripſit, virum hunc ad teſtimonium ſanciendæ ſuæ fidei B aduocat aperta voce, illius ſententias ſuis attexens ſermonibus, ac dicens: *Admirabilis (ait) vir ille, ac laborum tolerantiſſimus Origenes hæc de Dei filio diſſerens, ac noſtra adſtipulans ſententiæ conteſtatur ipſum eſſe coæternum patri.* Igitur qui Originem proſcindunt maledictis, ſeipſos neſciunt. Eadem enim opera ipſius approbatorem Athanaſium blaſphemijs onerant & inſectantur. Sanè quidem Ioannes non admodū ſuccenſuit ob ea quæ præter Canones in Eccleſia ſuæ ditionis moliri temere ſit auſus Epiphanius, aut propter * ordinationem, quin potius hortatur & inuitat, vt vnà cum Epiſcopis ſecum velit manere. Sed ne ſimul ſecum orationes funderet aſſenſus eſt, niſi diſcipulos Dioſcori è ciuitate exegiſſet, ac proinde ſubſcriberet aduerſum hæreticos qui legerent opera Origenis. Quumq́ue Ioannes ad aſſenſum vtriuſque propoſitæ conditionis C eſſet cunctatior, tempuſq́ue extraheret, aſſerens ante catholicam dignotionem ac iudicium nihil temere & quod præproperum ſit, oportere eos aggredi; qui infenſe oderant Ioannem, magnum illum Epiphanium perpellunt, vt alterum celebraret concilium. Eum ſiquidem ſubornant & inſtruunt, debere ad id accedere, ac præſente omni populo celebrata ſynaxi in Eccleſia, quæ cognominaretur Apoſtolorum, libros Origenis palàm traduceret & abrogaret, ſectatoribus quoque Dioſcori notam inureret infamiæ: Ioānem inſuper calumnijs opprimeret, quaſi qui illorum erroribus adſtipularetur, & conſilium daret. Renuntiata ſunt hæc Ioanni, & eadem ratione denique ipſi innotuerunt Epiphanio, cùm paulò antè ad Eccleſiam perueniſſet: idq́ue per Sarapionem ſignificauit Ioannes ſub hoc tenore verborum: Permulta præter Canones ac priua authoritate aggrederis, ô Epiphani. Primùm quidem in eccleſijs meæ ditio- D nis præter ius & æquum vſus es poteſtate ordinandi. Ad hæc quia ordinatus abs te præter meum aſſenſum in ipſis miniſtrauit tua poteſtate fretus. Rurſus vt hìc hoſpitareris admonitus, auerſatus es, & recuſaſti. Adde quia etiamnum rurſus tibijpſi eandem vindicas functionem. Quamobrem obſerua ne quid turbæ in populo concitetur, ac proinde per eam cogaris in te recipere periculum. Sanè his auditis, Epiphanius metu ac pudore ſe ab Eccleſia ſubduxit.

Imperatrix autem vt intellexit primùm mutuā indignationem eſſe obortam inter Epiphanium & Ioannem, ad ſe accerſiuit Epiphanium, eiq́ue dixit: Pater Epiphani, vti non ignoras, Romanorum omne imperium meæ ſubeſt auctoritati, quamobrem tibi omnem Eccleſiarum quæ huic parent, * ſacerdotalem dignitatem impertior hodie, ſi modò quod tibi dicam audieris, ac meæ vnius animæ depellendo dolori adhibueris medelam. Ad hoc eximius ille Epiphanius ait: Dic, ô filia, & pro virili portione id efficere adnitemur ad ædificationem ac ſalutem animæ tuæ. Illa tunc arbitrata virum

τῷ ὁμοουσίῳ

* Diaconi

Eudoxia Auguſta Epiphan. inſtigat ad depoſitionem Ioānis ſed fruſtra.

* iocari

παίζειν. *iocari, & ad ſuam voluntatem velut ſagena tracturam, adiecit: Quandoquidem Ioannes hic ſe alienum reddidit à dignitate ſacerdotali, quòd indecorè ſe gerit erga Imperatores: Non enim nobis tribuit eum qui nos addecet honorem. Aiunt inſuper neſcio quam hæreſin obſeruare à noſtra fide alienam. Ante permultum temporis tacita mentis conceptione diſcrucior, cupiens vt celebraretur ſynodus quæ eum ipſum definiat ac pronunciet dignitate ſacerdotali deiectum, alterum autem eius vice ſubrogatum conſtituat in eius throno, qui officij amplitudinem poſſit ſuſtinere, vt imperium meum ex nunc in omni concordia & pace conquieſcat. Hæc quum Epiphanio diceret Imperatrix, multa cum indignatione & indecorè ſe permouebat. Eidem rurſum dixit: Tua adſiſtente ſanctitate paterna cum Dei auxilio hic non iam opus fuerit alios ſubſtituere aut prouehere patres qui laborem hunc ſuſtineat In poſterum enim vnum aliquem reuelabit tibi Deus quem conſtituas Epiſcopum. Tantùm hunc deturba gradu, & ingreſſu Eccleſiæ elimina. Ipſa enim facilè efficiam, vt vni tibi obſecundent omnes. Reſpondit ei Epiphanius: Æquanimiter tuum patrem audito, filia. Dixit autem illa: Dic tu, pater; ſi quid iuſſeris, ipſa tibi patri meo in omnibus obſequar. Dixit illi ſanctitate inſignis Epiphanius: Si Ioannes quidem compertus fuerit hæreſeos de qua dicis & conuictus, nec velit accedere ad ſe purgandum de quo inſimulatur peccato, per pœnitentiam, indignus profectò eſt ſacerdotali hac qua fungitur authoritate. Quòd ſi ob iniuriam in vos detortam quæris beatum Ioannem aditu Eccleſiæ arceri, huic poſtulationi tuæ nequaquam annuit Epiphanius. Siquidem, filia Imperatorum intereſt vel maximè, vt iniuria quapiam affecti, veniam facilè indulgeant & condonent. Quandoquidem etiam vobis regnum cæleſte poſtulatis, qui pro conſuetudine peccatis, & tamen malè commiſſorum veniam vobis efflagitatis indulgeri, quemadmodum ait ipſe in ſanctis

Luc. 6. 36. Euangelijs: *Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cæleſtis miſericors eſt.* Iterum imperatrix; Si id quidem tibi impedimento eſt, pater, quo minus extorris fiat Ioannes, & in exilium ablegetur, en ipſa iterum aperiam templa idolorum, & efficiam vt ea ſint venerationi hominibus, & idolis procidant. & ad eum modum erunt nouiſsima peiora prioribus. Quumque hæc effutiret, præ animi amarulentia ab eius oculis deſcendebant lachrymæ. Dixit autem Epiphanius, Ego, filia, innocens ſum ab eiuſmodi iudicio: Quibus dictis, egreſſus eſt palatium. Ciuitatem totam percucurrit fama dicentium: Magnus ille Epiphanius, ſacerdos & Epiſcopus Cypri inſulæ, ad imperatricem ingreſſus eſt, qua cum molitur depoſitionem beati Ioannis. Porrò beatus Ioannes accepto* tabella ſcripſit ad Epiphanium: Epiphani ſapiens, vt in exilium releger, audio te annuiſſe. Nequaquam poſthac ſeſſurus es in throno tuo. Ad conſimilem ſcripturæ formulam reſcripſit Epiphanius Ioannes athleta, *cæditor, & vince.* Ad locum ad quem relegatus es in exilium, nequaquam pertinges. Nemo igitur infame hoc vituperium inurat Epiphanio. Non enim tot tantaque bona præclarè & cũ laude geſſiſſet, ſi quidẽ in tantum prolapſus fuiſſet malorum barathrum, ac ingens illud *orbis totius luminare, nec vlli obnoxium reprehenſioni diris aut vlla execratione deuouiſſet. Vtrique certe hoc obuenit. Neque enim Epiphanius poſtea ſuperſtes ingreſſus eſt Cyprum, in præſenti ſcilicet vita. Quum enim eò contenderet, in nauigio ſuum obijt diem. Beatus Ioannes paulò pòſt ſede excidens non etiam ad ſecundi exilij locum vſque prouectus eſt, vti progreſſus libri indicabit.

[illegible] (marginal note beside "accepto tabella")

ἄθλει καὶ νίκα. (marginal note beside "cæditor, & vince")

Sozom. li. 8. c. 15.

Φωςὴρ τῆς οἰκουμένης. (marginal note beside "orbis totius luminare")

Beato Epiphanio mox nauigio Conſtantinopoli domum renauigante beatus Ioannes reſciui[t] Imperatricem aduerſum ſe armis nequitiæ pra[...] munijſſe Epiphanium, neque tamen aſſentum præbuiſſe vt id efficeret. Cumque naturâ ſua inardeſceret, & ad conciones eſſet expromptu[s] Ioannes, nihil cunctatus publice in omnes mulieres, earum vitia enarrans concionatur. Sermonem è multitudine quiſque rapit, quaſi per enigma detortus eſſet in Imperatricem. Ea concio a perditis quibuſdam excepta, ad eorum peruenit notitiam qui tum ditione præpollebant. Auguſta re comperta, ad Imperatorem tendens ſuam ipſius contumeliam aſſerens in ipſius iniuriam reſilire, ipſum eò adigit vt iubeat cogi ſynodum aduerſus beatum Ioannem, vt & arceretur ab ipſo Eccleſiæ ingreſſu. Et hac de re ſcribit Theophilo Alexandriæ Epiſcopo, vt depulſo à ſe timore omn[i] quàm ocyſſimè adueniret Conſtantinopolin, & quàm plurimos cogeret Epiſcopos, vt aduerſus beatum Ioannem celebraretur ſynodus. Huiuſmodi

B molitiones inſtruebat & comprobabat Seuerianus. Ægritudinem enim animi iniqui aduerſus ipſum mordicus retinebat. Non multum interceſſi[t] temporis, & ecce aderat Theophilus vnà cum præſtantiſſimis quibuſque & optimatibus Ægypti atque Indiæ, ſecum adducens naues onerarias Multos item diuerſarum ciuitatum Epiſcopos permouit præſcriptum ab Imperatore edictum, quo ita fieri iubebatur. Maximè autem abrogationi Ioannis patrocinium ferebant, quicumque alia ob cauſam fortè illi erant infenſi, aut quos mœrore affeciſſet. Porrò aderant & illi quibuſcumque ademerat Epiſcopatũ. Ob varias enim cauſas beatus Ioannes non paucos deturbarat gradu Epiſcopali in Aſia, quando ob Heraclidæ conſecrationem perrexit Epheſum. Hi igitur omnes quum in idipſum conſpiraſſent, & idem ſenſiſſent, conuenerunt Chalcedone, quæ vrbs eſt Bithyniæ. Illo

C tum tempore Cyrinus quidam Chalcedonis erat Epiſcopus, genere Ægyptius; qui & permulta aduerſus beatum Ioannem dicebat præſentibus Epiſcopis, cuiuſmodi ſunt. Impius eſt, arrogans eſt, *inflexibilis eſt. Et hæc quidem dicta incredibili cum voluptate excipiebant Epiſcopi illi. Marutha autem Meſopotamiæ Epiſcopus inſciens calce illiſit pedem Cyrini. Atqui Cyrinus eo ictu, peracri dolore affectus eſt, ita vt non potuerit cum alijs Epiſcopis tranſmittere vſque Conſtantinopolin, ſed Chalcedone quidem reſtiterit; alij autem mari cum Theophilo Conſtantinopolin ingreſſi ſunt hora ſexta in quinta Sabbati. Theophilo autem nemo fuit qui illi ab Eccleſia prodiret obuiam, neque honorem pro conſuetudine obſeruari ſolitum vllus exhibuit. Siquidem perſpicuè deinceps eum norant omnes hoſtili odio per-

D ſequi beatum Ioannem. Ex Alexandrinis tantum is qui claſſi frumentariæ præerat. Fortè enim tum incidit, vt qui præſidebant frumentis ex Ægypto conuehendis & adeſſent, & illi pergerent obuiam. Et hi cum fauſtis acclamationibus eum exceperunt, applaudentibus vndiq; nautis eum laudum coronis, Sed enim ipſe vitabundus detrectat ingredi domum oratoriam, in vna autem regiarum ædium cognomine Placidiana demoratus eſt. Conſtantinopoli igitur congregatis omnibus in nullo Eccleſiæ loco comparuerunt vicarij Romanæ Eccleſiæ, ſed nec ipſius Epiſcopi. Itaque Arcadius Imperator prorſus vitauit familiarem congreſſum Theophili. Siquidem addubitabat de Romanis, neſcius an poſteriores excepiſſent literas, quibus liquidò ſignificabat eis Epiſcoporum oriẽtis aduentum. Eudoxia verò imperatrix accito ad ſe Theophilo vnà cum eis qui ſecum aduenerant Epiſcopis, arcanum pectoris ſui expromit familiari colloquio, mentiſque ſuæ deſtinationem & conſilium illis velut in ſinum deponit; nimirum ob

cauſam beati Ioannis, vt huic quoquo modo velint abrogare thronum Eccleſiæ, ex compacto pollicita eis ſe Imperatori perſuaſuram, vt tranſmittat ſinatve expleri aduerſus eum ſententiam. Eadem quum deprehendiſſet eos ipſius deiectioni ſitienter inhiare, & ab iſtis in id inſtructas inſidias, tantò ardentiore ſtudio enixa eſt donis ſibi eos demereri, quaſi ſponſores ſuæ explendæ voluntati ſtipulata idoneos. Quumque tuto ſibi ab eis præcauiſſet, è palatio emiſit, Quum alioqui totum id molimen lateret Arcadium. Beatus autem Ioannes cognitis aduerſum ſe Epiſcoporum inſidijs, vt certò comperit quæ Imperatrici ex compoſito polliciti eſſent ſe facturos, in Eccleſia quadam publica enarratione ediſſeruit aduerſus eos, quæ

3. Reg. 18

hanc continebant ſententiæ formulam: *Congregate ad me ſacerdotes ignominiæ, qui comedunt menſam Iezabel, vt loquar eis: Vſquequo claudicatis in ambabus poplitibus veſtris? Si Dominus eſt Deus, pergite poſt eum: ſin menſa Iezabelis ipſa Deus, de ea comedentes [illegible].* Verumtamen aduerſus Theophilum dixit quoque hæc: Quis vnquam Ægyptiorum vti Theophilus affectatus eſt poculum muliebris incontinentiæ? Quis verò eorum qui reipſa ac vere reſpondent interpretationi Theophilorum, hoc eſt, * Dei amantium, execrabilem illam Eudoxiam non execretur? non faſtidiat aut auerſetur? Idque exemplo perſuaſus pudici Ioſeph ergà * Petephræ honorem.

τῶν θεοφίλων, alluſio ad nomen.
* pro Phutifar. Geneſ. 39

Hæc vbi reſciuit Theophilus, vnà cum Epiſcopis perrexit ad Arcadium Imperatorem, cui & retulerunt quæ ex æquo reſponderent enarrationi Ioannis. Imperator ea tulit ægerrimè, potiſſimum ob Imperatricem Eudoxiam: & eam qua prius vrgebatur aduerſus Theophilum indignationem, detorquet nunc in Ioannem, iubetque Theophilo, aſſumptis quos ſecum habebat Epiſcopis, vt celebraret ſynodum aduerſus Ioannem: quod eò fecit libentius tanto acriore ſtimulo percitus ab ipſa imperatrice. Ipſa inſuper imperatrix Theodoten, quæ numiſmata aurea mille dederat Iſidoro peregrinorum & hoſpitum exceptori diſpertienda in pauperum & egenorum neceſſarios vſus, tradidit nuptui Clementino ciuitatis prætori. Epiſcopos præterea & clericos qui ab Ægypto aduenerant aduerſus Theophilum, quum eos in cætum aggregaſſet, adhortatur & obſecrat vt deſciſcerent ab intentata in eum actione. Quamobrem hos quidem perſuaſos, ac pedem referentes donis tantò cumulatioribus locupletauit: eos contra qui ſe non ſiuerunt perſuaderi, in exilium relegauit habitaturos Theſſalonicæ. Hunc igitur in modum è manibus accuſatorum Theophilum eripuit, & ab omni externa intemperie immunem, omni armorum genere inſtruxit aduerſus beatum Ioannem, Qui quidem in ciuitate contriuit tres hebdomadas dierum, neque cum Epiſcopo Ioanne aliorum more Epiſcoporum colloquium vllum texuit: at ne propius quidem ſe illi admouit omnino, non etiam in Eccleſia aſſedit, ſed pertinaciter hærebat interdiu noctuque contendens, & odium recens conceptum tantò atrocius accumulans veteri, vt Epiſcopum Ioannem non modò extruderet aditu Eccleſiæ, ſed & illum etiam eximeret vitæ præſenti. Hoc quidem confecit redimens illos contrectatione auri: illos, inquam, tantò miſerabiliores his exulibus qui præualere potuiſſent aduerſus veritatem. Iſtud autem pro animi voto abſoluit, opipara & cupedijs inſtructa menſa, helluones ac ventri deditos miſerande captans ſeruituti Poſtremo ineſcans illos blandiloquis aſſentationibus, ac pollicitatione amplioris dignitatis: Impoſtores proinde permouit, qui clericos in fraudem perpellerent. Et hæc fecit nullum non aſtringens ſibi illice funiculo voluptatum. Is Theophilus ſimul atque tam multis viſus eſt & certò compertus ſeriam operam dare, vt Ioanni abrogaret Epiſcopatum, Qui enim Ioannem infenſe oderant, præfidenter, nec iam ſuſpectè aduerſus ipſum calumnioſam moliebantur accuſationem, è clero quidem non pauci, ſed neque pauciores ex principibus, & ij maximè qui in adminiſtrandis rebus imperialis palatij præpollebant exiſtimantes ſe deprehendiſſe tempeſtiuam occaſionem expetendæ de eo vltionis. Subornati autem ac recens præmoniti ab imperatrice, cui quòd magnopere gratificari cuperent, ad id conficiundum tantò propenſius perurgebantur, idque vt fieret, maximam adornabant Conſtantipoli ſynodum, tum epiſtolis, tum viua voce, citràue ſcripturam per internuntios. Ad hæc Theophilus affectabat, vt alicunde nanciſceretur perſonam fanaticam, læuoque afflatam dæmone. Denique aſſecutus eſt quod tantopere affectabat. Duorum enim diaconorũ, quos Ioannes Epiſcopus ob piacula enormia, & contra leges admiſſa eliminarat ingreſſu Eccleſiæ, talium * improbitate abuſus eſt. Perſuadet vt libellos aduerſus Ioannem publicitus exhibeant, idque pollicitus vt eos de integro reſtitueret in priſtinum * celebrandæ Miſſæ locum. Erant autem iſtorum crimina illius quidem homicidium, huius autem adulterium, quod vtique effectum dedit. Mox à ſecundo Ioannis exilio vtrumque reſtituit in ſuum quemque locum, haud dubiè quòd libellos ſynodo tradidiſſent quos ille ipſe dictaſſet; qui quidem nihil veritati affine continebant, ſolo hoc excepto quòd ſingulis quibuſque dediſſet conſilium, vt à communione mox nonnihil aquæ aut * paſtilli delibarent, ne vnà cum ſaliua aut pituita vel tantillum expuerent ex præſumpta communione. Ipſe primus conſilium quod Seruabat dedit, reuerentiam vtique docens ac pium timorem non inuitos. Suſceptis libellis ſe contrahit pro * huiuſmodi literis, pulchrè deſcriptis, & vnà cum Seueriano, Acacio, Antiocho, & reliquis, penes quos eatenus reſediſſet memoria acceptæ iniuriæ aduerſus Ioannẽ, quaſi eiuſmodi monitiones iſtis viſę eſſent reſipere nõnihil è mundo. Iuxta enim * Pauli ſententiam conſueuerat B. Ioannes, tum publicè, tum ſeorſim ac per domos docere quidquid ad conſeruandum honeſtatis decorem pertineret, vt illi eſſet continenter diſſerendum de obſeruanda religione in talibus moribus qui longinquitate temporis pleroſque, imo propemodum omnes latebant. Quod enim corpus iam diuturnitate exoletum vlla vi ad priora reuocare poſſis? Viduæ cirros ſuos ac cincinnos ad frontem reflectentes exẽplo meretricularum. Iniuria reliquas afficiunt liberas, ad obuios quoſque alliciendum: & hæ quidem viduæ ſunt? Tunc plures in Ioannem excitatæ calumniæ.

* παστίλλου
* παρὰ τῇ Εὐγενείᾳ
* Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant 1. Cor. 14. 40.

At de Origenis libris nulla iam mentio erat, Ad alias enim & eas inſolentes & abſurdas deflexerant accuſationes. Vnus enim aliquis adſiſtentium dato conſilio obtulit Imperatori ſupplicem libellum, quo vel nolentem pertraxit in Concilium. Itaque ſynodus nihilo diſpar fuit Iudæorum conciliabulo, auro nimirum velut manu demulcente & adæquante omnia. Erat autem Ioannes cũ alijs quadraginta Epiſcopis in triclinio Epiſcopalis domus ſeſſitans. Et hi ſtupore conſternati colloquebantur, quanam ratione quibuſue de cauſis velut iã peractus reus ac præiudicio damnatus iuberetur in aula principis ſe ſiſtere ad obiecta crimina reſpõſurus. Imp. tandẽ cum tam multis Epiſcopis ſe ſiſtit. Quo autẽ pacto optimatũ ſentẽtias penè momento cõfuderit, vt & maiorẽ cleri partem detorqueret in peius. Porrò illi quum quæſtione iam promota addubitarent, Ioannes Spiritu ſancto repletus, hi qui aderãt dixit: Oremus fratres. Quòd ſi CHRISTVM deamatis, ne quis veſtrũ meæ huius afflictionis cauſa ab Eccleſia ſua deſciſcat. *Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat*, iuxta beatum Paulum, vti video, tot iam exan-

2. Ti. 4. 6.

tlatis

ſtatis afflictionibus hæc mihi relinquenda eſt vita. Noui planè quam adornarit Satanas aduerſum me calumnioſam actionem, quòd is infenſiſſimè oderit meos ſermones, quos aduerſus ipſum hactenus detorſi.

Itaque vos mei miſereat: Et mei eſtote memores in orationibus veſtris. Inenarrabili porrò languore cordis correpti, alij quidem Epiſcopi toti diffluebant & reſoluebantur in lachrymas, alij verò è conſiſtorio egrediebantur, oculos ac caput conſecratum ſimul & os illud eatenus dextimè ſolerterque loquutum oſculo atque amplexu ſalutantes, neque non ſpiritu ingemiſcentes. Adhortatus autem vniuerſos ſe vt reciperent in concilium, illic ita circumuolitantes, ceu aſſolent apiculæ quando circum aluearia ſua obſtreperum bombum edunt, & dicit: Sedete fratres mei, vobiſque à fletu temperate. me etenim tantò ſolutiùs diſtringitis, & præmollitis animum. *Mihi etenim viuere* CHRISTVS *eſt, & mori lucrum.* Siquidem increbuerat paſſim fama fore, vt ob immoderatam libertatem oris illi * præcideretur caput. Rurſum iiſdem dicebat: Si vos noſtri memineritis, in ſinus veſtros veſtri quoque memoriam contraxeritis: id quod nullo non tempore dicebam vobis, *Vita præſens via eſt.* Iucunda peræque ac triſtia omnia prætereunt, ſuamque obambulant viam.* Præſentia omnia nundinæ ſunt, & mercatus quidam. Quiddam emimus, venale propoſuimus, & ſoluimus. Neque meliores ſumus, quàm Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, vt hic ipſi immortalem agamus vitam. Præter modum quum eiulaſſet aliquis præſentium, dixit: Lugeamus pupillarem Eccleſiæ viduitatem, permiſtam ſanctionum ac ſacrorum rituum confuſionem, auidam dominandi ambitionem eorum qui præ oculis timorem Dei non habent, & qui huc toti incumbunt, vt præſideant: pauperibus interim neminem habentibus cuius patrocinio propugnentur, qui deplorant ſe doctrina deſtitui. Quum indice digito pulſaſſet volam ſiniſtræ manus (qui mos apud hunc CHRISTI amantiſſimum inoleuerat, quoties eius mentem diuexaret acrior quædam ſolicitudo) ei qui ſecum familiariter loquebatur, dixit: Sufficit frater; ne pluribus. Sed quod iam dixi, Eccleſias veſtras ne deſeratis. Neque enim à me exordium cepit doctrina, neque mihi morienti commorietur. Nónne defunctus vita Moyſes eſt? An nō illum veluti excepit Ieſus Naue filius? Num, quæſo, Samuel ſuum obijt diem? Dauid nunquid poſt eum oleo inunctus eſt? Et Hieremias vita abijt? Numnam & ſecutus Baruch? Aſſumptus & Elias? Nónne præſentia futuraque prædixit Eliſæus? Paulo amputatum eſt & caput: An non poſt ſe reliquit Timotheum, Titum, Apollo, alios inſuper innumeros? Fine his ſermonibus impoſito, dicit Eulyſius Apamiæ, quæ eſt in Bithynia, Neceſſe eſt nos (quos penes eſt tutelaris conſeruatio Eccleſiarum) vel inuitos cogi ad mutuam communionem ſimul & ſubſcriptionem. Reſpondit B. Ioannes: Communicate quidem, vt ne veſtris ſchiſmatibus in partes diſtrahatis Eccleſiam. Non item ſubſcribatis. Nullius enim mali mihi conſcius ſum, quo me intelligam emeruiſſe abrogationem huiusce functionis.

Phil. 1. 21

[Greek marginal note]

* Cic. Tuſ. 5. aſſimilis Pythagoræ ſententiam Sanc.

Geſtus Chryſoſ. in perſuadendo.

Sed Epiſcopi totam hanc adornatam calumniam perſpicuè intelligentes ab vrbe ſemotiùs ſuum conſtituère concilium, in ſuburbio quodam Chalcedonis, cui cognomen Quercus, ad mare Rufini eſt. Eiuſmodi conciliabulum confeſtim mittit accitum Ioannem, vt de quibus inſimulabatur, reſponderet. Iuſſit autem & adeſſe Sarapionem, & Tigrion eunuchum presbyterum, & Paulum anagnoſten, [*hoc eſt, lectorem.*] Illis igitur qui miſſi à Theophilo erant, nuntiatum eſt aduenìſſe.

Conc. ad Quercũ Chalcedonis ſub urbanum cuius decreto primum in exilium pulſus Ioannes in Hiero. in ore Pont.

Hos ad ſe ingreſſos rogauit, quonam in gradu dignitatis eſſent conſtituti. Dicunt ei, Epiſcopi ſumus. Cumque conſediſſent, qua ex cauſa aduenìſſent ſignificant. Haſce tabellas habemus: ipſi quidem legamus ac viciſſim. Et quidem iubet eas legi Ioannes. Tum illi imperant Theophili ſeruo, vt præceptoriam conſultationem legeret, qui & eam legit. Porrò contextus ipſe hunc in modum continebat; Synodus ſancta ad Quercum congregata Ioanni (ſuppreſſo Epiſcopi nomine. Induſtria ac ſtudio id ita ſcripſiſſe eos putem, quod ſe facturos meditabantur. Conſueuit enim anima tenebris operta non rectè videre, ſed quæ perturbatio ſuggerit imaginari) hoſce libellos accepit, aduerſum te innumera mala continentes. Itaque illis occurras ad obiecta reſponſurus, adductio Sarapione & Tigrione presbyteris, & Paulo lectore. Eorum enim opus præſentia. Hi enim inſimularunt Ioannem. Ad ipſum enim venerant Dioſcorus & Paulus in ætatis flore adhuc conſtituti.

Lectis autem tabellis, qui cum beato Ioanne erant Epiſcopi, ſe ei conciliabulo opponunt denuntiantes Theophilo per Lupicinum, Demetrium, & Eulyſium. Epiſcopos, per Germanum & Seuerum presbyteros, viros vtique ſanctos ac pios, fideque dignos Eccleſiæ ſtatum caue diſcindas, aut euertas Eccleſiam, pro qua carne indui voluit Deus. Siquidem ad nihilum deducis Nicænæ Synodi Canones à trecentis & octo ſupra decem ſanctis Patribus iiſdemque Epiſcopis ſancitos, limites tuæ diœceſeos prætergreſſus, ſententiam pronuntias aduerſum nos: Tu tranſito ad nos, in * ciuitatem bonis legibus inſtitutam, non inuitans nos vt Abelem in campum exemplo Cain, vt & nos primi te audiamus. Habemus enim aduerſum te libellos capitum ſeptuaginta, in ſe complectentes nefarias actiones. Proinde Dei gratia in vnum collecti ſumus tua illa ſynodo plures, non quidem ad diſſoluendum Eccleſiæ ſtatum, ſed in tranquilla pace. Etenim tu ex vna tantum prouincia * trigeſimus ſextus es, nos autem è diuerſis Præfecturis * quadraginta ſumus, inter quos ſunt metropolitæ ſeptem. Inſuper rationi eſt conſentaneum, iuxta Canones, minorum numerum à pluribus & his diuerſarum regionum iudicari debere.

[Greek marginal note]

Supra tamen paulo Ioannes cum alijs quadraginta fuiſſe Epiſcopis dicitur

Prætereà tuam vnius epiſtolam penes nos aſſeruamus in qua comminiſtro noſtro Ioanni allegas, non oportere Epiſcopos admittere cauſas eorum qui externi ſunt à ſua cuiuſque diœceſi. Quocirca perſuaſus deciſionum legumque Eccleſiaſticarum decretis obteſtatus eſt & commonefecit tuos accuſatores, vt vel deſinerent accuſari, vel contra eum agere noli. Hiſce verbis motus Ioannes, Epiſcopis quidem ſuis dicebat: Quod vobis viſum fuerit & gratum, ipſi ſignificate; me autem æquum eſt & rationi conſonum opponere ijs quæ palàm obiecta ſunt. Ad eos autem qui Theophilo adhærebant, * ex oppoſito miſit ſub hoc verborum tenore: Siquidem vnus quid potuit in hunc vſque diem aduerſum me obtendere, ne ipſe quidem aliquando percepi. Quòd ſi quis mihi quidpiam obijciat, iſque velit vt ad eos proficiſcar qui non obſcurè hoſtili me odio perſequuntur, qui ſuomet inerti otio exaſperati ſunt aduerſum me, è congregatione veſtra extrudite. Neque enim addubitabo, quo minus ipſe me ſiſtam vbicunque locorum me conueniet ſubire ſententiam, idque potiſſimum in hac ipſa ciuitate. Sunt quorum iudicium defugio. In his eſt Theophilus, quem multis iuſtiſque reprehendo argumentis. Alexandriæ enim & in Lycia dixit: En in comitatum ſiue aulam Imperatoris pergo de gradu deiecturus Ioannem.

[Greek marginal note]

Id autem

A Id autem verum eſſe declarauit eius ad vrbem aduentus. Neque enim ex eo tum tempore me vllo dignatus eſt alloquio, nec vlla in re communione noſtra vti voluit. Quum igitur * antequam nos audiſſet ea geſſerit quæ inimicorum ſunt; quid eum facturum ſperem lata ſemel ſententia? Nec ſecus coarguo Acacium, & eadem in cauſa perago reum per ea quæ dixit: Ego ei * inſtruo & condio figuralem figularem. De Seueriano autem & Antiocho, in quos iuſtitia Dei ocyus animaduertet, quid attinet dicere? qualia cantant iuuenilia & mundana theatra. Itaque nequaquam vere interrogaſtis, num vellem venire, niſi his quatuor è conſeſſu & concilio, vt iudicibus, eliminatis. Sin vt accuſatores, ipſi ſe ſiſtant iudicio veſtro, vt agnoſcam * puluere quomodo fœdar. Vtrum ad eos venire debeo, qui infenſiſſime mihi aduerſantur, an potiùs ad alios qui vt iudices præſideant. Non modò ad vos ſum venire paratus, ſed & ad totius orbis ſynodum. Itaque vt rem totam noueritis, ſi decies millies ad me miſeritis, nihilo plus audieritis ex me. B Egreſſis illis, notarius venit literas habens Imperatoris ad pedes, quarum vigore impulſi eum præſtolabantur vel nolentem ad iudicium venire * Ad iudicium igitur concitus perge. Quum autem notario reſponſum dediſſet, duo qui presbyteri fuerant Ioannis, ipſi nuntium attulerunt, Eugenius quidam, qui & pro adornata aduerſus Ioannem improbanda molitione mercedem recepit, nimirum primariam ſedem Heracleæ: Iſaacius inſuper * taciturnus (vt ne temere loquutus videar) hi duo dixerunt, Synodus tibi aperte denuntiauit: Tranſito ad nos pro te reſponſurus ad crimina aduerſum te nobis tradita. Ad hæc Ioannes per alteram epiſtolam eis ex aduerſo ſignificauit: Cuiuſmodi eſt hæc ſynodus, quæ nondum expulſis hoſtibus meis me accerſit per meos Clericos Lupicinum, Demetrium & Eulyſium Epiſ- C copos, qui & à Ioanne miſſi ſunt ac venerunt ad eos qui ſtant à parte Theophili, quando ipſe Theophilus, quique cum ipſo ſunt Epiſcopi, detinuerunt eos. Illum quidem proſciderunt conuitijs, alterum autem interſciderunt, denique tertij collo circumpoſuere ferramenta, qualia appararant ſancto Ioanni, quò ita de gradu deiectus in nauiculam, in locum ablegaretur incertum & vix vlli conſpicuum, in quo quidem eos quaſi leones redderet & efferaret vnus aliquis Dæmon. Simul autem atque Ioannes ſe aduocantes vidit, ipſos tamquam inimicos exceptione ſubmouit à cognitione cauſæ, & ad œcumenicam prouocauit ſynodum. Quumque perpendiſſet illorum impudentem & temerariam voluntatem, ſeipſum cohibuit. Illi porrò, generoſi ſcilicet, confectis ad perennem cauſæ illius memoriam commentarijs D vtique * arachnæa tela infirmioribus, defunctoriè ac ſolutius pronuntiant aduerſus beatum Ioannem, & lata ſententia gradu deturbarunt, cuius faciem ne viderant quidem, ſed neque vel die vna eius vocem exaudierant, telæ clauſulam imponentes quam ſua malignitate aduerſus eum non pauco tempore pertexuerant. Dæmoniaca hæc impreſſio ſemel animæ illapſa ratione nulla cohiberi poteſt, nullam moratur cauſæ diſcuſſionem. Illi concilij relationem ad Imperatorem præmiſerunt. Quandoquidem Ioannes ſuper criminibus quibuſdam accuſatus, quòd ſibi eſſet malè conſcius, accedere noluit, nec ſe ſiſtere iudicio; leges autem talem gradu deturbant, id quod ſuſtinere cogitur. Continebant libelli * condemnationem. Iubeat igitur veſtra pietas ipſum vel inuitum in exilium protrudi, pœnaſque luere * pro expurgatione ſui, & iuſtificatione quandoquidem * anquirere de capitis periculo illicitum eſt nobis. O ter miſeri. Quæ ex animo ſentitis, & opere ipſo expletis, nihil ne vos ſuppudet dum ea conficiA tis, non vtique Deum reueriti, ſed humano timore correpti? Eam verò ſententiam damnationis perferre coactus eſt ob conuiciatoriam increpationem in Imperatricem detortam, quam detulerant, quia dixerat referre perſonam Iezabelis. Illi quidem admirabiles viri quum conſuluiſſent vt gladio eum de vita hac tollerent, in aliud tempus hoc refuderunt. Atqui Deus flagitioſam horum iniquitatem in arcano pectoris receſſu eatenus delitefcentem, in apertam lucem protulit. Etenim principum corda emolliuit, quemadmodum Danieli contigit apud Babylonem. Illic enim cicurati ſunt & Leones aſſidentes prophetæ, & immanem eorum ferociam inflexit, idque præter naturæ ordinem. Imperator autem vt qui fidem, quàm par erat, faciliùs commodaſſet obtrectationibus ſacerdotum, (Neque enim dum vel auditu perceperat cauſas quarum gratia ab eis inſimulabatur, at neque ei obtulit facultatem ſe expurgandi ac reſpondendi pro ſe, vt ea refelleret, & conuinceret falſi eos à quibus iudicialis actio intenta ei B fuerat) iubet è veſtigio propelli ab Eccleſia, miſſo ad id Comite vnà cum militari ſubſidio, quaſi aduerſus barbaricam aciem. Rei geſtæ indignitas ſimul atque percrebuit & innotuit multitudini, in tantam indignationem accenſa eſt, vt totam noctem ducentes inſomnem nequaquam ſinerint eū ab Eccleſia abſtrahi; quinetiam voce exerta inclamabant oportere iudicari eiuſmodi cauſas per numeroſiorem ſynodum. Iubebat nihilominus Imperator rem omnem perfici, nimirum vt quàm ocyſſime ab Eccleſia extruſus in exilium abriperetur. Hoc vbi reſciuit Ioannes triduo à depoſitione exacto, die ad meridiem deuergente, ſe eò abducturis vltro dedidit, clam multitudine. Magnopere enim verebatur, ne quid turbæ aut ſeditionis concitaretur in ſui gratiam. Eam ob rem Ioannes C in exilium abibat feſtinus, in locum ſibi præſtitutum, nimirum in * ſacro ore Ponti ſitum (Hoc enim nomen inditum eſt portui illi) Populus verò media in ciuitate in intolerandam ſeditionem cõuerſus eſt, cuiuſmodi oboriri ſolet in talibus. Multi enim eorum quibus fuerat inuiſus, & infenſe eum oderant, ad commiſerationem conuertebantur, & ipſum aſſeuerabant calumnijs oppreſſum, quem paulò antè exauctoratum iam cupiebant coràm tueri. Sanè ea de cauſa plures alta voce inclamabant aduerſus & Imperatorem & Epiſcoporum ſynodum. Omnium maximè totius calumnioſæ accuſationis cauſam vni Theophilo acceptam referebant. Neque enim quæ iſti ſeorſum egiſſent, deinceps potuerunt tegi ſilentio. Ex multis præterea & alijs coniecturis, maxime autẽ quia mox à Ioannis exauctoratione, eorum [monacho- D rum] communione vſus eſt qui à Dioſcori parte ſtabant, & nomenclaturam præferebant longorum. Tum quidem temporis in Eccleſia palàm docebat Seuerianus, creditus eo tempore concerpere & inſectari Ioannem, dicens: vt nihil aliud interceſſiſſet ad condemnationem Ioannis, at certè crimen illud, mos ſcilicet qui illum vrgebat ſuperbus & arrogans, abunde ſuffeciſſet ad eum gradu dignitatis deturbandum. Siquidem peccata omnia condonantur hominibus, at *ſuperbis* & arrogantibus *Deus reſiſtit*, vti docent diuinæ ſcripturæ. Viſus eſt multitudinis iudicio dicta hæc pronuntiaſſe vt iuſto contentioſius, ita & ambitioſius.

Exauctorato igitur Ioanne, literas ſcripſit Theophilus ad Innocentium Romanum Papam, quas miſit vnà cum Lectore quodam ſuo, nempe Alexandrino. In priore earum loco recenſebat Ioannis deiectionem: quas vt legit primùm, parum abfuit quin diſciderit eas, condemnans Theophilum temeritatis & arrogantiæ, quòd is & ſolus ſcripſiſſet, nec manifeſtam cauſæ cognitio-

[Left margin notes:] [illegible Greek] indicta cauſa Cic. vſus eſt in Catone audiẽdia — [illegible Greek] Adagiũ, vt ſupr. — [illegible Greek] — [illegible Greek] — [illegible Greek] quietus. — [illegible Greek] — [illegible Greek] — [illegible Greek] — Nihilo meliores hi iudæis)

[Right margin notes:] Nobis nõ licet interficere quenquã — Dan. 6. v. 16. — [illegible Greek] ſacrum oſtiũ red dit Caſſ. in Tripar hiſt. li. 10 Vide Theodo. li. v. c. 34. & Nicep. li. 13. c. 16 — Pſ. 3. v. 34 1. Petr. 5. Iac. 4. — Theoph. ſcribit Innoc. Papę

nitionem deſtinaſſet ob quam ipſum exauctoraſſet, neque cum quibus Epiſcopis. His de cauſis aliquantum extraxit temporis ad reſpondendum. Nolebat ſiquidem contraria ſcribere tantiſper dũ eſſet cogniturus de cauſa leuiter diſcuſſa. Inter hæc Euſebius quidam nomine, Diaconus diu Romæ verſatus ob negotia Conſtãtinopolitanorum Eccleſiaſticorum, profectus ad Innocentium Papam, libellos ei tradidit vt legeret, eũdem iureiurando obſtringens, vt aliquantum temporis ſibi temperaret à ſcriptura, nimirum tantò pleniorem agniturus reuelationem * totius molitionis. Exacto autem triduo, Epiſcopi quatuor, qui à parte Ioannis ſtabant, adfuerunt, viri vtique religioſi, Panſophius Piſidiæ, Pappus Syriæ, Demetrius Galatiæ ſecundæ, Eugenius Phrygiæ. Hi epiſtolas reddiderunt, vnam ad Occidentem, alteram quidem quæ erat beati Ioannis, aliam inſuper Epiſcoporũ quadraginta qui mutua communione acquieſcebant Ioanni, qui etiam tunc ſunt deprehenſi cum eo, quo tempore ſectatores Theophili ſignificarunt vt ad ſynodum quæ in Quercu collecta erat, tranſmearet. Aliam inſuper cleri Ioannis. Hæ inquam epiſtolæ ſignificabant illos ex compacto conſpiraſſe ad concitandum * tumultum diſciplinæ expertem. Ob hæc miſit è diuerſo Innocentius Papa, vt pars vtraque inter ſe ex æquo communicaret, interim non probans viſum ſibi iudicium quod à Theophilo definitum fuiſſet, dicens oportere alteram congregari irreprehenſibilem Synodum Epiſcoporum Occidentalis plagæ ſimul & Orientalis, idque primùm omnium ab eo Concilio ſe ſubmouerent * amici, dein ab alterius partis ſynodo pedẽ referrent ij quibus fuerat inuiſus. Neque enim vtriuſque partis iudicium rectum eſſe potuit, vti plurimum contingere aſſolet in dijudicandis forenſibus cauſis. Elapſis autem diebus aliquot, alias rurſus literas ſcribit Theophilus ad beatum Innocentium, eaſque mittit per Petrum Alexandrinum presbyterum ſuum, & Martyrium Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diaconum, cum nõnullis etiam monimentis, quibus videri propemodum poterat Ioannes condemnatus iudicio triginta ſex Epiſcoporum. Horum equidem Ægyptij nouem erant ſupra viginti, ſeptem reliqui aliarum regionum. Proinde ſignificabat Ioannem ambitioſa affectione dominandi percitum, die vna Epiſcopos ſex ſupra decem de gradu depuliſſe, & ſibi familiariter ac domeſticè notos in illorum locum ſubrogaſſe. Hiſce lectis admonitorijs literis Innocentius Papa quum deprehendiſſet cauſas non admodum graues, ac præſentia Ioannis deſtitueretur, nec ad manum haberet quæ crimini vertiſſent iſti, condemnans nihilominus Theophili inſaniam, quòd incandeſcens animo in eiuſmodi erupiſſet ſententiã, ſuperſedit cauſæ. Dimiſſis igitur nuntijs cum literis increpatorijs, Deo ſupplicauit fuſis precibus & ieiunij obſeruatione vnà cum omni Eccleſia, vt eiuſmodi ſchiſma è medio tolleretur, & fratres mutua charitate agglutinaret. Porrò literarum tenor hæc efficaciter continebat. Frater Theophile, te ſcimus ciuilem eſſe & familiariter communicantem, perinde ac fratrem Ioannem, quare voluntatem noſtram tibi voluimus perſpectam reddere & manifeſtam tenore priorum literarum. Nunc item nequaquam deflectentes ab illo tum propoſito eaſdem literas tibi ſcribimus, & quoties miſeris. Quia niſi decens iudicium conſequutum è veſtigio fuerit de eorum emendatione, quæ abs te * ioco & per ludibrium geſta ſunt, admodum erit difficile vt citra iuſtam rationem nos auocemus à communione Ioannis. Quare ſi tu quidem tuo vnius ſenſui rerum iſtarum arbitrio inniteris, fac ad nos conferas pedem, & huic quæ ad CHRISTI gloriam celebratur ſynodo, ſiſtas te ipſum & occurras, vt detectis cauſis ibi loci Canones Nicænæ Synodi ſancias & confirmes tuo ipſius elogio. Non enim Romana Eccleſia aliũ aut diuerſum approbat Canonem, eum obſeruans pro tutelari ſecuritate, & cui nemo controuertere debeat.

His ſibi lectis literis non iam adiecit, vt ſcriberet beato Innocentio Papæ, ſed anquirere cœpit de his quæ concernebant ordinationem Heraclidæ, quem conſecrarat Ioannes in Epheſinæ Eccleſiæ Epiſcopum, idque pro virili perfecit. Hanc vtique occaſionem aucupabatur, vt de gradu Ioannem deturbaret. Enimuero Heraclides non tum aderat, ſententiam nihilominus ſubijt damnationis, quòd tumultus quoſdam obſtreperos concitaſſet inique, catenis adſtrictos nonnullos triumphi ritu per mediam traduxiſſet ciuitatem Epheſiorum. Itaque qui ab Ioanne ſtabant, aſſerebant ſibi indecorum videri eſſe, aduerſus reum abſentem dictare ſententiam. E diuerſo Alexandrini pertinacius contendebant eos eſſe recipiendos qui Heracliden inſimulabant quamlibet abſentem, quando iuſtè & inculpatè ea iudicij actio intenditur. Hinc igitur ſeditioſa factio & peracres digladiationes obortæ ſunt inter Conſtantinopolitanos & Alexandrinos: & inita confertione mutuæ conflictationis multi quidem ſauciati ſunt, pauci verò occiſi ſunt. Hæc quum ſpectaſſet Theophilus, Alexandriam verſus ſe fuga proripuit. Eum enim ciuitas requirebat, vt mari mergeret, qua ex re fuga ſuæ conſuluit ſaluti. Nec ſecus alij fecere Epiſcopi, præter admodum paucos, qui quæ erant Ioãnis complexu & oſculo carius ſectabantur, cæteri ad ſua quique domicilia quàm ocyſſimè ſe receperunt. Per hæc quidem dum ita generentur, Theophilus nulli non inuiſus omnium patebat deſpicatui, nemo non damnabat. Odium mire adauxit aduerſus ipſum, quòd nullo aliorum metu exterritus iterum ſe exerceret in lectione librorum Origenis. Et hæc quidem quæ de Theophilo, ſimul & de eis qui beatum Ioannem exauctorarunt, ſcripta leguntur.

Dioſcorus autem eorum vnus qui Longi nuncupabantur, Hermopoleos Epiſcopus paulò pòſt à fuga Theophili ſuum obijt diem, dignuſque eſt habitus * qui in ſplendido admodum ſepulcro funeratur ἐν τῷ μαρτυρίῳ, [*hoc eſt in æde ſacra Martyri, i. ἀγιωι*] in * Quercu, quò loci habita eſt Synodus * calumniæ aduerſus Ioannem adornatæ.

Honorius autem Imperator ſimul atque didicit relatu Innocentij Papæ Romani, de his quæ aduerſus beatum Ioannem geſta fuerant, & quia ſectatores Theophili, vt Imperatrici Eudoxiæ gratificarentur, præter tenorem Canonum, nulla intercedente cauſa eum exauctoraſſent, vehementer indoluit. Prius enim aliquantò auditu fuerat edoctus de ipſius præclara & omnium virtutum ornamentis perpolita conuerſatione, deque doctrina ſpirituali eiuſdem. Quamobrem magnopere cupiebat eum coràm tueri. Actutũ igitur literas ſcribit fratri ſuo Arcadio Imperatori vertens illi vitio & improbans quòd ſanctum hunc virũ, & qui ab omnibus elogia eximiæ virtutis reportaſſet, ſiuerit de gradu tam indignè deijci, ob quã cauſam ipſe Arcadius eſſet propediẽ apud omnes paſſim male auditurus, quòd eum qui præter formulã Canonum ſacris eſſet operatus in Epiſcopatu ditionis ipſius, conſtituiſſet tanti & irreprehenſibilis viri iudicẽ, & eò maximè quòd decidendo ei negotio non interfuiſſent vicarij Apoſtolicæ ſedis, non etiã Epiſcopi Romæ. Arcadius Imperator cõſternatus animo eſt ac mœrore cõfectus literis acceptis, ſecumq́; inibat rationẽ quinam illũ poſſet ab exilio reuocare. Planè enim ipſe vel tandẽ nouerat B. Ioannem calũnijs per inſidias fuiſſe oppreſſum, & præter omnẽ æquitatẽ condemnatũ ab ijs qui cohærebãt Theophilo. Præterea terræmotu ingenti per noctẽ motõ

Margin notes: τῆς συνκεκλείας, aduerſus ſcilicet Ioannem. — ἄτακτον. — Ioannis. — Reſcriptio Innoc. ad Theo. — παίγνιου. — Theoph. Alexand. fugiens in luto ſuæ proſpexit. — Dioſcori Vetus τῶν μακρῶν ſ...mors, & Ammonij. — Aliter narrat hæc Niceph. li. 13. c. 15. Arcadius Honorij literis populi Conſtant. clamoribus, & ingẽti terræmotu permotus, Ioannẽ reuocat, & populo concionatur.

A in ciuitate, quum terror non mediocris inuaſiſſet Imperatricem, quòd plaga quædã accidiſſet Imperiali cubiculo; populus inſuper ciuitatis prſter modum omnẽ tumultuabatur & obſtrepebat, vociferantes, quia niſi Ioannes iniuſtè exactus Eccleſiæ ingreſſu, redux ab exilio huc venerit, ciuitas tota abſorbebitur & cõſumpta diſperibit. Quò factũ eſt, vt iuſſerit Imperator ipſum reuocari. Ad prædictũ igitur Ioannẽ reducendũ miſſus eſt Briſon Eunuchus Imperatricis cũ pluribus alijs, & eum deprehẽdit in *Præneto (Emporiũ autem hoc è regione Nicomediæ ſitũ eſt) Ipſum ſupplices orarũt, vt quã ocyſſimè in vrbẽ ſe reciperet, ſuoque aduẽtu periculũ impendens ciuitati ſiſteret. Alij inſuper præter præmiſſos delegati eò ſunt. Boſphorus cõpletus eſt illò miſſis obuiam. Quem vt agnouit poſtliminio reuerſum turba ciuitatis erga ipſum ſpectatæ cum primis ac ſummæ fidei, Pontonibus nauicularijs ad eũ excipiendũ circũuecta eſt, & traiecit os Propontidis (E clero enim omnes illi honoris B gratia perrexerũt obuiã, lãpades accenſas ſiue funalia cerea præferẽtes) illa tũ hoſtilis caterua diſſoluitur. Ioannes autẽ per euocationẽ redux non priùs voluit ciuitatẽ ingredi tantiſper dũ quæ aduerſum ſe tentata fuerãt, exactiore iudicio expenderentur. Interim permanebat in ſuburbio cui nomen Marianæ. Eo igitur nectẽte moras nec volẽte ingredi ciuitatem, indignata eſt populi multitudo, moxq; erupit in maledicta, proſcindens principes cõtumelijs & imprecationibus, quapropter neceſſe fuit vt ingrederetur ciuitatẽ. Egreſſa enim populi multitudo multo cũ honore venerabili quidem & auguſtiore, incunctãter ipſum deduxerũt in Eccleſiã, obſecrãtes vt Epiſcopali throno inſidens conſuetã pacẽ apprecaretur populo; hoc vt fieret ipſo etiamnũ flagitãte Imperatore. Beatus autẽ Ioãnes id à ſe repellẽs ac deprecatus aſſerebat hoc debere fieri præuio iudicio, & ſe in integrũ reſtitui priùs C oportere illorũ decreto ac ſuffragijs, quorũ ſentẽtia Epiſcopatus ſibi fuerat abrogatus. Ingenti deſyderio flagrabat plebs ipſum videndi pro throno conſidentẽ, eundemq; exaudiendi pro more docẽtem. Enimuerò obtinuit tũ populus, vt ea exequeretur. Inſidens igitur Epiſcopali throno Ioannes, cõſueto more populo apprecatus pacem, & ad explendum officium adactus docebat. Hoc facto, qui inſenſe ipſum priùs aduerſus eum anſam arripiunt concitandæ alterius calumniæ. Ioannes autẽ totus erat in erudienda plebe, ac proinde ciuitas omnis ſuper eius doctrina incredibili iucunditate perfundebatur, pro ipſius reuocatione feſtum celebrans diem. Sed etiam tum Serapionem (vnde aduerſus ſe odia Epiſcoporum concitauit Ioannes, inſuper & cleri Conſtantinopoleos) Heracleæ, quæ in Thracia ſita eſt ordinauit Epiſcopum.

D Erat Conſtantinopoli illo tum tempore mulier quædam Olympias nomine, ſplendore generis, opulentia, peritia multiplicium diſciplinarum, dexteritate ingenij, ac flore ipſo ætatis exornata. Parentibus orbata hæc viro quidem copulata eſt, neque pudorem alioqui virginalis ſanctimoniæ eam corrupiſſe celebris fama edocuit. Hæc cũ conuixiſſet viro mẽſibus circiter viginti, ille repetitus vt naturæ debitum, hoc temporis compendio finem accepit vitæ, hoc prænoſcẽte Deo qui mortalium præuidet exitus. Illa autem quum poſſet inſeruire & obſequi Apoſtolicæ commonitioni: **Volo iuniores nubere: matres familias eſſe,* ſiue domui præeſſe*, id opere ipſo præſtare non ſuſtinuit, ſed Dorcadis exemplo, laqueum alterius connubij* minimè tolerans tranſiliuit. *Iuſto enim lex nequaquã poſita eſt*, ſed non ſubditis ac male morigeris, prophanis, & his qui expleri non queunt* corruptela. Contigit autem inuidia Diaboli, nimirum eam torni ritu circumagitari per * immaturam viduitatem. Huius orbitas quum ad aures perlata eſſet * Theodoſij Imperatoris, toto nixu huic incumbebat, vt eam copularet Hiſpano cuidam Elpidio ſibi congeneri, fœdere nuptiarum, identidem ei adulatus & obſecrans vt aſſentiretur. Deiectus tandem de ſpe, contriſtatus eſt. Illa ſiquidem animum ſuum ei manifeſtè detexit hiſce verbis: Meus Rex ſi voluiſſet me vitam tranſigere cum viro quopiam, vtique non ademiſſet mihi primum coniugem. Verum quia perſpectiſſimæ nouerat quam foret incommodum vitæ huic permiſtæ, nec ipſa poſſem placere viro, & illum exemit vinculis mortalis vitæ, & mihi è grauiſſimo iugo ſeruitutis viri exemptæ perquam ſuaue iugum continentiæ impoſuit, mentique meæ infudit. Hac reddita reſponſione, iubet Imperator Prætori ciuitatis, huius facultates vt ſub ſua aſſeruet tutela tantiſper dum vitæ expleſſet tricesimum annum. Hic accepta ab Imperatore illius tutela velut pupillari, vſque adeò eam afflixit Elpidij ſuggeſtione extimulatus, vt nullius rei penes ſe retineret poteſtatem; non item B poſſet ſermonẽ texere cũ Epiſcopis quãlibet inſigniter pijs, ac ne Eccleſiã quidẽ ſineretur adire: vt in acediã tædiũve collapſa cõiugio tandẽ aſſentiretur. Et re quidẽ plenius intellecta, cũ gratiarum actionẽ Deo debita exoluiſſet, hæc Imperatori viceſſim ſignificauit: Decentem ſcilicet virtutem & Epiſcopis tuis conſentaneam declaraſti erga me humilem, mi Domine, nimirum tu, qui iuſſiſti me atrociſſimo onere tutelaris cuſtodiæ premi. De quo cogites velim quàm rectè opes meas diſpenſauerit. Magnificentiùs feceris & longè præſtantiùs, ſi quidem iuſſeris vt eas conferat in pauperes, & in vſum Eccleſiarum diſpergat. Poſthac enim vouit gloriæ inanis appetentiam fugere, vt ne circa materiam hanc implexa & animo diducta negligã natiuæ indolis & ingenij diuitias. His rationibus inductus Imperator quum à bello aduerſus Maximum geſſit, retuliſſet pedem, iuſſit vt ei in integrũ C reſtitueretur poteſtas omnis ſuarum facultatum, idque quum inaudijſſet peracre exercitium religioſæ eius vitæ. Siquidem ab animantium eſu, & balneis plurimum ſibi temperabat. Si autem opus ei erat balneo ob aduerſam valetudinem, quæ cõtinenter è ſtomacho laborabat, in aquas induſiolo amicta deſcendebat; quòd vereretur (vti fama eſt) vel ſeipſam contueri nudam. Tali progreſſu religioſæ exercitationis quum promouiſſet, opere ipſo ſe dignam præſtitit quæ ordinaretur in Diaconiſſam Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Mulierem hanc (ſi tamen vno verbo dici debeat mulier, ob virilem & expromptam alacritatem in exercitio virtutis) Theophilus Alexãdriæ Epiſcopus inſimulauit, quòd ea benignè excepiſſet hoſpitio prænominatos ſanctos Patres, ac monachos à ſe deiectos è monte Nitriæ. Scripſit & hic ad Innocentium Papam, probris ac maledicentia illam inſectatus, quo D tempore & de ſedecim Epiſcopis ab Ioanne die vno depoſitis ſcripſit præ ſex, quos & in Aſia deprehenſos deiecit gradu, quòd cõperti eſſent commiſſe precio dignitatem ſui ſacerdotij, quorum iã ſuperius ipſi meminimus. De his ſcripſit & Theophilus incredibili maledicentia inceſſens Ioannem, quaſi qui cupidiùs ambijſſet nominis ſui gloriam. Porrò ipſe Theophilus non ſemel quum eſſet Conſtantinopoli, huius Olympiadis genibus accidens, ac deoſculabatur, illa hac de cauſa in humum decumbente, & ſe lachrymis proluente quod Epiſcopo tale quid faceret. Alioqui paſsim apud omnes fatebatur intemperanti ira eoſdem aſſerebat è monte deturbatos & ob immodicam dominandi ambitionem, Olympiadem verò aſſeuerabat aſperſiſſe ſe probro ob ſuperſtitioſam religionem, & inimicam, quòd ſolitarios illos excepiſſet. Quoties enim is per illiberales ſuas aſſentationes ab officio decedens nihil ab ea accepiſſet præter edu-

Πραίνετῳ

de Olympiade, & Monach. Nitria pulſis à Theoph.

1. Tim. 5 14.

οἰκοδεσποτεῖν.

Ac vg. 61

ἀσώτως.

1. Ti. 1 9.

carnali.

ἄωρον al. ἀωρίαν

celebrem.

lia ac munera hoſpitalia, ad maledicta deſlectebat. Olympias quotquot Conſtantinopolin adueniſſent Epiſcopi,* religioſi viri aut monachi, eos hoſpitio exceptos benignè tractabat, vti docebit conſequens ſermo.

Religioſorum laudatio.

Non incredibile autem eſſe duco, nec me facturum rem abſurdam, ſi nonnullam portionem cõmemorauero virtutum ſanctorum illorum qui à Theophilo quidem pulſi ac deturbati, ab ipſa autẽ ſunt comiter accepti; idque ad accendendum ſpiritalem zelum in his qui delegerint hoc vitæ genus amplecti. Erant enim hi apud Deum ſimplices ac probi. Multos ſiquidem quos à malitioſa improbitate auocaſſent, ad complexum virtutis perſuaſorijs aſſertionibus alliciebant. Sapientes & hi & perfecti à teneris vnguibus, e parentibus prognati Chriſtianis, Dei ante omnia præceptis obſecundantes ac morigeri, nullo pacto ſuſtinebãt etiã dum adoleſcentes inſeruire vlli vanitati, nõ item inter obſtrepentem turbam conuerſari, ſed quũ à meridie adueniſſent in locum non eatenus habitatum, *guguſtiola ſiue cellulas ſibi conſtruxerunt longius ab orbe habitabili alio quouis loco ſitas, quatenus effugerent ſolaris radij ſplendorẽ, ſimul & rorulentum vaporem aeris. In hiſce tuguriolis degentes ſuam omnem vitam conſumpſerũt, orationibus ſe dedentes & lectionibus, fructus manuũ ſuarum decerpebant ſudore & opere quæſitos, arbitrati melius ſibi fore ſi vnà cũ capris, Damis, paſſerculis alijſq; id genus auiculis ac bubalis gregatim degerẽt, quã ſi genialiter viuentes cũ hominibus qui ignorant Deum, cupedijs perfruerentur & lautitijs. Horum quidem omnium generoſiſſimus annos tranſegerat circiter nonaginta. Idem cũ B. Antonio fuerat conuerſatus, dictus proprio nomine Hierax. Alter autem Ammonius, cum duobus religioſis fratribus, atque vno Epiſcopo; qui cùm vincula pertuliſſent & immanes torturas ſub Valente, finibus illis eliminati ſunt, quemadmodum vniuerſa nouit Alexandria: Et hi ſcientia ſic præditi erant, vt eos nihil lateret in diuinis Scripturis; in quibus adhuc permulti hærent & dubitant. Horum quidem duo obdormierunt Conſtantinopoli fato concedentes. Ammonius autem priuſquam è vita migraret, oracula reddidit de futuris. Memoriæ de illo proditum mederi illum febri laborantibus. Sepultus verò eſt trans mare in æde Apoſtolis Sacra. Porrò Dioſcorus & idem Epiſcopus quũ diem ſuum obijſſet, ſepultus eſt in martyrio quod *ſitum eſt in Quercu ante portam ſiue columnam, de qua ſuperiùs dictum eſt. Et quidem permultæ mulieres conſtanti in ipſum fide nitebantur, adeò vt ſiqua teſtis obſtringeretur iureiurãdo, per preces Dioſcori iuraret. Fuit & alter ille Hierax, Græco quidem nomine *ita vocatus, moribus autẽ ſpiritalis diſciplinæ valde ornatus; quippe qui primũ extra Ægyptũ & Thebaidẽ in Porphyretẽ montẽ ſolus ſeceſſit, citra reſpirationem vllã, annos quatuor aſſiduus ad cõſolationem ſuam in ſolis virtutibus acquieſcens. Dein cum iam dictis patribus in eremo Nitriæ annos tranſegit viginti quinque. Huic aliquando quum adſtitiſſent Dæmones, (iuxta ipſius enarrationem) ſuggeſſerunt illi vitam fore diuturnam. Allaborabant enim Serio, vt à propoſita ſpe depellerent. Hi in angelos lucis transformati, dicebant: Annos victurus es quinquaginta; quinam eos aſſiduus tolerabis in hac eremo? Ille ex oppoſito Fidei vſus intelligentiæ intulit: Angorem animi, ait, mœroremq; attuliſtis, quòd tempus mihi præſcripſeritis longe minus propoſito meo. In ducentos ſiquidem annos viaticum & commeatum mihi apparaui in eremo. Illi audito reſponſo ſe aliò receperunt, ad eum modum eiulantes; vti aſſolent Dæmones, quoties nullis ſuis mendacijs aliquem poſſunt ad accediam pollicitatione diuturnioris temporis impellere. Ipſe Theophilus ſuo vnius iuſſu, loco illos à ſe inuicem ſegregauit, eoque neceſſitatis erupit, vt ab Ammonij dormitione exercitum collegerit, quo totam eremum illam occupauit: male metuens illius dicti nomine de* aratro. Rurſum presbyter alius, dictus Iſaac diſcipulus beati illius, *qui fuit diſcipulus magni Antonij, qui & valde tranquillæ amans ſolitudinis. Hic annum agens quinquageſimum memoria ſeruabat vniuerſam *Scripturam, idem in conſpicua luce Ceraſtas ſerpentes geſtabat manibus, idque citra vllum vitæ periculum. Ex vtero matris virgo quum eſſet, quinquennis adijt eremum. Exactis cum patribus prędictis annis quadraginta, à Theophilo Papa* veluti cribro exagitatus eſt. Fuit & ſecundus Iſaac presbyter, & hic diſcipulus & ſucceſſor* Cronij presbyteri, qui & diſcipulus fuit ipſius Antonij. Fuit & is peritia ſcripturæ inſignis; ad hæc amantiſſimus peregrinorũ & hoſpitũ, ſi quis alius: quin & ob hoſpitalitatis (quã vnicè amabat) excellentiã xenodochiũ, [*domũ ſcilicet extruendũ hoſpitium accommodã*] in tota eremo illa exædificauit ad refrigerium infirmorum monachorum, & aduenientium hoſpitum atque cõtemplatione Sanctorum Patrũ (itæ enim omnes aiunt expertem viiſſe) annũ in ea Anachoreſi [*ſolitario ſcilicet ſeceſſu*] trigeſimum agebat, cum iam dictis malis afflictus eſt. Prior quidem Iſaac quinquaginta ſupra centum obtinebat ſuo magiſterio addictos *diſcipulos ſub religioſa exercitatione. Ex illius diſcipulis ipſe Theophilus ſeptem aut octo conſtituit Epiſcopos. Alter vero Iſaac ducẽtos ac decem diſcipulos ſimul inſtituit, quorum non pauci in numerum cooptati ſunt Epiſcoporum. Atqui tales ac tanti ob Iſidori presbyteri cauſam & Theophilo Epiſcopo vi eremo abacti ſunt. Iſti ſunt quos contemnentes ſacerdotes & leuitæ, magno rubore ac dedecore virorum *virilis mulier illa hoſpitio excepit, & ad confuſionem Epiſcoporum Diaconiſſa mulier, vtique fœmina hoſpitalitatem benignè exercuit; cuius ſane laus in Eccleſijs apud nos percrebruit, vtique illum ſuperauit Samaritanum, qui attritum illum à latronibus miſeris modis, eoque ſemimortuum relictum quum inueniſſet in deſcenſu vrbis Ierichuntinæ, ad hoſpitium ſuomet impoſuit iumento. Quantam hæc copiam tum pecuniarum, tum poſſeſſionum in indigos & inopes *diſtribuerit, ad dicendum non mihi ſuppetit facultas, ſed eorum eſt quorum calamitatibus pio affectu ipſa condoluit.* Nulli enim moleſta, moleſtia hactenus caruit. Prædicatur hæc pleniore obſequio ſibi deuinxiſſe beatum Nectarium adeò vt eidem in tractandis negotijs Eccleſiaſticis, auſcultaret. Porrò Amphilochium, Optimum, Gregorium, & Petrum Baſilij fratres, Epiphanium Cypri Epiſcopum, & alios viros ſanctos quid attinet referre? in quos gratuita liberalitate dilargita eſt & agrorum poſſeſſiones & confertam vim pecuniarum. Optimi oculos quo tẽpore mortem oppetiuit Conſtantinopoli, ſuis ipſa clauſit manibus. Ad hæc non mediocriter hos recreauit in aduerſis omnibus; Antiochum dico, Acacium & Seuerianum; vtque ſemel finiam, magna ex parte omnes ſacerdotali ordine inſignes, vndecumq; adueniſſent. His adde religioſos ac virgines, prorſus nulli numerandos. Quin & beatũ Ioãnem pleniore obſequio ſibi deuinciebat & demerebatur, à quo & puriore affectu diligebatur, ſimul & decẽtiùs *honorabatur. Quantũ enim ipſius virtute dignũ erat, ipſa exhibuit. Hæc enim quotidianũ ei ſuppeditabat *cibũ! Quæ quidem ſolicitudo noctu & interdiu haud mediocre adfert impedimentũ CHRISTI operarijs & cultoribus, qui quæ Chriſti ſunt, cũ ipſo CHRISTO anxiè cogitant; quemadmodũ aſſerit Paulus ſalutãs Perſidẽ (idipſum cũ Olympiade fortè tũ operãti) ſcribẽs, vt *ſalutem impartiant Perſidi*

Nemo mittetur inanè ad aratrum. Luc. 9. 62.

Deeſt nomẽ illius Beati in Græco Hieracis primi, de quo iam dictũ eſt, B. Antonio familiarẽ fuiſſe, vel ſocium Ammonij.

Noui ſcripturæ vtriuſque Teſtamentum intelliger.

Videlicet Cerb. & Pallad. in Lauſiaca Hiſt.

Olymp. de quo in Dialog. Pallad. & Card. Baron. To. 5. ad ann. Chr. 400 Luc. 10. 33.

Olympiadis beneficentia in egenos.

Teſtatur id hœc longe & diſertè Chryſoſt. ad Olympiadem Epiſtolæ.

Rom. 16. 12

dilectâ à qua multum laborauit in Domino. Huius verò virtutē quòd plenius noſſet Ioānes, à ſecundo exilio dignatus eam eſt duabus* epiſtolis. Horum autem omniū non incōſultò aut temere cōmeminimus, ſed quòd velimus vt noſtra hac opera innoteſcat poſteris ſanctorum illorum cōuerſatio & continētia, ſimul & ſanctæ & Olympiadis conſtans magnanimitas, & eiuſdē deſtinata ad Deū voluntas; miniſteriū inſuper eius prolixè & opulenter exhibitum pauperibus; ſacerdotibus quoque & reliquis ad hoc non paucis.

Epiſtolam primus edidit God. Tilman. & poſt Iac. Bellus Abb. omnes.

Inter hæc poſtea cōtigit, vt ſtatua argētea nomē præferens *Eudoxiæ Auguſtæ* ſuper columnam erecta fuerit. Ea ſtatua cōueſtiebatur * amiculo præmolli ac tēuiſſimo purpura intertexto. Stabat autem in ſublimi gradu colūnæ, nō quidē iuxta eccleſiā, ſed nec procul ab ea, cui nomenclatura Sophiæ [*id eſt, Sapientiæ*] Via proinde lata admodum & intermedia vtrumq; dirimebat ab altero. Apud eā columnā, inualuerat conſuetudo, vt circumagerētur publici ac ludicri pueriles ludi. Arbitratus autē Ioannes fieri hæc in contumeliam Eccleſiæ, cōſueta concionādi libertate vſus, rurſum ſuā ipſius linguam obarmauit aduerſus eos, qui talia egiſſent. Et ſermone quidē minimè cōſolatorio ſuadet principibus vt ni ſibi poſterū tēperarēt ab iſtiuſmodi puerilibus ludis. Et linguæ quidē acrimonia vehemēti & oneroſa vſus falſe & peracriter perſtringebat principes qui hæc iuſſiſſent fieri. Imperatrix autē quæ dicebātur, ad ſe trahebat, illiuſque ſermones rurſus exiſtimās in ſuam vnius contumeliā detorqueri, ſe cōparat ad ſynodū Epiſcoporū cogendā aduerſus eū. Id vbi reſciuit Ioannes, homiliam illā omniū ore cōſono decantatā in Eccleſia recēſuit, cuius principiū eſt: *Rurſum Herodias inſanit, rurſum cōcit turbas, rurſum choreas agit & geſticulatur,* rurſus *caput Ioannis quærit in diſco,* & quæ ſequuntur. Et hoc tātò acriùs ad indignationem & irā redaccēdit Imperatricē. Itaq; menſibus exactis duobus Conſtātinopoli cogitur Epiſcoporū cōciliū, Leontius Ancyræ minoris Galatiæ, Ammonius Laodiciæ quæ in Piſidia ſita eſt, Briſon Philipporum Thraciæ, Acacius Berrhoeæ in Syria, alijinſuper aliquot Antiſtites cum ſuis metropolitis. Qui priùs detulerant Ioannem quum adeſſent, dentibus iam aduerſus Ioannem * frendebant. Inter hæc autem ipſe ſpe bona confirmabatur, orabatque vt de quibus inſimulatus eſſet, ea excuterent.

Eudoxiæ Auguſtæ ſtatua.

Ioannis Oratio.

Secundū Conciliū cogit Eudox cōtr. Chryſoſt.

Πάλιν Ἡρῳδίας μαίνεται.

frendebāt Socr. li. 6 hiſt. c. 16. Baron. ann. Chr. 404. to. 7

Qui eū incuſarant, non inuento plauſibili principio formandæ aduerſus eū actionis, ad Theophilū, qui tū in Alexandria erat, mittūt, perſpicuè eidē ſignificātes, Aut occurre tu, & dux præſto aduerſus Ioannem, aut ſi tibi male metuis à populo, modum ſaltē aliquem nobis præſcribito, daq; conſilium quo freti eam auſpicemur actionē. Ad hæc Theophilus quidem minimè obuiā illò iuit, pulchre ſibi conſcius, quàm turpi fuga ſuæ conſuluiſſet ſaluti. Tres nihilo ſecius miſit planè miſerabiles Epiſcopos, Paulum & Pœmena, hoc eſt Paſtorem, ſic vocatos, alium itē quendam nuper conſecratum, cum his etiamnum miſit & Canones quoſdam, quos Ariani ediderant aduerſus beatū Athanaſium, vt eiuſmodi Canonibus vſi, publicā actionem Ioanni innecterent, obijcientes: Cur quâue ratione nixus poſt ſemel abrogatum tibi Epiſcopatum, in eius thronum inuolaſti priuata auctoritate, tuoq; vnius ſuffragio ac ſentētia? Ad hæc ediuerſo Ioannes, conſtanter, ſcitè & animo nequaquam effeminato reſpondit. Qui proinde aduenerāt Epiſcopi & Metropolitæ, iuxta tenorem Canonum cōmunicarunt cū Ioanne, ne eadē quæ primi cōmitterent. Principes vbi reſciuerunt, infenſis animis tulerunt mutuā illā eorū communicationem. Et Theodorus quidē * Tyanæorū Epiſcopus, vir vtiq; morum honeſtate & habitu decorus, vt intellexit primū quibus ex cauſis concinnata ſit calumnioſa hæc iudicialis actio, & ad eius aures perlatę ſunt, ne inſolenti ac licentioſæ temeritati Theophili obſequutus minus ordinatè videretur, relictis omnibus ad ſuam ſe recepit Eccleſiā, perſeuerans in communione fideliū Romanorum. Pharetrius autem Cæſariæ quæ eſt ad Argæum Epiſcopus minus fimide formidans, nō ſecus atq; infantus laruas, nequaquā eſt ciuitate egreſſus. Tantū aduerſæ parti cōpromiſſum fecit, idq; miſſis ad eos literis: nō eſt tamē vocatus in mediū ruſticū ac ſtultus erga primā cathedrā ignoratione meliorū. Leontius autē Ancyræ Galatiæ agglomeratus cū Ammonio Laodiciæ Ambuſtæ conionē faciens ambuſſit eccleſiam; Hi quidē non modò non fracti interminationibus principū, ſed ex diuerſo ſpe munerū Imperialium in fraudē, erroremq; abrepti, ſententiam tulerunt plane improbandā ac nefariā, vt qui ſtabāt ab Antiocho & Acacio, vim roburq; obtinerent ad confirmandū prorſus indiſcretū Theophili iudicium, ſed & dolo malo nullū reliquerunt locum Ioanni ſui purgādi, & pro ſe reſpōdendi. Ioānes iuſta reſponſione reuicit Canones à Theophilo miſſos, ac reiecit, quòd eos ita ſcripſiſſent & obſeruari iuſſiſſent quadraginta Arianæ hæreſis.

Concilium ſuggerēte modū Theoph. Ioannem rurſum inauditū damnat, nixum Cano. in Concilio Antioch. ab Arian. lato cōtra Atha. & Marcellum.

Tyanæ.

Siue Epiſcopus ſiue presbyter iuſtè aut iniuſtè depoſitus, ſi priuata auctoritate citra decretum Synodi inuaſerit Eccleſiā, talē deinceps nolumus locū obtinere ſui purgandi, ſed expellatur, & demū in exiliū relegetur. Ad aliud nihil inimici excutiebāt ac perſcrutabātur, adulterinas & falſi nominis ſcripturas, niſi vt ne ad iudiciū accerſerentur, obijcientes quòd inſiliuiſſet in thronū Epiſcopalem poſt abrogationem dignitatis, citra ſynodale ſuffragium pro ſe redditum. Ipſe autem dicebat ſe minimè iudicio contendiſſe, non item exaudijſſe tabellas aduerſum ſe ſcriptas; non etiā ſibi factam poteſtatē pro ſe reſpōdendi; ne pręſens quidē, inquit, condemnatus ſum, ſed iuſſu Imperatoris in exilium relegatus ſum; rurſus eiuſdē præcepto ſum reuocatus, quemadmodū & veritas rerum geſtorum luculenter oſtendit. Et hic quidem Cano tamquā illegitimus & à iure diſſentiēs de relegando in exiliū, in Sardicenſi ſynodo declaratus eſt ab Romanis, Italis, Illyrijs, Macedonibus Græciſq; Epiſcopis, quo tēpore Liberius & Iulius ſanctū Athanaſium & Marcellū Galatam admiſerunt ad cōmunionem ſub Imperatore Conſtantio, in quorū odium Canon ille ab iſtis inſtitutus eſt. Sed enim iſte duernio admirabilium ſcilicet virorum Ammonius & Leontius ſic inter conflictantes & conſerti cum Acacio, Antiocho, Cyrino Chalcedonenſi & Seueriano ad Imperatorem quū eſſent ingreſſi, ipſum edocuerunt, vt iuberet intro aduocari decē ex his qui à parte Ioannis ſtabāt Epiſcopis (erant autē plures quā quadraginta) qui inter ſe conflictabantur hi quidem tamquā pro catholicis Canonibus; illi vero quaſi, vt erāt, ab Arianis profecti eſſent. Interea ingreſſi ſunt Elpidius Laodicæ Syriæ Epiſcopus, vt ſenio maturus ſecundū animam, ita & canicie venerabilis, & Tranquillio, ad perſuadendū Imperatori minimè conuenire citra rationē relegari Ioānem in exilium. Neque enim priùs legitimè fuerat ei adēpta dignitas, ſed per comitē eſt extruſus: neq; priuata auctoritate thronū inuaſit, ſed iuſſione tui imperij eò cōſcēdit. Et nūc demū Canones quos adferūt, docemus ab Arianis emanaſſe: quin & ipſe Ioānes probauit hūc ipſum quē obtrūdunt Canonem non ab Eccleſia noſtra profluxiſſe, ſed Arianorū eſſe commentū reuicit, editū quo tempore Antiochiæ cōuenerunt ad abrogandā fidē de conſubſtātiali Trinitate, quē ediderūt hoſtili odio inſectātes magnū illū Athanaſium. Illi autē obſtinatis animis ac turbulentè perſiſtebāt aduerſus Ioānē cōtentioſius rixas nectentes, & quidē exerta voce ijdē effrenatè & impudenter ſummouebāt loco, pectora ipſorum feriebant exagitati, ceu iā compotes victoriæ aduerſus Ioan-

Vnus hic ex Canō. Arianor.

nem

nem extortæ. Ediuerſo Elpidius ſedato animo, & maximè ad legis præſcriptum ſe gerens moderatè, velut adiuncta exili quadam ſerenitate ait Imperatori: Ne plus æquo moleſti ſimus manſuetudini tuæ, fiat vel hoc. Frater Acacius & Antiochus ſubſcribant ſe probaturos quos in medium protulerunt Canonas ab orthodoxæ fidei viris fuiſſe editos. Nam & ipſi cum illis ſentimus qui ipſius fidei orthodoxæ Canonas expoſuerũt: & hunc in modum ſoluta fuerit propoſitæ quæſtionis ambiguitas. Animaduerſa propoſitione hac Imperator ſubridens dixit Antiocho: Hac vna re nihil commodius. Erat autem Imperator hic omnium maximè innocens. Verùm enimuero qui Seueriano adhærebant, * vertigine cerebri laborabant in morem turbulentæ aquæ, & ob id quod prudenter fuerat dictum ab Imperatore, eiuſdemque ſagax iudicium, detenti adeò ſunt ac conſternati pauore, vt ne hiſcere quidem B auderent, in immodicum pallorem ſuos permutantes vultus. Nihilo ſecius ea adacti neceſſitate ſe ſubſcripturos pollicentur, inuiti licet. Re ad hunc modum geſta egreſſi, ſuam de ſubſcribendo pollicitationem non adimpleuerunt, excuſantes ſe id inconſulto eſſe pollicitos, veriti ne probationi Canonum ſuccumberent. Atqui ſecum comminiſcebantur ac mente verſabant cauſas ob quas priùs fuiſſet Ioannes actus in exilium.

* ἰλιγγιῶντες, & ἀναζέοντες, ventribus agitati, æſtuantes, & hæſitantes, &c.

Hæc inſuper & alia quum iſti nullo ſuo fructu eſſent moliti, ac tranſmiſſi menſes nouem, vel decem, beatus Ioannes Epiſcopus vnà cum aliis quadraginta duobus itidem Epiſcopis cùm eſſet congregatus, interea populus omnis multam cepit ex eius doctrina iucunditatem. Mentem enim ſuam ſic auocabat ab omni appetentia gloriæ inanis; vt vel quoquo pacto calamitatibus attereretur, etiam inter anguſtias neſcio quid ab illius C ore proflueret ſolito iucũdius ſimul & efficacius. Quum autem dies natalitius Saluatoris appeteret, Imperator ad Eccleſiam non venit, quod alioqui prò more illi erat, ſed ſignificat non priùs ſe communicaturum Ioanni, quàm ſe purgaſſet, & à ſe excuſſiſſet obiecta crimina. Verum enimuero qui Ioanni falsò crimina impingebant * fiduciâ innocentiæ confirmato, Epiſcopi omnes per hæc nulli non innotuerunt. Interea occurrit dominicum Ieiunium veris tempore quo per anni curriculum ſolet. Itaque qui cum Antiocho ſentiebant, rurſus ad Imperatorem ingreſſi omnibus clam ipſum ſolito preſſius edocuerunt conuictum eſſe Ioannem & compertum criminis, idque vt eum iuberet in exilium relegari. Et quidem hæc peracta ſunt proximo Paſchæ feſto. Imperator igitur eò neceſſitatis adactus iſtorum ſuggeſtione, & eis fidem commodans tanquam Epiſcopis, ſignificat Ioanni, vt Eccleſia emi- D graret, quòd iam duarum Synodorum ſuffragantibus decretis eâ eſſet exauctoratus dignitate, ac proinde non eſſet Imperator, ante Ioannis egreſſum, ingreſſurus Eccleſiam. Ad hæc ex diuerſo ſignificat Imperatori: * Ego, à Deo & Saluatore noſtro Eccleſiam hanc ſuſcepi mea vnius prouidentia regendam, pro ſubditi populi ſalute. Eius curam paſtoralem deſerere non queo. Si quidem id vis fieri, (populus enim repugnat:) me hinc vi propellito, vt * deſerti officij atque ordinis poſſim reponere iuſtam rationem, nimirum quòd tua vnius poteſtate ſim exauctoratus functione mihi concrediti ordinis. Quidam è palatio miſſi, cum timore alioqui ipſum inde pepulerunt, iubentes vt in Epiſcopi ædibus degeret, præſagio quodam rati iram Dei aduerſum ſe venturam, ac proinde aliquid mali accideret, eoque ipſum quàm ocyſſimè in Eccleſiam introduce-

Ioannes à conciliabulis damnatus, iuſſu Imperatoris.

γνώμῃ ab exẽplo

* Iuſtus vt leo confidit.

* τῆς λιποταξίας, τὴν ἀπολογίαν.

A rent, vt exorabile numen ſibi propitiarent. Sin ſecus, vt rurſus flagra experiretur, cuiuſmodi Pharao Moſi intulit. Itaque Ioannes arcebatur, ne quo pacto remigrans deſcenderet in Eccleſiam, ſed ſeorſim tranſigeret vitam. Hæc dum fiunt, inſtitit magni Sabbati dies, quo quidem die * infernum ſpoliauit Saluator Cruci affixus. Iterumque illi per internuntium iubent, vt egrederetur Eccleſia. Ille verò prout decebat, contentanea reſpondet. Imperator verò quum percepiſſet iure eum condemnatum, ſimulque intellexiſſet turbam ciuitatis tumultuantem, iubet ad ſe eos acciri, qui à parte Antiochi & Acacij ſtabant, eiſque dixit: Quid mihi facto opus ſit, ne conſultando aberretis, videte. Illi cordati ſcilicet & animoſi Imperatori dixerunt: Imperator, in caput noſtrum reſiliat, quæ à nobis irrogata eſt Ioanni abrogatio, pro his quæ geſſit aduerſus Canones inuadens thronum. Sed enim ne tunc quidem vllum Ioanni locum ſui purgandi ac pro ſe reſpondendi indulgentes, in ipſum tulerunt ſententiam condemnationis, nequaquam ſecum reputantes, quoniam * illi qui Athanaſium magnũ de grado deiecerunt, hoc ſunt vſi Canone. Hiſce auditis, Epiſcopi qui Ioanni aderant, numero quidem * ſacræ Quadrageſimæ nihilo diſpari, acceſſerunt ad Imperatorem ſimul & Imperatricem ad ædem Martyribus dedicatam lachrymis profuſis obſecrantes, vt Eccleſiæ Chriſti parcerent, eò maximè quia Paſchæ dies appetebat, nec pauci fonte baptiſmatis erant regenerandi, priùs * myſteriis fidei noſtræ inſtructi: quapropter ſinerent ſuo frui ſacerdote. Hac vna de re illi exauditi non ſunt. Reſpondens autem Paulus * vir fiducia plenus dixit mira cum libertate & intrepidè: Eudoxia, liberorum tuorum miſerta metuito Deum. Videto ne impendentem hanc Deo peculiariter conſecratam celebritatem contumelia aſpergas profuſione ſanguinis. Hi quadraginta Epiſcopi cùm ſe recepiſſent quique domum, in ſuis diuerſoriis peruigiles ducebant noctes, illi quidem illachrymantes, hi autem mœrore contabeſcentes, alij verò inuicta & * inexpugnabili mentis vertigine detenti, prout quemque affectio obſederat. Equidem presbyteri & clerici Ioannis, qui etiamnum penes ſe timorem Chriſti retinebant, omnes inſuper qui ſtudio propenſiore illi cohærebant, extemplo pedem retulerunt, & ab Eccleſia ſeceſſerunt, & celebritatem Paſchæ in publico baptiſterio, cui nomen Conſtantiniano, concelebrarunt. Cum his autem aderant & qui præimbuti fuerant rudimentis Chriſtianæ fidei, ſimul & qui ſic inſtructos viuæ vocis oraculo fonti baptiſmatis admouerent (vti par erat) idque ob inſtans Paſcha. Et hæc ipſa iſti præpoſteri ſententiarum corruptores & fraudulenti impoſtores humanarum mentium Antiochus, Acacius & Seuerianus ante omnia ad ſuos præfectos deferebant, orantes vt impedimento eſſent, nec ſinerent fieri frequentis populi congregationem. His contradixit magiſter Palatij, dicens: Nox eſt, & numeroſa turba, quare prouidendum eſt nequid indecori facinoris aut flagitij perpetretur. Qui autem Acacium ſectabantur, exceptione ſermonis opponebant: Nemo in eccleſiis remanſit, & timemus ne Eccleſiam ingreſſus Imperator, dum ne vnus quidem in eis iuuentus ſit, hinc percipiat populi erga Ioannem beneuolentiam, noſque condemnet malitioſæ obtrectationis & inuidiæ, eò maximè quia ipſi diximus neminem eſſe omnium qui mentem ſtudiũm ve illi alacriter & cum voluptate commodet, * homini nimirum fœdifrago & irreconciliabili. Ad hunc modũ Palatinus magiſter eos conteſtatus ſimul & obteſtatus pro his quæ euentura erant, aſſignauit eis Lucium quendam, ſicuti dicebat, Gentilẽ ducem

Exodi 9.

* ἐσύλησε τὸν ᾅδην.

* Arian.

τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς.

* Catechumenos initiandos.

* ὁ ἀπὸ Κρατείας.

* χειμάζοντι κάρᾳ.

Clerici & populus Ioannis partibus fauentes in balneis Conſtantinianis Paſcha celebrantes, cum inde in Eccleſiam redire nollent, à Lucio Tribuno cò cũ 400 militibus, Acacianorum factione miſſo, diſpẽſantur, & ca cetibus traduntur.

* ἀσύνθετον, ἄσπονδον.

mili-

A militaris numeri eorum qui cingunt latus principis, præcepto ei dato, vt manſuetè & clementer populum qui ſeceſſerat, reuocaret in Eccleſiam. Is cùm abiiſſet, nec exaudiretur, ad eos ſe recepit qui adhærebant Acacio, eiſque narrauit quantum moleſtiæ & amarulentæ reſponſionis à populo exceperit. Ad huc aſſiduè ac ſuppliciter ipſum obteſtantur, vt aureis verbis ac pollicitationibus maioris profectus, Chriſti impedientes gloriam exorent, ne die feſto ſinatur populus conuentum facere. Hic cùm extemplo aſciuiſſet ad ſe clericos partis Acacij, egreſſus eſt ſecunda cuſtodia noctis, cuius gratia miſſus fuerat. (Populum autẽ illis in locis conſiſtentem prorogant & extrahunt ad primum vſque gallicinium) illum comitabantur Threiciis enſibus accincti, recèns in exercitus formam allecti. numero erant nihilo diſpares illi Eſau, nempe quadringenti; & iidem præter
B omnem modum impudentes ac præfracti. Itaque locum ſubindicantibus clericis ac militibus illos luporum more adorientibus per noctem repentino inſultu effrenatè impreſſionem fecit, ferro fulguris inſtar explendeſcenti conſcindens multitudinem populi. Is introgreſſus eſt ad aquas beatifontis, prohibiturus ad celebrandam Reſurrectionem Chriſti concluſos. Diaconorum ſymbola multa cum temeritate & excandeſcens diffudit. Presbyteros autem qui iam eſſent ætate parili, fuſtibus & * clauis quum cecidiſſet aduerſo cerebro, lauacrum * regenerationis tinxit ſanguine. Tunc licuiſſet videre angelicam illam noctem, in qua dæmones prætrepidi olim fuerant ingenti horrore contracti, in labyrinthum fuiſſe mutatam. Mulieres enim amiculis nudatæ vnà cum viris præcipiti fuga illinc ſe proripiebant concito curſu vſæ, veritæ ne iugularentur, aut cuipiam probro ac dedecori inſeruire cogerentur.
C Ob hæc ignominioſum ac præter decorum nudæ curſum inuitè licet complexæ ſunt. Alter fortaſſe ſecundum manum ictus & cruore perfuſus lamentabatur. Alius item virginem aliquam pertrahebat * raptans eam. Alius præterea veſtimenta compilabat, quatenus is potuit. Omnes denique illi prædones ſe accinxerunt in prædam abripiendis quibuſque precioſiſſimis theſauris. Et quidem per hunc modum comprehenſi presbyteri & diaconi in arctam cuſtodiam coniecti ſunt. Qui autem in populo præpollebant amplitudine dignitatis, ex ea ampliſſima ciuitate extruſi ſunt. Proinde edicta alia aliis continuo ſuccedentia per compita affigebantur, quæ & comminationes continebant, vt omnibus interdiceretur communione Ioannis. Interim tamen fiebant hæc, quin etiam plura his tantò ambitioſiùs contendebant efficere externi illi dicti Epiſcopi. Sed enim iſti
D conuentus amore fragrantium doctorum, imò potiùs Deum vnicè diligentium fieri prohibebant. Cæterùm iuxta id quod in libro Exodi, egreſſione ſcilicet filiorum Iſrael, quantò ex eis plures interimebant, tantò plus multiplicabantur. Siquidem ex illo iam tempore congregationes ſeorſim agitabant locis ab aliorum cœtu diſparatis: ita vt hi Ioannitæ appellarentur.

Porrò imperator poſtridie eius diei egreſſus, vt ſe in agro adiacente exerceret, vidit ad quintum ferme lapidèm terram nullo ſatam ſemine; ſimul & candore veſtitam; & ſtupore perculſus ob viſionem floris nuper * illuminatorum [*ſiue nouorum luminarium.*] (erant autem ad tria millia.) Percunctatur à ſatellitio ſuo, Quid frequens hominum conuentus iſte in vnum aggregatorum ſignificaret? Dicunt ei à Valentinianis errore decepti falſam hanc induere ſententiam: Vt ſic Imperatorem ad indignationem proritarent. Equidem iſti qui continenter ſe conſtituunt ſequeſtres & arbitros motoriæ iſtius factionis. [Acaciani] vt throno præficiantur, præmittunt ſuos aſſeclas immiſericordes prorſus, multoque inclementiores futuros his qui retroacto tempore huc venerant, & id quidem diſpergendo auditores, doctoreſque carceribus incluſos detinendo. Qui enim huc venerunt, paucos quidem è clericis, è laicis verò plures occuparũt. Nemo interim infidelium obiiciat, ſi recens * illuminati tot tantique ſint, è parte autem aduerſa tam pauci numerentur, quinam fieri potuit, vt hi in tot fideles dominium acceperint, ita vt rarus miles ſic frequẽs collegium diſſipare potuerit? Admiretur potiùs meliorem pietatis conditionem, & doctoris exactam diligentiam hoc argumento perſpicuè declaratam; quippe qui indiuulſe ad rectitudinem reuocat iſtorum huc vſque inexpugnabilem voluntatem. Non enim decebat vt qui ab ipſo Ioanne edocti fuerant prudentiam, & morum æquabilitatem manſuetudini coniunctam, deſipienter adeò ac turbulentè quid moliri aduerſus doctorem. Cum iſtis qui detinentur carceribus, comprehenſæ ſunt & vxores illuſtrium virorum. Sunt inter eas, è quarum capitibus rapto detracta ſunt * flammea. Aliarum proinde * inaures conuulſerunt, vnà cum deformi detruncatione auris. Sed & Eleutheri cuiuſdam vxor & ſpectabili genere prognatam mulierem, & ſupra modum opulentam direpto eius flameolo, vt ſaluti continentiæ & pudori conſuleret, induto virili habitu præcipiti curſu in ciuitatem fugere coegerunt. Erat enim hæc præter floridam ac præſtantem formã, ornamentis circumamicta. Hoc quidem pacto carceres principum completi permutabantur in Eccleſias. Siquidem hymni & reſponſoriæ relationes ad myſteria ſubſeruientes in carceribus perſoluebantur. Verbera inſuper ac multiplex ſpecies iuriſiurandi plena vtique formidinis & horroris ac torturæ. Hæc omnia in mediis Eccleſiis fiebant ad Ioannis exſecrationem, vt impellerent, qui ad mortem vſque malignitati diaboli * hoſtiliter graſſantis reſtitit.

Ioannes igitur magno ſtudio cauit ne quò progrederetur ad duos vſque menſes, ſed in ædibus Epiſcopalis Eccleſiæ otioſus verſabatur. Porrò die ab expleta Pentecoſte quinto aſſeclæ Acacij, Antiochi, Seueriani & Cyrini ingreſſi ad Imperatorem, dixerunt ei: Tu in nos poteſtatem à Deo cum acceperis (in omnes ſiquidem tua ſe porrigit auctoritas) quicquid velis, id tibi liceat. Ergo ne ſis mitior presbyteris, & Epiſcopis ſanctior. Diximus tibi iam ante omnia, * Ioannis abrogatio in caput noſtrum reſiliat. Quamobrem ne quis dicat, in hunc vnum collata miſericordia in omnes nos immanem parat ferociam & ſeueritatem. Verbis hiſce planè * Iudaicis, forſan, & operibus ipſis ad explendam ſuam malignitatem Imperatorem pertraxerunt. Ad hunc modum ſubdola perſuaſione circunuentus Imperator, miſit Patritium vnà cum Epiſcopis, ſimul & Notarium, per quos hæc ſignificat Ioanni: Acacius, Antiochus, Seuerianus, & Cyrinus cum aſſectatoribus ſuis ſententiam contra te latam in ſua ipſorum capita contulerunt. Itaque tua permitte Deo: Egreditor Eccleſiam. Per hunc igitur modum, cùm beatus Ioannes ab ædibus Epiſcopi vnà cum ſibi adhęrentibus Epiſcopis deſcẽdiſſet, poſt perſpicuè denuntiatã, nec vlla vmbratili ambagine obſcuratã ſententiam, dixit omnibus: Age, fundentes preces, * vnà cum Angelo Eccleſiæ præſide coniungamur. Ob hoc quidem factum mirè quidem exhilaratus eſt; mœrore alioqui contrahebatur pro ærumnoſa populi afflictione. Tunc ſtans Ioannes, pro more compendio fecit enarrationem iis quos in loco deprehendit. Cumq; eis explanaſſet Symbolum ter centum decem &

octo

lia. Lege Nazianz. Chryſoſt. Tertull.

* Baptizati.

* μαφόριον, κεφαλῆς περίβλημα, velũ, capitis integumentum, *Phauorinus.*

* ἐνώτια σὺν τῷ λοβῷ τοῦ ὠτός.

* ἐχθρεύοντος.

Ioannes iuſſu imperatoris vrbe cedit.

* ſanguis eius ſuper nos. Matth. 27.25.

* Expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo. Ioan. 11. 50.

Palladius aliter: *Et in angulo Eccleſiæ communicamus pro cũ angelo Eccleſiæ colloquamur* de Latini liberatiſſimè dum eſſe pute vt & in Baron. ad anno 404. pag. ſ... De angelo ruſſum ſeq. pag. Concilij Nicæni Symbolũ

octo ſanctorum patrũ, adhortatus eſt eos ſe vt obſeruarent ab hæreſibus Marcioniſtarũ, Nouatianorum & Arianorum, qui omnibus apparent, tanquam ſepulcra albario perlita, intrinſecus autem pleni ſunt emortua fide, execrabili blaſphemia, & putore graueolenti. Sed enim ſignificat hæc Ioanni vnus aliquis ex Dei amantiſſimis & inter optimates populi facilè primus.

Matth. 23.27.

Quandoquidẽ Lucius vir planè crudelis ac faciẽ impudẽtis ad hoc in publico adeſt balneo cum ſuis militibus accinctus, te vt loris adſtringat, plebs autem totius ciuitatis ad turbã & obſtreperos tumultus cietur. quare feriam operã nauato, vt omnibus clam feſtines egredi, ne plebs aliquid indecori tua vnius cauſa mouens variè conflictetur, & pugnam conferat cũ militibus. Tum Ioannes quoſdam ex Epiſcopis illachrymans deoſculatus eſt (reliquos enim neququam ſinebat exoſculari interni affectus commotio) quos & cæteris coniunxit, cum lachrymarum profluuio dicens: In ſacrario manete, vt egreſſurus nonnihil vobis eduſeram. Ingreſſus baptiſterium ad ſe aduocat Olympiadem, quæ à templo nõ diſcedebat: quippe quæ in orationibus & ieiuniis cõſumpſerat vitam (cuius virtutes à nobis ſuperiùs commemoratæ ſunt) vnà cum *Pentadia & his quæ priùs vocatæ fuerant Diaconiſſæ, cũ Syluana, quæ vxor fuerat beati Nebridij, quæ ſuam viduitatem adornarat decenti habitu, eiſdemque dicebat: Agite, filiæ audite me. Iam mea vti video, finem habent. Curſum meum conſummaui, nec ampliùs fortè viſuræ eſtis faciem meam. Vnum hoc à vobis cõtendo, votiſque omnibus rogatus velim; ne qua veſtrûm conſuetam ac iugem beneuolentiam erga Dei Eccleſiam amittat. Quòd ſi quis inuitus fuerit per ſuffragia in Epiſcopum creatus & euectus, eiuſque creatio fuerit ſuffragante conſcientia omnium certa, nec vlla de ipſius electione intercesſerit ambiguitas, vos veſtra capita perinde ac Ioanni ſubmittite. Omnino enim habitura eſt ſuum Epiſcopum Eccleſia: & ita mei miſertæ, eſtote in orationibus veſtris mei memores. Illæ interea lachrymarum vbertate ſe perfundentes, ipſius ſanctis pedibus aduoluebantur. Tunc vni religioſorum & eidem presbytero cùm annuiſſet, dixit: Hinc iſtas intrò accipe, vt ne quid turbæ aut obſtreperi tumultus conciant. Hunc in modum illæ parumper, cùm ei fuiſſent impedimẽto, viſæ ſunt aſſenſum præbere. Sic igitur exiit plagam verſus orientalem: (Nihil enim apud ipſum erat occiduum.) Iumentum cui conſueuerat inſidere, iuſſit ad occidentalis portæ templi plagam duci, vtque illic eum præſtolarentur, ne quis ipſo exeunte conciretur tumultus populi. Angelos præterea tutelares Eccleſię patronos viſus eſt videre ipſius deſolationem non ferentes, quam quidem moliebantur principatus ac poteſtates tantæ iſtius malignitatis artifices, ſimile quiddam oſtentantes, cuiuſmodi *ſolent theatrales ludi. Quemadmodum enim in theatro vox obſtrepera *gallinę glocientis inſtar redditur, ita & impij illi Iudæi pariter & Gentiles plauſus ac ſibila edebant, immodicè gloriabantur & obtrectabãt. Sed & ſimul in carceres coniecti: inflictæ ſunt plagæ, & per immanitatem militum eorum viſcera torturis exanimata ſunt, totius animæ vires perdidere, tranquillumq. ſtatum, cùm ob doctoris auulſionẽ, tum quòd Numen illorum blaſphemiis laceſſeretur. Apud hos quidem peccatorum impunitas, apud ergaſtulis clauſos cruenta & copioſa ſanguinis effuſio fiebat.

Hæc Timaſij Dux̃ vxor fuerat. Niceph. l.13. c.4.

Galline ſonus.

Poſt ingentes tenebras & enarratu difficiles, quo die Ioannẽ eliminarunt Eccleſiæ aditu, flamma è medio throno, cui beatus inſidere conſueuerat erumpens, perinde atque cor in meditullio corporis, viſa eſt exponere velle reliquis membris Saluatoris eloquia, & requirebat ſalutaris eloquij interpretem. Eo minimè inuento, *calumnioſam actionem depaſcebatur, ac veluti in arborem conſcendens perrepſit in ſublime per catenas aduſque faſtigij ſupremi contignationem, & *viperæ in morem ventrem excedens ad tergum ferebatur Eccleſiæ & ſolaria eius; mercedem rependens iniquitatis, ac ſi ob id piaculum meritò ſuo definitam pœnam luerent Deo ad reſipiſcentiam & commonitionem eorum videlicet qui re ipſa vidiſſent eiuſmodi diuinitus inflictas calamitates. Nec id ſolùm, ſed vt memoria illius *feralis ſynodi ad poſteros tranſmitteretur. Mox enim vt eo incendio conflagrauit Eccleſia, Subſolanus ventus vt aſpirauit, Senatus curiam honoris præcipui, multis conſtantem tribunalibus, è regione eccleſiæ ſitam, meridiem verſus locatam idem velut prudenti conſilio vſus deuſſit ignis, ac ſi pons quidam tranſmiſſis vulgi domunculis, eam curiam vitiaſſet, non item corripuiſſet partem eccleſiæ propinquiorem, vt ne eam calamitatem aſſeriberemus vicinitati loci: Quin & partem incendij in aulam imperialem immiſit, vt res geſta admirabilior fieret, idque *inuectum palàm exhiberet indignante Deo eſſe immiſſum. Equidem tum licuiſſet videre bonam partem populi indemnem & citra vllam noxam domeſticas neceſſitates transferre in medio duorum ignitorum montium. Sanè ignis hunc in modum circumuolitans & exæſtuans (veluti mare violento & auſtrali vento exagitatum) quaſi ex cõpacto progrediens ædes circunquaque attingebat, à nulla ſibi temperans. Tantum illi curæ fuit, vt ne vel minimo attingeret ædiculam in qua conſecratorum vaſorum numeroſa multitudo recondita erat: nõ quòd ignis vereretur adoriri aurum, aut inſilire in reliquam argenti ſupellectilem, ſed ne locum præberet & anſam illis ſycophantis confingendi mendacij aduerſus Ioannem iuſtũ, quaſi is quæq. pulcherrima ſuppilaſſet. Sic planè ignis ille affectus & quodammodo animatus, retro auertit ac ſuffrenauit flagrantem priùs inuidiam, eorũ velut veſtigia inſequẽs, qui temere talia fuiſſent aggreſſi: ad coarguendam vecordem amentiam Theophili, quandoquidem ita ſe comparabat, vt ablegaret Ioannem ſpe potiundi theſauris. Et quidem delectione animi per tot tantoſque tumultus, nihil omnino ab incendio ignis reſedit, quod incolume eſſet. Denique ſordes eorum qui ſcelerate & execrabiliter illic fuerant conuerſati, operatoria vi ignis eluebatur. Ab ſexta hora ad nonam, tribus tantum diurnis horis tanta moles operum quæ permulto tempore confecta fuerãt, euanuere ex omnium proſpectu. Hoc autem contigit xx. die menſis Iunij, Conſulatu Honorij ſexto. His acceſſit, quia nonnulli nullo Dei timore exterriti, nullam comminationem gehennæ menti inferentes, dicebant nonnullos eorum qui immodico amore adhærebant Ioanni, ea conflagratione deuſſiſſe Eccleſiam. Hac arrepta occaſione Optatus Conſtantinopolitanæ ciuitatis Prætor, ſed Gentili imbutus ſuperſtitione, proinde & oſor Chriſtianorum, opportunitatem nactus eos in ius euocandi, *non paucos eorum qui à parte Ioannis ſtabant, dire & immaniter torſit: Alij rurſus pertrahebantur non qualeſcunque pœnas ſubituri.

Proverbiale.

Conflagratio Eccleſiæ & Curiæ.

Refellit hoc Cardi. Baronius an. Chriſti 404.

Ioannes verò vnà cum Cyriaco & Eulyſio à militibus prætoris loris adſtricti pertrahebantur Bithyniam verſus, intentato illis ſupplicio eandem ob cauſam. Demum Cyriacus & Eulyſius vincti vnà cum clericis, quòd inſontes eſſent pronuntiati, abſoluti ſunt. Sed ſanctus Ioannes ad omnem ſuperiorem loquendi libertatem hanc adiecit, dicens eis: In cæteris vt non dederitis locum expurgandi mei, vel nunc ſaltem audiat

Ioannes in Bithyniã, inde in Armeniæ Cucuſum deducitur.

diar in hoc facto Eccleſiæ. Quòd ſi incendij huius auctor & reus, vti affirmatis, ſim, ne ſic quidem audiat. * Illi tum milites abreptum eum abducunt in ciuitatulam quandam Armeniæ cultoribus deſtitutam, cui nomen *Cucuſus*, vt illic neci eum traderent. Siquidem ab Iſauris noctes dieſque obſidione cingebatur oppidum. Eum alioqui hoſpitio excipit vir quidam, nomine Adelphius, ſecum habens clerum Epiſcopatus Arabiſſi, qui quidem dignus habitus eſt qui videret de hoc Ioanne apertam viſionem, de qua in progreſſu ſermo edocebit. Porrò famulus presbyteri cuiuſdam Elpidij nomine, mercede (vti fama eſt) conductus, nimirum aureis nummis quinquaginta vt ſanctum dolo circumuentum dederet neci. Is deprehenſus tres habens gladios ad eam necem patrandam, ſeptê ſe ſigillatim detinentes percuſſit: quorum quatuor ſunt continenter mandati ſepulturæ, tres reliqui medela commodè & in tempore adhibita conualuerunt.

Margin notes: ... Cucuſũ, Armeniæ oppid. — In domo Adelphij Ioannes hoſpitatur: ab Elpidij ſeruo inſidiis petitur.

Erat copioſa multitudo * regionis illius, quorum hi quidem ſimulacra colebant: iſti autem arbores & lucos honori habebant: alij verò Solem venerabantur. Quippe non norant quis colendus eſſet Deus; ſed relicto creatore, creaturæ offerebant latriam. Iſti de beato Ioanne quum inaudiſſent, quia eximius eſſet Dei ſeruus, penesque eum eſſet facultas edendi ſtupenda opera & admiratione digna, adducunt ad eum quendam paralyticum in lecto iacentem, cumque vt ſanitati reſtitueret, obſecrant. Etenim apud ſeipſos dicebant: Hunc ſi curauerit, omnes nos in Deum ipſius fidem amplectemur, & omnibus quæcunque nobis mandato præſcripſerit, erimus obſequentes ac morigeri. Atqui Ioannes os ſuũ quum aperuiſſet, dicit paralytico: Quantum deſluxit temporis ex quo hoc accidit tibi? Reſpondens ille per interpretem ait: Octo ſunt anni. Rurſus dicit eidem: Cui culturæ ac religioni es addictus? At ille: Solem adoro. Reſpondens Ioannes ait: Sol equidem nullo modo ſoſpitatem, vt Deus, redintegrare tibi poterit. Subiicit his infirmus, Fateor Dei ope deſtitutum ipſum non poſſe id beneficij præſtare. Audiuimus enim ipſum agnoſcere Deum, cui & latriam exhibet. Ad hæc rurſum Ioannes; Siquidem noſti illum habere Deum, cuius imperium agnoſcit perinde ac ſeruus, quamobrem vos minimè ad eum venitis, ipſi Deo offerentes latriam cui Sol ipſe debitam rependit ſeruitutem? Atqui (ait ille) id nos timore correpti nequaquam efficere audemus, quandoquidem is mole ſuæ maieſtatis exuperat omnia, vti quidam aſſeuerant. Quòd ſi homo ſe non præſtiterit dignum, vtpote expurgatus ab omni contagione & ſorde peccati, ne digitulo quidem ipſum propiùs attingere poſſit, quin continenti incendio deuratur, vitaque defungatur. Tum ad hæc Ioannes in Domino ſapiens ait: O vos homines, ſermones hi meræ ſunt nugæ ac fabulæ, & commenta diaboli ab ipſo vobis ſuggeſta ad extremam perniciem animarum veſtrarum. Siquidem Deus & Solis huius & omnium noſtrûm, viſibilium pariter & inuiſibilium Deus eſt & plaſtes. Is ad ſe venientes & in ſe credentes cupide ac lubenter excipit. Neminem qui ſalutem velit aſſequi, repellit, auerſatur, aut execrabilem ducit, quamlibet ij peccatores fuerint: ſi modò eorum pœnitentiam perſpexerit, & ad id quod melius eſt mutationem expectat. In ipſum igitur crede ac repente perſpicies inuocato ipſius nomine ſanitatem de integro tibi inſtauratam. Ille reſpondens: ait: Credo, mi Domine, ſecundum ea quæcunque mihi loquutus es. Iamque poſthæc nulli ſum alteri Deo præterquam ipſi venerabilem oblaturus latriam. Tunc beatus Ioannes membra ipſius omnia * conſignauit dicens: Domine Ieſu Chriſte, qui paralyticum illum ſanitati priſtinæ inſtaurâſti, quem in lectica iacentem à tecto domus ante te demiſerunt, idem ipſe tu hunc redde ſoſpitati, vt agnoſcant te Saluatorem omnes ſimul & Deum, credantque nomini tuo. Et hæc ipſo dicente, nulla interceſſit mora, ſanatus homo eſt, & inſtitit veſtigiis ſanus. Gentiles igitur illi viſo eo quod repente factum fuerat admirabile prodigium, fidem in Dominum vnanimi voto complexi ſunt omnes, & admoti baptiſmo tam multi, vt numerari non queat multitudo. Porrò illis Epiſcopos ſeptem creauit, presbyterorum præterea ac diaconorum non infrequentem multitudinem, qui abunde ſufficerent numeroſæ illi turbæ ad obſequium Eccleſiæ, ad * ſacram & incruentam exhibendam hoſtiam. Præſcripſit eis & Canonas pſalmodiæ, tradidit & in diuinis * Sacramentorum diſciplinam. Cooperante enim Dei gratia quoſdam ex iſtis inuenit non inſcios linguæ Græcæ. Hos inſtruxit, vt nouum Teſtamentum, pſalterium item ſuo ipſorum idiomate interpretarentur, ad cumulatiorem obtinendam ſcripturæ diuinæ cognitionem. Eis præcepit ediſcere pſalterium, vt in eccleſiis cantica concinerent, confirmans ea eſſe quæ ipſis per partes interpretarentur ſeriem & hiſtoriam veteris Teſtamenti. Porrò iſti intra paucos admodum dies fide erga Saluatorem adeò effloruerunt, vt non paucis eorum, qui ante ſe crediderant, ſuperiores euaſerint. Beatus Ioannes perpenſa horum alacritate ac propenſiore ſtudio circa fidem, incredibili perfundebatur gaudio. Sed enim multos vario morborum genere detentos adferebant ad eum, quos ad vnum omnes in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti integræ ſoſpitati reſtitutos, remittebat ad propria.

Margin notes: * Cucuſanæ. Ioannis in Armenia ſanato paralytico, totã gentem & fidem Chriſti obtinuit. — Crucis ſignũ commendatur. Marc. 2. — Septẽ ordinat Epiſcopos in Armenia. — Nouum Teſtamẽtum & Pſalteriũ in linguã Armeniam vertendum curat.

Poſtquam Cucuſum eſt relegatus in exiliũ beatus Ioannes, qui ab eius parte ſtabant Epiſcopi, quique eatenus fuerant propugnatores veritatis, ſicuti initiò circumquaque fama cucurrit, hos in mare eſſe demerſos: verior alioqui fama obtinet extorres eſſe factos ac emiſſos in exilium, qui iidem in * tractibus Barbaricæ gentis tutò protecti ſunt & aſſeruati. Quum autem diaconus quidam aduenîſſet, qui vnà cum eis confeciſſet iter, enarrauit ipſis Cyriacum quidem è Media interiore, quæ octoginta milliaribus diſtat, perueniſſe vſque Palmyram Perſarum propugnaculum; Eulyſium eſſe Boſtris inferioris Arabiæ, quæ diſſita eſt itinere dierum trium. Haud ſecus exponit illum pergere ad præſidium Saracenicæ genti contiguum, cui nomen Mephas. Palladium verò denuntiat proficiſci ad Blemmyas Æthiopibus finitimos, illic vt aſſeruaretur eo in loco cui vocabulum eſt, Caſtrum Syenes. Demetrium præterea ſignificat in Oaſin, quæ genti Mazycerum finitima eſt. Eſt enim & alia Oaſis. Rurſus exponit Sarapionem poſt innumeras nec vlla ex parte probabiles ingeſtas calumnias, poſtquam corpus eius flagris per ignominiam conſciderunt, idque per immanem & efferatam crudelitatem cruenti iudicis vſque ad dentium effractionem, vti fama eſt, ad Indiæ gentem eum pepulerunt. Quin etiam Hilarius, vir apprime ſanctus, iamque ſenio confectus in intimam Ponti inſulam relegatus eſt cum multis ex clero, annos propemodum octo ac decem tranſegit non guſtato pane, præter admodum pauca oluſcula & * ſcolymos quos eſitabat. Antonius in ſpelæis Palæſtinæ delteſcit extorris, non ſpectans hominum cõſuetudinem neque locum mutans. Timotheus Icariæ & Ioannes Lydiæ dicuntur profecti in Macedoniã. Rhodo Aſianus adiit Mitylenen. Gregorius Lydianus dicitur periiſſe Phrygiam.

Margin notes: Variæ tribulationes eorũ qui ſtantes adhærebant CP. Hæc in Palladio nõ reperias, neque in Baronii t. … Tom. V. — Oaſis duplex. Vide Baronium in Martyrol. Rom. — Cardui, Lincoln.

Briſon

Briſon Palladij frater, à ſua ſe vltrò auocans Eccleſia, in ſuo agello degit propriis manibus excolens terram. Lampetius, vti aiunt, in agello Lydiæ, à quodam ingenuæ libertatis viro ſubſidia accipiens vitæ, totus lectionibus incũbit. Eugenius in ſua erat patria. Elpidius ille eximius Laodiciæ Syriæ vna cum Pappo tres expleuerunt annos, nuſquam à ſibi præſtito climate delapſi, ſed aſſiduis orationibus incumbentes requietam vitam complexi ſunt. Heraclides Epheſius annos iam quatuor carcerali cuſtodia detinetur Nicomediæ, ad hoc aliquantum teritur temporis. Anatolium dicunt ad Gallos eſſe profectum. Presbyterorum autem nonnulli quidem in Arabiam & Palæſtinam expulſi ſunt. Tigrius in Meſopotamiam relegatus, illic remanſit. Philippus dum fugam arripit, in Ponto ſuum obiit diem. Theophilus in Paphlagonia degit. Ioannes qui monaſterium Æthrij condidit, in Caria eſt. Stephanum in Arabiam proſcriptum Iſauri carnificum manibus in fruſta diſtractum vitæ illius munere per crucem abſoluerunt. Saluſtium rumor erat in Cretam abiiſſe. Philippum qui monachus ac preſbyter ſcholarum erat, ferunt in Campania infirmitate premi. Sophronius Diaconus carcerali cuſtodia detinetur Thebaide. Paulus Diaconus ſimul & domeſticæ diſpenſationis coadiutor dicebatur in Aphrica degere. Paulus item alter Hieroſolymis eſt in ſanctæ Anaſtaſiæ templo. Helladius presbyter palatij in ſuo agello degens Bithyniæ tranquillam delegit vitam. Plurimi inſuper Conſtantinopoli in abditiſſimo quouis receſſu delituerunt. Alij verò in ſuam quique ſeceſſerũt patriam. Siluanus ſanctus Epiſcopus Troade erat, piſcaturæ intentus, vitam tolerans eiuſmodi arte. Stephanus monachus quòd è Roma Cõſtantinopolin aduexiſſet epiſtolas, eam ob cauſam iuſſus eſt cædi, inque carcerem coniici. Quumque ad præſcriptum ei permiſſa eſſet communicatio, & ne ſic quidem perſuaderetur, iuſſum eſt vt in vniuerſum latera eius ac pectus eroſione pectinum ſcalperentur. Atqui hic Chriſti prouidentia euaſit incolumis. Id forſan, vt ad ſecundos exantlandos agones poſt menſes decem ab inſtaurata ſanitate extorris fieret in Peluſium. Prouincialis miles quidam eorum qui tuendo Imperatori operam nauant ſuam, delatus quòd amoris vinculo Ioanni ſe obſtrinxiſſet, acceptis primum multiplicibus plagis ac viſcerum eroſionibus, in * Petras ablegatus eſt. Eutropius planè beatus quique nunquã attigit feminam, idem & Cantor, immaniter cęſus & ſecundum latera vnà cum ſuperciliis & intermedio frontis nimia eroſione diſcerptus eſt, ac tandem vtrique eius lateri redundãti oleo imbutæ lampades, & ad torturam adornatæ, ſic admotæ ſunt, vt nuda apparerent oſſa; donec in ligneis cõpedibus exſpiraret: ſepultus nocte intempeſta eorum opera qui ſacerdotali fungebantur officio. Huius morti teſtimoniũ perhibente Deo per angelicum cantũ quod Redemtoris eſſet paſſionem imitatus. Præter hæc narrauit idẽ Diaconus, quòd quum ſe ſubtraxiſſet ab Epiſcopis, quia militum præfecti qui eos abduxerant, in tantum ipſos afflixerant, quorundam mandatis eò extimulati, vt in votis haberent, ſibiq. apprecarentur mortem, nec iam viuere cuperent. Equidem impendia in argento quæ ad viaticum & conficiendum iter compararant, ad extremum penè nummũ quum abſumpſiſſent, quicquid reſidui erat, inter ſe diſpertiebantur. Veterina inſuper animalia quibus inſidebant, nimia erant macie retorrida, quòd viam bidui die vno cogerentur ad profundam vſque veſperã conficere. Adde quod & diluculo tenebris adhuc adoperto hoſpitiis eos educebãt, ita vt ne miſerabiles quidem eſcas ſtomachus poſſet continere. Illi proinde ab obſcenis & procacibus verbis nequaquam ſibi temperabant. Sed & Palladij famulum abripuerunt, vt adigentes vt quas ferebat tabellas, exponeret. Demetrium autem ita inclementer diuexarunt, vt ad profundam vſque noctem in eum irruerint: qui & ad eorum pedes diſtentus toto corpore tortus & excruciatus eſt, ita vt hunc in modum effractus noſſe potuerit quanta ſit pœna ſæuientis in corpora iniuriæ. Palladius ſiquidem ei prædixerat ad ſe egreſſum cõmilitonem vnum qui dixiſſet Demetrium non aliam viam initurum eſſe, ſed ſuum obiturũ diem. Neque enim prorſum permiſſus eſt propius accedere ad Eccleſiam. Illi porro accepti hoſpitio ſunt aut in meritoriis tabernis, aut quò locorum numeroſa meretricularum multitudo confluit, aut certè in Synagogis Samaritanorũ ſiue Iudæorum, maximè qui à Tarſo, & eam accolunt, adeò vt in arctum coanguſtati aliud aliquid ſecum excogitare cœperint. Vnus proinde Epiſcoporum dixit: Quid vtique pro hoſpitiis mœrore contabeſcimus? Neque enim penes nos ſitum eſt quò loci maneamus, vt vel noſtrapte electione quiduis indecorè agentes, pœnas debeamus exoluere. Noſtis ne omnia hæc & facta eſſe & facienda ad Dei perennem gloriam? Quot harum meretricum obliuione tenentur Dei? Hæ quum in nobis ſpectarint nullius flagitij cauſam originémve, ad Dei timorem ac de ipſo cogitationem forſan peruenturæ ſunt, & in melius permutandæ, aut certè non in peius declinabunt. Anima ſiquidem rationali vitioſa affectione occupata poteſt renuere * impetum; id quòd ænigma eſt continentiæ ſeu pudicitiæ. Quod & voluit inſinuare Paulus ſacratioris doctrinæ antiſtes: *Chriſti boni odor ſumus in iis qui ſalui ſiunt, & in iis qui pereunt. Spectaculum enim facti ſumus nos & angelis & hominibus.* Sed enim qui communione iungebantur Theophilo per locorum diuerſitatem, toto oriente vſque adeò inualuerunt Epiſcopi, vt monachus quidã illinc ad nos veniens diceret quoſdam retuliſſe Theophilum non modò erga ſuæ partis Epiſcopos re ipſa oſtentaſſe iure * debitam hoſpitalitatem, ſed & liberali largitione munerum ſibi deuinxiſſe & in ſuam pertraxiſſe ſententiam militarium ordinum præfectos, vt quàm ocyſſimè eos exigerent vrbibus qui à parte Ioannis ſtabant. Qui id fieri ſtuduerant, ij erant vel omnium maximè, qui Tarſo præſidebat, qui & Antiochiæ; Eulogius item Cæſariæ Paleſtinæ, qui & Ancyræ præ omnibus, Ammonius inſuper Peluſinus. Et illud quidem confecit illicè corruptela munerum; hoc autem impetrauit intentans aduerſum eos minas militum, quorum iram exaſperarant Præfecti, quantalibet itineris intercapedine eſſent diſiuncti: & ideò perſuaſit, vt ne fuerint laicos vel volentes hoſpitio excipere. Et hæc conſcripſimus, quatenus ipſi cõdiſcere potuimus. Ad hæc, quàm multi Epiſcopi alij Ioannis odio ſuis ſunt exacti Eccleſiis? Quot deniq. eorum qui eatenus monaſticam philoſophiam obſeruarant, in afflictiones nihilò illis diſpares reuoluti ſunt; quæ oratio quamlibet accuratè elaborata, queat exprimere? Non enim ex vno aut altero loco proſcripti ſunt, vt hiſce de rebus prout ſe res habet, exactè definiat. Sunt ſiquidem ex toto propè orbe terrarum in varias regiones diiecti. Porrò qui à parte Ioannis ſtabant eatenus incolumes Epiſcopi numero quinque ſupra viginti, literas ſcripſerũt Innocentio Papæ Romano; quas quidem miſerunt per Theotecnũ presbyterũ Cõſtantinopolitanũ, quarũ tenore docuerũt ipſum Ioannẽ impreſſione militum è ciuitate fuiſſe exactum, & Cucuſum relegatũ eſſe pro exilio, Eccleſiã inſuper incẽdio deflagraſſe. Simul atque vidit legitimas literas & ad beatum Ioannem, ſimul & ad eos qui familiari vtebantur eius communione, ſcribit, obteſtans

* al. Petras. Huius Eutropii Martyrii meminit Sozomenus lib. 8. cap. 24. Palladius in Dialog. & Mart. Rom. 12. Ianuarij & ibi Baron. Card. & To. V. Ann. anno 404. pag. 804. Plan.

* ῥοπήν, momentũ inclinationem

1 Cor. 2. 15.

1 Cor. 4. 9.

* τὴν ἐφόλκιμον φιλοφροσύνην

Epiſcopi partium Ioannis ſcribunt ad Innocentiũ Papã: item alterius partis Epiſcopi.

cum profuſione lacrymarum, vt ingruentem procellam longanimiter ferrent, quòd tum nō poſſet illis eſſe auxilio ob quoſdam qui Cōſtantinopoli aduerſum ſe reluctabantur, pro tuenda impia hac cauſa admodum potentes. Ruſus Clerici Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ qui à parte Ioannis ſtabant, in vnum aggregati literas exararunt ad eundem papam Innocentium, eaſque Romam miſerunt per Germanum presbyterum & Caſſianum Diaconum, viros vtique religioſos, Deique cum primis amantes. Tenor earum continebat vim planè tyrannicam quam ipſorum toleraſſet Eccleſia, Epiſcopo ſuo militari manu extruſo, inque exilium relegato, ſubdola molitione Acacij vel verius Theophili Alexādrini, Antiochi item Ptolemaidis, & Seueriani Gabalorum. Quumque præmonſtraſſent* breue cōmonitorium iam dicti Germanus & Caſſianus, tunc demū offerunt pretioſas quaſdam reliquias ſub teſtibus ſimul & iudicibus Studio præſide prouinciæ & Eutychiano Præfecto prætorio, Ioanne item Comite, Tabulariis quoque nonnullis qui cuſtodiæ præerant auri, argenti ac veſtium. Illi verò veſtibus pertritis amicti calumniam expoſuerunt aduerſus ſanctum Ioannem concinnatam. Acacius item, Paulus, Antiochus, Cyrinus & Seuerianus, alij inſuper nonnulli aliquot Epiſcopi literas miſerunt ad Innocentium papam per neſcio quem homunculum effrenatæ ac petulantis linguæ. Erat is inamœnus adeò ac maleuolus & turbulentè incedēs, vt vel ipſa ſpecie ſubindicaret inimicitiam. Huic nomen erat Paternus. Talis prædicabat ſe eſſe presbyterum Conſtantinopolitanæ Eccleſię. Hiſce literis calumnioſè ac falſo deferebāt Ioannem quaſi incendiſſet Eccleſiam. Quin ipſe Paternus multiplici maledicentia inceſſebat Ioannem. quibus ex cauſis nullum reliquit locum Ioanni pro ſe reſpondēdi inſignis illa ſynodus. Sed enim ſermo hic totus viſus eſt papæ commentitius ac planè mendax: quare & eos quum eſſet execratus ac velut * deſpexiſſet, nullo cenſuit dignos reſcripto.

*ἐπιστολ. è Latino corruptū.

*καταπτύσας, deſpuens.

Excurſis dein pauculis diebus, ecce in Epiſcopum ciuitatis Conſtantinopolitanæ creatur * Arſacius, præ quouis piſce mutus magis, rana qualibet magis * ſtrepens. Ætate admodū affecta erat, nimirū ſuperior annis octoginta. frater fuit Nectarij præceſſoris beati Ioannis: qui cum laude Epiſcopatum adminiſtrauit. Hic porrò Arſacius reus compertus periurij. Suo ſiquidem fratri Nectario ſe iureiurando obſtrinxerat, tactis etiamnum intemeratę fidei Euangeliis, nullius vnquam Epiſcopatus inaugurationem ſe excepturum, idque factum quo tempore illi exprobraret repudiaſſe Epiſcopatum Tarſenſem. Vt veriſimile eſt, reſque declaret, obſeruabat fratris ſui mortem, vt eius thronum conſcenderet. Huic Arſacio nemo communicabat eorum qui à parte Ioānis ſtetiſſent, ſed ad vnum omnes vitabundi eius communionem defugiebant. De Cōſtantinopoli autem quid attinet dicere, quàm numeroſa multitudo abſtinuerit ab eccleſiæ aditu? Se adunabat plebs collectitia ſub dio, tam copioſa, vt qui in Eccleſiaſticis rebus adminiſtrandis plurimum poterant, non tot haberent ſilentij auditores. Quare timore perculſi, ne fortè indignatus ob id Imperator Ioannem ab exilio reuocaret, huc pro virili contenderunt, vt nonnullis palatinis perſuaderent, à quibus ſubornatus Imperator iuberet Edictum tota vrbe proponi aduerſus eos qui vitabundi auerſarentur communionem Arſacij, & Theophili, & eorum qui ab ipſis ſtabant, Epiſcoporum. Itaque his palàm editis, quæ quidem plena terroris erant & interminationum, qui infenſe oderant Ioannem, magnopere gaudebant, vltronei ad Eccleſiam procurrentes. E diuerſo qui ipſi illorum malignitati obluctabantur, in manus principum traditi, ſanctorum martyrum fidem confeſſionemque nuſquam euariantes conſeruarunt, coronas reportaturi nihilo illis diſpares. Contra vero alij procumbentes incredibilem acrimoniam tormentorum ſubire coguntur. Emigrarunt ſeſque fugę commiſerunt & hac vna in re ſaluatoris mandatum obſeruantes. Ait enim: *Si perſecuti vos fuerint in ciuitate hac, fugite in aliam.* Porrò Arſacius in epiſcopatu non multo admodū tempore fuit ſuperſtes. Menſibus enim exactis quatuordecim in throno ſuum obiit diem, ſequenti Conſulatu qui fuit Stiliconis ſecundus, & Anthemij, vndecima die menſis Nouembris.

Arſacius cōſecratur Epiſc. CP. ſeptemis. an. 404.

*ἀφωνότερος. Forſ. *ἀραβώτερος, vel ἀραγμότερος, obſtrepens magis. Nam Tilmanus videtur reppeiſſe ἀπαραγμότερος, quia inſtrepentior vertit. Et ſchol. Theocriti βάτραχος quaſi βοάτραχος, ob vitio aſperitatē. Palladius: Quæ piſces facundia, rana cātu ſuperat.

Eiectorum Ioannis communicando ſi Arſacio.

Matth. 10. 23.

Arſacius moritur, 11. Nouembris. An. Chriſti 405.

Sequenti mox Conſulatu, qui quidem Arcadij ſextus fuit ac Probi, ad Epiſcopatum prouectus eſt vir ex presbyteris *Atticus* nomine, gente ex Sebaſtia quæ in Armenia eſt.

Arſacio ſuccedit Atticus.

Sed generoſi illi Epheſinæ ciuitatis proceres quum percepiſſent quod accidiſſet (Nomine etenim caret malitia, vt & ſubſiſtentia) eos qui ob prædictas cauſas deiecti fuerāt gradu, throno Eccleſiæ reſtituunt: eos contra qui legitimè fuerant ordinati, in diſperſionem ouium Chriſti propulerunt. Electiones quas diſcipuli Apoſtolorum Petri & Ioannis peragere erant ſoliti ieiuniis & deprecationibus, approbatione Cleri & Dei timore, iſti contrà cum crapula & ebrietate, donis inſuper miſerandis, & vnà cum Iudæis, ſuorum Epiſcoporum electiones ſanciunt, tanquam amici ſint Saluatoris, & digni quibus * credantur arcana officij ſacerdotalis, in quorum ſcilicet gratiā populus orthodoxæ fidei addictus ad ædes confugiat orationi conſecratas. Tales igitur in thronū collocant Ioannis Euangelij fidelis ſcriptoris, (qui & recubuit ſuper pectus Sapientiæ)* *Abominationem deſolationis præferentes.* Iſti igitur quum in Epiſcopum creaſſent Eunuchum Victoris Tribuni, in throno collocarūt, exauctorato Heraclide, quem ſeptuaginta Epiſcopi communibus ſuffragiis in ea ſede collocarant, virum quadriennio abſumentes carcerali cuſtodia, virum vtique qui (vt ſupra diximus) in ſolitudine degerat ſolitarius, qui diſciplinas liberales quas & * orbiculatas vocant) peregerat, inque diuinis Scripturis verſatus, iam triennio adminiſtrarat Epiſcopatum. Atque vtinam qui in eius locū ſuffectus eſt & creatus Eunuchus, vitam duxiſſet religioſam: malum hoc vtique, niſi malum eſſet. Nunc autem dicas terræ inteſtinum ſiue lumbricum, vētri ſeruum, * fœminas deperientem, impudentem, temulentum, lenonem, vili precio venalem, ſordidum & illiberalem, congerendis pecuniis auidiſſimè inhiantem. Hunc aſſeuerant plerumq. puellas theatricas geſtaſſe humeris; idque per conuiuia ſatyrica. Hic ad exemplum Bacchi fabuloſi caput hedera coronatus propinare vinum dicebatur. Et hæc quidem omnia geſſerat non priuſquàm ſacris quæ nos ad Chriſtum prouehunt, eſſet imbutus diſciplinis, ſed etiam ſuſcepto baptiſmate. Per ea quæ geſſit, ſatis innuit ſe non admodum credidiſſe Reſurrectioni. Qui marcidum & imbelle iecerat fundamentum reſurrectionis qua tandem ratione talis ſit fidem indubiam habiturus futuræ reſurrectionis? Qui fidem non habet reſurrectioni, quinam fiet præco ipſius? Ad hunc modum citra mercedem vllam, ſed per ferrum, veriùs veſanit prorſus vecors ac furit nullo ſuo fructu, citra pudorem vllum tantam & obit & adminiſtrat functionem. Sed illi nihil veriti ſunt iſti tam execrando capiti ſuperponere Euangelium. Erant ſiquidem quibuſuis mulierculis inamœniores, & earum inſtar geſticulabantur & tripudiabant. Quem igitur in numerum referentur? Nonne eis annumerabuntur qui capiti filij Dei coronam circumpoſuere ſpinis intertextam?

Heraclidē ſubiiciūt Epheſij Epiſc. Eunuchū.

*ἐμπιστευθῶσι.

*Matth. 24. 15. Marci 13. 14.

*ἐγκυκλίους.

*θηλυμανεῖς, ἐραστὰς.

Præ-

Flauis Antiochiæ ſucceſſus Porphyrius ſeq. Baronius Caſtell. Tom. 5. an. 401. pag. 202. 203.

A Præterea Porphyrius in eccleſia Antiochena diu verſatus. Diaconatū enim ac ſacerdotale munus quum adminiſtraſſet in ordine presbyterij, alienos mores ritusq́ue adſcititios ingerebat, qui nihil prorſum ſpiritalis emolumenti aut vtilitatis conciliabant Eccleſię. Idem inſuper finitimis vndique Epiſcopis nullo non tempore obnitebatur refractarius, quod videlicet in ampliſſima ciuitate, non aſpernabili dignitate fungeretur, ſibique addictitios haberet principes, ſuæq́ue propemodum obnoxios poteſtati. Quam ob rem more inſtitorio nundinabatur & eorum abutebatur poteſtate ad ſuum quæſtum. Quumq́ue is conſilium iniiſſet plane captioſum, in ſuam rem alioqui accommodum, nempe comparandis per ſe religioſis ſuffragiis, illi clàm voluntas inceſſit, vt pro conſuetudine Epiſcoporum illius temporis morū indueret grauitatem, perinde ac ſi quis diceret; *Licet nolint, vel ab inuitis extorquebo ſuffragia quouis vento decidua magis & corruptiua. Equidem is temperantiæ, quæ tota verſatur in coercēdis carnis voluptatis, adeò infeſtus, vt etiam oſor eſſet vel maximè, vt vultur odio perſequitur ſuaue olens vnguentum. Tantum apud ſe conſtituebat, quo artificio ſibi pararet celebrem famam, vt licet obnoxius teneretur flagitioſo crimini exēplo Sodomorum. Nec id modò, ſed & alia pleraq. multò deteriora confecit, quæ quidem indecorum cenſui fore ſi attexerem, & in album iſtius conſcriptionis referrem. Flauianus igitur Antiochiæ Epiſcopus, quum diem ſuum obiiſſet, circumſpectè obſeruabat Porphyrius virorum pariter ac mulierum conclauia deſyderio teneri ac pendêre à collo Conſtantini presbyteri, qui à tenellis vnguibus bonam operam nauauerat Eccleſiæ. Vir hic planè erat *ambidexter, qui primùm quidem dictandis epiſtolis ſtrenuè inſeruiuit, inuentus tādem à turpi lucro & munerum corruptela alienus & immunis. Dein in Lectorem & Diaconum promotus eſt. Quòd ad voluptatum illecebras attinet, quæ hominibus imperitantes ipſos prolliciunt in amplexus fœminarum, ſuperior his euaſit, ſequutus verbum Parœmiaſtæ, *Manus electorum facile potientur victoria.* Equidem placidis erat moribus, ſi quis alius inter religioſæ vitæ cultores. Perſpicax idem erat, ingenio peracri & exprompto ad percipiendam cuiuſuis diſciplinæ intelligentiam. Ad irrogandam pœnā erat cunctatior, multa cum conſyderatione incedens. Circumſpectim quid foret agendum tacitus innuebat. Miſericors, auaritiæ fugitans, in dirimendis controuerſiis pertinax iuſtitiæ. Iniuriarum erat toleratiſſimus. Siquando in aduerſam impegiſſet fortunam, perſiſtebat inuictus.

* Aliàs Pompeum ambitionem.

Conſtantius presbyter probus Conſtantinopolis vocatur à Palladio. * manu vtraque ſpiritali & temporali valens. Vide Baronium an. 404. pag. 202. Prou. 12. v. 24.

Aduſque veſperum ſæpenumero perdurabat ieiunus, vt quapiam oppreſſos afflictione, iſti violentiæ eximeret, ac priſtinæ redintegraret libertati. Faciem præferebat venuſtam, & grauitatis plenam. Acriter contuebatur. Cito greſſu incedebat. Cœlibem (vti par eſt credere) agebat vitam thori expertem. Ipſo vultu florem oſtentabat gratioſe arridentem. Laborans morbo quopiam, vt à ſe eum propulſaret, nullis parcebat pecuniis. Miſſus in aulam ad eos qui inter Epiſcopos præpollebant, molitione * & literis impetratis ab Imperatore, vt in exilium relegaretur * Oaſim, quaſi is fuiſſet qui concinnaſſet & excitaſſet * dolos. Is quum ſubornationem aduerſum ſe concinnatam cognouiſſet, amicorum ope ſubnixus ſoſpes & incolumis in Cypro conſeruatur. Denique Porphyrius ipſe, quum presbyteros ordinaſſet Cyriacum & Diophantum, reliquos inſuper Clericos, circumſpectè interim obſeruat articulum temporis quo ciuitas tota iret in eiuſdem ciuitatis ſuburbia, ad inſignem ac feſtū diem quia à gentilibus quarto quoque anno celebrabatur in memoriam Herculaneorum certaminum, quæ & Olympia vocabantur. Habebat tum apud ſe clàm reconditos Acacium, Seuerianum, & Antiochum, quibuſcum & accitis aliquot clericis cum inſilijſſet in eccleſiam, ianuis ingenti ſtudio obſeratis, furtiua conſecratione introducitur, ſic vt ne orationem præmiſerint quidem, timore correpti ne in eo facinore præuerterentur. Illiuſmodi ſunt adulterij ſemina, quæ & generant & abortiunt. Porrò qui cohærebant Seueriano, arrepta opportunitate per montes & inhoſpita teſqua fuga ſuæ ſaluti conſuluerunt, humanum quidem timorem effugientes, non item diuinum, cuius planè erant neſcij. Abſolutis autem theatralibus ſpectaculis, ac populo ciuitatem ingreſſo, renunciatum eſt eis quid facinoris molitus eſſet Porphyrius, quam proinde tragœdiam tentaſſent qui à parte ſtabant Acacij. Torrentis itaque inſtar illi omnes decucurrerunt B arreptis igne & torridis ſarmentis pari animo geſtientes internecioni dedere Porphyrium. Ille autem non neſcius quanto aduerſum ſe odio flagraret populus, ad exercitus ducem confugit. Illius manus quum impleſſet, obarmat milites aduerſus auditores ſaluatoris & oblitus Eccleſiæ orthodoxorum, vna cum Valentino Comite quum eam compleſſet armatis militibus, ſignum Crucis nulli non cum primis formidabile & expaueſcendum propriis pedibus proculcabat. Sic ſe igitur habebant populi, vt qui pro Eccleſia concertabant, vel inuiti ſuis ſuffragiis comprobarent, timore afflictionum, re autem vera ipſum omni genere blaſphemiæ execrarentur ac deuouerent, à Deo in poſterum præſtolantes non defore auxiliare ſubſidium. Inſignis autem ille Clerus Antiochiæ ſe in vnum colligebat, velut in latebris deliteſcens, nec iam propinquans Eccleſiæ parietibus, omnis inſuper ſpectabilium C mulierum conuentus. Omnium maximè pecuniarum coactores ſiue Quæſtores ducum, ſapitatem mentis exuebant. Epiſcopos enim qui tum deprehenſi ſunt Conſtantinopoli, adigebāt, vt Porphyrio communicarent, iuxtà ac populū. Atticus enim qui decedente Arſacio occupauit Epiſcopatum, totius veteratoriæ molitionis artifex quum obſeruaſſet Prætorem Vrbanum Beato Ioannī aduerſantem, neminem prætereà Epiſcoporum partis oppoſitæ velle ſecum communicare, at ne vnum quidem ex populo ciuitatis totius, ob ea quæ illegitimè geſta fuerant in eundem beatum Ioannem, is Atticus diuinæ totius expers quum eſſet Scripturæ, modis omnibus molitur & efficit tandem, vt reſcriptis per compita pendentibus & affixis, eos qui non communicarent, vrgerent ad communionem ſub hac interminatione: Si quis epiſcoporum nolit communicare Theophilo, Porphyrio, & Attico, ingreſſu quidem Eccleſiæ arceatur, peculio autem proprio & D facultatibus ſpolietur. Hinc factum, vt qui opulentię onere grauabantur, communicarent, quanlibet inuiti. Nonnulli autem quos premebat inopia, & ad mordicus tuendam fidei integritatē infirmiores erant, pollicitationibus munerum ineſcati pertrahebantur ad communionem. Contrà, qui nihil ducebant generis claritatem, peculij ac facultatum opulentiam, patriæ decus, euanidam & inanem gloriam, corporis inſuper afflictiones poſthabebant, fuga ſibi conſulentes, generoſæ animæ ſalutem ſartam tectam cōſeruabant: ſed & præ illis quicunque Euangelicam hanc perenni memoria preſſius retinuerunt: *Si vos perſequuntur in hac ciuitate, fugite in aliam*, idque contigerit per illorū temulentam debacchationē, addentes elogij vice etiam illud: *Nihil prodeſſunt diuitiæ in die * furoris.* Præpropere igitur hi quidem Romam contenderunt: nonnulli autē in montium ſpelæa receſſerunt, alij verò ab hac Iudaica malignitate in monaſtici

* Porphyrii Calumn. eſt in Baron. ſom. ſcrip. nō teſte. * δόλους Fot. δόλον.

Matth. 10. 23.

Prou. 11. * Domini.

A cœnobiis deliteſcentes ſe innoxios conſeruarũt. Porrò edictũ aduerſus populares laicos promulgatum hanc continebat formulam: Qui in populo auctoritate præpollent, ea, quam ab initio obtinuerunt, excidant dignitate: milites balteos deponant: populares reliqui & opifices manuarij auro non exiguo pro mẽſura facultatum multati in exilium relegentur. Atqui dum hæc gererentur, nihilominus orationes pietatis ſtudioſorum ſub dio fiebant, multa licet cum afflictione, per extenſum amorem erga Saluatorem ipſum qui dixit: *Ego ſum via, & veritas.* Rurſus idem: *Confidite, ego vici mundum.* Proinde reliqui Epiſcoporum, qui in illorum cõmunionem venerant, haud ſpetanda animi cogitatione præcerpentes communicarũt Attico; ſpe animati ad obtinendas etiamnum alias Eccleſias.

Ioan. 14. 6.
Ioan. 16. 33.

B Nonnulli autem Conſtantinopolitanorũ, quum ob quaſdam priuatas neceſſitates profecti eſſent Romam, Innocentius Papa eorum aduentum vbi reſciuit, ipſos iuſſit ad ſe acciri: quos percunctatus eſt de Eccleſiaſtico ſtatu, deque beato Ioanne, quo in ſtatu conſiſteret. Nihil enim dum vllius relatu didicerat de ſecundo eius exilio, quin illi potiùs aggratulabatur & congaudebat, credens eum conſidere in throno ſui Epiſcopatus: Quod eum prius intellexiſſet eſſe reuocatum iuſſu Imperatoris. Illi autem quum amarulento gemitu ſuſpiraſſent, ſeque proluiſſent effuſis lacrymis, renuntiarunt ei quæ Ioanni contigiſſent, in ſecunda relegatione omnia. His Innocentius auditis & peracri animi confectus mœrore, refert cuncta Honorio Imperatori quæ illorum auditu percepiſſet. Imperator igitur ob hæc audita angore animi contractus, alias ſcripſit literas planè increpatorias ſuo fratri Arcadio, hunc in modum

Innocentius reſcripſit de ſecundo Ioannis exilio.

C ipſum allocutus: Non acquieuit animus tuus frater, nec contentus abiit priore piaculo, quod admiſiſti quando iniuſtè ac præter [eccleſiæ] Canonas Ioannem Conſtantinopoleos Epiſcopum in exilium relegaſti, (ad quem vindicandum diuina vltio incubuit ciuitati tuæ,) ſed & rurſus eius inimici qui illum infensè & hoſtiliter oderant, maiorem apud te impetrarunt fidem, quàm conueniebat, quòd in Eccleſiaſticis concionibus quædam coarguiſſet, quæ præter officium ac decorum geſta fuiſſent. Nec modò eum throno ſui Epiſcopatus deturbaſti, ſed & ciuitate feciſti extorrem, & ad nos vſque noſtrumque Imperium emiſiſti vindictam ſanguinis innocenter effuſi, cuius defenſionem exquiret Dominus Deus illo die iudicij ab iis, qui te tranſuerſum detorſerunt à rectitudine viæ. Iam igitur ex quo graue hoc malum tibi contigit, nec ſecus in fraudem impulſus es veteratoria molitione iſtorum, atque Adam

Honorius literas ſcribit Arcadio fratri pro reſtitutione Ioannis.

D perſuaſione* Heuæ, vel nunc demum expergiſcamur ac reſipiſcamus pœnitentiam agentes ob ea quæ inique geſſimus, vt aſſequi promereamur exorabilem atque placabilem Dei clementiam, abſterſi à ſorde & macula iſtius peccati. Iubebit igitur veſtra Serenitas Ioannem Epiſcopum in ciuitatem poſtliminiò reuerti. Ego quoque ex hac noſtra occidentali plaga delegandos curabo Epiſcopos & clericos omni vacantes crimine, nec vlli calumniæ obnoxios, quos oportebit congredi vnà cum eis qui pronuntiauerunt aduerſus eum ſententiam, vt expoſtulationes in quæſtionem ponantur, & excutiantur cauſæ ob quas dejectus eſt Epiſcopatu. Etenim ſi deprehendetur tale quid paſſus ſuo merito, ipſe aſſentiar eius depoſitioni. Sin res hæc ſecus comperietur, nimirum concinnata quapiam molitione aduerſus eũ, qui hoc admiſerint, ſiue epiſcopi ſeu clerici fuerint, non modò arcendi ſunt Eccleſiæ ingreſſu, ſed & priuandi vita. Hac enim ratione Imperium noſtrum* pacis tranquillitate perfruetur.

* חוה Heua, vita.

* ἀρρήκτως ἀπολαύει.

Hæc ſimul atque reſciuit Imperatoris Eudoxia, perſuadet quidem Imperatori, ne quo pacto Ioannem ab exilio reuocaret, quin potius præſtolaretur Romanorum aduentum, ne qua in ciuitate motoria perturbatio à populo concitaretur, qui ipſum non permitteret in exilium extrudi, quamlibet conſentaneis rationibus inſimularetur. Ad hoc inſuper e palatio alios ſubornauit, quorum conſiliis potiſſimum nitebatur imperator, huic vt conſentanea & eadem dicerent. Marinum in primis acceſſit, quem prima authoritate ſuis rebus præfecerat, eique demandat, vt portus, litoraue & * Abydum circunſpectim exploret, locaque omnia per quæ venturi eſſent Romani, nec eorum quempiam ſineret ingredi Conſtantinopolim, neu vllæ quas allaturi eſſent, epiſtolæ ad manus peruenirent Imperatoris, ſed eas vi e manibus ipſorum abriperet, multiſque affectos ærumnis cogeret reuerti Romam. Marinus itaque nulla mora milites ad id negotium emittit, ſuoſque filios per loca vt id exequantur, eò deſtinat. Sed nihil horum ad cognitionem perlatum eſt Arcadij Imperatoris, ſed ipſo planè inſcio clancularium hanc molitionem adornauit ac perfecit Imperatrix. Siquidem perſpicuè nouerat, mox vt appuliſſent Epiſcopi omnes ab orbe occiduo vnà cum clericis, ſimulque cardo totius cauſæ ſancti Ioannis foret iuſto libramine perpenſus ac diſcuſſus, & veritas ſic eniteſceret, haud dubiè futurum vt thronum reciperet ſui Epiſcopatus, id quod maiorem in modum ipſam angebat. Quare modis omnibus contendebat, ne is reuocaretur. Et hæc quidem pro ſecundo exilio ſcripſit Honorius Imperator Arcadio fratri ſuo, quæ etiamnum Imperatrix rurſus clancularis inſidiis molita eſt & adornauit aduerſus beatum Ioannem poſt relegationem ipſius.

Eudoxia portus omnes obſeruari iubet, ad eos intercipiendos qui Roma aduenirent.

* vrbem Helleſponti.

Simul autem contigit Conſtantinopoli & circum eius ſuburbia cœlo delabi grandinem longè maximam trigeſima die menſis Septembris, idque pij prædicabant factum eſſe iraſcente Deo, quòd citra iudicium & indicta cauſa Ioannes fuiſſet exauctoratus. Alij & hi quidem hæretici aſſeuerabant ipſum iuſtè eſſe gradu deturbatum, quòd multas eccleſias Nouatianorum & Quartadecimanorum, aliorum inſuper quorundam peruerſæ & reprobæ opinionis tota Aſia & per Lydiam illic verſatus ſpoliaſſet, eaſque in Catholicorum conuertiſſet. Poſtquam reſcripta Imperatoris palàm appenſa ſunt ac propoſita aduerſus eorum qui communicare nollent Attico eiuſque aſſeclis, Cyriacus Synadorum Epiſcopus Romæ erat, literas quidem nullas habens ab epiſcopis, neque à clero Conſtantinopolitanæ eccleſiæ. Abunde enim ipſe ſufficiebat vnus ad rei totius conuenientem & concinnam enarrationem, quippe qui fugam arripuiſſet comminatione exterritus Imperialis edicti, qui Innocentio Papæ renuntiauit vim totam illatarum comminationum per ea antigrapha. Epiſcopos quidem cuſtodiæ tradi: ſiquas autem facultates & copioſam poſſeſſionem habere viſi fuerint, illis deperent.

Grando Cp. delapſa.

Clerici omnium ordinum Romam veniunt conqueſti apud Innocentium papam.

Elyſius autem Apamiæ Bithyniæ Epiſcopus & ipſe Romæ præſens tum erat. Is exhibuit literas quindecim Epiſcoporum Synodi Ioannis & * Calogeri Anyſij Theſſalonicenſis Epiſcopi, quæ quidem per ſcripturam edocerent ipſum Papam, & ob oculos ponerent deprædationem totius Conſtantinopolitanæ ciuitatis, tam eam quæ prius facta, quàm quæ tum fiebat, & quia non iam acquieſcerent Romanorum iudicio. Is & quædam conſentanea Cyriaco Epiſcopo recenſuit. Decurſo autẽ menſe Romæ rurſus adfuit & Palladius Helenopoleos Epiſcopus. Equidem & is ſine ſuffragio literarum, quòd vitabundus effugiſſet vecordem principum inſaniam, cui & enarrauit

* τῶν καλογήρων.

Palladius Epiſc. Helenopoleos exulans poſtea qui dialogum de vita ſcripſit Chryſoſt.

atque

atque expoſuit quid contineret reſcriptum exemplar edicti, nempe hæc: Quiſquis occuluerit epiſcopum, clericumaut vllũ omnino quemuis alium in ſuis ædibus aut certè exceperit ex communione Ioannis, domo ipſa multator.

Domitianus verò presbyter & diſpenſator Conſtantinopolitanæ eccleſiæ Romæ tum erat, & commentaria quædam reddidit Papæ, quibus docebat geſta Prætoris Conſtantinopolitani, qui quum Gentilis eſſet, honeſtas mulieres & ex Cõſulum genere prognatas ac Diaconiſſas Eccleſiæ iam dictæ ciuitatis ſub noctem ad ſe abducebat & id propalam. Has vi adigebat aut* communionem admittere, aut multæ nomine ſeque redimendi gratia, vt iuxta Quæſtorum ſententias appenderent ducentas auri libras. Vnà cum Domitiano presbytero alter quoque venit etiamnum presbyter, nomine Valagaſus patria Niſibius. Narrabat & ipſe luctus atque lamenta monaſteriorum Meſopotamiæ, & illatam illis violentiam, vt communicarent Porphyrio, hiſque qui eius ſubberant ditioni. Iam de monachis & virginibus quid neceſſe eſt nos commemorare? Hi enim quum Romam aduenissent, oſtenderunt Papæ eroſiones & ſcalpturas laterum ſcalpris ligneis impactas, ſæuas inſuper lancinationes ac plagas diuerſorum cruciatuum humeris immaniter adeò incuſſas. Non itaque ſe continuit diutius Pontifex, quin ad ſe accerſeret pientiſſimum Imperatorem Honorium. Quumq; eſigillatim ſubiecisset oculis tantam rerum indignitatem, ob ea permota eius pietas iubet cogi Synodum Epiſcoporum occidentalium, vt quum in commune vnam eandemq; ſententiam deprompſiſſent, ad ipſios eam referrent pietatem. Papa autem Innocentius Epiſcopos & clericos quum adunaſſet, inſtruxit atque emiſit, vt abirent Conſtantinopolin. Tunc Arcadius Imperator iuſſit cardinem cauſæ totius aduerſus Theophilum conſcriptæ diſcuti & in quæſtionem reuocari. Epiſcopi omnes Italiæ congregati obteſtantur * Imperatorem, vt fratri ſuo comperatori Arcadio demandet negotium Synodum celebrandi Theſſalonicæ, quòd eò accurri vndique poſſet nullo prope negotio, nimirum & ab ortu ſolis & ab occidua plaga, quatenus Synodus omni parte abſoluta perficeretur, non ea quæ quantitate conſtet numeroſa, ſed quæ in manſuetudine & æquabilitate voluntatis ſententiam pronuntiet minimè cõtrouerſam, & cui non queat contradici. Eam ob rem religioſa pietas Imperatoris adeò accenſa eſt, vt ſignificarit diuerſis è locis aggregatos Romæ Epiſcopos ſe cò deſtinare, epiſcopos nimirum quinque, presbyteros autem duos, Romanæ verò Eccleſiæ Diaconũ. Orabat inſuper vt epiſtola ſua nullo intercedente impedimento ad fratrem perferretur. Siquidem ante hanc alias duas ſcripſerat, quas iam præſenti intexuimus narrationi, quum cœpiſſet intendi aduerſus beatum Ioannem actio planè calumnioſa. Præſens autem epiſtola hæc in ſe complectebatur:

Tuæ manſuetudini tertia hæc eſt, quam ſcribo, epiſtola, vt quæ nonnulli per inſidioſam molitionem adornarant aduerſus Ioannem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ epiſcopum, exoptatam correctionem conſequerentur. At certè vti conſtat, nihil eorum effectum eſt. In præcedente hanc epiſtola mea ſcripſi ſignificans me mittere vnà cum clericis & Epiſcopos occiduæ huius plagæ qui ex delegato officio anquirerent ac iudicium accuratios conſtituerent de his, quæ aduerſus eum geſta ſunt, & ad me referant occaſiones cur ita in illum inſurgant. Eam ob rem hanc ad te meam miſi epiſtolam per præſentes Epiſcopos & Presbyteros, quòd modis omnibus ſolicitus ſim pro Eccleſiaſtica pace, qua intercedente in pace noſtrum

* Antiſt.

Innocentius ſuadet Honorio imp. Synodum cogit Epiſcoporum Italiæ: qui ab Honorio poſtulant, vt ſtatuere iubeat cogi Thessalonicæ.
* Honorium.

Honorius ad fratrem ſcribit Arcadio, miſsis vnà Innocentij Papæ, aliorumque literis.

A conquieſcit imperium. Itaque velis iubere vt tuæ Orientalis plagæ epiſcopi Theſſalonicæ congregentur. Etenim epiſcopi & ij quos ſelegimus quos ad te deſtinauimus, viri ſunt non ad malitiam & mendacium deflexuri. Itaque hos velim exiſtimes dignos quos omni cum cura & honore excipias, vt denique nos perſuadeamur, quòd is quidem Ioannes iuſtè exauctoratus eſt epiſcopatu, ſimul vt & doceant me quamobrem debeam mihi temperare ab eius communione, aut certè eos viſentes epiſcopos orientis qui prætextu iuſtæ reprehenſionis ſuapte malitia ſunt abuſi aduerſus eum, téque tranſuerſum egerunt ab eius communione. Quod ad Epiſcopum Ioannem attinet, quædam occurrunt quæ in eo probant occidentales, vti deprehendo per epiſtolas eorũ ad me ſcriptas. Ex his duas ſubtexui ex æquo cęteris omnibus reſpõdentes, Romani nimirum & Aquileienſis. Tuam proinde adhortor & obſecro manſuetudinem, æ-
B quum cenſeto Theophilum Alexandriæ epiſcopum præ omnibus, ſe tametſi inuitum ſiſtat Synodo: quo incentore vniuerſa hæc malorum congeries promota eſſe dicitur, vt ſubmoto omni impedimento per præſentes epiſcopos ritè celebrata Synodus pacem conſtabiliat noſtris hiſce temporibus congruentem, & rationi conſentaneam.

Innocentius item papa Romanus literas & ipſe ad vniuerſum orientem emittit vna cum Demetrio Peſinuntium epiſcopo qui palàm deprædicet Romanorum communionem cum Ioanne Epiſcopo, qui & Romam adueniens literas attulerat Epiſcoporum Cariæ totius gratioſe & amanter amplectentium Ioannis communionem. Secum proinde literas aduexit presbyterorũ Antiochiæ in idem conſpirantes, quibus ſcripſerunt velle eagnoſcere decorum ac diſciplinam Romanæ
C eccleſiæ. Iidem cum lamentis querebantur ac deplorabant illegitimam ac prophanam Porphyrij ordinationem à neſcio quibus Epiſcopis. Sanctus igitur Æmylius Beneuenti Epiſcopus & Cythegius & Gaudentius cum Valentino & Bonifacio presbyteris acceptis literis Imperatoris Honorij Papæ inſuper Innocentij & epiſcoporum Italiæ Chromatij Aquileienſis, Venerij quoque Mediolanenſis & aliorum, necnon ſubmonitoriorum Synodi totius orbis occidui, publicis communiti diplomatibus abierunt Conſtantinopolim vnà cum Cyriaco, Demetrio, Palladio, & Eulyſio Epiſcopis. Eiuſmodi commonitorium continebat, non oportere Ioannem ingredi iudicium niſi priùs reſtituta illi Eccleſia & communione; ne qua illi mora nectereretur quo minus liberrimè & ſua ſpte ſponte introiret * conſiſtorium. Itaque illi è Roma arrepto itinere, quum nauigaſſent, præter expectationem ſuam à tribuno quopiam militum
D detenti ſunt planè ſuſpirioſo ac proinde miſerabili: qui eorum cuſtodiam cuipiam commiſit centurioni, vt ne eos ſineret propiùs appellere Theſſalonicæ. Primùm enim inſtituerant illò proficiſci vt Anyſio epiſcopo redderent literas. Cumque eos eieciſſet in duo nauigia, dimiſit. Superuenientę autem violento Auſtro, emetientes pelagus Ægæum eiuſque anguſtias, toto triduo ieiuni perdurarunt, & vix tandem duodecima hora triduana appulerunt ad ciuitatis ſuburbia, quæ Victoris nomine inſigniuntur; quo in loco comprehenſi ab his qui portuum obſeruationi præſunt & adminiſtrant, retro vt abirent, adacti ſunt, idque iuſſu Imperatricis & miniſterio Marini hominis illi obnoxij. Iidem in propugnaculo Thraciæ, iuxta mare ſito ac vocato Athyra, concluſi ſunt. Illinc educti, adhibita quæſtione contorti ſunt. Romani quidem in quadam domuncula, Cyriaci autem collegæ diuerſis & diſiunctis à ſe locis, ita vt ne puerum quidem haberent qui ſibi inſeruiret.

Epiſcopi qui à ſedibus ſuis à ſede Apoſtolica Conſtantinopolim ferebant, peſsimè ſunt acceptis ignauiter omnia Arcadio.

* vel, ſynod.

Quumque ab eis repoſcerentur literæ, abnuerunt eas prodere, aſſerentes non licere nobis qui legatione fungimur, literas Imperatoris & Epiſcoporum vlli hominum reddere quam ipſi Imperatori. Perſeuerantibus igitur illis ac negantibus ſe eas daturos, & ad eos ingreſſo primum Patricio, ſubſequuti tandem alij aliquot: venit inſuper ductor numeroſæ multitudinis Valerius nomine, & is Cappadox. Is quum perfregiſſet pollicem Marini epiſcopi, epiſtolam nomine alioqui conſignatam Honorij imperatoris, extorſit, vnà cum reliquis Epiſtolis, &, vt ita dicam diuinos pugillares religioſè in auro multis impendiis confectos: vt eorum abuſu inconſultum quid admitterent: Appetente poſtero die ad eos deſtinarunt ſiue qui ex imperiali aula erant, aut aſſeclæ Attici, offerentes eis ter mille nummos, poſtulantes vt perſuaſi Attico communicarent, ſententiamque in Ioannem latam ſilentio tegerent. Hi quum nullo modo perſuaderentur, inſtiterunt orare, vt quia audirent nihil quod conducibile eſſet conciliandæ ac ſarciendę paci, ſaltem ſinerentur tutò ac ſine periculo in ſuas quique ſe recipere Eccleſias, tantā tamque immanem ferociam hominum experti: præſertim quum Saluator & idem Deus multifida luce reuelationum ipſos illuſtraſſet. Diacono ſiquidem S. Æmilio Paulo, viro manſuetiſſimo, & eidem pudicitiæ amantiſſimo viſus eſt videri in nauigio Paulus Apoſtolus, dicens ei: *Videte quomodo ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ſicut ſapientes: ſcientes quia dies mali ſunt.* Quaſi per hoc inſomnium ſubindicaret multiformem illorum impoſturam, qui largitione donorum & verborum lenocinio deliniti ſupprimerent veritatem. Idem igitur * Valerianus Tribunus, quum diu inſtitiſſet, eos iniecit nauigio carioſa vetuſtate exeſo, iubens nauclero ad id pretio & ſtata mercede conducto, vt nauigantes Epiſcopos diſperderet, vna cum viginti militibus è diuerſis ordinibus quos è veſtigio è præſidio Athyræ extraxit. Multis igitur illo putri nauigio emenſis ſtadiis, cùm paulò minùs abfuiſſet quin periiſſemus, appulimus tandem in Lampſacum: & permutata naui inde prouecti ſumus Hydruntem Calabriæ die vigeſima. Quarto item menſe acto poſtliminio redierunt Romam, vt Innocentio Papæ, quæ ſibi contigiſſent, renuntiarent omnia, nimirum ſe adeò non reperiſſe Synodum, vt ne antigrapha quidem referre potuerint. Sed nec noſſe quid factum ſit de Demetrio, Cyriaco, Eulyſio & Palladio, qui ſecum eò fuerant Roma legati cum literis Honorij Imperatoris & Innocentij Papæ, ſed & de beato Ioanne certi nihil reſciſcere potuiſſe. Et hæc quidem dicta ſunto de Epiſcopis e Roma deſtinatis, deque aduerſus eoſdem concinnata malitioſa molitione. Horum omnium inſcius extitit Arcadius.

Epheſ. 5.

* vel ſama erat ἐῤῥωμένῳ. alias ἐῤῥωμένῃ.

τετρα-μηνιαῖον χρόνον.

Porrò beatus Ioannes in domo Adelphij cùm annum vnum habitaſſet, admodum & abundè paſcens inopes Armeniæ non tam cibario pane, quam ſermone. (Illo enim tum tempore, regionem ingens fames amarulente occuparat, quemadmodum inopia * verbi caſtigabat Conſtantinopolim, & iam corripuerat) illic animo rurſus degens, nequaquam deſtitit ſua vnius doctrina eos conſolari, populumque Conſtantinopolitanum corripere, ita vt crebra ad eos miſſione epiſtolarum vſus ſit. Primùm quidem Epiſtolaribus libellis exponit ad eos ſcribens, qui graue ſcandalum fuerant perpeſſi ob illegitimas tranſgreſſiones commiſſas aduerſus populum, nec paucos ſacerdotes, in præſcripta perſecutione ac peruerſitate. Continent autem capita quatuor & viginti. Principium habet: *Medici in adhibitati medelam qui febre conflictantur, aut alio quouis genere morbi laborant, primum omnium ſedulò quærunt vt morbo tentatos videant.* Et quæ deinceps ſequuntur, licuerit vnicuique cum deſiderio efflagitanti legere, ſimul & hinc emolumenti plurimum ſibi parare. Rurſus ad Cyriacum Epiſcopum duas perquam vtiles ſcripſit epiſtolas. Prioris principium ſic habet: * *Agedum rurſus vomicam hanc planè vlceroſam tua illius ægritudinis ac mæſtitia ipſe exhauriam, tuaſq; ratiocinationes quæ menti tuæ denſam nubem effundunt, diſpellam ipſe & diſſipabo:* Et cætera. Poſteriorem verò epiſtolam ſic exorſus eſt: *Et corpora quidem cum peracri ac permoleſta febre diu colluctata.* Et quæ ſequuntur eloquia, prorſus conſolatoria. Nec ſecus alias ſcripſit literas ad Conſtantinum presbyterum, & ad ſanctam virginem atque Diaconiſſam Olympiadem. Et has in medium de multis attulimus, vt oſtenderemus ſanctum illum virum prouidam populi curam in arcano pectoris aſſiduè retinentem, non modò dum conſideret in throno, ſed & in exilio conſiſtentem, nihil quod populi eſſet, aſſerere ſibi aut vindicare, imitatorem factum Pauli. Illi porrò fratricidæ extimulati inuidia ipſum iubent transferri Arabiſſum, vt vel tam diuerſis afflictionibus & ærumnis ſubiecto vitam illi interciperent, ſicque periret. Sed enim illic etiam non mediocriter reſplenduit virtutum ornamentis. *Non enim poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neque lucerna lumine præluſtri accenſa ligneo debet tegi modio.* Ex omni enim circumcirca regione à ſomno ignorantiæ expergeſecit coruſcante radio verbi * eos qui eatenus fuerant depreſſi veternoſo perfidiæ ſopore. Seuerianus, Porphyrius, & alij aliquot Syriæ Epiſcopi vehementiore flamma incenſi inuidiæ hoc vnum agebant, vt ipſum illinc emoueant ac transferant alio. Grauis enim eis erat, nec modò quum illi arrideret fortuna rerum felicior, celeberque haberetur, quin & quum is diuexaretur iſtiuſmodi calamitate: iſti tantò acrioribus aculeis tentationum affecti perurgebantur, vtique illius ad Apoſtolum diuinitus redditi oraculi immemores, dum is tribulationibus conflictaretur: *Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur.* Contemplati enim ciuitatem Antiochenſium, quæ rectà ſpectat Armeniam, etiam illinc rurſus animo perpendentes, quia Ioannis accommodam & apprimè vtilem philoſophiam Antiocheni miris laudibus attollerent, optabant vt flagris & cruciatibus diris illi vita abrumperetur, quemadmodum iſtis adimitur vita qui torturis examinātur. Talis enim eſſe ſolet Inuidia, nunquam non infenſa honeſtati & aduerſa maximè; ita vt qui aderant clerici ipſius ſectatores, multa cum admiratione dicerent: Videre morticinum & exangue cadauer nimis terrificum. Eos qui viuunt, quique pro poteſtate agunt, quanto percellit terrore? Nimirum ceu aſſolent perterrere pueros ſpectra ac perſonatæ larua. Papæ, qui mundi iſtius gerunt præfecturas, qui Magiſtratu quopiam funguntur, qui Eccleſiaſticas opes pro ſua poteſtate congerunt & accumulant, hunc ſolum cum ſuis literis ſacerdotem, inermem prorſus, ad hæc carne infirmum, extorrem & proſcriptum tantopere timent, vt toti impalleſcant! Itaque iſti cum iam non ſibi in commune temperarent, non denique ſinerent ſerpentinum odium tegi ſilentio, ac deliteſcere, miſiſſentque ad legionem militum, ſuggerunt illis reſcriptum multò priore inclementius, indicta pœna, niſi intra breue ac præſcriptum tempus ipſum tranſtuliſſent in * Pytiunta, locum omni habitatore deſtitutum, imminentem rupi confragoſæ ac prærupta, inque mare Ponticum propendenti. Extrema enim ora eſt imperij Romanorū, Barbaris longè efferatiſſimis finitima. Eo itinere intra paucos dies confecto, quum perueniſſet ad præſcriptum exilij locum, eodem peruigili ac matutinam perſoluente Pſalmodiam, preceſque ad Deum ſurſum emittēte, ſancti Apoſtoli Petrus & Ioannes ad eum ſunt ingreſſi, quos cùm olim

Io. Chryſoſtomus ſcripſit Cucuſi.

* Diuini.

Epiſtola Chryſ. ad ſcandalo affectos, quæ extant To. VII. Operū Chryſ. Gr.

Epiſt. Chryſ. ad Cyriacū.

* Exſtat To. VII. epiſt. 142. pag. Gr. 168. ſed ibi ὀυαγέσωμεν lego, ſic ὀυαγάγωμεν. Altera vero eſt ibidē pag. 57 ſed ad Olympiadē III. bene longa.

Inde tranſlatus Ioannes Arabiſſum, indeque Pytiuntē, ſed in itinere Comanis moritur.

Matth. 5. 14.

* diuini

2. Cor. 12. 9.

Infantes laruis terrentur, ſap. Prouerbiale eſt.

τοῖς παῖδας τὰ μορμολύκεια.

εἰς Πιτυοῦντα.

A eſſet Antiochiæ, fuerat contemplatus, eique dictū: Fac lyteris ac diffundaris gaudio ratione præditarum Chriſti ouium paſtor bone, generoſiſſime athleta. Ab ipſo communi dominatore ac domino noſtro ſimul & Deo Ieſu Chriſto huc ad te delegati ſumus, vt vires roburque ſuggeramus, & te tantò fatigationum pondere attritum, ſermone conſolatorio alleuemus, quas pro tuenda ſynceritate conſcientiæ fortiter perpeſſus es. Reges enim ipſos illegitimam & exlegem vitam docentes increpaſti, imitator factus Ioannis Baptiſtæ, qui impium Herodem coarguit propter Herodiadem

Matth.14.3.

vxorem Philippi fratris ſui. Quamobrem conualeſcito tu ac viriliter age. Siquidem in cœleſti regno ampla tibi repoſita eſt merces. Quare tibi euangelizamus gaudium magnum. Intra enim dies perpaucos hinc emigrabis ad dominū Deum tuum, in cœlorum regno perpetua requiete nobiſcum perfruiturus. Animo fac ſis præſenti, ſi-

B quidem de inimicis tuis victricem palmam reportaſti. Qui te hoſtiliter oderant, hos ineluibili ignominia dedecoraſti. Calcibus protriuiſti colluctatorem tuum diabolum, & de dæmonibus inſignem retuliſti triumphum. Porrò Eudoxia redundanti * ſcaturigine vermium ebullitura eſt.

* πηγῆς ... ἐκ-βράσαι.

Quam abs te efflagitabit opem, nunquam impetratura eſt. Ingenti cum dolore, morbo quo iam laborat, vitæ finem ſortitura eſt. Immedicabili ſiquidem morbo ſuam oppetet mortem, accepta à Domino plaga. His dictis, tradiderūt ei edulium quoddam dicentes: Cibum hunc accipito ac veſcitor, iam non in præſenti vita indigus fueris alterius edulij. Hic enim cibus te abundè ſuſſulciet tantiſper dum commendes ſpiritum in manus Domini. Acceptum cibum in eorum conſpectu edebat. Erant autem cum Ioanne in ipſo exilio presbyteri duo, diaconus vnus, qui quidem abſque Conſtantinopoli indiuidui comites ſequuti

C ſunt eum, pio erga eum affectu detenti. Inaudierant & illi ſermones quos ſancti Apoſtoli cum beato Ioanne pertexuiſſent tam familiariter colloquentes, & gratiarum actionem rependerunt modis omnibus exhilarati, & ingenti gaudio perfuſi, quòd cum tali viro (cuius prouidam curam gereret Deus) promeriti eſſent conſortes fieri afflictionum, dignique habiti qui non modò verba audierint, ſed & ipſos ſanctos Apoſtolos oculis coràm conſpexerint. Siquidē hi peruigiles erant, & apertis corporeis oculis ſingula quæque exactè obſeruabant. At contrà milites Præfecti prætorio qui ipſum ad exilium perducebant, ipſum perurgebant vt viam feſtinatò capeſſeret, palàm profeſſi ſe tale quid in mandatis accepiſſe, vt ſiquidem medio in itinere defungeretur vita, ad ampliorem gradum dignitatis promouerentur. Et quidem illorum vnus, quem minor cura tangebat præſentis militiæ ac dignitatis, quatenus altero

D clam ſuffurari poterat, argumenta benignitatis exhibebat ſancto. Alter contrà tantò erat inclementior & præfractior, ſic vt obſequia quæ ab obonis paſſim exhibebantur per cōmiſerationem ſancto, hæc iſte contumeliarum loco habebat; huic vni & ſoli curæ intentus, vt Ioannē miſerrima morte mulctaret. Pluuius imber ſi quādo cœlo cadens vehementiùs inundabat, hic tantò ſecuriùs exibat, vt humor aquæ pluuiæ in dorſum pectuſq. ſancti deflueret. His adde, quia & Sol q̃ tantò intemperātiore æſtu incanduiſſet, hoc deliciarum loco deputabat, quòd ſcitè intelligeret cranium beati, perinde ac Eliſei, id grauatim ac permoleſtè ferre. In oppidum aut in ciuitatem, vbi nonnihil conſolationis attigiſſet ex lauacro ſiue balneo, ne ad punctum quidem horulæ vni us iſte miſer atque infelix ſinebat diuertere & immorari. Præter hæc omnia ſanctus toto trimeſtri viam hanc longè moleſtiſſimam conficiens ſic ſperdu-

A rabat contabefaciens corpuſculum, tanquam ouis ſuffoſa rubore, ſe exporrigens ad ramuſculum in ſublime erectum. Deus autem generis humani amantiſſimus non permiſit ſuum athletam vbique fortiter vincentem abripi in illam inſulam, ſed cùm propinquaſſent Comanæ genti (locus autem eius ſpectat ad Euxinum mare) ac ſi pons fuiſſet, prætergreſſi ſunt Pityuntem extra mœnia, in æde Martyri conſecrata, cum procul vrbe quinque aut ſex miliaribus manſiſſent, nocte eadem ei adſtitit illius loci Martyr, nomē erat ei Baſiliſcus, (qui Epiſcopus Comanorum, in Nicomedia imperante Maximiano, vnà cum Luciano, in Bithynia Antiochiæ presbytero paſſus fuerat) & ait: Vide, animo ſis præſenti, frater Ioannes. Cras enim vna erimus. Referunt autem & martyrem prædixiſſe presbytero qui in templo morabatur: Adorna locum fratri Ioanni. Venit enim. Porrò beatus

B Ioannes fidem accommodans ſibi reddito oraculo, obteſtatur illic vt in craſtinum permanerent ad horam vſque quintam. Illi autem nullis modis perſuaſi eduxerunt eum. Illinc autem confecto itinere quaſi ſtadiorum triginta, poſtliminiò ſe eodem receperunt, ad locum nempe Martyrij à quo diſceſſerant, ipſo mox ſubſequente. Et ita cùm eò conueniſſet, veſtimenta ſedulò ſibi exhiberi depopoſcit ſplēdida vtique, nec indigua vitæ quam priùs exegiſſet. Prioribus indumentis exutus, ſobrius & caſtus ſe nouis induit. Mutatoriis igitur vſque ad calceamenta amictus, in eos qui aderant, priora reliqua diſpertitus eſt. Denique communione dominicorum ſymbolorū accepta, præſentibus qui aderant, extremam effudit orationem, dicens pro more ſuo verbum: * Gloria Domino, omnium gratia. Quumque ſe ſigno præmuniiſſet ac intuliſſet *Amen*: pedes extendit, qui pro ſalute ſynceriter pœnitentiſſi cum laude cur-

* Δόξα τῷ θεῷ πάντων ἕνεκεν.

C ſum expleuerant ſuū: confundebantque eos qui peccatorum diuitias ſuis eſſent operati pedibus. Quod reprehenſiones illius apud improbos & flagitioſos nihil obtinuerunt emolumenti, non id ſtatim adſcribendum imbecillitati aut inefficaciæ eius qui ingenuè ac multa cū libertate admonuit, ſed eorum effreni temeritate contigit qui nihil æquanimiter ferunt. Ipſe porrò ad vitam tranſlatus eſt ſempiternam, collegio adſcriptus ſanctorum omnium qui Deo vnquam placuerunt, patribus appoſitus, Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis ſimul & Martyribus, die quartadecima menſis Septembris, quo die precioſum omniq́ue dignum veneratione lignum viuificæ Crucis Chriſti ac Dei noſtri exaltatum eſt ad ſalutem eorum quidem qui Orthodoxa fide in ipſum credūt, qui & ab eodem ligno expaſſis manibus pependit: ad illorum vero perditionem qui ipſum inceſſunt blaſphemiis. Poſtridie conſulatus, qui quidem erat Honorij ſeptimus & Theodoſij ſecundus, valedicto commu-

εἰς τὴν ἀγήρω ζωήν.

Crucis Chriſti lignum.

D ni huic vitæ ad Chriſtum profectus peruenit, vt ſcriptum eſt: *Venies autem ad ſepulcrum tuum, ſicut frumentum maturum tempore ſuo demetitur: impiorum contra animæ viles & abiectæ morientur.* Tantus tamque numeroſus cœtus virginum, monachorum & eorum qui ad præſcriptum ſuæ quique legis degentes probabile elogium retulerant ob vitæ ſanctimoniam, aderat è Syria & Cilicia, à Ponto & Armenia, vt plerique omnes exiſtimarēt * eos ex compacto illuc adueniſſe. Porrò corpus quod tot adeò, tamque varios agones fortiter depugnarat, perinde atque athleta quiſpiam palmarem victoriam ex hoſte reportans, ſepulturæ mandatum eſt, & ſolennibus atque feſtiuis laudibus celebratum. Depoſitum id eſt intra thecam ſiue conditorium vnà cum iam * dicto martyre in æde illi conſecrata. Itaque Ioannes exauctoratus dignitate, in exilium * per multam oris libertatem relegatus eoque coronas reportauit æquandas, & nihilo diſpares certatoribus

Iob 5. v. 26. Vulg. Ingredieris in abundantia ſepulcrum, ſicut infertur aceruus tritici in tēpore ſuo.

* ἀπὸ συνθήματος.

* Baſiliſco.

* δι' ἐλευθεροστομίαν.

tatoribus laude dignis, quique exantlato agone præmium retulerunt, nempe Martyribus. Siquidem ad priſcam illam viuendi conſuetudinem habitúmve perductus eſt, vti eius operæ declarant, & quæ huic permutatio vitæ melior teſtimonium reddit.

Occidentales Epiſc. iniuriā Ioanni factā deteſtātur.

Hanc aduerſus eum iniuſtitiam deteſtati ſunt & execrati omnium maximè Europæi Epiſcopi. Perſpecta autem Orientalium Epiſcoporum malignitate, ab eorum communione ſe ſegregarunt. Illyrici proinde omnes in partem horum ſeceſſerunt, non tamen in partes diduxerunt corpus Eccleſiæ. Siquidem hoc erat propoſitum, ea mens Eccleſiæ Romanæ, vt nullam cum Orientalibus Epiſcopis inirent omnino communionem, præſertim cum Theophilo, tantiſper dum Oecumenica Synodus celebraretur medelam adhibitura præcidendis membris pūtredine vitiatis, his nimirū qui tam indigna geſſiſſent. Etenim tametſi beatus Ioannes obdormiuiſſet, at certè euigilare debet veritas & expergefieri, cuius aliquando erit indiciū.

Presbyteri & Diaconus (Ioannes in exilio comites perpetui) poſt eius mortem Romam venientes omnia renunciant Innocētio Papæ.

Simul atque vitæ finem accepit ille eximius orbis doctor, duo illi presbyteri vnà cum diacono (qui in exilio ſimul verſati fuerant) aſcenderunt Romam ad Papam Innocētium enarraturi eidem quæ beato Ioanni contigiſſent omnia quo tempore in exilio fuit, quamq́ue miſeris modis diuexatus ſit per immanitatem militum qui ipſum è loco in locum tranſportarant, de gente edocturi quam ope Dei fretus ſua doctrina promouit ad ſalutem, quæ à Solis cultura fidem complexa eſt in Deum. Inſuper & de viſione Petri & Ioannis, quæq́ue ab ipſis dicta fuerant Ioanni, de obdormitione ipſius, ac viſione Baſiliſci martyris prædicentis ei ſuam obdormitionem. Hiſce Papa auditis, magnopere admiratus eſt, ſimul & animi deliquio ac mœrore confectus, his qui aderant ait: Videte, quodnam luminare Eccleſiæ, quàm inſignē fidei præconem iſti Orientis Epiſcopi iniquè in exiliū relegarunt. Quid vtique hic eſt in ſæculo præſenti? quid in futuro continget? Quam rationem vel probabilem illo die tremendo poterunt opponere iudici, quo die ad tribunal Chriſti ſiſtentur, cui nemo imponet, nemo circumſcribere poterit captioſis argumentis? Hiſce dictis adit Papa Honorium Imperatorem, renarraturus ei cuncta quæ auditu perceperat referentibus clericis. Ad hæc & de Eudoxia Imperatrice quo pacto memoriam conceptæ aduerſus Ioannem malitiæ ex animo nondum remiſiſſet, donec Ioannes ab Epiſcopatu eſſet exauthoratus, idque per flagitioſos & improbandos homines, qui ad id conficiundum operam ſuam condixerant Eudoxiæ: Quandoquidē ipſa ab eo correpta fuerat ex officio, dum eam cohibebat vt intermitteret rapinas facultatum ac poſſeſſionum quas à proximis vi exprimebat, vtq́ue ſibi tēperaret ab iniuſtis & quàm plurimis cædibus hominū.

Innocentius Papa Honorium Imp. adit & ſcribit Arcadio, excommunicās eandem. Scribit itē Honorius.

His auditis, Imperator peracri animi cōpunctione extimulatus eſt. Erat enim is pius præter omnem modū ac verus Dei cultor; vniuerſum vitæ ſuæ tempus in orationibus, ieiuniis ac vigiliis ſimul & lectionibus agens, ſibiipſi magnopere attendens, & ad ea quæ ad animæ ſuæ ſalutem conducebant. Et reſpondens dixit Papæ: Terra omnis, mare inſuper adimpletur iſtius flagitioſæ mulieris varia iniquitate. De hac enim rumores nimis multi pulſarunt aures meas, ad quos oppilans eas auertebam, & faſtidienter audiebam cum execratione, eiuſmodi ſermones ſic malitioſos recuſans audire. Ecquid eſt, quod eam non nouerim geſſiſſe? Equidem fratri meo Arcadio non ſemel ſcripſi de ipſa, vt eam ab eiuſmodi negotiis auocaret, vt ne ad nos veniret, neque ad filios noſtros ſua transferret peccata, exemplo Heli ſacerdotis,

1. Reg. 2.

& ſuper domum ſuam & patris ſui, in quem Dei indignatio inclementer deſæuiit propter peccata Ophni & Phinees filiorum ſuorum, ne ſic quidem exaudiuit me frater, at ne nunc denique audit ille, vti par eſt credere. Quin potius ei & tu ſcribito. Credibile enim eſt Te exauditurum, & eam correcturum. Tunc Innocentius Papa epiſtolam ſcripſit Arcadio Imperatori talia continentem:

Epiſtolæ huius meminit Gennadius, Nicephorus, Glycas part. 4 & Barō. Annal. To V. an. Chri. 407. pag. 262. Plan.

Vox ſanguinis fratris mei Ioannis clamat ad Deum aduerſum te ô Imperator, quemadmodum & olim ſanguis Abel iuſti aduerſus fratricidam Cain, qui & modis omnibus vindicabitur. Ne id quidē ſolum ipſe peregiſti, verùm tempore quoque pacis concitiſti perſequutionem contra Eccleſiam Dei & eius ſacerdotes, indicta atque indiſcuſſa cauſa, magnum illum orbis totius doctorem pepuliſti è throno ſui Epiſcopatus. Cum ipſo ſimul & Chriſtū perſequutus es. De illo enim non eſt cur tantopere querar aut lamēter, (ſiquidem hæreditatem ſortitò accepit vnà cum ſanctis Apoſtolis in Dei ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti regno) fuerit licet nobis damnoſa & intolerabilis ea calamitas. Cæterùm angor animo, primùm quidem ſolicitus anxiè pro ſalute animarum veſtrarum. Huc proximè accedit, pro his qui miſerandam orbitatem lugent ſapientiſſimæ doctrinæ ac ſpiritualis diſciplinæ, qui inedia necantur verbi diuini. Neque enim ſola Conſtantinopolitanorum Eccleſia iacturam adiit aut multata eſt orbitate melliſluæ illius linguæ, ſed & orbis qui Soli ſubiacet vniuerſus, viduitatem ſuam complorat, deperdito hoc viro planè diuino, idque ſuadelis vnius mulierculæ, dramaticam hanc fabulam in apertum producentis. Sed enim & hic luet vltricem pœnam, nec ita poſt multos dies eam adorietur futurum ſupplicium. Beatus enim Ioannes, tametſi vitam reliquit ſeruata fidei incolumitate, & conſtabilitis in fide vacillantibus, at certè in ſæcula nunquam deſitura inexhauſtis deliciis vitaq́ue perenni atque immortali perfruitur ſortitoque poſſedit. Porrò noua hæc * Dalila, quæ te ſenſim nouacula ſuæ impoſturæ totondit, ſibiipſi ex ore multorum conciliauit maledictionem, ſe obſtringens graui ſarcinā & vix vlli geſtabili onere peccatorum, & priùs à ſe cōmiſſis peccatis etiam hoc accumulans. Quapropter ego minimus & peccator, cui thronus magni Apoſtoli concreditus eſt, ſeparo te & illam à participatione immaculatorum ſacramentorum Chriſti Dei noſtri. Nec vos ſolùm, ſed & quemcunque tandem Epiſcopum aut clericum cuiuſcunque ordinis ſanctæ Eccleſiæ, quiſquis præſumpſerit ea vobis miniſtrare, & eorum efficere conſortes, ab ipſa hora qua præſentes literas vinculi quo vos aſtringo, legeritis, eum qui eiuſmodi fuerit, definio gradu ſuæ dignitatis eſſe deiectum. Porrò ſi, ceu aſſolent qui pro poteſtate agunt, vi quenquam eò adegeritis, & à Saluatore per ſanctos Apoſtolos vobis præſcriptos Canones fueritis præuaricati, primùm quidem ſcitote hoc pro nō leui peccato imputatū iri illo die tremendo formidabilis iudicij, in quo quidem quantacūque dignitas nemini poterit eſſe auxilio. Proinde Arſacium, quem pro eximio Ioanne intruſiſtis in thronum Epiſcopatus, mortuum licet deiicimus gradu, vnà cū omnibus qui deſtinato cōſilio ipſi communicarunt Epiſcopis, cuius ne nomen quidem inſcribi ſacris diptychis ſiue Epiſcoporū tabellis cenſeo. Is ſiquidem hoc honore ſe præſtitit indignum, quippe qui cum Epiſcopatum cōtaminuit adulterio: *Omnis enim plantatio, quam non plantauit pater noſter cæleſtis eradicabitur.* Ad Theophili * exauctorationem addimus cenſuram excommunicationis, anathematiſmum & à Chriſtianiſmo integram ac perfectamque alienationem.

* Eudoxiā notat. דלילה *Dalila*, paupertas, Gr. Δαλιδὰ ac ſamſonis vxor, Iud. 16.

Canones Apoſtolorum.

Arſacius in thronū Ioannis irrupetat Nectariu (qui eum anteceſſerat) ſ[illegible], Poſt hunc Atticus.

Matth. 15 v. 21.

* Anathematiſmū [illegible]

Scripſit præterea & Honorius Arcadio hæc

Non ſatis compertū habeo neque perſuaſum

quæ nan-

Baronius Tom. V. Annal. Eccleſ. an. 407. pag. 255. Plantin.

quænam vis tam efficax, alioqui aduerſa te in eam fraudem pellexerit, vt te totum permitteres fidei mulierculæ vnius, & ea perpetrares flagitia quæ aliusnemo (modò Chriſtianus) in animum induxit vt faceres, religioſe Imperator. Etenim ſancti qui hic ſunt, Epiſcopi omnes, querulis vocibus inclamant toto hoc noſtro imperio, nobiſque oplorare non deſinunt, quia vicarij Rom. eccleſiæ quos ad veſtram reuerentiam & honorem deſtinarant, vt ſynodus iam in vnum coacta per vos ſanciretur rataque fieret, hi diuerſis detinentur caſtellis, & iis anguſtiſſimis, miſerum in modum afflicti, ita vt imperatum ſit ipſos extrema fame enecare ac perdere. Equidem hiſce factis conſtat vos non admodum comiter aut humanè eoſdem excepiſſe, ſed & ſic exceptos hoſpitio voluiſſe indignis modis proſequi. Non enim in hos exhibitum hoſpitalitatis officium imperij veſtri latitudinem in anguſtum aut arctum redegiſſet, quin tantò magis ampliaſſet opulentiſſima Dei erga nos dona. Ad hæc, ipſo clementer condonante, nobis ceſſiſſet ea hoſpitalitas in redemptionem delictorum. Sed enim quæ contraria ſunt, nihil cunctati eſtis efficere. Pecunias proinde quas ſecum detulerant pro ſupplendis neceſſitudinibus ſumptuum corporalium, iuſſiſtis auferri, & ademptas in alios conferri. Hac vna re nobis ſuggeſſiſti occaſionem ſuſpirioſe ingemiſcendi ad dominum Deum noſtrum. Non animaduertiſtis ſapientiſſimi Parœmiaſtæ ſententiam dicentis: *Ne dederis occaſionem homini, tibi vt maledicat. Vbi enim ingemuerit cor eius, exaudiet ipſum plaſtes eius.* Præter hæc tuo vnius conſilio, tuo iudicio in exilium * proſcripto illo, in eius thronum alios ſubrogaſti Epiſcopos, ne tantilli quidem ducēs ſedis Apoſtolicæ dignitatē. Plane iſthęc omnia haud mediocre periculū, apud Deum tibi importāt, apud homines item dedecus pariunt auditu fœdū. Itaque non iam verbis, ſed pro virili operibus enitere, ac feſtinato membris carioſa putredine vitiatis mederi, noſque omnes hiſce de rebus certiores reddere pergito, nec te lateat nos de his facinoribus & piaculis expeditos ad expetendam vltionem, vt orationes à ſacerdotibus ad Deum pro nobis effuſæ noſtra confirment & conſtabiliant imperia.

* Ioſine.

Arcadius pœnas expetit de omnibus Ioannis inimicis.

Arcadius ſuſceptis hiſce literis in mœrore cōſtitutus & anxius deliquio animi tabeſcebat. Iubet is inquiri, nunqui in ciuitate ſuperſint ex iis qui aduerſus B. Ioannem inſidioſas molitiones inſtruxiſſent. Erant autem ea in ciuitate (vt fortè accidit) Menas, Theotecnus, & Iſchurion conſobrini Theophili Alexandriæ Epiſcopi, & Acacius Berrheæ Seuerianus item Gabalorum Epiſcopi. Hos in ciuitate eſſe cum reſciuiſſet Imperator, iubet eos omni cum ignominia & dedecore adduci, & illatos includi carceribus tantiſper, dum de eorum geſtis conſultò anquiſiiſſet. Tum ſanè ſedulò anquirit aduerſus eos Epiſcopos qui ſcenam Tragicam peregerant. Eadem opera in quæſtionem ponit Rom. Eccleſiæ vicarios. Et hæc quidē omnia literis Honorij fratris ſui liquidò innotuerant: quæ vt mox edidicit, quemadmodum geſta eſſent opera Marini, addicti vel maximè imperatrici, & filiorū eius, iubet in eos animaduerti gladio, ac morte multari, ipſorumque corpora appēdi ligno. Omnes inſuper domeſticos, (ſiue ij congeneres ſibi fuiſſent, ſeu homines peculiariter addicti Imperatrici) cōpertos iſtiuſmodi improbandæ molitionis, iuſſit prioſūm excidere dignitate, dein illis adimi facultates omnes. Alios autē plagis, torturis & carceralibus cuſtodiis abſumi prę- cepit, Eudoxiam vero imperatricem permiſit in quopiam palatij cubiculo ſeſſitare, & ne quis ad eam introgrederetur, edixit, * niſi fortè ad auram ſiue reſpirationem, at ne eam aliquando ad ſe ſinit accedere. Porrò illa diuexari cœpit in iis quæ ventriculo ſubſunt partibus per eam afflictionem, & qui tali aſperſa dedecore atque ignominia eſſet, concidit in eum languorem qui à medicis dicitur αἱμοῤῥοΐα, hoc eſt, eruptio ſiue profluuiū ſanguinis. Proinde magiſtriani qui literas Imperatoris abuſq. Roma attulerant Conſtantinopolim, hæc tum reſciuerūt. Arcadius autē Imperator mox vt reſciuit, tranſtulit dictam vltricem vindictam in eos qui eam calumniā adornarant aduerſus Ioannem. Ad Papæ Innocentij literas reſcripſit.

Eudoxia Aug.

* ἀναπνοῆς.

Arcadius dat ſuas ad Innocentium, ſe purgāt, petitq. in communionem recipi. Baronius Cardin. Tom. V. an. 407. pag. 263. Plantin.

Homines quicunque rectè ſapiunt, vtique norunt, ea quæ ignoratione fiunt, nō ipſe Deus, non etiam leges plectunt ſupplicio, ſed & nemo pro alterius culpa iudicio ſiſtitur. Hac ratione motus ſcripſi cupiens veſtræ paternitati plenius ſatisfacere. Nam Deo teſte, eorum quæ contigerunt Epiſcopis & clericis veſtris, nihil reſciui; quin ipſe innocens fui ſententiæ eorum. Mox enim vt ea intellexi, omnimodam expetiui vltionem de auctoribus geſtorum, quæ alioqui Deum minimè latebant. Nam ſi tanti per eos admiſſi flagitij particeps ipſe fuiſſem aut conſors, vtique eos non tot diuēxaſſem aut affeciſſem incommodis. De beato autē Ioanne Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopo (cuius memoria ſacroſancta eſt) quod aduerſus ipſum geſtum eſt, non id mea vnius culpa contigit fieri, ſed Epiſcopis ipſis adſcribendum venit, qui aſſeuerabant ipſum quiddam abſurdum aduerſus Canones ſanctæ Nicænæ Synodi admiſiſſe: quare dignus eſt habitus deiectione: illi ſiquidem in capita ſua receperunt eam ſententiā. Ipſe igitur eorū verbis perſuaſus, vt qui eſſent Epiſcopi, ſimul etiam prouidēs ne quod ſchiſma in Eccleſia propter hominem vnum oborıretur, neu eius mēbra in partes diſtraherētur, tametſi quidam ſegregari debuerant à communione ſacramentorū. Et quidem illi planè peracri increpatione ſunt digni, vt qui illegitimè ac præter Canones aduerſus eū tale quid auſu temerario geſſerūt. Porrò nos qua in re peccauimus? ſiquidem ſacerdotes veritatem auerſati nobis impoſuerunt ſuo mendacio? Attamē ex his qui hic aderant peregrinis, miſi ad veſtrā ſanctitatem qui vtique debuerant vobis renuntiare quæ hæc cōſecuta fuerint omnia, ſi qua in re ipſe fuerim auctor iſtius rei geſtæ, ſi me * huic dramaticæ aut commentitiæ ſcenæ permiſcuerim, quaſi conſors fuerim arcanæ iſtius cōſpirationis. Animaduertat in eos vt vult ſanctitas tua. Hoc & ipſi conſulimus & fieri volumus ad aliorum correctionem. Deinceps paterna tua ſanctitas nos adhortetur & moneat, non item condemnet ſegregans quaſi expertes nec vlli acquieſcentes ordini à Chriſti grege & intaminata cōmunione precioſi corporis & ſanguinis ipſius, quādo reliqui omnes horum perceptione cenſentur digni. Id enim vt fieret ab iſtis aduerſus B. Ioannem, ægrè nec maleuolo animo permiſimus. Etenim efflagitamus à vobis condonari veniam pro eo quod inique geſſimus. Quòd ſi nos adoriente rurſus morbo altero, verbere opus fuerit, pro modo delictorum moderata caſtigatione vtere, non item eam ipſi deprecabimur aut excuſabimus, immo eam correptionem Domini promptè & alacriter ſuſtinebimus; non ſubtrahemur aut deflectemus ab ea. *Quem enim diligit Dominus, caſtigat*, iuxta Apoſtolum. Tantum eſt, vt ne priuemur ſalutaribus ſymbolis. De filia autem tua Eudoxia, noueris, Pater, pro modo ſuæ offenſæ vicem pœnæ haud mediocrem ei rependiſſe; quo facto contigit, vt per eam afflictionem & mœrorem animi deliquio & languore tabeſcens in lectulo decumbat. Itaque & eam reddito dignam, ne hinc emigret exors ſanctorum myſteriorum Saluatoris noſtri Dei. Ne illi variam irroges vltricem pœnam. Non enim percutiet Deus bis in idipſum.

* συμμύσης.

Hebr. 12. v. 6.

Eudoxia ægra decumbit.

Scripſit prętereà & Imperatrix ad * eundem pro

ſe

Innocentiꝰ papā.

ſe reſpondens in ſui excuſationem, de diuerſis contumeliis ſibi in medio Eccleſiarum à magno illo Ioanne irrogatis, vt opinabatur. Beatus autem ille nunquam vllum nominatim perſtrinxit, ſed culpas modò & crimina coarguebat. Et qui ea inique admiſiſſent. Et qui ea inique admiſiſſent, mox ſentiebant quæ dicebantur, ſui cauſa dicta eſſe, ac proinde videbantur familiariter noti, cum eſſent vel maximè ignoti. Hinc contigit vt multi quidem primum malè ſibi conſcij peccatorum, illinc aliò faceſſerent, partim timore Dei, partim veriti ne qua apud homines aſpergerentur ignominia, ne ab ipſo in Eccleſia contumelioſe ſugillarentur. Erant & alij qui ob iſtiuſmodi obiurgationes nihilò fierent meliores: imo & inſidiarentur ipſi: vt illud impleretur quod in vtroſque dictum eſt:

Prouer. 9. v. 8.

Corripe ſapientem, & amabit te, ſtultum, & apponet vt te oderit. Porrò Arcadius Imperator Honorio fratri ſuo reſcribit, nec alia quàm quæ ſcripſerat Innocentio Papæ, rationem reddens de beato Ioanne, B proque Epiſcopis & ſedis Romanæ vicariis enixè poſtulans, vt eos à pœna ac vinculo abſolueret, quo eos ſuſpenderat à ſuſceptione ſanctorum ſacramentorum.

Recipitur in cōmunionē Arcadius & Eudoxia.

Vterque autem cùm literas Arcadij excepiſſet, earumque lectione Innocentius Papa intellexiſſet Imperatoris pœnitentiam, humilem ipſius modeſtiam demiratus eſt. Porrò relatione eorum qui pro poteſtate agebant, quum cognouiſſet vltionem eſſe expetitam de his qui in magnum Ioannem inclementer egerant, ſcribit Proclo pientiſſimo Cyzici Epiſcopo, vt Conſtantinopolin profectus, *Imperatores efficeret participes incontaminatorum myſteriorum, & eam paſceret Eccleſiam tantiſper, dum reuocaretur, cauſa Attici diſcuſſa, numnam is dignus foret, C cuius fidei concrederetur tantæ illius ciuitatis Epiſcopatus. Proclus quidem ſuſceptis Papæ literis, moderandæ Cyzicenorum Eccleſiæ ſubrogauit clericos fide dignos ac ſanctos, qui ſuam abſentis vicem ſupplerent, & aſcendit Conſtantinopolin. Expleto autem ſacrificio, eis tradidit incontaminatam hoſtiam. Per dies aliquot moram nectens in ciuitate, populiſque Scripturam enarrans, parte aliqua eorum mœrorem ſolabatur ac leuabat. Siquidem ipſos inuenit intolerabili angore ac deliquio animi contractos, quod ſe cernerent orbatos eſſe *lingua melle profluente, diuina nimirum ac prorſus ſpiritali ipſius Ioannis doctrina. Porrò dicebat eis Proclus: Fratres, ego ſic erga Ioannem ſum animatus, perinde ac fons ad mare, & riuus ad mare collatus. Nam quis illi queat aſſimilari in explanandis Scripturis? Cæterum ad Imperatores Arcadium & Eudoxiam rurſus ſcribit Papa hæc: Recepi veſtrum in Deum ſtudium, quod per nomen eius accepiſtis. Quare D diuinis expediti vinculis Dominicis Symbolis valentes pergite. Iubete autem Ioannis nomen ſacris inſcribi διπτύχοις, [hoc eſt, *Epiſcoporum tabellis.*] Iuſtum enim hoc, vt ne Eccleſia viduetur nomine, qui memoria omni dignus vixit. Proinde nihil indignum ducatis ſcribere Theophilo, paratus vt ſit, ſeque accingat itineri iuxta Dei exhortationem ad catholicam ſynodum Theſſalonicæ celebrandam, quæ media eſt Epiſcoporum noſtræ huius occiduæ & orientalis plagæ. Ipſe enim (ſi quidem Deo gratum fuerit) ad eam Synodũ aſcendam. Quæ enim aduerſus Ioannem Epiſcopum, Iſidorum laude in primis dignum hoſpitum exceptorem, & alios id genus religioſæ vitæ conſectatores geſta ſunt ab eo, nos auctoritate freti ſancti Petri eximij Apoſtolorũ principis diſcuſſis cauſis & anquiſitionibus exactè perpenſis docebimus ex animo ſanguinario proceſſiſſe, & præter tenorem Canonum eſſe cōfecta, idque vt fiat θεοφιλὴς [Deo gratus,] nec iam vocetur id quod non eſt. Deus fi-

Arcadiũ & Eudoxiam. Proclo tura demandatur Eccleſiæ Conſtant.

* μελιῤῥύτῳ γλώττῃ.

A lios veſtros tueatur & conſeruet. Valere vos in Domino ſemper, oro: vtque gratiarum actiones exſoluantur ab omnibus qui in obedientia Romanæ eccleſiæ perſeuerant.

Porrò Acacium & Seuerianũ [Arcadius *] cùm introduxiſſet, oculis preſſius intêtis in eos immodico timore correptos, multipliciũque cogitationum fluctibus exæſtuantes, tunc vtique aduerſum eos Papa pronuntians ait: Vos eſtis qui ſanctum illum quaqua verſus celebrem virum, orbiſque totius doctorem exauthoraſtis, ſententiam de eius depoſitione in caput quique veſtrum recipientes. Animaduertite vel nunc, quid feceritis. Siquidem conatus hic veſter temeritatis & amentiæ plenus eſt. nec leuem pœnam promittens iis qui eo inſolentiæ conſpirarunt aduerſus Iuſtum, peneſque ſe animum præferocem retinuerunt luporum inſtar. Obticuerunt interim illi pro ſe nihil reſpondentes ad obiectũ crimen. Iiſdem rurſus ait: Deus, ô filij (ſi quidem acceptum illi ſit & placitum) vobis indulgenter condonet veſtrum hoc flagitium. Dicite & Theophilo; Ne ab hac infami ignominia deprehendaris liber, accingere, teque appara itineri ad Synodum, illic vt obnoxius ipſe præſto ſis, inueniarque & ego Dei voluntate in ea. Hæc enim ipſi ſcripſi & pientiſſimo Imperatori Arcadio. Hæc illo loquente dimiſit illos puros exoſculatus. Imperator magnopere gauiſus eſt acceptis literis Innocentij Papæ, atque ingenti ſtudio contendit vt omnem ei exhiberet obedientiam & obſequium. Primum enim omniũ ſimul atque excepit literas, ſcribit Theophilo hæc: Orbis totius climata conturbaſti, ſacerdotes captioſis dolis circumueniſti, locorum cum imperio vſurpator. Neſcis quia hæc ſubiacent Dei dextræ? nec meminiſti quòd cùm te acceperit, nullo pacto effugere eius potentiam ac virtutem licebit. Itaque quum hæc flagitia impudenti & temerario auſu admiſeris, futurum eſt vt ſententiam recipias aduerſum te, pœnamque exoluas tantorum facinorum vltricem: quare accinge te, teque ad iter quàm ocyſſimè adorna omnibus occurſurus Theſſalonicæ, & illic vnà cum tuis complicibus atque cooperariis dicturus. Si quid abs te geſtum compertum fuerit præter Canonum tenorem, reuertetur in ſinum tuum. Vide igitur, noſtris iuſſionibus obedias & obſecundes, ac ſubmota omni corporis neceſſitate ne tempus extrahens adeſſe cuncteris, die tibi præſcripto. Egreſſus ciuitate Alexandrinorũ feſtinus ad prædictam tibi ciuitatem accede, vt Deus noſtra vſus opera, vltricem pœnam de his omnibus expetat quæ abs te geſta ſunt impiè. Hac accepta iuſſione Theophilus, velut denſa caligine circumfundebatur, *omnium quæ ageret ignarus. Proinde Epiſcopos vnà cum Cyrillo cōſobrino deſtinat ad montem Nitriæ, qui hortentur & obſecrent Iſidorum, & eos quos perſecutus fuerat, monachos, vt pro ſe intercederent ac fungerentur legatione. Illi autem ipſis reſponderunt: Renuntiate ei Patres, nos id minimè neglecturos. Ille interim nuſquam prodit. Poſt non diu vitæ Innocentius finem accepit. quare illa omnia de præſcripta Synodo intermiſſa ſunt. Itaque is qui penè exanimabatur magis ob præſentem triſtitiam, quàm propter iuſtitiam Dei quæ eum erat apprehenſura, reualuit animo. His auditis, Theophilus omnem ab animo anxiam ſolicitudinem diſpulit. Innocentius enim papa non ita multò pòſt diem ſuum obiit iuxta veterum ſanctorum prophetiam. A morte autem Innocentij Papæ abrogatæ ſunt literæ Epiſcopatus Attici, qui inuaſerat thronum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ poſt Arſacium, qui ante Atticum occuparat ſedem. Et huius quidem Epiſcopatum plèrique omnes ægerrimè ferebant, pauci tamen lætabantur, qui vtcunque erga alios inualuerunt. In his enim nonnulli erant ex aula Imperiali, qui

Græcè eſt ὁ πάπας.

τὰ ὑπὸ τὴν κρατίστην σε.

* ἀγνοῶν τῶν ἀπορρήτων.

Atticus CP. Epiſc.

&

& populari turbæ addebant neruos & vt conticeſcerent, perſuadebant, ſimul & acquieſcerēt. Porro Adelphius Arabiſſi Epiſcopus (is qui * in ſua domo hoſpitio exceperat Cucuſi beatum Ioannem quo tempore fuerat in eam relegatus) extitit mirabilium patrator operum illo tempore. Maximopere Ioannem diligebat, & erga ipſum plurimum obtinebat fiduciæ. Hic audita morte Ioannis in exilio poſiti, intolerabili mœrore conficiebatur, ſuis obluctans cogitationibus, & ſecum quæritans, quonam pacto vir talis, nempe orbis totius Doctor, qui ſermonibus exornarat Dei Eccleſiam, quique exhilararat, hic tātus throno eiectus mortem oppetiuit, & quidem maximè in exilio, id vt fieret Deo permittente. Itaque hic effuſis precibus multiſque cum lacrymis orabat Dominum, ſibi vt reuelare dignaretur, quo in ſtatu eſſet apud Deum, vtrùmne collegio ſiue ordini Patriarcharum cooptatus. Quum igitur multo B fuiſſet tempore precatus id vt reſciſceret, quadam die rapitur in ecſtaſin, & ecce virum contemplatur inſigni ſpecie conſpicuum ſimul & glorioſum, dextera manū ſe tenentem atque deducentem in ſplendiſſimum ac præluſtrem locum, ſibique indice præmonſtrantem Eccleſiarum Doctores. Ipſo autem oculis circumluſtrante, dixit vt eum preſſiùs contemplaretur quem tantopere dilexerat magnum illum Ioannem; nec eatenus ipſum viderat. Omnes cognitos ipſi oſtendit, ex nomine quemque ſuo vocitans. Quumque rurſus manum eius apprehendiſſet, eduxit eum ex eo loco. Verùm mœrens & anxio animo ſequutus eſt ducem, quòd beatum Ioannem minimè vidiſſet vnà cum reliquis patribus. Ipſo autem egreſſo, præfectus ianuæ ait eum diſtinens: Quid rei habes? Cuius gratia mœrens ingrederis? Equidem illo nihil reſpondente, rurſus dicit ei: Nemo ſemel huc ingreſſus, triſtis abſcedit. Huic tum dicit C Epiſcopus: Quæ mœrere te facit cauſa, eſt hæc: Ioannem patriarcham Conſtantinopolitanum, mihi vnicè dilectum, nequaquam vidi accenſum collegio Doctorum Eccleſię. At ille ei reſpondens dixit: Ioannem illum dicis Pœnitentiæ præconem? Certè illum. Rurſus reſpondens ait: Homo tantiſper dum in corpore verſatur, videre illum nequit. Adſiſtit enim dominico throno. Hoc igitur reſponſo certior factus Adelphius Epiſcopus gloriam rependit Deo, quòd ſibi reuelaſſet hoc arcanum myſterium, ſuique animi mœrorem conuertiſſet in gaudium.

Adelphius Epiſc. Arabiſſi habet hoc Io. Moſcus ſuis in Limonari, ſeu Prato ſpirituali, ſed refellit ... Baronius To. V. Annal. ad an. Chr. 407. pag. 265. ... & in Græca edit. Briſſ. hæc ſunt poſita ... pag. 254. Arabiſſi ... Epiſc. Tirum nō Adelphius vt Chryſ. ait epiſt. 126. & Cucuſi Doctoris hoſpitio accepit, vt ipſe Epiſt. 15. teſtatur.

Sed & Epiſcopi partis Occiduæ nequaquam ſe complexuros eorum communionem decernunt qui in Ægypto erant, toto oriente, in Boſphoro & Thracia tantiſper dum illius admirandi Ioannis nomen *ſacris diptychis* inſcripſiſſent, ſecundum iuſſionem Innocentij. Atticus verò intelligens Eccleſiam in partes diductam, quòd qui communiD cabant Ioanni, ſe ab ipſa Eccleſia ſequeſtrarent, edixit vt eius memoria celebraretur in precibus, ſicuti & fieri conſueuit aliorum Epiſcoporum, qui * obdormierunt; quòd ſpe præſumpſiſſet ob hoc factum non paucos eſſe ad Eccleſiam poſtliminio reuerſuros, ideoque in ſuam communionem receperunt occidentales Epiſcopi, quippe qui ſubinde ad eos tranſmiſiſſet crebram legationem, oraſſet inſuper non rarò vt pacem poſſet obtinere. Tandem temporis progreſſu receperunt eum, quòd Ioannis nomenclaturam * ſacris adſcripſiſſet diptychis. Alexander verò qui poſt Porphyrium, thronum Antiochenæ Eccleſiæ rexit, primarium illud ſacerdotium in ſuo ordine conſeruabat ſimul & vitæ conuerſationem. (In palæſtra enim monaſticæ diſciplinæ antè Epiſcopatum quum vitam diu traduxiſſet, ſeque exercuiſſet, maximè generoſus ac fortis athleta viſus eſt eluxiſſe. Hic & ſermone erudiebat populum, & elo- A quio vitam confirmabat.) Primus hic Ioannis nomen Eccleſiaſticis * dithyris ordine inſcripſit. Sed enim indignum fuerit ſilentio tegere & obliuionis vitio prætermittere diras prorſus calamitates quæ illis acciderunt, qui aduerſus ſanctum Ioannem calumnias adornarant, ne multis exiſtimemur quaſi diuerticulum operis quærere voluiſſe, magis verò vt omnibus palàm Dei clementiam oſtendamus, ſimul & indulgentiam erga eos qui iniuſtè egerunt aduerſus ſuum athletam Ioannem, vt eum cunctis ſpectandum exhiberet inſigni corona redimitum, ad exemplum patientiſſimi Iob. Ex aduerſo illos excepiſſe temporariam talionem in ſe factam, neque non æternum & ineuitabile ſupplicium. Ammonius enim exercitatione monachus, vnus eorum erat frater qui Longi dicebantur, quos perſequutus eſt Theophilus, eos exigens è monte Nitriæ, & inde exacti adierunt comitatum ſiue aulam Imperatoris: hic ſub B vitæ ſuæ finem prophetiam edidit. Dixit is Aurelianum & Silinnium ſibi enarraſſe, quòd perſecutione immani facta, ac ſchiſmate in Eccleſia exorto, authores malorum forent, finem relaturos longè odioſiſſimum, & ita facta impreſſione inuaſuros Eccleſias Dei, quod & factum eſt. Hinc enim quorundam corpora Epiſcoporum, clericorum iuxtà ac laicorum, quæ ſemel apprehendiſſet morbus, multis affectionibus diducebat in partes. Ea quidem ſi occupaſſet febris, viſcera lentè adurebat. Si prurigo intolerabilis tentaſſet, ipſi vngues è ſuis excauabant locis; membrique laborantis dolores erant continui; nonnulli tentabantur hydrope; circa pedes verò œdemata, tumores liuidi. Alterum grauat rheuma, hoc eſt defluxio pituitæ ſiue catarrhus circa articulos, huic calidus, illi frigidus. His qui literas malè informabant aut lineamenta duxerant, inhorreſcebant digiti. C Phlegmone, hoc eſt tumor calloſus & calidus & vlcus particulam aliquam depaſcens ac putrefaciens, proinde & grauiter olens, denique longum vermem ſe exporrigens generat. *Orthopnœa*, hoc eſt anhelitus non niſi recta ceruice redditus his accedebat, & *dyſpnœa* ſpirandi difficultas, membrorumque omnium extenſio vehemēs. Nocturnæ inſuper phantaſiæ ſiue imaginationes quibus ſe rebantur transformari in canes rabie efferatos, in ſicarios, barbaros, & qui linguæ alterius eſſent, & fluctuum inſtar turbulenta voce perſtrepentes, ſomnum peruigilem & inſomnem tranſigentes. Alter autem ex equo delapſus, & per id dextro crure aut brachio effracto actutum vitam abrupit * deploratus. Alius dum aſſeruaret ac velut * condiret vocis organum, ne nunc quidem poteſt ori proprio manus admouere. Et alius quidem feruore exæſtuans præ ariditate genuum ſenſim diſſeD cabatur. Alius item toto triennio morbum paſſus qui facultatem ſuppeditabat propemodum ſacri ignis gignendi. Rurſum alius adeo ſecundum linguam torquebatur cum peracri febre (ita enim dicunt) vt diaphragma ſiue interſeptum narium in os decumberet, adhærens dentibus, lingua ipſa non progrediente ad menſuram à natura ſibi præfinitam. Hic proinde confeſſione facta, rem erga ſe geſtam inſcripſit tabellæ. Licuiſſet tum videre vltricem Dei iram ab ipſo vindice immiſſam, ac diuerſis cruciatibus illos debellantē. Quum enim exaſperaſſent animarum illum medicum, ſapientemque incantatorem exacerbaſſent, & ab officina parandæ ſalutis eum ſubmouiſſent qui ſanctioris Scripturæ fuerat interpres, ceu contingit tralatis aliò corporum medicis: diris cruciatibus traditi ſunt, nimirum pharmacis, quæ dolorem acerrimum vſu ipſo quidem ſuggerunt, at certè ſalutarem medelam illis nequaquam indiderunt. Etenim Cyrinus Chalcedonis Epiſcopus (cuius pedem Maruthas Apamiæ itidem Epiſcopus imprudens

Ioannis nomē diptychis inſcriptum. De Diptychis multa Panuinius in Cypriano, & libello Io. Bapt. Cardona, Epiſc. in Domin.

* τοῖς ἱεροῖς δέλτοις. Mox, ἐκκλησιαστικοῖς διθύροις.

* δίθυρος à δὶς & θύρα. Tabula Epiſcopalium nominum. Inimicorū Ioannis pœnæ diuerſæ & calamitates diuinitus immiſſæ.

* ἀποκλαυθείς. * ἐπαρχεύων.

Ioannes animarū medicus ab illis læſus.

dens

Socrates li. 6. c. 14 & 17. Sozom. lib. 8 c. 16. Bar. To. V an. Ch. 404. p. 210. Hanc.

dens calcarat) adeò miſerè afflictus eſt, vt in vlceroſam putrilaginem neceſſario euaſerit, ſicque illi præfectus eſt. Nec id ſemel contigit fieri, ſed ſubinde aliqua ex parte ſcindi oportuit. Totum enim corpus ea affectio depaſcebatur & abſumebat, adeò vt & alterum pedem ſuſtineret eiuſdem vitioſi affectus eſſe participem. Huiuſce rei gratia, memoriæ proditum eſt pleroſque omnes confirmaſſe propter blaſphemam eius maledicentiam in Ioannem hæc Cyrinum paſſum eſſe, quòd ipſum frequenter * ἀγέτατον appellaſſet, vt ſuprà iam dictum eſt. Deinde peracerba mors Eudoxiæ Imperatricis famam eam amplificarat. Ex quo enim tempore vitioſus ille affectus αἱμοῤῥοΐας, [*profluuij ſanguinis*] vlcus produxit depaſcens, ac multæ profunditatis circa corporis eius partes neceſſarias, eius corpus totum vermium arroſione ſcaturiit, ceu prædixerant Petrus & Ioannes Apoſtoli percelebri Ioanni in exilium abeunti. Quumque multi medicorum ſe accinxiſſent inſtaurandæ eius ſanitati, eam perpeſſionem nequaquam euincere potuerunt, nec ipſam reſtituere integritati. Eouſque enim fœdi putoris euaſerat, vt nemo ferre poſſet graue olentem eius odorem. Ipſi ſuffumigabant copioſam aromatum exhalationem ſtudiò contendentes euincere reiectitiam illam * graueolentiam ac cœnulenti & tetri odoris indicibilem halitum; qui ab ipſa prodibat; nec poterant. Porrò hæc medicis dicebat. Quanam ex cauſa ipſi euincere non poteſtis vim iſtius ægrotationis? Subuerebantur autem illi rationem reddere, vt qui probè noſſent immedicabilem eſſe plagam. Ipſa reſpondens dicit: Vos quidem ſi latet cauſa, ipſa vobis ediſſeram. Morbus hic Deo vindice mihi eſt immiſſus, propter peccatum quod ipſa admiſi aduerſus Ioannem Epiſcopum, & niſi pro me apud Deum deprecator intercedat, nunquam ſanabor. Ingraueſcente autem morbo quum de ſpe decidiſſet recuperandæ ſanitatis; liberis Theognoſti reſtitui iuſſit ſuam vineam. Nec id modò fecit, ſed & multis quos iniuſtè oppreſſerat, pecunias reddidit ſuaſque facultates. Sed & Arcadius Imperator à morte ſancti Ioannis parumper quum duraſſet ac fuiſſet ſuperſtes, finem accepit vitæ, pro quo * Theodoſius eius filius inauguratus imperio eſt. Non adeò multo pòſt tempore & Theophilus * lethargo, [*hoc eſt, veterno*] ſuum obiit diem, & thronum Alexandrinæ Eccleſiæ Cyrillus eius conſanguineus obtinuit.

* pro incurabile, contumacem, ſuperbū, vel qui genu flectere neſcit ſuper ... ſibilantem.

* δυσωδίαν καὶ ἄφατον βορβορώδη ὀσμήν.

* τὸν ἐλάττονα. * λήθαργικῶ πάθει.

Reliquiæ Chryſ. poſt ann. xxxv. iuſſu Imp. Theodoſij iunioris Comanis tranſlatæ Conſtantinopolim.

Tempore aliquanto pòſt tandem lipſana Beati Ioannis ad imperatricem ciuitatem tranſlata ſunt. Proclus enim Cyzici Epiſcopus quum ob ingruentem quandam neceſſitatem eſſet Conſtantinopoli, contemplatus eos qui ſe ab Eccleſia ſegregarant propter Ioannis exauctorationem (vir multa præditus prudentia) hic affectum triſtitiæ ipſorum pia conſolatione demulcere cupiens, Theodoſium Imperatorem adit, perſuadet iubeat referri Ioannis lipſana à gente Comanorum, quò loci repoſita fuerant, anno ab eius obdormitione trigeſimo quinto. Perſuaſus Imperator miſit exercitum militum vnà cum Clericis, iis maximè quorum vitæ rectitudo multorum fideli teſtimonio comprobaretur, aliis inſuper monaſticæ diſciplinæ ſtudio addictiſſimis, quibus iuſſit, vt omni cum honore ac reuerentia ipſius reliquias curarent adferendas. Et iis dedit pallia digna excipiendis reliquiis. Illi quum ad Comanos perueniſſent, reliquias ipſius venerabiles ac ſanctas è capſula ſiue feretro ſepeliendo corpori accommodo depromptas ſecum retulerunt, vti ab Imperatore fuerat eis præſcriptum. Reliquiæ igitur vt primum relatæ ſunt, quotquot in Eccleſia deprehenſi ſunt, concurrerunt ad vnum omnes, vt ſupplices eum venerarentur. In his igitur vir erat, cuius pes præmorſus fuerat à ſerpente, qua ex re claudicabat. Hic ſanè iugiter aſſidebat Eccleſiæ foribus ſtipem emendicans. Exurgens igitur cœpit & ipſe vnà cum omnibus procidere ſanctarum reliquiarū venerationi. Sane hic è ſepulcrali panno laciniam ſiue fruſtulum accepit, quo & pedem inuoluit claudicantem, & ecce confeſtim & ſtatim pedem ſuum expandit ſanum effectum, quaſi nullum vnquam ſenſiſſet dolorem. Exiliuit ac prodiit ad Eccleſiam, quaquauerſum hinc illinc curſitans, Deo gloriam ac laudem rependens, imitator illius quondam claudi factus, aſſidentis Speciosæ portæ, qui & per Apoſtolos Petrum & Ioannem integræ ſanitati eſt reſtitutus. Acto. 3. Viri autem loci illius contemplati quod præter naturæ ordinem factum fuerat ſtupendum miraculum, ſinguli quique è veſtimentis ſepulcri quibus obtegebatur precioſum illud ac venerabile lipſanum, arripuerunt nonnihil & ſibi deſumpſerunt pro benedictione & ad ſanitatem morbo quouis laborantium. Attulerunt veſtem magnifici ſumptus & cum primis ſplendidam, qua eum cohoneſtarunt. Numeroſa multitudo virorum, mulierum ac puerorum aggregata eſt; quæ intercedebat, multumque adferebat impedimenti his quos eò deſtinarat Imperator, idque vt eum ad ſe aſſumerent, alta voce clamantes ac dicentes: Quem ad nos miſit Deus ſaluatorem ac medicum, non ſinimus à nobis tolli. Hanc igitur ob cauſam ſeditione haud mediocri exorta, milites vnà cum ſuis aſſeclis in hoc ſe conſpicuos exhibuerunt, vt Imperatoris explerent iuſſionem, continentem, ne quis impedimento eſſet quo minùs referrent beatum illud tabernaculum viri ſancti. Vix tandem ac multo cum labore perſuadere potuerunt vt referrent, illudque ad ſe acciperent. Et ita ad ciuitatem aſportarunt. Priùs autem quàm in ciuitatem eum introducerent, fidelis plebs pelagus per freta quaſi per mediterraneam regionem traiecit ad Propontidem quæ os Boſphori eſt, & mare ipſum occuluit ſplendore funalium. Et ſanctas ipſius reliquias multorum honore & comitatu publicum ager te triumphum ac deducente ad Eccleſiam apoſtolis cognominem, honorificè depoſuerunt in vrnam ſiue capſam. Qui igitur ob hoc ſe ab eccleſia catenus ſegregarant, perſuaſi ac morigeri vniti ſunt Eccleſiæ. Factum eſt hoc decimo ſexto conſulatu * Theodoſij Imperatoris, die vigeſimo ſeptimo menſis Ianuarij. Sed enim Imperator coniectis in vrnam ſancti oculis ac fronte, ſupplicationem obtulit pro ſuis genitoribus, Deum obſecrans indulgenter condonaret, quæ per ignorantiam iniuſtè admiſiſſent. Turba quum feceſſiſſet, introducunt quendam * podagra & chiragra laborantem; qui plurimo tempore non quiuerat ambulare ſuper terram, non etiam quiduis ſuis manibus tenere: ſed geſtabatur & parte multò maxima vitæ ſic acta exſpirauit. Arctiſſimè enim obtorti erant & adſtricti pedum manuumque digiti, eiuſque brachia retorrida erant & inſtar arundinis arefacta. Hunc collocarunt ſecus conditorium ſiue vrnam ſancti. At ille cum profluuio lachrymarum plena nitens fide inclamans dicebat: * Pater ſancte, reſpice ad hanc meam humilitatem. Vide obſecro qua conflicter tribulatione. Neceſſitatem morbi iſtius qui me circumſidet & vndique cingit, attendito. Deum pro me fac ores (qui nullo non tempore per te inuocatus curat ac medetur) vt ſuo munere gratuito mihi impartiatur ſanitatem. Hæc quum dixiſſet, prīnoribus pedum ac manuum ſuarum digitis attigit vrnam reliquiarum, & ecce hora eadem pedibus inſtaurata eſt ſanitas, atque in integrum reſtituta. Exurgens autem ac rectè inſiſtens pedum plantis,

* Iunioris. Vide Martyrologiū Ro. die 27. Ianuarij, & ibi Baronium.

* ποδαλγὸν καὶ χειραλγόν.

* Oratio podagrici ad S. Ioannem.

manus

A manus inſuper ſuas expandit ſuper vrnam, eamque exoſculabatur, cum effuſione lacrymarum obſecrans, ſibi vt perfectam medelam conferret. Extemplo manus ipſius priſtinæ incolumitati de integro reſtitutæ ſunt, quin etiã digiti ſunt obeundo priori officio inſtaurati. Ille nulla non parte corporis ſanus effectus, Deo rependebat gloriam ac benedicebat, ſanctique eius prædicabat gratiam. Omnes verò eum cõſpicati ſic repẽte ſanatũ, demirabantur, laudantes Deum ac benedicentes.

Epilogus operis: cui in ſertæ duę Homiliæ Chryſoſ. Prior habita ante quã iret in primũ exiliũ: altera, poſt rediitũ. Huius loco habet Baronius.

Hæc viuẽdi forma beati Ioannis, & hic exitus fuit, quemadmodũ ſuprà ſcriptũ eſt, & quæ aduerſus eũ adornatæ fuerint calumniæ. Et quidẽ ijs qui aduerſarij eius fuerũt Eccleſiaſticis, quis dixerit meritò ac iuſtè: Vbi ſacerdotalis dignitas? Quonã loci auolauit pietas? Vbi mãſuetudo & naturæ cõmunio? Præceptũ illud Saluatoris vbinã erat? *Si offers munus tuũ, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: abi, primũ reconciliare fratri tuo, & ſic offer munus tuũ.* Vbi quæſo & illud? *Si quis te alapis percuſſerit in dexterã maxillã, obuerte ei & alterã*: Quo abierat ſcripturarũ meditatio? *Ecce quã bonũ & quã iocundũ habitare fratres in vnũ*: Illud quoq; vbinã? *Fratres in neceſſitatibus benigni ſint*. Porrò vt quid ſcriptũ eſt? *Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma*? Vos equidem viceverſa ac retrorſum acti feciſtis. Etenim frater à fratre intolerãdis calũnijs per inuidiã oppreſſus eſt, & miſerũ in modũ ſpoliatus, & proinde ciuitas miſerabilis nec vllis cincta mœnibus. Ecquid tandẽ tres vos nõ ſemel, ſed tertiò miſeri, quia rẽ per ſe ſyncerã, nec vlli permiſtã malitiæ adorti eſtis vt perſequeremini: quanã ratione nõ vos ſuppuduit vel demũ tãquã hoſtem eũ ad cædem iſtã motoriã expetere? Quonã pacto tãta rabies animos veſtros inceſſiuit, vt aduerſũ vos ipſos mutuis odijs digladiaremini, ac ferarum inſtar inuicem ferociretis? Quare tantam permutationem opere ipſo demonſtraſtis, * vt à manſuetudine delapſi, in immanem C hanc ac prorſus efferatam rabiem euariaretis? Demiror equidem vehementi ſtupore perculſus malignam iſtam improbitatem veſtram, quippe qui perſpiciam ob hanc motoriam tragædiam nihil non valde collidi & concuti. Sed cur vos tanta freti eſtis temeritate, vſque adeò inſoleſcentes iſthac præſenti animorum fiducia, vt Eccleſiam Dei, quæ vos nutriuit & exornauit, quæ vos à puero indulgenter educauit, quæ fœcunda eſt prole numeroſa matrix, è qua prodijſtis, & ipſi eam perrumpẽtes veſtris ſchiſmatibus, tanto aſperſiſtis dedecore, tam atroci contumelia inceſſiuiſtis matrem veſtram, vt in vobis impletum ſit propheticum illud eloquium: *Quamobrem perſequuti ſunt in romphæa fratrem ſuum? Cur corruperunt matricem ſuper terram?* Matrix noſtra ſermo eſt diuinus & ſalutaris, qui nos iuxtà ac * illum D rebus vix enarrabilibus commodis & perquam vtilibus ſeuit atque plantauit. Pro eo enim quod pro decoro officij veſtri conueniebat, vt mutuis operis ac vicaria ope voſipſos inuicem ſubleuaretis, didiciſtis aduerſus ipſum Ioannem meditari & exercere homicidium, neque cenſuiſtis vobis eſſe temperandum ab hoc facinore, & apud vos conquieſcendum. Deinceps vobiſcũ cõmentari debueratis quæ facerent ad neceſſitatẽ afferẽdæ opis mutuæ. Nũc autẽ cur tã mala fide tractaſtis illi indultã gratiã, nõ modò nõ ſubleuãtes eũ tot inuigilantẽ laboribus, ſed & procul à vobis relegantes, & à claritudine generis ſui? quare par eſt vt ſuſtineatis ſententiã illã prophetæ aduerſum vos inclamantis: *Nõne pater vnus omniũ veſtrũ? Nõne Deus ex aliquo creauit vos?* Atqui mihi dicetis: Nũ tu pro teſte adhibes legem? Quã? Cũ mãſuetudine corripite. Quid tandẽ eſt? Qui intra ſe cõſilia captãt: & quæ cõtraria ſunt exequuntur, odio ſunt digni. Nã quãtò præſtitiſſet vos cohabitãtes ſimulq; verſatos in commune ac mutuiter quã optima impertiri cõſilia ad promerendã Patris noſtri gratiã, & ei vni acquieſcendũ? Filiorũ enim virtus & ad eã cõſpirans concordia mirè cõciliat beneuolentiã, nec vllo alio apparatu quã hoc. Siquidem ipſi probè noſtis amicitiæ ac beneuolẽtiæ vinculũ, aliud nihil eſſe, quã ſtudiũ ſedulò adhibere, nihilq; nõ eorũ exequi quæ planè noueris amabilia eſſe & perquã gratioſa Patri, qui author eſt ſciẽtiæ. * alimoniæ ac perſeuerantiæ quẽ vos intumeſcẽtes ſuperbia pro tricis ac nugis habẽtes & aſpernati in eius Eccleſia pugnas accendiſtis, iuxta prophetam qui dixit: * *Inſaniã in domo Domini defixerũt*. Vtiq; pro eo quòd vos ipſos perpellere debuiſtis & mutua exhortatione inuitare ad explendam mentem ac voluntatem Patris, ipſi inuicem bella quæ conciliari nequeant committis. Sed & his adnecto, quia vos veſtro hoc exemplo Deum ipſum à vobis auertiſtis, ſimul & omnes qui promouebant, & ad eum propiùs accedere nitebantur, Dei quidem filios, veſtros autem fratres hac veſtra malignitate in inſaniam miſiſtis, nec parum emouiſtis mentis ſanitate, at neque permiB ſiſtis vt conquieſcerent. Is enim nequaquam perfunctoriè, non etiam imprudenter proſpiciebat vtilitati filiorũ, tametſi ipſum infenſè & hoſtiliter odiſſetis. Vobis nimirum erat per mentis veſtræ violentiam & perſequutorum veſanam tyrannidem atq; oppreſſionẽ, eoq; viſum mihi eſt iniuſtũ fore ſi quidẽ ipſum trãſmiſiſſem inultũ, quemadmodũ initiò auſpicatus ſum. Neq; enim iã ipſi curæ eſt, nõ etiã vobis citra periculã eſt neq; tolerabile facinus hoc veſtrũ. Curari vult irrogatione plagarum & liuore vibicũ innumerabiliũ per exactum rigorẽ diſciplinæ. Itaq; opus fuerit vt perſpiciẽter obſeruetis. Senſu enim ipſo vacuũ admodum torpuit, eſtq; flecti cõtumax ac neſciũ, ſiquidẽ ad fratrũ vſq; veſtrorũ notitiã peruaſit qui legitimi & ingenui nec fucati contubernales ſunt, qui ſodales C cõfœderati & cõmenſales, quiq; vnius tori cõſortes fuiſſe dicũtur pariter & cõſanguinei. Hic vnus infenſiſſimè ipſum oderat, vidẽs quaſi ſuorum domiciliũ cõmune omnes * auerſari, proculq; ab ipſo deflectere, extorres & incultos; His adde & patriæ exules, & quantũ in vobis pars acceſſit, inſtruẽtes, Tẽpus aliquod exſiliũ defini ẽtes ſed quãdiu poſſint ſuſtinere, atq; in infinitũ, vt crudeli ac ſęuo & valde à vobis alieno. Et qui beato Ioãni eã calũniã intulerãt, odiũ iterũ accẽdũt, linguãq; ſuã quaſi enſem acuminatũ fortitò diſtrinxerũt ad mortẽ vſq; aduerſus eũ (cuius memoriã chariùs amplectimur nec inuiti deoſculamur) idq; delatione emẽtiti criminis palã in Eccleſia ad corruptelã auditorũ effundentes, pro perquã vtili ipſius doctrina. Et horũ quidem Dominus pro ſua clemẽti benignitate D plenã repẽdẽt mercedẽ iuxta cuiuſq; opera. Cuiuſmodi tãdem Epiſcopi quidã, genus planè vitiorũ cæno illitũ erogatione pecuniarũ, militari procinctu obuallati ac collatione dignitatũ habuerũt ſtationẽ, ſuntq; appulſi, à præſcripto legis deflectẽtes quæ dicit: *Dabũt ſacerdotes filios ſuos in principes regi*. Et hæc quidem quæ ſunt Spiritus ſancti, intumunt in iſtiuſmodi cõcinnãdis molitionibus, diſcruciationibus excubijs ſiue cuſtodijs, neq; nõ exilijs, impermiſtã & effrenẽ bibẽtes amentiã. Sed enim iſti arbitrãtur ſe poſſe indecorẽ perpetis ignominiæ & ineluibilis notam inurere probatæ virtutis amãtibus, de quibus ait Saluator. *Venient dies, in quibus dicent qui occiderint vos, obſequium ſe præſtare Deo*. Nũ quæſo dixiſſe videri poſſit de gentiliũ dijs? Vtique dixiſſet Deo, quãdoquidẽ plures ſunt quã vnus vt hos omittã, vnũ & ſolũ nominatim dixit. Illos quidẽ velut indice prodidit ſimulatitio quodam prętextu & colore eſſe iſtos Deos, qui ſua excurſione deprædãtur eccleſias. Sua enim maleficia, atq; multiformẽ inuidiã quũ occuluerint, ſedulò procurãt, vt ſe ſolerti artificio cõformẽt ſcripturę, quoeã alijs verbis vitiant & corrũpunt. Atqui ſic ſub-

Marginalia (left): Mat. 5. 23 — Mat. 5. 39 — Pſal. 132 v. 1. — Pr. 19. 11 — Pr. 18. 19 — ἀπὸ τῶ τιθασσοῦ ἐπὶ τὸ ἀτίθασσον, καὶ ἀνήμερον. — τὸ θηριόμορφον, καὶ κυνότροφον. — Amos 1. v. 11. — B. Ioan. — Mal. 2. 10

Marginalia (right): διατροφῆς al. διατροφῆς. — Cõplut. editio pro μανίαν, μανία habet Osee 9. 10. & pro κυρίῳ, θεῷ. — ἀσυμβάτους. — ἀποδιοπομπεῖσθαι. — Leui. 18. 21.

dolè argutantur, vt rerum geſtarum exitus eos reuincat & coarguat mendacij. Quum enim vni cuipiam inanis gloriæ auido ſubminiſtrarint, dicunt; *Non mouebor à generatione, in generationem ſine malo*, Sectam hanc non nunc primum excogitauit qui inuentor eſt iniquitatis, & colonus totius concupiſcentiæ ſerpens. Extimulauit Eccleſiæ præſides ad mutuam cædem, ambitione obtinendæ cathedræ ineſcatos per ea quæ operati excitarunt * ſchiſma. Si enim penes Epiſcopos fuiſſet concordiæ diuinæ ſpiritus, ille velut auctor totius erroris, aut ſacerdotio indignus, aut certe vti prædicabat Theophilus, ſuperbiæ ſpiritus in Ioanne fuiſſet, vtique debuerat ipſe prohiberi. Poterat enim omnipotens Dei ſapientia ipſum legitimè à ſacerdotio coercere, aut modum nanciſci, quo citra turbā ſiue lachrymarum effuſionem fuiſſet deiectus gradu, aut morte, ſiue paralyſi, ſeu priuatione vocis mulctaſſet; ſicuti quoſdam obluctantium ipſi nouimus eſſe paſſos, adde & fuiſſe paſſuros. Iam tanta ſubſecuuta ſint opera prorſus indigna quæ aſſcribantur Saluatori, nec ipſe depoſitus eſt, ſed in exilium relegatus, perſpicuè liquet rem ipſam à Diabolo eſſe confectam, quo quidem incentore Imperialis maieſtas doctrinæ Ioannis impoſuit finem. Tibi autem ô beate Ioannes cuiuſmodi ſermonibus coronam immarceſcibilem intertexens offeram poſt ſtadij huius exitum exterritus amplitudine laudum tuarum. Subire enim cogar ingētes fluctus ac procellas immanes ſiue è floribus Moyſaici prati, quos mihi ipſe Moyſes ad manum porrexit benedicens Ioſeph, exemplar vitæ operoſioris & actiuæ, aut certè Leui ſacerdotem ſpecimen contemplatiuæ. In te enim vno vtrumq; contemplor dicens: *De benedictione quam edidit terra tua, & de fructibus cæli & rore, de abyſſis fontium ab infra, & de fructibus temporaneis ſolis verſionum, & de coniunctionibus lunarium menſium, & de vertice collium æternorum erunt ſuper caput Ioſeph & ſuper verticem glorificatus inter fratres primogenitus, tauri pulchritudo eius, cornua * vnicornis cornua eius. Per ipſa gentes cornu petet* ſimul vſque ad extremum limitem terræ. *Et dixit Leui manifeſtationes eius, & veritatem ipſius viro ſancto, quem tentauerunt apud aquam contradictionis. Qui dicit patri ſuo & matri ſuæ, non * vidi te, & fratres ſuos non cognouit, & filios ſuos ignorauit. Cuſtodiuit eloquia tua, & teſtamentum tuum ſeruauit. Manifeſtauit iuſtificationes Iacob, & legem tuam Iſrael. Superponet thymiama coram te ſemper in ira tua ſuper altare tuum. Benedicito Domine fortitudini eius, & opera manuum eius ſuſcipito. Percutito * lumbum, qui aduerſus eū coorti ſunt, & aduerſati: & qui oderunt eum, non reſurgant.* Ego ſanè ad hæc quæ attexui, dicerem: Qui ipſum proſequuntur amore, ne quæſo confundantur Domine I e s v C h r i s t e; neque pudore afficiantur. Ecquis enim in ſumma perfunctus exprompta libertate loquendi non vnum aliquem mœrore affeciſſet, niſi ſiquis Dæmonum, & eorum qui proprius illis ſe adiungunt? Porrò hic nequaquam diurno tempore abutebatur ad maleficia. Conduplicauit ſibi dicendi copiam & facultatem indultam per fœnus bonorum operum, & exiguo tempore tranſmiſit & expleuit. In teſtamentum enim quum tempore permulto opus foret ſcribendis commentarijs, ipſe id laboris, pauco tēpore euicit, præferuidus & peruigili cura ſolicitus. Carnis ſuæ *ianuam macerans ac feriens mortificauit, & donec eam videret exinanitam, inclamabat: Abeamus, concinens, hinc: *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt*. Hac enim vna in re mirè acquieſcebat, quòd ſperaret ſe propediem exemptum iri iſtius * carnis varijs affectionibus, perinde atque ab hoſpitio quopiam putri & marcido ac proinde minante ruinam. Aurem habuit arrectam ad ſermonem illum: *Euge ſerue bone*, auditurus & quę ſequuntur. Ex quo die fonte baptiſmatis regeneratus eſt, numquam iurauit: at neque vllum adegit ad iuſiurandum. Nullius famæ obtrectauit. Non eſt mentitus. Nulli male precatus eſt. Nullius tulit familiarem congreſſum qui facetus eſſet aut ſcurrilis: quo factum vt liberrimè loqueretur in Eccleſia, hinc & tantò magis * prædicabat virtutem, eam eſurientibus. Omnibus palam peccata * colluxabat coarguens, perſuaſus eius doctrina qui dixit: *Peccantem coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* Quis enim ſic fuit, vt hic ſanè quam Beatus Doctor, Scripturæ interpres ac velut aurigatione quapiam moderans Apoſtolicam & Orthodoxam fidem? Perdocens ieiunium, continentiam prædicans? deijciens gradu ſuperbiam, Humilitatem miris exornans laudibus? ſuadens hominibus vt theatrales ludos Olympicoſque agones relinquerent, ex diuerſo vt ad Eccleſias feſtino curſu contenderent proſtibula & meretricum loca illuuie ſqualentia defugerent & contraderent obliuioni: ex oppoſito Pſalmos, Hymnos ac diuina eloquia ediſcerent domi: Eccleſias exædificarent? Hic vias æquas munitaſque reddidit monaſterijs. C h r i s t v m vndique cingebat & velut amiciebat melico concentu pſalmodiæ, os eloqui docens in C h r i s t i mandatis, aut ſuaue loquentia verborum ipſius. Orbem vniuerſum ſuo perquam ſuaui edulcauit eloquio; *In omnem enim terram exiuit*, ô beate, *ſonus tuus, & ad extremum vſque mundi limitem peruaſerunt eloquia tua.* Iniurijs oppreſſorum ac ditis calamitatibus auxiliatis patronus factus es, languentium & viribus defectorum opitulator es deſignatus, veritatis propugnator & accerrimus vindex es effectus ad mortem vſque. *Iuſtitiam * diploidem indutus es*. Diabolum exterruiſti, permulta eius & eximiæ magnitudinis vaſa abripiens. Debacchantem meretricum veſaniam freno continentiæ ſuffrenaſti, * mœchiam retruſam multiſque ignotam procul abegiſti. Hæreſes demolitus es, & palàm traduxiſti arcanam priùs hæreticorum impietatem. fidei virtute numeroſam multitudinem proximè adiunxiſti Chriſto. Eneruatis Dæmonibus, de ijſdem profligatis præſignem egiſti triumphum. Et ipſe euaſiſti Doctor, & alios inſuper inſtituiſti doctores tuis lucubrationibus. Quis virtutes tuas enarrauerit, vti par eſt? Quæ pro dignitate eas valeat edicere? Tua enim opera ad hominum notitiam reſplenduerunt, quemadmodum & Sol per mundi climata ſuum diffundit ſplendorem. Nec id ſolùm, ſed in angelos quoque ſuæ lucis radijs effulgens iubar eiaculatus es. In prædicationibus tuis Apoſtolos es imitatus. Tua ſapientia lucidiſſimis argumentis coarguit Imperatores: pauper & inops populus ceu ſignifer declaratus tibi benedixit, vt qui rerum inopiam dilexeris, quòd non anxie quæſieris præſentia, è regione eorum ſategiſti quæ futura ſunt. Quis vt tu vnus prolapſos in vitia, tanta acrimonia verborum coarguit, nullo delectu, nulla perſonarum inita ratione, hac * loquendi libertate vſus ad conuerſionem & ſalutem animarum ſuarum? Fide quàm optima nitens fortiter decertaſti, tandemque apprehendiſti palmare brauium iuſtitiæ virtute efficaci operum tuorum, perque ſynceram & inculpatæ vitæ conuerſationem. Immarceſcibiles coronas tibi ipſi pertexuiſti tolerantia laborum tuæ iſtius ſanctæ exercitationis. Nullum non hominū genus pauiſti: hos quidem ſpiritalibus exhortationibus; illos verò ſubleuando eorum corporalē neceſſitatem. Nudatos tegumentis induiſti: de vita periclitantes frigore & concreta glacie, excalfeciſti. Defeſſos recreaſti, & neceſſitate qualibet conflictatos es conſolatus: hos quidem eximendo laboribus, illos verò prolixa ac liberali erogatione eſculentorum famelicam eſuriem refouendo. His curam haud ſegnem adhibeas, peccato-

rum

Pſal. 9. 29.
diuiſionē ſchiſma ſcilicet Eccleſiæ.
* σχίσμα, diuiſionem,
Deut. 33. 13.
μονοκέρωτος.
Deut. 33. v. 8.
ἑώρακα.
ὀσφύν. ſiue illa, eorum.
os ſcilicet.
Pſ. 119. 5
σαρκίου
Mat. 25. 21
κραυγάζων. ἐξαιρεῖ.
Pſal. 18. 4
διπλοΐς pro tunica & pallio, veſti, eſt duplex adulteris.
παῤῥησία.
ὁμιλίας

rum graue pondus à ſe vt excuterent per tuã victricem doctrinam ad hoc eos adornans & ritè inſtruens. Vnà tibi viduarum curam multimodam, quaſi earum eſſes vir, vindicabas; ſolicitudinem pupillorum tãquam eorum pater ſpiritalis in te recipiebas. Nutritius omnium factus, nullũ non adimpleſti benedictionibus tuis. Monaſteria edocuiſti ſuam tueri irreprehenſibilẽ & inculpatã monaſticam exercitationem. In Eccleſijs qui officio aut munere quopiam adminiſtrandi fungebantur, hos nihilo angelis diſpares reddidiſti; nulli non imponens & commendans ſtatum ordinemq; eccleſiaſticũ. Ciuitates edocuiſti pietatem colere. Philoſophos ipſos clariſſimè oſtendiſti fuiſſe illiteratos. In omne flagitium grauiter animaduertiſti. Legis prę uaricationem exegiſti: te irritauerunt aduerſariæ poteſtates. Aduerſum te conciuerunt non paucas afflictionum procellas, vt te à fidei columna decuterent. Et hæc quidem ruina per illos exſuſcitata

Pſal. 19. 6

eſt, te accinente Prophetæ David, ac dicente: *Ipſi obligati ſunt* [ſiue præpediti] *& ceciderunt: nos autẽ ſurreximus & erecti ſumus*, Proinde declaratus es eſſe ſecundus Moyſes, vt qui maris fluctibus inuolueris diabolum in terram, tua multiplici doctrina, quemadmodum ille in mare rubrum demerſit Pharaonem cum toto ſuo exercitu, abreptis è tota ipſius multitudine manubijs, quas & CHRISTO obtuliſti. Quàm multos permouit, vt concupiſcerent ac deſiderio tenerentur angelicæ conuerſationis?

S. Babylas.

Equidem de præclarè actis facinoribus ſanctiſſimi Babylæ, quæ geſſit & viuens & poſt acceptum exantlati agonis palmarẽ præmium vnà cum corpore, memorabilem vitam cõpoſuit ſanèquam religioſè. Hic planè Ozias ac piæ memoriæ conſecratus martyr Ioannes. Sed enim eſto noſtri memor, eorumque qui diuino accenſi deſiderio vobis addicti ſunt, ô pater ſancte, te ſiſtens tremendo ſimul & glorioſo Dei throno noſtri cauſa, ab eo efflagitãs vt peccatorum veniam nobis indulgenter cõdonet, ſuamque immenſam miſericordiã impartiatur animabus noſtris, & hæc quidem ipſi videre promereamur ſimul nec indecorè, ſed accommodatè & concinniter admodum attexta præſenti hiſtoriæ, vt & inuictam atque inexpugnabilem vim libertatis, quam in concionando obtinebat, declarẽ, doceamque quam immitis affecta illa fuerit, quãque fera, diuinæ illi animæ. Quo enim tempore aduerſus ipſum ciebatur captioſa illa * molitio [ſiue actio calumnioſa,] contemplatus inſidiatorum voluntatem prorſus implacabilem & cicurari neſciã, neque efferatam ingenij indolem eorum qui adornatæ aduerſum ſe autores fuerunt calumniæ, rectus conſiſtens eo in loco è quo conſueuerat ſcripturas Spiritus ſanctiſſimi aſpiratione traditas (quarum intelligentia erat plenus) ediſſerere populo, inter enarrandum hæc dicebat plebi:

*[illegible] ὁ ἐπηρεασμός. [illegible]

Cõcio B. Chryſoſt. an equi ſiue in prius exilium.

TEMPESTATES permultæ, immaniter ferocientes vndarũ æſtus imminent: at ne ſic quidẽ extimuimus, ne in mare ageremur præcipites. Inſiſtimus enim ſolidæ petræ. Quamlibet deſæuiat, ferociat licet mare: petram interrumpere non poteſt. Fluctus quãtumuis exuſcitantur, nauis IESV neutiquã poteſt vndis immergi. Quid timuimus? dic mihi. Mortem? *Mihi viuere* CHRISTVS *& mori lucrũ.* Sed exilium metuam? dic mihi. *Dominiſ eſt terra & plenitudo eius.* Facultatúmne ſubuerear proſcriptionem? *Nihil intulimus in hunc mundum, manifeſtũ quia nec efferre quicquam poſſumus:* & quæ in mundo hoc terrorem ingerunt, ea duco mihi aſpernãda: & quæ frugi ac bona, ea cenſeo riſu proſequenda. Paupertatem non timeo nõ teneor cupiditate diuitiarum. Mortem nihil reformido. Tantum eſt, viuere optarim ad exaugendos in virtute ſucceſſus, eoque & per hæc quæ vobis nunc ſuggero, adhortor veſtram dilectionem, vt confirmato ac præſenti animo ſitis. Nemo enim nos à mutua dilectione diuellere

Phil. 1. 21. Pſ. 23 v. 1 Io. 1 v. 2 1 Ti. 6. 7 Ec. 5. v. 14

aut ab inuicem ſeiungere poterit. *Quos enim Deus coniunxit, homo ſeparare non poteſt.* Si enim de muliere & eius viro hoc dicit, eo quod alibi dictum ſit: *Derelinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam: & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam.* * *Quod igitur Deus iunxit, homo ne ſeparet.* Quod ſi nuptias dirimere non præuales, quantò minus Dei Eccleſiam poſſit quis diſſoluere? Sed eam oppugnas? Scilicet vt qui nequaquam potes noxam vllam intorquere in eum qui oppugnatur; imò me quam oppugnas, tantò illuſtriorem reddis, & nominis ſplendore magis conſpicuum. E diuerſo tuam vnius fortitudinem aduerſum me me initi conflictus hic conatus tuus diſſoluit. *Durum enim tibi eſt aduerſum * ſtimulos [acutos] calcitrare.* Acumen ſtimuli obtundis, imò è pedibus elicis ſanguinem. Adeò non diſſoluunt, non demoliuntur petram iſti fluctus coorientes, vt ipſi magis reſoluantur in ſpumam. Eccleſia nihil vſquam potentius. O homo, bellum omitte, ne tuum ipſius diſſoluas robur. Ne bellum inferas cælo. Hominem ſi oppugnas: vtiq; aut vinces aut ipſe vinceris. At ſi Eccleſiam oppugnas, ſcito te arte nulla victoriam de ea reportaturum. Omnibus enim in immẽſum eſt fortior Deus. Ne, quæſo, Dominum aduerſum nos extimulemus, aut prouocemus ad ęmulationem. Quiſquis huic ſtudio incumbit, vt eum exagitet: vtique non nouit, ipſius quanta ſit potentia. *Inſpicit terram, & facit eam tremere.* Iubet, & ecce omnia concuſſit tremore. Vnam aliquam ciuitatem intemperijs exagitatam ſi momentò compeſcit, quantò magis poteſt conſtabilire Eccleſiam? Sanè Eccleſia ipſo cælo fortior eſt: ſiquidem *cælum & terra tranſibunt, verba autem mea * numquam tranſibunt.* Cuiuſmodi verba hæc? *Tu es Petrus, & ſuper hanc * meam petram ędificabo Eccleſiam meã, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam.* Si verbum hoc habes ſuſpectum, vel factis habeto fidẽ. Quot quantiq; Tyranni toto conatu ſtuduerunt coërcere Eccleſiam? Quot camini? Immanium beluarum exacuminati dentes? Enſes exacuti quot? Qui omni ſtudio oppugnarunt eam, quónam abierunt? Suppreſſi ſunt ſilentio, obliuioni ſunt traditi. Quónam prouecta eſt Eccleſia? quò euaſit honoris? Tantò præ Sole ipſo illuſtrius promicat & eniteſcit. Quæ illorum erant, extincta ſunt, ierunt peſſum. Quæ autem ad Eccleſiam attinent, immortalia prorſus. Si cùm in raro erant numero, non vincebantur: cùm orbis totus iam pietate adimpletus eſt, quãnam ratione eam te expugnare & euincere poſſe confidis? *Cælum & terra tranſibunt; verba autem mea numquam tranſibunt.* Idque iure optimo. Gratioſior enim Deo eſt ac longè amabilior Eccleſia cælo ipſo: ſiquidem cælum corpus non accepit, Eccleſia verò carnem aſſumpſit. Propter Eccleſiam conditum eſt cælum: non item propter cælum Eccleſia. Eorum quæ facta ſunt nihil vos obturbet. Mihi vnum hoc, quæſo, vt gratuitum conferatis beneficium: fidem conſeruate nuſquam euariantem, aut altrorſum verſatilem. Non videtis Petrũ ſuper aquas ambulantem? quum ſe paulumper à fide disiunxiſſe, veritus eſt ne ſubmergeretur, non vſqueadeo propter erraticum & inconſiſtentem aquæ impetum, quàm ob infirmitatem fidei. Non enim humanis decretis aut ſuffragijs ad complexũ fidei huius ſumus prouecti. Neq; homo quiuis nos eò vſque perduxit, vt eam diſſoluat homo. Hæc eò dixerim, vt ne quis arbitretur me excidiſſe mente. Abſit hoc. At neque quaſi inſoleſcens & hæc falſo mihi arrogans, immo cupiens animorum veſtrorũ fluctuationem conſtabilire. Vbi enim vidit diabolus ciuitatem ſedatam eſſe, toto niſu voluit Eccleſiam concutere. O impuras, immo flagitioſiſſimas calumnias! Ne murum quidem vincebas, & ſperas tandem te Eccleſiam collidere poſſe? Atqui non mœniũ ambitu conſtabilitur Eccleſia: in numeroſa multitudine Eccleſia conſiſtit. En quàm ſolidæ

Gen. 2 v. 24. Ephe. 5. 31. 1. Cor. 6. 16. * εἰς σάρκα μίαν. Mat. 19. 6. Mar. 10. v. 8. * κέντρα ὀξέα. Act. 9. v. 5. 1. Co. 10. 22. Pſal. 103. 32. Mat. 24. 35. * οὐ μὴ * μου τῇ πέτρᾳ. Matt. 24. 35.

ſunt eius columnæ, non quidem ferrò adſtrictę, ſed fide compactæ & connexæ. Non dico, quia tanta multitudo piorum excreuit igne ipſo flagrantior, ſed neque ſi vnus eſſet, hunc tu euincere poſſis. Planè nouiſti cuiuſmodi vulnera inflixerint teſtes. Introgreſſa ſæpenumero puella delicatula ac tenella, virilis expers tori: Cera ipſa erat liquidior, & petra quauis ſolidior facta eſt. Latera eius *fluxa; ne ſic quidem conſecutus es fidem ipſius. * Elanguit carnis natura; ne ſic quidem ſuccubuit aut concidit præſtans virtus fidei. Marcore abſumptū eſt corpus; at ſenſus iuuenilis reuiguit. Expenſa eſt ſubſtantia; verùm pietas perennabat ac pudor. Ne vnam quidem vincere poteras hanc mulierem, & ſperas te euaſurum ſuperiorem tanto populo? Nō audis Dominum dicentem: *Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, illic ſum in medio eorum?* Vbi numeroſus adeò populus mutuæ caritatis vinculo cōpactus & adſtrictus conſpicitur, non adeſt Dominus? Eius * arrhabonem penes me retineo. Ipſene audaciam mihi ſumo ex propria virtute? Tabellas ſponſionis ipſius retineo. Illæ literæ mihi ſunt baculus, illæ mihi certum & tutelare ſignum; illæ mihi portus ſunt fluctuationum expers tranquillus. Vt orbis vniuerſus turbis exagitetur, tabellas mordicus tueor ac retineo. Ipſi literas illas recito. Murus tutelaris mihi ſunt, & munimentum ſtabile. Quænam hæc ſunt tabellæ? *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.* Chriſtvs mecum eſt, ecquem timebo? Licet fluctus inundent aduerſum me & concitentur; quamuis ima vorago maris me abſorbeat; etiam ſi animoſa & vindictæ appetens indignatio principum aduerſum me cooriatur, iſthæc omnia viliora eſſe duco tela araneæ; & niſi veſtra erga me dilectio obſtitiſſet, ne hodie quidem ipſe abnuiſſem hinc emigrare alio. Semper enim dico: *Domine, tua voluntas fiat.* Non quia talis & talis, ſed ſiquid vis. Hoc mihi ſit tutiſſima turris, hoc mihi petra ſit immobilis, nec violanda, hoc mihi ſit baculus minimè vacillans, & neutrobi ſe inflectens. Si Deus vult hoc fieri, fiat. Si quidem vult hic me eſſe, habeo gratiam. Quò vult me hinc faceſſere, gratum habeo. Nemo vos obturbet, aut vllum cieat tumultum. Orationibus incumbite. Haſce motorias turbas exciuit diabolus, vt interciperet, prorſuſque abrogaret ſtudium, quod ſedulò impendebatur *litanijs. Sed tu caue locum des eius ſuggeſtioni; verius ipſi conemur inueniri ſolitò alacriores ac feruentiores. Cras vna vobiſcum proficiſcar ad litanias. Aut quò ipſe pergam, & vos illuc; itam vbi vos, illic & ego. Vbi vnū corpus quidem dirimitur à capite, non etiam caput à corpore diſiungitur. Loco quidem diſtinguimur, ſed vnimur caritate. Ne ipſa quidem mors nos diuidere poteſt. Etenim corpus meum, licet moriatur, viuit tamen anima, & totius populi commeminit. Vos mei Patres, quo pacto poſſim omnium veſtrum obliuiſci? Vos mei patres, vos mihi vita, vos mihi ſplendor nominis, & gloriæ conſecutio. Si quidem vos promoueritis, profectum hunc veſtrum comprobo, & hoc nomine mihi ipſe placeo, adeò vt vitam meam exiſtimem eſſe diuitias in theſauro veſtro repoſitas. Ego veſtri cauſa paratus ſum vt decies millies macter, nec vllam exiſtimo hinc me exhibere gratiam, quandò debitum tali opere perſoluere me agnoſcam. *Paſtor enim bonus animam ſuam ponit pro ouibus.* Paratus inquam ſum iugulari millies, & capita (ſi adeſſent innumera) exponere ad præſectionem. Equidem mors talis argumentum mihi fuerit & occaſio parandæ immortalitatis. Iſtæ inſidiæ aduerſum me adornatæ ſuggerunt opportunum ſubſidium ſalutis bene ſperandæ. Non enim ob facultates meas inſidioſa hæc molitio inſtruitur, vt ne contriſter: non etiam pro peccatis, vt ne angore aut animi deliquio intabeſcam. Tantum eſt, propter amorem quo vos proſequor. Illi hæc enim omnia efficere enixè contendo, vt tuti permaneatis; vt nemo alienus clàm ſe inſinuet gregi, vt ouile hoc perſeueret ſyncerum & incolume. Ad parandam coronam mihi abunde ſufficit cauſa ipſa ob quam tot ſuſtineo agones. Quid ni pro vobis patiar? Vos enim mihi præſcribitis viuendi formulam, vos mihi eſtis patres, vos mihi eſtis fratres, vos mihi loco filiorum eſtis: vos mihi membra, vos mihi corpus, vos mihi luce hac tantò eſtis dulciores. Quid enim vſquam eſt, quod mihi radioſum adeò iubar ſuppeditet, cuiuſmodi veſtra erga me dilectio? Radius hic in præſenti vita haud mediocri emolumento me afficit, in futuro implectit mihi coronam. Hæc proinde dixerim ad aures locutus audientium. Quid enim veſtris auribus accommodatius ad audiendum? Tot peruigiles dies egiſtis, & nihil vos in alterutram partem inflexit, non temporis longitudo ſegniores reddidit, non incuſſi timores, non intentatæ minæ. Ad omnia vos exhibuiſtis ſtrenuos & generoſos. Ecquid dico, quia generoſi fuiſtis? Nimirum id quod ſemper audire cupiebam: Temporaria hæc ne tantilli quidem æſtimaſtis, vt vale dicto terræ ad cælos transportemini, exempti corporeis vinculis ad beatam illam philoſophiam magna animi contentione properetis. Hæc mihi ſolatio ſunt, hæc animum demulcent, hæc mihi * vnguentorum vicem ſupplent; hæc vita, hæc occaſio conciliandæ immortalitatis. Sed quoſdam eſſe video qui ſuadeant, vt mihi temperem ab iſtis meis dogmatibus. Pleraque enim è rerum in contrarium vertunt. Quòd autem iſtis viderer plus æquo zelum exacuere, hinc reuolutus ſum in hanc ærumnoſam afflictionem. Et quidem illi ſuo more nos gradu deturbantes, cùm per rerum geſtarum diuerſitatem ſuperiores euaſiſſent noſtro agone, non iam comminabantur. At tempeſtiuum vel nunc eſt, vt de mea afflictione nonnihil ediſſeram. Lex ſancita quidem eſt, ſee qui ſanciuit leges, ſuperior euaſit. Filij, certe veſtram dilectionem conſpiraſſe ad pugnam & contra Deum contumelioſe affectum. Video agonem in me delabentem, & * munerarium [ſiue præſidem certaminis] mœrore affectum. Video perſuaſionem veritatis exoleſcere, & ad tabem properare, & è contra flagitioſam molitionem refloreſcere. Obijciunt mihi: Comediſti, dein baptizaſti. Anathemate percellar, ſi quidem hoc admiſi: non * numerer radici Epiſcoporum, non item admittar in angelorum conſortium, non denique prober Deo gratus.

Vt interim donem me & comediſſe & baptiſmo admouiſſe, vtique rem feci non intempeſtiuam ſiue inauſpicatam & abſurdam. Ad id quod dico, attentum animum aduertite, ſed nec deſinam dicere. Id quidem dicere non pigrum, vobis autem tutum. Cœptum igitur propoſitum iterum ordiamur. Obijciunt comediſſe, me dein baptiſmo admouiſſe? Hoc ergo nomine de gradu deturbent & Paulum. Ipſe ſiquidem à ſumpta cœna, carceris cuſtodi baptiſma contulit. Auſim dicere, Exauthorent Chriſtvm ipſum. Is enim poſtquam cœnauit, diſcipulis † communionem gratuitò impertiuit. Sunt & hæc eximia nobis inſignia pignora mutuæ pacis, populi autem illuſtria * encomia: mihi verò hic texitur corona, vobis fructus decerpitur. Cæterùm dilectiſſimi, planè nouiſtis, quibus de cauſis me ab hoc throno depellunt. Tapetas ad ornatum minimè expandi, veſtimentis ſericis neutiquam amiciri volui; ipſorum ingluuiem non magnopere demulſi; quin & * filij filiorum aſpidis refloruere. Adhuc & præter omnem modum *

ſemen

Margin notes: ἐξίτης. pro τό. ἐξίτηλος ἐγένετο. — Mat. 18. 20. — Pignus. — Mat. 28. 20. — Supplicationibus — Ioan. 10 v. 11. — ἀλείμματα vnctio. — ἀγενεῖ των. — ἀριθμηθεῖεν εἰς ῥίζαν. — Sacri ſui corporis & ſanguinis. — Laudes victoriæ communes. — ἔγγονα vide Theodoretum Eudoxia imperatrix.

ſemen Iezabelis mœrore contabuit: e regione gratia concertat Eliæ, tuetur ac propugnat. Proinde in medium mihi expromito admirabilem illum ac prædiuitem vitæ præconem, Ioannem dico, vſqueadeo pauperem, vt ne lychnum ſiue lucernam poſſederit. Siquidem habebat is lampadem CHRISTI ſibi prælucentem, cuius caput præſecuit cooperatrix & comminiſtra Heuæ, quæ & ſanctis impedimento fuit, quæ & Prophetas perſequuta eſt, quæ dolo malo iuſſit prædicari ieiunium, quæ & nomenclaturam ſortita comparem * echidnæ, ſcitè ſaltitauit, & choream duxit prandio nondum abſoluto. Vitam hæc minimè concupiuit, non hanc inceſſit cumulandarum opum cupido, imperatoriam dignitatem tanti fecit, non aliud quiduis ex omni affluentia exoptauit. Cæterùm tu mihi dic, ô homo, quid illud cuius deſiderio tantopere exarſit? Caput concupiuit hominis. Quid? Non tantum hominis, ſed & * Euangeliſtæ. Atqui non præualuit accipere caput. Ob increpationem enim defecuit caput. Illegitimam quidem illam ſuam cupiditatem auidiſſimè expleuit accepto capite in diſco. Vide ſimul & demirare ſolertem Dei potentiam. Qui arguit inſons alioqui nec vlli obnoxius culpæ, præciſione capitis imminutus eſt, atqui is ita præfectus in dextera eſt CHRISTI nullæ diuerſo indeprecabile nec vmquam exorabile luit ſupplicium. Rurſus ille qui ſemen eſt, qui & * ſator ſpinæ in morem aculeatus, velut altera Herodias ſedulò anquirit ac feſtinat, quo artificio petat caput Ioannis. Iterum ſaltatoriam choream haud ſecus geſticulando in omnium proſpectum deducit. Nos autem non eam geſticulationem pedibus ludendo repræſentamus, ſed * Mariæ exemplo firmis plantis confirmatam choream proludimus. Clamat rurſus Ioannes: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Ecquid dicam? Tempeſtiuum eſt, vt erumpamus in lacrymas. Nihil horum non ad ignominiam ſpectat; & excurrit, ſed & omnia indicat tempus. Precioſius auri fulgor nihil non prædicat glorioſum. Sed age, mihi in medium profer ſanctum Dauidem dicentem, & hæc alta voce depromentem: * *Aurum ſi quidem affluat, nolite cor apponere.* Sed enim dic mihi tu. Quis hic erat qui iſtiuſmodi circulatus eſt vocem? An non is obtinebat ex condicto regalis ſolij faſtigium? Nónne regia poteſtate functus ordine cuncta adminiſtrabat? Ne is quidem ad rapinam aciem oculorum intendebat, non ad demolitionem pietatis ei vergebat, neque illi erat anxia cogitatio de cumulandis theſauris, ſed delectus militaris illi erat curæ: Aſſenſum vxoris non requirebat. Fugite & vos ô mulieres alienorum virorum conuentus. Viris veſtris ne conſilium dederitis quod iniquum ſit, quin potiùs eos confirmate ſecundum prædicta. Núm flammam quæ vos vrebat, ipſi extinximus? Verùm tandem ne ſubacta ſunt corda veſtra & emollita? Verùm enimuero ipſe noui, quia vos quæ filiæ eſtis & imitatrices Mariæ, nonnihil vtilitatis hinc relaturæ eſtis.

Viperæ, quæ mater fuit Hydræ, Heſiod.

Baptiſta intelligit.

ἀπαραίτητον.

σπόρος.

Sororis Moyſi vel Virginis. Alluſio ad Eudoxiã matris, Exultauit ſpiritus meus. Ma. 6 19. ἀδοξίας ex contrario. χρυσὸς. Pſal 61. v 10. Inertia m Arcadii perſtringitur.

Arcadius vxorius.

Aliæ contrà exſatiatæ quidem & inebriatæ, non à vino, ſed inexplebili auaritia, quemadmodum beatus Paulus vociferatur & deprædicat dicens: *Radix omnium malorum eſt * cupiditas.* Hoc pacto hæ mulieres intelligentiæ omnis expertes ac ſtultæ aures ſuas oppilant, vt pro bono ſemine iacto aliud nihil pariant quàm ſpinas.

1. Ti. 5. v. φιλαργυρία, amor argenti, pecuniæ.

Cæterùm vos adhortor & obſecro, ne videamur deieciſſe ſemen noſtrum ſuper petram, (ſiquidem agricolatio Chriſti) vt audire pronunciemur: *Euge ſerue bone, intra * in domum meam*: vt ne pro hac ſententia dicatur: Serue male ac piger, magis ipſe vos obteſtor vt luceat veſtra conuerſatio coram hominibus, non item ſtulteſcat aut infatuetur ſal noſtrum, ſed glorificemus, ſed rependamus gratiarum actionem nos ditati ei qui prædiues eſt, nos pauperes benigno hominum amatori, ac pauperum amantiſſimo CHRISTO, qui idem alioqui potens eſt forti ac præualida manu ſua. Et hæc quidem de vobis, Forſan autem ſinit hæc me perpeti Deus, quæ inter ſe conſultant ac decernunt ſe molituros aduerſum me, me vt per has calamitates probet, quòd in laboribus & ærumnis prorſus conſiſtat victoria, & corona per certaminum tolerantiam adornari ſoleat. Etenim admirabilis ille dicebat: *Curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquum repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*, qua corona dignos efficiat vniuerſorum Dominus in ſecula, Amen.

εἰς τὴν χαρὰν ... Matt. 25 21

2. Ti. 4. 7

Sanè verba hæc ſunt huius ſapientis, qui orbis vniuerſi Doctor erat ac præfulgidum luminare Eccleſiæ. Hi ſermones ſunt Ioannis paſtoris ouium ſuarum amantiſſimi, quos habuit ad gregem ſuæ fidei & doctrinæ concreditum; quo tempore confeſſus præter legum æquitatem malignantium mutuo conſenſu aduerſus ipſum conſpirabant, cupientes eum exauctorare ſimul & deturbare de throno ſui Epiſcopatus, hiſce conſolatorijs verbis demulcens populi mœrorem, ac pleniore gaudio perfuſus ſuper fide & promotione eorum, ducens ſuæ ipſius gloriæ quòd perſpicuè noſſet illorum erga ſe propenſam gratitudinem. Sed iterum poſtquam Arcadius Imperator beatum hunc & percelebrem virum in exſilium relegauit, compertum habens ſe peccaſſe, ſibique male conſcius iuſſit ipſum ab exilio reuocari. Is Eccleſiam ſanctam ingreſſus vi adactus à populo, ſibi vt pro more conſueto ſpiritualem ediſſerat doctrinam, inſtinctu Spiritus ſancti corroboratus, exorſus eſt concionem ad eos, ac dixit: Quo tempore * Saram ab Abraham iniecta vi abſtulit Pharao, mulierem vtique pulchram, & honeſta indole, ac decora ſpecie præditam, malitioſus ille barbarus & Ægyptius iniquis oculis Saræ elegantem formam conuitus, cupienſque committere facinus nefarium adulterij: tunc non ſtatim initio Deus percutere voluit adulterum, vt declararetur & iuſti virilis ac ſtrenua probitas, & mulieris pudicitia, ſimul & barbari procax libido, Dei inſuper benignitas. Iuſti quidem virilis conſtantia, quòd is cum gratiarum actione toleraſſet inflictam ſibi iniuriam: mulieris autem pudicitia, quia tametſi incidit in manus barbari illius, illibatam tamen & incolumen caſtimoniam conſeruauit: Barbari petulans laſciuia: quòd alienum cubile inuadere voluerit. Denique Dei benignitas demonſtrata eſt, quòd ſpe omni humana deſtitutus, vir quum eſſet, tunc iuſto Deus contulit coronam. Hæc tum fiebant in Abraham. Hoc ipſum in Eccleſia hodiè fieri contigit. Ægyptius ad eundem modum ille ſuos habebat haſtatos ſatellites, nec ſecus obtinebat ſuos propugnatores ille Saram perinde ac Eccleſiam vna detinebat noctem diem vnum hic inuaſor eius fuit, at ne vno die permiſſus eſt eam retinere, vt omnibus perſpecta eius foret continentia, quia nihil alioqui corruptelæ aut vitij eius intulit decori ſanctimoniæ ingreſſus ad barbarum. Et mœchum quidē preparauit, & tabellas cōfecit, quibus permulti domeſtici ſubſcripſerūt. Suſpēſa tabella necdū abſoluta. Tūc eluxit & barbari illius nequitia, ſimul & Dei benignitas, Barbarus ille agnito peccato confeſſus eſt ſe legem tranſgreſſum. Dixit enim Abrahæ: Vt quid nobis feciſti hoc? *Cur dixiſti: Soror mea eſt?* Pa-

Concio Chryſoſ. poſt reditum à priore exſilio.

שרה

præcepta mulier, domina. Gen. 12.

Gen. 12. 18.

Apoſtrophe auctoris ad Ioan. Chryſoſ.

A *rum enim abſuit quia peccauerim.* Ad hunc ſane modum poſt conceptam animo illegitimam nequitiam ſecum luctabatur. O te miſerum & ærumnoſum. Peccaſti, quieſce. Ne adieceris peccatum peccato. Illud etiamnum repetiuit ſecum habens opes Ægyptiacas: et diuerſo Eccleſia rediit quidem, ſed diuitias habens à cognitione & ſcientia profectas, Quare & continentia multò clarior explenduit. Vide enim inſaniam Barbari. Cur eieciſti paſtorem? Quare pecus diſſipaſti? Qua ex cauſa emiſiſti gubernatorem? Quam ob rem gubernacula perfregiſti? Eiecto vinitore, quam ob cauſam vineas ipſas ab radice auulſiſti? * Quocirca monaſteria demolitus es, barbarorum imitatus turbulentam excurſionem? [Theophilo perſtringit.] Fecit vniuerſa hæc, vt veſtra virilis fortitudo innoteſceret. Hæc omnia fecit, vt intelligeremus, quid grex poſſit hic ſub paſtore CHRISTO, abſente paſtore; & quàm compoſite ſe adornarit, quàm ritè adimpletum ſit verbum Apoſtoli: *Non in præſentia ſolùm, ſed & in abſentia mea, cum timore & tremore veſtram ſalutem operamini.* [Phi. 2. 12] Tametſi hæc minabantur ſe molituros aduerſum me, nihilominus verebantur veſtram magnanimitatem, philtrum veſtræ erga me dilectionis, veſtrum erga me deſiderium. Hinc dicunt: In ciuitate nemo noſtrum auſit aduerſum eum quicquam tentare, Eum nobis date extra ciuitatem. Accipite me extra ciuitatem, vt te ipſa condiſcat Eccleſiæ deſiderium. Diſcite (quæſo) filiorum meorum generoſam indolem, militum robur, armatorum vires, * diadematum intermicantem ſplendorem, exuberantem opum copiam, magnitudinem dilectionis, [* διαδημάτων] quàm conſtans illis ſuppetat in aduerſis patientia, quàm illis vigeat flos tuendæ libertatis, quàm illuſtris ſplendor partæ victoriæ. C Fac memineris conflictus ille tuus quàm ridiculus fuerit. O res abs te geſtas, nouæ quidem & præter opinionem. Paſtor exterius ſe continet vnà cum geſtiente ouili, & dux quam longiſſime profugit vnà cum armatis militibus. Non iam habebat exercitum Eccleſia ſolum, ſed & ciuitas Eccleſia facta eſt. Vici, fora, vir quiuis tandem ſanctificabatur. Hæretici reuertebantur, meliùs conuerſabantur Iudæi te regione Sacerdotum vita paſſim damnabatur, & Iudæi fauſtas acclamationes ac laudes concinebant Deo, atque ad nos accurrebant. Per hunc modum CHRISTO ſe addixerunt. Quem Caiphas cruci affixit, latro confeſſus eſt. O rem nouam, ſtupendam præterque omnium opinionem! Sacerdotes trucidarunt, quem Magi procidentes adorauerunt. Eccleſiam hæc niſi ſic geſta eſſent, non excepiſſent hoſpitio. Diuitiæ veſtræ non apparuiſſent. D Erant quidem, ſed non apperabant. Quemadmodum enim Iob iuſtus quidem erat, & non emerſiſſet in lucem eius iuſtitia, niſi vulneribus faucius & arroſus fuiſſet vermibus: ad eundem modum & veſtræ diuitiæ, niſi per inimicorum inſidias, non veniſſent in omnium proſpectum. Etenim reſpondens Deus beato Iob ait: *Putabam te aliter reſponſurum, vt iuſtus appareres.* [Iob. 40. v. 3.] Inſidioſe iniecerunt conſilium * illi, [* amici Iob.] oppugnarunt, & victi ſunt. Quibus oppugnarunt modis? Fuſtibus. Quibus armis diſceſſerunt inferiores? Orationibus. *Si quis te in dextera maxilla alapa ceciderit, obuerte ei & alteram.* [Matth. 5. 39.] Tu clauas ac fuſtes in Eccleſiam infers præcelſæ magnitudini principatus? * Baptiſterium per te ne ſanguine oppletum? [* περιρραντήριον, locus fontis ſacri baptiſmatis.] Vbi condonatur peccatorum remiſſio, ibi ſanguinis fit profuſio? In cuiuſmodi acie inordinate hæc fiunt? Imperator locum ingreditur, ſcutum, & diadema proijcit: tu contrà ingreſſurus fuſtes atripis & clauas? Ille extra ſacrum teſſeras Imperij profert: tu teſſeras bellicæ impreſſionis huc intuliſti. Atqui * ſponſa mea nihil per te no- [Eccleſia]

A xæ accepit: ſuum illi decus perſeuerat incolume, nullique non ſpectandum palàm exhibet. Ob hoc gaudeo, non quia vici; Siquidem teſtatus ſum victoriam ex parte ceſſiſſe nobis vobiſcum. Nam quando receſſi, veſtrum illud trophæum in omnium proſpectu nudum fuit: Verùm & hoc in laudem meam verſum eſt. Rurſus hanc ipſam victoriam magna ex parte vobiſcum communem reporto; quippe qui vos huiuſce in modum educaui, vt abſente patre propriam animi generoſitatem opere ipſo palàm exhiberetis. * Nam quemadmodum qui generoſi ſunt & fortes athletæ, tametſi abſens ſit pædotribes, nihilo ſegnius ſuum oſtentant robur: ita & qui inter vos præſtanti ac generoſa fidei virtute præualent, abſente etiamnum doctore ſuæ magnanimitatis ac decoris ediderunt argumenta. [Simile.] Quid iam verbis opus? Lapides illi inclamant. B Hac de re vel muri eiaculantur vocem. Concede hinc in aulam imperialem, & confeſtim audis conſtantiam Conſtantipolitani populi. Adito mare, confer te in vaſtam quamlibet ſolitudinem, in montes faceſſito, domos luſtrato: nullo non loco audietis in quàm ſublime præconium veſtrum excitaueritis, quia ſuperiores euaſiſtis præſtantia fidei. O popule doctoris amantiſſime. O popule patris obſeruantiſſime. Beata planè ciuitas, non in gratiam columnarum, non ob conuexa tectorum aut laquearium aurea, ſed propter veſtram omnium virtutẽ. Tãtæ adornatæ ſunt inſidiæ, & ecce de eis veſtræ orationes victoriam reportarunt. Et meritò quidem. Etenim eæ preces intentæ erant, quas inter fontes & ſcatebræ lachrymarum vbertim deſſuebant. Illi * ſpicula iaculabantur; vos è diuerſo lacrymas effundebatis. [Linguarum.] C Illi peracrem animorum indignationem; vos manſuetudinem demonſtrabatis. Quoduis facito, modò vos oretis: illi quidem qui contradicebant, nunc vbinam ſunt? Nulla ipſi promouimus arma, arcus nullos tetendimus. An iacula vlla in eos detorſimus? Oremus, & illi in momento in fugam ſe proripient. Quaſi enim * arachne perrupti ſunt, & à ſe diſtracti; ex oppoſito vos tamquam ſolida petra perſtitiſtis. [Araneæ tela.] Ego veſtri gratia planè beatus. Equidem contemplari lubet, quàm ingentes hic cumulauerim diuitias. Sane demiratus ſum etiam nunc. Longo eram diſsitus interuallo, & ciuitas ſe aliò conferebat habitatum. Hominis vnius cauſa pelagus in ciuitatem redactum eſt. Mulieres, viri, pueruli immaturæ etiam ætatis, mulieres vterum geſtantes & prægrandæ fluctiuomos maris æſtus contempſerunt. Aduerſus pelagi exæſtuantis minas nihil non D auſæ ſunt. Non ſeruus extimuerat dominum. Non iam mulier natiuæ ſuæ infirmitatis meminerat. Forum ipſum ceſſit in eccleſiam, quæ vbiuis locorum veſtri gratiam contigerunt. Quæ enim vſpiam ſunt, non per veſtram viuendi formulam, ad meliorem diſciplinam redacta. Imperatricem ſociam habuiſtis. Non enim zelum ipſius tegam ſilentio. Nec alioqui dixerim hæc, illi vt aſſentari aut abblandiari videar, ſed vt quàm optimè de pietate merear. Siquidem arma non accepit, ſed ea officia quæ ad virtutem rectà prouehunt. Abductus tunc ſum hinc. Modum ſcitote. Noſſe enim conuenit quæ inamœna ſunt, & ingerunt animo mœrorem dicere, & vt quæ commodiora ſunt ac ſuauiora, condiſcatis. Nũc iam primùm diſcite quo pacto hinc ſim abreptus & quonammodo redux ſim.

Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient in exultatione portantes manipulos ſuos. [Pſal. 125. 6.] Verba hæc ea repræſentant, quæ nuper geſta ſunt. Ea igitur ſuſcipitote cum actione gra-

tiarum,

tiarum, quem abeuntem mœſti ellis honorificè A
proſequuti, necid factum prolixiore tempore:
ſiquidem intermedio die vno diſſoluta ſunt
omnia. Sed & hæc mora ſiue cunctatio in gra-
tiam veſtri interceſſit. Nunc quando Deus ini-
tio ſtatim hæc omnia deduxit in nihilum, rem vo-
bis aperio reconditam prorſus & arcanam. Pela-
gus emenſus ſum ſolus, Eccleſiam ipſe portans.
Dilectio enim non contrahitur in anguſtum. Na-
uis ſiquidem capaciſsima eſt, non loco anguſtia-
2. Cor. 6. 12. tur. *Non anguſtiemini in nobis.* Hinc abij, anxie ſo-
licitus ac ſatagens eorum quæ ad promotionem
veſtram attinebant. Abij corpore quidem à vo-
bis ſeiunctus, mente, autem coniunctus. Abij ob-
teſtans Deum, eique commendans veſtram dile-
ctionem. Abij, & ecce ſolitarius ſedebam, quæ vos
concernebant anxius ad mentem reuocans. So-
lus ipſe mecum conſilia captabam de mea pere-
grinatione. Ipſa Dei amantiſſima, die primo
literas deſtinatas, ſub hoc tenore verborum mi-
ſit. Congruit enim ipſius verba exprimere: Ne ar- B
bitretur tua ſanctitas me conſciam fuiſſe eorum
quæ aduerſum te geſta ſunt. Ego innocens à ſan-
guine tuo ſum. Homines facinoroſi & corrupte-
lis vitiorum contaminatiſsimi hanc in te com-
mentitiam machinam concinnarunt. Teſtis mea-
rum lacrymarum eſt Deus. Cui Sacerdoti qua-
le emiſi libamen? Siquidem hæ ipſius lacrymæ fa-
ctæ ſunt libamen. O ſacerdos tuamet conſecra-
tione ſacrificium offerens Deo ac libans lacry-
mas, confeſſionem & pœnitentiam, non pro
ſacerdote ſed pro Eccleſia, pro diſperſo grege
populi obtuliſti. Meminerat vtique, memor in-
quam erat & puerorum & ſacri Baptiſmatis. Di-
cebat ipſa: Memini ego, quia conſecratione
manuum tuarum filij mei fonte baptiſmatis re-
generati ſunt. Hæc tacita mente verſabat Impe-
ratrix. Sacerdotes interim inuidiæ excæcati om- C
nes ignorabant locum, in quo ſibi hoſpitandum
foret. Et hoc ſanequam admirabile eſt dictu. Et
Theodoſio iuniore. quidem illa quaſi pro* filio intermiſcens nuſ-
quam non obambulabat, non corpore ſed emiſ-
ſione ſuorum militum. Non enim locum deſti-
natò acceperat vbi degerent. Nam quaquauer-
ſum eos emittebat, nimis ſolicita ne dolo malo
circumuentus occidione occideretur, ne eo pe-
rempto (ait) nobis diſpereat præda venationis no-
ſtræ. Cætera per meipſam exhibeo. Id ſolum
peto, vt ne ſuperiores euadant. Hoſtes interim
illi nullum non locum perluſtrarunt, retia ſua
expandentes quò eum caperent, & ad illorum
manus reducerent. Deinde obſecrabat & geni-
bus ſancti regios liberos admouebat, hoc vnum
expetens vt virum efficerat comparticipem ſuæ
venationis; quemadmodum & Abraham Saram, D
ſic hæc virum, Perdidimus inquit ſacerdotem,
ſed velut poſtliminio ipſum reducamus. Niſi
enim illum reduxerimus, nulla ſupereſt ſpes
tuendi imperij. Nimis autem arduum eſt, vt vni
cuipiam communicem eorum qui hæc operati
ſunt. Lacrymas emiſi ſupplicans Deo, nullam
non commentationem & ſolertiam oſtendens.
Nec vos latet quanta cum beneuolentia vos ex-
ceperit, quomodo velut inter vlnas, quaſi mem-
bra propria; quomodo prædicabat ſe vobiſcum
mihi ſtudio ac fauore obſequi. Neque enim
verba hæc noſtram æquitatem fugere potue-
runt, quòd is ſuſceperit regendam matrem Ec-
cleſiarum, monachorum altricem, præſidem
ſanctorum, ac pauperum quo fulcirentur, ba-
culum. Laus vtique illius gloria eſt, quæ ad
Deum reſultat, corona Eccleſiarum. Dico ſanè
præferuidum ipſius deſiderium. Dico ſtudium
honoris, quo me proſequitur. Heri ſub veſ-
peram profundiorem hæc ad me deſtinauit di-
cens verba Dic ei, Oratio mea impleta eſt, nimi-
rum id quod valde poſtularam, vt legitimè fie-
ret & ex officio. Ob hoc corona verius, quam
hoc diademate redimita ſum. Recepi ſacerdo-
tem, reddidi corpori, naui gubernatorem, pa-
ſtorem gregi, nuptiali thalamo ſponſum. Pu-
dore aſperſi ſunt & ignominia adulteri. Si vixero,
ſi emoriar: non ampliùs mihi membra. Expendi-
te, ex ea tentatione quàm præclare res geſtæ eui-
cuerint. Quid facturus ſim, vt gratiarum actio-
nem ac viſſitudinem rependam veſtra hac dile-
ctione dignam? Equidem dignam referre neu-
tiquam poſſim: quam autem ipſe poſſideo, lu-
bens impertior. Exprompto & alacri animo op-
tarim pro vobis ſanguinem effundere. Nullus ta-
les habet filios nullus talem gregem nullus agrum
tam bene excultum. Agricultura nulla mihi opus
eſt. Dormio ego, & ecce vernant comanti flore ſpi-
cæ. Nullo igitur labore opus. Tametſi ipſe con-
quieſco, oues lupum euincunt & euadunt ſupe-
riores. Quo vos appellem nomine? Oues ne, an
paſtores? An gubernatores? Vtrúmne milites, an
duces? Verba hæc omnia aſſeuero in vos qua-
drare. Quum enim videam à vobis aſſeruari deco-
rum ordinis ac diſciplinæ, oues voco. Siquando
contemplor prouidam & ſolertem prudentiam:
paſtores vos eſſe cenſeo. Quum perſpicio in vo-
bis explendeſcere fortitudinem & contentionem
nomino gubernatores. Quando magnanimita-
tem & acrimoniam ſpiritus contueor, appello
milites ſimul & duces. O operoſum negotium. O
ſagacem populi prouidentiam. Lupos hinc ar-
cuiſti, immo & profligaſti, neque id citra an-
xiam ſolicitudinem. Qui vobiſcum erant nau-
tæ, aduerſum vos coorti ſunt. Horum non-
nulli bellum adornarunt aduerſus ipſam na-
uim. Aduerſus externum hunc clerum vo-
ce clamate, & clerum, ab eccleſia alienum. Quid
clamore opus? Abierunt, expulſi ſunt. Nemine
perſequente in fugam dilapſi ſunt. Mortalium ne-
mo erat qui ipſum inſimularet, aut impingeret cri-
men, ſed tacita coarguebat conſcientia. *Si inimi-
cus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Nunc autem
qui mecum verſabantur aduerſum me conſtiterunt.* Qui Pſa. 54. 12
mecum velut naucleri moderabantur hanc na-
uim*, ſecum conſtituerunt eam præcipitem a-
gere in hoc mare turbulentum. Veſtram ego
demiratus ſum prudentiam. Hæc eò dixerim,
non quaſi blandiens aut demulcens veſtram diſ-
cordiam. Illorum enim coitio eſt ſeditio: cœ-
tus verò noſter zelus eſt. Non enim ipſos cen- Eccleſiæ.
ſuiſtis dignos qui è medio tollerentur & mul-
ctarentur morte: ſed vt conſentaneè in idem
conſpirarent nobiſcum & cum Eccleſia, vt ne
rurſus ſubmergeretur. Veſtra enim virilis ma-
gnanimitas nequaquam permiſit exurgere pro-
celloſam tempeſtatem. Illorum autem mens &
maligna voluntas turbulentam & intempeſtiuam
hanc fluctuationem operata eſt. Siquidem rem
totam non ſit imputo, ſed flagitioſæ illorum vo-
luntati adſcribo. * Homo enim qui quòd altari-
bus adſtitiſſet tanti tamque numeroſi populi ad
id conſecratus, debuerat ſiqua oborta fuiſſent Theophilus Alexandrinus Epiſcopus.
triſtia, ea ſedare & in officio continere popu-
lum; adeò id non fecit, vt etiam intempe-
riem fluctuationis auxerit exerto aduerſum
ſe gladio. Filios inſuper ſuos conſumpſit,
non quidem reipſa id expertus, quòd Deus
prohibuerit. Quo factum eſt vt vos demirer
& laudibus proſequar, quia ſedato bello ac pace
repoſta, etiam nunc attentamentis acie obſer-
uatis modum ac formulam, quibus poſsit pax
abſolutainiti, denique & ſanciri. Op ortet enim
gubernatore tranquillæ paci reſtituto, cum nau-
tis mutuam habere concordiam. Namque ſi in-
ter vectores & ipſos nautas oboriatur ſeditio, na-
uis ipſa præceps immergitur fluctibus maris. Vos

pacem

pacem hanc Dei gratia cœptam pro animi veſtri ſententia ratam efficite, ac ſartam tectam reddite. Huius conſtanter tuendæ efficiam vos mecum adiutores & comparticipes.

Neque enim hac in re quicquam poſſim, niſi veſtra auxiliari ope adiutus, dein & * Auguſtæ fretus ſuffragio. Etenim illa multarum rerum obit curam, pro Imperij negotijs anxie ſatagit, permulta adminiſtrat quæ ad Reipublicæ moderationem vtilitatemque ſpectant. Itaque vt quod probè plantatum eſt, ſolidè perſiſtat ac ſtabiliter perſeueret, vt nulla in poſterum intemperie Eccleſia collidatur, nulla exagitetur fluctuatione, pluribus commendani veſtram prudentiam, Imperatorumque ſolertem prouidentiam. De bello enim, vt de Eccleſia, non eſt officij mei ipſis tam prolixum texere ſermonem ac

A edisserere. Obſecremus Deum, pro tuenda dignitate Eccleſiæ rogemus, orationibus aſſiduis immoremur. Ne, quæſo, ob id quia afflictiones peſſum ierunt, ignauiores reddamur. Ea ſiquidem gratia in hodiernum vſque diem orationibus aſſiduis inſtitimus, magnopere expetentes eximi grauibus iſtis calamitatum procellis. Nunc quas res afflictæ & incommoda e medio ſublata, debitam Deo exoluamus gratiarum actionem. Quemadmodum tunc nos præſtitimus virili magnanimitate conſtantes, ita & hodie ad excolendam virtutem

B nihil minus ſimus ſtrenui. Pro vniuerſis hiſce beneficijs gratias rependamus Deo, cui gloria & imperium, vnà cum filio, cum bono, ſancto & viuificante ſpiritu, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, AMEN.

Corrigenda in Vita B. Chryſoſt. Georgii Alex. Pat. ad oram, quæ abſente auctore irrepſerunt errata.

† Pag. 2, Colum. 3, Anthemio poſitum ſtare, lege, poſita ſtatua, p. 2. col. 1. [illegible] col. 2 lege Eue ſç filius, non Eccleſiæ

†† p 1. col. 2 lege Panuinium (qui & Onufrius eſt dictus) fol. 2 col. 1. [illegible] patum æquus [illegible]. p. 3. col. 1 Religionem Chriſtianam, non, Chryſoſt. Portus item, non, portus col. 2, Rom. Breuia Valetudinarium col 3 lege Dioſcorid. lib. 5 & Photium in Bibliothec. Pag. 4. col 4 Reuera domine frater. pag 5. col. 4. Ariani ſuaſu Ioannis pulſi Conſtantinopoli. pag 7 col. 2, Secundum vulgatam.

††† pag. 1 col. 1. [illegible] col. . [illegible] col. 4. Anthropomorphitæ. pag. 2. c. 2. venientes querantur, non, quærantur. pag. 3. col. 2. Venetium per V. quem prius oderat figuralem figularem prius dele col 4. Vide Theodor. lib. 5 cap. 34. pag. 7. col. 1 Actor. 9. v. 43 vbi de Dorcade. pag 8. col. 2 bene longe & diſertæ Chryſ. col. 3. Iac. Billius, ibid [illegible], fremebant.

†††† pag 2. col. 2. [illegible]. pag. 3. col 4 Sap. Prouerbiale, lege, ſup.

††††† pag. 2. col. 1. pſalm. 19. 9. antequam iret in prius. ver. 15. calces iacere p. 3. col. 1. perſtringit. co. 3. lege, Matth. 30. pag 2 col. 1 lin. 20. paſturos. lin. 21. ſubſequuta. lin. 41. Et dixit Leui, adde, dixit Leui in margine [illegible]. lin. 68. Abeamus, concinens, hinc lege, Abeamus hinc concinens. col. 2. lin. 10 D octor, lege Doctor. lin. 31. Iuſtitia lin. 46. Quis pro dignitate. lin. vlt. Adhibebas.

†††††a pag. 3. col. 1. lin. 41. intremiſcent. col. 2. lin 4. lege, reddidi caput corpori. lin. 42. Si inimicus, lin. 59. non ſini imputo, lin. 72, abſoluta initi, lege, abſoluta inici.

SANCTI PATRIS NOSTRI

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI AD EOS QVI COMMVNIONE RELICTA AD THEATRA concurrunt, & quòd non ſolùm vtilius ſit in Eccleſia verſari, quàm in theatro, ſed etiam iucundius; & de ſecunda parte precationis Annæ: quodque indeſinenter & in omni loco precari oporteat, vel in foro, vel in via, vel in tecto, Homilia de Anna.

SIGISMVNDO GELENIO INTERPRETE.

Ex editione Baſil. an. 1547. apud Frobenium.

HAVD ſcio quibus verbis debeam vti hodie; Cùm enim videam communiones parum frequentari, Prophetas affici contumelia, Apoſtolos deſpici, Patres contemni, eamque contumeliam, qua ſerui appetuntur, ad ipſum eorum Dominum pertinere, libet quidem accuſare, ſed qui accuſationem hanc audire deberent, nuſquam hic apparent: vos ſoli adeſtis quibus hac admonitione nihil opus eſt, Verumtamen ne ſic quidem ſilendum eſt nobis. nam & indignationem quam nobis mouerunt releuabimus, vnaque eum verbis eijciemus: & illos ipſos ad rubo rem ac verecundiam compellemus, tot in eos accuſatoribus immiſſis, quot nunc in hoc auditorio adeſtis. ſi enim veniſſet, noſtras ſolùm obiurgationes audirent: nunc fugitantes, noſtrã increpationem, eadẽ hæc à vobis audituri ſunt omnia. Sic & amici, faciunt; poſtquam non inuenerunt quibuſcum expoſtulare volebant, illorum amicos compellant, vt illos conueniant, & eis quæ audierunt dicant. Idem hoc etiam Deus fecit: omiſſis qui in ſe peccauerunt, inſontem Hieremiam appellat, dicens, Viden' quid mihi fecerit inſipiens filia Iuda? Hac ſane de cauſa nos quoque illos accuſando, vos oratione conueniemus, vt hinc profecti eos corrigatis. Quis enim tantum neglectum ferat? ſemel in hebdomada hic colligimur, & ne hac quidem die ſeculares curas poſthabere ſuſtinent: & ſi quis id obijciat, illicò paupertatem prætexunt, ac victus parandi neceſſitatem, vrgenteſque occupationes, defenſionem adferentes quauis accuſatione turpiorem. quid enim hoc ipſo crimine peius eſſet poteſt, quòd aliquid aliud quàm diuina negotia magis vrgens, nobis videtur, magiſque neceſſarium? Ergo etiam ſi maximè verum hoc eſſet, hæc ipſa defenſio eſſet accuſatio, vt dixi: Vt autem ſciatis quòd iſta cauſatio ſint ac prætextus ad obtendendum ſegnitiæ, vel me tacente tertius ab hinc dies omnes tales cauſationes redarguet, cùm ciuitas vniuerſa migrauerit ad circum, & domus ac fora nefarij illius ſpectaculi gratia euacuata fuerint. Et hic ne ſua quidem Eccleſiæ loca compleri videmus: at & illic & cænacula, & domus & tecta, & abrupta pleraque occupantur: ac neque paupertas, neque occupatio, neque debilitas corporis, non pedum infirmitas, non aliud quicquam tale remoratur inſaniam, nulla retinacula non abrumpentem: ſed homines ſenio confecti, iuuenibus ac vigentibus auidiùs illuc concurrunt, caniciem ſuam dedecorantes, grandæuitatemque traducentes, & ſenectutem ipſam præbentes deridendam. Et huc quidem venientes, cum faſtidio ac perturbatione ſupini ſermones diuinos audiunt, anguſtias & æſtum ſimiliaque ægrè ferentes; at illic dum & ſolem nudo capite excipiunt, & proculcantur, & protruduntur, & magna vi comprimuntur, & infinita alia patiuntur incommoda, non ſecus quàm in amœniſſimo prato deliciari ſibi videntur. Hæc eſt nimirum illa ciuitatum publice corruptela, quòd tam nequam ſint, qui iuuentuti præire deberent. quo enim pacto poteris adoleſcentem laſciuè ac præter decorum ſe gerentem ad modeſtiam redigere, cùm ipſe in canicie tam iuueniliter te geras? cum ipſe poſt tot temporum curricula ſatietate inſuauiſſimi illius ſpectaculi nondum capiaris? quomodo poteris filij mores componere, quomodo in ſeruum peccantem animaduertere, quomodo amico in officio ceſſanti conſulere, cùm ipſe ſic in extrema ſenectute ineptias? Et ſiquidem à iuuene ſenex contumeliam patiatur, illicò ætatem ei obijcit, & reperit qui vnà ſtomachentur. at quando opus eſt iuuenem ad probitatem reducere, ſeque illi virtutis ceu regulam quandam exhibere. tùm verò ceſſat ætatis grauitas, ſed maiore quàm ipſi inſania ad illicita illa ſpectacula feruntur. Hæc autem dico, ſeneſque taxo, non quòd iuniores à noxa abſoluam & crimine, ſed vt hos per illos commonitos habeam. nam ſi ſenes hoc facere non debent, multò magis ne iuuenes quidem: illic enim maior deriſio ac turpitudo, hîc autem tantò grauior pernicies, profundiuſque præcipitium, quantò concupiſcentiæ maior vis in iuuenibus, quantoque flamma ineſt eis vehementior, quæ incendijs miſcet omnia, ſi vel minimum alicunde ſit nacta fomitem: procliuior enim ad concupiſcentias eſt iuuentus, eiſque longè faciliùs capitur; quapropter etiam maiore opus habet cuſtodia, acriore fræno, tutiore munitione ac obſtaculo. Nec mihi illud obijcias, ô bone, quòd voluptatem habeat hoc ſpectaculum; ſed hoc potiùs doce, an nullum hæc voluptas damnum afferat. Quòd enim ne cum voluptate quidem hæc res coniuncta ſit, hinc tibi perſpicuum eſſe poteſt. Cùm à Circenſibus reuerteris, occurre eis qui ab Eccleſia redeunt, & conſidera diligenter, vter tandem maiore voluptate perfruatur: iſne qui Prophetis auditis, & benedictione, ac doctrinæ fructu

Salutis noſtræ cura debet præcedere omnes occupationes.

Senes peccantes magis dedecet.

Spectacula theatralia infeſtatur.

percepto, ſimulque Deum pro ſuis peccatis, deprecatus, & conſcientia per confeſſionem releuata, ab hoc inſuper de quo loquimur crimine alienus eſt: an tu qui matrem communem deſeruiſti, Prophetas contempſiſti, Deum affeciſti contumelia, cum diabolo choreas duxiſti, maledicentibus inter ſe ac conuiciantibus aures præbuiſti, temporis denique iacturam grauiſſimam feciſti, vt qui nec ſpirituale nec ſeculare vllum lucrum inde domum reportare valeas. Itaque vel voluptatis gratia hic adeſſe oportet. illic enim continuò te ſequitur animi deiectio, conſcientia accuſatrix, dedecus & opprobrium, vt vix oculos attollere audeas. Hic vice verſa omnia contrario modo ſe habẽt, fiducia & oris libertas, & cum omnibus loquendi facultas de omnibus quæcumque hic audita ſunt. Quando igitur in forum te contuleris, & videris omnes ad ſpectãdum concurrere, tu ad Eccleſiam te confeſtim recipito, & in ea paulisper commoratus, perpetua diuini verbi voluptate fruere. Si enim turbæ impetu B abſtractus illuc perueneris, breui voluptatula delinitus, male habebis per totam ſequentem diem, atque etiam plures deinceps, tuum ipſius factum condemnans. quòd ſi pauliſper te cohibueris, integram & ſecuram in reliquum diei voluptatem habebis. id enim non hîc tantùm, ſed etiam in alijs rebus vſu venire ſolet. vitium enim momẽtaneam habet voluptatem, dolorem verò perpetuum, virtus contrà laborem breuem, fructum verò cum hilaritate indeſinentem. Verbi gratia, deprecatur eſt aliquis Deum, lacrymas fudit; ſi modico tantùm tempore ſe afflictauit. Alius tota die ſe oblectauit, deinde eleemoſynam dedit, ieiunauit, aliud aliquid boni fecit; aut contumeliam paſſus non regeſſit conuicia: is poſtquam vnico temporis momento perdurauit, ac iram compreſſit, in poſterum memoria rectè factorum gaudet ac lætatur. at in vitijs cõtrarium accidit. Intulit quiſpiam iniuriam, aut etiam retulit, deinde domum reuerſus arrodit cor ſuum curis, dũ C verba ſua reputat, propter quæ toties grauiter mulctatus eſt. Quapropter ſi voluptatem ſectaris, fugito ineptas ac iuueniles concupiſcentias, & temperantiam exerceto, auſcultationiq; verbi Dei attentus eſto. Hæc ideò vobis dicimus, vt vos eadem illis dicẽdo, & talibus verbis obtundendo, abſtrahatis eos ab omni mala conſuetudine, vtque omnia rationis potius ductu agant, perſuadeatis. Alioqui ne diligẽtia quidem veſtra probanda eſt, ſi temerè & nullo delectu adhibeatur: id quod vel ex hac quæ inſtat communione ſatis apparet. dum ſanctã Pentecoſtes celebritatem agimus, tanta concurrit multitudo, vt magna hic locorum anguſtia laboretur. nec tamen hunc conuentum magni facio, quandoquidem magis ex more fit, quàm religionis ergo. Quid igitur D illis miſerius, quorum & negligentia tot referta criminibus, & diligentia nullam laudem promeretur? quiſquis enim zelo pietatis ad hunc cœtum ſobrie cupideque accedit, ſine intermiſſione hoc facere debet; & non quàm primùm publica celebritas venerit, ad illam pecudis in morem cum cæteris abduci. Equidem poteram ſermonem hunc diutius extendere, verùm quoniam ſcio vos vltrò, ita vt vobis dignum eſt, plura etiam dicturos, ne moleſtus ſim illorum obiurgationibus immorando, reliqua vobis committens, ad ſolitam doctrinam reuertor. Neque miremini, quòd adhuc in eodem argumento hæremus, nec enim poſſum mulierem hanc ex animo meo eximere; vſque adeò formam animæ eius ac pulchritudinem admiror. Adamo enim oculos nunquam non inter precandum lacrymantes, & os labiaque non accerſitis fucis rubricata, ſed gratijs Deo agendis ornata, qualia erant huiuſce mulieris, cuius philoſophiam tãtopere admiror: admiror autem eò magis, quòd mulier cùm eſſet, ad hunc modum philoſophata eſt, mulier, inquã, quæ multùm & à multis malè audit. *A muliere*, inquit,

Virtus reddit homi-ē pec-catum.

Eccleſia quomodo ſit frequentãda

Annæ Samuelis matris laus. Eccli. 25.

A *initium peccati, & per eam omnes morti obnoxij ſumus*. Et iterum, parua eſt quælibet malitia, ſi ad mulieris maliciam conferatur. Et Paulus dicit: *Adam enim non eſt deceptus; mulier autem decepta conſtituta eſt in præuaricatione*. Hoc eſt cur illam maximè admirer, quòd hanc criminationem diluit, quòd hanc accuſationem reiecit, quòd cùm eſſet ex infami & criminoſo genere, opprobria iſta omnia diſcuſſit, reque ipſa docuit, quod & illæ non tales natura fuerunt, ſed voluntate propriaque ſegnicie, & quòd huic quoque ſexui ad virtutis faſtigium licet pertingere. contentioſum enim eſt hoc animal auidumq; victoriæ, & ſiue ad malitiam declinet, magna mala patrat; ſiue ad virtutem ſe applicet, anima citius eam deſtituat, quàm propoſitum mutet. Sic igitur hæc quoque naturam ſuam ſuperauit, neceſſitatem peruicit, & aſſiduitate precandi vuluæ ſterili prolificam vim obtinuit. Quapropter rurſum ad preces confugit, etiam poſt impetratam gratiam ad hunc modum loquens: *Confirmatum eſt cor meum in Domino*, B *exaltatum eſt cornu meum in Deo meo*. Quid ſignificent hæc verba, Confirmatum eſt cor meum in Domino, nuper me apud charitatem veſtram diſſeruiſſe ſcitis; ſupereſt nunc vt ea quæ deinceps ſequuntur, interpretemur: Cùm enim dixiſſet, *Confirmatum eſt cor meum in Domino*, mox ſubiunxit, *Exaltatum eſt cornu meum in Deo meo*. Quid eſt cornu meum? etenim ſcriptura hac dictione ſæpe vti ſolet; ſicut quãdo dicit, *exaltatum eſt cornu eius, & exaltatum eſt cornu Chriſti eius*. Quid igitur tandem cornu nominat? Potentiam, gloriam, claritatem, nimirum à brutis animalibus hanc tranſlationem mutuatus: namque Deus ornamenti ac teli vice cornua illis addidit, quibus abiectis præcipuam virium partem amittunt: & quemadmodum inermis miles, ita & taurus abſque cornibus perfacile capitur. Nihil igitur aliud dicit hæc mulier, quàm, Exaltata eſt gloria mea. & quomodo exalta? In Deo meo, inquit. Huic etiam in tuto eſt hæc celſitudo, vt quę firmam atque immobilem raC dicem habeat. gloria enim quæ eſt ab hominibus, glorificantium vtilitatem imitatur, vnde fit vt non magno negocio ſubuertatur. at non ſic Dei gloria, ſed immobilis manet in perpetuum. Atque hæc vtraque Propheta declarans, tam illius labilitatem, quàm huius durabilitatem, in hunc modum loquitur: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis tanquam flos fœni. exaruit fœnum, & flos eius decidit*. De Dei autem gloria non ſic. at quomodo? *Verbum autem Dei in æternum manet*. Id quod vel in hac muliere patet. Reges enim & Imperatores & reguli, qui nihil non tentarunt vt immortalem poſt ſe relinquerent memoriam, & monumenta ſibi ſplendida exædificauerunt, & ſtatuas atque effigies multas multis in locis poſuerunt, & rerum geſtarum commentarios non D paucos reliquerunt; nunc tacentur & ne nomine quidem noti ſunt. hæc autem mulier vbique gentium nunc celebratur, & ſiue in Scythiam proficiſcaris, ſiue in Ægyptum, ſiue in Indiam, ſiue ad ipſos orbis terminos, omnes audies benefacta eius decãtantes: denique quantum terrarum à ſole illuſtratur, totum hoc Anna ſua gloria occupat. Nec hoc ſolùm admiratione dignum, quòd vbique terrarum hæc mulier canitur, quin hoc quoque mirabilius, quòd ſapientiã eius & longanimitatem & tolerantiam omnes norunt, in oppidis, in agris, in domibus, in caſtris, in nauibus, in officinis, denique nuſquam non laudes eius audies. Quoties enim clarũ aliquẽ reddere Deo viſum fuerit, etiãſi mors interueniat, aut longitudo temporũ, aut quiduis aliud; manet tamen gloria illius perpetuò florens, & claritatẽ eius obſcurare poterit nemo. Hanc ob rem & ipſa erudiens totum hoc auditorium, quòd non ſit confugiendum ad iſta temporalia, ſed ad eum à quo certiſſima bona ſperamus, authorem huius ſuæ gloriæ indicat. Cùm enim dixiſſet: *Confirmatum eſt cor meum in Domino*; ſubiunxit, *Exaltatum eſt cornu meum in*

1. Tim. 2. 12.

1. Re. 2. 1

Pſ. 74. 10

Cornu quid in ſcriptura ſignificet

Eſai. 40. 7 & 8.

Virtus nos claros reddit.

Deo meo,

Deo meo, duplicia nobis his verbis ſubindicans bona, quæ non temerè ſimul vni contingũt, nam & in iactatione, inquit, liberata ſum, atque ignominia, & ſecuritatem atque honorem conſecuta ſum. Hæc autem vtraque non facilè inuenias in vnum conuenire: multi enim à periculis liberantur, glorioſam tamen vitam non habent: alij contrà, gloria quidē & claritate fruuntur, periculis tamen ob hanc gloriam non carent. Verbi gratiâ, multi ſæpe in carcerem coniecti ſunt, adulteri, venefici, ſepulchrorum perfoſſores, alijſque ſimilibus criminibus obnoxij, deinde iubente regia clementia dimiſſi ſunt inde: hi à pœna quidem liberati ſunt, cæterum probra ſua nõ aboleuerunt, & dedecus eos nuſquam non conſequitur. Alij viri militares ac generoſi, conſpicuã atq; glorioſam viuendi rationem amplexi, bellicis periculis ſeſe obiectantes multa ſæpe vulnera accipiunt, & poſtremò immatura morte abſumuntur: atque hi præ gloriæ amore ſecuritate ſe ipſi priuauerunt. Huic verò mulieri hæc vtraque abũnde cõtigerunt, vt quæ & gloria ſimul & ſecuritate potita

Dan. 3. eſt. Idem & tribus illis pueris accidit: nã & periculũ euaſerunt è rogo liberati, & hoc ipſo, illuſtres ſunt facti, quòd ſupernaturali modo huius elementi potentiam ſuperauiſſent. Ad hunc ſanè modum Dei beneficia ſe habẽt: ſimul enim & tutã & illuſtrem largitur vitam, quod quidem vtrumq; hæc ipſa innuens dicebat: Confirmatum eſt cor meũ in Domino; Exaltatum eſt cornu meũ in Deo meo. Nec ſimpliciter dixit in Deo, ſed in Deo meo, ſibi ipſi vſurpans eum qui toti orbi communis eſt. Hoc autẽ fecit non illius diminutura, ſed ſuum deſiderium indicatura ac conſolatura. Sic enim amatores ſolent, non ferunt vna cum multis amare, ſed eximium quendam ac peculiarem amorem præ ſe ferre vo-

Pſal. 62. 1 lunt. Sic & Propheta dicebat, *Deus Deus meus ad te mane vigilo*. Nominata enim communi eius dominatione, addidit & eam qua peculiariter ſanctorum do-

Pſal. 21. 1 minus eſt. Et rurſum: *Deus meus intende in me, quare*

Pſal. 90. 2 *dereliquiſti me*. Et rurſum: *Dicam Deo, protector meus es*. animæ enim feruentis accenſæque deſiderio ſunt hæc verba. Idem & hæc mulier fecit. Cæterum homines ita facere nihil mirũ: cùm verò Deũ hoc ipſum facere videris, tũ verò meritò obſtupeſias. quẽadmodum enim hi non in commune illũ inuocãt,

Dei in nos amor & condeſcenſio. ſed propriũ faciendo ſuum eum eſſe Deũ volunt: Ita & ipſe nõ ſolùm cõmuniter vnà cum alijs eorũ etiam Deum ſe profitetur, ſed priuatim ipſorum.

Exo. 3. 22 quapropter dicebat, *Ego ſum Deus Abraham, & Iſaac, & Iacob*: non contrahens ſuum imperium, ſed extẽdens potius, quòd non tã multitudine ſubditorum quam eorum virtute cenſeri vult. neq; enim tãtum Deus cæli & terræ & maris, & eorum quæ in eis ſunt appellari gaudet, quantũ ſi Deus Abrahã, & Iſaac, & Iacob vocetur. & quod in hominibus non ſolemus, in Deo videre licet. Apud homines enim à dominis ſerui appellationem ſumunt, & ita omnes ex more loquimur: Ille vel ille procurator aut diſpenſator illius vel illius Ducis aut Præfecti: Nemo autem ſic loquitur, ille vel ille Dux aut Præfectus illius procuratoris aut diſpenſatoris: ſed minores à maioribus ſemper denominare conſueuimus. De Deo autem contrà fit: non ſolùm enim Abraham Dei, ſed Deus etiam Abrahami, atque ita Dominus à ſeruo denominatur. Hoc idem igitur & Paulus

Heb. 11. 16 ſubindicans dicebat, *quamobrem non erubeſcit Deus vocari Deus ipſorum*. non erubeſcit, inquit, Dominus à ſeruis appellationem ſumere, quare non erubeſcit? dic rationem, nimirum vt & nos eum imitemur. *Quia hoſpites ſunt*, inquit, *& aduenæ*: Atqui vel ob hoc ipſum erubeſcere oportebat: hoſpes enim vilis & & contemnendus eſſe videtur. At illi ſancti non eo

Sancti quo modo fuerunt peregrini in terra. modo hoſpites erant quo nos putamus, ſed alio quodam minime vulgari: nos enim hoſpites eos appellare ſolemus, qui relicta ſua patria in alienam regionem perueniunt. Illi verò non ita erant ho-

A ſpites, ſed quod orbem vniuerſum deſpicerent, & parui facientes terram ad cæleſtem illam ciuitatem reſpiciebant, non arrogantia, ſed magnanimitate, non inſolentia, ſed propter ſapiẽtiæ ſtudium. Poſtquam enim contemplati ſunt terra vniuerſa, & animaduerterunt fluxa eſſe & mortalia, nec quicquam hic firmum ac ſtabile, non diuitias, non potentiã, non gloriam, non vitam ipſam; ſed ſingula finem habere, & ad ſuum quodque properare terminum: cæleſtia verò non talia, ſed infinita immortaliaque, maluerunt hoſpites eſſe in rebus fluxis & prætereuntibus, vt permanentes illas tandem aſſequi poſſent. Hoſpites igitur erant, nõ quòd patriam nõ haberent, ſed quod ſempiternam illam patriam deſiderarent: quod quidem & ipſe ſignificãdo dicebat. *Qui autem talia loquuntur, patriam ſe requirere oſtendunt*, quam patriam obſecro? num priorem illam quam reliquerant? minime, inquit, ſi enim illius recordabantur, integrum eis erat illò redire: nunc autem meliorem deſiderant, hoc eſt cœleſtem, cuius opifex & fabricator Deus eſt? Ideò non erubeſcit Deus

B vocari Deus ipſorum. Hoc igitur nos quoque imitemur, deſpiciamus præſentia, concupiſcamus futura: vtamur hac muliere magiſtrâ, & ad Deum ſemper confugiamus, ab illoque omnia depoſcamus: nihil enim æquè pollet ac deprecatio: hæc enim eſt quæ ex impoſſibilibus poſſibilia facit, ex difficilibus facilia, & ea quæ minus rectè habent, corrigit. Ideo beatus quoq; Dauid dicebat, *ſepties in die laudaui te propter iudicia iuſtitiæ tuæ*. Quod ſi homo Rex, infinitis curis immerſus, & in tam varia diſtractus, toties in die deprecabatur Deum; quam defenſionem aut veniam habere poterimus nos, qui in tanto otio degimus, & tamen illi non aſſiduè ſupplicamus? Idque, cùm inde tantus fructus ſit nobis propoſitus. Impoſſibile enim, impoſſibile eſt, inquam, hominẽ qua decet alacritate precantem, & aſſiduè Deũ orantẽ, vmquam in peccatum incidere. Id qua ratione fiat

Pſal. 118. 161. Orationis frequentia & aſſiduitas commẽdatur.

C iam dicturus ſum. Qui mentẽ ſuam accendit, & animam erexit tamquam ad cæleſtia migraturam, atq; ita Dominuum ſuum inuocauit, peccatiſque in memoriam reductis, de eorum remiſſione cùm illo collocutus eſt, obſecrans vt placatus ac propitius ſibi eſſe dignetur; is poſt tales orationes omnem præſentis vitæ curam abijcit, alaſque ſibi comparat, quibus ſupra omnes humanas affectiones extollitur; & ſiue inimicum poſt precationem viderit, iam non tamquam inimicum aſpiciet, ſiue mulierem formoſam, inuiolatus ab eius aſpectu permanebit, durante adhuc igniculo per precationem intus accenſo, & omnẽ abſurdam cogitationem à ſe propellẽte. Sed quoniam homines cùm ſimus, facilè ad ſegniciem relabimur, exacta vna alteraue aut tertia poſt precationem hora, vbi ſenſeris priſtinum illum feruorem paulatim frigeſcere, recurre quãtocius ad pre-

D ces, frigeſcentemque mentem rurſus accende, id ſi per totam diem feceris, per interualla crebris precationibus te ipſum accendens, non dabis occaſionem diabolo, aut vllum ad tuas cogitationes aditũ. Et quemadmodum in apparando prandio, quoties calidæ potu opus eſt, ſi aqua parum calleat, ad focũ admotum recalfacimus: ita & hic faciendum eſt, & os noſtrum ad precationes quaſi ad prunas admouẽdum, vt hoc pacto mens ad pietatem rurſum accẽdatur. Imitemur etiam fabros cæmentarios. hi enim quoties lateritius paries exædificandus eſt, in recenti enim tum ſtructura eum longurijs interfulciunt, idq; non per longa interſtitia, ſed per modica, vt compages laterum tutior ſit ob lignorum frequentiam. Idem ipſe quoque facito, & quemadmodum illi aſtringendo ædificio ligna inſerunt, ita tu ſecularibus negotijs precationes crebras interponens, vitam tuam hoc pacto ſepitio. Quod ſi feceris, etiamſi plurimæ procellæ ingruant, ſiue tẽtationes, ſiue mœſtitiæ, ſiue cogitationes moleſtæ, ſiue quiduis aliud, nihil deijcere poterit domum tam crebris

precationibus ſuffultam atque multam Dices, qui fieri poteſt vt homo ſecularis, forenſibus negotijs affinis tertia quaque hora precetur, & ad Eccleſiam curratſ Poteſt, & facile eſt. Licet enim ad Eccleſiam currere non ſit cõmodum, potes inibi in foro curiaque veſtibulo hærens nihilominus precari: ad hoc enim mente magis opus eſt quàm voce animi contentatione magis quàm manuũ extenſione: nec tã refert quo corporis habitu id facias, quã quo animę affectu: quandoquidem & ipſa Anna non ob intenſam vociferationem, ſed ob internũ cordis clamorẽ exaudita eſt. Dicit enim ſcriptura, vox eius non audiebatur, & Dominus exaudiuit eã. Hoc & alij multi ſæpe fecerunt, & intonante intus Magiſtratu, minãte, exaſperato, furente, ipſi pro foribus curiæ ſtãtes poſtquàm ſe ſacro ſigno muniſſent, & pauca in animo precati, introgreſſi ad eum mutauerunt hominẽ ac mitigauerunt, & manſuetum ex aſpero reddiderunt: neq; illis aut locus aut tempus aut ipſorum ſilentium ad precandum fuit impedimento. Hoc etiã tu facito: ingemiſce amarè, in memoriam reuoca tua peccata, ſuſpice in cælum, dic mente, Miſerere mei Deus; & abſoluiſti precationem: qui enim dicit miſerere, confeſſionem offert, & peccatum ſuum agnoſcit; lapſorum enim eſt miſericordiam requirere. qui dicit miſerere mei, remiſſionẽ delictorum accepit; qui enim miſericordiã conſequutus eſt, nõ punitur, qui dicit miſerere mei, regnum cælorũ obtinuit: quem enim Deus miſeratur, nõ à pœna ſolũ liberat, ſed futurorum etiam bonorum poſſeſſione dignatur. Ne igitur excuſationes quæramus, dicẽdo non eſſe propinquam precationis ædem: nos enim ipſos ſi ſobrij fuerimus, templa faciet diuini gratia ſpiritus, vt magna vndique vobis precandi facultas affluat: neq; enim talis eſt apud nos diuinus cultus, qualis quondã apud Iudæos erat, multũ habẽs ſenſibilium ceremoniarum, multaq; operatione indigẽs. Illic precatorem oportebat ad templum accedere, turturẽ emere, ligna & ignem ad manus habere, arrepto cultro altari aſſiſtere, aliaque multa præcepta perficere, hic nihil tale; ſed vbicumque fueris, præſto tibi eſt & altare, & culter & victima: tu ipſe & ſacerdos, & altare & victima es: vbicumque enim fueris, potes erigere altare, ſi ſobriam modò voluptatẽ afferas, nec te aut locus aut tempus impedit. Sed etiãſi genua flectas, nec pectus pulſes, nec manus ad cælũ tendas, ſi mentem ſolùm afferas feruidam, nihil tibi ad abſolutam precationem deerit. Licet etiam mulieri colum tenenti aut telam texẽti ſuſpicere in cælum, ac ardenti pectore Deũ inuocare: licet etiam viro in foro verſanti aut iter facienti attentè precari: alteri itẽ in officina ſedenti ac coria ſuenti animã ad Deum erigere: licet ſeruo obſonãti aut ſurſum deorſum curſitanti, vel in culina, ſi non vacet adire Eccleſiam, precationem intentam ex imo pectore ciere. Non pudet loci Deum: vnum poſtulat, mentem feruentem animamq; modeſtam. Et vt ſcias quòd non habitu corporis, aut locorum temporúmve opportunitate ſit opus, ſed animo probo ac excitato. Paulus ſupinus in carcere iacẽs, non erectus ſtans (neque enim compes lignea permittebat) quoniam magna alacritate precabatur, iacens carcerem concuſſit, eiuſque fundamenta vacillare fecit, & Optionem terruit, & mox initiatum ad myſteria noſtra perduxit. Rurſum Ezechias ille, non erectus ſtans, & neque genibus flexis, ſed ſupinus in lecto cubans per infirmitatem, verſa ad parietem facie, quoniam ardenter & humiliter Deum inuocauit, ſententiam aduerſus ſe latam reuocauit, magnamque ſibi gratiam conciliauit, & inſuper in priſtinam reſtitutus eſt ſanitatem. Nec ſolùm magnis & ſanctis viris hoc contigiſſe videas, ſed malis etiamnũ & latro ille non ſtans in oratorio aut genua flectens, ſed in cruce diſtentus, paucis verbis cælorum regnum impetrauit. Alius in lacũ cænoſum coniectus, alius in fouea beſtijs obiectus, alius ceti aluo concluſus, inuocato Deo mala inſtantia diſcuſſerunt, diuinamque ſibi conciliarunt beneuolentiam. Hoc ſermone hortor vt continuè frequẽtetis Eccleſias, & domi cum magna quiete precemini, per ocium genua flectentes, manuſque attollentes. Quòd ſi tempus aut locus nos in multitudine hominum deprehendat, non eſt ob hoc à conſuetis orationibus ceſſandum, ſed ita, vt veſtrã charitatem monui, precamini & inuocate Deum, certi nihilominus tali precatione optata vos impetraturos. Non hæc ideò dicta ſunt vt applaudatis & admiremini, ſed vt opere ea præſtetis, & vt tam nocturnum quam diurnum tempus orandi tempus faciatis, votis ac deprecationibus illud occupantes, vt & præſentem vitam tutò tranſigamus, & cæleſte regnum aſſequamur, quò nobis omnibus peruenire detur gratia, &c.

Oratio vbiq; fieri poteſt.

Crucis ſignum orationi præmittendum.

Act. 16.

A B C D

ADVERSVS EOS QVI TANTVM IN FESTIS CONVENIUNT, & quidnam ſit feſtum. Item adſus eos incuſant diuinam prouidentiam, eò quòd in hac vita quidam ſint diuites, quidam pauperes; & quòd paupertas plus voluptatis ac ſecuritatis habeat, quàm diuitiæ, Itemque de Anna Homil. V.

Sigiſmundo Gelenio Interprete.

FRVSTRA, vt videtur, eos qui nuper adfuerunt communioni nobiſcum, hortati ſumus, vt in paterna domo permanerent, & non vnà cum feſtis diebus accederent ad nos, ac rurſum decederent: imò verò non fruſtrà. Nam etſi nemini ex eis perſuaſum eſſet oratione noſtra, nobis tamen merces integra manet, paratamq; habemus apud Dominum defenſionem. Quamobrem oportet concionatorem, etiamſi nemo attendat, ſemina iactare, & pecuniam deponere, vt poſtea Dominus non ab illo, ſed à menſarijs rationem repoſcat. Quod ſanè etiam nos fecimus, arguendo, increpando, obſecrando, admonendo. In hoc enim vobis commemorauimus filium illum paternarum facultatum abſumptorem, tandem ad paternam domum poſtliminio reuerſum, vniuerſamque eius miſeriã, famem, dedecus, opprobria, & quicquid apud exteros pertulit, adduximus in medium, vt hoc exemplo ad ſobrietatem vos redigeremus. Neque hic ſermonem finiuimus, verumetiam paternam erga eos pietatem exhibuimus, non negligentiæ pœnas exigendo, ſed obuijs manibus eos excipiendo, & veniam delictorum concedendo, & aperta domo menſam apponendo, & doctrinæ ſtola eos amiciendo, cæteramque omnem curam ipſis adhibendo. Illi autem filium illum non ſunt imitati, nec eos relicti Patris pœnituit, neque in paterna domo manſerũt, ſed denuò ſe abalienauerunt. Veſtrum igitur erat, veſtrum, inquam, qui ſemper nobiſcum eſtis, reducere ipſos, perſuadereque vt nobiſcum per ſingulas communiones velint feſti eſſe participes. quãuis enim Pentecoſte præterijt, feſtum tamen non præterijt: omnis enim conuentus feſtum eſt. vnde hoc patet? ex ipſis Chriſti verbis dicentis, *vbicumque fuerint duo vel tres congregati in meo nomine,*

Mat. 18.

ibi ſum in medio eorum. quoties autem Chriſtus interest in medio cœtus, quod amplius quæris feſti argumentum? vbi ſacra doctrina & preces, vbi Patrum benedictiones, & diuinæ legis auditorium, vbi conuentus fratrum, & germanæ charitatis vinculum, vbi cum Deo colloquium & cum hominibus ſermo, quî fieri non poteſt vt ibi non ſit feſta celebritas? Feſta enim non multitudo cõuenientium facere ſolet, ſed virtus; nõ ſumptuoſus veſtitus, ſed pietatis ornatus; non menſæ dapſilitas, ſed cura animę. Maximum enim feſtum eſt cõſcientia bona. Et quẽadmodum in externis celebritatibus, is qui nec veſtem habet, qua induatur, ſplendidam; neque menſam, qua fruatur, lautam; ſed viuit in paupertate, fame, extremaq; miſeria, non afficitur feſto die, etiãſi vniuerſam vrbem choreas agitare videat, ſed hac ipſa de cauſa magis angitur ac dolet: diues vero delicatus, mutatorijs veſtibus abundans, & in ſumma proſperitate viuens, etiam extra feſta tempora feſtũ agere ſibi videtur. Ita & in ſpiritualibus rebus vſuuenit. Qui viuit in iuſtitia & operibus bonis, vel abſque feſto feſtum agit, ſincerã voluptatem ex bona conſciẽtia percipiẽs. qui verò in peccato & malitia degit, multorum malorũ ſibimet conſcius, etiam cũ maxime feſtum eſt, feſto caret quam maxime. Quapropter licet nobis, ſi velimus, per ſingulos dies feſtum habere, ſi virtutem exerceamus, & conſcientiã purificemus. qua enim re præterita communio præſenti hac eſt potior? tumultu tantùm & ſtrepitu, & nulla re alia. quando enim & Sacramentorũ perceptio, & aliarum ſpiritualium rerum cõmunio, puta precationum, auſcultationũ, benedictionum, caritatis, cæterorumq; omnium, eadem eſt etiam hodie, nulla in re hæc dies ſuperatur ab illa, quantum vel ad vos, vel ad me concionantẽ attinet. nam qui tũc nos audiebant, hi nunc quoq; audituri ſunt; & qui nunc obſunt, ne tunc quidem aderant, etiamſi corpore adeſſe videbantur: non audiunt nunc, imò tũc minus audiebant; nec ſolùm non audiebant, ſed etiam audientibus obſtrependo moleſti erãt. Quapropter & tunc & nunc æquale mihi præſto eſt theatrum, & idemque auditorum conuentus, nec vlla in re altero illo inferior. Imò, ſi mirũ aliquid dicere permittis, hic illo eſt præſtantior; quò & ſine ſtrepitu ſit ſermo, & ſine tumultu doctrina, & cum maiore intellectu auſcultatio, nullo tumultu auditum noſtrum interrumpente. Hæc autem dico, non quòd contemnam multitudinem illius conuentus, ſed vt vobis perſuadeã, ne doleatis, néue contriſtemini ob paucitatem eorum, qui nunc huc conuenerunt. nõ enim perſonarum, ſed auditorum multitudinem in Eccleſia requirimus. Quandoquidem igitur ijdem conuiuæ qui tunc etiam nunc nobis adſunt, pari alacritate hódie quoque conuiuium vobis exhibebo, ad argumentum reuerſus, quod nobis feſtũ pro tempore interrupit. quemadmodum enim in Pentecoſte intempeſtiuum erat, omiſſa beneficiorũ per id tempus in nos collatorum commemoratione, inceptum anteà contextum continuare: ita nunc exacta Pentecoſte, opportunè hiſtoriam in manus reſumptam proſequemur, priſtinum ad Anna argumentum tractaturi. Non enim refert quam multa iam dicta ſint, ſed quantum ſuperſit ad hoc argumentum abſoluendum. Nam & qui theſaurum inuenerunt, licet plurimas inde capiant diuitias, non prius abſiſtunt quàm totum exhauſerint, vt quos non tàm iuuat multa accepiſſe, quàm nihil reliquũ feciſſe. Quòd ſi hi qui in pecunias inſaniunt, tanto rerum periturarum nec manſurarum tenentur ſtudio, multo magis hoc nos in diuinis facere theſauris oportet, nec prius abſiſtere, quàm totum hoc quod ibi videmus exhauſerimus. Dixi autem, quod ibi videmus, quia vniuerſum exhaurire non datur. Fons enim eſt perenniter manans diuinarum vis ſententiarum, nunquam deficiens, nunquam interquieſcens. Itaque ne defatigemur: non enim de vulgaribus rebus nobis eſt oratio, ſed de precatione ipſa noſtra; precatione per quam ſterilis mater eſt facta, & numeroſæ prolis parens, quæ filijs carebat, & ex mœrente læta: per quam vitioſa reparabatur natura, & clauſa reſerabatur matrix, & impoſſibilia quæque fiebant poſſibilia. Quapropter omnia paulatim perſcrutemur, per ſingulas explicantes dictiones, vt ne minimum quidem nos, quãtum fieri poteſt, effugiat. ſiquidem propterea duas integras diſſertationes in duo ſola eius dicta inſumpſimus: Primum, *Confirmatum eſt cor meum in Domino*, & quod mox ſequitur. *Exaltatum eſt cornu meum in Deo meo*. Conſequens igitur eſt hodie ad tertium venire. Quod verò hoc eſt? *Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos?* Animaduertite accuratam orationem: Non dixit, Exacutum eſt os meum ſuper inimicos meos: non enim ad conuicia & dicteria præparatum erat, non ad accuſationem & opprobria, ſed ad conſilium & admonitionem, ad correctionem & inſtructionem: & propterea non dixit, exacuta eſt lingua mea ſuper inimicos meos; ſed Dilatatum eſt os. Relaxatione, inquit, fruor; liberè loqui poſſum: iam pudore diſcuſſo ad libertatem redij. Ac ne nunc quidem mulierem æmulam nominauit, ſed ſimpliciter indefinita nuncupatione, quaſi quadam perſona, tantæ triſtitiæ authorem abſcondit. Non dixit, vt multæ dicunt mulieres; Confudit eam Deus, diſſipauit & deiecit ſceleſtam, & arrogantem, & magniloquam: ſed ſimpliciter, Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos; lætata ſum in ſalutari tuo. Vide quomodo eandem legem per totam precationẽ ſeruat. Sicut enim in principio dicebat, Confirmatum eſt cor meum in Domino, Exaltatum eſt cornu meum in Deo meo; dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos; ita & hic lætata ſum in ſalutari tuo. Non ſimpliciter in ſalutari, ſed in ſalutari tuo. Non enim quoniam ſeruata ſum, ſed quoniam per te ſeruata ſum, propterea, Lætor & exulto. Tales ſunt ſanctorum animæ; Deo magis lætantur authore munerum, quàm ipſis muneribus; non enim eum propter dona ipſius, ſed dona propter illum diligunt. Hoc ſeruos gratos decet, hoc famulos agnoſcentes beneficij magnitudinem, videlicet rebus ſuis omnibus præponere Dominum. Sic etiam nos affecti ſimus. cùm peccauerimus, non doleamus quia punimur, ſed quia Dominum offendimus; & ſi quod benefactum noſtrum eſt, non gaudeamus propter regna cælorum, ſed quia rem cælorum Regi gratam fecimus. qui enim ſanæ mentis eſt, offenſam Dei magis timet, quàm vllam gehennam, & beneuolentiam eius pluris æſtimat, quàm vllum regnum. Nec mireris ſi erga Deum eſſe ſic affectum oportet, cùm erga homines multi ſic affecti ſint. ſiquidem non rarò qui germanos liberos habent, ſi vel inuiti eos læſerint, à ſe ipſis pœnas repoſcunt; & in amicis idem facere ſolemus. Quòd ſi amicos aut filios offendere multò grauius putamus quàm pœnas luere, multò magis erga Deum ſic affici decet, & omni gehenna grauius putandum eſt aliquid feciſſe quod illi diſpliceat. Talis erat beatus Paulus, propterea dicebat. *Certus ſum quòd nec Angeli, neq; Principatus, neq; Poteſtates, neq; præſentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum, nec alia creatura poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Quin & Martyres cùm mactos vocamus, ob vulnera primùm prædicamus, mox ob præmia; prius ob plagas, & tùm demum ob coronas repoſitas: præmia enim propter vulnera contingunt, & non vice verſa. Ita beatus quoque Paulus non tam repoſitis ſibi bonis, quàm moleſtijs propter Chriſtum perferendis gaudebat, clamabatque dicens: *Gaudeo in paſſionibus pro vobis*. Et iterum: *Non ſolùm autem, verùm & gloriamur in tribulationibus*. Et rurſum: *Quoniam nobis donatum eſt à Deo, vt non ſolùm in eum credamus, ſed etiam pro eo patiamur*. Eſt enim gratia verè maxima, dignum cenſeri propter Chriſtum aliquid pati, & corona verè perfecta, &

Margin notes: Feſtum ſpirituale quid ſit, & quomodo agatur. — 1. Reg. 2. 1 — Annæ matris Samuelis laus. — Iuſti Deũ propter ſe amãt, & licet puniãtur ab eo nõ recedunt — Rõ. 8. 39. — Col. 1. 24 — Rom. 5. 3

A merces futura retributione non minor: & hoc no-
rant, qui legitime ac feruenter Chriſtum diligere
ſciunt. Talis erat & hæc mulier, ardentiſſimum ha-
bens in Deum deſiderium, & ignitum amorem; pro-
pterea dicebat, Lætata ſum in ſalutari tuo. Nihil
enim ipſi fuit cum terra cõmune, ſed omne huma-
num auxilium deſpiciebat, & erat eleuata ſpiritus
gratia, & ſublimis, & in omnibus ad Deum reſpicie-
bat, & ab vrgentibus moleſtijs liberationẽ, illius be-
neficiũ eſſe rogabat. nouerat enim, plane nouerat,
quòd humana quidem, qualiacunque ſint, dantium
imitantur naturã: nobis autem diuino ſemper opus
eſt auxilio, ſi velimus ancoram in tuto firmare. qua-
propter ad Deum ſemper confugiebat; & acceptâ
gratiâ, quòd Deus author eius eſſet, magis gaudebat,
1.Re. 2,2 & gratias agens dicebat: *non eſt ſanctus vt eſt Dominus,*
& non eſt iuſtus ſicut Deus noſter, & non eſt ſanctus præter te.
Etenim irreprehenſibile, inquit, iudiciũ eius, & in-
corrupta infallibiliſq; ſententia. Vidiſti gratæ ani-
mæ cogitatũ? Non dixit intra ſe. quid magnum, aut
quid præ alijs accepi? quod æmulæ meæ iam dudum
B copioſè contigit, id ego vix tandẽ magno conatu, &
lacrymis, & precibus, & indefeſſis ſupplicationibus
impetraui. Sed quoniã bene ſentiebat de Dei proui-
dentia, rationem beneficentiæ non repoſcit à Do-
mino, quod multi faciunt, per ſingulos dies Domi-
num iudicãdo. Si viderint hunc prædiuitem, alium
inopẽ, non deſinũt aduerſum eius prouidentiã ob-
loqui. Quid facis ô homo? Conſeruum te iudicare
1.Cor. 4,5 non ſinit Paulus dicens: *nolite ante tempus iudicare, do-*
nec veniat Dominus: & tu Dominum in iudiciũ trahis,
& rationẽ ab eo exigis, nec exhorres aut expaueſ-
cis? & quam ſperas veniam, obſecro quam excuſa-
tionem? cũ per ſingulos dies, imo verò ſingulis ho-
ris experimentũ prouidentiæ capias; tamen ob inæ-
Non murmurandũ quod vnus alio ſit ditior. qualitatẽ, quæ inter diuites & pauperes videtur, om-
nium rerum bonã ordinationem damnas; idq; in-
C iuſtè. Si enim, ita vt decebat, cũ magna mentis intẽ-
tione hæc ſcrutari voluiſſes, etiamſi nullum aliud
diuinæ prouidentiæ argumentum habuiſſes, certè
ex diuitijs & paupertate eam deprehendere potuiſ-
ſes. paupertate enim ſublata, vitæ totius conſtitutio
Dei prouidentia docetur. tolleretur, & omnis viuendi ratio perturbaretur.
Nã neque nauta erit, neque gubernator, non agri-
cola, nõ cæmẽtarius, non textor, nõ ſutor, nõ mate-
riarius, nõ ærarius, non coriarius, piſtórue, nec alius
vllus opifex: quibus ſi nobis carendũ ſit, omnia peſ-
ſum ibũt. Nũc enim quaſi magiſtra quædã optima,
neceſſitas paupertatis ſingulos ad opera vel inuitos
perurget. Quòd ſi omnes eſſent diuites, omnes etiã
in otio viuerẽt, atq; ita omnia corrũperentur, & ni-
hil nõ periret. Præterea ſuis ipſorũ verbis cõuinci
poſſunt, & ad ſilentiũ redigi. Cur enim, quæſo, Dei
prouidentiã accuſas? nẽpè quòd alius plus, alius mi-
nus pecuniarũ poſſidet. Quid tũ? ſi in maioribus re-
D bus, & quibus vita noſtra conſtat, pares eſſe omnes
homines oſtendã; neceſſe erit vt per omnia diuinã
prouidentiã approbes. nam ſi inde colligis nullam
eſſe prouidentiã, quòd vna in re potior ſit diuitum
cõditio, videlicet pecunijs; ſi compertũ fuerit om-
nes æqualiter potiri, non vna re neque tam vili, ſed
pluribus & multò maioribus, perſpicuum eſt quòd
inde vel inuitus Dei prouidentiæ cogeris aſtipulari.
Age, ad ea quibus noſtra vita conſtat, ſermone pro-
grediamur, eaq; diligenter inquiramus, & videamus
an in illis plus paupere diues habeat. Puta diues ha-
bet Thaſium, & alios multos fictitios potus & ad vo-
luptatem conditos; ac fontes aquarũ omnibus ſunt
pariter propoſiti, tam pauperibus quã diuitibus. Ri-
debis forte audiens hanc æqualitatem. Audi igitur
quantò præſtãtior ſit quouis vino aquæ natura, ma-
Paupertatis bona vociferãtur cum diuitum miſerijs. giſq; neceſſaria & vtilis; & reuocabis tuam ſenten-
tiam, veraſq; pauperum diuitas intelliges. nã vino
quidem ſublato nõ magnũ fuerit detrimentũ, præ-
terquam infirmis ſolis: ſi quis autẽ fontes ſuſtulerit
& aquarum elementum; vitã omnem noſtram ſub-

A uerterit, & omnes perdiderit artes: ac ne biduũ qui-
dem durare poterimus, ſed ſtatim omnes moriemur
morte quadam miſerabili atq; grauiſſima. In neceſ-
ſarijs itaq; rebus quibus vita conſtat, pauper nõ eſt
inferior, imò, ſi mirum quiddã dicendum eſt, ſuperat
etiam diuitẽ. multos enim diuites cernimus propter
delicias valetudinarios, vt plurimũ aquæ potu ab-
ſtinere: pauper autem per omnem vitã his fluentis
liberè fruitur, tanquã ad mellis fontes, ſic ad aquarũ
currens riuulos, ſinceram inde & purã percepturus
voluptatem. Quid autẽ ignis natura? nónne theſau-
rus quibuſdam vtilior, humaniſq; diuitijs omnibus?
& hic quoque theſaurus ex æquo diuiti pariter ac
pauperi propoſitus eſt. Quæ verò naſcitur ab aere
corporibus noſtris vtilitas, & lux ſolaris, nũquid di-
uitibus magis quàm pauperibus exhibetur, & eã illi
quatuor, hi duobus tantùm oculis vident? Sed neq;
hoc quiſquam dicere poteſt: vtriq; enim pari mẽſu-
ra ea perfruuntur; imò verò & hic pauperũ partes
ſunt pauciores, quantò & ſenſus habẽt vegetiores,
& acutiorem oculũ, vt vim percipiendi præſtantio-
B rem. quapropter & veriorẽ hauriunt voluptatem, &
creaturarum contemplatione magis delectantur.
Non in ſolis autem elementis, ſed in omnibus alijs
naturæ muneribus, multam videbis æqualitatẽ, imò
prærogatiuam etiam pauperũ. nam ſomnus omni-
bus delicijs ſuauior magiſq; neceſſarius, omnique
vtilior nutrimento, pauperibus eſt quàm diuitibus
facilior, atq; ſincerior etiam. Illi enim vt qui in de-
licijs degunt, cibo famem, potu ſitim, ſomno dor-
miendi neceſſitatem præueniunt, atque ita omnem
voluptatem ſibi-met-ipſis intercipiunt: non enim
perinde in natura iſtorum, ac in vſu neceſſario vo-
luptas conſiſtit: non ita placentas edere iuuat, ſicut
eſuriendo quemuis cibum ſumere: non ita molli re-
cubare ſtrato, vt oppreſſum ſomno vbiuis iacere;
quæ omnia magis apud pauperes ſunt, quàm apud
C diuites. Quæ verò pertinent ad corporis valetudi-
nem, & omnem aliam bonam habitudinem, nónne
cõmunia ſunt diuitibus iuxtà ac pauperibus? Nemo
dicere poteſt aut oſtendere, quòd pauperes ſemper
ægrotent, diuites ſemper proſpera vtatur valetudi-
ne. Contrarium quidẽ videre licet, pauperes nõ fa-
cile inſanabilibus morbis capi, ſed eos paſſim in di-
uitum corporibus prouenire. certè podagræ, graue-
dines, diſſolutiones neruorum, aut cõtractiones, va-
rij fluxus vitioſi ac corrupti, delicatos illos magis
infeſtant; eos qui vnguenta olent, non eos qui labo-
rant & exercentur, & quotidianâ operâ victum ſibi
comparant. Quapropter mendicis etiã miſeriores
ſunt, quotquot in delicijs viuũt, id quod nec ipſi in-
ficiari poſſunt. Frequẽter quippe diues molli lectu-
lo cubans, inter omnimoda ſeruorũ ac ancillarum
obſequia, audito mendico per vicum clamore panẽ
D petente ingemuit, & cum lacrymis precatus eſt, vt
talis fieret, dummodò ſanus, potiuſquàm in diuitijs
aduerſa laboret valetudine. Nec tantũ valetudinis
proſperitate, ſed prolis etiã fælicitate, diuites nihilò
potiores videas, quàm pauperes; ſed vtrobiq; indif-
ferenter aut nullam aut numeroſam ſobolem: quin
potius & hac parte diuitẽ videas inferiorem. pauper
enim licet pater non fiat, haud multum ſentit dolo-
rem: diues autem quantò magis auctam rem videt,
tantò magis orbitate angitur, hęredis deſiderio nul-
lam ſentiens voluptatem. Et pauperis quidem hæ-
reditas, licet ſine liberis decedat, cùm propter exili-
tatem non ſit contentione digna, ad amicos tranſit
atque cognatos: diuitis autem, eò quòd multorũ ad
ſe alliciat oculos, non rarò ad inimicos defuncti de-
uenit. Quod cùm ille viuens in alijs fieri videat, vitã
degit morte moleſtiorem, in ſe quoque expectans
idem factum iri. Quòd autem ad mortem attinet,
nónne & hic eadem æqualitas? nónne tam diuitibus
quàm pauperibus immaturæ mortes accidunt? at-
que etiam poſt mortem nónne tam his quàm illis
omnibus ſimiliter corpus diſſoluitur, fauillaque fit

& puluis

& puluis & vermes gignit? At funeralia nequaquã A ſimilia. at quæ vtilitas? cùm enim defuncto multam inculcaueris veſtem pretioſam & auratam, nihil aliud niſi maiorem inuidiam & criminationem attuleris, & aduerſus defunctum omnium ora reſeraueris, & innumeras ei parateris maledictiones, dum ſinguli rumpuntur indignatione, & mortuum execrantur, qui ne poſt obitum quidem inſanire in pecunias deſiuerit. Huc accedit aliud malum, quòd furum oculi irritantur. itaque quò maius eſt officiũ, eò maioris illi fit occaſio cõtumeliæ. pauperis enim cadauer nemo ſpoliare curat, ipſa indumentorum vtilitate tutum. hic autẽ obices & feræ, fores atque cuſtodes, omnia in caſſum. adhibentur, cũ pecuniarum auiditate nihil nõ audeant qui talibus maleficijs ſeſe aſſuefecerunt. itaq; maior honor defuncto maiorem infert iniuriam; & cui vilia funeralia contingunt, iacet inuiolato ſepulcri honore: cui verò B pretioſa, is ſpoliatur ac illuditur; aut ſi hoc ludibrium euadat, ne ſic quidem potior erit, niſi quòd maior corruptio fiet, largiuſque vermi pabulum. Hæccine ſunt quæſo, ob quæ beatos prædicemus? & quis eſt adeò miſer ac ærumnoſus, vt ob hæc hominem exiſtimet inuidioſum? Verùm & alia ſingu- A la percurrentes, diligenterque ſcrutantes, pauperes diuitibus præponendos cõperiemus. Hæc igitur diligenter conſiderantes, & omnia reliqua percurrentes, (dicitur enim, *Da ſapienti occaſionem, & erit ſapientior*,) illud continue retinentes memoria, quod Prou. 9.a pecuniarum copia nihil amplius affert poſſeſſoribus, quàm curas, ſollicitudines, timores, & pericula; nihilo deteriorem quàm diuitum noſtram conditionem putemus. Si enim aduigilauerimus, potiores etiam partes habebimus, tàm in ſeculi rebus, quã in diuinis. nam & voluptatem & ſecuritatem, bonamq; opinionem ac valetudinem, tùm rectam viuendi rationem, ſpem in futurum bonam, minoremque peccandi occaſionẽ apud pauperes magis quã apud diuites inuenias. Abſit igitur vt more ſeruorũ ingratorum murmuremus, aut vituperemus Dominũ, ſed pro omnibus rebus gratias agamus, B nihil malũ ducentes niſi peccatum, nihil bonũ niſi iuſtitiam. Si ſic ſenſerimus, nõ ægritudo, nõ inopia, non ignominia, nihil denique ſimile moleſtũ nobis erit: ſed puram ex omnibus rebus percipientes voluptatẽ, futura conſequemur bona, gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri gloria ſimul & ſancto Spiritui in ſæcula ſæculorum. AMEN.

LAVS MAXIMI, ET QVALES DVCENDÆ SINT VXORES, HOMILIA.

SIGISMVNDO GELENIO INTERPRETE.

QVODQVIDEM proximæ collectæ intereſſe mihi non contigerit, doleo; quod vero ipſi tum magis opiparam menſam nacti ſitis, gaudeo. Mens enim in trahendo iugo cõpar, nuper proſciſſis veſtris ſulcis larga lingua inſperſit etiã ſemina, omniq; diligentia veſtras excoluit animas. Vidiſtis linguæ puritatem, audiſtis bene tornatam orationem, datum eſt vobis aqua frui ſaliente in vitam æternam, vidiſtis fontem ſcatentem fluuijs aurum purum deferentibus. Ferunt quemdam fluuiũ C auri ramenta inferre accolis, non quod eius aqua naturam auriferã habeat, ſed quia fontes eius oriũtur in montibus metallicis, per eos labens fluuius, arenaſq; trahens aureas, accolẽtium theſauros auget vltro oblatis diuitijs. Huius fluminis in morem nuper veſter magiſter labendo per ſcripturas tanquam montes metallicos, quouis auro pretioſiores ſententias intulit veſtris animis: Quapropter ſcio quod apparatus noſter hodie vobis videbitur exilior. Qui enim paupere menſa continua fruitur, ſi quãdo forte fortuna in copioſiorem inciderit, mox ad propriam reuerſus tãto magis ſentit eius inopiã. Attamen nihilo ſegnius orationem aggrediar. Noſtis enim à Paulo docti & ſaturati. *Et eſurire, & abũdare, & egere*, mirari diuites, nec tamen pauperes contemnere. Et quemadmodum vini amãtes potatores D (Philip. 4.) delectantur quidem generoſo, ſed deterius nõ faſtidiunt: ſic vos quoq; qui deperitis in diuina eloquia magiſtros doctiores ſuſpicitis, ita tamen vt non vulgare ſtudium impẽdatis etiã mediocribus. Qui enim luxu diffluunt vel ad ſumptuoſam mẽſam nauſeabundi diſcumbunt: contra ſobrij qui eſuriunt ac ſitiunt iuſtitiam, vel ad pauperem mẽſam magna alacritate accurrunt. Quod autem hæc non loquar ad gratiam proximo quem ad vos habui ſermone ſatis apparuit. Cum enim multa verba faceremus de cõiugio, docentes merum eſſe adulterium dimittere vxores, aut dimiſſas viuo etiamnum priore marito ducere, allegaremuſq; legem ab ipſo Chriſto, latam vbi disertè legitur, *quod qui dimiſſam ducit committit adulterium, & qui præter ſtupri cauſam dimittit vxorem facit eam adulteram*, animaduerte multos demiſſo capite cædere ſibi faciem, ac ne vultum quidẽ poſſe attollere: ad quod ſpectaculum ſublatis in cœlum oculis, laudandus inquam Deus quod non mortuis inclamamus auribus, ſed noſtra verba vehementer tangant auditorũ animos. Satius quidem eſſet omnino à peccando abſtinere, non paruum tamen ad ſalutem momentum eſt, agnitum peccatum dãnare & caſtigare diligenter conſcientiam, vtpote cũ hoc ipſum iuſtificationis pars ſit, & impoſterum à peccando arceat. Hinc eſt quod etiam Paulus eos qui peccauerunt contriſtatos gaudebat, non ob eorum triſtitiam, ſed quod per hanc occaſionem correctores facti ſint. *Gaudeo*, inquit, *non quod contriſtati fueritis, ſed quod contriſtati ſitis ad pœnitentiam. Nam qui ſecundum Deum eſt dolor is pœnitentiã ad ſalutem non pœnitendã parit.* Ergo ſiue proprijs ſiue alienis peccatis tunc indoluiſtis, ingenti laude eſtis digniſſimi. Nam & qui pro alienis dolet apoſtolica præ ſe fert viſcera, & beatũ illum imitatur: dicentem, quis infirmatur, & ego nõ infirmor? *Quis ſcandalizatur, & ego non vror?* & qui proprijs mordetur, debitam ſceleribus ſuis pœnam extinxit, & per hunc dolorem, in futurum ſe cautiorem reddidit. Hac de cauſa ego quoque cum viderem figẽtes lumina terræ, gementeſque & tundẽtes faciem, D gauiſus ſum cogitans quantus ſit fructus eius triſtitiæ: quo ſit vt & hodie idem argumentum tractare libeat, vt quibus cordi ſunt nuptiæ, mature de hoc negotio deliberent. Si enim domum empturi aut mancipium, curioſè conſideramus tum venditores, tum priores dominos, ipſorum quoque venalium tam corporis habitudinem quam indolem animi; quanto magis diſpiciendum eſt de futura coniuge? domum enim, ſi vitioſa ſit, licet denuò vendere, ſicut & ſeruum nequam compertum venditori reſtituere: vxorem vero ſemel acceptam nõ item fas eſt eis à quibus acceperis reddere: ſed neceſſe eſt in perpetuum eam domi habere ni malis ea eiecta reus adulterij iuxta legem diuinam fieri. Quando igitur

Marginal notes: Match. 19 — Pœnitentiæ vtilitas. — De vxore diligenda præclara documẽta.

A vxorem ducturus es, non ſolum ciuile ius, verum
etiam Eccleſiaſticum legito: nam ſecundũ hoc nõ
illud. extrema die iudicandus es: & illo contempto
ieiunijs tantum mulctaberis: hoc autem calcato in
animæ ſupplicium incides & ignẽ inextinguibilem.
Tu vero vxorem ducturus externi iuris peritos dili-
genter conſulis. & ſollicite diſquiris, quid futurum
ſit ſi ea decedat nullis relictis liberis, quid itẽ ſi duo
treſve fuerint ſuperſtites, tum quomodo viuo patre
ſuo defunctóve rebus ſuis vſura ſit: quantũ ex eius
patrimonio marito, quantũ fratri mulieris obuenire
debeat: quomodo itẽ vniuerſa vxoris bona retinẽ-
da ſunt, quando contra cedendũ omnibus: aliaque
ſimilia percunctaris curioſius, modis omnibus. Cir-
cumſpiciens ne quid ex vxoris bonis ad agnatos ip-
ſius redeat: quamuis (vt iã dixi) ſi quid præter opi-
nionẽ acciderit, dãnum te ſequatur tantum pecu-
niarum: & non abſurdum videtur, cùm tantũ ratio-
nem habeamus pecuniæ, animæ periculũ & reddẽ-
dam in illa die rationem cõtemnere? cũ hic potiſ-
B ſimũ cura adhibenda ſit. Quapropter vxores du-
1. Cor. 7. & ad Epheſ. 6. cturi ſuadeo beatũ Paulum adeant, & leges apud eũ
de coniugio ſcriptas perlegãt, cognitoq; prius quid
ille cenſeat faciendũ, ſi vxor cõtingat malitioſa aut
vino dedita, ſi maledica aut fatua ſimilive obnoxia
vitio, tũ demum de nuptijs cogitẽt. Si enim videris
quod tibi permittat in vno quouis tali vitio depre-
henſam expellere domo, & aliã pro illa introduce-
re, vt extra periculũ conſtitutus bono eſto animo.
Quòd ſi hoc nõ ſinat, ſed iubeat quodcumq; præter
impudicitiam vitium habentem diligere, obfirma
animũ, quaſi laturus qualis qualis tandẽ obtigerit,
ſin hoc graue videtur & intolerabile, omnẽ curam
adhibe vt commodam, æquis moribus præditam, &
obſequentem vxorem ducas, certus quod ſi malam
duxeris, alterutrum neceſſario ſequitur, vt aut feras
perpetuam moleſtiam; aut ſi hoc nolis, eiecta illa
reus fias adulterij. *qui etiam eijcit vxorem*, inquit, *abſque
cauſa ſtupri, facit eam adulteram: & qui ſic dimiſſam ducit,
committit adulterium.*
C Hæc ſi ante nuptias rectè diſpexerimus, & leges
has cognouerimus, dabimus operam ab initio aptã
& moribus noſtris conuenientem ducere: quo fa-
cto non hoc tantũ lucrabimur, quod eam numquã
eijciemus, ſed magno etiam affectu eam diligemus,
quemadmodum Paulus præcipit. Cum enim dixiſ-
Epheſ. 5. ſet: *viri vxores diligant*; non hic conſiſtit, ſed modum
etiam amoris præfiniuit. Ad quẽ tandem? Viri diligi-
te vxores. Dic quomodo? quem mihi diligẽdi modũ
præſcribis? *ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam.* Et quomo-
do quæſo Chriſtus dilexit? *Ita vt ſemetipſum pro ea tra-
deret.* Itaque etiamſi mori pro vxore oporteat, ne-
quaquam tergiuerſaberis. Nã ſi Dominus ſeruã ita
dilexit vt ſemet pro ea traderet, multo magis cõſer-
D uam oportet ſic diligi. Sed videamus ne forte pul-
chritudo ſponſæ aut præclara indoles ſponſum at-
traxerit: Ne hoc quidẽ dicere poſſumus. Quod enim
deformis ac impura fuerit, audi quæ deinceps ſequa
tur. Nam cùm dixiſſet, tradidit ſeipſum pro ea, mox
Ibidem. ſubiunxit, *vt ſanctificaret eã purificatã lauacro aquæ.* Cum
autem dicit purificatam, oſtendit impurã ante fuiſ-
ſe & contaminatã, idq; non vulgari impuritate, ſed
lõgè maxima, vt quæ nitore ac fumo cruoreq; cum
alijs id genus innumeris ſordebat maculis. Attamen
non aduerſatus eſt eius deformitatẽ, ſed trãsforma-
uit in meliore faciẽ, remiſſis peccatis priſtinis. Hunc
& tu imitare, & ſi plurimum in te vxor peccauerit,
totum ei remitte & condona: ſi malè moratã nactus
fueris, refinge eam ad bonitatem ac mãſuetudinem,
ſicut & Chriſtus Eccleſiã. Non ſolùm enim immun-
ditiam eius abſterſit, ſed ſenium quoq; abraſit exu
to veteri homine, qui totus conſtabat è vitijs: Quod
Ibidem. etiam Paulus ſubindicat his verbis, *vt adhiberet eã ſi-
bipſi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam aut rugã.*
Non enim pulchram ſolum reddidit, ſed & iuuenẽ,
non iuxta naturã corporis, ſed iuxta voluntatis ha-

A habitudinem. Nec hoc ſolum admiratione dignum
eſt, quod nactus deformem, mala facie præditã, tur-
pem ac vetulam, non auerſatus eſt talem: ſed quod
morti ſeipſum obijciens refinxit eam in pulchritu-
nem incredibilem: atque etiam poſthæc ſæpè ſordi-
datam animaduertens & maculatam, nec eijcit eam
è thalamo, nec abrumpit nexus cõiugij: ſed mauult
eam curare & remedijs corrigere. Quàm multi enim Quomodo cum mala vxore agendum.
quæſo poſt acceptam fidem in peccata relapſi ſunt,
nec tamen eos ob hoc faſtidijt: qualis fuit ille qui
apud Corinthios ſtuprum commiſerat, cùm eſſet
membrum Eccleſiæ: nihilominus non occiſum eſt
id membrum, ſed ſanitati redditum. Quin & Gala-
tarum Eccleſia vniuerſa reſilijt & ad Iudaiſmum
relapſa eſt; attamen ne illã quidem repulit, ſed cu-
ratam Pauli opera ad priſtinam reduxit conſuetudi-
nem. Quemadmodũ & in noſtris corporibus ſi mor-
bus acciderit, nõ membrum abſcindimus, ſed mor-
bum pellimus: ſic & cum vxore agendũ eſt. ſi quod
inſit ei vitium ne ipſam eijcias, ſed vitium abigito.
B Atqui vxor quidẽ emendari poteſt, membrũ autem
læſum curare ſępe eſt impoſſibile; & tamen quamuis
ſciamus id incurabile, ne ſic quidem reſcindimus:
ſed cum alius loripes, alius ex crure laborans clau-
dicet, alius manum aridã & emortuam circumferat,
alius oculum lumine orbũ, nemo tamen eorũ ocu-
lum aut manum aut crus pedémve vult amittere: &
quamuis ſint inutilia cæteriſque membris dedecus
afferant, tamen innato quodã affectu vt partẽ eiuſ-
dem corporis ea proſequimur. An non igitur abſur-
dum fuerit, vbi nulla ſperatur vtilitas aut corre-
ctio, tantam adhibere ſollicitudinem: vbi vero bo-
na ſpes ſupereſt & facilis mutatio, nullam medicinã
facere. Nam innata vitia nullis cedunt remedijs,
voluntas autem deprauata poteſt corrigi. Quod ſi
tuam vxorem neges curabilem, vt quæ obſtinatè
mores ſuos retineat, ne tum quidem abnegãda eſt.
Neque enim membrum incurabile recidimus. Eſt
autem & hæc pars tui corporis, dictũ eſt enim, erunt
C duo in carnem vnam. Et membrum quidem inſa-
nabile curaſſe nullum operæpretium fuerit: contra
vxoris vitio licet inſanabili ſi medearis, magnum ti-
bi propoſitum eſt præmium. Quãtumuis enim fru-
ſtra ſit omnis diſciplina & inſtitutio, tolerantia ta-
men tua mercede diuinitus promiſſa non fruſtra-
bitur, quod propter Dei timorem tantum moleſtia-
rum ſuſtinueris, & moroſam feminam æquo animo
tuleris & membrum tuum cõſtanter pertuleris. Eſt
enim vxor membrum noſtrum neceſſarium, & hoc
potiſſimum nomine debetur ei beneuolentia: quod
& Paulus his verbis præcepit: *ſic debent mariti ſuas* Ibidem.
*vxores diligere ſicut propria corpora. Nemo enim vnquam
ſuum corpus odio habuit, ſed nutrit & fouet, ſicut & Chriſtus
Eccleſiam, quoniam membra ſumus eiuſdem corporis ex carne
D eius & oſſibus eius.* Magnum hic ſubindicauit myſte-
rium, dicens ex carnibus eius & oſſibus eius: Sicut
Æua inquit ex latere Adami prodijt, ita & nos è
Chriſti latere. hoc enim eſt, ex carne eius & oſſibus
eius. ſed Æuam quidem è latere Adami prognatam
ſcimus omnes, & diſertè hoc in ſcriptura legitur:
quod immiſit in eum ſoporẽ, & exempta vna è co-
ſtis eius ædificauit mulierem: quod autem Eccleſia è
Chriſti latere orta ſit, vndénam diſcere poſſumus?
hoc quoq; ſcriptura indicat. poſtquam enim Chri-
ſtus in crucem ſublatus & affixus expirauit, deniq;
accedens vnus militum pupugit latus illius, & exijt
inde ſanguis & aqua, & ex illa aqua & ſanguine tota
conſtat Eccleſia. Teſtis eſt ipſe dicens, quod *niſi quis* Ioan. 3.
*renaſcatur ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum
cælorum.* ſanguinem autem appellat ſpiritũ. Et naſci-
mur quidem per aquam baptiſmatis, alimur autem
per ſanguinẽ. Vides quomodo ſimus ex carne eius
& oſſibus eius, dum ex ſanguine illo & aqua tum
naſcimur, tum alimur? Et quemadmodum Adamo
dormiente mulier eſt condita, tum Chriſto mortuo
facta eſt Eccleſia ex eius latere. Nec ob hæc tan-

tum

A

tum amanda eſt vxor, quod membrum noſtrum eſt & ex nobis originem habuit, ſed quia legem

Matth. 19

etiam ſuper hoc Deus ſtatuit, ſic dicens: *propterea relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnẽ vnã*, nam ideo nobis hanc legem Paulus relegit, vt modis omnibus nos ad hunc amorem compelleret. Hic mihi conſidera ſapientiam Apoſtolicam: non enim ſolis diuinis aut ſolis humanis legibus nos inducit ad amandas coniuges, ſed mixtim vtriſque: quod ſublimes quidem viri ac Philoſophici magis moueantur cæleſtibus, infirmos autem & humiles naturale amoris incitamentum magis moueat. Ideo primum à Chriſti beneficijs doctrinam hanc incipit ſic dicens, *Diligite vxores veſtras ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam.* Deinde rurſus idem agit humanis rationibus: *ſic debent mariti ſuas vxores diligere vt ſua ipſorum* corpora, deinde rurſum ad Chriſtum reuertitur: *quoniam membra ſumus ex corpore eius & ex carne eius & ex eius oſſibus.* Ac rurſum ad humanas rationes reuertitur, *propterea relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.* Lectaque hac lege: *myſterium*, inquit, *hoc magnum*

B

Epheſ. 5.

eſt. quomodo magnum eſt? dic mihi. Quod virgo aſſeruata omni tempore, ſponſum numquam ante viſum mox à prima die deſiderat, & amat tamquam corpus proprium. Rurſum vir quam numquam vidit, numquam alloquutus eſt, mox à prima die præfert cæteris omnibus & amicis & familiaribus, denique ipſis parentibus. Parentes item ſi per aliam cauſam auferatur eis pecunia dolenter ferunt & in ius trahunt qui abſtulit: homini autem ſæpe numquam ante viſo & ignoto etiam, dotẽ vna cum filia luculentã in manus dant. Idq; libenter faciunt, neque ſe da uno affici exiſtimant, ſed videntes abduci filiam non meminerunt conſuetudinis, non dolẽt, non anguntur, ſed gratias agunt inſuper & rem optabilem putant filiam à penatibus cum multa abduci pecunia. Hæc igitur omnia Paulus conſiderans

C

quod à parentibus relictis ambo ſibi mutuis iungũtur nexibus, nouumque conſortium maiorem antiqua conſuetudine vim accepit: animaduertenſq; non eſſe hoc humanum negotium, ſed diuinitus amores tales inſeri vt nuptæ pari elocentur atque aſſumantur lætitia, myſterium, inquit, hoc magnum eſt. Et quemadmodum recens natus infantulus aſpectu ſtatim parentes noſcitat priuſquam ſciat voces edere: Ita ſane & ſponſus ac ſponſa, nemine ſequeſtro, memine hortatore, primo ſtatim aſpectu conciliantur inuicem. Id cum in Chriſto etiam animaduertiſſet, & Eccleſia non ſine ſtupore quodam admiratus eſt. Quomodo igitur, *in Chriſto & Eccleſia*, idem contigit? Sicut ſponſus relicto patre ad ſponſam properat, ita & Chriſtus, relicto paterno ſolio, venit ad ſponſam: non nos euocauit ad ſupera, ſed ipſe vltro ad nos aduenit: cum autem aduen-

D

tum audis nõ migrationem, ſed condeſcenſionem intellige. nã etiam cum nobiſcum eſſet, cum patre erat: quapropter, inquit, myſterium hoc magnum eſt. Magnum ſane etiam apud homines, ſed cum video in Chriſtum quoque & Eccleſiam idem competere, tũ vero miraculo rei reddor attonitus. Quãobrem cùm dixiſſet, myſterium hoc magnum eſt, ſubiecit mox: Verum ego loquor de Chriſto & de Eccleſia. Itaq; cũ ſcias quãtum ſit in coniugio myſterium, & quanti figura negotij, nõ temere de hoc delibera, neque ducturus ſponſam pecuniarum acceſſionem reſpice. nõ enim negotiatio, ſed vitæ ſocietas coniugium exiſtimandum eſt. Multos enim audiui dicentes, ille opulentior poſt nuptias factus eſt, cùm fuiſſet pauper antea, nunc ducta vxore diuite & ipſe agit in delitijs. Quid ais bone vir? ex vxore lucrari cupis & nõ erubeſcis? nõ præ pudore ſub terram te abdis talium lucrorũ appetens? hæccine ſunt verba virilia? mulieris vnum eſt officiũ vt parta cuſtodiat, vt cõſeruet redditus, & curet rẽ domeſticã. nam in hoc eam Deus dedit, vt hac in re & in

A

cæteris nobis ſit auxilio. Quoniam enim vita hæc

Vxoris officium

noſtra e duobus cõſtat, e rebus priuatis & publicis, ſuam vtriq; partem Deus attribuit, feminco quidẽ generi curam rei domeſticæ, viris autem negotia publica, forenſia, iudicia ſenatoria, militaria, cætera deniq; omnia. Nõ poteſt mulier haſtam torquere aut iaculari ſpiculũ, ſed colum poteſt ſumere, & telã texere, & cętera negotia domeſtica obire egregie: nõ poteſt in Senatu ſententiam dicere, ſed poteſt de re familiari ferre ſententiã, & ſæpe melius quã maritus proſpexit rebus domeſticis. nõ poteſt adminiſtrare publica, ſed pulchre poteſt educare liberos, quæ quidem præcipua eſt poſſeſſio: Poteſt ancillarũ malefacta deprehẽdere, & in officio cõtinere familiã aliaſq; ſecuritates exhibere marito libero tali ſolicitudine, dũ ipſa domi curat penũ, lanificium, culinam, decorem veſtium, cæteraq; neq; decora maribus, neq; facilia ſi ſibi illa vſurpare voluerint. Eſt enim & hoc diuinæ prouidentiæ, quod is qui in ma-

Viri officium.

ioribus negotijs eſt vtilis, in melioribus reperitur deterior, vt neceſſaria ſit mulierum opera. Si enim

B

in vtriſq; vir præcelleret, facile contemneretur genus femineum. Cõtra ſi in præſtãtioribus maior eſſet vſus mulierũ, plenæ eſſent inſolentia: quamobrem non commiſit vniv traq; ne alterius generis deterior fieret cõditio vt ſuperuacanei: nec tamẽ ex æquo diſtribuit officia, ne inter æquatos honore oriretur de principatu contentio, vxoribus nõ dignãtibus nobis cedere: ſed quo & concordiæ & decorũ proſpiceret, ita ordine ſuas cuiq; ſexui functiones diſtribuit, vt vtilior ac magis neceſſaria pars viro obtingeret, minor autẽ & inferior feminæ, & ille quidẽ propter præcipuum ſui vſum fieret honorabilis, hæc vero propter viliora miniſteria contra coniugẽ nõ inſurgeret. Hæc igitur omnes cum ſciamus, vnũ tãtum quæramus, nempe virtutẽ animi, & morum egregiam indolem. Vt pace fruamur, & oblectemur

C

cõcordia perpetuaq; beneuolentia. Qui enim diuitem duxit vxorem, dominam magis ſibi quæſiuit quã coniugem. Cum enim & abſque hoc mulieres ingenio ſuperbo ſint honoriſq; cupido, ſi opes quoque acceſſerint, quomodo erũt maritis tolerabiles? Qui autem æqualem duxit aut opibus ſibi imparẽ, is adiutricẽ duxit & ſociam, & omnia bona ſuis induxit ædibus. Ipſa enim paupertatis neceſſitas ei perſuadet vt maritum colat modis omnibus, cedẽs illi & obſequens per omnia: ſicq; cõtentionis, rixæ, inſolentiæ, contumeliarum materia tollitur: pacis autẽ, concordiæ, dilectionis conſenſuſque accedit vinculum. Pax igitur & iucunda cõſuetudo quærẽda eſt, non pecunia. In hoc factum eſt coniugium, nõ vt rixis plena ſit domus & bello, non vt lites adſint & cõtentio, non vt mutuis laboremus diſſidijs, & ſic viuamus vt vitæ tædeat: ſed fruamur adiutorio. & portum habeamus, refugium atq; ſolatium, quo

D

leuius feramus incommoda, vtque iucundis vxoris recreamur colloquijs. Quot diuites ductis opulẽtis vxoribus re aucta exciderunt à voluptate concordiæ, ne menſa quidẽ vacante à quotidianis pugnis & cõtentionibus? quot pauperes ductis etiã pauperioribus viuunt in pace, & læti ſolem hunc aſpiciunt? diuites contra omnibus affluentes delicijs, propter vxores vitam exoſam habent mortem votis expetunt? adeò nulla eſt pecuniarum vtilitas niſi in bonam animam inciderint. & quid opus eſt de pace loqui & concordia? quando ditiorem duxiſſe nonnũquam & ad pecunias parandas fuit obſtaculum. Fit enim interdum vt qui totam ſubſtantiam in acceſſione dotis vxoriæ contribuit, paulo poſt immaturum coniugis obitum numerare cogatur affinibus: & quemadmodum naufragi enatant nudo corpore, ita & hic poſt contentiones, rixas, lites & iniurias ægrè tueatur libertatem corporis. Et ſicut inſatiabiles negotiatores repleta naui immineris ſarcinis, & cõgeſtis pluribus quàm perferri poſſint oneribus, merſo nauigio perdiderunt omnia. Ita & qui

Vxor qualis ſit ducenda. prægraues opibus ſequuntur nuptias, dum maiorẽ per coniugium adipiſci ſperant ſubſtantiam, amittunt & eam quæ prius ipſis fuerat. Sicut enim illic vnico fluctus impetu nauis opprimitur, ſic & hic immatura mors coniugis ſuperueniens, cum vxore etiam rem omnem eripit. Hæc igitur omnia cogitãtes non pecunias ſpectemus, ſed probitatem, honeſtatem, & prudentiã. Mulier enim cordata, probata, proba, & modeſta ſit licet pauper, paupertatem commodius ferret quam diuitias: ſicut cõtra moroſa, contentioſa, & intemperans, etiamſi ingentes theſauros in ædibus inueniat, quauis procella citius eos diſſipat, maritumq; ſuper paupertatẽ innumeris inuoluit calamitatibus. Non igitur diuitias quæramus, ſed quæ præſentes facultates diſpẽſet cõmode. & ante omnia diſce quænã fuerit cauſa coniugij, & quamobrẽ in communem vitam introductum ſit, nec quicquã requiras amplius. Quæ igitur fuit cauſa coniugij & cur illud datum eſt diuinitus. Audi

1. Cor. 7. Paulum dicentẽ, Ad vitandas autem ſcortationes quiſq; ſuam vxorem habeat. Non dixit, vt euitetur paupertas, & parentur diuitiæ. ſed quid? Vt ſcortationẽ euitemus, vt moderemur concupiſcentiam, vt viuamus ſobrie, vt Deo placeamus contẽti vxore propria, hoc nobis affert coniugium, hic eius fructus, hoc inde lucrum eſt. Caue igitur omiſſis paucioribus ſecteris quæ minoris ſunt pretij. mens enim ſobria longe præſtat diuitijs. Hoc enim in cõiugio ſpectandum eſt maxime vt peccatum effugiamus, vt immunes ſimus a ſcortationibus: In hoc quærendæ ſunt nuptiæ, vt ad vitam pudice degendam nos adiuuent. Quod ita demum futurum eſt, ſi talis ſponſa contigerit cuius reuerentia nos ad tẽperantiam & probitatem redigat. corporis enim pulchritudo niſi coniunctam habeat virtutem animi, poterit quidem maritum vſque ad decem aut viginti trigintaue dies capere, ſed eandem vim non obtinebit vlterius, quod incentiuum illud amoris vaneſcat detecta malitia. At quę animi pollent pulchritudine, quo magis temporis proceſſu generoſitatem ſuam approbant, tanto acriori flamma vrunt maritorum pectora. Hoc pacto vbi feruida & germana innaſcitur beneuolentia, omne ſtupri genus exulat, & ſic amanti vxorem ne in mentem quidem venit voluptas niſi legitima, immanenti amoribus proprijs, & per pudicitiam captanti fauorem cæleſtis numinis, cuius auſpicijs & beneuolentia inter coniuges ſit perpetua, & facilius adminiſtretur res domeſtica. Sic vxores ſibi quærebant priſci illi, virtute nobiles & præclaram animi indolem in eis ſpectantes, non pecuniarum copiam: quod ita eſſe vt dixi vno exemplo indicabitur. Abrahamus iam ſenior prouectæque ætatis dixit ſeruo maiori domus

Geneſ. 24 ſuæ, qui præerat eius omnibus facultatibus, *pone manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te per dominum Deum cæli & terræ, vt non accipias vxorem meo Iſaaco de filiab. Chananæorũ inter quos habito, ſed ad terram meam, & ad cognationem meam proficiſcaris, & inde vxorem filio meo capias.* Viden' iuſti huius virtutem, quanta cura nuptijs proſpexerit. non enim adhibuit perductrices mulierculas, vt nunc fit, neque pronubas aut anus garrulas, ſed famulo ſuo commiſit hoc negotium: quod ipſum magnum pietatis Patriarchæ argumẽtum eſt, quod tã bene inſtituit famulum, vt dignius fieret, cui crederetur tale miniſterium. Deinde mulierem quærit non formoſam aut diuitem, ſed generoſis moribus præditam: & hac de cauſa hominem iubet tam longinquam peregrinationem ſuſcipere, nunc contemplare & famuli mentem egregiam. Non enim dixit: quid hoc eſt rei? tot ſunt propinquę gentes, tot in eis filiæ nobilium, & illuſtrium, ſimulque prædiuitum, & tu me mittis in terram tam longè diſſitam, ad ignotos homines: quem illic cõpellabo? quis me agnoſcet? quid ſi inſidias mihi ſtruant? quid ſi conentur decipere? nihil enim hoſpite magis iniurijs expoſitum. Nihil tale nec dixit, nec cogitauit: ſed miſſis talibus cogitationibus, quod maxime ſuſpectum eſſe poterat ſuſpicatus eſt ſine reſponſatione obediens, neceſſaria tamen interrogatione declarans ſuam prudẽtiam. Quid igitur eſt quod interrogauit dominum,

Ibidem. *ſi noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad regionem ex qua egreſſus eſt?* reſpondit Abrahamus: *caue nequando reducas filium meum illuc. Dominus Deus cæli & terræ qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui loquutus eſt mihi & iurauit, dicens: ſemini tuo dabo terram hanc, ipſe mittet angelum ſuum coram te, qui iter tuum proſperum faciet.* Viden' viri fiduciam? non aduocauit amicos, aut cognatos, non aliũ quemquam, ſed Deum adiunxit ei ſequeſtrum ac comitem: & quo magis animum adderet famulo, nõ ſimpliciter dixit, Dominus Deus cæli & terræ: ſed ſubiunxit, qui ſumpſit me è domo patris mei: Recordare, inquit, quomodo tantam peregrinationem ſuſcepimus. quomodo relicto ſolo patrio, maiorem apud exteros fœlicitatem inuenimus: quomodo quæ impoſſibilia videbantur, facta ſunt poſſibilia. Nec hoc ſolum in mentem ei reuocans dixit, qui ſumpſit me è domo patris mei, ſed etiam quod debitorem Deũ habeat. Obligauit ſe nobis, inquit, ipſe pollicitus eſt terrã hanc mihi ſe daturum, & meo ſemini quapropter etiam ſi nos indigni ſimus beneficio, certè ne promiſſio fiat irrita nobis aderit, alioqui & cũcta quæ deſtinauimus reddet facilia, & ad effectũ qualem optamus perducet. His dictis miſit famulum. Ille poſtquã peruenit quo voluit, nõ adijt quemquã ex eius vrbis habitatoribus, nõ alloquutus eſt homines, non cõpellauit mulieres: ſed vide quã bona fide, ſequeſtrum quẽ acceperat eũ retinuit, & præter eũ appellauit neminẽ. ergo ſtãs, ſic vota fecit Domino. Domine Deus, heri mei Abrahami, ſis mihi hodie præſens ac propitius. nec dixit, Domine Deus meus: ſed quid? Domine Deus heri mei Abrahami. Etiã ſi ego abiectus ſim, inquit, & humilis, certè herũ meum pro me allego, nõ enim mihi, ſed illi miniſtraturus huc veni: Illius igitur reſpectu conatus meos adiuua. Deinde ne putes eũ tamquã debitum repetere, audi quæ ſequuntur. *Et fac miſericordiam cum hero meo Abrahamo.* Ibidem. Etiamſi plurima extarent, inquit, noſtra merita, rogamus tamen vt tua nos ſerues gratia, totũ vt beneficiũ acceptum ferẽtes non vt debitum; & quid ſibi poſtulat? *ecce ego ſto,* Ibidem. inquit, *prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui dixero: præbe hydriam tuam vt bibam, & illa reſpõderit, bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipſa eſt quam præparaſti ſeruo tuo Iſaaco, & per hoc cognoſcam quod feceris miſericordiam cum hero meo Abrahamo.* Vide ſapientiam famuli, quale ſignum deſtinet. Non dixit: ſi quam videro mulis pilentóue inuehi, eunuchorumque agmen poſt ſe trahere, & numeroſum famulitium, puellam ætate ac forma florida, eam præparaſti tuo famulo. Sed quid? cui dixero: præbe hydriam tuam vt bibã: Quid ais bone vir? adeóne vilẽ herili tuo quæris coniugẽ agnatricem & non dedignantem tuum eloquium? Etiam, inquit, miſſus enim ſum nõ pecunioſam aut formoſam, ſed morib. ingenuis præditam quærere. Multæ ſæpe ex iſtis aquatricib. in ſolidũ virtutẽ poſſident: aliæ cõtra in magnificis deſidentes ædibus, ignauiſſimæ ſunt & deterrimæ. Et qui ſcis hanc eſſe virtute præditã? è ſigno, inquit, quod dixi. & quale hoc virtutis ſignũ eſt? Indubitatũ & maximum. Eſt enim hoſpitalitatis ſignũ certiſſimum. Sic igitur, etſi nõ eiſdẽ verbis loquitur: illã quæro virginem, quæ tã hoſpitalis eſt, vt nullũ quantũ poteſt recuſet miniſterium, idq; non temere facit, ſed quia in eis fuerat educatus ædibus, in quib. maxime colebatur hoſpitalitas: proinde mores quærit herorũ ſuorũ morib. cõſimiles, ducturus ſpõſam in ædes parẽtes hoſpitib. Sic ergo cogitabat: ne qua rixa oriatur inter ipſam & coniugẽ, dũ maritus ſua benignè cõmunicat, in hoc à patre nõ degener, & hoſpites vltro

inuitans,

inuitans, hæc contra præ nimia parſimonia id ve-
tat & non ſuſtinet, vt fit in pleriſque domibus, iam
nunc experiri volo quàm hoſpitalis ſit: quádoqui-
dem hoſpitalitati omnẽ noſtram fœlicitatem debe-
mus. Per hãc ſponſum ipſum herus conſecutus eſt,
per hanc pater factus eſt, vitulũ mactauit & accepit
filiorũ. farinã fermentauit, & quanta ſtellarum eſt
multitudinẽ nepotum ei Deus eſt pollicitus. quádo
igitur hinc omnia bona influxerunt in noſtram fa-
miliã, hanc virtutem requiras ante omnia. Nõ hoc
enim cõſideremus quod homo aquã poſtulauerit,
ſed quod admodũ hoſpitalis ſit animi, nõ ſolũ dare
quod petitur, ſed vltro offerre amplius. Et accidit,
inquit, vt priuſquã is vota perficeret, prodiret Re-
becca ex oppido. Propheticũ illud hic impletũ eſt:
Iſa. 58. *Adhuc loquente te dicam, ecce praſto ſum.* Tales ſunt bo-
norum preces, ante finem earum ſentiunt annuiſſe
numen propitiũ. Ergo tu quoq; vxorẽ ducturus ne
cõfugias ad homines, aut ad mulieres quæſtũ faciẽ-
tes ex alienis infortunijs, & nihil aliud quærentes
quã vt ipſæ opere mercedem capiant: ſed ad Deum
cõfugito. Nõ grauabitur eſſe tuus pronubus, ipſius
eſt promiſſio: quærite regnum cælorũ & adijcientur
vobis hæc omnia. Nec dicas, quomodo Deũ videre
poſſum? cui poſſum habere cũ eo colloquiũ, & in-
terrogare, quominus? infidelis hæc verba ſunt ani-
mæ. Poteſt enim Deus & abſq; voce quicquid vult
e veſtigio conficere: quod hic quoq; factũ eſt. Nã &
iſte nec vocẽ vllam audiuit, nec viſionem vidit, ſed
ad fontem ſtans confeſtim voti compos factus eſt.
Accidit, inquit, vt priuſquam is vota perficeret, Re-
becca prodiret geſtans aqualẽ in humeris, filia Ba-
thuelis è Melcha progeniti, virgo valde formoſa,
virgo & viro incognita. Quid mihi narras pulchri-
tudinẽ corporis? vt diſcas inſignẽ eius pudicitiã, vt
diſcas animi pulchritudinẽ. Suſcipienda nãq; res eſt
ipſe pudicitia, ſed magis etiã ſi cõiuncta ſit cũ egre-
gia ſpecie. Hinc eſt quod & de Ioſeph nobis narra- C
turus, eiuſque temperãtia, præfatus, eſt de illius exi-
mia pulchritudine corporis, dicens formoſum fuiſ-
ſe, aſpectuq; gratũ, & in ipſo flore pulchritudinis, at-
que ita demum ſubiunxit de iuuenis tẽperantia, do-
cens quod formæ decore non ſit vſus ad laſciuiam.
haudquaquã enim pulchritudo ſcortationis cauſa
eſt, ſicut nec deformitas continentiæ. Multæ enim
illuſtres inſigni ſpecie corporis, illuſtriores factæ
ſunt per pudicitiam: aliæ facie turpes turpiorẽ ani-
mam ſtupris ſordidauerũt innumeris, vtrobiq; cauſa
eſt propoſitum animi, non natura corporis. Nec te-
merè eã bis appellat virginem. Cũ enim iam dixiſ-
ſet, virgo erat, ſubiũxit: virgo erat & viro incogni-
ta. Quoniam enim multæ virgines corpus incorru-
ptum ſeruantes, animam habent plenam intempe-
rãtia, fuciſq; ac formæ mangonijs turbam amatorũ
Rebecca laus à caſtitate, modeſtia diligentia, &c. attrahũt, & ineſcãtes oculos iuuenũ in inſidias eos
trahũt ac barathra pelliciũt, oſtẽdens Moyſes quod
hæc nõ talis, ſed tã animo quam corpore virgo fue- D
rit, dixit, virgo erat, & viro incognita. Tametſi mul-
tas habebat occaſiones per quas viris cognoſcere-
tur. Primum corporis pulchritudinem, deinde mo-
dũ miniſterij quo perfungi eſt ſolita: ſi enim in tha-
lamo deſediſſet perpetuò, ſicut noſtri temporis vir-
gines, nec forũ adijſſet, nec exiſſet, paternam do-
mum, nulla eſſet laus ſi diceretur viro incognita.
Cũ autẽ vides eam forum petere, quotidieq; cogi
aquatum ire bis aut ſæpius, atque ita manere viro
incognitam, ea verò laus eſt non minima. Cũ enim
nonnumquam accidat, vt raro forum petens virgo
nec formoſa & comitata ancillis aliquot, amittat
morum puritatem in eiuſmodi euagationibus: Hæc
quæ quotidie ſola prodit è paternis ædibus, idque
non in forum, ſed aquatum ad fontem, quo & alios
multos conuenire eſt neceſſe, an non magna admi-
ratione digna eſt? quippe cuius probitati neq; cre-
bri è domo exitus, neque egregia vultus forma, ne-
que frequentes iuuenum occurſus, neque aliud

A quicquam, detrimentum vllum afferat, dum tam
animo quam corpore ſeruat pudicitiam, diligentius
quam quæ numquam e gynæceo ſe proferũt. plane
talis qualem Paulus requirit dicens, *vt ſit ſancta cor-* 1. Cor. 7.
pore & ſpiritu. Cùm igitur ad fontem deſcendiſſet, iã-
que repleta hydria reuerteretur, occurrẽs ei ſeruus
ait præbe mihi paucillum potus de tua hydria.
Quæ reſpondit, *bibe Domine*; celeriterque depoſuit
hydriam ſuper vlnã ſuam, & præbuit ei donec deſi-
neret bibere. Moxq; ait, *etiam camelis tuis hauriam, do-*
nec omnes bibant. Feſtinanſque effuſa aqua in alueum
vnde potum ſumerent, accurrit ad puteum, vt hau-
riret aquam camelis omnibus. Magna hoſpitalitas
fœminæ, magna modeſtia vt ex ipſius tam dictis
quam factis eſt conſpicuum. Vide quomodo nec
modeſtiæ hoſpitalitas obfuit, nec hoſpitalitati mo-
deſtia. Quod enim non prior occurrit & appellauit
virum, hoc fuit modeſtiæ. Rurſum quod ad poſtula-
ta non renuit neque negauit ſe facturam, hoc mag-
næ hoſpitalitatis ac humanitatis fuit officiũ. Quem-
admodum enim impudenter feciſſet ſi vltro ap-
pellaſſet hominem, ita inhumanum erat ſi rogantis
verba repuliſſet. Nunc vero neutrum fecit: nec
modeſtiæ ſtudio hoſpitalitati defuit, nec hoſpitali-
tis cura laudem verecundiæ ſibi minuit, ſed vtrum-
que virtutem integram obtinuit, declarando ſuam
modeſtiam dum rogari expectat: miram vero hoſ-
pitalitatem dum rogata ſine mora obſequitur, at-
que etiam vltro pluſquam ille petijt exhibet. Nec
refert quod aqua erat quæ offerebatur: tum enim
hanc ſolam habuit. Hoſpitales autem non ex ſum-
ptu cenſendi ſunt, ſed ex facultatibus quádo Deus
eum etiã laudat, qui dedit frigidæ poculum: & eam
quæ duos æreos minutos obtulit, ait cõtuliſſe plus
omnibus, quia totum quod habuit coniecerat. Sic &
iſta his bonum illum virum excepit xenijs, quæ ſo-
la tum ad manum aderant, nec temere aditum eſt
C quod feſtinans cucurrit, & ſimilia, ſed vt intelligas
eam alacriter facere omnia, non ægre ac grauatim,
nec inuitam & coactæ ſimilem. Et ne id paruum pu-
tes, ſæpe aliquem prætereuntẽ rogauimus vt pau-
liſper gradum ſiſteret, ſummiſſaq; ſua face noſtrã
accenderet, aut à baiulante aquam modicum inde
bibere: nec tamen id facere ſuſtinuit, ſed tulit gra-
uiter: hæc autem non modo ſummiſit ei hydriam,
ſed camelis etiam omnibus aquam hauſit affatim,
labori non parcens, & ſuo corpore hoſpilitati co-
miter ſubſeruiens. Non factum enim hoc ſolum,
verum etiam alacritas adiuncta virtutem puellæ in-
dicat, quæ hominem ignotum & tum primum viſum
vocat Dominum, & ſicut Abrahamus ipſius ſocer
prætereuntes non interrogat, quinam ſint & cuia-
tes, quoue iter & vndẽ faciãt, ſed ſimpliciter hoſpi-
talitati dat operam: Ita & hæc. Nõ ſcitatur, quis es & Hoſpitalitatis cõmendatio.
vnde? qua de cauſa venis? ſed pro præſenti copia
tractans hoſpite, non eſt curioſa de cætero. Etenim
D gemmarij & numularij hoc vnũ curant, vt lucrum
capiant ex ijs cũ quibus negotiantur, parum ſollici-
ti quales randẽ illi ſint, ſic hæc ſolũ id quærit vt hoſ-
pitalitatis fructum capiat, vtq; ſolidam eius mercedẽ
percipiat. Bene ſciebat quod hoſpes maximè vere-
cundus ſit, ideoque magna comitate opus habeat.
Et nõ curioſo miniſterio quod ſi de rebus eius per-
cõtemur immodice, tergiuerſari eũ & grauatim ac-
cedere. Quapropter neq; ipſa ſe ita gerit erga hũc,
neque eius ſocer Abraham erga hoſpites, ne ſic ve-
nationẽ ſuam abſterreat, ſed curatis prætereũtium
corporibus & obſecutus ſuo animo, ſic eos dimittit.
Hoc pacto etiam angelos aliquando excepit, circa Geneſ. 18
quos ſi fuiſſet curioſior, non parũ deceſſiſſet mer-
cedi eius debitę admiramur enim eũ nõ quod exce-
perit angelos, ſed quod neſciens eſſe angelos exce-
perit. Nec enim mirandum ſi prudẽs ac ſciens tra-
ctaſſet eos comiter, quorum dignatus quantumuis
immane pectus ac ſaxeum ad huminitatẽ benigni-
tatemque poſſet cogere. ſed hoc meretur admi-

rationem, quod viatores vulgares ratus tantum honoris eis habuit. Talis erat hæc quoque neſciebat hominem quiſnam eſſet aut curnam veniſſet, neque quod conciliaturus eſſet ipſius nuptias, ſed viatorem vnum aliquem putabat & hoſpitem: Idcirco vberior ei hoſpitalitatis merces contigit, quod modis omnibus ignotum tanta proſecuta ſit beneuolentia, ſeruata interim & modeſtia. Neque enim effronti temeritate neque inuita aut ſtomacabunda hoc faciebat, ſed cum decoro ita vt par erat. Hoc enim ipſum Moyſes ſubindicat his verbis: *Ille autem contemplabatur eam tacitus, ſcire volens vtrum proſperum, iter ſuum feciſſet Dominus.* Quid eſt contemplabatur eam. Et habitum, & inceſſum & aſpectum, & verba, omnia denique diligenter examinabat ex corporis geſtibus habitudinem animi colligens. Nec his contentus alterum experimentum adhibet. Accepto enim ab ea potu non deſtitit, ſed rogare pergit: B *cuius es filia indica mihi eſtne in domo patris tui locus quo poſſim diuertere.* Quid illa ad hæc? patienter ac manſuete ſuum patrem indicat. Non dixit indignabunda: tu verò quis es tam curioſus percontator etiam de noſtris ædibus? ſed quid? *Filia ſum Barnelus filij Melcha, quem Nachori peperit. Palearum quoque & fœni apud nos eſt copia, & locus ad diuertendum commodus.* ſicut ante aquam petenti, pluſquam poſceret obtulit: nam cùm ille potum ſibi ſoli petijſſet, etiam camelis ſe præbituram eſt pollicita: ſic etiam hic requirenti tantummodo diuerſorium, inſuper de paleis ac fœno proſpicit, idque non ſimpliciter, ſed copiam eorum promittens, alliciens eum his omnibus & domum pertrahens, vt hoſpitalitatis fructum & mercedem capiat. Hæc autem non obiter, neque negligenter audiamus, ſed noſmetipſi conſiderantes, ad hoc exemplum conferamus: ſic enim intelligemus virtutem huius fœminæ. Sæpenumero notos aliquos & neceſſarios excipientes ægreferimus, & C grauamur ſi vnum aut alterum diem commorati fuerint. Hæc autem ignotum & hoſpitem magna alacritate domum pertraxit, præſertim cum non ipſi ſoli, ſed tot camelis, etiam offerret curam & miniſterium. Poſtquam autem introgreſſus eſt hoſpitium, iam magis conſidera ſeruæ prudentiam. appoſita enim menſa, inquit, non prius cibum capiam quàm loquar quæ mihi mandata ſunt. Vide quam vigilans fuerit & ſobrius. Deinde poſtquam permiſſum eſt ei dicere, videamus quomodo illos alloquitur. Num iſta verba ad eos dixit: Erunt ſe habere illuſtrem & ſplendidum, honoratum ab hominibus, virum magnæ authoritatis apud ciues regionis in qua tum degeret.

Tametſi poterat, ſi voluiſſet, hæc verè dicere: Etenim tamquam Rex colebatur ab eius orationis hominibus. Attamen nihil eorum dixit, ſed omiſſis iſtis, quæ apud homines ſunt in pretio: à diuino enim fauore commendat his verbis: *Ego Abrahæ* D *ſeruus ſum. Dominus benedixit hero meo, valde exaltatuſque eſt, & dedit ei oues & boues, argentum & aurum.* Diuitias eius memorat, non vt opulentum, ſed vt pium eſſe oſtendat, hoc nomine laudans quòd à Deo hæc acceperit, non quod tantarum rerum ſit Dominus. Deinde loquitur de ſponſo: *Et peperit Sara vxor heri mei filium hero meo iam ſeni.* Hic & partus modum ſubindicat, docens quod & partus ei diuina prouidentia conceſſus ſit, non naturæ ordine. Ergo tu quoque ſiue ſponſum ſiue ſponſam quæras, hoc inquire ante omnia, an pius & Deo charus ſit. Si enim hæc adſint, conſequentur & alia: ſin autem deſint, etiam ſi res familiaris abunde ſuppetat, nihil proderit. Deinde ne audiat ab eis, cur igitur nullam indigenam in vxorem accipit: *Adiurauit me*, inquit, *herus meus dicens: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, ſed ad domum patris mei proficiſceris, & de tribu mea accipies vxorem filio meo.* Sed ne totam eius orationem in medium afferentes moleſti videamur, ad finem

A tranſeamus. Cum enim retuliſſet quomodo ad fontem adſtiterit, quid à puella petierit, quomodo illa plus vltro obtulerit, quomodo Deus mediator fuerit, cumque omnia diligenter nuntiaſſet, ſermonis finem fecit. His omnibus auditis illi non amplius dubitauerunt, neque neglexerunt rem, ſed quaſi diuinitus inſtincti ſine mora ei promiſerunt filiam. Reſpondenteſque Laban & Batuel dixerunt, *Mandatum hoc egreſſum eſt à Deo. Ideo non poſſumus tuæ poſtulationi contradicere. En Rebecca, tolle eam & propera, & ſit vxor filij herilis tui, ſicut loquutus eſt Dominus.* Quis non obſtupeſceret? quis non admiraretur quanta impedimeta breui temporis momento ſublata ſunt? Etenim vel quod hoſpes erat, vel quod ſeruus, vel quod ignotus, vel quod nec ſocer, nec ſponſus, neque alius ex eorum neceſſarijs notus erat, horum vnum quodque per ſe ſatis erat impedimenti, quominus hoc connubium ſuccederet: B attamen hæc vniuerſa facilia ſunt reddita, & haud ſecus quam ſi notus eſſet, habitaretque prope, & totam ætatem cum eis verſatus fuiſſet, & commiſerunt ſponſam eius fidei, hac de cauſa, quod auſpice Deo res agebatur: ſicut contra ſi quid eo parum fauente aggrediamur, etiamſi omnia ſint plana & facilia, voragines & ſalebras & innumeras fruſtrationes obiter offendimus: Rurſum eodem adiuuante, licet omnia quæ habemus præ manibus ſint impeditiſſima, plana fiunt & facilia. Nihil igitur, nec faciamus, nec dicamus, niſi inuocato numine, vt noſtros conatus adiuuet. Nunc videamus poſtquam eam accepit, quo pacto adornet nuptias. Num cymbala, fiſtulas, choreas, tympana, tibias ſecum traxit, reliquaſque apparatus ſpecies? Nihil horum, ſed ſola aſſumpta abijt, deducente & comitante angelo, quem herus dum famulum è domo dimitteret, vna mitti à Deo ſupplex impetrauerat. Atque ita ducebatur ſponſa nullis tibijs & citharis C occinentibus, ſed innumeris à Deo caput ornata benedictionibus, vice coronæ pretioſioris quouis diademate: ducebatur autem non aureatis amicta veſtibus, ſed ornata modeſtia, pietate, hoſpitalitate, cæteriſque virtutibus omnibus, ducebatur non in pilento camerato, aut paratu aliquo ſimili, ſed camelo inſidens. Nam præter virtutes animi, etiam corpora virginum olim optima fuerunt habitudine. Non enim ſic educabantur à matribus vt ſit hodie, crebra inter vnguenta & balnea, puluiculoſque aromaticos, in mollibus indumentis, alijſque corruptelarum modis innumeris, quibus fiant pluſquam decet molliculæ: ſed modis omnibus dura erat earum educatio. Quamobrem & corporis natiua florebant pulchritudine, nullis adiuta externis lenocinijs, & valetudine æque fœlici ac forma fruebantur, nulla infeſtante ægritudine, ablegataque omni mollitie. Labores enim & opera quibus exercebantur varia, languorem D omnem pellebant, robur autem & ſanitatem tutam eis conciliabant, reddebantque tanto magis maritis amabiles: ſic enim non ſolum corpora, ſed & animi in melius proficiebant. Inuecta igitur camelo poſtquam ad deſtinatum agrum peruenit, ſublatis oculis vidit Iſaacum, moxque à camelo deſilijt. Vides robur? vides bonam habitudinem? à camelo deſilijt. tantum illi virium vna cum modeſtia ſupererat. Et ait ad ſeruum: Quis eſt ille homo qui ter in campum venit obuius? Reſpondit ſeruus: Ipſe eſt herilis meus. tum illa æſtiuo palliolo ſumpto ſe obnupſit. Obſerua omnia teſtari eius modeſtiam, quam pudens erat ac verecunda. *Et accepit eam vxorem Iſaac, dilexitque in tantum vt leniret dolorem, qui illi ex morte Saræ matris acciderat.* Hæc non temerè dicuntur, quod dilexerit eam, quodque pro ſolamine luctus habuerit, ſed vt diſcas quibus rebus illa maritum in amorem ſui pellexerit, quas domo ſecum attulerat. Quis enim talem non adamaret, tam modeſtam,

Virginũ proba educatio

tam ho-

tam honeſtam, tam hoſpitalem, humanam & amabilem, fortem animo & validam corpore. Hæc dixi, vt non audiatis tantum, aut auditis applaudatis, ſed vt etiam emulemini, & patres quidem prouidentiam patriarchæ imitamini, qua viſus in paranda vxore ſimplici non pecunias quærens, non ſplēdorem generis, non pulchritudinem corporis, non aliud quicquam præter generoſitatem animi. Vos autem matres date operam, vt ad hunc modum educetis veſtras filias. Porrò ſponſi qui eas ducturi ſunt, ducant cum honeſtate ſimili, exterminantes riſum, choreas, turpiloquium, fiſtulas, tibias, diabolicum illum apparatum & reliqua huiuſmodi, ſemperque inuocantes Deum vt mediator adſit actionum noſtrarum omnium. Si enim res noſtras hoc facto diſpoſuerimus, nullum diuortium erit, nulla adulterij ſuſpicio, aut occaſio zelotypiæ, non rixa, non contentio, ſed multa fruemur pace, multaque concordia, à quibus non aberunt virtutes cæteræ. Sicut enim vxore à marito diſſidente nihil ſani eſt in ædibus, etiamſi alioquin res eorum ſecundo feruntur flamine: Ita dum pax conſtat & concordia, nihil erit inſuaue, etiamſi quotidie tempeſtates accidant plurimæ. Si hoc modo conciliabuntur nuptiæ, perfacile poterimus ad virtutem educare liberos. Vbi enim mater tam honeſta fuerit ac ſobria, omnique virtute prædita, profectò maritum deſiderio ſui capiet ac deuinciet: atque ita habebit eum alacrem adiutorem in curandis, atque inſtituendis communis liberis: ſimulque Deum ad proſpiciendum eis attrahet: quo aſpirante tam honeſtæ adminiſtrationi domeſticæ, & exercente puerorum animos, omnia poſthac iucunda erunt & fœlicia rebus tam bene compoſitis: poteritque vnuſquiſque vna cum ſua domo, videlicet vxore, liberis ac famulis, & præſentem vitam ſecurè peragere, & ad cælorum regnum peruenire: quod nobis omnibus contingat gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.

S. PATRIS NOSTRI

IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTInopolitani cognomento.

Homilia in Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti diem natalem.

Qui quidem dies incognitus adhuc illis temporibus, ante paucos admodum annos innotuerat per aliquos, qui ex Occidente venerant, atque indicauerant.

Petro Pantino Tiletano Decano Bruxellenſi Interprete.

QVÆ iam olim Patriarchæ parturierunt, Prophetæ prædixerunt, Iuſti cernere cupierunt, ea euenere, & finem hodierno die acceperunt: Deuſque per carnem *in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.* Gaudeamus proinde & exultemus, dilecti. Nam ſi Ioannes adhuc in vtero materno, Mariâ ingrediente ad Elizabeth, exultauit: multò magis nos, non Mariam, ſed ipſummet Seruatorem noſtrum hodie natum conſpicientes, exultare & gaudio geſtire par eſt; & ſuſpicere, atque adeo cum ſtupore admirari, incarnationis eius magnitudinem, omni cogitatione ſuperiorem. Tecum enim reputa quantum ſit, Solem ex cælis deſcendentem, videre in terra currentem, radioſque hinc ſuos emittentem. Quod ſi tale aliquid in ſenſili illo luminari eueniens, meritò omnes, quotquot id viderent, in ſtuporem raperet: conſidera nunc mihi & perpende, quàm longè maius ſit, iuſtitiæ Solem, ex noſtra carne radios ſuos eiaculantem, adſpicere, animaſque noſtras illuſtrantem. Deſiderabam ego iam pridem diem hunc videre; idque non ſimpliciter, ſed cum tantâ frequentiâ, quantâ nunc adeſtis: identidemque intueri exoptabam theatrum noſtrum ita compleri, quemadmodum nunc videre eſt. Cuius deſiderij mei ſumma denique euenit. Et quidem nondum decimus annus eſt, ex quo hic ipſe dies manifeſtè nobis innotuit. Attamen, perinde ac ſi iam olim nobis traditus eſſet, ita opera veſtra celebratus inclaruit. Quare non errauerit, qui eundem nouum ſimul & antiquum nuncupet. nouum quidem, quod nunc demum exacta illius notitia ad nos peruenerit: antiquum verò & vetuſtum, quod celeriter vetuſtioribus ætate velut ſuppar redditus ſit; & ad eundem cum ipſis temporis commenſum euaſerit. Vt enim generoſæ & nobiles ſtirpes (etenim ſimul terræ inſeruntur, etiam celeriter in altitudinem magnam ſuccreſcunt, fructibuſque operantur) non aliter hic dies, quum ab exordio ijs, qui in Occidente habitant, cognitus fuerit; nunc ad nos demum non ante multos annos tranſmiſſus, repente ita increuit, talemque tulit fructum, qualem nunc cernere licet; ſeptis noſtris vbique refertis, temploque vniuerſo præ multitudine concurrentium anguſtato. Quo veſtro tam prompto ſtudio dignum præmium ab eo, qui hodie ſecundùm carnem Chriſtus natus eſt, expectate. ille vobis hanc alacritatem abundè remunerabitur maximum ſiquidem erga natum amoris indicium eſt, ſtudium hodierno diei impenſum.

Quòd ſi nonnulla etiam à nobis conſeruis veſtris ad hanc rem facientia afferri oporteat, adferemus & nos, quæ poterimus; vel potiùs, quæ diuina gratia dicenda dederit: quod vobis ex vſu fiet. Quid igitur hodierno die audire cupitis? Nihil puto aliud, quàm de hoc ipſo die. Nam multos etiam nunc inter ſe de eo ipſo diſceptare probè noui: & hos quidem illum reprehendere, alios defendere. Breuiter, multus vbique de hoc die ſermo; partim incuſantium, quaſi nouus ſit, nuncque recens inuectus; partim eidem propugnantium, tanquam antiquo admodum ac vetuſto; (cùm & olim natiuitatem eius Prophetæ prædixerunt) & iam inde à primordio, ab ipſa Thracia Gades vſque incolentibus manifeſtus & crebris fuerit. Agedum igitur, de hiſce ſermonem exordiamur. Si enim hic ipſe dies adhuc in diſceptatione poſitus, tantam in ſe animi veſtri propenſionem ſentit: vtique ſit notior, atque adeò manifeſtus euadat, haud dubiè longè maiorem huiuſce ſtudij veſtri fructum percipiet; perſpicuitate, quæ ex hac docendi ratione naſcetur, hanc ipſam animi veſtri affectionem maiorem efficacioremque in vobis efficiente. Habeo porrò tres ad probandum euidentes rationes, per quas omnino intelligemus hoc ipſum eſſe tempus, quo Ieſus Chriſtus Dominus noſter ac Dei Verbum in lucem eſt editus. Quarum hæc prima eſt, quòd tanta celeritate quâ quâ verſus hoc feſtum denunciatum ſit, & ad tantum faſtigium excreuerit, adeoque inclaruerit. Et quod Gamaliel de [Euangelij] prædicatione dixit: *Quoniam ſi eſt ex hominibus, diſſoluetur; ſi vero ex Deo eſt, non poteſtis diſſoluere*

Margin notes: Edita primû Græce & Lat. Antverp. 1604. — apud Icachimum Trognę. Mat. 13. 17. Bar. 3. 38. — Incarnatio Dominica occaſio magni gaudij. — Natiuitatis Domini feſti ſolēnitas eius feſti inſtitutio. — Act. 5. 38.

A *diſſoluere illud: ne forte & Deo repugnare inueniamini*. Hoc & ego fidenter de die hoc pronunciauerim. Quoniam ex Deo eſt, idcirco non ſolum non diſſolutum eſſe: quin potiùs per annos ſingulos maius incrementum ſumere, clarioremque euadere. Quoniam & illa prædicatio paucorum annorum ſpatio vniuerſum terrarum orbem occupauit; quanquam tentoriorum conficiendorum opifices, piſcatores, literarũ rudes, & imperiti homines eſſent, qui illam quoquo verſus perferrent. neque quidquam miniſtrorum vtilitas nocuit, quum potentia eius, qui prædicabatur, omnia anticiparet, impedimenta ſubmoueret, ac propinquam ſuam vim exercet.

Quòd ſi quis fortè peruicacior, illis quæ dicta ſunt, non acquieſcat: eſt altera demonſtratio, quam adferamus. Quæ verò iſta? Quæ in deſcriptione illa, cuius euangelia mentionem faciunt, ſita eſt. (Luc. 2. 1.) *Factum eſt enim*, inquit Euangeliſta, *in diebus illis, exijt edictum à* B *Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt Præſide Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes, vt profiterentur, ſinguli in ciuitatem ſuam. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa, de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem: eo quod eſſet de domo & familia Dauid: vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Factum eſt autem, quum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret: & peperit filium ſuum primogenitũ, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio.* (Natiuitatis Chriſti ſeries.) Ex his liquet, primæ deſcriptionis tempore natum eſſe. Et cui veteres hiſtoriarum codices, qui Romæ publicè adſeruantur, lectitare libeat, perfacile etiam tempus huius deſcriptionis accuratè diſcere potuerit. Ceterũ quid hoc ad nos, dicat aliquis, qui illic neque ſumus, neque fuimus vmquam? Auſculta; neque diffidas, ſi ab illis qui exactam huius rei cognitionem habẽt, quique illam vrbem inhabitant, hũc diem accepimus. nam illi ipſi, qui illic cõmorantur, multo antè, & ex C antiqua traditione ipſum celebrantes, ad nos vſq; illius notitiam nunc tranſmiſerunt. Neque enim Euangeliſta ſimpliciter nobis illud [deſcriptionis] tempus indicauit; ſed ita, vt etiam vnà hunc diem nobis manifeſtũ redderet, & exploratum, Deiq; incarnationem patefaceret. Neque enim ſuopte impulſu, aut ex ſe ipſo Auguſtus edictum hoc promulgauit, ſed Deo animum ipſius concitante; vt vel inuitus aduentui Vnigeniti ſubſeruiret. At quid hoc, inquis, ad incarnationem oſtendendam momenti habet? Non paruum, dilecte, neque vbiuis obuium, ſed magnum omnino: adeoq; vnum ex ijs hoc eſt, quæ neceſſariò ac ſtudioſè quæruntur. Quale tandem illud? Galilæa regio quædam eſt Palæſtinæ; Nazareth autem in ea ciuitas. Rurſus Iudæa regio eſt, ab indigenis hoc nomine vocitata; Bethlehem verò Iudææ ciuitas. Chriſtum porrò omnes Prophetæ prædixerant, non à Nazareth, ſed à Bethlehẽ venturum, illicq; naſciturum. Ita enim ſcriptum eſt: (Math. 2. 6. Mich. 5. 2.) *Et* D *tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in Principibus Iuda. Ex te enim exiet Dux, qui reget populum meum Iſrael.* Et Iudæi olim ab Herode interrogati, vbi naſceretur Chriſtus, hoc ipſum ei teſtimoniũ retulerunt. Hanc eandem ob cauſſam dicente Nathanaële ad Philippum, (Ioh. 1. 45.) (poſtquam ei illi dixiſſet, *Ieſum à Nazareth inuenimus*,) (Ioh. 1. 46.) *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* Chriſtus ad ipſum ait: (Ioh. 1. 47.) *Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt*. Cuius autem rei gratia ipſum ita commendauit? Quòd nuncio illo Philippi non protinus fuerit abreptus: nam manifeſtè planeque ſciebat, neque in Nazareth, neque in Galilæa Chriſtum naſci debere; ſed in Iudæa & in Bethlehem. quod & ita factum fuerat. Quandoquidem ergo Philippum id latebat, Nathanaël autem pro peritia, quam legis habebat, (quum ſciret ea quæ [à Prophetis] dicta eſſent) reſponſum vaticinio ſuperius allato conſentaneum dabat, à Nazareth Chriſtum non venturum: propterea etiã inquit Chriſtus: *Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt.* Hac etiam de cauſa quidam Iudæorum Nicodemo A dicebant: (Ioh. 7. 52.) *Scrutare, & vide, quia à Galilæa Propheta non excitatur*. Et rurſus: (Ibid. 42.) *Nónne à Bethlehem caſtello, vbi erat Dauid, Chriſtus venit?* Atque adeò communis omnium ſententia erat, haud dubiè illinc, non autem à Galilæa, debere venire.

Itaque quum Ioſeph & Maria, ciues Bethlehemitæ relictâ patriâ, in Nazareth vitam ſuam inſtituiſſent, & illic commorarentur, (vt videlicet ſæpe multis hominibus vſu venire ſolet, qui è ciuitatibus, vnde ortum duxerant, emigrantes; in alijs, in quibus ab initio nati non fuerant, commorentur) oporteretque Chriſtum in Bethlehem naſci: exijt edictum, quod, Deo ita ſtatuente, etiam inuitos in vrbem compulit. Lex enim quæ iubebat vnumquemque in patria ſua nomen profiteri, adegit eos à Nazareth pedem efferre, & in Bethlehem redire ad nomen illic ſuum edendum. Hoc ergo, licet obſcurius, innuens Euangeliſta, ait: (Luc. 2. 4.) *Aſcendit ergo Ioſeph* B *à Galilæa ex ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem; eo quod eſſet de domo & familia Dauid: vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Factus eſt autem, quum eſſent ibi, impleti ſunt dies, vt pareret, & peperit filium ſuum primogenitum.* Vidiſti, dilecte, prouidentem Dei adminiſtrationem, per infideles atque fideles, ea quæ ad ſe pertinent diſpenſantis. nempe vt vim potentiamque eius, qui à vero ipſius cultu alieni ſunt, agnoſcant. Et ſtella quidem Magos ab Oriente produxit; at lex Mariam in Patriam à Prophetis prædictam traxit. (Mat. 2. 1. & 2.)

Hinc nobis euidenter conſtat, etiam Virginem ipſam ex genere Dauidico fuiſſe. (Mariam fuiſſe ex progenie Dauid.) Nam ſi ex Bethlehem ortum duxit, manifeſtum eſt, quòd etiam ex domo & familia Dauid fuerit. Quod item ſuperius manifeſtè docuit Euangeliſta, quum dixit: *Aſcendit autem & Ioſeph ex Galilæa cum Maria; eo quod eſſet ex domo & familia Dauid.* Nam quum ſeriem ſtirpis Ioſeph recenſuiſſet; huius autem maiores nemo, vt illius C enumeraſſet; ne hinc tibi dubitatio oriretur, ac diceres: vnde ergo manifeſtè patet etiam ipſam Dauide ortam? Audies. (Luc. 1. 26.) *In menſe* (inquit) *ſexto, miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid*. Quæ verba, *De domo Dauid*, accipienda ſunt tanquam de Virgine dicta. quod & hîc manifeſtè indicatum eſt. Atque hac de cauſsâ edictum & lex illa promulgata fuit, quæ eos in Bethlehem duceret. ſimulatque enim in ciuitatem aſcendiſſent, confeſtim etiam Ieſus naſcitur, ac proinde etiam in præſepi reclinatur: quod vndique multi eò concurriſſent, & loca præoccupaſſent, magnaſque diuertendi anguſtias effeciſſent. quo in loco etiam Magi illum adorauerunt. Vt autem (huiuſce diei) dilucidiorem adhuc demonſtrationem exhibeam, veſtris mecum adſurgite animis. nam longiorem rerum memoriam excitare, & priſcas leges recognoſcere ſtatui, vt ex omni parte vobis orationem no- D ſtram manifeſtiorem reddam. Lex erat Iudæis, eaque perantiqua. ſed age, potiùs paulò altiùs ſermonem repetamus. Quo tempore ab Ægyptiacis turbis, & barbara Pharaonis tyrannide, Hebræorum populum Deus liberauit; (Tabernaculi veteris teſtamẽti deſcriptio.) videns ipſos impietatis adhuc ſecum reliquias habere, rebuſque omnibus ſub ſenſum cadentibus, ad inſaniam vſque addictos, templorumque magnitudinis ac pulchritudinis admiratione duci; templũ ipſis exædificari præcipit, quod non modò materiæ magnificentiâ atque artis varietate, ſed & ſtructuræ formâ, cetera omnia, quæ vbique terrarum erant templa, obſcuraret. Et quemadmodum pater liberorum ſuorum indulgẽter amans, filium profligatis, pernicioſis, laſciuis hominibus vſum, nimioque luxu diſſolutum, ad ſe longo temporis interuallo recipiens, tutò & cum dignitate in maiori rerum abundantiâ cõſtitueret, ne in anguſtias aliquas coniectus priorum recordatione, atque etiam cupiditate corripiatur: ita Deus Iudæos ad res ſenſiles cum ſtupore propenſos vi-

dens, in hiſce ipſis rebus præſtantiſſimum aliquid efficit; ne vnquam poſtea Ægyptiorum, aut eorum

Exod. 25

quæ apud Ægyptios experti fuerant, cupiditate caperentur: templumq; ipſis ſtatuit mũdi exemplar, totiuſque vniuerſi: tam quod ſenſu, quàm quod ſolo intellectu percipi poteſt. Sicut enim terra, & cælum, & medium ſepimenti inſtar, hoc firmamẽtum: ita & illud quoque fieri iuſſit. duaſque in partes diuiſo templo, & ad medium obtento velo, eam partem, quæ extra velum erat, omnibus ingrediendi poteſtatem fecit: ad alteram verò illam interiorem, nemini, præterquam ſummo Sacerdoti, aditum atque intuitum patere permiſit.

Cæterùm quòd hæc non noſtra coniectura ſit, ſed quòd templum reuera totius mundi ad exemplum exſtructum fuerit? audi quid Paulus, de Chri-

Heb. 9.2

ſto in cælum aſcendente loquens, dicat; *Non enim in manufacta introiuit Chriſtus exemplaria verorum.* Oſtendens, quòd quæ apud nos ſunt, verorum ſint ſimulacra. Quòd porrò velum dirimeret ſancta ſanctorũ à ſanctis extra poſitis; ſicut hoc cælum quæ ſuper ſe ſita ſunt, ab omnibus quæ apud nos ſunt, diſiungit: B audi quomodo etiam hoc, obſcurius tamẽ indicauerit, quũ cælum *velum* appellat. De fide enim referẽs,

Heb. 6.19

quòd ſicut anchoram ipſam animæ habeamus tutã ac firmam; deinde ſubiungit: *Et incedentem vſque ad interiora velaminis; vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus,* ſupra cælum ſurſum. Vides quomodo cælum velamẽ appellauerit; Extra velum autem erat candelabrũ, & menſa, & altare æreum, ad ſacrificia & holocautomata excipienda. Intra velum verò Arca circumtecta ex omni parte auro, teſtamẽti habens & vrnã auream, & virgam Aaron quæ fronduerat, & altare aureum; nõ illud ſacrificiorum & holocauſtorũ, ſed ſolius ſuffimenti. Et per ea quæ extra erant, omnibus incedere fas erat; per ea verò quæ intus, ſoli ſummo Sacerdoti. De hiſce ipſis rurſus teſtimoniũ Paulo dabo, qui ſic ait: *Habuit quidem prius tabernaculũ*

Heb. 9.1

C *iuſtificationes culturæ, & ſanctum ſæculare.* (*Sanctum ſæculare* appellat exterius tabernaculum: quandoquidẽ in mundum ingredi vnicuique licet.) *In quo candelabrum, & menſa, & propoſitio panum. poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum, quod dicitur ſancta ſanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam teſtamẽti circumtectã ex omni parte auro; in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti. ſuper eam autem erant Cherubin gloriæ, obumbrantia propitiatorium. His verò ita compoſitis; in priori quidem tabernaculo ſemper introibant Sacerdotes, ſacrificiorum officia conſummantes: in ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex; non ſine ſanguine, quem offert pro ſua & populi ignorantia.* Vides ſolum ingredi ſummum ſacerdotem, idque ſemel duntaxat toto anno? Verùm quid hæc, inquis, ad præſentem diem? Expectate pauliſper, nec tumultuemini: à capite enim fontem ducimus, & ad ipſum rei faſtigium peruenire contendimus, vt cuncta nullo D negotio nobis aperta atq; perſpecta ſint. Quin imo ne diutius verborum integumentis noſtra obũbretur oratio, néve implicatior fiat, nimiáq; eorum, quę dicuntur, longitudine defatigemini: iam rationem vobis exponam, cur hæc omnia, tam altè repetita,

Zacharias quo menſe acceperit nuntiũ de naſcendo Ioãne Baptiſta.

mouerim. Quæ porrò huius rei ratio? Quum mẽſes iam ſex Elizabeth Ioannem in vtero geſtaret, tum Maria concipere cœpit. Itaque ſi diſcamus, quiſnã ſextus ille menſis fuerit; certò etiam ſciemus, quando cœperit Maria concipere. Deinde quum cognouerimus, quódnam conceptus ſui principium habuerit, vtique quando pepererit cognoſcemus; nouem menſes à conceptione numerantes. Vnde igitur, quiſnam ille ſextus menſis fuerit prægnationis Elizabeth, nobis conſtabit? Hinc ſcilicet, ſi quo mẽſe grauida fieri cœperit, intelligamus. Vnde autem, quis ille fuerit, addiſcemus? Si ſciamus quo tempore lætum hac de re nuncium Zacharias eius maritus acceperit. Cæterùm hoc ipſum vnde nobis explicatum erit? Ex diuinis ſcripturis. quomodo ſacrũ A Euangelium refert Zachariæ verſanti intra ſancta ſanctorũ Angelum lætum attuliſſe nuntium, & de partu Ioannis ei prædixiſſe. Si ergo e ſacris litteris clarè docuerimus, ſemel dũtaxat ſancta ſanctorum ſummũ Sacerdotẽ ſine vllo comite ingredi, & quo tẽpore, & quoto anni mẽſe, vnicã illã vice introeat: in cognitionẽ apertam temporis, quo lætum illum nunciũ accepit, deueniemus. Quo declarato, etiam principiũ conceptionis protinus omnibus elucebit. Itaq; quòd ſemel tantum in anno huc introiretur, etiã Paulus manifeſtauit. quin & Moyſes id ipſum aperte oſtendit, hoc modò loquens: *Et locutus*

Leu. 16.1

eſt Dominus ad Moyſen: Loquere ad Aaron fratrẽ tuum, & ne omni tempore ingrediatur ſanctuariũ, quod eſt intra velũ coram propitiatorio, quod eſt ſupra arcam teſtimonij, & non moriatur. Et iterum: *Et omnis homo non erit tabernaculo te-*

Ibid. 17.

ſtimonij quando ipſe ſanctuarium ingreditur ad expiandum; donec egrediatur, & expiauerit pro ſe & domo ſua, & pro vniuerſo cœtu Iſrael. Et expiabit ſuper altare, quod eſt coram domino. Ex his liquet, non quolibet tempore in ſancta ſanctorum ingreſſum fuiſſe, & dum intus eſſet, ne- B mini fas fuiſſe ea contingere, ſed extra trans velum conſiſtendum. Verùm hæc vos ſedulò mente veſtra tenete. Reliquum enim eſt, vt quodnam illud tẽpus fuerit, quo ſolus ingrediebatur in ſancta ſanctorũ, idque ſemel duntaxat in anno, vobis demonſtrem. Quã ratione autem hoc patebit? Ex eodem nimirũ hoc libro: ita enim illic eſt: *Menſe ſeptimo, decima die*

Ibid. 29.

menſis, humiliabitis animas veſtras, & omne opus non facietis; ſiue indigena, ſiue aduena, qui adhæret inter vos. In hac enim die expiatio erit veſtri, vt emundemini ab omnibus peccatis veſtris: coram Domino mundemini: ſabbata ſabbatorum, requies erit hæc vobis. & humiliabitis animas veſtras, legitimum ſempiternum. Expiabit autem Sacerdos, quem vnxerunt ipſum, & cuius manus initiauerint, vt ſacerdotio fungatur poſt patrem ſuum. & induetur ſtola ſancta, & expiabit ſancta ſanctorum, & tabernaculum teſtimonij: & altare expiabit; & pro ſacerdotibus, & pro vniuerſo populi cœtu expia- C *bit. Eritque hoc vobis legitimum ſempiternum, vt expietis pro filijs Iſrael ab omnibus peccatis eorum. Semel in anno fiet, ſicut præcepit Dominus Moyſi.* De feſto Tabernaculorum hic ſermo eſt: tunc enim ſemel ſummus Sacerdos quotannis ingrediebatur. quod & ipſe explicauit his verbis: Quoniam *ſemel in anno* hoc *fiet.* Si ergo feſti Tabernaculorum tempore, ſolus ſummus Sacerdos ingreditur in ſancta ſanctorum; age deinceps oſtẽdamus, tunc Zachariæ Angelum apparuiſſe quando in ſanctis ſanctorum erat: ſoli enim ipſi incenſum adolenti viſus eſt, ſolus verò numquam ingreditur ſummus ſacerdos, niſi tunc temporis. Nihil autem impedit etiam ipſa audire verba Euangeliſtæ. *Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ, Sacerdos quidam*

Luc. 1.5.

nomine Zacharias, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Factum eſt autem quum ipſe ſacerdotio fungeretur, in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundum conſuetudi- D *nem ſacerdotij, ſorte exijt, vt incenſum poneret, ingreſſus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris, hora incenſi.* Hoc loco in memoriam reuoca, dilecte, teſtimonium illud, quod ait: *Et omnis homo non erit in*

Leu. 16.17

tabernaculo teſtimonij, ingrediente ipſo ad expiandum in ſancta ſanctorũ, donec egrediatur. Apparuit autẽ illi Angelus Do-

Luc. 1.11

mini ſtans à dextris altaris incenſi. Non dixit *altaris ſacrificiorum*, ſed *altaris incenſi*: propterea quòd altare ſacrificiorum & holocauſtorum foris eſſet, intus verò incenſi. Vt vel hinc, & quòd ipſi ſoli conſpiceretur, & quod dicatur populus ipſum foris expectaſſe, manifeſtum euadat, in ſancta ſanctorum ipſum ingreſſum fuiſſe. *Et turbatus eſt Zacharias vi-*

Ibid. 12.

dens, & timor cecidit ſuper ipſum. Dixit autem ad ipſum angelus: Ne timeas Zacharia; quoniam exaudita eſt deprecatio tua, & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Et erat plebs expectans Zachariam: &

Ibid. 21.

mirabantur, quod tardaret ipſe in templo. Egreſſus autem innuebat, neque poterat loqui ipſis. Vides intra velũ fuiſſe? tunc igitur hunc lætum nuncium accepit. Tempus autem tum erat feſti tabernaculorum, & ieiunij,

(hoc

A (hoc enim illa verba ſibi volunt, *Humiliate animas veſtras,*) idque à Iudæis ſub finem menſis Septembris, quod & vos teſtabimini, celebrabatur †. Tunc enim longâ copioſaque oratione in Iudæos vſi ſumus, importunum eorum ieiunium accuſantes. Hoc ergo tempore etiam Elizabeth vxor Zachariæ concepit. *Et occultabat ſe menſibus quinque, dicens, Sic mihi fecit Dominus in diebus, quibus reſpexit auferri opprobrium meum inter homines.*

...rſt. 4. 3 ...Chryſ. contra Iu... zos mẽ Sept. ...abitæ.

Luc. 1. 23

Cæterum opportunum nunc videtur, vt oſtendamus præterea, quum ſextum iam menſem ipſa Ioannem in vtero geſtaret, Mariam lætum de conceptione ſuâ nuncium accepiſſe. Quando enim venit ad eam Gabriel, & dixit: *Ne timeas Maria; inueniſti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius* I E S V M: ipſaque hoc ſermone turbaretur, modumque eius rei diſcere quæreret: *Reſpondens Angelus dixit ad eam: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. &* B *hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis, quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.* Quòd ſi ergo poſt menſem Septembrem Elizabeth concipere cæpit, vt oſtenſum eſt: adnumerare oportet ſex ab eo, qui intermedij menſes ſunt autem hi qui ſequuntur: October, Nouember, December, Iãuarius, Februarius, Martius. Itaque poſt ſextum menſem principium conceptionis accepit Maria. à quo ſi nouem menſes [ſequentes] numeremus, vbique in præſentem hunc menſem deueniemus. Eſt igitur primus conceptionis menſis Aprilis. deinde Maius, Iunius, Iulius, Auguſtus, September, October, Nouember, December. Atque hic menſis eſt, quem præſentem habemus, quo & hunc diem celebramus.

Chriſtus ...uo menſe ſit na... ...us,

Luc. 1. 30

Vt autem quod dico, etiam apertiùs vobis, clariuſque euadat, breuiter hæc rurſum repetens, dilectioni veſtræ ediſſeram. Semel in anno ingrediebatur ſolus ſummus Sacerdos in ſancta ſanctorum. At quando hoc? menſe Septembri. Tunc igitur C ingreſſus eſt Zacharias in ſancta ſanctorum: tunc nuncium de Ioannis natiuitate habuit: tunc illuc abijt: tunc vxor eius concipere cœpit poſt menſem Septembrem. Quum autem ſextum iam menſem ipſa in vtero haberet, (qui ſcilicet eſt Martius) cœpit denique & Maria concipere. Ab Aprili igitur incipiendo, nouem menſes ſi numeremus, in hunc præſentem ſcilicet incidemus, quo Dominus noſter I E S V S Chriſtus natus eſt. Atque omnia quidem, quæ eſt hoc de dicenda erant, vobis hactenus expoſuimus. Vnum tantùm ſi nunc addidero, orationi meæ finem imponam: quæ maiora ſunt, communi doctori dicenda relinquens.

D Quoniam enim multi infidelium, quum audiunt Deum in carne natum, irrident nos, & inſectantur, multoſq; ex ſimplicioribus turbant, atque inquietant: opus eſt, cùm ad ipſos, tum ad huiuſmodi qui hiſce turbantur, ſermonẽ dirigere; nequid vnquá improbis hominibus acquieſcentes cõmoueantur, aut turbentur ex huiuſcemodi infidelium irriſione. nam & parui pueri res ſerias, atq; adeò neceſſarias ſæpe nobis agitantibus, ridere ſolent. non tamẽ idcirco riſus hic argumentum eſt rerum quæ ridentur vtilitatis; ſed eorum, qui ridẽt, ſtoliditatis. Quod idem nobis de hiſce infidelibus dicere licet: qui pueris ipſis propè amentiores quum ſint, ea irridẽt atque ſugillant, quæ religioſo quodam horrore atque omni admiratione plena ſunt; illa autem, quæ reuera ridenda erant, magnifice extollunt atque exornant. Verùm enimuerò & noſtra, ita ab ipſis irriſa, in propriâ ſuâ nihilominus maieſtate perdurãt; nullo per ipſorum riſum, quòd ad præſtantiam ſuã attinet, damno accepto: & ipſorum contrà, licet exornata, priuatam ſuam turpitudinem produnt. Nónne enim extremi cuiuſdam ſtuporis eſt

Incarna... tionẽ dominicam ...ſulte infideles ridẽt.

A illos lubricos in lapides & ligna, & vilia ſigna Deos ſuos inducentes, & tamquam in carcere quopiam concludentes, nihil tamen arbitrari ſe turpe aut dicere aut facere: nos autem accuſare, quod aſſeramus, Deum ſibi templum vnum conſtruxiſſe ex Spiritu ſancto, per quod orbi terrarum vniuerſo profuit? Et cuiuſmodi tandem hoc accuſationis aut criminis genus? ſi enim turpe eſt Deum in humano corpore habitare; an nõ multo magis in ligno & lapide; eſt profectò. & quidẽ tanto turpius, quãto lapis & lignum homine vilius. niſi fortè ipſã meteriã ſenſus experte genus noſtrũ abiectius illis eſſe videatur. Quin etiã in feles & canes ipſi, multi autẽ hæreticorum in alia inſuper hiſce ignominioſiora audenti Dei eſſentiam habitatum immittere. Quod nos neque dicimus, neque dicentes aliquando audire ſuſtineamus. Sed illud tantum aſſerimus, Chriſtum carnem mundam, ſanctam, irreprehenſibilẽ, peccatoque omni inacceſſam, ex virgineo vtero prodeuntẽ, adſumpſiſſe, atq; ita ſuũ figmentum re- B ſtauraſſe. Ac illi quidem, & qui pari cum ipſis impietate delinquunt Manichæi, in canes & ſimias feraſque omnis generis, diuinam eſſentiam (animã enim illis omnibus ex diuinã illa eſſentiã ineſſe aiunt) immittere non exhorrent, aut verentur: nos autẽ interea indigna Deo loqui aiunt, illorum omnino nihil ne cogitatione quidem in animum admittentes; ſed tantum quod Deo conueniens atque decẽs erat, affirmantes: nempe ipſum aduenіſſe, & hoc generationis modo proprium ſuum opus reſtauraſſe. Quid ais? dic mihi. Túne, qui homicidarum & præſtigiatorum animam diuinæ eſſentiæ eſſe aſſeris, nos excuſare audes, qui horum quidem nihil non modò non ferimus, aut ſuſtinemus audire, dum dicuntur; ſed qui illa dicunt, impios eſſe iudicamus? Quid igitur dicimus? illud nimirum: Deum, conſtructo ſancto hoc ſibi templo, per idipſum ex cælo cæleſtem quemdam rerum ſtatum in vitam noſtram inuexiſſe. Et quid ni meritò millies vos capitis dam- C nandi; tum ob accuſationem, quã nos impetitis; tum ob impietatem, quam impiè in Deum admittere non deſiſtitis? ſi enim Deo eſt indecens, vt vos dicitis (habitare corpus, purum & immaculatum; multò certe indecentius eſt præſtigiatoris, ſepulchrorum ſuffoſſoris, latronis; imò ſimiæ & canis: non autem, ſanctum illud atque incontaminatum, quodque nunc in dextera Dei exiſtit. Quænã enim labes, quod damnum, aut macula Deo acceſſerit ex hac huius rei ita inſtitutæ ratione? Non videtis ſolem hunc, cuius corpus tamen ſenſile, corruptioni ſubiectum atque firmum eſt, rumpantur licet millies hæc audientes infideles, ac Manichæi? Neque verò ſolis dumtaxat tale corpus; ſed etiam terra, mare, atque omnis omnino rerum fabrica, ſub D aſpectum cadens, vanitati ſubiecta eſt. Nam audi Paulum hoc manifeſtè docentem, dum ait, *Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non volens; ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe.* Qui deinde oſtendere volens quidnam ſit illud vanitati ſubiectum eſſe, ſubintulit, dicens: *Quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Nẽpe corruptibile quid nunc eſt creatura. ſiquidem *corruptioni ſeruire* nihil eſt aliud, quàm corruptibile eſſe. Quòd ſi ergo ſol, corpus corruptibile quum ſit, vbique radios ſuos emittit; cæno, ſordibus, alijſque multis id genus rebus ſeſe communicans; nihil tamen ex hac fœditate corporearum illiuſmodi ſordium, in ſuã illâ puritate læditur; ſed mundos illos ſuos in ſe radios retrahit, ac multis rurſum corporibus, quæ ipſum ſuſcipiunt, vim ſuam virtutemque participat: nihil autem noxij aut ſordidi ex illis, ne nimirum quidem, ipſe interim in ſe recipiẽs: quanto magis iuſtitiæ ille ſol, ille virtutum incorporearum Dominus in puram carnem ingrediens, non ſolùm non inquinatus per eam eſt: ſed contrà etiam puriorem eam ipſam ſanctioremque effecit!

Sap. 13. 14

Incarnationis neceſſitas.

Manichæorum hæreſis reijcitur.

Rō. 8. 20

Ibid. 21.

Atque

Leuit. 26. 12. 2 Cor. 6. 16. 1 Cor. 3. 16.

Atque hæc quidem omnia mente voluentes, & cōmemorantes diuinam vocem, dicentem: *Inhabitabo in illis, & inambulabo.* Et rurſum: *Vos templū Dei eſtis, & Spiritus Dei inhabitat in vobis*, etiam nos aduerſus iſtos dicamus; & impudentia impiorum ora obſtruamus: noſtriſque interim bonis lætemur; ac Deum incarnatum ob tam indulgentē ad nos vſque ſui demiſſionem glorificemus, & pro virium noſtrarum facultate condignam ipſi venerationem gratiamq́ue reddamus. Deo autem nulla à nobis gratiarum par retributio fieri queat, niſi ſolum ea, quæ conſiſtit in noſtrâ animarumq́ue noſtrarum ſalute, atque in contento ad virtutem ſtudio. Ne ſimus ergo hîc ingrati erga tanti in nos beneficij auctorē, ſed omnes omnia ei pro virili offeramus, fidem, ſpem, charitatem, temperantiā, miſericordiam, hoſpitalitatem.

Pro incomparabili gratiarum actione. [margin: Pro incomunione grati ſumus.]

Et ad quod antea vos cohortatus ſum, ad id etiam nunc, & in poſterū ſemper, vos cohortari non deſiſtam. Quidnā hoc? Cum acceſſuri eſtis ad tremendam diuinamq́ue illam menſam, & ſacra myſteria, cum timore ac tremore hoc facite; cum purâ conſcientia: cum ieiunio & precatione: nō tumultuantes, non calcitrantes, non proximum impellentes. extremæ enim hoc ſuperbiæ eſt, contemptioniſque minimè vulgaris: quare etiam talia perpetrantibus punitionem multam conciliat. Tecum reputa, ô homo, qualem hoſtiam es contrectaturus, qualē menſam aditurus. Tecum reputa & hoc, quod quū terra ſis & cinis, corpus & ſanguinem Chriſti ſumis. Et ſi vos Rex quidem ad conuiuium vocet, cum timore accumbitis, ciboſque appoſitos cum reuerentia & ſilentio ſumitis: Deo autem te ad ſuammet menſam vocante, filiumq́ue ſuum ibi apponente, vbi Angelicæ poteſtates adſiſtūt cum timore & tremore: vbi Cherubini velant facies ſuas, atque Seraphini cum tremore clamāt, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus: tu mihi audes vociferando ac tumultuando ad ſpiritale illud conuiuiū accedere? An te fugit eo tempore multâ tranquillitate mentem eſſe plenam oportere: multaque pace ac quiete opus eſſe: nō autem tumultu, iracūdia, ſtrepituq́ue immodeſto? hæc enim immundam animam accedentem efficiunt.

Euchariſtia quanta cum reuerentia ſit ſumenda.

Quænam autē venia nobis habeatur, ſi poſt tanta peccata, ſaltem tempus hoc, quo ad ſacram hanc menſam adimus, ab irrationabilibus hiſce perturbationibus non purgemus? quid autem omnino eſt magis neceſſarium, quàm ea quæ in hac menſa proponuntur, quod vrgeat nos, vt connitamur; & ſpiritualibus rebus relictis, ad ea quæ carnē ſpectant, properemus? Ne, ne, rogo vos, atque obteſtor, diuinam in nos iram cōcitemus: medicamentum eſt id quod proponitur vulnerū noſtrorum ſalutare, diuitiæ indeſinentes, quæ cœlorū nobis regnum conciliant. Cum horrore itaq. accedamus, gratias agamus: procumbamus confitentes peccata noſtra: lachrymemur mala noſtra lugentes: intentas ac largas preces Deo fundamus: ſicq́ue nos ipſos emundantes, tacitè, & cum debita modeſtia tanquam ad cœlorum Regem adeuntes accedamus: ſanctamq́ue hanc & immaculatam hoſtiam recipientes, exoſculemur, oculis eam cōplexi: mentemq́ue & animum incendamus. Ne in iudicium aut damnationē conueniamus: ſed in animæ temperantiam, in dilectionem, in virtutem, & cum Deo reconciliationem, in pacem firmam, ac mille denique bonorum occaſionem: vt & nos ipſos ſanctos reddamus, & proximos ædificemus. De his aſſiduè vobiſcū ago, nec agere deſiſtam. Quæ enim vtilitas omnino in vanum huc concurrere, ſi nihil quod vtile ſit, addiſcatis? Quodnam, obſecro, lucrum adfert, ſemper ad gratiam vobis concionari? Breue præſens hoc tempus eſt, ô dilecti: ſobrij ſimus: vigilemus: nos ipſos cōponamus: omne beneuoli animi ſtudium in omnes ſincerè oſtendamus: omnes omni reuerentia ac pietate amplectamur. ſeu diuina verba audire, ſiue orare, ſiue [ad Dei menſam] accedere, ſiue aliud quid denique faciendum ſit, cum timore ac tremore id fiat: ne negligentia noſtra maledictionem nobis accerſamus. *Maledictus* enim (inquit Propheta) *omnis, qui facit opus Domini negligenter.* Tumultuatio enim & iracundia efficitur contumelia in hoſtiam, quæ proponitur. Certè extrema contemptio eſt, contaminatum ſe offerre Deo. nam audi quid de talibus dicat Apoſtolus, *Si quis templum Dei corrumpat, diſperdet illum Deus.* Ne ergo pro eo quod Deum nobis reconciliare debebamus, eum in nos irritemus: ſed omnem modeſtiam, munditiem, animæq́ue tranquillitatem præ nobis ferentes, cum precibus & corde contrito accedamus. Vt hoc pacto Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum nobis propitium reddentes, promiſſa nobis bona obtinere poſſimus beneficio, ſummoq́ue in genus humanum amore, Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri vna cum ſancto Spiritu gloria, poteſtas, honor, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ier. 48. 10

1. Cor. 3. 17.

Eiuſdem (vt quidem præferebat inſcriptio)

IN PRÆCVRSOREM DOMINI SERMO.

Petro Pantino interprete.

FLORIDISSIMA prata floribus auricomis variegata, arboribus ſuaue ſpirantibus exornata, auibus dulce cantantibus perſtrepentia: hominum aures demulcent, viſumq́ue oblectant. ſole porro aureo ſuo ſplendore in orbem circumquaque refulgente, reuexi eiuſdem radij ignitum contra fulgorem effulminant. Ibi blæſæ & loquaces auiculæ, velut ad fiſtulam efformatis minuritionibus, argutum carmen emittunt, ibi ventorum lene murmurantium auræ, inter circulos auium mutuo cantu contendentium, concauitates montium abruptorum concutientes, ad inſtar citharæ concorditer recinunt. Quo fit vt paſtores quoque ac bubulci in tuguriis ſuis habitantes, huiuſmodi vocalium auicularum tinnulo melicoque cantu fruentes, ipſi quoque multiſonis calamis ad illarum imitationem modulantes, per amœniorem quemque locum, & herbam, pecus ſuum placidè agant. Verum ibi quidem fons latices excellentiſſimos ebullit: hic melliflua diuinæ ſapientiæ doctrina elucet. Ibi muſicarum auium arguti cantus: hic ſacrorum pſalmorum dulcis modulatio. Ibi turtur ſolitudinis amans, arbori inambulans, querulis vocibus ver amœnum ſignificat: hic Ioannes melle & locuſtis nutritus, præconiis ſolitariis, ſeu potius ſpiritualibus, hominum ad ſe cœtum incitans, cœleſte illud ver iam mundo apparens, velut tuba denunciat. *In diebus autē illis*, inquit [Euangeliſta] *venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto, & dicens: Pœnitentiā agite: appropinquauit enim regnū cœlorum. In diebus illis.* Sub hiſce de Ieſu [vero] Deo tam manifeſtis indiciis; in hac cœleſtis Regis ad nos peregrinatione; in his ſempiterni luminis ſplendoribus. [*In diebus illis venit Ioan. Baptiſta prædicans in deſerto.*] In deſerto inquam; nō in terra habitata: eo quod deſolatū adhuc eſſet humanum genus, ac necdum à Patre & Filio & Spiritu ſancto inhabitaretur. Quid porro prædicat? [*Pœnitentiā agite: appropinquauit enim regnū cœlorum.*] O pœnitentia, quæ inter ipſas lachrymas nobis vitam ſuppeditas; & cum nuptiali peplo nuptialem etiam claritatem indueris! O pœnitentia, diaboli accuſatrix; conuerſorum patrona! *Ioannes autem habebat veſtimentum de pilis cameli, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos.*] Circumſpiciamus, dilecti, veſtimentum Ioannis. fortaſſis illud ipſum veſtimentum

Mat. 3. 1.

Pœnitētiæ commendatio.

A ænigma nobis ſalutis fuerit. gerit enim illud ſignum
atque imaginem populorum ex gentibus ſe conuer-
tentium. *Habebat*, inquit, *veſtimentum de pilis cameli.*]
Camelo frequenter Scriptura diabolum adſimilat,
propter plurimum tumorem, calliditatem, & fu-
Eſa.21.7. rorem. Qui è ſpecula apud Eſaiam proſpexerat, ait:
Videbam aſcenſorem aſini, & aſcenſorem cameli. Aſcenſorem
enim *aſini* dicit Chriſtum; propterea quod aſino in-
ſidens Hieroſolyma fuit ingreſſus: *aſcenſorem* autem
Antichriſtus venturus. *cameli* illum, qui in vltimo dierum, efficiente diabo-
lo, in mundum venturus eſt Antichriſtus. *Habebat*
autem Ioannes veſtimentum ſuum de pilis cameli.] Quum
enim iam pietatis præconio, Ethnicos, pilorum in-
ſtar [diabolum] cooperientes, ad ſe conuertiſſet, il-
loque denudato & Eccleſia condenſata, eiuſdem
Eccleſiæ corpus per fidei vnitatē velut contexuiſ-
ſet, ſalutis [ſimul] ipſe ſibi veſtimentum cōfecerat.
Zona Ioānis quid deſignabat, item quid eius mel. *Habebat autem zonam pelliceam circa lumbos ſuos.* Lumbo-
B rum & zonæ pelliceæ Scriptura meminit: vt per
zonam ex mortuis pellibus confectā, foris cingen-
tem, omnem in ipſo libidinis affectum caſtitatis ſtu-
dio edomitum mortuumque fuiſſe oſtendat. Hæc
enim virginitatis, quæ intus occulebatur, minimè
mendax argumentum. *Veſcebatur autem*, inquit [Euā-
geliſta] *locuſtis & melle ſiluestri.* Hic Iudæos à lege &
præceptis reſilientes denotat, vt alibi Scriptura:
Nahum 3.17. *Exiliebat vt bruchus ſibi commixtus: vt locuſta in ſepe, in die gla-*
ciei, exortus eſt ſol, & abſiliebat: & non cognouit amplius locum
ſuum. Mel autem ſilueſtre Iudæi; propterea quod le-
gis dulcedinem tranſgreſſione præceptorum exa-
cerbaſſent. [*Tunc*, inquit, *venit ad ipſum Ieſus in Iordanē,*
vt baptizaretur ab eo. Ipſe autem prohibebat eum, dicens: Ego à
te debeo baptizari, & tu venis ad me? Reſpondens autem Ieſus
dixit ei: Sine modo, te oportet eſſe teſtem eius, quæ de
me mox emittetur, vocis. *ſic enim decet impleri omnem*
Ioan. 3. 5 *iuſtitiam.*] me oportet docere, quod *niſi quis renatus fue-*
C *rit ex aqua & Spiritu, non poſſit intrare in regnum cælorum.*
Par eſt igitur, me primum facere, & tunc docere: ne
Iudæi occaſionem hoc mihi improperandi habeāt:
alios docens, te ipſum non doces. *Sine modo.*] Opor-
Iob 14.4 ſecund. Septuag. tet enim dictum patientis Iob adſtrui: *Nemo mundus à*
ſorde: ne ſi vnius dies ipſius ſit vita. Oportet me detergere
antiquum corporis peccatum: oportet me ſpiritu
renouare animam, & aqua corpus. *Sine modo.*] Opor-
Ro. 8: 29. tet me aperire aquæ & ſpiritus vuluam, vt fiam *pri-*
mogenitus multis fratribus. Ab illa enim vulua, qui aber-
rauerunt, Iudæos Propheta accuſans conuincit,
dum ait: *Alienati ſunt peccatores à vulua.* [*Tūc dimiſit eum.*]
Pſal 57 4 Quum autem Ieſus deſcendiſſet in Iordanem, dile-
cti, videre erat magnum miraculum, fontem in flu-
mine lotum, & flumen in flumine baptizatum. Fons
enim Chriſtus, vt ipſe ait: *Me dereliquerunt fontem a-*
Hie 2.13 Cāt.4.12 *quæ viuæ.* Et ſponſa, quæ eſt Eccleſia: *Fons ſignatus,*
Pſal. 64. 10 *emittens.* Ipſe quoque flumen, vt ait Propheta: *Flumen*
Dei repletum eſt aquis. Venit in aquam, & ſanctificatæ
D ſunt: & ſanauit eas. Si quis veſtrum eſt, dilecti, non-
dum baptiſmo initiatus, veniat & videat, quomodo
Pater de cœlo clamet: [*Hic eſt Filius meus dilectus, in quo*
mihi bene complacui: ipſum audite.] Iordanis clamat: Spi-
ritus aëra emundat: Filium vocat Pater: cœlum
purgat Filius: terram exornat Spiritus, aëremque
illuſtrat. Nunc impletur, quod olim à Propheta di-
Pſal. 18.2 ctum fuerat: *Dies diei eructat verbum.* Dies Pater, dies
Filius. Pater Filio eructat verbum, ſicut Paulus ait:
Eph 6.17 *Sumite gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei.* quo quidem
verbo omnes nos ſtabiliet in Chriſto Ieſu Domino
noſtro, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculo-
rum. Amen.

Oratio

S. IOAN. CHRYSOSTOMI in Cœmiterij appellationem, & in Crucem Domini, & Dei & Saluatoris noſtri.

SÆPE apud animum meum diſquiſiui, cuius Ex Iacobi Gretſeri
gratia maiores noſtri, relictis ædibus amœnis Soc. IESV
& apricis, quas in vrbibus habent, lege lata tomo ſe-
ſtatuerint, vt extra ciuitatem hodie, & quidem cundo de
in hoc loco in concionem conueniremus. Neque Cruce
enim ſine cauſſa, neque temere eos id feciſſe mihi Chriſti
perſuadeo. Quocirca & cauſſam indagaui, & cum Ingolſtadij apud
Dei gratia inueni iuſtam eſſe, & rationi conſenta- Dauidem
neam, præſentique feſto cum primis cōpetentem. Sartoriū an. 1600.
B Quæ igitur cauſſa eſt? Crucis memoriam agimus. In feſto
At crucifixus extra ciuitatem nos eduxit. Nam pa- S. Crucis
ſtorem, inquit, ſequuntur oues. Vbi vero Rex, ibi & concio
milites; & vbi cadauer, ibi & aquilæ. Sed extra ciui- ſolita haberi foris,
tatem hanc quidem ob cauſſam (congregamur.) quid hoc
Cæterum hanc eſſe cauſſam, ſatius fortaſſis fuerit ſignificet.
demonſtrare prius ex diuinis Scripturis; ne enim
exiſtimetis hanc eſſe coniecturam noſtram, Paulum
vobis teſtem do. Quid igitur ille ait de ſacrificiis? Heb. 13.
Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccatis in ſan-
cta, per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra.
Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem
populum, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra
caſtra: improperium eius portantes. Dixit, iuſſit Paulus,
obtemperauimus, exiuimus. Extra igitur hac de
cauſſa congregamur. At cuius gratia in hoc Mar-
tyrio, non in alio? Etenim, diuino munere quocun-
que ex latere, vrbs noſtra Sanctorum reliquiis cir-
C cumdatur. Cuius igitur gratia hic, non in alia Mar-
tyris alicuius Eccleſia nos conuenire voluerunt
maiores noſtri? Quia hic mortuorum multitudo ſi-
ta eſt. Cum igitur hodie Dominus ad mortuos deſ-
cenderit, ea de cauſſa hic colligimur: ob id ipſe eti-
am locus cœmeteriū nominatus eſt: vt diſcas, mor-
tuos, & eos qui hic ſiti; non mortuos, ſed ſomno
conſopitos eſſe & dormire. Nam ante Chriſti ad-
uentum mors nomen mortis habebat. *Quacumque*, in- Geneſ. 2.
quit, *die comederitis de ligno, morte moriemini.* Et iterum.
Anima quæ peccat, ipſa morietur. Et Dauid. *Mors pecca-* Ezec. 18
torum mala. Rurſus. *Pretioſa in conſpectu Domini mors* Pſal. 33. 15.
Sanctorum eius. Et Iob. *Mors viro requies.* Neque ſolum
mors, ſed & infernus vocabatur. Audi Dauidem di-
centem: *Veruntamen Deus eripiet animam meam de manu* Pſal. 48.
inferni, quando acceperit me. Et Iacob. *Deducetis ſenecta-* Gen. 42.
tem meam cum mœrore ad infernum. Hæc nomina habe-
bat finis omnium anteactis temporibus. At poſtquā
Chriſtus venit, & pro mundi vita mortem ſubiit,
D nō amplius vocatur mors, mors: ſed ſomnus & dor-
mitio. Dormitionem appellari teſtantur illa domini
verba; *Lazarus amicus noſter dormit.* Non enim dixit: Ioan. 11.
Mortuus eſt, quāuis reuera mortuus eſſet. Vt vero
intelligas nomen *dormitionis* peregrinū fuiſſe: conſi-
dera quomodo hoc audito nomine diſcipuli turbē-
tur, & dicant: *Domine, ſi dormit, ſaluus erit.* Adeo non in-
tellexerant, quid ſibi dictum illud voluerit. Iterum
Paulus: *Ergo & qui dormierunt, perierunt?* ad quoſdā ait. 1. Cor 15
Rurſus alibi de defunctis loquens, *Nos*, inquit, *qui vi-* 1. Theſ. 4
uimus non præueniemus eos, qui dormierunt. Et alibi: *Surge,* Epheſ. 5.
qui dormis. Et vt oſtenderet ſe de mortuis hoc dicere:
addidit: *Et exſurge à mortuis.* Vide quomodo vbique
mors nominetur ſomnus: qua de cauſſa & locus cœ-
meterij (quaſi dicas, dormitorij) nomen inuenit. Mors
Vtile enim hoc nomen eſt, & Philoſophiæ inſtitu- ſomnus
tioniſque multæ plenum. Quando igitur huc mor- vocatur.
tuū ducis, ne ipſe te concidas. Non enim ipſum ad
mortē, ſed ad ſomnū ducis: ſufficit tibi nomen hoc
ad calamitatis ſolatiū & leuamen. Diſce, quò ducas.
In cœmeterium. Et quando ducis? poſt mortem

Chriſti ad inferos deſcenſus.

Chriſti, poſtquã neruos mortis excidit, vt & à loco, & à tempore multũ cõſolationis percipere poſſitis, maximè ad mulieres oratio hæc nobis inſtituitur, cum genus hoc hominũ affectibus magis ſit obnoxium, & ad anxietatem deſperationemque perquã procliue. Sed idoneum habes pharmacum mœrori leniendo nomen loci. Propterea ergo hic congregamur. Hodie enim omnia inferorum loca circuit Dominus noſter. Hodie portas æreas cõfregit. Hodie vectes ferreos contriuit. Vide orationis accurationem.

Pſal. 106. Iſa. 45.

Non dixit: *Aperuit portas æreas*: ſed *confregit portas æreas*; vt inutilis deinceps carcer fiat. Nõ abſtulit vectes, ſed contriuit, vt cuſtodia deinceps fragilis, & infirma reddatur: vbi neque ianua, neque vectis; & licet quis intret, non tenetur. Quando igitur Chriſtus confregerit, num alius reparare poterit? *Quod enim Deus euertit*, inquit ille, *quis de cætero reſtituet*? Reges cum vinctos dimittere volunt, miſſis epiſtolis; non ita agunt, ſed tam fores, quàm cuſtodes relinquũt; vt oſtendant, eò denuo ingrediẽdum eſſe, vel illis, qui iam liberi abierunt, vel loco eorum aliis. Non ita Chriſtus, ſed demonſtrare volens mortem iam ad finem metamque perueniſſe, æreas eius portas confregit. Æreas vero nominauit nõ quod portæ illæ ex ære ſint fabrefactæ, ſed vt declararet immitem illam, & inexorabilem mortis neceſſitatẽ. Et vt intelligas, tam æs, quàm ferrum ſignificare idem quod rigidum & inflexibile: audi quid ad quendam

Iſa. 48.

impudentem Deus dicat: *Neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea*. Hoc dixit, non quod æream frontẽ habuerit: ſed quia implacabilem vultum, & impudentem, & immitem habuit. Vis diſcere quomodo fuerit implacabilis, inflexibilis, & ipſiſſimus adamas? Tanto tempore nemo vnquam ei perſuadere potuit, vt quemquam ex illis, quos captiuos tenebat, dimitteret; quoadusque Angelorum Dominus eò deſcen-

Iſa. 45.

dens, vi ſua coëgit. Nam primum quidem alligauit *fortem*, & tunc *vaſa* eius diripuit, quare & adiungit: *Theſauros tenebricoſos, inuiſibiles*. Licet dictũ hoc ſimplex ſit, at duplex eſt ſenſu; ſunt enim loca tenebricoſa, ſed videri poſſunt candela & lumine illato. Ille vero inferni locus caliginoſiſſimus erat, & inamabilis, neque vnquam lucis naturam intra ſe receperat: propterea tenebroſos, & inuiſibiles eos dixit: Verè enim tenebricoſi erant, donec deſcẽdit ſol iuſtitiæ, eoſque illuſtrauit, & ex inferno cœlum fecit. Nam vbi Chriſtus, ibi & cœlum. *Theſauros* autẽ *tenebricoſos* nominat infernũ: Merito, quia multæ diuitiæ iſthic erant repoſitæ. Etenim tota hominum natura; quæ gaza quædam Dei eſt, ab eo, qui primum hominem in fraudem impulit, ſpoliata, mortique ſubiecta eſt. Quod vero hominum naturam Deus diuitiarũ loco habuerit; teſtatur his verbis Paulus: *Diues in omnes, &*

Rom. 10.

ſuper omnes, qui inuocant eum. Quemadmodũ igitur Rex, comprehenſo duce latronum & prædonum, qui ciuitates percurrit, & vndique rapit, & antra ſubit, vt eò reponat diuitias raptas; latronum ducẽ ligat: ſupplicioque meritas pœnas perſoluturum tradit, theſaurum vero eius in regium ærarium conuertit: ſic & Chriſtus fecit: principem illum prædonum, & carceris cuſtodem Diabolũ, ſimul & mortem, cum per mortem ipſum vinxiſſet, omnes diuitias, humanum, inquam, genus, tranſtulit in æraria regia. Hoc

Coloſſ. 1.

& Paulus indicat, cum ait: *Eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum dilectionis eius*. Porro quod admiratione digniſſimum eſt, ipſe Rex aduenit. Atqui nullus Rex vnquam hoc dignaretur facere: ſed miniſtri vinctos dimittunt: ſecus hic. Ipſemet Rex ad vinctos venit. Non erubuit carcerem, neque detentos in carcere, (de eo enim quem finxerat, erubeſcere non potuit,) & cõfregit fores, & vectes cõtriuit, ſuperaſtitit inferno, & totam illius cuſtodiam deſertam fecit, carceriſque cuſtode in vincula cõiecto, ad nos remeauit. Tyrannus captiuus ducebatur, fortis, vinctus. Ipſa mors abiectis armis nuda ad Regis pedes cucurrit. Vidiſti mirandam victoriam.

Vidiſti crucis præclara facinora. Dicam tibi quiddam adhuc mirabilius. Diſce modũ victoriæ, & tunc magis obſtupeſces. Per quæ enim Diabolus vicerat, per eadem Chriſtus eundem deuicit, & acceptis, quibus vſus fuerat armis, eum debellauit. Et quomodo? Audi. Virgo, lignum, & mors cladis noſtræ fuerunt ſymbola. Virgo erat Eua. Needũ enim virum cognouerat. Lignum, arbor. Mors, mulcta Adami. Attende vero, rurſus virgo, & lignum, & mors victoriæ ſymbola exſtiterunt. Nam loco Euæ, eſt

Diabolus per ea victus per quæ vicerat.

Maria. Loco ligni ſcientiæ boni & mali; lignum crucis. Loco mortis Adami, mors Chriſti. Vides, eum, per quæ vicit: per eadem & victum eſſe? Circa arborem proſtrauit diabolus Adamum, circa arborem debellauit Chriſtus diabolum. Et illud quidem lignum mittebat ad inferos: at hoc etiam illos, qui iam eò deſcenderant, reuocabat. Iterum lignorum alterum hominem iam captum nudumque occultauit; at hoc victorem nudum in alto omnibus oſtendit. Et illa quidem mors eos, qui ſecum erant, condemnauit; at iſta mors etiam illos, qui anteactis fue-

Pſal. 105.

rant ſæculis, reſuſcitauit. *Quis loquetur potentias Domini*? De morte immortales facti ſumus. Hæc ſunt crucis præclara facinora. Intellexiſti victoriam: intellexiſti modũ victoriæ. Diſce nunc, quomodo & ſine labore, & ſudore noſtro victoria hæc fuerit parta. Nos arma non cruentauimus. Non ſtetimus in acie. Non accepimus vulnera. Neque vidimus bellum, & tamen victoriam obtinuimus. Certamen Domini fuit, corona noſtra. Cum ergo & noſtra ſit victoria, milites imitemur, lætiſque vocibus victoriæ laudes & carmina hodie decantemus. Dicamus Dominum

1. Cor. 15

laudantes: *Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi ſtimulus tuus inferne?* Hæc omnia præclarè facta crux nobis peperit. Crux trophæum contra Dæmones erectum, gladius, contra peccatum, gla-

Crucis victoria.

dius, quo ſerpentem confodit Chriſtus. Crux patris voluntas, vnigeniti gloria: Spiritus exultatio, Angelorum decus, Eccleſiæ ſecuritas, gloriatio Pauli, Sanctorum munus, totius orbis lumen. Quemadmodum enim ſi quis lucernam in domo quapiam tenebris obſita accendat, & in altum ſtatuat, tenebras derepentè fugat: ſic tenebris per vniuerſum orbem ſparſis, Chriſtus, tanquam lampadem quandã, crucem accendit, & in altum erexit, omnemque caliginem totius terræ diſſipauit. Et quemadmodum lampas ſupra in vertice lumen habet, ſic & crux habuit ſupra in vertice ſolẽ iuſtitiæ effulgentem. Hunc cũ videret mundus clauis affixum, cohorruit. Mota eſt terra, diſruptæ petræ, & licet diſruptæ ſint petræ, durities tamen Iudæorum non eſt diſrupta. Velum templi ſciſſum eſt, & nõ eſt ſciſſa improba illorum conſpiratio. Quare ſciſſum eſt velum? Quia templum nõ potuit videre Dominum crucifixũ, & per ea, quæ velo ſuo acciderunt, tantũ non exhortationis modo iſta protulit. De cætero ſancta ſanctorum conculcet, quiſquis volet: Quid enim iſtis opus habeo, ſacrificio extra oblato & peracto? Quæ ex lege ad me vtilitas rediit, quã iſtis tanto tempore explicaui? Hoc & Propheta clamabat dicẽs. *Quare fremue-*

Pſalm. 2.

runt gentes, & populi meditati ſunt inania? Audierant. *Tan-*

Iſa. 53.

quam ouis ad occiſionem ductus eſt. Et, *Tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit*. Et cum hoc oraculũ tanto tempore cõſideraſſent: præſente iam eo, quod prædictum fuerat, non crediderunt. Cernis, quomodo meditati ſunt *inania*. Propterea ſciſſum eſt templũ, ſignificãs ſolitudinem & vaſtationem poſthac in perpetuum futuram. Cum igitur eum, qui in cruce affixus eſt, nos itidem ſub veſperam viſuri ſimus, tanquam Agnum mactatum & immolatũ, moneo, vt cum tremore, veneratione & reuerentia multa accedamus. An neſcitis, quomodo Angeli aſtiterint ſepulchro corporis experti, ſepulchro vacuo? Attamen cum ſemel totum corpus Domini recepiſſet, multum

Euchariſtia quãta cum veneratione ſumenda.

honoris ipſi etiam loco exhibent: Angeli, qui naturam noſtram excellentia ſua longè exſuperant,

[A] tanta reuerentia & obſeruātia ſepulchro adſiſtunt: Nos non ad ſepulchrum inane, ſed ad ipſam menſam, in qua Agnus poſitus eſt, adituri cum tumultu & turbatione accedimus. Et quæ nobis de reliquo venia ſperanda erit? Nō dico hæc ſimpliciter & temere: ſed cum videre ſoleam hac veſpera multos tumultuantes, clamantes, ſeſe mutuo trudentes, exſilientes, cōuicia iacientes, magiſque pœnam quàm ſalutem ſibi comparantes, ea de cauſſa hanc admonitionem inſtituo. Quid facis, ô homo? Quando ſacerdos ſtat ante ſacrā menſam, manibus in cœlum extenſis, inuocans Spiritum ſanctum, vt adueniat, vt propoſita dona contingat, magna quiete, magno ſilentio? quando Spiritus gratiā ſuam tribuit, quando deſcendit, quando propoſita dona contingit, quando ouem mactatam & diuiſam cernis, tunc tumultum, tunc turbas, tunc contentionē excitas & conuicia iacis? Quomodo ſacrificio hoc perfrui potes, cum tanto tumultu & ſtrepitu ad menſam hanc [B] accedas? Non ſufficit nobis peccatis contaminatos accedere; ſed ipſum etiam acceſſus momentū non ſinimus à peccato liberum præterire. Quādo enim iurgamur, quādo tumultuamur, quando nos mutuo mordemus; quomodo à peccatis immunes erimus? Dic mihi, quid properas? cuius gratia feſtinas, cum ouem iam occiſam aſpicis? Nam ſi tota nocte ſacrificium hoc intueri deberes: an ſpectaculū hoc, cedo, ſatietatem adferret? Toto die patiēter exſpectaſti: bonā noctis partem tranſmiſiſti, tantumque laborem breui temporis puncto prodigis & perdis: Cogita, quidnam ſit illud quod propoſitum eſt. Et quæ ſit eius cauſſa, occiſa eſt hæc hoſtia propter te, & tu deſeris illam ipſam immolatam aſpiciens. [Matth. 24] *Vbi cadauer*, inquit, *ibi & aquilæ*. Sed vt canes accedimus. Tanta noſtra eſt impudentia. Cogita quid tandem illud ſit, quod effuſum eſt. Sanguis eſt. Sanguis [C] qui chirographum peccatorū deleuit. Sanguis, qui animam tuam mundauit, qui maculā eluit, qui principatus & poteſtates triumphauit. [Coloſſ. 2.] *Expolians* enim, inquit, *principatus & poteſtates traduxit confidenter triumphās* in cruce. Multa victoriæ ſymbola habuit trophæū. Spolia ſupernè de cruce pendent. Quemadmodum enim magnanimus aliquis Rex confecto feliciter difficillimo bello, thoracem, & clypeum, & arma tyranni, & militum, quos deuicit, ſuper excelſum trophæum ponit: ſic & Chriſtus, finito bello, quod cum Diabolo geſſerat, arma eius vniuerſa, mortem [Crucis trophæū.] & maledictionem ab edita cruce ſuſpendit, tanquā de trophæo quodā, vt omnes trophæum illud conſpicarentur, ſupernæ virtutes, quæ in cœlis: homines, qui infernè terram incolunt: Ipſique mali dæmones, qui deuicti ſunt. Cum igitur in tāto munere affecti ſimus, dignos noſmetipſos pro viribus oſtēdamus bonis illis, quæ nobis ſunt conceſſa: vt & cœlorum regnum aſſequamur gratia & humanitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum [D] quo Patri ſimul & Spiritui ſancto gloria, honor, potentia in ſæcula ſæculorum. Amen.

Sancti patris noſtri

IOANNIS CHRYSOSTOMI

CONSTANTINOPOLITANI Archiepiſcopi, Homilia in ſanctum Paſcha.

Petro Pantino interprete.

GAVDETE *in Domino ſemper*, dilecti fratres: *iterum dico, gaudete. Dominus propè eſt. nihil ſolliciti ſitis.* [Phil. 4. 4.] [Paſchatis feſtum.] Dominus ex mortuis excitatur, & cum ipſo multa Sanctorum manus. Feſtum igitur hoc lætè modeſtèque agamus. *Hæc* enim reuera *eſt dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea.* [Pſal. 117. 24.] Publicemus Seruatoris reſurrectionem: aut potius propriam noſtram proclamemus ſalutationem: pa-[A]lam ſalutaris huius diei memoriam pronunciemus: interitum diaboli, dæmonum impurorum captiuitatem, Chriſtianorum ſeruationem, mortuorum reſurrectionem diuulgemus. Reſurrectione enim Domini gehennæ ignis extinguitur, vermis nunquam dormiens deſinit, infernus turbatur, luget diabolus, peccatum emoritur, ſpiritus mali pelluntur, qui in terra, ſurſum in cœlum feruntur: qui apud inferos, à vinculis diaboli liberantur, & ad Deum cōfugientes dicunt diabolo: *Vbi eſt mors ſtimulus tuus? vbi eſt inferne victoria tua?* [1. Cor. 15 55.] Auctor autem tanti huius feſti publiciq́ue cōuentus nobis Chriſtus eſt: qui & cæterorum omnium bonorum nobis conciliator. Ipſe ſiquidem à principio nos fecit: & ex nihilo, vt eſſemus, produxit: ipſe etiam nunc perditos conſeruauit: mortificatos viuificauit: idem nunc diaboli nos tyrannide eripuit: idem nos ſeruos peccati exiſtentes, liberos declarauit: *delens quod erat ad-* [Coloſ. 2. 14.] [B] *uerſus nos chirographum. Chriſtus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum.* [Gal. 3. 13.] Pro quibus vt dicamus [Pſ. 115. 12] æquum eſt: *Quid retribuimus Domino, pro omnibus quæ retribuit nobis?* Deus quum ſit vnigenitus, homo pro [Phil. 2. 8.] nobis fieri voluit: & *factus eſt obediens vſque ad mortem*, vt nos à morte perpetua vindicaret. Serui formam geſſit ille Angelorum Dominus. Carnem aſſumpſit Deus Verbum: & homo apparuit, conſimilis figuræ ac ſubſtantiæ cum Patre exiſtens. Atque hæc ſuſtinuit, vt nos ex iniqua aſſereret ſeruitute, ignominiaque liberaret. Cruciatus in carne tolerauit, vitæ nobis auctor. Propterea etiam ſepultus fuit immortalitatis ille fons, vt mortalibus ſempiternā vitam donaret. [Act. 10. 3] Et præſens quidem in terra fuit, benefaciens, & ſanans hominum mala: cæterū indignam à Iudæis Deo rebellantibus repenſationem accepit. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus inſigni ſua [Matt. 8. 2.] bonitate leproſos mundauit, cæcis viſum largitus [Marc. 1. 40.] [C] eſt, claudos curauit, dæmones eiecit, Lazarum [Mat. 9. 27] quatriduanū è mortuis excitauit, ex quinque panibus [Matt. 21. 14.] quinque millia hominū ſaturauit, ſuper mare ambulauit, [Mat. 4. 24] aquā in vinum mutauit, mulierē ſanguinis [Io. 11. 43] profluuio laborantē ſanauit, filiam Archiſynagogi [Mat. 14. 17.] defunctam vitæ reſtituit, aliaque myſteria admiratione [Matt. 14. 24.] digna perpetrauit. Iudæi autē inuidia odioq́ue perciti, [Ioan. 2. 9] aliquando quidem Dominū lapidabant, nōnunquam [Matth. 9. 20.] præcipitare nitebantur, tandem denique in crucē egerunt. ſed Dominus noſter Ieſus Chri- [Mar. 5. 41] ſtus, non imitatus eſt improbitatem blaſphemorum [Io. 10. 31] Iudæorum. ſed & *tergū ſuum dedit in flagella*, iuxta Pro- [Luc. 4. 29] phetam, *& maxillas ſuas in alapas: neque auertit faciē ſuam* [Matth 27. 1.] *à confuſione ſputorum*: ac denique, *tanquam ouis ad occiſio-* [Marc. 15. 24.] *nem actus eſt, & tanquā agnus coram tondente mutus: non ſeſe opponens, non obloquens: nec blaſphemiis impetitus, contra maledicens: patiens, non comminatus: tradidit vero ſeipſum iudicanti iuſtè.* [Lu. 23. 33] [Ioā. 19 18] [Eſa. 50. 6.] [iuxta 70.] [Iſa. 53. 7.] [Ma 50. 5.] [1. Pet. 2. 21.] Neque enim venit primo aduentu caſtigare ac punire infideles: ſed voluit longanimitate ſua ac [D] tolerantia errantes recta via ad veritatē perducere. Ac diſce Domini bonitatē benignitatemq́ue ſingularem. [Chriſti patientia.] Blaſphemabant ipſum Iudæi, dicētes, *Dæmonium habes*: [Ioā. 7 20] ipſe autem Dominus, longanimis quippe, dæmones ex hominibus expellebat. [Matth. 4. 24] Iudæi in faciē Seruatoris cōſpuebant: ipſe autem cæcos eorū curabat. [Matt. 27. 31.] Iudæi Chriſtum lapidabant, ipſe autē claudis eorū curſum largiebatur: [Mat. 9. 27] ac per omnia perſeuerabat in bene de iis, qui ſe iniuria afficiebant, promerendo, [Ioan. 10. 31.] & pro malis bona ingratis illis ac ſceleratis hominibus retribuendo. [Matt. 21. 14.] patiēter autem ferens eorum conuicia, ſimiliter infirmus eſſe reputabatur [Matt. 27 31.] is, qui Angelis ipſis ſtipatur. Et ne pluribus [Ioan 20. 25.] videamus ſermonē extendere, ad ipſa rerum capita veniamus. Tandē igitur in crucem & mortē actus fuit Rex ille gloriæ, clauiſque ligno affixus, qui à Cherubim ac Seraphim glorificatur, & ab omnibus Poteſtatibus atq. Angelis adoratur. illaq́. placidè tolerauit ac pertulit: nobis ſpecimen exhibēs, ac magiſter lenitatis effectus. Ac propterea nos quoque generosè hominū improborū minas ferre debemus.

Quin

Quin & in cruce ſuſpenſus maiora opera, & plura
miracula edidit: vt vel ſic Deo inuiſam eorũ rabiem
ſedaret, ac vllam haberent excuſationem vel præ-
textũ incredulitatis, neque dicerent, nudum dun-
taxat ſe hominẽ cruci affixiſſe. Primũ igitur Chri-
ſtus crucifigi ſuſtinuit, & in aëre ſuſpendi: vt qui in
aëre ſunt dæmones, in fugam ageret. ſuſpenſus in
Gen. 3. 6. ligno eſt; vt peccatum olim in homines per lignum
Ioan. 19. 34. inductum ſanaret. lancea latus eius percuſſum fuit,
Gen. 2. 22 propter mulierem quæ ex latere Adam deſumpta
Gen. 3. 1. fuerat. Quoniam enim ſerpens Euam circumuene-
Ibid. 7. rat; Eua autẽ vt & Adam præuaricaretur effecerat,
(egreſſa eſt autem ſententia contra vtrumque, &
Rom. 5. 14. *regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſem, etiam in eos qui non
peccauerunt*) ob id latus eius vulneratur: vt diſcamus
Chriſti paſſionem non ſolum viris ſalutẽ, ſed etiam
mulieribus attuliſſe. Adam enim primus fictus fuit,
deinde Eua: neque Adam à ſerpẽte, ſed fœmina de-
1. Tim. 2. 13 cepta, eſt præuaricata. *ſaluabitur autem per liberorum ge-
nerationem.* per quam, quæſo, liberorum generationẽ,
niſi Mariæ? Ipſa enim Seruatorem Chriſtum pepe-
Eſa. 7. 14. rit, nõ cum viro conueniens, vt Eſaias teſtificatur,
Luc. 1. 35 ſed Spiritu ſancto ipſam obumbrante, ſicut Gabriel
Archangelus læto nuncio ei prædixerat. Latus etiã
Chriſti percutitur; vt & prædicta debitum finem
modumque ſortirentur, myſteriũ baptiſmatis præ-
dicaretur, & futura gratia reſplẽderet. ſanguis enim
Ioan. 19. 34. & aqua ex Chriſti latere manat; vt & chirographũ
Coloſſ. 2. 14. peccati, quod contra nos erat, deleret: & ſanguine
ipſius mundaremur, paradiſumque adipiſceremur.
O magnum myſterium! Reſipuit latro: opus erat a-
qua qua baptizaretur: in cruce ſuſpenſus erat; non
erat alius modus baptiſmatis, non fons, nõ ſtagnũ,
non imber, non ſacri denique illius myſterij pera-
gẽdi miniſter. omnes enim propter metum Iudæo-
Chriſti paſsionis ſumma cũ myſticis cõſiderationibus. rũ diſcipuli diffugerant. Verum non deſtituebatur
ſetus aqua; ſed etiam in cruce ſuſpẽſus aquas fabri-
cauit. Quoniam enim non fas erat, latronem in re-
gnũ ſine baptiſmo ingredi, oportebat autẽ ipſum,
poſtquam iam reſipuiſſet, baptiſmatis non manere
expertem: ob id aquam & ſanguinem Seruator ex
latere ſuo percuſſo emiſit, vt & latronẽ ab impen-
dentibus malis liberaret, & ſanguinem ſuũ iis, qui
in ipſum ſpem haberent, lauacrum eſſe factum de-
Heb. 9. 13 clararet. *Si enim ſanguis taurorũ & hircorũ, & cinis vitulæ
aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis: quanto
magis ſanguis Chriſti* Seruatoris noſtri expiatorius fa-
ctus eſt omnium ſimul Chriſtianorum! Si quis ergo
tibi infidelium dixerit: Ad quid crucifixus eſt Chri-
Gen. 3. 6. ſtus? reſpõde ei: Vt diabolũ crucifigeret. Si dixerit:
Ioh. 19. 2 Cur ſuſpenſus fuit in ligno? reſpõde: Vt peccatum
per lignum in paradiſo cõmiſſum coërceret. Si di-
xerit: Quorſum & ſpinas geſtauit? reſponde ei: Vt
Gen. 3. 17 ſpinas & tribulos Adami eradicaret. Ille enim ad
gemitum atque angorẽ, ſpinarumq. & tribulorum
culturam condemnatus fuerat. Ob id ergo Ieſus,
quum eſſet benigniſſimus, facturæ ſuæ conſulere
volẽs, omnia propter nos ſubiuit, vt nos cõdemna-
tione liberaremur. Sicut enim ex muliere genitus
fuit, vt peccatũ ex muliere hominibus agnatum de-
leret: ita & ſpinis coronatur, vt terrã per inobediẽ-
tiam male ſubactã, obedientia ſua ad mitiorem cul-
Matt. 27. 34. turam reuocaret. Si dixerit tibi: Fel & acetũ cur bi-
bit? reſponde: Vt nos lethale draconis venenũ euo-
meremus. fel enim illud mea dulcedo factum eſt: &
acetũ, mea medicina. Sin autem rurſus tibi infidelis
Matt. 27. 28. dixerit: Cur & coccineam chlamydem fuit indutus?
Ibid. 29. &, Cur genibus flexis Iudæi ipſum acceſſerunt? re-
ſponde: Vt Iudæi etiã nolentes ipſum adorarent, &
Regnum eius vel inuiti in terra confiterentur. &
nunc quidem irridentes ante eum genua flectunt,
ignari quid faciant: in futura autem reſurrectione
Phil. 2, 10 *omne genu flectetur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: &
omnis lingua confitebitur, quoniã Dominus Ieſus Chriſtus in glo-
ria eſt Dei Patris noſtri. Amen.* Quin & aliud ænigma
chlamys illa in ſe cõtinebat. nõ ſolũ enim regnum

A præfigurabat; ſed &, quæ æſtuabant Iudæi, ſanguinis
ſitim, cædiſque cupiditatẽ demonſtrabat. dederunt Matt. 27. 29.
ipſi inſuper calamum in manu: vt peccata eorum
cõſcriberentur. Atque illa quidem Chriſti hoſtes
faciebãt; ignorantes quis eſſet, qui crucifigebatur,
aut potius ſponte ſua occæcati: creatura autẽ domi-
num ſuum & conditorem non ignorauit. In cruce
enim ſuſpenſum ſol ſenſibilis ſolem illum iuſtitiæ
Chriſtum videns, per iniquos iniuriis affectum, non Matth. 27. 45.
ferens facinus tam audax, fugit, terræ tenebras of-
fundens, & abſurdũ exiſtimans operam ſuam accõ-
modare, oculoſque illorum illuminare, qui maximã
hanc omnium impietatem in ſe admitterent. Non Matth. 27. 51.
ſolum autem ſol fugit, ſed & terra concuſſa eſt, nec
ipſa tolerans iniquitatem eorũ, qui hæc faciebant;
oſtendens autem docenſque quod Deus eſſet, qui
crucifigebatur. Propterea nõ ſuſtinuit hæc fieri, ſed
indoluit; nolẽs in ſe geſtare Iudæos illos Deo inui-
ſos. Neque enim fratricidio cõmiſſo ita Cain terrã Gen. 4. 8.
B contaminauerat: neque illam ita grauauerat gigan- Gen. 11. 4
teæ turris ædificatio: neque adeo eam polluerat ne-
faria perpetrantes Sodomitæ: neque illi qui idola Gen. 19. 5
ex ipſa cõfinxerant: neque Zachariæ ſanguis atque 2. Paral. 24. 22.
Abel effuſus, tanto eam pondere preſſerat, quanto Gen. 4. 8.
Iudæi, ingens hoc ſcelus tentare auſi. Ob id enim
etiã duræ petræ findebantur, vt diſcerent hanc eſſe
ſpiritalem petrã. *Bibebant enim de ſpiritali ſequente petra:* 1. Cor. 10. 4.
petra autẽ erat Chriſtus. O Iudæorum inſaniam! petræ
finduntur, & illi nõ ſentiunt: inanimata quatiuntur,
& animati non credunt. Velum templi rumpitur, vt
deinceps eorum ſolitudo oſtendatur. ſciſſum eſt e- Matt. 27. 51.
nim templi velum: denudata ſunt quæ in templo
erant, propter verba Chriſti: *Ecce relinquitur domus ve-
ſtra deſerta.* Deſerta enim reddita fuerunt, quæcũque Matt. 23. 38.
apud Iudæos ſplendida fuerant, poſtquã Chriſtum Luc. 13. 35.
occidiſſent: & qui in ciuitate & templo Angeli ha-
bitauerant, illinc recedentes in Eccleſiã venerunt.
C multa autem corpora dormientium Sanctorum cõ- Matt. 27. 52
ſurrexerunt cum Chriſto; vt diſcamus nos, quod
Chriſtus mortuus, non ſolus reſurgat, ſed omnes in
ſe credẽtes ex mortuis reſuſcitet. Atque hoc quidẽ
in ſumma præclarum Paſchatis eſt feſtum: hæcque
Chriſtianorum myſteria, de reſurrectione mortuo-
rum & vita æterna, numeroſo hoc conuentu cele-
bramus, *non in fermento malitiæ & nequitiæ:* credentes in
Patrem, & Filium, & S. Spiritum, in Trinitatem in- 1. Cor. 5. 8.
quã conſubſtantialem, increatamque, denique re-
ſurrectioni fidem habẽtes, expectanteſq. dominum
iterum venientem, non amplius humiliter, ſed glo-
rioſè, cum maieſtate cœleſti, cum lucidis Angelis,
cum tuba & lætitia; lætitia inquam Sanctorũ atque
iuſtorum, timore autem iniuſtorum & peccatorum.
Deus autem pacis omnes nos dignos efficiat, qui
cum iuſtis reſurgamus, in bonis operibus reperti, &
fide recta: quoniam ipſi gloria & potentia in ſæcula
ſæculorum. Amen.

D

EIVSDEM IN ASCENSIO-nem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

SERMO PRIMVS.

Doctore Gerardo Voſſio Interprete & Scholiaſte.

Ex editione operũ Gregorij Taumaturgi & Miſcellaneis Gerardi Voſſij Moguntiæ an. 1604. apud Balth. Lippium.

TRIA ſummè admiranda atque ſtupenda ab
initio à Deo præordinata, ſuperant quidem
naturæ noſtræ vires, ipſa tamẽ infracta per-
manent & immota: funiculus enim triplex
non facile rumpitur. Ea vero ſunt, innuptæ matris Gen. 17. 18. 21. 25. & 30.
partus, triduanæ paſſionis Reſurrectio, carniſque in Luc. 1. & Heb 11.
cœlum aſcẽſio. Nouit tempus ſteriles peperiſſe, ſed
nõ abſque matrimoniali cõiunctione. agnouit mor- Lucæ 7.
tuos ad vitam rediſſe, ſed non ad ſempiternã. agno- Ioan. 11. Actor. 20.
uit Prophetam aſſumptum eſſe, ſed tanquam in cœ- 4. Reg. 2.

lum: tanquam hoc eſt, non in cœlum verum. ſiquidem Helias locum loco mutauit: At Saluator aſcendit, vnde deſcendit, multis contemplantibus viris atque mulieribus, quouſque in altũ viſus imbecillitas ferre potuit: Angelis ipſis fidẽ huic ſpectaculo præbentibus, ſecundumque hinc Chriſti aduẽtum prænuntiantibus. *Et ecce*, inquit Lucas, *duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* O quanta benigniſſimus Dominus propter improbos ſeruos, in ſalutem peregit! Deſcendit è cœlis, in cœlos aſcẽdit, & de cœlis iterum venturus eſt. Sed quo pacto venturus? nõ alia quidem aſſumpta perſona, ſed in forma carnis, & habitu humano, non tamen humilia agens vt antea, nõ in naue dormiens, nõ ad puteum ſitis moleſtia laborans, neque ſuper pullum aſini ſedens, ſed equo nubis vectus, non piſcatores adducens, verum angelorum comitatu ſtipatus, non ante iudicis tribunal conſtitutus, ſed ipſe iudicans fines orbis terrarum, ipſiſque piſcatoribus poteſtatem iudiciariam præbens, quemadmodum & ipſe docet, ad diſcipulos, dicens: *Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël.* Ad Iudæos vero: *Si autem in Beelzebub ego eiicio dæmonia filij veſtri in quo eijcient? propterea ipſi iudices veſtri erunt.* Quandoquidem cum ex Iudæis eſſent, non ſapiebant ea quæ Iudæorum erant, ſed Chriſti ſupplicia, eiuſque ſtigmata cognatis ſuis interfectoribus Domini prætulerunt. O rem magnam atque ſtupendam, nouum ac inuiſitatum iudicij genus, piſcatorem aſpicere iudicantem, & Phariſæũ iudicari: tabernaculorum opificem confidenter ſedentem, & ſummum Sacerdotem cum ſuſpiriis iudicium ſubeuntẽ! Cur enim Domino in faciem alapas impegerunt, caputque verberarunt, & demum hæredem ipſum extra vineam interfecerunt? Quamobrem vero Petrum ad carcerem traxerunt: Paulo autẽ quadragenas, vna minus, plagas inflixerunt? Quin & admirãdus apud eos princeps ſacerdotum Ananias, præcepit, aſtantibus ſibi miniſtris, percutere os Pauli: os dico Pauli, os gratiæ, os veritatis, plectrum vitæ, quod quouis clangore tubæ vehementius reſonat, & quacumque harmonia conſonantius eſt: organum inquã Chriſti, ac fiſtulam Spiritus ſancti. Quæ enim viſa ſunt Spiritui ſancto, Paulus organo linguæ ſuæ publicauit. Vnde & arbitror Dauid Prophetam ſub perſona Pauli dicere: *lingua mea, calamus Scribæ velociter ſcribẽtis.* Quid igitur ad Ananiam Paulus, impedens illi ſupplicium, proſpiciens, dixit ad eum: *percutiet te Deus, paries dealbate.* Nam paries dealbatus, ſepulchrum ſpecioſum erat, foris inimicus, intus vero mortuus. Quoniam igitur de rebus omnibus, quæ in vita fuerint actæ, rationes nobis reddendæ proponuntur, ac iudicium vniuerſale conſtituitur, vbi quid de talentis egerimus, exigitur, de myſticarum nuptiarum contemptione, de lampadibus ſpõſi, de ſementis incremẽto, de vineæ fructu, & quæcumque nobis per parabolas reuelauit: vitam noſtram expendamus, & res huius vitæ cõmutemus, non quæſtus cauſa, neq; tanquam aurum effodientes, lucrum inde argenti vel auri, per grauem vſuram ſperãtes, hæc enim iudex auerſatur, verũ de noſtro potius, inopiam pauperum ſubleuantes, hoſpitalitatem exercentes, ac Deum inuocantes, omniaque agentes, quæ ad diuinam placandã iram, bona noſcuntur. Diſce lucrum hoſpitalitatis, reſpiciens ad exemplũ Abrahæ, orationiſque vtilitatem ex Niniuitis conſiderans, ac eleemoſynæ theſaurum in Tabitha contemplãs, quæ cum in lecto exanimis iaceret, ſepulturæque iam proxima eſſet, circumſteterunt Petrũ omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei dona defunctæ, ab inferis mortuam extraxerunt. Quod ſi mortuum corpus, viduarum lachrymæ vitæ reſtituerint, perſpicuum eſt viciſſim in bonorum retributionibus, illorum animas à morte, pauperũ precibus liberandas, qui liberali dextera, benigni in pauperes fuerint, ac teſtimonium pauperum non abiecerint. Tunc enim dona auferri nõ poterunt, morte intercedente, ſed aſſidue vita extẽdetur. *Canet enim*, inquit, *tuba, & mortui reſurgent incorrupti, atque immutabiles*, ad imitationem Domini. Et ſicut eum nubes quædam ſuſcepit, ita & nos ſecundum vocem Pauli, *in nubibus rapiemur obuiam ei*. Et ſicut ipſe in iubilo & voce tubæ aſcendit: ita & nos mortis nebulam, velut ſomnum excutientes, Auctori vitæ coniungemur: *& ſic* (inquit) *ſemper cum Domino erimus*; ſapientes ea quæ ſunt Domini, diuinaque eius præcepta ſeruantes. Dignetur autem nos omnes beata ac felici illa ſua voce: *Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituã: intra in gaudium Domini tui.* Ipſi gloria & imperium, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Eccl. 48. *Aſcenſio Chriſti in cœlum glorioſa.* — *Acto. 1.* — *Matt. 17.* *Ioan. 4.* *Ioan. 12.* *Acto. 1.* *Matth. 21.* — *Matth. 19.* *Lucæ 22.* — *Matth. 12.* — *Apoſtoli cum Chriſto iudicabunt.* — *Acto. 23.* *Matth. 26.* *Marc. 14.* *Lucæ 22.* *2. Cor. 11.* *Acto. 16.* *Acto. 23.* — *Pſal. 44.* *Acto. 23.* *adluſio videtur fieri ad verba Matth. 23.* — *Iudicium vniuerſale ...* — *Acto. 9.* — *Generalis de mortuis ...* — *1. Cor. 15.* *Acto. 1.* *1. Theſſ. 4.* — *Ibidem.* — *Matth. 25.*

Scholia & variæ Lectiones.

QVandoquidem cum ex Iudæis eſſent, non ſapiebant ea quæ Iudæorum erant, ſed Chriſti ſupplicia, eiuſq; ſtigmata cognatis ſuis, interfectoribus Domini prætulerunt, &c.] Illa, de Chriſti diſcipulis atque Apoſtolis videntur intelligenda, qui tametſi ſecundum carnẽ ex Iudæis orti eſſent, Chriſti tamen paſſionem ac mortem potius amplecti ac ſequi ſtudebant, quàm conſentire cognatis ſuis Iudæis, qui in necem Domini conſpirauerant. Vnde & Apoſtolus Paulus ad Galatas ſcribens, *Mihi* (inquit) *abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo, &c.* pauloque ibidem poſt: *de cætero* (inquit) *nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto, &c.* ita ad Galat. 6. Apoſtolus.

Sequitur nõ longè poſtea hic apud Chryſoſtomũ: Τοῖχος γὰρ κεκονιαμένος, τάφος καλλωπισμένος, ἔξωθεν ἐχθρὸς, ἔσωθεν νεκρός. id eſt, *Paries enim dealbatus, ſepulchrũ ſpecioſum, foris inimicus, intus mortuus, &c.* Vbi haud obſcure alludit ad verba Mat. 23. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina & immunditia.* Ibidẽque: *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris apparẽt hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti: intus autẽ plena eſtis hypocriſi & iniquitate, &c.* Vnde & Paulus Apoſtolus Ananiæ factum damnans, dicit ad eum in Actis: *Percutiet te Deus, paries dealbate.*] vt eſt Actorum 23. c. & huc reſpexit hic auctor.

IN ASCENSIONEM Domini noſtri Ieſu Chriſti.

SERMO SECVNDVS.

Interp. eod. G. Voſſio, & Scholiaſte.

BENEDICTVS Deus. Opportunũ eſt hodie nos omnes propheticum illud contenta voce pronunciare, communemque vniuerſorum dominum collaudare, ac dicere: *Quis narrabit potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius?* Hodie enim noſtræ primitiæ Chriſtus in cœlos aſcendit, & qui ex nobis carnem ſibi aſſumpſerat, thronum æterni patris accepit, vt nos ſeruos recõciliaret, veteremque inimicitiam deleret, ac pacem ſupernorum exercituũ, hominibus adhuc in terra degentibus donaret. Communis enim omnibus hodie aduerſus diabolum proponitur victoria, cõmunia certaminis præmia, communes coronæ, communis gloria. Quocirca exultemus cuncti, aſpicientes primitias noſtras Chriſtum, ſurſum ſedentem, noſtramque naturam thronum dexteræ Dei patris occupantem. Nam, ſi admirabilis Propheta beatos

Pſal. 105.

cos

cos prædicet, qui *habent ſemen in Sion, & domos in Hieruſalem*; quãto magis nos gaudere & exultare oportet, videntes primitias noſtræ ſalutis Chriſtũ ad ipſum cœlorum verticem aſcendentem, & regalem thronum, quem ipſe reliquerat, ſibi vindicantem. Conſidera enim dilecte, quanta Dei noſtri ſit bonitas, quamque occulta & ineffabilis eius facta ſit diſpẽſatio erga genus noſtrum, quod fraude diaboli paradiſo exciderat: tãtaque maledictione damnatum, repentè in quantam celſitudinem euexit. Et quo pacto nos, qui & terra ipſa videbamur indigni, hodie in cœlũ euecti ſimus, ipſaque noſtra natura, quæ etiam paradiſo prius putabatur indigna, quomodo in cœlis primã ſedem occupauerit; quæque dæmonum ludibrium euaſerat, hodie ab angelis ſuperniſque poteſtatibus adoretur. O beatam atque felicem illam inuidiam! O bonum damnum! O inuidia † bonorum cauſa, quæ nobis infinita cõcilias bona, legemque immortalitatis peperiſti! Cũ enim antea naturæ noſtræ humanæ in terris degenti inuideret improbus ille dæmon, iam in cœlis adorari videt, & qui antea per fraudem, magna & incõparabilia ſurripuerat, nunc maioribus & illuſtrioribus nos perfrui cernit: ideo iubilo & exulto hodie, & vos vt mecum ſimul has choreas agatis, cohortor. Qui enim nec terreno quidẽ honore digni eramus, ad ſupernum regnum aſcendimus, cœlos peruaſimus, & regalem thronũ apprehendimus. Ipſaque natura, per quam cuſtodiebãt paradiſum Seraphim, iam euecta eſt & adoratur. Obſtupeſce igitur & admirare chariſſime, magna faciliaque opera domini tui, ac glorifica eum, qui tanta tibi largitus eſt. Tranſcendit enim doni magnificentia, damni magnitudinẽ. Nam ecce, qui paradiſo excideramus, ad cœlum ipſum ſublati ſumus; qui morte damnati fuimus, immortalitatis donum accepimus. Inſenſi eramus & abiecti: & filios nos vocare dignatus eſt; neque filios ſolũ, ſed & hæredes, neque etiam hæredes tantum, ſed & cohæredes Chriſti. Ecce quomodo maiora nobis à domino ſint donata, quàm antea fuerant ablata. Verum dum audis, quod aſcenderit & aſſumptus ſit, caue localem in Deo deſcẽſum opineris: Diuinitas enim omnia implet, vbique præſens eſt, & nuſquam abeſt, velut omnium inſpector, & vniuerſorum opifex. Quique idem nobiſcum corpus aſſumpſerat, ſimilis apparere nobis ſuper terram dignatus eſt, per omnia, illudque ipſum noſtrũ eſt, quod reſumptum eſt. Et propterea cõmunibus hodie cuncti vocibus acclamemus propheticum illud dictum: *Aſcendit Deus cum iubilo, Dominus in voce tubæ.* (Pſal. 46.) & præclaram hanc atque illuſtrem celebremus feſtiuitatem, cum omnes communiter huius † diei donis perfruamur. Sicut enim benignus quis dominus, amans famulũ ſuum, ob amorem quo in eum fertur, non recuſat illius etiam veſte indui: ita & dominus noſter Chriſtus, noſtram amans naturam, conſpiciensque in profundum malitiæ eam deprauatam, nullamque ſalutis ſpem ipſi eſſe reliquã, multaque indulgentia indigentem, noſtrum corpus aſſumere dignatus eſt. Et idcirco cum ſe in terris oſtendiſſet, mortales omnes ab errore liberauit, & ad veritatẽ traduxit. Clamatque ob id in Euangelio, dicens: *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã.* (Matth. 9. Lucæ 5.) Quod igitur voluit, effecit, humanamque naturam humi iacentem erexit, tantamque humanitatem exhibuit, vt rerum geſtarum ratio humana cogitatione nequeat comprehendi. Quomodo enim dic mihi, nos qui offenderamus, quique ipſa etiã terra videbamur indigni, & à principatu deorſum excideramus, ad tantam celſitudinem repentè ſumus euecti? Quo pacto bellũ diſſolutum eſt? Quo pacto ira ſublata eſt? admirabile enim hoc eſt, & omni ſtupore pleniſſimum. Quoniam nõ accurrentibus nobis, ſed ipſo iuſte in nos indignante, ac tamen pro nobis intercedente, pax facta eſt. Vnde & Paulus clamat, dicẽs: *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.* (2. Cor. 5.) Vides ſagaciſſimam Dei ſapientiã, cernis ineffabilem domini benignitatem: cernis excellentem ipſius prouidentiam. Nunc ſtimulus mortis deſtructus eſt, (1. Cor. 15.) nunc inferni victoria diſrupta eſt, nunc mortis potentia deleta eſt, nunc inimicitiæ extinctæ ſunt, & ſic diuturnum bellum reſtinctũ eſt. homines angelis ſimiles effecti ſunt. Homines angelis permiſti ſunt, & magna ex vtraque cognominatione, coniunctio nata eſt. Aſcendit enim cõmunis omnium dominus, reconcilians humano generi ſuum patrem. Quodque ob id aſcenderit, ipſum dicentem audi: (Ioan. 16.) expedit vobis vt ego vadam: *ſi enim ego abiero, paraclitus non veniet ad vos.* (Ibidem.) Et in ſignum recõciliationis, promittit ſe nobis daturum paracleti præſentiam. Vide enim quod additur, quàm plane ſubiungat: *Et ipſe*, inquit, *deducet vos in omnem veritatem*: nos, errabundos ſcilicet, & qui huc atq. illuc agebamur, ſpiritus ſanctus demiſſus, cunctos nos ad veritatis lumen deducat. Nam quoniã (Epheſ. 2.) erat nobis infenſus, nos vero adhuc benigniſſimum dominum auerſabamur, ſeipſum mediũ interponens Dominus noſter Chriſtus, recõciliationem nobis operatus eſt. Verè enim medium ſepis maceriem ſoluit. Idcirco bonã deinceps repoſitam nobis ſpem habemus, ad primitiarum noſtrarũ dominum reſpicientes. Quemadmodum enim ſi dixeris, deinceps nõ amplius timeo, ſiue vermem dixeris, ſiue puluerem, ſiue ignem, ſiue tormentum, ſiue ſtridorẽ dentium, ſiue cinerem, ſiue quodcumque tandem aliud mihi dixeris, omnia mihi facile ſuperanda ſunt, primitias illas meas Chriſtũ ſurſum ſedentem, & propemodum cum omnibus hominibus differentem, aſpiciẽti. Omni igitur ignauia abiecta, agnoſcite veſtram nobilitatẽ, conſiderantes menſuram donorum, quorum participes non ita multo poſt futuri eſtis. Conuerſans enim ipſis, *vetuit ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem patris.* (Act. 1.) Cerne & in hoc ſollicitudinẽ Domini; videns enim humanæ naturæ infirmitatem, eamque magno indigentẽ auxilio, Spiritus ſancti præbuit opem, vt inuictus euadat homo, aduerſus machinamẽta diaboli. Et idem accidit, velut ſi præſtantiſſimus quis belli dux ordinatos ſub ſe cernens milites, minas aduerſariorũ nõ ferentes, quos certaminis metu perculſos omnes confirmet, muniẽs eos vndique thorace, ſcuto, galea, ocreis, reliquaq. armatura: ita & dominus noſter Ieſus Chriſtus, aſpiciẽs magnam aduerſariorum poteſtatum vim atque potentiam, & ob id, humanam naturam magno indigentem auxilio, donauit ei gratiã Spiritus ſancti, vt qui prius dæmonum phalangas timebat, nunc iiſdem formidabilis appareat, atque terribilis. Et ſolo aſpectu fraudulentum repellat ſerpentẽ. Talis enim eſt gratia ſpiritus ſancti, vbi enim ſe manifeſtat, fugat agmina dæmonũ, cunctaſque poteſtates aduerſarias. *Accipietis enim*, inquit, *virtutẽ ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria & vſque ad vltimum terræ.* (Act. 1.) Quę autẽ ea potentia fuerit, paulo ante inſinuauit, dicens: *Infirmos curate, leproſos mundate, dæmonia eiicite*, (Matth. 10. Marc. 3. Lucæ 6.) & quæcũque eiuſmodi. nulla enim eſt, inquit, ægritudo tam grauis, vt nõ cedat virtuti Spiritus ſancti. Tantorum nobis bonorum cauſa eſt dies hodiernus. Hodie enim receperũt angeli, quæ iam dudum cupiebant, noſtrã naturam conſpicientes e regali coruſcantem throno. Et vt differentiã ſerui & domini diſcas: Elias quando aſſumptus eſt, in curru igneo ſublatus eſt, (4. Reg. 2. Eccl. 48.) at quãdo dominus noſter cum carne, nubes vſque ad aſcenſum obſecuta eſt. *Videntibus enim illis*, inquit, *eleuatus eſt & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* (Act. 1.) Et ille quidem, quaſi in cœlũ tollebatur, nam ſeruus erat: hic autem in ipſum cœlum, quoniam Dominus erat. *Ecce duo viri aſtiterunt in veſtibus albis, qui & dixerunt ad illos: Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* Et quando ſeruus vocandus erat, currus demittebatur: quando vero filius, regius thronus: neque ſimpliciter thronus, verum ipſe patris thronus. (4. Reg. 2. Actor. 1.)

Digitized by Google

Eſa. 19. Audi enim ſonorum Eſaiam, de patre dicentem: A *Ecce Dominus ſedet ſuper nubem leuem.* Ob id & filio nu- 4.Reg.2. bem demiſit. Et Elias quidem aſcendens, pallium reliquit Eliſæo: Ieſus autem aſcendens, gratiarum Acto. 2. dona in diſcipulos dimiſit, quæ non vnum Prophetam, ſed infinitos Eliſæos efficiunt, atque multo quam ille erat maiores & illuſtriores. Quæ omnia conſiderantes, dilectiſſimi, mutuis & nos dominum noſtrum compenſemus muneribus, optimo vitæ genere; vt ſicut ipſe nos, propriis glorificauit gratiarum donis, ita & nos per bona opera ſanctamque vitam, Deum nobis reddamus propitium, ſanctique ſpiritus gratiam abundantiorē nobis conciliemus. Glorificemus igitur dominum noſtrum, & faſtum omnem rerum præſentium deſpiciamus. Hæc enim velut optima ac præſtantiſſima doctrina etiam infideles ad veritatem manuducere poteſt: non enim, tam quid dicamus, quàm quid agamus attendunt. Et Matth. 5. propterea Chriſtus dicebat: *Beatus qui fecerit & docuerit,* oſtendens factorum doctrinam perfectiorē eſſe, B quàm verborum, magiſque illa induci poſſe perfidos atque iniquos. Deo igitur placere atque obſequi ſtudeamus, ſeduloque vitam noſtram componamus, vt & S. ſpiritus gratiam nobis conciliemus: ſic enim & aduerſus diaboli machinationes inuicti erimus, & ad virtutem plane conſequendam erimus paratiores, Spiritus ſancti virtute adiuti. Vbi enim gratia, animam ſobrietati ac temperātiæ vacantem inuenerit, ibi affluenter ſe diffundit. Quare nos pariemus obſecro, vt Spiritus ſancti cooperatione adiuti & confirmati, præſentem hanc vitam abſque mœrore tranſigamus, & futuris æterni gaudij bonis perfruamur, cœleſtique regno digni efficiamur, gratia & benignitate eius, qui redemit nos precioſo viuifici lateris ſui ſanguine, & ab errore & ſeruitute nos liberauit, Ieſu Chriſti domini noſtri. Cum quo, C conuenit honor & potentia, omnis quoque gloria & magnificentia, Patri, & ſancto ac viuifico ſpiritui, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Scholia & variæ Lectiones.

NAM *ſi Propheta beatos eos prædicet, qui habent ſemen in Sion, & domos in Hieruſalem, &c.*] Adluſio haud obſcure fit ad verba Eſaiæ Prophetæ, quæ habētur apud eum in fine cap. 31. iuxta lectionem LXX. hoc modo: *Hæc dicit Dominus: Beatus qui habet in Sion ſemen, & domeſticos in Hieruſalem.*] Quam etiam lectionē noſter ſequitur. S. Ephræm Syrus paſſim, vt ſuis locis adnotauimus. Vbi tamen in vulg. lect. Eſai. 31. paulo aliter ſic legitur: *Cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Hieruſalem.*] Quomodo & apud Symm. *Qui habet ignem in Sion, & clibanum in Hieruſalem.*] Sed Aquila & Theod. φῶς αὐτῷ ἐν Σιών. i. *Lumen ei in Sion, & clibanus in Hieruſalem.*] De qua etiam varietate agit S. Hiero. in Epiſt. 101. quæ eſt ad Pammachium, de optimo genere interpretandi, ac alibi.

IN ASCENSIONEM Domini noſtri Ieſu Chriſti.

SERMO TERTIVS.

Interp. eod. G. Voſſio, & Scholiaſte.

Aſcenſio nis Chri-ſti lęta-ntia? ILLVSTRE mihi Eccleſiæ ſe offert ſpectaculum, non vanum hominibus riſum excitans, ſed lamentationem vehementem Diabolo generans. Cernit enim ſurſum eam quæ infra mortuos erat naturam reſurgentem, aſpicit eum, qui ab eo hic infra in crucis lignum traditus eſt, e cœlis reſpicientem ipſum: Videt terram angelis repletam, intuetur aërem miro modo incedentem: Cernit cœleſtes virtutes occurrentes, & alias quidem dicentes: *Attollite portas, principes, veſtras, & introibit Rex gloriæ:* alias autem & obuiam venientes, atque A Pſal. 23. audientes, quoniam *Dominus fortis eſt & potens, Dominus potens in prælio:* at in quo prælio? in illo quod pro Ibidem. nobis cum communi hoſte ſuſcepit, quem nullus hominum, aut Prophetarum, ſiue iuſtorum debellando ſuperare potuiſſet. Omnes enim tunc ſub tyrannide erant, & imperio mortis, quouſque Rex ſæculorum aduenit, ligatoque forti, vaſa ipſius abſtulit. Nam domino cruci ſuffixo, virtutes, noua ſunt Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19. quadam & inaudita ratione commotæ, dum nouum illud cerneret myſterium, & formidabile quod fiebat, in terris ſpectaculum; contremuit enim terra, commotum eſt mare, fluctuatum eſt abyſſus, perterrefacta eſt omnis creatura Dei, luminaria cœlorum expauerunt, luna & ſol fugerunt, ſtellæ defecerūt, dies non tulit, Angelus è templo conſciſſo velo domus exiluit, tenebris obducta eſt terra; elementa B velut à ſuo ordine receſſerunt, dies immutatus eſt: non enim aſpectu ſuo ferre poterant, Dominum ac creatorem ſuum ſuſpendi in ligno. Tunc infernus euerſus eſt, & portæ eius contritæ ſunt, & vectes ipſius confracti. De quibus Dauid vaticinans dicebat: *Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreas confregit.* Tunc Pſal. 106. mors dominans ſubiecta eſt ſub pedibus Chriſti, & in triumpho ducta captiua. Nam incorrupto reſurgens & glorioſo corpore, hoſtis vires fregit, & eius machinis cōtritis, telis diſſipatis, vinculis diſruptis, dolorum ac perturbationum iugo proiecto, ad Plutonis Regiam deſcendit, eius thronum diuulſit, diadema diſtraxit, ſceptra perdidit, eum qui tenebatur exſoluit, tyrannum peſſumdedit, vocem emiſit, dicens: *Venite omnes patriæ gentium*, ad Deum Patrem, Pſal. 95. venite, & pro ſeruitute libertatem reportate, vos è ſeruitute in libertatem adduco, ex tenebris ad lucem, de morte ad vitam, ex tyrannide ad Regiam. C Vitæ vobis lętum nuntium fero: Ego ſum Chriſtus. Itaque ne amplius timueritis tyrannum, ſed metū, ac mortem, famem atque preſſuram vinculorum, gladij & anguſtiæ, deſpicite: Hæc enim tyranni pertimeſcit exercitus, qui profligatus eſt. Solus autem omnium ego Rex ſum victor, qui & in carne pro vobis paſſus ſum. Hic ergo verè fortis & potens eſt dominus, qui *potens eſt in prælio.* hic eſt rex gloriæ, Pſal. 23 qui compedibus vinctos eduxit in fortitudine, habitantes in ſepulchris. ad quem rurſus Dauid dicebat: *Aſcendiſti in altum, captiuam ducens captiuitatem.* Pſal. 67. Atque omnis quidem Chriſtianorum celebritas diabolum damnat: ſed hodierna potiſſimū, inter alias omnes, ipſius detegit malitiam: quippe qui ſuam oſtentans malitiam, nihilque proficiens, ſeipſe proſtrauit, ac perdidit: exempli gratia: Cum admirabiliter virgo concepit, adulterij nomine ſuſpectam reddidit; cum inexplicabili ratione peperit, virginem non eſſe criminatus eſt: cum nutriretur, qui Matth. 2. D alit omnia, infantes interimere docet Herodem; Matth. 3 & 4. cum exiſtimaret ſe ita comprehenſurum, qui teneri non poteſt: ad baptiſmum properanti, tentatio- Ioan. 10. nem parat; cum Iudæis colloquenti, blaſphemiæ Matth. 27 & Act. 1. notam inurit; miracula edenti, lapidationem molitur; homicidam atque latronem illi anteponit; me- Marc. 16 dium illum inter duos latrones crucifigendum cu- Lucæ 24. & Act. 1. rat: ſepulto ei monimentum obſignat: reſurgenti, reſurrectionem calumniatur: aſcendenti autem ei, & ad cœlos abeunti, non habuit, quod obloquebatur, ſed ſuū ipſius magis vulnerauit caput: ideoque quacumque alia celebritate, hæc præſens ei grauior extitit, vidente præſertim ipſo omnem vbique Angelorum exercitum choros ducentem, & alios quidem ſequentes, alios rurſus cum glorioſo apoſtolorum choro differentes atque dicentes: *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? hic Ieſus qui aſſumptus* Act. 1. *eſt à vobis in cœlum, ¹ ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum* al. ſic veniet, & ſic rurſ. *euntem in cœlum*: hic Ieſus, qui ſignorum multitudinem oſtendit. Hæc igitur Dominicæ aſcenſioni Aſcenſio Domini dies, diabolo quidem ſicut dictum eſt, luctum pro-

crea-

[illegible margin note]

rcauit, fidelibus autem hilaritatem atque lætitiam. Nunc enim iucundum ver exortum eſt, & florum pulchritudo germinauit, vineæ denſiſſi palmites apparuerũt: fructibus oleæ ſunt onuſtæ, ficus groſſos produxerunt, mouenturque Zephyro denſiſſimæ ſegetes, oblectationem fluctuum maris imitantes; omnia nobiſcum Dominica aſcenſione exhilarantur. Age igitur, & ego vobis verba Dauidis inſonabo, quæ nobis ipſe paullo antè propter aſcenſionem Domini intonabat, ſua ſpirituali cithara canẽs: *Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. aſcendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ:* eò adſcendit, vbi erat: aſſumptus eſt illuc, vnde non receſſerat. *Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſupra omnes cælos,* non alius Prophetis apparuit, & alius qui cum Apoſtolis verſatus eſt, Non alius fuit in ſinu patris, & alius ſub Pilato iudicatus. Non alius in cruce clauis transfixus, & alius ſuper Cherubim ſedens. Non alius à Ioſeph, ſindoni inuolutus, & alius* palmo creaturam concludens, nõ alius in monumento depoſitus, & alius qui ab ipſis Seraphim celebratur. Sed idem qui ad dexteram ſedet patris, qui in vtero virginis ſine ſemine natus eſt. aſcendit Deus in iubilo, qui ſæculorum factor eſt; qui ex non exiſtentibus, ad eſſe produxit omnia, qui formator Adæ fuit, & humanæ naturæ productor, qui amicum Dei Enoch, in regionem vitæ tranſtulit: qui Noë, inter vniuerſales ſeruauit imbres; qui patriarchã Abraham, ex terra Chaldæorum aduocauit, qui in Iſaac, myſterium crucis præfigurauit: qui duodecim germinum propagationem filiorum, Iacob conceſſit: qui patientiam ipſi Iob præbuit: qui Moyſen belli ducem cõſtituit: qui prophetia Samuelem ab vtero repleuit: qui Dauid ex ouium paſtore, in Regem elegit, qui ſapientiam Salomoni donauit; qui in cõcuſſione, per currum igneum, Eliam recepit; qui Prophetis futurorum præcognitionem inſpirauit; qui Apoſtolis donum curationum largitus eſt, qui ad ipſos clamauit: *Confidite, ego vici mundum.* Hic eſt dominus gloriæ, qui aſſumptus eſt in cœlum, in iubilo, & ſedet ad dexteram cœleſtis patris, ſubditis ipſi angelis & poteſtatibus. Ipſe indefeſſas veſtras preces ſuſcipiet, victoreſque vos tentationũ mundi efficiat, omneque vobis immundorum ſpirituum agmen ſubiiciat, dicens ad vos: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper Serpentes & Scorpiones.* Innoxios igitur & illæſos atque innocentes, & irreprehenſibiles, ſanos & integros cuſtodiat vos anima & corpore, ac ſpiritu repletos fructibus iuſtitiæ, ac beneficentiæ, vniuerſorum Deus, qui vos dignatus eſt ſimul congregare, ad ſalutarem diem feſtum celebrandum. Quoniam ipſi conuenit omnis glorificatio, adoratio & honor, Patri & filio, & ſanctiſſimo atque viuifico Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Phil. 2. Ephes. 4.

* al. qui palmo mundum concludit, Esai. 40.

Iob 1. Isa. 1.

Ioan. 17.

Matt. 16. & Psal. 47. Luca 10.

Scholia & variæ Lectiones.

NAM *domino cruci ſuffixo, virtutes noua ſunt quadam & inaudita ratione commota, luminaria cælorum expauerunt, luna & ſol fugerunt, ſtella defecerunt, dies non tulit, Angelus & e templo, conſciſſo velo domus, exiliit, &c.* Pulchra alluſio ad ea quæ de myſterio paſſionis Dominicæ ab ipſis Euangeliſtis referũtur, Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. & Ioan. 19. quæ hic pulchrè & accommodatè S. Chryſoſtom. enarrat, amplificat, & illuſtrat. vbi tamen inter alia, illud quo dicit, Angelum è templo, conſciſſo velo domus exiliiſſe, &c. myſticè atque expoſitoriè de ſuo addidit: ſicut etiam à S. Patre noſtro Ephræm Syro in ſerm. de Paſſio. Dom. tom. 3. perpulchrè refertur, quod Spiritus ipſe ſanctus conſpiciens dilectum filium Patris in ligno crucis pendentem, rupto mundiſſimo illo templi velo quod è ſurſum erat vſque deorſum, in ſpecie columbæ continuo de templo exiuit.

Ad quem rurſus Dauid dicebat: Ἀνέβης εἰς ὕψος. *i. aſcendiſti in altum, captiuam ducens captiuitatem, &c.*] Vbi, ſicut apparet, S. Chryſoſtom. de induſtria, per ſecundam perſonam (ἀνέβης. *i. aſcendiſti.*) loqui voluit, licet prius in tertia de Chriſto locutus ſit: voluit enim hic verba referre Pſalmiſtæ, ſicut apud eum ſunt, in 2. perſona. Eſt enim in Pſalmo 67. ad quem hic fit alluſio: *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, &c.*] ſiue vt ad verbum eſt apud LXX. *Aſcendiſti in altum, captiuaſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus, &c.*] Vbi tamen Iuſtinus in dialogo cum Tryphone, etiam in tertia perſona citat hunc locum: ἀνέβη εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν. *i. aſcendit in altum, captiuauit captiuitatem, &c.*

IN ASCENSIONEM Domini noſtri Ieſu Chriſti.

SERMO QVARTVS.

Eodem G. Voſſio interprete & Scholiaſte.

ILLVSTRIS quidem omnis feſtiuitas, diſpenſationis Dominicæ habetur, quippe fidelium corda exhilarans: at illuſtris quoque hodierno die proponitur celebritatis, lætitiæque materia, cuius rei cauſam deinceps exponemus. In ſex itaque diebus fecit Deus cuncta opera ſua, ſicut ſcriptum eſt, die autem ſeptimo quieuit. Idcirco etiam, nouiſſimis diebus placuit diuino Dei Verbo quærere & ſaluare quod perierat, carneque humana aſſumpta, eundem nobis modum, ſecundum numerum dierum creationis mundi, in celebritate feſtorum ſuæ diſpenſationis exhibuit. Prima igitur radix feſtorum Chriſti eſt eius in carne poſt conceptionem admiranda, ex ſancta virgine Deipara Maria, Natiuitas, qua Chriſtus Deus inclinans cœlos, in terram ad nos venit, vt mundum deperditum liberaret, vbi Angeli paſtoribus viſi, admirabile miraculi myſterium pareſacientes, clamabant: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: Vnde & merito, prima feſtiuitas appellatur. Secunda autem celebritas eſt Chriſti Dei noſtri Epiphania ſiue apparitio, quando in Iordanem veniens, cunctis hominibus ineffabilis miſericordiæ indulgentiam oſtendit, quando & patris vox è cœlo audita eſt, de ipſo teſtificans: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*, quin & Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ apparẽs manſit ſuper eum, tota ſcilicet ſimul cõſubſtantiali Trinitate ſe manifeſtante in vnico momento temporis. Cuius dignus ſpectator, Domini præcurſor Ioannes factus eſt. De qua Epiphania, ſeu apparitione, etiam beatus Paulus dicebat: *Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus.* Quandoquidem ergo omnium hominum hinc orta eſt ſalus, merito maxima à piis feſtiuitas denominatur. Tertia ſolemnitas feſtorum eſt, adoranda modiſque omnibus veneranda ſalutaris paſſionis Chriſti veri Dei, dies, in qua, cruci carne affixus, chirographum peccati quod contra nos erat, deleuit, in qua etiam Adamum per inobedientiam è paradiſo expulſum, ſola voce in illam introduxit. ait enim ad latronem: *hodie mecum eris in paradiſo.* Vnde & hæc ſolemnitas maxima atque præcipua habetur. ait enim Paulus: *Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus.* Quarta feſta dies, eſt glorioſiſſima atque pacifica & triumphalis dies ſanctiſſimæ Chriſti Dei noſtri Reſurrectionis, quando apud inferos, vectes perpetuos confringens, & vincula diſrumpẽs, à mortuis reſurrexit, ac de inferno demicio triumphans, iuſtos ibi detentos ſecum reſuſcitauit atque eduxit. quando etiam ad diſcipulos ſuos ingrediens, pacem iis in ſignũ triumphi precatus eſt.

Gen. 1. & 2. Exod. 20. Heb. 4. Sex diebus creationis mũdi reſpondent totidem feſtorum diſpenſationis Dominicæ celebritates.

Luc. 2. Christi Epiphan.

Matth. 3.

Tit. 2.

Coloſſ. 2. Luc. 23.

1. Cor. 5.

Pſal. 67. Eſa. 45.

Luc. 24. Ioan. 20. & 21. feſtiuitas.

Vnde

A Vnde ſine vlla controuerſia, mater hæc feſtorum, & celeberrima dies fidelibus ſemper eſt habita. Quintus autem feſtorum dierum, eſt ſanctiſſima Domini ad cœlos aſcēſio, quam modo celebramus: eſt autem hæc feſtiuitatum quinta, quoniā & quinto hebdomadæ die contigit. ac propterea ſolemnitatem iſtam celebremus oportet, quandoquidem hodie primitias noſtræ maſſæ, id eſt, carnem noſtram in cœlos Chriſtus ſuſtulit. Idcirco & Apoſtolus dicebat: *conuiuificauit nos & conreſuſcitauit, & conſidere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu.* Vnde auctor omnis mali, & inuentor peccati diabolus, propter tumorem elationis, & ſummum ſuperbiæ excidit. Ibi magnitudine benignitatis ſuæ, hominem peſſimo illius conſilio, paradiſo eiectum, Chriſtus contra conuiuificauit, & reſuſcitauit. Omni igitur honore & ſpiritali gaudio digna eſt præſens feſtiuitas. Sed quoniam ſeptem feſtorum numerum, pro ratione dierum creationis

Epheſ. 2.

B mundi, in principio ſermonis, vobis in memoriam reduximus, quinque autem ac ſolū quinque vſque ad præſentem, feſtiuitates oſtendimus; alias quoque duas in medium adducamus oportet, atque ita ad inſtitutam narrationem deducatur oratio. Sexta igitur feſtorum celebritas eſt, ſuperlaudata ac benedicta dies aduentus Spiritus ſancti, quando ſanctis Apoſtolis exſpectatum ac promiſſum donum ſpiritus ſancti, in ſpecie linguarum ignearum, à Chriſto domino de cœlis emiſſum eſt, quæ & Pentecoſte ob ſeptem hebdomadarum expletionem denominata eſt. Sine controuerſia igitur & hæc omnibus piis maxima ſolemnitas cōſtituta eſt. Septima feſtiuitas, quæ exſpectatur eſt reſurrectionis mortuorū dies, cuius ſpe ac deſiderio cuncti fideles detinemur, quando veniet dominus, & qui nullū perſonarum reſpectum habet, iudex Chriſtus Deus noſter, redditurus vnicuique iuxta opera ſua. Hæc vera eſt requies. atque ideo beatus Apoſtolus Paulus dicebat:

Sexta ſignificatio quidem diſpenſationis cœleſtis eſt aduentus ſpiritus ſancti, ſeu Pentecoſt. Pro ſeptima celebritate, computatur Reſurrectio vniuerſalis mortuorum.

C *Feſtinemus ingredi in illam requiem.* Tunc igitur vel maxime celebritas omnis gaudij, lætitiæ & exultationis impleta erit iis qui hæreditarie poſſidebunt, *quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non adſcenderunt, quæ Deus præparauit iis, qui diligunt illum.* Oportemus ergo & nos dilectiſſimi, vt cum iuſtis ac ſanctis, in cœleſtis regni thalamo feſtum diem celebrare poſſimus, non modo, ad vnū, duos vel tres dies duntaxat: ſed in ſempiterna ſecula. Septem itaq. feſtorum celebritatibus, ſic à nobis expoſitis atque probatis, ad illud de quo agitur reuertamur. Eſt autem nobis inſtituta narratio de præſenti feſto aſcenſionis Chriſti in cœlos, de quo Dauid dixit: *Et inclinauit cœlos, & deſcendit, & caligo ſub pedibus eius.* Diuini ſcilicet verbi è cœlis ſuper terras aduentum deſignare volens. Caliginem vero ſub pedibus eius dixit, indumentum diuinitatis per carnem ſignificans. Incognitus quippe multis erat aduentus eius, ob humilitatem ipſius & māſuetudinem. Rurſus enim idem

Heb. 4.

1. Cor. 2. & Iſa. 64.

Pſal. 17. Expoſitio verborum Pſalmi.

D Propheta ait: *Domine in mari via tua, & ſemita tua in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur.* Si enim cognouiſſent, inquit Apoſtolus, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Iterumque ait: *Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit ſuper pennas ventorum*, Super Cherubim, inquit, quia cum idem qui in cœlis eſt cum patre, & ſuper Cherubim vehitur. Et dum cum hominibus in terra verſaretur, nequaquam à Cherubico cœleſtique throno ſeparabatur. Per pennas autem ventorum, nubes innuit, in quas & aſſumptus eſt, ſicut etiam in actis Apoſtolorum ſcriptum eſt: *Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Sub hæc addit: *Cumque intuerentur in cœlum euntem illum.* Stupor Apoſtolos inuaſit & metus: cum enim mortales natura eſſent, & contemplandis rebus eiuſmodi nō aſſueti, in ſtuporem mentis acti ſunt. Sed dixerit quiſpiam, quod transfigurationem antea viderant, quando Petrus & Iacobus & Ioannes viderant quidem antea dominum transfigurari, ac nubem obumbrantem illum, ſed nubem non aſpexerunt, quæ in aërem raperetur, &

Pſal. 76. 1. Cor. 2. Pſal. 17.

Actor. 1.

Matt. 17.

A in cœlos ſuſcipientem dominum. Miraculum illud, miraculum & illud: At miraculum miraculo formidabilius eſt, hoc illo ſublimius: Vnius tamen Dei potentia atque myſterio factum vtrumque. Tunc Moyſes & Elias apparuerūt his qui cum Petro aderant: cum eo loquentes: nunc autem thronus Cherubicus, id eſt, inuiſibilis potentia, nube abſcōdita, quæ repente aſtitit, dominū cum ſeruis colloquentem abripuit. Tunc Petrus magna cum fiducia reſpondit: Domine bonum eſt nos hic eſſe. Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū, Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Nunc vero ne loqui quidē potuit priuſquam diſcipulorum, neque os aperire, ſed maximo timore perculſi, obſtupuerunt. Adiicit autē deinceps Scriptura dicens: *Et ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt, &c.* Ne hoc quidem ſuperuacaneum: nam quod albis veſtibus amicti fuerint illi viri, maximæ celebritatis ſignificatiuum eſt. Sed

Matt. 17.

Ibidem.

Actor. 1.

B quid dixerunt? Viri Galilæi, quid ſtatis, aſpicientes in cœlum? Ingens miraculum perterrefecit vos, obliti ne eſtis illius qui dixit: *Vado ad Patrem meum & ad Patrem veſtrum*, Deum meum & Deum veſtrum? Nonne propterea ad vos dicebat: *Non relinquam vos orphanos*, ac rurſus: *Patrem meum do vobis.* Nonne paracletum, id eſt, ſpiritum ſanctum, promiſit vobis? *Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* Sic inquam veniet in nubibus cœli, cum gloria & poteſtate multa. Sic veniet in tempore illo, quando iudicabit vniuerſum orbem terrarum, in iuſtitia. *Ipſi enim pater dedit omne iudicium.* Non meminiſtis, quod cum apud vos eſſet, diceret: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra?* Tunc Apoſtoli in ſe reuerſi abierunt, laudantes & benedicentes dominum, exſpectanteſque diuini doni, hoc eſt ſpiritus ſancti aduentum. atque protinus impletum eſt illud Pſalmi: *Aſcendit Deus in iubilo,*

Ioan. 14.

Ibidem.

Actor. 1.

Ioan. 5.

Matt. 28.

Pſal. 46.

C *Dominus in voce tubæ.* Manifeſtè hic Propheta dualitatem naturarum diſpenſationis in Chriſto ſignificauit. ad eundem quoque modum, & Thomas poſt reſurrectionem Domini, palpans eius latus, exclamabit dicens: *Dominus meus & Deus meus. Aſcendit Dominus in iubilo, Dominus in voce tubæ.* In iubilo quidem, quoniam inceſſabili voce, ſanctiſſimum hymnum, Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus Sabaoth, Cherubim Deo emittunt ac concinunt. Et quomodo ſuper Cherubicum thronum aſſumptus ſit, ante oſtendimus. In voce autē tubæ, Archangelicæ ſcilicet, eius in cœlum prænuntiantis aſcenſum. Quin & ſpiritus ſanctus ſupernis poteſtatibus imperatiua voce, acclamabat: *Attollite portas, principes, veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* At poteſtates dicebant. *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* Quibus Spiritus: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Vicit enim prælium: armauit ſe aduerſus tyrannidē diaboli in humano corpore: tela eius ignea exſtinxit: cruciq́ue

Ioan. 20.

Pſal. 46.

Pſal. 23.

Ibidem.

D affixus, ac mortem deguſtans, cum eſſet immortalis infernum ſpoliauit, & victor euaſit. Reſurrexit à mortuis, erranteq́ue ouem conuertens, ecce venit, in humeris illā deferens ad nonaginta nouem, quæ non errabant in montibus, hoc eſt, quæ in cœlis paſcebantur. Dominus fortis & potens. Dominus potens in prælio. Rurſuſque ait: *Dominus virtutum, ipſe eſt Rex gloriæ.* Poteſtates igitur, vt dici audierunt, Dominus virtutum, concordibus vocibus, ſolita glorificatione exclamantes, cum gaudio dominum ſuſcipiebant, & deducebant, vſque ad excelſum & altiſſimum thronum. Et impletum eſt, quod à Dauide dictum eſt: *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* O hæretice, ad quam naturam dixit Dominus: ſede à dextris meis? Nonne omnino, ad eam quæ ex nobis ſumpta eſt, carnem, quæque animatum corpus ſumpſit ex ſancta virgine Maria? Confundantur igitur, qui vnam dumtaxat in Chriſto naturam cōfitentur. Diuinam ſiquidem naturam coæternam fuiſſe throno maieſtatis gloriæ ſuæ, clariſſimum eſt.

Matt. 18. Lucæ 15.

Pſal. 23.

Pſal. 109.

Contra hæreticos blaſphemos, negantes duas in Chriſto naturas.

Glo-

Digitized by Google

Glorificetur autem Catholica Eccleſia. Cæterum A nos omnes æterno ſuo regno dignos reddat, Chriſtus Deus noſter: Quo vtinam cunctos dignetur, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & potentia, vna cum principij experte Patre, ſimul ac Spiritui ſancto, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Scholia & varia Lectiones.

IN *ſex itaque diebus fecit Deus cuncta opera ſua, ſicut ſcriptum eſt; die autem ſeptimo quieuit: quem eundem etiã nobis tradam ſecundam numerum dierum creationis mundi in celebritate feſtorum ſuæ diſpenſationis exhibuit, &c.*] Sex diebus creationis mundi oſtẽdit S. Chryſoſtomus totidem reſpondere feſtorum diſpenſationis Dominicæ celebritates: quibus & ſeptimus poſtea adiungitur, qui eſt vniuerſalis Reſurrectionis mortuorum. De quibus hic ſigillatim in conſequentibus pulchrè diſſerit S. Ioannes Chryſoſt. B

Adiicit autem deinceps Scriptura dicens: Et ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum, &c.] Hæc ex Actis Apoſtolicis adducit S. Chryſoſtomus, vbi capite primo referuntur. Et licet hic Chryſoſtomus non referat, quinam illi duo viri fuerint; id tamen in alio ſuo de Aſcẽſione Domini Sermone (qui inter alios ſeptimus ac poſtremus eſt, incipitque: Quando crucis memoriam recolimus, &c.) aperte enarrat & explanat, eoſq; Angelos fuiſſe affirmat, vbi inter alia habet: *Ideoq; vbique ſe Angeli manifeſtant, & quando natus eſt Chriſtus, & quando reſurrexit; ac hodie quando in cælos aſcendit: Ecce enim, duo* (inquit) *in veſtimẽtis albis, per habitum lætitiam declarantes, dixerunt ad Diſcipulos: Viri Galilæi, hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum, &c.* de quibus & poſtea ibidem apud S. Chryſoſtomum fuſiùs ac pleniùs. Confirmatque eadem Magnus Leo Papa, in Sermone 10. de eadem Aſcenſione Domini, vbi dicit: *Cum* C *autem aſcendentem ad cælos Dominum ſequaces diſcipulorum oculi intenta admiratione ſuſpicerent, adſtiterunt ipſis Angeli duo, mirabili veſtium candore fulgentes, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? &c. Confundantur igitur, qui vnam in Chriſto duntaxat naturam confitentur, &c.* Intolerandum Orientalium errorem confutat hoc loco Chryſoſtomus, vnam duntaxat in Chriſto naturam impie conſtituentium, aduerſus quorum impietatem, de hac eadẽ aſcenſionis ſolemnitate alibi agens, ſic ſcribit inſigne illud Eccleſiæ lumẽ S. Auguſtinus: Hodierna feſtiuitas, hominis nobis & Dei Sacramenta manifeſtauit. Sub vna eademque perſona, in eo qui eleuat diuinam potentiam, in eo autem qui eleuatur, humanam agnoſce ſubſtantiam. Ideoque omnibus modis deteſtanda ſunt venena Oriẽtalis erroris, qui impia nouitate præſumit aſſerere, filium Dei ac filiũ hominis vnius eſſe naturæ. In alterutra enim parte, vel qui ſolum hominem fuiſſe dixerit, negabit conditoris gloriam; vel, qui D ſolum Deum, negabit miſericordiam Redemptoris. Quo genere non facilè Arianus euangelicã habere poterit veritatem, vbi filium Dei nunc æqualem legimus, nunc minorem. Qui enim vnius naturæ Saluatorem noſtrũ mortifera perſuaſione crediderit, ſolum hominem, aut ſolum Deum cogetur dicere crucifixum. Sed non ita eſt: mortem enim nec ſolus Deus ſentire, nec ſolus homo ſuperare potuiſſet, &c.] Ita Sermone 3. Auguſtinus de aſcenſione Domini, qui eſt 146. de tempore, habeturq; idem apud Euſebium Emiſſen. hom. 2. de Aſcenſione Domini. De duplici illa in Chriſto natura, plura inſignia lectuque digniſſima reperies apud S. Patrem noſtrum Ephræm Syrum, in elegãtiſſimo, quem ſcripſit Sermone à nobis conuerſo ac edito, De transfiguratione Domini: & in Sermone, de Margarita precioſa: qui duo Sermones in tertio operũ S. Patris Ephræm Tomo nunc excuſi habentur. De hoc quoque extat hodie S. Ferrandi, contra Arianos & Eutychianos, ad Anatolium Diaconũ vrbis Romæ, Epiſtola, quæ antea nunquam edita, nuper Romæ inter opuſcula S. Ferrandi Carthagineñſis Eccleſiæ Diaconi, ſtudio atque induſtria eruditiſſimi Achillis Statij prodiit, vbi egregiè Orientalium eiuſmodi hæreſis execrata confutatur. Aduerſus quos hæreticos acerrimus & pleniſſimus denique eſt in ſuis ſermonibus, & decretalibus epiſtolis S. Leo Papa eius nominis primus, & cognomento Magnus; in cuius operibus recognoſcendis & illuſtrandis dudum operam noſtram poſuimus; & iam propediem (vti ſpero atque confido) non ſine Chriſtianitatis fructu ac commodo, pluribus acceſſionibus aucta, notiſque illuſtrata prodibunt.

IN EANDEM ASCENSIOnem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Ex Græco MS. Vat. & Card. Sirleti.

SERMO QVINTVS.

Eodem G. Voſſio interprete & Scholiaſte.

DIVINA quædam, vt par eſt, præſens hæc celebritas, Domini aduerſus mortem, victoriam declarat, ad quam, & nos hodie tanquam omnium feſtiuitatum coronidem, conuenimus: Nunc enim præclariſſimum Redemptionis opus nobis eſt abſolutum, & celebritatis, reportatæ victoriæ, præſens tempus adfert inſignia. Nunc enim in cœlum ſuſtulit Dominus corporum noſtrorum primitias. Aſcenſionem igitur hodie celebramus dominicam, qua naturam noſtram ad cœleſtia tranſtulit. Reſtituit enim templum ſuum, inhabitator Deus, propriumque indumentum ſibi conciliauit, qui æthereum traiecit pelagus, ac diuina quidem natura, cuncta aſſiduè implens, incarnationis autem diſpenſatiõne, prius quidem ſe infra terram demittens, deinde vero deuicta morte, cœleſte habitaculum proprio corpore adimplens. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius?* Quis tantæ diſpenſationis magnitudinem ſermo enarrare poterit? Quis ineffabilis magnificentiæ domini infinitas, lingua prædicabit, diuitias? Quem enim ex inhabitatione paradiſi, peccatum eiecit, hunc in cœlum diuina gratia reduxit. Exclamabãt mortis ianitores, inauditum, ad eos admirabiliter accedentis, contemplantes deſcenſum. Quis eſt iſte Rex gloriæ? hanc vocem copiæ quoque cœleſtes emiſerunt, nouo ſpectaculo illius, qui ſimul cum corpore ad cœlos aſcendebat, perculſæ. *Attollite* enim, inquiunt, *portas, principes, veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.* Humanam enim naturam euexit, qui ſecum ipſe quod erat noſtri generis commune, copulauerat. Admirabilis ſanè aſcẽſus eius, qui in forma humana nobis apparuerat: Nam diuinus quoque fuerat deſcenſus ipſius, qui præter naturæ ordinem de virgine natus eſt. homo erat, quod cernebatur; at Deus qui mente comprehendebatur, pro velamento inuiſibilis Diuinitatis, noſtram naturam aſſumens. *Deum enim nemo*, inquit, *vidit vnquam. Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.* Venit ad nos qui naturæ Patris immutabilem ferebat imaginem. Apparuit, qui ſubſtantiæ paternæ incircumſcriptibilem deſignabat diuinitatem. Nam forma genitori ſimilis erat. *Qui enim cum in forma*, inquit, *Dei eſſet, formam ſerui accepit.* Non ementitur naturam noſtram forma ſerui; atque etiam æqualitatẽ cum Patre, diuinitas veri filij agnoſcit. Hic igitur qui noſtræ naturæ, ſuæ incarnationis myſterio, ſalutem operatus eſt, nunc diſpenſationis ſuæ ſcopũ impleuit. Nunc ſui in nos beneficij accepit opus egregium, noſtræque naturæ congenitũ, diuinitati copulauit. qui corporea tegebatur nube, proprioq; diuinitatis velo, humanæ carnis veſte indutus eſt.

Pſal. 105.

Pſal. 23. Ibidem.

Ioã. 1. & 1. Ioan. 4.

Philip. 2.

Nunc

Chriſtum cœlum aſcendiſſe magnum nobis eſt ſolatium. Phil. 2.

Nunc qui ſuper terram viſus eſt, rurſus cœleſtis euaſit: Non quidem loco aliquo ſecundum infinitatem diuinitatis circũſcriptus, verum diuina natura, omnia replens: homo enim per diſpenſationem apparuit: *habitu* enim, inquit, *inuentus eſt vt homo.* Diuinitatem humanæ immortalitatis amictu veſtiuit, atque hanc in cœlũ intulit, qui rerum vniuerſitatẽ ſupra naturæ vires procurauit atque conſtituit. Nõ valeo generationis eius æternæ modum explicare. Non poteſt mea lingua, vel proceſſionis ex virgine interpretari partum. humana ſunt quæ videntur, ſed diuina quæ creduntur. *Quis eſt hic*, inquiunt, *Rex gloriæ?* Iſta proclamabant exercitus cœleſtes. Admirãdus qui cõſpiciebatur & ſupra naturam qui aſcendebat, fulgens etiam aſpectus corporis oſtendebatur: ſiquidem diuinorũ radiorum ſplendores excipiebat. Reduxit ergo eam in cœlos, qui noſtrã naturam ſuſceperat, vt iis qui adhuc in terris degerent, greſſum in cœlos dirigeret. Nubem fecit vehiculũ ſibi, humani ſui amictus, quo ad cœlum euectus proprium indumentum tranſtulit. Quemadmodum igitur ſupra naturam fuit conceptio generationis ex Maria virgine, ita & inauditum aſcẽſionis ad cœlos miraculum. Nam quomodo poſſibile eſt humano corpori cœleſtes ſuperare orbes? Verum quod non poterat natura, donauit gratia. Aſcendit etiam ſeruus, non tamen in cœlum, ſed quaſi in cœlum: Magnum enim interſtitiũ eſt inter ſerui naturam, quæ gratia talis erat, & inter Domino Deo dignam poteſtatem. Nam admirandus quidem Elias ignei currus auriga, ſupra cœleſtes orbes non euolauit: at qui ad cœleſtia noſtram naturam tranſtulit, hominibus aditum patefecit in cœlũ. Nunc tandem ſortita ſunt exitum cum Rege cœleſti reconciliationes ac fœdera; & naturam quæ erat olim à Patre abalienata, cum eodem ſuo parente reduxit in gratiam. qui diuinitate quidem ipſi erat cõiunctus, ſed natura humana, per ſuum ad nos aduentũ, ſalutis myſterium operabatur. Nunc ſecum in cœlum ſuſtulit, quod nobiſcum eiuſdem erat generis, qui inter vtramque mediator erat naturam. *Vnus enim*, inquit, *Deus vnus & mediator Dei & hominum.* homo eſt quod videtur, ſed Deus quod creditur. Quis admirabilem iſtum aſcẽſum, eius inquam, qui admirabiliter eſt, aſſumptus, poſſit oratione complecti? Sed quod non aſſequitur lingua, hoc docet fides. Euexit enim ſecum noſtræ naturæ primitias, qui corporis velamento tectus erat, tanquam ab vbere aliquo ſegetum campo, manipulum patri offerens. Hanc ergo ſalutarẽ aſcenſionem modo celebramus. hunc dominicũ aſcenſum, feſtum agimus ac ſolemnem, ineffabilis doni Domini magnitudinẽ ſummis laudibus efferentes, ſuæque nobiſcum diſpenſationis præclariſſimum opus prædicantes: vt & nos rectè factis luceamus, iuſtitiæque fructus oſtendentes, ad naturæ noſtræ currere ſtudeamus conſortem, & ad ipſum contendamus thronum regalem, quò pro nobis genus noſtrum ſubuexit, qui eandẽ noſtram naturam induit, vt & cum Domino regnemus, doniſque ab eo perfruamur, cœlum cum terra permutantes, terreniſq. cœleſtia præferentes, diuitias, nobis cœleſtes mereamur: vt nos Dominus dignis muneribus remuneretur, & eius donis perfruamur. Gratia vnigeniti filij Dei. Ipſi gloria in ſæcula, Amen.

Pſal. 23. Pſal. 103. Acto. 1. 4. Reg. 2. Serui & Domini differẽtia. Ibidem. 1. Tim. 2.

Scholia & variæ Lectiones.

A*Ttollite portas, principes, veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ, &c.*] Verba ſunt Pſal. 23. vbi apud LXX. legitur: Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, &c. i. Tollite portas, principes, veſtras, &c. Quem locum S. Cyprianus lib. 2. aduerſus Iudæos ſic reddit: *Auferte portas, principes, veſtras, & extollimini portæ æternales: & introibit Rex claritatis, &c.* Aquila vero hic legit: ἄρατε πύλαι κεφαλὰς ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε θύραι αἰώνιαι, quomodo ferè & S. Hieronymus: *Leuate portæ capita veſtra, & eleuamini ianuæ ſempiternæ.* & ſcribens ad Damaſum, dicit Aquilam eſſe interpretatum: *attollite portæ capita veſtra.* At Theodotio & Symm. hic legunt: μετάρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, ὑψωθήτωσαν δὲ αἱ πύλαι αἱ αἰώνιοι, id eſt, transferte portas, principes, veſtras, & exaltentur portæ ſempiternæ.] & hæc de variis lectionibus iſtius loci: quem quidẽ Prophetæ locum hic pulchrè S. Ioan. Chryſoſtomus cœleſtibus poteſtatibus, tanquam ab iis prolatum accommodat, ſed in ſuperiore de eadẽ Aſcenſione Domini Sermone (qui quartus hic eſt in ordine) ſub voce ipſius Spiritusſancti eundẽ vſurpat, & applicat, vbi ſic loquitur: Quin & Spiritus ſanctus ſupernis poteſtatibus imperatiua voce acclamabat: attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. At poteſtates dicebãt: Quis eſt iſte Rex gloriæ? Quibus Spiritus: Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio, &c.] vbi eadem & à S. Chryſoſtomo ritè atque conuenienter applicantur & explicantur.

Aſcendit etiam ſeruus, non tamen in cœlum, ſed quaſi in cœlum, &c.] Magnum interſtitiũ inter ſerui naturam fuiſſe quæ gratia talis erat, & inter Domini Deo dignam poteſtatem, oſtendit: ſiquidẽ Elias ignei currus auriga, ſupra cœleſtes orbes non euolauit: at, qui ad cœleſtia noſtram naturam tranſtulit, hominibus aditum in cœlum patefecit. Hinc & in primo de Aſcenſione Domini Sermone ſuperius poſito, perpulchrè idem S. Chryſoſt. dicit: *Agnouit Deus Prophetã aſſumptum eſſe, ſed tanquam in cœlum. tanquam, hoc eſt, non in cœlum verum, &c.* ac in Sermone poſtea 2. vbi habet: *Et ille quidem* (ſc. Elias) *quaſi in cœlum tollebatur, nam ſeruus erat: Hic autẽ in ipſum cœlum, quoniã Dominus erat, &c.*] Vnde etiam S. Pater noſter Ephræm Syrus in ſermone in Heliam Prophetam, pulchrè concludit aſſumptum eſſe Heliam in curru igneo quaſi in cœlum, demiſſa melote ſupra Eliſæum, &c. De quo 4. Reg. 2. & Eccleſ. 48.

IN EANDEM GLORIOSÆ DOMINICÆ Aſcenſionis Feſtiuitatem,

SERMO SEXTVS.

Eodem G. Voſsio Interprete & Scholiaſte.

POSTQVAM diuina ſuffragante gratia ſermonem de Dominica paſſione pro temporis opportunitate, diei que exigentia, habuimus; ſimiliter etiam de Reſurrectione, pro opportunitate diei feſti Reſurrectionis, ſicut audiſtis, verba fecimus. cõuenerit quoque de Aſcenſione Domini ad cœlos, paruam quandam hodie narrationẽ inſtituere. Cum igitur poſt ſuam à mortuis reſurrectionem, Dominus ac Deus noſter manifeſtus ſuis in terra diſcipulis apparuit, ac conuerſatus & palpatus, atque cõmoratus per dies quadraginta eſſet, venit ad montem Oliueti è regione Hieruſalem, cum diſcipulis ſuis. Congregatiſq. iam illis, & turba hominum copioſa ibi præſente, dixit ad diſcipulos ſuos: *Sicut miſit me Pater meus in mundum, & ego mitto vos. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, in remiſſionem peccatorum.* Neminẽ igitur baptizari prohibueritis, quamuis mœchus acceſſerit, ſiue meretrix, quamuis Publicanus, quãuis magus, quamuis latro, quamuis Samaritanus, quamuis Iudæus, quamuis ſeruus, quamuis liber. Et ſi quis ad vos accedens, cõfeſſus fuerit peccata ſua, ac pœnitentiam egerit, eum baptizate. Infirmos curate, dæmonia eiicite; gratis accepiſtis, gratis date. *Benedicite perſequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere. Imitatores eſtote magiſtri veſtri. In hoc cognoſcent, quòd mei eſtis diſcipuli, ſi eos qui oderunt vos, diligatis: & perſequentibus vos benedicatis.* Recordemini, quantis me malis Iudæi affecerint: vultum meum Cherubin contegunt, & Iudæi conſpuerunt, maxillamque meam alapis percuſſe-

Ioan. 20. Lucæ 24. Ioan. 20. Matt. 10. Lucæ 6. Ephes. 5. Ioan. 13. Matt. 26. & 27. Marc. 14. & 15.

[Lucæ 24. 13. Ioan. 18. & 19.] A cuſſerunt. hominem de limo terræ fecerunt atque formarunt manus meæ, ornatiſſimumque mundum procrearunt; illi autem clauis ferreis crucifixerunt me. Ex latere Adam produxi Euam: & illi lancea latus meum pupugerunt. Si terram inſpiciam, tremit [Marc. 15. Eſa. 66 & Matth. 5.] & concutitur; illi autẽ prætereuntes, capitaque ſua mouẽtes, irridebant me. Vniuerſa terra ſcabellum pedum meorum eſt; & illi pedes meos clauis transfixerunt. iſta omnia à vobis ſuſtinui, tantaque patiens, non maledixi iis, neque iram in eos oſtendi. [Pſal. 2.] Putatis defuiſſe Angelos, qui dicerent: *Dirumpamus vincula eorum & proiiciamus à nobis iugum ipſorum*, & non [Lucæ 23.] permiſi hoc illis, verum in cruce extenſus, manibuſque in ea confixis, Patrem pro iis rogaui, dicẽs: [Ioan. 10. Lucæ 6. 1. Pet. 2. Matt. 11.] *Pater ignoſce illis, neſciunt enim quid faciant*. Hæc propter vos perpeſſus ſum, vt vobis exemplum præberem. Nam ſi legem docerem tantum, & non facerem, parum ſibi mea doctrina conſtaret. Diceretis enim, me imperare vobis, quæ ipſe præſtare non poſſem. B Primus ergo opus aggreſſus ſum inſidiaſque ſuſtinui, ac tunc vobis vt faciatis præcipio. Dixi, quod *Paſtor bonus animam ſuam ponat pro ouibus*, & non reſpui mortem. Dixi, *Benedicite perſequentibus vos, & nolite maledicere*. [Ficui cur Chriſtus maledixerit, eaque areſcerit.] Tantaque à Iudæis perferens, non maledixi illis, non exiuit maledictio de ore meo. Si autem dixeritis, me maledixiſſe ficui, quod in ea fructum nō reperiſſem: veſtra ei cauſa maledixi; vt à maledictione vos liberarẽ: veſtra cauſa eam radicitus areſeci: ſub prætextu enim, ad ficum abij, fructum ex [Pſal. 7. Geneſ. 3. vbi eſt: tuncque cognouiſſent ſe eſſe nudos, cōſuerũt folia ficus, & fecerũt ſibi perizomata.] ea requirens, vt illam areſacerem. Non quòd ignorarem, illo præſertim tempore, fructu eam carere, cum eſſet hiems. De me namque dixit Propheta: *ſcrutans corda & renes Deus*. Si ergo corda & renes hominum ſcrutor: ficum neſcirem, quòd fructum non haberet? At figura erat, quod fiebat, & myſterium quod perficiebatur. Nam poſtquam præuaricati eſſent Adam & Eua, foliis de ficu ſumptis circumdederunt ſe, peccatique verecundiam foliis cooperuerunt: propterea veni ad ficum, ſciens eam nihil C præter folia habere, maledixiq́. illi, ita vt areſieret: vt peccatum transgreſſionis areſacerem: neque enim omni ficui maledixi, ſed per figuram vt peccatum Adami euacuarem, cuius cauſa maledixi ficui, id eſt peccato. Omnia ergo perfeci, omnia adimpleui, iuxta quod prædicta ſunt de me. Etenim de ficu à me exareſacta, prædixit Propheta dicens: [Habac. 3.] *Aſcendam ad populum peregrinationis meæ, eò quòd ficus non reddat fructum*. Ecce impleui quæ de me prædicta ſunt; impleui omnem voluntatem eius qui miſit me. *Ecce aſcendo* [Ioan. 20. Ioan. 14. Ioan. 15.] *ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum*. Verùm nolite contriſtari, *non vos relinquam orphanos: ſed mittam vobis paracletum Spiritum ſanctum*, viuificantem, conſubſtantialem Patri & mihi. eritque vobiſcum cunctis diebus vitæ veſtræ, vſque ad con- [a Prophetis. Exod. 13. Pſal. 113. Eccl. 46. 3. Reg. 21 & 4. Reg. 9. 4. Reg. 2. Hier. 38. Dan. 14. & Dan. 3] ſummationem ſæculi. Sicut ab initio cum omnibus Patribus veſtris fueram, ita & vobiſcum ero. Ego Moyſen de manu Ægyptiorũ eripui atque liberaui. D Ego cum Ieſu Naue pugnans, ſeptem tribus deperdidi, & illis terram promiſſionis dedi. Ego Eliam de manu Iezabel liberaui, illamq́. canib. deuorandam tradidi: hunc autem adhuc viuum curru igneo in cœlum aëreum intuli: Ego duplicẽ Eliſæo gratiam præbui. Ego Dauid ex manu Saül eripui. Ego Hieremiam de lacu lutoſo ſuſtuli. Ego Danielem, de ore leonum liberaui, & per Habacuc Prophetam ipſum paui. Ego cum tribus pueris, in camino ignis tripudiaui. Sicut ergo cum omnibus patrib. veſtris fui, ita & vobiſcum cunctis diebus vitæ veſtræ ero. Et ad ciuitatem Hieruſalem: *Væ*, inquit, *tibi, quæ occidis Pro-* [Matth. 23 Lucæ 13 4. Eſdr. 1] *phetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos & noluiſti*. Væ vobis filij Hieruſalem, quoniam ego in nomine Patris mei ad vos veni, & non ſuſcepiſtis me; ſed diabolum qui ſemper vos decepit, admiſi- [Matth. 23 24. & Lucæ 19.] ſtis. *Propterea relinquetur vobis domus veſtra deſerta, neque remanebit lapis ſuper lapidem* in templo veſtro. Glo-

A riam templi quã habuiſtis, ecce tribuo credentibus in crucem meam ac reſurrectionem. Væ vobis filij Hieruſalem, ô Iudæi! quoniam figuram vos accepiſtis primitiarum: veritatem autem reſpuiſtis. Vobis [Ad Iudæos apoſtrophe, notans eorum ingratitudinem.] ego figuram huius mei aduentus dedi, vt accepta figura, veritatem agnoſcatis. Dedi vobis Moyſen, legem, tabulas, vrnam auream continentem Manna: Et vbi exiſtebat arca, ibi & mea erat gloria. Sed quoniam facti eſtis ingrati, ac me ad vos venientẽ non ſuſcepiſtis, idcirco auferam à vobis gloriam meam, & tradam illam gentibus: Aſcendamque ad Patrem meum, qui miſit me in mundum iſtum. Loco ergo legis veſtræ erigam Eccleſiam: loco Prophetarum quos ad vos miſi, & lapidaſtis eos, mittã diſcipulos meos prædicatum baptiſma pœnitentiæ, in remiſſionem peccatorum. Dedi vobis tabulas teſtamẽti; gentibus autem Euangelia dono ſalutis. Legem vobis dedi, & repuliſtis eam: do gẽtibus crucem, vitam ſemper mundo proferentem. Dedi vobis manna de B quo comedentes, vitulũ pro illo adoraſtis: do gentib. panem de cœlo delapſum, hoc eſt, corpus meũ. [Exod. 32 4 Reg. 17 Exod. 17 Deut. 8. Pſal. 77. 104. & 113. Matt. 23.] Dedi vobis ex petra duriſſima fontem aquæ, & bibentes adhuc irritaſtis me: do gẽtibus calicem ſanguinis mei bibendum, in vitam æternã hæc cuncta clargitus ſum gentibus, & aſcendo ad Patrẽ meum. *Ecce igitur relinquetur domus veſtra deſerta*. Quibus dictis, [Apoſtrophe pia ad matrem.] conuerſus ad matrem Dominus dixit: Pax tibi ô mater, ne contriſteris, quia aſcendo ad Patrem meum: non te relinquam, quę ſplendor es, ac feneſtra mũdi, non te relinquam, habitaculũ meum omni fuco ac dolo carens non te relinquam, templum meum ſanctum: non te relinquam, quæ fidelis inuenta es per vniuerſum mundum. non te relinquam, arcam meam ſanctam, & indiſſolubilem. non te relinquam mater mea virgo: quin & quando emigratura es de corpore, non Angelum neque Archangelum miſſurus ſum: ſed ego ipſe veniam, tuamque animam C ſole ſplendidiorem excipiam. Noli ergo cõtriſtari, virgo mater mea, quia aſcendo ad Patrem meum: loco enim meo, habes Ioannem virginem. Nonne quando in crucem aſcendi, te illi commendaui dicens Ioanni: *Ecce mater tua*. tibique dixi, ô Maria, ecce [Ioan. 19] filius tuus? Et nunc ipſe, vice mea, ad pacẽ tibi erit, ô mater mea virgo. Nihil pertimeſcas, nam tecum ego ſum. Et ad Diſcipulos conuerſus, dixit: Pax vobis ô fratres. Vos enim fratres mei eſtis, qui feciſtis voluntatem meam. Nolite contriſtari, *quia aſcendo ad* [Pia ad diſcipulos Apoſtrophe. Matth. 12 Marc. 3. Lucæ 24. Ioan. 15. 16.] *Patrem meum, non vos relinquam orphanos*: ſed mittam vobis paracletũ. Nam niſi ego abiero, paracletus non veniet. Ego abibo, & poſt decem dies, mittam paracletum Spiritum ſanctum. Et hoc dicens, ecce multitudo Angelorum circumdedit caput eius, Et Seraphim obumbrabant eum, atque dicebant: Sanctus, [Nota quod hic dicit: poſt dies decem. Act. 1. Pſal. 56 Pſalm. 98 Act. 1. & Luc. 24 Ioan. 14] Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth: pleni ſunt cœli & terra, gloria tua. Et nubes lucida montem cooperuit, cœli aperti ſunt, chori Prophetarum in monte congregati ſunt, & in medio ipſorum, chori D princeps Dauid dicebat: *Exaltare ſuper cœlos Deus, & in omnem terram gloria tua*. Et alius quidã poteſtatibus iubens, aiebat: *Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt*. Et ecce cernẽtibus ipſis, eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Dixitque diſcipulis ſuis Dominus: *Pax vobis, pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*. Et hoc dicens non amplius viſus eſt. Quando autem vidit Dauid, iam aſcendiſſe Dominum in voce exultationis citharam † pulſans, dicebat: *Aſcendit Deus in iubilo,* [Pſalm. 46 ai. cum ſpirituali cithara dicebat. Pſal. 109.] *& Dominus in voce tubæ*. Pater autem è cœlis: ſede, inquit, à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Et aſcendente in cœlos Domino, virtutes cœlorum contremiſcebant, imbriumque ac niuium, igniſque theſauri, & quæcunque poteſtates in primo cœlo laudantes Dominum, iuxta exhortationem triũ puerorum: Imbres, & rores, æſtus, ſol, luna, aſtra, tonitrua, coruſcationeſque [Dani. 3] ac fulgura, cum timore adorabant Dominum. Hæc

enim omnia in primo cõtingebant cœlo: Et quæ in ſecundo, quæ in tertio, quæq. in ſupremo poteſtates erant, cœlo: ſimiliter cõtremiſcentes, adorabãt. 2. Cor. 12. Marc. 16. Lucæ 24. Dicere nequeo, quoniam & magiſter meus Paulus benedictus, recuſauit. Illuc igitur prout voluit, aſcendit & impleuit omnia, ſedetque ad dexteram Patris, vniuerſum diſpenſationis myſterium adimplens, æqualis cum Patre ſubſtantiæ, ac poteſtatis: Nam vna eſt diuinitas Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Trinitas ſancta glorificata, incomprehenſibiliſque permanens, in ſeculorum. Amen.

Scholia & variæ Lectiones.

ETenim de ficu exareſacta prædixit Propheta dicens: Aſcendam ad populũ peregrinationis meæ, eo quod ficus non reddit fructum, &c.] Locus eſt Abacuc 3. vbi in vulg. legitur: *Aſcendam ad populum accinctum noſtrũ: ficus enim non florebit, & non erit germẽ in vineis, &c.*] At in Græca noua B editione LXX. habetur: Ἀναπαύσομαι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, τοῦ ἀναβῆναι εἰς λαὸν παροικίας μου· διότι συκῆ οὐ καρποφορήσει. id eſt, Requieſcã in die tribulationis, vt aſcendam ad populũ peregrinationis meæ: quia ficus non proferet fructum, & non erunt germina in vineis, &c.] ad quam etiam lectionem hic proximè accedit S. Chryſ. qui & pulcherrimã fici Euangelicæ (de qua Marc. 11.) comparationem, explicationemque paullò hic ante adduxit, & per ficum areſactam, ipſum peccatum myſticè eſſe intelligendum expoſuit.

Ego Eliam de manu Ieſabel liberaui, eumq; adhuc viuũ curru igneo in cœlum aëreum intuli, &c.] Elias quo pacto in cœlum aëreũ curru igneo ſubleuatus ſit, Chriſtus autem abſque vllo adiutorio alieno, ſua virtute cœlũ æthereum penetrarit, pulchrè etiam S. Gregorius Magnus Papa oſtẽdit, vbi alibi de vtroque ſic loquitur: In veteri teſtamento cognouimus, quòd Elias C ſit raptus in cœlũ. Sed aliud eſt cœlum æthereum, aliud aëreum. Cœlum quippe aëreum terra eſt proximum: vnde & aues cœli dicimus, quia eas volitare in aëre videmus. In cœlum itaque aëreũ Elias ſubleuatus eſt, vt in ſecretam quandã terræ regionem repentè duceretur, vbi in magna iam carnis & Spiritus quiete viueret, quouſque ad finem mundi redeat, & mortis debitum ſoluat. Ille etenim mortem diſtulit, non euaſit: Redemptor autem noſter, quia nõ diſtulit ſuperauit, eamque reſurgendo conſumpſit, & reſurrectionis ſuæ gloriã aſcendendo declarauit. Notandum quoq. eſt, quod Elias in curru legitur aſcẽdiſſe, vt videlicet apertè demõſtraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno: per angelos quippe facta illa, & oſtenſa ſunt adiumẽta, quia nec ad cœlum quidẽ aëreum per ſe aſcendere poterat, quem naturæ ſuæ infirmitas grauabat. Redemptor autẽ noſter non curru, non angelis ſubleuatus legitur: quia is qui fecerat omnia, nimirũ ſu- D per omnia, ſua virtute ferebatur. Illo etenim reuertebatur, vbi erat: & inde redibat, vbi remanebat: quia cum per humanitatem aſcenderet in cœlum, per diuinitatẽ ſuam & terram pariter continebat & cœlum. Sicut autẽ Ioſeph à fratribus venditus, venditionem Redemptoris noſtri figurauit: ſic Enoch tranſlatus, atque ad cœlũ aëreum Elias ſubleuatus, aſcenſionem Dominicam vterque deſignauit. Adſcenſionis ergo ſuæ Dominus prænuntios & teſtes habuit, vnum ante legem, alium ſub lege: & quandoque veniet ipſe, qui veraciter cœlos penetrare potuiſſet. Vnde & ipſe ordo in eorum quoque vtrorumque ſubleuatione per quædam incrementa diſtinguitur: nam Enoch tranſlatus, Elias vero ad cœlum ſubuectus eſſe memoratur: vt veniret poſtmodum, qui nec trãſlatus, nec ſubuectus, cælum æthereum ſua virtute penetraret, &c.] S. Gregor. in homil. 26. de Aſcenſione Domini, in cap. 16. Marc.

Conuerſus ad matrem Domini dixit: pax tibi ô mater, &c.] Per iſta haud obſcurè innuit Chryſoſtom. etiã ma- A trem adfuiſſe Chriſto iam aſcendenti in cœlũ. Eam autẽ tunc ibi fuiſſe præſentem, nemini videtur eſſe dubitandum. Siquidẽ in Act. Apoſt. vbi dicitur, re- Acto. 1. uerſos Hieruſalẽ Apoſtolos, ingreſſos cœnaculum perſtitiſſe in oratione, &c. additur ibi cũ Maria, &c. quare eadẽ etiam antea cum illis adfuerat. Præterea quamuis vndecim legatur præcepiſſe, vt expectarent Spiritum ſanctum, &c. tamen etiam Maria & alij multi dicuntur fuiſſe cum Apoſtolis, quando Spiritus ſanctus primum deſcendit, &c. Quibus accedit, quod iſta communis & conſentiens videatur eſſe traditio Eccleſiæ: tũ quia antiqui Patres paſſim hoc aſſerunt, aut ſaltem ſupponunt, tum quia in picturis aſcenſionis Dominicæ, & in Concionibus paſſim idem cernitur atque auditur, vt mater filio nimirum adfuerit in cœlum aſcendenti.

Sed ego ipſe veniam, &c.] Veniſſe Chriſtum ad matrem in morte, quid mirũ? nónne adſtitiſſe & viſum B eſſe legimus etiam aliis viris ac fœminis piè ſancteque morientibus? Videatur S. Greg. Papa in Dialogis, &c. & S. Greg. Turon. in opere de gloria plurimorum martyrum, aliique S. Patrés, qui cõſummationẽ ſanctorum martyrum ſcripſerũt, ac celebrarunt. At oratio quæ hic fingitur haberi ad matrem & ad Apoſtolos, eſt ex ficto, ſed interim quæ piè fingi, ſanctiſque attribui à quoquam poteſt.

Et Dauid chori princeps dicebat: Exaltare ſuper cœlos Deus, &c. Et alius quidam poteſtatibus iubens aiebat, Exaltate Dominum Deum noſtrum, &c.] Vbi cùm vtrobiq. Prophetæ Dauid verba citentur, mirum videtur, cur hoc loco Chryſoſtomus dicat: *Et alius quidam poteſtatibus imperans, aiebat: Exaltate Dominum, &c.* Vel igitur id intelligẽdus eſt alius propheta, qui verbis Dauid vteretur: vel ſanè angelus, qui illa verba proferret: cùm S. Athanaſius, & ipſe S. Chryſoſtomus in proximo hîc præcedente ſermone, choris angelorum C ſiue cœleſtibus poteſtatibus tribuant verba illa: *Tollite portas principes veſtras, &c.*

Dicere nequeo, quoniam & magiſter meus Paulus benedictus recuſauit, &c.] Videtur reſpicere ad locum 2. Cor. 12. vbi S. Paul. ait ſe audiuiſſe arcana verba, quæ non licet homini loqui, &c. nam & paulo ante ibidem refert ſe raptum fuiſſe vſque ad tertium cœlum, & in paradiſum, &c. quò hic apertè adluſiſſe videtur noſter auctor S. Ioannes Chryſoſtomus.

IN ASCENSIONEM Domini noſtri Ieſu Chriſti.

SERMO VII.

Gerardo Voſſio interprete & Scholiaſte.

LAETENTVR *cæli & exultet terra*: quoniam Pſal. 95. D medium parietem maceriæ hodie Ieſus ſecundũ Paulum ſoluens & inimicitias inter Epheſ. 2. Deum ac noſtram naturam pacificans, ſuperna infernis coniunxit. Hodie vnigenitus primitias corporis, quod ex nobis ſuſcepit, obtulit Patri. Hodie ſacrificium, quod pro terrarum orbe factum eſt, viuum Deo oblatum eſt. Hodie draconi amputatum eſt caput. Hodie ſerpens interemptus eſt. Hodie diabolus è cœlo expulſus eſt. Hodie peccatum ab humano genere ſublatũ eſt. Hodie, qui per inobedientiam Adami è paradiſo eiectus eſt homo, per Adam ſecundum, non in paradiſum terreſtrem, ſed in ipſum cœlum aſcendit, ſecundùm Paulum, *vt appareat nunc vultui Dei.* Et quinam teſtes aſcẽſionis Heb. 9. Domini in cœlũ? Duodecim diſcipuli. Sed ambigis ô Iudæe! & incredulus es. Non credis Apoſtolis Chriſti, & oculis qui viderunt Dominum in nube aſcendentem in cœlos? nõ credis tot teſtibus? ergo neque credis legiſlatori Moyſi? Quid verò ait Moſes? *In ore*, inquit, *duorum ac trium teſtium ſtabit omne verbum.* Impie ac ſceleſte Moyſes legiſlator, tres teſtes Deut. 19. Matt. 18.

ſimul

ſimul conſentientes de omnire, fide dignos aſſirmat: & Lucam Euangeliſtā quater tres fide dignos teſtes adducentem tu impurè atque inique reiicis? Dicat Propheta Eſaias de te, aut potius Deus per Eſaiam: [Iſa. 48.] *Noui, quia durus es, & neruus ferreus collum tuum, & frons tua ærea.* Non fidem habes duodecim noſtris teſtibus, qui ipſi ſpectatores aſcenſionis Domini in cœlum fuerunt? Vnus modò ſolus Daniel Propheta os tibi obturet: cui vt millies impudens eſſe velis, [Dā. 7. 14.] contradicere non potes. Veniat Propheta Daniel qui os tuum impudens obſtruat, ſicut & Draconis quondam obſtruxit; & ventrem tuum diſrumpat, [Dan. 7.] ſicut & tunc beſtiæ diſrupit. Quid autem Daniel de Aſcenſione Domini vaticinans dixerit, audiamus: *Aſpiciebam*, inquit, *& ecce in nubibus cœli, quaſi filius hominis aſcendens*, ſiue veniens. Similis enim & ſecundus illius aduentus, priori aſcenſioni futurus eſt. quemadmodum [Act. 1.] & actorum Apoſtolicorū liber deſignat, dicens: *Cum intuerentur Apoſtoli in cœlum euntem Dominum, ecce duo viri aſtiterunt ipſis in veſtibus albis, qui dixerunt:* [Ibidem.] *Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* Attende diligenter, obſecro, quo pacto Propheta aperte perſonas demonſtret. [Dan. 7.] *Ecce*, inquit, *in nubibus cœli, quaſi filius hominis veniens, & vſque ad antiquum dierum peruenit.* Et quiſnam prophetiæ illius ſit finis, conſideremus: [Ibidem] *Et datus eſt*, inquit, *ei principatus & honor, & regnum.* Intellige prudenter, cui dicat, datum eſſe principatum; nō diuino verbo quod ab æterno exiſtit ſimul cum Patre (habet enim poteſtatem & imperium ſempiternum) ſed animato corpori, quod ex Maria aſſumptum erat, cum illo coniunctum, quod & in nube hodie in cœlos aſcēdit. Idem enim eſt Deus, & homo perfectus. Ipſi igitur datus eſt principatus, & honor, ac regnum, ſecundum carnis œconomiam ac diſpenſationem: [Ibidem.] *& omnes populi, tribus, & linguæ ſeruient ipſi: quoniam poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ* † *non peribit* [Dan. 7. † vulg. quæ non auferetur, & regnum eius quod nō corrumpitur, &c.] *neque corrumpetur: & regnum ipſius populo alteri non dabitur.* Erubeſcant igitur ac confundantur Iudæi, Prophetas legentes & Chriſtum ab eis prædictum ignorantes: quem nos agnoſcentes, adoremus & glorificemus eum. Quoniam ipſi gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN ASCENSIONEM Domini noſtri Ieſu Chriſti.

SERMO VIII.

Gerardo Voſſio Interprete & Scholiaſte.

BENEDICTVS Deus: Tēpus opportunum eſt, nos omnes Dauidicum illud proclamare dictum, quod præſentem feſtiuitatem decet, [Pſal. 103.] & dicere: *Quam magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti.* Ornamentum enim corporis, eſt ſuperimpoſitum ipſi capiti: ornamentum autem dierum feſtorum, eſt hodierna celebritas. [Ibidem.] Chriſto igitur in cœlum cum carne aſſumpto, diem feſtum celebremus. Video enim noſtras primitias dominantes, omnemque creaturam, ac dicentem: [Pſal. 103.] *Quam magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti.* Verè hodierna feſtiuitate Dominicarum feſtiuitatum oſtenditur terminus, ac celebritatum plenitudo. Quemadmodū enim caput præclara eſt præditum forma: ita hodierna celebritas diuinæ gratiæ ſplendores emittit, exornat atque illuſtrat. Ceterum multi magnitudinem huius ignorantes, minorē eam aliis feſtiuitatibus exiſtimant: at natura rerum, reliquis illam illuſtriorem demonſtrat. Et ſi vultis cognoſcere, ex ipſis rebus addiſcere clarè licebit. Solum veſtris me precibus adiuuate, obſecro; & plumbeas aures cōprimite, fluctuſque nugarum rurſus relinquite, ac vacuas mihi aures præbete. [Eccleſ. 9.] nam ſecundum Salomonem: *Sermones ſapientum, in quiete audiuntur.* Prima igitur feſtiuitas eſt tremenda & admiranda Chriſti, ſecundùm carnem natiuitas. Quomodo enim nō admirandus Dei è cœlis ad homines aduentus? Et vide cariſſime, quia omnium [Feſta Chriſti.] Dominus ſeipſum ſerui formæ vnire dignatus eſt; & matrem habere pauperem, qui omnia continet, & omnium creator eſt. Secūda feſtiuitas eſt Chriſti Epiphania, ſiue apparitio, plus ſplendoris quam prima, præbens. Siquidem in prima feſtiuitate, ſtella natum Deum verbum demonſtrabat: at in ſecunda, Ioannes, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi, clamabat. Chriſtus in Iordane à Ioanne baptizabatur, & confirmabat teſtimonium eius qui baptizabat. Pater cœlitus clamabat. [Matth. 3.] *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*: ſed ne tum quidem omni ex parte, lætitiæ fruitio: quoniā nondum mortale corpus per reſurrectionem, immortalitatē ſuſceperat. Tertia feſtorum celebritas, eſt ſalutaris paſſionis Chriſti reſurrectio, in qua, triduana Saluatoris reſurrectio viuificat eos qui per baptiſma ſanguinis ſui ſplēdores emittunt, & illos qui per aquam & ſpiritum ſanctum regenerantur. Quamobrē & labentem mundū reſuſcitauit; & Adam qui è vita æterna deciderat, vita æterna dignatus eſt. Per lignū, Adam mortem conſciuit: per lignum crucis Chriſtus vitam mundo donauit. Et hæc quidem ſolēnitas præcedentibus feſtiuitatibus glorioſior declarata eſt: quoniam in ipſa, qui immortalis eſt, morte mortem peremit, vitamque immortalem mortuis reſtituit. verùm ne ipſa quidem gaudij plenitudinē habuit, quam diu eum qui reſurrexerat, ſuper terram retinuit: at hodie in Aſcenſionis celebritate, omnia in omnibus lætitia ſunt impleta, dum cœlos multiſonos reſerauit, & tenuiſſimum aërem penetrauit, noſtraſq. primitias in cœleſtes axes extulit, ac cunctas angelorum naturas in gaudiū inceſſabile impulit, nouum nobis ſpectaculum exhibuit, carnē noſtram ſuper regalem thronum eleuatam, ſedemque à dextris ſumentem. Vbi ſunt qui circa ludos circenſes occupantur, & aurigarum celeritate delectantur? Venite, videte admirandum cœleſtis curſus aurigā. venite, videte nouum curſorē, creaturæ creatorem humano vectum curru: non ſuper terram inordinate currum agitantem, ſed æthereos curſus nouo quodam modo peruadentem, & cœleſtem flexum occupare ſatagentem, tranſgreſſoremque Beliar potenter ſubuertentem, ac præmium victoriæ ex patris manu ſuſcipientem. Cæterùm Iudæorum filij veritatis æmuli, & Trinitatis hoſtes, ſemper mēdaces & Deo infeſti, Prophetarum occiſores & legis conuiciatores, Domini interfectores & honeſtatis oſores, audientes Chriſtum cum carne in cœlos aſcendiſſe, obſcurare volentes inauditum miraculum ſplendoris ſolis iuſtitiæ, Eliam introducunt, dicentes: Cur inquiunt, tantopere ô Chriſtiani gloriamini, quòd Chriſtus (vt dicitis) aſſumptus ſit; cum & Elias homo cùm eſſet, eadem dignus habitus ſit gloria, & in cœlos aſſumptus eſt? Ad quos cum libertate dicemus: Quamobrē ô Iudæi † libros vt cæci [† al. cæcorū inſtar dilaniatis] depranatis, & quæ in eis ſcripta ſunt, cum diligentia non aſpicitis? Velamen enim Moſaicum obſcurat corda veſtra, cur legitis hoc, neque intelligitis? [2. Cor. 3.] Et in reſurrectione Chriſti ſimiliter faciebant, dicentes militibus: *Dicite, quod diſcipuli eius nocte furati ſint ipſum.* [Matth. 28.] Et rurſus de miraculis eius aiebant: Quod enim magnum miraculum fecit Ieſus, mortuum reſuſcitando: hoc etiam Eliſæus præſtitit? At vide differentiam ſerui & Domini: Eliſæus mortuum ſuſcitauit, & flexis genibus orabat & obſecrabat Dominum [4. Reg. 4. & 5.] vt filium reſuſcitatū matri largiretur. Dominus autem propria poteſtate ad Lazarum dicebat: *Lazare, veni foras.* Et rurſus: [Ioan. 11. Mat. 9. & Marc. 5.] *Non eſt mortua puella, ſed dormit.* Et irridebant eum. *Ipſe verò tenens manum puellæ, reſuſcitauit eam.* Ecce differentiā ſerui & Domini. Quid enim ait Scriptura? Aſſumptus eſt Helias, in terræ [4. Reg. 2.] motu, quaſi in cœlum. Illud enim, quaſi in cœlum,

ambi-

A ambiguam reddit intelligentiam: illud verò, in cœ-
lum aſcendit, apertè veritatem demonſtrat. Quod
autem neque Helias, neque alius quiſpiã in cœlum
aſcenderit, niſi ſolus qui è cœlis deſcendit, vnige-
Epheſ. 4. nitus Chriſtus filius Dei: audi ipſum qui dicit: *quia
nemo aſcendit in cœlum, niſi qui è cœlo deſcendit, filius hominis,
qui eſt in cœlis*, paſtor bonus, qui nonaginta nouem
gregis oues in cœleſtibus montibus relinquens, &
ouem quæ aberrauerat inueniens, humeriſque be-
nignitatis ſuæ geſtans, in cœleſtem portum repor-
Lucæ 15. tauit, & proprio genitori donum offerens, dixit: *In-
ueni pater, ouem quæ aberrauerat*, quam ſerpens fallax
fraudulentis modis atque impoſturis ſeduxerat, &
improbitatis ac malitiæ ſemitas demonſtrauerat;
cœno autem multitudinis falſorum deorum, purita-
tem diuinæ cognitionis cõtaminarat. Cernens igi-
tur ipſam turpitudine vitæ ſuffocatam, diuinitatis
dextera citò extraxi, miſerationumque tuarum vi-
B ſceribus in Iordanis fluentis eam lauans purgaui, &
fragrantia ſancti Spiritus mei inungens, per reſur-
rectionem meam, nunc acceſſi, dignũ tua bonitate
proferens tibi xenium, ouem ratione præditã. Ho-
die diabolus propriam luget cladem, noſtras vidẽs
primitias in cœlum ſubuectas: hodie peccatum, per
aſcenſionem Ieſu Chriſti, inſtar fumi diſſoluitur.
hodie diabolus lamentatur, dicens: Quid agam mi-
ſer? omnibus, qui iam inde ab initio apud me fue-
rant, tanquam accipiter celeriter aduolãs, abreptis
deſertum me reliquit: atque vndique alis decuſſis,
in terram deiecit. decepit me Mariæ filius. neſciebã
Deum in humano abſcondi corpore, cernebam ip-
ſum humano amictum corpore; & hominem eum
exiſtimans, Iudæorumque gentem amans, eos ad-
uerſus ipſum commoui: & quæ per memetipſum
exequi non audebã, ea per Iudæos peregi: infinitas
calũnias adinueni, omne iniuriarũ genus in ipſum
C excogitaui, arundine ipſum aceto potaui, ſpinis ca-
Matt. 21. Marc. 15. Lucæ 23. Ioan. 19. put eius coronaui, alapis ipſum ignominia effeci:
cruci clauis vt affigeretur, author fui: mortem au-
tem denique ſuggerens, tanquã victor cum Iudæis
dies feſtos traduxi: hic verò mortuos ad vitam re-
uocauit, mortiſque vires diſrupit. Vidẽs igitur ter-
tia ipſum die reſurrexiſſe, ſicut antè dixerat, velut
gladio in corde repẽtinè accepto cõcidi: aſpiciens-
que rurſus bibentem eum ac comedentem, aliam
denuò crucem parabam. Verùm dum hæc apud me
cogitarem, cerno ipſum cum carne in gloria ad cœ-
los aſcendentem: quare ego cõfuſus cecidi. & mul-
titudo exercitus angelorum audita eſt, laudantium
Pſal. 92. eum, atque dicentium: Dominus regnauit, decorem
indutus eſt. Quapropter etiam Pſal. multis antè ſe-
Pſalm. 46 culis proclamabat, dicens: *Omnes gentes plaudite mani-
bus, iubilate Deo in voce exultationis. quoniam Dominus excel-
Ibidem ſus, terribilis, Rex magnus ſuper omnem terrã.* & paulò poſt:
Pſal. 46 *Aſcendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ.* Tubã appel-
D lans, antedictas Prophetarum voces. Et ad ſe ipſum
diabolus ait: Volo ipſum perſequi, & tanquam plũ-
bum deorſum feror. volo ipſum tenere, & inuiſibi-
liter flagellor. quid agam miſer. Vndiq. me expel-
lens, perculit. è cœlis me vt lapidem leuiſſimum in
terram præcipitem dedit: in terram autem delapſus,
in aquis occultari volui: cumque me in Iordanis
fluentis occultatum inueniſſet, vt ſeruũ fugitiuum
me comprehenſum flagellauit. Volo etiam terra
potiri, & omnes velut dominicæ poſſeſſionis cuſto-
des, hanc aduerſus me vocem decantant: *Domini eſt
Pſal. 23 terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & omnes qui habitant
in eo.* Oſtendit terræ motus, quod Domini ſit terra,
& plenitudo eius: nam ea corpus Domini non fe-
Matt. 2. & 28. rens, intolerando tremore cõpreſſa æſtuabat, dum
propter incompoſitam filiorum viuendi rationem,
inuiſibiliter flagellabatur. & ſicut mutorum ora,
aperiens rupturas, occulti doloris proclamabat ma-
gnitudinem, & parci cupiens peccatorib. velut ma-
Pſal 105 ter pro filiis ſupplicabat. Quis loquetur potentias
Pſalm 23 Domini: auditas faciet omnes laudes eius? *Domini eſt*

A *terra & plenitudo eius.* Carnẽ enim ex terra formatam
coniunxit ſibi Chriſtus, & *conſidere fecit in cœlis*: cerni- Ephe. 1. 2
muſque nunc primitias noſtras dominantes in cœ-
lis. Venit diabolus vt has per fornicationem inqui-
net: verùm vt peruigil cuſtos, habens purũ animæ
oculum ne ſinas latronem mentis theſaurum effo-
dere, vt cum fiducia ad ipſum dicere poſſis: Domi-
nici altaris non ero proditor, diabole. Domini enim
eſt terra, & plenitudo eius: & ego matrem agnoſco
Eccleſiam Chriſti, quæ per piſcinam regenerat, &
ſemper cœleſti imbre irrigata, ac à Deo exculta
germinat ſemen bonum in trigeſimo, ſexageſimo &
centeſimo. *Exiit*, inquit, *qui ſeminat ſeminare, & dum ſe-* Math. 13
minat, aliud cecidit in viam, ſeductionis ſc. atque dece- Marc. 4. Lucæ 8.
ptionis gentilium ac paganorum: & venerunt vo-
lucres, rapaces nimirum dæmones, & comederunt
illud. aliud cecidit in petroſa: in duram inquam,
Iudæorum voluntatem ac mentem: & ſtatim produ-
B xit temeritatis atque proteruiæ feruor plantam ini-
quitatis. Talis enim Iudæorũ mos eſt. nam in eremo
manna refecti, & lege inſtructi, ad Moyſen dicebãt: Exod. 24.
*omnia quæ dixit tibi Deus, vt faciamus, faciemus, & audiemus
te*, & qui hæc promiſerant, vitulũ animæ expertem
adorabant, & morticinium honori Dei viuẽtis præ- Exod. 32. 34. &c.
ferebant, ac creaturæ potius quàm creatori ſeruie- Rom. 1.
bant. Aliud cecidit inter ſpinas, hæreſes nimirum
aſperas atque aculeatas, linguaſque blaſphemas:
quæ quidem pietatis ſemen quotidie ſuffocãt. *Aliud
verò cecidit in terram bonam*, Eccleſiam Dei, ſua fertili-
tate ac vbertate proferentem fructum, trigeſimum, Matt. 13. Marc. 4. & Luc. 8.
ſexageſimum, & centeſimum: trigeſimũ, pietatis &
manſuetudinis iugum: ſexageſimum, virginitatis
angelicæ thalamum: centeſimum, diuini ſacerdotij
caſtitatis coronam, & martyrum tolerantiæ ac for-
titudinis vitam. Pietatis ſiquidem prædicatores ad-
uentum Saluatoris extremũ cunctis adnunciantes,
C ſic dicebant: *Quemadmodum vidiſtis eum euntem, ſic veniet.* Acto. 1.
Vt verò manifeſtius ſermonis vim atque argumen-
tum interpretemur, ex lib. Acto. Apoſtol. legamus: Acto. 1.
*Primum quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ
cœpit Ieſus facere & docere, vſque in diem qua præcipiens Apo-
ſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt: quibus &
præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argu-
mentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno
Dei.* Et rurſus: *Hi igitur qui conuenerant, interrogabant eum* Ibidem.
*dicentes: Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Di-
xit autem ad eos: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta,
quæ pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſu-
peruenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieru-
ſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum ter-
ræ. Et cùm hæc dixiſſet, videntib. illis eleuatus eſt: & nubes ſuſce-
pit eum ab oculis eorum. Cumq. intuerentur in cœlum euntem
illum ecce duo viri aſtiterunt iuxta ipſos, in veſtib. albis: qui &
dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Ie-
D ſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum
vidiſtis eum euntem in cœlum. Tunc reuerſi ſunt Ieroſolymam
à monte qui vocatur Oliueti, qui eſt iuxta Ieruſalem. Apparue-* Ibidem
runt duo viri inveſtitu albo: Duo vt fides habeatur veri- Acto. 1.
tati: Viri, vt in fortitudine diſcipulos confirmarent:
induti veſtib. albis, vt mentes audientium illuſtra-
rent. Quid igitur qui apparuerunt, prædicabant?
Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? quin potius Ibidem.
cœli creatorem contemplantes, glorificate magni-
ficentiam eius qui aſſumptus eſt; & condeſcenſio-
nem atque humilitatem benignitatis ipſius ſuſpi-
cite: quoniam terrenum hominem ſibi iungens, ci-
uem cœleſtem effecit, & domeſticum cœlorum
conſtituit. Papæ: eum, qui in infimis iacebat, quo-
nam euexit? *Quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Ieſus, qui* Ibidem.
aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet. Sic; quo pacto? hu-
mano corpore circundatus, in manibus fixuram
clauorum habens: vulneratum latus proferens, vt
conſpiciant Iudæi, *in quem pupugerunt*: nos autem in- Apoc. 1. Iacob 1.
tueamur faciem eius cum fiducia, & quæ repromiſſa
ſunt bona conſequamur, gratia & benignitate Do-

mini

mini noſtri Ieſu Chriſti: cui gloria, & potentia in ſecula ſeculorum, Amen.

Scholia & variæ lectiones.

NAM *ſecundum Salomonem: Sermones ſapientũ, in quiete audientium, &c.*] Locus Scripturæ eſt Eccl. 9. vbi in lectione vulg. habetur: *Verba ſapientum audiuntur in ſilentio, &c.*] at apud LXX. hic legitur: λόγοι σοφῶν ἐν ἀναπαύσει ἀκούονται. i. Verba ſapientum, in quiete audiuntur, &c.] Vbi Scholiaſtes declarat ἐν ἀναπαύσει. i. in quiete] τῇ πραότητι, hoc eſt, cum beneuolentia, &c.] forte autem hîc Chryſoſt. legit pro ἀκούονται, ἀκουόντων. vt ſit, ἐν ἀναπαύσει τῶν ἀκουόντων.] in quiete audientium.

IN S. ASCENSIONEM DOMINI NOſtri Ieſu Chriſti, recitatus in æde Martyrũ S. Romaneſiæ, vbi Martyrum corpora ſub pauimento prope cadauera hæreticorum condita, ablata fuerunt, & propriis locis ſeparatim ſepulta. Et in illud: *Inueniantur duo in mola vna, &c.*

B

SERMO XI.

Gerardo Voſſio Interprete & Scholiaſte.

Martyrũ memorias viſitare quare ſit nunquam.

QVANDO crucis memoriam recolere ſoliti ſumus, extra Vrbem, eius ſolennitatem celebramus. Et nunc quando Crucifixi aſcenſionem agimus, illuſtrẽ hunc atque refulgentem diem, extra ciuitatem rurſus feſtum peragimus. Atqui hoc, non quod eam deſpicere velimus, ſed martyres potius honorare cupiamus: Et ne viri ſancti de nobis meritò conquerantur, ac dicant: Nos, ne vno quidem digni reputabamur die Domini noſtri, quem celebrari per vos cerneremus in tabernaculis noſtris. Neue nobiſcum expoſtu-
C
lando dicant, ſanguinem quidem noſtrum pro ipſo effudimus, & digni habiti ſumus, quibus pro eo caput noſtrum amputaretur, ipſius autem ſalutiferum feſtum celebrari diem, videre non ſumus promeriti in habitaculis noſtris. Atque ideo relicta ciuitate ad pedes ſanctorum horum properamus, occaſione præſentis diei, & de tempore præterito excuſantes nos apud ipſos. Nam etſi antea ad ſtrenuos hos pietatis athletas currere oportebat, quando adhuc ſub pauimento recondita iacebant, multò ſanè magis id iam peragere oportebit, quando ſeorſim repoſitas videmus margaritas, quando à lupis liberatæ ſunt oues, quando à mortuis receſſerunt viui. Ne antea quidem vllum detrimentum paſſi ſunt ex communi cum illis ſepultura. Quorum enim animæ in cœlis ſunt, eorum neque corpora ex propinquitate lædi poſſunt, quorum animæ in manu Dei ſunt, neque reliquiæ eorum ex loco in quo reconditæ ſunt, quid pati poterant. Nihil enim iis ante hac detrimenti
D
acceſſit: populus tamen noſter non qualecunque inde damnum ferebat: quippe qui currebat quidem ad ſanctorum martyrum reliquias, at cum ambiguitate & hæſitatione preces offerebat, quòd ſanctorum ſepulcra ignoraret, ac vbi veri illi theſauri reconditi eſſent. Idque factum eſt, veluti ſi greges ouium adducti ad perfruendum alueis puris, qui, vbi ad fontes limpidos venerint, crepitu atque fœtore aliunde cominus erumpente, iterum inhibeantur: ita & in illo armento atque ouili contigit. Ibat quidem populus ad puros illos martyrum fontes, ſed dum fœtorem hæreticorum inde cominus erumpentem ſentiret, iterum inhibebatur. Quod quidem conſpiciens prudens hic paſtor atque magiſter, cuncta ad Eccleſiæ ædificationem diſponens, non eſt paſſus diu hoc damnum pro leui haberi, feruens hic amator & æmulator martyrum. Sed quid agit? aſpicite ſapientiam eius: turbida quidem ac fœtida fluenta obruit, atque obſtruxit deorſum: puros autem mar-

A
tyrum fontes, ſeorſum in puro mundoque loco collocauit. Conſiderate etiam quantam erga vita functos exhibuerit humanitatem, atque erga martyres honorem, & in populũ curam: Erga mortuos quidem humanitatem, quod eos loco non mouerit, ſed vbi erant, ibi reliquit. Erga martyres autem honorem, eos ab improba vicinitate eximens: Erga populum verò curam atque ſolicitudinẽ, non permittens eos amplius cum diſcrimine & hæſitatione ſuas preces fundere. Propterea vos huc adduximus, vt illuſtrior conuentus fieret, ſplendidiuſque ſpectaculum non hominum ſolùm, ſed & martyrum collectorum, neque martyrum dumtaxat, verum etiam angelorum. Etenim & Angeli præſentes ſunt. Angelorum & martyrum concurſus fit hodie. Videre cupis Angelos pariter ac martyres; Aperi oculos fidei & cernes ſpectaculum illud. Nam ſi omnis
B
aër Angelis repletus ſit, quanto amplius Eccleſia: ſi verò Eccleſia; quanto magis dies iam præſens, quando eorum aſſumptus eſt Dominus. Quod autem omnis aër Angelis ſit repletus, audi quid dicat Apoſtolus, admonens mulieres, vt velato ſint capite; *Debent* enim, inquit, *mulieres velamen habere ſupra caput ſuum, propter angelos.* Rurſuſque Iacob: Ange- 1. Cor. 11
lus qui eruit me de cunctis malis à iuuentute mea. Gen. 48.
Et qui in domo cum Apoſtolis erant, ad Rhoden Act. 12.
puellam dicebant; *Angelus eius eſt.* Ac iterum Ia- Gen. 32.
cob: *Vidi*, inquit, *caſtra Angelorum.* Sed quorſum Angelorum caſtra ac copias ſuper terram vidit? nam ſicut Rex iubet per ſingulas ciuitates ſuas milites poni, ne graue aliquod bellum imminens, incurſionibus infeſtet eas: Ita & Deus dæmonibus in aëre iſto, barbaris atque immanibus, ſemper bella ſuſcitantibus, paciſque inimicis, Angelorum caſtra opponit, vt dum vel apparent ſolùm, ipſos reprimant, nobiſque pacem perpetuam concilient. & vt diſcas, Angelos pacis eſſe, audi in precationibus, miniſtros ſemper dicentes: Angelum pacis rogate.
C
Vides Angelos adeſſe & martyres. Quid igitur miſerabilius iis, qui ſe à conuentu hodierno abſtraxerunt, & quid beatius nobis qui aduenimus, & celebritate iſta perfruimur? Cæterùm iſti de Angelis ſermones, in aliud nobis tempus referendi. Iam verò ad inſtitutum præſentis feſti reuertamur. Quæ igitur præſens eſt iſta celebritas? veneranda vtique & magna, cariſſime, ſenſumque ac intellectum omnem humanum excedens, Deique munificentia, qui illam fecit, digna. Hodie enim humanum genus reconciliatum eſt Deo. Hodie diuturna ſimultas, longumque bellum deletum eſt atque ſublatum. Hodie pax quædam nobis admirabilis rediit, non antea vnquam exſpectata. Quis enim ſperaſſet fore, vt Deus ſupremus homini reconciliaretur? non quod inhumanus ſit Dominus, ſed quia ſegnis famulus & iners; non quod crudelis ac ſæuus Dominus, ſed quia ſeruus contumax, atque ingratus. Vis
D
diſcere, quo pacto benigniſſimum hunc atque leniſſimum dominum noſtrum exacerbauerimus? æquum namque eſt, prioris noſtræ ſimultatis cognoſcere fundamentũ; vt quando aſpexeris, nos inimicos ac hoſtes honore affectos, ipſius honorãtis admireris benignitatẽ; ne ex propriis rectè factis, illam factam cõmutationem arbitreris: & beneficij immẽſitate perſpecta de magnitudine munerum, gratias illi agere non deſiſtas. Vis ergo noſſe quomodo dominum tam liberalem, manſuetum, bonum, omniaque ad ſalutem noſtram diſponentem exacerbauerimus; Deliberauit aliquãdo de vniuerſo noſtro genere omnino delendo, atque ita nobis iratus eſt, vt perderet nos cum vxoribus ac liberis, beſtiis atque iumentis; & cum vniuerſa terra. Et ſi velis, curabo vt ipſam quoque ſententiam eius audias: *Delebo*,
inquit, *hominem quem creaui, à facie omnis terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cœli,* Gen. 9.
pœnitet me feciſſe eos. Et vt diſcas eum non noſtram al. fuiſſe
odiſſe naturam, ſed malitiam abominatum eſſe. hominem.

Ibidem.

qui dicebat: *Delebo hominem, quem creaui in terra*, etiam A dixit: *Tempus omnis hominis venit ad me*. Nam ſi hominẽ odiſſet, nõ cum homine verba faceret. Nunc autem vides ipſum noluiſſe feciſſe, quod cõminatus fuerat; quin & ſerum excuſabat, ac cum eo velut eiuſdẽ conditionis amico, verba faciebat dominus, cauſaſque ſuperuenturæ perditionis enarrabat: non quidẽ vt cauſas diſcat homo, ſed vt aliis quoque eas inſinuans, tẽperantiores eos reddat. at quod modo dicebam, ita male cum noſtro genere agebatur antea, vt periculum eſſet, ne ex ipſa terra exciderer. Cæterùm nos qui terra videbamur indigni, hodie in cœlum ſublati ſumus, qui ne terreno quidem principatu eramus digni, ad ſupernum cœleſte regnum aſcendimus. Cœlos peruaſimus, thronum regalem atque dominicũ apprehendimus: & natura, propter quam, paradiſum ſeruabant Cherubin, ipſa ſupra Cherubin ſedet hodie. At quo pacto admirabile hoc & magnum myſterium accidit? Quo pacto nos B qui profligati eramus, terraque ipſa videbamur indigni, ac terreno omni principatu atq. honore excideramus, ad tantam altitudinẽ ſumus euecti? Quo pacto bellum diſſolutũ eſt? Quo pacto ira ſublata? Quomodo? Nam iſtud admirabile eſt: Nam non iis quibus iniuria iraſceretur Deus, ſed ipſo Deo qui iure nobis ſuccenſebat, prouocante nos atque inuitãte, pax facta eſt. *Pro Chriſto enim legatione fungimur*,

2. Cor. 5.

inquit Apoſtolus, *tanquam Deo exhortante per nos*. Quid iſtud? Ipſe eſt violatus iniuria, & ipſe ad pacem inuitat? Imo verò atque ob id, vt humanus pater hortatur, & allicit. Sed vide quis interceſſerit mediator; ipſe vtique inuitantis, & adhortantis filius, non homo purus, non angelus, neque archangelus, neque familiarium vllus. Et quid efficit mediator? opus mediatoris. Quemadmodum enim duob. aliquibus ſe inuicem auerſantibus, & ad cõcordiam pacemq. mutuã adduci nolentibus, tertius quiſpiã veniens, C & ſe medium interponens, vtriuſque inimicitiam diluit: Ita & Chriſtus egit. Iratus ſiquidẽ nobis erat Deus, & nos Deum benigniſſimum dominum auerſabamur; medium igitur ſe Chriſtus interponens, vtramque naturam conciliauit. Sed quo pacto ſe mediatorem conſtituit? Pœnam quæ nobis à patre infligenda erat, ipſemet in ſe ſuſcepit, contumeliaſque ac opprobria quibus afficiebatur, propter nos ipſe ſuſtinuit. Vis noſſe quomodo vtraq. ipſe ſuſceperit? *Chriſtus*, inquit Apoſtolus, *nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum*. Vides quo pacto pœnam cœlitus latam ipſe ſuſceperit? Vide etiam quomodo opprobria in terris ſuſtinuerit: *Opprobria exprobrantium*, inquit, *tibi, ceciderunt ſuper me*. Cernis quo pacto diremerit inimicitiam? quo pacto nõ ante deſtitit quiduis agere, pati atque moliri, quam hoſtẽ & inimicum cum Deo reduxit in gratiam. Et iſtorum tantorum bonorum materia ac cauſa eſt hodiernæ diei feſtiuitas: ¶ quemadmodum enim pri- D mitias naturæ noſtræ aſſumpſit, ſic reſtituit Domino. Et quod de campis accidit ſpicarum plenis, vbi quis ex paucis ſpicis collectis paruum manipulum conficiens, eumque Deo offerens, paucitate illa toti aruo benedicit; ita & Chriſtus fecit, qui per vnam illam carnẽ atque primitias, totum genus noſtrum benedicendum curauit. Sed cur nõ totam naturam obtulit? Eò quòd non ſit hoc offerre primitias, ſi totum quis offerat. At ſi paruum aliquid quis offerat, per paruum, totum benedicẽdum curat. Atqui ſi primitiæ, dicet quiſpiam, eſſent, primum ipſum hominem procreatum offerri oportuit: Primitiæ enim ſunt, quæ primum tolluntur, & primum germinant. Non ſunt primitiæ cenſendæ chariſſime, ſi primum fructum obtulerimus exilẽ & euaneſcentem, ſed ſi probum atque perfectum offeramus. Quoniã igitur fructus ille peccato obnoxius erat, ideo non eſt oblatus, etiam ſi primus eſſet: at hic qui à peccato liber erat; ideoque oblatus eſt, licet poſterius extiterit: Hæ enim ſunt primitiæ. Et vt diſ-

Galat. 3. al. Impe- ria exprobr.

Pſal. 61. & Rom. 15.

al. tanquã enim primitias naturæ noſtræ Deo reddidit.

Obiectio de primo homine. Reſpõdet huic Chryſ. obiectioni

al. at qui poſt hunc extitit, primitiæ fuerunt.

A cas, non primum germinantem fructum, primitias dici, ſed bonum atque probatum, generoſum, & qui ad vigorem opportunum perfectionemque perueniat. Ex ſcripturis tibi depromam teſtimonium: Si ingreſſus fueris, inquit, in terrã promiſſionis, quam dominus Deus tuus dat tibi, Moyſes ad populum ait, & plantaueris in ea omne lignum pomiferum, faciens fructum ad veſcendum. Tribus annis non depones fructum eius. Quarto autem anno fructus eius ſanctus erit Domino. Atqui ſi eſſent primitiæ, primus qui producitur fructus, eum qui primo anno naſcebatur offerri domino oportebat. Nunc vero ait: Tribus annis non tolles fructum eius. Sed relinques illum, propterea quòd euanida adhuc & imbecilla eſt arbor, & fructus præcoces & immaturi. Quarto autem anno, inquit, fructus eius ſanctus erit Domino. Et in hoc cerne ſapientiam legiſlatoris, qui illo veſci non permiſit, ne ante Deum, quiſ- B quam fructum ſumeret, neque offerri illum mandauit, ne crudus & immaturus offeratur Domino: Sed dimitte, inquit, quia primus eſt, ne offeras autem, quoniam indignus eſt honore acceptantis. Vides ergo non primum fructum, qui producitur, ſed bonum atque probatum, primitias dici. Et hæc à nobis, propter carnem quam obtulit, dicta ſunt. Obtulit ergo primitias naturæ noſtræ, atque ita donum oblatum admiratus eſt Pater, ac propter dignitatem offerentis puritatemque ipſius oblati, quaſi propriis illud manibus accepit, ſibique proximum cõſtituit, dicens: *ſede à dextris meis*. Sed ad quam dixit naturam Deus, ſede à dextris meis? Clariſſimum eſt. ad eam hoc dictum, quæ audiuit: Terra es & in terram reuerteris. Nõnne ſatis erat ſuperare cœlos? nonne ſatis erat cum Angelis conſiſtere? An non eſſet etiam hic honos ineffabilis? at aſcendit ſuper Angelos, præteriuit Archangelos, ſuperauit Che- C rubin, aſcendit ſupra Seraphin, prætergreſſus eſt Poteſtates, nec prius ſubſtitit, quàm thronũ ipſum Domini comprehendit. Non vides quid medium à cœlo ad terram. Sed ab imo potius incipiamus, non vides ab inferno ad terram, interuallum, quantum rurſus à terra in cœlum cernis, & à cœlo rurſus ad cœlum ſublimius. Et ab illo ad Angelos, ad poteſtates, ad ipſum quoque thronum regalem atque Dominicum: ſupra hoc totum interuallum ac ſpatium naturam noſtram ſubſtulit. Cerne quam humili antea loco illa erat, & quàm alte aſcenderit: neque enim deſcendere licuiſſet inferius, quàm quò deſcenderat homo; neque aſcendere ſublimius, quam quò eum rurſus euexerat Chriſtus. Atque illa perſpicue Paulus dicebat: *Qui deſcendit ipſe eſt qui & aſcendit*. Et quò deſcendit? *In inferiores partes terræ*; aſcendit autem ſupra omnes cœlos. Diſce quis aſcenderit, & cuiuſmodi natura, ac quemadmodum antea ſeſe haberet, libenter enim verſor circa vili- D tatem generis noſtri, vt excellentius, honorem qui à benignitate Domini ad nos deriuatur, perdiſcam. Terra & cinis eramus nos. Sed nondum hoc, culpa; naturæ enim infirmitas erat: at quòd irrationabilibus facti ſumus inſipientiores. *Comparatus eſt enim iumentis inſipientibus homo, & ſimilis factus eſt illis*. Hoc autem eſt animantibus rationis expertib. deteriorem fieri, quando quis ſimilis fit illis. Siquidem rationis expertem eſſe natura, & ſic permanere, naturale eſt: ſed mente ac ratione ornatos, in illam amentiam delabi, voluntatis eſt culpa. Itaque dum audieris, quòd ſimilis factus ſit rationis expertibus; ne arbitreris hoc dicere, vt oſtendat homines eſſe belluis pares, ſed illis peiores oſtendere voluiſſe. Etenim rationis expertibus euaſimus peiores & inſulſiores. Non quòd vt homines, illuc dilapſi ſumus, at quòd etiam ad maiorem ingratitudinem proſilierimus. Et hoc patefaciens Eſaias, dicebat: *cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui*, Iſrael autem me non cognouit. Cæterùm non confundamur ſi per prio-

ribus:

Alluſio eſt ad cap. 19 Leuit. quamquam aliter ibi. aliter hic legatur

Ibidem.

Ibidem.

Pſal. 109. al. imter. cognata. An nõ clarè ad eam quæ audiuit, &c.

Geneſ. 3.

Epheſ. 4 Ibidem.

Geneſ. 4.

Pſal. 48 Homo vt cõparatur iumentis int pecorib. ſit, ſcyt per peccatum.

Eſa. 1. Rom. 5. & 6.

A ribus: vbi enim abundauit delictũ, ſuperabundauit, & gratia. Vides quomodo iumentis inſipientiores eramus? Cupis & volucribus ipſis nos irrationabiliores aſpicere:

Hier. 8.

Turtur & hirundo, & ciconia agri cuſtodierunt tempus aduentus ſui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Ecce & aſinis & bobus, ecce & volucribus, turture atque ciconia nos inſipientiores oſtendimur. Vis diſcere & aliam noſtram inſipientiam.

Prou. 6. Cum Formicis cõparatio. Mich. 6. ſ. vulg. quia iudicium Domini cum populo ſuo. Pſal. 57. Pſal. 13. & 139 ac Rom. 3. al. ſ vocamur filij. Ioã. 8. & 1. Ioan. 1. Natura humana vt ſublimata.

Ad formicas quoque nos, vt ab iis diſcamus, remittit, ita naturalem mentem amiſeramus: *Vade enim ad formicam,* inquit, *ô piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam.* Formicæ facti ſumus diſcipuli, nos qui ad imaginem Dei facti eramus: at non qui nos fecit, eſt auctor: ſed nos ipſi qui imaginem eius retinere noluimus. Et quid dico formicis? imo lapidibus ipſis ſtupidiores euaſimus. Vis ne horũ quoque proferam teſtimonium? *Audite conualles,* inquit B Propheta, *& fundamenta terræ: quia iudicium Domino aduerſus populum ſuum.* Cum hominibus iudicium exerces, & eos vocas fundamenta terræ? imò verò inquit: Nam & terræ fundamentis ſtolidiores ſunt homines. Quem ergo adhuc quæris in iis exceſſum malitiæ, quando & aſinis ſtupidiores, & bobus irrationabiliores, & hirundine ac turture rudiores, & formicis dementiores, ipſiſque lapidibus ſtupidiores reperiuntur. Quin & ſerpentium quoque ſimiles effecti videmur: *furor enim illis,* inquit, *ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: venenum aſpidum ſub labiis eorum.* Quid autem eſt opus rationis expertium ſtuporem atque ſtoliditatem commemorare? quando & ipſius diaboli videmur filij dicti: *Vos enim,* inquit, *filij diaboli eſtis.* Veruntamen nos ſtupidi atque ingrati, inſipientes, & lapidibus ipſis inſenſibiliores, qui cunctis inferiores eramus, abiectiſſimi atque viliſſimi; quo pacto dicam, aut quid eloquar, quomodo, inquam, iſtud verbum efferam? Viliſſima illa noſtra natura, quæ cunctis inſipientior erat, cunctis eſt hodie facta ſublimior. C Hodie recuperarunt Angeli, quod dudum deſiderauerant. hodie aſpexerunt Archangeli, quod diu concupierant. hodie noſtram naturam de throno regali fulgoris inſtar reſplendentem, gloria & pulchritudine immortali viderunt: Id enim multo ante deſiderabant Angeli, & concupiſcebant Archangeli. Nam licet eos natura humana, largito ſibi honore ſuperaret, attamen de bonis noſtris gaudebant; nam & quando cruciabamur, dolebant.

Gen. 3. Optima ſimilitudo

Et licet Cherubin cuſtodirent paradiſum, vicem tamen noſtram dolebant. Et ſicut miniſter, conſeruum ex mãdato Domini apprehenſum, & carceribus traditum, cuſtodit quidem, compaſſione tamen conſerui ductus, ſuper illo quod accidit, dolet & angitur: Ita & Cherubim, ſuſceperant quidem cuſtodiendum paradiſum, at de cuſtodia dolebant. Et vt diſcas quòd doluerint, ab hominibus illud tibi perſpicuum reddam: Quando enim homines conſeruis compati vides, iam nõ amplius dubitandi tibi locus relinquitur de Cherubim; D multò enim ſunt illæ poteſtates indulgentiores hominibus. Quis igitur iuſtorum non doluit, cùm iuſtè punirentur homines, etiam poſt ſexcenta peccata? Hoc enim eſt admiratione digniſſimum, quòd cùm illorum ſcelera noſſent, atque intelligerent illos in Dominum offendiſſe, ex ea tamen re dolorem animo capiebant, quin & Moyſes poſt populi

Exod. 32.

idololatriam, condolens dicebat: *Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti:* Quid ſibi vult illud? Vides impietatem hominum, & illorum doles afflictiones? Propterea, inquit, doleo, tum quia puniuntur, tum quia iuſtas præbent ſuæ punitionis cauſas.

Ezech. 11

Ezechiel quoque aſpiciens Angelum percutientem populum, magna exclamans voce cum eiulatu dixit: Heu, heu, heu, Domine Deus: † conſummationem tu facis reliquiarum Iſrael? Et Hieremias: *Corripe me Domine, veruntamen in iudicio: & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.* Ergo ſi Moyſes, & Ezechiel, atque Hieremias

† LXX. habent: in conſummationem tu facis reſiduis Iſrael.

A ſuper iſtis triſtati ſint; poteſtates illæ nihil noſtris mouebantur malis? at qua ratione id eſſet vlla ex parte credibile? Hiere. 10.

Quòd enim res noſtras pro ſuis ducunt, diſce quantum gaudium conceperint, videntes nobis conciliatum eſſe Dominum. Si enim antea non condoluiſſent, non ſanè ea eſſent poſtea lætitiæ voluptate perfuſi. Quòd autem gauiſæ ſint, patet ex iis quæ & Chriſtus ipſe dixit: Quoniam *gaudium erit in cœlo, coram Angelis, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Luc. 15. & Mat. 18.

Porro ſi vnum peccatorem conuertentem ſe, videntes Angeli gaudent; quomodo hodie per primitias, vniuerſam naturam humanam aſpicientes in cœlum illatam, non maximo gaudio ſint affectæ? Audi igitur & aliunde, ſupernæ atque cœleſtis turbæ lætitiam, ſuper noſtra reconciliatione: Quando enim Dominus noſter natus eſt ſecundùm carnem, ex eo deinceps hominibus B ipſum reconciliatum proſpexerunt. Non enim, ſi reconciliatus non fuiſſet, vſque adeò deſcendiſſet. Cernentes ergo iſtud, choris in terra ſtatutis exclamabant: *Gloria in excelſis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Luc. 2. & 19.

Et vt diſcas, quòd ob id glorioſa celebratione laudauerint Deum, poſtquam terra recepit bona: etiam cauſam adduxerunt, dicentes: In terra pax hominibus bonæ voluntatis, Lucæ 2.

hominibus inquam, qui erant antea hoſtes declarati, & ingrati. Vides quo pacto Deum de alienis bonis laudent, aut potius in propriis; cùm noſtra bona, ſua eſſe ducant. Vis etiam noſſe, quomodo qui aſpectabant, vt ipſum aſcendentem viderent, gauiſi ſint, & exultarint? Ipſum Chriſtum dicentem audi: Ioan. 1.

quoniam aſcendebant, inquit, & deſcendebant continuè. Atque hoc proprium eſt deſiderantium, contemplari inopinatum ſpectaculum. Ibidem. Ioan. 1. & Matt. 26.

Et vnde conſtat aſſiduè illos aſcendere atque deſcendere? Ipſum dicentem audi: *amodo videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis:* C Talis ſiquidem concupiſcentium atque amantium mos eſt; neque tempus expectant, ſed tempus præfinitum lætitia anticipant, idcirco deſcendunt noui & inauditi illius ſpectaculi viſendi deſiderio, impulſi, hominem ſcilicet in cœlo apparentem. Ideoque vbique ſe Angeli manifeſtant, & quando natus eſt, & quando reſurrexit, ac hodie quando in cœlos aſcendit: Ecce enim duo, inquit, in veſtimentis albis, per habitum lætitiam declarantes, & dixerunt ad Diſcipulos: *Viri Galilæi, hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* al. ſplendidis. Acto. 1.

Hic iam mihi diligenter attendite, quamobrem iſta dicunt, an quod oculos non haberent diſcipuli? aut quod accideret, non viderent? Nonne, ait Euangeliſta, quòd videntibus ipſiſ, eleuatus eſt, & nubes eum ſuſcepit ab oculis eorum? Qua ergo de cauſa, aſſiſtebant Angeli, docentes eos, quòd in cœlum aſcendiſſet? propter duas nimirum iſtas cauſas: vnam quidẽ, quòd continuo tenebantur dolore ob Chriſti ab ipſis diſceſſionem.

Duo Angeli in veſtimentis albis cur Diſcipulis aſſiſtebant Tempore Aſcenſionis Domini.

D Quod autem dolerent, audi quid ad eos dicat: *Nemo ex vobis,* inquit, *interrogat me, quo vadis? Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.* Nam ſi amicos & conſanguineos noſtros, ſeparari à nobis nõ ferimus, quomodo diſcipuli ſuum ab ipſis ſeparari cernentes Saluatorẽ, Ioan. 13.

magiſtrum, ac curatorem benigniſſimum, manſuetiſſimum, & optimum, planè non dolerent? Idcirco aſtitit Angelus, qui dolorem ex aſcenſu prouenientem, regreſſionis commemoratione iterum mitigaret, conſolareturque ipſos. *Hic enim Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet.* Acto. 1.

Doluiſtis, inquit, de aſſumptione ſiue aſcenſione ipſius. Sed nolite amplius dolere. Etenim rurſus veniet. Nam vt ne facerent, quod egit Eliſæus, aſpiciens 4. Reg. 2.

magiſtrum ſuum aſſumi, qui diſcidit veſtimentum; non enim habebat aliquem aſtantem ſibi atque dicentem, quòd iterum venturus eſſet Elias. Ne igitur hoc & iſti facerent, ideò Angeli aſtiterunt,

Digitized by Google

A qui triſtitiā illorum lenirent, ac conſolarentur. Et hæc quidem vna eſt cauſa præſentiæ Angelorum: poſterior autem, ea non inferior eſt, propter quam etiam cauſam adiecerunt, qui aſſumtus eſt. Et quæ eſt iſta? In cœlum aſſumtus eſt. Ingens autem interſtitium erat, neque ſufficiebat vis noſtri aſpectus vt corpus ad cœlos vſque aſſumi proſpiceret. Sed ſicut auis in ſublime volitās, quantò magis in altum aſcenderit, tanto amplius à noſtro aſpectu ſubtrahitur: Ita & corpus illud, quātò altius euehebatur, tantò magis abſcondebatur, cum non poſſet oculorum infirmitas, interualli longitudinem aſſequi. Propterea aſtiterunt Angeli, qui docerent aſcenſionem in cœlū, ne arbitrarentur eum, tanquam in cœlum aſcendiſſe, inſtar Eliæ. Sed quòd verè in cœlum aſcenderit, ob id ait: qui à vobis in cœlum aſſumptus eſt. Neque enim hoc ſimpliciter adiectum eſt. Quinimo Helias, tanquam, in cœlum aſſumtus eſt: ſeruus enim erat: Ieſus autem in cælum, quia

[Cùm nō ſufficeret oculorum infirmitas &c.]

[Differentia inter Aſcenſionem Eliæ, & Chriſti Saluator.]

[Eſa. 19.]

B dominus erat: Ille in curru igneo, hic in nube. Nam quando ſeruum vocari oportebat, currus mittebatur; quando autem filiū, thronus regalis, neque ſimpliciter thronus regalis, ſed ipſemet paternus. Etenim de patre ait Eſaias: Ecce Dominus aſcēdet ſuper nubem leuē. Quia ergo pater ſuper nubem aſcēdit, ideò & filio nubem miſit. Atque Elias quidem aſcēdens, caprinā pellem ſuper Eliſæum dimiſit: Ieſus autem aſcendens, gratiarum dona in diſcipulos reliquit, non vnum ſolum Prophetam facientia, ſed infinitos Eliſæos, atque adeò illo, multò maiores & illuſtriores. Exurgamus igitur, & ad reditum illum, oculos mentis dirigamus. Et enim Paulus ait: *Ipſe deſcendet de cælis, in iuſſione in voce Archangeli, & nos qui viuimus & reſidui ſumus, obuiā rapiemur in nubibus, in occurſum Domini, in aera*, at non omnes. Quod autem non omnes rapiemur, ſed qui permanſerint, illi ſolum

[1. Theſſ. 4 & 1 Cor. 15.]

C rapientur obuiam, audi quid dicat Chriſtus: *Tunc inuenientur duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur, duo in lecto, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur*. Quid ſibi vult ænigma iſtud? quid denotat myſterium hoc reconditum? Per molam, omnes in paupertate & miſeria viuentes, nobis demonſtrat: Per lectum autem ac requietem, cunctos diuitiis affluentes, & honoribus conſpicuos innuit. Volenſque oſtendere etiam ex pauperibus ſaluandos fore atque perdendos, dixit quòd in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur: Et eorum qui in lecto erunt, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. Per hoc quippe declarare volēs, quòd peccatores quidem hic relinquantur, ſupplicium exſpectantes: Iuſti autem in nubes rapientur. Sicut enim Rege aliquo in ciuitatem cum equitatu, introeunte, alij quidem in dignitatibus atque honoribus conſtituti, ſumma cum fiducia, extra ciuitatem ei progrediuntur obuiam; rei autem & criminibus obnoxij, intus ſeruantur, ſententiam à rege expectantes: Ita etiam quando

[Mat. 24. Luce 17.]

[A ſimili.]

D Dominus aduenerit, alij quidem cum fiducia in medium ei occurrēt aerem, damnati verò, & qui multorum ſibi conſcii fuerint peccatorum, hic præſtolabuntur iudicē. *Tunc & nos rapiemur obuiam*, non quidem meipſum in numerum ac calculum rapiendorum referens, non equidem ita expers ſenſus ac rationes, vt propria ignorem peccata. Et niſi iam metuerem conturbare lætitiam præſentis feſtiuitatis, flerē ſanè amariſſimè iſtius dicti memor, & mea peccata in memoriam reuocans. Cùm autem præſentis feſti lætitiam confundere nolim, hic ſermonem finiā, vigentem ac recentem, vobis illius diui memoriam relinquens, *ne glorietur diues in diuitiis ſuis*, neq. pauper ſeipſum defleat in paupertate ſua: ſed quiſque, prout ſibi conſcius fuerit, ſiue hoc ſiue illud egerit exſpectet. Neque enim diues felix, neque pauper miſerabilis; ſed beatus, imo beatiſſimus qui raptu illo in nubibus habitus fuerit dignus, licet omnium fuerit pauperrimus: quemadmodum viciſſim qui exciderit, miſer, imo miſerrimus, quamuis

[1. Theſſ. 4]

[Hierem. 9]

[1. Theſ. 4 & 1. Cor. 16.]

A omnium ſit ditiſſimus. Propterea dico & dicere non ceſſabo, vt qui peccatis obnoxii ſumus, lugeamus nos ipſos: At, qui bonis operibus clarent, confidant, imò non ſolùm confidant, ſed & confirmentur. Neque illi lugeant ſolùm, ſed & mutentur ac conuertantur: Licet enim & ei qui malè vitam traduxit, improba poſtpoſita vita, ad virtutem tranſire, iiſque; qui à principio benè vixerunt, ſimilem fieri, quod & nos ſtudeamus. Et qui bonæ ſibi conſcii fuerint vitę, in pietate perſeuerent, bonam hanc poſſeſſionem ſemper augentes, & priori fiduciæ aliquid continuò addentes. Qui autem diffidentes ſumus ac timidi, multorumque nobis peccatorum conſcii, mutemur in melius; vt ad illorum quoque fiduciam pertingentes, pariter cuncti atque vnanimes, cum debita gloria, Angelorū Regem ſuſcipiamus, beataque illa lætitia perfruamur: quam vtinam omnes nos conſequamur,

B gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti; quo cū, Patri ſit gloria, honor & poteſtas, vnà cum ſancto Spiritu, nunc & ſemper, & in ſęcula ſæculorum, Amen.

Scholia & variæ Lectiones.

CAſſiodorus hunc S. Ioannis Chryſoſtomi de Aſcenſione Domini ſermonem citat in pſal. 72. Quin & S. Leo Papa magnus inter Teſtimonia ſanctorum Patrum ad Epiſtolā ſuam nonageſimam ſeptimam adiecta, non ſolùm huius ſermonis meminit, ſed & inde ſuam ſententiam atque doctrinam de veritate myſterii incarnationis Dominicæ confirmat. Porro de loco, ad quem hic fit alluſio, vbi Conſtantinopoli celebratur feſtum Aſcenſionis, habet Socrates lib. 7. cap. 26. in hæc verba: *ἐν αὐλῷ δὲ τῷ προαστείῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ᾧ ἐπώνυμον Ἐλαία, ἐξ ἔθους ἡ ἀναλήψιμος τοῦ σωτῆρος ἐπιτελεῖται πάνδημος ἑορτή*. id eſt, In ipſis autem ſuburbiis ciui-

C tatis Conſtantinopolitanę, quibus cognomē eſt, Oliua, de more feſtiuitas Saluatoris à toto populo celebratur atque peragitur, &c.

EIVSDEM SERMO

IN SANCTAM ASCENSIONEM Domini, recitatus in æde Martyrum Romaneſiæ, &c.

VBi circa illud, *ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς Ῥωμανησίας*, id eſt, in æde, ſiue templo Romaneſiæ, notandum occurrit, nomē illud Romaneſiæ videri nomē fœminæ alicuius ſanctæ il-

D lius loci, à qua fortè illa Baſilica fuerit exædificata: de qua, vt certiora habeantur, Græcorum conſulēda erunt Menologia atque Troparia. Quoad porro hunc Titulum ſiue Inſcriptionem ſermonis, habetur ille aliàs ſic. *S. Patris noſtri Ioannis Chryſoſtomi ſermo in Aſcenſionem Chriſti, & in corpora SS. Martyrum prope cadauera hæreticorum condita, quæ ablata fuerunt, & ſeparatim ſepulta*. Et in illud: *Inueniuntur duo in mola vna, &c.*] pro quo & in alio peruetuſto Græco MS. ſic: *Et quomodo intelligendum ſit illud dictum Chriſti; Inuenientur duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur.*] Cæterum Inſcriptio huius ſermonis à nobis repoſita plenior eſt, pluraque (vt apparet) denotat, & reperitur in MS. Vat. & in peruetuſto Card. Sirleti: quorum exemplariorum collationem in hac noſtra tranſlatione ferè ſecuti ſumus.

Quod quidē conſpiciens prudens hic paſtor atque magiſter, non eſt paſſus diu hoc damnum pro leui haberi feruens hic amator & æmulator martyrū, &c.] Vbi ſane per illud quod dicit: *οὗτος ὁ ποιμὴν καὶ διδάσκαλος*. ac poſtea: *οὗτος ὁ θερμὸς ἐραστὴς καὶ ζηλωτής*, quæ hic Latinè reddimus, intelle-

xiſſe

xiſſe videtur S. Chryſoſtomus vel Epiſcopum aliquem, vel præſidem illius templi, qui reliquias SS. Martyrum (de quibus hic agitur) ab hæreticorum cadaueribus exemerit.

Nam ſicut Rex iubet per ſingulas ciuitates ſuas, milites poni, ne graue aliquod bellum imminens incurſionibus infeſtet eas, &c.] Vbi in alio Græco Ms. hic habetur: *ἐν ἑκατέραις πόλεσιν*, id eſt, in vtriſq; ciuitatibus, &c. vt forte Roma vetus intelligatur, & Roma noua, hoc eſt, Conſtant. Verùm prior lectio certior eſt atque apertior: *ἐν ἑκάσταις πόλεσιν*, id eſt in ſingulis ciuitatibus, ſiue, per ſingulas ciuitates ſuas, &c.] quomodo & in Vat. Ms. & in Sirlet. reperitur.

Quemadmodũ enim duobus aliquibus ſe inuicem auerſantibus, pacemq́; refugientibus, tertius quiſpiam, &c.

Vt lectori conſtet quàm etiam ipſi ſancti Patres (qui ætatem S. Ioan. Chryſoſtomi ſequuti ſunt) lectionis B atque doctrinæ Chryſoſtomianæ fuerint ſtudioſi atq; amantes; nouerit hũc ipſius *περὶ τῆς ἀναλήψεως*, id eſt, de Aſcenſione ſermonem, non ſolum à pleriſque obiter citari, ſed & integras ſententias perio doſque inde à quibuſdam quaſi ad verbum adduci: Vnumque Leonem Magnum pro teſte digniſſimo ad confirmationem inſtituti noſtri proferam, qui in epiſtola 97. in ordine, ad Leonem Auguſtum ſcribens, cap. 5. eiuſdem epiſtolæ (*vbi de capitulis potiſſimum fidei, ex ſanctorum Patrum libris collectis agitur*) tria loca aut verius integras tres periodos ex allegato Chryſoſtomi ſermone (quem, vt reor, Græcè legit) quaſi ad verbum expreſſit, retulitque: Seruitque primus locus ſiue periodus verbis ſupra citatis: *Quemadmodum enim, &c.* & eſt talis: nam ſicut duobus iurgio ſeparatis, vnus in medio poſitus, altercantiũ litem, diſcordiamque diſſoluit, ita & Chriſtus fecit. Deus nobis iuſte iraſcebatur, & nos contemnebamus iratum, & clementem Dominum declinabamus, & ſe medium Chriſtus ingeſſit, & ſociauit vtramque naturam, & nobis quod imminebat ſupplicium ipſe ſuſtinuit. C *Item eiuſdem in eadem homilia, inter cætera non ita multò poſt:* Chriſtus igitur noſtræ naturæ primitias obtulit patri, & oblatum donum miratus eſt pater. Quod tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula fœdabatur. nam & ſuis manibus ſuſcepit oblatum, & ſuæ ſedis facit eſſe participem, & quod plus eſt, ad partem ſuæ dexteræ collocauit. Cognoſcamus quis ille eſt, qui audiuit; ſede ad dexteram meam, quæ natura eſt, cui dixit, eſto meæ particeps ſedis? Illa natura, quæ audiuit, terra es, & in terram ibis. *Item eiuſdem in eadem homilia, inter cætera, quaſi in medio ſic:* Quo ſermone vtar, quo verbo dicam, reperire non poſſum: natura fragilis, natura contempta, & omnibus monſtrata deterior, omnia vicit, omnia ſuperauit, & omnibus hodierna die meruit excelſior reperiri. Hodie Angeli diu vota deſiderata receperunt, hodie Archangeli, quod multo tempore cupiebant, inſpicere valuerunt. Naturam noſtram in ſede dominica ipſi immortali fulgentem gloria D peruiderunt, &c.] *hæc ibi ad verbum ex Chryſoſtomo ſanctus Leo Papa huius nominis primus*, citaturque ibidẽ à S. Leone alius eiuſdem S. Chryſoſtomi Sermo de cruce & latrone ad longum, inter medium & finem eiuſdem Homiliæ.

Ex Scripturis depromam tibi teſtimonium: Si ingreſſi fueritis, inquit, in terram promiſſionis, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, Moyſes ad populum ait, &c.] Adluſio fit ad verba Leui. 19. vbi tamen in vulg. & apud 70. paulò aliter: ſiquidem in vulg. Lat. habetur. *Quando ingreſſi fueritis terrã, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorũ: poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autẽ anno omnis fructus eorum ſanctificabitur laudabilis Domino, &c.*] At aliter ibi apud LXX. ſic: *Quando ingreſſi fueritis in terram, quam Dominus Deus veſter dat vobis, & plantaueritis omne lignum manducabile; & circummundabitis immunditiam eius, fructus eius tres annos erit vobis immundus: non comedetur. Et anno quarto erit omnis fructus eius ſanctus, laudabilis Domino, &c.*] vbi à S. Chryſo. non

A tam verba ipſa videntur citari, quàm ſenſus eorundem referri & explicari, ſicut & alibi ab ipſo, aliiſq; SS. Patribus præſertim Græcis in citandis teſtimoniis ſacræ Scripturæ, fieri ſolet.

Poſtea vbi habetur: *Turtur & hirundo, & ciconia agri cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autẽ meus non cognouit iudicium Domini.*] Citatur locus Hier. c. 8. vbi apud ſeptuaginta paulò aliter ſic: *Turtur, & hirundo agri paſſeres cuſtodierunt tempora ingreſſionum ſuarũ, populus autẽ meus hic non cognouit iudicia Domini.*] At in Latina vulg. locus ille Hieremiæ Prophetæ ita legitur: *Miluus in cælo cognouit tempus ſuum: turtur, & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini &c.*] ex quibus etiam lectionis varietas facilè dignoſcitur, & quàm conuenienter hic Hieremiæ locus à Chryſoſtomo applicatus ſit, cernitur.

Alterius Prophetæ locus non multo hic poſt à B S. Chryſoſt. citatur, vbi habet: *Audite conualles & fundamenta terræ: quia iudicium Domino aduerſus populum ſuũ, &c.* quæ ex Prophetia Michæ. 6. adducuntur. vbi tamen (vt cognoſcatur etiam diuerſitas lectionis) in edit. LXX. reperitur: *Audite montes iudicium Domini, & valles fundamenta terræ: quia iudicium Domino aduerſus populum tuum, &c.*] at in Latina vulg. hîc legitur: *Audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo ſuo, & cum Iſrael iudicabitur.*] vbi quamuis ſanctus Chryſoſtomus non omnia ad verbum citet, carptim tamen ea (ſicut & alibi) quæ ad ſuum inſtitutum faciunt, adducit, applicatque.

Quis igitur iuſtorum non doluit, cùm iuſtè punirentur homines, &c.] Vult oſtendere his verbis (vt apparet) S. Ioannes Chryſoſtomus, doluiſſe ſanctos ac iuſtos de pœnis peccatorum & improborũ, non de ſuis: multo igitur magis Angelos doluiſſe de noſtris, &c.] Sed iſta ex his conſequentibus euadunt clariora.

Quin & Moyſes poſt populi idololatriam condolens dicebat: Aut dimittite eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro C *tuo quem ſcripſiſti, &c.*] Confirmatio ab exemplo ac facto Moyſis dolentis de peccato & errato populi, & pro eo ad impetrandam veniam precantis atque intercedẽtis. Locus Scripturæ, qui notatur, eſt Exo. 32. vbi in vulg. habetur: *Obſecro Domine, peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntq́; ſibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti, &c.*] concordatque hic ferè lectio Chryſoſtomi, at in edit. LXX. paulo aliter ſic: *Precor Domine: peccauit populus iſte peccatum magnum: & fecerunt ſibi Deos aureos. Et nũc, ſiquidem remittis eis peccatum eorum, remittes: ſin autem, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.*] Ita & ſanctus Auguſtinus q. 147. & S. Cyprianus de lapſis, ac alibi, quod hic Græcè eſt (*εἰ δὲ μή*) Latinè, *ſin autem*, legunt atque exponunt: pro quo tamen vetuſtiores Latini (*ſin minus*) dicebant: vt in edit. LXX. à Scholiaſte adnotatum reperitur.

Ezechiel quoque aſpiciens Angelum percutientem populum magna exclamãs voce, cum eiulatu dixit: Heu, heu, heu, Domine Deus, conſummationẽ tu facis reliquiarũ Iſrael.] Verba ſunt D Ezech. 11. cap. & reſpondent Latinè lectioni vulg. vbi in edit. LXX. paulo aliter ſic: *Et exclamaui voce magna, & dixi: Heu, heu Domine, in conſummationem tu facis reſiduos Iſrael?*] Quod Ezechielis exemplum etiam opportunè hic pro cõfirmatione ſuperiorum adducit S. Chryſoſtomus, ſicut & aliud Hieremiæ immediatè ibidem poſt, vbi de eo ſic ait: *Et Hieremias: Corripe me Domine, verumtamen in iudicio: & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me.*] Locus Hierem. eſt cap. 10. vbi iuxta LXX. legitur: *Corripe nos Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore: vt paucos non facias nos, &c.*] Quibus exemplis Moyſis, Ezechielis, & Hieremiæ iam adductis, S. Chryſoſtomus, clarè oſtendit, iuſtos pro iniuſtis & doluiſſe, & apud Dominum interceſſiſſe: multò igitur magis Angelos de noſtris contriſtatos fuiſſe malis. Infert enim ibidem S. Chryſoſtomus ex præcedentibus ſic: *Ergo ſi Moyſes, & Ezechiel, atque Hieremias ſuper iſtis triſtati ſunt; poteſtates illæ οὐδὲν ἐν ἡμῖν; id eſt, nihil noſtris mouebantur malis? &c.*

A Sub finem denique ſermonis huius, vbi adducit S. Chryſoſtomus: *Audi quid dicat Chriſtus: Tunc inuenientur duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur: duo in lecto, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur, &c.*] Pulchrè ac conuenienter hic verba illa Chriſti, Matth. 24. ac Luc. 17. accommodat & explicat; quique ſaluandi ex hominibus ſint, ac qui perdendi exponit. De quo Scripturæ loco piè ac doctè etiam diſſerit S. Pater noſter Ephræm Syrus ſub initium quaſi Tomi primi, in tract. *Quomodo intelligendum ſit illud Scripturæ: Duo erunt in agro, & duæ molentes in mola, &c.*] Atque iſta ſunt quæ hucuſque in pulcherrimum hunc S. Patris Chryſoſtomi ſermonem adnotanda hic duximus: in quo quia multa in antiqua tranſlatione deerant, quæ contra hæreticos faciunt, præſertim de cultu ſanctarum Reliquiarum, ac veneratione ſanctorum martyrum, illa libenter ex peruetuſtis collatis manuſcriptis exemplaribus huiuſce ſermonis ſuppleuimus, B & totum ſermonem è Græco Latinè de nouo adduximus, notiſque adiectis pro multorum ſatiſfactione, vt & in aliis à nobis factum eſt, illuſtrauimus.

EIVSDEM SERMO

DE VERBIS APOSTOLI, HABENTES autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt. *Item de his verbis*, Credidi, propter quod locutus ſum. *Et de eleemoſyna.*

2. Cor. 4. 13.

Sigiſmundo Gelenio Interprete.

A ſimili.

Ex edit. Baſilieſi operum S. Ioan. Chryſoſtomi à Sigiſmundo Gelenio recognitorum an. 1547. apud Frobenium.

SAPIENTISSIMI medici vbi vident vlcus egere ferro, admouent quidem ſectionem, C ſed hoc faciunt non ſine affectu, & commiſeratione, verùm & mœrent & gaudent non minus quàm ipſi qui ſecantur: mœrent quidem propter dolorem quem ſecando inferunt, gaudent autem propter ſanitatem, quæ hoc modo comparatur. idem & Paulus fecit, ſapiens ille animarum medicus. Corinthios enim cum acriori obiurgatione opus haberent increpans, lætatus eſt ſimul & triſtatus. triſtabatur quòd dolorem inferret, lætabatur quòd prodeſſet: Et vtrumque hoc ſignificans dicebat: *Quare etiamſi contriſtaui vos per priorem epiſtolam, non me pœnitet*, tametſi pœnituerat. Cur pœnituerat? Et cur non pœnitet? Pœnituerat, quia acriùs obiurgaui. non pœnitet, quia erratum correxi. Et vt ſcias hanc eſſe cauſam, audi quid ſequatur. Video namque *quòd epiſtola illa, tametſi ad tempus, contriſtauit vos. nunc gaudeo, non quòd contriſtati fueritis, ſed quòd contriſtati ſitis ad pœnitentiam.* Etiamſi ad tempus vos contriſtaui, moleſtia illa momentanea fuit, inquit: D vtilitas autem eius perpetua: Permittite nunc mihi quoque his verbis apud dilectionem veſtram vti: quare etiamſi contriſtaui vos per priorem admonitionem, non me pœnitet, tametſi pœnituerat. video enim quòd admonitio illa & conſilium tametſi ad tempus vos contriſtauit, mihi tamen magnam lætitiam attulit, non quòd contriſtati fueritis, ſed quòd contriſtati ſitis ad pœnitentiam. ecce enim hoc ipſum quòd contriſtati eſtis ſecundùm Deum, quantum in vobis excitauit alacritatis? luculentior eſt hodie noſter conuentus, feſtiuius noſtrum theatrum; numeroſior fratrum chorus. hæc, ipſa alacritas, triſtitiæ illius eſt fructus. quapropter quantum tunc indolui, tantum nunc gaudeo, videns ſpiritualem hanc noſtram vineam fructibus ſuis adeo vndequaque refertam. Si enim in vulgaribus iſtis conuiuiis honorem quendam & hilaritatem conuiuatori affert conuiuarum frequentia, quanto magis in ſpiritualibus his conuiuiis idem fieri conuenit: quamuis illic inuitatorum multitu- A do magis abſumit ea, quæ apponuntur, maiorique eſt ſumptui: hic autem contrà, non ſolùm non abſumit menſas vocatorum multitudo, ſed etiam abundare facit. quòd ſi illic ſumptus voluptatem affert, quanto magis hic idem faciet acceſſio & redditus? hæc eſt enim ſpiritualium rerum natura, quo pluribus diſtribuuntur, hoc amplius creſcunt. quoniam igitur video refertam conuiuis menſam, expecto etiam ſpiritus gratiam menti noſtræ inſonaturam. quando enim multos adeſſe videt, tunc dapſiliores epulas apponere ſolet, non quòd paucos faſtidiat, ſed quòd multorum ſalutem deſideret. Hac de cauſa Paulum quoque prætercurrentem cæteras vrbes, apud Corinthum commorari Chriſtus per viſionem iuſſit, dicens, *Noli timere, ſed loquere & ne taceas, quoniam populus eſt mihi multus in hac ciuitate.* Si enim propter vnam ouiculam montes & nemora & inacceſſa loca peruagatus eſt paſtor, qui fieri poteſt B vt non longe maiorem curam adhibeat, quoties multæ oues à ſocordia & errore ſunt reuocandæ? quòd enim ne paucas quidem contemnat, audi ipſum dicentem: *Non eſt voluntas patris mei, vt pereat vel vnus ex illis paruulis.* Neque paucitas, inquit, neque vilitas inducit eum vt negligat ſalutem noſtram. Quando igitur tantam habent paruulorum ac paucorum curam, tantam etiam multorum, toti ab eius fauore pendentes, ad Pauli verba quæ hodie lecta ſunt, ſermonem flectamus. *Scimus*, inquit, *quòd ſi terreſtris noſtrum domicilium huius tabernaculi deſtructum fuerit.* Imò verò altius & ad ipſum exordium huius ſententię redeamus. Quemadmodum enim qui fontem peruestigant, inuento riguo loco non illic ſolùm fodiunt, ſed humorem eum & venam ſequentes interius ſcrutantur, donec ad caput ipſum & initium fluentorum perueniant, ſic & nos faciamus. Poſteaquam inuenimus ſpiritualem fontem è Pau- C linæ ſapientia procedentem, verba hæc tanquam venam quampiam ſequendo ad caput ipſum ſententiæ nos recipiamus. Quod eſt igitur illud fontis caput? *Habentes igitur eundem ſpiritum fidei ſicut ſcriptum eſt, Credidi propter quod locutus ſum: & nos credimus, quapropter & loquimur.* Quid ais? Niſi credideris non loqueris, ſed mutus perſtas? Etiam, inquit, neque diducere os poſſum ſine fide, neque mouere linguam, neque aperire labia, ratione præditus cum ſim, mutus perſto niſi fides loqui me doceat. Sicut enim planta abſque radice fructum non profert, ita abſque fidei fundamento non prouenit ſermo doctrinæ. quapropter & alibi inquit: *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Quid huic arbori vel præferri vel conferri poteſt, cuius quidem non rami ſolùm, ſed radix quoque ipſa fert fructum, hæc iuſtitiam, illi ſalutem. Ideo dicitur credimus: quapropter & loquimur. Sicut enim membra tremula, & ſeneſcente languida, baculo tuto deducente, labi & cadere non permittuntur: ſic etiam D animam noſtram incertis ratiocinationibus circumactam ac iactatam, fides quouis baculo tutius ſuſtentans, ſuaque vi reficiens, ſummoperè firmat, nec ſinit ſubuerti, infirmas cogitationes corrigens præſtantia ſuæ virtutis, & caliginem illam diſpellens: animamque velut in domicilio tenebroſo inter tumultuantes cogitationes ſedentem, ſuo lumine illuſtrans. Hinc fit, quòd qui illa carent, nihilo potiore ſunt conditione, quàm qui in tenebris vitam degunt: ſed ſicut illi & ad parietes offenſant, & in obuia quæque impingunt, & in foueas ac præcipitia prolabuntur, nec vllum vſum oculorum habent, vt quibus nihil prælnceat: ſic etiam quotquot fide carent, & inter ſe alij in alios incurſant, & in ipſos parietes, & poſtremò in barathrum aliquod exitiale vltro ſeipſi præcipitant. Teſtes mihi ſunt illi qui profanam ſapientiam iactant, qui multum ſibi promiſſa barba, tritoque pallio ac baculo placent. poſt longas enim ac ſæpe repetitas diſſertationes, lapides præ oculis ſitos non vident,

Margin notes: 2. Cor. 7. — Ibidem. — A ſimili. — Acto. 18. — Matth. 18. — 2. Cor. 5. — Fidei neceſſitas. — Rom. 10. — Philoſophorum ſine fide vanitas.

ſi enim vt lapides eos cernerent, nequaquam eos deos eſſe putarent: quin ipſi quoque in alios alij feruntur, atque inter ſe colliduntur, vt in ipſum impietatis profundiſſimum præcipitium deuoluãtur, non aliam ob rem, quàm quod ratiocinationibus ſuis omnia ſua permittunt: id quod Paulus noſter
Rom. 1. ſignificans dicit: *Fruſtrati ſunt per cogitationes ſuas, & obtenebratum eſt inſciens cor eorum: cùm ſe crederent eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt.* Declarans deinde quàm occæca-
Ibidem ti & ſtulti eſſent, addit hæc verba: *mutaueruntq́ gloriam immortalis Dei per imaginem,* non ſolùm ad mortalis
Ibidem. hominis ſimilitudinem effictam, verumetiam, *volatilium & quadrupedum & reptiliũ.* Sed has tenebras fides aduentu ſuo in vniuerſum diſcutit in anima, quæ ſe hoſpitio dignata fuerit. & quemadmodum nauem ventorum impetu iactatam, & fluctuum aſſultu inundatam, demiſſa ancora omnino ſtabilit, & vel in medio pelago radicat: ita etiam mentem noſtram extraneis cogitationibus iactatam, aduẽtu ſuo fides ex imminẽti naufragio liberat, tamquã in tranquil- B lum portũ, in conſcientiæ certitudinem deducens.
Epheſ. 4. Quod & ipſũ Paulus ſignificans dicit: *Propterea dedit Deus Apoſtolos ad perfectionem ſanctorũ, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, vt ne amplius ſimus paruuli fluctuantes, & quouis vento* huc atque illuc iactati. Vides fidei facinus præclarum, quod ceu ancora quæpiam tutiſſima, à fluctuatione liberat. ſicut idem rurſus ad Hebræos ſcribit, hoc modo de fide
Hebr. 6. loquens: *Quam velut ancoram tenemus animæ, tutam firmamq́, & introeuntem vſque ad ea quæ ſunt intra velum.* Ne enim audita ancora putes deorſum te trahendum, oſtendit quod nouum quoddam ancoræ ſit hoc genus, quæ non deorſum grauet, ſed ſurſum mentem eleuet, ad cœlum vſque ſublatam, & intra velum ceu manu deductam. Velum enim hoc loco, cœlum vocauit. cur, aut quam ob cauſam? Quia ſicut velum ab exteriore parte tabernaculi dirimebat ſancta ſanctorum: ita cœlum iſtud tanquam ve- C lum medium inter creaturam obiectum, ab exteriore tabernaculo, hoc eſt mundo hoc quem videmus, dirimit ſancta ſanctorum, videlicet ea quæ ſupra ſe ſunt, quò præcurſor pro nobis introgreſſus eſt Chriſtus. Quòd autem dicit, ſic intelligendum eſt. Illuc, inquit, animam noſtram ſublimem attollit fides, non ſinens vllis præſentibus malis humiliari, ſed ſpe futurorum labores leues faciens. Qui enim futura ſpectat, cœleſtia ſperans, & mentis oculos illò dirigens, ne ſentit quidem præſentium malorum moleſtiam, quemadmodum neque Paulus ſentiebat, & huius animi cauſam reddebat dicens:
2. Cor. 4. *Nam momentanea leuitas afflictionis noſtræ, mirè ſupra modum æternum pondus gloriæ parit nobis, dum non ſpectamus ea quæ videntur, ſed ea quæ non videntur, nimirum oculis fidei.* Sicut enim corporis oculi nihil vident intelligibile, ita oculi fidei nihil vident ſenſibile. Sed de qua fide hic loquitur Paulus? nam fidei vocabulum duplicem habet ſignificationem. etenim fides dicitur, per quam prodigia tunc faciebant Apoſtoli, de D
Matt. 17. qua Chriſtus dicebat. *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, migra, & migrabit.* Et rurſum cùm diſcipuli non poſſent lunaticum liberare à dæmone, cauſamque ſciſcitarentur, hanc eis ſubindicauit, quòd fides eos deficeret, dicens, propter incredulitatem veſtram. Et Paulus de eadem dice-
1. Cor. 13 bat: *Si habuero fidem ita vt montes transferam.* Et Petrus cùm periclitaretur ne mergeretur pedibus per mare incedens, eandem increpationẽ audiuit à Chriſto. Exigua fide prædite cur hæſitabas? Itaque fides dicitur qua miracula & prodigia patrantur. dicitur item fides quæ nos ad agnitionem Dei perducit, ob quam quiſque noſtrum fidelis vocatur: ſicut ad
Rom. 1. Romanos ſcribens dicit: *Gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum, ſuper omnibus vobis, quòd fides veſtra an-*
1. Theſſ. 1 *nunciatur in toto mundo.* Ac rurſum ad Theſſalonicenſes: *A vobis enim perſonuit ſermo Domini, non ſolùm in Macedonia & Achaia, verumetiam in omni loco fides veſtra,*

A *quæ eſt in Deum, dimanauit.* Qualem igitur ſubindicat in hoc loca fidem? Dubio procul fidem cognitionis: id quod ex ſequentibus patet. Credidi, inquit, quapropter & locutus ſum. Quid credimus?
Quòd qui reſuſcitauit Chriſtum, etiam nos reſuſcitabit per 1. Cor. 6.
virtutem ſuam. Sed quare eam vocat ſpiritum fidei, & in donationum ordinem annumerat? Nam ſi donatio eſt fides, & ſolius ſpiritus donum, noſtrum meritum, non neque increduli punientur, neque credentes laudem promerebuntur. Talis enim eſt donationum natura, non ſunt coronæ neque præmia. Donum enim non eſt accipientis meritum, ſed largitoris liberalitatis gratificatio. Hanc ob rem etiam diſcipulos iuſſit non gaudere eo quòd dæmonas eiicerent: Et eos qui in nomine ſuo prophetauerant, & virtutes multas fecerant, expulit e regno cœlorum: quoniam ex ſuis meritis nullam habebant fiduciam, ſed ob ſolas donationes ſalui fieri volebant. Si igitur etiam fides tale quiddam eſt, & nihil ex noſtro contulimus, ſed totum eſt gratiæ B ſpiritus, & ipſa vltrò ſe in animas noſtras ingeſſit, & nullam pro ea recepturi ſumus mercedem, quomodo igitur dicit: *Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore* Rom. 10.
autem confeſſio fit ad ſalutem? Quoniam & eius qui credidit virtutis meritum eſt fides. Id quomodo fiat, alibi rurſum ſubindicat dicens: *Ei verò qui non opera-* Ibidem 4
tur, ſed credit in eum qui iuſtificat impium, imputatur fides ſua ad iuſtitiam. Quia non eſt totum gratiæ ſpiritus. Sic enim etiam Patriarcham Abraham plurimis redimiuit laudum coronis, eo quòd contemptis rebus præſentibus, præter ſpem in ſpem credidit. Quam ob rem igitur ſpiritum fidei vocat eam? Illud nimirum oſtendere volens, quòd initio credere, & parere vocanti, noſtræ eſt bonæ mentis. at poſtquam iacta fuerint fidei fundamenta, iam opus eſt auxilio ſpiritus, vt in nobis perpetuò maneat inconcuſſa & inſubuertibilis. Neque enim Deus, neque ſpiritus C gratia noſtrum præuenit propoſitum: ſed tametſi vocet, expectat tamen, vt ſponte & propria voluntate accedamus, ac tum demũ nobis ſuum exhibeat auxilium. Quoniam enim diabolus poſteaquam ad fidem acceſſimus, continuò ſubrepit volens egregiam hanc radicem euellere, & zizania properans interſerere, germanumque ac purum ſemen lædere, opus tum habemus auxilio ſpiritus, vt quemadmodum ſtrenuus agricola animæ noſtræ inſidens, multa cura & prouidentia nouellam fidei plantam vndiquaque muniat. Ideo Theſſalonicenſibus quoque ſcribebat dicens: *Spiritum ne extinguatis.* Certum 1. Theſ. 5
quippe eſt quòd accedente ſpiritus gratia, inuinci- Operum bonorũ
biles malo dæmoni atque omnibus eius inſidiis eri- neceſſitas
mus. Nam ſi nemo poteſt dicere Dominum Ieſum niſi in Spiritu ſancto, quanto magis fidem tutam & radicatam nõ poterit habere niſi in Spiritu ſancto? At quomodo poterimus allicere auxilium ſpiritus, eiq́; perſuadere vt apud nos manere velit? Per opera bona & optimam viuendi rationem. Sicut enim D lucernæ lumen oleo retinetur, & conſumpto eo ipſum quoque vnà conſumptum euaneſcit: ita etiam ſpiritus gratia, quantiſper habemus opera bona, & crebris eleemoſynis animam rigamus, manet non aliter quàm flamma oleo retenta: quæ ſi non adſint, recedit à nobis & abit: quod etiam quinque illis virginibus accidit. etenim illæ poſt multos labores ac Matth. 25
ſudores, cùm nullum haberent ex ſua benignitate præſidium, non potuerunt apud ſe retinere ſpiritus gratiam: atque ideo ſunt à thalamo repulſæ, vocemque illam terribilem audierunt: *Diſcedite, non noui vos:* quæ vel gehenna fuit grauior. propter hoc etiam ſtultæ ſunt appellatæ: & meritò: quoniam cùm impotentiores cupiditates viciſſent, à minus valida ſunt victæ. Naturę violentiã ſuperauerunt, rabidam infaniam frenauerunt, cupiditatum fluctus ſedauerunt, in terra degentes angelicam vitam vixerunt, Virginitas ſine
corpore veſtitæ incorporeas virtutes æmulatæ ſũt, miſericordia non
& poſt tantos labores pecuniarum cupiditatẽ nõ prodeſt.

ſuperauerunt. Stultæ reuera & inſeniatæ: quapropter ne venia quidem dignæ ſunt habitæ. Lapſus enim earum ſocordiæ fuit ſolius. quæ enim in tanta flamma fornacem potuerant cupidinum extinguere, & vltra ſepta tranſilierant, & plura quàm iuſſæ erant præſtiterant: nulla enim lex virginitatem præcipit, liberæ hoc voluntati auditorum relinquitur: poſt hæc omnia victæ ſunt à pecunia: quo quid eſſe miſerabilius poteſt, ſi propter paululũ argenti coronam è capite proiicias? Hæc dico non quòd manus virginum diſſoluam, neque quod virginitatem extinguere velim, ſed ne inutiliter currant, ne poſt plurimos ſudores corona priuatæ & pudore plenæ ex arena diſcedant. Bona res eſt virginitas, & maius quàm pro naturæ viribus meritum: ſed bona hæc res & magna & naturã ſuperans, niſi benignitatem habeat adiunctam, ne in veſtibulum quidem thalami ingredi poterit. Atque hic mihi conſidera benignitatis vim & eleemoſynæ potentiam. Virginitas ſine eleemoſyna ne in veſtibulũ quidem thalami perducere potuit, eleemoſyna verò vel ſine virginitate alumnos ſuos cum magna laude in regnum ante conditum orbem præparatũ manu deducit. Hæ ſiquidem quoniam largam eleemoſynam non exhibuerant, audiunt: Abite, non noui vos. Illi verò qui ſitientem potauerunt, & eſurientem aluerunt Chriſtum, quam niſi virginitatem non proferrent in medium, audiunt: *Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum paratum vobis ab exordio mundi.* Et meritò. Qui enim virginitatẽ ſeruat, & ieiunat, ſibi ipſi vtilis eſt: qui verò miſeretur, communis eſt naufragorum portus, proximorum paupertatem ſubleuans, & alienis neceſſitatibus ſuccurrens. Cæterum ex benefactis quæcumque ad aliorum vtilitatẽ fiunt, ea potiſſimum laudem promereri ſolent. Et vt ſcias quod talia præcepta præ cæteris Deo curæ fuerint, de ieiunio & virginitate diſſerens regni cœlorum meminit: vbi verò de eleemoſyna & liberalitate, & vt nos miſericordes exhibeamus præcipit, longe amplius quàm regnum cœlorum præmium proponit: *Vt ſiatis*, inquit, *ſimiles patris veſtri, qui in cœlis eſt.* Illæ enim potiſſimum leges hominem ſimilem Deo reddunt, quatenus Deo ſimilem fieri hominem licet, quæ ad publicam vtilitatem faciunt. Et hoc ſignificans Chriſtus dicit: *quia ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos ac malos, & pluit ſuper iuſtos ac iniuſtos.* Ita vos quoque pro ſua quiſque virili facultatibus veſtris in communem fratrum vtilitatem vtendo, imitamini eum qui bona ſua proponit ex æquo omnibus. Ingẽs eſt virginitatis dignitas, quo magis plauſibilem eam fieri cupio. Eſt enim dignitas virginitatis, non ſolum abſtinere à nuptiis, verumetiam benignum eſſe, & fratrum amantem, & pronum ad commiſerationem. Quæ enim eſt vtilitas virginitatis cum crudelitate? quid lucri ex temperantia cum inhumanitate coniuncta? Non es capta corporum concupiſcentia, ſed capta es cupiditate pecuniarum. non es admirata hominis faciem, ſed admirata es auri pulchritudinem. Maiorem aduerſariũ viciſti, ſed minori & imbecilliori ſuccubuiſti. Atque eo turpius victa es, ideo ne venia quidem digna es, videlicet quæ tantam vim ſuſtinuiſti, & aduerſus naturam reluctaſti, ab auaritia verò expugnata es, quam & mancipia ſæpenumero, & barbari homines minimo negotio ſuperare valuerunt. Hæc igitur omnia ſcientes dilecti, ſiue in coniugio, ſiue in virginitate degentes, magna diligentia eleemoſynam exerceamus, quandoquidem nulla alia ratione licet ad regnum cœlorum peruenire. Nam ſi virginitas abſque eleemoſyna ad regnum non valuit perducere, quodnam aliud benefactum hoc efficere ſine hac poterit. profectò nullum. Toto igitur animo, totiſque viribus oleum affundamus lampadibus, idque largiter ac indeſinenter, vt hilare ac largum lumen permaneat. Nec pauperem reſpicias accipientem, ſed Deum redditurum: non eum qui ſtipem accipit, ſed eum qui te tibi debitorem obligat. Nam ideo alius accipit, alius reddit, vt accipientis paupertas & calamitas ad miſericordiam te flectant ac compaſſionem: diuitiæ verò redditurí, fideiubentes etiam cum auctario ſolutionem futuram, bono animo te eſſe faciant quod ad vſuram attinet, & ad largiorem eleemoſynam proliciant. Quis enim rogo centuplum recepturus, & de recipiendo ſecurus, non omnia ſua libens eroget? Ne igitur parcamus pecuniæ, imò vero parcamus pecuniæ. nam qui facultatibus ſuis parcit, in pauperum manus eas deponit, in theſaurum ſacroſanctum, quò nec latrones, nec ſycophantæ, nec ſerui malefici, nec vllæ mortaliũ inſidiæ penetrare valeant. Quòd ſi etiam his auditis piget te è bonis tuis nonnihil erogare, & neque centuplum recipiendum, neque pauperis calamitas, neque aliud quicquam flectere te poteſt, reputa quàm multa peccaueris, ingredere in conſcientiam delictorum, excute omnem actam vitam, accuratè errata tua cognoſce, & ſis licèt hominum omnium inhumaniſſimus, certè pauore peccatorum omni tempore compulſus, & remiſſionem propter eleemoſynam ſperans, vel corpus tuum inſuper impendes, nedum pecuniam. Si enim ſaucij, & morbos corporales depellere cupientes, nullis facultatibus parcimus, etiamſi induſium diuendendum ſit vt ab infirmitate illa liberemur: multo magis animæ infirmitatem & grauiſſima peccatorum vulnera curaturi per eleemoſynam, cum ſumma alacritate eam exerceamus. Atqui quoties ægrotas, non ſtatim numerata pecunia liberaris à morbo, ſed ſæpenumero & ſectione opus eſt & vſtione, & amaris pharmacis, & fame, & frigore, & aliis grauioribus mandatis. hic autem non ſic, ſed ſatis eſt dare nummos in manus pauperum, & ſtatim abſolueris ab omnibus peccatis, ſine vllo vel dolore vel labore. Medicus enim qui animam curat, non opus habet vt te inuiſat, non inſtrumentis artis, non ferro aut igne, ſed ſolus nutus ſufficit, ac mox omnia peccata ab anima auferuntur & euaneſcunt. Non vides monachos iſtos qui ſolitariam vitam amplectuntur, & in vertices montium ſeccedunt, quam duram viuendi rationem perferant? etenim cinerem ſibi ſubſternentes, & ſaccum induentes, & furca corpus degrauantes, & in caſa incluſi, aſſiduè cum fame luctantur, in fletu viuunt & vigiliis intolerabilibus, vt partem aliquam peccatorum abluant. Tibi verò licet ſine omni illo duro victu expeditam hanc & facilem pietatis viam ingredi. Qualis enim rogo, labor eſt, his quæ adſunt frui, & quod ſupereſt in egenos inſumere? Nam etiamſi nulla merces eſſet propoſita, etiamſi non tam ampla retributio pręfinita eſſet, an non vel ipſa rei natura quantumuis inhumanis perſuadere poterat, vt eo quod ipſis ſupereſt ad egenorum ſolamen vterentur? Nunc cùm tantum coronarum, tantum retributionum, tanta peccatorum obliuio, per eleemoſynam paretur, quam rogo excuſationem habebunt qui pecuniæ parcunt, & animã ſuam in profundum peccatorum demergunt? Nam etiamſi nihil aliud te moueat & excitet ad condolendum & ad dandam eleemoſynam, ſaltem reputa quàm incertus ſit vitæ finis, & cogita quòd etiamſi pauperibus non des, morte tamen ſuperueniente velis nolis tuas res aliis es ceſſurus. Ergo diſpenſato diuitias tuas, & dum licet humanus eſto. Extremæ enim veſaniæ fuerit, ea quibus vel inuitus aliis ceſſurus es, nolle indigentibus cõmunicare vltro, idque cùm tanta bona ex hac benignitate tibi ſint prouentura. Vt veſtra, inquit, copia ſuccurrat illorum inopiæ. Quid eſt quod dicit? Maiora accipis quàm das. Das ſenſibilia, accipis intelligibilia & ſpiritualia. Das pecuniam, accipis remiſſionem peccatorum. liberas pauperem à fame, ille te liberat ab ira diuina. Retributionis hoc genus eſt & negotiationis, quod maiorem ac vtiliorem reditum

Matth. 25
Ibidem 5.
Ibidem 5.
Eleemoſyna commẽdatur eiuſque fructus.
A ſimil
Monachorum veterũ victus aſperitas.

habet quàm ſumptum, non ſolùm remiſſionem peccatorum, verumetiam fiduciam erga Deum, & regnum cœlorum, & bona illa quæ neque oculus vidit, nec auris audidit, nec in cor hominis aſcenderunt. An non igitur abſurdum, quòd negotiatores nulli rei parcunt, idque cum paria fere paribus permutare ſoleant: nobis verò cùm non corruptibilia & momentanea, ſed incorruptibilia & ſempiterna liceat pro noſtris corruptibilibus ac momentaneis commutare, non eandem quam illi diligentiam adhibemus. Non ita, fratres, non ita noſtræ ſaluti malè conſulamus, ſed moti exemplo virginum, & eorum qui ducuntur in ignem paratum diabolo & angelis eius, eo quòd non aluerint neque potauerint Chriſtum, retineamus ſancti Spiritus ignem per largam benignitatem & profuſas eleemoſynas, ne circa fidem naufragium faciamus. Fides enim opus habet auxilio Spiritus ac præſentia, vt inconcuſſa permaneat: auxilium autem hoc vitæ puritate moribuſque probatis retineri apud nos ſolet. Quare ſi cupimus fidem radicatam habere, viuendi ratione pura nobis opus eſt, quæ ſpiritum retineat, à quo totam fidei vim dependere conſtat. Impoſſibile enim eſt, impoſſibile profectò, ſi vitam impuram habeas, in fide non vacillare. Certè qui de fato nugantur, & ſalutarem reſurrectionem non credunt, ob malam conſcientiam & mores deprauatos in hoc incredulitatis barathrum ſeipſos præcipitauerunt. Et quemadmodum febre laborantes, dum volunt æſtuationem depellere, ſæpe in frigidam ſeſe proiiciunt, & pauliſper mitigato malo, grauiorem ſibi ardorem accendunt: ita qui mala conſcientia premuntur, & conſolationem aliquam quærunt, nec tamen volunt per pœnitentiam peccata abluere, ad fati tyrannidem, & reſurrectionis confugiunt abnegationem: atque hoc pacto dum ſe in hac vita frigidis rationibus pauliſper conſolantur, maiorem gehennæ flammam ſibi accendunt, quandoquidem ſecuriores hic facti, poſtquam illuc deuenerint videbunt pro ſuis quemque peccatis debita ſupplicia perſoluere. Et vt hoc verum eſſe ſciatis, quod fidei robur mala opera vehementer impediant, audite quid Paulus dicat, ad Timotheum ſcribens. *Vt milites*, inquit, *egregiam militiam, habens fidem ac bonam conſcientiam.* Bona autem conſcientia ex vita & operibus bonis contingere ſolet. *Quam quidam*, inquit, *repellentes, circa fidem naufragium fecerunt* Rurſum alibi. *Radix omnium malorum eſt auaritia, per cuius cupiditatem quidam à fide aberrauerunt.* Vides quòd tum illi propterea naufragium fecerunt, tum iſti ob hoc ipſum aberrauerunt: quoniam illi bonam conſcientiam repulerunt, iſti verò auaritiæ adhæſerunt. Quæ quidem omnia cogitantes magnam curam habeamus vitæ quàm optimè inſtituendæ, vt duplex nobis merces contingat, vna ex operum retributione, altera ex fidei robore. Sicut enim ſe habet eſca ad corpus; ita recta vita ad fidem. Et ſicut carnis noſtræ natura ſine alimento durare non poteſt, ita neque fides ſine bonis operibus. Fides enim ſine operibus, mortua fides eſt. Vnum ſupereſt dicendum. Quid eſt eundem? Non enim ſimpliciter dixit. Habentes ſpiritum fidei: ſed quid? Habentes eundem ſpiritum fidei. Et volebam quidem ſpiritum fidei. Et volebam quidem enarrare hoc quoque, ſed quoniam video multa ſententiarum flumina ex nuda hac vocula prorumpentia, vereor ne multitudine eorum quæ dicenda eſſent inundarem omnia, atque ita hæc doctrina nimia prolixitate detrimenti aliquid acciperet. quapropter hic finem faciens ſermoni, oro & obteſtor, vt & quæ audiuiſtis, de honeſte viuendo, de fide, de virginitate, de benignitate, de eleemoſyna, diligenter obſeruetis: & hæc bene in memoria retinentes ad ea quæ ſuperſunt audienda præſto ſitis. Sic enim nobis ſolidum erit ac inconcuſſum doctrinæ noſtræ ædificium, ſi prioribus in mente veſtra bene fundatis ea quæ ſequuntur, ſuperſtruxerimus. Deus autem qui nobis dedit hæc dicere, & vobis cum alacritate audire, dignos nos faciat vt & per opera fructum aliquem proferamus, gratia, &c.

Fidei opera iungenda.

Simile.

1. Tim. 1.

Ibidem. 1. Tim. 6.

SERMO SECVNDVS

DE EIVSDEM VERBIS, ET ADuerſus Manichæos, & omnes qui vetus teſtamentum calumniantur, & à nouo ſeparare conantur, & de eleemoſyna.

Sigiſmundo Gelenio interprete.

APOSTOLICI vobis ſermonis expoſitionem debeo iam diu, ſed hoc debitum vos fortaſſis eſtis obliti ob temporis longitudinem, ego verò non ſum oblitus ob meum erga vos affectum. Sic ſe habet charitas, vigilans eſt ac ſolicita, nec adamatos ſolùm amatores in animo circumferunt, ſed & quicquid daturos ſe promiſerunt, magis meminerunt quàm ipſi qui promiſſa ſunt recepturi. Eodem modo mater amantiſſima poſtquàm menſæ reliquias pueris ſuis repoſuit, etiamſi illi fortè obliuiſcantur, ipſa tamen meminit, eaſque diligenter aſſeruatas depromit, & famelicos eis paſcit. Quòd ſi matres erga liberos tam indulgentes ſunt, tanto maiori cura & ſtudio veſtra charitas nobis eſt proſequenda, quanto maior vis eſt ſpiritualis partus quàm naturalis. Quænam igitur fuit illa menſa, cuius reliquias vobis ſeruauimus? Verba erant Apoſtoli, ex quibus tunc non parum nutrimenti ſpiritualis percepimus, quorum partem veſtris mentibus indidimus, partem in hodiernum diſtulimus, ne multitudine ſermonum memoriam veſtram obrueremus. Quænam igitur ſunt illa verba? *Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credidi, propter quod locutus ſum: etiam nos credimus, quapropter & loquimur.* De qua igitur fide ſit ſermo, vtrum de ea per quam patrantur prodigia, de qua Chriſtus dicit, *ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, migra, & migrabit*: an de ea quæ cognitionem in nobis gignit, iuxta quam omnes ſumus fideles: tam qua de cauſa ſpiritus fidei ſit dictus, & quænam ſit hæc fides, hæc omnia pro viribus apud veſtram diſſeruimus charitatem, atque interim etiam de eleemoſyna verba fecimus. Cum verò ſupereſſet diſquirendum, quamobrem dictum ſit, eundem ſpiritum fidei, & præ multitudine eorum quæ iam dixeram non daretur etiam hæc verba diligenter enarrare, ideo in præſentem diem ea repoſuimus, & nunc illud debitum vobis repræſentaturi venimus. Cur igitur dixit eundem? Magnam cognationem noui teſtamenti & veteris vult oſtendere: ideo prophetæ etiam verba ſubiungit: Sicut ſcriptum eſt, Credidi propter quod locutus ſum. Hoc autem iam dudum & ante multas ætates Dauid dixerat: quod nunc Paulus adduxit, indicans quòd eadem ſpiritus gratia, & tunc in illo, & nunc in nobis, fidei vim radicauit. Idem, inquit, eſt fidei ſpiritus, qui in illo locutus eſt, & in nobis operatus. Vbi nunc ſunt qui vetus teſtamentum criminantur, qui corpus Scripturæ dilacerant, qui alium nouo, alium veteri teſtamento Deum attribuunt? Audiant Paulum impia ora obturantem, impugnatrices Dei linguas cohibentem, oſtendentem eundem eſſe ſpiritum tam noui quàm veteris teſtamenti: Nam & ipſa nomina magnam nobis teſtamento-

2. Cor. 4.

Math. 17.

Manichæorum hæreſis ſententium veteris teſtamentum refutatur.

rum conſonantiam ſignificant. Nouum enim ad differentiam veteris dicitur, & vetus ad differentiam noui, ſicut & Paulus inquit: dicendo nouam antiquauit illam priorem, niſi verò eiuſdem eſſent Domini, neque hæc noua, neque illa vetus appellari poſſet. itaque hoc ipſum nominum diſcrimen cognationem vtriuſque indicat: & differentia hæc non eſt in eorum eſſentia, ſed in mutatione temporum. ſolo enim tempore nouum à veteri diſtat. Cæterum temporis differentia nullam dominij neque mutationem affert neque diminutionem: id quod
Matt. 13. & Chriſtus indicauit dicens: *Propterea dico vobis: omnis ſcriba eruditus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui depromit de theſauro ſuo noua & vetera*, vides diuerſas quidem poſſeſſiones, idem vero dominium. Quemadmodum igitur ille poteſt depromere noua & vetera, cum ſit vnus & idem paterfamiliâs, ita hic quoque nihil vetat eiuſdem eſſe Dei tum
B nouum, tum vetus teſtamentum. hoc ipſum enim maximè indicat eius diuitias & abundantiam, quòd non ſolùm noua poſſideat, verumetiam in veteribus abundantiam prę ſe ferat. itaque differunt tantum inter ſe teſtamenta, at non pugnant, neque ſunt contraria. Vetus enim ex nouo fit vetus. hoc autem non pugnæ eſt neque contrarietatis, ſed differentiæ tantummodo. Ego autem addo quòd etiam ſi contrariæ eſſent leges veteris legibus noui, aſſeuerarem ne ſic quidem alium Deum fuiſſe ſuperinduçendum. Si enim eodem tempore, eiſdem hominibus, in eiſdem rebus verſantibus, eadem munia obeuntibus, contrarias leges ſtatuiſſet, rationem fortaſſis aliquam habere potuiſſet commentum ipſorum. Quòd ſi aliis illæ, aliis hæ ſcriptæ ſunt, alio tempore illis, alio his, aliter ſe habentibus illis hominibus, aliter his, quid neceſſe eſt propter legum differentiam duos cõtrarios legiſlatores in-
C ducere? Equidem nullam neceſſitatem video, ipſi proferant, ſi habent quod dicant: Sed nihil habere
Simile. poſſunt. Nàmque & medicus ſæpenumero multa contraria facit, ſed nõ ratione, imò eadem & cõueniente. Sæpe enim vrit & non vrit, ſecat & nõ ſecat vnũ & idem corpus: nunc amara, nunc dulcia pharmaca ad bibendum offert: & facit quidẽ contraria, ſed ratione ſimili atque eadem. Vnum enim finem ſpectat, nimirũ ægri ſanitatẽ. An non igitur abſurdum eſt, medicum quidem non incuſare, quod multa contraria faciat circa vnius corporis naturam, Deum autem criminari quòd diuerſo tempore, diuerſis hominibus, diuerſa mandata dederit. Demonſtratam eſt igitur quòd non erat incuſandus etiamſi leges inter ſe fuiſſent contrariæ. vt autem ſciamus non eſſe contrarias, ſed diuerſas tantùm, age ipſas leges in medium producamus. Audiuiſtis inquit, quòd dictum ſit antiquis, Non occides. Hæc
Matth. 5. lex eſt vetus, videamus nunc nouam, *Ego autem dico*
D *vobis, quicumque iraſcitur fratri ſuo temerè, obnoxius eſt gehennæ incendio.* Hæccine ſunt obſecro contraria mandata? Et quis hoc diceret mortalium, modo rationis compos? Si enim priore vetante occidere, poſterior iuberet, fortaſſe aliquis in his verbis antinomiam
Noui & veteris teſtamẽti comparatio. eſſe diceret: Nunc cum illa iubente non occidere hæc iubet ne iraſci quidem, augetur prius mandatum, non adfertur contrarium, illa enim fructum malitiæ reſecat, videlicet cædem. hæc verò etiam radicem ipſam euellit, nimirum iracundiam. illa riuum tollit vitij, hæc fontem ipſum exſiccat. Fons enim & radix cædis eſt furor & iracundia. Illa nex naturam noſtram poſteriori paratiorem reddidit: hæc ſuperueniens quod reliquum erat ſuppleuit. Quænam hæc eſt contrarietas, dum vna finem malorum, altera verò etiam principium extirpat? illa manum puram facit à ſanguine, hæc mentẽ etiam ſeruat à mala cogitatione. Hæc autem concinentium ſunt legum, non pugnantium, ſicut veritatis inimici adſtruere conantur, non animaduertentes quanta hinc ſegnitie ac negligentiæ naſcatur oc-

A caſio his qui noui teſtamenti Deum ſubſtituunt: quæ quidem blaſphemia in caput illorum vertat qui nobis hac de re verba faciendi neceſſitatem imponunt, importunè ſe noſtris negotiis ingerentes. Quæ autem dico, ſic vobis clariora faciam. Lactis alimento adſimilis eſt veteris teſtamenti educatio, ſolido verò cibo noui teſtamenti philiſophia. at nemo ante lactis alimoniam ſolidum cibum adhibet: quod quidem noui teſtamenti Deus fecit, ſi non idem eſt qui etiam vetus prodidit. prius enim quàm lacte nutriret, hoc eſt legis diſciplina, ad ſolidum nos cibum adduxit. Non huius autem ſolùm, ſed maioris etiam criminis eum reum faciunt, quandoquidem poſt quinquies mille demum annos, aut plures, prouidentiam noſtri generis ſuſcepit. Si enim non idem erat qui per prophetas & patriarchas & iuſtos homines res noſtras diſpenſabat, ſed alter quiſpiam ab hoc alius, ſerò admodum & tardè vide-
B bitur noſtri prouidentiam aggreſſus, quaſi per anteactorum pœnitentiam ad ſe reuerſus: quod quidem tantum abeſt à Deo, vt nec in vnum quemuis è vulgo hominem competat, tanto tempore tam multis perire permiſſis, in extremis demum ſeculis ad paucorum quorumdam prouidentiam ac curam accedere. Videſne quantis blaſphemiis Deum faciant obnoxium iſti, qui alium noui teſtamenti legum latorem dicunt, alium veteris: quæ ſanè omnes euaneſcunt, ſi vnũ vtriuſque teſtamenti aſſentiamus eſſe Deum. Sic enim apparebit quòd ordine & bona ratione res noſtras diſpenſet, tunc quidem per legem, nunc autem per gratiam: & non recens neque nuper, ſed iam inde ab initio & à prima vſque die noſtra omnia gubernet. Quo autem magis eorum ora obſtruamus, age iam teſtimonia tum prophetarum, tum Apoſtolorum adducamus, clamantium quòd vnus eſt vtriuſque teſtamenti legiſ-
C lator. Procedat igitur Hieremias ille in vtero ſanctificatus, & probet hoc manifeſtè, vnum eſſe eundemque Deum tum noui Teſtamenti, tum veteris. Quid igitur his dicit, ex perſona legiſlatoris clamans? *Teſtabor vobis, teſtamentum nouum, non ſicut teſtamentum quod teſtatus ſum patribus veſtris.* Itaque qui Ierem. 31
nouum teſtamentum dedit, idem eſt Deus qui olim Samoſateni error
vetus etiam illud dederat. Hic ſanè Pauli quoque refellitur.
Samoſatenſis ſectatoribus ora ſunt occluſa, qui negant ante ſecula fuiſſe vnigenitum Dei. Si enim ante Mariæ partum, & antequàm in carne ſe videndum præberet, non erat, quomodo legem ferebat cùm non eſſet? Quomodo autem dicebat: Teſtabor vobis teſtamentum nouum, non ſicut teſtamentum quod teſtatus ſum patribus veſtris? quomodo enim teſtamentum dabat patribus eorum cùm nondum eſſet? vt illi quidem affirmant. Sed contra Iudæos quidem, eodemque morbo laborantes Paulianos, idoneum eſt quod opponatur prophetæ huius teſti-
D monium. Vt autem etiam Manichæorum ora cohibeamus, ex nouo teſtamento adducamus teſtimonium, quandoquidem vetus nihili pendunt: imò verò etiam nouum, cui quamuis honorem habere videri velint, non minorem tamen huic quàm illi alteri iniuriam inferunt. vno quidem modo quòd dum illam conuellunt, huius quoque authoritatem labefactant. Non parum enim veritatem eius illuſtrant veteris teſtamenti prophetarum præconia, quos iſti auerſando non intelligunt non minore Apoſtolos quàm prophetas contumelia ſe afficere: vnam, inquam, nouo teſtamento iniuriam faciunt iſtam. Alio vero modo iterum, quòd bonam ex eo partem reſecant. attamen tanta eſt eorum quæ in illo continentur vis, vt vel ex ipſis reliquiis facilè maleficium iſtorum deprehendatur. Reſecta enim membra clamant, & priſtinum cum ſuis membris conſenſum indeſinenter requirunt. Quomodo igitur demonſtrabimus veteris & noui teſtamenti vnum eſſe legiſlatorem? Ex ipſis Apoſtolicis verbis, quæ in ſuis codicibus reliqua eſſe voluerunt: quæ

tametſi

A tametſi prima fronte videantur vetus illud accuſare, non mediocriter tamen id commendant, & diuinis oraculis cœlitus proditum eſſe indicant. Et hoc ſancti Spiritus ſapientia factum eſt, vt accuſatores legis allecti, prima facie verborum, imprudentes & inuiti adſcriptam eius defenſionem receperint: quam ſi vellent ad verum excutere, haberent ſermonem quem ſequerentur: quod ſi in incredulitate permanerent, nullam ſibi in poſterum veniæ ſpem reliquam facerēt: vt qui etiam illis quæ aliàs recipere videntur, fidem in ipſorum perniciem abrogarent. Vbi igitur nouum teſtamentum ſuarum ac veterum legum eundem autorem eſſe teſtatur? Et alibi quidem non vno loco: nos tamen data opera eam textus partem adducemus, quæ vel in Manichæorum codicibus hactenus manſit incolumis.

Galat. 4. Quænam hæc? *Dicite mihi,* inquit, *qui ſub lege vultis eſſe, legem non audiſtis? quod Abraham duos filios habuit vnum ex ancilla, alterum è libera?* Audiuerunt hæretici

B vnum habuiſſe ex ancilla, & confeſtim accurrerunt. rati enim his verbis legis accuſationem contineri, excerpta è reliquo contextu, tanquam pro ſe facientia retinent. Age igitur ex hoc ipſo loco oſtendamus eundem eſſe legiſlatorem. *Abraham duos filios habuit, vnum ex ancilla, alterum ex libera. hæc autem ſunt* inquit, *per allegoriam dicta.* Quid eſt per allegoriam dicta: Figuræ eorum quæ ſub gratia gerentur erant quæcunque ſub lege fiebant, Sicut enim illic duæ mulieres, ita hic duo teſtamenta. Primum in hoc apparet cognatio noui cum veteri, quòd illa horum figuræ erant. Figura enim veritati non contraria eſt, ſed cognata. Quòd ſi veteris illius Deus noui huius Deo contrarius eſſet, haudquaquam per illas mulieres noui præcellentiam præfiguraſſet. quòd ſi ille præfigurauit, par erat Paulum non abuti hac figura. Sin autem dicant, quòd ad Iudaicam infirmitatem ſe dimittens hoc faciebat, oportebat eum etiam Græcis prædicantem

C figuras Græcorum adducere, & rerum apud Græcos geſtarum hiſtorias commemorare. Sed hoc nuſquam fecit & merito. illa enim nihil cum veritate commune habebant, hæc autem Dei leges erant, & oracula. quapropter magna cognatio veteribus illis cum nouo teſtamento intercedit. Primum igitur argumentum hoc eſt, vetus teſtamentum modis omnibus cum nouo conſonare, ſecundum autem illo non minus, ex ipſa hiſtoria. Quemadmodum enim tunc duæ mulieres erant vnius viri: ita nunc duo teſtamenta, vnius legiſlatoris. Si enim alius eſſet noui, alius veteris, ſuperuacaneum erat hanc hiſtoriam adducere. neque enim alium habebat Sara, alium Agar, ſed vtraque

Ibidem. vnum & eundem. Itaque dicendo, *hæc enim ſunt duo teſtamenta*, nihil aliud dicit quàm quod eundem habeant legiſlatorem, ſicut illæ vnum virum Abraham. Sed altera quidem erat ſerua, altera verò libera. Quid tum? hactenus enim quærebatur,

D an vnus vtriuſque ſit legiſlator. Recipiant igitur prius hoc, ac tum demum ad illud alterum eis reſpondebimus. Si enim eos hoc vt admittant, ac nobis aſſentiant, coegeris, vniuerſum illorum dogma corruet. Cōperto enim etiam veteris teſtamenti eundem legiſlatorem eſſe, ſicut reuera eſt, finem habebit omnis illorum ac noſtra controuerſia. Attamen ne vel hinc turbemini, aduertamus diligenter hæc verba. Non enim dixit, vna quidem ſerua, vnà verò libera: ſed, vna quidem in ſeruitutem gignēs: nec ſtatim ſerua eſt, quæ in ſeruitutē gignit: & hoc ipſum ad ſeruitutem natum eſſe. non parentis eſt crimen, ſed paruulorum qui naſcuntur. Quoniam enim ſua malitia ſeipſos libertate priuauerunt, & à iure ingenuitatis exciderunt, non ſecus quàm malæ frugis mancipia tractauit eos Deus terrore continuo pœniſque ac minis caſtigans. quin & hodie multi patres liberos ſuos non vt filios, ſed vt ſeruos, metu coercent: quæ culpa non parentum

A eſt ſed filiorum, qui cauſa fuerunt parentibus vt ſeruilem in modum ab eis educarentur. Eundem ad modum etiam Deus eius temporis populum terroribus ac minis erudiebat, non aliter quàm nullius frugis ſeruum, nec tamen hæc Dei culpa fuit, aut legis, ſed Iudæorum reſpuentium frenum, & durioribus lupatis opus habentium. Siquidem in ipſo veteri teſtamento multos reperire licet, qui non ad eandem ſint tractati diſciplinam, vt Abel, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moſes, Elias, Eliſæus, & omnes qui noui teſtamenti inſtituta ſunt æmulati. non enim terrore ac pœnis, nec minis ac mulctis, ſed amore Dei & feruenti erga illum affectione tales ſunt redditi, quales fuerunt. Non enim opus habebant mandatis, neque præſcriptis & legibus, vt virtutem ſectarentur ac vitia fugerent: ſed vt ingenui & liberali ingenio filij, agnoſcentes ſuam conditionem, abſque metu vllo aut caſtigatione in virtutis caſtra ſe contulerunt. reliquum

B vero vulgus Iudæorum quoniam ad malitiam defecerant, legis freno neceſſario coercendi fuerunt. Ideoque poſteaquam vitulum finxerunt, & ſculptile adorauerunt, tum demum audierant, *Dominus Deus tuus Dominus vnus eſt.* Deut. 6. poſteaquam cædes patrauerunt & vxores proximi ſtuprauerunt, tunc audiuerunt, Non occides, non committes adulterium: & ſimili modo reliqua omnia. Itaque non eſt vituperium legis quod punit & mulctat, & ſicut nequam ſeruos emendat ac caſtigat, ſed præconium inſigne, nec vulgaris laus, quòd eos qui ad extremam malitiam prolapſi fuerant, potuit auſteritate ſua liberare à vitiis, mollireque & obſequentes facere, ac venturæ gratiæ præparare, atque ad nouam hanc modeſtè ac moderatè viuendi rationem ceu viam quandam ſternere. Idem enim ſpiritus tum in veteri teſtamento, tum in nouo diſpenſabat omnia, licet diuerſo modo. Hoc & cur Paulus dicit: *Habentes*

C *autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credidi, propter quod locutus ſum.* Nec ſolùm propter hoc dixit eundem ſpiritum, ſed & ob aliam non leuiorem cauſam: quam volebam quidem nunc afferre, ſed veritus ne pluribus grauati iam dictorum obliuiſcamini, in aliam diem vobis eum ſermonem ſeruabo; interim hortatus vt præſentem totum in memoriam recondatis, atque diligenter retineatis, vtque virtutes Chriſtianas cum dogmatum puritate coniungatis, vt ſic fiat integer homo Dei, ad omne opus bonum præparatus: quandoquidem nihil nobis profuerit rectè ſentire, ſi vita interim fuerit malis moribus vitiata: quemadmodum contrà nihil prodeſt vita incorrupta niſi accedat fidei quoque ſinceritas. Vt igitur integram vtilitatem conſequamur, vtrinque nobis prouideamus, fructus etiam generoſos proferentes, & cum primis eleemoſynam, de qua etiam nuper ad vos verba feci, magna cum largitate atque alacritate illam exercentes.

Exhortatio ad eleemoſynam. 2. Cor. 9.

D *Qui* enim *parcè ſeminat*, ait ſcriptura, *parcè & metet: & qui ſeminat cum benedictione, cum benedictione & metet.* Quid eſt cum benedictione? cum magna largitate. Hic quidem in rebus ſecularibus tam meſſis quam ſementis eorundem eſt ſeminum. nam qui triticum aut hordeum ſpargit, aut aliquid ſimile, meſſis tempore idipſum genus eſt meſſurus. at in eleemoſyna non idem vſu venit: ſed ſpargis argentum, & colligis fiduciam erga Deum, das pecuniam & accipis remiſſionem peccatorum: præbes panem ac veſtem, & pro his regnum cœlorum tibi paratum bonaque illa infinita, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt: & quod eſt omnium bonorum ſumma, ſimilis efficeris Deo quatenus id homini eſt poſſibile. Nam cum de eleemoſyna & benignitate diſſeruiſſet Chriſtus, ſubiunxit: vt efficiamini ſimiles patri veſtro cœleſti, quia ſolem ſuum oriri iubet ſuper malos ac bonos, & pluit ſuper iuſtos ac iniuſtos. Tu non potes oriri iubere ſolem, neque imbres immittere, neque be-

neficus eſſe in orbem terrarum tam longe latéque patentē? Vtere facultatibus tuis ad beneficentiam, & factus es ſimilis ei qui ſolem ſuum oriri iubet, in quantum hominem Deo ſimilem fieri licet. Animaduertite diligenter quæ dico: ſuper bonos ac malos, bonos, inquit. Ergo tu quoque quoties eleemoſynam facis, ne vitam examines, neque morum rationē repoſcas. eleemoſyna enim, hoc eſt miſeratio ideo dicitur, vt etiam indignis præbeamus. qui enim miſeratur, non rectè viuentem, ſed peccantem miſeratur. nam qui rectè viuit laude eſt dignus & corona, qui verò peccat, venia & miſericordia. quapropter hac quoque parte Deum imitabimur, ſi etiam malis benignitatem noſtram non ſubducamus. Conſidera enim quàm multi orbem terrarum habitent blaſphemi, ſcelerati, præſtigiatores, omnibus vitiis referti, attamen hos quoque per ſingulos dies enutrit Deus, docens nos vt vniuerſos homines beneficentia complectamur. Nos verò omnia contrario modo facimus. non ſolùm enim malos & improbos homines auerſamur, verum etiam cùm ſanus quiſpiam nos accedit, aut propter bonitatē, aut propter libertatem, fortè etiam propter pigritiã, vt & hoc addam, in paupertate viuens, probra, contumelias, & innumera in eum iaculati dicteria, vacuis ipſum manibus remittimus. Hoccine iuſſus es ô homo, obiurgare tantum ac increpare egenos. Miſerari ac ſubleuare paupertatem eorum iuſſit Deus, non rationem repoſcere ac conuitiari. Sed vis illius mores corrigere, & hominē inertem à ſegnitie ſua reuocatum ad opus aliquod applicare. Da prius, ac tum demum increpa, vt non crudelitatis ſuſpectus fias, ſed benignitatis laudem reportes. Eum enim qui nihil dans tantum opprobrat, auerſatur pauper, & inique fert, ac ne aſpicere quidem ſuſtinet, & merito. Putat enim non quòd bene ſibi velit, ſed quòd dare nolit, obiurgatorem eum eſſe ita vt reuera eſt. qui verò poſteaquã dedit obiurgat, facit vt libēti animo obiurgatio ſua recipiatur: eo quòd non propter inhumanitatem, ſed propter beneuolentiam increpationem adhibere videatur. Sic etiam Paulus fecit. Cum enim dixiſſet: *Qui non vult operari, ne edat:* adiunxit exhortationem dicens: *Vos autem bonum facientes ne deficiatis.* Atqui hæc præcepta contraria eſſe videntur. Si enim otioſos non oportet cibum capere, quomodo iubes bene talibus facere? Sed non ſunt contraria: abſit. Ideo enim hoc dixi, inquit: Qui non vult operari ne edat, non vt eos qui alioqui largituri erant, auerterem à danda eleemoſyna, ſed vt in otio viuentes à ſegnitie ſua reuocarem. Itaque cum dicit, ne edat, illos extimulat ad laborem, comminatione hac territos. cùm verò dicit, bonũ facientes ne deficiatis, hos excitat ad beneficentiam, vtili exhortatione impulſos, ne enim retraherent manus audito qua illi comminatione feriantur, ad beneficentiam his verbis illos prouocat: Bonum faciendo ne deficiatis. Itaque etiamſi otioſo des, bonum feciſti. Idem agit & in ſequenti contextu. Cùm enim dixiſſet: *ſi quis non audit ſermones noſtros, hunc per epiſtolam indicate, & ne commiſceamini illi:* atque hoc modo hominem eiciſſet ex Eccleſia, rurſum alio modo cum reconciliat, reducens in gratiam cum eis à quibus eiectus fuerat. quapropter hæc verba ſubdit. non vt inimicum exiſtimate, ſed vt fratrem. Quemadmodum igitur cùm dixiſſet, ſi quis non vult laborare ne edat, illos certè qui poſſunt, curam eorum habere iuſſit: ita etiam hic poſteaquam dixit, ne commiſceamini illi, non alienauit ab eius cura auditores, ſed iubet vt diligenter eum ſuſcipiant, dicens: non vt inimicum exiſtimate, ſed vt fratrem. reliquiſti eius conſuetudinem, ſed ne relinquas de eo ſolicitudinem. Excluſiſti eum à conuentu, ne excludas à charitate. etenim hoc ipſum affectu charitatis mandaui, vt hac ſeparatione factus melior, maturè ad reliquum corpus reuerteretur, quandoquidem

Eleemoſyna etiã eſt dãda impiis.

2. Theſſ. 3

Ibidem.

A etiam patres domo ſua filios expellunt, non vt perpetuò foris maneant, ſed vt hac caſtigatione modeſtiores facti, domum poſtliminio reuertantur. atque hæc ſufficiãt ad illos qui pigritiam aliis obiicere ſolent. Verum quoniam multi alia habent verba quibus ſe excuſent, plena crudelitatis ac inhumanitatis, neceſſe eſt vt illa quoque redarguam, non vt excuſationem eis adimam, ſed vt perſuadeam omiſſa vana & inutili, ad veram & apud Chriſti tribunal profuturam defenſionem operibus ipſis exerceri. Quæ eſt igitur illa vulgarium hominum frigida ac inutilis defenſio? Alendi ſunt, inquit, liberi, rei familiaris gerenda eſt cura. Vxorem alo, neceſſarios ſumptus multos ſuſtineo. quamobrem non ſuppetit vnde obuios ſubleuare poſſim. Quid ait? filios alis, & ideo non eſt vnde venientes ad te ſubleues? Immo propter hoc ipſum ſubleuandi ſunt egeni, vt exigua pecunia Dominum qui eos
B tibi dedit propities, vt etiam poſt mortem tuam patronum illis relinquas, vt eis magnum fauorem cœlitus concilies, & ex illa pecunia ſumptus Deo gratos faciens. Annon vides, quod multi homines præpotentes ac opulentos nihil alioqui ad ſuum genus attinentes, teſtamento ſæpe inſeruerunt, & liberis ſuis cohæredes fecerunt? nihil ob aliud quàm vt ſecuritatem filiis modica pecunia pararent: idque cùm incertum eſſet, quonam affectu filios illos cohæredes eſſent proſecuturi. Tu verò cùm ſcias humanitatem, bonitatem, & æquitatem tui Domini, expertem eum tui teſtamenti facies? non facies eum cohæredem liberorum tuorum? Hoccine eſt amantiſſimi patris officium? Nam ſi prolis tuæ curam geris, relinque illis chartulam ſcriptam, in qua Deum debitorem habes. Hæc maxima hæreditas, hoc decus eſt, hæc ſecuritas. Induc eum in terrenam hanc hæreditatem vt te vnà
C cum tuis liberis in cœleſtem illam hæreditatem inducat. hic hæres nobilis eſt, humanus, bonus, potens, diues, quare nihil eſt cur eius ſocietatem ſuſpectam habeas. Ideo etiam ſementis vocatur eleemoſyna, quia res hæc non tam ſumptus eſt quàm reditus. Tu autem quando ſeminandum eſt, non magni facis quòd euacuas fructuum veterũ promptuaria, ſed ad meſſis futuræ fructum ſpectas, idque cùm euentum neſcias, nam & rubigo, & calamitas, & locuſta, & aëris intemperies quandoque ſpes noſtras fruſtrabatur. cùm verò in cœlum eſt ſemen iaciendum, vbi nullæ ſunt tempeſtates, nullæ inſidiæ, nulla læſio, tergiuerſaris ac procraſtinas? Et quam ſperas veniam, qui in terram ſeminando confidenter & alacriter id facis: cùm verò in manum Dei ſeminandum eſt, ceſſas & negligis? Nam ſi terra reddit quod ſibi eſt creditum, multo magis Dei manus, quæcunque acceperit, magno cum
D fœnore eſt reddìtura. Hæc igitur ſcientes non reſpiciamus ſumptum quando eleemoſynam facimus, ſed eum qui inde ſperatur prouentum: imò etiam præſens lucrum. non ſolùm enim in regno cœlorum hoſpitium præparat, ſed in præſenti etiam vita ſecuritatem adfert & abundantiam. Quis hæc pollicetur? Ipſe qui præſtare poteſt Dominus. Dicit enim: qui ſua pauperibus largitur, *centuplum accipiet in hoc ſeculo,* & vitæ æternæ hæreditatem habebit. Vides retributionem in vtraque vita cum magno fœnore recipiendam? Ne igitur ceſſemus, neque procraſtinemus, ſed per ſingulos dies eleemoſynæ fructum percipiamus. vt & in præſenti ſeculo rebus ſecundis fruamur, & futuram vitam conſequamur: quæ nobis omnibus contingat gratia & benignitate, &c.

Excuſationem nolentium eleemoſynas facere excludit.

SERMO III.

DE EISDEM VERBIS, ET QVA DE cauſa rebus bonis omnes ex æquo fruantur, & de eleemoſyna.

Eodem Interprete.

CVM priore conuentu, & qui illum præceſſerat, vnum Apoſtoli
dictum ſuſceperimus exponendum, in eius enarratione totum
ſermonem conſumſimus, & hodie quoque in eodẽ verſari propoſuimus, hoc autem data opera
facimus, ad veſtram vtilitatem, non ad noſtram oſtentationem. non enim vt fœcundum me & multiſcium
B oſtendam, ſed vt tum Pauli ſapientiam vobis
aperiam, tum veſtrã alacritatem excitem, ad hunc
modum eundem verſo ſermonem. nam & illius intelligentiæ profunditas magis elucebit, ſi ex vno
dicto tanta nobis ſententiarum fluenta proferat: &
vos cognito quòd ex vno Apoſtoli verbo ineffabiles ſapientiæ diuitias depromere liceat, non oſcitãter percurretis eius epiſtolas, ſed hac ſpe inducti
ſingulas earũ ſententias exquiſita cura ac diligentia perſcrutabimini. Si enim vnum dictum triduo
nobis differendi materiã præbuit, quantum putatis
theſaurum nobis profunderet vna quæpiã pars diligenter tractata ac conſiderata? ne igitur delaſſemur, priuſquam totũ quod ſupereſt decerpſerimus.
Simile. Si enim metallorum auri foſſores, licet quantumuis
diuitiarũ inde exhauſerint, non prius tamen inde
abſiſtunt quàm totum aurum auferant, multo maiorem nos alacritatẽ ac diligentiam in perſcrutandis diuinis eloquiis adhibere conuenit. Nam & nos
C aurum effodimus, non ſenſibile, ſed ſpirituale, non
enim in metallis terræ, ſed in ſpiritus metallis operamur.
D. Pauli Epiſtolarũ laus. Paulinæ enim epiſtolæ metalla ſunt ſpiritus
& fontes: metalla quidem, quia quouis auro pretioſiores nobis præbent diuitias: fontes verò, quia
nunquam deficiunt, ſed quantumlibet exhauris,
tantundem ac multo amplius rurſum affluit. & hoc
euidenter declarare poteſt totum tempus quod
præteriit. Siquidem ex quo Paulus vixit quingenti
iam elapſi ſunt anni, totòque hoc tempore multi
tum commentatores, tum doctores ac interpretes,
multa ſæpe inde exhauſerunt, nec tamen repoſitas
inibi diuitias exinanire valuerũt. Non eſt enim ſenſibilis hic theſaurus, & idcirco non conſumitur à
multis effodientium manibus, ſed augetur & multiplicatur. Et quid dico de illis qui ante nos fuerunt?
quàm multi poſt nos dicturi ſunt, ac rurſus poſt illos alii, nec tamen deficient fontis in modum ſcatentes diuitiæ, neque metallorum hoc genus exhaurietur. Spirituale enim eſt, & ſuapte natura nũ-
D quam omnino abſumi poteſt. Quod eſt igitur illud
dictum Apoſtolicum? *Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptũ eſt, Credidi, quapropter locutus ſum.* Nuper
igitur quæſiuimus quanam de cauſa dixerit, eundẽ
ſpiritum fidei, & vnam hactenus cauſam attulimus.
erat autem hæc: vt oſtenderet conſonantiam veteris ac noui teſtamenti. Cùm enim inuenitur idem
fidei ſpiritus & Dauidis linguam mouiſſe, dicẽtem:
Credidi, propter quod locutus ſum, & in Pauli anima operatus eſſe, ſatis apparet magnam eſſe Prophetarum cum Apoſtolis cognationem, atque ita
neceſſariò ſequitur magnam eſſe veteris & noui
teſtamenti conſonantiam. Sed ne iterum eadem
Eccleſiæ primitiuę perſecutio repetentes moleſti vobis ſimus, age & alteram cauſam proferamus, ob quam dixit eundem. Iam tum
enim alteram huius dicti cauſam promiſeramus.
Sed opus eſt vt excitemini: profundus enim eſt
ſenſus quem charitati veſtræ ſum dicturus, & per-

A ſpicaci anima opus habet, ingenioque peracuto.
quapropter obteſtor vt ſumma attentione quæ dicenda ſunt auſcultetis, veſtrum eſt lucrum, noſter
verò labor, ſed gratuitum Spiritus ſancti donum,
quo reuelante ſecreta neque qui dicit, neque qui
audit defatigatur: reuelationem enim magna facilitas ſequitur. Attendamus igitur cum diligentia: licet enim maiorem partem auribus perſequamini,
ſi vel minimum dormitaueritis, interrupto ſemel
contextu totum ignorabitis. Et quemadmodum his
qui viam ignorant, & ductore opus habent, diu licet illum ſecuti, ſi per negligentiam vel paululum
ex oculis eum amittant, nihil prodeſt hactenus ſecutos eſſe, ſed conſiſtunt ignari quanam ſit progrediendum: ita etiam qui dicentem proſequuntur
animo, etiamſi attentè doctrinam eius hauſerint, ſi
paulìſper tantũ oſcitanter audiant, toto intellectu
amiſſo non poſſunt amplius ad intellectus finem
peruenire, ne igitur idem vobis accidat, omnibus
B quæ dicturi ſumus pari tenore intendite, donec ad
finem perueniamus. Dicturi igitur qua de cauſa dicat, Habentes autem eundem ſpiritum fidei, volens
oſtendere eandem eſſe vtriuſque teſtamenti fidem omnium bonorum matrem, paulò altius ſermonem repetamus. Sic enim nobis cauſa euidentius apparebit. Quænam igitur eſt hæc cauſa? Magnum bellũ circumſteterat fideles dum hæc dicebantur, bellum, inquam, graue eſt abſque vllis induciis. nam & ciuitates integræ & populi vndique
in eos inſurrexerant, & tyranni omnes inſidiabantur, & reges contra eos armabantur, & arma mouebantur, & gladii acuebantur, & exercitus adornabantur, & omnia genera pœnarũ ac ſuppliciorum
excogitabantur. inde facultatum rapinæ & confiſcationes, & carceres ac mortes quotidianæ, tormenta, vincula, ignis, ferrum, beſtiæ, patibula, rotæ, baratra, præcipitia, & quidquid in perniciem fi-
C delium excogitari poterat. ac ne intra hos quidem
fines bellum ſe continuit. non ſolùm enim ab inimicis excitabatur, ſed ipſa etiam natura contra ſeipſam irritabatur. etenim liberis inſidiabantur patres, & filiæ parentes exoſas habebant, & amici
amicos auerſabantur, & in cognationes ac familias
bellum hoc latenter ſeſe inſinuabat: magnuſque
tumultus erat per vniuerſum orbem habitabilem.
Et ſicut nauis vndis inſurgentibus, nubibus con- *Simile.*
currentibus, eliſis tonitribus, caligine vndique
nauta cingente, mari furente, beluis ſæuientibus,
piratis oppugnantibus, ipſis vectoribus inter ſe diſſidentibus, haudquaquam euadere poteſt, niſi cœleſtis dextera magna illa ac potens diſcuſſo periculo & ſedata tempeſtate in tranquillitatem reducat
nauigantes: ita etiam tunc inter initia prædicationis
accidit. non ſolùm enim externa tempeſtate pulſabantur, ſed intus etiam plerumque ſeditione laborabant. Quis hoc dicit? Paulus ipſe ſic ſcribens: *Foris pugna, intus timores.* Et quod hoc verũ ſit, quodque *2. Cor. 7.*
D doctores pariter ac diſcipuli innumeris ſepti fuerint malis, & per omnes ex æquo bellum hoc fuerit
graſſatum, eundem Paulum iterum teſtem adduco.
Veſtræ autem partes ſunt meminiſſe omnium horum quæ dico, vt cognitis periculis ac tentationibus, omnibuſque aduerſitatibus quas eius temporis
fideles perferebant, tanto maiores gratias agentes
Deo, qui omnibus illis calamitatibus finem impoſuit, & auerruncato bello, tranquilliſſimam pacem
nobis cõfecit: vt nemo vel ſocordię pœnã effugiat,
vel ob vitam rectè actam extollatur. Neque enim
perinde eſt ſi vndiquaque impugnatus & innumeris aduerſitatibus obrutus generoſè ſubſiſtas, ac ſi
in portu nunc ſedens, & in ſumma ſecuritate eundem animum præ te feras. Illorum enim conditio
nihilo melior erat quàm eorum qui turbato mari
iactantur: nos verò ſecurius agimus quàm qui in
portum deuecti incolumes iam per otium ſe reficiunt. quapropter neque propter bonam viuendi ra-

tionem

Digitized by Google

tionem extollamur, neque tentationibus cedamus, neque ſecuritate eccleſiæ noſtram ad ſegnitiem abutamur, quin potius ſobrii ſimus ac vigilemus. Nam nobis quoque eſt lucta aduerſus innatas concupiſcentias. non inſurgunt contra nos homines, ſed inſurgunt carnales voluptates, non impugnant nos reges atque tyranni, ſed impugnat ira, vanæ gloriæ cupido, inuidia, æmulatio, atque id genus alii affectus innumeri. Quando igitur illas tentationes euaſimus, ne vel ab his vincamur operam demus. Ideo enim vobis in memoriam reuocaui illius temporis calamitates, vt nunc & qui affligitur, idoneam inde conſequatur conſolationem, & qui in ſecuritate agit, inuicem illarum conflictationum acre contra abſurdas cogitationes certamen ſuſcipiat. propter noſtram enim admonitionem & conſolationē ac tolerantiam illa omnia ſunt ſcripta: quæ quidem neceſſe habemus nunc apud vos eloqui, & docere quantis aduerſitatibus eius temporis fideles obſeſſi fuerint, non doctores ſolum, verum etiam diſcipuli: Audi igitur quid dicat Paulus ad

Heb. 10. Hebræos ſcribens: *Memores eſtote priorum dierum, in quibus illuminati multum certamen afflictionum ſuſtinuiſtis.* Non enim ad breue tempus, ſed mox ab ipſo exordio prędicationis & doctrinæ inſurrexerunt aduerſus eos tentationes, & mox à ſuſcepto baptiſmo periculis erant obnoxii: At quomodo audi. Probris & afflictionibus velut in theatro expoſiti. Omnes enim deſpuebant eos, cōtumeliis afficiebant, deridebant, vituperabant, fatuos vocabant ac inſenſatos, quòd deſerta patria viuendi formula, noua placita ſuſcepiſſent. Quæ quidē non parum valent ad commouendam animam, ni fides profundè ſit radicata, nihil enim æque animam mordet ac improperium, nihil æquè tabefacit mentem ac dicteria & conuicia. nam multi viri per conuicia ſunt ſæpe ſubuerſi. Hæc autem loquor nunc, vt cum fiducia fidem teneamus. Si enim illi totius orbis conuicio non ſubuerſi, multo magis noſtra ætate fides magna confidentia retinenda eſt, quando totus orbis ad noſtras partes defecit. Quòd autem illi non intra calumnias tantum & opprobria conuitiaque rabiem ſuam continuerint, audi quæ ſequuntur. nam & direptionem, inquit, facultatum veſtrarum cum gaudio pertuliſtis. Vides quòd & bona eorum cōfiſcabantur olim, & omnibus præda erant expoſiti qui eos lædere cupiebant. Atque hæc quidem ad

1. Theſſ. 1. Hæbreos ſcribit. De Theſſalonienſibus verò rurſum aliud quiddam tale teſtatur. *Vos enim*, inquit, *imitatores facti eſtis Domini ac noſtri, qui ſuſcepiſtis ſermonē hunc cum afflictione magna.* Vide etiam hos affligi, neque id ſimpliciter, ſed afflictione magna. Vehemens tentatio, continuum periculum, nec minimam quidem reſpirandi facultatem concedebat eis qui tunc temporis in certamine erant. attamen cùm hæc tolerarent, non inique ferebant, neque animum deſpondebāt, imò gaudebant etiam. Vnde hoc appa-ret? Ex verbis ipſius Pauli. Dicit enim? *In afflictione magna, cum gaudio Spiritus ſancti.* nam tentatio pariebat afflictionem, gaudebant tamen reputantes quare tentarentur. Idonea enim erat conſolatio, quod conſcij ſibi eſſent propter Chriſtum ſe hæc pati. Quapropter non tam demiror quòd illo tempore affligebantur, quàm quòd affligi ſe propter Chriſtum lætabantur. Hoc enim generoſæ ac Deum amantis animæ officium eſt, nimirum afflictiones & aduerſitates ferre. cæterum generoſè tolerare tentationem, atque inſuper gratias agere ei qui ſe tentari permittit, id demum ſummæ fortitudinis merito videri poteſt, animæque vigilantis & quæ omnibus humanis affectibus ſit ſuperior. Nec hic tantū, ſed & alibi docens quanta mala paterentur eius temporis fideles à familiaribus ac propinquis (hoc enim erat grauiſſimum) in hunc modum loqui-

1. Theſ. 2. tur. *Vos enim fratres imitatores facti eſtis eccleſiarum Dei quæ ſunt in Iudæa.* Qua in re imitatores? *quoniam & vos eadem eſtis perpeſſi à propriis contribulibus, ſicut & illi à Iudæis:* Ibidem. Ecce bellum, ſed bellum ciuile quod maiorē facit indignationē. Si enim inimicus exprobraſſet mihi tuliſſem. Tu autem, inquit, vnanimis meus: id quod tum in figura contingebat. Quapropter non mediocri opus habebant conſolatione. Quod quidem Paulus cùm videret, eoſque qui ad ſuam curā pertinebant laborare ac ſudare animaduerteret, quòd continuis calamitatibus degrauarentur, & alias ſuper alias plagas ægrè ſuſtinerent, vide quàm variis modis animos eorum excitet, nunc quidem his verbis. Siquidem iuſtum eſt apud Deum, affligentibus vos reponi afflictionem: nunc verò his: *Dominus non longe abeſt, ne ſitis ſoliciti.* Philip. 4. Heb. 10. Ac rurſum. *Cauete abiiciatis fiduciam veſtram: nam patientia opus habetis, vt facientes Dei voluntatem, promiſſa bona reportetis.* deinde ad patientiam eos confirmans ſubinfert: Ibidem. *Adhuc enim minimum quiddam ſupereſt dum veniat qui venturus eſt, & non diu moratur.* Quemadmodum puerulum plorantem, moleſtè ferentem, matremque ſuam requirentem, aſſidens aliquis ſic conſolatur: Pauliſper adhuc expecta, & omnino tua mater aderit: ita etiam Paulus, videns ægre ferentes, conquerentes, aduentum Chriſti requirentes eius temporis fideles propter intolerabilem malorum vim, conſolaturus illos dicit: Adhuc minimum quiddam ſupereſt dum veniat qui venturus eſt, non diu moratur. Itaque quod diſcipuli affligebantur, & plurima mala patiebantur, nec aliter quàm agni deſtituti in medio luporū vndique perſecutionem ſuſtinebant, per hæc ſatis apparet. Vt autem ſciatis quòd etiam doctores non minora, imò vero multo grauiora ſuſtinebant (nam quo magis inimicos veritatis contriſtabant, hoc plures eos infeſtabant) hoc quoque ab eodem qui ſuperiora nos docuit audiemus. Corinthiis enim ſcribens ſic loquitur: *Nemini vllam impingendi occaſionem dantes, ne reprehendatur miniſteriū noſtrum: in tolerantia multa, in afflictionibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in vagationibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis.* 2. Cor. 6. Vidiſti quantum certaminum enumerauerit, quàm crebras tentationes? Rurſum eiſdem ſcribens, *Miniſtri Chriſti ſunt*, inquit, *vt inſipiens loquor, excellentius ego.* Deinde volens nobis perſuadere, quod multo præſtantius ſit propter Chriſtum affligi quàm prodigia facere, & probationem adferens quòd germanus ſit Apoſtolus, & præferendus aliis non Apoſtolis ſed pſeudoapoſtolis, non à miraculis per ſe editis argumentatur, ſed à continuis periculis in quibus verſabatur, in hunc modum ſcribens: 1. Cor. 11. *in laboribus copioſius, in verberibus ſupra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter: à Iudæis quinquies quadragenas plagas vna minus accepi, ter virgis caſus ſui, ſemel ſui lapidatus, ter naufragium feci: noctem ac diem in profundum egi: in itineribus ſæpe, in periculis fluminum, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deſerto, periculis in mari, periculis inter falſos fratres, in labore & moleſtia. in vigiliis ſæpe, in fame & ſiti, in ieiuniis ſæpe, in frigore & nuditate, præter ea quæ extrinſecus accidunt.* Hi ſunt veri Apoſtolatus characteres. Apoſtolatus characteres. Prodigia ſiquidem & alii ſæpe fecerunt, nec eis feciſſe profuit, ſed poſt omnia illa audiuerunt, Abite, non noui vos, nemo verò eorum qui eadem quæ Paulus commemorare poſſunt, vocem illam vnquam eſt auditurus: verum cum magna fiducia cœlum conſcendet, boniſque cœleſtib. perfruetur vniuerſis. Fortaſſe prolixior viſus eſt vobis ſermo noſter. Sed ne ſitis ſoliciti, non ſum oblitus promiſſionis, & ſtatim ad illā reuertar. Hæc autem non temerè longiore oratione proſecuti ſumus, ſed vt prolixiori verborum apparatu certius ac clarius doctrinam noſtram approbaremus, ſimulque afflictorum animas conſolaremur: vt quotquot in periculis verſantur & tentationibus, idoneam nacti conſolationem diſcedāt, ſcientes quod ſocij Pauli per has afflictiones efficiantur, imò verò ipſius Chriſti angelorum domini. Qui autem afflictionum eius particeps eſt in hoc ſeculo.

in

Cõſolatio in afflictionibus.

A in illo particeps erit etiam gloriæ. ait enim. *ſiquidem ſimul patimur, vt ſimul glorificemur.* ac rurſum: *ſi ſuſtinemus, vt ſimul etiam regnemus.* Omnino enim neceſſe eſt vt fidelium genus afflictionibus prematur. *Omnes enim qui volunt piè in Chriſto viuere, perſecutionem patientur.* ac rurſum: *Fili, dum accedis ad ſeruiendum Domino, præpara animam tuam ad tentationem.* Recte fac, & perdura. Bella vero promiſſio, ſtatim ab exordio in tentationes incidere. Egregia verò exhortatio & cõſolatio, eius ſeruitutis pericula confeſtim deguſtare. Plane egregia ſimul & admiranda, & maximum lucrum adferens. Quódnam illud? Audi quæ ſequuntur. *Sicut enim in igne probatur aurũ, ſic homines accepti in fornace tentationis.* Quod autem dicit ſic accipe. Sicut aurum igne exanimatum purius redditur, pari modo etiam anima, quæ inter afflictiones verſatur ac pericula, hilarior ac ſplendidior per illa euadit, omnemque peccatorum maculam abſtergit. Hinc eſt quod ad

Lucæ 16.

diuitem illum dicebat Abraham: *Lazarus recepit mala*

B *ſua:* hic autem conſolationem recipit. ac rurſum Corint. ſcribens dicit: *Propter hoc inter vos multi imbecilles & inualidi, & dormiunt multi. Etenim ſi nos ipſos diiudicaſſemus, haudquaquam iudicati fuiſſemus. At cum iudicamur à Domino corripimur, ne cum mundo condemnemur.* Quin & fornicatorem illum hac de cauſa tradidit in interitum carnis, *vt ſpiritus ſaluus fiat:* oſtendens quòd tentationes & pericula ſalutem his qui cum gratiarum actione illa perferunt, adferant; purgationemque animæ minimè vulgarem. Itaque quòd afflictiones & innumeras calamitates pertulerint fideles, tam diſcipuli quam doctores, ac ne minimum quidem reſpirauerint, varijs omnium generum bellis vndiquaque circundati, ſatis hic noſter ſermo declarauit, & plura etiã de hoc è ſacris literis ſtudioſi colligere poſſunt. Supereſt vt hæc ad propoſitum noſtrum adducamus. Quid autem propoſueramus dicere? Qua de cauſa Paulus dixerit, *Habentes eundem*

C *ſpiritum fidei.* Cur igitur dixit. Turbabat hoc diſcipulos, quod grauia quidem in re præſenti experiebantur, bona verò ſpe ſolum concipiebant, & illa quidem iam aderant, hæc longè diſtabant: illa iam cõtingebant, hæc adhuc ſpectabantur. quid mirum ſi initio precationis quibuſdam hoc vſu veniebat, quandoquidem nunc poſt tantum temporis ſpatiũ, poſt prędicationem toto orbe propagatam, poſt tot certa promiſſionum argumenta idem multis adhuc vſu venire ſolet. Nec hoc ſolum illos perterrebat, ſed & aliud quiddam, idque non leue. Quódnã hoc? Cogitabant apud ſe, quod in veteri teſtamento non ad eum modum res hominum diſpenſabantur, ſed virtutis præmia confeſtim accipiebant quicunque iuſtam ac temperatam viuẽdi rationẽ pertuliſſent. non enim poſt corporum reſurrectionem, neque in futura vita, ſed hic in præſenti vita omnes eis promiſſiones repræſentabantur. ait enim. Si dilexeris

Leuit. 26.

dominum Deum tuum, bene tibi erit, & multiplicabit Deus armenta boum tuorũ, & greges pecorum

D tuorum, non erit apud te infœcundũ, neque ſterile: non erit apud te languor neque ægritudo. Emittet Deus benedictionem in promptuaria cellarum tuarum: aperiet cœlum & dabit tibi pluuiam matutinã & ſerotinam. continuabitur area vindemiæ, & vindemia ſationi. aliaque multa ſimili modo eis promiſit, quæ quidem omnia in præſenti vita eis reddidit. Si quis eſt acutior iam præuidet ſolutionẽ. Quando igitur corporis ſanitas, agrorũ fœlicitas, liberorum bonitas atque copia, ſenectus nõ inops, anni partiũ temperies optima, annonæ bonitas, imbrium opportunitas, armentorum & gregum abundantia, omnia denique bona illis in hac vita repræſentabantur, nihilque poſt hanc vitã & in futurum ſeculum ſperandũ proponebatur: reputantes hæc fideles, quod maioribus quidem ſuis omnia bona præ pedib. erant ſita, ſibi verò in futurã vitam præmia & coronæ reponebantur, & ex fide ipſorũ promiſſiones pendebant: delaſſabantur ac deficiebant, vt quib. vniuerſa

A vita inter tentationes neceſſariò eſſet exigẽda. Hæc igitur conſiderans Paulus & malorum quæ eis impendebant magnitudinem & quod his quidem poſt ex hoc ſeculo profectionẽ laborum mercedẽ Deus eſſet pollicitus, patrib. autem præſentẽ retributionem præſtitiſſet: perſpiciensq. magnã in illis ſegnitiem è talib. cogitatiõnib. ſuboriri, & volens eos excitare ac docere quòd patrũ quoque temporib. eadẽ erat rerum diſpenſatio, multique ſpe mercedẽ percipiebant, non re: propheticum illis dictum in memoriam reuocat dicens: *Habentes eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credidi, propter quod locutus ſum:* tantum non dicens quod magnus etiam ille Dauid, egregius & admirandus Propheta, in fide retributionẽ perceperit, nõ in exhibitione, alioqui niſi res ita ſe haberet, non dixiſſet: Credidi, propter quod locutus ſum. Fides enim ad ea quæ ſperantur refertur, non ad ea quæ videntur, quæ enim videntur, facile eſt ſperare. Si igitur credidit, illis nimirũ credidit quæ

B ſperabat. quòd ſi eis quæ ſperabat credidit, quæ verò ſperantur, nõ videntur, cõſequitur eum non recepiſſe ea quæ crediderat, propterea dicit, habentes eundem ſpiritũ fidei: hoc eſt, eandẽ fidem quæ fuit in veteri teſtamẽto, etiã nos habemus. Quapropter & alibi de eius temporis ſanctis ad hunc modũ loquitur: oberrabant in ouillis & caprinis pellib. *egentes, afflicti, anxietate preſſi, quib. dignus non erat mundus.* Deinde docens quod calamitates quidem pertulerũt, mercedem verò nondum receperunt, ſubdit verba

Heb. 11.

hæc: *In fide mortui ſunt omnes hi, nec promiſſiones receperũt, ſed è longè tantum aſpectas ſalutauerunt,* & quomodo viderunt eas quæſo, quæ nondũ erant præſentes? Fidei nimirum oculis, qui cœlum penetrant, & quæ in eo ſunt vniuerſa contemplantur. Tu verò cõſidera mihi Dei ſapientiam, quomodo illis præmia è longinquo oſtenderit, quæ ideo ſuis non ſtatim dedit, quo maior fieret eorũ ſuſtinentia: oſtendit autem è

Ibidem.

C longinquo ideo, vt hac ſpe refecti, ne ſenſum quidẽ præſentium laborũ perciperẽt. Sed forſan aliquis ex his qui acrius attendunt, inter ſe pugnantia nos dicere putabit. Dicit enim: Si neq; priſcis illis repræſentata ſunt bona & pręmia, quid ita in longo extẽdiſti ſermonẽ, enumerando annos per ſuã tempora temperatos, corporis ſanitatẽ, liberorũ bonitatem ac copiã, annonæ facilitatẽ, fructuum abũdantiam, armenta, greges, & omnẽ viuendi felicitatẽ? Quid igitur ad hoc eſt reſpondendum? Quòd aliter quidẽ vulgus & imbecilliorem populum, aliter autem generoſos homines, & eam quæ eſt noui teſtamẽti viuendi rationem iam tum meditantes, tractauit Deus illo tẽpore. vulgo enim quod nec humo ſe tollere poterat, nec magnum aliquid videre, neque ſpem ſuam ad futurorum bonorum fruitionẽ extendere, præſentia bona exhibuit, imbecillitatẽ animæ eorum conſolando, & per hoc ad virtutem exercendam ipſos deducendo, atque ad rerum honeſtarum deſiderium. Eliam autem & Eliſæum & Hieremiam

D & Eſaiã & ſemel vniuerſos Prophetas, & quotquot ad magnorum & ſanctorum hominum chorũ pertinebant, ad cœlos vocabat, eaque bona quæ electis ſunt illic præparata. Quamobrẽ etiam Paulus non omnes ſimul enumerauit, ſed amictos ouillis ac caprinis pellib. in fornacem cõiectos, vinculis cõſtrictos, flagris cæſos, ſaxis lapidatos, fame & inopia laborantes, in ſolitudinib. ſpeluncis & cauernis terræ degentes, innumeraq. mala ſuſtinentes. at tum demum dixit, omnes hos in ſpe mortuos, nec adhuc promiſſionẽ recepiſſe: ſubindicans nobis non vulgus, ſed homines ad Eliæ ſimilitudinẽ accedentes. Quòd ſi quis dicat: hi autem ipſi quamobrem ne nunc quidẽ debitas ſibi coronas perceperunt: cauſam huius rei diſcat ab Apoſtolo. Cũ enim dixiſſet:

Heb. 11.

In fide ſunt mortui omnes hi, ſubiunxit, *Deo melius quiddam de nobis proſpiciente, ne ſine nobis perfectionẽ acciperent.* Communis enim eſt celebritas hęc, inquit, quandoquidẽ maior etiam eſt voluptas, dum omnes eadem opera

coro-

A ſimili.

A

coronamur. Idem fit & in Olympiacis certaminib. luctator pugil, pancratiaſta, diuerſis quidē tēporib. certamen ſubeunt, ſed vno temporis momento omnes à præcone victores pronuntiantur. Idem fit & in cõuiuiis. Quoties enim cõuiuarum alij venerunt maturius, alij adhuc cunctantur, conuiuatores in honorē abſentum iubent præſentes pauliſper manere donec illi quoque veniant. Idem etiam Deus fecit, quum enim ex toto orbe diuerſis tēporib. electos ad cõmune & ſpirituale conuiuiū inuitauit, iubet eos qui priores fuerunt, vt expectēt eos qui poſteriores ſunt venturi, vt hoc pacto omnib. vnà præſentib. vnus omnib. contingat honor & vna voluptas. Cogita enim quanta ſit honoris acceſſio, Paulū & ſui temporis homines, Abrahamum item atque eius ætatis viros, ac rurſum alios qui tot ſeculis ante illum certauerunt & vicerūt, ſedere nunc expectātes donec nos quoq; approbemur. Quòd enim Paulus nondum coronam receperit, neque eorum quiſ-

B

quam qui vnquam in certamine victores euaſerūt, imò ne recepturi quidē ſunt donec omnes qui coronandi ſunt conuenerint, audi ipſum Paulum dicentem:

2. Tim. 4.

Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: reliquum repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam reddet mihi iuſtus iudex. Quando? In illa die. Non ſolū autem mihi, ſed & omnib. qui diligunt aduentum eius. Et rurſum alibi indicās quod bona illa vniuerſis ſimul ad fruendum concedentur, ad Theſſal. ſic ſcribit.

2. Theſſ. 1.

Siquidem iuſtum eſt apud Deum vt reddatur affligentib. vos afflictio, vobis autem qui affligimini relaxatio vnà vobiſcum. Ac

1. Theſſ. 4.

rurſum. *Quoniam nos qui viuimus, qui relinquimur vſque in aduentum Domini, non præueniemus eos qui iam obdormiuerūt:* per hæc omnia docens quòd oportet nos ſimul omnes & in commune cœleſtis honoris poſſeſſionem ac fructum accipere. Hoc ipſum etiam illis qui nos præceſſerunt magnā adfert voluptatem, quòd vnà cum propriis membris ſint ineffabilib. illis bonis

C

perfruituri. Etenim pater menſam habens ſplendidam ac opiparam, tum demū maiore cum voluptate ea fruitur, quando liberi ſunt eius voluptatis ac hilaritatis participes. Ad eundem modū etiam Paulus eiuſque ſimiles, ita demum ampliorem ſentient animi voluptatem, quando vnà cum propriis membris illa perfruentur. neque enim patribus tātus eſt erga liberos affectus, quantam illi ſolicitudinem gerunt de eis qui eandē virtutis viam ſunt ingreſſi. Vt igitur etiam nos in eorū qui tunc honorabuntur numero ſimus, demus operam vt ſanctos illos aſſequamur, & quomodo aſſequi poterimus? Quis nobis viam, quæ ad illos ducit, indicabit? Ipſe ſanctorum illorum dominus, qui nō ſolum quomodo illos aſſequamur docet, verumetiam quomodo illorum omniū cõtubernales ac ſodales fieri poſſimus. ait enim:

Luc. 16.

Facite vobis amicos ex iniquo mammona, vt cùm defeceritis recipiant vos in æterna ſua tabernacula. Rectè dixit æterna.

D

Nam in hoc ſeculo etiamſi ſplendidam domum habeas, omnino vetuſtate eſt peritura: imò prius quā illa pereat mors irruens eiiciet te ex magnifico iſto domicilio: non rarò verò vel ante obitum reb. turbatis calumniatorum impetus ac inſidiæ faciunt vt inde eiiciaris. Illic autē non eſt quod tale quicquam verearis: non corruptionē, non mortem, non ruinā, non damnum à calumniatorib. nō aliud quicquam. Sed immobile & immortale eſt domicilium. quapropter æternum illud appellauit. Ex iniquo mammona. Vide quanta ſit domini benignitas, quanta bonitas ac æquitas, neque enim temerè hoc adiunxit. Sed quoniam plerique diuites ex rapinis ac fraude diuitias ſibi cõparauerunt: Malè, inquit, factum, nec oportebat ita pecunias colligere: verūtamen quandoquidem iam collegiſti, deſiſte à rapina & fraude, & vtere pecunia ad ea quibus opus habes. Non iubeo vt ſis ex rapto miſericors, ſed vt à fraude temperans diuitiis, ad benignitatem & eleemoſynam vtaris. Niſi enim à rapina deſiſtas, ne eleemoſyna quidem erit: ſed etiamſi innumeram pecuniam des

Eleemoſyna ex iniuſtis Deo nō placet.

A

in manus egenorum, à fraude & rapina interim non abſtinens, in homicidarum numero à Deo computaberis. Quapropter oportet à fraude abſiſtere, ac tum demum in egenos miſericordē eſſe: magna enim eſt eleemoſynæ vis, de qua etiam in priore conuentu apud vos diſſeruimus, ac nunc quoque diſſeremus. Sed ne quis veſtrum ita cogitet, hanc admonendi aſſiduitatem ad auditorum tendere accuſationem. Nam & in certaminib. illi potiſſimum à ſpectatorib. excitantur, qui ad metam propius aſpirant, & certiorem victoriæ ſpem habere videntur. Ergo quia magna alacritate video vos de eleemoſyna ſermonem excipere, eo magis libet iſtam exhortationem continuare. Medici animarum noſtrarum ſunt pauperes, benefactores & protectores. neque enim tantum das, quantum accipis. das pecuniam, & accipis regnum cœlorum, ſubleuas egeſtatē, & reconcilias tibi dominum. Vides imparem eſſe retributio-

Eleemoſynæ laus.

B

nem: hæc ſunt terrena, illa cœleſtia: hæc peritura, illa permanētia: hæc corrumpuntur, illa ſunt extra corruptionis periculum. Hac de cauſa maiores noſtri pro forib. eccleſiarum pauperes conſtituerunt, vt vel inhumaniſſimum & ſegniſſimum quemque aſpectus ipſe egenorum ad commiſerationem excitet. Vbi enim ſtat chorus ſeniculorū incuruorum, pannoſorum, ſqualidorum, ſordidatorum, baculos tenentium, atque his ægrè ſe ſuſtentantiū, nonnunquam oculis orbatorū, totoque corpore malè mulctatorum, quis tam ſaxeus eſt, quis tam adamātinus, qui ad eorum grandæuitatem, imbecillitatem, cæcitatem, egeſtatem, habitus vilitatem, totque alia ad condolendum mouentia, obdurare ſe & inflexibilis queat permanere? Hac de cauſa pro forib. noſtris ſtant, ipſo aſpectu, magis quam vllis verbis poſſunt, ad beneficentiā prouocantes eos qui introgrediuntur. Quemadmodum enim ſolemne eſt vt fontes

Pauperes ante Eccleſiā quare conſtituātur.

C

præſto ſint ante oratoria, vt adoraturi Deum manus prius lotas inter precandum attollant: ita pauperes fontium vice ante fores collocarūt maiores noſtri: vt non aliter quam manus abluimus aqua, prius per beneficentiam abſterſa anima, tum demum preces noſtras offeramus. Non enim tam apta eſt aqua ad abluendas corporis maculas, quam eleemoſyna ad abolendas ſordes animæ. Quemadmodū igitur non audes illotis manib. ad precandum intrare quamuis leuius ſit hoc crimen, ita nec abſque eleemoſyna ad precandum vnquam accedas. Atqui non rarò etiam cum puras manus habeamus, non tendimus ad Deum niſi prius lotas: tantū valet conſuetudo: quāto magis idem in eleemoſyna eſt faciendū, & licet nullius magni peccati nobis ſimus conſcij, tamen eleemoſyna data conſcientiam noſtram abſtergere oportet. Multa in foro tibi cõtraxiſti mala. inimicus irritauit, iudex aliquid parum decorum facere compulit, verba ſæpe effutiuiſti non bona, ne amicum

D

offenderes: peccatum aliquod admiſiſti, alias non paucas maculas cõtraxiſti, vt ſolent homines qui in foro verſantur, in iudicum conceſſu interſunt: rem populi adminiſtrant: pro his omnibus Deū accedis exoraturus, & veniam petiturus. ergo da pecuniam in manus pauperum, & abſterge illas maculas, vt cum fiducia inuoces rogans illum qui poteſt peccata hæc remittere. Si te aſſuefeceris nunquam ſine eleemoſyna ſacra hæc veſtibula intrare, nec ſponte, nec inuitus, vnquam ab hoc bono opere abſtinebis: tantum valet conſuetudo. Et ſicut quomodocumque ſe res habeat nunquam ſuſtines illotis manib. precari, poſteaquā ſemel conſuetudinem hanc vſurpaſti, ita etiam in eleemoſyna ſi hanc legē tibi præfixeris, volens nolens quotidie illam implebis, ipſa conſuetudine ad hoc pertractus. Ignis eſt precatio, præcipuè cùm à vigilante & ſobria mente proficiſcitur: ſed ignis iſte opus habet oleo, vt ad ipſa cœli conuexa perueniat. cæterùm oleum quo ignis hic fouetur non aliud eſt quam eleemoſyna. Affunde igitur oleum hoc largiter,

vt exhi-

vt exhilaratus hoc tuo bono opere, cum maiore alacritate precationē tuā abſoluas. Sicut enim qui nullius bonæ rei ſibi ſunt cōſcij, nulla cum fiducia precari poſſunt: ita qui benè aliquid egerũt,&,poſt iuſta opera ad precandũ ſe cōferunt, læti recordatione bene geſtorum, maiore cũ alacritate ſupplicationem ſuā offerunt, vt igitur hac quoq; parte efficaciores ſint preces noſtræ, nimirum mēte per recentis beneficentiæ memoriam excitata, cum eleemoſyna ad precandum accedamus,& diligenter omnia quæ dicta ſunt in memoria retineamus, & ante omnia illam pauperum faciem, qua eos dixi pro foribus oratorij cōſiſtere, in eum animæ vſum in quem fontanam abluendis manibus vertamus. Si enim horum memores continuè mentem abluerimus, poterimus & puras preces ad dominum allegare,& cæleſte regnum conſequi, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria,& imperium in ſæcula,&c.

IN SANCTOS PETRVM APOSTOLUM, & Eliam Prophetam Oratio.

INCERTO INTERPRETE.

Ex Simeone Metaphr. apud L. Surium tom. 4. & edit. Græ. Lat. oper. S. Ioan. Chryſoſ. apud Cl. Mor. 1609.

PAuci hodierno die noſtræ concioni præſentes ſunt, quænam cauſa eſt, quamobrem id facere debeatis; martyrum diem feſtum celebramus, & nemo nobis occurrit. an verò viæ ſpatium ſegnes illos reddidit? imò verò non interuallum viæ, ſed ſegnities ipſa eos impediuit. Sicut enim ſolertem virum animo,& propoſito alacrem nulla res detinere poteſt, ita ſegnem,& remiſſum hominem omnia poſſunt impedire. Martyres pro veritate ipſa ſanguinem ſuum effuderunt,& tu ne breuem quidem viam ſubire potes? illi pro Chriſto capita ſua poſuerunt, tu verò eiuſdem Chriſti cauſa neque extra vrbem vis egredi? Dominus ipſe propter te mortuus eſt, & tu in propter illum ſegnem te oſtendis? martyrum celebratur memoria, tu verò verò piger es,& iacentem animum habes, quem oportet hic præſentem eſſe,& diabolum ſuperatũ, martyrem verò ipſos ſuperantem videre, necnon Dei gloriam celebratam, Eccleſiamque corona inſignitam? Sed iſtorum excuſatio talis eſt: peccator, inquit, ſum, idcirco feſto diei occurrere non poſſum. Maximè, inquam, ob hanc cauſam quoniam peccator es; occurrere debes diei feſto, vt iuſtus efficiaris. At ſi iuſtus es, occurre, ne à iuſtitia excidas. Ecquiſnam ex hominibus, quæſo ſine peccato eſt? propterea ſacrificium & Eccleſia, propterea preces ac ieiunia, & quoniā multa ſunt animæ vulnera, propterea medicamenta ipſa inuenta ſunt, quæ ſingulis animæ vulneribus cōgruentem medicinā adferunt. Habes Eccleſiā, & ſacrificium quod perficitur, habes patrũ orationes, habes Spiritus ſancti domum, martyrũ memorias, & ſanctorum congregationem, multaq; alia quæ ſunt huiuſmodi, quæq; poſſunt te à peccatis ad iuſtitiā reuocare. Cum res ita ſe habeat, tu tamen ad martyrũ preces occurrere noluiſti: Dic, age, quam peccati veniā habere poteris? nihil mali in via poſitũ fuerat,& tamen detētus es, quo minus ad martyrum concordiā celebrādam conuenires. Sed dices vnam aliquā ex ijs, quæ huius vitæ ſunt, curā te detinuiſſe: maius certè hoc crimen eſt, cum ne breuem quidem horā Deo ipſi conferre volueris, vt integrā totius diei mercedem reciperes; peccator, inquit, ſum,& nō poſſũ facere quod dicis. Quia peccator es, propterea magis hoc debes. An ignoras eos etiam qui altari aſſidēt, peccatis eſſe affixos? carne enim ſunt induti & ſanguine, atq; oſſibus cōpoſiti. Nos etiam ipſi in cathedra ſedentes,& alios docentes, peccatis quidem cōplicati ſumus. Non propterea tamen de benignitate diuina deſperamus, neque duritiem, aut inclementiam aliquam Deo ipſi affigimus. Omnes, inquam, homines ſumus ijſdem elementis compoſiti, neq; docendi munus recuſamus, immenſum diuinæ in humanum genus benignitatis pelagus conſiderantes: Et vobis quidem, ſi poſt peccata cōmiſſa in Eccleſiam ingreſſi fueritis, non tātum crimen eſt: ſub magiſtro enim viuitis: nos verò quantò dignitate præſtamus, eo maiori culpæ ſumus obnoxij. Aliud enim eſt eum peccare, qui docetur, aliud doctorem ipſum delinquere. Non ob id tamen docendi locum recuſamus, neque ſubmiſſionis prætextu ad ſegnitiem decidimus. Nam & hoc diuina quadam diſpenſatione factum eſt, vt ſacerdotes etiam ipſi peccatis ſubiecti ſint. Audi, quæſo, quomodo res ſe habeat, ſi doctores & ſacerdotes ipſi non peccarēt, neque vitæ huius affectibus ſubiecti eſſent, certè inhumani, & à venia alijs danda eſſent abhorrētes. Sed propterea ipſos etiam ſacerdotes affectibus ſubiectos eſſe Deus voluit & præſides, vt eorum, quæ ipſi patiuntur ſenſum habentes, alijs etiā veniam darent. Ita Deus mundum ſemper optimè gubernauit; quippe qui non iam tantum, ſed etiam olim & illos ipſos, quorum fidei Eccleſiam & populum commiſſurus erat, permiſit peccato ſubijci, vt à ſuorum conſcientia admonerentur in alios eſſe benigniores. Nam ſi ipſi non peccaſſent, nullam peccantibus veniam daturi eſſent, ſed inhumanitate ducti, omnes ab eccleſiæ corpore abſcidiſſent. Quod autem res ita ſe habeat, neque temere, aut coniectura ductum me hoc dicere exiſtimetis, age, rebus ipſis conſideratis probemus, quod dicimus, Petro Apoſtolo claues regni cælorum,& populorũ multitudines eius fidei committendæ erant: Quid enim ait illi Dominus? *Quodcunq; ligaueris ſuper terrā, erit ligatum & in cælis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* Erat autem Petrus non mitis, ſed admodum ſeuerus,& aliquanto durior. Quod ſi ad eius naturam illud etiam acceſſiſſet, vt nullis peccatis ſubijceretur, quæſo, quam veniam habituri fuiſſent, qui ab illo docendi erant? propterea hoc egit Dei gratia, vt paululum ab ipſo deſciſceret Petrus, & peccato alicui ſubijceretur, quò ex his, quæ ipſe paſſus fuerat, diſceret, humanior eſſe in alios. Sed vide cuiuſmodi hominem peccato permiſit ſubijci; Petrum illum, talem ac tantum virum, Apoſtolorum verticem, fundamentum immobile, petram ſtabilem, & quæ frangi non poſſet, Eccleſiæ principem, portum inexpugnabilem, turrim firmam, & quæ non poſſet concuti. Hic, inquam, fuit Petrus ille, qui dicit Chriſto: *Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo*, Petrus ille fuit, qui diuina reuelatione doctus, veritatem confeſſus ait: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Hic cum nocte illa, qua traditus eſt Chriſtus, ingreſſus ſtaret ad prunas & calefieret, ait illi puella quædam accedens, & tu heri cum Ieſu homine iſto eras. Cui ipſe, Non noui hominem iſtum. Hem Petre! modo dicebas, *Si oportuerit me mori tecum, non te negabo*: & nunc eum negas, & ais, Non noui hominem iſtum? hoccine eſt iſtud omne, quod promittebas? Nondum tormenta, nondum flagella propoſita tibi ſunt; ſed ſimplex vilis cuiuſdam puellæ verbum audiſti, & ad negationem prolapſus es. Negas ne Petra? nulla tibi tormenta, nulla flagella, nullæ plagæ, nullus furor, nulli principes, nulli gladij acuti, nulla iuſſa, nulla edicta, nulli Reges minantes, nullæ denique inſtantis, aut mox futuræ mortis minæ tibi obiectæ ſunt: nondum carceres, & præcipitia, & mare, nondum aliquid tale terrorem tibi attulit, & Dominum negans, ais, non noui hominem iſtum. Rurſus puella cœpit ille dicere, *Et tu heri cum homine iſto eras?* At Petrus, *Non noui*, inquit, *hominem iſtum*: Quiſnam eſt Petre, qui te negare facit? Non vnus, inquam, aliquis ex illis grauioribus, ſed fœmina, eaque oſtiaria, abiecta, & captiua quædam puella nullius pretij mulier. Talis, inquam, eſt, quæ te interrogat, & tu confeſtim negas? ô rem nouam,

Negligentiam non venientium ad feſtiuitatē Martyrum taxat.

Cur ſacerdotes peccatis obnoxios eſſe Deus voluerit.

Cur in peccata prolabi ſinat præſules Deus.

Math. 16. 19.

Math. 16. 35.

Math. 16. 16.

& admirabilem! puella Petrum illum, meretrix illius Petri fidem conturbauit, Petrus illa eccleſiæ columna ac propugnaculum, puellæ vnius minas non ſuſtinuit, ſed tantum locuta eſt, & columna ſtatim quaſſata eſt. Verbum puellæ proceſſit, & columna illa concutiebatur: illa locuta eſt, & propugnaculum fluctuauit. Quémnam vidiſti, Petre, vt Chriſtum negares? puellam vilem, & ianuæ cuſtodem contemnendam: hæc, vidiſti, & Chriſtum negas? Rurſus igitur tertio, Et tu heri cum homine iſto eras: & tamen tertio negauit, & illum deinceps intuitus Ieſus, quæ dicta fuerant illi in memoriam reuocauit; quibus intellectis flere cœpit, ac pœnitentiam agere peccati commiſſi; verum enimuero permiſit hoc illi: nouit enim illum, vt hominem humanum quiddam paſſum fuiſſe: cum ob eam maximè cauſam, vt dixi, ipſum peccare permiſiſſet, quod populorum multitudo illi credenda erat, ne ſeuerus, & innocens, à venia proprijs fratribus impartienda eſſet alienus. Succubuit igitur peccato, vt delictum ſuum, & domini veniam conſiderans, condonaret & alijs benignitatis cauſa, iuxta diſpenſationem Deo congruentem, permiſſus enim eſt peccare is, cui Eccleſia credenda erat, illa videlicet Eccleſiarum columna, portus fidei. Petrus orbis terrarum magiſter peccare permiſſus fuit, vt hæc permiſſio humanitatis argumentum alijs proponeretur. Sed quam ob rem hæc à nobis dicta ſunt? Quoniam & nos ſacerdotes in cathedris ſedentes, peccatis colligit ſumus. Propterea enim non Angelo, neque Archangelo ſacerdotium commiſſum eſt (liberi enim ſunt à peccandi libidine) ne videlicet ob ſeueritatem eos qui ex populo peccarent, cōfeſtim fulguribus transfigerent: ſed homini à Deo cathedra hæc commiſſa eſt, qui & ipſe libidine, & peccatis colligatus eſt, vt ſi quem peccantem inuenerit, ſuorum peccatorum conſcius, in eum, qui peccat, benignus efficiatur. Nam ſi Angelus ſacerdos fuiſſet, & aliquem ſtuprum inferentem inueniſſet, ſtatim eum de medio ſuſtuliſſet, cùm ipſe huic libidini ſubiectus non eſſet. Si Angelus poteſtatem ſacerdotalem accepiſſet, peccantes homines non doceret: Sed in iram mortiferam concitatus, repēte illos perderet, propterea quod talis non eſſet. Itaq; ob id homini commiſſa eſt Eccleſia, quod ſciat ſe delinquere, & peccata expertus ijs, qui peccant, veniam dare poſſit, ne iraſcente illo, Eccleſia inanis fiat. Sed curnam tam minutis orationibus de Petro loquens, ad aliam perſonam ſermonem non transfero? Age, in medium proferamus prophetam illum Eliam, terreſtrem angelum, & cæleſtem hominem, qui humi quidem ambulabat, & ea, quæ in cælis ſunt, gubernabat: Erat trium cubitorum ſtaturę homo, & per ſublimem aeris regionem perambulabat, & vſque ad ipſa cæli faſtigia protendebatur: ille, inquam, aquarum cuſtos, cuius lingua aquarum fuit theſaurus, & clauis cælorum: ille idiota, & philoſophus; pauper & diues; pauper, quòd nihil poſſideret: diues, quod cæleſtes nubes lingua ſua detineret, & ipſe deterior erat ad condonandum peccatoribus, ita vt Deum oraret, ne daret pluuiam. *Viuit*, inquit, *Dominus ſi erit pluuia, niſi per os meum.* Quid facis Elia? quid pronuntias? ſaltem ora dominum, ac deinde ſermonem adimple. *Viuit Dominus ſi erit pluuia, niſi per os meum.* Vbinam ſunt hæretici, qui dicunt, filium Dei orare? Miſer homo, & impudens, quid ais? Elias pronuntiat, & Dei filius orat? ſeruus iubet, & Dominus obſecrat? neque eum honorem Dei filio tribuis, quem & Eliæ? An non vis parem ſaltem dignitatem domino concedere, & ſeruo? Non erat, neque precatur Elias, ſed veritatis ſermonem proponit, & cælum ipſum claudit; Ora prius Elia. Quid igitur ad hoc Elias? ſcio, inquit, quod me audiat dominus meus, zelo enim impulſus hoc facio. O rem nouam, & admirabilem! vidiſti dominum ſerui beneuolentia ſuperatum? Etenim Elias ipſe multo zelo impulſus hoc fecit: videbat enim multa abſurda fieri: videbat ſcortationem multa cum nequitia rem publicam regere. Atra ſiquidem nox orbem terrarum oppreſſerat, denſiſſima quædam nebula cuncta obtegebat, itaque omnes in peius proficiebant, erat orbis terrarum naufragium, non aquarum, ſed intemperantiæ: propulſata enim temperantia, incontinentia ipſa dominabatur. Virtus expellebatur, & vitia, tamquam res aliqua legitima, colebantur. Colles, montes, ſaltus, viæ, & promptuaria atq; aer tenebris contegebantur. terra polluebatur. itaque obfucato ſole, cælum erat caliginoſum. Omnis creatura propter idolorum culturam coinquinabatur, ergo tamquam in nocte aliqua, omnes ambulabant, rebus creatis animum adhibentes: videbant lapidem, & tamquam Deum adorabant: videbant ligna, & illa ſimiliter vt Deos colebant. Altiſſima igitur nox illos oppreſſos tenebat, cùm creatorem cernerent, & res creatas adorarent. In tam multis tenebris ſolus Elias virtutis lucernam tenens, & tamquam in quodam montis vertice, in ſapientiæ faſtigio ſedens, virtutis quidem facem præferebat, ſed ſplendorem præferens, nihil tamen eos iuuabat, eò quòd illorum mens tenebris oppreſſa erat, & idololatriæ ſceleribus detinebatur. Excandeſcebat igitur Elias, animo diſſecabatur, lamentabatur, & multis verbis illos ab erroribus reuocabat, ſed nemo tamen eum loquentem audiebat: cohortabatur, ſed nemo illi obtemperabat. Zelo igitur commotus, illos erudire voluit, vt fame ipſa tabefacti, preces ſuas tandem ad creatorem transferrent, ac fames pietatis materies illis fieret. Nihil, inquit, aliud homines iſtos erudire poterit, niſi fames, vt vel ſic anguſtijs vndique coarctati, ad omnium creatorem Deum reuertantur. Quid igitur Elias? *Viuit Dominus, ſi erit pluuia, niſi per os meum.* prolata fuit: hæc vox à Propheta, & ſtatim aer mutatus eſt, cælum æreum factum fuit, non naturam mutans, ſed facultatem ſuam refrenans: ſtatim elementa, tamquam in aliam quandam figuram conuerſa ſunt. prophetæ oratio, tamquam flamma quædam, ad terræ viſcera demiſſa eſt, & omnia ſtatim exareſcebāt, omnia vaſtabantur, omnia deſtruebantur, ſtatimq; videre licebat herbas ipſas areſactas, itē arbores ac plātas, tam fructum ferentes, quàm quæ fructum non ferunt; tā quæ in campis, quàm quæ apud mare conſitæ erant, omnia ſimul areſacta, omnemque ætatem anima præditam iamiam deſtruendam, puerorū lamentationem, matrum eiulatum, & deſperationem multam. Vna fuit Prophetæ oratio, ſed vide quam multa effecerit. Omnes igitur feræ moriebantur, iumenta, pueri, viri, animalia, volucres omnes, deniq; orbis terrarum erat naufragium, & calamitas ipſa totam terram occuparat. Nemo ſeruabatur, ſed vniuerſi propter aquarum penuriam moriebātur: areſcebant plantæ, arbores, fontes, fluuij, ſtagna, & paludes, omnia deniq; perire videbantur, & vniuerſale quoddam naufragium non per aquam, ſed per aquarum penuriam vniuerſam terram detinebat, cælumq; ipſum claudebatur & detentum erat, omnemq; naturam mutauerat. Omnia igitur moriebātur, & ira pœnaq; à Deo miſſa perdebātur vniuerſa, ſed nihil tamen Elias hæc ipſa curabat: Nam præ zelo tamquam ebrius efferueſcebat contra eos qui Deum nō quærebant. Ergo & immatura ætas extinguebatur, Quid agis, Elia? Eſto, iuuenes peccarunt, cur infantes caſtigantur? Eſto, homines deliquerunt, cur iumenta ipſa vna cum illis moriuntur? Tantâne immanitate indutus es, vt homines nihil cures? Non habes vxorem, non infantes: ob id pereuntes homines tibi curæ non ſunt? Quid igitur Deus ad Eliam? *Vade*, inquit, *ad fluuium Cherazam, & præcipiam coruis, vt te nutriant illic.* Libenter hoc loco quæſiuerim ab homine Iudæo, in medium adducto, vt oſtendam ipſi quemadmodum lex ea, quæ legis ſunt,

Idem exemplo Eliæ confirmat, & eius zelū laudat.

1 Reg 17.1

3 Re 17.4

A gis ſunt,euertat,& ipſa ſecum pugnet, firmitatem non habens,quippe quæ non erat veritas,ſed ſvmbra:non in lege ipſa continebatur vmbra:hæc autem noſtra lex ſine dubio continet veritatem: res illæ figurâ,noſtræ facta, exprimunt. Elia iſte quem veneraris, quem venturum expectas, quem nulla oratione celebras,quem Prophetam appellas;ille, inquã,Elias quomodo à coruo nutriebatur? Coruus enim in lege impurum animal habetur, coruum, inquã,lex ipſa præcepit impurum eſſe animal; quomodo ergo ab impuro coruo nutriebatur Propheta? Quando enim impurũ coruum dicebat,omnino qui à coruo nutriebatur, eũ quoque impurũ fuiſſe oportet. Sed caue hoc dicas,caue,inquam,hoc ſentias,cum diuinus Elias à coruo nutritus fuerit,nihil ex ijs,quæ à Deo creata ſunt,impurũ eſſe exiſtimabat. Interuallo autẽ tẽporis factũ eſt, vt ſit fluuius ille exareſceret: Eliã igitur Deus illinc excitans,

Coruus immundum animal ſecũdum legẽ.

3.Reg.17 *Surge*,inquit, *vade in Sarephtha Sidonia, & præcipiã mulieri viduæ,vt te nutriat illic*. Hoc autẽ qua diſpẽſatione Deus effecerit,velim audias : quoniã videlicet neſciebat Elias, quomodo apud alias nationes res ſe

B haberet. Cũ enim in vno certo loco ſederet, neq; orbis terrarũ calamitatem videre poſſet, quomodo omnia areſacta eſſent,paludes,fontes.fluuij,plãtæ, arbores,fructus,tam maturi,quã immaturi,tam quæ ferunt,quam quæ nullos ferunt fructus, tam quæ apud fontes, quam quæ apud paludes aquarum, cùm,inquam.hæc ignoraret,& volucrum,aliarumque rerum omnium interitum,puerorum mortẽ,& matrum vlulatus,tantam denique orbis terrarum calamitatem neſciret,excitans illum Deus fecit, vt multã terram peragraret, illuc ad Sidonem vſque proficiſcens,vt ita ſaltẽ cum vidiſſet Elias quo pacto res ſe haberent,rogaret deinceps dominũ ſuũ, vt pluuiam dare vellet. Excitauit igitur illum ob hanc rationem ad iter tam longum aggrediendum

C Deus,non quod non poſſet eum illic nutrire,ſed vt Eliæ oculis calamitatem illam ſubijceret, qua ad pluuiam ab ipſo rogandam alliceretur. Poterat quidem Deus ſine Elia hoc facere:ſed nolebat tamen proprium famulũ contemnere, ne malorum cõciliatorem Eliam, bonorum autem Deum fuiſſe diceres. Itaq; ſerui ſui obſecrationem expectabat; ſed neq; ſic ille ad miſericordiã flectebatur, quinimo duritia quadam vſus, neque cuiuſquam rationem habens immanitate quadam imbutus, viã illã peragrabat:Zelo enim(vt ante dixi ebrius erat. Cur inſanis Elia? cur tanta inhumanitate indutus es? Expecta pauliſper, & redargueris etiã ipſe peccato eſſe obnoxius. Propter eorum peccata, qui terram habitant,aëris ſiccitatem à Deo ipſo impetraſti,cęlum clauſiſti,terræ frænũ impoſuiſti, & naturæ curſum retinuiſti:neque pro his, quæ fiunt Deum ora-

D re vis; non multò poſtea : & ipſe peccato ſubiectus eſſe redargueris,benignitatemque , ac veniã à Domino impetrabis , vt tu quoque in conſeruos tuos mitem atque humanum te oſtendas. Sed quamobrem hodierno die harum rerũ narrationem exponendam ſuſcepi? vt ſcilicet vobis oſtenderem propterea non vnum aliquem ex angelorum numero in terris ſacerdotem præfectum fuiſſe, ſed hominẽ ex homine genitum, ne ſi peccatorum omnino eſſet expers , peccantes homines ſine miſericordia è medio tolleret. Sed propterea homo creatus eſt ſacerdos, vt ex proprijs affectibus diſceret humanæ naturæ conſortibus veniam largiri : itaque in medium protuli magnos illos viros, quibus cum multos populos crediturus eſſet Deus , eos peccato ſubijci permiſit ſed poſtea peccatum illis cõdonauit, vt ex ijs quibus ipſi eruditi eſſent , benigni fierent . Primum Petrum illum tantum Apoſtolũ adduxi,qui cum peccare permiſſus fuiſſet, diuina benignitate adiutus,pœnitentia peccatũ deleuit: age ergo redeamus ad Eliam, & rectè factorum eius pelagus oſtendamus : quoniam volebat quidem Deus

Cur homines hominibus præfecerit in ſacris Deus non angelos.

A benignitate vti,ſed ille nolebat. Volebat Deus pluuiam dare,ſed petitionem à ſeruo requirebat. Cum igitur totum iter perfeciſſet Elias,venit in Sarephtha Sidoniæ, & vidit mulierem viduam ligna colligentem. Veruntamen Eliæ philoſophiam ac fidem vide:rurſus aliud nos virtutũ eius pelagus excepit. Non dixit Deo: Ad quem mittis me? tanta me ſubire cogis pericula,& ad viduam me mittis , extremã ad famem? nunquid enim non alij ſunt opulentiores viri,qui meam poſſint egeſtatem leuare:ſed tot ſpatia terrarum peragro,vt ad viduã perueniam,ad ipſam malorum calamitatem, nec tantum viduam, ſed etiam pauperculam ? Animaduerte quo pacto nihil horum dixit famulus: quippe qui in dominũ ſuum confidebat,qui ea quæ impoſſibilia ſunt,poſſibilia reddit. *Abi*,inquit,*in Sarephtha Sidonis,& ecce vidua vna ligna colligens* . Quid igitur adhuc ingrederis Elia? cur autem accurris ad viduam? vidiſti paupertatis veſtibulũ:ne interroges quanta ſit eius tenuitas,nihil quęras de his,quæ intra domum ſunt,cùm paupertatis ingreſſum iam videris . Quid eſt quod

B in eius domũ introire velis ? vidiſti ligna colligentem,& ab ea nutriri poſtulas? Sed habebat ille tanquam pignus quoddá,Domini ſermonem: abijt igitur illuc, vt cum vidua loqueretur. Sed quidnã ait? *Da mihi*,inquit, *paululum aquæ vt bibam*. Animaduerte ſapientiam Elię,quemadmodũ non ſtatim ad maius aliquid petendum venit,ſed ad id, quod erat vilius. Non dixit,da mihi panem,ſed da mihi aquam:prius aquam petijt,coniectura colligens,quod ſi aquę facultatem habuerit,poſſit & panis facultatẽ habere. Da mihi,inquit, paululũ aquæ: Abijt vidua, aquam tulit:quam cùm ille bibiſſet,animũ auxit,& ait: *Sume mihi,& buccellã panis vt comedã* : Cui reſpondit vidua,*viuit Dominus,ſi eſt mihi panis cinericius niſi pugillus farinæ in hydria, & paululũ olei in lecytho, quæ cum confecerimus,comedamus ego & filij mei,& moriemur*. Quid ad hæc

C Elias? *vade*,inquit, *& fac mihi ſubcinericium panem ſeorſum, & comedam , & poſtea facies liberis tuis vt comedent*. Quid ais,Elia? eſto,panem petis:cur ſeorſum,& primum tibi dari vis? An non gratias agere deberes, ſi vnà cum filijs viduæ comederes ? tu vis ſolus panẽ comedere, & eius filios fame necari ? ſcio, inquit Elias,quam copioſa ſit Domini mei liberalitas: Hęc ille,vidua verò,non eius ſermones obſtupuit, neq; tale quippiam abſurdum cogitauit; aut dixit. Tu es, qui famem hanc intuliſti,& ex reliquis huius famis à me nutriri poſtulas ! Non dixit: tam magnã orbis terrarũ partem prætergreſſus ad me veniſti , vt liberos meos fame corrumperes , ipſe author famis exiſtens? Nihil tale dixit,ſed Abraham illũ imitata ingreſſa eſt domum, & fecit ſicut à Propheta dictũ fuerat. Quinimò licebat videre viduam illã magis quàm Abraham hoſpitalitatis amantem. Ille enim

Laudat viduæ generoſum & liberalẽ animũ

D cũ eſſet locuples, angelos hoſpitio excepit : at hæc poſt famem mortem expectans,Prophetã excepit. Itaq; videre licuit naturam contemptã,& hoſpitalitatem honoratã : licebat videre eius viſcera proiecta,& Prophetã ſuſceptum,cum integram filiorũ multitudinẽ ſepulchro mandauit . Quantum enim fuit in viduæ propoſito,omnes eius filij mortui ſũt: ſed Dei benignitate factũ eſt, vt viuerẽt, & incolumes eſſent. Neſcio certè quibus verbis huius viduę laudes cõprehendam , quẽadmodum ſeipſam & filios contẽpſerit, & hoſpitalitatis ſtudiũ ſecuta fuerit,quemadmodũ eius natura nõ rapuerit,vt viſcera non diſſoluta ſint,cùm videret integrã filiorum multitudinẽ iam iam fame periturã. Sed illa animũ gerens omnibus his rebus ſuperiorẽ , accepit Prophetã hoſpitio. Cũ verò Propheta ipſe panẽ accepiſſet,& comediſſet,deinceps mercedem retribuit. Hoſpitalitatis ſemẽ vidua ſparſit,& ſtatim florentẽ, atq; copioſam hoſpitalitatis meſſem collegit. Quid enim Elias ait viduæ ? *Viuit Dominus, hydria farinæ non deficiet,& lecytus olei non immiuuetur* . facta eſt viduæ dextera torcular, & ſiniſtra facta eſt area, & manipuli

Digitized by Google

A fructum in ipſa neceſſitate reddentes, ac propter Prophetæ dicta viduam illam nutrientes. Torcular & area facta eſt domus viduæ: non imber nō pluuia, non ver, nō autumnus, non æſtas, non ventorū vis, non temporum mutationes, ſed verborum vnum ex illius Prophetæ ſententia prolatum, abundãtem rerum copiam viduæ ſuppeditauit. Poſt hæc (vt orationem concidam) abijt illinc ad regem Achab. Dicam nunc eius recte facta, vt cum peccantem videris, diſcat ex Dei gratia bona omnia proficiſci. Sed quidnam Eliæ dixit Achab? *Tu*, inquit, *es, qui peruertis Iſraelem?* Cui Elias reſpondit: *Non ego id facio, ſed tu, & domus patris tui.* Vidiſti liberam Prophetæ orationem quemadmodum regem ipſum redarguit: poſt hæc cum ſederet in monte, venit ad ipſum quinquagenarius, & ait: homo Dei, deſcende quia rex te vocat. Cui Elias: *Si homo Dei*: inquit: *ſum ego, deſcendat ignis de cælo & deuoret te, & quinquaginta tuos.* Deinde ſecundus alius quinquagenarius ait: Homo Dei, deſcēde, quia rex opus te habet, *Si homo Dei ſum ego*, inquit Elias, *deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quīquaginta tuos.*

Eliæ reſponſum liberum Achab regem alloquentis.

4. Reg. 19.

B Ad hæc venit ad orationis conuentionem: cumque ſacerdotes illos infames Baal prouocaſſet: oremus, inquit, & addidit: facite vos ſeorſum altare, & eligite duos boues, & imponite ligna ſuper vnum bouem, & ignem non imponite, & ego idem faciam: poſtea inuocate in nomine deorum veſtrorum, & ego in nomine Dei mei, & qui Deus exaudierit ignē mittendo, hic erit verus Deus, fecerūt ſacerdotes infames altare, & cœperunt inuocare Baal dicētes: Exaudi nos Baal, exaudi nos. Cùm verò multæ preces funderentur, & nemo eſſet, qui exaudiret (nō enim erat vox neque auditio) expectabat Elias, patientiam retinens, donec illi orarent. Cùm autem vidiſſet multam eſſe illorum moram, & intenſos clamores neque quempiam exaudire, irridens illos: *Clamate*, inquit, *quam maxime poteſtis: nam forte dormit Deus veſter.*

3. Reg. 18

C Poſt hæc cùm iam merides eſſet, & tempus proceſſiſſet. Diſcedite à me modo, inquit Elias, vt & ego faciam holocauſtum meum; cumque feciſſet altare, & impoſuiſſet ligna dixit: Adferte aquam, circa altare: adferte, inquit, bis tantum; & attulerunt bis tantum, & ter tantum adferte, & attulerunt ter tantum. fecerunt hoc miniſtri. Velim conſideres, quare ab Elia hoc factum ſit. Quoniam erroris mos eſt veritati propria vitia obijcere: id quod faciunt meretrices, anticipant enim ipſæ, & ingenuas fœminas meretrices vocant, vt nō habeãt illæ quid conuicij obijciant: propterea etiam in hac re ſapienter ſe geſſit. Elias. Attende quæſo, quod dicturus ſum: vidi enim ipſe quod dicam. In idolorum altaribus foramina quædam ſunt ex interiore altaris parte, & fouea quædam obſcura: deſcendunt autem erroris artifices in foueam illam, & ex foribus deorſum, quæ diximus, ignem ſufflant deſuper ad ſacrificium conficiendum, ita vt multi decepti cæleſtem eſſe ignem illum exiſtiment.

Cur infundi toties aquā voluerit Elias.

D Ne igitur & Elias in ſuſpicionem veniret, quod & ipſe aliquid tale machinatus eſſet, aquam effundit, vt aqua illa nulla eſſe infra altare foramina oſtenderet: vbi enim foramen aqua inuenerit, illic aqua non conſiſtit, ſed per foramina ipſa defluat neceſſe eſt. Impleuit igitur altare, & his verbis Deum orauit: Exaudi me Domine hodie in igne, exaudiſti me in aqua, exaudi me & in igne. vidiſti elementorum aurigam, & gubernatorem Eliam? & ecce, inquit, cùm ipſe inuocaſſet, celeriter ignis deſcendit de cælo, & conſumpſit ſacrificium, & lapides: & aquã linxit ignis. Quid autem ait populo? *Comprehendite*, inquit, *ſacerdotes iſtos infames, & nemo ſeruetur ex ipſis.* Cōprehenderunt, & interfecerūt ipſos, quadringētos ſcilicet, & quinquaginta ſacerdotes Baal, & quadringētos ſacerdotes excelſorum. Audiuit Iezabel vxor regis Achab quæ facta fuerant, & miſit ad Eliã, dicēs: *Hæc faciant mihi Dij, & hæc addant, niſi cras ponã animam tuam, vt animam vnius ipſorū.* Cùm hæc audiuiſſet

A Elias, aufugit, vbinam quæſo eſt Elias ille talis tantuſq; vir? propoſitū enim mihi eſt oſtendere, quod peccato ſuccubuerit. hoc autem dico, nō accuſans virum illum iuſtum: ſed ſalutis materiam tibi procurans, vt cum ſanctos illos peccantes videris, & de ſua ſalute non deſperantes, ſed diuinæ benignitatis compotes factos, tu etiã ſi peccaueris, ſalutem valde ſperes. Cum igitur dixiſſet Ieſabel: *Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, niſi cras ponam animam tuam, vt animam vnius ex ipſis*: audiuit Elias, & fugit itinere dierū quadraginta. Proh facinus! Quanta fuit hæc timiditas? Mulieris vnius audiuit verbum, & aufugit quadraginta dierum itinere: idque fecit non poſt vnum, aut alterum, aut tertium diem, ſed cùm primum mulieris ſermo ad ipſum perlatus eſt. ac præ metu neſciens quid ageret, tantam fugam corripuit. Quid hoc eſt Elia? tu ne ille es, qui cælum clauſiſti, pluuiam refrænaſti, aeri iuſſiſti, & ignem ex alto euocaſti, ſacerdotes interfeciſti, & regi Achab dixiſti: *Tu es qui peruertis Iſraelem, & domus patris tui*; cùm dicebas. *Viuit Dominus, ſi erit pluuia, niſi per os meum*: cùm

B Achab regem redarguebas, & ignem e cælo euocans, tot & tanta feciſti! En vt mulieris vnius ſermonem non ſuſtinuiſti, vbinam eſt illa tua conſtantia, cùm dominum rogare noluiſti, vt pluuiam daret terræ? Manifeſtis enim quibuſdam demōſtrationibus, te prouocabat, quaſi illud diceret: pete à me Elia, vt terræ dem aquas. Poterat ille quidem id facere ſine te, ſed nolebat tamen, vt quemadmodum mala per te inuecta fuerant, ita & bona per te conciliarentur. Tu quidem facinus commiſiſti crudelitatis plenum, at Deus calamitatem tantam miſeratus eſt, quoniam ipſe rerum omniū creator, & omnium opifex eſt. Cumque omnium eſſet curator, volebat ille quidem inhumanitatem tuam lenire, tu verò in illa permanebas. Dicebat ille, Noui ego præſentem calamitatem, noui matrum eiu-

C latus, & puerorum vlulatus, video terræ illius, quam ipſe feci, ſpeciem deletam; itaque volo benignè cum illa agere, ſed nolo tamen te contemnere, ac ſine tuo conſenſu pluuiam emittere, ne malorum cauſa tu ſis & bonorum expers exiſtas: honoris igitur tui gratia id facio. O ſummam Domini noſtri benignitatem beneuolentia ſerui ſuperatam! hæc quidem Deus faciebat: ſed Elias tamen multum arrogantiæ habebat, quaſi ipſe peccare non poſſet: nunc autem, & illum peccato ſuccubuiſſe oſtendimus, cùm hoc Deus permiſerit, ac prouiderit, vt quarum rerum indulgentiam ipſe impetrauit, eam & in alios exerceret. Fugit, inquit, Elias dierum quadraginta. vbi ſunt illa verba? Cū igitur vellet Deus declarare miracula illa, quæ oſtenſa fuerant, non ab Elia, ſed à ſua ipſius potentia facta eſſe, vide quid faciat. Quo tempore Deus ipſe operabatur, Reges, principes, & populi Eliæ ſuccumbebant: cum verò Deus abſceſſiſſet, etiam

D mulier vna Prophetæ illi terribilis viſa eſt. Abſceſſit Deus, & natura humana redarguta fuit. Sed nihilominus tamen cum fugiſſet Elias diebus quadraginta, & dormiret in loco quodam, venit ad illum Deus: dominus ad ſeruum, ſuam in humanū genus charitatem, vt creator exercens. Sed quidnam ait? ſciebat ille quidem, quamobrem Elias illuc venerat: interrogauit tamen illum his verbis: Quid tu hic Elia? quid, inquam, hic agis? hæc dicens fugam illius innuebat, quaſi diceret, cur aufugiſti? vbinam eſt illa tua in loquendo libertas? vt diſcas viribus tuis non confidere. Cur hic Elia? & quid tu hic agis? Reſpondet tamen Elias, alia in mente habens, & alia dicens: quid ergo Elias ad hæc? *Domine prophetas tuos interfecerunt, altaria tua ſuffoderunt, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam.* Quid ad hæc Deus? Statim illum redarguens: Non propterea, inquit, fugiſti Elia, non enim tu ſolus es Baal non adorans. Subiungit autem eum redarguens: *Reliqui mihi ipſi ſeptem millia virorum, qui*

3. Reg. 19. 10.

rum, qui

rum, qui non curuauerũt genu ante Baal. Redarguit igitur illum, quòd non ob eam cauſam fugiſſet, ſed propter mulieris timorem. Sic mulier vna talem, tantũque prophetam Eliam fugitiuum effecit, vt diſcas Elia, cum aliquid admirabile feceris, illud non tibi, ſed Dei potentiæ tribuendum eſſe. vidiſti quemadmodum diſcedente gratia diuina redarguta eſt natura humana? fugit enim Elias itinere dierũ quadraginta. O timorẽ nimium! ô formidinis vehementiã! Non vno aut altero, aut tertio, ſed quadraginta diebus aufugit, & ad regionem omnino deſertã ſe contulit, nõ nutrimentum, non cibum aliquem ſecum ferens: nam tamquam ebrius præ metu cætera nihil curabat, ſed deſertas tantum regiones ſequebatur. Quemadmodum enim ventus Zephyrus, cùm vehementer flat in velum aliquod, nauigium ipſum cum impetu tranſmittit, ita illius mulieris oratio in Prophetam irruens, multo cum impetu ad ſolitudinem deſertam eum compulit. Vbi nunc eſt, Elia, tua illa in loquendo libertas? vbinam os illud terribile? vbi lingua imbrium, atque ignis gubernatrix, & quæ vtriſque elementis imperabat modo cęlũ claudens, ne pluuiam demitteret, modo ignem ad ſacrificium aduocans? Sed, vt ſupra dixi, faciebat Elias hæc omnia Dei gratia operante: quocirca & à Deo poſtmodum redarguitur. vides quemadmodum in peccatum exiguum illud quidem permiſſus eſt incidere Elias, vt integro benignitatis amictu ſe indueret? Deinceps enim eruditus es Elia, vt benignus fias, quemadmodum & dominus tuus, ex ijs quibus inſtructus es, & quæ à domino tuo didiciſti. vidiſti quemadmodum Deus permiſerit in peccatum, quamuis exiguũ, incidere columnas illas, propugnacula, turres? ne ſi omnino fuiſſent iſti à peccatis liberi, omnes ab Eccleſia exciderent, neq; cũ viderent aliquẽ peccantẽ, immites & inhumani eſſent: ſed ſuorum etiam peccatorum memores, quã illi à domino benignitatem impetrarunt, eam & ipſi libenter alijs impartirent. Hæc diximus non vt iuſtos illos viros reprehendamus, ſed vt ſalutis viam vobis præparemus, vtque cum peccaueritis de veſtra ſalute non deſperetis, viros ipſos iuſtos memoria repetentes, qui cum deliquiſſent, per pœnitentiam honorem non aliqua ex parte imminutum, ſed integrum, qualem antea poſſidebant, recuperarũt. Diximus primum quantæ fuerint illorum virtutes, & deinde protulimus peccata illa tenuia, in quæ lapſi ſunt. Ergò & tu, quamuis peccator ſis, ab Eccleſia abeſſe noli: quamuis etiam iuſtus ſis, noli abeſſe, vt ſcripturarum cognitione aures tuæ perſonent, & iuſtus permaneas, memoria repetens, quæ pertinent ad regnum cælorum, & bona illa, quæ præparauit Deus diligentibus ſe, quoniam ipſum decet gloria Patrem, Filium, & ſanctum, bonum, & vitæ datorem Spiritum in ſæcula ſæculorum. AMEN.

LAVDATIO IN SANCTAM VIRGINEM & martyrem Pelagiam Antiochenam.

Ex Sim. Metaph. & Lipomani ac Surij tomis de Vitis ſanct.

LAudetur, & ſummis præconijs celebretur Deus, quod mulieres etiam ipſæ, quin etiam puellæ mortem contemnant, ac derideant, virgineſque admodum adoleſcentes, & nuptiarum expertes, vltro inferorum ſtimulos inuadant, neque ob id tamen aliquid graue patiantur. Omnia hæc bona per Chriſtum ipſum è virgine genitum nobis allata ſunt, quandoquidem poſt beatum partum illum, & ortum maximè admirabilem, mortis vires diſſolutæ ſunt, & diaboli potentia ita eneruata eſt, vt non à viris ſolum, ſed ab ipſis etiam mulieribus contemnatur, neque mulieribus tantum, ſed vel ipſis puellis ludibrio ſit. Quemadmodum enim optimus aliquis paſtor, cum leonem pecora ipſa, & gregem totum vaſtantem ceperit, & ipſius dentes euulſerit, atque vngues ſecuerit, iubamque totonderit, talem reddit, quem vel paſtorum pueri contemnant ac derideant, puelliſque deinceps illudendum tradit: Ita & Chriſtus ipſe, cum mortem, naturæ noſtræ antea horribilem, & totum genus humanum perterrefacientem expugnauerit, & omnem eius timorem diſſoluerit, eam virginibus etiã ipſis illudendam tradidit. Quamobrem & beata virgo Pelagia tanta cum voluptate ad mortem cucurrit, vt neque carnificum manus expectarit, neque in iudicium ingreſſa fuerit, ſed proprij animi ſtudio, & ſumma alacritate illorum ſæuitiam anteuerterit. Parata enim erat ad cruciatus, tormentaque, & omne ſuppliciorum genus perferendum, ſed metuebat tamen, ne virginitatis coronam perderet. Hinc autem diſcas impiorum intemperantiã, Pelagiæ virgini timorem attuliſſe, quod ab intẽperata illorum hominum iniuria virgo ſe ſubmouit ac præripuit: Id quod è marium numero nemo antea facere aggreſſus fuit: omnes enim ad iudicium acceſſerant, & illic fortitudinem ſuam oſtenderant: at mulieres ipſæ propter naturæ ſuæ conditionem ad iniuriam accipiendam paratiorem; talem mortis rationem ſibi excogitarunt. Nam ſi licuiſſet, & virginitatem ad finem vſque ſeruare, & martyrij coronam percipere, ad iudicium ire non recuſaſſent: quoniam vero neceſſe erat omnino ab alterutro excidere, extremæ dementiæ hoc eſſe beata virgo cogitauit, dimidiatæ coronæ compotem factam abire, cum vtriuſque victoriæ palmam aſſequi liceret: ob idque noluit in iudicium accedere, ac intemperantium hominum adſpectui ſpectaculum proponi, atque procacibus oculis ſui adſpectus voluptatẽ præbere, & ſanctum illud corpus iniuriæ ſubijcere; ſed ex thalamo, & mulierum conclaui ad alterum thalamum, hoc eſt, in cælum ipſum aſcendit. Magnum quidem eſt carnifices ipſos circumſtantes, & hominis alicuius latera fodientes videre: ſed nihilo minus quàm illud hoc eſt. Quorum enim latera fodiuntur, eorum ſenſus præ tormentorum varietate conſumitur, vt mors ipſa non amplius terribilis, ſed liberatio quædam, & vrgentium malorũ remiſſio videatur: Pelagiæ vero cum nihil tale adhuc paſſa eſſet, & corpus integrum atque intactum haberet, neque dolorem aliquem ſentiret, forti quadam excelſi animi magnitudine certè illi opus fuit, vt ex hac vita morte violenta ſeipſam eijceret. Quamobrem illorum tolerantiam admiraris, huius etiam, quam diximus, fortitudinem admirare: cum illorum patientiam obſtupeſcis, & huius generoſam mentem obſtupeſce, quod talem mortem ſubire auſa fuerit. Nolim rem hanc ſimpliciter prætereas, ſed cogita, quomodo par eſt teneram illam virginem, quæ nihil aliud nouerat, niſi virginalem aulam, illo tempore affectam fuiſſe, cum milites repente irruentes, ad fores ipſas ſtantes vidit, qui ad iudicium illam vocabant, & per forum pro talibus tantiſque rebus pertrahere volebant; non pater intus erat, non mater, non nutrix, non ancilla, non denique vicinus aliquis aut amicus præſto erat, ſed ſola à carnificibus illis comprehenſa eſt. Quod enim exire & carnificibus illis, ac militibus reſpõdere, quod os erigere, & vocem emittere, quod eos adſpicere, quod denique conſiſtere, & reſpirare potuerit, hoc certè tale, ac tantum eſt, vt nemo poſſit non illud admirari, atque obſtupeſcere. Non erant hæc naturæ humanæ facta, ſed Dei maiorem partem conferentis auxilio id fiebat. At ipſa tamen otioſa non erat, ſed à ſeipſa promptum & generoſum animum, voluntatem, propoſitum, ſtudium, & alacritatem afferebat: diuino vero ſubſidio, ac beneuolentia factum eſt, vt hæc omnia ad euentum perlata ſint. Itaque ipſam & admirari, & beatam dicere merito debemus: beatam, quod Dei præſidium, atque opem habuerit: admirabilem, quod tantam animi alacritatem oſtenderit. Quis enim non iure obſtupeſcat, audiens illam temporis momento

Mira alacritate properat ad mortẽ S. Pelagia.

Laudat voluntariam necẽ in ſancta virgine.

Diuinæ gratiæ cooperari debemus.

tale propoſitum inijſſe, confirmaſſe, & ad exitum contuliſſe? Scitis enim omnes vos, quemadmodum poſt multa ſæpe ac multo tempore cogitata, cum occaſio ipſa rei conatum à nobis exigit, ſi vel paululum timoris mentem noſtram corripuerit, formidine repente perculſi conſilia omnia effundimus. At vero illa momento temporis conſilium ita horribile ac formidoloſum inire, decernere, & reipſa perficere potuit. Non præſentium virorum terror, non temporis celeritas, non ſua ipſius, cui tot inſidiæ paratæ fuerant, ſolitudo, non quia intra domum ſola comprehenſa fuerat; non aliæ denique res beatam illam virginem perturbarunt: ſed ita ſecuro & præſenti animo omnia faciebat, vt ſi amici, & noti aliqui homines illic præſto eſſent, idque iure optimo: non enim erat intus ſola, ſed conſiliarium habebat Ieſum. Ille virgini præſto erat, ille ipſius mentem & cor excitabat, ille animum confirmabat; ſolus, inquam, ille metum omnem eijciebat. hæc autem non ſine cauſſa Ieſus faciebat, ſed quoniam martyr ipſa illius auxilio ſe dignam antea præbuerat. E domo igitur egreſſa petijt à militibus, vt ſibi liceret redire intro, & veſtem mutare. Ingreſſa vero intro, veſtem mutauit, incorruptam pro corrupta, & pro fragili & caduca ſtabilem ac ſempiternam. Ego vero præter ea, quæ dicta ſunt, & illud miror, quomodo milites illi gratiam, quam Pelagia virgo petierat, conceſſerunt: quomodo mulier viros decepit: quomodo nihil eorum, quæ futura erant, illi ſuſpicati ſunt: quomodo eius dolum non animaduerterunt. Neque enim eſt quod aliquis dicat, neminem vmquam tale quidpiam feciſſe: multæ enim fortaſſe ſe præcipitarunt, & in mare ſeipſas iniecerunt, pectuſque ſuum gladio traiecerunt, & laqueis colla inſeruerunt: nam multa huiuſmodi temporibus illis acciderant: Sed Deus ipſe militum illorum corda excæcauit, vt virginis Pelagiæ dolum non animaduerterent. Quamobrem è medijs retibus virgo auolauit, & ſicut cerua cum euadit venatorum manus, in quas inciderat, ad aliquem difficilem aditu montis verticem venatorum pedibus, & telorum iactibus inacceſſum ſtatim confugit, ac deinde à curſu deſiſtit, è loco illo ſine timore aliquo eos deſpiciens, à quibus ipſi antea inſidiæ parabantur: ita & virgo illa cum in ipſas venatorum manus incidiſſet, & parietibus ipſis, velut quibuſdam retibus comprehenſa eſſet, cucurrit non in montis verticem, ſed in ipſum cæli faſtigium, quo nulla erat ipſis accedendi facultas: deinde illuc vacuis manibus eos reuertentes adſpiciens, gaudebat, cum infideles homines redargutos, & multo rubore adſperſos videret. Cogita quale illud fuit ſedente iudice, adſtantibus carnificibus, paratis tormentis, vniuerſa multitudine collecta, cum milites ipſi expectarentur, qui Pelagiam adducerent, omneſq; præ voluptate geſtirent, & tamquam ebrij eſſent, prædam in manibus ſe habere ſperantes, tunc illos ipſos, qui eius cauſſa miſſi fuerat, vultu in terram demiſſo redeuntes videre, factumque illud narrantes audire. Quantum dedecus, quantum mœrorem ac probrum omnibus impijs illis tunc fuiſſe par eſt? Qua triſtitia, quo vultu & rubore perfuſos milites illos rediſſe credimus, qui reipſa didicerant, ſe non cũ hominibus, ſed cũ Deo bellum gerere? Ioſeph quo tẽpore à domina ſua inſidijs petebatur, veſtem impuris, ac ſceleſtis barbaræ mulieris manibus detentã reliquit, & nudus exijt. Pelagia vero neq; corpus ſuũ ab intẽperatis illis hominibus tangi paſſa eſt, ſed cum anima ipſa corpore denudata in cælum aſcendiſſet, & ſanctã ſuam carnẽ apud hoſtes reliquiſſet, ita dubios, & perplexos aduerſarios reddidit, vt neſcirẽt quid facerent, neq; enim habebãt quid reliquis illis deinceps facerent. Talia ſunt perfecta Dei opera, rerũ deſperationẽ ad multã facilitatẽ, ſibiq; aduerſantiũ rẽs, quæ videtur facillimæ ad extremã deſperationẽ transferẽtis. Quid enim difficultate illa maius, in quam puella tunc inciderat? quid facilitate illarum rerum, quas milites tũc tractabant, planius videri poterat? habebant puellam intus ſolam comprehenſam domo ipſa velut carcere quodam concluſam, & tamen redierunt prædam non aſſecuti. Contra puella ipſa cum omnibus auxilijs, atque adiutoribus deſerta eſſet, neque vllam euadendi viam haberet, ſed prope illarum ferarum ora ſe poſitam videret, ex ipſis faucibus, vt ita dicã abrepta, omnium inſidias diffugit, & milites ac iudices, principeſque illos ſuperauit. Et quamdiu quidem vixit omnes ſe illius victores futuros ſperabant: poſtea verò, quàm puella ipſa mortua eſt, tunc in maiorem deſperationem inciderunt, vt diſcerent martyrum mortem, martyrum eſſe victoriam. Hoc perinde fuit ac ſi vndarum impetu ad ipſum portus aditum irruente, nauigium mercede copioſa, & margaritis precioſis refertum, cum iam iam ab illa ipſa fluctuatione ſubmergendum eſſe videretur, periculum mox diffugiens ab ipſo aquarum impetu impulſum, quã celerrimè ad portum tranſmiſſum eſſet: ſic nimirum & beatæ Pelagiæ contigit. Nam militum illorum inuaſio, ac terror imminentium tormentorum, ac minæ iudicis, cum omnibus vndis formidoloſiores incidiſſent, fecerunt, vt multo celerius puella feſtinaret ad cælum aſcendere: quæque nauim ipſam ſubmerſura videbatur vnda: illa ſaluam ad tranquillũ portum trãſmiſit: ac deinde corpus illud omni fulgore ſplendidius ex alto deferebatur, Diabolũ id videntem feriens. Non enim ita fulgur è cælis demiſſum nobis terribile videri, ſolet, vt martyris corpus fulgure grauius dæmonum turmas tũc perterrefecit. Sed vt diſcas non ſine diuina prouidentia id factum fuiſſe, hoc præcipue licet aperte intelligere ex ipſius virginis propoſito, & prompto animo; quodque milites illi virginis dolum non conſiderarint, ſed quod illa petierat, libenter conceſſerint: quod deniq; ad exitum res ipſa perducta ſit, licet etiam nihilominus & ex ipſa mortis ratione hoc intelligere. Multi enim è ſublimi tecto deiecti, nihil mali paſſi ſunt, alij vero quibus corporis membra læſa & mutilata fuerant, poſt caſum ipſum multo tempore ſuperfuerunt: at in illa beata virgine nihil tale Deus ipſe fieri permiſit; ſed ſtatim iuſſit animam corpus relinquere, eamque ipſe accepit, quippe quæ quantum ſatis fuit, certauerat, & rem omnem impleuerat: non enim mors illa eiuſmodi caſus naturam, ſed Dei iuſſionem conſecuta eſt. Iacebat igitur corpus illud non in lecto aliquo, ſed in ſolo: nec propterea tamẽ honoris expers erat, quia in ſolo ipſo iacebat, ſed ſolum ipſum ex eo fuit honoratum, quod corpus illud tam glorioſum excepit: quinimo quia in terra iacebat, eo ipſo corpus illud erat honoratius. huiuſmodi enim ſunt iniuriæ quæ propter Chriſtum accipiuntur, vt honoris cumulum nobis afferant. Iacebat igitur in ſolo ipſo, & in anguſto quodã loco; ſed Angeli Pelagiæ corpus circumdabant, & Archangeli omnes honorabant: Chriſtus denique ipſe præſens erat. Nam ſi domini mortuos ſeruos aliquos nobiliores ad ſepulturam deducunt, neq; erubeſcunt: multo magis Chriſtus ipſe virginem, quæ eius cauſa libenter animam emiſerat, & tantum periculum ſuſceperat, præſentia ſua honorare nõ recuſauit. Iacebat itaque illa, & epitaphium habebat martyrium, quod ſuſceperat, confeſſionis ornatu decora, & veſte omni regali purpura precioſiore induta. Erat autem veſtis illa duplex, vna virginitatis, altera martyrij: his funebribus donis ornata virgo hæc ad tribunal Chriſtum aſſiſtet. Talem habitum & nos viuentes ac mortui nobis parare ſtudeamus, illud ſcientes, quod qui auratis veſtibus corpus ſuum exornauerit, nullam ex ea re mortuo homini vtilitatem attulerit: quinetiam multorum inuidiam, & reprehenſionem excitauerit: quippe qui neque in morte ambitioſus, & falſæ gloriæ appetens

Gratia Dei datur illis, qui ea ſe dignos præſtant, nec tamen ob id gratia dari dicitur ex meritis, vel naturæ noſtræ viribus acquiri.

Simile.

Gene. 39 12.

Simile.

Virtutis ornamentis corpus ornanda.

eſſe deſierit: at ſi virtute ſe ornarit, multos etiā poſt mortem ſui laudatores habebit. Etenim ipſis etiam regalibus aulis apud homines omnes ſplendidius erit ſepulchrum illud, vbi corpus iacuerit, quod cū virtute ac pietate vixerit. Huius rei vos ipſi teſtes eſtis, qui diuitum monumenta, quamuis aureis veſtibus contecta, tamquam ſpeluncas quaſdam prætereuntes, ad ſanctam hanc virginem multo cum ſtudio, & animi alacritate accurritis: quoniam cū martyrio, confeſſione, & virginitate, multæ & aureæ veſtis loco funus ſuum ornaſſet, hinc poſtea diſceſſit. Hanc igitur pro viribus & nos imitemur. Contempſit illa vitam hanc: contemnamus & nos delicias, irrideamus ſumptuoſos apparatus, abſtineamus à crapula & ebrietate, fugiamus voracitatem. Non temere hæc nunc dico, ſed quoniam multos video, poſtquam dimiſſum fuerit ſpirituale hoc theatrum ab ebrietatem, ad cauponas, & menſas illas, quæ ſunt in hoſpitijs publicis, & ad alia inhoneſta opera ſtatim recurſuras. Quamobrem precor vos, & hortor, vt ſemper ſanctam hanc virginem in memoria & mente habeatis: neque ſolemnitatem hanc celebrem dedecoretis, non denique fiduciam noſtrā ex hoc die feſto ad nos proficiſcētem imminuatis. Etenim non temere cum Græcis differentes huius diei feſti celebritate gloriamur, eamq; obijcientes, erubeſcere illos facimus, cum dicimus, quemadmodum vrbem integram, ac totam, tantumque populum, puella vna mortua ſingulis annis ad ſe attrahit, idq; poſt tam multos annos, neque tempus vllum honoris huius ſeriem interrupit: Verum ſi ſenſerint, quæ in hac celebritate committuntur, majore laudationum parte priuati erimus. hæc enim multitudo quæ nunc præſens eſt, ſi bene ordinata ad nos accedere poſthac ſtuduerit, ea res maximo nobis erit ornamento: at ſi cū ſegnitie, & negligentia multa hic aderit, probrum & accuſationem nobis ea res afferet. Vt igitur veſtra multitudine, chariſſimi auditores, nos exultare poſſimus, eodem recto ordine domum reuertamini, quo par eſt eos redire, qui cum tali martyre verſati fuerint. Nā ſi quis domum nō ita redierit, non ſolū nihil profecerit, verū etiam periculum maximum ſibi attraxerit. Scio vos hoc morbo non laborare: ſed non ſatis hoc vobis eſt ad excuſationem, niſi & fratres ipſos inhoneſte ſe gerentes ad modeſtiā maximā, & ad conuenientem, & compoſitū ſtatum redigatis. Honoraſti martyrem præſentia tua? eandē illam & proximorū tuorum emendatione honora. Si enim videris inordinatum riſum atque inhoneſtum curſum, & illiberalem inceſſum, indecentemq; habitum & figurā, accede, & illos ipſos, qui talia cōmittunt, acerbo, & terribili vultu intuere. At cōtemnent illi, & irridebunt potius: Sume tecum duos vel tres fratres, vel plures, vt qui hæc facit, multitudine ipſa præſente correctus modeſtior fiat. Quod ſi neque ſic illorum amētiam repreſſeris, eos ipſos ad ſacerdotes deferas. Sed vix fieri poteſt, vt ad eam impudentiam illi deuenerint, vt ſi reprehenſi ac rogati fuerint, non cedant, verecundentur, & ab inordinata, & ludicra chorea ſe retrahant. Quod ſi decem, ſi tres, ſi duos, ſi vnum tantum lucrifeceris, multam vtilitatem tibi comparaueris. At multa eſt viæ longitudo: longitudinem hanc ad eos, quos ſupra diximus, colligendos ſpōte ſubeamus: multo thuris vapore viam impleamus: non enim tam honeſta via ipſa apparuerit, ſi, vaporis atque odorum inſtrumentis per illam totam diſpoſitis, aerem ipſum odoris ſuauitate perfuderis, quantum ſi omnes qui hodie per illam ipſam viam incedunt, martyris certamina inter ſe narrantes domum redeant, linguas ipſas ſinguli pro vaporis inſtrumento exercentes. An non videtis, cum Imperator in vrbem ingreditur, quàm compoſitè, atque ordinatè milites ipſi ordine vtrinque diſpoſito armati incedant, viciſſim ſe hortantes, vt quieto ac ſedato ac reuerenti gradu procedant, quò bis, qui eos ſpectant, compoſiti & ſpectatu digni videantur? illos igitur imitemur, nam & nos Imperatorem deducimus non corporeum aliquem, aut terrenum, ſed Angelorum dominum. Sic igitur ingrediamur, & mutuo nos hortantes ad concinne atque ordinate progrediendum, vt non multitudine ſolum, verum etiam, ordine ipſo ſpectatoribus ſtuporem afferamus, maximè quidem quamuis nemo præſens eſſet: quamuis ſoli per viam incederemus, neque ſic tamen immodeſtos nos eſſe oporteret, diuinos illos oculos metuentes, qui ſemper patent, & vbique præſentes ſunt, omniaque intuentur. Nunc vero etiam illud conſiderate, multos hæreticos hic eſſe inter nos commiſtos, qui ſi vos ita ſaltantes, ridentes, vociferantes, & ebrios viderint, ſummè nos condemnantes diſcedent. Quod ſi aliquis vni alicui homini ſcandalum afferens ineuitabiles pœnas dabit, nos, qui tam multis ſcandalum afferimus, quas pœnas daturos putas? Sed prohibeat illud Deus vt poſt hos ſermones, & hanc admonitionem aliquis his vitijs obnoxius inueniatur. Nam ſi ante hac, qui huiuſmodi facinora committere audebant, venia digni non erant, poſt conſilium atque increpationem hanc pœna ipſa multo grauior erit, & ineuitabilior tam ijs, qui hæc faciunt, quam qui fieri vident & contemnunt. Vt igitur & illos pœna liberetis, & vobis copioſiorem mercedem comparare poſſitis, fratrum noſtrorum curam ſuſcipite, ad ea quæ dicta ſunt, colligenda atque enarranda eos impellite, vt per totam viam, & meditantes, & ijs, qui domi remanſerunt, menſæ huius reliquias afferentes, illuſtre conuiuium etiam illic habeatis. Ita enim & huius diei feſti guſtum maximum percipiemus, & ſanctam martyrem ad maiorem beneuolentiam prouocabimus, vero honore illam proſequentes: Quæ maiorem etiam voluptatem capiet, ſi fructum aliquem & vtilitatem animas iuuantem adepti redierimus, quàm ſi huc venerimus, & poſtea tumultuati ſimus. Faxit Deus huius ſanctæ virginis, & eorum, qui ſimiliter certauerunt, orationibus ac precibus, vt & hæc & alia, quæ dicta ſunt, diligenter memoria teneatis, & vt ad opus ipſum omnia conferentes, in omnibus ad finem vſque Deo ipſi grati ſimus: cui gloria ſit & imperium, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Dies feſt. S. Pelag.

Proximi vt ad meliorē frugem reducendi.

Honeſte incedere, & de rebus bonis inter ſe conferre debent Chriſtiani.

Matt. 18. 7

Vitanda ſcandala.

LAVDATIO SANCTI MARTYRIS Romani I.

RVrſus martyrum memoria, & rurſus dies feſtus & celebritas ſpiritalis. Laborarunt illi, & nos lætamur. Decertarunt illi, & nos exultamus. Illorum eſt corona & communis gloria: illorum ſunt præmia & certamina, & totius Eccleſiæ gloria, decus, & gloriatio. Et quomodo, dicet quiſpiam, poſſet hoc fieri? Quod partes & membra noſtra ſunt martyres: ſiue autem patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: ſiue glorificatur vnum membrum, cum eo lætantur membra omnia. Caput coronatur, & reliquum corpus exultat. Fit vnus victor in ludis Olympicis, & totus gaudet populus, magniſque cum laudibus eum excipit. Si autem in Olympicis certaminibus, qui nihil ad illos ſudores contulerunt, tanta fruuntur voluptate: multo magis hoc fiet in athletis pietatis. Nos pedes ſumus, martyres autem caput. Sed non poteſt caput dicere pedibus, veſtri non egeo. Glorioſa ſunt membra, ſed gloriæ excellentia, non facit alienationem à coniunctione, quæ eſt cum reliquis partibus. Tunc enim fiunt maximè glorioſa, quando eam, quæ nobiſcum eſt, coniunctionem non abruperint. Nam oculus quoque, licet reliquo toto corpore ſit ſplendidior, ſuam tunc gloriam conſeruat, quando à reliquo corpore non abſcinditur. Et quid de martyribus dico? Si enim dominus ipſorum

Ex Al. Lipomani Vitis ſanctorum, & editione Græco-Latina Chryſoſtomi apud Cl. Morell.

1. Cor. 12. 26.

Cū Martyribus [illegible] dendum.

Ibid. 21.

noſtrum caput fieri non erubuit, multo magis ipſi
eſſe noſtra membra non erubeſcunt. habent enim
radicatā charitatem: ſolet autem charitas ea, quæ
ſunt diſiuncta coniungere,& colligare,neq; de dig-
nitate admodum accurate inquirit. Quomodo ergo
ipſi peccantibus nobis dolore ſimul afficiuntur, ita
nos etiam ſimul cum eis in recte factis lætamur. Sic
Rō.12.15 etiam iuſſit Paulus gaudere cum gaudētibus,& flere
cum flentibus. Sed flere quidem cum flentibus eſt
valde facile:gaudere autem cū gaudentibus nō fa-
cile admodū. Facilius enim cū ijs qui in calamitati-
bus ſunt dolemus,quam cum ijs,quibus ſunt res ſe-
cundæ,gaudemus. Nam illic quidem ipſa calamita-
tis natura poteſt vel lapidem flectere ad commiſe-
rationem:hic autem in rebus proſperis inuidia& li-
uor eum,qui non valde philoſophatur,non ſinit ef-
fici ſocium voluptatis. Nam quemadmodum chari-
tas ea,quæ diuiſa ſunt coniungit& colligat:ſic etiam
inuidia ea,quæ vnita ſunt,diuidit. Quamobrem,oro
vos,ſtudeamus gaudere cum ijs, qui recte rem ge-
runt:vt animam à liuore atq; inuidia expurgemus.
Nihil enim æque morbum hunc grauem curatuq;
difficilem expellit;atque cum ijs,qui viuunt in vir-
tute, gaudere. Audi itaque quam ſummus in his
2.Cor.11 29. vtriſque ſit Paulus: *Quis,inquit, infirmatur,& ego non*
infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror? Non dixit,& ego
moleſtia non afficior:ſed, Ego non vror,dixit, vrē-
di verbo ſummum nobis dolorem volens oſtende-
1Cor.4.8 re. Et rurſus ad alios ſcribens dicit: *Sine nobis regnaſti-*
ſtis: & vtinā regnaretis,vt nos quoque ſimul vobiſcum re-
1Theſ.3.8 *gnaremus.* Et rurſus: *Nunc viuimus,ſi vos ſtatis in Domino.*
Vide quantopere ſtudebat, vt res fratrum recte ſe
haberent,qui nec ſe viuere quidem exiſtimabat, ſi
illi ſalui non eſſent. Homo qui ad tertium cælum
raptus fuerat,atque in paradiſum delatus,& qui my-
ſteriorum ineffabilium particeps fuerat, tantamq;
apud Deum fiduciam fuerat aſſecutus, illorum bo-
norum ſenſum non valde accipiebat, niſi etiam
fratres ſecū ſaluos eſſe vidiſſet. Sciebat enim aper-
tè, ſciebat charitate nihil eſſe maius, neque quod
ſit cum ea conferendum: nec ipſum quidem mar-
tyrium,quod caput omnium eſt bonorum. Quo ve-
ro id tandem modo,ſic diſce. Nam charitas quidem
etiam abſque martyrio Chriſti diſcipulos facit:mar-
tyrium autem ſine charitate facere id non poteſt.
vndenam hoc ſciri poteſt? Ab ipſis Chriſti verbis:
dicebat enim diſcipulis: *In hoc cognoſcent omnes, quod*
diſcipuli mei eſtis,ſi vos inuicem diligatis. Ecce charitas ſi-
ne martyrio diſcipulos facit. Quod autem martyriū
ſine charitate non ſolum diſcipulos non facit, ſed
nec prodeſt quidem quicquam ei, qui id ſuſtinet,
Ioā.13.35 audi Paulum dicentem: *Si tradidero corpus meum, vt*
comburar,charitatem autem non habuero,nihil mihi prodeſt.
1Cor.13.3 Propterea ſanctum hunc maxime diligo, qui nos
hodie congregauit, beatum, inquam, Romanum,
quoniam cum certamine & martyrio magnam
quoque in Chriſtum charitatem oſtendit,quamob-
S.Romani charitas in ſuos, & eius martyrium. rem ei quoque ſancta lingua fuit amputata. Etenim
hoc quoque examinare par eſt, quanam de cauſſa
non ad alia vtique tormenta, ſupplicia& cruciatus
diabolus eum deduxerit,ſed linguam ei abſciderit.
Non enim hoc temere fecit,ſed maxima cum mali-
tia:nam mala,& malefica eſt hæc beſtia,& omnia fa-
cit & mouet aduerſus noſtram ſalutem. Age ergo
examinemus,cur nam ad linguæ eius amputationē
proceſſit. verum paulo altius repetitam orationem
inſtituamus,ſic enim ſciemus & Dei benignitatem,
& martyris tolerantiam, & diaboli malignitatem:
& cum Dei quidem didicerimus benignitatem, do-
mino gratias agemus,martyris autem cognita pa-
tientia conſeruum imitabimur, intellecta autem
diaboli malitia omnino auerſabimur inimicum.
Propterea enim dedit nobis Deus clemens & be-
nignus noſſe eius machinationes, vt eum ma-
gis odio habentes facilius ſuperemus. Quod enim
cognoſci poſſint cogitationes eius, audi quid di-

A cat Paulus de eo, qui fuerat fornicatus: ſcribens
enim ad Corinthios ſic nimirum ait: *Confirmate in* 2Cor.2.8
ipſum charitatem, vt non circumueniamur à Satana. Non
enim cogitationes eius ignoramus. Quænam eſt ergo cau-
ſa,propter quam ei linguam amputauit? Patiamini,
ô dilecti, me rem paulo altius narrantem. Graue
bellum fuit aliquando aduerſus Eccleſias excitatū;
non barbaris aduerſus ciuitates incurſiones facié-
tibus,nec vllis alienigenis, ſed ijs, qui noſtro huic
terrarum orbi præeſſe videbantur,& barbaris & ty-
rannis omnibus crudelibus tractantibus eos, qui
ipſorum imperio parebant: Non enim ſolum liber-
tas,& patria,& pecuniæ,& præſens vita tunc in pe-
riculum veniebat: ſed regnum cælorum & bona
quæ iuſtis ſunt repoſita,vitaque immortalis& Chri-
ſti confeſſio. Nec ſolum graue bellum, ſed nouus
quoque modus excogitatus fuit captiuitatis. Non
enim ex ea,quæ hic eſt ,ciuitate expellebāt, ſed ſu-
perna Hieruſalem,quæ eſt libera,priuare conaban-
tur,& vnumquemque in altaribus animam ſacrifi-
care cogebant,ac ſuum dominum abiurare, ſeque
B dæmonum tyrannidi ſubijcere,& pernicioſos & ſa-
lutis noſtræ hoſtes dæmones colere, quod mille
mortibus,& quauis gehenna grauius & intolerabi-
lius generoſis animis & Chriſti amantibus erat. Tūc
nimirum,cum multi ſubmergerentur, & fluctus in
altum tollerentur, ac multi naufragium facerent,
beatus hic Romanus in medium eorum procedens
non ſtatim conſiderauit,quemadmodum ſe pericu-
lis traderet:ſed eos prius,qui timuerant, qui animo
conciderant, qui ſalutem ſuam prodebant, colle-
git, animauit, vt prælium inſtaurarent effecit: eos
quidem,qui lapſi erant, erigens; eos autem qui ſta-
bant,confirmans precibus,exhortationibus,& con-
ſilijs, de futuris, & de præſentibus rebus multum
philoſophans: oſtendens has ad tempus eſſe, illas
autem perpetuas:præmia laboribus opponens, co-
ronas tormentis,brauia doloribus:docens quænam
C ſit quidem vita præſens, quænam autem futura, &
inter vtramque quantum interſit,& quod mori om-
nino ſit neceſſe:& quod ſi non ,hoc modo vitam fi-
nierimus,omnino coacti lege naturæ paulo poſt ab
his corporibus diſcedemus. His & ſimilibus exhor-
tationibus beatus ille manus erexit remiſſas,& gen-
ua diſſoluta confirmauit, fugitiuos reduxit, metum
expulit,angorem ac trepidationem exegit,animum
eis addidit:pro timidis audaces & confidentes effe-
cit: pro capreis & ceruis leones eos reddidit mag-
nam vim ſpirantes, Chriſti exercitum inſtruxit &
exercuit: ignominiam noſtram in hoſtium capita
conuertit. Cum ergo tantam repente factam fuiſſe
diabolus mutationem vidiſſet, & qui nudiuſtertius
eum timebant,& contremiſcebant,audacter in eum
ſe gerere,& ipſum irridere,adeuntes pericula, pro-
ſilientes ad ſupplicia:& cum auctorem cognouiſ-
D ſet;dimiſſis omnibus,in illum deinceps omnino vi-
rus ſuum inſpirauit:omnem vim ſuam & inſaniam
aduerſus beatum hoc caput effudit. Et quid facit?
conſiderate malitiam. Non eum ad tormenta duxit,
non eius caput abſcidit: hæc enim omnia temere
fuiſſe facta præteritum eum tempus edocuit. Non
ſolum enim animi alacritatem eorum qui credide-
rant non retardauit:ſed etiam magis auxit, eamque
maiorem ac vehementiorem effecit. Carbones, in-
quit,ſubſternebam: illi autem tamquam ad roſas
currebant. Ignem accendebam: illi vero tamquam
in fontes frigidarum aquarum ſeipſos proijcie-
bant. Latera cædebam,& profundos in eis ſulcos
faciebam, & riuos ſanguinis deducebam: illi au-
tem tamquam auro omni ex parte circumfluen-
tes gloriabantur. è præcipitijs iaciebam,& in mare
demergebam:illi vero non tamquam in profundū
deſcendentes, ſed tamquam in ipſum cælū aſcen-
dentes,ita affecti erant,exilientes & exultantes, &
tamquam in ſacra pompa choreas ducentes, & in
herbido prato ludentes, ita arripiebat vnuſquiſ-

que cru-

Digitized by Google

que cruciatus, non tanquam cruciatus, ſed tãquam vernos flores carpentes, & coronas cõtexentes, & inſigni animi ſui alacritate cruciatus meos præueniebant. Quid ergo inquit, agendũ nunc fuerit? Abſcindámne caput eius? ſed ſit id, quod in votis habet, & per facta diſcipuli maiorẽ adhortationẽ accipiunt. Sæpe enim eos admonuit martyrum mortem non eſſe mortem, ſed vitam fine carentem, atque huius maxime cauſſa omnia eſſe toleranda, deſpiciendumque eſſe deceſſum. Si ergo caput abſcidero, & forti animo tulerit quod acciderit, ipſos apertius per facta docebit ſic oportere mortem deſpicere, & eorum ſpiritus magis eriget, eiſque mortuus maiorem animi alacritatem inſpirabit. Propterea ergo linguam amputauit, vt voce, qua fruebantur, priuati martyris diſcipuli, & conſilio deſtituti, atque admonitione defecti, fierent timidiores; & ad priorem angorem & dubitationem redirent, cum non haberent, qui eis animum adderet, neque qui excitaret & armaret. Conſidera autem mihi diaboli malitiam. Herodes quidem Ioannis caput abſcidit: hic autem non caput, ſed linguam ſolum, quamobrẽ? præ nimia ſcilicet malitia ſæuitiaque. Si abſcidero caput, inquit, & mortuus fuerit, ſuorũ fratrũ interitum nõ videns recedat: at ego illũ militũ ſuorum lapſuum & calamitatis facere teſtẽ volo, vt dolore enecetur, dum labẽtes quidẽ cernit, ſed porrigere manũ non poteſt, neq; ea quæ prius valet cõſulere exſecta ei ſimul voce cũ lingua. Sed qui *comprehendit ſapientes in aſtutia eorũ*, inuentũ hoc in eius caput conuertit: neque ſolũ eos cõſilio non priuauit, ſed etiã vt maiori adhortatione fruerẽtur, effecit, magiſque ſpiritalis doctrinæ participes eſſent. Nã cum hoc obtinuiſſet, vocatur de cætero medicus ad ſectionem, & fit pro medico carnifex; nõ id corrigiens, quod morbo laborabat, membrum, ſed quod erat ſanum corrumpens. Et cum linguã exemiſſet, ſimul cum ea vocem eximere minime potuit: ſed carnis quidem lingua fuit abſciſſa, virtus autem diuinæ gratiæ ad beati Romani os aduolauit: & natura quidem membrum ſuum ferro id cogente amiſit; Dei autem gratia cum ea excidere vocem non ſiuit, vnde etiam de cætero diſcipuli magis ſpiritali doctrina fruebantur, non humana voce, cuiuſmodi prius, verba audientes: ſed diuina quadam & ſpiritali, & quæ naturam noſtrã ſuperabat: & concurrebant omnes, ſuperne Angeli, inferne homines, vnuſquiſque os ſine lingua videre cupientes, & audire, ſic loquens. Erat enim reuera admirabile, & præter opinionem, os abſque lingua verba faciens, diabolo quidem magnum dedecus afferens, martyri autem magnam gloriam, diſcipulis vero plurimam conſolationẽ & patientiæ argumentum. Hic enim Deo mos eſt vel ex alto repetitus, & à principio quæcunque contra nos diabolus conſarcinarit, ea in caput illius cõuertere, & ad ſalutem noſtram redigere. Mihi autem hoc quoque conſidera: ille hominem è paradiſo eiecit, & Deus ei cęlum aperuit. Ille ipſum expulit ex imperio terreno: Deus autem regnum ei cælorum dedit, & in throno regio naturam noſtram collocauit: Sic dona ſemper maiora Deus ijs dat, quibus diabolus homines priuare conatur. Hoc autem facit, illum quidem tardiorem ad parandas nobis inſidias reddens: nos vero docens nunquã eius machinationes timere: quod quidem factum eſt etiam in martyre. Quia enim ſecũ voce priuaturum diabolus exiſtimauit, multo maiorẽ & præclariorem ei Deus largitus eſt. Non enim erat eiuſdem momenti, cum lingua loqui, & ſine linguã: nã illud quidẽ conſequens & commune omnibus: hoc autem ſupra naturam erat, & proprium eius ſolius. Quamquam etiamſi poſt linguæ abſciſſionem mutus martyr fuiſſet, ſic quoque impletum ab eo certamen fuiſſet, eique parata eſſet corona. Nam, quod victus eſſet, maximum erat & apertum argumentum, quod linguam amputaſſet. Si enim linguam martyris non timebas, ô ſcelerate & execrande diabole, cur eam abſcidiſti? quamobrem decertationum argumentum nõ diſſimiſti, ſed ſtadium occluſiſti? Quemadmodum enim ſi quis luctaturus deinde plagas accepiſſet, quæ verbis explicari non poſſunt, & cum deinde amplius reſiſtere non valeret, manus abſcindi aduerſario iuberet, cumq; ſic percuteret, nõ amplius alia probatione opus eſſet ad decernendam victoriã ei, cui fuiſſent manus abſciſſæ: ita etiam in martyre apertiſſimum omnium argumentum victoriæ aduerſus diabolum fuit linguæ ipſius amputatio. Nam etſi mortalis erat lingua, quia tamen ea vulnera immortalia diabolo inflixit, propterea in illam ingentes omnino ſpiritus effiauit: ſibi quidem maius dedecus afferens, martyri autem coronam ſplendidiorem reddens. Vt enim mirabile eſt arborem ſine radice intueri, ac fluuium ſine fonte: ſic etiam vocem ſine lingua. Vbi ergo ſunt, qui corporum reſurrectioni non credunt? ecce vox mortua eſt, & reuixit: & vno momẽto temporis vtraq; factæ ſunt. Quamquam hoc longe maius eſt, quam corporum reſurrectio. nam illic quidem natura corporum eſt ſubiecta, compoſitio autem ſolum eſt diſſoluta: hic vero ſublatum fuit vocis ipſum fundamentum, ſed tamen ſplendidior rurſus eſt facta. Quamquam ſi à tibia lingulas abſtuleris, inutile deinceps iacet inſtrumentum. verum non ſic tibia ſpiritualis: ſed tametſi lingua priuata non ſolum muta non erat, ſed etiam modulatius & magis myſticum carmen, & maiori cum admiratione emittebat. Rurſus etiã in cithara ſi quis plectrum ſolum eripuerit, otioſus artifex, ars inutilis, & inane fit inſtrumentum: hic autem nihil eiuſmodi, ſed contrarium omnino. Os enim erat cithara, lingua plectrum, artifex anima, ars vero confeſſio; plectro tamen ablato, lingua, inquam, neque artifex, neque ars, neque inſtrumentum inutile euaſit, ſed omnia virtutem ſuam oſtenderunt. Quis hæc fecit? quis admirabilia hæc oſtẽdit, quæque omnem ſuperant opinionem? Deus qui ſolus mirabilia facit, de quo dicit Dauid: *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* Atque tunc quidem ex ore infantium & lactentium, nunc autem ex ore elinguium: tunc natura immatura, nunc os lingua defectum: tunc erat in pueris mollis radix, ſed fructus perfectus: hic autem & ipſa radix ablata erat, & fructus generatio non prohibebatur: eſt enim vox linguæ fructus. Sunt reuera poſteriora prioribus mirabiliora. Etenim, ne his fidem non adhibeatis, illa propterea præceſſerunt, vt in his non conturbemini, cum in illis fuerit animus aſſuetus. propterea hæc euenerunt, vt illa quæ latent & ſunt vetera, ex manifeſtis & ijs quæ ſunt recens facta credantur. Sic aliquando Aaronis quoque virga floruit, quomodo nunc os martyris germinauit. Sed quanam de cauſa virga tunc Aaronis germinauit? quoniam ſacerdos contumelijs afficiebatur. Quanam autem de cauſſa nunc os martyris germinauit? quoniam blaſphemia & maledictis inceſſebatur magnus Pontifex Ieſus Chriſtus. Vide ergo quanta ſit miraculi cognatio & excellentia. Quemadmodum enim virga illa nõ vnita radici, nec ex terra trahens humorem, ſed ea defecta, quæ illinc proficiſcitur, ſuppeditatione, ac perdita vitali frugiferaque virtute, repente fructum oſtendit: ita nimirum hic quoque vox radice priuata & vim ex inſtrumento non habens, in ſicco & ſteriliore repente germinauit. In hoc quidem cognatio, in alio autem eſt excellẽtia, inter vtrumque enim fructum multum intereſt. Nam ille quidem ſenſilis erat, hic autem ſpiritualis, & ipſos cælos aperiens ei, qui tunc eam vocem ediderat. Pro his omnibus martyri gratulemur; Deum glorificemus, qui hæc facit miracula: imitemur conſerui patientiam,

1 Cor. 3. 19
Miraculũ in martyrio S. Romani.
Simile.
Reſurrectio corporis oſtẽditur.
Pſalm. 71
Pſal. 8.
Num. 17

ſcientiam,gratias agamus domino pro gratia: ex ijs A
quæ dicta ſunt,ſufficientem in tentationibus con-
ſolationem accipiamus:& Dei,qui nos fecit,poten-
tiam & curã admirantes ac prouidentiã, omnia ex
nobis afferamus,& quæ ex eo ſunt,omnino conſe-
quẽtur,ſiue homines, ſiue dæmones, ſiue diabolus
aduerſum nos depugnet, nihil proficiẽt ij, qui nos
oppugnant:modo promptum noſtrũ animi ſtudiũ
oſtendamus, & quæ à nobis afferri oportet, omnia
afferamus.Sic enim hic Dei auxilium attrahemus,
& in vita futura magna gloria& ſalute perfruemur.
Quã nobis omnibus conſequi detur gratia & beni-
gnitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri
ſimul cum Spiritu ſancto gloria, honor & potentia
in ſæcula ſæculorum. AMEN.

ENCOMIVM SANCTI MELETII
Archiepiſcopi Antiocheni, & de ſtudio eorum qui conuenerant.

Ex Lipomani & Surij tomis de Sanctorũ vitis, & Græco Lat. edit. Chryſoſt. apud Cl. Morel. 1609.

PEr venerandum & ſacrum hunc gregem ocu-
los vbique circumferens,& vniuerſam ciuita- B
tem adſpiciens hic præſentem , neſcio quẽ prius
beatum pronuntiem,ſanctum. ne Meletium, quod
vel poſt mortem tanto honore fruitur: an veſtram
charitatem,quod tantam in veſtros paſtores bene-
uolentiam etiam poſt deceſſum oſtenditis. Beatus
enim ille, quod tantum amorem vobis omnibus
potuerit immittere: beati vos quoque quod cum
charitatis depoſitum acceperitis, eam ei,qui depo-
ſuit,integram huc vſque perpetuò conſeruaueri-
tis.Quintus enim annus iam præterijt, ex quo ille
migrauit ad Ieſum, quem deſiderabat, ac perinde
ac ſi heri & nudius tertius eũ vidiſſetis, tã feruenti
amore ad eum hodie acceſſiſtis. Propterea beatus
ille eſt hodie iudicandus quod tales genuerit filios:
beati autem eſtis vos quoque iudicandi, quod vobis
obtigerit,vt talem patrem haberetis. Egregia eſt
radix & admirabilis, ſed fructus quoque non ſunt C
indigni hac radice.Etenim quomodo radix quæpiã
admirabilis,quæ latet in ſinu terræ, ipſa quidẽ non
apparet, per fructus autem oſtendit vires ſuæ vir
tutis:ita etiam beatus Meletius in hac capſa condi-
tus, ipſe quidem non cernitur à nobis oculis cor-
poris;per vos vero,qui eſtis fructus, ſuæ gratiæ vi-
res oſtendit. Et licet nos quidem ſileamus, ſufficit
dies feſtus, & feruor veſtri ſtudij, ad tuba clarius
S. Meletij laus. proclamandum ſancti Meletij in vos amorem, tã-
quam in filios. Sic enim veſtras mentes accendit ad
ſui amorem,vt vel ad ſolum nomen incaleſcatis,&
excitemini ad ipſam appellationem.Propterea ego
quoq; nunc non temerè,ſed ſtudio& dedita opera,
id in meis verbis annecto aſſidue,& perinde ac quiſ-
piam, qui coronã texit auream, margaritas deinde
inſerens, gemmarum frequentia præclarius efficit
diadema: ita ego quoq; beato eius capiti coronã te- D
xens encomiorũ,veluti margaritarum quarumdam
frequentiam orationi adtexo continuationem eius
appellationis,ſperans fore,vt ſic eam iucundiorem
Simile. reddam & ſplendidiorẽ. Solent enim amantes eo-
rum,quos amant, vel nuda cõplecti nomina, & in-
caleſcere ad ipſas appellationes, quod vobis quoq;
Meletij nomẽ Antiochenis gratum. in hoc beato vſuvenit. Nam cum eum à principio
in ciuitatem ingreſſum excepiſſetis , vnuſquiſq; fi-
lium ſuum appellabat ab illius appellatione ; per
appellationem exiſtimans vnuſquiſque in domum
ſuam ſanctum introducere,patreſque,auos & proa-
uos matres prætereuntes beati Miletij nomen im-
ponebant liberis,quos pepererant. Naturam enim
vincebat amor pietatis,& deinceps qui naſcebãtur,
non ex naturali ſolũ beneuolentia,ſed etiã ex affe-
ctione ad illã appellationem , erant chari parenti-
bus. Ipſum enim nomen & ornamentũ cognatio-
nis & ædium tutelã, & ita vocatis ſalutem,& amoris
ſolatium eſſe exiſtimabãt, & perinde ac ſi quidam,
qui ſedebant in tenebris,cum vna lãpas conſpecta

A fuerit,multas accendentes lucernas, vnuſquiſque
infert in domum ſuam: ita etiam cũ illa appellatio,
tanquam lumen incidiſſet in ciuitatem, introduxit
in domum ſuam beati tũc illius nomen,veluti quẽ-
dam theſaurum bonorum innumerabilium , per il-
lius afferens appellationem:eratq; id , quod fiebat,
doctrina magnæ charitatis & pietatis. Nam cum aſ-
ſidue cogerentur meminiſſe illius appellationis, &
illum ſanctum animo complecti,habebant hoc no-
men tanquam arma quædã, quibus fugabatur quæ-
uis à ratione aliena affectio & cogitatio: fuitque id
adeo frequens, vt vbiq; in biuijs,in foro, in agris &
in vijs hoc nomen vndiq; circumſonaret. Non ad
nomen autem ſolum adeo fuiſtis affecti , ſed ad ip-
ſam etiam figuram corporis. Quomodo enim feci-
ſtis in nominibus , hoc etiam feciſtis in illius imagi-
ne,etenim in palis annulorum ,& in poculis , & in
phialis,& in thalamorum parietibus,& vbiq; ſacra
illam multi expreſſerunt imaginem, vt non ſolum
audirent ſanctam illam appellationem , ſed etiam
vbiq; viderent figuram corporis,& eius peregrina-
B tionis duplicem haberent conſolationem. Etenim
cum primum fuit ingreſſus,fuit expulſus e ciuitate,
inimicis veritatis eum expellentibus: Deus vero id
conceſſit, ſimul & illius virtutem & veſtrã fortitu-
dinem volens oſtẽdere. Cum enim ingreſſus, ſicut
Moyſes in Ægyptum,liberaſſet ciuitatem ab erro-
re hæreſis , putridiſq; mẽbris & immedicabilibus à
reliquo corpore amputatis,integram reſtituiſſet ſa-
nitatem eccleſiæ multitudini, inimici veritatis non
ferentes correctionẽ,cum mouiſſent eum,qui tunc
imperabat, expulerunt eum ex hac ciuitate, expe-
ctantes fore,vt veritate eſſent ſuperiores,& euerte-
rent correctionem eorũ , quæ facta fuerat. Euenit
autem contra,quam expectabant;magiſq; fuit eui-
dens veſter zelus, & reſplenduit demõſtratio illius
ſcientiæ,ad docendum accõmodatę. Illius quidem,
quod triginta diebus,nec ijs quidem integris,tantũ
C potuit , vt poſtea irruentibus ſpiritibus innumera-
bilibus , illabefacta & inconcuſſa manſerit illa do-
ctrina;feruor autem veſter ſe aperte oſtendit, quod
triginta, & nec ijs quidem integris, diebus, tã accu-
rate ſuſcepiſtis,quæ deiecta fuerant ab illo,ſemina,
vt ad profundum mentis radices tranſmiſeritis, &
nulli deinceps illatæ de cætero ceſſeritis tẽtationi.
Operæprecium eſt autem, ne illud quidem præter-
mittere,quod accidit in eius perſecutione. Nam cũ
pręſes ciuitatis curru vectus exiret per medium fo-
rum,& prope feciſſet ſedere illum ſanctum,lapides
niue crebriores vndiq; in caput præſidis ferebãn-
tur,ciuitate nequaquam ferente ſeparationem, ſed
potius volente priuari vita præſenti , quàm videre
ſanctum illum auelli. Quid ergo tunc fecit ille bea-
tus? Cum vidiſſet iactus lapidum,cõplexus ſuis ve-
ſtibus, contexit caput præſidis: ſimul & inimicos
D pudore afficiens ob inſignem manſuetudinem , &
ſuos docens diſcipulos,quantã oſtendere oporteat
patientiam in eos,qui iniuria afficiunt:& quod non
ſolum nihil oporteat eis mali facere,ſed etiam ſi ab
alijs eis immineat periculum , id quoq; omni ſtudio
propulſare. Quis tunc non fuit obſtupefactus, vi-
dens & inſanum amorem ciuitatis , & ſummã phi-
loſophiam, lenitatemque, & manſuetudinem Me-
letij? Erant enim admirabilia ea,quæ tunc accide-
runt. Paſtor abigebatur , & oues non diſpergeban-
tur:gubernator expellebatur,& ſcapha nõ merge-
batur:agricola fugabatur,& vitis plus fructus fere-
bat. Quoniam enim vinculo charitatis eratis inter
vos inuicem colligati, non illatæ tentationes, non
impendentia pericula, non viæ longitudo, nõ diu-
turnitas temporis,neq; quidquam aliud vos potuit
diſiungere à beati paſtoris Meletij cõſuetudine,ſed
expellebatur quidem,vt eſſet procul à filijs: cõti-
git autem contrariũ. Magis enim vobis conſtrin-
gebatur vinculis charitatis, & cum ſecum vniuer-
ſam accepiſſet ciuitatem,in Armeniã profectus eſt.

Et erat quidem corpus poſitum in patria, mens verò & cogitatio, veluti à quibuſdam pennis in altum elata à gratia ſpiritus, & apud vos perpetuo degens, vniuerſum hunc populum circumferebat in illius viſceribus. Quod ipſum quoq; vobis vſu veniebat. Nam cum hic ſederetis, & vrbe circumſcriberemini, ſpiritu charitatis in Armeniam quotidie euolantes, & ſanctum vultum intuentes, & iucundiſſimam beatamque vocem exaudientes, ſic reuertebamini. Et propter hanc cauſam, conceſſit Deus eum ſtatim expelli è ciuitate, vt ſic, vt dixi, oſtenderet Deus veſtram fidei firmitatem inimicis, qui vos bello oppugnabant: & illius in docendo peritiam: illud autem hinc eſt apertum. Nam poſt primam reuerſus perſecutionem, non triginta ſolùm dies, ſed etiam menſes, & annum vnum & duos & plures hic eſt verſatus. Nam cum ſatis magnum dediſſetis argumentum veſtræ circa fidem firmitatis, dedit vobis poteſtatem iucundè & ſecure fruendi patre. Erat enim maxima voluptas, frui illo ſancto vultu. Non enim ſolum docens nec loquēs, ſed etiam ſi ſolum videretur, ſatis erat ad introducendam omnem virtutis doctrinam in eorum, qui videbant, animam. Quando enim ad vos veniebat & vniuerſa ciuitas ei obuiam proceſſerat, alij quidem propè accedebant, & pedes prehenſabant, & manus oſculabantur, & vocem audiebant: alij autem prohibiti multitudine, ipſum ſolum videntes, tanquam qui ſufficientem benedictionem ex adſpectu accepiſſent, & non minus habuiſſent, quam qui propè fuiſſent, contenti recedebant: & quod fiebat in apoſtolis,
Act. 5. 15 hoc in eo quoque contingebat. Quomodo enim in apoſtolis, qui progredi & propius accedere non poterant, aut cum vmbra eorum extenderetur, & tangeret eos, qui procul erant, eandem attrahebant gratiam, & ſani ſimiliter recedebant: ita nunc quoque, qui non poterant accedere, tanquam aliquam ſpiritalem gloriam à ſancto illo capite emiſſam, & ad eos, qui longiſſime aberant, peruadentem ſentientes, etiā ab eo omni benedictione ex ſolo aſpectu repleti, omnes diſcedebant. Cum autem viſum eſſet communi Deo vniuerſorum eum vocare ex vita præſenti, & eum referre in chorum angelorū, nec hoc quidem factum eſt temerè: ſed ipſum quidem vocant litteræ Imperatoris, cum Deus mouiſſet Imperatorem. Vocant verò ipſum non in propinquum locū, ſed in ipſam Thraciam. Quamobrē? vt & Galatæ, & Bithyni, & Cilices, & Cappadoces, & omnes, qui Thraciæ vicinas regiones habitant, noſtra bona cognoſcerent: Vt qui erant vbique terrarum Epiſcopi, tamquam in archetypum exemplar, in illius ſanctitatem intuentes, & apertum exemplum ab eo accipientes, ſui in hoc munere officij certiſſimam & clariſſimam haberent regulam, quemadmodum oportet adminiſtrare & regere eccleſias. Nam propter vrbis magnitudinem, & quod illic reſideret Imperator, multi ex multis locis orbis terræ illuc tunc confluebant. Epiſcopi autem eccleſiarum, propterea quod eccleſiæ à longo bello & tempeſtate reſpirantes, acciperēt principium pacis & tranquillitatis, literis Imperatoris omnes illuc vocabantur. Tunc ergo hic quoque
Dan. 3. ſanctus illuc accedit. Quomodo enim in tribus pueris accidit, quando erant publico præconio renunciandi & coronandi, extincta vi ignis, faſtu tyranni conculcato, confutato omni genere impietatis, ex vniuerſo orbe terræ erant eis congregati ſpectatores: nam qui vbique terrarum erant ſatrapæ, conſules, & toparchæ, vocati quidem erāt propter aliam cauſam, illos autem ſpectauerunt athletas: etiam tunc accidit, vt præclarum fieret beato Meletio theatrum, propter aliam cauſam vocati Epiſcopi, qui vbique terrarum adminiſtrabant eccleſias, acceſſerunt, & ſanctum illum ſunt cōtemplati. Poſtquam autem eum adſpexiſſent, & accurate eius didiciſſent pietatem, ſapientiam, atque zelum fidei, vt qui perfectam & abſolutam in ſe haberet omnem virtutem, quæ decet ſacerdotem, tunc enim ad ſe vocauit dominus. factum eſt vero id quoque, vt leuius ferret noſtra ciuitas. Nā ſi hic emiſiſſet animam, futurum erat intolerabile pondus calamitatis. Quis enim ſuſtinuiſſet videre beatum illum, extremum emittentem ſpiritum? Quis ſuſtinuiſſet videre illa ſupercilia oculorum deprimi, oſque claudi, & mandata edere nouiſſima? Quis hoc adſpiciens, non à ſe diſceſſiſſet, & magnitudine calamitatis? Ne hoc ergo accideret, prouidit Deus, vt in aliena regione animam exhalaret, vt tempore, quod interceſſit, hanc maximam præmeditati calamitatem, cum videremus ingredi corpus, ne animo conſternaremur: cum mens iam eſſet aſſuefacta luctui: quod etiam factum eſt. Cum enim venerandum illud corpus excepit ciuitas, luxit quidem & valde eiulauit: ſed luctum cito repreſſit, tam propter cauſam, quam diximus, quàm propter eā, quæ eſt dicenda. Benignus enim & clemens Deus miſertus noſtri doloris, alium cito nobis dedit Paſtorem, qui pulchrè exprimebat & cōſeruabat formam omnis illius virtutis. Qui cum ſedem aſcendiſſet, humili & lugubri veſte nos ſtatim exuit, & dolorem extinxit, beati autem Meletij magis memoriam renouauit. Et dolor quidem flaceſcebat, amor vero accendebatur vehementius, & omnino ſublata fuit animi ægritudo: Quamquam in amiſſione eorum, qui ſunt chariſſimi, non ita ſolet euenire. Sed quando quis filium chariſſimum, vel etiam reuerendum maritum amiſerit mulier, quādo quidem eius feruentem conſeruat memoriam, vehementior luctus alitur in animo. Quando vero ſuccedens tempus luctum emollierit, ſimul cum vehementia doloris extincta eſt etiam, quæ vigebat, memoria. In hoc autem beato Meletio accidit contrarium. Nam animi quidem ægritudo fuit omnino eiecta, recordatio vero non ſimul abijt cum dolore, ſed aucta eſt vehementius. Teſtes autē eſtis vos, qui poſt tantum tempus, non ſecus ac apes fauum, circūuolatis corpus beati Meletij. Cauſa vero erat, non à natura ortus in illum amor, ſed diſcretionis rectæ ratiocinatio. Propterea non fuit morte extincta ſancti Meletij memoria, tempore nō emarcuit: ſed augetur & maius accipit incrementum, non eorum ſolum, qui viderunt, ſed etiam eorum, qui non viderunt. Etſi enim hoc quoque admirabile, quod qui fuerunt illius vitæ tempore iuniores, ij quoque accenduntur, ad idem deſiderium. Atque vos quidem ſenes in hoc ſolo ſuperatis eos, qui non viderunt, quod cum eo verſati eſtis, & fructum percepiſtis ſanctæ eius conſuetudinis: qui autem non viderunt, vos ſuperant, quod cum virum non adſpexerint, in ipſum non minus deſiderium oſtendunt. Oremus itaque omnes ſimul tam magiſtratus quā priuati, tam mulieres quam viri, tam ſenes quam iuuenes, tam ſerui quam liberi, beatum ipſum Meletium harum precū ſocium accipientes. (eſt enim ei nunc maior fiducia, & amor in vos feruentior) vt hæc nobis augeatur charitas, & nos omnes obtineamus, quomodo hic ſumus prope arcam iſtam, Capſulā reliquiarum eius intelligit
ita illic quoque poſſe eſſe prope beatum & æternum eius tabernaculum, & conſequi bona æterna, quæ ſunt repoſita. Quæ detur nobis omnibus conſequi, gratia & clementia Domini noſtri Ieſu Chriſti: cui gloria & potentia ſimul cum ſancto ac viuifico Spiritu, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum.

AMEN.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISS.

D. FRANCISCO S. R. E. CARDINALI

SOVRDISIO, ARCHIEPISCOPO BVRDIGA-
lenſi, & Aquitaniæ Primati.

FRONTO DVCÆVS S. D.

QVANTVM Eccleſiæ Chriſtianæ præſidium à funeſtis perduellium ſuorum cohortibus obſeſſæ compararent, Cardinalis illuſtriſſime, qui conuertendis è Græco ſanctorum Patrum monumentis operam nauant, ij demum probè nouerunt, quibus ad manum cum hæreticis conſerendas fuerit in diſpenſationis arenam deſcendendum. Non enim tantum dum viuerent, fortes illi religionis athletæ ducesq́; generoſi furioſos Chriſti ſponſæ vicerũt hoſtes: ſed ſuos etiam libros tanquam ditiſſima quædam nobis armamentaria ſtruxerunt, vnde liceat amētatas haſtas, omnisq́; generis tela depromere, quibus inſtructi pari cum illis victoriæ ſucceſſu prælia Domini præliemur. Ita cum olim in celeberrimis Epheſi, Chalcedonis, cæterisq́; Concilijs perfidorum Eccleſiæ deſertorum Macedonij vel Eutychis, infauſta capita damnanda eſſent, non alijs arctioribus vinciri cōpedibus, aut teſtimonijs cōuinci grauiorũ ribus potuerunt, quàm prolatis è Patriarcharum Bibliothecis antiquorum Patrum voluminibus, in quibus tanquam in iudicium tabellis exarata Spiritus ſancti ſententia, Scripturæq́; verba clarius in illos expreſſa legerentur. Iam cum vel in ipſis priuatis congreſſibus, vel ſcriptis libellis illorum errores euertendi ſunt, quo validiori percelli ſolent ariete, quæ phalarica maiori proſterni, quàm ſi pareat aliam veterum Epiſcoporum fuiſſe mentem, qui tranſmiſſam ab Apoſtolis doctrinam diuinam, cum perenni ſedium ſacrarum ſucceſſione fideliter conſeruarunt? Quantum voluerint, ipſi ſe ament, & inſidentes ſibi numinis afflatu confidant: nunquam tamen à communi populorum ſenſu extorquebunt, plus vt eorum nuper exortis inuentis, quàm illius canæ fidei præconibus atque venerandæ antiquitatis proceribus deferatur. Quo mihi grauius Catholicæ religioni videntur importare detrimentum, qui dum laudē interpretum obtritum eunt, laborem quidem illorum ingentem aſſerunt, ſed gloriam minorem, vix hominibus Theologis expetendā: quo factum eſt, vt dum hanc illi Spartam alijs ornandam relinquunt, ab humaniorum potius artium profeſſoribus, quàm ab eccleſiaſticis viris conuerſa Doctorum ſcripta teneamus. Quodſi non alia quam Grammaticorum digni ſunt laude, qui grauiorum auctorum libros peregrinis ex vrbibus in Latinam coloniam tranſcribunt, nullus inter Latinos Poetas erit Terentio vel Plauto locus, qui veteres Comicos interpretati ſunt, neq; Virgilio, qui Homerum, neq; Ciceroni Latinæ principatus eloquentiæ deferetur, qui Demoſthenis plerumq; ſententias in orationum ſuarum verba transfudit. Quin ne ipſis quidem Latinis Patribus, vt Medicos ac iuriſconſultos omittamus, Theologi nomen conueniet, cum Hilarium tractatus Origenis in Iob & Matthæum non vt Interpretem alienũ, ſed vt auctorem proprij operis tranſtuliſſe tolletur Hieronymus, Ambroſium ſic eiuſdem Origenis Hexaemeron compilaſſe, vt magis Hippolyti ſententias Baſiliiq́; ſequeretur, ſeipſum deniq; Græcorum ſpolijs ingenuè libros ſuos ditaſſe fateatur. Niſi fortè maiorem illi gloriam merentur, qui conuerſis è Patrum operibus varias expoſitiones coacernatas in vnius commentarij faſcem alligant, quam in tenebris peregrinæ linguæ deliteſcentes eaſdem acutè perceperint, prudenter digeſſerint ac terſis conueſtitas verbis in luce protulerint. Quid? in ipſo concertationum puluere, vtrum præclarius, vt vnum aliquem locum Doctoris pertractans hæreticos vrgeas, & in eorum cuneos velitem mittas, an vt integrum opus non ante lectum, nedum intellectum in Eccleſiæ theſauros inferas, & quaſi rurſus delectu habito nouis legionibus dux inuictus Chriſti ſeruatoris exercitum augeas. Quamobrem ſapienter, mea quidem ſententia, ſummi Pontifices aliiq́; præſules eorum ſemper laboribus fauendum duxerunt, qui vindicandis ab interitu Doctorũ libris quaſi poſthumis liberis, quaſi pretioſis beatorum auctorum reliquijs ſtudium ſuum deuouerunt: ne ſi tam ſalutari opere neglecto illorum infringerentur animi, vel induſtria deſpecta langueſceret, multis magnisq́; præſidijs deſtituta ſuorum hoſtium libidini ac furori religio dederetur. Atq; inter illa veteris doctrinæ columina tanto ſanè dignior mihi præ cæteris ſemper eſt viſus Ioannes Chryſoſtomus, vt ad eius indaganda monumenta diligenter incumberetur, quanto copioſius aureum fundens flumen eloquentiæ, ac prope innumeris tractatibus vniuerſam Scripturam explanans Eccleſiam pretioſiſſimis quibuſdam donarijs exornauit. At hi quidem ex antiquis codicibus eruti Bibliotheca Reginæ Chriſtianiſſimæ Catharinæ Medicææ perpetuis laudibus celebrandæ, cuius familiæ quicquid vſquam gentium reſtat Græcæ literaturæ debet Occidens, num germani tanti parentis ſint liberi, tuum hoc præcipue fuerit, Cardinalis illuſtriſſime, pro tua in agnoſcendis Patrum monumentis ſolertia iudicare. Tu enim is es, qui non vitæ ſolum integritate, continentiæ ſtudio, vitiorum odio, criminumque cenſura, & in conuertendis ad fidem hæreticis ſingulari zelo atque conſtantia nobis Conſtantinopolitanum hunc Archiepiſcopum refers, ſed eximia quoque pollens eloquentia populum tuum in admirationem traductum doctiſſimis tuis concionibus ab errorum vinculis expedis, & ad inuſitatam morum prouehis ſanctitatem. Quinetiam in huius te video laudis à Chryſoſtomo ſocietatem vocari, quod vt ille patre Secundo exercitus Syriæ duce natus vnigenitus, Imperatoris Conſiſtorium poſthabuit eccleſiaſticæ vitæ dignitati: ſic tu perilluſtri ex Comitum genere patre Carnutum prouinciæ Rectore procreatus non exiſtimaſti primogeniti iure te potius armis tuendo regno, quam religioni literis propugnandæ deſtinari. Quo factum eſt, vt ſingulari tuarum virtutum merito debitum ſacri Senatus honorem, & Aquitanicæ prouinciæ principatum, quaſi duplicem inter fratres Epiſcopos primatum parens Eccleſia grata liberalitate rependerit. Hos ergo ſeptemdecim aureolos tractatus illuſtriſſimi nominis tui patrocinio tectos in lucem prodire permittere, cum vt ſit hoc obſeruantiæ erga te meæ, tibiq́; debiti à ſocietate noſtra tot meritis iam deuinctâ pignus obſequij: tum vt quicquid palloris eorum aurum noſtra interpretatione ſubæratum contraxerit, rutilo ſplendore ſacræ tuæ purpuræ coloretur. Vale. Burdigalæ Kal. Septemb. ƆIƆ.IƆC.

Hieron. epiſt. 65 & 79 & Apol. 1. in Ruf.

S. Patris Noſtri
IOANNIS CHRYSOSTOMI
Archiepiſcopi Conſtantinopolitani tractatus panegyricus in ſanctum Martyrem Lucianum.

Interprete Frontone Dvcæo
Societatis Ieſu Theologo.

Ex Edit. Græ.Lat. Burdigæ. apud Millangium, an. 1601. & Pariſ. 1609. apud Cl. Mor. QVod hoſterno die pertimeſcebam, euenit, &
ad effectum iam perductum eſt; nempe vbi
feſtum præterijt, ſimul etiam multitudo nobis abſ-
ceſſit, minorque nobis cætus eſt factus. Atque hoc
equidem prorſus euenturum ſciebam, non tamen
idcirco deſtiti à cohortatione: licet enim haud
omnes morem geſſerint, qui heſterna luce audie-
runt, non tamen omnes etiam non obtẽperarunt:
neque vero parum apud nos ad conſolationẽ hoc
B valet; quamobrem neq; hodierna die ab hac admo-
nitione deſiſtam: nam ſi minus ex nobis, ex vobis
quidem certe audient, quæ dicuntur. Quis enim tã-
tam illorum ſocordiam ſilentio ferre poſſit, aut ve-
nia illos, & excuſatione dignos ducere, qui cũ tanto
interuallo matrem viduſſent, & bonorũ, quæ in ea
ſunt, participes facti eſſent, receſſerunt, neque rur-
ſus reuerti dignati ſunt, nec columbam Noe, ſed
coruum imitati ſunt: idque dum maris adhuc æſtus,
& tempeſtas illa perſeuerat, grauiorque quotidie
procella excitatur, ac propoſita in medio arca iſta
ſancta cunctos aduocat, ad ſe pellicit, & multam
præbet ad ſe confugientibus ſecuritatẽ? Non enim
aquarum neque fluctuum irruptiones, ſed conti-
nuas alieniſſimarũ à ratione perturbationum ſedi-
tiones coercet, inuidiam tollit, & arrogantiam re-
C frænat. Nam neque diues deſpicere pauperem po-
Eſa. 40. 6 terit, cum ex ſcripturis audiet, *Omnes caro fœnum, &*
omnis gloria hominis quaſi flos fœni. neque pauper alterũ
diteſcentem videns inuidia capietur, cum & ipſe
Pſ. 48. 17. audiet alterum prophetam dicentem, *Ne timueris cũ*
diues factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria do-
mus eius. Quoniam cum interierit, non ſumet omnia: neque
deſcendet cum eo gloria eius. Talis namque eſt opum
iſtarum natura: non transferuntur cum dominis:
non cum poſſeſſoribus peregrinantur: non in iu-
dicium vocatis illi ac pœnas luentibus patrocinan-
tur. ſed per mortem penitus præcidũtur, imo mul-
tos etiam ante mortẽ deſeruerunt; infidus eſt vſus,
fructus inſtabilis, periculoſa poſſeſſio. At non eiuſ-
modi ſunt virtutis & eleemoſynæ bona, verum à
prædatione tutus eſt hic theſaurus. vnde hoc con-
ſtat? Qui de diuitijs iſtis philoſophando dixit: *Non*
deſcendet cum eo gloria eius poſt eum, hic & de eleemo-
D ſynæ theſauris, qui permanent ſemper, nec vllo
tempore compilantur, nos erudiuit, cum ita dixit;
Pſ. 111. 9. *Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum.*
Quid hoc mirabilius fieri poſſit? quæ colliguntur
pereunt, & manent quæ diſperguntur, ac merito
ſane: nam iſta quidem ſuſcipit Deus; cæterum ex
Dei manu rapere nemo poteſt: illa vero in homi-
num theſauris reponuntur, vbi multis inſidijs ſunt
obnoxia, vbi multa inuidia & liuor. Noli ergo dile-
ctiſſime, loci huius frequentationem contemnere:
ſiue enim mœror aliquis negotium faceſſat, hic re-
legatur: ſiue curæ ſæculares, aufugiunt: ſiue alienæ
à ratione perturbationes, ſedantur: à foro autem
& theatris ac cæteris profanis conuentibus, multis
accumulatis curis ac mœroribus animæque mor-
bis, domum redimus. Si hic continuo verſeris, pror-
ſus etiam ea, quæ foris contraxiſti mala depones:
ſin autem reſilias fugiaſque, tum illa etiam, quæ ſa-
crarum ope ſcripturarum bona tibi comparaſti,
prorſus amittes, tuæque omnes opes ſenſim à pro-
fanis illis conſeſſibus & colloquijs ſubripientur.

A Atque vt hæc vera eſſe noſcatis, cum hinc diſceſſe-
ritis, eos qui hodie abfuerunt videre, tum quantum
inter veſtram animi tranquillitatem & illorum an-
xietatem interſit, animaduerteretis. Nõ ita pulchra
eſt ac venuſta ſponſa in thalamo ſedens, ac mirabi-
lis eſt anima glorioſaque, dum in eccleſia ſpiritalia
ſpirans vnguenta comparet. Qui enim huc cum fi-
de ac ſtudio ventitat, innumeris theſauris ditatus
abſcedit: etſi tantum os aperuerit, omni odorũ ſua-
uitate continuo ac ſpiritualibus opibus complebit
illos, qui congreſſu eius fruuntur: etſi ſexcentæ in-
gruerint calamitates, omnes æquo animo feret: vt-
pote qui à ſcripturis diuinis patiẽtiæ philoſophiæ-
que ſufficientem occaſionem hinc acceperit. Et
quemadmodũ is qui perpetuo in rupe conſiſtit, flu-
ctus deſpicit: ſic & is, qui aſſidue collecta perfrui-
tur, ac diuinis ſermonibus irrigatur, tanquã in rupe
in recto rerum iudicio ſeipſum collocarit, nullis re-
bus humanis capietur: vt qui multo altius ſe proue-
xerit, quam quo poſſent negotiorũ ſæcularium in-
curſiones pertingere. Neq; vero tantũ ex admoni-
B tione, ſed etiam ex precibus, ex paterna benedictio-
ne, ex cõmuni conuentu, fratrumq; charitate, atq;
alijs ſexcentis ex rebus multa vtilitate atque animi
oblectatione percepta ſolet diſcedere, atque innu-
mera bona domum reportare. Perpende itaq; ho-
die quanta vos benedictione cumulandi ſitis, quãto
illi dãno mulctandi. Nam vos quidẽ martyrũ mer-
cede percepta diſcedetis: illi vero præterquã quod
lucro iſto priuabuntur, alio quoq; damno afficien-
tur, quod ex futilibus occupationibus multas ſolli-
citudinum ſordes contrahent. Quemadmodũ enim
is *qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem pro-* Mat. 10. 4
phetæ accipiet: & qui iuſtum recipit in nomine iuſti, mercedẽ
accipiet iuſti: ſic & is qui martyrem recipit in nomine
martyris, mercedem martyris accipiet. tũ vero quis
martyrem recipit, cum ad eius memoriã conuenit,
C cum eius certaminum narrationis fit particeps, cũ
facta collaudat, cum virtutes imitatur, cum apud
cæteros præclara illius facinora prædicat. hæc mar-
tyrum hoſpitalia ſunt dona: ſic iſtos ſanctos quis
ſuſcipit: quemadmodum & vos vtiq; hodierno die
feciſtis. Heſterno itaq; die Dominus quidem noſter Epiphan. feſtum.
aqua baptizatus eſt, hodie vero ſeruus ſanguine ba-
ptizatur: heſterno die cæli portæ ſunt reſeratæ, ho-
die inferorum portæ ſunt conculcatæ. Neq; mire- Baptiſmus ſanguinis.
mini, quod baptiſmum martyrium appellauerimus:
nam & hic Spiritus cum multa aduolat vbertate, ac
peccatorum abolitio, & animæ fit purgatio quædã
mirabilis ac ſtupenda: & quemadmodũ ij, qui bapti-
zantur aquis, ita qui martyrium patiuntur, proprio
ſanguine abluuntur; quod vtique & in iſto euenit.
Verumenimuero antequam de cæde, operæpretiũ
eſt vt de diaboli verſutia verba faciamus. Nam cum
omne ſuppliciorum ac pœnarum genus ab eo de-
D riſum animaduerteret, ac ſe neq; accenſa fornace,
neq; barathro effoſſo, neq; rota parata, neq; cum
in equuleum ſuſtuliſſet, neque cum in præcipitia
proieciſſet, neq; cum dentibus ferarum obieciſſet,
ſancti philoſophiam ſuperare potuiſſe; aliud acer-
bius genus excogitauit, quærenſq; circumibat, vt
ſupplicium inueniret, quod ſimul & acerbiſſimum
eſſet & longiſſimum. Quoniam enim eæ quidẽ pœ-
næ quæ ſunt intolerabiles, hoc afferunt, vt ijs ocyſ-
ſime liberemur: quæ vero longiores ſunt, aliquid
ſubtrahunt de dolore, reperire pœnam ſtuduit, in
qua vtrumq; ſimul eſſet & diuturnitas, & intolera-
bilis doloris exceſſus, vt cum vehementia, tum lõ-
ginquitas temporis animum eius conſtantem de
gradu deijceret. Quid ergo facit? fami ſanctũ hunc
exponit. At tu cum de fame audis, ne quod di- Fame torquetur Lucianus
ctum eſt, oſcitanter prætereas: eſt enim illa mors
omnium acerbiſſima, quod illi, qui ſunt experti,
teſtantur. abſit enim vt id nos experiamur: recte
namque ſumus edocti, vt oremus, ne in tentatio- Math. 26. 41.
nem intremus. Etenim tanquam viſceribus intus

S. Luciani martyris conſtãtia.

inſidens carnifex quiſpiam omnia membra dilaniat, quouis igne feræq; ſæuius corpus omni ex parte corrodit, & inexplicabilem dolorẽ inurit. Atq; vt quanta res ſit fames intelligas, etiã liberos ſæpenumero deuorarunt matres, cũ iſtius mali violentiam ferre non poſſent. Et hanc deplorans calamitatem propheta dicebat, *Manus mulierũ miſericordiũ coxerunt filios ſuos*; quos pepererant comedebant, & natorum infantiũ venter, qui pepererat, ſepulchrũ eſt factus, & naturã fames ſuperauit: imo vero non naturam modo, ſed etiã voluntatẽ; at huius ſancti generoſitatẽ minime ſuperauit. Quis ergo, cũ hæc audierit, nõ obſtupeſcat? tametſi quid potentius eſt natura? quid cõtra voluntate mutabilius? verũ vt nihil eſſe Dei timore validius ſcias, vehementius aliquid eſſe natura voluntatẽ apparuit, eaq; matres vicit, ac partus obliuiſci coegit: hunc vero ſanctum ſupplãtare non potuit, neque philoſophiam ſupplicium vicit, neq; fortitudinem pœna ſuperauit, ſed quouis adamãte firmior permanebat, ſeq; bona ſpe oblectabat: materiã agonum ſe nactũ gloriabatur, & ex certaminũ oblata occaſione conſolabatur, præſertim quotidie Paulum dicentem audiens: *In fame & ſiti, in frigore, & nuditate*. Et rurſus: *vſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur*. Nouerat quippe, nouerat probe illud, *Non in ſolo pane viuet, homo, ſed in omnis verbo quod procedit de ore Dei*. Vt autẽ illum improbus dæmõ vidit tanta rei neceſſitate nõ frangi grauiorẽ cruciatum reddidit: etenim ſumptis idolothytis, eiſq; mẽſa referta, ante conſpectũ eius collocari eã curauit: vt facultas vtendi eius animi robur infringeret. Nõ enim adeo irretiri ſolemus cũ res eæ, quibus allicimur, nõ apparent, ac cũ oculis obuerſantur; quandoquidẽ & mulierum cupiditatẽ facilius quis ſuperauerit, dũ mulierẽ formoſam nõ videt, quã ſi oculos continuo in eam intendat. Verumtamen has quoq; inſidias iuſtus vicit, quodque fortitudinẽ eius Diabolus infracturũ putabat, hoc eũ magis ad certamina corroborauit & inſtruxit: nõ enim tantũ nihil ab idolothytorũ aſpectu lædebatur, ſed ea magis idcirco auerſabatur & oderat. Et quemadmodũ erga inimicos afficimur, quos quia videmus tanto eos odio maiori perſequimur & auerſamur: ſic & ille tunc erga impurã illam victimam afficiebatur: eo magis deteſtabatur, ac refugiebat, quod videbat, & appoſitorum ciborũ aſpectus maius odium in eo atq; auerſationem excitabat: dumque intus magna illũ voce ſollicitaret fames, & appoſita deguſtare iuberet, tũ Dei timor eius manus reprimebat, & vt ipſius naturæ obliuiſceretur, efficiebat: dumq; pollutam & execrandã menſam intueretur, alterius menſæ tremendæ, ac ſpiritu redundantis recordabatur, adeoq; inflammabatur, vt quæuis ſuſtinere, ac pati ſtatueret potius, quam impuros illos cibos deguſtare. Recordabatur & illius triũ puerorum menſæ, qui iuuenes capti omnique patrocinio deſtituti, in terra aliena ac barbara regione tantam philoſophiam oſtẽderunt, vt ad hunc vſque diẽ ipſorum fortitudo celebretur. Ac Iudæi quidem tum etiã, cum ſuam regionẽ obtinerent, impij in Deum fuerunt, & dum in tẽplo verſarentur, idola coluerunt: at illi iuuenes in barbaricam terram tranſlati, vbi idola omniſq; impietatis occaſiones erant, paternos ritus perpetuo retinuerunt. Si ergo captiui, ſerui, ac iuuenes ante legẽ gratię tantã philoſophiã præ ſe tulerunt, inquit, qua tandem nos venia digni erimus, ſi ne ad eandem quidem cum illis virtutem peruenire valeamus? Hæc itaque ſecum reputans diaboli malitiam irridebat: calliditatem contemnebat: neq; ad quicquam eorum, quæ cerneret, flectebatur. Poſtquam autẽ ſe nihil proficere ſceleratus ille vidit, ad tribunal eum rurſus deducit, & tormẽtis admotis continuas interrogationes adiungebat. ille vero ad vnamquamque interrogationem tantum reſpondebat, Chriſtianus ſum, ac dicente tortore, Quanam ex patria ortus es? Chriſtianus ſum, ait. quam artem profiteris? Chriſtianus ſum quibus parentibus natus es? ille vero ad omnia dicebat, Chriſtianus ſum: hoc vno ac ſimplici verbo Diaboli caput percutiens, & illi continua ſibiq; ſuccedentia vulnera infligens. Quamquam ille quidem externis imbutus fuerat diſciplinis: at probè nouerat in eiuſmodi certaminibus non eſſe opus eloquentia, ſed fide: non dicendi facultate, ſed anima Dei amore ſuccenſa. Vnum, inquit, verbum ad omnem diaboli turmam in fugam vertendam ſufficit. Ac videtur quidem ijs, qui rem accurratè non examinãt, minus conueniens eſſe reſponſio: ſed ſiquis attentius eam conſideret, ex hac quoque ſapiẽtiam martyris animaduertet. Qui enim, Chriſtianus ſum, dixit, & patriam & genus & artis profeſſionem & omnia declarauit. Quo tandem pacto? ego dicam. Chriſtianus vrbem in terra non habet, ſed Hieruſalem quæ ſurſum eſt. *Illa enim*, inquit, *quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt; quæ eſt mater noſtra*, Chriſtiano terrena nulla eſt artis profeſſio, ſed ad ſupernam conuerſationẽ vitæ pertinet. *Noſtra enim*, inquit, *cõuerſatio in cælis eſt*. Chriſtianus cognatos habet ſanctos omnes ac ciues, *Sumus enim*, inquit, *ciues ſanctorum, & domeſtici Dei*: itaque vno verbo & quis eſſet, & vnde, & quibus, & quid agere ſoleret exactiſſimè docuit, & vitam cum hac voce finiuit, abijtque ſaluum referens Chriſto depoſitum, ac poſteris ex ijs, quæ paſſus eſt, cohortationem reliquit, vt inſiſtant, nihilq; niſi peccatũ & negationem tantum reformident. Hæc itaque nos etiam cum nouerimus, pacis tempore bellicis in rebus nos exerceamus: vt cum belli tempus aduenerit, illuſtre nos quoque trophæum erigamus. Famẽ cõtempſit ille; delicias & nos contemnamus, ac vẽtris tyrannidem euertamus: vt ſi tempus adueniat, quod tantã fortitudinem à nobis repoſcat, in minoribus antea rebus exercitati, præclari in ſcammate cõpareamus: coram principibus ille ac regibus audacter loquutus eſt; hoc nos faciamus nunc quoq;: ac ſi in opulentorum & illuſtrium Paganorum conuentibus cõſideamus, fidem cum fiducia profiteamur: irrideamus illorũ errores. quod ſi res quidem ſuas magnificè efferre, noſtras autẽ deprimere aggrediantur, ne taceamus, néve leniter feramus: ſed ipſorum turpitudinem detegentes, multa cũ ſapiẽtia fiduciaq; res omnes Chriſtianorũ laudibus euehamus: & quemadmodum Imperator in capite diadema, ſic & nos vbiq; confeſſionem fidei circumferamus; Non enim illum adeo corona, vt nos fides eiuſq; confeſſio ſolet exornare: non verbis tãtum, ſed etiam rebus ipſis id agamus, & vitam cõfeſſione dignam in omnibus exhibeamus: ne dogmata operum improbitate dedecoremus, ſed in omnibus dominum noſtrum glorificantes cum huius ſæculi, tũ illius honore potiamur: quem nos omnes vtinam conſequamur gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri gloria, imperium, & honor vna cum ſancto ac viuifico Spiritu nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Thr. 4. 10 — 1. Cor. 11 27. — 2. Cor. 11 27. — 1 Cor. 4. 11 — Mat. 4. 4. — Sacrum altare intelligit — Dan. 1. 8. — Græcorũ artibus eruditus Lucianus — Gal. 4. 26. — Phil. 3. 20 — Eph. 2. 19 — Moralis exhortatio.

LAVDATIO SANTCI MARTYRIS *Iuliani*.

EODEM INTERPRETE.

Ex eiſdẽ Edi. Burdi, & Par. — Sanctorũ cultus & inuocatio.

SI tales in terris honores martyribus deferuntur, poſtquam exceſſerint ex hac vita, quales coronæ ſanctis eorum capitibus in cælis nectũtur? ſi tanta eſt ante reſurrectionem gloria, quantus poſt reſurrectionem erit ſplendor? ſi tanto eos conſerui cultu dignantur, quanta eos dominus beneuolentia complectetur? Si nos mali conſeruos, qui rectè ſe geſſerunt, ſic honoribus afficere nouimus ac ſuſcipere, propterea quod pro Chriſto decertarunt; quanto mãgis pater noſter cæleſtis innumera bona dabit ijs, qui pro ipſo labores exantlarunt? Eſt enim munificus & benignus,

verum non ob hoc ipſum modo ingẽtes eos hono- A
res manent, ſed quoniã debitor & eſt ipſorum. Pro
nobis martyres mactati nõ ſunt, tamẽ in honorem
illorũ conuenimus: quod ſi nos pro quibus mactati
non ſunt, cõuenimus, Chriſtus, pro quo ſua capita
poſuerũt, quid non præſtabit? ſi quibus nihil debe-
bat tãta bona dedit, hos, quibus debitor eſt, quibus
donis nõ remunerabitur? Nihil antea terrarũ orbi
Rõ.3.23. debebat: *Omnes enim peccauerunt*, ait Paulus, *& egẽt glo-
ria Dei*; immo vero pœnã ac ſuppliciũ debebat: ve-
rumtamen cum pœnã nobis ac ſuppliciũ deberet,
vitam æternã largitus eſt. Si quibus igitur ſuppliciũ
debebat, his regnũ dedit; quibus vitam æternã de-
bet, quid non dabit? quibus non eos honoribus cu-
mulabit? ſi pro illis, qui ipſum oderant, crucifixus
eſt, & ſanguinẽ fudit: pro illis, qui ſanguinẽ pro eius
confeſſione fuderunt, quid nõ perficiet? ſi auerſan-
tes ac reſilientes ita dilexit, eos qui menſura ipſum
Ioã.15.13 maxima dilexerunt. (*Maiorẽ enim hac dilectionem nemo
habet, vt animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis*,) quãta ſuſci-
piet beneuolẽtia? quibus officijs proſequetur? Atq;
athletæ quidẽ certaminũ externorum eodẽ in ſcã- B
mate decertant, & vincunt; victores renuntiãtur, &
coronãtur: at iſti pietatis athletæ nõ ita; ſed in præ-
ſenti quidẽ ſeculo decertant, in illo vero futuro co-
ronantur: pugnarunt hic cũ diabolo atq; vicerunt,
illic autem victores renuntiantur. Et vt eſſe verum
iſtud intelligatis, nec illos his coronis donari, verũ
illic ipſos omnia manere dona, Paulũ dicentem au-
2.Tim.4.7 dite, *Bonũ certamen certaui, curſum cõſummaui, fidẽ ſerua-
ui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*. vbi, & quan-
do? *quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex*. Hic
Hebr.11. cucurrit, illic coronatur: hic vicit, illic victor renũ-
tiatur. Audiſtis ipſum hodie quoq; clamantẽ ac di-
Heb.11.13 centem. *Iuxta fidẽ defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis re-
promiſſionibus, ſed à longe eas aſpicientes, & ſalutantes*. Cur
igitur externis quidẽ ac profanis athletis ſimul ob-
ueniunt & victoriæ, & coronæ; pietatis autẽ athletis
non ſimul & victoriæ & coronæ, ſed tantum poſt tẽ- C
poris interuallũ? ſudarunt, labores hic exãtlarunt,
ſexcenta vulnera exceperunt, nec ſtatim eis obue-
niunt coronæ? Nequaquam, inquit; non enim vitæ
præſentis natura magnitudinẽ honoris illius capit:
caducum eſt ſæculũ pręſens, ac breue; infinitum in
illud, immortale, & æternũ. Propterea labores qui-
dem cũ breui ac temporario ſæculo iſto connex-
uit, coronas autẽ æterno atq; immortali reſeruauit,
vt & laborũ moleſtia præcidatur, quæ cũ temporis
breuitate diſſoluatur, & perennis ac perpetuus co-
ronarũ vſus permaneat, qui vna cũ infinitorũ ſæ-
culorum illorũ immortalitate perduret. Quod igi-
tur maioribus eos honoribus ornare vellet, munus
diſtulit: neq; vero idcirco tantũ, ſed vt pura dein-
ceps voluptate perfundantur. Nam quemadmodũ
is, qui prius delicijs ac voluptatibus fruitur, ac de-
inde vexãdus eſt, præſentes delicias ob futurorum
malorum expectationem minime ſentit: ſic ille qui D
prius pugnat ac decertat, & ſexcenta mala tolerat,
deinde vero coronatur, præſentiũ malorũ ſenſum
nõ capit, dum futurorũ bonorũ ſpe recreatur. Ne-
que vero labore tantũ eos præſenti per hanc futu-
rorum ſpẽ leuauit, ſed etiã quod effecerit, vt ordine
prior voluptate eſſet afflictio: ne vehemẽter à præ-
ſentibus malis, dũ ad illa reſpiciunt, torqueantur.
Sic illi etiã, qui pugilatu certant, alacriter vulnera
excipiũt, nõ dolores, ſed coronam ſpectantes: ſic &
nautæ ſexcẽta pericula ſubeuntes, tẽpeſtates, & in-
feſtũ quoddã bellum, ac ſæuis ſe belluis, & graſſan-
tibus in mari prædonibus obijcientes nihil horum
mẽte verſant, ſed ad portus ac diuitias ex negotia-
tione colligẽdas reſpiciũt: ita & martyres ſexcenta
mala tolerãtes, corpore varijs tormẽtis, cõciſo, nihil
iſtorũ ſpectabant, ſed cælo, & bonis, quæ inde ſpe-
rantur, inhiabãt. Atq; vt intelligatis ea, quæ natura
ſua grauia ſunt, & intoleranda, ſpe futurorum leuia
reddi, ac facillima, principem præſidemque talium

A bonorum dicentem audite, *Id enim quod in præſenti eſt* 2.Cor.4.
momentaneũ & leue tribulationis noſtræ, ſupra modũ in ſub 17.
limitate æternũ gloriæ põdus operatur in nobis. quo tandẽ
pacto quæſo? *Nõ contẽplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ
nõ videntur*. Hæc autem nõ abs re dicta ſunt à me, ſed
propter vos: vt cum aliquem in hac vita delicijs ac
voluptatibus perfruentẽ videritis, ſed illic poſtea
puniendũ, nõ eum propter præſentes delicias bea-
tũ, ſed propter futurũ ſupplicium miſerũ prædice-
tis. Rurſus vbi quempiã eorum, qui multo illic ho-
nore decorãdi ſunt, afflictione ac tribulatione, atq;
innumeris malis in hac tẽporaria vita videritis ob-
ſideri, ne propter præſentia mala deploretis, ſed fe-
licem iudicetis, ac beatum propter repoſitas ipſi in
infinitis illis ſæculis coronas cenſeatis. Hunc itaq; S. Luciani Martyrium, & eius constantia.
ſanctum Cilicum natio tulit, quæ Paulum etiã tulit,
ciuis enim illius fuit, & vterque nobis inde miniſter
eccleſię prodijt. Poſtquã autem pietatis apertum eſt
ſtadium, & ad certamina tempus ipſum vocauit, in
ſæuam incidit belluã, quæ tum iudiciũ exercebat.
Ac videte cõmentum: cum enim eum forti animo
B præditum videret, neq; poſſe ſupplicij vehementia
rigidum illud animi robur infringi, in procraſtina-
tiones illum cõijcit, ac dilationes, introducens idẽ-
tidem, & educens. Non enim vno die cum audiſſet,
illi caput abſcidit, ne ſupplicij breuitas faciliorẽ il-
li curſum redderet: ſed diebus ſingulis introduce-
bat, educebat, interrogationes adhibebat, mille tor-
menta minitabatur, adulatorijs verbis prolectabat,
omnes machinas admouebat, & immotũ illud fun-
damentum cõcutere nitebatur. Anno integro per
vniuerſam illum Ciliciam circumducebat, ignomi-
niaq; afficiebat: imo vero, quod minime arbitraba-
tur, illuſtriorẽ reddebat, martyr autẽ vociferabatur
ipſo quoq; cum Paulo, *Deo autẽ gratias, qui triũphat nos* 2.Cor.2.
in Chriſto, odorẽ notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. 14.
Vt enim vnguentum, quãdiu quidem vno in loco
ſitum eſt, ſolum illũ aërem odore inficit: cum autẽ Simile.
C in multa fuerit loca diſperſum, omnia ſua virtute
cõplet: ita nimirum & in martyre accidit. Circũa-
gebatur enim tum tẽporis vt inurendus ignominia,
ſed cõtrarium eueniebat; illuſtrior illa trãſuectione
fiebat athleta, cunctoſq; Cilicum regionis incolas
ſuæ virtutis æmulatores reddebat. Circũagebatur
quoquouerſus, vt eius certamina non ex fama ſolũ
diſcerent, ſed & ipſum coronatum victorẽ contue-
rentur ſpectatores, quantoq; longiores illi circui-
tus ſtadij curriculaque reddebat: tanto illuſtriores
curſus omnes fiebãt: quanto maiora illi ſcammata
proponebat, tãto mirabiliora certamina efficiebat,
quanto afflictionẽ temporis diuturnitate protende-
bat, tanto probatiorem patientiã eius reddebat. nã
& aurum, quod diutius cum ignis natura verſatur,
purius euadit: quemadmodum & tum ſancti anima
tẽpore examinata magis refulgebat, nec aliud quid-
dam, quã trophæũ aduerſus ſeipſum ac diabolum,
D martyrẽ circumferebat, crudelitatis Gentilium ar-
gumentum, Chriſtianorũ pietatis indicium, virtutis
Chriſti maximũ ſignum, incitamentum & cõſilium
fidelibus, vt prõpto & alacri animo in ijſdẽ certa-
minibus perſeuerarent, diuinæ gloriæ præconem,
talium certaminum diſciplinæ magiſtrum. Cunctos
enim ad imitationem ſui non voce tantum ſuadẽs,
ſed factis ipſis tuba clariorẽ mittens vocem cohor-
tabatur. Et quẽadmodum cæli non emiſſa voce Dei Pſal.18.1.
gloriam enarrant, ſed dum aſpectus ſui ſplendore
ſpectatorem in admirationem cõditoris traducunt,
ita nimirum & martyr ille Dei gloriam enarrabat,
cùm cælum eſſet ipſe quoque multo iſto lucidius,
quod videmus. Non enim ita cælum aſtrorũ chori
ſplendidum reddunt, vt martyris corpus ſplendi-
didius vulnerum fames reddidit. Atq; vt martyris
vulnera cælo infixis aſtris ſplẽdidiora eſſe diſcatis,
aduertite. Ad illud quidem cęlũ, ac ſtellas cũ homi-
nes reſpiciunt, tum dæmones: ſed ad huius etiã vul-
nera homines quidem reſpiciunt fideles, dæmones
autem

Digitized by Google

autem oculos contra non audēt attollere: quin etiā
ſi ſpectare conentur, cōtinuo luminibus orbantur,
nec poſſunt exilientē inde fulgorē ſuſtinere. Hoc
ego nō ex ijs tantū quæ olim acciderunt, ſed ex ijs
Sanctorū reliquiæ. etiā quæ hodieque fiunt, comprobabo. Sume enim
quempiā à dæmone correptum ac furentem, & ad
ſanctū illud ſepulchrū deduc, quo reliquiæ marty-
ris cōtinentur, tū reſilientem planè atq; fugientem
videbis. Vt enim ſi per pennas inceſſurus eſſet, ſic
ab ipſo veſtibulo ſtatim exilit, & ne oculos quidem
aduerſus ipſam thecā audet attollere. Quod ſi nunc
tanto poſt tēpore, cum puluis & cinis eſt factus, ſuſ-
picere in monumentum non audent, nec in nuda
ſancti oſſa; minime dubiū eſt, quin tum quoq;, cum
illum ſanguine purpuratū videbant, vulneribus vn-
dique amplius, quā ſolem radijs refulgentē, percul-
ſi fuerint, & luminibus orbati receſſerint. Vides vt
aſtris cæleſtibus martyrū vulnera ſplēdidiora ſint,
ac mirabiliora, maiorique virtute polleant? Sanctus
itaq; in medium producebatur, & acerba vndique
ſupplicia circūſtabant, metus futurorū, labor præ-
ſentium, dolor ingruentium, eorū quæ expectātur
formido. tamquam enim belluæ quædam immanes
carnifices corpus eius circūſidentes latera effodie-
bant; carnem deradebant; oſſa denudabant; viſcera
ipſa interiora peruadebant. Attamen cum cuncta
perueſtigarent, theſaurum fidei deprædari minimè
Simile. valuerunt. Enimuero in Regum ærarijs, vbi aurum
aliæque copioſæ ſunt opes reconditæ, ſi parietes ſo-
lū perfoderis, ſi fores reſeraueris, cōtinuo theſaurū
obiectum vides: at hic in ſancto iſto, Chriſtumque
continenti tēplo contrariū accidebat. perfodiebāt
muros carnifices, pectoraq; dirūpebant, & recōdi-
tas opes nec cernebāt, nec rapere poterāt: ſed quod
Gen. 9. 11 euenit Sodomitis, vt ad domus Lot ianuam quidem
ipſam ſtarent, aditū vero nō inuenirēt: ſic nimirum
& iſti, cū corpus martyris vndiquaq; ſcrutarentur,
theſaurū tamen deprehendere fideiq; diuitias ex-
haurire nō valebant. Talia ſunt animæ ſanctorum
rectè facta, quæ nec auferri, nec vinci poſſunt in
animæ fortitudine tamquā in aſylo quodā & ſacro-
ſancto loco recondita; vt nec oculi tyrannorum ea
cernāt, nec manus carnificū rapere poſſint: ſed li-
cet ipſum cor effodiāt, cui præcipuè credita eſt ani-
mæ fortitudo, licet minuta fruſta concidant, ne ſic
quidē opes exhauriunt, ſed eas ampliores etiā red
dunt. Huius rei cauſa Deus eſt, qui animas tales in-
habitat: qui vero Deo bellū inferat, fieri nequit vn-
quā, vt victor euadat, ſed neceſſe eſt, vt ludibrio ha-
bitus, turpiterq; ſuperatus abſcedat. Propterea tum
quoq; contra, quā vſu euenire ſoleat, accidebat: vbiq;
ſiquidē à factis omnibus verba ſuperantur, tū vero
ſermones actionibus prævalebant. Admouebāt ig-
nē illi, & ferrū & tormenta; admouebāt pœnas, ſup-
plicia, flagella; perfodiebant vndiq; latera: loque-
batur ille, tantū, ſimplicemque vocem mittebat, &
opera ſermo vincebat. Exiliebat ex martyris ore
vox ſancta, ſimulque cum ipſa lumen radio ſolari,
ſplendidius eliciebatur. Huius tantum eſt lumen,
quantū inter cælū & terram interiacet interuallū.
immo vero ne hoc quidē integrum poteſt peruade-
re, ſiquando tectum, vel murus, vel nubes, vel aliud
quoddā corpus interceſſerit, ſed obſtruitur, ac diſ-
cluditur ſeptis eiuſmodi, ne vlterius feratur. Vox
autē martyris illa ſancta lingua proſiliens in cælum
ſubſilijt. Præteruecta eſt cælū cæli; viderunt eā an-
geli locoq; ceſſerunt, archangeli, & viā dederunt;
Cherubim & aliæ virtutes ſurſum ipſam deduxe-
rūt, nec prius receſſerūt, quā ad ipſum thronū re-
giū adduxiſſent. Poſt hanc autē vocem cū vidiſſet
is, qui tū iudicium exercebat, ſe temere cuncta, & in-
caſſum eſſe machinatum, ſeq; contra ſtimulū calci-
trare, atque adamantem percutere, quid facit? eo tē-
dit deinceps, vt victas manus dare videatur, & mar-
tyrem ex hac vita ſubducit. Mors enim martyrum
eorum, qui ipſos enecant eſt aperta clades: eorum

A autem, qui e medio tolluntur clara victoria. Tu vero
mihi cōſidera, quo pacto ſænum quoddam & acerbū
genus mortis eius excogitauerit, quod & tyranni
crudelitatem, & martyris fortitudinem demōſtrare
poſſet. Quodnam igitur illud eſt ſupplicij genus al-
lato ſacco, & arena completo, cum in eū ſcorpiones,
viperas, & dracones inieciſſet, cum illis & ſanctum
iniecit, & in mare demiſit. Erat ergo martyr cū be-
ſtijs, & rurſus cum beſtijs concluſus erat vir iuſtus.
Rurſus autē dixi, vt veterē vobis in memoriam re-
uocarē de Daniele narrationē. Illum quidē in lacū Dan. 14.
incluſerunt, hunc autē in ſaccū iniecerunt: illi tum
lapidem impoſuerunt, hic ſaccum conſuit, & iuſto
carcerē anguſtiorem effecit. At vbique ſanctorum
corpora beſtiæ reuerentur, in eorum ignominiam &
condemnationē, qui cū ratione ſint ornati, & huma-
næ naturæ conditione digni habiti, feritatē illarum
ſumma ſua immanitate ſuperant: qualē hūc quoque
tyrannū fuiſſe conijcere poſſumus. Videte erat ſtu-
pendum miraculum, nec eo minus, quod in Daniele
contigit. Nam quemadmodū, cum poſt multos dies
B e lacu leonum aſcendentem illum vidiſſent, tum
mirati ſunt Babylonij; ſic & animam Iuliani cum è
ſacco & fluctibus aſcendentē in cælum viderēt an-
geli, mirati ſunt. Daniel binos leones ſubegit, ac vi-
cit, ſenſibiles: hic leonem vnū, ſed ſpiritualē ſub-
egit, ac vicit. Hoſtis quippe noſter *diabolus*, inquit, *tā-* 1. Pet. 5. 8
quam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret; at fortitu-
dine martyris ſuperatus eſt, venenum ſiquidē pec-
cati depoſuerat; quapropter hunc minimè deuora-
uit, idcirco nec leonem, nec iram beſtiarum refor-
midauit. Vultis & aliā quandam veterem referam
narrationē, vbi & iuſtus & beſtiæ? Diluuij Noe atq;
arcæ recordamini: tum enim quoque iuſtus & beſtię
ſimul fuerunt. At Noe quidem ingreſſus homo eſt,
& egreſſus eſt homo: Iulianus autem ingreſſus qui-
dem eſt homo, ſed angelus eſt egreſſus, ille de terra
C ingreſſus eſt & in terram eſt rurſus egreſſus: hic de
terra in ſaccum ingreſſus eſt, & de ſacco in cælū eſt
profectus. Accepit eum mare, nō vt occideret, ſed
vt coronaret, & poſt coronā nobis ſanctam iſtā ar-
cam martyris corpus reddidit: hanc in hunc vſque
diē retinemus, quæ ſexcentorū bonorū eſt theſau-
rus. Etenim martyres nobiſcū Deus partitus eſt: cū
animas ſibi ipſe ſumpſiſſet, corpora nobis quodā-
modo largitus eſt, vt perpetuæ virtutis monumentū
ſancta horum oſſa teneamus. Nā ſi bellatoris arma
cruentata quis cernens, clypeū, haſtā, & loricā, licet
omnium ſit ignauiſſimus, ſtatim exilit, exardeſcit, &
ad bellum promptus emicat, atque à conſpectu ar-
morum ſumit animum, vt eaſdem actiones aggre-
diatur: nos qui non arma, ſed corpus ipſum cerni-
mus ſancti, quod dignum habitum eſt, vt ob Chri-
ſti confeſſionem cruentaretur, licet omnium ſimus
timidiſſimi, qui poſſumus nō ad ſummam prompti-
tudinem animi exardeſcere, cum hic aſpectus velut
D ignis quidam in mentem noſtram incidat, & ad
idem nos certamen inuitet? Propterea nobis ſan-
ctorum corpora vſque ad tempus reſurrectionis
commendauit Deus, vt maximæ philoſophiæ mate-
riam & occaſionem haberemus. Verumenimuero
ne martyris laudes linguæ noſtræ imbecillitate mi-
nuuntor, ſed agonothetam Deum expectanto: qui
eos coronat, ille & collaudabit. Laus enim eorum,
non ex hominibus eſt, ſed ex Deo, nam & hæc ipſa, quæ di- R. ó. 2. 29.
ximus, non vt illuſtriorem redderemus martyrem,
diximus, ſed vt vos promptiores efficeremus. Nos
vero laudibus omiſſis omnem ad vos orationem Moralis
conuertamus, quin potius martyrum laudes non exhortatio.
poſſunt omitti, cum in eccleſia quis de rebus vtili-
bus verba facit. Sed animum aduertite; prauā enim
& inueteratam conſuetudinem excindere ſtatui
hodierno die, vt non ſolum ad martyres acceda-
damus, ſed etiam martyres imitemur. honos quippe
martyrum eſt, non ſi ad eos tantum procedamus,
ſed præ hoc ſi fortitudinem ipſorum æmulemur.

Quam-

A
Quamobrem prius exponenda eſt praua iſta conſuetudo: nam ignoto morbo facile nō eſt adhibere medicinā; propterea vulnus prius detego, tum deinde medicamentum appono. Quęnam igitur illa eſt praua conſuetudo? Nonnulli eorum, qui hic hodie congregati ſunt (abſit enim vt totam Eccleſiam crimine tali condemnem) præ ſocordia quadam nimia ac ſimplicitate die craſtino derelictis nobis Daphnē properant, vt quæ collegimus hodie, cras effundant, & quæ ædificauimus, deſtruant. Ne igitur abſq; fructu huic concioni interfuerint, vbi de his pauca diſſeruerimus, orationi finē imponemus. Quid quæſo properas ad ſuburbium ciuitatis? Ecce ſuburbium Hieruſalē illius, quæ ſurſum eſt; Ecce Daphne ſpiritualis illic fontes aquarū, hic fontes ſunt martyrū: illic cupreſſi arbores infructuoſæ, hic reliquię ſanctorū ſunt, ac radices, quæ in terra plantatæ ſunt, & ramos in cœlū protendunt. Viſne ramorum etiā iſtorum fructum in-

Daphne in agro Antiochiæ ſuburbano.

B
tueri? aperi nobis oculos fidei, tum ſubito mirabilium tibi fructuū naturā oſtendam. Non enim pomorum, aut nucum, nec aliud quiddā iſtorum qui corrumpuntur, & pereunt, ramorū eſt fructus: ſed corporum mutilatorum ſanatio, & peccatorū remiſſio, abolitio vitij, morborum animæ curatio, oratio continua, fiducia apud Deū, ſpiritualia cuncta, boniſque cœleſtibus redundantia. Hi fructus ſemper decerpti, ſemper pullulant, nec vnquam ſuos cultores deficiunt. Atque arbores quidē, quæ naſcuntur in terra, ſemel in anno fructum ferunt, quòd ſi non decerpſeris, aduentante hyemis tempore corrupto ac dilabēte fructu proprium decorē amittunt: hæ verò hyemis neſciæ ſunt, & ęſtatis, non temporum ſubiacent neceſſitati, nec ſuis fructibus nudatæ poſſunt videri, ſed eundē perpetuo decorē obtinent: non eas vnquam corruptio, vel mutatio tempeſtatū attingit. Quam multi ſiquidē,

C
ex quo plantatum eſt corpus iſtud in terra, ſexcētas ſanationes ex hoc ſancto loculo decerpſerunt, nec fructus defecit? meſſuerunt ſegetem, nec cōſumptæ ſunt ſpicæ; è fontibus hauſerunt, nec exinaniti ſunt latices, ſed perennis eſt quædā ſcaturigo, nunquā deficiēs, ſed eo, quod hauſtū eſt, copioſius, ſemper miraculum manans effundit. Neque verò tantū miracula operatur, ſed philoſophari etiā ſuadet: ſiue enim diues ſis, ac ſuperbias, & elato ſis animo; cùm huc veneris ac martyrē intuitus fueris, quantūq; ſit inter diuitias tuas, & huius opulentiā diſcrimen, tecum ipſe reputaueris; elatos animos ſubito deprimes, & depoſito faſtu, ac tumore, multa cū animæ ſanitate diſcedes, ſiue pauper ac deſpectus tibi eſſe videaris, cū huc veneris & diuitias martyris videris, cōtēptis & irriſis ſecularium diuitiis, multa inſtructus philoſophia recedes, etſi contumelię, etſi dāna, etſi verbera infligātur, cùm te nondū tanta paſſum eſſe, quāta ſanctus

D
hic martyr pertulit, videris, magnam hinc capies conſolationē. Vides cuiuſmodi radicū iſtarū ſint fructus: vt eripi nequeant? vt ſpirituales ſint? vt ad animā ipſam pertingāt? Nō prohibeo, ne quis in ſuburbiū abeat, ſed ne craſtino die, prohibeo: quā tandē ob cauſſam? ne damnationi ſit obnoxia delectatio; vt voluptas ſit pura, damnatio verò non ſubrepat. licet enim alio die, & voluptati indulgere, & eximi peccato. Quod ſi nūc etiā placeat voluptate perfundi, quid iucūdius hoc cōuentu? quid theatro ſpirituali gratius, mēbris tuis, tuorū fratrū congreſſu? At etiā corporalis mēſæ vis fieri particeps: hic ſoluto cōuentu licet iuxta martyriū ſub ficu, vel vite diuerſanti, etiā corpori recreationē indulgere, & cōdemnatione conſcientiā liberare. Martyr enim e propinquo ſpectatus, & cùm ſit vicinus, ipſiq; menſæ aſtet, voluptatē in peccatū effundi non ſinit: ſed tanquam pædagogus aut pater optimus oculis fidei cōſpectus riſum cōprimit: indecoras voluptates circūcidit, laſciuos omnes in-

Conuiuia permittit non longe à templo martyris.

ſultus carnis tollit, quos illic non licet euadere Quid ita? quia nimirū ſaltantiū virorum chori die craſtino ſuburbiū occupabunt: at eiuſmodi hominum conſpectus ſæpenumero illum etiā, qui temperanter gerere ſe voluerit, ſenſim ad eiuſdē turpitudinis imitationē impellit: ac tum maxime cū in medio illorum diabolus adfuerit, adeſt enim à meretriciis cantilenis, à verbis obſcœnis, à diabolica pompa vocatus. At tu omni huiuſmodi pompæ nuntium remiſiſti, teque Chriſti cultui mancipaſti die illo, quo ſacris myſteriis dignus habitus es. Recordare itaq; verborum illorū pacti cōuenti, & ne illud violes caue. Liber autē & ad eos, quid adſunt, nec illuc abierunt verba facere, atque his ſalutē illorum commēdare, ſiquidem medicus ad ægrotum ingreſſus pauca cum iacēte colloquitur: quæ verò pertinent ad medicamenta & alimenta, reliquamq; curationem, vocatis eius propinquis, omnia illis iniungit. cur id tandem? quia nimirum ęger quidem non protinus admonitionem admittit; ſanus autem magna cum animi promptitudine ad ea, quæ dicuntur attendit: idcirco & cū iſtis colloqui ſtatui. Præoccupemus craſtino die portas: obſideamus vias: viri viros, fœminæ fœminas de iumentis detrahamus: reducamus huc: ne pudeat nos, neq; erubeſcamus. vbi ſalus eſt fratris, pudor non eſt. ſi illos nō pudet ad iniquā illam pompam prodire, multò minùs pudere non debet illos ad ſacram illam ſolemnitatē reuocare. Cùm de ſalute fratris agitur, nihil recuſemus. quando enim Chriſtus propter nos mortuus eſt, nos propter illos oportet cūcta tolerare. Licet alapas impingāt: licet maledictis proſcindāt: retineto, nec prius deſiſtito, quā ad ſanctum martyrē eos reduxeris. licet ad prætereuntium iudicium prouocandū ſit, audiat, qui volent: dic, Saluum facere volo fratrē: percuntem animam cerno, neq; cognatione iunctos poſſum contemnere, reprehendat, qui volet: accuſet, qui volet: imò verò nemo reprehendet: omnes laudabunt: omnes amplectentur. Nō enim pecuniarum cauſa, nec vt propter odium priuatū me vlciſcar, nec ob aliā rem quampiā ſecularem contendo, pugnoq;, ſed fraternę ſalutis gratia: quis hæc non approbabit? quis nō laudabit? Nulla carnis inter nos cognatione iunctos nos propinquorū amantiores, quàm patres, cognatio ſpiritualis effecit. Si velitis etiam martyrē nobiſcum aſſumamus. Non enim erubeſcit venire, fratreſque ſaluare. obiiciamus eum ipſorum oculis: reformidēt præſentem: reuereantur rogantē & obſecrantem. non enim erubeſcit etiam rogare? nam ſi dominus eius naturam noſtram rogat? *Pro Chriſto*, inquit Paulus, *legatione fungimur tanquam Deo rogante per nos, reconciliamini Deo*, multo magis ſeruus hoc facit. Vnum ipſum contriſtat ſolum, perditio noſtra; vnum exhilarat ſalus noſtra: idcirco nihil eius gratia ſuſcipere recuſat: neque nos igitur erubeſcamus, neq; ſuperuacaneum eſſe ducamus. Si enim homines venatores loca prærupta, montes, & barathra, & inuia quæque loca peruadunt, ſeu leporem aut capreā, aut aliud quippiā eiuſmodi ſeu volucres etiā iſtas plerumque ſylueſtres venari velint: tu qui nō beſtiam vilem, ſed fratrem ſpiritualem, propter quem mortuus eſt Chriſtus, à perditione reuocaturus es, non iam montes & ſaltus, ſed portam ſolum egredi refugis, & erubeſcis? quā tandem quæſo veniam obtinebis? non audis ſapientem quendam monentem, ac dicentem, *Eſt confuſio adducens peccatum?* Sed ne reprehendat quiſpiā, times? transfer in me culpā, qui dixi. dic ita iuſſiſſe doctorem. ego paratus ſum cum illis, qui reprehendunt, diſceptare, ac rationem reddere. Imò verò neque vos neque nos quiſquam reprehendet, tametſi valde ſit impudens: ſed laudabunt omnes, ac nos curæ ſtudiique nomine commendabunt, non in patria tantum noſtra: ſed & ij qui vicinas habitant vrbes,

In baptiſmo ſcilicet mundi pōpis abrenūciamus.

Salus proximi etiam curanda.

2. Co. 5. 20

Eccl. 4. 21.

quod apud nos ſit tanta vis caritatis, tantus ardor amoris in fratres. Sed quid ego homines dico? ipſe angelorũ nos dominus collaudabit. Cùm itaque propoſitam mercedem nouerimus ne venationẽ negligamus, neque ſoli die craſtino reuertamur, ſed vnuſquiſque prædam ſecum habens adueniat. Si illa tantum hora veneris, qua quiſque domo egreſſus in viam ſe dat, cumque ad huius loci viſitationem traduxeris, nulla deinceps erit difficultas: ſed poſt lapſum temporis multam ille quoque tibi gratiã habebit, & vos cęteri omnes laudabũt, & efferent; quodq; omnium maximum eſt, multa vobis ob iſthæc cœlorum dominus conferet præmia, & lucrũ illud & laudem augebit. Quęſtũ igitur animo verſantes, quem inde colligimus, ante vrbem omnes effuſi cõprehẽſos fratres noſtros huc reducamus: vt craſtino etiã die plenũ nobis theatrum reddatur, ac feſtus cõuentus ſit perfectus: vt propter hoc ſtudiũ noſtrum ac diligentiã hic adhibitã in æterna tabernacula ſanctus martyr multa cum fiducia nos recipiat: quam vtinam cõſequi nobis omnibus contingat per gratiam & benignitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ & cum quo Patri gloria, vnà cum ſancto & viuifico Spiritu, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

IN SANCTO MARTYRE ROMANO

Oratio II.

EODEM INTERPRETE.

Ex eiſdem editionib. Burdigal. & Pariſieſ.

PALÆSTRA quidem corporibus robur, ac peritiam athleticæ artis acquirunt, martyrum verò commemorationes animas aduerſus dæmonum artes armant, & contra illos ad prehenſiones luctæque nexus inſtituunt. Dum enim vires athleticas & continuam cum flagris luctam publice produnt, pietatem audacia corroborant, & in cruciatuum narrationibus tanquam in ſtadiis quibuſdam ſtratum à quouis martyre curriculum proponunt. Talis eſt martyris eius, qui hodie coronatus eſt, commemoratio. quis enim in ſtadia campoſque certaminum aduerſus diabolum audacter non proſiliat, cùm animam ſuam martyris certaminibus inſtituerit, quem tantorum periculorum multitudo nõ concuſſit? Tum enim ingens quædam mundo impietatis tyrannis inſultabat, ab imo commotum mare vita hominum imitabatur, decumani pelagi fluctus in terram voluebantur, vehemenſque impietatis procella nauim pietatis obruebat. multi quidem vbique gubernatores moriebantur, non exiguus autem nautarum numerus ſubmergebatur, omnia terroribus peracerbis ac naufragiis redundabant. Reges procella vehementius ſpirabant: terribiles tyranni fluctus immittebant: tribunalia magiſtratuum commouebantur: Chriſti abnegationem iudices promulgabant: acerba ſupplicia legiſlatores minabantur: ad dęmonum ſacrificia viri rapiebantur: ad altarium abominationem mulieres trahebantur: ad hanc quoque inſaniam virgines compellebantur: exiliis ſacerdotes, ac cædibus addicebantur: è ſactis ſeptis fideles eiiciebantur. tantam ad pugnam martyr armabatur, tantiſque periculis animum opponebat: conflictum illum tanquam certamen quoddam vmbratile deridebat, & perinde quaſi in ſcammate pulueris loco principes fide calcaret: ſic eius animum, qui tum iudicium exercebat, exagitauit, atque aduerſus eccleſiam incurſionem facere parantem refrænauit. Quamobrem ad ſupplicium quoque ſubito vir generoſus abreptus eſt, variaſque pœnarum genera admouebantur: martyr autem citharæ ſimilis erat, dum ad ſonum edendum cruciatuum plectro moueretur, corpus circumſtantes carnifices plagis contundebant: ipſe verò, tanquam æreum quoddam tympanum pietatis carmen pulſatus ſuccinebat. ſuſpendentes in equuleo lacerabant, ille verò tanquam vitæ arborem equuleum amplexabatur. ſicut latera iuſti genas dilaniabant, ille verò, quaſi plura tum ora recepiſſet, orationem habebat, nouoque lapſu pudorẽ aduerſario imponebat. Cùm enim ſe à iudice ad dæmonem cultum prouocari videret, infantem è foro duci poſtulat; vt eum, de quibus rebus à iudice interrogabatur, iudicem ferat; & adducto infanti de iis, quæ agitabantur, quæſtionem proponit. Fili, inquit, inſtumne eſt, & æquum, vt Deus adoretur; an vt ij, qui ab iſtis dij appellantur? Magna plane ſapientiæ martyris excellentia: iudicis iudicem infantem conſtituit: at ille continuo ſecundum Chriſtum litem dedit, vt impiè ſe gerentibus iudicibus vel infantes ſapientiores oſtenderentur: imò verò vt non modo martyr appareret martyr, ſed etiam martyrum monitor ac magiſter. Veruntamen ne hoc quidẽ iudicis rabiem labefactauit; ſed in equuleum ſtatim cum infante martyr abripiebatur, equuleique ſupplicio carcer ſuccedebat, & illi ſententia, quæ varias athletis pœnas diuidebat. Nam infantẽ quidem morte, martyrẽ autẽ linguæ exciſione damnauit. Quis talẽ iudicij modum audiuit? reos iudices flagris cędunt, vt ea, quorum ſibi ſunt conſcij, fateri cogãt; at impietatis iudex linguam excidit, vt ea quorum ſibi conſcius eſt, tacere compellat. ô immane malignæ artis inuentũ! animam, inquit, ea quæ Chriſti ſunt ſapientem de ſtatu non deieci: at loquentẽ ſaltem pro Chriſto linguam excidam. Excide linguam ô tyranne; vt naturam etiam elinguem pro Chriſto eloquentem eſſe cognoſcas; euelle linguam ex ore, vt eum, qui dona linguarum eſt pollicitus, veracem eſſe cognoſcas. Etenim linguæ quidẽ inſtrumentũ excidit, at ſermo vehemẽtius erumpebat lingua tanquã impedimento quodam liberatus. nouum ſane ſpectaculum, ac ſtupendũ, homo ex carne conſtans ex carne conſtantibus ſine carne verba faciens. Conuenit itaque martyri prophetæ carmen, *Repletũ eſt gaudio os noſtrũ, & lingua noſtra exultatione.* repletum eſt gaudio os quod Chriſto linguã nouam victimã offerebat. magna tum exultatione correpta erat lingua, quę præuia martyris martyr eſt viſa. ô linguam, quæ ad martyrum turmas animam ipſam pręuenit! ô os, quod occultum martyrem genuit! ô linguam, cui pro altari os fuit! ô os cui pro victima lingua fuit! neſciebamus ô generoſe templũ habere te os tuum, templũ, in quo conſanguineã linguam, mirabilẽ agnam mactaſti. Quis igitur virtutes tuas orator pro dignitate laudibus proſequatur? linguã accepiſti à natura: at tu eam martyrẽ educaſti. accepiſti os, thecam, & munimentũ linguæ: tu autem os linguæ altare effeciſti: accepiſti plectrum ad loquẽdũ, at exciſum illud ſpicam effeciſti: linguã verborũ adminiſtrã accepiſti, at tu illam Chriſto pecudẽ immaculatã immolaſti. Qua tandẽ linguam tuam conuenienti appellatione decorabo? quo nomine linguã tuam exornabo? admouebant ei ferrum carnifices, at illa vincti Iſaac in morem non reſiliebat, ſed in ore tanquam in altari iacẽs cum voluptate vulnus expectabat, ac linguas hominũ non pro Chriſto loqui tãtum oportere, ſed cædi etiã docebat. Patriarchæ ſacrificij magnificentiam ô generoſe rapuiſti, dum vnigenitum linguæ germẽ pro vnigenito filio obtuliſti. Rectè itaque tibi alteram linguam viciſſim Chriſtus inſeuit: bonũ quippe te agricolam prioris inuenit. rectè linguam non carneã eſt largitus; angelicum enim animi affectum carnea non decebat: rectè linguæ tibi remunerationẽ rependit: ad ſacrificium linguã domino cõmodaſti, at ille viciſſim vocem ad eloquentiam fœnerauit. factum eſt quoddam linguæ, atque Chriſti inter ſe commercium: dum pro Chriſto quidem lingua exciditur, pro lingua verò Chriſtus loquitur. Vbi nunc eſt nobis Macedonius, qui Paracleto, à

Deſcriptio perſecutionis ſimilitudine à mari ſumpta.

Mirabile reſponſum infantis à martyre interrogati.

Pſ. 125. 2.

Gen 22. 10

In hæreticos inuehitur, qui Spiritus ſancti diuinitatē negant.
1. Cor. 12. 11.

quo linguarum donum collatum eſt, bellū infert? Neque verò mentiri me dum chariſmatum dona Paracleti diuinitati attribuo, teſtis nobis eſt beatus Paulus, qui veſtrum audiēdi ſtudium nunc his vocibus occupat: *Hæc omnia operatur vnus atque idē Spiritus diuidens ſingulis prout vult:* prout vult, inquit, non prout iubetur. Verumenimuerò ne ſi forte quæda additamenta his adiunxerimus, multitudine veſtram memoriam obruamus, huius certi firmique pro Paracleto loci memores hinc excedamus, & magnos ſpiritus in eos ſumentes; ſed illis errantibus interim agnoſcentes Paracleti diuinitatē adoremus. Ac tuba quidē prophetica totus orbis in Chriſtum conſenſum prænūtians dicebat, *Quia intelligent me, à paruo eorum, & vſque ad magnum eorum, & omnis lingua confitebitur Deo vero:* & Propheta quidem, vt dixi, lingua omnem cognitionis Dei rete concludit, nos verò hodierno die etiā elinguem oratorē pietati patrocinantem audiamus: velut enim cithara quædā plectro deſtituta creatorem collaudat. Dicat igitur & beatus Romanus; *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis:* quænam lingua non ea quam ferrum eripuit, ſed quam Spiritus gratia fabricata eſt: lingua quippe auulſa, Spiritus gratia in eius locū eſt ſuffecta. Habebant & linguas Apoſtoli, ſed vt operantis virtus indicaretur, lutum otiabatur, & ignis cœleſtis loquebatur. Habebat & Moſaica ſcriptura rei imaginem quæ orationem excedit. rubus enim apud illum & ignis fuit, Apoſtolicus ignis prædicationis euangelicæ voces in rubo præfigurabat, ac vocem rei inanimatæ impertit, vt ei cū tetigerit animata inſtrumenta, credatur. ſi enim rem inanimatā contractus ignis vocalem reddidit, nónne debuit, cùm ratione pręditas animas repleuiſſet, ex contactu carmen cōcinnum admodum perſonare? Hac etiam gratia celebris hic Romanus donatus erat, cui poſtquam lingua excecta eſt, clariori voce tyrannum arguebat. neque verò tyrannus vllo pacto linguā excidere properaſſet, niſi reprehenſionū fluenta reformidaſſet: niſi eum prædicationis euāgelij torrēs perterrefeciſſet: niſi euangelij fluctus eloquentiæ ſe fracturum putaſſet. Sed vnde neceſſitas impoſita ſit tyranno facinus iſtud audendi videamus. Cùm dæmonibus impius aliquādo ſacrificaſſet, & fumo nidoreq; repletus eſſet, ac impietatis guttis inquinatus, curriculo ad Eccleſiā pergebat, ac ſtillantē ſanguine præ ſe ferens ſecurim incruentum altare ad nefarium ſacrificiū perquirebat. at nō latuit martyrē tyranni rabies: itaque cùm ſubito exiliēs prodiiſſet in veſtibulum iam irruentē impietatis inundationem coërcet: quemadmodū ſolers gubernator dum in proram impetum faciens mare cōſpicit, otiari nequit: ſed nauim totam celeri pede percurrit, gubernaculo puppim erigēs obuerſam fluctibus nauigij faciem opponit, illoq; quod in periculo verſabatur in ſublime ſublato, mediū decumanum fluctum diſſindit, & arte quadam tumefactum pelagus ſulcat: hoc & beatus Romanus fecit; idololatriæ mari blaſphemias mugiente, atque aduerſus eccleſiaſticā nauim furēte, ſpumaſque ſanguinis in aras eructante, ſolus aduerſus inſaniens pelagus armatur, penituſq; ſubuerti cymbam videns dormientem in naui dominū expergefacit: ſomno nimirum longanimitatis ſopitum excitat contrariis ventorum flatibus procelliſque turbatum mare conſpicit, & in periculo verſantium verba diſcipulorum vſurpat, *Præceptor ſalua, perimus.* Pyratæ cymbam circunſident: lupi ouile circunuallant: latrones thalamum tuum perfodiunt: adulterini ſuſurri tuam ſpōſam circunſonant: iterum paradiſi parietem ſerpens effringit. Eccleſiæ fundamentū petra concutitur. at tu de cœlo euangelicam anchoram proiice, ac petram agitatā obfirma. Præceptor ſalua, perimus: communę periculum martyris animum diuidit, & ad dominum

Ierem. 31.
Pſal. 44. 2.
Cōfert hoc miraculum cum rubo. Exod. 3. 2.
Simile.
Luc. 8. 24.

A

Romani ad tyrannū oratio.

cum fiducia verba facit, atque aduerſus tyrannum fluentem linguam emittit. Siſte, inquit, furioſum hunc curſum ô tyranne: imbecillitatis tuæ menſuram agnoſce: crucifixi terminos reuerere: termini verò crucifixi non eccleſiæ parietes, ſed orbis terrarum ſunt fines. furoris caliginem excute: reſpice in terram, & naturæ tuæ imbecillitatem conſidera: ſuſpice in cœlum, ac magnitudinem belli perpende: infirmum dæmonum auxilium contemne: animaduerte, dæmones cruce percuſſos te ſuorum altārium propugnatorem obtendere. Cur ea quæ nequeunt comprehendi perſequeris? cur in aërem iacularis? num enim parietibus Deus circunſcribitur? incircunſcriptum eſt numen: num enim oculis dominus noſter conſpicitur? inuiſibilis enim eſt eſſentia & infòrmis: porro ſecundum humanitatem & pingitur & videtur. num enim lapidem & lignum inhabitans boue ac pecude prouidentiam vendit? num enim altarè in eius pactis velut interuentor requiritur? ea tuorum eſt dæmonum guloſa mendicatio: dominus meus; vel vniuerſi potius dominus Chriſtus incolit cœlum, ac mundum gubernat, & ſacrificiū eſt illi anima, quę ad ipſum oculos ſurſum reflectit: vnus illi cibus eſt ſalus credentium. deſine arma aduerſus eccleſiā mouere: in terris eſt grex, & paſtor in cœlis: in terra ſunt palmites, & vitis in cœlo. ſi palmites excidas, vitem multiplicas. cruore manus tuę redundant: gladius tuus brutarū hoſtiarum ſanguine tinctus eſt: parce pecudibus innocētibus, & in nos, qui reprehendimus, ferrū conuerte: parce tacentibus beſtiis, & nos qui accuſamus, interfice. Non enim adeo ferrum homicidarum, ac ſecurim inſeruientem altaribus pertimeſco. homicidarum ferrum corpus laniat, ſecuris altarium animā occidit: homicidarum ferrū id quod ſacrificatur, mactat; at ſecuris altarium & id, quod ſacrificatur, & eum qui ſacrificat, ſimul perdit: ceruices meas incide, nec aram cōmacula: habes victimā voluntariam, cur captiuum taurum colligas reluctantem? Si mactare deſideras, in Eccleſiæ veſtibulo ratione præditam hoſtiā macta. Nō tulit immodicam dicendi libertatem martyris tyrannus, ſed è veſtigio à lingua ſacrificium inchoauit. Linguā igitur excidit, non quod eam vellet auulſam: ſed vt Euangelij prædicationē oppugnaret: non tam quod præconi inuideret, quàm quòd inuidia in eū qui prædicabatur, arderet. Sed qui *comprehendit ſapientes in aſtutia eorum,* exciſum vocis inſtrumentum è cœlo reſtituit, inuiſibili claudicantem ſonum lingua ſuffulcit, vocē elingui largitur, & creationē hominis reipſa tyranno demonſtrat. Et quemadmodum puteorum foſſores dum fodiendo venas aperiunt, efficiunt, vt laxiori meatu ferantur aquæ: ſic & tyrannus, dum linguæ radicē ferro perfodit, vehementioribus reprehēſionum ſcatebris obruebatur. Voluiſſem equidē in huius martyris argumento triumphantē & exultantem orationē ad finē vſque deducere: etenim iuſti ſpatij tempus aduenit, & vt ſileamus hortatur. nam & vobis ad vtilitatem hæc quæ ſunt dicta, ſufficiunt, & neceſſaria ſunt patris documenta, vt dicta illa perficiantur. Nos verò & ea, quæ dicta ſunt, memoriæ ſinu complectamur, & iis quæ dicenda ſunt animæ ſulcos explicemus, ac ſuper omnia miraculorum effectorem Chriſtum adoremus; quoniam ipſi gloria cum Patre ad ſanctiſſimo Spiritu nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

B C D

Lingua exciditur Romano
1. Cor. 3. 19

LAVDATIO SANCTORVM *Machabæorum.*

EODEM INTERPRETE.

Ex eiſdem editionibus Burdigal. & Pariſieſ.

OMNES quidem vt ſanctos martyres vna lingua laudemus, fieri nequit; ſed licet etiam ſexcenta nobis ora, totidemque linguæ ſuppete-

ſuppeterent, parem tamen laudibus orationẽ non afferremus: idemque mihi accidit cùm ſeptem martyrum præclara facta contueor, quod auaro cuipiam homini, qui fonti aſſideat auro mananti, in quo ſeptem ſint tubi, ac totum exhaurire conetur, ſed multo immenſoque labore impenſo maiori parte derelicta recedat. Fontem enim quantumuis exhauſeris, pars maior tamen relinquitur.

Gratus eſt martyrib. conatus noſter.

Quid igitur? an quia pro dignitate largiri non poſſumus, conticeſcamus? minimè verò. martyres enim ſunt, qui dona ſuſcipiunt, & in iudicio de eiuſmodi largitione ferendo ſuum dominum imitantur. quid igitur ille facit? cùm dona quiſpiã obtulit, non oblatæ rei magnitudinem, ſed alacritatẽ animi eius, qui obtulerit, attendens præmium admetitur. Sic erga viduam illam ſe geſſit: duos obolos demiſit mulier, & illis, qui multa demiſerant, antelata eſt: non enim pecuniæ paucitatẽ, ſed animi magnificentiam reſpexit Deus.

Luc. 21. 2.

oboli duo pecunia, ſed talẽtis auri ſexcentis pretioſior animus erat. B Audacter igitur ad laudandum aggrediamur, & quod heri egimus, id nũc etiã, ſi placet, agamus. Heri ſiquidem ſola matre aſſumpta in eius laudes ſermonẽ totum impendimus: quod à nobis factũ eſt, nõ quod eam à filiorum choro auellere ſtuderemus, ſed vt tutiores nobis diuitias redderemus, quod vtique nunc quoque præſtemus vno filiorũ abducto de eo pauca dicamus, verendum eſt enim ne ſeptem martyrum laudes ſeptem flumina confertim confluentia ſermonem nobis inundent, & obruant. Vnũ igitur ex iuuenibus aſſumamus, nõ tamen vt hunc ipſum à choro fratrum abſtrahamus; ſed vt leuiorem ſarcinam noſtrã reddamus: ſiquidẽ vno laudato communis & aliis erit corona, quandoquidẽ eorundem conſortes certaminũ fuerunt omnes. Sed ingeret ſe nobis planè hodie quoque mater, licet illã non attingamus; omnino enim illam ſeries connexioq; ſermonis attrahet, nec deſerere pueros poterit. Nam quæ in certaminibus à liberis ſuis nõ diſceſſit, nec in laudibus C ſe ab eis ſeiunget. Quémnam ergo ex ſeptẽ athletis vultis aſſumamus? num primũ vel ſecundum, vel tertium, vel poſtremum? Imò verò nullus inter eos eſt poſtremus, chorus enim eſt, chori verò neque principium, neque finis apparet; ſed vt melius deſignemus, quẽ laudamus, dicimus ætate poſtremum: ſunt enim germana ſimiliaq; certamina, & cognata inter ſe rectè facta: vbi verò cognatio rectè factorum eſt, non ibi primus eſt aut ſecũdus.

Poſtremi ex fratrib. laudatio.

Aſſumamus igitur ætate poſtremũ & magnitudine animi coæuũ, nec fratribus tantum coæuũ, ſed ipſi etiam ſeni. Solus ex fratribus hic ſolutus ad tormenta ducebantur: non enim carnificum manus expectauit, ſed illorum crudelitatẽ promptitudine animi præuenit, & ſolutus ducebatur. Ac fratrum quidem nullum habuit ſpectatorem; omnes enim fuerãt iam morte ſublati: ſed præclarius theatrũ quam fratres habuit oculos matris. D Nónne dicebam vobis fore, vt licet non ſtudentibus nobis omnino ſeſe etiam mater ingereret? Ecce virgo ſeries eam connexioque ſermonis introduxit. Hoc verò theatrum adeo præclarum erat & magnum, vt ipſum angelorum cœtum, imò verò fratres ſpectatores haberet, non iam è terra, ſed è cœlis. Coronati enim, vt in Olympicis certaminibus iudices, conſidebant, non vt certaminũ iudicio præeſſent, verum vt victorem ad accipiendam coronam incitarent. Stabat igitur ſolutus, & philoſophiæ plena proferens verba: ſiquidẽ tyrannũ ſtudebat ad pietatem ſuam traducere: cùm verò id minimè potuiſſet, quod ſuarum partiũ erat, deinceps præſtitit, ſupplicio ſeipſum expoſuit. Atque ille quidem eum ætatis gratia miſerabatur, hic verò illum impietatis cauſſa deflebat: non enim eadem reſpicit tyrannus & martyr: nam vtriq; ſunt iidem oculi, verum carnis, fidei verò oculi nõ iiA dem: ſed ille quidem præſentẽ vitam reſpiciebat, hic verò reſpiciebat futuram, ad quam erat euolaturus. Tyrannus quidem ſartagines videbat, at gehẽnam martyr videbat, in quam ſe iniecturus erat tyrannus.

Confert Machabæũ cum Iſaac. Gen. 22. 16

Quod ſi Iſaac laudamus: quod à patre vinctus & compeditus ab altari non receſſerit, nec admotum cernens gladium reſilierit, multo hic æquius laudandus eſt, quod vinctus non ſit, neque vinculorum neceſſitate indiguerit, neque carnificum manus expectarit, ſed ipſe ſibi & victimæ, & ſacerdotis, & altaris loco fuerit. Cùm enim vndiquaque circumſpexiſſet, nec vllum ex fratribus adeſſe vidiſſet, conturbatus eſt: vt properaret, incitatus eſt, & aſſequeretur: ne à præclaro illo choro ſepararetur. Propterea carnificum manus non expectauit: ſiquidem tyranni clementiam reformidabat, ne fortè ipſius miſertus eum à ſocietate fratrum auelleret. Propterea præueniens ſeipſum immani illius humanitati præripuit. Etenim multa erant, quæ tyrannũ poſſent inflectere: iuuenilis B ætas, tam multorum fratrum ſuppliciũ, quod vel ad feram exſatiandam poſſet ſufficere, tametſi ille ſaturatus non eſt: canicies matris, quodque pręcedentium ſupplicium nihil profeciſſet. Hęc omnia ſecum mente verſans adoleſcens in ſuppliciũ ſeipſum immiſit, ex quo effugere non licebat, & tanquam in laticum frigidorum fontẽ in lebetes præceps deſiliebat, diuinum lauacrum illos exiſtimans & baptiſmum. Quemadmodum enim homines, qui vruntur, ſeipſos in lacum frigidarum aquarum immittunt: ſic ille fratrum deſiderio incenſus in eorum ſupplicium ſe immiſit.

Amplificat & laudat generoſum matris animum.

Adiũgebat & cohortationẽ mater, non quod ille cohortatione indigeret, ſed vt rurſus mulieris fortitudinẽ animaduertas. Nullius enim ſeptem liberorũ cauſa materno affectu commota eſt: imò verò in ſingulis affectu materno cõmota eſt: non enim dixit apud ſe: Quid hoc tandem rei eſt? abreptus eſt mihi filiorũ chorus, hic derelictus eſt ſolus; in hoc ego de orbitate periclitor, quis me in poſterũ alet C in ſenectute, ſi hic abierit? num enim mihi dimidiã partem exhibuiſſe ſatis erat, aut ſi minus partẽ dimidiam, duas partes, niſi & eum qui mihi ſolus ad ſenectutis conſolationem derelictus eſt, ipſum etiam rurſus adiiciam? nihil horũ dixit, aut cogitauit, ſed quaſi manibus cohortatione verborum in altum ſublatum filium in lebetem immiſit Deum collaudans, quod totum ventris ſui fructum accepiſſet, nullumq; reſpuiſſet, verum omnia ex arbore poma decerpſiſſet: ita vt audacter dicere poſſim grauiora filiis eam eſſe perpeſſam. Nam illis quidẽ pars maior doloris animi deliquio ſuccidebatur; hæc verò integra mente iudicioq; illęſo ſinceriorẽ eorum, quæ gerebantur, ſenſum ob naturam capiebat: ac videre erat ignem triplicẽ; quem ille tyrannus accendebat, quem excitabat natura, quem Spiritus ſanctus inflammabat. D Non talem Babylonius tyrannus ille fornacem accẽdit. Nam illic quidem ignis fomes erat naphtha, pix, ſtuppa, ſarmentum: hic verò natura, dolores partus, liberorum amor, puerorum concordia. Non ita illi iacentes in igne vrebantur, atque hęc ob amorem liberorum vrebatur, ſed ob pietatem vincebat; & natura cum gratia pugnabat, & victoriam gratia reportabat: religio maternum affectũ ſuperabat, & ignis ignem vincebat, ſpiritualis naturalem, & quem crudelitas tyranni ſuccenderat.

Similitudine à ſcopulo ducta id illuſtrat.

Et quemadmodum marinus ſcopulus, qui fluctuum incurſus excipit, ipſe quidẽ manet immobilis, illos autem in ſpumã diſſolutos facile tollit; ſic illius quoque mulieris cor tanquam ſcopulus marinus fluctus excipiens dolorum incurſus, ipſa quidem manſit immota, ſed incurſus illos firma & philoſophiæ plena mente diſſoluit. oſtendere tyranno contendebat ſe verè matrem illorum eſſe, verè filios illos ſuos eſſe genuinos non propter naturæ cogna-

tionem,

tionem, ſed propter virtutis communionem. Non ſe ignem tormentorum, ſed facem nuptialem cernere arbitrabatur. Non ita mater, quæ filios ad nuptias exornat, lætatur, vt illa, ſuppliciis cùm cerneret excruciatos, gaudebat, & quaſi hunc ſtola ſponſali amiciret, illi coronas nectere, alteri thalamos nuptiales erigeret, ita hunc ad lebetes, illum ad ſartagines currentem, alium capite truncatum cùm cerneret, exultabat. omnia tum fumo nidoreq; redundabant, ac ſenſibus omnibus affectis liberos ſuos experiméto cognoſcebat; per oculos eos intuens, per aures verba exaudiens, ipſis naribus fumum illum carnium ſuauē & inſuauem excipiens: inſuauem quidem infidelibus, Deo verò, ipſique omnium ſuauiſſimum; fumum illum, qui aërem quidem infecit, mulieris autem mentem non infecit. Stabat enim conſtans & immobilis, omnia, quæ gerebantur, patienter ferens. Sed iam tempus eſt, vt finem dicendi faciamus, quo plurib. illi laudibus à communi

B doctore cumulentur. Hanc imitentur patres, æmulētur matres, & mulieres, & viri; qui in virginitate viuunt, & qui ſaccis amicti ſunt, & qui torquibus exornati. quantumuis enim auſteram fuerimus vitā amplexi & philoſophiā, mulieris philoſophia tolerantiam noſtram antecedit. Nullus igitur eorum, qui ad ſummam fortitudinem ac patientiam peruenerit, indignum exiſtimet confectam ſenio mulierem ſibi magiſtram aſciſcere; ſed omnes ſimul oremus, qui vrbes incolitis & qui in deſertis verſamini; qui virginitatē colitis, & qui caſtis nuptiis refulgetis, qui ſeculi huius res omnes aſpernamini, & corpus crucifixiſtis; vt eodē curſu confecto fiduciā eandē cum ipſa obtineamus, ac prope ipſam in die illa conſiſtamus ſanctæ precibus freti, eiuſque liberorum, & Eleazari, qui chorum illū expleuit, magni generoſiq; ſenis, qui adamantinum animum in aduerſis prę ſe tulit. Id verò poterimus aſſequi, ſi vnà cum ſanctis illorū precibus

Moralis exhortatio ad imitationem matris.

C etiam, quæ noſtrarū ſunt partium, conferamus, & ante bella caſuſq; aduerſos pacis tempore perturbationes, quæ in nobis ſunt vincamus, incompoſitos carnis inſultus compeſcamus, ſuggilemus, & in ſeruitutem corpus redigamus. Sic enim fiet, vt ſiue in pace vitam traducamus; ſplēdidas gymnaſiorū coronas obtineamus; ſiue, vt idem certamen obeamus, benigno Deo viſum fuerit, in arenam parati deſcendamus, & cœleſtia bona conſequamur: quæ nos omnes vt obtineamus, faxit gratia & benignitas Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo Patri gloria, vnà cum ſancto Spiritu, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

LAVDATIO III. EORVNDEM *ſanctorum Machabæorum.*

FRON. DVCÆO INTERPRETE.

D CVM & martyribus, debitam operum commendationem, & redactam in anguſtias multitudinem video, me piget. Quocirca, ſi ita videtur, doctrinam in præſentia differamus, imitari verò martyrum fortitudinem ſtudeamus. Primus ergo nobis Eleazarus ſenior in medium prodeat, initium certaminum, martyrij fundamentum, ſcammatum & ſtadiorum ianua, fortitudinis princeps, tolerantiæ præcurſor, illa canicies iuueneſcens, teſtamenti veteris protomartyr, Apoſtolorum principis Petri imago. Defecit & blandiens, & virgis cædens aduerſarius, nec tamen declamare deſtitit, qui ſuppliciis diuexabatur. Stabat ſenior præ nimia tremens ſenectute; ſedebat & minas ac cædem anhelans tyrannus; & qui tremebat, vegetus abiit, qui florenti ætate laſciuiebat, victus abſceſſit. Stabat canicies excruciata, iudicium exercebat cum auctoritate iuuentus efferata, & victoriam canicies reportabat. O nouum genus victo-

Senis Eleazari laudes explicat.

A riæ! totum ſimul exercitum ſagittas arcu mittentem ſenex vnus vulneratus in fugam conuertit. Non patitur me ad iuuenum fortitudinem gradum facere certaminum ſenis miraculum, ſed ad eos tamen neceſſe eſt, vt, vim afferentes iſti, pergamus: nam & illi præclaros de tyranno triumphos egerunt. Non enim debuit iuuentus minus intrepida, quam canicies apparere. Septem igitur deinde iuuenes cùm ſtrenuè dimicaſſent, conati ſunt, qui ex vno ventre in aciem vnam excurrerant. Si ita videtur, finem faciam dicendi; ô fortium martyrum fortes ſaltatores! ſed vt dicebam, ſeptem deinde coronati ſunt iuuenes, qui ex vno ventre in aciem vnā excurrerant, vna parentum germanitate, ac moribus exornati, alius poſt alium in certamen irrumpebant. Nunc mihi de vobis ô generoſi, euangelicum illud dictū memorandum eſt, Beatus venter, qui vos portauit, & vbera quæ ſuxiſtis. Quando autem vberum ac ventris

Luc. 11. 27

Ad laudes matris Machabæorū orationem rurſus conuertit.

B feci mentionem, tempus eſt, vt ad fortium bellatorum tranſeam matrem, quæ in vno ſæpius corpore mortua eſt, vel potius ſæpe mactata eſt, & ne ſemel quidē indoluit, ad illam, inquam, inuulneratam ſimul & multis vulneribus ſauciam. Nō ita illam primus liberorum perturbabat, cùm ad necem traheretur, ac ſecundus, qui certamina non attigerat, metum afferebat. non ita ſecundi rurſus interitus contriſtabat, ac tertij filij vita terrebat, cuius adhuc erat finis ignotus. perexigui pretij erat illi & tertius, & quartus filius iugulatus: cùm nondum eſſet quintus occiſus: ne ſexti quidem caſus philoſophiam eius ſuperauit. reſtabat deinceps vltimus ad certamina ſeptimus, qui martyrum citharam mutam compleret. Quid igitur? an eam ætas immatura flexit? an indoluit, cùm has naturæ reliquias auferri videret? Illa enimuerò puerum ad mortem vrgebat, ſi minus manibus, conſiliis quidem certè. Ne coronarum

C ô fili numerum imminuas. eſto fratribus, vt partus, etiam ſocius rectè factorum: imitare actionum communione naturę communionem: oſtende te eorum, qui mactati ſunt, etiam in agonibus fratrem. Septimus mihi à natura natus eſt filius, ſeptimus mihi ab animi propoſito martyr exorere. ne efficias ô fili vt liberorum quidem ſeptem, ſex verò martyrum mater appellet. Vbi nunc quæſo ſunt illi, qui ne pecuniarum quidem oblationes Deo largiuntur? Septem hodie teneros liberos ad dominum mater adduxit, nec obtorpuit, cùm ſacrificium è viſceribus ſuis offerret: at multi paucorum obolorum nobis interdum oblationem ſordidè conferunt. Nos autē Deo & animorum & pecuniarum, & corporum oblationē offeramus, Chriſtum ſuper omnia collaudantes, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE SANCTIS MARTYRIBVS BERNICE *& Proſdoce virginibus, & Domina earum matre tractatus panegyricus.*

D

FRON. DVCÆO INTERPRETE.

NONDVM elapſi ſunt dies viginti, ex quo memoriam crucis celebrauimus, & ecce martyrum memoriam celebramus. vides, vt celer mortis Chriſti ſit fructus? propter illam ouem, iugulatæ ſunt hæ iuuencæ, propter illum agnum hæ victimæ, propter illud ſacrificium hæ oblationes, nondum viginti elapſi ſunt dies, & ſubito lignum crucis præclara germina martyrum germinauit, hæc enim ſunt illius mortis effecta. Vide igitur eorum, quæ tum dicta ſunt, operibus ipſis exhibitam hodie demonſtrationem. tum dicebam; *Contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit*; hæc operib. hodie demonſtrantur. Niſi enim portes æreas contriuiſſet, illis

Ex eadem edit. Pariſ. an. 1609.

Pſal. 106.

clauſis mulieres tam facilè ingredi auſæ non eſſent: niſi ferreum vectem confregiſſet, non potuiſſent virgines ipſum auferre: niſi inutilem carcerē reddidiſſet, non tanta cum confidentia martyres eſſent ingreſſæ. Benedictus Deus, mulier ad mortem eſt intrepida; mulier, quæ mortem in naturam noſtram inuexit, antiquum diaboli telum hoc diaboli vim proſtrauit: infirmum vaſculum & iniuriis obnoxium hoc telum factum eſt inſuperabile: mulieres aduerſus mortem audaces ſunt, quis non obſtupeſcat? Erubeſcant Gentiles, pudefiant Iudæi, qui reſurrectioni Chriſti non credunt. Quod enim quæſo maius argumentū reſurrectionis quæris, cùm tantam videas rerum factam mutationem? mulieres ad mortem ſunt intrepidæ, rem, quæ vel ſanctis viris anteà formidabilis erat

Quantum reformidarint mortē olim veteres.

& horrenda. Diſce igitur, quanto eſſet olim timori; vt, cùm iam, quantum ſit deſpicabilis, videris, Deum laudes mutationis auctorē: diſce quanta vis eius prius eſſet, vt, cum quanta ſit nunc infirmitas

B

eius didiceris, Chriſto gratias agas, qui eam prorſus eneruarit. Nihil illa robuſtius olim erat, cariſſime, nihilq; nobis imbecillius: iam verò nihil eſt illa imbecillius: nihilque nobis robuſtius. Vides, vt optima ſit facta mutatio? vt robuſta infirma reddiderit, & infirma robuſta Deus effecerit, quò ſuam nobis vtrinque potentiam declararet? veruntamen ne hæc affirmare tantū videar, demonſtrationem etiam adiungā. Ac ſi videtur, primum illud oſtendamus; quo pacto illam antea reformidarent non peccatores modo, ſed & homines ſancti, qui multam apud Deum fiduciam habebant, qui rectè factis abundabant, omnemq; virtutem attigerant. Hæc autem oſtendo, nō vt ſanctos condemnemus, ſed vt Dei potentiam efferamus. Vnde igitur conſtat formidabilem antea mortis laruam fuiſſe, cunctoſque illam horruiſſe atque tremuiſſe? ex Patriarcha primo. Patriarcha enim A-

C

brahā, iuſtus Dei amicus, qui patriam reliquerat, qui domum, cognatos, amicos, & præſentes res omnes ob Dei mandatum contempſerat, ita metuebat, ac reformidabat mortem; vt in Ægyptum

Gen. 20. 11.

ingreſſurus hæc vxori ſuæ diceret, *Noui, quod pulchra ſis mulier, & quod cùm viderint te Aegyptij, te quidem ſeruabunt, me verò interficient.* Dic igitur: *Soror illius ſum; vt bene ſit mihi propter te, & viuet anima mea propter te.* Quid hoc rei eſt, ô ſancte, atque Patriarcha! pro nihilo habes, vt vxori ſtuprum afferatur, vt thorus lædatur, vt coniugium violetur? itáne tandem mortem reformidas; neque verò tantum pro nihilo habes, ſed & cum vxore dolum nectis, & cum ea ſtupri fabulam agis, omnemq; das operam, vt Rex, dum adulterium inceptat, latere poſſit, & ablato coniugis nomine perſona illi ſororis adaptaſti? Verumenimuero timeo, ne dum mortis imminuere virtutem ſtudemus, iuſtū accuſare videamur: quamobrem vtrumque conabor perficere, vt & infirmitatem mortis oſtendam, & ab hoc criminationem illam depellam.

D

Sed operæpretium eſt, prius vt eum timuiſſe mortem demonſtremus, ac deinde à crimine vindicemus. Videamus ergo quam intolerabilem ac moleſtam rem paſſus ſit. nam vxorem cernere conſtupratam & adulterio pollutam intueri ſexcentis mortibus eſt intolerabilius. Quid dico adulterio pollutam? ſi vel tenuis de ipſa ſuſpicionis cogitatio mentem occupet, acerba illi

Quanta ſit zelotypiæ perturbatio.

vita omnis, & minimè vitalis redditur. Ignis enim illi quidam & indomita flamma zelotypiæ morbus; cuius tyrannicam & ineuitabilem vim declarans quiſpiam dicebat: *Plenus enim zeli furor viri eius: non commutabit vlla redemptione odium, neque parcet in die*

Cant. 8. 6.

iudicij, neque diſſoluetur multis donis. & alibi rurſus, *Durus vt infernus eſt zelus.* Sicut enim non poteſt infernus, inquit, pecuniis flecti: ſic neque is qui zelotypia laborat, leniri, atque placari, multi vtique ſæpe vita ſua libenter redemiſſent, vt adulterum inueni-

A

rent: ſanguinem ipſum viri eius, qui vxorem conſtuprarat, perlubenter deguſtaſſent; & quæuis aut agere aut pati eius rei cauſſa contenti fuiſſent: ſed hunc nihilominus intolerandum morbum, hunc violentum & implacabilem iuſtus patientiſſimè tolerauit, & ſtuprum vxoris, præ nimio mortis & interitus timore contempſit. Mortem illum ergo liquet ex hoc timuiſſe: iam verò tempus eſt, vt eum à crimine & accuſatione, quæ hinc exoritur, liberemus, ſi prius ipſam accuſationem expreſſerimus. quænam igitur illa tandem eſt accuſatio?

Defenditur factum Abrahami.

Oportebat dicet aliquis, vt mortem oppeteret potius, quam vt conſtuprari vxorem pro nihilo haberet: & hoc eſt, quod illi crimini vertunt quidam, quod vitam ſuam ſeruare maluerit, quàm cōiugis caſtitatem. Quid ais? oportebat ipſum mori potius, quàm vt conſtuprari vxorem pro nihilo haberet? quid verò illud profeciſſet? nam ſiquidem morte ſua coniugem à ſtupro fuiſſet exempturus;

B

rectè iſta diceretis: ſin autem moriens nihil vxori proderat, vt eam à ſtupro liberaret, qua de cauſſa temerè, & inconſultò ſalutē ſuam proderet? nam vt intelligas, ne morte quidem ſua potuiſſe illum eam ab adulterio liberare, audi quid dicat. *Et erit, cùm viderint te, Aegyptij, te quidem ſeruabunt, me verò interficient.* Futurum igitur erat, vt duo ſcelera patrarētur, adulterium, & cædes: erat autem prudentiæ nō vulgaris ex duobus iſtis vnum lucrifacere. Nam ſi quidem expoſita vita ſua (rurſus enim idē dicam) liberaturus eam à ſtupro fuiſſet, & occiſo iuſto Sarram illi non attigiſſent, rectè accuſares: ſin autem etiam eo morte ſublato pari ratione futurum erat, vt ſtupraretur vxor, qua de cauſa iuſtum accuſas, quod cum duo euentura mala eſſent adulterium ac cædes, alterum ſapientia ſua impediuerit, cædē nimirum? huius quippe rei cauſa laudari etiam cum oportebat, quod adulteri manum purā à ſanguine conſeruarit. Non enim dicere illud

C

potes, eam, quod dixerit ſe ſororē illius eſſe, hoc ipſo Ægyptium ad ſtuprum inuitaſſe. licet enim dixiſſet vxorem eius ſe eſſe, ne ſic quidem erat abſceſſurus. Et hoc ipſe declarauit, cùm dixit, *Si viderint te dicent, vxor eius eſt hæc, & interficient me, te autem ſeruabunt.* Itaque ſi dixiſſet vxorem ipſius ſe eſſe, & adulterium & cædes patrata fuiſſent: ſi verò dixiſſet ſororem, cædes impedita eſſet. vides vt imminentibus duobus malis alterum ſapiētia ſua ſuſtulerit? Viſne diſcere, quo pacto etiam adulterij crimen, quātum in eius poteſtate ſitum eſt, rurſus imminuat, vt ne perfectum quidem adulterū eum eſſe permittat? audi verba ipſa rurſus attentè. Dic, inquit, ſoror illius ſum. Quid ait? qui ſororē accipit, non iā adulter eſt; adulter enim ab animi propoſito iudicatur, quandoquidē Iudas cùm ad nurū ſuam Thamar ingrederetur, adulter non iudicabatur: non enim tanquā ad nurū, ſed tanquam ad mulierem meretricem ingrediebatur. Sic etiā hoc

D

loco Ægyptius, qui eam erat accepturus, non vt vxorem Abraham, ſed vt ſororē, iudicandus adulter non erat. Sed quid hoc ad Abraham dicet aliquis, qui probè nouerat ſe coniugē ſuam & nō ſororem exponere? Atqui ne hoc quidem iſtius eſt crimē.

Alteri occurrit obiectioni.

Si enim, cùm vxorem eius eſſe audiſſet, ſibi temperaturus à ſtupro fuiſſet, rectè iuſtum criminareris: ſin autem Sarræ nihil cōmodi vxoris nomen erat allaturum, vt ſtuprum à ſe depelleret, prout ipſe quoq; dixit, *Dicent, vxor eius eſt hæc, & ſeruabunt te;* multo æquius eſt, vt iuſtum laudemus, qui in tanta rerum difficultate potuerit & Ægyptiū purum à ſanguine conſeruare, & quantum in ſe ſitū erat, adulterij crimen emollire.

Exemplo Iacobi idē oſtendit.

Reſtat vt ad eius nepotem Iacob orationem traducamus, vt illum quoque necem metuentem ac trementem videas hominem, qui à prima iā ætate philoſophiam Apoſtolicam præ ſe tulerat. Paulus enim diſcipulis in hæc verba præcipiebat: *Habentes alimenta, &*

1. Tim. 6. 8

quibus

quibus tegamur, his contenti erimus; hoc & iſte poſtulabat à Deo dicens, *Si dederit mihi Dominus panem ad veſcendũ & veſtimentum ad induendum, ſufficit nobis.* Sed & iſte tamen, qui nihil præter neceſſaria quærebat, qui domum neglexerat, qui benedictiones acceperat, qui matri paruerat, qui Deo amicus erat, qui per ſapientiam naturæ vim attulerat; poſterior quippe natura cum eſſet, benedictionibus prior euaſit; qui tam multa potuerat, qui tantam philoſophiam, tantamque pietatem præ ſe tulerat, poſt ſexcenta certamina, poſt ſexcentos agones, poſt ſexcentas luctas & plurimas illas coronas, cùm in patriam reuerteretur, & occurſurus fratri eſſet, quaſi belluam conſpecturus, eiuſque memoriam iniuriarũ pertimeſcens, ſupplex Deo fit & orat, *Erue me de manu fratris mei Eſau, quoniã eum timeo ego, ne forte veniens percutiat me, & matrẽ ſuper filios.* Vides vt hic quoque mortem pertimeſcat; vt tremat, Deumque illius cauſſa precetur? Vis ne oſtendam & alterũ virum

Gen. 28. 20.

Gen. 32. 11.

Idẽ exemplo Heliæ Prophetæ probat.

B

magnum hoc eodem modo rurſus affectum? Pone tibi ante oculos Heliam, animã ad cœlum pertingentem ac diuinam; ille enim qui cœlum clauſit, rurſuſq; reſerauit, qui deſuper ignem deiecit, qui mirabile ſacrificiũ illud obtulit; qui pro Deo zelo exarſit; ille, qui in corpore humano angelicam vitam exhibuit, qui præter ouinam pellem nihil habuit, qui rebus omnibus humanis ſuperior euaſit, adeo mortem metuit ac reformidat, vt poſt illa cuncta, poſt cœlum & ſacrificium, poſt deſertum, & philoſophiam, tantamque fiduciam vilem mulierculam pertimeſcat, & idcirco fugiat. Nam quia dixerat Iezabel: *Hæc faciant mihi Dij, & hæc addant, niſi cras animam tuam poſuero ſicut animã vnius ex illo, qui mortui ſunt; timuit Helias*, inquit, *& fugit itinere dierũ quadraginta.* Vides, vt mors ſit terribilis? Dominum ergo laudemus, quod cũ terribilis eſſet prophetis, contemptu facilẽ mulieribus reddiderit. Helias mortem fugiebat, mulieres ad mortem confugiebant: ille à morte reſiliit, iſtæ mortem ſunt conſectatæ.

3. Reg. 19. 2.

C

Vides quanta repente facta ſit mutatio? Abraham & Helias necẽ reformidant, mulieres autem quaſi lutum pedibus ſuis mortem cõculcarunt. Verumtamen ne illos quidem ſanctos accuſemus; non ipſorum eſt culpa; naturæ imbecillitas erat, nõ crimẽ arbitrij. Formidabilẽ eſſe tum temporis Deus mortem volebat, vt gratiæ poſtea magnitudo innoteſceret. formidabilẽ illam voluit eſſe: ſupplicium enim erat; idcirco diſſolui ſupplicij minas noluit, ne ſegniores homines poſtea redderẽtur. Maneat, inquit, ad eos terrẽdos coërcendoſq; ſententia. Erit enim, erit tẽpus, quo & metu iſto liberabuntur; quod vtiq; accidit: nos quippe liberatos ab eo fuiſſe hoc metu declarant cùm martyres, tũ ante martyres Paulus. Audiſti in veteri teſtamẽto dicentem Abraham, *Te quidem vendicabunt; me verò interficient?* audiſti Iacob dicẽtem, *Erue me de manu Eſau fratris mei, quoniam eum timeo ego?* vidiſti Heliam mulieris minas mortis cauſſa fugientẽ? audi quomo-

Longe alia eſt cõditio Chriſtianorum in morte.

D

do Paulus erga rem iſtam ſit affectus, an formidabilẽ illam cenſeat vt illi: num ea imminente triſtetur, ac metuat. immo verò contrario, rẽ eſſe optabilem arbitratur. propterea dicit, *Diſſolui me, & eſſe cũ Chriſto multo melius.* Illis formidabile, huic melius, illis iniucundum, huic iucundum: ac merito ſane. olim enim ad infernum mors deducebat, nũc autem ad Chriſtum mors trãſmittit: quapropter Iacob quidem ait, *Deducetis ſenectutẽ meam cum triſtitia ad inferos*; Paulus verò dicebat, *Diſſolui, & cum Chriſto eſſe me multo melius.* Hæc porrò dicebat, non vt hanc vitam damnaret: abſit. caueamus enim, ne hæreticis anſam erroris præbeamus: neque quod eam tanquam malam fugeret, ſed quod futurã exoptaret. Non enim dixit diſſolui, & eſſe cum Chriſto bonũ eſſe ſimpliciter, ſed melius: melius comparatione boni alicuius dicitur. Quemadmodum enim cùm ait, *Qui matrimonio iungit, benè facit. qui verò nõ iungit, me-*

Phil. 1. 23.

Gen. 42. 38.

1. Cor. 7. 38.

A

lius facit, bonum quidem eſſe matrimonium oſtendit, at meliorem virginitatem: ita nimirum & hoc loco, bona quidem vita præſens, inquit, multo verò melior eſt futura. Rurſus alibi pari ratione philoſophatur, & ait: *Sed & ſi immolor ſupra ſacrificium, & obſequium fidei veſtræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. idipſum autẽ & vos gaudete, & congratulamini.* Quid ais? moreris ò Paule, & ad ſocietatẽ voluptatis homines aduocas? quid tibi quæſo accidit? non equidem morior, inquit, ſed ad meliorẽ vitam aſcendo. Vt igitur homines magiſtratũ ineuntes plurimos lætitiæ ſibi ſocios ac participes futuros accerſunt: ſic & Paulus ad mortem pergens gaudij ſui conſortes futuros vocabat. Eſt enim requies quædã mors, laborũ finis, ſudorumq; retributio, ac certaminum præmiũ & corona. Propterea principio quidẽ ſuper mortuos planctus & lamentationes fiebant: nunc autẽ pſalmi & cantus hymnorum. Fleuerunt igitur Iacob quadraginta diebus, fleuerunt & Mo-

Phil. 2. 17.

Pſalmi canebãtur in funeribus Chriſtianorum.

B

ſem totidẽ alij Iudæi & planxerunt, quoniã mors tum temporis mors erat; iã verò non ita, ſed hymni ſunt, preces & pſalmi, quæ omnia voluptatẽ in ea re eſſe declarant. pſalmi enim tranquilli & hilaris animi ſignum ſunt: *Aequo enim eſt animo quis in vobis? pſallat*: quoniã igitur lætitia affluimus, idcirco pſalmos ſuper mortuos pſallimus, qui nos cohortantur, vt mortẽ non timeamus. *Conuertere enim*, inquit, *anima mea in requiẽ tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Vides beneficium eſſe mortẽ ac requiẽ? qui enim ingreſſus eſt in requiem illã, ab operibus ſuis requieuit, vt à proprijs Deus. Ac de morte quidẽ hactenus, age nunc deinceps nos ad martyrũ laudes conuertamus; niſi forte ſitis audiendo defeſſi. nam & hæc occaſione laudis martyrũ dicta ſunt; paulò verò altius operæ pretiũ eſt narrationẽ ordiamur. Bellum aduerſus Eccleſiã graue quondã excitatũ eſt bellorum omnium grauiſſimum: duplex enim erat hoc bellum, vnum quidẽ intus, alterum verò

Iac. 5. 13.

Pſ. 114. 7.

Bellum ciuile & inteſtinũ externo periculoſius.

C

foris exortum: hoc à domeſticis, illud ab hoſtibus; vnum ab alienis, à familiaribus illatum alterũ. Et vero licèt bellum ſimplex fuiſſet, intolerabile malum extitiſſet; ac licet exterius tantũ ingruiſſet, ingens calamitatum magnitudo fuiſſet. nũc autem duplex erat hoc; & quod à domeſticis, multo grauius eſt, quàm quod ab externis infertur. facile namque nobis ab eo cauere poſſumus, qui ſe inimicũ profiteatur: at eum, qui ſibi amici laruã induit, non aliter autem atque inimicus affectus eſt, haud facile capere inſidiis potes. duplex ergo tum bellum erat, hoc ciuile, illud ab externis irruens; vel potius, ſi verũ dicendũ ſit, ciuile fuit vtrumq; bellum. Nam qui forinſecus inuadebant, iudices, magiſtratus, & milites, non alienigenæ quidã erãt, aut barbari, aut ex alio quodam imperio regnóve, ſed qui iiſdem legibus regebantur, eandẽ patriam colebant, eiuſdem participes erant reipublicæ. Erat igitur ciuile, quod à iudicib. inferebatur, ſed

D

grauius quod à cognatis, nouũ ac inopinatũ multaque redundans crudelitate. Nã & à fratribus tradebantur fratres, & à patribus liberi, & à maritis vxores, omnia cognationis iura conculcabantur, ac totus orbis terrarum ſubuertebatur; nec vllus tum vllum agnoſcebat: diabolus enim maiorẽ in modum dominabatur. In illo itaque tumultu ac bello mulieres iſtæ (ſi quidẽ mulieres appellandæ ſunt; quippe quæ in muliebri corpore viriles animos exhibuerint; immo verò non viriles tãto animos, ſed naturã ipſam ſupergreſſæ ſint, & cũ virtutibus incorporeis contenderint) iſtę ergo mulieres relicta vrbe, domo, ac propinquis peregre cõmigrarunt. Cũ enim Chriſtus (aiebãt) contenitur, nihil nobis eſto pretioſum, neque neceſſitudine cõiunctũ: propterea relictis omnibus ſunt egreſſæ. Et quemadmodũ cùm media nocte domus incenditur, qui intus dormiebant, vbi tumultum audierint, cito è ſtratis exilientes e veſtibulo domus

Simile ab incendio nocturno ſumpium.

euolant,neque ſecum eorum,quę intus ſunt,quic-
quam auferunt;id enim vnum ſtudēt,vt è flamma
ſuum corpus eripiāt,& ignis curſum magna cele-
ritate graſſantem præueniant: ſic & iſtæ nimirum
egerūt. Cùm enim totum orbem terrarū inflam-
matum vidiſſent,cōfeſtim ex vrbis veſtibulo exi-
lierunt,& euolarunt,id vnum quærētes, vt animæ
ſuæ ſalutem ſartam tectam conſeruarent:tū enim
erat incendium infeſtum,& profundę tenebrę do-
minabantur,tenebræ nocturnis iſtis multo tetrio-
res:quapropter & tanquā in tenebris amicos non
nouerāt amici,& vxores viri prodebant;propter-
ea cū inimicos præteribant, tum amicos & dome-
ſticos impetebant; nocturnū quoddam erat infe-
ſtum prælium,& ingenti tumultu cuncta redunda-
bant.Tum igitur iſtæ relicta patria exceſſerunt, &
patriarcham Abraham imitatæ ſunt, ad quem di-
Gen. 12. 1. ctum eſt: *Egredere de terra tua & de cognatione tua*: nam
& has perſecutionis tempus ad hoc incitabat, vt
B de terra deque cognatione exirent , vt ita cœlum
hæreditate poſſiderēt.Egrediebatur igitur ex ędi-
bus mulier duas ſecum filias habens. at tu ne te-
mere prætereas,cū exceſſiſſe mulieres liberaliter
educatas audis,nec ferendis eiuſmodi malis aſſue-
factas;ſed animo verſa,quantum illud malū eſſet,
quantis res illa difficultatibus circūſepta. Si enim
homines qui mediocrem peregrinationem ſuſci-
piunt,cum iumenta ſuppetant,miniſtri nō deſint,
periculo vacent itinera , cùm penes eos poteſtas
ſit redeundi,multas experiūtur moleſtias, multas
miſerias perpetiuntur:vbi mulier & virgines, pe-
nuria miniſtrorum,& amicorum proditio,tumul-
tus,& perturbatio,metuſque intolerabilis,diuerſa
in illis pericula,de anima diſcrimen, & vndecun-
que hoſtes, quæ tandē oratio mulierū certamina,
fortitudinē, magnanimitatem , fidem exprimere
poterit?Nam ſi egreſſa ſola mater eſſet,non ita in-
tolerandum certamen fuiſſet:iam verò cùm & fi-
C lias deduceret, & duas virgines: ita duplex timēdi
occaſio,multaq; ſollicitudinis erāt acceſſio,quan-
to enim maior poſſeſſio,tanto difficilior eſt cuſto-
dia. Egrediebatur ergo virgines habens , nec ha-
bens , quibus in thalamis eas occultaret : tametſi
intelligitis thalamos,gynæcea, ianuas, vectes, cu-
ſtodes, procubitores, ancillas, nutrices,ac matris
aſſiduitatē,& patris prouidentiam,multamque pa-
rentum curam adhiberi, vt virginitatis flos cuſto-
diatur,& vix ita incolumē conſeruari:at illa omni
erat cuſtodia deſtituta.quo igitur pacto poterat il-
las tueri? diuinarum ſcilicet legum cuſtodia. non
habebat domū , qua obuallaretur, at potentē ma-
num habebat,qua de cœlo protegeretur: non ha-
bebat ianuam,neque vectē,ſed veram habebat ia-
nuam,quę inſidias longe arceret:& quemadmodū
Gen. 19. 10. in mediis Sodomis obſidebatur quidē Lot domus,
at nihil mali patiebatur,quippe quę angelos intus
haberet: ſic nimirum & martyres iſtæ inter Sodo-
D mitas,cunctoſq; hoſtes conſtitutæ , atque vndique
circumſeſſæ nihil mali patiebantur, quippe quæ
Dominum angelorum in animis ſuis habitantem
haberent,& in deſertū iter delatæ nihil patieban-
tur , quòd iter haberent , quod ad cœlum ipſas de-
duceret. Quapropter in tanto bello , tumultu, ac
fluctibus deprehenſæ,cum ſecuritate incedebant:
& quod ſane mirum,per medios lupos oues duce-
bantur:per medios leones agnę progrediebantur,
nec illas quiſquam laſciuis oculis intuebatur: ſed
quemadmodum Sodomitas iuxta ianuam ſtantes
aditum cernere non ſinebat Deus, ſic & omnium
tunc oculos excæcauit , ne virginea corpora pro-
derētur.Pergunt igitur ad vrbem,Edeſſam nomi-
ne,vrbē permultis agreſtiorem illam quidem,ſed
pietate inſigniorem , quid enim ex illa vrbe æque
commodum cenſuiſſent,atque vt in tanta procel-
la perfugium nanciſcerentur,& in tali tempeſtate
portum haberent? Et excepit ciuitas peregrinas,

Edeſſam perueniūt vrbem Meſopotamiæ. Fuga in perſecutione quandoq; licita.

A peregrinas quidē terrę,ciues autē cœlorum,exce-
ptumq; depoſitum cuſtodiuit. Nemo autē mulie-
res imbecillitatis accuſet,quod fugerint;pręceptū
enim dominicum implebant , quod ita ſe habet,
Cùm perſequentur vos in ciuitate iſta,fugite in aliam: quod Mat. 10. 23.
& iſtæ cùm audiiſſent,fugerunt,& vna illis interim
corona nectebatur:quęnam illa tandem:omnium
ſcilicet præſentium rerum contemptus: *quicunque* Mat. 19. 29.
enim *reliquerit fratres,& ſorores, aut amicos, aut cognatos,*
centuplū accipiet,inquit,*& vitā æternā poſſidebit*. Et erant Mat. 15. 20.
ibi Chriſtum habentes contubernalē. ſi enim vbi
ſunt duo vel tres congregati,in eorum eſt medio;
vbi non congregatæ tantum erant,ſed & propter
nomē eius exules , nōne multo potiori iure ipſius
auxilium promerebantur? cùm igitur illic mulie-
res verſarentur,nefaria confeſtim edicta quoquo-
uerſum tranſmittebantur,multa tyrānide ac bar-
barica crudelitate referta. propinqui enim pro-
pinquos,inquit,prodant, mariti vxores , patres li-
B berós,liberi patres,fratres fratres , amici amicos.
Tu verò mihi hoc loco verbōrū Chriſti recorda-
re,eiuſque pędictionē admirare:ſiquidem cuncta
iſta quondam prædixerat. *Tradet enim*, inquit, *frater* Mat. 10.
fratrē,& pater filiū,& inſurgēt filij in parētes;tum verò illa 21.
propter hæc tria pędicebat:primū quidē, vt eius
virtutē noſcamus,eumq; verum eſſe Deum,qui ea
quæ nondū contigerint,multo ante præuideat. Vt
enim intelligas eū propterea res futuras pędixiſ-
ſe,ipſum dicentem audi, *Propterea hæc dixi vobis , priu-* Io. 14. 29.
quàm fiāt,vt cùm facta fuerint,credatis,quia ego ſum.deinde
verò ne quis aduerſariorū hæc eo neſciēte,vel ob
imbecillitatē ſinente fieri dicat. qui enim multò
ante pęuidit,potuit etiā impedire:non impediuit
autem,vt fierent inſigniores coronæ.Hac de cauſ-
ſa prædixit hæc,ſed ob aliā quoque tertiā pęnun-
tiauit.quænā tandem illa? vt facilius certamen iis
redderet, qui in ſcāmate ſtadioq; verſantur. nam
quæ inſpectata ſunt mala,quæcunque illa tandem
C ſint,grauia & intoleranda videntur:quæ verò præ-
ſtolamur,& ad quæ nos excipienda comparamus,
leuia faciliaque redduntur. Qui tum itaque talia
mandabant aduerſarij, cùm ſuam crudelitatē de-
clarabant , tum prophetiæ Chriſti neſciētes teſti-
monium dicebant,& fratres tradebantur à fratri-
bus,& à patribus filij, ſibique ipſi natura bellū in-
ferebat in ſeipſam cognatio ſcindebatur : omnes
leges funditus euertebantur:omnia tumultu quo-
dā ac perturbatione redundabant,& à dęmonibus
domus tum cognato ſanguine cōplebantur: nam
qui filium tradidit pater,omnino etiā iugulauit. li-
cet enim enſem non impulerit,neque dextera cę-
dem patrarit:tamen animi ſententia rem omnem
peregit; nam qui percuſſori hominem necādum
tradidit,homicidium ipſe cōmiſit. Efficiamus igi-
tur,vt liberos ſuos occidant,aiebāt dæmones;red-
damus filios per proditionē parricidas:tales enim
olim illis victimæ immolabantur , & patres filios
D mactabant. Atque hæc propheta clamabat dicens,
Immolauerūt filios ſuos,& filias ſuas dæmoniis: & eiuſmodi Pſ. 105. 37.
ſanguinē ſitiebant: quādo ergo execrabilia iſta &
abominanda ſacrificia Chriſtus inhibuerat,reno-
uare rurſus illa contendebāt: verum impudenter
quidē & apertè dicere,Filios veſtros mactate,non
audebant;nullus enim illis morē geſſiſſet:ſed alia
ratione edictū architectantur , ac legē commini-
ſcuntur.per iudices imperāt,vt parētes filios pro-
dant. nihil enim noſtra intereſt ſiue mactet quis,
ſiue mactandū filium tradat:nam & hic, & ille li-
berorum eſt interfector. Videre igitur erat parri-
cidas,liberorū interfectores,fratricidas:tumultus
ac perturbationis omnia plena erant; at mulieres
alta trāquillitate fruebātur. ſiquidē vndique illas
ſpes futurorum muniebat , quoniam & peregre
cùm degerent, peregre non degebant : veram
enim patriam fidē habebant; ciuitatē propriā ha-
bebant confeſſionē,& cum optima ſpe alerentur;

Edictum quo iubentur parētes filios deferre.

nullis

nullis rebus præſentibus afficiebantur, futuras nãque ſolum ſpectabant. Hoc igitur in ſtatu cùm res eſſent, in illam vrbem aduenit pater militibus ad capiendam prædam ſtipatus: aduenit pater, & maritus; filiarum quidem pater, vxoris autem maritus. ſiquidem patrem aut maritum eum appellari oportet, qui eiuſmodi in rebus miniſterium ſuum impenderet. At enim parcamus illi, quantùm fieri poteſt, quandoquidem pater martyrum, & maritus martyris fuit; neque dolorem vulneris eius criminationibus noſtris augeamus. Tu verò mihi mulierum prudentiam conſidera. cùm enim fugiendum erat fugerunt: cùm ineunda erant certamina, conſtiterunt, & amore Chriſti vinctæ ſequebantur. vt enim tentationes accerſendæ non ſunt, ita cùm aduenerint decertandum eſt; vt inde noſtræ lenitatis, hinc noſtræ fortitudinis ſpecimen edamus; id quod & illæ tum fecerunt: & reuerſæ ſunt, ac decertarunt. Etenim apertum fuerãt ſtadium, & ad certamina tempus inuitabat: genus autem agonis fuit eiuſmodi. venerunt in vrbẽ Hierapolim nomine, indeq; verè ad ſacrã vrbem tali machina ſubuectæ aſcenderunt. viam illam, qua redibant, fluuius præterfluebat: clam militibus, qui prandium ſumebant, & inebriabantur: ſunt etiam qui dicant conſcio & adiutore patre illas vſas eſſe, vt milites fallerẽt, quod & credo: fortaſſis enim hoc ideò fecit, vt exigua ſaltem excuſatione proditionis huius gratia in die iudicij ſaluti ſuæ prouideret, quod operam commodarit, & adiuuerit, atque ad martyrium faciliorem curſum reddiderit. Illo igitur in auxilium aſcito, & cùm eius opera milites amouere potuiſſent, in medium flumen ingreſſę ſunt, ſeque ipſas in illa fluenta demiſerunt. Ingreſſa eſt cum geminis filiabus mater. audiant & matres & virgines, hæ quidem ſic matribus pareant, illæ verò filias ſic inſtituant, ita liberos diligant. Ingreſſa eſt itaque media mater, vtrinque filias ſecum habens; quæ virum habebat in medio innuptarum: eratque in medio virginitatis matrimonium, & ipſarum in medio Chriſtus. Sicut igitur radix arboris binis ſtolonib. vtrimque ſtantibus vallata, ſic vtrinque beata illa virginibus ſtipata intrabat, & in aquas illas mittebat, itaque ſunt ſuffocatæ, vel nouo potius & inuſitato baptiſmate baptizatæ. Ac ſi noſſe velis clarum illud fuiſſe baptiſma quod geſtum eſt, audi quomodo mortem ſuam baptiſma Chriſtus appellet. Filios enim alloquens Zebedæi, *Calicem quidem meum bibetis*, inquit, *& baptiſmo, quo ego baptizor, baptizamini.* quo verò baptiſmo baptizatus eſt Chriſtus poſt Ioannis baptiſmum, niſi morte ac cruce? Vt igitur Iacobus non cruci affixus, ſed capite truncatus enſe, baptiſmo baptizatus eſt Chriſti: ſic & iſtæ licet crucifixæ non fuerint, ſed ab aquis necatæ, Chriſti ſunt baptiſmate baptizatæ. Porrò illas mater baptizauit. Quid ais? mulier baptizat? Sane quidem baptiſmatib. eiuſmodi mulieres etiam baptizant, quemadmodum & illa vtique & baptizauit, & ſacerdos eſt facta: ſiquidem victimas ratione præditas obtulit, & animi propoſitum illi ordinationis locum ſuppleuit; quodque adeò mirum eſt, non indiguit altari, cùm ſacrificaret, nec lignis, nec igne, nec gladio; fluuius enim illi omnium loco fuit, & altaris, & lignorum, & gladij, & ignis, eadẽque res ſacrificium extitit, & baptiſmus euidentior hoc baptiſmo. Nam de hoc quidem ait Paulus: *Complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius*: de baptiſmo verò martyrum non iam ſimilitudini eius ait, ſed configurari nos morti eius. Inducebat itaque filias mater non quaſi in fluuium inductura, ſed quaſi in thalamos illas deduceret: inducat vtraque ex parte tenẽs dicenſque, Ecce ego & puellæ meę, quas dedit mihi Deus. tu eas mihi dediſti, tibi ego illas commendo, res meas & meipſam. Itaque duplex fuit mulieris martyrium, imò verò triplex:

Herapolim perueniunt vrbem Aſiæ minoris. [illegible] facta.

Math. 19. 39.

Baptiſmũ appellat mortem obitam in martyrio.

Rom. 6. 5. Phil. 130.

nam per ſeipſam ſemel, per filias ſuas bis martyrium paſſa eſt. & quemadmodum cùm ſeipſam immittere debuit, multa illi fuit opus tolerantia: ſic & vbi ſecum puellas traxit, altera tantà indiguit tolerantia, immo verò multo maiori. Non enim adeo mulieres ſolent dolere, cùm ipſæ morituræ fuerint, vt cùm illarum filię paſſæ hoc fuerint: itaque grauiori per filias hæc martyrio cruciata eſt, cùm ad reprimendam naturæ vim ſe accinxit, cũ materni amoris flammæ reſtitit, & intolerabili viſcerum conturbationi atque vteri commotioni. Si enim filiam vnam quæpiam cernens morientem, acerbam exiſtimat vitã ſuam; hæc duas filias confertim non intuens morientes, ſed ad mortẽ propria manu trahens, cogita quæ martyria exhiberet ea, quæ id, quod etiam auditu cæteris eſt intolerabile, reipſa perferret. Ac milites quidem penitus inſcij tanquam rurſus eas recepturi expectabant, illæ verò cum Chriſti militibus cœleſtibus angelis iam tum erant; quod cuſtodes non videbant, quippe qui fidei oculos non haberent. Enimuerò de matre inquit Paulus, *Saluabitur per filiorum generationem*: hic autem filiæ per matrem ſaluę ſunt factæ. Sic nimirum parere matres oportet; hic enim partus illo priori melior eſt, in quo dolores quidem acerbiores ſunt, at maius lucrum percipitur. De illis partus doloribus, quotquot matres fuerunt, nouerunt quos dolores illud inurat, cùm filias videris mortem obeuntes; vt autem ipſa manu tua cædem perpetres, quàm graue ſit, exprimi verbis non poteſt. At enim qua de cauſſa in iudicium non venit mulier? voluit ante pugnam tropheum erigere, ante certamina coronam abrepere, ante luctas præmia reportare: non quod tormẽta reformidaret, ſed ne laſciuis oculis infidelium paterent. non metuebat, ne quis latera ipſi effoderet, ſed ne quis filiarum corrumperet virginitatẽ, timebat. Atque hoc eam non illo fuiſſe timore correptam, & idcirco in iudicium non veniſſe inde manifeſtũ eſt: multo grauiores in flumine cruciatus tolerauit: multo enim grauius eſt, & acerbius, vt antè dixi, propria viſcera, filias inquã manu ſua demergere, ac ſuffocari cernere, quàm lacerari carnem videre, multoque illi maiori opus erat philoſophia, quàm ad tormenta toleranda, vt puellarum tenere dexteras, & ad fluminis fluenta pertrahere ſecum poſſet. Neque enim par ad dolorem inurendum momentum affert ab aliis cernere diuexatas, & ipſam morti inferre, ipſam fieri necis adminiſtram, ipſam filiabus carnificis vices obire, ſed hoc multo illo grauius eſt & intolerabilius. Huic orationi meæ teſtimoniũ dicetis omnes, quotquot matris fuiſtis, quæ partus dolores expertæ eſtis, ac filias ſuſcepiſtis. Quomodo puellarum dextram arripuit? qui fieri potuit, vt manus non obtorpeſceret? quomodo non reſoluti ſunt nerui? quomodo mens de ſtatu deiecta non eſt? qui potuit ratio iis quæ gerebantur inſeruire? ſexcentis enim tormentis facinus illud acerbius fuit, cum corporis loco eius anima diſcruciaretur. Verùm enimuerò quouſque tandem ea perſequi contendemus, quę nemo aſſequi poteſt? nulla quippe paſſionis magnitudinem oratio poſſet exprimere, ſed ea ſola, quæ experta eſt, ac decertauit mulier nouit, cuiuſmodi ſint iſta certamina. Audiãt iſta matres; audiant virgines; matres, quidem, vt filias ſuas ſic inſtituant; virgines autem, vt ita matrib. obſequãtur. Non enim tantum laudari conuenit matrem, quæ talia iuſſerit, ſed & filias commendare, quæ in eiuſmodi rebus paruerint. nam neque mater vinculis eguit ad hoſtias victimaſque, neque iuuencæ reſilierunt, ſed æquali mentis alacritate & animo eodem martyrii iugum trahentes, ſic fluuium ſunt ingreſſæ, calceamentis extra fluminis ripam derelictis; quod ideò fecerunt, vt cuſtodib. ipſis conſulerent: tanta erat ſanctarum illarum prouidentia,

1. Ti. 2. 15

Affectum matrum erga filias amplificat.

Cur ſua calceamẽta reliquerint virgines.

Studebant ſcilicet illis defenſionis in iudicio an-
ſam relinquere; ne crudelis ille ac ſæuus iudex eos
proditionis accuſaret : aut quod pecunia corrupti
mulieres dimiſiſſent : idcirco calceamenta reli-
querunt, quæ militum conſcientiæ teſtificarentur,
quod non illis conſciis, ſed ignorantibus in flumẽ
ſponte proſiliiſſent. Fortaſſe non mediocri erga
ſanctas illas amore exarſiſtis : cùm hoc igitur ar-
dore coram ipſarum reliquiis procidamus, ipſarũ
Reliquiarum veneratio.
capſulas complectamur; multam enim poſſunt
virtutem capſulæ martyrum obtinere, quemad-
modum & oſſa martyrum vim magnam habent;
neque die tantum huius feſtiuitatis, ſed aliis etiam
diebus iis aſſideamus, eas obſecremus, obteſte-
mur, vt patronæ ſint noſtræ. multam enim fiduciã
obtinent non viuentes modo, ſed & mortuæ; mul-
toque magis cùm ſunt mortuæ. Iam enim ſtigma-
ta ferunt Chriſti; cùm autem ſtigmata hæc oſten-
derint, omnia Regi poſſunt perſuadere. Quando
igitur tanta illæ virtute pollent, tantaque apud
Deum amicitia, cùm continua velut obſeſſione ac
perpetua illarum viſitatione in familiaritatẽ nos
illarum inſinuauerimus, ipſarum opera Dei miſe-
ricordiam impetremus; quam nobis omnibus aſ-
ſequi contingat gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti,
per quem, & cum quo Patri, vnà cum ſancto Spiri-
tu, gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amẽ.

LAVDATIO SANCTI PATRIS NOſtri Euſtathii Antiochiæ magnæ Archiepiſcopi.

Eodem interprete.

SAPIENS vir quidam, & philoſophandi peritus,
Eccl. 11. 30.
qui rerum humanarum naturam accuratè di-
dicerat, & earum fragilitatem nouerat, nihilque
certum aut ſtabile in iis eſſe, omnes generatim
Ante mortem nemo laudandus, ſed poſt mortem.
homines admonet, vt ante mortẽ neminem lau-
dent. Quãdo igitur mortuus eſt beatus Euſtathius,
omni cum fiducia deinceps eum laudibus, efferre
poſſumus: ſi enim ante mortem nemo laudandus
eſt, haud dubium, quin poſt mortem eorum, qui
digni ſunt, laudatio culpa vacet. Etenim huius vitæ
negotiorum euripum prætervectus eſt, tumultu
fluctuum liberatus eſt: ad tranquillum & quietum
portum appulit, incertitudini futurorum non ſub-
iacet, nec obnoxius eſt ruinæ: ſed tanquam in rupe
quapiam ſublimique nunc ſtans ſcopulo fluctus
omnes contẽnit. Caret igitur omni periculo præ-
dicatio, neque reprehendi poteſt laudatio. non e-
nim iam conuerſionem reformidat, neque muta-
tionem pertimeſcit. Nam nos quidem, qui adhuc
viuimus, vt qui medio in mari fluctuant, multis ſu-
mus obnoxij mutationibus: & vt illi nunc quidem
fluctibus intumeſcentibus in altum tolluntur, nũc
in profundum ipſum deprimuntur, ſed neque tu-
ta celſitudo, neque ſtabilis eſt deiectio: ſiquidem
horum vtrumque ab aquis fluentibus, minimeque
conſiſtentibus pendet: ſic nimirum & in rebus hu-
manis nihil firmum & conſtans eſt, ſed frequentes
ſunt mutationes ac perleui ſæpe momento fiunt:
hic quidem ob res ſecundas in altum ſubuehitur,
ille verò propter res aduerſas profunde admodũ
deprimitur: verùm nec inflectur ille, nec animum
ille deſpondeat: quippe celerrimam ſinguli muta-
tionem ſortiĉtur. At non ille, qui in cœlum com-
migrauit, & ad eum quem deſiderabat Ieſum pro-
fectus eſt, qui ad locum peruenit turbarum exper-
tem, vnde dolor & ægritudo ac gemitus abeſt: non
Iac. 1. 18.
illic mutationis eſt imago, non *viciſsitudinis obumbra-*
tio, ſed omnia fixa & immobilia, omnia firma & ſta-
bilita, omnia incorrupta & immortalia, omnia in-
teritus expertia & æterna. idcirco, inquit, *ante mortẽ*
ne quenquam laudes. quamobrem? futurum quippe in-
certum eſt, & imbecillis natura, voluntas ſegnis, &
pronum ad nos obſidendos peccatum: multi ſunt
laquei. *Scito enim*, inquit, *quoniam in medio laqueorum in-*

A *grederis*: continuæ ſunt tentationes, multa turba
negotiorum, tum dæmonum perenne bellum, &
aſſidui perturbationum inſultus. Propterea *ante*
mortem, inquit, *ne quemquam laudes*: ergo poſt mortem
tutum eſt laudare dignum, vel potius non ſimpli-
citer poſt mortem, ſed poſt mortem eiuſmodi:
quando cum corona è vita quiſpiam exceſſerit:
quando cum confeſſione, & fide non ficta. Si enim
quouis modo mortuos laudare quis poteſt, quanto
magis eos, qui ſic fuerint mortui? Quis autem eos
laudauit, dicet aliquis, qui quouis modo ſunt mor-
tui? Salomon ille, Salomon ſapientiſſimus: non e-
nim leuiter hominem prætereas, ſed quis eſſet
perpende, & quo pacto vixerit, quanta cum ſecu-
ritate ac voluptate mollem & ærumnarum exper-
tem vitam traduxerit. Siquidem genus omne de-
liciarum percurrit, & multiplices recreationis a-
nimi modos excogitauit: varias atque diſcrepan-
tes oblectationum ſpecies adinuenit, quas & enar-
rans dicebat; *Aedificaui mihi domos, plantaui vineas, feci* Eccl. 2. 4.
B *mihi hortos, & pomaria, feci mihi piſcinas aquarum. Mercatus*
ſum mihi ſeruos & ancillas, & vernaculi nati ſunt mihi. Poſ-
ſeſsio armentorum, boum & gregum fuit mihi. Congregaui *ar-*
gentum & aurum ſicut arenam. Feci mihi cantores, & canta-
trices, pincernas & vini miniſtras. Quid igitur idem iſte Salomoni credẽdum diuitiis detrahenti.
poſt tantam affluentiam pecuniarum, poſſeſſionũ,
deliciarum, voluptatum refert? *Laudaui*, inquit, *eos*,
qui mortui ſunt, ſuper viuentes, & bonus ſuper hos, quicunque
nondum natus eſt. Vere fide dignus hic eſt deliciarum
accuſator, qui talem de illis fert ſententiam. Nam
ſi quiſpiam ex iis qui vitam in paupertate ac men-
dicitate traduxiſſent, hanc ſentẽtiam aduerſus de-
licias tuliſſet, viſus eſſet non ex rei veritate, ſed
quod expertus non eſſet, ita criminari; cùm verò
is qui omnes percurrit, & ſingulas earum vias per-
ueſtigauit, eas contemnit; tum omni ſuſpicione li-
bera eſt criminatio. Exiſtimatis fortaſſe à propoſi-
to deflexiſſe ſermonem: imò verò ſi attendamus,
cum eo maximè cohærere deprehendemus, quæ
dicta ſunt. Nam in martyrum cõmemorationibus
C conueniens eſt & connexum de philoſophia ſer-
monem inſtituere: non vt vitam præſentem dam-
nemus, hæc dicimus, abſit: ſed quod delicias inſe-
ctemur. Non enim vere malum eſt, ſed temerè &
inconſiderate viuere. Itaque ſi quis in rectè factis
ac bonorum ſpe futurorum vitam traduxerit, po-
terit cum Paulo dicere, *viuere in carne multo melius: hoc* Phil. 1. 23.
enim mihi fructus operis eſt: quod vtique B. Euſtathio
contigit, qui & in vita & in morte, vt par erat, ſe
geſſit. Non enim in ſua regione, ſed in aliena pro-
pter Chriſtum mortem obiit, quod facinus eius
hoſtium fuit. Siquidem eum illi à patria relegarũt,
vt ipſum probro afficerent, at ille celebrior & il-
luſtrior hac in exilium commigratione reddeba-
tur; quod & rerum exitus demonſtrauit. Adeò nã-
que celebris euaſit, vt cùm in Thracia ſepultum Euſtathii reliquiæ in Thracia.
ſit eius corpus, in dies ſingulos memoria eius apud
D nos effloreſcat, & cùm in illo barbarico oppidulo
ſit eius tumulus, noſter in eum amor, qui tanto ab
eo diſiungimur interuallo, poſt tam diuturnum
tempus ſingulis diebus augeatur. Imò verò, ſi verũ
dicendum ſit, apud nos etiam eſt ſepulchrum eius,
& non in Thracia tantum. Monumenta enim ſan-
ctorum non loculi ſolùm ſunt, capſulæ, columnæ,
ac literæ, ſed res præclare geſtæ ac fidei zelus, & ſa-
na apud Deum conſcientia. Siquidem omni colũ-
na ſplendidior hæc eccleſia martyri eſt erecta, quę
literas habet non mutas, ſed quæ rebus ipſis bucci-
na clarius memoriam eius prædicant, ac celebri-
tatem, & vnuſquiſque veſtrûm, qui adeſtis, ſancti
illius eſt ſepulchrum, ſepulchrum animatum, atq;
ſpiritale. Nam ſi cuiuſque veſtrũ, qui adeſtis, con-
ſcientiam explicuero, ſanctùm iſtum in mente ve-
ſtra reperiam diuerſantem. Videtis, vt nihil pro-
fecerint aduerſarii, vt gloriam non extinxerint,
ſed extulerint potius, ſed illuſtriorem reddiderint

potius

A

potius tot pro vno ſepulchris erectis, ſepulchris animatis, ſepulchris vocem mittẽtibus, ſepulchris ad eundem zelum comparatis? Idcirco ſanctorum corpora, & fontes, & radices, & vnguenta nuncupo ſpiritalia. quid ita? quoniam vnumquodque iſtorum, quæ dixi, virtutem ſuam apud ſe non retinet tantum, ſed etiam ad alia multa longè lateque diffundit.

Sanctorũ reliquiæ fontes ſpirituales.

Exempli cauſſa, fontes multis quidem ſcaturiunt laticib. at eos intra ſinus ſuos non retinent, ſed longa flumina parientes cum mari iunguntur, & tanquam manus cuiuſdam extenſione longitudine illorum marinas aquas prehendunt.

A ſimili.

Rurſus arborum radix deorſum in terræ viſcerib. eſt abſcondita, ſed non omnem virtutem ſuam deorſum continet, ac vitium præſertim arbuſtiuarum eſt hæc natura. Vbi enim per excelſos calamos ramos ſuos extenderint, per arundines illas ſerpentia ſarmenta longum quoddam tectũ frondium denſitate conficiunt. Eiuſmodi eſt & vnguẽtorum natura: ſiquidem illa ſæpenumero ſunt in

B

conclaui recondita, ſed erumpens eorum odor in vicos, angiportus, & fora, eis etiã; qui foris ambulant, intus repoſitam aromatum virtutem indicat. Quod ſi fons, & radix, & arborum, atque vnguentorum natura tantam vim habent, multo magis ſanctorum corpora. Enimuero falſa non eſſe quæ dicimus, vos mihi teſtes eſtis. Nam martyris quidem ſitum eſt corpus in Thracia, vos autem qui in Thracia non verſamini, ſed ab illa regione multũ diſſiti eſtis, ſuauem odorem tantis ſpatiis interiectis percipitis, ideoque conueniſtis, nec eum viæ longinquitas impediuit, nec diuturnitas temporis extinxit. Talis enim ſpiritualium rectè factorum eſt natura: nullo corporeo interrumpitur obſtaculo, ſed floret, & creſcit in dies, eamque nec lõginquitas temporis labefactat, nec interuallum itineris intercludit. Neque verò mirum vobis videatur, quod ipſo in limine orationis, ac laudationis Sanctorum martyrem appellarim: ſiquidem ſua mor-

C

te ſublatus è viuis eſt: qui poteſt igitur martyr eſſe?

Martyrem non ſola mors facit.

Sæpenumero dixi vobis martyrem facere non mortem tantùm, ſed animi quoque propoſitum: non enim euentu ſolo, ſed etiam voluntate martyrij corona cõparatur. Et hanc non ego, ſed Paulus affert martyrii definitionem, cùm ita dicit, *Quotidie morior.* Quomodo quotidie moreris? qui fieri poteſt, vt vno corpore ſexcẽtas mortes excipias? propoſito nimirũ animi, inquit, quodque ad mortem ſim paratus. Ita Deus etiã declarauit. etenim Abraham non gladium cruentauit: non altare rubefecit: non Iſaac iugulauit: ſed tamen ſacrificiũ perfecit. Quis hoc ait? ille ipſe qui ſacrificium ſuſcepit.

Gen. 22. 12.

Non pepercisti enim, inquit, *filio tuo dilecto propter me.* atque viuum eum recepit, & incolumem reduxit: quomodo igitur non pepercit? quod non ex factorum exitu, ſed ex animi ſententia, inquit, de eiuſmodi ſacrificiis ſoleam iudicare. Non macta-

D

uit manus, at voluntas mactauit: nõ gladium pueri iugulo immerſit: non ceruicem incidit; ſed eſt ſacrificium etiam ſine ſanguine. Sciunt illi, qui myſterijs initiati ſunt, quid dicamus: propterea & illud ſacrificium ſine ſanguine perfectum eſt, quoniam illius figura eſſe debuit.

Sacrificiũ intelligit & ſacramentum Euchariſtiæ non propalandum non initiatis.

Vides in veteri teſtamento imaginem multò antè adumbratam, noli veritati fidem denegare. Hic itaque martyr (martyrem enim nobis cum Scriptura demonſtrauit) ad ſexcentas mortes paratus erat, & omnes illas voluntate animique alacritate tolerauit. Intenta verò pericula permulta reipſa quoque ſuſtinuit. Nam & è patria eum eiecerunt, atque in exilium relegarunt, aliaque multa tum temporis in beatũ illum machinati ſunt; tametſi quod illi iure crimini verterent, nihil haberent, ſed quòd, Paulum dicentem cùm audiiſſet,

Ro. 1. 16.

Coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quã creatori, impietatem fugeret, at ſcelus euitaret: at enim hoc quidem corona, non reprehen-

A

ſione dignum erat. Tu verò diaboli malitiam quęſo perpende. Nam quia non ita pridem Paganorũ bellum fuerat extinctum, & à grauibus continuiſque perſequutionibus paulò antè omnes Eccleſiæ reſpirarant, neque multum effluxerat temporis, ex quo templa omnia clauſa, altaria extincta fuerant, & dæmonum rabies omnis deleta, hæcq; improbum dæmonem male habebant, neque pacem Eccleſiæ æquo animo ferre poterat; quid ergo facit? aliud infert bellum infeſtum. Nam illud quidem externum fuit; hoc verò inteſtinum: talia porrò multo difficilius præcauentur, & facilè opprimunt, in quos incurrunt.

Euſtathius Antiochenæ tum Eccleſiæ fuit Epiſcopus.

Illo itaque tempore Eccleſiam, quæ apud nos eſt, regebat beatus iſte, ac morbus exortus eſt quaſi peſtis quædam infeſta ab Ægypti regionibus, qui per vrbes interiectas graſſatus in noſtram vrbem impetum facere properabat. at ille vigilans & attentus; omniaq; præuidens quæ imminebant, ingruens bellum arce-

B

bat: & tanquam ſapiens aliquis medicus priuſquã morbus vrbem, in qua reſidebat, inuaſiſſet, medicamenta comparabat, at ſacram hãc nauem multa cum ſecuritate gubernabat, quoquouerſus circumcurſans, nautas, vectores, nauigantes omnes concitans, & curans, vt vigilarent, & attenderent, quaſi iam inarderent eam piratæ, ac fidei theſaurum contenderent deprædari. Neque verò hic tantum hanc curam adhibuit, ſed in omnes partes mittebat, qui docerent, qui cohortarentur, qui diſputarent, qui hoſtibus aditum omnem intercluderent. Probè ſiquidem à ſpiritus gratia fuerat edoctus Eccleſiæ præſulem non de illa tantùm ſollicitum eſſe debere, quæ à Spiritu ſancto illi commiſſa eſt, ſed etiam de quauis orbe terrarum conſtituta; atque hoc ille ſacris è precibus colligebat: Si enim pro vniuerſa Eccleſiã, inquit, fundendæ ſunt preces, quæ à finibus ad fines vſque pertinẽt orbis terrarum, multo magis & eius vniuerſæ ge-

C

rere curam oportet, & de omnibus pariter eſſe ſollicitum, omnibus prouidere. Quod ergo in Stephano accidit, id in eo etiam euenit.

Act. 7.

Vt enim Iudæi cùm Stephani ſapientiæ non poſſunt reſiſtere, ſanctum illum lapidabant: ſic & iſti cùm huius ſapientiæ reſiſtere non poſſent, ac minuta cernerẽt propugnacula, tum è ciuitate præconem expellunt. At enim vox minimè tacebat; ſed licet homo expelleretur, non expellebatur ſermo doctrinæ. Nam & Paulus alligatus erat; *ſed verbum Dei non erat alligatum:*

2. Ti. 2. 9.

& hic peregrè erat, & doctrina eius apud nos erat. Erumpentes ergo conſtipati tanquã violentus quidam torrens impetum fecerunt; ſed neque plantas vulſerunt, neque fruges obruerunt, neque ſegetes vaſtarunt: tam egregiè, tam peritè ab eius ſapientia excultæ radicibus fixis hærebant. Verumenimuero dicendum nobis eſt, qua de cauſa permiſerit illum Deus hinc expelli. Reſpirare

D

cœperat non ita pridem Eccleſia, neque mediocrem ipſi conſolationem illius regimẽ afferebat: vndique illam muniebat, & hoſtium impetus propulſabat. Cur igitur eſt eiectus, & hoc illis permiſit, qui hinc eum ablegarunt, Deus? quam tandem ob cauſſam?

Cur in exilium nihil Euſtathiũ permiſerit Deus, & cur fidem noſtram oppugnari ſinat.

Nolite autem arbitrari, quod nunc tractamus, ſolius quæſtionis huius eſſe ſolutionem; ſed ſiue cum Paganis, ſiue cum hæreticis à vobis de rebus eiuſmodi ſermo fiat, ad omnem ſoluendam quæſtionẽ ſufficiet, quod dicemus. Deus quidem veram ſuam & Apoſtolicam fidem in multis oppugnari permittit; hæreſes autem atque Paganiſmum ſecura tranquillitate perfrui ſinit. Quid ita? vt illorum quidem infirmitatem diſcas, quæ cùm minimè diuexentur, ſponte deſtruuntur; fidei verò virtutem agnoſcas, quę dum oppugnatur, eorum opera, qui ſe illi opponunt, augetur. Neque mea eſt hæc coniectura, ſed diuinum ac de cœlo delapſum reſponſum. Audiamus quid Paulus hac de re dicat: nam & humanum quid aliquando paſ-

ſus

A

ſus hic etiam eſt. Licet enim Paulus eſſet, attamen naturæ noſtræ particeps erat. Quid verò illud eſt, quod eſt paſſus? Exagitabatur, oppugnabatur, virgis cædebatur, ſexcentis inſidiarum generibus appetebatur, intus, foris, ab iis qui domeſtici eſſe videbantur, ab alienis. Sed quid opus eſt commemorare, quantas afflictiones ſit perpeſſus? Fatigatus igitur, nec amplius ferens tot hoſtium incurſiones, qui ſemper eius doctrinam interrumpebant, eiuſque verbo aduerſabantur, ſupplex Domino prouolutus eum obteſtatur, & ait, *Datum eſt mihi ſtimulus carnis, angelus Satanæ, vt me colaphizet. Propter hoc ter Dominum rogaui, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea; nam virtus mea in infirmitate perficitur.*

2. Cor. 12. 8.

Scio equidem quoſdam corporis infirmitatem eſſe arbitrari; ſed non eſt illud, prorſus non eſt; verum angelum Satanæ homines, qui aduerſabantur, appellat: illud enim Satan vox eſt Hebraica, porrò Satan dicitur aduerſarius. Inſtrumenta ergo diaboli, & eos homines, qui ei famulantur, angelos eius appellat.

B

Cur igitur, dicet aliquis, additum eſt, carni? quia caro flagellabatur, anima verò eleuabatur ſpe futurorum erecta. Non enim animam attingebat, nec interiores cogitationes ſupplantabat, ſed intra carnem conſiſtebant tormenta bellumque, nec intus poterant penetrare. Quoniam igitur hæc concidebatur, hæc flagellabatur, hæc vinciebatur: animam quippe ligare nemo poteſt; idcirco dicit, datus eſt mihi ſtimulus carnis angelus Satanæ, vt me colaphizet, tentationes, afflictiones, perſequutiones innuens. Propter hoc ter, inquit, Dominum rogaui, hoc eſt, ſæpenumero precatus ſum, inquit, vt à tentationibus paululum reſpirarem. Vos verò cauſſæ meminiſtis, ob quam Deum dixi verberari ſeruos ſuos permittere, vexari, infinita mala perpeti, vt virtutem ſuam oſtendat. Ecce enim & hic cùm precatus eſſet, vt à ſe innumera mala recederent & aduerſarij, non obtinuit, quod petebat, &

C

cauſſam addit, ob quam non obtinuerit. quænam igitur eſt cauſſa? nihil enim prohibet rurſus eam memorare. *Sufficit*, inquit, *tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur.* Vides, idcirco Deum permittere angelos Satanæ ſeruos ſuos premere, & ſexcenta illis negotia exhibere, vt ipſius virtus appareat?

Cur ſuos Deus affligi ſinat.

Verè namque ſiue cum Paganis, ſiue cum miſeris Iudæis diſſeramus, ad diuinam virtutem oſtendendam hoc ſufficit, quod infinitis exagitata bellis fides ſuperauerit, & vniuerſo terrarum orbe repugnante, cunctiſque duodecim illos homines magna contentione repellentib. Apoſtoli in quã illi breui tempore virgis cæſi, vexati, innumera mala perpeſſi eos, à quibus hæc inferebantur, potuerit proſpero ſucceſſu deuincere. Propterea beatum etiam Euſtathium in exilium abduci permiſit Deus, vt veritatis nobis virtutem, & hæreticorum imbecillitatem amplius demonſtraret.

D

Itaque peregre profecturus vrbem quidem dimittebat: at charitatem in vobis non dimittebat: neque quod ab Eccleſia expellebatur, à præſulis etiam munere, vel à cura veſtri, quam gerebat, alienum ſeipſum putabat, ſed tum amplius curabat & ſollicitus erat.

Euſtathius quàm rectè præfuerit.

Ideo vocatos omnes admonebat, vt ne ſuccumberent, néve lupis cederent, aut illis gregem proderent; ſed intus manerent: vt os illis obſtruerent, eos conuincerẽt, ac ſimpliciores fratres confirmarent. Et verò rectè illum imperaſſe tandem exitus comprobauit, niſi enim tum in Eccleſia remanſiſſetis, corrupta pars maior ciuitatis fuiſſet, oues in deſerto deuorantibus lupis; verum illius ſermo, ne ſuam nequitiam impudenter exererent, impediuit. Neque verò ſolùm exitus id oſtẽdit, ſed & Pauli verba: nam & ab illo hic edoctus ſic admonebat. quid igitur ait Paulus? Cùm olim Romam eſſet abducendus vltima ſua profectione, poſt quam non amplius diſcipulos viſurus erat, *Non enim amplius videbo vos*, inquit: hoc autem dicebat,

Act. 20. 25. 29.

A

non vt illis dolorem inureret, ſed quod confirmare illos vellet: inde igitur profecturus hoc pacto illos confirmabat dicens, *Scio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi graues, & ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa.* Triplex bellum, ferarum natura, belli ſæuitia, quodque non alieni ſint, ſed domeſtici, qui bellum inferunt, ideoque meritò grauius cenſetur. Nam ſi extrinſecus vulneret me quiſpiam, aut bellum inferat, facile illum potero ſuperare: ſin autem intrinſecus ab ipſo corpore vlcus oriatur, ſanatu difficile fit malum: quod nimirum tunc etiam euenit. Propterea monebat dicens, *Attendite vobis, & vniuerſo gregi:* non dixit, derelictis ouibus foras aufugite. His inſtructus cùm fuiſſet B. Euſtathius diſcipulos ſuos admonebat: quæ nimirum ſapiens hic quoque, ac generoſus magiſter cùm audiiſſet, opere ſermonem impleuit. Inuadentibus igitur illis oues non deſeruit, tametſi in in thronum præfecturæ ſuæ non aſcenderat: ſed

B

hoc illa generoſa & philoſophia præſtans anima non curabat: nam præſulum honores ceteris relinquebat: labores autem præſulum ipſe exantlabat, & intus cum lupis verſabatur: nihil enim eum ferarum dentes lædebant, ita ſolidiori fide præditus erat, quàm vt eorum morſibus eſſet obnoxius. Cùm igitur intus verſaretur, & pugna, qua cum eo congrediebantur, omnes illos diſtineret, multam ouibus ſecuritatem ac tranquillitatem comparabat. Neque verò tantum id agebat, vt eorum ora obturaret, & blaſphemias refelleret, ſed ipſas etiam oues circumiens perpendebat, num quis telo percuſſus fuiſſet; num graue vulnus accepiſſet; ſtatimque medicamentum adhibebat. Hoc dum faceret ad veram fidẽ omnes animauit; nec priùs deſtitit, quam Dei munere atque conceſſu beatus ſetius aduenit, qui totam maſſam accepit; hic ſeminauit, ille meſſuit. Tale quid etiam Moyſes &

C

Aaron præſtiterunt. Nam & illi fermenti in morem, dum in medio Ægyptiorum verſarentur, multos domeſticę pietatis ęmulatores reddebant. Teſtatur hoc Moyſes, dum multum vulgus promiſcuum cum Iſraëlitis ait aſcendiſſe. Hunc Moyſem imitans iſte etiam ante magiſtratum, quæ magiſtratus erant, gerebat.

Exod. 12. 38.

Siquidem ille priuſquam in populum delatum illi eſſet imperium, fortiter admodum atque generoſe inferentes iniuriam puniebat; iniuriam patientes vlciſcebatur, & regia menſa honoribus, dignitatibuſque contemptis ad lutum & lateritium opus currebat, ac deliciis omnibus, voluptatibus & honoribus præferendam propinquorum curam exiſtimabat, ad quem oculos iſte conuertens magiſtratus omnes ſua in populum ſollicitudine commonefaciebat, & labores perferre, vndique diuexari quam voluptatibus frui malebat, ac perpetuas indies inimicitias incurrebat. Veruntamen leuia erant illi omnia: ſi-

D

quidem ex iis rebus, quæ accidebant, idoneam conſolationis occaſionem arripiebat. Quæ cùm ita ſint, Deo gratias agentes ſanctorum iſtorum virtutes imitemur, vt & earundem cum ipſis coronarum participes eſſe valeamus gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſæcula. Amen.

DE SANCTO HIEROMARTYRE BABYLA.

Interprete Frontone Ducæo, Societatis Ieſu Theologo.

VOLEBAM equidem hodierno die debitum reddere, quod nuper vobis, cùm hic eſſem, promiſi: ſed quid faciam? beatus Babylas interueniens apparuit, & ad ſeipſum nos vocauit; non quod vocem miſerit, ſed quod ſplẽdidi oris dignitate nos ad ſe conuerterit. Ne igitur ægrè feratis, ſi reddere differamus: omnino enim quanto protra-

Ex Bauarica Bibliotheca.

hitur

A hitur tempus longius, tanto vobis & fœnus augetur: namque pecuniam cũ fœnore perſoluemus: quando ita dominus iuſſit, qui noſtræ illàm fidei commiſit.

Luc. 19. 23

In tuto ergo rem creditam fore confidentes, vtpote cùm ſors vobis & lucrum immota & certa maneant, interrepentem hodie quæſtum ne prætermittamus, ſed præclaris beati Babylæ facinoribus oblectemur.

Babylas Antiochenę Eccleſię Epiſcopus.

Enimuero quo pacto præfectus huic eccleſiæ noſtræ fuerit, & in medijs procellis, tempeſtatibus, fluctibuſque ſacram hanc nauim ſeruàrit, quantamque fiduciam cùm Imperatorem alloqueretur, præ ſe tulerit, & quo pacto pro ouibus animam ſuam poſuerit, ac beatam illam cædem ſubierit, hæc & alia eiuſmodi ſenioribus commemoranda doctoribus relinquemus: res enim antiquiores pręclarè vobis à ſenibus poſſunt narrari: quæ verò non ità pridem ac noſtra ætate ſunt geſta, vobis iuuenis ego narrabo, quæ nimirum poſt obitum, poſt exequias martyris, ac dum in ſuburbio moraretur, acciderunt. B Ac ſcio equidem fore, vt promiſſum noſtrum Gentiles irrideant, quod poſt obitum & exequies eius, qui ſepultus ſit, & in cinerem diſſolutus, nos præclara facinora commemoraturos promittamus: non tamen idcirco tacebimus, ſed ob hoc ipſum potiſſimum verba faciemus, vt cùm rem iſtam mirabilem oſtenderimus, riſum & ſannas in illorũ caput conuertamus. Nam hominis quidem cuiuſuis recte facta poſt mortem eſſe nequeunt, martyres verò & multa & magna poſſunt: non vt ille fiat illuſtrior; neque enim ille commendatione indiget vulgi: ſed vt tu diſcas infidelis mortem martyrum non eſſe mortem, ſed initium vitæ melioris, magiſque ſpiritualis conuerſationis præludium, atq; à deterioribus ad meliora tranſmigrationem. Noli enim hoc ſpectare, nudum martyris corpus animę operatione deſtitutum eſſe propoſitum; ſed illud conſidera maiorem ipſa anima virtutem illi C quandam aſſidere Spiritus ſancti gratiam, quæ editis à ſe miraculis omnibus ſpem certam reſurrectionis eius facit. Si enim mortuis corporibus, & in puluerem reſolutis maiorem, quàm viuis omnibus virtutem Deus largitus eſt, multo magis vitam illis priore potiorem ac fœliciorem, quo tempore coronas diuidet, largietur. Quæ tandem igitur eius ſunt recte facta? veruntamen nolite turbari, ſi paulò altiùs principium ſermonis repetierimus: nam & qui rectè volunt imagines ſpectandas proponere, cùm ſpectatores paululum à tabula ſecedere iuſſerint, illas deinde retegunt, vt ipſius diſtantiæ beneficio clarius ab eis poſſint videri: patimini ergo vos quoque retrorſum orationem nos retrahere. Poſtquam enim is qui cunctos impietate ſuperauit, in Imperatorium thronum aſcendit Iulianus, & regium ſceptrum accepit, confeſtim in eum, à quo creatus fuerat, Deum manus ſuſtulit, bene meritum de ſe ignorauit, ac de terra inferius in cœlum reſpiciens rabidorum more canum illatrabat, D qui in homines à quibus non aluntur, & in eos pariter, à quibus aluntur, clamorem tollunt: immo verò ſæuiori quàm illi furore percitus erat.

Iuliani Apoſtatæ in Chriſtianos, conatus.

Nam illi quidem & domeſticos & alienos pariter auerſantur & oderunt: hic verò dęmonibus ab eius ſalute alienis blandiebatur, atque omni eos cultus genere colebat: bene autem de ſe meritum, ac ſeruatorem ſuum, quique ne filio quidem ſuo vnigenito ipſius cauſſa pepercit, auerſabatur & oderat, crucemque deridebat, rem quæ terrarum orbem pronum in faciem prouolutum erexit, quæ tenebras vndiquaque diſcuſſit, & ſolaribus radiis ſplendidiorem lucem inuexit. Neque verò huc vſque tantum progreſſus eſt eius furor, ſed ex orbe terrarum exterminaturum ſe Galilæorum nationem pollicebatur: ſic enim nos appellare ſolitus erat:

Galilæi Chriſtiani Iuliano.

quanquam ſi Chriſtianorum nomen abominandum eſſe arbitrabatur, ac rem multæ plenam ignominiæ, qua de cauſa non inde nos, ſed peregrini nominis illius ignominia notare cupiebat? At enim probè nouerat nomen illud quod neceſſitudinem aliquam cum Chriſto deſignat, non hominibus tantùm, ſed & angelis, & ſuperioribus virtutibus magno eſſe ornamento: propterea nullum non lapidem mouebat, vt hoc nos ornamento ſpoliarent, ac verbi prædicationem diſſolueret. Veruntamen fieri non poterat illud ô miſer & infortunate, vt neque fieri poterat, vt cœlum deſtrueres, ſolem extingueres, terræ fundamenta concuteres, atque euerteres, idque prædixit olim Chriſtus cùm ita dixit: *Cœlum & terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt*.

Matth. 24. 35. Mat. 13. 31.

Sed Chriſti verba ferre nõ potes, vocem igitur factorum ipſorum admitte. nam ego quidem, cui ſcire contigit, quid ſit denuntiatio diuina, quàm potens & inuicta res illa ſit, ipſo naturæ ordine, factorumque omnium experientia certiorem ac fide digniorem illam eſſe credo. B Tu verò qui humi ſerpis adhuc, & humanarum cogitationum diſquiſitionibus ès adductus, teſtimonium factorum admitte: nihil contradico, non contendo. Quid ergo res geſtæ narrant? Dixit Chriſtus facilius eſſe, vt cœlum & terra diſpereat, quàm vt vnum àliquod verborum eius intercidàt: contradixit his Imperator, & Chriſtiana ſe dogmata exterminaturum comminatus eſt: vbi nunc igitur eſt ille qui talia comminatus eſt? periit & è medio ſublatus eſt, iamque apud inferos ineuitabili ſupplicio torquetur: vbi verò Chriſtus eſt, à quo illa ſunt denuntiata? in cœlis, in dextera Patris altiſſimum gloriæ thronum obtinens. vbi verba Imperatoris blaſphema, & inſolens illa lingua? cinis & puluis, & vermium cibus euaſit. vbi Chriſti denunciatio? ab ipſa veritate rerum geſtarum elucet, ac tanquam ab aurea columna quadam ab euentu factorum coruſcat. Tametſi nihil ab Imperatore tum prætermiſſum eſt, quo ſe ad bellum C nobilis inferendum compararet: ſed & vates accerſebat & præſtigiatores conuocabat, omniaque dæmonibus & malignis ſpiritibus redundabant. quæ tandem igitur cultus iſtius fuere præmia? ciuitatum euerſiones, & fames quouis genere famis acerbior.

Fames Iuliano imperante grauiſſima.

Scitis enim vtique ac recordamini, quo pacto vænalibus rebus deſtitutum fuerit forum, ac plenæ tumultuum officinæ, cùm vnuſquiſque quod primum occurriſſet, præripere contenderet, ac diſcedere. Sed quid ego famem dico, cùm vel ipſi aquis deſtituti fontes eſſent, fontes qui copia fluentorum flumina ipſa ſuperabant? Quando autem in fontium mentionem incidimus, age deinceps ad Daphnes ſuburbium aſcendamus, & orationem ad martyris præclara facinora traducamus. Enimuero probra & dedecora Gentilium diuulgare percupitis, attamen hoc pacto etiam illa in medium adducemus: ſiquidem vbi martyrũ ſit mentio, illic & Gentilium dedecus innoteſcit. D Hic igitur Imperator cùm Daphnen aſcendiſſet, illic Apollinem precibus fatigabat, ſollicitabat, ſupplicabat, vt ſibi de rebus futuris quippiam vaticinaretur. Quid igitur magnus ille Gentilium vates Deus? Mortui me impediunt, inquit, ne loquar. At tu capſulas effringe, oſſa effodi, mortuos transfer.

Apollinis querela de reliquiis S. Babylæ.

quid ſceleſtius his mandatis fieri poſſit? inſolitas demum ſepulchrorum ſpoliationis leges inuehit, & nouos abigendi hoſpites modos excogitat: quis vnquam mortuos eiectos audiuit? quis anima deſtituta corpora ſedibus pelli iuſſa vidit quemadmodum hic imperauit, & communes naturæ leges funditus euertit? Sunt enim apud mortales omnes hæ leges communes, vt qui ita functus eſt, terra condatur, ſepulturæ tradatur, ac ſinu magnæ omnium matris obuoluatur: Atque has non Gręcus, non barbarus, non Scytha, nec ſi quis illis immanior reperiatur, vnquam leges conuulſit, ſed reuerentur & obſeruant omnes, adeoque

ſacræ.

Digitized by Google

ſacræ, & apud omnes veneratione ſunt dignæ: dæmon autem ſublata perſona communia naturæ dogmata palam oppugnat, Piaculum enim, inquit, ſunt mortui. Non mortui ſunt piaculum ſceleſtiſſime dæmon, ſed voluntas praua res abominanda eſt. Quod ſi dicendum ſit admiratione dignum aliquid, viuorum potius nequitiæ plena quàm mortuorum deteſtanda ſunt corpora. nam illa quidem animæ famulantur imperijs; hæc verò immobilia iacent: quod autem immobile eſt, omniq́ue ſenſu deſtitutum, ab omni criminatione liberum eſſe ſolet. Quanquam alioqui ne viuorum quidem corpora dixerim ego natura eſſe abominanda, ſed vbique prauam & peruerſam voluntatem omniũ criminationibus eſſe obnoxiam.

Daphnes tentatum ab Apolline ſtuprũ exprobrat.

Nõ corpus mortuum eſt piaculum ô Apollo, ſed puellam caſtè viuere volentem perſequi, virginiſq́ue pudicitiæ ſtuprum offerre, & ab impudenti actione depulſum lugere, hoc accuſatione dignum & pœna. Ac multi quidem apud nos mirabiles magniq́ue prophetæ extiterunt, qui de rebus futuris vaticinati ſunt, nec vſpiam iis à quibus interrogabantur imperabant, vt defunctorum oſſa refoderent:

Ezech. 37.

quin ipſe etiam Ezechiel prope ipſa ſtans oſſa non modo nihil ab illis impediebatur, ſed & carnem illis, neruos, pelleſq́ue circumdedit, ac rurſus ad vitam illa reuocauit. Magnus autem Moyſes non iuxta mortua ſtetit oſſa, ſed ipſum integrum mortuum proferens Ioſeph, ita futura prædicebat: ac meritò ſanè. nam illorum quidem verba ſpiritus donum erant. horum autem verba fraus & mendacium, quod nulla poteſt ratione celari. Nihil enim aliud hæc fuiſſe, quàm obtentum & prætextum, ac B. Babylam eum reformidaſſe, ſatis liquet ex iis, quæ ab imperatore ſunt acta: ſiquidem reliquis omnibus omiſſis mortuis ſolum illum martyrem loco mouebat. Quanquam ſi quod illum abominaretur, ac non potius timeret, hæc ab illo gerebantur, confringi loculum, in mare demergi, in ſolitudinem amandari, vel alio quopiam perditionis genere deleri iubendum fuit: hoc enim abominantis fuiſſet. Ita fecit Deus cùm de gentium abominationib. Hebræos alloquutus eſt, confringi ſtatuas ipſarum iuſſit, non à ſuburbiis in vrbes piacula transferri. Ac mouebatur quidem loco martyr: dæmon autem ne ſic quidem ſecuritate fruebatur, ſed confeſtim didicit oſſa quidem martyris loco moueri poſſe, manus autem martyris euitari non poſſe.

Apollinis Daphnenſe templũ fulmine tactum.

Nam ſimul ac loculus ad vrbem protractus eſt, de cœlo fulmen in ſtatuæ caput immiſſum cuncta combuſſit. Enimuerò ſi minus antea, tum ſaltem impium Imperatorem iraſci par fuit, & in martyrium martyris iram effundere, ſed ne tum quidem auſus fuit: tantus illum timor occupauerat: quin potius licet incendium videret intolerabile, cauſſamque probe illius noſſet, quietus fuit. Neque verò tantùm hoc mirum eſt, quod martyrium non ſubuertit, ſed quod ne tectum quidem templo rurſus imponere auſus eſt. Nouerat quippe, nouerat immiſſam illam eſſe cladem à numine, ac pertimeſcebat, ne ſi quid vlterius excogitaſſet, ignem illum in ſuum caput accerſeret. Propterea cernere templum Apollinis ita deſolatum ſuſtinuit: neque vlla fuit alia cauſſa, ob quam id quod euenerat, minimè reparauit, niſi ſolus timor, qui eum inuitum quietem agere coegit: idq́; cùm ſciret quantam ignominiam dæmoni relinqueret, quantum martyri decus. Stant enim iam pro trophæis parietes, & tuba clariorem vocem mittunt, ac Daphnes incolis, vrbis incolis, his qui à longinquis regionibus illuc ventitant, hujus ætatis, ac temporum futurorum hominibus ipſo aſpectu cuncta narrant, luctam, congreſſum, victoriam martyris. Nam qui longe diſſitus eſt à ſuburbio, cum martyrium quidem loculo deſtitutum, templum autem Apollinis tecto priuatum intuitus fuerit, horum vtriuſque cauſſam veriſimile eſt quæſiturum; cumq́ue deinde totam hiſtoriam didicerit, ſic inde diſceſſurum: eiuſmodi ſunt præclara martyris poſt obitum eius facinora. Quamobrem veſtram quoque laudo ciuitatem, quod multum erga ſanctum iſtum ſtudium exhibueritis. Nam quo tempore Daphne reuertebatur, tota nobis ciuitas in viam effuſa eſt, vacua fuerunt hominibus fora, vacuæ feminis ædes, deſerti à virginibus thalami: ſic & omnis ætas, & vterque ſexus exiluerunt ex vrbe tanquam patrem ex longa peregrinatione poſt multum tempus reuertentem recepturi. Ac vos quidem illum eodem zelo ſucceſſorum cœtui reddidiſtis, Dei verò gratia perpetuò manere illic non permiſit, ſed rurſus illum vltra flumen tranſtulit, vt multa loca ſua martyris odore complerentur.

Orontem intelligit ad quem fluuium ſita Antiochia.

Neque verò cùm huc veniſſet ſolus manſurus fuit, ſed vicinum confeſtim & contubernalem, iiſdemque moribus præditum accepit. Nam & eiuſdem præfecturæ particeps factus eſt, & æqualem loquendi libertatem in cauſſa religionis exhibuit: quapropter & idem cum ipſo domicilium obtinuit, non fruſtrà vt videtur, hic mirabilis martyris imitator. Tanto enim tempore illic laborauit, ad Imperatorem literas mittens, magiſtratus interpellans, & corporis miniſterium martyri deferens. Scitis enim vtique ac recordamini, quo pacto æſtiuo tempore, dum meridiani ſolis radijs cœlum arderet, cum ſuis aſſeſſoribus ſingulis diebus illuc pergeret, non vt ſpectaret ſolùm, ſed etiam vt in eorum, quæ gerebantur, conſortium veniret. Nam & lapides ſæpius attigit, & funem traxit, & ei qui ſtructura aliqua indigebat, ante ipſos miniſtros obtemperauit. Nouerat quippe, nouerat quanta ipſi horum cauſſa præmia reſeruanda eſſent, atque idcirco in obſequio cultuque martyrum perſeuerabat non ſplendidis tantum ædificiis ſtruendis, aut continuis feſtis celebrandis, ſed potiori quadam his omnibus ratione. quænam illa tandem? vitam imitatur illorum, fortitudinem æmulatur, ac per omnia imaginẽ martyrum pro viribus in ſeipſo conſeruat. Vide enim: expoſuerunt illi corpora mactationi: at hic membra carnis mortificauit, quæ ſunt ſuper terram: reſtiterunt illi flammæ ignis, hic cupiditatis flammas reſtinxit: pugnarunt illi cum dentibus beſtiarum, ſed & hic ſæuiſſimam in nobis perturbationum iram ſedauit.

Ephe. 4. 12.

Horum igitur omnium cauſſa Deo gratias agamus, quod & martyres nobis ita generoſos largitus ſit, & martyribus dignos paſtores ad conſummationem ſanctorum, in ædificationem corporis Chriſti, cum quo Patri gloria, honor, imperium cum ſancto & viuifico Spiritu nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

LAVDATIO MARTYRVM ÆGYPTIORVM.

Interprete Frontone Ducæo, Societatis Ieſu Theologo.

BENEDICTVS Deus, quandoquidem ex Ægypto prodeunt martyres, ex Ægypto illa cum Deo pugnante ac inſaniſſima: & vnde impia ora, vnde linguæ blaſphemæ, ex Ægypto martyres habentur, non in Ægypto tantùm, nec in finitima vicinaque regione, ſed vbiq; terrarum.

Simile.

Et quemadmodum in annonæ ſumma vbertate cùm viderint vrbium incolæ maiorem, quam vſus habitatorum poſtulet, eſſe prouentum, ad peregrinas etiam vrbes tranſmittunt: cùm vt ſuam comitatem ac liberalitatem oſtendant, tum vt, præter horum abundantiam, cum facilitate res, quibus indigent, rurſus ab illis ſibi comparent: ſic & Ægyptii, quod attinet ad religionis athletas, fecerunt: cùm apud ſe multam eorum Dei benignitate copiam cernerent, nequaquam ingens hoc Dei munus ſua ciuitate concluſerunt, ſed in omnes terræ partes bo-

norum

norum theſauros effuderunt: cùm vt ſuum in fratres amorem oſtenderent, tum vt communem omnium dominum honore afficerent, ac ciuitati ſuæ gloriam apud omnes compararent, totiuſque terrarum orbis eſſe metropolim declararent. Nã ſi friuolæ quædam ac minimi pretij occaſiones, quæque ad hanc tantum vitam nobis conferunt, largitiones, hunc multis vrbibus honorem acquirere potuerunt; nónne eam potius quæ nihil ex caducis & corruptibilibus rebus largitur, ſed viros, qui vrbibus, quæ illis obuenerint, poſt obitum etiam præſtant ſecuritatem, præ omnibus æquum eſt hac honoris prærogatiua donari? Sanctorum enim illorum corpora quouis adamantino & inexpugnabili muro tutius nobis vrbem communiũt, & tanquam excelſi quidam ſcopuli vndique prominentes, non horum, qui ſub ſenſus cadunt, & oculis cernuntur hoſtium impetus propulſant tantum, ſed etiam inuiſibilium dæmonum inſidias, omneſque diaboli fraudes ſubuertunt, ac diſſipant, non minùs facilè, quàm ſi fortis vir aliquis ludicra puerorum ſubuerteret ac proſterneret. Ac cętera quidem quæ ab hominibus fiunt machinamenta, ſicut muri, foſſæ, arma militum, copiæ, & quæcunque ad incolarum ſecuritatem excogitãtur, ab hoſtibus poſſunt pluribus aliis multóque maioribus machinis ipſorum repelli: cùm verò ſanctorum corporibus fuerit ciuitas communita, licet innumeras illi pecunias expendant, vrbibus, quæ ipſos poſſideant, minimè poterunt æquale quoddam machinamentum opponere. Neque verò tantum aduerſus hominum inſidias, aut aduerſus fallacias dæmonum vtilis nobis eſt hæc poſſeſſio, dilectiſſime: ſed & ſi nobis communis dominus ob peccatorum multitudinem iraſcatur, his obiectis corporib. continuò poterimus eum propitium reddere ciuitati. Etenim ſi, qui multa præclarè geſſerant, maiorum noſtrorum ætate ſanctorum virorum nomina prætendentes, atque ad Abraham, Iſaac & Iacob appellationem confugientes, nonnihil ſolatii ſunt aſſequuti, ac magnam ex horum nominum commemoratione vtilitatem decerpſerunt: multo magis nos non tantum nomina, ſed & ipſa, quę decertarunt, corpora prętendentes, Deum propitium, & benignum habere poterimus ac placatum. Atque vt ea, quæ dicimus, verborum fumum non eſſe conſtet; norunt multi, cùm indigenarum, tum eorum, qui aliunde venerunt, quanta ſanctorum iſtorum ſit virtus, qui & teſtimonio ſuo, quæ dicta ſunt, comprobant: vt qui quantam apud Deum fiduciam obtineant, ipſo experimento compererint. Ac meritò ſanè, non enim vulgari modo pro veritate decertarunt, ſed adeò fortiter ſtrenuéque violentos & intolerabiles impetus dæmonis refutarunt, ac ſi in ſaxeis ferreiſque, non autem obnoxiis corruptioni, mortalibuſque corporibus decertarent: quaſi iam ad illam paſſionis expertem & immortalem naturam acerbis, ac dolorem inurentibus corporis cruciatibus non cedentem, tranſlati fuiſſent. Etenim tãquam ſæuæ quædam belluæ, crudeles, & immanes corpora circumſtantes vndique carnifices latera perfodiebant: carnes lacerabant, oſſa detegebant ac denudabant; nec eos quidquam ab illa crudelitate atque immanitate reuocabat. ſed & cùm terga peruaſiſſent, ac viſcera, & ad intima penetraſſent, reconditum in illis fidei theſaurum compilandum non inuenerunt. quin idem potius illis accidit, quod aliquibus qui cùm vrbem auguſtiſſimam, diuitiis multis refertam, & copioſis theſauris opulentam obſederint, & euerſis mœnibus eius ad ipſa pecuniarum promptuaria deuenerint, portas euerterint, vectes ſuſtulerint, pauimentum effoderint, omnia ſcrutati non potuerint eius diuitiis abreptis diſcedere. Talia namque ſunt animæ bona: non corporis paſſionibus produntur, cùm

Reliquiæ ſanctorum vrbes cuſtodiunt.

Exod. 32. 13. Bar. 2. 34.

Martyrum conſtantia in tormentis.

A eas ipſa cautè cuſtodit. ſed licet ipſum pectus effodias, & raptum cor minutatim concidas, theſaurum ſemel à fide ſibi creditum non dimittet. Hoc autem diuinæ gratiæ opus eſt, quæ cuncta diſpenſat, & in infirmis corporibus mirabilia poteſt perficere. Atque hoc quidem admiratione dignius eſt: non enim modo, cùm adeo inſaniiſſent ac ſæuiiſſent, nihil ex theſauris reconditis ſubripuerũt, ſed etiam effecerunt, vt eos maiori cautione cuſtodirent: quin etiam illos cùm illuſtriores, tum opulentiores reddiderunt. Non enim iam anima ſola, ſed & ipſum corpus maioris gratiæ factum eſt particeps: neque tantum quam habebat, non amiſit, poſtquam diſſecti ſunt atque conciſi perſæpe, ſed & copioſius ſibi maiuſque ſubſidium comparauit. Quid hac victoria mirabilius fieri poſſit, cùm eos, quos detinebant, & obnoxios habebant, ac vinctos imperioſè cædebant, ſuperare non potuerint, ſed ab illis miſerè ac infeliciter vincerentur?
B non enim bellum cum ipſis, ſed cum habitatore ipſorum Deo gerebant: eum porro qui cum Deo bellum gerit, neceſſarium eſſe planè ſuperiori potentia vinci, ac ſolius conatus luere pœnas, ignorat nemo. Eiuſmodi ſunt ſanctorum victoriæ. quod ſi certamina & luctæ ſunt adeò mirabiles ac ſtupendæ, quid de præmiis coroniſque dicemus, quæ ipſorum tolerantiæ reſeruantur? Non enim intra iſta tormenta conſtiterunt, nec curſum hic ſuum interruperunt: ſed vlterius illorum ſcammata protendebantur: quod improbus quidem dęmon acceſſione pœnarum athletas ſe ſupplantaturum ſperaret, Deus autem benignus permitteret, nec impediret: vt & infideliũ inſania manifeſtior omnibus appareret, & ſplendidiores iſtis coronæ, multóque plures necterentur. Et quemadmodum in Iob euenit, hic quidem plures aduerſus eum pœnas à Deo poſtulabat, ac ſe malorum accumulatione generoſum pietatis athletam ſuperaturum
C ſperabat: ille verò ſinebat, ac prauis petitionibus praui dæmonis indulgebat, & athletam ſuum illuſtriorem reddebat; ita nimirum hic accidit. Poſtquam enim ipſorum corpus quauis fera crudelius omni ex parte depaſtus eſt, & exedit, linguamque & os cruentauit, tametſi non cruore ſanctorum, ſed inhumanis & crudelibus illis ſententiis; ab illorum patientia victus, & inhumano illo conuiuio affatim expletus & exſaturatus abſceſſit. Ac vide quanta fuerit patientia ſanctorum, quæ tantum furorem ſuis cruciatibus exſatiauerit: inuaſit rurſus, cum furore certamen inſtaurans, ac feras omnes alia crudelitate ſuperare contendẽs: ſiquidem illæ naturæ neceſſitate impulſæ ad hoc conuiuium feruntur, & ſatiatæ recedunt, & ſi vel ſexcenta viderint corpora, nullum ex illis attingunt: hic verò ex libidinis animique prauitate ad eſcã iſtam pergebat, & eorum carnibus expletus, alteram aduerſus illos machinam fabricatur, ac
D ſanctos longiſſimæ acerbiſſimæque morti addicit: in metallis enim illos opus facere perpetuo iuſſit. ô amentiam ſingularem! cùm ita manifeſtum experimentum cepiſſet fortitudinis ipſorum ac tolerantiæ, hac ratione ſe ſuperaturum confidebat. Cum feris igitur habitabant ſancti, contubernales angelorum, ac cœlorum ciues, & ſupernæ Hieruſalem deinceps aſcripti: tum verò ſanctius erat poſtea quauis vrbe deſertum. Atque vt vrbibus quidem hæc iniqua & tyrannica diebus ſingulis mandata conficiebantur: deſertum autem inhumani miniſterij illius immunitate gaudebat: tribunalia quidem plena nefariis facinoribus redundabant, iniuſtiſque mandatis: deſerta verò mortalium cunctorum iuſtiſſimos ciues habebãt, qui ex hominibus angeli facti erant. cum cœlo deſertum certabat, ſaltem ob virtutem ciuium, à quibus habitabatur. Ac natura quidem ſua grauiſſima erat pœna, ſed ab eorum alacritate animi,

Cum Deo bellum gerit, qui martyres torquet.

Chriſtiani ad metalla damnati.

qui decertabant, procliuis ac leuis & facilis reddebatur. multiplicatam ſe lucem intueri tunc arbitrabantur, & quod dictum eſt apud Prophetam,

Eſa. 30. 26

Luna erit vt Sol, Sol autem ſeptuplex, hanc ſibi iam obtigiſſe lucem putabant. Non enim eſt, non eſt inquam anima quicquam hilarius, quæ digna eſt habita pro Chriſti pati quippiam eorum, quæ nobis grauia & intolerabilia videntur. iam ſe tranſlatos in cœlum eſſe, ac cum angelis ducere choreas putabant. Quid enim amplius illis cœlo & angelis opus erat, cum in deſerto cum illis angelorum Dominus Ieſus eſſet?

Matth. 18. 20.

Nam ſi, vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine eius, ibi eſt in medio corũ, multo magis in medio illorum tunc erat, qui congregati tum fuerant, non vt in nomine, ſed vt pro nomine eius perpetuò torquerentur. noſtis enim, noſtis planè hoc ſupplicio grauius eſſe nullum, eoſque, qui ſententia ſunt illa damnati, ſexcentas alias mortes malle tolerare, quàm eos qui illic inuruntur, dolores ſuſtinere. Metallis addicti fuerunt, vbi æs effodiendum erat plerumque ab ipſis, qui auri metallo erant pretioſiores, & auro quod materia non conſtat, quod non damnatorum effoditur manibus, ſed fidelium virorum ſtudio reperitur. in metallis opus faciebant, qui theſauris innumeris abundabant. ipſi quiſpiam acerbius etiã illa vita, & in ſeipſis eueniſſe narrationes & hiſtorias de viris illis magnis cernebant, quas de ſanctis refert Paulus dicens:

Heb. 11. 37.

Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.

Moralis exhortatio.

Hæc itaque cùm ſciamus, & nunc & olim ex quo nati ſunt homines, ærumnoſam & laborioſam ac innumeris refertam malis Dei amicos omnes vitam eſſe ſortitos: ne delicatam ac diſſolutam & voluptatibus affluentem vitam conſectemur, ſed laborioſum, atque ærumnoſum vitæ genus afflictionis & miſeriæ plenum. Vt enim fieri nequit, vt is, qui in agone contendit, per ſomnum & torporem ac delicias, coronas etiam conſequatur, neque miles trophæa, neque portum gubernator, nec aream repletam agricola: ſic nec vt fidelis, qui vitam ſuam in pigritia ac remiſſione traduxerit, bona promiſſa conſequatur. Num igitur abſurdum eſt in omnibus quidem rebus ſeculi huius ante voluptatem labores eſſe propoſitos, & ante ſecuritatem pericula, idque cùm vilium & exiguarum rerum poſt labores illos expectatio relinquatur: cùm verò cœlum ſit propoſitum, angelorum honores, vita quæ nullo fine terminatur, cum angelis conuerſatio, & bona quæ nec intelligere, nec effari quiſquam poteſt; ſperare nos fore, vt per deſidiam & inertiam animique remiſſionem ea cõſequamur, nec eandem illis dignari diligentiam, quam ſecularibus rebus impendere? Ne obſecro, ne adeò male de nobis deque noſtra ipſorum ſalute ſtatuamus: ſed oculis noſtris ad ſanctos iſtos conuerſis, ad generoſos atque tolerantes athletas, qui nobis, vt quaſi faces præluceant, dati ſunt, ad horum tolerantiam atque patientiam vitam noſtram componamus: vt eorum precibus, poſtquam hinc exceſſerimus, cùm illos videre, tum amplecti poſſimus, atque in illis cœleſtibus tabernaculis collocari. Quæ nos omnes vtinam conſequamur gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo Patri & Spiritui ſancto gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

DE SANCTO HIEROMARTYRE PHOCA, & contra hæreticos, atque in Pſalm. 141. Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum deprecatus ſum.

Eodem interprete.

SPLENDIDA nobis heſterno die facta eſt ciuitas, ſplendida, & illuſtris; non quia columnas, ſed quia martyrem habuit cum pompa incedentem, qui ad nos ex Ponto aduenit. Vidit veſtram hoſpitalitatem, & vos benedictione cumulauit; laudauit animi veſtri alacritatem, & eos, qui aduenerant, benedixit. Beatos illos, qui conuenerant, prædicaui, quique ſuauis eius odoris participes fuerant, & eos qui aberant, miſeros appellaui: verumtamen, ne damnum eorum fiat irreparabile, rurſus ipſum altera die prædicamus: vt ij qui ob negligentiam abfuerunt, à martyre impertitam duplicent diligentia benedictionem. Etenim quod ſępenumero dixi, hoc quoque dicere non ceſſabo; non pœnas peccatorum repeto, ſed ægrotantibus medicinam paro. abfuiſti heri? ſaltem hodie adeſto, vt eum in proprium videas locum deduci: vidiſti eum per forum ductum? cerne iam ipſum per mare nauigantem: vt eius elementum vtrumque benedictione repleatur. Nemo ab hac ſacra ſolẽnitate abſit: non virgo domi remaneat: non mulier ædibus ſe contineat: exhauriamus vrbem, & traiecto mari nos ad ſepulchrum martyris conferamus; nam & Reges vnà nobiſcum choreas ducunt. Quàmnam igitur veniam meretur priuatus, cum regia palatia deſerant Reges, & martyris ſepulchro aſſideant? talis nimirum eſt virtus martyrum, vt non modo priuatos, ſed eos etiam qui diademata geſtant, ſagena concludat.

Imperatores colunt martyres.

Hęc Gentilium eſt ignominia, hæc erroris ipſorum opprobrium, hæc dæmonum perditio, hæc noſtra nobilitas, & Eccleſiæ corona. Exulto cum martyribus, & præ lætitia tripudio, dum pratorum loco trophæum ipſorum intueor; quoniam pro fontibus ſanguinẽ effuderunt. illorum oſſa conſumpta ſunt, at illorũ memoria in dies fit recentior. Vt enim fieri nequit vt Sol extinguatur, ita neque vt martyrũ memoria pereat. ipſe enim Chriſtus pronunciauit, *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.*

Matth. 24. 35.

Verum martyris quidem laudes ad conueniens vſq; tempus expectemus: nam & de illis ſatis multa dicta ſunt propter eorum ſtudium, qui congregari debuerant, & feſtiuitatis diem celebrem reddere, quod enim heſterno die dixi, etiã hodie rurſus dico: martyri quidem gloria nulla ex multorũ præſentia comparabitur, vos autem benedictionem lucrifacietis, ex eo quod ad martyrem acceſſeritis. Quemadmodum enim is, qui oculos in Solem conuertit, aſtrum ille quidem ſplendidius minimè reddit, ſed oculos ſuos illuminat: ita nimirũ & is, qui martyri honorem defert, & clariorem illum non efficit, ſed ipſe ab illo ſibi benedictionẽ lucis accerſit.

Lampades in ſupplicationibus Chriſtianorum.

Iterum mare eccleſiam efficiamus cum lampadibus illuc prodeuntes, & ignem humectantes, & aquam igne complentes. nemo pelagus reformidet: mortem martyr non reformidauit, & tu aquam pertimeſcis? Sed in hanc quidem ſententiam, ſatis multa iam diximus: age ergo ex his etiam quæ hodie recitata ſunt, cõſuetam menſam vobis apponamus. licet enim corpora veſtra coarctentur, tamen animus excitetur, neque enim veſtram coarctationem, ſed animi veſtri alacritatem ſpecto. gubernatori quoque mare fluctibus agitatum iucundum eſt, & doctori eccleſia turbis vndans. Non enim in aquis eſt iſtis ſalſugo, non ſcopulus, neque bellue, ſed mare ac pelagus odore ſuaui redundans: hic nauigia, quæ non à terra in terram, ſed à terra in cœlum traiiciunt, quæ non pecunias gerunt, non aurum, non argentum; ſed fidem, & caritatem, & zelum, & ſapientiam. Age itaque nauem diligenter emittamus, quæ nunquã perit, nunquam naufragium patitur. Sed iis, quæ dicuntur, attendite diligenter: pſalmus ſiquidem hodie in aciem contra hæreticos nos educit: non vt illos ſtantes proſternamus, ſed vt iacentes erigamus. Eiuſmodi namque noſtrum eſt bellum: non ex viuis mortuos reddit, ſed ex mortuis viuos efficit, manſuetudine, ac multa redundans benignitate. Non enim factis inſector, ſed verbis per-

Non hæreticum, ſed hæreſim perſequitur.

ſequor; non hæreticum, ſed hęreſim: non hominē auerſor, ſed errorem odio proſequor, & allicere conor. non eſt mihi bellum ſuſceptum cum ſubſtantia (Dei ſiquidem opus eſt ſubſtantia) ſed corrigere mentem volo, quam diabolus corrupit. Sic & medicus dum ægrotum curat, non corpus oppugnat, ſed corporis vitium tollit. Sic igitur ego quoque, ſi cum hæreticis bellum geſſero, nō cum ipſis hominibus bellum gero, ſed errorem expellere volo, ac putredinem expurgare. Mihi conſuetum eſt perſequutionē pati, non perſequi: vexari, non vexare. Sic & Chriſtus vincebat, non cruci affigens, ſed cruci affixus: non alapis cędens, ſed alapis cæſus.

Io. 18. 23.

Si quidē male loquutus ſum, inquit, *teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis?* dominus orbis terrarū apud ſeruum Pontificis ſe purgat etiā alapis in ore cæſus, vnde prodiit verbum, & mare

Ioan. 11.

frænauit, & quatriduanū Lazarum à mortuis excitauit: vnde malum fugiebat: vnde ægritudines & peccata ſoluebantur: hoc eſt miraculū crucifixi. B Nam cùm fulmina vibrare poſſet, ac terram concutere, ſeruique manum exareſacere, nihil horū fecit: ſed & ſe purgat, & ſuperat benignitate, te erudiens, vt cùm homo ſis, nunquā excandeſcas: licet cruci affigaris: licet alapā accipias, vt eadem

Chriſtus patientiæ præbet exemplum.

dicas cum Domino tuo, Si quidem male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, ſi autem bene, quid me cædis? Ac vide ipſius benignitatē, quo pacto quæ ſeruorum quidem ſuorum ſunt vindicet: quæ verò ſua ſunt, prætermittat. Propheta quondam fuit quiſpiam, qui Regem impie agen-

3. Re. 13. 2

tem redarguebat: & cùm acceſſiſſet, dixit. *Altare, altare, audi.* nam quoniam Rex Hieroboam ſacrificium idolis offerens ſtabat, tum veniens propheta cum altari colloquitur. Quid agis ô propheta, hominem dimittis, & cum altari colloqueris? Ita eſt, inquit, quamobrem? Quandoquidem homo magis expers ſenſus ac ſtupidior lapide factus eſt, omitto illum & cum iſto colloquor: vt intelligas audire C lapidem, & hominem non audire. *Audi altare, audi*, & ſubito ruptum eſt altare. Extendit manū ſuam Rex, cùm prophetam vellet corripere, neque potuit illam ad ſe reducere. Vides, vt altare potius, quàm Rex audierit? vides, vt omiſſo eo qui ratione præditus erat, id quod erat rationis expers ſit alloquutus: vt per iſtius obedientiam illius ſtuporem malitiamque corrigeret? Fractum eſt altare, & Regis malitia fracta non eſt. Ac vide, quid acciderit: extendit manum ſuam Rex, vt prophetam comprehenderet, & continuo manus eius exaruit. Quoniam altaris ſupplicio melior factus non eſt, propria pœna obedietiam Dei docetur. Nam ego quidem tibi parcens volui in lapidem iram effundere: quando autem lapidis magiſterio nō es eruditus, tu ſupplicium excipe. Et extendit manum ſuam, & e veſtigio exaruit. Stabat deinceps trophæum prophetæ, & Rex contrahere ipſam non poterat. Vbi diadema? vbi veſtes purpureæ? vbi D loricæ? vbi clypei? vbi exercitus? vbi lanceæ? iuſſit Deus, & omnia illa perierunt. circunſtabant ſatrapæ, qui ſuccurrere minimè poterant, at plagæ tantum ſpectatores erant redditi. Et extendit manum ſuam Rex & exaruit. quando arida facta eſt, tunc fructum tulit. Conſidera mihi exemplum, quod occurrit in ligno, quod in paradiſo fuit, & in ligno, quod fuit in cruce. quemadmodum enim lignum illud, cùm eſſet viride, mortem peperit, lignum verò crucis, cùm aridum eſſet, vitā genuit; ſic & in manu Regis accidit: quādo viridis erat, tunc impietatem peperit: quando arida facta eſt, tunc obedientiam produxit: vide facta Dei mirabilia. ſed quod dicebam quando alapis ipſe cæ-

Deus ſeruorum ſuorum vlciſcitur iniurias.

debatur, nihil mali ei, qui alapas impingebat, inferebat: quando autem ſeruus iniuriam paſſurus erat, Regem puniuit: vt te doceat ea quidem, quæ Dei ſunt vindicare, quæ verò propria ſunt præter-

A mittere. ſicut enim ego mea prætermitto, tua verò vindico: ſic & tu mea vindica, tua verò prætermitte. Verum arrigite mihi aures veſtras: vbi enim certaminum tempus eſt, auditoribus eſt opus, quibus arrectæ ſint aures, & attentæ: vt diligenter aduertatis, quo pacto ligem, quo pacto ſoluam aduerſariorum delicta, quo pacto luctem, quo pacto feriā. Nam ſi illi qui in theatro ſedent, duobus certantibus oculos ſuos, & corporis ſtaturam extendentes proni proſpectant, vt certamina videant probri plena? vt certamina videant, quæ imitari probroſum eſt: multo magis nos oportet audiendis ſcripturis diuinis aures attentas præbere. Si enim laudas athletam, cur non ſis athleta? ſin autem fieri athletā probroſum eſt, cur iſtorū laudes imitaris? At eiuſmodi nō ſunt hic certamina, ſed cōmunia cunctis & vtilia, tum dicentibus, tum audientibus. Cum hæreticis namque decerto, vt & vos athletas efficiam, vt, non modo dum pſallitis, ſed & dum colloquimini, linguam eorum compeſcatis. Quid igitur ait propheta? *Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum deprecatus ſum.* Aduerte: num certaminum occaſionem præbere videtur, quod dictum eſt? Vide quo pacto nectam coronam, & certaminum materiam parem. *Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum deprecatus ſum.* Hic tu mihi hæreticū voca, ſiue adſit, ſiue non adſit. Si enim adſit, à voce noſtra doceatur: ſi nō adſit, à vobis, qui audieritis, diſcat. Sed, quod dicebam, non perſequor ipſum præſentē, ſed ipſum excipio perſequutionē paſſum, non à me, ſed à propria cōſcientia, iuxta eum qui dixit, *Fugit impius nemine perſequente.* Mater eſt fi- Pro. 28. 1.

liorum ſuorū eccleſia, quæ & iſtos excipit, & peregrinis ſinum expandit. Commune theatrum erat arca Noë, ſed Eccleſia melior eſt etiam quàm iſta. Nam bruta quidē animalia illa recipiebat, & bruta conſeruabat: hæc autem bruta recipit, & tranſmutat. Exempli gratia, ſi intrauerit vulpes hæreticus, ipſum ouē efficio: ſi intrauerit lupus, ipſum agnū efficio, quantum in me ſitum eſt: ſin autem noluerit, non id vitio meo fit, ſed ex ipſius improbitate. quandoquidem Chriſtus etiam duodecim diſcipulos habuit & vnus factus eſt proditor: verum nō propter Chriſtum, ſed propter animum eius vitiatum: quandoquidem & Eliſæus diſcipulum habuit auarum, vt non ob imbecillitatē doctoris, ſed ob diſcipuli negligentiā. Equidem ſemina iacio: ſi 4. Reg. 5.

terra ſis pinguis ſemen excipiens, etiam ſegetem reddis: ſin autem petra ſis ſterilis, nullo meo vitio id fit, ſiue audieris, ſiue non audieris, ſpirituale tibi carmen occinere, vulnera mitigare non deſinam: ne in illo die audiam, *Serue male oportuit te committere pecuniam meam numulariis: Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum deprecatus ſum.* Quid ais hæ- Mat. 25. 26

Filii Dei diuinitas aſſeritur.

retice? de quonā dicit hæc propheta, & quē Dominum ac Deum appellat? de vna enim perſona ſit ſermo. Illi ſiquidē in ſuum caput ſcripturas adulterantes, ac perpetuo ſumptiones & argumenta, aduerſus ſalutē ſuam perquirentes, in perditionis barathrū ſeipſos detrudere ſe nō animaduertunt. Filiū enim Dei neque qui laudat, clariorē efficit: neque qui blaſphemiis & cōtumeliis afficit, lædit. nō enim indiget laude noſtra natura incorporea, ſed quemadmodū is qui ſplendidum Solem dicit, lucem illi non addit; neque qui dicit tenebroſum, ſubſtantiā eius imminuit, ſed proprię cæcitatis indicem profert ſententiam: ita qui filium Dei, filiū non dicit, at creaturam, inſaniæ ſuæ prodit argumentum: qui verò ſubſtantiam eius agnoſcit, probitatem ſuam oſtendit: & nec iſte beneficiis ipſum cumulat: nec ille quicquam ipſum lædit, ſed hic quidem pro ſalute ſua, ille verò aduerſus ſalutem ſuam dimicat. Verum, vt dicebā, ſcripturas adulterantes, alia quidem præteruolant: quærunt autem, numcubi ſumptionem aliquam offendant, quę ipſorum morbo ſuffragari ac fauere videatur.

Digitized by Google

A ſcripturis petunt errores anſam hæretici.

Neque mihi tu dixeris in cauſſa eſſe ſcripturam: non ſcriptura, ſed ipſorum improbitas eſt in cauſſa. quandoquidē mel quoque dulce eſt; at qui æger eſt, acerbum illud arbitratur: verum non mellis culpa, ſed infirmitatis eſt crimen. Ita qui furioſi ſunt, quæ videntur, non cernunt: at eorum quæ videntur culpa, non eſt, ſed mentis vitiatæ furioſi. Cœlum Deus creauit, vt opus contemplemur, & opificem adoremus: at Gentiles opus Deum fecerunt: verum non opus, ſed illorum improbitas eſt in cauſſa: & quemadmodum improbus à nemine iuuatur, ita probus à ſeipſo etiam iuuatur. Quid conferendū cum Chriſto? at ab eo non adiutus eſt Iudas: quid diabolo nequius? at Iob corona redimitus eſt; & neque Iudā Chriſtus adiuuit, propterea quod erat improbus; neque Iob diabolus nocuit propterea quod probus erat. Hæc ego dico, vt nemo ſcripturas accuſet, ſed eorum improbitatem, qui ea, quæ recte dicta ſunt, male interpretantur. nam & diabolus ex ſcripturis cum Chriſto diſputabat: atqui non eſt in cauſſa ſcriptura, ſed ea mēs, quæ recte dicta male interpretatur. Dum enim filium patre minorē eſſe volunt oſtendere, inuſitata nomina curioſe perquirentes circūeunt, deque verbis illis (Deus & Dominus) aiunt, Deum patrē eſſe, filium Dominum, & nomina diuidunt: vocem quidem Deus patri, vocem autem Dominus filio tribuunt: vt qui deitatis diſtributores ſint, & tanquam hæreditatis diuiſores.

Num hæ voces Deus & Dominus Patri & Filio propriæ ſint.

Scriptura filio dicit Dominus? ain' tu, hæc dicit? nunquid pſalmum nō audiſti ad vnam perſonam hodie dicentem,

Pſ. 141. 1.

Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum deprecatus ſum? itaque & Dominum, & Deum ipſum appellat. Vtrum Deum eſſe vis Filium, an Patrem? plane Patrem dices hæc nomina indicare. igitur Deus eſt Filius & Dominus Pater: quid ergo nomina diuidis, & hoc quidem illic adiicis, illud autem hic diuidis? Et verò Paulus ait (vtinam Paulum audires, & beatus eſſes)

1. Cor. 8. 2.

Nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia. & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. num filium Deum vocauit? quid ergo? Dominum. Cur enim quæſo ſplendidius eſt nomen Deus, quàm Dominus? aut Dominus, minus quàm Deus? attendite obſecro diligēter. Si ergo vnum eſſe illa (Dominus & Deus) oſtendero, quid dices? Nomē Deus maius eſſe dicis, Dominus autem minus? audi prophetam dicentem: *Iſte Dominus, qui fecit cœlum: iſte Deus, qui terram condidit.* Dominus cœlum, & Deus terram. Hic in eadem perſona & nomē Dominus, & nomen Deus poſuit. Et rurſus,

Deu. 6. 4.

Audi Iſraël, Dominus Deus tuus Dominus vnus eſt. iterum Dominus, & ſemel Deus: ac primum Dominus, & deinde Deus, & rurſus Dominus. quod ſi hoc deterius eſſet, illud autem maius, non de magna ſubſtantia, maiorique vocabulum minus poſuiſſet primum, ſed maiori dicto contentus fuiſſet, neque minus attribuiſſet. Num ea, quæ dixi, intellexiſtis; iterum doceo. non enim hoc ſpectaculum eſt ad oſtentationem, ſed doctrina ad compunctionem: non vt inermes abeatis, ſed vt armati recedatis. Nomen Deus maius eſſe dicis hæretice, & minus eſſe nomē Dominus? oſtendi tibi prophetam dicentem, Dominus, qui fecit cœlum: Deus, qui condidit terram: Moyſem tibi rurſus oſtendo dicentem, *Audi Iſraël Dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt.* quomodo vnus, ſi duo ſunt nomina, hoc quidem minoris, illud verò ſubſtantiæ maioris? non enim vtique ſeipſa maior & minor eſt ſubſtantia, ſed æqualis & connexa. *Dominus Deus tuus Dominus vnus eſt.* En oſtendo tibi nomen Dominus hoc eſſe idem, quod Deus. in ſumma autem ſi Dominus minus, Deus autem maius; quodnā eius eſſe nomen debuit? Dominus minus, an Deus maius? ſi dicat: Quodnam eſt nomen meum? quid ais hæretice? an nomen Dominus filij, nomen autem Deus patris eſt tanquam magis proprium? ſi nomen Dominus, quod eſt minus, denotare ipſum oſtendero, quid facies?

Pſ. 82. 19.

Cognoſcant, quia nomen tibi Dominus, inquit propheta: num dixit Deus? tametſi cur, ſi maius eſt Deus, non dixit propheta, Cognoſcant, quia nomen tibi Deus? ſi enim hoc quidem eius proprium ac peculiare Deus, illud verò Dominus, alienum ab eo tanquam inferius, cur dixit, *Cognoſcant quia nomen tibi Dominus,* illud paruum, minus, & inferius numine ac dignitate: neque dicit illud magnum & ſublime, quod dignum eſt ſubſtantia? Atqui vt intelligas hoc paruum non eſſe, nec deterius, ſed eandem vim habere,

Nomen Dominus nō eſt minus quàm nomen Deus.

Cognoſcant, inquit, *quia nomē tibi Dominus: tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram.* At nōdum à pugna diſcedis, ſed ais rurſus (Deus) maius eſſe, (Dominus) autem minus. Si ergo filium maiori nomine appellatum oſtendero, quid dices? num pugnam finies? num à cōtentione deſiſtes? num tuam ſalutem agnoſces? num ab inſania recedes? intellexiſti, quid dixerim? quandoquidem nomen (Dominus) filio tribuunt, (Deus) autem patri vt maius, ſi igitur maiori nomine filium appellatū oſtendam, pugna confecta eſt: tuis enim armis te ſubigo, tuiſque pennis te ſupero. Tu dixiſti Deus maius, Dominus autem minus eſſe nomen: demonſtrare volo minus patri non conueniſſe, ſi maior erat, & maius filio non conueniſſe, ſi filius minor erat: audi prophetam dicētem,

Bar. 3. 38.

Hic eſt Deus noſter: non æſtimabitur alius ad eum: Adinuenit omnem viam ſcientiæ. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Quid ad hoc reſpondes? num his verbis contradicis? at non potes: veritas enim permanet, quæ ſplendorem ſuum emittit, & oculos hæreticorum credere ipſi recuſantium excæcat. Quanquam longa ſunt certamina, & multus eſt æſtus; maior tamen eſt oratio, atque incommoda ſuperat auditorum, æſtumque mitigat rore doctrinæ. & quando ſemel aut iterum in hebdomada congregamur, auditorem negligentem eſſe non oportet. ſi enim ex hoc loco exceſſeris, ac dixerit quiſpiam: Qua de re doctor in tractatu egit? ſubiicies, aduerſus hæreticos: ſi dixerit tibi, qua de re in tractatu egit? neque menti occurrerit, maxima erit ignominia. ſin autem dixeris, ipſum pungis: & ſiue ſit hæreticus, ipſum corrigis: ſiue negligens ſit amicus, ipſum pellicis; ſiue etiam mulier laſciua, efficis temperantiorem: nam & mulieri reddere rationem debes:

1. Cor. 14. 34.

Mulieres enim, inquit, *in eccleſia taceant: ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent.* Si domum ingreſſus fueris, & ex te mulier ſciſcitetur, Quid mihi ab eccleſia retuliſti? reſponde illi, Nō carnes, nec vinum, nec aurum, nec mūdum, quo corpus ornetur; at ſermonem, quo ſapientior mens reddatur. cùm in congreſſum mulieris veneris, menſam illi ſpiritualem appone: dic primum dum adhuc recēs eſt memoria: perfruamur ſpiritualibus, ac deinde ſenſili mēſa perfruamur. Etenim ſi res noſtras ita diſponamus, Deus etiam aderit in medio noſtri: cùm vt mēſam benedicat, tum vt nos coronet. Nos quidem pro his omnibus gratias agamus ipſi Patri cum Filio ac Spiritu ſancto nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amē.

LAVDATIO SANCTÆ PROTOmartyris & Apoſtolæ Theclæ.

Eodem interprete.

PRÆCLARAS nobis ſanctorum imagines Spiritus ſancti gratia memorias annuas ipſorum erexit, & actiones progreſſu temporis in obliuionem venientes perpetuo recentes conſeruat. Etenim vnuſquiſque cùm tanquam in imaginem in memoriam inciderit, actionum pulchritudinem contemplatur, & inſidentes memoriæ imaginis ſpectat actiones. Ac mihi videor hodierno die beatam illam puellam tanquam in imagine ſtantem memoriæ contemplari, & hac quidem manu de voluptatibus, illa verò de periculis

reportatam

Digitized by Google

reportatam coronam protendentem; atque hac quidem virginitatem, illa verò martyrium domino vniuerſorum offerentem. Erat igitur in ipſa etiam virginitas, quæ illis, qui rem accurate perpendunt, magnum quoddã martyrium ante martyrium videtur. Sunt enim crudeles quidam carnifices corporis voluptates; immo verò carnificibus crudeliores. nam vinculis torquent non manufactis: per oculos animam vulnerant: per aures mentis rigori atque conſtantiæ luxuriæ faces admouent: aſpero flagello intellectum flagellant: nouis ſubinde prælijs nos laceſſunt. Quando quis oculis cæcitatẽ indixerit, ne formas ſpectent; tum id quod clauſum eſt, reſerant voluptates, & laſciuis per aures cantilenis reſoluunt: quãdo in aures cantibus meretricis occluſas inciderint, tum libidinosè cogitationibus ornatæ alludunt. quando illas per omnia, vt paucis complectar, vigilãtes ſuperauerimus, dormientes vmbratili pugna diuexant. ita nos perpetuis & in orbẽ redeuntibus prælijs vrgent, quæ neque cum ſole excitantur, neque cum nocte ſopiuntur. Porro ſi iuuentutem etiam aggreſſæ fuerint, tum verò ignis cum igne miſcebitur; ſtipula cum fornace iungetur: facile namque voluptatibus iuuentus incenditur; quippe quæ pinguior olei in morem & aptior ſit ad inflammationem, vt ad temperantiæ labores delicatior. quæ nimirum omnia beatæ virgini longum martyriũ virginitatem reddebant; quę cum voluptatibus, vt cum beſtijs martyr pugnabat: cum cogitationibus vt ille cum cruciatibus, luctabatur: cum libidinũ imaginationibus, quaſi cum tormẽtis carnificum congrediebatur: ſed ab illo tamen multiplici ac domeſtico bello victoriam reportabat: ſiquidem igne naturali ardentior illi erat ignis animi, & ſanctus. Enimuero puellæ natura cedebat, & quæ apud alios dominatur, & ad coitũ furit, apud Theclam virginitatem exercebat. Parentes verò cum filiæ inita cum virginitate pacta non noſſent, neque fœderis nuptiarum cum illa iungendi cauſſa Chriſtum Dominũ de cœlo dextrã dediſſe, multis eam, verboſiſque cõmonitionibus ad coniugiũ incitabant. at enim iam aures puellæ Pauli carmine perſonabant: *Quæ non eſt nupta, cogitat quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu.* Virginitatis extemplo corona dabitur: hoc illam primum ſolicitudinis genus afficit. ſolicita enim eſt benedictionis plena ſolicitudine: ſolicita eſt cura liberiori quauis incuria; vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu. Nihil eſt illi commune cum terra: nulla cum connubialibus neceſſitatibus eſt cognatio; quale eſt fornicantem ſponſum tolerare, ſuſpiciones falſas ſuſtinere, pro cedendi ſæpe vtiliter in publicum poteſtate priuari, de alimentis inquirere, ornatã zelotypiæ obnoxiã eſſe, deſpicatui duci, priuſquam pepererit, quaſi quę nondum vxor facta ſit; vbi pepererit, ob pignora in crimina incurrere. Partu edita eſt quæpiam fœmina? quod natus nõ ſit maſculus, tetricum maritus vultũ gerit: adiectus eſt & maſculus: partu editus eſt fœtus, qui formoſus nõ eſt. eleganti eſt forma vterque? tanquã de pulchris acerbior cura inceſſit. depulſi ſunt à lacte? rurſus anxietas educationis ſuccedit. cùm ſani fuerint, metus ne ęgrotent: cùm ægrotauerint, formido ne moriãtur: cùm mortui fuerint, metus ne deinceps tanquam prole carens contemnatur: cùm mortui non fuerint, vt de viuentibus, grauior ſollicitudo incũbit; vnde liberis ad inſtitutionẽ ſumptus ſuppeditabuntur; vnde coniugalis fœderis apparatus; vnde famulorum vnicuique diſtributio; quæna ex bonis maiori attribuet; quo pacto minoris inuidiã mitigabit. Quæ non eſt nupta cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu. Non matrimonij naturã traduco: eſt enim illud generis prouidentia & ſollicitudo cõmunis, ſed eorũ, qui matrimonio iuncti ſunt, curas diuulgo: carnalibus curis cœleſtes curas antepono: pulchro id, quod pulchrius eſt, præfero. virgo etiã pœna, qua Eua mulctata eſt, ſuperior euaſit. illud enim, *Ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur:* in eas, quæ virorum dominatu non premuntur, inualidum eſt illud, *In doloribus paries filios,* in eas quæ virginitatem colunt, otioſum eſt. nã quæ minimè parit, à grauiũ partus dolorum ſentẽtia libera eſt & immunis. Iam virgo futuræ vitæ pignoribus oblectaris: iam familiaris eſt tibi ſanctificatio reſurrectionis. *In reſurrectione enim,* inquit, *neque nubunt, neque nubuntur.* propterea huiuſce rei planè ingens eſt lapſus, quandoquidẽ & rectè factum eſt ingens: propterea virginitatem colentis ſceleſtior eſt, quàm meretricis laſciuia. non enim par eſt ratio corruptionis virginitatem colentis, atque meretricis: non par ratio corruptionis priuatæ fœminæ, ac reginæ: non par eſt ratio furti vaſis ſacris vſibus deſtinati ac vulgaris. Vas enim eſt ſacris vſibus deſtinatũ virgo; purpurea veſtis, quã alteri non licet, quàm regi vniuerſorum adaptari; ſponſa, quæ virgineas & impollutas nuptias ſemper retinet. O beatas nuptias, quarum thorus eſt virginitas! harũ cauſſa beatæ martyri tot diſcrimina fuere ſubeunda. Viderat quippe ſponſi pulchritudinem, & ab eius contuitu non auellebatur. Inſtabat mater, quę ad nuptias impellebat: at illa ſponſum cœleſtem his vocibus compellabat, *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo.* accedebat procus nuptialis eam colloquio titillans: at illa ſe cum Chriſto tacitè coniungebat dicens, *Adhæſit anima mea poſt te.* confluebant adulationibus captantes propinqui: at illius mẽti Paulus cõteſtans obuerſabatur: *Deſpondi te vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* ſupplicabant ſerui cum lacrymis, at illa ſponſo amatoriè concinnebat: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? terrebant iudices pœnis, at omnes illa magno animo proculcabat, quo prędictã clamabat. *Principes non ſunt timori bonis operibus, ſed malis.* Cùm verò ſtatuas virginitatis etiam in viis erigi martyri oportet, talis quædam puellæ eſt exorta tentatio. Liberata iudicio, Pauli prædam ſectabatur, & rumorem ſequuta ducem viis, quæ ad Paulum ferebant, ſeſe eſt auſa committere, porro diabolus puellam obſeruabat; & cùm iter agentem obſeruaſſet; hoſtem immittit in puellam procum, virginitatis tanquam in deſerto prædonem, Cumque iam iter perficeret, generoſæ virgini admiſſarius à tergo procus & acer indagator captam eam eſſe iam inclamabat; difficiles vndique anguſtiæ vrgebant; robuſtus erat, qui bellum inferebat; infirma, cui bellum inferebatur. Vbinam aliquod illi à perfugio illo perfugium? Tum verò in cœlum conuerſa virgo ad eum, qui omnibus vbique ipſum inuocantibus adeſt, cum lamentis clamabat, *Domine Deus meus in te ſperaui.*

Deſunt reliqua.

Virginitatis laudem amplificat & meritũ.

Nuptias reiicit Thecla.

1.Co.7.34

Matrimonij afflictiones.

Gen.3.16

Mat.22.30

Pſ.122.1.

Pſal.62.9.

2.Co.11.2

Rom.8.35

Pſal.7.2.

LAVDATIO S. MARTYRIS BARLAAM,

EODEM INTERPRETE.

AD ſacram iſtam ſolemnitatem, feſtumquę conuentum beatus nos Barlaam conuocauit: non vt ipſum laudemus, ſed vt ipſum æmulemur: non vt laudum ſimus auditores, ſed vt præclarorum eius facinorum fiamus imitatores. In ſecularibus quidem rebus; qui ad magiſtratus ſummos prouehuntur, haud alios vnquam eiuſdem honoris prærogatiuæ conſortes vellent cernere: liuor enim illic, & inuidia diuidunt charitatem: in ſpiritualibus verò non ita, ſed contrarium penitus euenit: tunc enim maximè honoris proprij ſenſum capiunt martyres, cùm ſuos conſeruos ad bonorum ſuorum conſortium viderint perueniſſe. Itaque ſi quis martyres laudare velit, martyres imitetur: ſi quis religionis athletas celebrare præconiis velit, illorum labores æmule-

Omnis poteſtas impatiens cõſortis eſt

A

tur: hoc nihilo minorem quàm propria rectè facta martyribus afferret voluptatem. Atque vt intelligas tunc eos præcipuè ſua bona ſentire, cùm in tuto nos viderint collocatos, remque illam maximo ſibi honori ducere, Paulum dicentem audi;

1. Theſ. 3.

Nunc viuimus, ſi vos ſtatis in domino. Et verò Moyſes ante hunc dicebat,

Exod. 32. 32.

Si quidem dimittis eis peccatum, dimitte: ſin autem, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti: cœleſtem honorem non ſentio propter iſtorum calamitatem, inquit: corporis quædam connexio eſt & ſtructura cœtus fidelium: quid ergo caput coronari prodeſt, dum pedes torquentur. Et qui fieri poteſt, dicet aliquis, vt martyres imitemur? non enim perſequutionis eſt tempus. Equidem id etiam ſcio perſequutionis quidem tempus non eſt, at martyrij eſt tempus: luctarum eiuſmodi tempus non eſt, at coronarum eſt tempus: non perſequuntur homines, at perſequuntur dæmones: non vexat tyrannus, at vexat diabolus tyrannorum omnium

Martyres quo pacto imitandi.

B

ſæuiſſimus: non obiectas prunas conſpicis, at cupiditatis conſpicis flammam accenſam, illi prunas calcarunt, tu naturæ pyram calca: illi cum beſtiis pugnarunt, tu iram immitem & indomitam belluam fræna: illi aduerſus intolerabiles dolores ſteterunt: tu abſurdas, prauaſque cogitationes, quę in corde tuo pullulant, vince: ita martyres imitabere.

Eph. 6. 12.

Nunc enim nobis non eſt colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ. Ignis eſt cupiditas naturæ, ignis inextinctus ac perennis, canis eſt rabidus & inſanus: licet millies eum propellas, millies impetum facit, nec abſiſtit. ſæua quidem prunarum eſt flamma, verum hæc vehementior eſt flamma cupiditatis. nunquam inducias belli huius obtinemus: nunquam pugnæ ceſſationem obtinemus, dum in hac vita verſamur, ſed perpetuum eſt certamen, vt & ſplendida fiat corona.

C

Propterea Paulus nos ſemper armat, quandoquidem belli eſt tempus: quandoquidem vigilat ſemper hoſtis. Viſne intelligere cupiditatem non minus quàm ignem vrere? audi Salomonem dicentē,

Prou. 6. 28.

Ambulabit quis ſuper prunas ignis, & pedes non comburet? Sic qui intrat ad mulierem proximi ſui, & qui tangit eam, non erit innoxius. Vides vt natura cupiditatis, naturam ignis æmuletur? ſicut enim fieri nequit, vt qui tangit ignem, nō vratur: ita formoſorum vultum aſpectus igne celerius laſciuè intuentem animam corripit, & velut accenſu facilis quædam materies, ita corpora ſpecioſa laſciuorum oculis ſunt obiecta. Quamobrem aſpectum exteriorem cupiditatis igni non oportet in alimentum offerre, ſed omni ex parte cohibere illum cogitationibus piis extinguere, atque vlterius graſſantem deflagrationem refrænare, nec animi noſtri conſtantiam ſinere ſupplantari. Sane quidē voluptas omnis, quo tempore perturbationes præualuerint, ſolet animum

D

igne vehementius inflammare, niſi quis fortiter cum tolerantia fideque aduerſus ſingulas perturbationes decertet: quo pacto beatus atque generoſus athleta Chriſti Barlaā fecit, dum manus ipſius torquetur, integram in dextera pyram geſtās, nec dolori cedens, ſed ita affectus, vt minus quàm ſtatua doloribus obnoxius eſſet. Immo verò dolebat ille quidem, ac patiebatur; corpus enim erat, quod ſubiacebat, non ferrum: ſed dolens ac patiens incorporearum virtutum in mortali corpore philoſophiam præ ſe ferebat. Verumenimuero martyrium eius altius exorſus narrabo, vt manifeſtior fiat hiſtoria.

Narrationem de martyrio Barlaam orditur.

Tu verò malitiam diaboli conſidera. quoſdam quidem ſanctorum in ſartagines impulit, quoſdam autem in lebetes immiſit igne vehementius bullientes: & horum quidem latera laniauit, illos autem in mare demerſit: alios beſtiis obiecit, alios in fornacem iniecit; & horum compages membrorum diuulſit, illorum adhuc viuētium pelles detraxit: aliorum cruentatis corpori-

A

bus prunas ſubiecit, vnde ſcintillæ proſiliebant in vlcera, fera quauis acerbius vulnera mordentes: aliis alia grauiora ſupplicia excogitabat. Poſtquā igitur hæc omnia deriſa vidit, & eos qui paſſi hæc fuerant, cum ea multa cum facilitate ac præſtantiori virtute ſuperaſſent, cæteris qui ſequuturi eos eſſent, & in certamina eadem deſcenſuri, magnam confidentiæ occaſionem attuliſſe; quid agit? nouum inſidiarum genus excogitat: vt incogitatum & inſolitum ſupplicium deiiciat martyris animum, atque percellat. Quod enim auditum eſt & cognitum, licet intolerabile ſit, expectatione meditatum facile in contemptum venit: quod autem eſt inopinatū, licet leue ſit, id præ cæteris omnibus eſt intolerandum. Eſto igitur nouum certamen: eſto inuſitatum machinamentum, vt noua & inuſitata eius ſpecies perturbatum facile athletam ſupplantet. Quid ergo facit? ſanctum è carcere

B

vinctum educit. Etenim hoc quoque malitię illius fuit, quod ſtatim à principio graues machinas non admouerit, nec horrenda ſupplicia intulerit, ſed à minoribus velitarem pugnam iniuerit. quid ita? vt ſi quidem ij, qui depugnabant, vincerentur, turpis fieret eorum clades, quod ne exiguis quidē reſtitiſſent: ſin autem ſuperiores eſſent ac vincerent, cùm in minoribus prius eorum afflictæ vires eſſent, à maioribus expugnari facilè poſſent. Idcirco minora prius adhibuit, vt ſiue expugnauerit, ſiue non expugnauerit, res præter votum non ſuccedat. ſiue enim expugnauero, inquit, ipſos deriſero: ſin autem non expugnauero, infirmiores ad futura reddidero. Et carcere igitur ipſum educit: ille verò tanquam generoſus athleta multo tempore in palęſtra exercitatus exibat. palęſtra ſiquidem martyri carcer erat: ibique ſeorſum cum Deo colloquēs ab illo cuncta luctationis artificia diſcebat. vbi enim talia vincula, ibi & Chriſtus adeſt. Itaque egrediebatur longiori carceris habita-

C

tione robuſtior factus, egreſſum autē illum cùm in medium diabolus per eos, qui ipſius improbitati famulabantur, adduxiſſet, non ad equuleum alligauit, non carnificibus cinxit: hæc enim eum percupere, ac præmeditatum eſſe iampridē videbat: ſed inſolens quoddam ac nouum, nec vnquā formidarum machinamentū admouet turri, quo facilè poſſit deturbari. Hoc enim eſt, quod in omnibus ſtudet maximè, vt ſupplantet potius, quàm vt dolore torqueat ſanctos. Quodnā igitur illud eſt machinamentū?

Imponuntur manui eius prunæ ardentes.

Cùm ſuper aram extendere manum ſupinā iuſſiſſent, prunas, & thus manui impoſuerunt, vt ſi doleat ac manum inuertat, perinde illi factū imputent, ac ſi ſacrificauerit atque tranſgreſſus lapſus fuerit. Vides quam malitioſus diabolus? at vide, quo pacto is, qui comprehendit ſapientes in aſtutia eorum, irrita illius machinamēta reddiderit, & inſidiarum diligentiam malitięq;

D

vafritiem in auctarium & cumulum gloriæ martyris amplioris conuerterit. Nam cum innumeris rebus malitioſè perpetratis aduerſarius deinde victus abſcedit, tū illuſtrior euadit athleta pietatis: id quod etiam hic euenit.

Iob. 5. 13.

Beatus enim Barlaam nec inclinatam, nec inuerſam manum tenēs permanſit, quaſi ex ferro cōflatam haberet: quamuis ſi cōuerſa foret manus, ne ſic quidem martyris id crimen fuiſſet. Hic mihi diligenter animum omnes aduertite, vt intelligatis, tametſi dextera fuiſſet inuerſa, non tamen idcirco victū eum exiſtimandum fuiſſe: quid ita? quia nimirum, vt de illis, quibus latera deraduntur, aut qui alia quapiam ratione torquentur, iudicamus, ita hic quoque iudicium ferendum eſt. Nam ſi quidem ceſſerint, ac ſacrificarint, tum in imbecillitatē illorum culpa trāsfertur, quod cùm dolores minimè ferrent, ſacrificarint; ſi verò, cùm in tormentis perſeueraſſent, doluerint illi quidē ob ea, quæ patiebantur, at religionem non prodiderint, nullum eis à quo-

A

quam propter hos dolores crimen impingitur: quin potius amplius eos idcirco efferimus, ac laudamus, quòd doloribus affecti tolerauerint: nec abnegarint. Et hic igitur, ſi quidem, cùm vri ſe nõ ferret, Beatus Barlaam ſacrificaturum ſe promiſiſſet, victus eſſet: ſi verò illo nequaquam cedente manus inuerſa fuiſſet, nõ iam hoc martyris animi crimen eſſet: non enim ex voluntatis infirmitate, ſed naturæ neruorum ſuo vigore deſtitutæ, quod inuiti etiam ſancti manus ab igne fuiſſet inflexa, illud contigiſſet. Quemadmodum ergo iis, quibus deraduntur latera, non crimini vertimus, quòd eorum caro diſſecetur: imò vt propius exemplum adducam, quemadmodum eos, qui febri, aut ſpaſmo laborant, nemo accuſauerit; quod illis manus incuruentur: non enim id eorum ignauiæ culpa fit, ſed quod humorem ardore morbi depaſcente præter naturam compago neruorum contrahatur: ita nec ſanctum hunc, ſi conuerſa manus eſſet, accuſare quis potuiſſet. Si enim febris inuito

B

etiam ægroto membra contrahere natura ſuâ conſueuit, ac diſtorquere, multo magis hoc impoſitæ dexteræ prunæ etiam martyre non cedente præſtare potuerunt. verumtamẽ nequaquam præſtiterunt: vt ex abundanti cognoſcas gratiam Dei fuiſſe, quæ ſimul aderat, & corroborarat athletam, ac naturæ defectum corrigebat: nec in hoc ipſa quicquam ſua conditione & infirmitate dignum paſſa eſt: ſed quaſi ex adamante concreta eſſet, manus illa permanebat immota. quis tum id cernens non obſtupuiſſet? quis non cohorruiſſet? deſpectabant cœlitus angeli, contemplabantur archangeli, præclarum erat ſpectaculum, quod & humanam planè naturam excedebat. Quis enim videre non optaſſet hominẽ decertantem, nec ea, quæ ſunt hominum patientem? qui altare idem, & victima, & ſacerdos factus eſſet? Quapropter & duplex fumus aſcendebat, hic quidem thuris incenſi, ille verò liquefactæ carnis. atque hic erat illo ſuauior fumus, & hæc ipſa præſtantior illa fra-

C

Exod. 3.

grantia. Et accidebat idem quod & in rubo; ſicut enim rubus ille ardebat, & lignum non comburebatur, ſic & hic ardebat quidẽ dextera, ſed anima non incendebatur: conficiebatur corpus, at fides non conſumebatur: caro fatiſcebat, at alacritas animi nõ fatiſcebat. Et prunæ quidem cùm volam manus perforaſſent, deorſum cadebant, at animæ fortitudo non concidebat: ſed manus quidem conſumpta eſt & diffluxit; caro ſiquidem erat non adamas; anima verò rurſus alteram manum requirebat, vt & in illa tolerantiã exhiberet.

Eleganti ſimilitudine factum exornat.

Et quẽadmodum generoſus miles in hoſtes impreſſionẽ faciens, cùm aduerſantium ſibi phalangem conciderit, gladiumque continuorum vulnerum crebritate confregerit, deinde conuerſus alterum requirit, quòd eum nondum cædis hoſtium ſatietas ceperit: ſic nimirum & beati Barlaam anima cùm

D

dæmonum phalanges concidendo manum conſumpſiſſet, alteram dexteram requirebat, vt in illa quoque animi alacritatẽ oſtenderet. Noli enim mihi dicere vnam illum expoſuiſſe manum tantum, ſed hoc potius, quàm illud cogita, qui manũ tradidit, cum caput etiam expoſuiſſe, ac latera dediſſe, & igni, beſtiis, mari, præcipitiis, cruci, rotæ, atque omnibus, quæ vnquam fando ſunt audita, ſuppliciis obieciſſe, cunctaque perpeſſum eſſe, ſi minus experimento, animi quidẽ certe propoſito. Nam nec ad certas ſe ac definitas pœnas offerunt martyres, ſed ad incerta ſupplicia ſe accingunt. non enim eſt in eorum poteſtate animas tyrannorum, neque terminũ illis modumque præſcribũt, ſed quibuſcunque malis eos afficere inhumanus ac beluinus eorum animus deſiderarit, tot tantaque illi prodeunt perpeſſuri: niſi forte interim fatiſcens corpus inexpletam in medio tyrannorum cupiditatem fregerit. Tabeſiebat ergo caro, ac ani-

A

mi propoſitum alacrius fiebat, quod ſplendore carbones ipſos ſuperabat, & multo amplius emicabat. ſpiritualis ſiquidem intus ignis accenſus erat multo ardentior igne iſto, idcirco flammam externam ille minime ſentiebat, quòd feruidus ille & ardens Chriſti caritatis ignis intus inflammaret.

Moralis exhortatio.

Hæc ne audiamus tantum dilectiſſimi, ſed & imitemur: quod enim à principio dicebam, nunc etiam dico, ne hac tãtum hora, quia hic verſamur, celebretur martyr, ſed & domum abiẽs vnuſquiſque ſanctum deducat, & in ædes ſuas vel in cor ſuum potius per eorũ, quæ dicta ſunt, recordationem introducat. Suſcipe illum, vt antè dictum eſt, & in corde illum tuo protenſam manum habentem ſiſte: ſuſcipe victorem coronatum, nec vnquã ex mente tua exire permitte. Idcirco vos etiam ad ipſos ſanctorum martyrũ loculos adduximus, vt ipſe vos conſpectus ad virtutem quodammodo incitet, & ad eundem vos zelum accingatis. Nam militem quidem præſtantiſſimi cuiuſpiã bellato-

B

ris excitat etiam fama; multo autem vehementius intuitus & aſpectus. ac præſertim ſi ipſum fortiſſimi bellatoris tentorium ingreſſus ſanguinolentũ enſem videris, caput hoſtis iacens, ſpolia ſublime pendentia, recentem cruorem ex manibus eius ſtillantem, qui trophæum erexit, vbique lanceas & clypeos, & arcus, & omnem aliam armaturam iacentem. Idcirco nos etiam hic conuenimus: ten-

Ephe. 6. 14

torium enim eſt militare martyrum tumulus: ac ſi fidei oculos aperueris, hic iuſtitiæ loricã iacentẽ intuebere, ſcutum fidei, galeã ſalutis, ocreas euangelij, gladium ſpiritus, ipſum diaboli caput in terram proiectum. Cùm enim hominem correptum à dæmone iuxta martyris ſepulchrum videris ſupinum iacentem, ac ſeipſum perſæpe laniantem, nihil aliud niſi mali caput amputatũ vides. Adhuc namque Chriſti militibus hæc arma nunc etiam adiacẽt; & quemadmodum bellatores fortiſſimos cum ſuis ſepeliunt armis Imperatores, ita fecit &

C

Chriſtus, cum ſuis eos armis ſepeliuit: vt etiam ante reſurrectionẽ gloriam omnem virtutemque ſanctorum oſtenderet. Cognoſce igitur ſpiritualẽ ipſorum armaturam, & maximis perceptis vtilitatibus hinc diſcedes. Multum & tibi cum diabolo bellum eſt, dilectiſſime, multum inquã magnum & perenne: diſce igitur luctationes, vt victorias imiteris: aſpernare diuitias ac pecunias, & omnem reliquam ſæculi pompam. ne beatos iudices eos, qui diuites ſunt, ſed beatos eos iudica, qui martyrium patiuntur: non eos qui in deliciis, ſed qui in ſartaginibus verſantur: non eos, qui opiparæ menſæ aſſident, ſed eos, qui in lebete torrentur: non eos, qui diurnis in balneis, ſed eos, qui in diris ſunt fornacibus: non eos, qui olent vnguenta, ſed eos, qui fumum ac nidorem viſi emittunt. hic multo illo præſtantior & vtilior eſt odor: ſiquidem ille ad ſupplicium illos qui eo fruun-

D

tur, hic autem ad præmia coronaſque cœleſtes abducit.

Inuehitur in delicias & luxum.

Atque vt intelligas malam rem eſſe delicias, vſumque vnguentorum; & ebrietatem, & vinum immodice ſumptum, & opiparam menſam, audi quid dicat Propheta:

Amos 6. 4

Væ dormientes in lectis eburneis, affluentes deliciis in ſtratu ſuo, & comedentes hœdos de gregibus, & lactentes vitulos de armentis. Qui bibunt vinum defæcatum, & primis vnguentis vnguntur. Quod ſi hæc veteris teſtamenti tempore prohibebantur, multo magis tempore gratiæ, vbi maior eſt philoſophia. Hæc cùm ad viros, tum ad mulieres à me ſunt dicta: commune ſiquidem eſt ſtadium, non propter ſexus diuerſitatem diuiſus eſt Chriſti exercitus, ſed vnus eſt cœtus. Poſſunt & fœminæ loricam induere, ac clypeum opponere, telumque iaculari, cùm martyrij tempore, tum etiam alio, quod fiduciam ingentem requirat.

Simile.

Et quemadmodum optimus ſagittarius, qui rectè collimans à chorda ſagittam emiſerit, omnẽ hoſtium conturbat aciem;

ſic & ſancti martyres atque adeo cuncti veritatis bellatores, qui aduerſus inſidias diaboli fraudeſq́; depugnant, tanquam à chorda quadam à lingua verba bene collimantes emittunt, eaque tanquam tela per aerem volantia, cùm inuiſibiles dæmonum in phalanges inciderint, omnem eorum aciẽ conturbant: quod vtique & beato Barlaam euenit: nudis enim verbis tanquam volantibus ſagittis emiſſis totum diaboli exercitum perturbauit.

In eos qui theatrorũ ſpectacula frequenter adeunt.

Hanc & nos iaculandi ſolertiam imitemur. nónne illos, qui à theatris deſcendunt, videtis molliores effectos? id verò in cauſa eſt, quòd iis ſtudioſè, quæ ibi fiunt, attendant. Nam cùm oculorum inuerſiones, manuumque contortiones, ac pedum gyros, & omnium ſimulacrorum, quæ in diſtortione circumacti corporis apparent, imagines in mentibus ſuis defixerint, deinde diſcedunt. An non igitur indignum eſt, vt illi tantam in animæ ſuæ pernicie procuranda ſolicitudinem exhibeãt, ac perennem eorum, quæ illic ſunt geſta, memoriam conſeruent, nos autem, quos iſthæc imitatio pares angelis redditura eſt, ne æquale quidem illis ſtudium ad ea, quæ dicta ſunt, conſeruanda conſeramus? Ne oro, obteſtorque vos, ne ſalutem noſtram ita negligamus, ſed mentibus noſtris omnes, martyres conditos teneamus, vna cum lebetibus, vna cum aliis ſuppliciis, & quemadmodum pictores imaginem ſæpe fumo, ac fuligine, longoque tempore inobſcuratam detergunt, ac mundant; ſic tu ſanctorum martyrum vtere memoria dilectiſſime: cùm obrepentes ſæculares curæ tuam mentem inobſcurarint, eam per martyrum memoriam deterge. ſi enim hanc in anima tua memoriam conſeruaris, non opes ſuſpicies, non paupertatem deplorabis; non gloriam & potentiam laudabis, nihil denique ex rebus humanis, nihil eorum, quę ſplendida ſunt, magnum eſſe quiddam arbitrabere, nihil eorum, quæ moleſta ſunt, intolerãdum; ſed cum his omnibus ſuperior euaſeris, perpetuum ex imaginis huius contemplatione capies documentum. Nam qui milites in bellis ac præliis ſtrenuè ſe gerentes quotidie ſpectat, non delicatam & mollem viuendi rationem in pretio habebit, ſed aſperam, & rigidã, atque ad certamen compoſitam. Quæ enim ſocietas eſt ebrietati cum pugna? curæ abdominis cum ſtudio fortitudinis? vnguentis cum armis, bello & commeſſationibus? Miles Chriſti es dilectiſſime? armare, non comere: athleta es generoſus; viriliter age, non concilia venuſtatem. Ita ſanctos iſtos imitemur; ita fortes bellatores, coronatos athletas, Dei amicos honoribus proſequamur: & cùm per eandem cum illis viam inceſſerimus, eaſdem cum illis coronas conſequemur. quas nobis omnibus vtinam obtinere contingat gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri gloria vnà cum Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen.

LAVDATIO SANCTORVM OMnium, qui martyrium toto terrarum orbe ſunt paſſi.

Interprete Frõtone Ducæo, ſociet. Ieſu Theolog.

NONDVM ſeptem dierum elapſus eſt numerus ex quo ſacram Pentecoſtes ſolemnitatem celebrauimus, & nos rurſus martyrum chorus aſſequutus eſt, vel martyrum caſtra potius & exercitus nihilo minor illis angelorum caſtris, quæ patriarcha Iacob vidit, ſed æmulus illis & æqualis. Martyres enim & angeli nomine tantum diſtincti ſunt, factis autem iunguntur. Cœlum incolunt angeli; itidem & martyres: ſenectutis expertes & immortales ſunt illi, hoc & martyres olim obtinebunt. At incorpoream illi naturam ſortiti ſunt. Quid tum poſtea? licet enim martyres corpore circumſepti ſint, immortali tamen: quin potius etiam ante ipſam immortalitatem Chriſti mors corpora multo amplius immortalitate condecorat. Non ita ſyderum exornatum choro cœlum illuſtre eſt, ac ſplendido vulnerum choro martyrum corpora exornãtur. Itaque propterea quòd mortui ſunt, idcirco maxime ſuperant, & ante immortalitatem, à morte coronati præmia repòrtarunt. *Minuiſti eum paulo minus ab angelis: gloria & honore coronaſti eum*, de communi hominum natura, inquit Dauid: ſed & hoc paulum reddidit Chriſtus cùm aduenilſſet, & mortem morte damnaſſet. (Pſal. 8. 6.)

Quid bonũ hominibus obuenerit, quod mortales facti ſint.

Verùm hoc ego inde non confirmo, ſed ex eo quod defectus hic mortis id lucrum & commodum ceſſit: niſi enim mortales fuiſſent, martyres facti non eſſent: itaque niſi mors fuiſſet, ne coronæ quidem extitiſſent: ſi non fuiſſet interitus, martyrium non fuiſſet: non potuiſſet dicere Paulus, *Quotidie morior per veſtram gloriam, quam habeo in Chriſto Ieſu*: niſi mors & interitus fuiſſent non potuiſſet idem dicere, *Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea.* (1. Cor. 15. 13. — Col. 1. 24.) Ne doleamus ergo, quòd mortales redditi ſimus: ſed gratias, agamus, quod martyrij ſtadium nobis ſitâ morte reſeratum, & ab interitu præmiorum materiam acceperimus, vnde & certaminum occaſionem nacti ſumus. Vides ſapientiam Dei, quo pacto maximum illud malorum caputque noſtræ calamitatis, quod inuexit diabolus, mortem inquam, eam in honorem gloriamque noſtram conuertit, ac per hanc ipſam athletas ad martyrij brauia deduxit? Quid ergo? idcircóne diabolo mortis cauſſa gratias agemus? abſit: non enim ab eius mente rectè factum hoc, ſed Dei ſapientiæ acceptum ferendum eſt donum. Ille quidem inuexit, vt perderet, & ad terram reductis ſpem ſalutis omnem præſcinderet: Chriſtus autem id acceptum immutauit, & in cœlum nos rurſus per ipſum introduxit. Nemo igitur veſtrûm damnet, quod chorum & exercitum martyrum cœtum appellarim, vnique rei contraria duo nomina tribuerim: chorus enim & exercitus contraria ſunt, verùm hic vtrumque coaluit: Etenim quaſi choreas ducerent, ad tormenta cum voluptate perrexerunt, & tanquam bellatores omnem fortitudinem ac tolerantiam præ ſe tulerunt, hoſteſque vicerunt. ac ſi eorum quidem, quę geruntur, ſpectes naturam, pugna & bellum & acies ſunt, quæ geruntur: ſin autem eorum mentem cõſideres, quæ fiunt; choreæ ſunt & conuiuia ac feſtiuitates, & voluptas maxima, quæ perficiuntur.

Cum bello comparat martyrum tormenta.

Viſne te doceam hæc omni bello eſſe terribiliora, martyrum inquam res geſtas? quid eſt in bello formidabile? vtrinque acies communitæ vndique conſtiterunt, armis fulgentes, terramque ſplendore complentes: vndique iaculorum nubes emittuntur, quorum multitudine aër occultatur: torrentes ſanguinis in terrã voluuntur: multæ vndique ſtrages vt ſegetum in meſſe. ita militum, quia à ſe inuicem proſternuntur. Age ergo ab illorum pugna te ad hanc traducamus. Hic binæ quoque ſunt acies, vna quidem martyrum, altera verò tyrannorum. Ac tyranni quidẽ armati ſunt; martyres autem nudo pugnant corpore: ſed à nudis tamen, nõ ab armatis victoria reportatur. Quis non obſtupeſcat, quando is qui virgis cæditur, cædentẽ vincit, & vinctus ſolutum, exuſtus vrentem, & qui moritur interficientem? vides vt hæc illis terribiliora ſint? Nam illa quidẽ quamquã formidabilia ſunt, tamen ex ordine naturę fiunt: hęc antem exuperant naturam omnem, rerumq́; omnẽ conſequentiam: vt intelligas diuinę gratię accepta ferenda eſſe, quæ hic cum laude pręſtãtur. Tametſi quid hac quæſo pugna iniquius, quid certaminibus iſtis iniuſtius? nam in bellis vterque eorum, qui pugnant, armatur: hic verò non ita, ſed hic quidem nudus eſt, ille verò armis eſt tectus: in

A

certaminibus rurſus vtriſque licet manus contra attollere, hic verò vinctus eſt iſte, at ille cum poteſtate ictus infligit, & tanquam ex tyrannide quadam ſibi quidem eas partes aſſumentes Præſides vt male faciant, iuſtis martyribus vt male patiantur attribuentes, ita congrediuntur cum ſanctis, & ne ſic quidem ipſos expugnant, ſed ab iſta pugna tam iniqua ſuperati diſcedunt: atque idem accidit ac ſi quis virum quempiam bellatorem in prælium deducat, & præciſa lanceę cuſpide lorica ſpoliatum nudo corpore pugnare iubeat, ille autem licèt percuſſus, ac læſus, ſexcentiſq; cõfoſſus vulneribus, trophæum tamen erigat. Martyres enim nudos cùm in medium protraxiſſent, ac reuinctis poſt terga manibus eos vndequaq; percuſſiſſent, ita vincebãtur: illi autem vulnera cũ excepiſſent, trophæum contra diabolum erigebant. Et quemadmodum percuſſus adamas minime cedit neque emollitur, imò ferrum à quo percutitur confringit: ita nimirum & ſanctorum animæ cùm tam

Conſtantiam martyrum egregiè deſcribit.

B

multi cruciatus adhiberentur, ipſæ quidem nihil graue patiebantur, eorum verò à quibus cędebantur vim ac virtutem profligantes, turpiter & ignominioſe deuictos poſt multos & intolerandos ictus è certaminibus dimittebant. Etenim illis alligatis ac fidiculis in equuleo vinctis latera fodiebant, profunde ſulcos agentes, quaſi terrã aratro ſulcarent, non corpora lacerarent: videre erat ſinus apertos, reſerata latera, pectora effoſſa, neque tamen eo cruciatu furorem ſuum explebant illæ ſanguine paſtæ belluæ, ſed abſtractos ab equuleo ſubiectis carbonibus in craticula ferrea extendebant: tumque videre erat ſpectacula multo prioribus acerbiora duplices guttas e corporibus defluentes, has quidẽ ſtillantis ſanguinis, illas autem carnium liquefactarum: ſancti verò tanquã inter roſas iacentes in prunis, ita cum voluptate quæ gerebantur ſpectabant. At tu dum craticulam audis ferream, ſpiritualis illius ſcalæ recordare, quã patriarcha vidit Iacob à terra in cœlum extẽſam:

Ge. 28. 13.

C

per illam angeli deſcendebant, per hanc verò martyres aſcẽdunt, vtrique Dominus eſt innixus. nõ potuiſſent ſancti iſti dolores perferre, niſi huic innixi fuiſſent. Ac per illam quidem aſcendunt & deſcendunt angeli: per hanc verò aſcendere & martyres cuiuis opinor manifeſtum eſt. Quid ita? quod illi quidem *in miniſterium ſunt miſſi propter eos, qui hereditatem capient ſalutis*: iſti verò tanquam athletæ atque victores certaminibus abſolutis deinceps ad agonothetam pergebant. Verumenimuero ne oſcitanter audiamus quæ dicuntur, dum audimus ſubiectas fuiſſe corporibus virgis laceratis prunas, ſed cogitemus, quales, vbi febris nos inuaſerit, ſimus. vitam nobis iniucundam & peracerbam putamus, ingemiſcimus, impatiẽter ferimus, tanquam paruuli infantes indignamur, ignem illum nihilo mitiorem gehenna putemus. At iſti non fe-

Heb. 1. 14.

D

bre incumbente, ſed flamma illos vndique obſidente, ac ſcintillis in vlcera proſilientibus, & quauis fera crudelius vulnera vellicantibus, perinde quaſi eſſent adamantini, & in alienis iſta corporibus fieri cernerent, ita generoſe ac cum ea, quę illos decebat, fortitudine in confeſſionis verbis cõſtantiſſime perſeuerabant, & in omnibus his malis durantes ſimul & animi ſui robur inuictum, & Dei gratiã egregie præ ſe ferebant. Sæpenumero ſub auroram ſolẽ exorientẽ vidiſtis, & quaſi croceos radios emittentẽ? talia ſanctorum erant corpora, dum veluti crocei quidam radij riui ſanguinis vndique illis diffluerent, eorumq; corpus multo quàm cœlum ſol ipſe ſplendidius illuſtrarent. Hunc ſanguinem angeli contuentes oblectabantur, dęmones horrebat, & ipſe diabolus tremebat. Non enim ſanguis erat ſimpliciter, quod cernebatur, ſed ſanguis ſalutaris, ſanguis ſanctus, ſanguis cœlo dignus, ſanguis, qui pulchras Eccleſiæ

Simile.

A

arbores perenni irrigatione fœcundat. Vidit hunc ſanguinem, horruitque diabolus: recordatus eſt quippe alterius ſanguinis dominici: propter illum ſanguinem hic effluxit: ex quo enim Domini latus apertum eſt, ſexcenta deinde latera effoſſa cõtueris. Quis enim non ſumma cum alacritate gaudioque ſeſe ad agones iſtos iucundos dominicis paſſionibus cõmunicaturus, & Chriſti morti conformis futurus accinget? Eſt enim ſufficiens hæc retributio, & amplior merces, & quod certamina excidit præmium vel illud etiam, quod ante ingreſſum in cœlorum regnum cõſequemur. Ne igitur horreamus, dum hunc vel illum paſſum eſſe martyriũ audimus: ſed horreamus, dum audimus hũc vel illum emolitum, ac tot tantiſq; propoſitis certaminum pręmiis lapſum eſſe. Quod ſi placeat ea, quæ poſt hanc vitam ſequuntur, audire; nulla ea quidem poſſunt oratione declarari: *neque enim oculus vidit*, inquit, *neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum*: nullus

Quæ præmia martyres maneant.

1. Cor. 2. 9.

B

porrò ex hominibus adeò Deum dilexit ac martyres. verumtamen non eò quòd omnem orationem mentemq; exuperet repoſitorum bonorum magnitudo, propterea ſilebimus; ſed quantum in nobis ſitũ erit & dicere & audire, conabimur vobis obſcure demonſtrare quantã illos ibi excipiat beatitudo: hanc enim illi ſoli euidenter nouerũt, qui ea fœlici experientia perfruuntur. Enimuero perexiguo quidem temporis momento martyres grauia iſta & intolerãda patiuntur: poſtquam autẽ hinc exceſſerint, in cœlos aſcẽdunt angelis ipſos præcedentibus, & archangelis latera ipſorum ſatellitum more ſtipantibus: non enim verecũdantur conſeruis ſatellites fieri, ſed quæuis parati ſunt illorum cauſa pręſtare, quando illi quæuis pro domino ſuo Chriſto non dubitarunt perferre. Poſteà verò quam in cœlos aſcenderint, ſanctæ omnes illæ virtutes concurrunt. Si enim peregrinis athletis in vrbẽ aduentantibus populus omnis confluit

Comparat martyres cũ athletis.

C

vndique, eoſque circumuallãtes aptam membrorum diſpoſitionem in illis contemplantur: multo magis religionis athletæ in cœlos cùm aſcenderint, concurrunt angeli, omneſque vndique confluunt ſupernæ virtutes, eorum conſiderant vulnera, & tanquam victores quoſdam, ac multarum palmarũ bellatores è bello ac prælijs reuertentes multis trophæis ac victoriis partis cum voluptate excipiunt eos omnes & amplexantur, ac deinde multo ſatellitio circumſeptos ad regem cœlorũ, ad illum thronum multa gloria redundantem, vbi Cherubin & Seraphin aſtant, deducunt. Cùm verò illuc aduenerint, eumque qui throno inſidet adorauerint; multò maiori quam à cõſeruis à domino afficiuntur honore: non enim vt conſeruos eos excipit: quanquam & maximus hic eſt honor, cuique non poſſit æqualis reperiri; ſed tanquam amicos eos ſalutat. *Vos enim*, inquit, *amici mei eſtis*: ac

Io. 15. 14.

D

meritò ſane: ſiquidem rurſus ipſe dixit: *Maiorem hac nemo habet dilectionem, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. Quando igitur maximam ipſi caritatem demonſtrarunt, iſtos excipit honorifice, atque illa gloria perfruuntur: participes fiunt chororum & canticis myſticis cõmunicant. Si enim cùm eſſent in corpore, ſecundũ myſteriorũ communionem in illum chorũ admittebantur, vt cum ipſis Cherubin pſallerent hymnum ter ſanctum, vt vos probe noſtis, quin myſteriis initiati eſtis; multo magis nũc illis cõiuncti, cum quibus choros olim ducebant, multa cum fiducia benedictioni illi ac laudationi communicant. Nunquid non ante hac martyrium horrebatis? nunquid nõ martyrij vos nunc deſiderium capit? nunquid non doletis iam martyrij tempus non adeſſe? verumenimuero exerceamus nos, & paremus ad tempus martyrij. contempſerunt illi vitam? contemne tu delicias: proiecerunt illi corpora in ignem? proiice tu pe-

Ibid.

Ter ſanctorum hymnum intelligit Sanctus Sãctus, &c. Eſa. 6. 3.

Martyriũ ſpirituale.

A

cunias nunc in pauperum manus: prunas illi calcarunt? tu cupiditatis flammam extingue. Laborioſa ſunt iſta & difficilia, ſed tamen & vtilia valde. Noli ea quæ præſentia ſunt acerba ſpectare, ſed quæ iucunda futura: non quæ in manibus mala, ſed quæ in ſpe bona: non paſſiones, ſed præmia: non labores, ſed coronas: non ſudores, ſed mercedes: non acerbitates, ſed retributiones: nō ignem vrentem, ſed propoſitum regnum: non carnifices circunſtantes, ſed Chriſtum coronantem. Hæc expedita maxime ratio ac via ad virtutem facillima non labores tantum intueri, ſed & præmia cum laboribus, neque ipſa tantum ſeparatim. Cùm igitur eleemoſynam es impertiturus, noli pecuniæ impenſam attendere, ſed iuſtitiæ coaceruationem. *Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculū ſæculi.* ne reſpicias opes, quæ exhauriuntur, ſed theſaurum qui augetur. Si ieiunes, non carnis ex ieiunio macerationem cōſidera, ſed relaxationem, quam ex illa maceratione conſequeris. Si noctem inſomnem traducas orando, non moleſtiam ex vigilia, ſed quam acquiris ex oratione fiduciam perpende. Ita quoque milites faciunt: non vulnera intuentur, ſed præmia: non cedes, ſed victorias; nō mortuos cadentes, ſed coronatos victores. Sic & gubernatores ante tempeſtates portus reſpiciūt: ante naufragia negotiationes; ante incommodo nauigationis, quæ ex maritima peregrinatione lucra decerpuntur. Ita fac tu quoque: cogita quantum ſit illud concubia nocte dormientibus mortalibus omnibus, feris ac iumentis, in altiſſima quiete, ſolum te expergefactum cum communi omnium domino liberè colloquia miſcere. Dulcis eſt ſomnus, at nihil dulcius oratione. Si ſolus cum ſolo colloquens diu potueris perdurare nullo obſtrepente, nullo te interpellante, atque ab oratione reuocante, habes & tempus ſuffragatorem ad id quod expetis obtinendum. Verum in

Quia ratione ad virtutem expeditè poſſimus peruenire.

Pſal. 111. 9

B

C

molli ſtrato decumbens, in hanc & in illam partem verteris, ac ſurgere pigritaris, veniant tibi in mentem illi, qui in craticula ferrea iacebant hodie martyres, non ſubiecto cubili, ſed prunis ſubſtratis. Hic ego finem dicendi facere ſtatui, vt vos craticulæ vigentem adhuc & recentem habentes memoriam abſcedatis, & eius noctu atque interdiu recordemini: licet enim ſexcenta vincula vos deuinciant: tamen facile cuncta diſrumpere poteritis, atque ad orādum conſurgere. Dum verò craticulam ſemper verſamus animo, non craticulam ſolùm, ſed & alia martyrū tormenta ſuper cordis noſtri latitudinem deſcribamus. Quemadmodum qui ſuas ædes ſplendidiores & elegantiores reddunt, florida eas pictura vndique exornant: ſic & nos in mentis noſtræ parietibus cruciatus martyrum depingamus. Nam illa quidem pictura eſt inutilis: iſta verò plena commodorum: nō pecuniis indiget, non expenſis, neque adeo arte vlla pictura hæc? ſed vice omnium promptam voluntatem mentemque generoſam ac vigilantem ſufficit adhibere; atque his quaſi manibus peritiſſimis ipſorum deſcribere cruciatus. Depingamus ergo in anima noſtra hos iacentes in ſartagine, illos autem ſuper carbones extenſos; hos in lebetes deiectos, illos in mare demerſos; alios vngulis laceratos, alios in rota diſtortos, alios in præcipitiū actos: atque hos quidem cum beſtiis depugnantes, illos verò in barathrum deuolutos, vt cuique contigit mortem obeuntes: vt huius picturæ varietate domum noſtram illuſtriorem cùm reddiderimus, aptum cœlorum regi diuerſorium præparemus. Etenim ſi eiuſmodi viderit in noſtra mente picturas, veniet cum Patre, & manſionem apud nos faciet cum Spiritu ſancto; eritque deinceps regia quædam mens noſtra, nullaq; in eam ingredi poterit abſurda cogitatio, dum martyrum memoria, velut pictura quædam omni tempore in nobis

Martyrum ſupplicia memoria recolenda.

D

A

manebit, multumq; in ea ſplendorē emittet; atque in nobis Rex vniuerſorum cōtinuè diuerſabitur. Quod ſi ita Chriſtū in hac vita ſuſceperimus, poſt noſtrū ex ea diſceſſū, poterimus in æterna recipi tabernacula: quod nobis omnibus pręſtare dignetur gratia & benignitas Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo Patri gloria, vnà cum ſancto & viuifico Spiritu, in ſæcula ſæculorum, Amen.

DE BEATO ABRAHAM,

Oratio.

EODEM INTERPRETE.

VIDISTIS caniciem vegetam, ac viridem ſenectutem? vidiſtis athletam generoſum, & cum natura viſceribuſque pugnantem? vidiſtis virum in extremo ſenio adamante firmiorem? vires quidem corporis eius elanguerant, ſed eius fidei vigor corroboratus erat. Talia ſunt enim Eccleſiæ præclara facinora, vt imbecillitas corporis fidei alacritatem non lædat: ornamentum quippe eſt eccleſiæ canicies demiſſa, & fides erecta, atque hac re potiſſimum eccleſia lætatur. Nam in profanis quidem negotiis inutilis eſt ſenex, nec vllam ad rem idoneus; ſed vbique dignus indulgentia cenſetur, quod propter imbecillitatem ad vſus vitæ neceſſarios minimè valeat commodare. Exempli cauſa, non poteſt ſenex in bello ſtare in acie, non in equum aſcendere, non haſtam vibrare, non clypeum mouere, non ſolis ardorem ferre, non itineris longitudinem ſuſtinere, non famis aſperitatem, non molem tumultuum tolerare: ſed tranquillo in loco caniciei patrocinio fretus ſedet. Hoc verò in nauigiis quoque cerni poteſt: ad gubernacula nequit ſenex ſedere, non maria ſulcare, non remum ducere, non vela tendere, non contrariis ventis obſiſtere, non aſperitatem frigoris pati, non aliud quippiam eiuſmodi poteſt perficere, ſed in naui ſedet, atque ætatis cauſſa veniam impetrat. Hoc ipſum & in agricolis ſpectare licet: nam neque trahere aratrū poteſt, neque ſulcos imprimere, non equuleorum domitor fieri, neque robuſtorum boum vim ſuſtinere, nec æſtus impetum, nec grauitatem caloris, nec ligonis pondus, nec aliud quiduis eorum, quæ ad terram colendam ſunt vſui: ſed domi conſidet, & caniciei excuſatione ſe tuetur. At non ita ſe habent res Eccleſiæ, ſed vbi conſenuerint, qui cum virtute vitam traducunt, tunc vtiliores redduntur: non enim corporis robur, ſed fidei præſtantia quæritur. Talis erat Abraham, cui vires corporis elanguerant, ſed fidei robore confirmatus erat: ſenex erat, ſed in extrema ſenectute cum natura pugnabat, & præclarum de ea triumphum agebat: ſenex erat, ſed robuſtior ferro atque adamante firmior. Ac iuuenis quidem cùm eſſet, nihil tale præſtitit; cùm verò prope exacta iam ætas eſſet, ac decurſa, tum triumphum reportauit, in extrema canicie, ſed canicies impedimento non erat. quamobrem cùm eius firmitatem nouiſſet Deus, apparuit illi, & ait: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terra quam mōſtrabo tibi.* Paruit Abraham dicto, tametſi iam ſenex deinceps, & corpore imbecillis eſſet, nec apud ſe dixit: Quo tandē in extrema ſenectute diſcedam? domúmne patris mei, terrāq; in qua natus ſum, derelinquā? vbi pecuniarū copia, parentúmque nobilitas? vbi opulentæ poſſeſſiones & commoditas amicorum? atque ex tempore quidem dolore afficiebatur, ſed parere tamen non recuſabat: vt amans patriæ deſeri eam à ſe dolebat, vt Dei amans & pius parebat, & morem gerebat: quodque permirum erat, nec dixit quidem illi Deus, in quem locum eundum eſſet? at nullo eum nomine deſignans ipſius animum exercuit, ac tentauit. Si enim illi

In Eccleſiaſticis actionibus ſenectus non obeſt.

B

C

D

Gen. 12. 1.

Abrahæ obediētia.

dixiſſet,

Google

dixiſſet, In terram te ſum lacte ac melle manantem abducturus, tum non voci diuinæ Abraham paruiſſe, ſed terram terræ prætuliſſe reperiretur. Egreſſus eſt igitur Abraham neſciens, quò abiret. Vides caniciem præclaris facinoribus glorioſam? talis enim eſt, vt ante dixi, rerum ſtatus noſtrarũ; non eas ſenectutis imbecillitas deprimit; non eas tempus labefactat: neque enim canicies eſt in corporibus, ſed in anima; quapropter neque ſentiunt ſenectutem. Egreſſus eſt igitur Abraham nihil ſecum accipiens, ſed in tentorijs adhuc habitans, & incredulus non fuit, neque dubitauit: etenim habuit idoneum pignus eius vocem, à quo fuerat euocatus. Porrò ſterilis erat ipſa, neque liberos habebat: ſed neque Sarra vxor eius: accepit autem ex repromiſſione filium Iſaac. Cùm verò natura defeciſſet, tum gratia largita eſt: ſufficientem accepit obedientiæ mercedem: veruntamen cùm hoc neſciret: ſi enim ſciuiſſet, nihil eximium præſtitiſſet. atque vt intelligas non idcirco eum mo- [B] rem geſſiſſe, vide quo pacto ipſum etiam mactare iuſſus parere non recuſet, ſed naturam aſpernetur, & amorem Dei complectatur, contemnit ſua viſcera, nec ab eo, qui ſe vocarat, auertitur. Quid igitur ad eum Deus? Abraham tum ille, Ecce ego dixit, *Accipe filium tuum dilectum, quem dilexiſti Iſaac, & offer eum ſuper vnum montium, quos tibi dixero*: neque montem illi indicauit; ſed ex montis incertitudine maiorem illi triſtitiam iniecit. At nihil horum tamen Abraham perturbauit: imò verò perturbauit; nam quæ hominis ſunt, paſſus eſt, ſed quæ peccati ſunt non eſt paſſus. fluctuabat quidem vt pater, ſed vt Dei amans non mergebatur: vrebantur viſcera, ſed fides vincebat. Caue enim dixeris nihil Abraham paſſum eſſe: cogita quo pacto incenderetur à viſceribus commotus, eiuſque philoſophiam ſpecta: ne Sarrę quidem id ſignificat: quippe qui timeret, ne quominus myſterium perficeretur, obſtaret. Si enim ſignificaſſet, veriſimile erat eam ſermonem eius repreſſuram fuiſſe ac dicturam, Quò [C] filium tuum abducis, quem præter ſpem omnem accepi, quem ſecundum repromiſſionem ſuſcepi? quem propter hoſpitalitatem obtinui? quem in extrema mihi ſenectute Deus largitus eſt? quo eum abducis? quo eum abripis? Nemo tibi apparuit: qui enim fieri poteſt, vt tibi Deus apparuerit, & filium requirat, quem mihi præter ſpem dedit? Ipſe largitus eſt, & ipſe aufert? Si vt auferret, dedit; ſatius fuiſſet non dediſſe: non enim tam moleſtum eſt non habere, quàm cùm acceperis, perdidiſſe. Cõſidera Sarram incenſam, inflammatam, a natura exagitatam, eiuſque vterum diſtortum & viſcera ipſius commota: facile quippe in huiuſmodi rebus affectu mulieres commouentur. quanto enim mollior & ad effectum erat pronior, tanto magis cum Abrahamo contendiſſet, & ſacrificium impeditum fuiſſet, ac myſterium infectum manſiſſet. [D] Quid enim non præſtitiſſet Sarra, vt filium ſuum auelleret? non enim rem illam ferre potuiſſet, vt filius præter ſpem natus mactandus eſſet, & qui in ipſa ſenectute donatus ipſi fuerat, immolandus eſſet: vt patris manus eſſent filij parricidium patraturæ. Non tuliſſet talia Sarra, ſed ingentem Abrahæ pugnam excitaſſet; excitata verò pugna neceſſe fuiſſet, vt inſidiæ ſequerentur: inſequutis autem inſidiis impeditum myſterium fuiſſet. Non dixit igitur mulieri Abraham, ne qua contentio exoreretur: ne exorta contentione in pugnam res procederet: ne re in pugnam procedente ad diſſidium propter filium proueheretur; ne diſſidio ſic ob filium erumpente promiſſio tardaretur: ne retardata promiſſione dolo aliquo negotio impediretur: ne impedito dolo quopiam negotio myſterium infectum maneret. At Philoſophus ille Abraham, athleta ille, qui cum natura decertabat, & cum viſceribus luctabatur, aduerſus naturam armatus pa- [A] rere minimè recuſauit: ſed mandato Dei cedens, quod nunciabatur, audiuit, & filium confeſtim accepit. Libenter his verbis immoror, *Accipe filium tuum dilectum, quem dilexiſti Iſaac, & offer illum mihi in holocauſtum ſuper vnum montium, quos dixero tibi*: accipiens Abraham Iſaac, & aſinam, & duos pueros abibat. deinde cùm ad locum quendam perueniſſent, pueris ait: *Sedete*, inquit, *vos hic, Ego verò & paruulus pertranſibimus vſque illuc, & cùm adorauerimus, reuertemur ad vos.* Inſciens prophetauit Abraham, diuina illi gratia cooperante. Filium tuum mactaturus pergis, & ais, reuertemur? dum pueros ſtudet celare, Propheta efficitur. & impoſuit ligna humeris Iſaac, & ſumpto igne, gladioque, in montem aſcendit. Et quid dixit ad patrem Iſaac? *Pater.* ille verò, *Quid eſt fili?* & ait, *Ecce ignis & ligna: vbi eſt ouis in holocauſtum? tum ille, Deus videbit ſibi ouem ad holocauſtum fili.* Ecce alteram prophetiam. neque verba præterire, neque facta poſſunt prętereuehi. Conſidera nomina mox rebus ipſis orbanda. Ita ille patrem appellat, & hic rur- [B] ſus filium, atque ad horam quidem valebant nomina, mox autem erant denudanda. Conſidera enim quomodo affectus fuerit Abraham, compellatus ab Iſaac, quem erat iugulaturus, Pater, qui fieri potuit, vt non eius genua diſſoluerentur? quomodo non membra colliſa ſunt? quomodo non mente turbatus eſt, cum his eum verbis Iſaac filius affaretur? obtulit tamen, & colligauit Iſaac, manuque dextera gladium arripuit, vt filium ſuum mactaret. O dexteram illam aduerſus filium armatam! quibus exprimam verbis rem geſtam neſcio. Quomodo non obtorpuit manus? quomodo gladius de manu non excidit? quomodo non totus reſolutus eſt & extabuit? qui potuit autem ſubſiſtere, & Iſaac vinctum cernere? quomodo ſubitò mortuus non remanſit? quomodo illi inſeruierũt nerui? quomodo animus illum non defecit? non video, qua poſſim oratione rem geſta exprimere. Quotquot hic patres, aut matres eſtis, conuenite, [C] manum porrigite, orationem adiuuate: vires enim meas res excedunt, ignoſcite; quin vos etiam ipſi ſuccurrite. Sæpenumero quinque ſexu filios habet quiſpiam, & filias, ſi quando vnus ex illis ægrotet, totum cubile pater circumcurſat, oculos filii deoſculatur, manus amplectitur, diem reputat noctem & lumen tenebras, non quod elementa cõmutet, ſed quod præ doloris acerbitate illis minimè delectetur. mollia cubilia ſternuntur, medici aſſident, multi ſatellites ægrum circumſtant, totus omnino contabeſcit pater. licet pecuniæ copia ſuppetat, deteſtanda eſt illi: licet innumeris curis prematur, omnes abigit, neque poteſt ad ſobrietatem redire præ nimia triſtitia temulentus: totus ipſe mundus illi ſanare malum non poteſt. Pari ratione mater quoque circumit diſtracta, perturbata, & ardens tota, & facultatem quærens dolorem cum ægro diuidendi, vel potius integrum admit- [D] tendi, vt afflictus filius morbo reuelletur: nihili facit vitam præſentem, nihili futuram; ſed omnibus iſtis optabilius eſt illi, vt totum filij morbum excipiat. Non ſuppetunt mihi verba, quibus affectionem iſtam repręſentem. Pone tibi ante oculos Abraham ſic affectum illum quidem dolore, ſed philoſophantem, & mandato obtemperantem. ſubigebat naturam, & mandatum viſcera ipſa ſuperabat. Enimuero hæc, vt ante dixi, patiebatur vt homo; ſed vt Dei amans philoſophabatur. Ac videre erat Iſaac martyrem viuum, mortuum & non mortuum. Nam quod ad parentis propoſitum attinet, mortuus eſt: quod autem ad Dei benignitatem, non eſt mortuus: ſiquidem domini figura & imago fuit. Euenit ergo figura, & veritatem excipit. Poſtea colligatur Iſaac, ſed non iugulatur; vox enim eſt lapſa de cœlo.

[Obedientiæ merces fructus venit.]

[Gen. 22. 2.]

[Cur conſilium ſuũ vxori non aperuerit.]

[Paternum affectum auditorum obteſtatur.]

Deſunt reliqua.

ADVERSVS EOS QVI A DIVINIS ABſunt officiis, & de ſancto ac ſalutari baptiſmate Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, deque iis qui indignè communicant, & vt qui diuina Miſſarum ſolemnia imperfecta derelinquunt, atque ante poſtremam orationem egrediuntur, Iudam imitentur, oratio.

Interprete Frontone Ducæo, Societatis Ieſu Theologo.

Ex editione Pariſienſi apud Cl. Morellum 1609.

OMNES vos in lætitia hodie, ego verò in mœrore ſum ſolus. Nam cùm in hoc ſpirituale pelagus oculos meos conuerto, & immenſas Eccleſiæ diuitias contemplor, ac deinde perpendo fore, vt cùm primùm ſolemnitas iſta præterierit, multitudo rurſus iſta reſiliat ac diſcedat, crucior & animi dolore angor: quod, cùm tam multos liberos pepererit Eccleſia, non illis itidem in ſingulis collectis, ſed in feſto ſolummodo frui poſſit. Quanta quæſo illa ſpiritualis exultatio foret, quantum gaudium, quanta Dei gloria, quanta vtilitas animarum, ſi collectæ cuiuſque tempore ſic repleta Eccleſiæ ſepta cerneremus? Iam verò nautæ quidem ac gubernatores omnia efficiunt, vt pelagus emenſi, tandem ad portum perueniant: nos contra in alto mari fluctuare contendimus, dum ſæcularium negotiorum procellis ſemper obruimur, atque in foris & tribunalibus iudicum iactamur, hic autem ſemel aut iterum, vix toto anno comparemus. An verò ignoratis, vt in mari portus, ſic Eccleſias Deum in vrbibus erexiſſe: vt à tumultuum ſæcularium turbine huc confugientes ſumma tranquillitate potiamur? Non enim fluctuum hic eſt reformidanda tempeſtas, non latronum incurſiones, non eruptiones prædonum, non ventorum impetus, non inſidiæ belluarum: portus enim eſt ab his omnibus immunis ac liber, portus eſt ſpiritualis animarum. Atque eorum quę dixi voſmetipſi mihi teſtes eſtis. ſi quis enim veſtrûm conſcientiam ſuam excuſſerit, multam intus reperiet tranquillitatem. non enim ira negotium faceſſit, non cupiditas inflammat, non inuidia tabefacit, non inflat arrogantia, nõ inanis gloriæ amor corrumpit: ſed coercentur omnes hæ belluæ, cùm primum, quaſi quoddam diuinum carmen, ſacrarum auditio ſcripturarum per aures in animam cuiuſque penetrauit, & illas alienas à ratione perturbationes ſopiuit. Quis non igitur eos vel infeliciſſimos iudicet, qui cũ tantam morum ſanctitatem poſſint adipiſci, non aſſiduè verſentur, ac ventitent ad communem omnium parentem, Eccleſiam nimirum? Etenim quámnam tandem eſſe tibi magis fructuoſam occupationem cauſari poſſis aut cõgreſſum vtiliorem? quódnam autem impedimentum, quo minus hic nobiſcum verſeris? Paupertatem nimirum tibi impedimento eſſe dices, quo minus præclaro huic cœtui interſis: at legitima non eſt hæc excuſatio. ſeptem habet dies hebdomada: diuiſit hos ſeptem nobiſcum Deus, neque ſibi quidem potiorem partem, nobis autem minorem impertiit: imò ne in duas quidem æquales partes eas diſtribuit: non ſibi tres aſſumpſit, treſque largitus eſt: verum tibi quidem ſex impertiit, vnam verò ſibi reliquit: nec in hac tamẽ tota à negotiis ſecularibus abſtinere dignaris, ſed hoc ipſum quod faciunt, qui ſacras pecunias deprædantur, tu hac etiam die patrare audes: dum illam iam ſanctam & ſpiritualium eloquiorum auditioni conſecratam ſurripis, & ad ſe ſeculares curas abutendo traducis. Sed quid ego de integro die loquor? vel id vnum, quod in eleemoſyna vidua fecit, tu in huius diei tempore facito: quemadmodum illa duos obulos miſit, multamq; à Deo gratiam iniuit: ſic & tu duas horas Deo commoda, & ſexcentorum dierum lucrum in domum tuam importabis. Quod ſi id detrectes, vide ne fortè dum ad exiguum temporis ſpatium teipſum nõ vis à terrenis lucris auocare, integrorum annorũ labores amittas. Solet enim Deus cùm contemptus fuerit collectas pecunias diſſipare: quod & Iudæis minitando dicebat, quoniam ſollicitudinem templi omnem abiiciebant; *Intuliſtis ea in domos veſtras, & exſufflaui ea, dicit Dominus.* Quid enim quæſo ex iis quæ neceſſaria ſunt, te poterimus docere, cùm ſemel aut iterum annis ſingulis ad nos ventites, de anima nimirum, de corpore, de immortalitate, de regno cœlorum, de pœnis, de gehenna, de Dei lõganimitate, de indulgentia, de pœnitentia, de baptiſmo, de remiſſione peccatorum, de iſtis mundi cum ſuperioris tum inferioris creaturis, de hominum natura, de angelis, de improbitate dæmonũ, de diaboli fraudibus, de moribus, de dogmatibus, de recta fide, de corruptis hæreſibus? ſiquidem iſta & multo plura noſſe Chriſtianũ oportet, horumque omnium reddere rationem iis, qui ſciſcitentur. vos verò ne minimam quidem horum tenere partem poteritis, ſi ſemel hic, idque perfunctoriè conueniatis, nec tam propter animæ pietatem, quam propter conſuetudinem ſolemnitatis. nam etiamſi vel quotieſcumque fit collecta, quis interſit, bene cum eo actum fuerit, ſi de omnibus iſtis exactè potuerit erudiri. Seruos habetis multi, qui hic adeſtis, & filios: cumque illos artium magiſtris in diſciplinam tradere vultis, quos elegeritis, veſtrarum illis ædium ingreſſu interdicitis ſemel vbi ſtragulam veſtem, cibaria, omnemque aliam ſupellectilem & apparatum ſuppeditaſtis, vnà cũ magiſtro habitatum mittitis, ac ne domum veſtrã adeant prohibetis: vt, dum ibi continuè verſantur, facilius artem ediſcant, nec vlla ſollicitudine ſtudium illorum & occupatio interpelletur: iam verò cùm non vulgaris ars quædam, ſed omnium maxima vobis ſit ediſcenda, quo pacto Deo placendum ſit, & cœleſtia bona conſequenda, perfunctoriè vos id perficere poſſe cenſetis? quantæ hoc quæſo eſt dementiæ? Nam diſciplinã eſſe hoc negotium, quod multam exigit attentionem, ex his cognoſcite. *Diſcite*, inquit, *à me, quia mitis ſum & humilis corde.* & rurſus Propheta. *Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos*, & iterum, *Vacate & videte quoniam ego ſum Deus*: itaque multa opus eſt vacatione illi, qui hanc morum diſciplinam & philoſophiã ſibi voluerit cõparare. Verumenimuero ne tempus omne in eorum reprehenſione conteramus, qui ſolent abeſſe, his quæ ad ipſorum negligentiã corrigendam ſunt dicta contenti, agè quiddam de præſenti ſolemnitate philoſophemur. Nam multi quidem feſta celebrant & nomina eorum nouerunt, hiſtorias autem & occaſiones, vnde ortę ſunt, non nouerunt. Atque Epiphaniam quidem (ſiue apparitionem) dici hanc celebritatem omnibus liquet, hæc verò apparitio quænam ſit, & vtrum vna ſit, an duæ, id non item nouerunt, & quod ſumma notandum ignominia riſuq; dignum eſt, cùm ſingulis annis ſolemnitatem iſtam celebrent, eius argumentum & occaſionem ignorant. Primum igitur operæpretium eſt charitati veſtræ indicare nõ vnam eſſe tantùm apparitionem, ſed duas. vna quidem eſt iſta præſens, quæ iam contigit: altera verò quæ futura eſt, & in conſummatione ſæculi cum ſplendore & gloria eſt euentura. Ac de vtraque illarum Paulum hodie Tito diſſerentem audiſtis, atque in hæc verba de præſenti quidẽ loquentem, *Apparuit gratia Dei ſalutaris omnibus hominibus erudiens nos vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria ſobrie, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo*, de futura verò, *Expectantes beatam ſpem & aduentum* (ſiue apparitionẽ) *gloriæ magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* Et verò Propheta de illa ipſa ſic dixit, *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & illuſtris.* At enim qui ſit, vt nõ ea dies, qua natus

Eccleſiæ ad quid conſtitutę.

Inſectatur eos qui rarius Eccleſiam frequentant.

Mat. 12. 42.

Aggæi 1.

Matth. 11 29.
Pſ. 33. 12.

Epiphaniæ feſtum.

Tit. 2. 11.

Tit. 2. 13.

Ioel. 2. 31.

tus eſt, Epiphania, & apparitio appelletur, ſed ea qua baptizatus eſt? hæc enim dies eſt qua baptizatus eſt, & aquarum naturam ſanctificauit. Idcirco etiam in hac ſolemnitate ſub mediam noctem omnes, cùm aquati fuerint, domum latices referũt ac recondunt, & per integrum annum conſeruãt,

Mos antiquus mirabilis.

vtpote quod hodierna die ſanctificatæ ſint aquæ: fitque miraculum euidens, dum nihil temporis longinquitate aquarum illarum natura vitiatur, ſed integro anno atque adeo biennio & triennio ſæpe, quæ hodie fuit hauſta, incorrupta & recens permanet, ac poſt tantum temporis cum iis quæ nuper fuerint è fontibus eductę certat. Quámnam igitur ob cauſſam hæc Apparitio appellatur? quia nimirum non omnibus manifeſtus eſt redditus cũ partu eſt editus, ſed cùm eſt baptizatus: nã ad hũc vſque diem vulgo erat ignotus. Nam incognitum eum fuiſſe vulgo, neque quis nam eſſet pleroſque ſciuiſſe conſtat ex illis Ioannis Baptiſtæ verbis. *Medius veſtrùm ſtetit quem vos neſcitis.* Quid verò mirum ſi alij non noſſent, quando illum etiam ipſe Baptiſta ad eum vſque diem ignorabat? *Et ego neſciebam eum,* inquit, *ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.* Duas igitur eſſe apparitiones ex his liquet: ſed quánam de cauſſa venerit ad baptiſmum Chriſtus, nunc res poſtulat, vt dicamus, & ad quémnam baptiſmum venerit: nam & hoc operæpretium eſt cognoſcere. Vt igitur illud, ſic & hoc prius charitatem veſtram docere oportet: nam & ex hoc illud intelligemus. Iudaicum erat baptiſma, quod ſordes corporum, non peccata quæ in conſcientia reſident, abluebat. neque enim ſi quis adulterium perpetraſſet, neque ſi quis furti ſe alligaſſet, neque ſi quis aliud quippiã ſceleris admiſiſſet, eum criminibus expiabat: ſed ſi quis mortuorum oſſa tetigiſſet, ſi quis vetitos à lege cibos deguſtaſſet, ſi quis à corruptione adueniſſet, ſi quis cum leproſis verſatus eſſet lauabatur, & immundus erat vſque ad veſperam, deinde mundabatur. *Lauabitur enim,* inquit, *corpus eius aqua munda, & immundus erit vſque ad veſperam, & mundabitur:* non enim hæc verè peccatũ erant neque pollutio, ſed, quod imperfectiores eſſent, per huiuſmodi res eos efficiens religioſiores Deus, ad maiorum rerũ obſeruationem aptiores & diligẽtiores olim reddebat. Itaque Iudaica illa quidem expiatio nequaquã à peccatis liberabat, ſed à corporeis ſordibus tantum; noſtra verò talis non eſt, ſed multo maior, ac multa gratia referta: nam & liberat à peccatis, & animam emundat, & Spiritus gratiam largitur. Ioannis verò baptiſma Iudaico quidem multo ſublimius fuit, humilius verò noſtro, veluti pons quidam vtriuſque baptiſmatis huius, ab illo ad iſtud per ſe quaſi manu ducens: non enim eos vtique ad obſeruationem corporis purgationũ inducebat, ſed ab illis auocans cohortabatur & conſulebat, vt à vitio traducerentur ad virtutem, atq; in operum rectè factis ſpem ſalutis, nõ in diuerſis baptiſmis, & aquarum ablutionibus collocarent. Non enim dicebat, ablue veſtimenta tua, & laua corpus tuum, & mundus eris. quid ergo? *Facite fructum dignũ pœnitentia:* ac ſi hoc ſpectes, Iudaico ſublimius erat, humilius verò noſtro: quandoquidem neque Spiritum ſanctum dabat Ioannis baptiſma, neque remiſſionem per gratiam conferebat: pœnitentiam enim agere iubebat, non dimittendi poteſtate pollebat. Quapropter & aiebat, *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: ille autem baptizabit vos in Spiritu ſancto & igni.* Recordare mihi diei illius, quo Apoſtolis diſpertitæ linguæ apparuerunt tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum. Ac baptiſmum Ioannis imperfectum fuiſſe, neque Spiritus largitũ eſſe gratiam, neque remiſſionem peccatorũ, inde conſtat: cũ enim quoſdam diſcipulos offendiſſet Paulus, ait ad illos, *Si Spiritum ſanctum accepiſtis credentes? at illi dixerunt ad eũ, Sed neque ſi Spiritus ſanctus eſt audiuimus. ille verò ait, In quo ergo baptizati eſtis? qui dixerunt, in Ioannis baptiſmate. Dixit autem Paulus: Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ:* pœnitentiæ, nõ remiſſionis. quare verò baptizabat? *populo dicens, in eum qui venturus eſſet poſt ipſum, vt crederent, hoc eſt, in Dominum Ieſum. His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu. Et cũ impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos.* Vides, vt imperfectus fuerit Ioannis baptiſmus? ſi enim imperfectus non fuiſſet, non eos rurſus baptizaſſet Paulus, non ipſis manus impoſuiſſet: iam verò cùm vtrũque illud præſtiterit, apoſtolici baptiſmi excellentiam, atque illum multo inferiorem hoc fuiſſe declarauit. Verum ex his quidem quodnam ſit inter baptiſmos diſcrimen didicimus, quánam verò de cauſa Chriſtus baptizetur, & quonam baptiſmo, deinceps operępretium eſt dicamus. Neque Iudaico illo priori, neque hoc noſtro poſteriori: non enim remiſſione peccatorum indigebat: qui enim id fieri poſſet, cùm nullum in eo peccatum eſſet? *Peccatum enim,* inquit, *non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius:* & rurſus. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* neque Spiritus expers erat illa caro: qui enim eſſe poſſet, quæ à principio fuerat à Spiritu ſancto effecta. Si ergo neque Spiritus ſancti expers erat illa caro, neque obnoxia peccatis, qua de cauſſa baptizabatur? Verumtamen prius neceſſe eſt diſcamus quonam baptiſmate ſit baptizatus, tumque iſtud quoque manifeſtius euadet. Quónam igitur eſt baptizatus? neque Iudaico, neque noſtro, ſed Ioannis. quamobrem? vt ex ipſa baptiſmatis natura intelligas eum propter peccata non fuiſſe baptizatum, neque quod gratia Spiritus indigeret: nam vtriuſque horum expers erat hoc baptiſma, quemadmodum & iam à nobis demonſtratum eſt. Atq; ex his quidem liquet eum neque ad peccatorum remiſſionem, neque ad Spiritus largitionem obtinendam ad Iordanem veniſſe: ne verò quiſpiam ex iis, qui tunc aderant, exiſtimaret eum pœnitentiæ cauſſa ſicut cæteros aduentare, audi & hoc quo pacto Ioannes ante correxerit. qui enim aliis dicebat, *Facite fructum dignum pœnitentia,* audi quid huic dicat; *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* hoc verò dicebat declarans eum non ob eandem egeſtatẽ, ob quàm vulgus, veniſſe, tantumque abeſſe, vt idcirco baptizetur, vt vel ipſo etiam Baptiſta ſit maior, & ſine comparatione mundior. Quam igitur ob cauſſam baptizabatur, ſi neq; pœnitentiæ cauſſa, neque ob remiſſionem peccatorum, neque ad Spiritus copiam obtinẽdam id agebat? duas nimirum alias ob cauſſas; vnam quidem, quã dixit diſcipulus, alteram verò quam ipſe Ioanni indicauit. quámnam ergo cauſſam eſſe baptiſmi huius dixit Ioannes? vt innoteſceret vulgo, ſicut & Paulus dicebat, *quia Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ in eũ qui venturus eſſet poſt ipſum vt crederent;* hoc erat baptiſmatis illius officium. Etenim ſi ſingulorum ædes circumiret, & ad fores accedens foras exciret, diceretque Chriſtum tenens, Hic eſt filius Dei, ſuſpectum hoc redderet teſtimonium, & operoſum valde foret: ſin autem eo ſecum aſſumpto in ſynagogam ingrederetur, eumque indicaret, hoc quoque ipſum redderet teſtimonium ſuſpectum. quod verò populis omnibus ex vrbibus ſingulis ad Iordanem effuſis, & circa fluminis ripas verſantibus, cũ & ipſe vt baptizaretur veniſſet, ab audita de cœlo paterna voce fuerit commendatus, & illi in ſpecie columbæ deſcendens Spiritus ſanctus inſederit, id teſtimonium quod illi Ioannes dicebat, omni ſuſpicione liberabat. Propterea, *& ego,* inquit, *neſciebã eum;* dum fide dignum eſſe teſtimoniũ ſuum oſtendit. nam quoniam cognati erant inter ſe ſecundũ carnem; *Ecce enim Eliſabet cognata tua, & ipſa concepit filium,* inquit Angelus Mariæ de Ioannis matre: quãdo igitur cognatæ matres erant, liquet & paruulos cognatos fuiſſe. quoniam igitur cognati erant, ne

cognationis

Ioh. 1. 26.

Baptiſmi Ioannis & Chriſti differentia.

Leuit. 15. & 13.

Matt. 3. 8.

Mat. 3. 11.

Act. 2. 3.

Act. 19. 2.

Pet. 2. 22.

Ioan. 8. 46

Chriſtus quare voluerit baptizari.

Act. 19. 4.

Ioan. 1. 33

Luc. 1. 36.

A cognationis gratia teſtimonium dicere Chriſto videretur, ita diſpoſuit Spiritus gratia, vt omnem ętatē Ioannes ageret in deſerto: ne amicitię cauſſā aut ex compoſito talive quodam artificio perhiberi teſtimonium videretur: ſed tanquam à Deo admonitus eum renuntiaret. Propterea, *& ego*, inquit, *neſciebam eum.* vnde igitur didiciſti? Ioan. 1. *Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit:* Quid tibi dixit? *Super quē videris Spiritum deſcendentem quaſi columbam, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.* Vides idcirco veniſſe Spiritum ſanctum, nō quaſi tum primū adueniret, ſed vt eum, qui prædicabatur, quaſi intento digito volatu ipſo monſtraret, omnibuſque notum redderet? Hac igitur de cauſſa ad baptiſmū venit. Et verò aliā ob cauſam quā ipſe dicit. quænam illa porrò eſt? Cùm dixiſſet Ioannes, *Ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me*, reſpondit ipſe dicens, *Sine modò, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Vidiſti modeſtiam famuli? vidiſti domini humilitatē? quid tandem eſt, Implere omnem iuſtitiam? B Iuſtitia dicitur omnium Dei mandatorum adimpletio, Luc. 1. 18. vt cùm ait: *Erant iuſti ambo incedentes in mandatis domini ſine querela.* quando igitur iuſtitiam iſtam implere homines oportebat omnes, nemo autem illā perfecit, nec expleuit, vbi venit Chriſtus, hanc iuſtitiam implet. Quænam porrò hæc eſt iuſtitia, dicet aliquis, baptizari? Prophetæ parere iuſtitia erat: vt igitur circumciſus eſt & ſacrificium obtulit, & ſabbata obſeruauit & Iudaicas feſtiuitates impleuit: ita & hoc quod reſtabat adiunxit, vt prophetæ baptizanti obediret. Nam vt Dei voluntatem fuiſſe ſcias, vt tum baptiſmum ſuſciperent omnes, audi quid dicat Ioannes; *Qui miſit me baptizare in aqua*, & rurſus Chriſtus, Luc. 7. 29. *Publicani & turba iuſtificauerunt Deum baptizati baptiſmo Ioannis. Phariſæi autem & ſcribæ conſilium Dei ſpreuerunt non baptizati ab eo.* Si ergo iuſtitia eſt Deo parere, Deus autem Ioannem miſit, vt populū baptizaret, cum cęteris legis pręceptis hoc etiā Chriſtus impleuit. C Finge igitur ducentos eſſe denarios mandata legis, hoc debitum genus noſtrum perſoluere oportebat: non perſoluimus: coërcebat nos mors obnoxios illis criminibus; cùm veniſſet Chriſtus noſque coërcitos offendiſſet, æs alienum diſſoluit, debitum illud impleuit, & eos qui ſoluēdo non erant liberauit. idcirco non dixit, decet nos hoc vel illud facere, ſed implere omnem iuſtitiam. Me dominum decet, inquit, qui habeo pro iis, qui non habent, perſoluere. hæc eſt baptiſmatis occaſio, vt legem omnem videatur implere, & hæc, & illa cauſſa eſt, quę ante illam eſt allata. Quapropter & ſpiritus in ſpecie columbæ deſcendit: vbi enim eſt reconciliatio Dei, ibi & columba: nā Gen. 8. & arcæ Noe tempore ramum geſtans oliuę columba venit diuinæ benignitatis ſignum tempeſtatiſque ſedatæ. nunc quoque in ſpecie columbæ nō in corpore, hoc enim ſedulo notādum eſt, venit Spiritus Dei denuntians miſericordiam orbi terrarū, D ſimulque vitam ſpiritualem deſignans innocentem ac ſimplicem, minimeque malum eſſe oportere: Mat. 18. 3. quemadmodum & Chriſtus ait, *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Atque illa quidem arca tempeſtate ſedata māſit in terris, hæc verò arca diuina iracundia ſedata in cœlum abrepta eſt, & nūc in dextera patris immaculatum illud, & impollutum eſt corpus. In eos qui indignè communicant. Verumenimuero quādo de domini corpore facta eſt mentio, operæpretium eſt, vt vbi de eo pauca apud vos diſſeruerimus, orationi finē imponamus. Scio fore vt quàm plurimi apud nos ex feſti conſuetudine ad ſacram hanc menſam accurrant. ſane quidem expediret, id quod aliàs ſæpe dixi, vt feſta nequaquam obſeruarentur, quando communicare opus eſſet, ſed vt conſcientia mundaretur, ac tum ſanctum illud ſacrificium attingeretur. qui enim piacularis eſt & immundus, ne in feſto quidem æquum eſt, vt ſanctæ illius ac tremendę carnis particeps fiat: A qui verò mundus eſt, & accurata pœnitētia delicta abſterſit, cùm in ſolemnitate, tum ſemper dignus fuerit, qui myſterijs diuinis communicet, ac Dei donis perfruatur. Sed quoniam hoc neſcio quo pacto negligitur à quibuſdam, multiq; ſexcentis ſcatentes ſceleribus cùm aduentare feſta viderint, tanquam ab ipſa die protruſi, myſteria ſacra contingunt, quæ ne oculis quidem vſurpari ab his, qui ita fuerint affecti, fas eſt: eos quidem, qui manifeſti ſunt nobis, planè arcebimus: eos verò qui nobis ignoti ſunt, Deo relinquemus, qui mentis cuiuſque ſecreta nouit: id quidem certè in quo ab omnibus apertè peccatur, hodie conabimur emendare. Quodnam igitur illud peccatū eſt? quod cum tremore non accedamus, ſed calcibus impetentes, percutientes, ira turgentes, clamantes, cōuiciantes, proximum trudentes, perturbatione repleti. hæc & ſæpe dixi, & dicere non ceſſabo. Nónne videtis in Olimpicis certaminibus dum capite B coronam geſtans, amictus ſtola, virgam manu tenens Agonotheta per forū incedit, quanta ſit trāquillitas ac modeſtia, dum præco voce denuntiat, vt omnes ſileant ac decenter quieſcant? Cū non igitur abſurdum videatur, vt vbi triumphat diabolus, tranquillitas tanta ſit ac ſilentium; vbi verò Chriſtus ad ſe vocat, tumultus plurimus audiatur? In foro ſilentium, & in Eccleſia clamor: in pelago tranquillitas, & in portu tempeſtas. Quid quęſo tumultuaris mi homo? quid te vrget? negotiorum nimirum auocat te neceſſitas. an verò tu illa tibi hora vlla eſſe negotia arbitraris? an tu te omnino in terris eſſe meminiſti? an te cū hominibus verſari cenſes? quis hoc non ſaxeæ mentis eſſe dicat illo ſe tempore in terris conſiſtere arbitrari, non cum angelis choreas ducere, cum quibus myſticū illum hymnum pronuntiaſti; cum quibus Deo cāticum illud triumphale ceciniſti? Propterea & nos aquilas Chriſtus appellauit, cùm dixit, *vbi cadauer*, Luc. 17. 37 C *ibi congregabuntur & aquilæ*; vt in cœlum aſcendamus, vt in altum euolemus ſpiritus pennis ſubuecti: at nos contra ſerpentum in morem humi ſerpimus, terramq; manducamus. Vultis dicā vnde tumultus & clamor oriatur? quòd non toto ſacri tempore vobis fores occludamus, ſed ante poſtremam gratiarum actionē reſilire vos, domumque redire patiamur, quod & ipſum non mediocrem contēptum habet. In eos qui ex templo ante finem diuini officii recedunt. Quid facis mi homo? præſente Chriſto, aſtātibus angelis, propoſita iſta tremenda mēſa, dum adhuc fratres tui myſterijs initiantur, tu relictis illis abſcedis? Atqui ad prandium quidem ſi vocatus fueris, tametſi prius ſaturatus ſis, recūbentibus cæteris non audes ante amicos diſcedere: hic verò dum Chriſti myſteria celebrantur, dū ſanctum illud ſacrificium adhuc peragitur, omnia in medio derelinquis & abſcedis? quis hæc tandē venia digna cenſuerit? quis defenſione purgarit? D Vultis dicam cuiuſnā opus perficiant illi qui ante complementum finemque diſcedunt, neq; cœna abſoluta gratiarum actionis hymnos offerunt? durum fortaſſe odioſumque videbitur quod ſum dicturus, ſed neceſſe eſt tamen ob plerorumque negligentiam dicatur. Quando vltimæ cœnæ cōmunicauit Iudas nocte illa poſtrema, cæteris omnibus recumbentibus, ipſe ſe proripiens exceſſit: illum imitantur & iſti qui ante vltimam gratiarum actionem diſcedunt. niſi enim exiiſſet ille, proditor factus non eſſet: niſi condiſcipulos deſeruiſſet, non periiſſet; niſi ſeipſum extra ouile proripuiſſet, non eum lupus ſolum offendiſſet, atque deuoraſſet; niſi ſeipſum à paſtore ſegregaſſet, belluæ præda factus non eſſet. Idcirco nimirum ille cum Iudæis, iſti verò cum domino hymno dicto exierunt. Vides vt extrema illa poſt ſacrificium oratio ad illud fiat exemplum? Nunc igitur, dilectiſſimi, hæc mente verſemus: hæc apud nos cogitemus, & hunc propoſitā ſceleri damnationem reformidemus.

mus. Ipſe ſuam tibi carnem largitur, at tu ne verbis quidem eum remuneraris, neque pro iis quæ accepiſti gratias agis? atqui dū hoc corporeo veſceris cibo, poſt menſam ad orationem te conuertis: dum verò ſpiritualis & omnem creaturam cū eam quæ cernitur, tum eam quæ ſub oculos minimè cadit, excedētis ſis particeps, tametſi homo ſis & vilis naturæ, non expectas vt gratias agas & verbis & factis? quid eſt aliud extremo ſupplicio ſeſe obnoxium reddere? Hæc ego dico non vt laudetis ſolùm, neque vt tumultuemini & clametis, ſed vt cùm tempus exegerit, horum memores verborū conuenientem modeſtiam præ vobis feratis. Myſteria & dicuntur & ſunt; vbi verò ſunt myſteria, multum ſilentium eſt: cum multo ergo ſilentio, cum multa modeſtia decentiq́ue reuerentia ſanctum hoc ſacrificium attingamus, vt maiorem nobis Dei beneuolentiam conciliemus & animam purgemus, æternaque bona conſequamur; quæ, nos omnes vt obtineamus, faxit gratia & benignitas Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri, ſimulq́; Spiritui ſancto, gloria, imperium, & adoratio, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorū. Amen.

AD EOS, QVI OBIICIVNT, CVR E MEdio ſublatus non ſit diabolus, & quod huius malitia nihil nos lædat, ſi attendamus, & de pœnitentia.

EODEM INTERPRETE.

Gen. 27. ISAAC quidem cùm exoptaſſet aliquando prandium filij manibus paratum comedere, filiū ex ædibus ad venationē emiſit: hic verò noſter Iſaac cùm exoptaſſet prādium ſumere manibus noſtris paratum, non ex ædibus nos emiſit, ſed ipſe noſtram ad menſam accurrit. Quis maiorem paternum amorem vnquam exhibuit? quis humilitatē maiorem eo, qui tam ardentem dignatus eſt oſtendere charitatem, tantumq́ue voluit ſe demittere? Quamobrem nos etiam, qui & vocis intentionem, & multorum virtutem matutina ſermocinatione depreſſimus, paterni vultus aſpectu recreati, continuo infirmitatis obliti ſumus, torporem excuſſimus, voluptate commoti ſumus & erecti, candentē vidimus canitiem, & anima noſtra luce repleta eſt. Propterea quoque prompto & alacri animo menſam apponimus, vt nos, cùm comederit, benedicat. Non hic furtum eſt & dolus, vt illic tum fuit: alius quidem afferre iuſſus eſt, alius verò attulit; ſed ego afferre iuſſus ſum, ego quoque attuli. Tu verò benedictione ſpirituali benedic nobis pater, quam ſemper accipere optamus omnes, quæque non modò tibi, ſed & mihi, & omnibus his ſit vtilis: communem omnium noſtrum dominum precare, vt vitam tuam ad prolixam Iſaac ſenectutē producat: hoc enim & mihi & iſtis rore cœli ac pinguedine terræ multo pretioſius eſt & fructuoſius. Verumenimuero iam tempus eſt, vt menſam apponamus: quæ porro illa eſt? reliquiæ nimirum eorum, quæ nuper charitati veſtræ dicta ſunt: adhuc enim, adhuc, inquam, de Diabolo ſermonem habemus, quem ante duos hos dies inſtituimus, quem & mane ad eos habuimus, qui myſteriis initiantur, cùm de abrenuntiatione, deq́ue aggregatione apud iſtos diſſereremus. Hoc autem agimus, non quod delectet nos de Diabolo verba facere, ſed quod tuta ſit nobis, quæ de eo doctrina profertur. Eſt enim inimicus & hoſtis noſter: illud porro ſecuritatem magnam parit, ſi nobis res inimicorū plane ſint notæ. Diximus nuper eum per violentiā minimè vincere, neque per tyrannidem, neq; neceſſitatem afferendo, nec cogendo: quoniam ſi ita eſſet, omnes vtique perderet: huiuſque rei protulimus argumētum porcos, in quos nihil agere dæmones potuerunt, antequā à domino permiſſum eſſet, armenta Iob, & greges; neque enim hæc diabolus auſus eſt perdere, quouſque deſuper poteſta-

Diabolus nobis inuitis nihil poteſt.

Mat. 8. 31.

Iob 1. 16.

A tem accepit. Vnum igitur hoc primum didicimus eum per vim aut neceſſitatem non vincere. Secūdum poſt illud addidimus, eū quamuis fraudibus vincat, non tamen hac ratione cunctis ſuperiorem euadere, & rurſus athletam ipſum in medium protulimus Iob, cui licet mille machinas admouerit, non eum tamē hac ratione ſuperauit, ſed & victus abſceſſit. Vna iam reſtat quæſtio; quænam illa tandem? quod licet per vim, inquiunt, non vincat, attamen fraudibus vincit: ideoque melius foret, vt penitus deletus eſſet. Quamuis enim Iob ſuperior etiam euaſerit, Adam tamen deceptus eſt & ſupplantatus. Quod ſi ſemel è medio ſublatus eſſet, ne Adam quidem ſupplantatus vnquam fuiſſet: iam verò, dū manet, ab vno quidem ſuperatur, ac multis ſuperior euadit: decem illum vincunt, ſed ab eo mille ſuperantur, & expugnantur: ſin autem illū è medio ſuſtuliſſet, neque mille iſti periiſſent. quid igitur ad hoc reſpondebimus? multo nimirū pluB ris eſſe faciendos, qui vincunt, quàm qui ſuperantur, licet hi plures ſint, illi pauciores, *Melior eſt enim,* inquit, *vnus, qui faciat voluntatem Dei, quàm mille iniqui.* Deinde verò quod aduerſario ſublato victor ipſe per illud damno afficiatur. Nam ſi aduerſarium quidē manere permittas, ignauiores non ob eos, qui magis ſtrenui ſunt, ſed ob ignauiam ſuam damna patiuntur: ſin autem ſuſtuleris aduerſarium, qui magis ſtrenui ſunt, ob ignauos afficiuntur iniuria, neque virtutis ſuæ ſpecimen edunt, neque coronas adipiſcuntur. Nondum fortaſſe percipitis, quæ dixi: quamobrem clarius eadem eſt neceſſe dicātur. Sit vnus aliquis aduerſarius: ſint etiam athletæ duo qui cum eo ſint luctaturi, atque ex his duobus athletis vnus quidem ſit ingluuie corruptus, contemptus, viribus defectus, eneruatus: alter verò qui ſtrenue ſe gerat, bene habito ſit corpore, in palæſtra verſetur, in multis gymnaſiis, omniq; ſe athletica exercitatione corroboret: ſi aduerſariū erC go ſuſtuleris, vtri horum iniuriam inferes? num ignauo & negligenti, an verò ſtrenuo, quique tot labores exantlauerit? haud dubium, quin ſtrenuo: nam hic quidem propter ignauū aduerſario ſublato damnum eſt paſſus, atque ignauus illo manēte non iam ob ſtrenuum iniuria eſt affectus: quippe qui propter ignauiam ſuam conciderit. Dicam & aliam quęſtionis huius ſolutionem, vt intelligas non diabolum iniuriam inferre, ſed propriam ignauiam eos, qui minime attenti ſunt, vbique ſupplantare. Relinquatur diabolus admodum malus non natura, ſed animi propoſito ac ſententia. Malum enim natura non eſſe diabolū ex nominibus ipſis cognoſce. Diabolus namque, hoc eſt accuſator, dictus eſt ab accuſando: hominem enim apud Deum accuſauit. *Non gratis Iob te colit?* inquiens; *ſed mitte manum tuam, & tange, quæ habet: ſi non in faciem te blaſphemabit:* accuſauit rurſus Deum apud hominē, *Ignis cecidit de cælo,* inquiens, *& combuſſit oues:* ſiquidem D illi perſuadere nitebatur, deſuper è cœlis bellum iſtud in eum eſſe commotum, & ſeruum cum domino collidebat, dominumq́ue cum ſeruo, immo verò non collidebat, ſed conatus eſt quidem, at nō valuit: vt cùm alterum videris ſeruum cum domino commiſſum, & odio in eum commotum, Adā ſcilicet in Deum, eiuſque calumniæ fidem adhibentem, non ex propria virtute, ſed ex illius eum ignauia, ſocordiaq; diſcas robur acquiſiuiſſe. Diabolus igitur idcirco dictus eſt, id eſt accuſator: porro accuſare, & non accuſare natura non eſt, ſed actio quæ fit, & eſſe deſinit; quæ accidit & accidere deſinit: res autem eiuſmodi nō naturæ neque ſubſtantiæ conditionem ſunt nactæ. Scio multis comprehenſu difficilem hunc eſſe de ſubſtantia deque accidentibus ſermonem: ſed ſunt qui ſubtilius audire poſſunt; quam ob cauſam & nos hęc diximus. Vultis & ad alterum nomen veniam, ac videbitis illud quoque non ſubſtantiæ neque naturę nomen

Eccli. 16.

Iob. 1. 16.

eſſe?

eſſe? Malus vocatur: malitia verò non eſt naturæ, A
ſed arbitrij ac propoſiti:nam & ipſa nonnunquam
ineſt,& nonnunquam ineſſe deſinit. Noli enim di-
cere in illo eam perpetuo manere: nam & in illo
ab initio non fuit,ſed poſtea acceſſit, quamobrem
& Apoſtata dicitur: tametſi cùm multi ſint homi-
nes mali, ſolus ille per excellentiam Malus dici-
tur. Quam tandem igitur ob cauſſam ſic appella-
tur? quod nullatenus à nobis iniuria laceſſitus, cũ
nihil exiguum, nihil magnum poſſet obiicere, cũ
honore affectum vidiſſet hominem,continuo bo-
nis eius inuidit. Quid igitur hac malitia nequius
fingi poſſit, quàm cũ nulla legitima de cauſa odiũ
Creaturæ ideò malæ non ſunt, licet iis quidam abutantur. ac bellum exoritur? Relinquatur itaque diabolus,
& creaturam in medium proferamus,vt intelligas
non cauſſam nobis malorum eſſe diabolum,ſi ani-
mum attendere velimus: vt intelligas eũ,qui pro-
poſito animi eſt imbecillis,negligens, & ignauus,
etiamſi diabolus non ſit,concidere & in multa vi-
tiorum barathra ſeipſum præcipitem agere. Dia-
bolus malus eſt, ſcio equidem,& in confeſſo eſt a- B
pud omnes:ſed attende diligenter ad ea,quæ nunc
dicturi ſumus: non enim res ſunt vulgares, ſed de
quibus à multis ſæpenumero multis in locis ha-
bentur ſermones;de quibus multa ſæpe contentio
& bellum exoritur, non fidelibus tantũ aduerſus
infideles, ſed & fidelibus aduerſus fideles : hoc e-
nim eſt,quod dolorem inurit. Diabolũ igitur ma-
lum eſſe fatẽtur omnes: quid de creatura iſta bona
& admiratione digna dicemus? an etiam malã eſſe
creaturam? & quis ille adeo ſceleſtus? quis adeo
ſtupidus, ac mente captus, vt creaturam accuſet?
quid ergo de illa dicemus? non enim mala eſt, ſed
& bona, & ſapientiæ Dei,virtutis, ac benignitatis
eſt argumẽtum. Audi ergo quo pacto illam admi-
Pſal. 103. 24. retur Propheta dicens, *Quã magnificata ſunt opera tua
Domine! omnia in ſapientia feciſti.* non ſingillatim per-
currit, ſed incomprehenſibili diuinæ ſapiẽtiæ im-
Sap. 15.5. menſitati ceſſit. Vtiliter autem adeo bonam & ma-
gnificam illam à Deo factam eſſe vt noueris, audi
Rom. 1.20 quempiam dicentem, *Ex magnitudine & ſpecie creatu- C
rarum per proportionem creator illarum videtur:* audi Pau-
lum dicentem, *Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per
ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* Horum enim
quiſque per ea, quæ dixit, nos ab ea quaſi manu du-
ci ad Dei cognitionem ſubindicauit,quod illa effi-
ciat, vt dominum agnoſcamus. Quid igitur? ſi bo-
nam hanc & admirabilem creaturam multis im-
pietatis cauſſam extitiſſe videamus, num illam ac-
cuſabimus? nequaquam, ſed eos qui medicina, vt
oportuit, non ſunt vſi. Quomodo ergo cauſſa im-
pietatis erit illa, quæ ad Dei cognitionem nos pro-
Rom. 1.21 uehit? *Obtenebrati ſunt,* inquit, *in cogitationibus ſuis philoſo-
phi, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori.*
nuſquam diabolus hic, nuſquam hic dęmones, ſed
creatura ſola diuinæ cognitionis magiſtra in me-
dio propoſita eſt. Quonam ergo pacto cauſſa im-
pietatis eſt facta? non ex natura ſua, ſed ex eorum D
incuria, qui ad res ſuas attenti non erant. Quid igi-
tur? tollemúſne quæſo creaturã quoque? ſed quid
ego de creatura loquor? ad membra noſtra venia-
mus: nam & ipſa cauſſam eſſe perditionis reperie-
mus, niſi animum attendamus, non ex propria na-
tura, ſed ex ignauia noſtra. Ac vide quęſo, datus eſt
oculus, vt creaturam intuens Dominum glorifi-
ces: at ſi oculo rectè non vtaris, adulterii tibi con-
ciliator euadit. Lingua verò data eſt, vt laudes, vt
celebres creatorem: at ſi rectè non attendas, blaſ-
phemię tibi fit cauſa. Manus datę ſunt, vt ad preces
illas extendas: ſed ſi ſobrius non ſis, ad rapinã eas
extendis. Pedes dati ſunt, vt ad bona opera curras;
ſed ſi negligens fueris, eorum ope malas actiones
exequeris. Vides infirmum cuncta lædere? vides
infirmum remedia ſalutaria præcipitem in mortẽ
agere, non ex natura ſua, ſed ex illius imbecillita-
te: Cœlum condidit Deus, vt opus admirans Do-

A minum adorares: at alii conditore derelicto cœlũ
ipſum adorarunt: id verò propter eorum ignauiã
& inſipientiam accidit. Sed quid ego creaturam
dico? enimuero quid ſalutarius cruce fieri poſſit?
atqui crux iſta ſcandalum infirmis eſt facta. *Verbũ* 1. Cor. 1. 18.
*enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt; iis autem qui ſalui
fiunt, Dei virtus eſt;* & rurſus, *Prædicamus Chriſtum crucifi-
xum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam.*
Quid ad docendum aptius Paulo fingi poſſit & A-
poſtolis; at illi Apoſtoli multis odor mortis ſunt
facti: ait igitur, *Aliis quidem odor mortis in mortẽ: aliis autẽ* 2. Cor. 2. 16.
odor vitæ in vitam. vides infirmum à Paulo etiam læ-
di, validum autem ne à diabolo quidẽ affici dam-
no? Vis etiam de Chriſto ſermonem inſtituamus?
quid cum illa ſalute conferri poteſt? quid aduentu
Chriſti fructuoſius? atqui hic ipſe aduentus ſaluta-
ris, & vtilis, multis acceſſio pœnarum eſt factus.
In iudicium enim, inquit, *in hunc mundum veni: vt qui non* Ioã. 9. 39.
vident, videant, & qui vident cæci fiant. quid ais? lux cæci-
tatis cauſſa facta eſt? non lux facta eſt cauſa cæcita-
B tis, ſed oculorum animæ imbecillitas recipere lu-
men non valuit. vides infirmum vndique lædi; va-
lidum autem vndique vtilitatem decerpere? vbiq;
namque voluntas eſt in cauſſa, vbique noſtrum ar-
bitrium eſt auctor: quandoquidẽ diabolus, ſi noſſe
velis, etiam vtilis nobis eſt, ſi eo, prout oportet, v-
tamur, magnamque nobis vtilitatem parit, neque
mediocre nobis inde lucrum obuenit. Hoc mul-
toties & ex ipſo Iob oſtendimus: poteſt autem ex
ipſo quoque Paulo intelligi: ſic enim ait de forni-
catore ſcribens, *Tradite huiuſmodi Satanæ in interitum* 1. Cor. 5. 5
carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit. ecce etiam ſalutis auctor fa-
ctus eſt diabolus: tametſi non ex ipſius mente, ſed
ex artificio Apoſtoli. Nam quemadmodum medi-
ci viperas ſumunt, & pernicioſis membris reſectis
theriaca medicamenta conficiunt: ita quoq; Pau-
lus fecit; quicquid inerat vtile ex illato à diabolo
ſupplicio ſumens reliquum omiſit. Vt enim intel-
ligas non eſſe ſalutis auctorem diabolum, ſed illũ
in id incubuiſſe, vt hominem perderet ac deuora-
C ret, Apoſtolum autem ſapientia ſua gulam ei fre-
giſſe, audi quid in ſecunda ad Corinthios epiſtola
de eodem fornicatore dicat: *Confirmate in illum chari-* 2. Cor. 2. 8
*tatem, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmo-
di eſt, & circumueniamur à Satana:* præripiamus ex bel-
luæ faucibus hominem. Tanquam enim carnifice
perſæpe diabolo vſus eſt Apoſtolus: carnifices au-
tem maleficos quidem puniunt, at non quantum
volunt, ſed quantum iudices ſinunt: ea quippe lex
eſt carnificis, vt ad iudicis nutum attendens pœnã
inferat. Vides ad quantam aſcenderit Apoſtolus
dignitatem? qui circũdatus erat corpore, incorpo-
reo tanquam carnifice vtebatur; & quod diabolo
communis dominus Iob ita præcipiens ait, *Tange* Iob. 2. 6.
carnem eius, verumtamen animam eius ne tetigeris, limites
ipſi menſuraſque pœnarum præſcribens: ne cùm
procax & effrenata ſit bellua, inſolentius impetũ
D faciat: hoc etiam agit Apoſtolus, cùm enim tradi-
diſſet ei fornicatorem, ait, *In interitum carnis,* hoc eſt, 1. Cor. 5. 5
Animam eius ne tetigeris. Vides auctoritatẽ ſerui?
noli ergo diabolum timere, licet incorporeus ſit:
impegit enim; at nihil imbecillius eſt eo, qui im-
pegerit, licet minimè corpore ſit circũdatus; quẽ-
admodum neque robuſtius eſt quicquam eo, qui
liberè & cũ fiducia poſſit agere, licet mortale cor-
pus circumferat. Hæc à me nũc dicta ſunt omnia,
non vt diabolum crimine liberarẽ, ſed vt eos ab
ignauia liberos redderem: ſiquidem magnopere
contendit ille, peccatorũ vt noſtrorum in ipſum
culpam reiiciamus: vt hac ſpe lactati, cum omne
genus ſcelerũ peruaſerimus, multa ſupplicia no-
bis augeamus, nec vllam ideò veniã impetremus,
quod culpam in eũ tranſtulerimus, ſicut nec Eua
impetrauit. Nos verò nequaquam id agamus, ſed
nos ipſos agnoſcamus, vulnera agnoſcamus: ſic e-
nim & medicamenta poterimus adhibere: nã qui

morbum

morbum non nouit, nihil de ægritudine ſollicitus A
Adhortatur ad pœnitentiam ob vitæ inſtabilitatẽ erit. Multa peccauimus, ſcio equidẽ, omnes enim
pœnis obnoxij ſumus: at venia nobis negata non
eſt, nec à pœnitentia excidimus, adhuc enim ſta-
mus in ſcammate, & in pœnitentiæ certaminibus
verſamur: Senex es, atque ad ipſum exitum vitæ
perueniſti, ne tum quidem à pœnitẽtia te arbitre-
ris excidiſſe, neque de tua ſalute deſperes, ſed la-
tronis tibi veniat in mentem, qui in cruce liber-
tate donatus eſt. Quid enim breuius illa hora, in
qua coronatus eſt? attamen hæc etiam illi ad ſalu-
1. Theſ. 5. 2 tem ſuffecit. Iuuenis es? noli confidere iuuentuti,
nec exiſtimes longum te vitę ſpatium habiturum:
dies enim Domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Propterea
incertum nobis obitum reddidit, vt certum ſtudiũ
ac ſollicitudinem adhibeamus. Non vides eos, qui
præmaturo in dies obitu abripiuntur? idcirco ad-
Eccl. 5. 7. monet quidam, *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne
differas de die in diem: ne fortè, dum cunctaris, conteraris:* ad-
hortatio illa ſeni adhibeatur, hac iuuenis admoni-
tione doceatur. At in tuto verſaris, & diuitiis af-
fluis, pecunijs redundas, neque mali tibi quicquam
1. Theſſ. 5. 33. accidit: verum audi, quid dicat Paulus: *Cùm dixerint
pacem & tranquillitatem; tunc repentinus eis ſuperueniet inte-
ritus.* Multa laborãt viciſſitudine ac mutatione res
hũmanæ: non eſt in poteſtate noſtra obitus, ſit in
poteſtate noſtra virtus: benignus eſt Dominus no-
ſter Ieſus Chriſtus. Vultis etiam pœnitentiæ vias
commemorem? multæ ſane ſunt illæ, varię, ac dif-
ferentes, & omnes ad cœlum ducunt. Prima eſt
Eſa. 43. 26 pœnitentiæ via damnatio peccatorum: *Dic enim tu
primus peccata tua, vt iuſtificeris.* Propterea quoque di-
Pſal. 31. 5. cebat Propheta: *Dixi, pronuntiabo aduerſum me iniuſtitiam
meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* Dãna
igitur & tu ea, in quibus peccaſti: hoc domino ſuf-
ficit ad excuſationem: qui enim ea damnat, in qui-
bus peccauit, tardius in eadem rurſus incidit: do-
meſticum accuſatorem excita conſcientiam tuã,
ne accuſatorem illic habeas coram domini tribu- C
nali. Hæc igitur vna eſt optima pœnitentiæ via: ad-
huc autem & altera eſt nihilo inferior iſta, vt ac-
ceptarum ab inimicis iniuriarum memores non
ſimus, vt iræ imperemus, vt conſeruorum peccata
dimittamus: ſic enim & quæ in dominum cõmiſſa
fuerint, dimittentur: en alteram etiam peccatorũ
Mat. 6. 19. expiationem. *Si enim dimiſeritis,* inquit, *debitoribus ve-
ſtris, dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis.* Vis & tertiam
pœnitentiæ viam diſcere? oratio feruens, & accu-
Luc. 18. 3. rata, atque ex intimo corde promanans. Non tu
viduam illam vidiſti, quo pacto impudentem ſibi
iudicem illum conciliarit? at tu manſuetũ nactus
es dominum, bonum, & clementem: illa aduerſus
inimicos poſtulabat; tu verò non aduerſus inimi-
cos, ſed pro tua ſalute poſtulas. Quod ſi quartam
etiam noſſe velis, eleemoſynam dicam: multam e-
nim ea & copioſam vim habet: ſiquidẽ Nabucho-
donoſori, qui ad omne improbitatis genus proue-
Dan. 4. 24. ctus erat, ait Daniel: *Rex conſilium meum placeat tibi: pec-* D
*cata tua in eleemoſynis redime, & iniquitates tuas in miſera-
tionibus pauperum.* Quid cum hac benignitate cõferri
queat? poſt innumera peccata, poſt tot & tantas ini-
quitates placatum iri ſe pollicetur ei, qui offende-
Luc. 18. 13 rat, ſi erga conſeruos ſuos benignè ſe geſſerit. Et
verò ſi modeſtè agat quis, & humilis ſit, hoc non
minùs quàm quæ dicta ſunt omnia, peccatorum
naturam abſumit: cuius rei teſtis eſt publicanus,
qui rectè facta quidem commemorare non pote-
rat, ſed omnium loco humilitatem obtulit, & gra-
Quinque pœnitentiæ viæ. ue peccatorum onus depoſuit. Ecce quinque pœ-
nitentiæ vias indicauimus: primam peccatorum
damnationem, ſecundam, cum proximis peccata
dimittimus, tertiã, quæ in oratione conſiſtit, quar-
tam, quæ in eleemoſyna, quintam, quæ in humili-
tate. Noli igitur otiari, ſed quotidie per has omnes
incede: ſunt enim faciles viæ, neque paupertatem
potes obtendere: ſed licet in egeſtate grauiori vitã

A traducas, & iram deponere, & humilitatem præte-
ferre poteris, & aſſiduè precari, & peccata damna-
re, neque paupertas vſpiam impedimentũ affert:
quid dico hic, quandoquidem nec in illa pœnitẽ-
tiæ via, in qua pecunias licet erogare, eleemoſy-
nam dico, ne illic quidem nobis ad mandatum ex-
equendum obiicit impedimentum paupertas? id
verò vidua demonſtrauit, quæ duo minuta miſit.
Cùm igitur aſſiduam hanc vulnera noſtra curan-
di rationem didicerimus, hæc medicamenta adhi-
beamus, vt vera ſanitate recuperata ſacra menſa
cum fiducia fruamur, & multa cum gloria Chriſto
regi gloriæ occurramus, æternaque bona conſe-
quamur, gratia, miſericordia, & benignitate Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo Pa-
tri gloria, vnà cum ſancto, bono, ac viuifico Spiritu
nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

*AD EOS, QVI AD MISSAS NON OC-
B currerunt, & quod Filius Patri ſit conſubſtantialis, demon-
ſtratio, quodque ea, quæ humiliter ab eo dicta ſunt & fa-
cta, non propter imbecillitatem potentiæ, vel vt minor
cenſeatur, facta ſint, & dicta, ſed propter diuerſas
diſpenſationum rationes, ex diſputatione de in-
comprehenſibili & conſequenter, Oratio VII.*

Interprete Frontone Ducæo, Societ. Ieſu Theol.

ITERVM Circenſia, iterumque nobis imminutus
eſt conuentus: immo verò quamdiu vos adeſtis,
fieri nequit, vt imminuatur. Nam quemadmodum Simile.
agricola ſi fruges adultas viderit & maturas, quod
cadant folia, non admodum curat: ſic nimirum &
ego cùm fructus nobis adſit, non ita doleo, dum
folia nobis abripi cerno. Mihi quidem propter il-
lorum negligentiam dolet, veruntamen concc-
ptum ob illos dolorem mitigat veſtræ alacritas
caritatis. Enimuero illi quantumuis aduenerint a-
liquando, ne tum quidem adſunt, ſed hic quidem
C corpus eorum eſt ſitum, mens autem foris vaga-
tur: at vos licèt abſitis aliquando, tunc etiam ad-
eſtis: corpus enim veſtrum foris, mens autem hic
veſtra verſatur. Statueram equidem prolixam in
illos orationem habere; ſed ne, dum minimè præ-
ſentes, nec audientes increpo, cum vmbra videar
depugnare, his ſermonibus in illorum aduentum
reſeruatis, ad conſuetum ſcripturæ pratum ac pe-
lagus caritatem veſtram deducere Deo fauente
conabor. Sed attendite animum, atque vigilate:
nam inter eos quidem, qui nauigant, licet dormiãt
omnes, ſi ſolus vigilet gubernator, nullum eſt pe-
riculum, dum illius vigilantia & ars nauigio pro
omnibus ſufficit: hic verò non ita: ſed licet vigilet
orator, niſi vigilantiam eandem exhibeant audi-
tores, demerſus hic ſermo noſter peribit, neque
mentem vllam, à qua poſſit excipi, nanciſcetur.
Quapropter ſobrios eſſe nos ac vigilantes opor-
tet: ſiquidem præſtantioribus in rebus negotiatio
D noſtra conſiſtit, nec ad aurum vel ad argẽtum, vel
ad res pereuntes, ſed ad futuram vitam & cœleſtes
theſauros adipiſcendos nauigamus, multoq; plu-
res hic quàm in mari vel in terra ſunt viæ: quod ſi
quis accuratè illas tenere neſciuerit, acerbiſſimũ
naufragium patietur. Quotquot igitur nobiſcum
nauigatis, ne confidentiam vectorum, ſed vigilã-
tiam & ſollicitudinem exhibete gubernatorum:
nam & illi dormientibus cæteris omnibus ad gu-
bernacula ſedent, neque vias tantum inter vndas
circũſpiciunt, ſed & in cœlum ex tanto reſpiciunt
interuallo, ac veluti manu quadam à ſtellarũ cur-
ſu deducti nauim cum ſecuritate moderantur: ne-
que pelagus imperitus vllus interdiu tam intrepi-
de poſſet intueri, atque illi ſumma cum tranquil-
litate media nocte, cum mare terrorem incutit
maxime, vigilantes pacate ſuam artem exercent,
& non ſemitas ſolum inter vndas, neque curſus
aſtrorum, ſed & ventorum exitus circumſpiciunt:

tantaque

Digitized by Google

A tantáque virorum illorum eſt ſapientia, vt ſæpe
ventorum impetum vehementius ingruentem ac
nauigium ſubuerſurum crebris velorum muta-
tionibus excipiẽtes ſolerter periculum omne de-
pellant, & violentis ventorum incurſibus artem
ſuam opponentes tẽpeſtati nauim eripiant. Quod
ſi pro mundanis illi rebus ſubiectum hoc ſenſibus
mare nauigantes, animo ſemper ſunt adeo vigi-
lanti, multo magis ita nos eſſe comparatos opor-
tet: cùm periculum negligentibus maius immi-
neat, maiórque ſecuritas vigilantibus. Nam neque
ex aſſeribus noſtra hæc cymba compacta eſt, ſed
ex diuinis eſt conglutinata ſcripturis, nec illam
ſtellæ superne deducunt, ſed hanc nobis ſol iuſti-
tiæ nauigationem moderatur: neque Zephyri fla-
tus ſed lenem Spiritus auram præſtolantes ad gu-
bernacula ſedemus. Vigilemus itaque, viaſque di-
ligenter circumſpiciamus: nam de vnigeniti glo-
ria rurſus nobis eſt ſermo, ſiquidem angelorum,
archangelorum, & omnis, vt ſummatim dicam,
B creaturæ captum incredibilem in modum ſupe-
rare ſubſtantiam Dei, nec ab illa comprehendi
poſſe, atque Vnigenito ſoli, ſimulque Spiritui ſan-
cto cognitam & perſpectam eſſe oſtendimus: nunc
autem ad alteram partem certaminis oratio tra-
ducitur: quærimus enim an eiuſdem virtutis, an
eiuſdem potentiæ ſit, an eiuſdem cum Patre ſub-
(Filium Patri conſubſtantialem oſtendit.) ſtantiæ Filius: imò verò non quærimus, ſed Chri-
ſti beneficio iam inuenimus, & firmiter tenemus,
ſed ad hoc ipſum demonſtrandum ijs, qui nimis
impudenter his ſe opponũt, iam nos accingimus.
Enimuero pudet me, ac robore ſuffundor, cùm
eiuſmodi ſum orationem ingreſſurus: quis enim
eos non rideat, qui res adeo claras probare ac de-
monſtrare conentur? quis inquam eos non dãnet,
qui quærunt num conſubſtantialis Patri ſit Filius?
id enim eſt non ſcripturis ſolùm, ſed & communi
hominum omnium ſententiæ ac rerum naturæ
aduerſari. Nam eiuſdem eſſe eum cum ſuo geni-
C tore ſubſtantiæ, qui genitus eſt non in hominibus
ſolùm, ſed & in cunctis animantibus, & in arbori-
bus cernere licet. An non igitur abſurdum eſt, ſi
cùm in plantis, in hominibus & animalibus im-
mota lex iſta maneat, in Deo tantum eam mouere
velis & ſubuertere? Sed ne videamur ex rebus tã-
tum, quæ apud nos ſunt, hæc confirmare, age du-
ctis ab ipſis ſcripturis argumentis id oſtendamus,
& de his ſermonem inſtituamus. Neque enim nos,
qui perſuaſi ſumus, ſed illi increduli riſu digni iu-
dicabuntur, qui rebus à Deo claris & euidentibus
(Aliter homines, aliter filius Dei ſortiũtur, filij appellationem.) ſe opponunt, ac veritati aduerſantur. Quas tu res
claras, inquiunt, narraſti? ſi enim propterea quod fi-
lius dicitur, conſubſtantialis eſt Patri, poterimus
nos quoque conſubſtantiales eſſe: nam & nos filii
dicimur: *Ego enim dixi*, inquit, *Dij eſtis, & filij Excelſi om-*
(Pſal. 81. 6.) *nes.* O impudentiam! ò dementiam ſummam! quã
euidenter ſuam in omnibus inſaniam produnt. cũ
D de incomprehenſibili Dei ſubſtantia ſermonem
inſtitueremus, hoc ſibi vindicare contendebant,
quod vnigeniti erat ſolius, quaſi nimirum ita Deũ
perfecte nouerint, vt ſeipſum nouit ipſe: iam verò
cùm de gloria vnigeniti verba facimus ad ſuam
illum deprimere vilitatem contendunt, aiuntque:
Nos etiam filii appellamur: nec tamen planè nos
illud conſubſtantiales Deo reddit. Ain tu? Filius
appellaris? at ille eſt: hic appellatio, illic res ipſa:
tu filius appellaris: ſed vnigenitus vt & ille non
appellaris, ſed in ſinu Patris non verſaris, ſed non
(Heb. 1. 3.) *es ſplendor gloriæ*, ſed neque *figura ſubſtantiæ* neque Dei
forma exiſtis. Si ergo tibi non perſuaſerit illud
prius, hæc & his multo plura perſuadeant, quę no-
bilem eius originem illam teſtantur. Quando e-
nim ſubſtantiam ſuam à paterna vult oſtendere
(Ioan. 14.) nulla ex parte diuerſam, *Qui vidit me*, inquit, *vidit Pa-*
(Ibid. 10.) *trem*: quando autem propriam virtutem, *Ego*, inquit,
&, *Pater vnum ſumus*: quando poteſtatis æqualitatem,

A *Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ſic & Filius,*
quos vult, viuificat: quando cultus identitatẽ, *Vt omnes* (Ioan. 5. 21. & 5. 23. & 5. 17)
honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem: quando de-
mum in legum mutationibus auctoritatem, *Pater*
meus, inquit, *vſque modo operatur, & ego operor*: At iſti his
omnibus prætermiſſis, dum nomen Filius propriè
non accipiunt, quandoquidem & ipſi filiorũ ſunt
appellatione decorati, ad eandem Filium depri-
munt vilitatem aiuntque: *Ego dixi Dij eſtis, & filij Ex-*
celſi omnes. Quando igitur propter hanc filii appel-
lationem nihil amplius, quàm tu, habere Filium
affirmas, & hac ratione fieri vt ne verus quidem ſit
filius, etiam propter appellationem Dei, quoniam
& hoc tibi nomen impertiuit, nihil amplius, quã
tu, Patrẽ habere fortaſſe contendes. vt enim filius
vocatus es, ſic & Deus es vocatus: at quemadmodũ
Deus vocatus dicere non audes nudum illic eſſe
nomen, ſed verum eſſe Deum Patrem fateris: ita
neque de Filio cùm agitur, aude teipſum in me-
dium inferre ac dicere, Filius ego quoq; ſum vo-
B catus: cumque minimè ſim eiuſdem ſubſtantiæ,
neque eiuſdem ille debet eſſe: nam quæ ſunt enu-
merata cuncta verum illum eſſe Filium eiuſdem
ſubſtantię cum genitore demonſtrant. Quando e-
nim eiuſdem eſſe cum illo formæ atque eiuſdem
figuræ, dicit, quid aliud quàm ſubſtantiæ non eſſe
vlla ex parte diuerſitatem oſtendit? Nam neque
forma eſt in Deo, neque facies: ſed quemadmodũ
iſta dicis, inquit, dic etiam contraria, quænam tan-
dem cõtraria? cuiuſmodi eſt, quod Patri ſupplicet:
nam ſi eiuſdem virtutis eſt, eiuſdemq; ſubſtantiæ,
ac per poteſtatem omnia peragit, quã ob cauſam
ſupplicat? Ego verò non hæc ſolùm dicam, ſed &
alia quæcunque humilia de ipſo dicta ſunt, diligẽ-
ter omnia proponam, ſi primum illud dixero, mi-
hi quidem eorũ, quæ humiliter de ipſo ſunt dicta,
multas & iuſtas proferendas cauſas ſuppetere, te
autem eorũ, quę ſublimia ſunt atque glorioſa, nul-
lam aliam poſſe occaſionem afferre, quàm quod
C ſuam nobis voluerit nobilitatẽ indicare: quando-
quidem id ni ita ſe habeat, pugna erit & certamen
in ſcripturis. Nã quod ait, *Sicut Pater ſuſcitat mortuos,* (Ioan. 5. 21.)
& viuificat; ſic & Filius, quos vult, viuificat, & quæcunque
alia dixi, & quod rurſus oret, cùm illud ei fuerit a- (Rationes quare in ſcriptura quædam humilia Filio Dei tribuantur.)
gendum, contrarium eſt: ſed ſi cauſas aperuero,
ſublata omnis erit occaſio dubitandi. Quænã igi-
tur ſunt cauſæ, cur cùm ipſe, tum Apoſtoli de ipſo
humilia multa dixerint? Prima quidẽ cauſa & ma-
xima, quod ipſe carne indutus fuerit, ac tum illis, (1. vt oſtẽdatur veritas incarnationis.)
qui tunc erant, tum quicunque poſt futuri erant,
omnibus fidem facere vellet non vmbram aliquã
eſſe, neque figuram tantũ id, quod cernebatur, ſed
veritatem naturæ. Si enim cùm tot humilia & hu-
mana dixerint Apoſtoli, & ipſe ſeipſo, potuit tamẽ
diabolus miſeris aliquot hominibus & ærumnoſis
perſuadere, vt diſpenſationis rationem negarẽt, &
cum carnem non ſuſcepiſſe dicere auderent, atq;
D omne humanitatis fundamentum tollerẽt, ſi nihil
iſtorum, dixiſſet, quã pauci fuiſſent, qui non in ba-
rathrum incidiſſent? Non audis etiamnum Mar-
cionem diſpenſationem in carne denegantem,
Manichæum, Valentinũ, & multos alios? Propter-
ea multa humana proloquitur, humilia, & ab illa
ineffabili eſſentia aliena, vt diſpenſationis rationi
fidem aſtruat. in id enim ſummo ſtudio diabolus
incumbebat, vt hanc fidem ex hominũ mentibus
euelleret, cũ probe noſſet, ſi fidem diſpenſationis
euelliſſet, de pleriſque rebus noſtris actum fore.
Eſt & altera præter iſtam cauſa, nimirum infirmi- (2. ob infirmitatem intellectus noſtri.)
tas auditorum, quodque illi quartum primũ ipſum
videbant: actum primum audiebant, ſublimiores
capere dogmatũ ſermones minime poſſet. Enim-
uero non ſola niti coniectura, quod dico, ex ipſis
demonſtrare ſcripturis, & docere conabor. Si quid
forte magnũ ac ſublime ſuaq; dignũ gloria loqu-
tus eſſet. quid dico magnũ & ſublime? atque ipſius

gloria

Digitized by Google

gloria dignum? ſiquid forte dixiſſet quod naturam
humanam excederet, perturbabantur, ſcandalizabantur:
ſin autem humile quippiam & humanum,
accurrebant, ac ſermonem admittebant. Vbinam
tandem id videre eſt? Apud Ioannem præcipue:
Ioã. 8. 55 cum enim dixiſſet ipſe, *Abraham pater veſter exultauit
vt videret diem meum & vidit, & gauiſus eſt; Quadraginta*,
inquiunt, *annos nondum habes, & Abraham vidiſti?* Vides
vt erga illum tamquam nudum hominem affecti
Ioã. 6. 51. eſſent? Quid igitur ipſe, *Antequam Abraham fieret*,
inquit, *ego ſum: & tulerunt lapides, vt iacerent in eum*: cumque
de myſterijs prolixè diſſereret, ac diceret: *Et panis
quem ego dabo pro mundi vita, caro mea eſt*, aiebant;
*Durus eſt hic ſermo & quis poteſt eum audire? & multi diſcipulorum
eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabāt.*
Quid ergo quæſo faciendum illi fuit? an ſublimioribus
perpetuo verbis immorandum, vt prædam abſterreret,
atque omnes à doctrina ſua repelleret; at
hoc Dei benignitatis non fuit. Nam & rurſus cum
Ioã. 8. 52. dixiſſet, *Qui ſermonem meum audit, mortem non guſtabit
in æternum*, aiebant: *Nonne bene diximus nos, quia dæmonium
habes? Abraham mortuus eſt, & prophetæ mortui ſunt: &
tu dicis, Qui ſermonem meum audit, mortem non guſtabit?* Et
quid mirum, ſi multitudo ſic affecta erat: cum in ea
ſententia principes ipſi eſſent? Nicodemus quidem
certe, qui ipſe princeps erat, & multa cum beneuo-
Ioan. 3. 2 lentia ad ipſum venerat dixeratque: *Scimus, quia à
Deo veniſti magiſter*, ſermonem de baptiſmate capere
minime potuit multo illius imbecillitate maiorem:
cum enim dixiſſet Chriſtus, *Niſi quis natus fuerit ex
aqua & Spiritu non poteſt videre regnum Dei*, ſic in humanas
incidit ſuſpiciones, vt diceret: *Quomodo poteſt homo
naſci, cum ſit ſenex? numquid poteſt in ventrem matris
ſuæ iterum intraire & naſci?* Quid igitur Chriſtus? *Si terrena
dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cæleſtia
credetis?* quaſi ſe defenderet, ac ratonē redderet,
cur nō perpetuò de ſuperna natiuitate verba faceret.
Sub ipſum rurſus paſſionis tempus, poſt ſexcēta
miracula, poſt multam illam potentiæ ſuæ declara-
Math. 26 64. tionem, cūm diceret. *Videbitis filium hominis venientem
in nubibus*, non ferens dictum illud Pontifex, ſcidit
veſtimenta ſua: quona u igitur modo verba fieri
apud illos oportuit, qui nihil ſublime tolerarent?
Nihil quippe mirum, ſi hominibus qui humi ſerpebant,
& adeo imbecilles erant, nihil omnino de ſe
magnū aut ſublime proferret. Sane quidem ſufficerent
ea quæ dicta ſunt, ad oſtendendum hanc fuiſſe
cauſam & occaſionem, cur adeo vilia tunc & abiecta
proponeret: verumtamen ex altera parte conabor
idipſum reddere manifeſtum. Vt enim ſiquādo magnum
quid & ſublime pronūtiaſſet Chriſtus offendit
illos, perturbari, reſilire, cōuitiari, ac refugere vidiſtis,
ita quādo quid humile abiectumque dixiſſet,
accurriſſe illos, & doctrinā admiſiſſe conabor oſtē-
Ioã. 8. 28. dere, illi enim ipſi qui reſiliebant, cum rurſus diceret:
A meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater meus loquor,
ſtatim accurrerunt, & cum indicare vellet Euāgeliſta
propter verborum humilitatem illos crediſſe,
indicium adiunxit dicens: *Hæc illo loquente multi
crediderunt in eum*: atq; alijs pluribus in locis, ita euenīſſe
comperierimus: propterea multa, & multoties
humanitus loquebatur, & rurſus non humanitus,
ſed diuinitus, & vt Deum decebat, atque ipſius nobilitas
exigebat: cum vt auditorum imbecillitati ſe
attemperaret, tum vt dogmatum ſynceritati prouideret.
Etenim ne forte, ſi ſemper ita ſe demitteret,
quam de ipſius dignitate concipi par eſt, apud poſteros
opinio læderetur, ne illam quidem partem
neglexit, ſed tametſi fore præuidebat vt minime ſibi
obtēperarēt, ſed reſilirēt, dixit tamen, cū vt illud
quod indicaui cōſtitueret, tū vt cauſam aperiret, ob
quam illis & humilia verba commiſcuit. hæc nimirum
erat, quod eorum, quæ dicebantur, magnitudinem
capere minimè poſſent. Et ſane niſi hoc conſtituere
in animo habuiſſet, ſupervacaneum fuiſſet
dogmatum ſublimium doctrinam illis propone-

A re, qui neque aures præbere, neque animum adhibere
voluiſſent: iam vero tametſi minime illis prodeſſet,
nos quidem certe erudiebat, & vt conuenienti
opinione de illo imbueremur, efficiebat: illudque
perſuadebat in cauſa fuiſſe, vt ad tantam humilitatem
orationem traduceret, quod ſublimitatis eorū
quæ dicebantur, nondum capaces eſſent. Quando
igitur cum videris humilia proloqui, ne propter aſſentiæ
vtilitatem, ſed propter imbecillitatem mētis
auditorum condeſcenſum fieri arbitrare. Vultis &
tertiam cauſam afferam? Non enim vtique tantū ob
carnem qua circumdatus erat, neque ob auditorum
imbecillitatem, ſed quod auditores docere vellet, vt
animo demiſſo & humili eſſent, multa humiliter &
geſſit & dixit: atque hæc tertia rurſus eſt cauſa. Nam 3. Ad docendum nos humilitatem.
qui humiliter de ſe ſentire docet, non verbis tantū,
ſed & factis ad hoc nos erudit ſermone ſimul &
opere modeſtiam præ ſe ferens. *Diſcite enim*, inquit, Math. 11. 29
à me, quia mitis ſum & humilis corde, & alibi rurſus, *Filius* Math. 20. 28.
hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret. Mar. 45.
Ergo qui docebat nos, vt humiles fieremus, neque
B principem locum vnquam occuparemus, ſed inferiores
vbiq; ceteri cōtenti eſſemus, ac verbis factiſque
nos ad hoc incitabat, ei multæ ſuppetebant humiliter
loquendi occaſiones. Licet & quartā proferre
cauſam nihilo inferiorem allatis: quænam eſt illa
tandē? ne forte propter magnam & immenſam hypoſtaſum
propinquitatem, nos in vnius perſonæ
opinionem incideremus, quandoquidem nunc etiā
cū raro tale quid dixerit, iam in ea nonnulli prolapſi
ſunt impietatem. Sabellius quidem certe Afer cum Sabellij error vnde ortus.
dicentem audiſſet: *Ego & Pater vnum ſumus*, &, *Qui
vidit me, vidit Patrem*, ex hac verborum propinquitate,
qua ad genitorem accedere videbatur, occaſio- Ioã. 10. 30
nem impietatis arripuit, atque vt vnā eſſe perſonā Ioan. 14. 9
& hypoſtaſim vna cenſeret. Neque vero ſolæ ſunt
iſtæ cauſæ, ſed ne quis eum primæuam illam & inge-
C nitā eſſe ſubſtantiam arbitraretur, aut maiorem ſuo
ipſius genitore cenſeret: nam & hoc ipſum timuiſſe
Paulum apparet, ne quis forte hoc impium prauūque
dogma ſuſpicaretur. Certe cum dixiſſet: *Oportet* Ioan. 5. 31
enim illum regnare, donec ponat inimicos ſub pedibus: &
addidiſſet, *Omnia ſubiecit ſub pedibus eius*, adiunxit *Præter
eum, qui ſubiecit illi omnia*: non vtique adiuncturus,
niſi timuiſſet ne qua forte diabolica talis alicui ſententia
exoriretur. Sæpenumero quoque Iudæorum
inuidiam lenit, de verborum ſublimitate nonnihil
remittit, atque vt eorum, qui cum ipſo ſermocinabantur,
ſuſpicioni ſatisfaciat: vt cum ait: *Si ego
teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt
verum.* Nam vt eorum ſuſpicionem refelleret, ita dixit:
neque enim hoc vtique verum non eſſe, voluit
indicare quin potius, vt vos arbitramini, & ſuſpicamini,
inquit, cum de me nolitis recipere de meipſo
D verba facientem. Et vero plures aliæ reperiri cauſæ
poſſent: ac verborū quidē humilitatis multas nobis
proferre occaſiones literet tāt tū dogmatum ſublimiorum
aliā affer occaſionem præter eam, quā diximus.
Ea vero fuit, quod ſuam nobis vellet patefacere
nobilitatem: ſed, aliam afferre nullā poſſes. Nā
is quidem qui magnus eſt, exiguum aliquid poterit
de ſe dicere, nec vllum id crimē erit: ſiquidem illud
eſt modeſtiæ. ſi quis autem qui paruus ſit, magnum
de ſe quippiam dicat, criminationem non effugiet,
eſt enim illud arrogantiæ: quapropter ſublimem
quidem omnes laudamus, cum humilia de ſe dixerit,
humilem autē nemo laudabit, ſi quid forte magnum
de ſe dixerit. Itaque ſi multo inferior Patre
Filius eſſet, vt vos dicitis, non oportuiſſet eū verba
proloqui, ex quibus ipſum genitori ſuo æqualē eſſe
cōſtaret: id enim arrogantiæ fuiſſet. quod autem is
qui genitori ſuo ſit æqualis, humilia quædā & abiecta
dicat, nulli eſt obnoxium reprehenſioni, vel crimini;
cum laude potius, & maxima illud admiratione
ſit dignum. Atque vt manifeſtiora fiant, quæ diximus,
& intelligatis vos omnes nos diuinis non

ductiari ſcripturis, age primam cauſarum illarum, quas attulimus, iam pertractemus, & quoniã in loco propter indumentum carnis apertè ſua eſſentia inferiora verba proferat oſtendamus. Ac ſi videtur orationem ipſam in medium adducamus, qua patrem orauit. Sed attendite quæſo diligenter rem enim omnem paulo altius repetitam ſtatui narrare. Peracta eſt olim cœna ſacra illa nocte, qua tradĕdus fuit: ſacram enim illam appello, propterea quod innumera illa bona, quæ in orbem terrarum effuſa ſunt, initium inde duxerunt. Tunc igitur cum diſcipulis vndecim proditor recumbebat, & cœnantibus illis ait Chriſtus, *Vnus ex vobis tradet me.* Horum mihi memores eſtote verborum, vt cum ad orationem ventum fuerit, qua de cauſa ſic oret, videamus. Ac mihi ſollicitudinem Domini conſidera: non dixit, Iudas me tradit, ne editis euidentibus criminis indicijs impudentiorem illum redderet: cum autem ille ſtimulante ipſum cõſcientia dixiſſet, *Nunquid ego ſum Domine? ait illi, Tu dixiſti,* & ne tum quidem adduci potuit, vt eum accuſaret, ſed ipſum indicem criminis ſuis conſtituit. Verumtamen ne ſic quidem melior euaſit, ſed cum accepiſſet buccellam exiuit. Cum ergo exiſſet aſſumptis Ieſus diſcipulis ait: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me.* Renitente autem Petro, ac dicente: *Etſi omnes ſcandalizati fuerint, ego tamen nunquam ſcandalizabor*: ait rurſus Ieſus, *Amen dico tibi, antequam gallus cantet, ter me negabis.* Cum autem rurſus contradiceret, deinceps illum reliquit. Non potes, inquit, verbis perſuaderi ſed contradicis, at rebus ipſis tibi perſuadebitur non eſſe Domino contradicendum. Atque horum mihi iterum memores eſtote verborum: vtilis enim eorum erit memoria, dum orationem perſcrutabimur. Indicauit proditorem, prædixit omnium fugã, & mortem ſuam: *Percutiam,* inquit, *paſtorem, & diſpergentur oues*: prædixit, qui abnegaturus eſſet, & quando, & quoties, & accuratè omnia. Poſt hæc omnia vt idoneam præſcientiæ futurorũ afferat probationem, cum ad villam quãdam veniſſet, orat: & illi quidem diuinitatis orationem eſſe dicunt, nos autem eſſe dicimus diſpenſationis. Indicate itaq; ac per ipſius vnigeniti gloriam, ita ſententiã ferte, vt nihil cuiuſquã gratiæ detis. Nã tametſi apud amicos cauſam dico, precor tamen & obſecro, vt incorruptum iudiciũ, & nequaquam vel in gratiam noſtri, vel in illorum odium fiat. Enimuero ex hoc ipſo maximè conſtat orationem diuinitatis nõ eſſe, Deus enim non orat. Dei eſt adorari, Dei eſt orationem ſuſcipere, non orationem offerre. Verumtamen quoniam impudentes ſunt, ex ipſis orationis verbis manifeſtũ reddere conabimur, totum illud diſpenſationis eſſe, ac ſecundum carnem infirmitatis. Quãdo enim humile quid loquitur Chriſtus, ſic humile loquitur ac vile, vt ſumma dictorum humilitas vel etiam admodum contentioſis perſuadere queat, illa verba multũ ab illa ineffabili atque inenarrabili eſſentia diſſidere. Ad ipſa igitur orationis verba veniamus. *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Hic igitur eos interrogemus, ignorat ne, nõ poſſibile ſit, aut impoſſibile, qui paulò ante inter cœnãdum dicebat, *Vnus ex vobis tradet me?* qui paulo ante dicebat: *Scriptum eſt, Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues,* & *Omnes ſcandalum patiemini in me?* qui Petro dixit, *Me negabis,* & *Ter me negabis,* hiccine quæſo nũc ignorat? quis hoc dixerit, cui vel tantillum ſit ſanæ mẽtis? Nam cum illud quidem, quod ignoratur, nulli neq; prophetarum, neq; angelorum, neq; archangelorum notum fuerit, anſam aliquam cõtentioſis fortaſſe præbebit: cum autem illud quod ignoratur, ita clarum & exploratũ omnibus fuerit, vt etiã homines accuratè illud nouerint, qua excuſatione, qua venia digni fuerint, qui aſſeuerant eũ, quod ignoraret, iſta dixiſſe? Sane quidem hunc de quo agimus ſermonẽ exactè ſermos eius nouiſſe liquet, & moriẽdum ſcilicet illi fuiſſe, & per crucẽ illud patiẽdum,

Matt. 14. 18.

Matth. 22 30.

Matth. 26 31.

Hic locus in concil. VI œcumenico citatur Act. 10. pag. 11. edit. Rõ.

Oratio Chriſti in horto nullatenus eſt cõtra eius dignitatẽ

Matth. 26 39.

A ac tam multis ante annis horum vtrumque declarans Dauid ex perſona Chriſti dicebat, *Foderunt manus meas, & pedes meos,* & quod futurum erat tanquam præteritum annunciauit, hoc nimirum indicans, quemadmodum fieri nequit, vt ea quæ iam euenerunt facta non fuerint. Rurſus Eſaias hoc ipſum prædicens aiebat, *Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe mutus.* Hinc rurſus agnum cernens Ioannes dixit: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi,* ille nimirum prædictus, inquit. Ac vide, non ſimpliciter dictum eſt Agnus, ſed additum eſt, Dei. Nam quoniam & alter erat agnus Iudaicus, vt hunc eſſe Dei oſtenderet, propterea ita dixit. Ille pro ſola gente offerebatur, hic pro toto terrarum orbe fuit oblatus: atque illius quidem ſanguis corporalem plagam prohibuit à Iudæis, huius vero ſanguinis purgationem orbi attulit vniuerſo. Et vero hic ſanguis, Iudaici inquam agni non ex ſua potuit natura, quod potuit, ſed quoniam huius erat figura, vim illam obtinuit. Vbi ſunt igitur illi, qui dicunt, Et ille filius dicitur, & nos filij, & ob hanc appellationis B cõmunionem ad noſtram conãtur eum deijcere vtilitatem? ecce namque agnus, & agnus atque vnum quidem eſt nomen, vtriuſq; vero naturæ diſcrimen immenſum. Vt ergo cum appellationis illic audis communionem, nihil æquale mente concipis: ita nimirum & hic dum filium audis & filium noli vnigenitum ad vtilitatem tuã deprimere. Quid vero de ſeruis dicendum eſt? Si enim diuinitatis ſit oratio, ſecum ipſe pugnare videbitur, ſibique contradicere, & aduerſari. Iſte enim qui hoc loco dixit, *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte,* quique cunctatur, ac refugit paſſionem, alibi cum dixiſſet oportere filiũ hominis tradi, & flagellis cædi, cumq; Petrum dicentem audiſſet, *Propitius tibi eſto Domine: non erit tibi hoc,* ita vehementer illum increpauit, vt diceret: *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi: quia non* C *ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum*: tametſi paulo ante ipſum laudauerat, beatumque prædicarat, nihilominus Satanã eum vocauit, non quod Apoſtolum ignominia vellet afficere, ſed quod hoc probo cuperet indicare, non ex animi eius ſententia dictũ illud prolatum fuiſſe, ſed adeo alienum, vt qui illud protulerit, licet Petrus eſſet, Satanam non dubitauerit appellare. Alibi rurſus ait, *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum.* Quam ob cauſam hoc Paſcha dicit? tametſi alio quoque tempore feſtum illud cum ipſis peregit, quam tandem ob cauſam? quoniam illud ſequutura crux erat. Et rurſus, *Pater clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te*: ac multis in locis eum paſſionem prædixiſſe, atque, vt eueniret, optaſſe comperimus, eiuſque rei cauſſa veniſſe; quomodo ergo hic dicit, *Si poſſibile eſt?* imbecillitatem naturæ oſtendit humanæ, quæ vtcumq; auelli à præſenti vita nolebat; ſed recuſabat & tergiuerſabatur D propter inſitum illi à Deo iam à principio præſentis vitæ amorem. Si enim poſtquam ipſe tot tantaque dixerit, carnem illum non aſſumpſiſſe auſi ſunt quidam aſſerere: ſi nihil horum dictum fuiſſet, quid non dixiſſent? Idcirco prædicis quidem illic vt Deus, & aduenire paſſionem exoptat: refugit autem hic, & deprecatur, vt homo: vltro enim illum ad paſſionem veniſſe docet illud, quod ait: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo ſumendi eam. Nemo tollit eam à me: ego pono eam à meipſo,* quomodo ergo dicit, *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu?* Quid vero miraris, ſi ante paſſionem tantum adhibeat ſtudij, vt veritatem carnis confirmet, cum & poſt reſurrectionem diſcipulum cernens incredulum, & vulnera ipſi & clauorum figuras oſtendere non recuſarit, & manus contactui ſubijcere cicatrices, ac dicere, *Scrutare & vide, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet?* Idcirco nec à principio perfectæ ætatis hominem ſuſcepit, ſed & concipi & naſci, & lacte nutriri ſuſtinuit ac tanto tempore in terra verſari, vt hoc ipſum & temporis diuturnitate & alijs omnibus

Pſal. 21. 17.

Eſa. 53. 7.

Matth. 16 23.

Luc. 22. 15

Ioã. 17. 1

Theodoretus Dialog. 3. hũc locũ citat

Ioã. 10. 18

Ibid. 20

nibus

Digitized by Google

nibus confirmaret. Nam quoniam ſæpenumero in terris angeli in forma hominum apparuerunt, atque adeo ipſe Deus; quod autem apparebat, non carnis veritas erat, ſed condeſcenſio; ne forte talem hunc eſſe aduentum arbitreris, quales illis fuerunt, ſed veram eſſe carnem tibi fides fiat, & conceptus, & natus, & educatus, atque in præſepio poſitus fuit, non in cubiculo quodam, ſed in diuerſorio coram innumera multitudine, vt vulgo eius natiuitas innoteſceret. Idcirco & faſciæ, & prophetiæ ſuperioribus idipſum ſeculis prædixerunt. non hominem tantum illum futurum, ſed fore vt conciperetur, naſceretur, & puerorum more nutriretur. Et hoc eſt quod Eſaias clamat dicens: *Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet.* Et rurſus: *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Vides vt priorem etiam illius ætatem prænuntiarint? interroga ergo hæreticum, Deus formidatne, ac recuſat, & cunctatur, & triſtitia afficitur; quod ſi dixerit, Etiam, deinceps recede, & ſtatue illum infra cum diabolo, vel potius eo inferius: neq; enim ille hoc dicere audebit: ſin autem dixerit, nihil horum eſſe Deo dignum, dic, Ergo nec orat Deus: abſque iſtis enim & aliud abſurdum erit, ſi hæc Dei verba fuerint. Neque enim animi ſolum æſtuationem hæc verba ſignificant, ſed etiam duas voluntates, vnam quidem Filij, alteram vero Patris inter ſe contrarias. Nam quod dixit, *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu,* hoc indicantis eſt, Atqui ne hoc quidem vnquam illi admiſerunt, ſed nobis ſemper dicentibus illud, *Ego & Pater vnum ſumus,* in potentia, illi in voluntate dictum eſſe inquiunt. dicentes Patris & Filij vnam eſſe voluntatem. Si ergo Patris & Filij vna eſt voluntas, quomodo hic dicit, *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu?* Nam ſi in diuinitate quidem ſit quod dictum eſt, exoritur quædam contradictio, & multa ex eo abſurda naſcuntur: ſin autem in carne, rationi conſentanea ſunt, neque reprehendi quicquam poterit: non enim carnem nolle mori, damnari poteſt, cum hoc ſit naturæ; ipſe autem, quæ naturæ ſunt, omnia præter peccatum copioſiſſimè oſtendat, vt ora hæreticorum obturet. Quando ergo dicit, *Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, & , Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu,* nihil aliud præ ſe fert, niſi ſe vere carne circũdatum eſſe, quæ mortem reformidet: illius enim eſt mortem timere, & recuſare, & mœrore affici. Quandoque igitur deſtitutam illam & nudatam propria operatione derelinquit, vt cum eius infirmitatem oſtenderit, eius quoque naturæ fidem faciat: quandoque vero eandem celat, vt nudum hominem non fuiſſe intelligas. Nam quemadmodum ſi ſemper humana demonſtraſſet, hoc vtique creditum fuiſſet: ita ſi ſemper quæ Dei ſunt, perfeciſſet; diſpenſationis rationi fides adhibita non fuiſſet. Propterea variat & intermiſcet cum verba, tum actiones, vt neque Pauli Samoſateni, neque Marcionis, & Manichæi morbo ac furori præbeat occaſionem: propterea & quod futurum eſt prædicit vt Deus, & rurſus vt homo recuſat. Vellem equidem reliquas etiam cauſas percurrere, atque ex ipſis actionibus indicare, quemadmodum hic, dũ carnis infirmitatem oſtenderet, ſic & alibi ruſus illum oraſſe, dum auditorum infirmitatem corrigeret. Neque enim vtique cuncta, quæ humiliter dicta ſunt, ob carnis indumentum ſolum eſſe dicta cenſendũ eſt, ſed ob alias etiam, quas attuli, cauſas: verumtamen ne eorum, quæ dicta fuerint, multitudo, eorum quæ dicenda ſunt, copiam obruat, hic finem faciens aduerſus eos dicendi, & reliquis in alium diem reiectis ad orationis rurſus cohortationem me conuertam. Licet enim de hoc argumento ſæpe verba fecerimus, tamen operæpretium fuerit, vt nunc etiam de eo dicamus: nam & earum veſtium quæ ſemel tinctæ fuerint, facile color euaneſcit: quas vero multoties & frequenter immerſas eduxerint infectores, eæ florem coloris immutabilem ſeruant; hoc & in animabus noſtris contingit: ſi quando enim eadem verba frequenter audierimus, quaſi tincturam quandam exceptam doctrinam non facile deponemus. Ne igitur perfunctorie audiamus: non enim eſt, non eſt, inquam, oratione quicquam potentius, aut quod ei poſſit æquari. Non ſic amictus purpura ſplendidus eſt Imperator, vt qui orat, colloquio cum Deo exornatus. vt enim ſi adſtante exercitu, ducibus, magiſtratibus, Conſulibus multis, accedens quis priuatim cum Imperatore in colloquium veniat, cunctorum oculos ad ſe conuertit, eaque ratione fit illuſtrior, ſic & orantibus accidit. Cogita namque quantum illud ſit futurum, vt præſentibus angelis, adſtantibus archangelis, Seraphim, Cherubim, cæteriſque virtutibus omnibus, vnus homo multa cum fiducia poſſit accedere, & cum Virtutum illarum Rege colloqui; num hoc illi cuiuſlibet honoris inſtar erit? Neque vero tantum honorem, ſed vtilitatem quoque maximam poſſumus ex oratione decerpere, vel etiam antequam id quod petimus, obtinuerimus. Nam ſimul atque manus in cælum quis extenderit, Deumq́ue inuocarit, confeſtim ex rebus exceſſit humanis, ad futuram vitam mente tranſlatus, ac deinceps, quæ ſunt in cælis, animo concipit, nihilq́ue cum hac vita commune tempore precationis habet, ſi diligenter precatus fuerit: ſed licet efferueſcat iracundia, facile ſedatur: licet cupiditas exardeſcat, extinguitur: licet inuidia torqueat, multa cum facilitate depellitur: idemq́ue contingit, quod exoriente ſole propheta dicit contingere. quid illud eſt tandem? *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ: Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi. Ortus eſt ſol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur.* Vt igitur radijs ſolis exorientibus, feræ omnes fugantur, & in ſua luſtra diſcedunt: ita nimirum vbi tanquam radius quidam ex ore noſtro linguaq́ue oratio ſeſe effuderit, cum mens illuminatur, tum expertes rationis ac belluinæ perturbationes aufugiunt & abiguntur, atque in ſuos ſpecus abſcedunt, ſi modo diligenter, ſi attento animo, ſi mente vigilanti orauerimus. Tum licet adfuerit diabolus, abigitur; licet dæmon, recedit. Nam ſi Domino colloquia ſerente cum ſeruo, nullus ex conſeruis, ne ex illis quidem qui fiduciam apud illum obtinent, auderet accedere, & illum obturbare: multo minus hi ex eorum numero, qui Deum offenderunt, neque fiduciam obtinent, nobis in diuinum colloquium admiſſis obſtrepere poterunt, ſi conueniens ſtudium adhibuerimus. Oratio portus tempeſtate iactatis, fluctuantibus anchora, ſcipio titubantibus, pauperum theſaurus, diuitum ſecuritas, morborum curatio, cuſtodia ſanitatis. Oratio ſimul & bona nobis immota conſeruat, & confeſtim mala tranſmutat: ſiue tentatio inuaſerit, facile propulſatur; ſiue pecuniarum iactura, ſiue quodlibet aliud eorum, quæ moleſtiam animæ noſtræ inurunt, cuncta quàm primùm repellit. oratio mœroris omnis refugium, hilaritatis argumentum, occaſio perpetuæ voluptatis, philoſophiæ mater. qui diligenter poteſt orare, licet omnium ſit pauperrimus, tamen omnium eſt ditiſſimus. vt qui oratione rurſus deſtitutus eſt, licet in ipſo regio throno ſedeat, omnium eſt pauperrimus. Nónne Rex erat Achab & vim auri argentiq́ue habebat immenſam? at quoniam orationem non habebat, Eliam quærens circumibat, hominem, qui neque diuerſorium, neque veſtem habebat, ſed meloten ſolam. Quid hoc ſibi vult quæſo? Tu qui tot habes apothecas, eum qui nihil habet, quæris? Ita eſt, inquit, nam quid mihi tandem proſunt hæc promptuaria, cum hic nobis cælum clauſerit, & inutilia cuncta reddiderit? Vides, vt hic illo fuerit opulentior?

Eſai.7.12

Hæc quoque citantur in eodem Cõcilio Cõſtantinopol. ſexto Generali pag. 112. edit. Rõ.

Exhortatio moralis ad orationẽ.

Pſ 103.20

3.Reg.17

ſior? nam quouſque vocem hic emitteret, in multa paupertate Rex cum toto Comitatu verſabatur. O rem mirabilem, ne veſtem quidem habuit, & cælum clauſit: ob hanc ipſam nimirum cauſam cælum clauſit, quia veſtem non habuit; quia nihil hîc poſſedit, idcirco multam exhibuit poteſtatem; cum labra tantum diduxiſſet, vt innumeri è cælo theſauri delaberentur, effecit. ô ſanctum os, cui fontes imbrium inerant! ô linguam pluuios nimbos effundentem! ô vocem bonis innumeris ſcaturientem! Ad hunc igitur noſtros ſemper oculos conuertentes pauperem ſimul & diuitem, qui diues idcirco fuit, quia pauper fuit, contemnamus præſentia, concupiſcamus futura: ſic enim & quæ hic ſunt, & quæ illic omnia bona conſequemur. Quæ nobis omnibus præſtare dignetur gratia & benignitas Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri gloria ſimulque Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

IN RELIQVA ADVERSVS HAERETIcos, & de iudicio, atq; eleemoſyna, & in petitionem matris filiorum Zebedæi, Oratio VIII.

FRONTONE DVCÆO INTERPRETE.

Ex edit. Græco Lat. Pari. apud Cl. Morellũ 1609.

EX bello reuerſi heſterno die ſumus, ex bello pugnaque cum hæreticis commiſſa, ſanguine tincta gerentes arma, gladium Verbi cruentatum, non proſtratis corporibus, ſed conſilijs deſtructis & omni altitudine, quæ aduerſus Chriſti ſcientiam ſe extollit. Tale namque genus eſt pugnæ huius, ac proinde talis eſt armorum natura, quorum vtrum-
2. Cor. 10. 4. que docens beatus Paulus dicebat: *Nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt: ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentia, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Chriſti.* Sane quidē oporteret ijs, qui abſuerunt, referre cadauera, quæ oc-
C currerunt, & aciem inſtructam enarrare, cõflictum, victoriam, trophæa; ſed ne vos negligentiores reddamus, his prætermiſſis, vt iactura ſtimulati diligentiores fiatis vos, qui abſuiſtis, ad ea quæ ſequuntur, hodie gradum faciemus: quod ſi quis diligens fuerit, & attentus, ex ijs qui interfuerunt, ea quæ ſunt à nobis heſterno die dicta, cognoſcet. Tãtum enim alacritatem animi nobis exhibuerunt auditores, vt acceptis omnibus domum receſſerint, neque quicquam eorum, quæ dicta fuerant, ſibi excidere paſſi fuerint. Itaque illa quidem cognoſcetis ex illis; quæ vero ſunt hodie dicenda, nos vobis dicemus, & obiectionem, quam hæretici nobis opponunt, in medium proferemus. Quænam igitur illa eſt? quandoquidem de vnigeniti poteſtate diſſeruimus, eamque Patris, à quo genitus eſt, poteſtati parem
D eſſe demonſtrauimus, & in eam rem ſermones multos impendimus: his illi perculſi dictis euangelicam vocem quandam aliter quidem dictam, ſed quam illi ſuſpicantur aliter dictam viciſſim nobis obiecerunt. Atqui ſcriptum eſt, inquiunt,
Ma. 20. 23. *Sedere autem ad dexteram meam, & ad ſiniſtram non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt à patre meo.* Ego
Soluit obiectionẽ hæreticorũ contra filij Dei diuinitatem. vero quod ſemper charitatem veſtram hortor, id etiam hodie moneo conſuloque, ne ſimpliciter literas percurratis, ſed ſenſus inueſtigetis: ſi quis enim ſimpliciter verbis inhæreat, neque præter ea, quæ ſcripta ſunt, quicquam exquirat, in multis errabit. Nam & alas habere Deum literæ dicunt, ſic
Pſal. 16. 8. loquente Propheta: *In tegmine alarum tuarum proteges me*: nec tamen idcirco dicemus alatam eſſe ſpiritalem illam & immortalem eſſentiam. Si enim de hominibus hoc dici nequit, multo minus de incorrupta illa, inuiſibili, & incomprehenſibili natura. quid ergo per alas intelligi à nobis par eſt? ſecuritatem, tutamen, auxilium, ſubſidij robur inuictum. Rurſus eum dormire teſtantur ſcri-

A ptura, dum ita dicunt: *Exurge, quare obdormis domine?* Pſ. 43. 23.
non vt dormire Deum ſuſpicemur: id enim extremę dementiæ: ſed ſomni nomine longanimitatem & patientiam nobis exprimunt: alius autẽ propheta: *Numquid eris*, inquit, *quaſi homo dormiens?* Vides multa nobis opus eſſe prudentia, dũ Scripturæ theſauros perſcrutamur? ſi enim leuiter ac temere, & quoquo modo, quæ dicuntur, audiamus, non illa tantum ſequentur abſurda, ſed & pugna non mediocris in his, quæ dicta ſunt, apparebit. Nam ille quidem ipſum domire dicit, hic vero nequaquam dormire, ſed vtrumque verum eſt, ſi conuenienti ſenſu accipias. qui enim ipſum dormire dicit, ſummam eius longanimitatem deſignat: qui vero negat dormire, naturæ nobis immortalitatem declarat. Cum igitur multa nobis prudentia ſit opus, ne temere dictum iſtud accipiamus, *Non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt à patre meo*: nõ enim hoc poteſtatẽ eius tollit, neq; auctoritatem imminuit, ſed multam ſollicitudinem, ſapientiam, & eam, qua generi noſtro conſulit, prouidentiam oſtendit. Vt enim ſcias in eius
B poteſtate ſitum eſſe, vt pœnam inferat, vel honorem impertiat, audi quid ille ipſe dicat, cuius verba tractamus, *Cùm venerit filius hominis in gloria patris* Math. 25. 31.
ſui, ſtatuet oues à dextris & hœdos à ſiniſtris, & dicet qui à dextris erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere. His autẽ qui à ſiniſtris erunt, dicet, Diſcedite à me maledicti in ignem, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & non collegiſtis me. Vides abſolutum iudicium, & quo pacto cum honore afficiat, tum pœnam inferat; cum coronas tribuat, tum ſupplicio plectat? & hos quidem in regnũ introducat, illos autem in gehennam ableget? Animaduerte autem hoc etiam loco, quantam ille noſtri curam gerat: dum enim eos alloqueretur, qui coronas
C accipiebant, *Venite*, inquit, *benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum ante conſtitutionem mundi*; illis vero qui ſupplicio afficiebantur non dixit, Diſcedite à me in ignem qui paratus eſt vobis, ſed, *qui paratus eſt diabolo*. Nam regnum quidem hominibus paraui, gehennam autem non hominibus, inquit, ſed diabolo & angelis illius paraui: quod ſi vos talem vitam exhibuiſtis, vt pœna digni ſupplicio fieretis, id vobiſmetipſis imputare merito poteſtis. Ac vide, quanta ſit eius ad benignitatem propenſio; cum enim nondum eſſent athletæ, præparatæ ſunt coronæ, ac præmia deſtinata. *Poſſi-* Mat. 25, 2
dete namque, inquit, *paratum vobis regnum ante conſtitutionem mundi*. Et vero in parabola decem virginum idem cernere licet: cum enim aduenturus eſſet ſponſus dicunt prudentibus fatuæ: *Date nobis de oleo veſtro*: ad quas illæ. *Ne forte non ſufficiat nobis & vobis*:
D non de oleo & igne diſſerit hoc loco ſcriptura, ſed de virginitate atque humanitate; ac virginitatem quidem ignis loco habet, eleemoſynam autem olei loco, ſignificatque virginitatem humanitate multum indigere, neque licere abſque illa ſaluari. Qui- Eleemoſynæ laus
nam autem illi ſunt, qui oleum iſtud vendunt? quinam alij, niſi pauperes? non enim accipiunt potius, quam dant: ne vtique cenſeas eleemoſynam impenſam eſſe, ſed prouentum; neque ſumptum, ſed negotiationem: maiora quippe recipis, quàm des: das panem, & recipis vitam æternam: das veſtem, & immortalitatis recipis indumentum: das recti communionem, & recipis regnum cælorum: præbes, quæ pereunt, & quæ perpetuo permanent, accipis. At enim quo pacto poſſum eleemoſynam impertiri, cum pauper ſim? dicet aliquis. maximè vero, cum pauper es, tum potes eleemoſynam impertiri: nam ille quidem, qui diues eſt, pecuniarum copia temulentus, grauiſſima febri correptus, inſaturabili amore ductus, fortunas augere vult: pauper autem ab hoc morbo liber, & ægritudinis expers

facilius ex bonis ſuis largietur: non enim pro ſub-
ſtantiæ menſura, ſed pro animi conſilijque menſu-
ra ſolet eleemoſynæ modus præſcribi: quandoqui-
Marc. 12. dem & illa vidua tum duos obolos miſit, & illos qui
opibus circumfluebant, ſuperauit, & altera vidua
cum farinæ pugillum, & olei paululum haberet, ani-
mam illam ad cælum pertingentem hoſpitio exce-
pit, & neutri iſtarum, egeſtas impedimēto fuit. Noli
vtique ſuperfluas & inutiles excuſationes afferre:
non enim collationis abundantiam, ſed diuitias vo-
luntatis requirimus; non ex eorum menſura quæ
dantur, ſed ex eorum propoſito qui largiūtur, elee-
moſyna ſolet exhiberi. Pauper es, & omnium mor-
talium pauperrimus, at illa vidua non gentior es,
quæ diuites longo interuallo ſuperauit. ſed & ipſa
3. Re. 17. tibi neceſſaria deſunt alimenta: at Sidonia muliere
pauperior non es, quæ cum ad ipſum famis fundum
deueniſſet, cum deinceps mortem expectaret, cum-
que turba circumſiſteret filiorum, ne ſic quidem
facultatibus ſuis pepercit, ſed per ſummam illam
egeſtatem immenſas diuitias comparauit, & manum
ſuam aream, hydriam torcular reddidit, atque vt ex
B paucis multa ſcaturirent, effecit. Sed ad propoſitum
redeamus, ne continuas digreſſiones interſera-
mus. Cum itaque venturus ſponſus eſſet, ſic inter
ſe virgines colloquebantur: at illæ ad vendentes
eas mittebant, ſed iam tempus non erat amplius
oleum emendi: rectè quidam; nam qui vendunt in
præſenti vita ſunt tantum; poſt diſceſſum autem
ex illa, cum dimiſſum theatrum fuerit, non licet
amplius medicamentum indigentibus reperire, ne-
que veniam atque excuſationem, ſed ſupplicio af-
fici deinceps neceſſe eſt, quod & tunc temporis ac-
cidit. Poſtquam enim ſponſus aduenit, hæ quidem
ingreſſæ ſunt, quæ lampades accenſas habebant;
at illæ cum tardius, quàm vt ingredi poſſent, adue-
niſſent, thalami fores pulſarunt, & terribilem illam
vocem audierūt: *Diſcedite, neſcio vos.* Vides illum rur-
C ſus cum honore afficere, tum pœnam inferre; cum
coronare, tum punire; cum admittere, tum able-
gare atque vtriuſque partis iudicij compotem eſ-
ſe? Hoc & in vinea, hoc & in quinque, ac duobus ta
lentis, & vno cerni poteſt: nam illos quidem exce-
pit, & ac maiora introduxit; hunc autem vinctum
proijci in exteriores tenebras imperauit. Sed quis
eorum multus eſt ſermo, vel potius qui multam
dementiam redolet? Habet ille quidem cum
puniendi, tum coronandi poteſtatem, cum affi-
ciendi ſupplicio, tum præmia conferendi, ſed ſu-
premam ſedis prærogatiuam, inquit, & altiſſimum
honorem, hunc dare ſuum non eſſe dixit. Itaque
ſi nihil eius calculo ſubtractum eſſe cognoueris,
num ab hac importuna contentione deſiſtes? Audi
Ioā. 5. 22 ergo rurſus eum dicentem: *Pater non iudicat quem-
quam, ſed omne iudicium dedit Filio.* Si ergo iudicium
D habet omne, nihil eius calculo ſententiæque ſub-
tractum eſt: nam qui iudicium habet omne, pote-
ſtatem habet omnes cum puniendi, tum coro-
nandi. Illud autem, dedit, hoc loco ne hominum
more accipias cariſſime: neque enim non haben-
ti dedit, nec imperfectum genuit, neque poſte-
rius illi adnatum eſt: ſed illud dedit, hoc ſibi vult,
talem illam genuit, perfectum, abſolutum: ve-
rum hac vſus eſt dictione, ne duos genitos arbi-
treris Deos, ſed radicem fructum noueris, non
vt hoc illi poſterius adnatum eſſe arbitreris. Nam
& interrogatus alibi: *Ergo rex es tu?* non ſe reg-
num accepiſſe dixit, non ſibi regnum poſterius eſ-
ſe dixit adnatum, *Ego in hoc natus ſum*, inquit: ſi
Rex abſolutus eſt natus omnino & iudicem ac
diſceptatorem illum eſſe liquet: Regis enim eſt
maxime iudicare ac diſceptare; honores defer-
re, ſupplicio afficere. Aliunde quoque poterit
iſtud intelligi, ſupernos etiam honores tribuere
in ipſius poteſtate ſitum eſſe: cum enim cuncto-
rum hominum optimum in medium produxeri-

A mus, & hunc ab eo fuiſſe coronatum oſtenderi-
mus, quis excuſationi veſtræ deinceps locus relin-
quetur? Quis igitur eſt ille tandem omnium homi-
num optimus: quis nempe alius, niſi opifex ille ta-
bernaculorum, doctor orbis terrarum, qui ma-
re tamquam alatus percurrit, vas electionis, Chri-
ſti nuptiarum auſpex & conciliator, Eccleſiæ fun-
dator, ſapiens architectus, præco, curſor, athleta,
miles, palæſtræ magiſter, qui vbique terrarum mo-
numenta ſuæ virtutis reliquit, qui tertium in cæ-
lū ante reſurrectionē raptus eſt, qui in paradiſum
ſublatus, qui myſteriorum ineffabilium particeps
Deo factus, qui talia audiuit & proloquutus eſt, quæ
naturæ loqui non licet humanæ, qui gratiam co-
pioſiorem obtinuit, & maiorem laborem exhibuit?
Plus autem quàm omnes laboraſſe, ipſum di-
centem audi: *Abundantius illis omnibus laboraui*: quod 1. Cor. 15.
ſi abundantius quam omnes labores ſuſtinuit, abū- 10.
dantius etiam coronabitur. *Vnuſquiſque enim pro-* 1. Cor. 3. 8
priam mercedem accipiet ſecundum proprium laborem. Si
ergo maiorem quam Apoſtoli coronam accipit: ne-
B mo porrò potuit Apoſtolos æquare, quibus hic ta-
men maior fuit: haud dubium quin ſupremum il-
lum honorem & ſedis prærogatiuam ſit conſequu-
turus: quis illum igitur coronabit? Ipſum dicentem
audi: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem* 2. Tim. 4. 7
*ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam red-
det mihi Dominus in illa die iuſtus iudex.* Pater non iudi-
cat quemquam, ſed omne iudicium dedit Filio. Ne-
que vero tantum inde conſtat illud, ſed etiā ex ijs,
quæ ſequuntur: *Non ſolum autem mihi: ſed & omnibus,
qui dilexerunt apparitionem eius.* Cuiuſnam porro hæc
apparitio ſit, audi eum qui narrat: *Apparuit gratia* Tit. 2. 2.
*Dei ſalutaris omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegan-
tes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſte, & piè
viuamus in hoc ſeculo: expectantes beatam ſpem & appari-
tionem gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.*
Sed hic quidem pugna, qua cū hæreticis congreſſi
C ſumus, finem habet, iamq; trophæum ereximus, &
victoriam retulimus, cum ex ijs omnibus, quæ com-
memorata ſunt, in eius eſſe poteſtate ſitum, docue-
rimus, cum honoribus cumulare, tū pœna mulcta-
re, vtpote qui & omne iudicium habeat, & omnium
optimum coronet, ac victorem pronuntiet, & in il-
lis parabolis vtrumque præſtiterit: ſed iam deinceps
oportet, vt dubitationem ex animis fratrum exi-
mamus, & quam ob cauſam ita dixerit, doceamus:
Non eſt meum hoc dare: multos enim ex eorū oc-
caſione, quæ dicta ſunt, quæſtionem mouere arbi-
tror. vt igitur & quæſtionem ſoluamus, & pertur-
bationem animi ſedemus, attendite quæſo animū, &
mentē veſtram præparate: maior quippe iam mihi
labor eſt impendendus. non enim æqualis eſt facili-
tatis pugnare & docere: hoſtem vulnerare & dome-
ſticum corrigere: ſed plus in hoc mihi ſtudij confe-
D rendum eſt: vt neque membrum claudicans negli-
gam, neque perturbatum quemquam prætermit-
tam. Dico enim, ſed ne percellant vos quæ dicun-
tur, neque perturbemini; non enim tantum Filij
non eſſe contendo, & hoc magna tuba clarioríque
voce proclamo, neque ipſius eſſe dare, neque adeo
Patris ipſius. Si enim ipſius eſſet, & Patris eſſet; ſi
Patris eſſet, & ipſius eſſet: propterea non dixit illis
ſimpliciter, Non eſt meum dare; quid igitur? *Non eſt
meum dare, ſed quibus paratum eſt*: ſignificat neq; ipſius
eſſe, neque Patris, ſed aliorum quorumdam. Quid
ergo ſibi vult dictum illud? Sic enim arbitror vobis
auctam eſſe perturbationem, ac maiorem dubita-
tionem exortam. & anxios vos eſſe: verumtamen
nolite timere; non enim deſiſtam, donec ſolutio-
nem adiunxero: ſinite tantum vt paulo altius initiū
orationis arceſſam, quod aliter fieri nequeat, vt di-
lucidè menti veſtræ omnia commendentur. Quid
ergo ſibi vult, quod eſt dictum? cū ſe reciperet Hie-
roſolymam Ieſus, acceſſit cum filijs mater filiorum
Zebedæi, Iacobi & Ioannis, ſic eum alloquens,

ne abduceret, dixit, Non eſt meum dare, ſed veſtrum, ſi velitis, accipere: vt maiorem animi alacritatem exhibeatis, vt maiorem laborem, vt ſtudium maius: laboribus enim coronas propono, & laboribus honores, & præmia ſudori: hæc apud me commendatio valet maximè, quæ ab operum exhibitione promanat. Vides me non fruſtra dixiſſe nec ipſius eſſe, nec Patris, ſed eorum, qui decertant, labores exantlant, & moleſtijs conflictantur? Propterea nimirum & Hieruſalem dicebat: *Quoties volui congregare filios veſtros quemadmodum gallina pullos ſuos, & noluiſtis? Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.* Vides fieri non poſſe, vt ex illis qui otioſi ſunt, ac deſides, & ſupini iacent, vllus aliquando ſaluus fiat? Ex hoc & aliud quippiam arcanum diſcimus, non ſatis eſſe martyrium ad ſupremum honorem & altiſſimæ ſedis conciliandam prærogatiuam. Ecce namque prædixit illis fore quidem, vt martyrium paterentur, nec idcirco tamen omnino primos honores conſequerentur: quippe quod non deeſſent nonnulli, qui maiora poſſent à ſe patrata oſtēdere: id quod indicans dicebat: *Calicem quidem meum bibetis, & baptiſmo, quo ego baptizor, baptizabimini: ſedere autem ad dextram, & ad ſiniſtram, non eſt meum dare.* Non quod ſedeat, ſed hoc idem valet, quod maiorem conſequi honorem, primas partes obtinere, ſuperiorem omnibus fieri: dixit igitur ſedere ad dexteram & ad ſiniſtram, vt eorum opinioni condeſcenderet, ac ſe accommodaret: illi enim primas partes appetebant, & vt cæteris omnibus maiores apparerent. Hoc igitur ipſum inquit, vt vos cæteris maiores appareatis, omnibuſque ſublimiores, hac vna re non poteſtis acquirere: nam mortem quidem oppetetis, vt autem ſupremum honorem obtineatis, non eſt meum concedere, ſed quibus paratum eſt: videamus, quinam illi ſint beati ac ter beati, quique ſplendidas illas coronas conſequuntur. quinam igitur illi ſunt, & quas ob res geſtas adeò ſplendidè coronantur? Audi quid dicat; Poſtquam enim decem indignati ſunt, de duobus, quod ſcilicet cum à cœtu ſe diſiunxiſſent de transferendo in ſe ſupremo honore deliberarent, vide quomodo & iſtorum paſſionem corrigat: vocatis enim illis ad ſe ſic ait. *Principes gentium dominantur eorum, & qui magni ſunt, poteſtatem exercent in eos: apud vos autem non ita erit: ſed quicumque voluerit inter vos primus eſſe, fiat omnium vltimus.* Perſpicis hoc illos voluiſſe vt primi maiores & ſuperiores euaderent, atque vt ita dicam, ipſorum principes, propterea nempe aduerſus hoc inſiſtens & eorum arcana in medium proferēs dixit, *Qui voluerit inter vos primum eſſe, ſit omnium miniſter:* quod ſi primum conſeſſum appetitis, inquit, & honorem ſummum, vltimum perſequimini locum: & vt omnium ſitis viliſſimi, omnium humillimi, omnium minimi, voſque omnium poſtremos collocetis: hæc enim virtus honorem illum largitur: neque longe ducitur exemplum, quod & multum excedit. *Non enim venit filius hominis, vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionem pro multis.* Vt intelligatis iſtud eſſe quod claros reddit & illuſtres, videte, inquit, quomodo res mihi ſucceſſerit, qui neque honore, neque gloria indigeo, ſed tamen hac ratione bona innumera perfecta ſunt à me. Antequam enim carnem aſſumpſiſſet ille, ac ſeipſum abieciſſet, perierant omnia, & de omnibus actū erat, poſtquam autem ſeipſum deiecit, omnes in altum euexit, maledictum deleuit, mortem extinxit, paradiſum aperuit, peccatum mortuum reddidit, cælorum ianuas reſerauit, primitias noſtras in cælum ſuſtulit, orbem terrarum pietate compleuit, errorem abegit, veritatem reduxit, primitias noſtras regium in thronum ſubuexit, innumera bona præſtitit, quæ neque ego neque mortales omnes poſſent oratione complecti. Ac prius quidem, quàm ſe humiliaſſet, angeli tantum ipſum nouerant: poſtquam autem ſeipſum humiliauit, omnis eum agnouit humana natura. Vides quo pacto quod ſe humiliauerit, nihilo minor ſit redditus, ſed innumera inde lucra, innumera rectè facta promanarint, eiuſque gloria clarius idcirco eluxerit. Quod ſi in Deo, qui bonis omnibus affluit, nec vlla re indiget, quòd ſeipſum humiliauerit, id tantum boni peperit, pluresque famulos illi conciliauit, ac regnum dilatauit, quid tu verearis, ne cum te humiliaueris, minor fias? tum ſublimior eris, tum magnus, tum clarus, tum illuſtris, cùm teipſum flocciteceris, cùm primas partes non appetiueris, ſed inferiores ferre contentus fueris, & occidi, & in periculis verſari. cum miniſterium pleriſque, obſequium & curam ſtudueris exhibere, atque huius rei cauſa quiduis agere patique paratus fueris. His igitur conſideratis dilectiſſimi, humilitatem ſummo ſtudio ſectemur, & cum affecti contumelia fuerimus, cum deſpecti, cum extrema cuncta perpeſſi, cum neglecti, ac ludibrio habiti: cum voluptate perferamus: nihil enim ſic in altum tollere, gloriam & honorem conciliare atque efficere vt magnus videare conſueuit, vt virtus humilitatis: cuius nos eximium ſpecimen exhibentes, promiſſa conſequi bona contingat, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo gloria, honor & adoratio Patri, & Spiritui ſancto nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Ma. 23. 37

S. PATRIS NOSTRI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTInopolitani, Sermo in illud, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & ecce valde bona: *& de eo, quod diuina eloquia iucundis quibuſq; rebus antecellunt.*

Gen 1.

FRONTONE DVCÆO INTERPRETE.

PVlchra ſanè ſunt pietatis prata, quæ non temporarijs coloribus nitent, ſed cæleſtibus floribus redundant. Flores autem pietatis ſunt diuinitus inſpiratæ conuerſationis fructus. virtutes enim ad admirabilem illam & primogeniam pulchritudinem nos reducunt, quæ ad imaginem & ſimilitudinem Dei fuit condita. Hæc itaque ſecundum virtutem ſimilitudo, equum pro homine dici non ſinit; hanc itaque ſi ſectemur, non iam lupus, draco vel ſerpens, vel ſcorpius appellamur, ad brutorum naturam deiecti, ſed imago Dei ſtupenda atque veneranda, quæ primigeniam illam pulchritudinem formæ retinet, & ſumus & dicimur, atque adeo credimur. Factus es Dominus beſtiarum, noli ſeruorum mores imitari: non quod mala ſint bruta animalia, nihil enim mali à bono creatum eſt. Neque enim exiſtimet quiſquam in vitij loco reponendas eſſe beſtias, quòd tanquam imagines quædam vitiorum in medium proferantur, quæ in ijs regnant qui non ex præſcripto virtutis vitam degunt. Nam ſi ita eſſet, cur dixiſſet ſcriptura, *Viditq; Deus cuncta quæ fecerat, & ecce bona,* neque ſimpliciter bona, ſed valde bona? Quando igitur res creatæ in ſimilitudinem malitiæ adducuntur, (nam & leo tyranni imago eſt, & ſerpens verſuti hominis, quique moribus ſit nequiſſimis, & ſcorpius percuſſoris, & lupus rapacis) quomodo res creatæ bonæ dicentur, inquit, quæ tam apertè tanquam imagines vitiorum, proferuntur? verùm operæpretium eſt, intelligant diſcendi cupidi hæc, ſi ſpectetur propria eorum natura mala neque eſſe, neque dici, ſed eam potiùs conditionem & ſtatum, qui rationis expertibus conuenit animantibus; poſtquam autem ratione præditam naturam inuaſerint, ſpeciem eius contumelia afficere, & rationalem ingenuitatem obtuſiorem reddere. Accepiſti, ô homo, dignitatem heri, noli ignominioſam & ſeruis congruam beſtiarum con-

Edita primum Græcè & Lat. Par. apud Fed. Morel. Typog. reg. an. 1594.

Homo per peccatum fit ſimilis brutis.

A ditionem ſectari: teipſum enim probro afficis, dum beſtiarum immanitatem imitaris: non quaſi malæ ſint, aut dicantur beſtiæ, ſed quod ignominioſa & ſeruilis imago liberis non conueniat. Quemadmodum enim ſi vir quiſpiam illuſtris & nobilis ſeruili toga ſit indutus aut amictus, probro afficitur & ignominia notatur, non quod veſtis illa ſit vilis aut ſordida, ſed quod ſeruum quidem deceat, libero verò non conueniat: Ita ſi ſcorpij, lupíque mores induas, non brutorum accuſatur natura, ſed conditio tua probro afficitur, quæ Domini ſortem cum nacta ſit, ea quæ ſunt ſeruilia ſectatur. Hæc à me neceſſario fuerunt in medium allata, ne quis ea fortè quæ dicta ſunt ad ignominiam creatoris traducat, quaſi malum aliquod fecerit Deus. Verè enim bona ſunt omnia, & valde bona, ſi propriam conditionem cōſeruent, & ſuam legem ſectentur. Atque vt intelligas, chariſſime, nihil à Deo mali creatum eſſe, ſi naturam ſpectes, docuit nos Deus & belluarum ſimilitudinem vſurpare. Admonuit enim vt quædam lucra prærogatiuaſque brutarum animantium imitaremur, ne tanquam mala damnemus & calumniemur quę creata ſunt, non generatim eorum naturā, ſed quæcunque rationalium conditioni potuerint conuenire. An non hodie Prouerbiorum auctorem audiſti dicentem: *Vade ad formicam piger, & æmulare vias eius*? non animaduertis quo pacto propoſita formicæ diligentia nos ad impigrum quoddam ſtudium erudierit? Nónne voluit vt à formica diligentiā, ab ape vero artificij amorem ediſceremus? Licet enim nobis, licet, vt ante dixi, & beſtiarum prærogatiuas, & commoda quæ conditioni noſtræ conueniunt ad imitandum decerpere. Verumtamen iſta ad pudorē nobis incutiendum probrumque dicuntur. Quando enim Deum imitari noluiſti, imitare formicam. Numquámne parentem vidiſti qui dilectum filium obiurgaret, & poſt multam inſtructionem ad imitationem famulorum eum traduceret, atq; hæc palam ediceret? Imitare ſaltem famulum dignitate quidem inferiorem, at ſcientia tamen præſtantiorē. Quamobrem benigniſſimus Deus ad coarguēdum ſtuporem noſtrum, formicam profert in medium, à qua negligentia noſtra conuincitur, & apem quæ pigritiam noſtram condēnat. Atqui hinc ſatis cōſtat nihil adeo malum conditum eſſe, qui tibi ſenſum ac mentem incidit, cuius vi poſſis iſta diſcernere, vt belluarum quidem mores deuites, potiorē autem earum ſortem & commoda conſecteris. Poteſt enim & leo virtutis imago eſſe, cum non tamquam tyrannidis, ſed quaſi fortitudinis indicem ſimilitudinem illam accipis. Aliud quippe eſt tyrannis, & aliud fortitudo. Idcirco ſcriptura ipſa Saluatorem annuntians exoriturum ex Iuda, *Catulus*, inquit, *Iuda ex germine fili mi, aſcendiſti: recumbens dormiuiſti vt leo, & quaſi catulus leonis*. Vide cuiuſmodi ſimilitudinem ex ijs, quæ belluis inſunt potiora, duxerit ſermo diuinus. Licet igitur leonem ſapientem imitari, licet & ſerpentem quoque, non quidem in veneno fundendo, ſed in ſolertia comparanda: ſicut & Apoſtolis Saluator ait, *Eſtote prudentes ſicut ſerpens*. Quamobrem ſi mala eſſet creatura, imaginem ſuam ad eius imitationem non cohortaretur dicens, Eſtote prudentes ſicut ſerpens: imitare ſerpentis non iracundiam, ſed prudentiam. Etenim ſi venenum imiteris, exclamat in te Dauid, accuſans & dicens: *Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis*. ſin autem prudentiam eius imiteris, factus es Chriſti diſcipulus, qui dixit: *Eſtote prudentes ſicut ſerpens*. Nam quoniam omnibus animantibus eſt prudentior, vt paulo ante lectum eſt, prudentiam oppoſuit prudentiæ, non vt dolum nectere diſcas, ſed vt dolum diſcas declinare. Vult enim benignus Deus nos eſſe non malignos, ſed callidos: aliud autem eſt calliditas, aliud malignitas. Callidus itaque eſt non ad excogitandam malitiam, ſed ad malitiam euitandam, & vti ſolet calliditate, non

A beſtijs inſtructionem homines accipiūt. Prou. 6.6

B

C

Gē. 49.9

D

Mat. 10. 13

Pſal. 57.5

A vt in alios conſuat dolos, ſed vt ea, quæ à cæteris in ipſius perniciem contexta ſunt, effugiat: malignus autem eſt ſicarius deceptor, qui alijs mala machinatur. Talis prudens Iacob, prudens vt ſerpens, non venenum ſpargens vt ſerpens. Nam cùm in occurſum congreſſumque cum fratre Eſaū venturus eſſet, homine ſceleribus & parricidijs cooperto, Deum orabat dicens: *Domine erue me de manu fratris mei Eſau, quia valde eum timeo*. Deumque precatur vt aduerſus malum orationem opponat. Quando vero fratri occurrit, humanitate, cultu, & obſeruantia furorem eius placauit, & malitiā reſtinxit. Quid enim ait ad Eſau? *Sic vidi faciem tuam quaſi viderim vultum Dei*. Ac ſi hæc quidem dixit Iacob, vt ea fraude vinceret fratrem, male loquebatur: ſin autem dixit, vt terrorem effugeret, calliditate rectè vſus eſt. Eſtote ergo prudentes, vt ſerpens; non venenum eiaculantes, ſed prudentes, & ſimplices ſicut columbæ. Poteſt autem columba & ad vitium & ad virtutem ſignificandam accipi: qua vero ratione, audi. Si ſis inconſideratus minimeque diſcretus, & ſolius malitiæ peritus, accuſat te ſcriptura vt imprudentem. *Ephraim enim*, inquit, *quaſi columba inſipiens, quæ cor non habet*. Si ergo inſipientiam fugiens ſimplicitatem cum laude præ te tuleris, habes prudentiam perfectam, ſi eam cum malitia non commiſceas, & audis à Domino, *Eſtote prudentes ſicut ſerpens, & ſimplices ſicut columba*. Ne igitur nullo delectu vtcunque ſcripturam lege, mi frater, aut ſimilitudines ad vitia, malamque in partem accipias ab ea prolatas, dum diſtribuit huic quidem illud, illi vero aliud. Viſne hoc intelligere planiùs? Attende diligenter ijs, quæ dicuntur. Vocat leonem ſcriptura: *Catulus enim leonis*, inquit, *Iuda ex germine, fili mi, aſcendiſti: recumbens dormiuiſti vt leo*. Hic, vt leo, fortitudinem ſignificat: nam & de iuſto eandem proponit ſimilitudinem. *Iuſtus enim*, inquit, *quaſi leo confidit*. Fortis itaque eſt iuſtus, non in malè agendo, ſed in ijs refellendis, quæ à ſceleratis inferuntur. Appellat & Saluatorem leonē eò, quòd eſſet ex tribu regia, vt enim quadrupedū rex eſt leo, ſic inter Iudæos tribus Iuda regnabat, ex qua Saluator progenitus eſt. Neq; verò exiſtimes, chariſſime, Chriſto indignum leonis imagini cōparari: nam & eandem ipſi tribuit diuinitati ſcriptura. Audi ergo quid dicat Propheta; *Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus loquutus eſt, quis non prophetabit?* Ergo ratione potentiæ, & quatenus terribilis eſt, ac regia maieſtate pollens, comparatur leoni Chriſtus. Appellatur & leo diabolus, non vt potens & tremendus, ſed vt percuſſor, vt tyrannus, & exterminator. De hac re dicit B. Petrus Apoſtolus, *Ecce inimicus veſter diabolus circuit tanquā leo, quærēs vt animā deuoret*. Diuide itaque eorum quæ leguntur notiones ac ſententias: ne fortè quæ in verbis apparent contraria, tuam mentem perturbent. Commemorauit ſcriptura leonem, & leonem, ſed hunc quidem ſecundum regiam dignitatem ac potentiam, illum autem ob vim perdendi atque delendi. Itaque iuſtum ſimul & impium vna ſimilitudine Scriptura exprimit. *Iuſtus*, inquit, *vt palma florebit; ſicut cedrus, quæ in Libano eſt, multiplicabitur*. Priori loco propoſuit eam imaginem iuſti, deinde pariter impij. *Vidi enim*, inquit, *impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani*. Vide ergo quo pacto eandem ſimilitudinem in medium attulerit, ſed dictionibus notiones diuiſerit. Nam de impio dicit. *Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros*; de iuſto autem non dixit, vt cedrus, quæ in Libano eſt, efflorescet, ſed multiplicabitur. Sic igitur apem imitare, mi homo, quam & ſcriptura, vt imiteris in diligentia te docet. *Vade ad apem, & diſce quam ſit operatrix*. Noli diſcere quo pacto ſtimulum habeat, ſed quo pacto mel conficiat. Nam ſi apis ſtimulum fueris imitatus, reprehendet te Dauid, dicens: *Omnes gentes circumdederunt me ſicut apes fauum, & in nomine Domini vltus ſum eos*. Vides vt

Gē. 34.10

Columbæ cōparatio quid denotat.

B

Oſ. 7.11.

Gē. 49.9.

Pro. 28.1

C

Amos 3.8

1 Pet. 5.8.

D

Pſ. 91. 13

Pſ. 36.35.

Prou 6.6

Pſ. 117.12

percu-

percutientes ſe comparet api pungenti, iuſtos autē A
Pro. 16.24 aſſimilet ei, quæ mel ſtillet? *Labra enim*, inquit, *iuſtorū*
ſtillant ſapientiam, & fauus mellis, ſermones honeſti. Dulcē-
do vero eorum ſanitas animæ. Hanc itaque dulce-
dinem, animarum inquam, deſideremus ex tota ani-
ma, fauumque ſpiritualem in occulta animæ offici-
na conficiamus, & eloquia diuina, pluris quam mel
& fauū faciamus. Sæpenumero fit, vt ſi multū mel-
lis comedatur, dulcedinem mutet in amaritudinē,
& ſtomachi vitiet appetitum, omnemque hominis
ſtatum euertat: ſermo vero diuinus etſi multus acci-
Pro. 25.27 piatur, animam nō perturbat, ſed potius ſanat. *Dul-*
cedo enim eius ſanitas animæ. Quapropter Sap. cū vellet
mellis & ſermonis inter ſe diſcrimē opponere. *Mel*
multū, ait: comedere non eſt bonū, honorare autē oportet ſer-
mones glorioſos. Semper itaq; dilectiſſimi, tamquam fauū
quendam varium, ſacra eloquia retineamus: & quē-
admodum fauus ille diuerſis quidē cōficitur ex ſpe-
ciebus; vnā autē bonā habet, ſic & nobis eſto fauus 3
ſcriptura diuina, ex multis quidē ac diuerſis cōſtans
prophetis, vnū vero doctrinæ mel ſtillans. Talis &
nobis Patrū fauus ex multis quidem ætatibus coa-
ceruatus, vnā verò gratiam vnamq; ſpiritualem do-
ctrinā diſtillans. Verū hæc quidem hactenus: nobis
verò precibus & patrociniis cōmunis patris cōtin-
gat, vt diligētia noſtra ſermonē adaugētes, diuinam
legē ampleamus in mente noſtra quouis tēpore, id-
Pſal. 39.9 que faciamus, quod à Dauide dictum eſt, vt Dei le-
gem in medio ventris noſtri ſemper habeamus, ſiue
diuinas ſententias, vt naturæ terminos agnoſcere
inſtituamus, ac veritatem colere, mundum conten-
nere, Deoque gloriam tribuere, nunc & ſemper &
in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Eiuſdem demonſtratio, Primum hominem per inobedientiam abiecisse imaginem ad ſimilitudinem Dei factam, & per nouum Adamum eam rurſus recuperaſſe.

FRONTONE DVCÆO INTERPRETE.

HOminem ad imaginem & ſimilitudinem Dei
procreatum eſſe, cū ipſa ſcriptura diuina tra-
didit, tum doctrinæ ſermo ſenſim quodammodo di-
ſcendi cupidis ſubindicauit. Ac meminiſtis omninò
qui inter auditores vtiq; diligentiores eſtis, quo pa-
cto de hoc argumēto verba fecerimus, & qua ratione
Imago Dei, ſecū dum quā homo eſt creatus, per peccata deformis, & ſimilis brutis efficitur. in primis illud, *Ad imaginē* ad hominis dominatum &
in omnes res creatas imperium referendum ſit: ſi-
militudo vero imaginis huius de perfectione virtu-
tum intelligatur: neceſſarium verò nūc eſt fratres,
vt doceamus, ac dilucidè exponamus, quo tandem
modo is qui cæteris omnibus Dei creaturis honore
fuerat antelatus homo, à propria primigeniaq; di-
uinæ formæ pulchritudine in brutarum animantiū
naturā & ſimilitudinem fuerit deuolutus. Nam cū
benigni Dei imago eſſet, vitiis ſemetipſum defor- D
mauit, & ſceleribus labefecit, vereq; iumentis inſi-
pientibus cōparatus eſt, & ſimilis factus eſt illis. Quo
verò pacto iumentis etiam inſipientibus aſſimilatus
fuerit homo, ex ipſis operibus intelligamus opor-
tet, nō vt, quæ præceſſerunt, corrigamus; nā & quæ
ad Adamū pertinent, omniſq; eorū qui præceſſerūt
hiſtoria, non vt eos qui præceſſerunt laudemus, aut
vituperemus, lecta ſunt, ſed virtutem imitemur, &
1. Cor. 10. 11. vitium declinemus. *Hæc autē*, inquit admirabilis Pau-
lus, *ſcripta ſunt ad correptionem noſtram, in quos, fines ſeculo-*
rū deuenerunt. Imaginem itaq; ad ſimilitudinē Dei fa-
ctam primus homo per inobedientiā abiecit, eamq;
dæmonibus, proterendam permiſit, brutarū animā-
tium ſimilitudine varia deturpauit: atq; hunc quidē
ob crudelitatem, morumque tyrannidē leonem po-
tius, quam hominem reddidit, illum autem lupū ob
rapacitatem effecit. Teſtatur hoc Scriptura quæ ſic
Ez. 22. 27 ait, *Principes veſtri quaſi leones rugientes, & iudices veſtri,*
quaſi lupi Arabiæ: leones appellans crudeles, & ty-

A rannidem exercentes, lupos autem rapaces ad aua-
ritiam & prædam imminentes. Vides vt ad imaginē
Dei factus homo in belluarum ordinē ſit redactus?
Quando ergo tyranni more ſe gerit homo, leo ap-
pellatur; quando rapax eſt, lupi cognomen inuenit:
cum impuris libidinibus ſe coinquinat, & beſtiarū
in morem ad improba facinora præceps ruit, rurſus
equus inuenitur homo: *equi enim*, inquit, *amatores &* Ierem. 5. 8.
emiſſarii facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hin-
niebat. Alios porrò vitium ex hominibus canes fe-
cit. Canes, qui dum propter allatrandi conſuetudi-
nem, quodque tumultibus ac rixis vſque delecten-
tur, de quibus. & beatus Dauid ex perſona Saluato-
ris clamat per prophetam, *circumdederunt me canes,* Pſ. 21. 17.
Quinam verò canes? *concilium malignantium obſedit*
me. Alios rurſus porcos appellat ſcriptura, qui in
fouea prauarum actionum inquinantur, de quibus
per Euangeliſtam ait Dominus, *Ne mittatis ſancta ca-* Matth. 7. 6
nibus, neque margaritas ante porcos. Vides quomodo va-
rius ſit homo, & quo pacto imago illa quæ ad ſimili-
tudinem Dei facta erat, ad belluarum ſimilitudi-
nem deuoluta ſit, non altero quopiam vim afferen
te, ſed homine ſeipſum præcipitem agente? Scri-
ptura enim non neceſſitati tranſgreſſionem ad-
ſcripſit, ſed libero arbitrio eius, qui honore affectus
fuerat, & honorem non agnouerat. *Homo quippe*, in- Pſ. 48. 13.
ſtuit *cùm in honore eſſet, non intellexit.* Age verò rurſus,
ſi ita videtur, conſideremus quomodo alios etiam
quoſdam propter varietatem & calliditatem, mul-
taque ſimulationis plenam animi profeſſionem
vulpes ſcriptura nominet. Ea propter Herodem
vtique varium in conſiliis, & in cogitationibus aſtu-
tum in impietate viuentem, ac pietatis velo perſo-
natum, Saluator vulpem appellat. Cum enim adue-
niſſent nonnulli, atque ipſi renuntiaſſent Herodem
ipſum videre velle; tum ſancta illa & magna vox
reſpondens ait, *Dicite vulpi iſti iſta, hodie & cras ſigna* Lu. 13. 32
C *facio, & tertia die conſummor. Dicite vulpi illi*, quaſi dicat,
animæ ad omnem calliditatem factæ plenæ dolo, &
omni malitia & fallacia. Cognouiſti frater, quo Act. 23.
pacto callidos ſcriptura vulpes appellet? Quotieſ-
cumque igitur cum Pſal. dixeris: *Introibunt in inferio-* Pſ. 62. 11.
ra terræ, partes vulpium erunt; intellige ænigma, ne-
que exiſtimes ænigma, haud aliter quam per intel-
ligentiam accipi. Et rurſus alibi dicit, *Partes hypocrita*
rum erunt: qui enim veritatem ignorant, non cum
fidelibus, ſed cum hypocritis partem accipiunt:
vnde & Saluator hanc ſententiam obſignans ait de
eo qui male diſpenſatoris munere functus erat: *In-*
trabit dominus ſerui illius, & diuidet, partemque eius ponet cū Ma. 24. 51
hypocritis. Itaq; hypocritas appellauit ſcriptura vul-
pes. In tā multas ergo, fratres, deiecta eſt indecoras
figura, & ſimilitudines imago Dei, ſic vt non aliis
nominibus. omnem terrarū orbē appellet ſcriptu-
ra, priuſquam iſta cognitio pietatis, illuceſceret,
quam brutorum iumentorum, & reptilium ferarū-
D que beſtiarum. Enimuero ipſum coryphæum Apo-
ſtolorum Petrum, cū benigniſſimus Deus admone-
re, vellet, vt ex alienigenis admitteret, qui ſe offer-
rent, admirabilem illam & inuſitatam ſindonē cō-
monſtrauit illi, quæ de cælo quatuor initiis ſubmit-
tebatur, in qua erant omnia quadrupedia terræ, &
volatilia cæli & beſtiæ & reptilia, & ait ad eum, *Surge* Act. 10. 13
Petre, occide, & manduca. Ait autem Apoſtolus. *Abſit*
Domine, numquam enim manducaui omne commune, & im-
mundum. Ignoranſq; enim ænigma ſimilitudinis Pe-
trus, putanſque ſenſilia eſſe quæ videbat manduca-
turū ſe negat, conſuetudinem ſeruans Iudaicam, &
ait, *Abſit domine, numquam enim manducaui omne commu-*
ne, & immundum. Dominus autē ad eum dixit, *quæ Deus*
purificauit, tu communia ne dixeris. Hæc itaque Saluator
cū Apoſtolo diſſerebat de quadrupedibus apparen-
tib. & beſtiis ac volatilibus. Chriſti verò Apoſtolus
Petrus intellexit poſtea, Saluatorem nō volatilia &
belluas ſignificaſſe per linteum, ſed gentes omnes,
aitq;. Cornelio cū illo colloquens, *Vos ſcitis quomodo*

Digitized by Google

abominatum ſit viro Iudæo coniungi alicui alizena: ſed mihi [A] *oſtendit Deus neminem communem aut immundum dicere hominem.* Didiciſti mi frater, quomodo variæ belluarũ appellationibus fuerimus ignominioſe notati? [Eſa. 11. 6. & 65. 25.] Rurſus cum legeris in Propheta Eſaia, *Tunc lupus ſimul cum agno paſcetur, & pardalis cum hædo accubabit, &c, leo & bos ſimul paſcentur, & ſimul comedent paleas.* Intellige ænigma, & clarę percipe eius intelligentiam quod non brutorum animalium conuentum ſignificat, ſed hominum potius congregationem, planeque pietatis communionem interpretatur, & ſalutem per gratiam omnibus mortalibus affulgentem. Cùm enim in Eccleſia pauperem videris cum diuite aſtantem, cum magiſtratu priuatum, tenuem cum illuſtri, eumque qui exterius poteſtatem veretur, conſidera quid ſibi velit illud, *Lupus cum agno paſcetur.* Lupum nimirum appellat diuitem, agnum verò pauperem. vnde autem id conſtat? quoniam communicabit lupus cum agno, quomodo diues [B] cum paupere. atque attende diligenter. Aſtitit plerumque diues & pauper in Eccleſia:, comprehendit te hora myſteriorum; expellitur diues, vt minimè initiatus myſterijs, permanet autem intra cæleſtia tabernacula, aſtatque pauper, neque tamen indignatur diues: quippe qui nouerit ſe à diuinis myſterijs alienum. Quinetiam, ô diuinum beneficium! non modo æqualitas honoris eſt in Eccleſia, quæ à Deo eſt gratia, ſed & cum vterque ſubſtitit plerumque pauper pietate diuitem antecellit: neque quicquam diuiti conferunt ad pietatem opes, neque fideli paupertas eſt fraudi, ſed eum cum fiducia coram ſancto ſtatuit altari. Hæc autem, dilectiſſimi, de catechumenis à me dicuntur, non de quibuſuis opulentis. Aduerte quæſo animum, mi frater, ac vide quo pacto ſæpe Dominus excedat ex Eccleſia, & ſeruus fidelis ſacris aſſideat myſterijs: egrediatur domina, & maneat ancilla: non enim accipit hominis perſonam Deus. Non eſt ergo [C] in eccleſia ſeruus & liber, ſed illum nouit ſcriptura ſeruum, qui ſeruituti peccati addictus eſt. [Ioan. 8.] *Qui enim*, inquit, *facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Illum [Rom. 6.] etiam liberum agnoſcit, qui à diuina gratia, in libertatem aſſertus eſt. [Rom. 8.] *Nam lex*, inquit, *Spiritus vitæ, in Ieſu Chriſto liberauit me à lege peccati.* Cùm igitur hæc imago, varijs modis, vt ante diximus, labefactata & diſſoluta eſſet; venit Saluator, & propriam imaginem reſtaurauit, & quam diabolus diuulſerat, eam ipſam tulit opifex homo factus, amator hominum, non dignitatem ſuam dedecorans, ſed ſuam erga nos benignitatem ſtabiliens. Vnde hoc diuinum & admirabile indumentum B. Dauid proclamans dixit; [Pſalm. 92] *Dominus regnauit, decorem indutus eſt.* Neque vero diuinitati principio carenti & incorporeæ datur indumentum. Nihil enim eſt ornatius Deo, magiſque decorum; vt ipſe decorem induat: quin hoc humanæ naturæ conuenit. Etenim nos homines membrorum deformitatem, veſtimentum decore [D] contegimus. [1. Tim. 6] Verùm cum Deus ſimplex ſit & ſine figura, ſolus habens immortalitatem, lucem habitans inacceſſibilem. quo decore eget, aut quo indumento ornatur? Vnde perſpicuum eſt Prophetam appellauiſſe decorem corporis aſſumptionem; vocat, decentiam, propriam carnem; non ob corporis naturam, ſed ob virtutum perfectionem. quinetiã Idcirco decorum corpus Domini, non quòd corpus fuerit ſolum, ſed quod peccatum non fecerit, neque dolus inuentus ſit in ore eius. [Eſai. 61.] *Dominus regnauit, decorem indutus eſt.* Sic etiam ait Eſa. *Quod omnes homines induet, & circumdabit quaſi ornamento ſponſæ.* [Pſalm. 92 & 44.] *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Et: *Accingere gladio tuo ſuper ſemur tuum, potens.* & quæ ſeq. Atque hæc tamquam armatum quempiam regem Chriſtum demonſtrant, arma quædam terreni corporis indutum, & iure terreni; non enim ſimiliter atque homines armatur, & audi quomodo. Nos homines cum plerumque armamur, quod infir- [A] mum eſt tutamur eo quod forte eſt: at Deus qui fortis eſt, & validus, & potens, terrenum & inualidum corpus induit: non dedecorans dignitatem ſuam, verùm poteſtatis ſuæ præſtantiam per infirmum oſtendens: ſicut dixit Paulo, qui ſupplicabat ipſi: *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.* [2. Cor. 12] Vnde cum nobilis hic Apoſtolus præclarè percepiſſet ea quæ ſibi dicta erãt, ad Cor. ſcribens ait: *Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* [1. Cor. 1.] *Indutus eſt Dominus fortitudinem*: hoc eſt, diſpenſationem elucẽtem per carnem. quid enim illa pretioſa & ſancta carne potentius? quid porrò fortius: Etenim per corpus, corporis expertes & malignos dæmones debellauit; & per crucem de aduerſarijs poteſtatibus triumphauit. Attende diligenter. Indutum & cumamictum eſſe, ſignificat circumſcriptum eſſe. Cùm igitur ſancta & incircumſcripta natura videretur in corpore circumſcribi, non circumſcripta [B] quidem ſecundum propriam naturam, ſed eiuſmodi iudicata ex viſione apparente, meritò dixit: *Indutus eſt Dominus fortitudinẽ, & præcinxit ſe.* [Pſalm. 92] Et quid eſt quod mox inducitur? *Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.* Quoniam ergo peccatum concuſſerat primum orbem terrarum, cùm veniſſet Saluator fixit crucem, & ſtabiliuit vniuerſitatem. [Mat. 18. 18] *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebũt aduerſus eam.* [2. Tim. 2.] Et S. Paulus: *Sed firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc.* Duo itaque verba pronuntiauit Dominus; *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.* Non dixit: Firmabo Eccleſiam; &, nec reges, nec principes, neque tyranni, neque plebeij, neque ſapientes, neque ruſtici, neque oratores ſuperabunt Eccleſiam: [Eccleſia eſt inſuperabilis.] Nam inuictum & inexpugnabile eſt regnum Chriſti: verùm vno verbo vim & potentiam declarauit, ac ſimplici dictione promiſſionem muniuit. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.* Duo verba, non [C] nuda & tenuia verba. Nam qui verbo cælum firmauit, & terram fundauit verbo, etiam Eccleſiam ædificauit, & muro cinxit, & firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Procidamus itaque dilectiſſimi, illi qui orbem terræ ſtabiliuit, & ploremus, & eum ad miſericordiam inducamus; vt per ipſius benignitatem & ineffabilem potentiam, ſtabiles & incommutabiles, in inconcuſſo & infracto frudamento permanentes, ipſi iugiter gloriam referamus, & gratiarum actionem, ſimul cum Patre & Spiritu ſanctoq; , nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Eiuſdem Sermo de ligno, an ex eo cognitionem boni & mali Adamus adeptus ſit, an vero ante, quàm ederet, hac dignoſcendi facultate præditus fuerit, & de ieiunio.

[D] IEiunium quidem amo, quod temperantiæ ſit parens & fons omnis philoſophiæ, ac modeſtiæ, ſed & illud amo propter vos, & propter veſtram charitatem, quod hanc mihi ſacram & illuſtrem veſtram concionem coegerit, idque præſtet, vt optatos vultus veſtros rurſus intueri poſſimus, & concedat vt cum fiducia ſacris huius conuentus ac feſti delicijs fruamur. Non enim profecto errarit is, qui conſeſſum hunc veſtrum & ſacrum conuentum & feſtum, & ſexcenta alia bona appellarit. Nã ſi in forum profectus quiſpiam, & in vnum aliquem incidens ex amicis, omnem ex eius congreſſu triſtitiam ex animo abſtergit, nos qui non in forum, ſed in eccleſiam veniẽtes occurrimus, & in cõgreſſum nos damus non vnius amici, ſed tam multorum ac talium fratrum patrumque, qui fieri poteſt, vt non omnem mœſtitiam deponamus, non lætitijs omnibus incedamus? Non enim ob multitudinem tantum melior eſt conſeſſus hic, illis conuentibus, qui in foro cernuntur, ſed ob ipſam etiam colloquiorum conditionem. Nam illi quidem in foro

conſi-

A consiſtentes & in orbem inter ſe collecti, atque in circulis otioſi, per ſæpe de rebus inutilibus ſermones conſerunt, & ieiuna colloquutione inſtituta, de ijs verba faciunt, quæ ad ipſos nihil attinet. Sic enim ferè fit, vt maiori ſtudio res alienas ſcrutemur, & curioſius indagemus. Iam verò lubricum eſſe periculiq; plenum talia verba fundere, atque audire, & ſeduci, multaſque ob eiuſmodi conuentus multoties excitatas eſſe in familijs tempeſtates, dicere nunc ſuperſedeo: ſanè inutilem ac vanam eſſe atq; ſecularem omnẽ eiuſmodi confabulationẽ. neq; facile ſpiritualem vmquã ſermonem in eiuſmodi conſeſſum admitti omnes opinor fatemur. Hic verò non ita, ſed contrarium penitus accidit: omnis quippe inutilis ſermocinatio reijcitur, omnis autẽ doctrina

Concionum argumenta.

ſpiritualis in medium profertur. Enimuero de anima noſtra diſſerimus, deq; ijs bonis quæ ad animam pertinent, ac de coronis quæ nobis in cælis ſunt repoſitæ, de virorum illuſtrium vita, deque Dei benignitate atq; vniuerſitatis prouidentia, denique de alijs omnibus, quæ noſtra interſunt maxime, cuius B rei gratia nati ſimus, & quo tandẽ fine noſtra hæc in hac vita peregrinatio excipienda ſit, quoq; in ſtatu res noſtræ, tum temporis ſint futuræ. Atque huius concionis participes non ſolum nos ſumus, ſed & Prophetæ & Apoſtoli? quodque omnibus maius eſt, ipſe Dominus omnium medius inter nos Ieſus. Ipſe quippe dicit: *Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, illic ſum in medio eorum.* Quòd ſi vbi duo trésve congregati ſunt, in medio ipſorum eſt, multo magis vbi tam multi viri, tam multæ mulieres, tã multi etiam patres, & apoſtoli, ac prophetæ in medio verſantur. Quapropter & nos maiori cũ alacritate verba facimus, eo freti ſubſidio, quod nobis inde porrigitur, & fidem datã ſoluimus, vobiſq; promiſſa præſtamus: Dicturos enim nos polliciti ſumus prius de ligno, an ex eo cognitio boni & mali Adamo obtigerit, an verò ante eius eſum hac dijudicatione C polleret. Audacter itaque dicamus, nunc, etiam antequã comederet hac eũ cognitione præditũ fuiſſe; niſi enim quid bonũ malũve foret, nouiſſet, vel ipſis rationis expertibus animantib. magis brutus, magiſq; rationis expers, & Dominus ſeruis inſipiẽtior extitiſſet. An non enim abſurdum videtur, vt capræ quidem & oues ſciant, quænam herba ſalutaris ſibi ſit & vtilis, quæve pernicioſa, neq; ad omnes quæ occurrunt adhæreſcãt, ſed diſcernere poſſint, & noſſe quid ipſis noxiũ ſit, & quid commodum, homo autem tanta ſecuritate fraudetur? Etenim niſi hoc haberet, nullius eſſet pretij, ſed omnium abiectiſſimus appareret. multo enim ſatius ipſi eſſet in tenebris verſari, oculiſq; captũ eſſe, ac lucis aſpectu priuatum, quàm vt quid bonum ſit, quidve malum ignoret. Tolle hãc è vita noſtra facultatẽ, iam ipſam vitam omnem noſtrã ſubſtuleris, & omnium rerũ D perturbationem inuexeris. Hoc enim illud eſt, quo à brutis animantibus differimus, quo feris præſtamus, quod vitium virtutemque mouerimus, & quid bonum malúmue ſit factum agnoſcamus. Sin autẽ nos quoque nunc id nouimus, neq; nos modo, ſed & Scytæ ac Barbari, multo magis tum temporis homo ille ante peccatum id nouerat, neque tantis honoribus cumulatus (vt quod ad imaginem & ſimilitudinem Dei formatus eſſet, alijſq; benedictionibus ornatus) eo, quod caput bonorum eſt, orbatus eſſet relictus. Nam quid bonum ſit & malum illi ſolũ ignorant, qui naturali mentis ac rationis iudicio priuati ſunt: Adam autem multa ſapientia refertus erat, & facultate pollebat huius vtriuſq; diſcernendi. Atq; vt intelligas eum ſpirituali ſapientia repletũ fuiſſe, audi eius demonſtrationem. Adduxit ad eum Deus beſtias terræ, vt videret quid vocaret eas. *Omne enim,* inquit, *quod vocauit eas Adam, ipſum eſt nomen eis.* Conſidera ergo quanta ſapientia cumulatus eſſet, qui tam multis generibus, tamq; varijs, & omnis conditionis iumentorum, reptilium, & volucrum nomina, eaque

Math. 18. 20.

Adæ ſciẽtia ante eſum ligni editi.

Gen. 2. 19

A omnia propria imponere potuerit. Sic enim hanc nominum impoſitionem approbauit Deus, vt non amplius illas appellationes mutarit, neq; adeò poſtquam peccauit ille, voluerit eas è medio tollere: *Omne enim,* inquit, *quod vocauit Adam eas, hoc ipſum eſt nomen ipſi.* Iſte ergo quid bonum eſſet, quid malum ignorabat? cui verò id probabile videatur: Rurſus adduxit mulierem ad ipſum, & cum eam vidiſſet, naturæ cõſortem agnouit. Et quid ait? *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Iam quia paulo ante eum animalia cuncta Deus adduxerat, oſtendere volens Adam hoc animal non eſſe vnum aliquod ex cæteris, dixit: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Nonnulli autem non hoc ſolum innui voluit, ſed etiam modum creationis, & non amplius fore, vt mulier hac ratione naſcatur. Propterea dixit, Hoc nunc, quod & alius quidam interpres accuratius vertens dixit, Hoc ſemel, quaſi diceret: Nunc tantum mulier ex ſola facta viro: in poſterum vero non erit amplius ita; ſed ex vtriſque, Os ex oſſibus meis, & caro de carne me. Siquidem aſſumpto ex tota maſſa fragB mento vno, ſic mulierem formauit, vt in omnibus viro communicet. Hæc vocabitur mulier, * quoniã de viro ſumpta eſt, vt appellatio cõmunionem naturæ præ ſe ferat, & ipſius naturalis cõmunionis demonſtratio, ac creationis modus, perpetui amoris argumentũ & vinculum ſit cõcordiæ. Deinde verò quid ait: *Propter hoc derelinquet homo Patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ.* Non dixit ſimpliciter, vnietur, ſed adhærebit, vt ſummam coniunctionem ſignificet; & erunt duo in carnem vnã. Ergóne qui tam multa nouerat, dic quæſo, quid eſſet bonũ quid malum ignorabat, antequã ex ligno comederet, ſed poſt eſum id didicit? peccatum illi ſapiẽtiæ magiſter extitit, & ſerpens non iam ſeductor, ſed vtilium rerũ conſiliarius factus eſt, & ex bellua hominem reddidit? Abſit hoc: non enim ita ſe habet, non ita. Quod ſi non nouerat quid bonum eſſet quid malum, quoC modo mandatum accepit? nemo quippe legem fert illi qui neſciat malum quid eſſe transgreſſionem. Atqui Deus & tulit, & transgreſſorem puniuit, qui vtique neutrum horum feciſſet, niſi à principio dignoſcendi virtutem & vitium peritũ eum creaſſet. Vides vt omni ex parte pateſiat non ſolũ poſtquam comedit nouiſſe eum quid bonum eſſet, quid malũ, ſed & ante illud ſciuiſſe. Hæc itaq; omnia, dilectiſſimi, retineamus, & domũ reuerſi geminam menſam apponamus, vnam ciborum, alterã auditionis: & vir quidem quæ dicta ſunt repetat, vxor autem ediſcat: audiant liberi, neq; famuli ea fraudentur. Effice vt domus tua ſit Eccleſia; tibi enim & liberorum & famulorum ſalutis reddenda eſt ratio: & quemadmodum exigetur à nobis ratio pro vobis, ita quiſq; veſtrum pro famulo, pro vxore, pro filio rationẽ reddet eiuſmodi ergo narrationibus ſuauiſſima exciD piẽt nos inſomnia, & omnis viſionis expertia: qualia enim interdiu anima meditari ſolet, talia & in ſomnis effingit, & imaginatur. Quòd ſi quæ ſingulis diebus dicuntur memori mente ſeruemus, magno labore opus non erit: conſequens quippe ſermo multum inde lucis accipiet, & nobis facilior erit ad docendũ ac procliuior conatus. Vt igitur aliqua inde vtilitas ad vos noſque dimanet, ad nos quidem eo quòd doceamus, ad vos autem, quòd audiatis, poſt corporalem menſam & ſpiritualis vobis inſtruatur. Illa enim vobis & ad ſecuritatem & ad ornatũ vſui erunt, & huiuſce vitæ negotia ad veſtrã vtilitatem diriget ac fortunabit Deus, omniaque vobis prona & procliuia reddet. Quærite enim, inquit, primum regnum cælorum, & omnia adijcientur vobis. Hæc igitur quæramus, dilectiſſimi, vt iſtius vitæ & illius futuræ bona conſequamur, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti per quem & cum quo gloria, Patri, & Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Gen. 2. 23

* Quaſi virago.

Mat 6. 33

SAN.

Digitized by Google

A

SANCTISSIMO

BEATISSIMOQVE

PATRI CLEMENTI VIII.

PONTIFICI MAXIMO.

FRONTO DVCÆVS

ſempiternam fælicitatem.

Rursus ad Romanum Pontificem conſurgit Ioannes Chryſoſtomus, Beatiſſime Pater, rurſus Apoſtolicam ſedem appellat: rurſus non iam caput ſuum in diſco peti, ſed quod illi carius eſt, ad interitum exitiumq́; deuolui reformidat. Non enim exiſtiman-

B

dum eſt ſanctos Patres de ſcriptorum à ſe librorum incolumitate minus quam de ſua ſalute ſollicitos extitiſſe, cum huius vitæ ſemper prodigi fuerint, quæ corpore & ſpiritu continetur: illa vero ingenij ſui monumenta poſteritatem alere nouerint, & conſequentium ſæculorum æternitatem intueri. Non quod illi quidem auidi laudis humanæ fuerint, aut quæcumq; ſunt in terris caduca ſpectarint, ſed quod intellexerint paucorum annorum limitibus actionum ſuarum meritum circumſcriptum eſſe, librorum autem memoriam & vſum cunctarum ætatum prolixitatem amplecti, & quo minus ſuæ vocis tela peruenerint, eo conſignatam literarum monumentis eloquentiæ vim facultatemq́; penetrare. Quamobrem cum eo maiora ſentiat in dies incrementa capere gloriam ſuam Chryſoſtomus, quo conſtat auxilium ipſius operum ad plurium ſalutem dimanare, quæcumq; reſtant in terris adhuc, quæ non iam Herodiadis illius ſæuientis furorem, ſed multo tetriorem temporis faciem cuncta demententis, & humanorum caſuum procellam euaſerint, orat & obteſtatur, ne ſinat à tineis blattiſq́; depaſci, vel ſitu ac puluere computreſcere. quis enim quæſo non iuſto dolore

C

ardeat, ſi tanti videat Eccleſiæ Doctoris pretioſa ſcripta magni illius Thomæ Aquinatis iudicio non auro contra comparanda, ſed cum vnius vrbis, cum vnius regni opibus æquanda, quæ neque deprædantium in occidente cuncta Gotthorum, neque vaſtantium Orientis oras Sarracenorum flamma conſumpſit, quæ nulla barbaria violauit, noſtræ huius ætatis ſocordia, veterno, ac ſordibus neglecta prodi, & futurorum temporum vtilitati denegari? Quod cùm prudenter intelligeret præcauendum illuſtriſſimus Cardinalis Sourdiſius, cui ſimili nuper in conatu labor meus probatus eſt, dum ſapientiſſimis tuis inſtructus monitis hanc Aquitaniam noſtram tanta cum laude moderatur, auctor mihi fuit & ſuaſor, vt in inſtituto pergerem, & typographi ſui commiſſam fidei decadem hanc tractatuum ſanctiſſimi tui nominis auſpicijs prouehentibus è ſitu ac tenebris ad Eccleſiæ Latinæ lucem ſplendoremq́; reuocarem.

D

Licet enim neque tanti viri reſpondeat eloquentia interpretatio mea, neque libri moles amplitudine tua digna videatur: quia tamen erga magnum hoc Græciæ lumen mirificè affectam eſſe nouit ſanctitatem tuam, quæ nobis etiam ante aliquot annos ad eius aurea ramenta colligenda Romanas bibliothecas humaniſſimè patere iuſſit, cũ quidẽ ſuo nobis id fauore promeritus eſſet Chriſtianæ pater hiſtoriæ Baronius Cardinalis illuſtriſſimus, nequaquam mihi reformidandum putauit ne paulo audacius paternam hanc ſollicitudinẽ tuam ad totius orbis regimen excubantem interpellarem. Excipe igitur, qua ſoles benignitate rediuiuum hunc Chryſoſtomi fœtum, & quaſi poſthumum eius animi filium, beatiſſime Pater, qui vnius ampliſſimi Cardinalis viatico præſidioq́; ſeptus in viam ſe dedit, & alterius ſe patrocinio commendandum ſperans in palatij tui ſepta penetrauit, vt pedibus tuis oſculandis aduolutus, & Vaticanæ tuæ bibliothecæ præſidis brachijs paululum erectus Apoſtolicæ benedictionis cæleſtem rorem ad interpretis ſui ſtudia fœcundiora reddenda deprecetur. Burdigalæ Nonis Auguſt. CIↃ. IↃCIII.

Tractatus in terræmotum, & in diuitem & Lazarum, atque vnde ſeruitus orta ſit.

INTERPRETE FRONTONE DVCÆO

Societatis Ieſu Theologo.

Ex edit. Burdiga. 1604.

Vidiſtis Dei potentiam? vidiſtis Dei benignitatem? potentiam, quod orbem terræ concuſſerit; benignitatem, quod eum cadentem firmauerit: immo vero in vtroque potentiam & benignitatem. Nam & commouiſſe potentiæ fuit, & compoſuiſſe benignitatis. quod terram commouerit, & firmauerit orbem terræ, quod concuſſum & iam iã ruiturum erexerit. At enim terræmotus quidẽ præterijt, metus autem maneat. tranſijt illa tempeſtas, ſed timor non tranſeat. ſupplicationes ſpatio trium dierum obijmus, verumtamen ſtudium non reſtinguamus: ob hoc enim terræmotus accidit, ob noſtrã ſocordiam: ſocordes fuimus, & terræmotum accerſiuimus; ſtudium ac diligentiam adhibuimus, & iram repulimus; ne ſocordes iterum ſimus, vt irã ac ſupplicium iterum non accerſamus: *Non enim mortem peccatoris vult Deus*, ſicut eum conuerti, ac viuere. (Ezec.18. 23) Vidiſtis quam fragile ſit & caducum genus humanũ? Cum fieret terræmotus, ſic ego apud me cogitabam: vbi nunc rapinæ? vbi fraudationes? vbi imperia iniuſta? vbi faſtus? vbi principatus? vbi oppreſſiones? vbi ſpoliationes egenorum? vbi diuitum ſuperba faſtidia? vbi principum imperia? vbi minæ? vbi timores? vnum temporis monumentum facilius quam aranearum telas omnia diripuit, omnia deſtruxit: & audiebatur ciuitatis eiulatus, omneſque ad eccleſiam currebant. Cogitate, ſi cuncta peſſundare Deo viſum eſſet, quid feciſſemus: hæc autem dico, vt eorum, quæ acciderunt, perpetuo vigeat in vobis metus, omniumque mentem corroboret. Concuſſit, at non proſtrauit: Si enim proſternere voluiſſet, minimè profectò concuſſiſſet: ſed quoniam id nolebat, præceſſit tamquam præco terræmotus iram Dei ante denuntians, vt timore meliores effecti ſupplicium reipſa inferendum repellamus. Ita quoque cum barbaris egit; Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur. Quare verò non ſubuertis? minaris te ſubuerſurum; quin tu igitur ſubuertis? Quia nolo ſubuertere, idcirco minor. Cur ergo dicis? Ne faciam ea, quæ dico: præcedat ſermo, & opus impediatur: *Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur.* (Ion.3.) Tum temporis dicebat propheta; hodie muri vocem mittunt. Hæc vero dico, neque dicere deſiſtam, cum ad pauperes, tum ad diuites; cogitate quanta Dei ſit ira, & quo pacto facilia ſint illi cuncta & procliuia, tandemque ab improbitate deſiſtamus. perbreui temporis momento mentem animũque vniuſcuiuſque noſtrum infregit, & cordis fundamenta concuſſit. Cogitate die illo tremendo, cũ non vnum temporis momentum erit, ſed infinita ſæcula, & ignis fluuij, ac minaces iræ, atque ad iudicium pertrahentes virtutes, tremendum tribunal, iudicium incorruptum, & quæ geſſit vnuſquiſque, verſabuntur ob oculos, nec vllus erit qui ſuccurrat, non vicinus, non orator, non propinquus, non frater, non pater, non mater, non peregrinus, non alius vllus, quid tum quæſo faciemus? (Dies iudicij quã ſit tremenda) Metũ infero, vt ſalutẽ perficiã: doctrinã ferro penetrabiliorẽ fabricatus ſum, vt veſtrum quiſque, cui fuerit vlcus, illud abijciat. Nonne ſemper dicebam? & nunc dico & dicere non deſiſtam; quouſque tandem rebus ſæculi huius affixi eſtis? ad omnes quidem eſt mihi ſermo, ſed ad eos præcipuè, qui morbo laborãt, nec ad ea quæ dicuntur attendunt. (Dehortatur à curis ſæculi.) Immo vero perutilis eſt vtriq; ſermo: illi quidem, qui morbo laborat, vt ſanitatem recuperet: ei vero qui ſanus eſt, ne morbo laboret. Quouſque tandem pecuniæ? quouſque diuitiæ? quouſque ædificiorum magnificen-

tia? quouſque rabidus eorum furor, qui bruto voluptatum amori dediti ſunt? ecce venit terræmotus, quid profuerunt opes? labor vtrorumque ſublatus eſt: perijt vna cum poſſeſſione, poſſeſſor, domicilium cum eo qui conſtruxerat: omnium commune ſepulchrum facta eſt ciuitas, ſepulchrum ex tempore ſtructum, non ab artificum manibus, ſed à calamitate fabricatum. Vbi diuitiæ? vbi rapinæ? vbi fraudationes? videtis, vt omnia ſint araneis viliora? At enim mihi dices, quid dicendo proficis? proficio, ſi quis me audiat. ego quod officium meum

Mat. 4.3.

eſt, id præſto; ſeminator ſeminat. *Exijt qui ſeminat, ad ſeminandum, & quædam ceciderunt ſecus viam, quædam ſupra petram, quædam ſupra ſpinas, quædam in terram bonam:* tres partes perierunt, & vna ſeruata eſt, nec ab agricultura deſtitit; ſed quoniam vna conſeruata eſt, agrum colere non ceſſauit. Et vero nunc in tantam multitudinem proiectum ſemen fieri non poteſt quin mihi ſegetes proferat: tametſi omnes non audiant, dimidia pars audiet: & licet non dimidia, pars tertia. & licet nec tertia, decima: & licet nec decima, licet vnus ex ea multitudine auditurus ſit, audiat: non enim exiguum eſt vel vnam ouem ſeruari: quandoquidem & paſtor ille, qui nonaginta nouem reliquerat oues, ad vnam cucurrit,

Verbum Dei prædicãdum eſt etſi vnus tantum foret conuertẽdus.

Mat. 18.12

quæ errauerat. Hominem non contemno; licet vnus ſit, homo eſt, animal Deo cariſſimum; licet ſeruus ſit, contemnendus mihi non videtur: non enim dignitatem quæro, ſed virtutem; non dominationem aut ſeruitutem, ſed animam: licet vnus ſit, homo eſt, propter quem cælum extenſum eſt, Sol lucet, Luna decurrit, aer effuſus eſt, fontes ſcaturiunt, expanſum eſt mare, prophetæ miſſi ſunt, & lex data eſt: & quid opus eſt cuncta perſequi? propter quem vnigenitus Dei filius factus eſt homo. Dominus meus immolatus eſt, ac ſanguinem ſuum pro homine fudit, & illum ego contemnam? qua vero dignus venia fuero? Nonne audiſtis Dominum cum Samaritana colloquutum eſ-

Ioan. 4.

ſe, ac ſexcentos impẽdiſſe ſermones, nec quoniam Samaritana erat, ideo contemptam fuiſſe; ſed quoniam animam habebat, in pretio habitam eſſe? Non quia meretrix erat, deſpecta eſt; ſed quia ſeruanda erat, & fidem exhibuit, multa in illam cura collata eſt. Equidem dicere non ceſſabo; licet nullus ſit, qui audiat; medicus ſum, adhibeo medicamenta: doctor ſum, mandatum mihi eſt, vt admoneam: ſic enim ait: *Speculatorem dedi te domui Iſrael.* Neminem corrigo: quid tum poſtea? ſed ego mercede non careo. Et hoc ad ſummum dixi; nam in tanta multitudine fieri non poteſt, quin aliquis corrigatur: ſed hi prætextus ſunt, hæ negligentium ſunt auditorum excuſationes. Audio quotidie, inquit, & non facio. audi licet non facias, nam ex eo quod quis audiat, contingit etiam vt faciat. tametſi non facis, pudore perfunderis ob peccatum; tametſi non facis, mutas ſententiam: tametſi non facis, teipſum condemnas, quod non facias: hæc autem ipſa ſuipſius accuſatio ſermonum fructus eſt meorum. Quando dixeris, Hei mihi! audiui, & non facio; illud, Hei mihi, mutationis in melius eſt præludium. Peccaſti?

Eze. 3.17.

Eſa. 43. 17

luxiſti! peccatum ſoluiſti: *Dic enim tu primus iniquitates tuas, vt iuſtificeris.* Quod ſi contriſteris, & mœſtus fias, eſt aliquid ſalutis in mœſtitia, non propter mœſtitiæ naturam, ſed propter domini benignitatem. Et cui fuerint peccata, non mediocris eſt conſolatio quod ſeipſum contriſtet. *Vidi enim,* inquit, *quod contriſtatus eſt & mœſtus fuit, & ſanaui dolores eius.* ô ineffabilem benignitatem, atque bonitatem, quæ exprimi non poteſt! contriſtatus eſt, & ſanaui eum: Quid vero magnum, quod conſtriſtatus ſit? magnum id quidem non eſt; ſed inde ſanandi dolores eius occaſionem arripui. Vidiſtis vt vno temporis momento cuncta collegerit? illam itaque veſperam terræmotus per-

Eſa. 57. 18

A petuo cum animis veſtris voluite. Nam alij quidem omnes ob terræmotum timore correpti erant, ego vero propter cauſam terræmotus. Satiſne capitis, quid dixerim? illi quidem pertimeſcebant, ne concideret ciuitas, & interirent: ego verò, quod nobis Dominus iratus eſſet, metuebam. Non enim graue eſt mortem obijſſe, ſed graue eſt Dominum irritaſſe. Itaque non iam ob terræmotum pauebam, ſed ob cauſam terræmotus: cauſa enim terræmotus Dei eſt ira; porro cauſa diuinæ iræ noſtra ſunt peccata. Noli vmquam ſupplicium timere, ſed ſupplicij parentem peccatum. Concutitur ciuitas; quid tum poſtea? mens vero tua non conquaſſetur: quãdoquidem & in morbis ac vulneribus non eos lugemus, qui curantur, ſed qui inſanabili morbo laborant. Quod eſt morbus & vulnus, hoc eſt etiam peccatum: quod eſt ſectio & medicamẽtum, hoc eſt etiam pœna. Intellexiſtis quod dico? attendite, volo enim orationem philoſophiæ plenam vos docere. quam tandem ob cauſam eos, qui puniuntur, non

Peccata ſunt cauſa Dei punitionum

B eos qui peccant lugemus? nõ enim res ita grauis eſt pœna, vt res grauis eſt peccatum. Si quem igitur videris habentem vlcus, vermes, & ſaniem à corpore defluentes, nec vulnus tamen aut vlcus curantem: alterum vero pariter affectum, qui medicorum vtatur opera, qui vratur, ſecetur, & acerba medicamenta deglutiat; vtrum illorum quæſo lugebis? eúmne qui æger eſt, nec curatur, an eum qui æger eſt, & curatur? haud dubium, quin eum potius, qui cum æger ſit, non curatur. Ita quoque peccatores ſint duo, quorum vnus quidem puniantur, alter vero non puniatur: ne dicas, beatus hic eſt, quia diuitijs affluit, orphanos ſpoliat, viduas opprimit: tametſi non ægrotat, ſed cum rapiat, eſt in exiſtimatione, cumulatur honore, dominatur, nullis aduerſis rerum humanarum caſibus læditur, non febri, non afflictione, non alio quouis morbo? liberorum cingitur choro, ſenectutem beate tranſigit: at hunc tu maxime luge, quod ægrotet, nec ta-

C men curetur. quo tandem pacto? ego dicam. Si quẽ videris correptum hydropiſi, cuique lienis ex doloribus corpus intumuerit, nec tamen currat ad medicum, ſed frigidæ potu ſe oblectet, ac Sybaritica menſa fruatur, quotidie inebrietur, ſatellitio ſtipetur, & morbum augeat; cedo beatúmne prædicabis eiuſmodi hominem, an vero miſerum iudicabis? Quod ſi alterum videris hydropiſi correptum, qui medicorum manibus curetur, qui fami ſeipſum dedat, qui multa prematur egeſtate, qui medicamentis aſſiduè peracerbis vtatur, quæ dolorem quidem afferunt, ſed ſanitatem dolore pariunt: nonne hũc præ illo beatum dices? cõfeſſa res eſt, ac manifeſta: nam vnus quidem æger eſt, nec curatur; alter autẽ æger eſt, ſed medicorum opera vtitur. At enim

D moleſta res eſt curatio: verum vtilis eius finis. Ita quoque noſtræ huius vitæ ſe res habent; ſed à corporibus ſermonem transfert ad animas, à morbis ad peccata, ab acerbitate medicamentorum ad pœnas & iudiciũ diuinum; quod enim eſt medicamentum adhibitum à medico & ſectio & ignis, hoc eſt à Deo illata pœna. Nam vt ſæpe numero admotus ignis vrit, & ſiſtit vlcus, quod paſcendo ſerpit, & ferramentum putredinem exhaurit, dolorem quidem inurẽs, ſed patiens tamen vtilitatem: ita & fames, & peſtes, & quæcumque mala eſſe videntur, ferri loco & ignis admouentur animæ, vt ægrotationum eius vlcus depaſcens ad ſimilitudinem corporum cohibeant, eamque meliorem efficiant. Rurſus duo ſunto ſcortatores, & ſermoni ſubeſſe intelligatur imago ac ſimilitudo, duo ſcortatores, quorum vnus diues ſit, pauper alter, vter eorum meliorem habet ſpem ſalutis? haud dubium quin pauper. Noli ergo dicere, Diues ſcortatur, & opibus abundat, idcirco beatũ ipſum prædico: quin potius beatũ illum à te prædicari oportebat, ſi cum ſcortaretur, pauper eſſet, ſi cum ſcortaretur, fame premeretur:

Punitio Dei in hoc mundo ſalutaris & medica.

haberet

haberet enim adactum neceſſitate doctorem philoſophiæ paupertatem. cùm igitur improbum videris ſecunda vtentem fortuna, lacrymare: duo quippe mala, morbo vrgeri, & inſanabilem eſſe. Cùm videris improbum calamitatibus premi, conſolare, non modo quia melior redditur, ſed quia multa eius peccata interim expiantur. Attende diligenter ad ea quæ dico; multi homines, & hic expiantur, & illic plectuntur, alij hic tantum, alij illic tantum: Infige animo doctrinam meam, hic quippe ſermo exactè diſcuſſus multas ex animo tuo perturbationes eijciet. Sed primum ſi placet in medium proferamus eum qui illic puniatur, hic vero delicijs potitus fuerit. attendant diuites & pauperes ijs, quæ dicuntur, vtriſque namque perutilis eſt doctrina. Vt enim ſcias hic & illic multos puniri, Chriſtum dicẽtem audi:

Ma.10.31

In quamcumque ciuitatẽ aut domũ intraueritis, intrantes in domũ ſalutate eam &c. Ex his liquet Sodomitas & Gomorrhæos & hic punitos fuiſſe, & illic plecti: cùm enim dicat tolerabilius fore Sodomitis quàm iſtis, oſtendit eos plecti quidem, ſed non ita vt iſti. Sunt rurſus, qui plectuntur hic tantum, vt ille ſcortator: ſic enim ad Corinthios ſcribens beatus

1.Cor.5.1

Paulus dicebat; *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio &c. Iam iudicaui tradere huiuſmodi Satanæ in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu Chriſti.* Vides vt hic puniatur ille, nec illic puniatur? nam quoniam hic eius corpus punitum eſt, il-

Luc.16.

lic non punitur. Iam oſtendere illum volo qui delicijs hic fruatur, & illic plectatur. Viues erat quidam. At tametſi hiſtoriæ narrationem anteuertitis, expectate finem orationis; hæc enim mea laus eſt, veſtrumque præconium, vt iam dum principia feruntur, vos ſegetes colligatis. aſſidua vos ſermonum auditio doctores reddidit: ſed quoniam vobiſcum & nonnulli peregrini ſunt ingreſſi, nolite currere, ſed eos qui claudicant expectate. Siquidem corpus eſt Eccleſia; oculum habet & caput habet. vt igitur ſi calcaneo ſpina ſit infixa, deorſum oculus ſe inclinat, quòd membrum ſit corporis, neque dicit; Quandoquidem in alto ſedeo, membrum quod deorſum eſt, nihili facio; ſed inclinat ſe, ſuamque deſerit altitudinem: tametſi quid calcaneo vilius, aut quid oculo nobilius? ſed inæqualitatem cognatio naturæ correxit, & caritas omnia miſcuit. Ita fac tu quoque, quamuis celer & expeditus ſis, atque ad audiendum paratus, fratrem autem habeas, qui ea quæ proponuntur, aſſequi nequeat; deſcendat ad calcem oculus tuus, claudican-

Proximorũ cura quomodo gerẽda

tis membri commiſeratione tangatur, ita vt ob tuam celeritatem, & illius tarditatem expers ſermonis ipſe non maneat; noli tua intelligentia in illius perniciem abuti, ſed ob tuam celeritatem Deo gratias age.

Diues es, gaudeo, vehementerque lætor: at ille pauper adhuc eſt. ne propter diuitias tuas in egeſtate maneat: ſpinam habet, perturbatam rationem; tu vero ad illum deſcende, ac ſpinam extrahe. Quid igitur ait? Diues erat quidam; nomine, non reipſa, purpura indutus, cui menſa apponebatur opipara, vini crateres habens coronatos, qui cõui-

Diuitiarũ inſtabilitas.

uia quotidie celebrabat. Alter vero quidam erat pauper Lazarus nomine. Vbi ergo nomen diuitis? nuſquam; quippe qui nomine careat. quantæ diuitiæ; nec tamen illi nomen reperitur, quales tandem hæ diuitiæ; arbor folijs vernans, ſed fructu deſtituta, quercus in altum propenſa, quæ glandem brutis animantibus in cibum ſuppeditat, homo qui fructum non habet hominis. vbi enim diuitiæ ac rapinæ, lupus eſt is, qui cernitur: vbi diuitiæ, & feritas, leonem video non hominem: nobilitatem perdidit ignobilitate malitiæ. Diues erat quidem, qui quotidie purpura induebatur; anima vero eius araneis referta erat: vnguenta ſpirabat, at fœtoris plenus erat: menſa illi apponebatur opipara; paraſitos & adulatores alebat: carnem ſaginabat ancillam, do-

A minam autem animam fame confectam negligebat: domus illi erat ſertis redimita, fundamẽta peccati calce obducta, ſed anima in vino defoſſa. Diues igitur ille menſa fruebatur opipara, poculiſque vini coronatis, paraſitos & aſſentatores alebat, prauũ diaboli theatrum, lupos illos, qui multos diuitum in ſeruitutem redigunt, qui perniciem illorum ventris ſui expletione mercantur, qui diuitias honore multo & aſſentatione populantur.***

Maiorum ignobilitas virtuti nõ obeſt.

niſi eius mores imitetur. Matrem habes ſanctam, nihil ad te attinet: matrem habes ſceleſtam, nihil ad te attinet. vt illius virtus tibi non prodeſt, ſi virtutem eius non imiteris; ita nec illius improbitas tibi quicquam nocet, ſi nequitiam deponas: ſed vt illic maius eſt crimen, quod cum exemplum haberes domeſticum, virtutem non es imitatus: ita maior hic laus ſurget, quod quis cum haberet matrem ſceleſtam, illius improbitatem non eſt imitatus, ſed dulcis fructus ab acerba radice prognatus eſt. Non enim ſplendor maiorum, ſed virtute præ- B diti mores quæruntur. Ego vel ſeruum nobilem appello, & dominum catena vinctum, ſi mihi cogniti fuerint eius mores. mihi vel is, qui in dignitate conſtitutus eſt, ignobilis videtur, ſi animam ſeruam habeat: quis enim ſeruus eſt, niſi qui facit peccatum? alia quidem ſeruitus ab aduerſus rerum euentibus oritur; hæc vero ſeruitus diſcrimen eſt animi; quãdoquidem à principio ſeruitus hinc irrepſit. Non erat vllus ſeruus olim: Deus enim cum hominem formaret, ſeruum illum nequaquam fecit, at liberum. Adamum creauit & Euam, erantque liberi ambo: vnde igitur orta eſt ſeruitus? Impegit humanum genus, ac modum cupiditatis excedens in laſciuiam eſt impulſum: quo vero pacto, audi. Factum

Gen.7 10

eſt diluuium, orbis terrarum commune naufragium, cataractæ cæli apertæ ſunt, & abyſſi profuſæ: omnia erant aqua, & quæ oculis cernimus in elementa reſoluebantur, ac deſtruebantur, nec apparebat terra; ſed omnia pelagus erant, radix autem C illis ſuberat ira Dei: fluctus erant omnia, & omnia maria. montes in altum erecti prominent, at eos pelagus operuerat, tantumque pelagus, & cælum erat, perditum fuerat genus humanum, ſcintilla noſtri generis. Noe reſtabat, ſcintilla in medio mari, nec tamen extinguebatur, primitias generis noſtri ſecum habens vxorem & liberos, columbam & coruum & cætera omnia: intus erant omnes, & ferebatur arca ſuper aquas in medio procellæ, neque naufragium faciebat; quippe quæ gubernatorem Dominum haberet vniuerſitatis. Non enim aſſeres illum ſeruarunt, ſed robuſta Dei manus. Ac vide miraculum: cum eluta fuiſſet terra, cum ſublati è medio, qui mala perpetrauẽrant, cum ſedata tempeſtas eſſet: apparuerunt montium vertices, conſe- D dit arca, columbam miſit Noe: porrò myſteria fuerunt quæ narrantur, & rerum futurarum figura, quę tum fiebant. nimirum arca fuit Eccleſia, Noe Chriſtus, columba Spiritus ſanctus, oleæ folium Dei benignitas. Emiſſum eſt animal manſuetum, & exiuit ex arca, ſed figura fuerunt illa, hæc ſunt veritas. Vide autem veritatis abundantiam: quemadmodum in medio mari ſeruabat eos arca, qui intus erant: ſic & omnes qui errant, ſeruat Eccleſia: verùm arca ſeruabat tantum, Eccleſia quiddam amplius perficit. Exempli cauſa, rationis expertes animantes accepit arca, & rationis expertes animantes ſeruauit: rationis expertes homines accipit Eccleſia, nec ſeruat tantum, ſed etiam immutat. Coruum accepit arca, & coruum emiſit: Eccleſia coruum accipit, & columbam emittit: accipit lupum, & ouem illum emittit. Cùm enim ingreſſus huc fuerit homo rapax & fraudator, vbi diuinorum doctrinam eloquiorum audierit, mutat mentem, & pro lupo fit ouis: ſiquidem lupus aliena rapit, at ouis etiam lanam ſuam concedit. Sedit arca, & reſeratæ ſunt portæ; egreſſus eſt è naufragio ſeruatus Noë. Videt terram de-

Arca Noe Eccleſiæ figura.

ſolatam,

A ſolatam, videt ſepulchrum ex tempore factum, limum communem iumentis & hominibus ſepulchrū, cunctæ ſimul equorum, hominum, & rationis expertium iumentorum omnium corpora ſepulta erant & obruta: vidit tragœdiam illam, vidit terram miſeriæ plenam, multa erat obſcellus mœſtitia, perierant omnes, non homo, non iumentum, nō aliud quiduis eorum, quæ fuerant extra arcam, ſeruatum eſt. cælum cernebat ſolum, mœſtitia torquebatur, & dolore premebatur: vinū bibit, ſomno ſeipſum tradidit, vt vulnus mœſtitiæ mitigaret. Iacebat in lecto, cùm ſomno ſeipſum tanquam medico dediſſet, vt menti ſubreperet eorum obliuio, quę acciderant. Sicut homini ſeni aſſolet, qui vinum biberit, & ſomno ſit oppreſſus: iuſtum enim oportet excuſare, quod non ex ebrietate vel ex paſſione deſiderij res illi hæc acciderit, ſed vtroque vulnus mitigabat. Hoc enim dicebat & Salomon, *Date vinum ij, qui* (Pro. 31, 6)

B *in mœrore, & inebriamentum ijs, qui in doloribus*. Idcirco multi homines ac præcipue tempore exequiarum, cum quis filium aut vxorem amiſerit, quia perturbatio vim facit, quia mœſtitia vincit, quia conſcientia dominatur, amicos ſecum accipit in ædes ſuas, opiparum ſtruit conuiuium, & vinum merum triſtitia correpto datur, vt vulnus mitiget; hoc & illi ſeni tunc accidit. Nam cum illi mœſtitia vim afferret, hoc tanquam pharmaco vſus eſt, & à vino ſeipſum ſomno tradidit. Vt vnde ſeruitus indita ſit, intelligatis, paulò poſt cùm ingreſſus eſſet maledictus ille filius eius, filius eius natura, non moribus (Seruitus vnde orta.) (rurſus quippe nobilitatem non maiorum ſplendorem appello, ſed virtute præditos mores) cum ingreſſus eſſet filius, nuditatem patris vidit. Cùm debuiſſet obtegere, cum debuiſſet velare, propter ſenectutem, propter mœrorem, propter calamitatē, propterea quod pater eius erat; ille verò egreſſus diuulgauit, & tragicè auxit: at cæteri eius fratres

C ſumpto pallio retrorſum, ne viderent, quæ ille diuulgauerat, ingreſſi patrem operuerunt. Tum vbi ſurrexit pater, omnia cognouit, & dicere cœpit: (Gen. 9. 25) *Maledictus Chanaan puer: famulus erit fratribus ſuis*: quorum verborum hæc eſt ſententia: Seruus eris, quia patris tui turpitudinem diuulgaſti. Vides vt è peccato ſeruitus orta ſit, & improbitas ſeruitutem introduxerit? vis oſtendam libertatem ex ſeruitute? famulus fuit quidam Oneſimus, deſpectus, fugitiuus, hic fugit, & ad Paulum abijt, baptiſmum obtinuit, peccata eluit, ad pedes eius remanſit, ſcribit ad dominum eius Paulus: (Ad Philem. 11.) *Oneſimum qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis illum vt mea viſcera ſuſcipe*. Quid enim accidit? *Quem genui in vinculis meis*. Vidiſti nobilitatem? vidiſti mores, qui pariunt libertatem? ſeruus enim & liber nomina ſunt ſimpliciter. Quid eſt ſeruus nudum nomen, quàm multi ebrij iacent in thoris domini, famuli verò aſtant ſobrij? vtrum appellabo

D ſeruum, ſobrium an ebrium? ſeruum hominis, an mancipium vitij? ille ſeruitutem exterius habet, hic captiuitatem intus circumfert. Hæc ego dico, neque dicere ceſſabo, vt de rebus prout earum natura exigit, ſentiatis, neque errore vulgi abducamini, ſed quid ſeruus ſit, noueritis, quid pauper, quid ignobilis, quid beatus, quid vitium. Si enim iſta diiudicare didiceritis, nulla vos perturbatio percellet. Sed ne quod obiter dictum eſt, amplius fiat, eo quo de agitur, & orationem alio traducat: ab argumento non diſcedamus. Ait igitur diues, deinceps verò pauper: immo verò tum cum opibus abundabat, pauper erat. Quid enim prodeſt homini, ſi aliena habeat, & ſua non habeat? quid prodeſt homini ſi pecunias poſſideat, virtutem verò non poſſideat? Cur ea quæ ſunt aliorum accipis, & tua perdis? villam inquit fertilem habeo: quid eſt hoc? at animam fertilem non habes. habeo mancipia, ſed virtutem non habes, habeo iumenta, ſed pietatem non poſſides: quod alterius

A eſt habes, tua vero non habes. Si quis depoſitum tibi tradiderit, num te diuitem poſſum vocare? minime: quid ita? quippe qui poſſideas aliena. Hoc enim eſt depoſitum: atque vtinam depoſitum tantū eſſet, nec acceſſio tibi ſupplicij fieret. Cum vidiſſet ergo Lazarum diues, ait: *Pater Abraham, miſerere mei*. quid vis? *Mitte Lazarum*. Quem millies præteriſti, quem ne videre quidem voluiſti, hunc tibi nunc ad ſalutem mitti poſtulas? Mitte Lazarum. Vbi verò nunc pocillatores tui? vbi tapetes? vbi paraſiti? vbi aſſentatores? vbi faſtus? vbi ſuperbia? vbi deſſoſum aurum, vbi à tineis exeſa veſtimenta? vbi argentum quod à te colebatur? vbi magnificus apparatus & voluptaria vita? folia erant, ea corripuit hyems, & exſiccata ſunt omnia; ſomnium erant, vt autem dies illuxit abſceſſit ſomnium: vmbra erant, veritas venit, & vmbra præterijt. Mitte Lazarum. Quare verò nullum alium iuſtum videt, non Noe, non Ia-

B cob, non Lot, non Iſaac, ſed Abraham; quid ita? quoniam hoſpitalis erat, & in ſuum tabernaculum viatores pertrahebat: itaque huius inhumanitatis maior accuſatrix efficitur illius hoſpitalitas. Mitte Lazarum. Hæc audientes timeamus dilectiſſimi, ne nos quoque pauperes videamus, & prætereamus: ne loco Lazari multi tunc noſtri fiant accuſatores. Mitte Lazarum, vt cum intinxerit extremum digiti ſui in aquam, inſtillet linguæ meæ, quia flammis vror. *Qua enim menſura menſi eritis, remetietur vobis*: Non impartitus es micas, neque ſtillæ particeps erit. Mittet Lazarum, vt extremo digito inſtillet linguæ meæ, quia flammis vror. Quid verò Abraham ad illum? *Fili recepiſti bona tua in vita tua, & Lazarus mala ſua; & nunc hic conſolatur, tu verò cruciaris*. Ruſus hic non dixit, cepiſti, ſed recepiſti: multū affert diſcriminis additio præpoſitionis, quod enim perſæpe charitati veſtræ dixi, vel etiā ſyllabarum ſcrutatores eſſe debemus, *Scrutamini* enim (Luc. 6. 38.) (Luc. 16. 25) (Ioh. 5. 39)

C *ſcripturas*, inquit: nam iota vnum aut apex vnus ſæpenumero ſenſum excitat. vt autem intelligas etiam vnius elementi additionem ſenſum efficere, hic ipſe Abraham patriarcha prius Abraham dicebatur, eique dixit Deus: non erit nomen tuum Abram, ſed Abraham: addidit a, & patrē illum multarum gentium reddidit. Ecce igitur vnius elementi additio multā proſapiam indicauit. Non ergo talia temere prætereite: non enim dixit, cepiſti bona tua, ſed recepiſti: qui verò recipit, debita recipit. attende quod dico; aliud enim eſt capere, aliud recipere: nam recipit quis ea, quæ habebat; capit autem ſæpe, quæ non poſſidebat. recepiſti bona tua, & Lazarus mala ſua. Hæc autem à me dicta ſunt omnia propter eos qui puniuntur hic & non illic; propter eos, qui genio hic indulgent, & illic puniuntur. Attende igitur ad ea quæ dico: *Recepiſti bona tua, & Lazarus mala ſua*, quæ ſoluenda erant, quæ debebantur. Attendite quæſtioni: ad (Gen. 17. 5)

D locum enim pergo; ſine telam pertextam. At enim nolite in exordio tumultuari, ſed cum tale quid dixero ſolutionem expectate. volo enim acutos & perſpicaces vos reddere, neque leuiter tantum exercere, ſed in diuinarum ſcripturarum profundum demittere, profundum in quo nulla ſæuit tempeſtas; profundum tranquillitate maris tutius: quantò igitur amplius deſcenderis, maiorem inuenis ſecuritatē. Non enim hic eſt inordinatus aquarum impetus, ſed ordinata diſpoſitio ſententiarum. *Recepiſti bona tua, & Lazarus mala ſua: & nunc hic conſolatur, tu verò cruciaris*. Magna eſt quæſtio; dixi cum qui recipit, ea quæ debita erant recipere: ſi ergo iuſtus fuit Lazarus; vt nimirum fuit, & Abrahæ ſinus indicauit, corona, præmia, refrigerium, delectatio, tolerantia, patientia: ille vero peccator, planè improbus, & inhumanus, delicijs & ebrietati vacans, Sybaritica menſa perfruens, cum in tanta laſciuia luxoriaque verſaretur, cur ait illi, quia recepiſti? num enim illi debebatur quippiam

homini opulento, homini prodigo, & inhumano?
quid enim illi debebatur? cur non dixit cepiſti, ſed
recepiſti? attende, quod dicimus: debebantur illi
pœnæ, debebantur illi ſupplicia, debebantur illi do-
lores. Cur non dixit, illa cepiſti, ſed recepiſti bona
illa tua, vitam illam ſic appellans, & Lazarus mala
ſua? Sed attende animum; in altas enim grauesque
(Hominũ quantumuis iuſti abſque peccatis omnibus nõ ſunt.) ſententias delabimur. Hominum, qui nunc degunt,
alij quidem peccatores ſunt, alij vero iuſti: animad-
uerte igitur differentiam in iuſtis: alius iuſtus eſt,
alius magis iuſtus, alius ſublimior, alius maior; &
quemadmodum ſtellæ ſunt multæ, & Sol, & Luna,
(1. Cor. 15. 41.) ſic & differentia eſt inter iuſtos: *alia quippe claritas
Solis, & alia Lunæ, & alia claritas ſtellarum*: quædã enim
excellunt, quædam ſuperantur; & quemadmo-
dum corpora ſunt cæleſtia, ſic & ſunt corpora ter-
reſtria: & quemadmodum in corporibus aliud ce-
ruus eſt, aliud canis, aliud leo, aliud alia fera, aliud
B aſpis, aliud tale quippiam: ſic & in peccatis ſunt dif-
ferentiæ. Homines igitur alij quidem ſunt iuſti, alij
vero peccatores: Sed & in iuſtis multum eſt diſcri-
men, & in peccatoribus multum & immenſum; ve-
rùm attende. Licet iuſtus ſit quis, licet millies ſit iu-
ſtus, & ad culmen ipſum aſcenderit: ita vt expers
ſit peccati, non poteſt eſſe mundus à ſorde: licet
(Pro. 20. 9.) millies iuſtus ſit, eſt tamen homo. *Quis enim gloriabi-
tur caſtum ſe habere cor, aut quis confidet mundum ſe eſſe à
(Mat. 6. 12.) peccato?* Propterea dicere in oratione iubemur: *Di-
mitte nobis debita noſtra*, vt orationis conſuetudine ad-
moneamur illic obnoxios eſſe ſupplicijs. Etenim
Paulus Apoſtolus, vas electionis, Dei templum, os
Chriſti, lyra ſpiritus, doctor orbis terrarum, qui ter-
ram & mare peragrauit, qui peccatorum ſpinas
reuulſit, qui religionis ſemina iactauit; ille regibus
opulentior, ille diuitibus potentior, ille magis phi-
loſophus quàm ipſi philoſophi, ille diſertior ora-
toribus, qui nihil habebat, & omnia poſſidebat, qui
C mortem vmbra ſua ſoluebat, qui morbos ſuis veſti-
mentis fugabat, qui trophæa erexit in mari, ad ter-
tium vſque cælum raptus eſt, & in paradiſum in-
greſſus, qui Chriſtum Deum prædicauit, ille dicit:
(1. Cor. 4. 4.) *Nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum*: qui
talem tantamque virtutum multitudinem acqui-
ſierat. *atqui autem iudicat me, Dominus eſt*. Quis ergo
gloriabitur caſtum ſe habere cor: aut quis confidet
mundum ſe eſſe à peccato? Impoſſibile eſt igitur, vt
vllus homo ſit à peccato immunis. quid enim ais?
iuſtus eſt? miſericors eſt? pauperum amans eſt? at
vitium aliquod habet, vel importunè contumelijs
afficit, vel inani gloria ducitur, vel aliud quippiam
tale agit; non enim recenſenda ſunt omnia. Hic mi-
ſericors eſt, ſed non temperans: perſæpe ille tem-
perans quidem, at miſericors non eſt; hic virtutis
vnius, ille alterius laude celebratur. Sit aliquis iu-
ſtus, & ſæpe quidem iuſtus eſt, eique omnia inſunt
bona, ſed ob iuſtitiam ſuperbia tumet, eiuſque iuſti-
D tiam ſuperbia labefactat. Nunquid iuſtus erat Pha-
riſæus, qui bis in ſabbato ieiunabat? quid autem di-
(Lu. 18. 11.) cit? *Non ſum ſicut cæteri hominum: raptores, iniuſti*: ac per-
ſæpe ex conſcientia munda in ſuperbiam deuolui-
(Nullus ita impius eſt, quin aliquid boni habeat.) tur quis, & quod non potuit illi afferre detrimentũ
peccatum, affert ſuperbia. Fieri ergo non poteſt, vt
homo ſit ita penitus iuſtus, vt à peccato ſit mundus;
neque rurſus fieri poteſt, vt vllus ita malus ſit ho-
mo, quin habeat aliquod ſaltem exiguum bonum.
Exempli cauſa, ille rapit, & fraudat, & fœdũ in mo-
dum verberibus lacerat: at nonnunquam largitur
eleemoſynam; at nonnunquam temperans eſt; at
nonnunquam bona verba loquitur; at nonnunquã
vni ſaltem viro ſubſidium præbuit: at nõnunquam
luxit; at nonnunquam mœrore tactus fuit. nec igi-
tur iuſtus eſt vllus ſine peccato; neque peccator eſt
penitus expers boni. Quid Achab pernicioſius? ra-
puit & occidit: veruntamen poſtquam mœſtus fuit,
(3. Reg. 21. 29.) dicit Eliæ Deus, *Vidiſti, quemadmodum compunctus eſt
Achab?* vides vt in tanto malorum gurgite bonum

A quoddam exiguum ſit inuentum? quid proditore
Iuda deterius, qui auaritiæ mancipium fuit? verun-
tamen & ipſe boni quippiam ſaltem exiguum de in-
de præſtitit: *Peccaui* enim, inquit, *tradens ſanguinem iu-
ſtum*. Quod igitur dicebam, non eſt à natura impro- (Mat. 27. 4.)
bitas, vt virtuti locus non ſit. Quis nonnunquam
fieri poteſt fera; quippe quæ manſuetudinem ha-
beat à natura: lupus nunquam fieri manſuetus po-
teſt: quippe qui feritatem habeat à natura. Non ſol-
uuntur ergo naturæ leges, neque refinguntur, ſed
immotæ permanent. In me hoc locum non habet,
ſed & ferus cum volo fio, & manſuetus, cum volo:
non enim natura ſum victus, ſed arbitrij libertate
decoratus. Quod ergo dicebam, nec vllus eſt ita
bonus, vt exiguam labem non habeat: nec vllus eſt
ita malus, vt ſaltem exiguum bonum non habeat.
Quoniam igitur omnium eſt retributio, & omnium
remuneratio: licet enim homicida ſit quis, licet im-
B probus ſit quis, licet fraudator; ſi quid boni fecerit,
illum boni manet retributio, neque propter ea ma-
la, quæ fecit, bonum mercede priuatur: & rurſus li-
cet millies bona præſtiterit, ſi quid mali commiſe-
rit, manet illum retributio mali. Hæc retine, hæc fir-
ma & immota conſerua: neque bonus eſt vllus ſine
peccato, neque ſine iuſtitia malus eſt vllus. Eadem
enim rurſus dico, vt radicibus fixis ſtabiliam, vt
plantem, vt in profundo collocem. Diabolus quip-
pe ſollicitudines quaſdam in animum inijcit, dum
mentem veſtram in fraudem vult illicere, & quæ à
me dicuntur labefactare: propterea in profundum
ea demitto. ſi enim ea diligenter hic conſeruaueris;
licet foras abieris, amittere illa non potes. vt enim
ſi aurum in crumenam mitto, conſtringo illam &
obſigno, ne me forte abſente fur abripiat: ſic etiam
erga veſtram caritatem me gero; doctrinæ aſſiduita-
te conſtringo, & ſigillum appono, mentemque ve-
ſtram conſimoine iners & euanida ſegnitia redda-
C tur, ſed vt eam conſeruans potius ea tranquillitate,
quam hic percipit externum omnem tumultum ar-
ceam. Non ergo ſunt hominis loquacis verba, quæ
dicimus, ſed ſolicitudinem, paternum affectum &
doctoris amorem præ ſe ferunt; ne effluant, quæ di-
cuntur. Equidem ad hoc dicendum minime ſegnis
ſum, vobis autem ſecuritatem idipſum parit. docere
volo, non oſtentationis tantum cauſa verba face-
re. Non eſt igitur vllus qui peccato careat, neque
peccator vllus eſt, qui bonum aliquod non habeat,
ſed quoniam vtriuſque parata eſt remuneratio, vide
quid fiat: peccator parem bonis ſuis recipit remu-
nerationem, ſi quid vel minimum boni habeat, &
iuſtus peccatis ſuis par iudicium recipit, ſi tantillum (Cur iuſti hic interdum affligantur, impij vero proſperentur.)
mali fecerit. Quid ergo accidit, & quid facit Deus?
peccato terminum definiuit præſentem vitam, &
futurum æuum: ſi quis ergo iuſtus fuerit, qui mali
quippiam perpetrarit, & hic morbo laborarit, ac
ſupplicio ſit affectus; ne turberis, ſed apud te cogi-
D ta, & idcirco: Iuſtus ille quippiam mali fecit aliquã-
do, & illud hic recipit, ne illic plectatur. Rurſus pec-
catorem ſi videris rapientem, fraudantem, ſexcen-
ta mala perpetrantem, qui proſperis tamen ſucceſ-
ſibus vtatur, tum tu cogita bonum aliquod eum
olim feciſſe, ac bona illum hic recipere, ne illic
mercedem repoſcat. Ita licet iuſtus ſit quiſpiam, &
aliquid aduerſi patiatur, hic idcirco recipit, vt hic
peccatum deponat, & purus illuc diſcedat. Quod ſi
fuerit peccator aliquis ſexcentis malis coopertus, &
qui in pluribus iſtorum inſanabili morbo laboret,
qui rapiat, qui fraudet; idcirco proſpero rerum ſuc-
ceſſu fruitur, ne mercedem illic repetat. Quoniam
ergo & Lazarum peccata quædam habere contige-
rat, & diuitem aliquod bonum habere, propterea di-
cit Abraham, Nihil quære, bona illic tua recepiſti,
& Lazarus mala ſua. Atque vt intelligas hæc à me
temere non dici, verum ita ſe rem habere, dicit, Re-
cepiſti bona tua. quæ tandem? feciſti aliquid boni?
recepiſti opes tuas, ſanitatem, delicias, potentiam,

honorem; nihil tibi debetur, recepiſti bona tua. Quid igitur? nihilne Lazarus peccauit? Immo vero, & Lazarus mala ſua, cum tu bona tua recepiſti, tum Lazarus mala: propterea nunc ille conſolatur, tu verò cruciaris. Itaque ſi quando iuſtum videris hic punitum, beatum illum prædica, & dicito: Iuſtus hic vel peccatum habet, & illud recipit, ac purus illuc abijt; aut plus plectitur quàm peccarit, & illi acceſſio iuſtitiæ reputatur. Illic enim ratio ſupputatur, aitque iuſto Deus: Tantum habes à me, fortaſſe vero decem obolos illi credit, & rationem illi decem obolorum ſubducit. Quod ſi obolos ſexaginta expenderit, ait illi Deus: Decem tibi obolos reputo ad peccatum, & ad iuſtitiam quinquaginta. verum vt diſcas id quod reſtat, ad iuſtitiam
Iob 1. 1. illi reputari, iuſtus erat Iob, ſine crimine, colens Deum, abſtinens ab omni mala re: punitum fuit eius corpus, vt illic mercedem repoſceret. Quid
Iob 40. 2. enim ait illi Deus? Aliter putas me tibi reſpondiſſe, quàm vt appareas iuſtus? Eandem igitur cum iuſtis patientiam exhibentes, & æqualem rectæ illorum conuerſationi tolerantiam exhibentes parata ſanctis Deum diligentibus bona recipiamus: quæ nobis omnibus aſſequi contingat gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti per quem & cum quo Patri gloria vna cum ſancto Spiritu nunc & ſemper, & in ſecula ſæculorum. Amen.

ORATIO IN SAMARITANAM, ET IN *illud, Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar*, Ioan. 4. 5.

INTERPRETE FRONTONE DVCÆO *Societatis Ieſu Theologo.*

Ex Edit. Burdegalenſi 1604. SAmaritanæ certamina Chriſtus nobis hodie promulgauit, & inopem orationem noſtram oportet ad traijciendum eius rectè factorum pelagus ſeſe accingere. Fidem enim eius intueor, & ſtatui laudationem eius in medium afferre, ac vobiſcum encomijs celebrare mendicam illam, opulentam; meretricem illam, & Apoſtolam; luxurioſam, & fidelem; multis nuptijs iunctam, & multis viribus præditam; eam quæ multos corrupit, & quæ vnigenitum Dei verbum obſequijs demeruit; quæ corrupta fuit, & purgata; quæ ſitiebat, aquaſque deſiderabat, & cæleſtium fluentorum gratiam conſequuta eſt. Quid enim ait Ioannes Euangeliſta, qui
Ioan. 4. 5 myſteria ineffabilia intonuit? *Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Hora erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. Diſcipuli enim eius abierant in ciui-*
Eſa. 40. 28 *tatem, vt cibos emerent.* Cur igitur Eſaias Propheta dicit: *Deus magnus non eſuriet, neque ſitiet, neque fatigabitur: nec eſt inuentio prudentiæ eius?* Sed & Matthæus Euangeliſta, in Euangelio ſecundum ipſum de eo ſcribit: *Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.* Similiter autem & Ioannes Euangeliſta, ſicut audiebas paulo ante: Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Hora erat quaſi ſexta. Atque ille quidem eſuriiſſe Dominum ait, hic vero fatigatum etiam eum fuiſſe: at Eſaias propheta declarat ex Spiritu ſancto loquens: Deus magnus non eſuriet neque ſitiet, neque fatigabitur: nec eſt inuentio prudentiæ eius. Quo vero pacto poteſt apud iſtos conſenſus euangeliorum & prophetiæ conſeruari? Veruntamen neque propheta mentitus eſt; abſit: neque Apoſtoli aliena à Spiritu ſancto & à prophetia ſcripſerunt: ſed quoniam Saluatoris noſtri magna Dei diſpenſatio geminam & quandam & inuſitatam habui connexionem, ex diuinitate, inquam, & humanitate, ſecundum eius beneplacitum ac voluntatem; idcirco propheta quidem diuinitatis potentiam & amplitudinem prædicat; Apoſtoli vero & Euangeliſtæ veram corporis diſpenſationem exponunt. Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſuprà fontem. Hora erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Ieſus, Da mihi bibere D. e. a. i. c. v. c. emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: *Quomodo tu, Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana?* Operæpretium igitur eſt dilectiſſimi, vt perquiramus, qua de cauſſa & locum & horam & abſentiam diſcipulorum indicauit: locum, ſedebat iuxta fontem: horam, Hora erat quaſi ſexta: diſcipulorum abſentiam, Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Cur igitur locum dixit? ego docebo. In ſpirituali venatione verſabatur, cuius cauſſa in locum illum ſe contulerat, vnde poterat prædam referre. Non vides, quid faciant piſcatores? neque enim omnia maris loca percurrunt, ſed ad celebrem locum abeunt, in quo latitare piſces nouerunt. Sunt enim multa in mari loca, quæ plus cæteris piſces alunt. Ita nimirum, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, iuxta prophetiam magnus Deus, nouerat vt Deus inde ſe poſſe prædam reportare, mulierem ſcilicet Samaritanam. Vt igitur dicebam, piſcatores ea loca inſident, vnde ſperant piſcem ſe poſſe venari: ſic etiam Chriſtus in eum venit locum, vnde poterat Samaritanam venari, & per ipſam ingentem hominum capturam parare. Ecce loci cauſam indicaui, cur autem horam quoque dixit? ait enim, *Fatigatus Ieſus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.* Hora erat quaſi ſexta. Audi ergo cariſſime de hora quoque. Egena quæpiam erat hæc Samaritana, quæ ſibi manuum labore ſemper victum quærebat, egena inquam, & corpore & pecunijs, at non ita religione atque animæ pietate. Sic igitur expergefacta currebat ad telam, propter opificium, vnde & opificium exercebat. Hora vero ſexta, quo tempore quieti à labore vacabant omnes, tum illa, cum hydriam arripuiſſet, aquam aduehebat. Nouerat ergo, qui ſciebat omnia, Dominus, quam horam cæteri captandæ quieti dabant, illâ ſolere iſtam aduehendæ aquæ vacare: propterea ſexta hora Dominus abijt, quippe qui nouerat eam ad aquam aduehendam profectam, ſeque ſpiritualem hanc prædam poſſe venari. Quare vero diſcipulos ſuos ablegauit Dominus? Diſcipuli enim eius, inquit Euangelium, abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Mulier illa paupercula quædam erat miſera, vt iam antea declarauimus, neque potuiſſet multorum ſatellitum numerum contueri: quod ſi magiſtri dignitatem vidiſſet, ac diſcipulorum cœtum magiſtrum docentem circunſtantium, turbam, ordinem, dignitatem, ſpeciem, ſplendorem, ſubito fortaſſis aufugiſſet, ac præda perijſſet, accedere auſa non eſſet. piſcis ex retibus euaſiſſet, neque ſagena captus fuiſſet, ac reſilijſſet: propterea diſcipulos in ciuitatem ablegauit: Abeuntes enim inquit, emite cibos: vos abeuntes emite, ego aliud prandium habeo: *Meus* Ioa. 4. 34.
enim *cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me, & perficiam opus eius:* vos carnalia, ego ſpiritualia: vos emite, nam ego redemi. *Chriſtus nos redemit de male-* Gal. 3. 13.
dicto legis factus pro nobis maledictum, inquit vas electionis Paulus, per aquas hanc ſpiritualem piſcaturam venari volo. Didiciſti cur locus notatus ſit, & hora, & diſcipulorum abſentia: itaque operæpretium eſt, vt deinceps ad ea quæ ſequuntur, aggrediamur. Venit mulier de Samaria haurire aquam. venit Samaritana, vt aquam hauriret hora ſexta, cum ab opificio telæ conquieuiſſet, ad æquandum hora intermiſſionis à labore, atque vt ſæpe dictum eſt hora ſexta: quandoquidem & cum Eua mandatum in paradiſo tranſgreſſa eſt, hora erat quaſi ſexta. ideoque Samaritana ſeruata eſt in fonte eadem

Prædicatio verbi Dei eſt ſpiritualis piſcatio & venatio.

ſexta hora. Deinde vero Samaritana venit, vt aquam hauriret, & Ieſum tanquam hoſpitē quemdam vidit, ac ſolum tanquam viatorem, qui leuare vellet æſtum, & iuxta fontem ſederet: vidit hominem contemptum, nec illum magni fecit: at ipſe qui cuncta nouit, priuſquam in lucem edantur, (Dan. 11. 4) fidei theſaurum contemplans, *Da mihi bibere*, inquit. Fons vitæ iuxta fontem ſedens bibere poſcit, non bibere volens, ſed potum dare. Da mihi bibere, vt tibi dem bibendam aquam immortalitatis. Ego enim ſalutem mortalium ſitio; non vt bibam, ſed vt potum præbeam. Patrem imitor meum: ſic enim ait Deus ad Abraham, Da mihi filium tuum; (Gen. 22. 2) *eſſet mihi filium tuum Iſaac dilectum, vnigenitum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem dixero tibi*. Non quod accipere filium vellet, id dixit: ſed quod proprium filium orbi terrarum largiri vellet. Nam vt (Ioh. 3. 16) ait tonitrui filius diuinus Ioannes: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Da mihi vnigenitum, vt mundo largiar vnigenitum: immola filium, non vt immoles, ſed vt filium meum (Rō. 12, 1.) vnigenitum immolem pro ſalute mundi, *hoſtiam viventem, placentem, ſanctam.* Ita hic quoque, Da mihi bibere, non vt bibam, ſed vt potum præbeam. Dicit ei mulier: *Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.* Acuta mulier, in his meretrix laudem quærit; in his meretrix obſeruationem præ ſe fert legis. Tale Samaritanorum eſt genus: in ſcortationibus polluitur, & in baptiſmatibus purgari ſe arbitrantur. Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Animam ſordibus replent, & corpus videntur abſtergere: ſic & Samaritana cum animam ſcortationibus inquinatam habeat, de aquarum potu litigat. Itaque Ieſus illam à ſe non repulit: non dixit; Ego Deus ex Deo ſum: ego cælum firmaui, terramque fundaui, & tu mecum de aquis & potu litigas, atque adeo mulier commaculata peccatis? quid autem? *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.* Vides, vt paulatim amorem eius ad cupiditatem excitarit dicens: Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Quid ergo rurſus ad eum mulier? *Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt, vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?* Magnam, conceperat quandam opinionem de patriarcha Iacob mulier: attendite quæſo diligenter magna in exiſtimatione erat apud mulierem Samaritanam, eumque plurimi faciebat tanquam patriarcham, tanquam iuſtum: quandoquidem hic duodecim patriarcharum fuerat pater; duodecim enim (Geneſ. 32) tribus Iſraël ex Iacob proſeminatæ ſunt: neque ob id ſolum, ſed quoniam & cum Deo luctatus eſt, & potens inuentus eſt: ſic vt ei diceret Deus; *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora:* & cum homine luctans aiebat Deus, Dimitte me, quia meus amicus es, & aſcendit aurora: tum ille, *Non te dimittam, niſi me benedixeris.* Quid hoc ſibi vult, & quænam tandem eſt hæc Dei cum homine lucta, niſi quod noſtræ ſimilem propter nos carnem induturus erat? Quid ergo illi reſpondit Deus? Non vocaberis vltra Iacob; ſed Iſraël erit nomen tuum; quoniam inualuiſti cum Deo, & cum hominibus potens eris. Magnam igitur opinionem conceperat de patriarcha mulier, idcirco Domino dicebat: Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, q.d.n.h.p. & i.e.c.b. & f. & pecora eius? Quid ergo Chriſtus? animaduerte Domini ſapientiam: vide magiſtri be-(Matth. 13 17.)nignitatem: non dixit illi; Sic eſt, ego patre veſtro Iacob maior ſum: neque dixit ei, ſicut Iu-dæis dixit; *Antequam Abraham fieret, ego ſum:* vel rurſus vt dicebat, *Amen dico vobis, quia multi reges & iuſti cum prophetis*, cupierunt *videre quæ vos videtis, & non viderunt*: (Matth. 13. 17.) nihil horum dixit mulieri, ſed luctam inhibet cum patriarcha ineundam, & ex patriarcha validiorem pugnam reddit. Si enim dixiſſet illi, Sic eſt, ego major ſum quàm Iacob: nam ille quidem benedictionem accepit, ego vero ipſam illi præbui: fortaſſis illa, cum tantam capere reuelationum altitudinem minime poſſet, aufugiſſet: nihil igitur tale dixit illi, ſed ex ijs, quæ ſubiecta ſunt oculis, rem dilucidam inexpugnabilem reddit. Quid enim ait illi? *Omnis, qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed aqua, quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitā æternam.* Prolatæ fuerant in medium perſonæ Iacob & Chriſti, ſed omiſſa perſonarum lucta venit ad luctam aquarum, quæ videntur, ac donorum quæ videntur. Si enim dixiſſet; Etiam, maior ſum quàm Iacob; confeſtim illa in vrbem aufugiens abacta eſſet, reſiluiſſet ante reſponſum, & ante quam verba feciſſet, ad ciuitatem perueniſſet dicens: Hic quidem inſanit, homo eſt aliquis à dæmonio vexatus, lunaticus eſt, & phreneſi laborat: cum ſit vnus aliquis peregrinus ac nullius pretij, maiorem ſeipſum patre noſtro dicit: immo vero illo, qui duodecim tribuum Iſraël pater fuit, qui benedictiones accepit à Deo, qui pauper quidem peregrè profectus eſt, ſed ob diſpenſationem & prouidentiam, qua rexit eum Deus, opulentus reuerſus eſt: ſed accommodabat ſe mulieri Chriſtus, & infirmitati mulieris aliquid concedebat, vt ſenſim ad rerum eam (Simile.) grauiorum ſublimitatem proueheret. Nam quemadmodum piſcium venatores: audi enim prudenter quid illi faciant, hamum in mare mittunt, cumque ſenſerint captum eſſe piſcem, non ſtatim extrahunt illum, ſed paulatim laxant, vt ille planè atque intrepide illecebram deuoret; cumque animaduerterint intimis eius præcordijs hamum ac viſceribus infixum eſſe, tum maiori cum impetu piſcem extrahunt, qui prius ſe illi accommodauerant. Ita ſe Chriſtus erga mulierem geſſit; non à principio pulchritudinem illi diuinitatis reuelauit, neque ingentium illi bonorum promiſſa propoſuit, neque Iacob ipſum creaſſe indicauit, ſed eius appetitum animi ad cupiditatem excitat dicens illi: *Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Perſonarum contentionem ac luctam omiſit, & ad alteram donorum porro tranſijt, imò verò præſtantiam illorum ex re ipſa demonſtrat. Quid igitur mulier? *Domine da mihi hanc aquam, vt non ſitiam: neque veniam huc haurire.* Vides, vt cito crediderit aquam à Chriſto datam, vt non amplius ſitiamus, efficere? Domine da mihi hanc aquam, vt non ſitiam: neque veniam huc haurire. Ad ſpiritualium fluentorum ſuorum cupiditatem Chriſtus eam ſenſim incitauit: credidit aquam eſſe, quæ bibitur, & ſitim non generat; quæ participatur, & peccantium delet chirographum, Domine da mihi hanc aquam, vt non ſitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Ieſus: *Vade voca virum tuum, & veni huc.* Si conſortem habes copulæ, fiat & conſors fidei, ne ſpiritualium horum ſola donorum gratiam accipias. Vade, voca virum tuum, & veni huc. Idcirco enim veni, non vt Euam ſolam ſaluam faciam, per ſemper virginem Deique genitricem Mariam: ſed etiam vt virum per me in paradiſum rurſus reuocem: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Recte quoque totius orbis doctor Paulus, dilectiſſimi, ex eadem regula ſcribens ad Corinthios dicebat: *Vnde enim ſcis mulier, ſi virum ſaluum facies?* (1 Cor. 7. 16.) Iam vero rem propoſitam

attinga

attingamus. Vade, voca virum tuum, & veni huc. Dicit ei mulier, *Non habeo virum*: cœpitque deinceps aperire peccata ſua mulier: cœpit deinceps confiteri, ac dicere, Non habeo virum. Iam enim in ſcortationis & luxuriæ profundo demerſi ſum, & virum non habeo. *Dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo virum: quinque enim viros habuiſti: & nunc quem habes, non eſt tuus vir. hoc vere dixiſti.* Quid autem hoc eſt, Quinque enim viros habuiſti: & nunc quem habes, non eſt tuus vir? operæpretium eſt dicere. Quinque viros habuit mulier, & mortui ſunt: poſt illos ſcortata eſt, quamobrem nemo deinceps cum illa voluit tanquam cum vxore legitima copulari. At illa cum libidinis cohibere feruorem non poſſet, clam deinceps eum habebat, cum quo ſcortabatur; ſic vt neque vulgo nota eſſet neque legitime nupta, ſed virum clam habebat: exiſtimabat autem ſe Chriſtum veluti hominem decepturam, eique dicebat; Non habeo virum. Deinde Chriſtus, qui cordis occulta cognoſcit, quique nouit
Dã.13 24 omnia, antequam fiant, ait illi: *Bene dixiſti, quia non habeo virum. quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir. hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier, Domine video, quia propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet.* Quem tandem prophetam dicis mu-
Deut.18.15. lier? eumne quem ſcripſit Moyſes, *Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris ſicut me*, an alium quempiam? Hunc tu dicis mulier, qui cordis reuelat occulta. Nam cum ſua reuelari peccata vidiſſet, ait: Domine video, quia propheta es tu: quod perinde erat, ac ſi diceret cum Dauide,
Pſ.18.13. *Ab occultis meis munda me.* Et ſedebat cum muliere colloquens Deus. ô inſignem humanitatem! qui ſuper Cherubim ſedet, cum muliere meretrice confert ſermonem. *Video quia propheta es tu. Patres noſtri in monte adorauerunt, & vos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet.* Meretrix de dogmatibus ſermonem infert, & Dominum prophetam eſſe arbitrata nihil ſeculare poſtulauit, Dominum confeſſa eſt, & pecuniarum copiam non requiſiuit. Domine video, quia propheta es tu. Dominum confeſſa eſt, & nihil ex paternis dogmatibus periuit. Patres noſtri i.m.h.a.& v.d.q.H.l.e. vbi adorare oportet. Etenim illo in monte Somor Abraham filium ſuum Iſaac Deo in ſacrificium obtulit:
Gen.28.1 Hieroſolymis vero Iacob cum in Meſopotamia ad Saban Syrum deſcenderet, ſcalam, quæ à terra in cælum extendebatur, in ſomnis vidit, & cum Deo luctatus eſt: propterea dicebat. Deus apparuit mihi in Luza: idcirco mulier dogmata attingit, & ait, Domine video, quia propheta es tu. P.n.i.m.h.a.& v.d.q.H.l.e. vbi adorare oportet. Itaque Dominus cum ea, quæ decebat ipſum ſapientia, reſpondet. Nam quia Iudæus ab ea exiſtimabatur, ipſa vero Samaritana erat, reſpondere noluit interrogationi, vt neque mentiretur, neque aſperiorem mulierem redderet. Nihil quippe aliud propoſitum illi fuit, niſi vt mulierem venaretur, & ad ſalutis viam traduceret. propterea nihil aſperius apud eam proloquutus eſt, vt neque mentiretur, neque Samaritanæ pudorem incuteret. Si enim dixiſſet illi Hieroſolymis locum eſſe, vbi adorare oportet, ſicut Moyſes filijs Iſraël præcepit, ipſam exaſperaſſet: quoniam vetus, vt diximus, ipſam opinio præoccupauerat de monte illo in Sicemis; in eo iuſſum eſſe Abraham à Deo Iſaac immolare: rurſus autem ſi morem illi gerere voluiſſet, ac dicere hunc eſſe montem illum, & recte adoratis, rurſus falſum verbum protuliſſet. Idcirco ergo vtrumque in terram abijciens, mulierculam ad eam, quæ paulo magis ſpiritualis erat, adorationem, quaſi manu ducit, aitque: *Mulier crede mihi dicenti, quia venit hora, quando neque in monte* h. n. Hier. ad Patrem. *Vos adoratis, quod neſcitis: nos adoramus, quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores*

A *adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus; & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.* Vidiſti doctrinam optimam? vidiſti doctoris induſtrij ſapientiam? Mulier crede mihi dicenti: vide quomodo ſenſim animam eius in cælum euehit: non erubeſcit amictum meretricis, ſed ſalutem animæ promouet. Quid ita? quia *non venit vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam*: quia propter ouem, quæ perierat, minime deſerto ſinu patris ad nos inclinatis Lu.15.4 cælis deſcendit, & perfectus homo factus eſt, ſimulque quod erat permanſit. Non circumſcribitur loco adoratio Dei, ſed vndiquaque diffuſa eſt gratiæ diuinæ cognitio; non iam amplius Iudæi & Samaritani ad ſe legis inſignia rapiunt. Nam eos qui adorant Deum, in ſpiritu & veritate oportet adorare: non amplius in alienis holocauſtis, & vitulis, & arietibus: non amplius circumciſio & ſabbati obſeruatio, non amplius templum, & altare, & hircus emiſſarius, & ſancta ſanctorum: non amplius vmbra, & cultus, & ſabbata ementita. *Neomenias enim veſtras &* Eſ.1.14.
B *ſabbata*, inquit Deus per prophetam, *& diem magnum non fero*: ieiunium & otium, & ſolemnitates veſtras odit anima mea. Nam eos qui adorant, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Omnia illa velut vmbra prætierunt: vera tranſierunt, ecce noua facta ſunt omnia. Commutata eſt deinceps rerum grauia; non amplius ſecundum legem vnum in locum eos qui Deum adorant, congregari ſino; quippe qui velim omnem in terrarum orbem ſalutis dona diffundere. *In omnem enim terram exiuit ſonus eorum, & in fines* Ro.10.18 *orbis terræ verba eorum. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier, Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus: cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia.* ô meretricem de ſpiritualibus philoſophantem! ô meretricem ſcripturas ſacras in ore habentem! etſi enim corpore ſordibus ſcortationis cooperta eſt; animo tamen ſacra-
C rum literarum pronuntiatione & lectione purgata eſt. *Scio quia Meſſias venit*: Meſſias vero, ſi interpretari velis, eſt Vnctus: propterea mulier, Expecto, inquit, Vnctum, cuius caro diuinitate vngetur. cum ergo venerit ille, annuntiabit nobis omnia, ô profectum ſpiritualem! ô mulierem meretricem, & omnia ſcientem! vide quo pacto à terrenis ad cælos euolarit. Meſſiam dicit eum qui mittebatur; Chriſtum, qui expectabatur, qui ad mundi totius ſalutem procurandam veniebat, & rurſus prophetam, rurſuſque Dominum, non amplius Iudæum ipſum vocat: non amplius de aquæ largitione diſceptat, non amplius illi dicit, Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudæis Samaritani: quid igitur? Domine video, quia propheta es tu: & rurſus attingens dogmata, Patres noſtri in monte hoc
D adorauerunt, & v.d.q.H.e.l.v.ador.oport. Vide quomodo ſpiritualium donorum gratiam rapiat: vide quomodo cuncta deprompis ex ſcriptura demonſtrationibus firmet. *Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus: cum venerit ille annunciabit nobis omnia*: illum quæro, illum præſtolor, illum expecto. Dicit ei Lu.24.8 Ieſus: *Ego ſum, qui loquor tecum.* O magna & incredibilia miracula! quod multis ex Apoſtolis non reuelauit, hoc meretrici palam reuelat. Cum Cleophæ apparuit. ſeipſum Apoſtolis non manifeſtauit: ſed cum oculos illorum aperuit, tunc ex ipſorum conſpectu ablatus eſt: ita vt dicerent diſcipuli; *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via, dum aperiret nobis ſcripturas?* ſeipſum illis non reuelauit, & mulieri dicit, Ego ſum, qui loquor tecum. Quod ſoli Paulo fecit, qui ad tertium vſque cælum aſcendit, qui raptus eſt in Paradiſum, & audiuit arcana verba, qui terrarum orbem ſagena cepit, hoc multo ante Samaritanæ fecit. Paulo ſe manifeſte reuelauit è cælo dicens: *Saule, Saule, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Saulus vero Act.9.4.

A reſpondit dicens: *Quis es Domine?* tum ille reſpondit: *Ego ſum Ieſus Chriſtus, quem tu perſequeris*: hoc & nunc Samaritanæ dicit: *Ego ſum qui loquor tecum.* Interea veniunt diſcipuli, & cum muliere colloquentem offendunt, ac mirati ſunt quia cum muliere loquebatur. Qui ab angelis adoratur, cum meretrice colloquebatur: qui cum patre regnat in æterno regno, ſolus cum ſola ſermonem conferebat. At illa relicta hydria ſua ciuitatem ingreſſa eſt. reliquit hydriam poſtquam aquis viuis expleta fuit, & ad ciues ingreſſa clamabat: *Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci.* nunquid ipſe eſt Chriſtus? cuncta mea peccata diuulgo, vt vos manu ducam: vt vos Deum, qui ad homines venit, cernatis: mala mea publico, vt Chriſtus adoretur, qui peccatores non auerſatur. Venite, videte h. q. d. m. o. q. f. n. i. e. Chriſtus? vide mulieris ſapientiam: vide meretricis probitatem: vnum ei tantum dixit ſcortationis peccatum Chriſtus, & illa relicta hydria cucurrit ad vrbem dicens, Venite videte hominem, q. d. m. o. q. f. vel ipſis Apoſtolis prædicat vehementius. B Non vidit illum à mortuis excitatum: non vidit Lazarum quatriduanum è monumento euocatum; non vidit mortem concluſam: non vidit mare verbo frænatum: non vidit eum, qui Adã formauerat, creationis defectum in cæco luto adimplentem, & illum in paradiſo figulum, ſermone prædicabat. *Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci. Ex ciuitate autem illa Samaritanorum multi crediderunt in eum propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcumque feci.* Imitemur & nos hanc mulierem Samaritanam, & ob propria peccata non erubeſcamus, ſed Deum timeamus.

Hortatur ad Dei timorem.

Iam vero contrarium fieri video: nam eum qui nos iudicaturus eſt, non reformidamus; eos vero, qui nullatenus nos lædunt, perhorreſcimus, & ignominiam ab ipſis inurendam reformidamus: quapropter in ijs quæ timemus, pœnam ſuſtinemus. C Qui enim homini detegere peccata erubeſcit, Deo vero cernente facere non erubeſcit, neque confiteri vult, aut pœnitentiam agere; in die illa non coram vno vel duobus, ſed vniuerſo terrarum orbe ſpectante traducetur. Colloquamur ergo cum Chriſto: nam & nunc in medio noſtrum ſtetit, & per prophetas, ac per Apoſtolos nobis loquitur: audiamus igitur, & illi pareamus. Quouſque tandem temere ac fruſtra viuimus? cum enim datum nobis tempus in re nulla conſumpſerimus, immodicarum pœnas extremas expenſarum daturi diſcedemus. Idcirco enim in hanc vitam nos introduxit Deus, animamque participem rationis inſpirauit, non vt vita præſenti vtamur tantum, ſed vt ad futuram vitam adipiſcendam omnes incumbamus. Nam brutæ ſolæ animantes huic vitæ ſunt vtiles: nos animam immortalem propterea ſortiti ſumus, vt ad vitam, quæ illic traducitur, D obtinendam cuncta faciamus: vt illic fulgeamus: vt cum angelis choreas ducamus; vt in æternum per infinita ſæcula Regi adſiſtemus. Propterea namque & immortalis facta eſt anima, corpuſque noſtrum rurſus erit. Quod ſi propoſitis rebus cæleſtibus affixus terræ fueris, cogita quanta inferatur ignominia largitori: cum illo tibi ſuperna porrigente, tu nihilominus ea non admodum curans, illa cum terra commutes. Idcirco gehennam quoque veluti contemptus minatus eſt, vt hinc intelligas quantis teipſum bonis priues. Sed abſit, vt illud experiamur ſupplicium: quin potius Deo placentes æternis nos perfrui bonis contingat gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium vna cum ſancto Spiritu nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

AMEN.

ORATIO DE ÆMVLATIONE, AC PIETATE, ET DE CÆCO à natiuitate, Ioan. 9. 1.

INTERPRETE FRONTONE DVCÆO *Societatis Ieſu Theologo.*

Ex Edit. Burdiga. ann. 1604.

FOns eſt luminis verbum Dei: cum enim plenum ſit luminis, & lumen effundat, fidelium mentes illuminat, & ſplendore circundat: ſiquidem ipſum ex ſeipſo fulget, & eos qui ipſo fruuntur illuſtrat: nec ſolum fidelium mentem illuminat, ſed & lucis nomen impertit. Nam qui ignorantiæ ſunt innutriti, & infidelitati addicti, merito Scriptura tenebras eos appellat, vtpote qui veritatis lucernam non recipiant, vt ſint filij lucis. Propterea dicit & diuinus Apoſtolus Paulus: *Non ſumus filij noctis, neque tenebrarum, ſed filij lucis & diei.* (1 Theſ. 5. 5) Ac re vera lucis filij ſumus, qui euangelici verbi, quod Dei ore prolatum eſt, filij ſumus. *Ego* enim, inquit Chriſtus, *ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulabit in tenebris: ſed habebit lumen vitæ.* (Ioan. 8. 12) Illud namque verbum eſt lucis, cui ſi nos fidem adhibuerimus, efficit, vt in filios lucis euadamus. vnde etiam Saluator ait, *Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis.* (Ioã. 12. 36) Vt enim ſe habet erga corpora lux iſta, quæ ſenſu percipitur: ſic erga animas ſpirituale verbum Dei: quodque tenebræ ſunt in nocte, hoc in animabus ſeductis eſt ignorantia. Idcirco etiam de talibus ſcribit beatus Dauid dicens: *Neſcierunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulant.* (Pſal 18 5.) Sic igitur Synagogam ignorantia obrutam, nec volentem oculos ad ſpiritualis doctrinæ cognitionem reflectere noctem appellat Deus ob ignorantiam, cui addicti erant. Cum enim diceret Deus Iudæis per prophetam; *Noctem aſſimilaui matrem veſtram*, (Oſe. 4. 5.) quam ſimilem tenebris noctem appellaret, exponens addidit; *Aſſimilatus eſt populus meus populo non habenti ſcientiam: propterea neſcierunt, neque intellexerunt: in nocte ambulant.* Verum illi quidem hoc pacto: at qui doctrinæ Chriſti lucem receperunt, eiuſmodi homines lux redduntur. lux enim eſt Deus noſter, itemque Verbum eius, quod ex ipſo ante ſæcula abſque vlla paſſione generatum eſt, lux dicitur, & ſanctus, atque conſubſtantialis, vitæque largitor Spiritus lux vocatur. Lux, & lux, & lux: ſed vna lux eſt: & anima quæ verbum ſuſcepit, lux appellatur: (Operauitur, opera lucis.) ſed Deus quidem lux eſt naturaliter, in tribus perſonis ſubſiſtens; nos vero per illius participationem, & rurſus ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus lux eſt, de quo Ioannes Euangeliſta dicit; *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.* (Ioan. 1. 9) Cùm vero ſit lux de luce ineffabili, legem luce redundantem tranſmittit iuxta prophetam dicentem: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* (Pſal. 118. 104.) Poſtquam igitur lucem veritatis verbum ſuſceperit anima. lux ipſa quoque redditur, & audit à Paulo: *Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino.* (Ephe. 5. 8) cum autem lucem euangelicam mens receperit, ratione fidei lux etiã nominatur, eodemq; modo ratione operum. *Luceat* enim, inquit, *lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* (Mat. 5. 17) Neceſſe namque eſt eum, qui fidei lucem receperit, ad opera quoque lucis progredi: neque vero lucem eſſe tantum oportet fidelis animam, ſed & per opera coram hominibus lucere: propterea Saluator etiam dicit, Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Ac vide rem mirabilem: lux quidem à Deo procedens ſimplex eſt, ſed radios habet differentes non natura, ſed operatione. ac mittitur quidem in omnem animam ſplendida doctrina Dei iuxta illud dictum:

Et ſit

Pſ.89.17. *Et ſic ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos,* vt apud eum
opera noſtra dirigãtur: ſed adueniens multos apud
Eccleſiæ pulchritudo & varietas in donis ſuis. nos ſplendores efficit, ſplendorem eleemoſynæ,
ſplendorem temperantiæ; ſplendorem hoſpitalita-
tis, ſplendorem fraterni amoris. Apud Deum qui-
dem ſplendor eſt vnus. hic verò cùm ad nos tranſ-
miſſus fuerit, diuerſos operatione ſua fulgores
producit, dum huic ſplendorem prophetiæ largi-
tur, alij ſplendorem Apoſtolatus, alij martyrij ſplẽ-
dorem. Illic quidem ſplendor vnus eſt; in nobis
Pſ.109.3. autem multi, ſicut ſcriptum eſt: *Tecum principium
in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum tuorum.* Cur
1.Cor.12. igitur recenſet eos Paulus, & dicit: *Numquid omnes
Apoſtoli? numquid omnes prophetæ? numquid omnes do-
ctores?* non ita ſine cauſa diuidit Paulus: ſed vt ido-
neas offendit animas, non pro ſua auctoritate, ſed
ſecundum fidei confeſſionem; non quod pro arbi-
trio ſuo det, aut pro libito, ſed quod eius arbitrium
ſine iudicio non ſit, verum ſecundum donationes
gratiarum. Nam quemadmodum floridæ rećieque
tinctæ regiæ veſtes radium quidem ſolarem exci-
piũt, at diuerſos fulgores emittunt, & qualis tinctu-
B ræ fuerit pulchritudo, talem coloris nitorem effi-
cit: vtque diuiditur à ſubiecta tinctura decor in au-
rum, vel in purpuram, vel in praſinum, aut in alium
quendam colorem, non quod radius diuidatur, ſed
pro conditione ſua veſtis radium luce diſpenſet.
Eiuſmodi floribus relucet Eccleſiæ pulchritudo,
quæ regia veſte induta eſt, & cœleſti ac variegata ſto-
Pſal.44.9. la decorata, ſicut & pſalmorum auctor dicit; *Filiæ re-
gum in honore tuo. Aſtitit regina à dextris tuis, in veſtitu de-
aurato circumamicta, variegata.* Quomodo variegata
Hebr.2.4. eſt? Spiritus ſancti donis, ſicut Paulus ait: *operan-
te Deo ſignis, & portentis, & varijs virtutibus & Spiritus ſan-
cti diſtributionibus.* Quid verò Chriſti eccleſiam ap
pellabo? ſponſam ornatam, reginam comptam,
hortum vernantem, pratum redundans fertilitate,
& ſi quid aliud dixero, minus quàm pro dignitate
C verba fecero. Propterea dicebat Eſaias propheta
Eſa.61.10. ex perſona Eccleſiæ vocem eius aſſumens: *Exultet
anima mea in Domino: induit enim me veſtimento ſalutis:*
& quoniam exemplo vtebatur, neque totam Eccle-
ſiæ pulchritudinem deſcribere poterat, illud varie-
Ibidem. tate diſtinguit dicens: *Sicut ſponſam ornauit me mun-
do muliebri, & ſicut ſponſo circumpoſuit mihi mitram effe-
rentem fruges ſuas,* & ſicut hortum olerum ſemina
ſua. Hortus enim re vera concluſus ac paradiſus
eſt eccleſia Dei viui. paradiſum autem dico non an-
tiquo illi ſimilem, ſed illo multò ſublimiorem. Et-
enim illic quidem ſerpens regnabat, hic verò Chri-
ſtus regnat. Noli dignitatem nominis ſpectare, ſed
rei virtutem. nam neque paradiſus in pretio habẽ-
dus eſt, niſi Dei mandatum in eo ſeruetur: neque
vilia loca ſunt ignominioſa, ſi in eis ſit lex Dei reg-
nantis. Vtrùm melius? vtrum potius? paradiſus, an
D Gen.3.9. Iob 2.8. ſterquilinium? verumtamen Adamo propter tranſ-
greſſionem paradiſus nihil profuit: Iob verò ſter-
quilinium propter patientiam minime nocuit. Ada-
mus in paradiſo propter inobedientiam ignomi-
Loci dignitas aut indignitas per ſe nihil ad virtutem aut vitiũ confert. nia afficitur: Iobus autem propter patientiam in
ſterquilinio coronatur. Nuſquam enim locorum
dignitas comparatur, niſi bona mens concurrat:
& paradiſo ſublimius eſt cælum, ſed cadit inde
Diabolus. Profunda eſt terra, & cælum in ſublime
tollitur: at è cælo cadit Diabolus, poſtquam tranſ-
Lu.10.18. greſſus eſt, iuxta illud: *Videbam Satanam ſicut ful-
Pſ.112.7. gur de cælo cadentem.* at exaltantur de terra inopes
iuxta illud, *Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore eri-
gens pauperem.* Vides non locorum diſcrimen effi-
cere, vt ſuperiores euadamus, ſed vbique fidem, &
patientiam, & ſpem promerentibus coronas ac-
quirere? Nihil theatro patientius, quid laſciuæ
profuit Ægyptiæ adulterium in cubiculo? quid
primæ martyri Theclæ nocuit nudam in theatro
certare? non peccauit denudata: non afficitur
ignominia, ſed coronatur ſancta; Atque hæc qui-

A dem in theatro coronatur, illa verò in thalamo in-
famatur. Quid profuit idolis etiam eorum quæ
non ſunt adoratio, templorum, inquam ampli-
tudo? quid verò martyribus obfuit vilitas ſe-
pulchrorum? nónne decus iniuſtum eſt erro-
ri in amplitudine, & in humilitate res marty-
rum ſunt exaltatæ? ita paradiſus eſt deliciarum
eccleſia Dei viui. In paradiſo ſerpens tripudiabat,
& decipiebat. in hoc paradiſo Saluator ait: *Ecce* Lu.10.19.
*dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpio-
nes, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis no-
cebit.* Nam quemadmodum illic is, qui ſerpentis do-
ctrinæ fuerat obſequutus, e paradiſo relegatus
eſt: ſic in eccleſia, qui Paulo non parent, qui a Pe-
tro non docentur, ſed documentis ſerpentem ob-
ſequuntur, ex hoc paradiſo exterminantur, vnde
hoc conteſtatur Paulus: *Aemulor enim vos vni viro vir-* 1.Cor.12.2.
*ginem caſtam exhibere Chriſto. Timeo autem, ne ſicut ſer-
pens Euam ſeduxit, ita corrumpantur ſenſus veſtri.* licet
enim clementer agere ſoleat Deus, non tamen hoc
pacto ſuam herilem auctoritatem prodit. Sed & fi-
B deles Dei verba ſemper amant excedere: ſic enim
inquit Saluator diſcipulis: *Quem me dicunt homines* Mat.16.13.
eſſe filium hominis? Dicit vnus ex diſcipulis, *Tu es
Chriſtus filius Dei viui.* Doceat vos quoque æmulato-
res eſſe Spiritus ſancti æmulatio, ac pro pietate pa-
ti, bonumque certamen pro iuſtitia certare. Æquũ
enim eſt, vt boni diſcipuli ſint imitatores magiſtri,
ſicut & Paulus ait: *Imitatores mei eſtote ſicut & ego* 1.Cor.11.1.
Chriſti. Vis noſſe eum qui omnino ſit diſcipulus,
tum eum qui diſcipuli locum obtineat, habere pie-
tatis æmulationem debere? audi quo pacto cæcum
à natiuitate Chriſtus ſanarit. immò verò à princi-
pio hiſtoriam audiamus. Poſt multa ſiquidem ab
Euangeliſta dicta, ſi narrare cœpit. *Præteriens Ie-* Ioan.9.1.
*ſus vidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt
eum diſcipuli eius dicentes, &c.* ille dicebat, Quia ego
C ſum. Phariſæi & principes Iudæorum videntes
multos ad Chriſtum poſſe miraculum trahere,
impietatis æmulatione ſtimulati, & veritatis acu-
leo compuncti eum, qui cæcus fuerat, intro vo-
cant. Ac videre erat miſerum ſpectaculum, cùm
pietas exagitaretur, improbi iudices diſcepta-
rent, magnus athleta certaret, & Deus certamini
præſideret, ac ſpectaret. Vocant eum, qui cæcus
fuerat, & viſum receperat Iudæi, atque in medio
conſilio ſtatuunt, & dicunt ei: Dic, quomodo vi-
ſum recepiſti, & quis oculos tuos aperuit, & quid
fecit tibi? Hæc dicebant, non vt diſcerent, ſed vt
ipſa interrogationis forma timorem incuterent,
ſæpe namq; forma interrogationis illum admonet,
quem interrogamus, quid reſpondere debeat aut
tacere: vt ſi quis ei dixerit qui in rem quampiam te-
ſtimonium ſit laturus: Vidiſti rem de qua agitur?
D interfuiſti? vel ipſa forma docet illum negare: ſic
& illi; Quomodo viſum recepiſti? quis aperuit ocu-
los tuos? Ille minas eorum minus curans veritati
magis adhærebat, & ait: *Homo quidam qui dicitur Ie-
ſus, cum lutum feciſſet, vnxit oculos meos, & dixit mihi, Va-
de, laua in Siloam, & cum abiiſſem laui, & vidi.* Non no-
uerat veritatem, ſed beneficium agnouit: dignita-
tem benefactoris nondum nouerat: Homo quidam
cum lutum feciſſet, vnxit oculos meos, & laui, & vi-
deo. *Non crediderunt Iudæi, quia cæcus fuiſſet, & vidiſ-
ſet, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat.* Improbi-
tatis exceptio veritatem in dubitationem adduxit.
Vocant parentes cæci. teſtimonia colligit aduer-
ſus ſeipſam improbitas. vocati ſunt parentes cæ-
ci. rurſus eadem forma interrogationis vſurpa-
tur: *Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis, quia cæcus na-
tus eſt?* Quomodo ergo nunc videt? Illi cùm morem
improbitatis probè noſſent, eos ſcilicet minas in-
tendere, dicunt illis: *Scimus quia hic eſt filius noſter,
& quia cæcus natus eſt: quomodo autem nunc videat,
neſcimus; aut quis aperuit eius oculos, nos neſcimus: ip-
ſe ætatem habet, ipſum interrogate, ipſe de ſe loquetur.*

Animaduerte Dei ſapientiam: ne vocem eius qui viſum receperat, exceptione reijcerent, vt qui iuue-nis eſſet, nec publicis iudicijs verba facere noſſet, prouidit Deus, vt legitima prius ætas eius iudicaretur: Ætatem habet, inquiunt, ipſum interrogate: propterea quod impuberes patronis indigent, qui vero perfectam ætatem attigerunt, ipſi patroni ſunt ſuipſorum. Reſponderunt parentes eius, & dixerunt, Scimus, quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt. Confeſſi ſunt parentes eius, ne qua dubitatio ſupereſſet, an is cæcus fuiſſet. Ipſum interrogate, ipſe de ſe loquetur. vocant rurſus, inquit, eum ſecundo, & dicunt illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit oculos tuos? Tum vero ille Dei zelo indutus interrogationem deſpexit, & vt indignos reſponſo minimè dignatus eſt alloqui: ſed quid? ait illis. *Dixi vobis iam, & non audiſtis: quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis diſcipuli eius fieri?* itaque doctrinam imitatur Chriſti, cum nondum Chriſti doctrinam audierit. B Nam cum in Encænijs circumdediſſent Saluatorem in porticu Salomonis Iudæi dicebant illi: Ioã.10.24 *Quouſque animam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus dic nobis palam. Ait illis: Dixi vobis, & non audiſtis: quid iterum vultis audire?* Ac vide pietatem patroni. cum Iudæorum malitiam animaduertiſſet, eoſque nihil non agere ac ſimulare vt ei metum incuterent, ne magiſtrum illum confiteretur, ait illis: Dixi vobis iam, & non audiſtis, quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? confiteri ſe diſcipulum eſſe indicauit. Hanc vocem vſurpet omnis Chriſtianus à Paganiſmo deductus. Cum enim occurrerit tibi Paganus veteris erroris addictus conſuetudini, & dixerit tibi, Chriſtianus es? dic illi, Etiam, numquid & tu vis fieri? Hic igitur fuit hominis iſtius ſcopus qui viſum & animæ & corporis receperat: Dixi vobis iam, & non audiſtis: quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? quaſi diceret: C Tantum abeſt vt me de ſententia dimouere poſſitis, vt ego vos ſperem potius de ſententia dimotos Chriſtum ipſum confeſſuros. Quid ad illum deinde Iudæi? *Maledixerunt ei, & dixerunt, Tu diſcipulus illius ſis. nos autem Moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus, quia Moyſi loquutus eſt Deus: hunc autem neſcimus vnde ſit.* cogita quænam eſſet aduerſariorum potentia, & quænam vnius potentia qui contradicebat. Neque ſiluit rurſus patronus veritatis, ſed inſtitit: *In hoc enim mirabile eſt, inquit, quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuit meos oculos. Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quicquam.* Stabat decertans, & ſpectator erat, ac certaminis præſes Deus: multi formidabiles aduerſus vnum robuſtum, nubes infidelis aduerſus vnam fidei guttam. *A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. niſi eſſet hic à Deo non poterat facere quicquam.* Quandoquidem doctrina Moyſis gloriamini: non ille quidem adhuc Moyſis mentionem facit, Ioã.9.32 D ne exaſperet eos: ſed ait: *A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati:* hoc eſt, quis alius aperuit propheta? neque qui antecellat occurrit, neque qui poſſit comparari. At quantum iſte veritatem tuebatur, tantum illi in impudentia perſeuerabant: quia negare non poterant, deinceps occultare cõtendebant & dicunt: *Da gloriam Deo: nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt.* Gloria Filij Patris eſt gloria, & indiuiſa eſt gloria: decertat inito præclaro cum Iudæis certamine: dicunt ei, Da gloriam Deo, cuinam? legis noſtræ? an vero iuſtum eſt, vt alius beneficium contulerit, & alius gloriam reportet? Da gloriam Deo: alius beneficus fuit, & alij gloriam dabo? confeſſi ſunt lutum feciſſe Ieſum, & vnxiſſe oculos eius. eum qui aperuit, confitentur, & alteri gloriam deferam? Quare vero gloriam Deo babo? quia nempe Dei opus hoc eſt: igitur Deum eſſe Chriſtum imprudentes fatemini. Nam ſi Dei eſt opus, eique gloria debetur: qui auctor eſt operis, ipſe eſt Deus, Da gloriam Deo. nos ſcimus, quia hic A homo peccator eſt. Reſpondit eis, qui cæcus fuerat: *Si peccator eſt neſcio: vnum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo video.* Hæc vſque cùm libere loquutus eſſet, eijci foras ipſum iuſſerunt: *Et eiecerunt eum,* inquit Evangeliſta, *foras.* Pſ. 21.17. Beatus qui ablegatus eſt *à conſilio malignantium.* Ac vide, quid fiat: poſteaquam bonum certamen certauit, Dei gloriam defendit, ac multa cum fiducia, dicendique libertate Saluatorem confeſſus eſt, iam abſolutis certaminum ſuorum ſpectaculis, foras eiectus eſt athleta corona minimè accepta, & foris illi præmiorum occurrit diſtributor: *Audiuit* enim, inquit, *Ieſus, quia eiecerunt eum foras: & cum inueniſſet eum, dicit ei.* Cæci à natiuitate laus. O verbum notandum, Inuenit eum! quem perdidit error, veritas inuenit. Cur autem occurrit illi? Vidit Saluator animã probitatis plenam: vidit animam pro Deo verba facere nondum ſcientem, ſed pro fideli aliquo propheta ſe loqui exiſtimantem: interrogauit enim de Chriſto, & quid de illo dicit? *quia propheta eſt:* Ioã.9.17. Saluator autem hæc ait: Si cum me prophetam arbitratur, & hominem eſſe ſuſpicatur, ita decertat, quid non faciet, ſi gloriam diuinitatis cognouerit? Si cum hominem eſſe me cenſet, ac prophetam appellat, tantum veritati ſubſidium tulit, tantumque certamen ſuſcepit nondum fidei elementis imbutus, ſed ſolo beneficio illuminatus: cogita cum hominem putans ſe patrocinio tueri à veritate non deflexerit, ſi ſecundum euangelium effari didicerit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Ioan.1. quid tandem erit? Propterea deinceps eius ſcientiam corrigit, eiuſque certamine collaudato fidem ipſius obſignat. Occurrit ei Saluator: non enim eum de facie nouerat iſte: quod cum ad Siloã natatoriam miſſus ab eo eſſet vt lauaret, vt videns redijt, Saluatorem cum turba mixtum non aſpexit, at confeſtim antequam Dominum cerneret, ad certamen vocatus decertauit. Porrò lutum fecit C Dominus, antequam lauaret ipſe, atque inunxit oculos eius, vt defectum ſarciret. Quando igitur eiecerunt eum foras, cum inueniſſet eum Chriſtus, dixit ei, *Tu credis in filium Dei?* Non enim te credere oportet, vt prophetæ decertanti, ſed vt filio Dei. Ille cum faciem non noſſet, vocem agnouit: Tu credis in filium Dei? vocem agnouit, & ſumma cum lætitia clamauit, *Quis eſt Domine, vt credam in eum?* Cur credis dicenti tibi fideli, Tu credis in filium Dei? Scio verum tuum eſſe ſermonem, ac licet hanc mihi tu des cognitionem, non dubitabo tamen tibi credere: Et quis eſt Domine, vt credam in eum? Tum futurorum prouiſor, *Et vidiſti eum,* inquit: *& qui loquitur tecum, ipſe eſt.* Qui patrocinatus eſt intus, foris colloquitur: Tu credis in filium Dei? at is qui in corpore & animo fuerat illuminatus ait: Et quis eſt domine, vt credam in eum? reſpondens ille dixit eis; Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum ipſe eſt. Tum alter ait: *Credo domine, & adorauit eum.* Hæc à me di- D cta ſunt, vt diſcatis omnes bonum magiſtrum ſequi, bonumque paſtorem imitari. veſtrum enim certamen magno paſtore ſubſidium ferente committitur. Admirati eſtis cæcum, qui beneficio affectus patronus factus eſt veritatis; latronem qui ante beneficium acceptum Chriſto patrocinatus eſt, admiramini. Semper enim anima diuina, quæ veritatem æmulatur, multa merito ſuo reſerat ora, quæ veritati ſuffragentur. Pendebat in cruce Chriſtus & duo latrones, vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris, & Iudæi deblaterant, principes ſacerdotum blaſphemant: *Ecce regem Iudæorum.* Et rurſus; *Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus ei.* Marc.15.32. Et rurſus: *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere.* Similiter & qui cum eo crucifixus erat, latro & ipſe deblaterabat, dicens; *Si filius Dei es, ſaluum fac temetipſum, & nos.* Lu.23.39. Alter vero latronum, nihil dicebat, & alios obnoxios ſuo ſilentio caſtigabat. Poſtquam igitur principes ſacerdotum & ſcribæ, qui legem nouerant, immo verò, qui ignorabant,

A

rabant, qui prophetarum lectione commoniti Chriſtum debuerant confiteri, confeſſi non erant, inexpectatum os aperuit Deus in cruce, quod veritati patrocinetur. Ac vide quid faciat: vbi primum Chriſti vocem audiuit, ei patrocinatur, ac deinde coronatur. *Crucifixi enim ſunt, inquit, cum eo duo latrones vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris*, eratque medius Saluator tamquam ſtatera veritatis vnum eleuans confitentem, & alterum blaſphemantem condemnãs. Ac vide rem mirabilem: dum ſcribæ ac principes ſacerdotum Chriſtum blaſphemarent, & dicerent: *Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus ei*, & alio latrone dicente, *Si filius Dei es, ſaluum fac teipſum & nos*, ait vnus ex latronibus probus: quippe latrones populi Iudæorum & noſtri figuræ fuerunt: nam hic quidem blaſphemat, & damnatur: ille vero cedit, & pœnitentiam agit, & ſaluatur. Ait igitur improborum ex Iudaico latrocinio germa-

Latrones crucifixi cũ Chriſto quid myſticè.

B

nus: fuerunt enim populus latronum improbi Iudæi, vt teſtatur Saluator dicens: *Domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Ac prioris quidem propoſitum animi Iudaicum fuit, poſterioris vero Chriſtianum, cum à malis exorſus pœnitentia ſalutem extorqueat. Ait igitur improbus latro, cui propoſitum animi fuit Iudaicum: *Si filius Dei es, ſaluum fac temetipſum & nos, de cruce deſcendens.* Alter autem probus inuenitur, in iudicio reus, in cruce iudex; ſed & timorem Dei docet. Prima enim vox latronis ad ſocium latronem hæc fuit: *Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali geſſit.* Quid ais? qui foris furabaris, hic condemnas? qui foris occidebas, hic timorem doces? cognoſce Chriſti crucem, vt vox iſta te doceat pietatem. Vide namque rem miram. latro ſocio latroni dicit; Neque tu times Deum? Deum ipſum prædicauit, qui cum illis vltro crucifixus erat, ac toleranter

Matth. 21. 13.

Lu. 23. 39

Latronis pœnitentis laus.

C

pro humano genere patiebatur. De ipſo enim Saluatore dicere illum, Neque tu times Deum, ex ijs quæ ſequuntur intellige: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali geſſit. Hæc ideo dico, vt pro pietate laborare diſcatis, & cum domi, tum publice æmulationem præ vobis ferre, ac pro Chriſto decertare, vt & ab ipſo iuſtitiæ coronam accipiatis, ſicut & iſte probus latro. Audi enim, quibus verbis ſocium latronem blaſphemantem affatur. Neque tu times Deum, q.i.e.d.e.E.n.q.i.n.d.f.r.h.v.n.m.g. Et dicebat ad Ieſum: *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Vidiſti verum patrocinium? Vidiſti vt verum Chriſtum ſit ipſum confeſſus? Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum. Mala propria confitetur, & Domino patrocinatur. Adeo tortus es latro coram Præſide, vt latrocinia tua, cædes, & furta à te commiſſa fatereris, nec tamen faſſus es;

D

& nunc extra tormenta dicis, Digna factis recipimus? Mille tormentis admotis vix apud Præſidem faſſus es, & hic nemine te cogente ita facilè confiteris? Sic eſt, inquit; verum illic confeſſionem excipit mors: hic confeſſionem pœnitentia ſequitur, & vita. Nos enim digna factis recipimus: hic vero nihil mali geſſit. Nos enim viuos occidimus, hic mortuos ſuſcitauit: nos aliena prædati ſumus, hic diuitias ſuas orbi terrarum largitus eſt. pugnat latro cum ſocio latrone, & ait; Ad hoc vſque tempus, quo cruci affixi ſumus, inter nos conuenimus, & iter vna fecimus; verumtamen ab ipſa cruce ſinditur mihi via: ſi mecum iter facere velis ad vitam, veni: ſin minus, vade vias tuas. Hactenus cum te comitarer, prima via tecum ibam: iam vero crux ſecundam hanc viam in duas diuiſit. pœnitentia diuiditur latronum via, tumque pſalmus & finis pſalmi adimplebatur: *Nouit Dominus viam iuſtorum & iter impiorum peribit.* Poſtquam igitur veritati patrocinatus eſt latro, ad dominum gloriæ ſe vertit, & ait,

Pſal. 1. 6.

A

Memento mei domine, cum veneris in regnum tuum. Erubeſcant deinceps Arriani & audiant, quid latro dicat. Domine memento mei. c.v.i.r.t. Videt cruci affixum latro, & dominum confitetur; hæreticus eiuſdem throni participem cum patre confitetur, & vt creaturam blaſphemat, Domine mem. m.c.v.i.r.t. Vellem & ipſe verbis quibuſdam latronem compellare. Vt memineri: tui Chriſtus? quid tandem feciſti, quo id commerueris? an quia occidiſti, quia deprædatus es? ſic enim ais, Memento mei, cum veneris in regnum tuum. Sed nemo exiſtimet ſecundum gratiam tantum ſaluatum eſſe à Chriſto latronem; immo ſecundum debitum illi reddendum hoc fuit. quod tandem debitum? dicet aliquis: an quod res iuſtas egerit? eleemoſynas dederit? res ſuas diſtribuerit? ieiunarit? vigilarit? rem fecerit, quam nemo alius? an vero quod crediderit? & prophetæ Deo crediderunt, & patriarchæ crediderunt:

B

hymnorum ſcriptores crediderunt, Apoſtoli, prædicatores, martyres; verum omnes iſti cum Deum in gloria conſpexiſſent: hic autem in ignominia. Tu vero mille mihi famulos domino ſeruientes ſiſte, quo tempore proſpera fortuna & honoribus fruitur, & vnum ſeruum qui in tempore tentationis, afflictionis, & exilij à domino ſuo non recedat: illos autem mille ſeruos, qui tentationis in tempore & exilij dominum deſeruerint, ac receſſerint? numquid hi proſpera fauente fortuna ſerui, qui tentationis tempore dominum reliquerunt, pares eſſe poſſunt ei, qui rebus in aduerſis dominum eſt ſequutus? nequaquam. Credidit Petrus, ſed cum mortuos eum ſuſcitantem vidiſſet, cum gloriam eius contemplatus eſſet, credidit Paulus: ſed cum cælitus miſſam lucem vidiſſet, eumque lumina corporis excæcantem, animæ vero oculos illuminantem, credidit Abraham, ſed cum diuinum vultum aſpexiſſet: Eſaias credidit; ſed cum eum *in ſolio ſe-* Eſai. 6. 1.

C

dentem excelſo vidiſſet, & Cherubin in circuitu eius: omnes viderunt, ſed in gloria: hic autem in ignominia. quamobrem etiam clamabat, *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Sed ſpectato rerum mearum ſtatu mihi dicturi eſtis: Quamobrem hoc ais? Equidem peccator ſum, & homicida: latro ad hanc horam vſque: multa ſunt ſcelera mea, fateor; ſed in mente mea fidem abſconditam habeo, quam nemo nouit, niſi Dominus ſolus, qui mecum patitur. Habet exterius apparentes notas paſſionis Dominus: at ego eam quæ apparet, ignominiam non attendo, ſed abſconditam maieſtatem glorifico. Sic & tu dicito: Domine noli, quæ apparent ſcelera mea, ſed abſconditam fidem ſpectare, & memento mei, cum veneris in regnum tuum. Cum nulli prorſus quicquam loquutus eſſet Chriſtus, ſed tacuiſſet, & neque Pilato, neque vlli alteri Iudæorum ſcelerato capiti reſpondiſſet, tum reſpondet; & quoniam graue admodum &

D

incommodum erat ſilentium, iam reſpondet, atque latroni: Amen, amen dico tibi: *Hodie mecum eris* Lu. 23. 43
in paradiſo. O eximium largitoris beneficium! quandoquidem tardum beneficium poſtulaſti, ego præproperum beneficium confero: Hodie mecum eris in paradiſo. Vidiſti Dei ſalutem? vidiſti domini beneficium? vidiſti magnum veritatis iudicem? Hodie mecum eris in paradiſo. Nemo hactenus Iudæorum, aut patriarcharum de paradiſo fieri mentionem audiuit, ex quo tranſgreſſus eſt Adamus, & ex illo egreſſus eſt: ac tametſi Deus hominibus innumera fidelibus promiſit, nulli tamen paradiſum, niſi latroni promiſit: nuſquam homini apparet Dei ore promiſſum eſſe paradiſum, poſtquam eiectus Adamus eſt, niſi huic primum latroni. Cur nulli patriarcharum primũ de paradiſo loquutus eſt? nulli prophetarum? nulli Apoſtolorum? Antiquis vero promiſit: *Dabo tibi terram lacte & melle manantem;* Exo. 13. 6
Apoſtolus dicit; *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum:* nuſquam paradiſus reſer- Math. 5. 3

A uat in medio paradiſum, vt latroni primum promittatur. Licet enim dixerit Paulus, *Raptus ſum in paradiſum*; poſt latronem tamen hoc accidit. Cur igitur primus ingreſſus eſt, qui vnam propè vocem protulit? quid enim? an ſæpe pſalmos cantauit? ſæpe decertauit? ſæpe de diuinitate verba fecit? ſemel, inquit: iuſtus nimirum eſt Deus meus ſalutis arbiter: quandoquidem primum hominum Adamum non ob multa peccata, ſed ob vnam inobedientiam e paradiſo eiecit: ita iuſtitiæ ſtatera latroni primum in paradiſum ingreſſurum eum promiſit, non cum multa quædam confeſſus eſſet, verum cum vnam fidei confeſſionem obtuliſſet. Dixi peccatum Adami fuiſſe, quod contra quam præceptum erat, lignum attigerit: quæ porro fuit latronis purgatio? quod cum fide crucem attigerit, in paradiſum intrauit. Quid fit deinceps? Saluator quidem ſalutem promiſerat, ſed tempus nō

2 Cor. 12. 4.

B erat, neque permittebatur latroni credere ac baptizari. pronunciarat enim Saluator, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum cælorum*. oportunitatem aut licentiam non reperiebat latro, ſuſcipiendi baptiſmi tempus illi non ſuppetebat, quippe qui ſuſpenſus eſſet in cruce. Saluator igitur viā inuenit, qua impedita expediret. Nam quia crediderat is Saluatori, qui in peccatis inueterauerat, cumque neceſſe erat baptizari, ſic diſponit Deus, vt poſt paſſionem lancea miles domini latus vulneret; & exilit ſanguis & aqua: ex eius enim latere, inquit Euangeliſta, *exiuit ſanguis & aqua*, vt de veritate paſſionis conſtaret, & figura ſacramentorum extaret. Neque vero ſic exierunt ſanguis & aqua, vt ſimpliciter fluerent, ſed cum impetu vt latronis corpus aſpergerent. quod enim cum impetuoſo fluxu emittitur, aſpergit, quod autem fluit, prout venit: at cum impetu exiuit ex latere ſanguis & aqua, vt latronem aſperſum baptizarent, ſicut apoſtolus ait, *Acceſſimus ad Sion montem, & aſperſionem ſanguinis melius loquentem quam Abel*. Quare melius quam Abel loquitur ſanguis Chriſti? quia ſanguis Abel inſidet capiti homicidæ: Chriſti vero ſanguis homicidas etiam pœnitentes emundat. Diſce igitur æmulationem ac zelum veritatis, & libertatem pro Chriſto loquendi adamato; ſequere verum magiſtrum pro veritate decertantem, vt cùm ab Apoſtolo Paulo ſic audiueris, *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti*, iuſtitiæ tu quoque coronam obtinere merearis, & quæ Chriſtus Deus noſter æterna bona præparauit ijs, qui diligunt illum; quæ nobis omnibus vtinam conſequi detur gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria, & imperium nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ioan. 3. 5.

Ioā. 19. 33

C

Hebr. 12. 22.

1 Cor. 11. 1

S. IOAN. CHRYSOSTOMI ORATIO.

Aduerſus ebrietatem & de Reſurrectione.

Interprete Frontone Dvcæo Societatis Ieſu Theologo.

Ex Edit. Ingolſta. 1595 apud Dau. Sartor.

IEiunij ſarcinam depoſuimus, ſed ne fructum ieiunij deponamus: poſſumus enim ieiunij ſarcinam deponere, & ieiunij fructum decerpere. Præterit labor certaminum, ſed non prætereierit ſtudium rectè factorum: ieiunium abijt, ſed religio maneat: imò verò ne ieiunium quidem abijt. Veruntamen nolite timere: hoc enim dixi, non vt alteram vobis Quadrageſimam promulgarem, ſed vt vobis eandem virtutem annuntiarem: ieiunium præterijt corporale: ſed ieiunium non præterijt ſpirituale: hoc melius eſt illo, & illud propter hoc eſt inſtitutum. Quemadmodum, cùm ieiunaretis, dicebam vos fieri poſſe, vt quis ieiunando non ieiunet: ita & nunc dico fieri poſſe, vt quis non ieiunando ieiunet. Enigma fortaſſe videtur id quod dictum eſt; verum ego quæſtioni ſolutionem adiungam. qui fieri poteſt vt quis ieiunando non ieiunet? cum quis à cibis quidem abſtinet, non abſtinet autem a peccatis. qui poteſt fieri, vt non ieiunando quis ieiunet? cum quis alimentis quidem fruitur, peccatum verò non guſtat. hoc melius eſt illo ieiunium, neque melius tantum, ſed etiam leuius. illius ieiunij tempore multi corpori imbecillitatem obtendebant, moleſtū pruritum: ſcabie repletus ſum, inquit, illuuiem non fero: aquæ potus me enecat: olera deguſtare non poſſum: multa eiuſmodi qui tum diceret audiebā multos: de hoc ieiunio nihil tale dici poteſt, fruere balneis: menſæ particeps eſto: vini vtere potu moderato: licet deguſtare carnes pares: eſt qui prohibeat nemo: omnibus fruere, tantum abſtine à peccato. Vides vt omnibus facile ſit hoc ieiunium? non corporis imbecillitatem licet obtendere: merū eſt animæ rectè factum. Poteſt etiam quiſpiā non bibendo vinum ebrius eſſe & vinum bibendo ſobrius eſſe. Atque ebrietatem eſſe abſque vino diſce ex Propheta dicente, Væ qui ebrij eſtis abſque vino. & quomodo fieri poteſt vt abſque vino quis inebrietur cùm perturbationum merum religioſa ratione, pia cogitatione minimè temperaris. poteſt & aliquis bibendo vinum ebrius non eſſe: ac ne ita eſſet, non hoc Timotheo Paulus imperaſſet ad eum ſcribens in hæc verba: *Modico vino vtere propter ſtomachum & frequentes tuas infirmitates*. nihil quippe aliud eſt ebrietas, quam animi de natiuā ſanitate deturbatio, deprauatio ratiocinationum, mentis penuria, vacuitas intellectus. iſta verò non ebrietas efficit tantum ex vino, verum ebrietas etiam ex ira & cupiditate à ratione aliena. Nam quemadmodum febrem gignunt vigiliæ, gignit & fatigatio, gignit iuſtitia, gignit quoque vitiatus chymus, & diuerſa quidem eſt cauſa, vna verò paſſio & ægritudo: ſic & in iſtis ebrietatem parit quidem vinum, parit & cupiditas, parit & chymus corruptus: & diuerſa quidem eſt materia, vna verò paſſio & ægritudo. Abſtineamus ab ebrietate non dico abſtineamus à vino, ſed ab ebrietate abſtineamus. non vinum efficit ebrietatem: eſt enim Dei creatura, Dei porrò creatura nihil efficit mali, ſed voluntas maligna efficit ebrietatem. Atque vt ſcias aliter etiam poſſe quempiam ebrium fieri non ſolo vino, audi quid dicat Paulus. Nolite inebriari vino, indicans aliter etiam ebrios eſſe nos poſſe. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. mirabili quadam ratione paucis verbis omnem ebrietatis accuſationem complexus eſt. Quid eſt? *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria?* Luxurioſos inter iuuenes eos vocamus, qui cùm paternam creuerint hæreditatem, cuncta confeſtim dilapidant, nec perpendunt cui dandum ſit, & quando ſit dandum, ſed nullo delectu & veſtes & aurum & argentum omneſque paternas opes in meretrices & ſcortatores diſtribuunt, tale quiddam eſt ebrietas: tanquam iuuenem luxurioſum inuadens mentem ebriorum ratione ſeruituti mancipata noſtras animi ſenſorum opes inconſideratè ac ſine vlla animi attentione cogit effundere. Qui ebrius eſt neſcit quid dicendum ſit; quid tacendum; ſed perpetuò patens nullaque obſtructum ianua eſt os eius: non vectis appoſitus eſt labris, non ianua. qui ebrius eſt diſponere ſermones ſuos in iudicio, neſcit mentis diuitias adminiſtrare neſcit: non nouit hæc quidem recondere, illa verò expendere, ſed omnia illa ad impenſas & effuſiones traducuntur. Spontaneus eſt furor ebrietas, proditio cogitationum, ebrietas ridicula calamitas, morbus ſanis expoſitus, voluntarius dæmon & ipſa moleſtior in-

Ieiuniū ſpirituale

1 Tim. 5. 23.

Ebrietatis deteſtatio ob eius incōmoda.

Eph. 5. 18.

D

ſania-

A ſania. Vin tu diſcere, quo pacto dæmoniaco ebrius
ſit deterior? miſeremur eius quæ à dæmonio vexa-
tur, at hūc odiſſe ſolemus. illi condolemus, huic au-
tem iraſcimur & indignamur. quid ita? illius enim
morbus iniuria, huius verò neglig ētia eſt appellan-
dus: in illo inſidiæ inimicorū, in hoc inſidiæ cōſilio-
rum. nec aliter affectus eſt ebrius ac dæmoniacus:
pariter circumagitur: pariter de ſtatu mentis deie-
ctus eſt: pariter concidit: pariter oculorum pupillas
contorquet: pariter iacēs in terra pedes iactat: ſpu-
mam ex ore proijcit, & ita fœtentē ſaliuam effundit
atq; os eius intolerabili fœtore repletum eſt. iniu-
cundus amicis eſt vir eiuſmodi, ridiculus inimicis,
contemptibilis famulis, vxori ingratus; omnibus
odioſus, ipſis beſtijs moleſtior, beſtiæ euſq; bibunt
quouſq; fert ſitis, & cupiditatē ſiſtunt neceſſitate:
hic intemperantia cupiditatem tranſilit, & ratione
carentibus à ratione alienior apparet. Verum illud
multo intolerabilius eſt, quod morbus tot malis re-
dundans, totque ſecum inuehens calamitates, ne
crimen quidem cenſetur, ſed in diuitū menſis huius
B turpitudinis gratia pugna oritur atque certamen,
atque inter ſe maiori ſtudio contendunt, quis ſeip-
ſum magis infamet quis maiorem ſubſannandi oc-
caſionem præbeat, quis neruos amplius infringat,
quis vires amplius debilitet, quis communem do-
minum grauius irritet: ac videre eſt ſtadium certa-
menque diabolicum. ebrius mortuis miſerior eſt.
ſiquidem ille ſenſu deſtitutus iacet, neque bona vl-
la vel mala poteſt operari; hic verò ad mala exe-
quenda promptus eſt, & anima in corpore tamquā
in monumento defoſſa mortuum corpus circūfert.
Vides vt miſerior ſit dæmoniaco, vt magis quàm
mortui ſenſu deſtitutus? Vin' tu dicam id quod his
omnibus maius eſt & grauius? ebrius homo in reg-
num cælorum intrare non poteſt. quis hæc dicit?
1Cor.6.9 Paulus. *Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis ſeruien-*
C *tes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubi-*
tores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici,
neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. audiſti qualem in
turbam ipſum cōiecerit? cum impudicis, cum ſcor-
tatoribus, cum idololatris, cum adulteris, cum ma-
ledicis, cum auaris, cum rapacibus. Quid ergo? dicet
aliquis, idémne eſt ebrius & impudicus? idem ebrius
& idololatra? noli mihi hæc obijcere mi homo, leges
diuinas ego recitaui, à me rationem ne exigas: Pau-
lum interroga, tum ipſe reſpondebit. num enim cū
ipſis aut ſeorſim ab ipſis ſupplicio addicatur, non
poſſum dicere: porro, nō minus quam idololatram,
illum à regno cælorum excidere, id verò oppido
confirmabo: cùm igitur hoc in confeſſo ſit, quid à
me deinceps rationem repoſcis de peccati menſu-
ra? cum enim extra fores remaneat, cùm à regno
excidat, cùm expers fiat ſalutis, cùm ad ſupplicium
D amandetur, quid tu mihi peccatorum menſuras &
bilances & trutinas profers? Indigna res eſt ebrie-
tas. non mea vos ſpectat oratio: abiit. planè ſiqui-
dem credo veſtram animam ab ægritudine hac &
morbo eſſe immunem: ac veſtræ ſanitatis argumen-
tum eſt, quod hic verſemini, quod huc diligenter
conueniatis, quod attentè audiatis nemo, qui vino
inebrietur, diuinorum eſſe cupidus eloquiorū po-
teſt. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed
implemini Spiritu, præclara eſt hæc ebrietas: hac Spi-
ritus crapula tuā animā ſopora, ne ebrietate ſopo-
res: præoccupa mentem & cogitationes, ne locum
impudens ille morbus inueniat. Propterea non di-
xit, participes eſtote Spiritus, ſed implemini Spiritu:
ad ſummum vſque mentem tamquam calicem im-
ple Spiritu, ne quicquam deinceps inijcere poſſit
diabolus. non enim quouis modo participes nos
fieri Spiritu iam oportet, ſed Spiritu impleri, pſal-
mis, hymnis, canticis ſpiritualibus, quibus hodie re-
pleti eſtis: quapropter de temperantia veſtra confi-
do. Præclarus eſt nobis ebrietatis calix, eſt calix
ebrietatis, qui temperantiam gignit, non paralyſim:

A non enim vires diſſoluit, ſed vires excitat; ille non
neruos infringit. ſobrietatem quippe affert; ille
angelis venerandus eſt, hominibus pretioſus, do-
mino amabilis. Vides quid dicat Dauid de ſpiritua-
li calice iſto, qui propoſitus eſt in hac menſa? *Para-* Pſ.22.5
ſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me:
Impinguaſti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians,
quam præclarus eſt. Etenim ne audito nomine ebrieta-
tis ſubitò metueres, & eiuſmodi putares eſſe, vt in- Spiritua-
firmitatem inducat, adiunxit eſſe præclarum & fir- lis men̄ſa
mum, nouum ebrietatis genus, robur immittit & va-
lidum reddit ac potentem. quippe quod ex ſpiri-
tuali petra profluxerit. non eſt deprauatio cogita-
tionum, ſed ſpiritualium cogitationum accumu-
latio. hac ebritate ebrij ſimus, ab illa verò nos
abſtineamus, ne præſentem ſolennitatem dedecore
afficiamus: non enim terræ tantùm, ſed & cæli eſt
præſens ſolennitas, hodie gaudium eſt in terra: ho-
die gaudium in cælo. ſi enim vno peccatore con-
uerſo gaudium eſt in terra & cælo; multò magis
extorto de diaboli manibus toto orbe terrarum
B gaudium erit in cælo. Nunc exultant angeli: nunc Luc.15.
lætantur archangeli: nunc Cherubim & Seraphim
hoc nobiſcum feſtum celebrant. non illos pudet
conſeruorum, ſed noſtris bonis gratulantur: etſi
enim noſtrum eſt quod à Domino accepimus do-
num, communis eſt tamen & cum illis volup-
tas, ſed quid ego conſeruos commemoro? ipſum
Dominum illorum ac noſtrum nobiſcum cele-
brare feſtum non pudet. at quid ego rurſus non
eum pudere dico? *Deſiderio*, inquit, *deſideraui hoc* Lu.22.
paſcha manducare vobiſcum. quòd ſi Paſchæ feſtum
celebrare deſiderauit nobiſcum, haud dubium quin
reſurrectionem celebrare. Quando igitur ange-
li gaudent, & archangeli, omniumque Dominus
cæleſtium virtutum nobiſcum feſtum concele-
brat, quæ tandem ſupereſſe occaſio triſtitiæ po-
C teſt? nullus pauper ob paupertatem ſit mœſtus,
hæc enim celebritas eſt ſpiritualis: nullus diues
efferatur ob diuitias; nihil enim ex pecunijs ad hu-
ius celebritatis voluptatem poteſt conferre. Nam
in externis quidem ſecularibus feſtis, vbi multum
merum, vbi menſa referta & ad ſatietatem co-
meſſatio, vbi turpitudo & riſus, vbi omnis pompa
ſatanica; meritò pauper quidem ſubtriſtis, hila-
ris autem eſt diues. quid ita? quia diues quidem opi-
param menſam apponit, delicijſque amplius frui-
tur: pauper autem à paupertate prohibetur, ne
tantam magnificentiam præ ſe ferat. hic verò nihil
tale eſt: vna diuiti & pauperi menſa eſt. licet di-
ues ſit quiſpiam, nihil adijcere menſæ poteſt: li-
cet pauper ſit, nihilo deteriori conditione ob pau-
pertatem in ijs quæ ad communionem pertinent,
erit: diuina enim eſt gratia. & quid miraris ſi diui-
D ti & pauperi? ipſi enim Imperatori & pauperi ad
eleemoſynam ſedenti vna eſt menſa propoſita: ta-
lia ſunt dominica dona; non pro ratione dignita-
tum diſtinguit communicandi rationem, ſed pro
conditione voluntatis ac mentis. cum eadem fi-
ducia & Imperator & pauper ad hanc menſam ac-
cedunt, cum eodem honore: imò etiam perſæpe
cum honore pauper ampliori. quid ita? quòd
Imperator quidem ſexcentis negocijs implica-
tus tamquam nauis vndique aſpergatur, ſibiq́ue
multa contrahat peccata: pauper autem de neceſſa-
rio tantū victu ſollicitus, negociorum expertem ac
tranquillam tranſigens vitam, velut in portu ſe-
dens, cum multa ſecuritate ad menſam accedat.
Rurſus in externis ſolemnitatibus pauper quidem
in mœrore, diues autem in hilaritate verſatur, non
ob menſam tantùm, ſed etiam ob veſtimenta. quod
enim in menſa illius euenit, hoc & in veſtimētis pa-
tiuntur. cùm enim pretioſiori amictum ſtola viderit
opulentum, percellitur, ſeque præ omnibus infe-
licem ducit: hic verò & iſta ſublata eſt penuria:
vnum enim apud omnes veſtimentum eſt ſalutare

Gal. 3. 27. lauacrum. *Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Ne igitur ebrietate ſolennitatem iſtam, dehoneſtemus: & diuites & pauperes pariter honorauit, & ſeruos, & dominos: ſed ob hanc erga nos beneuolentiam dominum remuneremur: optima porrò eſt remuneratio conuerſatio munda & mens ſobria. Hæc ſolennitas & panegyricus conuentus non pecunijs indiget neque ſumptibus, ſed voluntate ac mente optima. tales enim hic proſtant merces: nihil corporeum hîc venditur, ſed diuinorum auditio eloquiorum, preces patrum, benedictiones ſacerdotum, concordia & pax & conſenſus, ſpiritualia dona, ſpirituale pretium. feſtum hoc maximum celebremus, illuſtre, in quo Dominus reſurrexit. reſurrexit enim Dominus ſecumque ſuſcitauit orbem terrarum. ipſe ſiquidem diſruptis mortis vinculis reſurrexit; Peccauit Adamus & mortuus eſt; at non peccauit Chriſtus, & eſt mortuus, nouum eſt hoc & admirabile; ille peccauit, & mortuus eſt: hic non peccauit & eſt mortuus. quid ita? quò is qui peccauit & mortuus eſt, eius opera qui non peccauit quidem; mortuus eſt autem, mortis nexus poſſit euadere. Ita fit & in pecunijs: ſæpenumero debet quiſpiam, & cùm non habeat vnde ſoluat, in vinculis detinetur. alius qui non debet, ſed habet vnde ſoluat, eum qui obnoxius eſt, liberare ſolet: ſic & euenit in Adamo. debebat Adamus, à diabolo detinebatur, ſed vnde ſolueret non habebat: non debebat Chriſtus, nec à diabolo detinebatur, ſed debitum poterat numerare: mortem perſoluit pro eo, qui à diabolo detinebatur, vt illum exolueret. Vides præclara reſurrectionis effecta? Nos duplici morte mortui eramus, duplicem itaque reſurrectionem expectemus ipſe ſimplici mortuus eſt morte; propterea ſimplici quoque reſurrectione reſurrexit. Quid hæc ſibi volunt? mortuus, inquam, eſt Adamus, & corpore & anima: mortuus eſt peccato & natura. (Gen. 2. 17.) *In quocumque die comederitis de ligno, morte moriemini.* Atqui non eadem die mortuus eſt, ſed peccato eſt mortuus illa: mors eſt animę, hęc mors eſt corporis. Sed cum audieris mortem eſſe animæ, noli mori animã arbitrari: eſt enim immortalis: verùm animæ mors eſt peccatum & pœna. propterea ait Chriſtus: (Matth. 10. 28.) *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.* quod autem eſt perditum ſubſiſtit quidem, ſed aciem oculorum ejus, qui perdidit, fugit. Verùm vt dicebam, duplex in nobis mors eſt; quapropter & duplicem fieri in nobis reſurrectionem oportet. in Chriſto ſimplex mors fuit, non enim Chriſtus peccauit; ſed ipſa mors ſimplex propter nos eſt ſuſcepta: non enim mortem debuit ille, neque enim reus erat peccati, quocirca nec mortis: propterea ille quidem reſurrectione ſimplici à morte reſurrexit: nos autem, qui duplici morte mortui ſumus, duplici quoque reſurrectione reſurgimus. vna quidem antea reſurreximus, quæ eſt à peccato: conſepulti enim ſumus ipſi in baptiſmo & conſurrexerimus cum ipſo per baptiſmum. vna hæc reſurrectio eſt liberatio à peccatis; altera verò reſurrectio eſt corporis. dedit maiorem; expecta etiam minorem: hæc enim multò maior eſt illa: multò enim maius eſt à peccatis liberari, quam corpus reſurgens intueri. Propterea cecidit corpus, quia peccauit. ſi igitur principium cadendi eſt peccatum, principium reſurgendi eſt à peccato liberari: reſurreximus deinceps reſurrectione maiori, abiecta graui morte peccati, & veteri exuta veſte; ne igitur de minori deſperemus. Hac & nos olim reſurrectione reſurreximus, quando baptizati fuimus, atque hi ... i heri veſperi baptiſmate digni habiti ſunt, hi agni præclari. nudiuſtertius crucifixus eſt Chriſtus, ſed nocte præterita reſurrexit: & hi nudiuſtertius à peccato detinebantur, ſed ſimul cum eo reſurrexerunt. ille corpore mortuus eſt & corpore reſurrexit: hi mortui peccato erant & à peccatis liberati reſurrexerunt. Ac terræ quidem verno hoc tempore roſas & violas alioſque flores nobis edit: aquæ verò terræ nobis pratum delectabilius reddiderunt. Ne mireris quod ab aquis flores germinarint; nec ipſa terra ex propria natura, ſed ex Domini mandato germen edit. animalia quoque motu prædita in principio edidit aquarum natura. (Gen. 1, 20.) *Producant enim*, inquit, *aquæ reptilia animarum viuentium*; & mandatum opus euaſit, illaque animæ expers ſubſtantia animata protulit animalia. Ita nunc etiam, Producant aquæ, non reptilia viuentium animarum, ſed ſpiritualia dona. Produxerunt tum aquæ piſces rationis expertes ac mutos; nunc ratione præditos ac ſpirituales piſces effuderunt; piſces, quos Apoſtoli ſunt piſcati. (Mat. 4. 19.) *Venite* enim, inquit, *& faciam vos piſcatores hominum:* hæc eſt illa piſcatio de qua tum loquebatur. nouus re vera piſcationis modus. qui piſcantur ex aquis eijciunt; nos in aquas inijcimus, atque ita piſcamur. Fuit olim & ſtante Iudæorum lege piſcina: diſce quid potuerit illa piſcina; vt Iudaicam diſcas egeſtatem; vt diuitias diſcas Eccleſiæ. (Ioan. 5. 3.) Piſcina erat aquarum, illucque angelus deſcendebat, & aquas mouebat: deinde poſt aquæ motionem æger vnus ingrediebatur, & lauabatur. vnus ſolus quotannis ſanabatur, ſtatimque gratia conſumebatur, non propter eius, qui dabat, egeſtatem, ſed propter eorum, qui accipiebant, infirmitatem. deſcendebat igitur angelus in piſcinam & aquam mouebat, ac ſanabatur vnus: deſcendit Dominus angelorum in Iordanem, & aquam mouit, atque vniuerſum terrarum orbem ſanauit. Propterea illic quidem is, qui poſt primum ſecundus deſcenderat, minimè ſanabatur; Iudæis quippe gratia data erat infirmis, egenis: hic verò poſt primum ſecundus, poſt ſecundum tertius, poſt tertium quartus: licet decem, licet viginti, licet centum, licet decies mille, licet vniuerſum orbem terrarum immiſeris in piſcinam, nõ conſumitur gratia, non exhauritur donum, non latices inquinantur. nouus purgationis modus; non enim eſt corporalis. nam in corporibus quidẽ, quò plures abluuntur, eò maiores ſordes latices contrahunt: hic verò, quò plures abluunt, eò puriores euadunt. Vides magnitudinem doni? ac tu doni huius magnitudinem conſerua mi homo, non licet tibi indifferenter viuere; legem tibi ipſi cum omni diligentia ſciſce, agon eſt lucta quædam hæc vita, (1. Cor. 9. 25.) *qui autem in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.* Viſne optimum quendam ac ſecurum rectè factorum modum te doceam? quę nimirum indifferentia quidem videntur, ſed peccata pariunt, ex mente pellamus. nam inter actiones quædam quidem peccata, quædam verò non peccata, ſed peccatorum ſunt cauſſæ, ſic riſus quidem peccatum natura non eſt, fit autem peccatum, ſi vltra modum effundatur. (Peccatorum occaſiones fugiendæ.) nam ex riſu facetiæ, ex facetijs verborum obſcœnitas, ex obſcœnitate verborum turpia facta, ex turpibus factis ſupplicia oriuntur, ac pœnæ. tolle igitur antea radicem, vt totam ægritudinem tollas. ſi enim nobis ab ijs quæ indifferentia ſunt caueamus, nunquam in ea, quæ prohibita ſunt, prolabemur. Ita mulierem aſpexiſſe indifferens videtur: at ex hoc cupiditas laſciua gignitur, ex cupiditate fornicatio, ex fornicatione rurſum ſupplicium ac pœna. Ita delicatè viuere ac lautè nihil graue eſſe videtur: verùm inde ebrietas, quæque ex ebrietate, mala ſexcenta naſcuntur. Idcirco quotidie continua doctrina perfruimini: idcirco ſeptem dierum ſpatio conſequenter collectam agimus, ac ſpiritualem menſam vobis apponimus, vt noſtra opera diuinis eloquijs perfruamini, vt vos ſingulis diebus inſtruamus, atque aduerſus diabolum armemus. nunc enim ferocius inuadit. quanto maius eſt donum,

tanto

tanto etiam maius eſt bellum, Si enim cùm vnum in paradiſo vidiſſet minimè tulit, cùm tam multos videat in cælo, dic quæſo qui feret? exaſperaſti belluam, ſed noli timere; maiorem gratiam accepiſti, gladium exacutum; illo punge ſerpentem. Idcirco illum Deus aduerſum te aſperari permiſit, vt virium tuarum potentiam ipſo experimento cognoſcas. Et quemadmodum cùm optimus palæſtræ magiſter ſqualidum quempiam, eneruatum athletam, ac deſpectum acceperit, vbi eum vnctum inſtruxerit, exercuerit, corpulentum reddiderit, otiari deinceps non ſinit, verùm in certamina iubet deſcendere: vt eum doceat experientia, quantum ipſi robur indiderit: ita Chriſtus, etiam fecit: poterat ſiquidem inimicum e medio tollere, ſe vt gratiæ excellentiã, ac virtutis ſpiritualis, quam ex baptiſmate nactus es, magnitudinem diſcas, tecum illum congredi ſinit, ac multas tibi occaſiones ſuppeditat coronarum. Idcirco ſeptem conſequentibus his diebus cócionum doctrina fruimini, vt in luctarum palæſtra diligenter inſtituamini. Alioquin autem etiam ſpirituales ſunt nuptiæ ea quæ iam fiunt: in nuptijs verò ad ſeptem dies thalami proſtant, propterea nos quoque lege ſanximus vobis, vt hic ſeptem dierum ſpatio ad ſacros thalamos vos ſiſtatis. verum illic quidem poſt ſeptem dies ſoluũtur: hic autem, ſi velis, in ſacro thalamo perpetuò ſtare potes, atque in ſecularibus quidem nuptijs poſt vnum vel alterum menſem ſponſa non adeò ſponſo eſt amabilis: hic verò non ita, ſed quantò temporis fit maior progreſſus, tantò ardentiores ſponſi ſunt amores; tãtò ſuauiores complexus, tantò ſpiritualior congreſſus, ſi diligentes ac vigilantes ſimus. in corporibus rurſus poſt iuuentutem ſenectus: hic poſt ſenectutẽ iuuentus, & iuuẽtus quæ finem nullum habet, ſi voluerimus, magna gratia, ſed maior erit, ſi voluerimus, magnus erat etiam Paulus, cùm baptizaretur; at multò deinde maior eſt factus, cum prædicaret. confundebat Iudæos: poſtea raptus eſt in paradiſum: in tertium cælum aſcendit. Itaque nobis etiam licet creſcere ſi velimus, & collatam per baptiſmũ gratiam augere: bonis autem operibus augetur, ac fit illuſtrior, lucemque nobis ſplendidiorem ſuppeditat. Quod ſi ita fiat, multa cum fiducia in conclaue ſponſi vnà cum ipſo intrabimus, & ijs bonis perfruemur, quæ repoſita ſunt ijs qui diligunt illum. Quæ nobis omnibus conſequi detur gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri & Spiritui ſancto gloria & adoratio in ſæcula ſæculorum. AMEN.

ORATIO DE SANCTA PENTECOSTE.

INTERPRETE FRONTONE DVCÆO *Societatis Ieſu Theologo.*

MAgna ſunt, dilectiſſimi, nec vlla poſſunt humana oratione comprehendi, quæ nobis hodierno die à benigniſſimo Deo impertita ſunt dona. Quamobrem omnes communiter gaudeamus, & lætitia exultantes Dominum noſtrum laudemus. Feſtiuitas enim publicuſque conuentus nobis eſt dies hodiernus. Nam quemadmodum in quatuor anni tempeſtatum ac ſolſtitiorum viciſſitudine alteri ſuccedit altera: ſic nimirum & in Eccleſia Domini feſtiuitas dum feſtiuitati ſuccedit, ad ſeſe mutuo nos tranſmittunt. Nuper itaque feſtum crucis celebrauimus, Paſſionis, Reſurrectionis, ac deinde domini noſtri Ieſu Chriſti in cælos aſcenſus; hodie tandem ad ipſum culmen bonorum pronecti ſumus; ad ipſam metropolim feſtorum euaſimus; ad fructum ipſum dominicæ promiſſionis peruenimus. *Si enim abiero*, inquit, *ego, alium paracletum mittam vobis, & non relinquam vos orphanos.* Videtis ſollicitudinem? videtis ineffabilem benignitatem? Ante hos dies in cælum aſcendit, regium thronum recepit, ſedem ad Patris dexteram recuperauit; & hodie nobis ſancti Spiritus aduentum largitur, ac per ipſum de cælis ſexcenta nobis bona ſuppeditat. Quid enim, quæſo, eorum, quibus ſalus noſtra continetur, non per Spiritum diſpenſatum eſt nobis? Per ipſum à ſeruitute liberamur; in libertatem vocamur; in adoptionem deducimur; ac denuo, vt ita dicam, fingimur: graue fœtidumque peccatorum onus deponimus. per Spiritum ſanctum ſacerdotum cernimus choros; doctorum ordines habemus: ab hoc fonte manant & reuelationum donationes, & gratiæ ſanitatum, & reliqua omnia quibus eccleſia Dei condecorari ſolet, inde promuntur. Hoc illud eſt, quod clamat Paulus his verbis, *Hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens* priuatim *ſingulis, prout vult.* prout vult, inquit, non prout iubetur, diuidens, non diuiſus, auctorem ſe præbens, non auctoritati ſubiectus. Eandem quippe poteſtatem, quam Patrem habere teſtatus eſt, hanc & Spiritui ſancto Paulus attribuit. Et quemadmodum de Patre dicit, Deus vero eſt, qui operatur omnia in omnibus: ſic de Spiritu ſancto, Hæc autem omnia, inquit, operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens priuatim ſingulis, prout vult. Viden tu perfectam poteſtatem? quorum enim natura eſt vna, haud dubium, quin eorum vna ſit auctoritas: & quorum æqualis honoris eſt maieſtas, eorum & virtus ac poteſtas eſt vna. Per hunc & peccatorum remiſſionem obtinuimus: per hunc ſordes omnes abſterſimus: per huius donationem ex hominibus angeli facti ſumus, qui ad gratiam accurrimus, non natura mutati, ſed quod multo eſt, mirabilius, in natura permanentes humana angelorum conuerſationem exhibemus. Tanta ſiquidem virtus eſt Spiritus ſancti. Et quemadmodum ignis iſte, qui ſenſu percipitur, vbi molle lutum ceperit, rigidam illud teſtam efficit! ſic nimirum & ignis Spiritus cum animam probam occuparit, licet eam luto molliorem repererit, ferro duriorem illam reddit; Etenim eum qui paulo ante peccatorum fæce pollutus erat, continuo Sole ipſo efficit clariorem. Atque hoc illud eſt, quod beatus nos docebat Paulus, cum clamaret, ac diceret: *Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.* Et cum omnia ferme improbitatis genera enumeraſſet, eoſque qui ſe his peccatis obſtrinxerint alienos fieri à regno Dei docuiſſet, continuo ſubiecit: *Et hæc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis.* Quo pacto, quave ratione? dic quæſo: hoc enim illud eſt quod quæritur. *In nomine domini Ieſu Chriſti*, inquit, *& in ſpiritu Dei noſtri.* Vides virtutem Spiritus ſancti cariſſime? Vides vt omnem hanc iniquitatem Spiritus ſanctus deleuerit, eoſque qui prius a peccatis ſuis proditi erant, ſubito ad ſummos honores euexerit? Quis ergo pro merito lugeat ac deploret eos, qui blaſphemijs Spiritus ſancti appetunt maieſtatem ac numen, qui tanquam furioſi quidam & amentes ne beneficiorum quidem magnitudine ab hac ſua ingrati animi improbitate reuocantur; imo aduerſus propriam ipſorum ſalutem omnia machinari non verentur, atque à Domini maieſtate deiectum, quantum in ipſis eſt, in creaturarum redigere ordinem moliuntur? Quos equidem lubens ſic interrogauerim. Quid tandem cauſſæ eſt, heus vos, cur bellum tam acerbum aduerſus Spiritus maieſtatem indictũ habeatis, vel potius aduerſus veſtram ipſorum ſalutẽ: neque vobis in mentẽ venire patiamini, quæ diſcipu-

lis à Sal-

Ioã. 16. 7.

1. Cor. 12. 11.

Spiritus S. operatio in nos.

1. Cor. 6. 9

Spiritus S. diuinitas adſtruitur.

lis à Saluatore ſunt dicta? *Euntes*, inquit, *docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.* Vides æqualem honore maieſtatem? vides concordiam exactè deſcriptam? vides vt indiuiſa ſit Trinitas? num vſpiam diſcrimen aut immutatio imminutióue? quid vos Domini verbis noua quæquam mandata adiungere audetis? An vero neſcitis in negotijs etiam humanis ſi quis forte conatus ſit, aut eò ſit progreſſus audaciæ, vt à Rege miſſis litteris quicquam adijciat, detrahatve, qui eiuſdem alioquin eſt generis nobiſcum, eiuſdemque conſors naturæ, ſolere illum extremo ſupplicio multari, nullaque poſſe ratione à merita pœna vindicari. Quod ſi tantum in hominis negotijs periculum imminet, quam tandem veniam obtinebunt, qui vſque eò proſiliunt arrogantiæ, vt quæ à communi Saluatore noſtro ſunt dicta, corrumpere moliantur; neque Paulum, qui loquentem in ſe Chriſtum habet, audire dignentur clara voce clamantem ac B

1.Cor.2. 10. dicentem: *Oculus non vidit & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcendit quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum?* Si ergo neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque cor capere potuit cognitionem bonorum, quæ ipſum diligentibus ſunt parata; vnde quæſo fieri poterit ò beate Paule, vt nos eorum cognitionem aſſequamur? Expecta pauliſper: tum tu illum ipſum exaudies hoc docentem. Itaque adiecit dicens: Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum: neque verò hic reſtitit; ſed vt potentiæ magnitudinem indicaret, & quo pacto eiuſdem ſit ſubſtantiæ cum Patre Filioque. *Spiritus enim*, inquit, *omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.* Deinde cùm exemplis humanis accuratiorem doctrinam inſerere

1.Cor.2. 11. animis noſtris vellet, adiecit: *Quis enim hominum ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? ſic & quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei.* Vides eximiam perfectamq; doctrinam? quemadmodum inquit C ea, quæ in mente ſunt hominis fieri nequit, vt alter nouerit, ſed ipſe res ſuas nouit ſolus: ſic & quæ Dei ſunt nullus nouit niſi Spiritus Dei, quod maximum eſt valdeque idoneum ad oſtendendam Spiritus diuinitatem. Exemplum enim attulit, quaſi hoc innueret; Fieri non poteſt, vt quis hominum ea quæ in ſua mente ſunt, vnquam ignoret. Vt igitur fieri hoc non poteſt: ſic & ea quæ Dei ſunt tam exactè Spiritus ſanctus nouit. Sed negari non poteſt, quin his etiam verbis beatus iſte illos tangat, qui ob anticipatam ſuam opinionem cum ſalutis ſuæ detrimento tantum bellum Spiritus diuinitati ſe indixiſſe declarant, quantumque ſitum in ipſis eſt, eum ſupremi dominatus dignitate priuant, atque ad creaturarũ deijciunt vtilitatem. Veruntamen licet illi contentionis ſtudio ducti ſcripturæ ſacræ verbis aduerſarios ſeſe opponant, nos diuina documenta velut oracula de cælo miſſa ſuſcipientes, debitas Deo laudes offeramus: & cum recta fide etiam veritatis exactam cognitionem præ nobis feramus. D Atque ad eos quidem reuincendos, qui ea quæ Spiritus ſancti reſponſis contraria ſunt, docere non dubitant, ſufficiunt ea quæ dicta ſunt: verumenimuero quam ob cauſſam tantorum cauſſam bonorum non ſtatim poſt ſuam in cælos aſcenſionem Dominus ſit largitus, ſed paucos dies prius ſiuerit

Spiritus S. aduentus poſt aſcenſionem Domini cur fuerit dilatus.

expectare ac ſolos manere diſcipulos domi, tum deinde ſpiritus gratiam demiſerit, operæpretium facturi videmur, ſi dilectioni veſtræ referamus: non enim temere, neque ſine cauſſa factum eſt iſtud. Nam quoniam genus humanum vidit non tanto in pretio habere, quæ ſunt in manibus bona, neque pro dignitate ea colere, quæ iucunda ſimul & magna videantur, niſi etiam contrariorum occurſus irrepſerit: exempli cauſſa (dicendum enim eſt apertius) qui ſano eſt ac vegeto corpore, neque ſentit, neque ſcire poteſt exactè, quanta illi ſanitas bona largiretur, niſi infirmitate obrepente morbum etiã fuerit expertus: & qui diem rurſus aſpicit, lumen taſti non facit, niſi ſuccedentes nocti tenebras ſenſerit. Etenim contrariorum experientia magiſtra nos aperte docet, qualia ſint ea, quibus antea fruebamur. Idcirco nimirum tum quoque, quandoquidem præſente illo ſexcentis bonis diſcipuli potiti erant, & quod cum illo verſarentur, dies ſanctiſſime tranſigebant. omnes enim incolæ Paleſtinæ tanquam ad luminaria quædam oculos ſuos ad eorum ora conuertebant; quando & mortuos ad vitam reuocabant, & leproſos mundabant, dæmones expellebant, morbos curabant, aliaque multa miracula edebant: quoniam igitur illuſtres erant & celebres, propterea ad tempus eos permiſit ab eius virtute ſeiungi, cuius auxilio nitebantur: vt cum eo fuiſſent deſtituti, tum quantum illis eius præſentia prodeſſet, ediſcerent, & cum præteritorum bonorum magnitudinem perſpexiſſent, maiori cum ſtudio paracleti donationem exciperent. Etenim illos mœrentes conſolatus eſt, & propter magiſtri diſceſſum lugentes ac triſtitiã repletos, ſuæ lucis radijs illuſtrauit, prope iacentes erexit, mœroris caliginem diſcuſſit, & anxietatem omnem depulit. Quandoquidem namque dominicam vocem audierant, *Euntes docete omnes gentes*: dubitabant autem deinceps & ignorabant, quo proficiſci quemq; oporteret, & in quanam orbis terrarum regione verbum Dei prædicare; in ſpecie linguarum Spiritus ſanctus aduenit, ſingulis orbis terrarum regiones docendas diſtribuit, atque impertitæ linguæ opera tanquam in tabula eorum fidei commiſſi magiſtratus ac magiſterij leges deſcripſit. Propterea in ſpecie linguarum Spiritus aduenit: neque idcirco tantum, ſed vt veteris etiam hiſtoriæ memoriam nobis refricaret. Cum enim olim homines ſuperbia elati turrim extruere voluerint, quæ ad cælum vſque pertingeret, & inuecta diuiſione linguarum prauam illorum coitionem & concordiam diſſiparit Deus: idcirco nunc quoque in ſpecie ignearum linguarum ad eos aduolat Spiritus ſanctus, vt per illum orbem terrarum [illegible] coniungat. Et accidit res noua ſimul ac mira. [illegible] tum antiquitus linguæ terrarum orbem diuiſerunt, & malam concordiam in diſſidium conuerterunt; ita nunc quoque terrarum orbem linguæ copularunt, & quæ diſſidebant in concordiam reduxerunt. Itaque in ſpecie linguarum idcirco aduenit. tanquam ignis autem linguæ erant, quod ſylueſcentes in nobis peccatorum ſpinæ ſuccreuiſſent. Nam quemadmodum terra fertilis ac pinguis, ſi minime colatur, magnam ſpinarum ſyluam profundit: ſic & natura noſtra, quæ à creatore ſuo bona eſt condita, & ad virtutis fruges idonea, eo quod neque pietatis aratrum neque cognitionis Dei ſemen excepiſſet, quaſi ſpinas quaſdam & aliam inutilem ſyluam impietatem produxit. Et quemadmodum ſæpe propter ſpinarum multitudinem, ac malorum graminum terræ facies ne apparet quidem: ſic & animæ noſtræ nobilitas puritaſque minime apparebat, quouſque naturæ humanæ agricola veniſſet, & ipſam immiſſo ſpiritus igne perpurgaſſet, atque vt ad excipiendum cœleſte ſemen idonea redderetur, effeciſſet. Tanta ſunt, hiſque multo plura, quæ nobis huius diei beneficio bona obuenerunt. Quæ cùm ita ſint oro, obteſtorque vos, pro dignitate congeſtorum in nos bonorum, feſtum nos quoque celebremus, non ianuam coronantes, ſed animas comentes; non forum tapetibus exornantes, ſed animam ſplendidam virtutis amictu reddentes, vt hoc pacto poſſimus & ſpiritus gratiam ſuſcipere, & fructus inde pullulantes decerpere. Quis porro ille fructus eſt ſpiritus? audiamus Paulum dicentem: *Fructus autem ſpiritus eſt caritas, gaudium, pax.* Gal. 5 22. Vt quanta ſit vis in verbis, quanta in doctrina conuenientia: præmiſit charitatem, tum deinceps ea quæ conſequuntur commemorauit: radicem fixit, ac deinde fructum indicauit: fundamentum iecit, ac deinde ædificium impoſuit: à fonte initium

Math. 28 19.

Spiritus S. cur ſub ſpecie linguarum miſſus.

Charitatis bonũ.

duxit,

duxit,& mox ad fluuios deuenit. Non enim fieri po- A
teſt, vt gaudij materia nos commoueat, priuſquam
aliorum proſperitatem noſtram ducamus,& proxi-
mi bona propria reputemus: hæc verò non aliunde
promanare queunt, quam quod charitatis vis præ-
ualuerit, atque dominatus. Caritas radix eſt,& fons
materque cunctorum bonorum: etenim tamquam
radix ſexcentos virtutum ramos germinat, quaſi
fons multos latices profundit, & vt mater gremio
Gal. 5. 22. ſuo ad confugientes arctè complectitur. Quod qui-
dem cum & beatus Paulus probè noſſet, fructum
ſpiritus eam appellauit: alibi verò tantam detulit
illi prærogatiuam, vt eam legis plenitudinem ap-
Rō. 13. 10 pellarit: *Plenitudo enim*, inquit, *legis eſt caritas*. Enimue-
rò ipſe omnium dominus tamquam deſcriptionem
ſufficientem, & fide dignum ſpecimen, vt quis ſe
ipſius diſcipulum probaret, non aliud quàm quod
Ioā. 13. 35 à caritate petitur nobis propoſuit, cùm dixit: *In
hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem
habueritis ad inuicem*. Quamobrem ad ipſam quæſo
confugiamus omnes, eique adhæreamus,& cum ip-
ſa feſtiuitatem hanc excipiamus. Vbi enim caritas,
animæ ceſſant defectus; vbi caritas alieni à ratione B
1. Cor. 13. 4. mentis inſultus ſedati ſunt. *Caritas*, inquit, *non agit
perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa:* caritas malum
proximo nō infert: vbi caritas dominatur, nuſpiam
Cain cernitur, qui fratrem occidat. Tolle fontem
inuidiæ,& malorum omnium flumen ſuſtuliſti: ex-
ſcinde, radicem & fructum ſimul exſcidiſti. Hæc ve-
rò eo dicuntur à me, quod de ijs qui inuident, magis
ſim ſollicitus, quam de ijs quibus inuidetur. Illi
enim ſunt, qui maximam faciunt iacturam, mul-
tamque ſibi perniciem inuehunt; nam illis quidem
Qui inuidētur occaſionem habent gloriæ. quibus inuidetur, illud (ſi quidem velint) materiam
affert coronarum, quod inuidiam patiantur. Ac vi-
de quæſo, quo pacto iuſtus Abel celebretur laudi-
bus,& in dies præconijs efferatur, quod cædis cauſ-
ſa celebris nominis occaſionem attulerit. Atque
Gen. 4. 10 hic quidem poſt obitum etiam per ſanguinem au- C
dacter loquitur, & clara voce parricidam accuſat:
ille autem ſuperſtes videlicet operum fructum per
operum mercedem recepit, & gemens tremenſ-
que vitam in terris traduxit. At hic interfectus &
iacens in terra, poſt obitum etiam maiorem cum fi-
ducia loquendi facultatem oſtentabat. Et quemad-
modum illum ſic afficiebat peccatum, vt etiamnum
viuens infelicius mortuis vitam degeret; ſic & iſtum
poſt mortem etiam virtus illuſtriorem reddidit.
Quocirca nos quoque vt maiorem & hic & illic fi-
duciam gratiamque nobis conciliemus, vt amplio-
rem ex hac feſtiuitate lætitiam decerpamus, omnia
quidem animæ ſordida veſtimenta reijciamus, præ-
cipuè verò nos inuidiæ veſte ſpoliemus. Licet enim
ſexcentorum rectè factorum meritum cumulaſſe D
videamur, ſi nobis hæc acerba tetraque lues nego-
tium faceſſat, in nihilum cuncta recident. Faxit
Deus vt eius nos omnes expertes ſimus, atque illi
maximè qui hodierna die per gratiam lauacri ve-
terem peccatorum amictum abiecerunt, & ipſius ſo-
lis radijs æmulum iam poſſunt lumen effundere.
Vos igitur hortor, qui hodie in adoptionem tran-
ſcripti eſtis, qui candentem hunc amictum indui-
ſtis, omni cuſtodia, quo nunc præditi eſtis, ſplendo-
rem conſeruate, atque omni ex parte diabolo aditū
intercludite, vt copioſiori Spiritus gratia percepta
fructificare poſſitis vnum triginta, & vnum ſexa-
ginta,& vnum centum: vt efficiamini digni qui cum
fiducia Regi cælorum occurratis, cum venturus
fuerit, omnique ſermone ſublimiora bona diſtribu-
turus illis, qui præſentem vitam cum virtute tran-
ſegerint in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria
& poteſtas nunc & ſemper,& in ſæcula ſæculorum.
AMEN.

DE SANCTA PENTECOSTE, ET cur iam non fiant miracula, quodque ea, quæ geruntur, ac dicuntur à nobis, perſcribantur.

INTERPRETE FRONTONE DVCÆO

Societatis Ieſu Theologo.

RVrſus feſtiuitas, rurſuſque feſtus conuentus,
ac rurſus Eccleſia filiorum multitudine glo-
riatur, hæc multorum pignorum parens eademq;
filiorum amans; ſed quid prodeſt amor filiorum,
quandoquidem in feſtis ſolum non perpetuò dile-
ctos filiorum vultus intuetur; non ſecus ac ſi quis
pulchram veſtem habeat, nec ei ſemper illa vti per-
mittatur? Eſt enim Eccleſiæ veſtis aſtantium multi-
tudo, ſicut & ait propheta ſic olim Eccleſiam allo-
quutus, *Omnes iſtos circumdabis tibi vt ornamentum ſponſi,* Eſa. 49.
& vt ſtolam ſponſæ. Vt igitur honeſta quædam & inge-
nua mulier, cui tunica ſit rectè compoſita & ad ta-
los vſque demiſſa, multò apparet elegantior ac præ-
ſtantior: ſic etiam Eccleſia multò ſplendidior ho-
die redditur, dum corporum veſtrorum obtegitur
multitudine, ac rectè compoſita veſte amicitur. Homi[...]
Nulla enim pars eius hodie nuda ſicut ſuperioribus ad freq[...]
diebus cerni poteſt: ſed illius nudationis auctores tiorē co[...]
fuerunt ij, qui hodie tantùm adfuerunt, qui non uentū [...]
perpetuo matrem obtegunt. Cæterum non medio- Eccleſi[...]
criter periculoſum eſſe nudam matrem negligere
probè intelligemus, ſi veteris hiſtoriæ recordemur;
ſi illius qui parentem nudum vidit, recordemur, &
viſionis illius pœnas dedit: tametſi non ille quidem
patrem nudum reddidit, ſed vidit ſolum patrem,
cum nudus eſſet,& ne ſic quidem ſupplicium effu-
git, quia vidit ſolum: at qui adſunt hodie non nu-
C dam matrem cernunt, ſed nudam ipſam efficiunt.
quod ſi is qui nudationis ſpectator fuit, ſupplicium
non euitauit; qui nudationis ſunt, auctores, quam Gen. 9.
tandem veniam merebuntur? Hæc verò dico, non
vt eos percellam, ſed vt pœnam effugiamus, vt ma-
ledictionem Cham effugiamus, vt Sem & Iaphet
beneuolentiam imitemur, ac matrem nos quoque
noſtram obtegamus. Iudaici ſenſus eſt ter in anno
tantùm apparere Deo: ad illos dictum eſt. *Ter in anno* Exo. 23.
apparebis Domino Deo tuo; nos autem ſemper ſibi vult
Deus apparere. Enimuero locorum etiam inter-
ualla efficiebant, vt tot ſolummodo conuentus illi
agerent, quod vno tum loco Dei cultus concluſus
eſſet: propterea rarò admodum cōgregari poterant
& adeſſe: nam Hieroſolymis adorare neceſſe fuit,
D alibi nequaquā idcirco præcepit vt ter in anno Deo
apparerent,& excuſabat eos itineris interuallū: nos
verò nullum excuſationis genus teget. Atque illi
quidem vbique locorum diſperſi erant, *Erant* enim
inquit, *in Hieruſalem habitentes Iudæi viri religioſi ex omni* Act. 2. 5
natione, quæ ſub cælo eſt: nos vero ciuitatem vnam ha-
bitamus omnes, intra eadem mœnia conſidemus, ac
ſæpenumero ne vno quidem angiportu ab eccleſia
diſtinguimur,& perinde ac ſi longa maria nos diri-
merent, adeo raro conuentus illos celebramus. At-
que illis quidem tribus ſolum temporibus vt feſtum
agerent, imperauit; nobis autem vt ſemper id præ-
ſtemus imperauit: ſemper enim nobis eſt feſtiuitas.
Vt igitur intelligatis feſtiuitatē nobis ſemper eſſe,
feſtiuitatum dicam occaſiones,& diebus ſingulis fe-
ſtum eſſe cognoſcetis. Itaque prima feſtiuitas apud Bar. 3. 38
nos ſunt Epiphania: quæ porro feſti eſt occaſio? Math. 28. 20.
quoniam, *Deus in terris viſus eſt, & cum hominibus* Spiritualiter quo
conuerſatus eſt: quandoquidem vnigenitus Dei filius modo
Deus fuit: at hoc eſt ſemper; *Ecce* enim, inquit, *vo-* ſemper fe-
biſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæcu- ſta peſtu-
li: ideo ſingulis diebus Epiphaniā poſſumus cele- mus age-
brare. Quid ſibi vult feſtum Paſchæ,& quænam il- re.

lius eſt

lius eſt occaſio? mortem Domini tum annuntiamus, & hoc eſt Paſcha; ſed ne hoc quidem tempore definito agimus. Cum enim vellet nos Paulus à temporum neceſſitate liberare, atque oſtendens

1. Cor. 11. 25.

poſſe nos ſemper Paſcha celebrare: *Quotieſcumque enim*, inquit, *manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem Domini annuntiabitis.* quando igitur ſemper Domini mortem poſſumus annũtiare, Paſcha ſemper poſſumus celebrare. Vultis noſſe feſtiuitatem hanc etiam hodiernam ſingulis diebus impleri poſſe, immo vero ſingulis diebus eſſe? Videamus, quænam illius ſit occaſio, & cuius rei gratia ipſam agamus. Quia nimirum Spiritus ſanctus ad nos venit: nam quemadmodum cum fidelibus eſt hominibus vnigenitus Dei filius, ita quoque Spiritus Dei. Vnde hoc conſtat?

Ioã. 14. 15

Qui diligit me, mandata mea ſeruabit: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis. Vt igitur de ſeipſo dixit Chriſtus, *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi*, ac ſemper Epiphania poſſumus celebrare: ita quoque de Spiritu ſancto dixit, Vobiſcum eſt in æternum, ſemperque poſſumus Pentecoſtem celebrare. Atque vt intelligatis nobis ſemper feſtum agitare licere, neque determinatum eſſe tempus, neque nos temporis neceſſitate coarctari,

1 Cor. 5. 8

quid Paulus dicat, audite. Itaque feſtum agitemus: tametſi non erat tum feſtiuitas, cum hæc ſcriberet, non erat Paſcha: non erat Pentecoſte, ſed indicat non tempus, ſed conſcientiam mũdam feſtum efficere: nihil enim aliud eſt feſtum quam lætitia: ſpiritualem vero lætitiam nihil aliud gignit, quam conſcientia bonorum operum: porro is, cui bona ſit conſcientia, & talia opera, feſtum agere ſemper poteſt. Hoc igitur ipſum indicans

Ibidem.

Paulus dicebat: Itaque feſtum agitemus *non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis.* Vides vt temporum neceſſitate nequaquam te conſtrinxerit, ſed ad puram habendam conſcientiam fuerit cohortatus? Vellem equidem totum in hoc ſermonem conſumere: qui enim quoſdam poſt longum temporis interuallum in manus ſumpſerint, eos facile non dimittunt: quando igitur vos, qui poſt annum adeſtis, intra retia noſtra cepimus, hodie dimittere minimè volumus, ſed ne ſermonis de hoc feſto recedatis expertes, ab hac cohortatione ad feſtiuitatis occaſionem oratio traducenda eſt. Multa quidem ſæpenumero de cælo in terram generi humano delapſa ſunt bona: qualia vero demiſſa ſunt hodierno die, numquam antea: cognoſcite igitur qualia prius & qualia hodierno die, vt

Pſ. 77. 24.

& vtrorumque diſcrimen animaduertatis. *Pluit in terram manna Deus, & panem cæli dedit eis: Panem enim angelorum manducauit homo*, res proculdubio magna eſt, Deique digna benignitate: poſtea de cælo demiſſus eſt ignis, & Iudaicum populum errantem

3. Reg. 18. 38.

correxit, ac ſacrificium abripuit ab altari. Omnibus rurſus fame tabeſcentibus demiſſa eſt pluuia, multamque frugum attulit vbertatem. magna ſunt hæc & admirabilia, ſed multo maiora ſunt præſentia: non mãna, ignis, & pluuia demiſſa eſt hodie, ſed imber ſpiritualium donorum, nimbi deſuper ſunt deiecti, quibus non iam ad fruges proferendas tellus excitatur, ſed naturæ perſuadetur humanæ, vt virtutis fructum hominum agricolæ reddat, quique guttam inde exceperant, naturæ ſuæ confeſtim obliuiſcebantur, & angelis omnis terra ſubito replebatur, angelis non cæleſtibus, ſed qui humano in corpore poteſtatum incorporearum virtutem exhiberent. Non enim illi deorſum deſcenderunt, ſed quod mirabilius fuit, qui deorſum erant, ad illorum virtutem aſcenderunt: non enim carne depoſita nudis animabus incedebant, ſed naturam retinentes animi propoſito angeli fiebant. Atque vt intelligas, ne priorem quidem illam pœnam fuiſſe

Gen 3. 19

pœnam, quando dixit: *Terra es, & in terram reuerteris*, propterea manere te permiſit in terra, vt amplius potentia ſpiritus oſtenderetur, quæ talia per terrenum corpus perficeret. Nam videre erat luteam manum dæmonibus imperantem: videre erat luteam manum morbos ſanantem: immo vero non manum tantum luteam videre erat, ſed quod multo mirabilius erat, luteorum corporum vmbras & mortem, & incorporeas poteſtates, dæmones inquam ſuperantes. Nam quemadmodum apparente ſole, tenebræ diſcutiuntur, feræ latibula ſua ingrediuntur, homicidæ latrones, & tumulorum prædones ad vertices montium recurrunt: ſic apparẽte, vocemque mittente Petro, erroris tenebræ diſcutiebantur, recedebat Diabolus, fugiebant dæmones, corporum morbi tollebantur, animarum ægritudines ſanabantur, malitia omnis arcebatur, in terras virtus reducebatur. Et quemadmodum regijs ex ærarijs in quibus aurum & lapides pretioſi ſunt, ſi quis vel minimum quid efferre potuerit eorum, quæ honorifice ſunt recondita, licet vnum lapillum tantum, multis opibus auget poſſeſſorem: ſic ex ore Apoſtolum (etenim regia quædam erant æraria illorum ora, in quibus ſanationem reconditus inerat theſaurus) vel vnumquodque verbum exiẽs ſpirituales multas opes pariebant.

Apoſtolorũ prędicatio quã pretioſa.

Tũ verè licebat intueri *deſiderabilia eſſe Domini eloquia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum*: quod enim aurum non poterat, neque pretioſus lapis, hoc Petri verba faciebant Quot enim auri talenta claudo à natiuitate rectum inceſſum reddere potuiſſent? ſed hunc tollere naturæ defectum potuit verbum Petri, dixit: *In nomine Ieſu Chriſti ſurge & ambula.* & ſermo factus eſt opus. Vides vt deſiderabilia ſint ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum? vides vt æraria fuerint regia illorum ora? verè medici orbis terrarum fuerunt illi, & agricolæ, & gubernatores: medici quidem, quoniam ægritudines curabant; agricolæ, quoniam verbum religionis ſeminabant: gubernatores, quoniam erroris procellam ſedabant. Idcirco nonnumquam dicit: *Euntes infirmos curare*, tamquam medicos alloquens: nonnumquam: *Ecce mitto vos metere, quod vos non laboraſtis*, tamquam agricolas alloquens, & alibi rurſus, *Faciam vos piſcatores hominum*, & Petro, *Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens*, tamquam ad gubernatores & piſcatores verba faciens; & videre erat miraculis ſuccedentia miracula.

Pſ. 18. 11.

Act. 3. 6.

Mat. 10. 8

Ioã. 4. 38.

Etenim natura noſtra ante decem dies ad regium thronum aſcendit, & hodierno die Spiritus ſanctus ad naturam noſtram deſcendit; primitias noſtras Dominus in cælum euexit, & Spiritum ſanctum demiſit. Alter eſt dominus, qui hæc dona diſtribuit; nam Spiritus ſanctus eſt Dominus, & diſpenſationem noſtra cauſa ſuſceptam Pater & Filius & Spiritus ſanctus inter ſe diuiſerunt. nondum decem elapſi dies erant, ex quo Chriſtus aſcenderat, & ſpiritualia nobis dona miſit, reconciliationis illius munera. Nam vt ambigeret, nemo, & quæreret, quid tandem in cælos aſcendens Chriſtus egiſſet, num Patri nos reconciliaſſet, num propicium ipſum reddidiſſet, vt nobis oſtenderet ſe naturæ illum noſtræ placatum reddidiſſe, confeſtim nobis reconciliationis illius dona miſit. Cũ enim vniti ſunt & reconciliati inter ſe inimici, poſt reconciliationem ſtatim ſequuntur inuitationes, conuiuia, & munera. Miſimus ergo nos fidem, & inde ſpiritus dona recepimus: miſimus obedientiam, & iuſtitiam recepimus. Atque vt intelligatis reconciliationis Dei donum eſſe, quod Spiritus ſanctus eſt datus, ex ſcripturis id perſuadere vobis conabor: ac primum à contrarijs probationem rei petam, & oſtendam, cum iratus eſt, eum Spiritus gratiam inhibere: vt cum credideris eius iræ argumentum eſſe, quod non adſit Spiritus ſanctus, rurſúſque demiſſum videris Spiritum, diſcas, niſi reconciliatus fuiſſet, Spiritum ſanctum nequaquam

illum

illum fuiſſe miſſurum. Vnde igitur hoc intellige- A
mus? Heli ſenex vir fuit aliàs quidē æquus & probus,
ſed qui filiorum improbitatem neſciret corrige-
re, verum vltra modum liberos amaret. audite
quotquot filios habetis, vt amori veſtro pudorique
modum faciatis: hinc enim Heli cum Deum irritaſ-
ſet, in tantam illum iracundiam impulit, vt totam
gentem fuerit auerſatus. Itaque vt indicaret is, qui
hæc ſcripſit, Deum illos admodum auerſatum eſſe,
1.Re.3.1 dicebat: *Verbum erat precioſum, & non erat viſio diſtin-
guens*: pretioſum hoc loco rarum appellans: per
hæc enim oſtendit rarum fuiſſe tum donum pro-
Dan 3.38 phetiæ: ac rurſus lugens alius & lamentans ob iram
Dei dicebat, *Et non eſt in hoc tempore princeps neque pro-*
Ioā.7.39 *pheta.* Et rurſus ait Euangeliſta: *Nondum enim erat Spi-
ritus ſanctus: quia Ieſus nondum erat glorificatus.* Quoniam
enim nondum fuerat crucifixus, non erat Spiritus
ſanctus in hominibus datus. Illud quippe, glorifica-
tus, idem valet, quod crucifixus. nam etſi res eſt na-
tura ſua ignominioſa, quia tamen eorum cauſa fie-
bat quos amabat, gloriam illam Chriſtus appellat.
Quare verò, dic quæſo, ante paſſionem nō eſt Spiri- B
tus datus? quoniam in peccatis erat orbis terrarum,
in offenſionibus, odio & ignominia: cum nondum
oblatus agnus eſſet, qui mundi tollit peccatum:
quoniam igitur nōdum crucifixus fuerat Chriſtus,
reconciliatio nondum facta erat: cum vero nondū
eſſet facta reconciliatio, meritò neque Spiritus mit-
tebatur, ita vt reconciliationis indicium Spiritus
Ioā.16.7. mitteretur. Propterea dicit etiam Chriſtus, *Expedit
vobis, vt ego vadam: ſi enim non abiero, ille non veniet*: ſi non
abiero, & patrem reconciliauero, inquit, Paracle-
tum vobis non mittam. Videtis quam multis ex lo-
cis vobis demonſtrarim illud iræ diuinæ ſignum eſ-
ſe, quod non ſit in hominibus Spiritus ſanctus?
Verbum erat pretioſum, & viſio non erat diſtin-
guens; Non enim eſt princeps neque propheta in
tempore iſto; Nondum enim erat Spiritus ſanctus; C
quia Ieſus nondum erat glorificatus; Expedit vo-
bis, vt ego vadam: ſi enim ego non abiero, ille non
veniet. Itaque ſignum eſt iræ diuinæ, quod non ſit
Spiritus ſanctus: cum copioſè miſſum videris Spi-
ritum ſanctum, nihil de reconciliatione dubites
amplius. Verum vbi nunc eſt Spiritus ſanctus? di-
cet aliquis. Nam tum quidem rectè dicis, cum ſig-
na fiebant, & mortui ſuſcitabantur, & leproſi om-
nes mundabantur: iam verò vnde planum facie-
mus adeſſe nobis Spiritum ſanctum? Nolite time-
re, oſtendam eum in nobis eſſe nunc quoque Spi-
ritum ſanctum. qua tandem ratione? nam ſi non eſ-
ſet in nobis Spiritus ſanctus, quòmodo iſti, qui hac
ſacra nocte baptizati ſunt, à peccatis liberari po-
tuiſſent? non enim abſque Spiritus efficacitate poſ-
ſumus à peccatis liberari, quod quemadmodum do-
Tit. 3.3. ceat Paulus audite. *Eramus enim aliquando & nos inſi-
pientes, increduli, errantes, ſeruientes deſiderijs varijs: cum* D
*autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri
Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed, ſecundum
miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenera-*
1Cor.6.9 *tionis & renouationis Spiritus ſancti.* Et rurſus alibi: *Nolite
errare, neque fornicarij, neque idololatræ, neque adulteri,
neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fu-
res, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque ra-
paces regnum Dei poſſidebunt.* Vides omnia genera
improbitatis? *Et hæc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed
ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis.* quo pacto? hoc enim
eſt, quod quæritur, num per Spiritum Sanctum
nequitiam depoſuerimus; audi ergo. *Sed ſanctificati
eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,
& in ſpiritu Dei noſtri.* Vides ne Spiritum ſanctum om-
nem illam improbitatem deleuiſſe? Vbi nunc ſunt,
Spiritus S. operationes. qui Spiritus maieſtatem blaſphemant? ſi enim pec-
cata dimittit, fruſtra blaſphemijs ab hæreticis inceſ-
ſitur. Si non eſſet Spiritus ſanctus, dominum Ieſum
1.Cor.12.3. dicere non poſſumus: *Nemo enim poteſt dicere domi-
num Ieſum, niſi in Spiritu ſancto.* Si non eſſet Spiritus

A ſanctus, Deum orare fideles non poſſemus: dicimus
enim, Pater noſter qui es in cælis. Vt igitur Do-
minum vocare non poſſemus, ſic neque patrem
Deum vocare poſſemus. Vnde id conſtat? ex eo-
dem Apoſtolo, qui ait: *Quoniam autem eſtis filij, mi-* Gal. 4
*ſit Deus Spiritum filij ſui, in corda veſtra clamantem, Abba,
Pater.* Itaque dum patrem vocas, recordare Spiri-
tu animam commouente illa te fuiſſe appellatione
donatum. Niſi eſſet Spiritus ſanctus, ſermo ſapien-
tiæ ac ſcientiæ in Eccleſia non eſſet, nam *alij qui-* 1.Cor.
dem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij vero ſermo 8.
ſcientiæ. Niſi eſſet Spiritus ſanctus, paſtores & docto-
res in Eccleſia non eſſent: nam & iſti per Spiritum
fiunt, ſicut & Paulus dicit, *In quo vos Spiritus ſanctus* Act.20.
poſuit paſtores *& epiſcopos*. Vides hoc quoque per
ſpiritum fieri? Niſi eſſet Spiritus ſanctus in hoc
communi patre ac doctore, cum paulo ante ſa-
crum hoc in tribunal aſcendit, ac vobis omnibus
pacem dedit, eique ſimul omnes acclamaſtis, Et
cum ſpiritu tuo: idcirco non cum aſcendit tantum,
neque cum vos affatur, neque cum pro vobis orat,
B hac illi voce acclamatis, ſed cum huic ſacræ men-
ſæ aſſiſtit, cum tremendum ſacrificium eſt obla tu-
rus (nam quid dicam, norunt, qui ſunt myſterijs ini-
tiati) non prius attingit propoſita, quam vobis ipſe
gratiam fuerit precatus a Domino, voſq; illi accla-
maueritis, Et cum ſpiritu tuo: qua reſponſione vo-
biſmetipſis in memoriam reuocatis nihil eum præ-
ſtare, qui adeſt, neque naturæ humanæ rectè facta
eſſe propoſita dona, ſed præſentem Spiritus gra-
tiam, & ad omnia aduolantem, myſticum illud per-
ficere ſacrificium. Licet enim homo ſit is, qui adeſt,
Deus eſt tamen, qui per ipſum operatur. noli er-
go naturam attendere illius, quem cernis, ſed gra-
tiam eius conſidera, qui cerni non poteſt: nihil hu-
manum eſt eorum, quæ in hoc ſacro geruntur ſan-
ctuario. Niſi ſpiritus adeſſet, Eccleſia non conſiſte-
ret: ſi vero conſiſtit Eccleſia, dubium non eſt, quin
C adſit Spiritus. Cur igitur, dicet aliquis, nunc ſigna
non fiunt? hic mihi vos animum diligenter attendi-
te: à multis enim & frequenter & ſemper hanc mihi
propoſitam audio quæſtionem: Quare tum lin- Cur ho-
guis loquebantur omnes qui baptizabantur, iam die nō fi-
vero non item? diſcamus prius, quid ſit loqui ant mi-
linguis, ac deinde cauſſam dicemus. quid igitur racula
eſt loqui linguis? Qui baptizabatur, ſtatim lingua in primi-
loquebatur Indorum, Ægyptiorum, Perſarum, tiua eccle-
Scytharum, Thracum, ac vir vnus multas linguas ſia.
aſſumebat, & iſti nunc ſi baptizati tum fuiſſent,
ſtatim illos diuerſis loquentes linguis audijſſes.
Nam & Paulus inuenit, vt ait, quoſdam in Ioan-
nis baptiſmate baptizatos, dixitque ad eos: *Si* Act.19.
Spiritum ſanctum accepiſtis credentes? Dicunt illi:
Sed neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audiuimus; ſtatim-
que iuſſit eos baptizari, & cum impoſuiſſet illis
D manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos,
& loquebantur linguis omnes. Cur igitur ſubdu-
cta eſt, & ex hominibus ſublata nunc illa gratia?
Non quod ignominia nos afficiat Deus, ſed quod
honorem etiam deferat. Quo tandem pacto?
ego dicam. Stolidiores erant tum temporis homi-
nes, non ita pridem ab idolis abducti, ac porro craſ-
ſior & ſtupidior mēs illorum adhuc erat, omnibuſ-
que corporibus intenti erant, & addicti, neque dum
incorporea illis dona in mentem venerant, neque
nouerant, quid eſſet gratia ſpiritualis, quæque
ſola fide percipitur; idcirco ſigna fiebant. Nam
ex donis ſpiritualibus alia quidem inuiſibilia ſunt,
& ſola fide comprehenduntur; alia vero ſignum
quoddam ſenſibus obiectum exhibent ad facien-
dam fidem infidelibus. Exempli cauſſa, remiſ-
ſio peccatorum res eſt ſpiritualis, inuiſibile do-
num eſt: quomodo enim peccata noſtra purgen-
tur, carnis oculis non videmus. quid ita? quoniam
anima eſt, quæ purgatur: ac corporis oculis nequa-
quam cernitur anima. Eſt igitur ſpirituale do-

num quoddam purgatio peccatorum, quæ corporis oculis patere non poteſt: at varijs loqui linguis eſt illud quidem ſpiritualis etiam ſpiritus operationis, verumtamen ſenſibus obiectum ſignum præbet, quodque facile ab infidelibus perſpici poteſt. nam quæ fit intus in anima operatio, inuiſibilis inquam, per exteriorem linguam, quam audimus, manifeſtatur & oſtenditur. Idcirco etiam dicit Paulus: *Vnicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem*. (1. Cor. 12. 7) Itaque ſignis equidem non indigeo. quid ita? quippe qui abſque ſigni largitione domino credere didici. nam qui incredulus eſt, pignore indiget: ego vero credens pignore minime indigeo neque ſigno: ſed licet lingua nõ loquar, à peccatis purgatum eſſe neſcio: at illi tum non credebant, niſi ſignum accepiſſent: propterea ſigna tamquam pignus quoddam fidei, qua credebant, illis dabantur. Itaque non vt fidelibus, ſed vt infidelibus dabantur ſigna, vt fierent fideles: ſic etiam ait Paulus: *Signa ſunt non fidelibus, ſed infidelibus*. (1. Cor. 14. 22.) Videtis ne Deum ſignorum manifeſtationem ſubduxiſſe, non vt ignominia nos afficeret, ſed vt honorem deferret? Nam B cum fidem noſtram vellet oſtendere; quod abſque pignoribus aut ſignis illi credamus, hoc fecit. ſiquidem illi, niſi prius ſignum & pignus accepiſſent, ei de rebus minime apparentibus non credidiſſent; at ego etiam ſine hoc omnem fidem exhibeo: hæc igitur cauſſa eſt, cur iam ſigna non fiant. Voluiſſem equidem de feſtiuitatis occaſione verba facere, ac docere, quid tandem ſit Pentecoſte, cur in hac feſtiuitate donũ Spiritus detur, cur in linguis igneis, & cur poſt decem dies; ſed prolixiorem doctrinam eſſe video: quamobrem vbi pauca quædam addidero, finem faciam dicendi. (Act. 2. 3.) *Cum complerentur dies Pentecoſtes, apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis*; non ignis, ſed tamquam ignis, vt nihil ſenſile de Spiritu ſancto ſuſpiceris. Sicut enim ad fluenta Iordanis C non columba deſcendit, ſed in ſpecie columbæ: ita & hic non ignis, ſed ſpecie ignis; & rurſus ſuperius ait: *Tamquam aduenientis ſpiritus vehementis*, (Luc. 3. 22) non ſpiritus vehementis, ſed tamquam aduenientis ſpiritus vehementis. Cur igitur Ezechiel quidem donum (Eze. 2. 10) accipit prophetiæ, non in ſimilitudine ignis, ſed per librum: Apoſtoli vero per ignem dona recipiunt? (Spiritus S. cur deſcenderit ſub ſpecie linguarũ.) Nam de illo quidem ait Scriptura datum fuiſſe in ore eius capitulum libri, & inſcriptam fuiſſe querimoniam, & carmen, & væ; & fuiſſe poſteriora & anteriora ſcripta, & comediſſe illud, & factum eſſe in ore quaſi dulceſcens. de Apoſtolis vero non ita: ſed apparuerunt eis linguæ tamquam ignis. Cur igitur illic liber & literæ: hic vero lingua & ignis? quod ille quidem abiter inſectaturus peccata, calamitateſque Iudaicas deploraturus: hi vero peccata orbis D terrarum abſumpturi exirent: propterea libellum hic accepit, qui futuras calamitates memoriæ ſuggereret; ignẽ illi accipiebant, vt orbis terrarũ peccata exurerent, & cuncta delerent. Nam quemadmodum ſi incidat ignis in ſpinas, illas facile delet omnes: ſic & Spiritus gratia peccata hominum abſumebat; verum ſtupidi Iudæi, dum hæc fierent, cum illos percelli oportuiſſet ac tremere, donique largitorem adorare, rurſus amentiam ſuam oſtendunt, & Spiritu repletos Apoſtolos ebrietatis accuſant. Iſti enim, inquiunt, muſto pleni ſunt. Animaduerte nequitiam hominum, & angelorum probitatem contemplate: nam angeli quidem cum primitias noſtras aſcendentes viderent, lætabantur, acclamabant: (Pſalm. 23.) *Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ*: homines vero deſcendentem ad nos Spiritus gratiam videntes dicunt ebrios eos eſſe. qui gratiam receperunt, & ne anni quidem tempeſtas eos repreſſit; nam veris tempore reperiri muſtum minime poteſt: atqui tum ver erat. Verum illi quidem relinquantur: nos autem benigni Dei retributionem conſideremus, Accepit Chriſtus primitias naturæ noſtræ, ac Spiritus gratiam nobis retribuit, & quemadmodum longo in bello fit, cum diremta pugna fuerit, & confecta pax, qui ſibi inuicem infenſi erant, pignora mutuo ſibi dant & obſides: ſic & inter Deum & naturam euenit humanam: pro pignoribus & obſidibus primitias miſit, quas in cælum tulit Chriſtus: nobis ille Spiritum ſanctum pignoris & obſidis loco remiſit. Porro nos pignora & obſides habere hinc liquet. (S. Spiritus pignus noſtrum.) nam ex genere regio pignora & obſides eſſe oportet; idcirco etiam Spiritus ſanctus ad nos miſſus eſt, vt qui maxime regia ſit ſubſtantia, quemadmodum & qui à nobis ſurſum euectus eſt ex genere fuit ortus regio, quippe qui Dauidis eſſet ex ſemine. Quamobrem non amplius pertimeſco, quandoquidem ſurſum primitiæ noſtræ ſedent: (Honoratus ad ſideram.) idcirco licet immortalem mihi vermem obijcias, licet ignem inextinctum, licet alias pœnas ac ſupplicia, non amplius reformido: imo verò reformido equidem, verumtamen de ſalute mea non deſpero. Niſi enim magna in genus noſtrum congerere bona ſtatuiſſet Deus, primitias noſtras ſurſum non aſſumpſiſſet. Antea quidẽ nos ſuſpicientes in cælũ, incorporeas illas cogitantes virtutes vilitatem noſtram facta cum ſupernis virtutibus comparatione cernebamus: iam vero cum nobilitatem noſtram cernere voluerimus, in cælum ſuſpicimus, ad regium ipſum thronum: illic enim ex nobis ſumptæ primitiæ conſident. Ita quoque veniet e cælis, vt nos iudicet Dei filius: quamobrem parati ſimus ne ab illa gloria excidamus. Omnino enim veniet, & non tardabit communis dominus noſter, veniet exercitus ſecum trahens angelorum agmina, turmas archangelorum, martyrum claſſes, iuſtorum choros, prophetarum & apoſtolorum cœtus, & in medio ſpiritualium illorum exercituum ineffabili quadam & inexplicabili gloria rex circumdatus apparebit. Omnem igitur operam adhibeamus vt ab illa gloria non excidamus. (Dan. 7. 10) Vultis dicam etiam ea, quæ terrorem incutient? non vt triſtitiam afferam, ſed vt ad meliorem frugem traducam. tum flumen ignis ante tribunal illud trahitur, tunc aperiuntur libri, iudicium exercetur formidabile ac tremendum: propterea tamquam in iudicio vitæ noſtræ diaria leguntur, & commentarij, & multa de libris illis loquuntur prophetæ. Ac Moyſes (Exo. 32. 32. Luc. 10. 20) quidem ait: *Si quidem remittis eis peccatum, remitte: ſin autem, me quoque dele de libro, quem ſcripſiſti*. (Pſ. 138. 16 & 68. 29.) Chriſtus vero rurſus ad diſcipulos dicebat: *In hoc nolite gaudere; quod dæmonia vobis ſubijciuntur: gaudete autem, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis*. Et rurſus propheta Dauid: *In libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur: & nemo in eis*. Et rurſus: *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur*. Vides alios quidem deleri, alios vero (Peccata noſtra quomodo deleantur.) inſcribi, vis diſcere non iuſtos modo libris in illis ſcribi, ſed etiam peccata noſtra illic eſſe perſcripta? Feſtiuitatis tempus eſt, diſcamus ea, quibus poſſumus à ſupplicio liberari: terribilis eſt oratio, ſed & vtilis & fructuoſa: ſiquidem impedit, ne reipſa pœnas experiamur: ergo diſcamus. Perſcribuntur peccata, & quidquid hic loquuti fuerimus, illuc ſtatim defertur, & perſcribitur. Vnde vero id conſtat? non enim talia ſunt ſimpliciter affirmanda: Malachias (Malach. 2. 17.) ad Iudæos ait: *Væ qui prouocatis Dominum*: Et quomodo, inquiunt, prouocauimus eum? *In eo, quod vos dicitis: Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini*. (Malach. 3. 14.) Improborum ſeruorum ſunt iſta verba, Et in his ipſe ſibi complacuit: in perditis inquit, in ijs, qui non ſeruierunt ei. *Ecce cuſtodiuimus cuſtodias eius, & beatos dicimus alienos*. Nos enim, inquiunt, quotidie ſeruimus, & alij bonis potiuntur. Talia nimirum ſæpenumero de dominis ſerui loquuntur; ſed hominem quidem de homine iſta dicere, non ita graue eſt, tametſi eſt graue: de communi vero totius orbis terrarum domino hæc proferre, de miſericordi ac benigno domino, nulla non grauiori mulcta, nullo non extremo ſupplicio vindicandum

Digitized by Google

Ibid. 3 16

A dicandum eſt. Sed vt intelligas eiuſmodi verba perſcribi, audi quid dicat propheta: *Ecce ſcripta ſunt hæc in libro viuentium in monumentum in conſpectu Dei.* ſcribuntur autem, non quod Deus in memoriam reuocet diem, vel tamquam criminis probandi cauſſa, & accuſationis firmamentum librum proferat. Fortaſſe mentem veſtram timore concuſſi; non veſtram, ſed meam prius: age igitur orationem abſoluam, vel potius timorem exoluam: immo vero non exoluam, ſed leniam. volo enim maneat, &

peccata quomodo deleātur.

mentem veſtram purget, ſed imminuam illum, ne ſit intolerabilis. quanam ergo ratione poterimus imminuere? ſi non modo perſcribi peccata, ſed etiam deleri demonſtrauerimus. Nam in iudicio quæcumque dixerit in commentarijs ille, qui litigat, omnino ſcribuntur in perpetuum, nec amplius deleri poſſunt: at in illo libro, licet mala quæpiam dixeris, ſi volueris rurſus delentur.

Pſ. 50. 11.

Vnde hoc liquet? ex Scriptura. *Auerte enim,* inquit, *faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele:* at nemo quod ſcriptum non eſt, delere poteſt:

Pro. 15 27

B itaque quoniam ſcripta fuerant, deleri precatur. Docet autem & alius quidam, quonam deleantur, ita dicens; *Eleemoſynis & fide purgantur peccata:* non tantum delentur, ſed etiam purgantur, ſic vt nullæ reliquiæ maneant deletionis. Neque vero quæ poſt baptiſmum ſcripta ſunt, tantum delentur, ſed etiam quæ ante lauacrum ſcripta fuerant, illa omnia baptiſmi aqua & Chriſti cruce delentur, ſicut & Paulus ait:

Coloſ. 2. 14.

Delens, quod aduerſus nos erat, chirographum, quod erat contrarium nobis: & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci. Vides quo pacto deletum fuerit illud chirographum? neque deletum tantum, ſed etiam diruptum eſt, cum illud crucis claui conſciderint, ſic vt inutile redderetur. Verum illa quidem gratia & benignitate virtutis Chriſti crucifixi cuncta deleta ſunt: quæ vero poſt baptiſmum commiſſa ſunt, multo indigent C ſtudio, vt rurſus deleantur, quandoquidem neque ſecundum eſt lauacrum, ſed lacrymis indigent noſtris, confeſſione, eleemoſyna, precibus, alijſque generibus omnibus pietatis: ſic etiam poſt baptiſmum delentur peccata, multo cum labore & fatigatione. Omnem igitur adhibeamus diligentiam, vt ea deleamus ex hoc tempore, vt in altera vita ſubeundis probris ac ſupplicijs liberemur. Licet enim ſexcenta peccata commiſerimus, ſi velimus, has omnes poterimus ſarcinas peccatorum deponere. Velimus ergo; multo enim melius eſt, vt modico hic exantlato labore ab ineuitabili ſupplicio liberemur, quam vt vbi hoc perbreui tempore otio ac deſidiæ indulſerimus, in pœnas illas æternas incidamus. Sed iam tempus eſt, vt quæ dicta ſunt recenſeamus: obiurgamus eos, qui ſemel tantum per annum huc veniunt, quod denudatam D eſſe matrem ſinant; veterem illis hiſtoriam, maledictionem, & benedictionem in memoriam reuocauimus: de Iudaicis feſtiuitatibus diſſeruimus, & qua de cauſſa ter in anno ſibi apparere iubeat Deus Iudæos: diximus feſtiuitatem eſſe quouis tempore, Pentecoſten item, Paſcha, & Epiphania: diximus conſcientiam puram efficere feſtiuitatem non dierum temporumve conuerſionem: inde digreſſi ſumus ad dona de cælo demiſſa, reconciliationis hoc indicium eſſe diximus. oſtendimus adeſſe Spiritum ſanctum ex remiſſione peccatorum, ex reſponſione facta paſtori, ex ſapientiæ ſcientiæque ſermone, ex ordinationibus, ex myſtico ſacrificio: diximus obſides mutuos ac pignora nos retinere: cauſſam addidimus, ob quam ſublata nunc ſint è medio ſigna: tremendi poſtea iudicij memoriam renouauimus, ac eorum qui tunc aperiuntur, librorum, & quemadmodum omnia peccata noſtra perſcribantur: oſtendimus, rurſus ea deleri, ſi velimus. horum omnium recordamini: ſi vero fieri non poteſt, A vt omnium; ſermonis illius de libris omnium loco recordamini, & quæcumque reſponderitis, tamquam habeatis, qui adſit, & ea ſcribit, ita caute loquimini, ac ſemper recentem horum verborum memoriam conſeruate: vt ij quidem, quorum nomina ſcripta ſunt in libro iuſtorum, rectè factorum numerum augeatis; quorum autem multa inibi peccata ſunt ſcripta, hic ea nemine ſciente delentes diuulgationem illam effugiamus. Poſſumus enim, vt oſtendimus, adhibito ſtudio, precibus, ac feruenti deuotione, quæ ſcripta ſunt omnia peccata delere. Hoc igitur quouis tempore ſtudeamus, vt cum illuc abierimus, aliquam obtinere veniam poſſimus, omnes ineuitabiles pœnas effugere: quibus nos vtinam omnes liberatos regnum cælorum obtinere contingat gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti. &c.

EIVSDEM ORATIO DE IEIVNIO ET ELEEMOSYNA.

Ex Edit. Burdeg. Ieuſ. an. 1604.

B Bonum eſt ieiunium, bona eſt & lectio ſcripturarum: bona vero eſt, quando & actio ex ea ſequitur: quoniam ſi legas, at non facias, in iudicium tibi lectio vertit, & in occaſionem ſupplicij: *Non enim auditores legis,* inquit, *iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabuntur.*

Rom. 2. 13

Et rurſus Chriſti: *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.*

Ioā. 15. 22

Beatus autem, qui dicit in auribus eorum, qui audiunt: ac tum præcipue, cum fœnus erogauerint, fœnus autem eſt obedientia, & Dei mandatorum exequutio, ſicut Dominus ait, *Et ego veniens recepiſſem vtique, quod meum eſt, cum vſura.*

Mat. 25. 27.

Quid congregaſti frater ex ieiunio? quandoquidem & agricola idcirco C ſeminat, vt etiam metat; & mercator idcirco peregrinationes obit, vt pecunias colligat; & gubernator idcirco multa maria emetitur, vt mercium ſarcinis nauim repleat. Ne mihi dixeris, tot dies ieiunaui, hoc & illud non comedi, vinum non bibi, illuuiem pertuli: ſed oſtende mihi, an cum iracundus eſſes, lenis factus ſis, & cum eſſes crudelis, benignus euaſeris: quoniam ſi ebrius iracundia ſis, quid carnem affligis? ſi intus ſit inuidia & auaritia, quid prodeſt aquæ potus? non quæro nunc, qualis ſit menſa, ſed an malæ mentis facta ſit mutatio. Si domina, nimirum anima fornicatur, cur ancillam, ventrem inquam flagellas? ſi anima ſeducitur, cur corpus maceras? Hæc ego dico, non vt vos accuſem, ſed propter negligentes. Cum enim vos videam volantes, altius volare vos velim: tanta enim eſt vis caritatis, & quemadmodum auari quāto D plus auri collegerint, tanto plus expetunt: ſic & nos maiori progreſſus veſtri deſiderio tenemur. Ieiuna quemadmodum Niniuitæ, mi frater: illi legem non acceperant: de quibus ait Paulus, *Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex.*

Rom. 2. 14.

Noli igitur otioſum ieiunium exhibere: non enim ſolum ieiunium in cælum aſcendit, niſi ſororem habeat ſuam eleemoſynam. ſiquidem biga eſt eius; nec fraternitas & biga tantum, ſed etiam vehiculum. Vnde id conſtat? Angelus Cornelio dicebat, *orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei,*

Act. 10. 4

eſt enim ala orationis eleemoſyna: niſi orationi tuæ alam addideris, in cælum non volat. Quouſque tandem pecuniarum amor, & opum cupiditas? hæc omnia mi frater vna cum hac vita terminantur. Sed mihi ſat ſcio, dices, tibi ipſi commemora. Et mihi ipſi commemoro, & vobis: eſt enim commune conſilium. ego dum hæc audio, & corrigor, beneficium

SERMO IN SANCTVM THOMAM Apoſtolum, & contra Arrianos, deq; eo, qui tyrannidem in Thracia occuparat, & è medio ſublatus fuerat, cum & ipſe Arrianus eſſet.

EODEM INTERPRETE.

Ex Edit. Burdiga. an. 1601.

LEgi quidem Eccleſiæ obtemperans, vt licuit, in hoc tribunal aſcendi: verum argumenti magnitudine ſuperatus hæreo, & vndiquaque conſtrictus, quo pacto rem iſtam exequi, & quo genere orationis expedire poſſim, ignoro.

D. Thomæ laus.

Anne tamquam viuum Thomam prædicabo? atqui mortem eius prædicat tumulus. an vt mortuum narrabo? atqui à rebus ipſis redarguor. Et mortuus eſt, & immortalis. Et mortuus eſt vt homo, & mundum percurrit vt angelus: & paſſionem excepit, & cum paſſionibus pugnat: & deorſum iacet, & ſurſum lætatur. Nihil enim eum celare potuit; nullus eum locus occultauit; totum orbem terrarum illluminauit. Tumulum ſubijt, ſed vndecumque tamquam ſol exoritur. Vicerunt terram iuſti reliquiæ, rebus omnibus creatis amplior apparuit, per vniuerſum mũdum gratia ipſum diſperſit. Omnis angulus partem aliquam habet Thomæ: omnem mundum impleuit, & in ſingulis locis integer manet.

Pſal. 18. 5

In omnem terram exiuit gloria eius, & in fines orbis terræ trophæa eius. Quo igitur eum nomine appellabo? Solem ne dicam? atqui à nocte non vincitur. an ſtellam? at hunc dies minime abſcondit: omni tempore creaturas illuminat: omnem caliginem ab orbe terrarum exterminat. Non cum ipſo nox permanet: non eum tenebræ inquinant: non flumen impedit: mare continere non poteſt: Oceanus virum nouit: barbari Thomam honore afficiunt: omnes gentes feſtum hodie celebrant, eiuſque dictum Domino tamquam donum offerunt, Dominus meus, & Deus meus; conſanguineus meus, & creator meus; redemptor meus, & Rex meus. Hæc enim docuit Thomas; hanc nobis tamquam filijs hæreditatem reliquit: tamquam theſaurum hunc ſermonem natura retinet: vniuerſum genus hoc dicto firmatur: hoc verbum ad angelos vſque protenditur: angeli tamquam anchoram confeſſionẽ hancq; tenẽt: omnis creatura doctrinam hanc velut diadema circumfert. Solus Arrius hac oratione priuatur:

Arriũ inſectatur.

ſolus ille ab hæreditate excidit: ſolus Chriſtum cum Thoma Dominum non confitetur: non eum cum ipſo Deum agnoſcit: ſeruum appellat Dominum, creaturam ſplendorem, ſpurium legitimum, figmentum opificem. non dicit Dominum & Deum herum ſuum: non fauet veritati: non cõiungit ſe cum Thoma: non ſequitur iuſtum, idque cum eius diem colat, cum vniuerſo terrarum orbe feſtum celebret, & amicis Thomæ ſeipſum aggreget. Verum improbitas virtutem non fallit, neque cum duce veritatis ſeductor aptè copulatur. nouit feram paſtor; nouit lupum venator; nouit fluctum gubernator; nouit tempeſtatem portus; nouit hoſtẽ imperator; nouit Thomas Arrium, nouit, & ipſum repellit. Blaſphemi cultum non admitti; in homicidarum ſpeluncam non intrat; non cum illis diuerſatur, impiorum congreſſum auerſatur. Vocem cũ ipſo pugnantem deteſtatur, os quod contra Deum loquitur iniquitatem odit, linguam quæ Dominum ac Deum non appellat, auerſatur, & ad eos ex toto terrarum orbe clamat, Ari quid mihi blãdiris? quid

Pſ 140. 5.

oleo caput meum impinguas? cur diem meum feſtum celebras ô nefarie? blaſphemum tuum hymnum nõ admitto: vanæ fidei tuæ non aſſentior: iniquam doctrinam tuam non agnoſco. ne me honores, qui cõditorem probro afficis; nõ ſuſcipio honorem ignominiam parientem. Si Dominum probris oneras, quomodo ſeruum coles? Si meam fidem non tenes,

A

quomodo memoriam feſto celebrabis? ſi mecum non ſentis, quomodo ſepulchro meo communicas? Ego Chriſtum Dominum & Deum eſſe ſum edoctus: palpaui manu, & veritatem inueni: proprijs digitis ſum certior factus, non alius mihi doctrinam inſeruit, non miraculum auribus accepi. non ijs credidi, qui mihi dicebant. Vidimus Dominum, repugnaui Apoſtolis, reſtiti Petro cum docere me conaretur: dixi illi, ô homo, quid me perturbas? quid mihi verba pro rebus offers? quid mihi imperas vt verbis adductus credam? niſi videro, non credam. Vt vidiſti tu, videam & ego: vt edoctus es, edocear: vt didiciſti, diſcam. quod prædicandum mihi eſt, intuear, & deinde prædicabo. Nemo fando audita annuntiat; nemo doctrinam à tumore manantem proponit, nemo me res tuas diuulgantem recipiet. Si interroget, quo pacto reſurrexerit Chriſtus, quid dicam neſcio. Si dicam, Petrus mihi dixit, quis vt fide digno aſſentietur? videam & prædicabo? diſcam & docebo, perſuadear & perſuadebo. Dicam ego quoque Thomas

Gal. 1. 1.

B

Apoſtolus, *non ab hominibus, neque per homines.* Hæc ego cum dicerem, apparuit Dominus, & continuo pugnam diremit, aitque ad me. Quid tibi accidit Thomas? quid cum Petro pugnas? quid cum cæteris contendis? Ades, & miraculum experimenti cognoſce. diſce reipſa reſurrectionem. affer manum tuam & corpus vide. Si potes, tene: ſi mundos digitos habes, veſtigia clauorum tange: ſi credas aſſequeris etiam: ſi vero contendas non inuenies; ſi ſis incredulus, non cognoſces: ſi dubites, quod paſſibile eſt non comprehendes: ſi paſſione tenearis, quod paſſioni obnoxium eſt non percipies. Hæc audiens purgaui animam ab incredulitate, & ambiguam ſententiam exui, credulum ſenſum aſſumpſi, tetigi corpus gaudens & tremens: expandi cum digitis & animæ oculum, & duas ex hoc operationes cognoui, prehendi, & aſpexi, ac

Hæc citãtur in Synodo VI vide notas interpretis.

C

manu quidem corpus tenui, anima vero Deum percepi, & quod exterius mirabile erat, inueni quod interius formidabile, quod apparebat ingens, quodque tenebatur admirandum. Exclamaui ergo, & quod comprehenderam, obſtupeſcens:

Io. 20. 29

Dominus meus & Deus meus. nuſquam enim ſeruum intuebar, nuſquam ſpecies humilis apparebat; Et quod eiuſdem mecum erat naturæ elucebat, & diuinitas effulgebat: Et quod ferebatur exaltatum erat, & quod ferebat glorificatum apparebat: cumque res diuerſæ intelligerentur, vna erat perſona, quæ adorabatur. Hæc ego experimento percepi, hæc digitis tractaui, hæc animo intellexi: tu vero Ari vnde blaſphemiam es édoctus? vnde quæ prædicas, didiciſti? Num Chriſtum vt ego palpaſti? num manum admouiſti? num veſtigia clauorum ſcrutatus es? num digiti teſtimonium ferunt? Tune Chri-

D

ſtum tenuiſti? qua vero manu? an ea qua pretioſam ſupellectilem rapuiſti? qua barbari ſpolia excepiſti? qua mercedem impietatis tenuiſti? qua ſanguinis vaſa conflaſti? hac ipſa Chriſtum contrectaſti? Abſit, non adeo iniquus eſt Dominus, non adeo imprudens vt ſuam tibi carnem credat. non prehendiſti, quem repudiaſti: non attrectaſti, quem odiſti: non ſcrutatus es, quem depreſſiſti. Si enim ſcrutatus eſſes, non humiliaſſes: ſi rectè perquiſiuiſſes, non adeò peruerſè interpretatus eſſes. Apage, abijce & ab improbitate cum ſocijs tuis deſiſte. Interim iam vnam ex turribus tuis deieci, iam Thraciam tua tyrannide liberaui. adhuc modicum & refunditus vndiquaque perdam: adhuc modicum, & te ex orbe terrarum exterminabo: Modo tibi caput abſcindam: modo ſuperbia tua occidentem quoque liberabo. Ita fac beate Thoma,

Apoſtrophe ad D. Thomã.

ſermonem opere comple, exequere, quæ dixiſti: præclarum principium fine confirma: vt Thraciam liberaſti, ſic & Occidentem liberato. Audiam & latronem ſicut & tyrannum exciſum: Imperatorẽ

victoria coronato; pacem mundo largire; ſudores eorum qui conuenerunt, ſuſcipe. Suſcipe orbem cineri tuæ ſupplicantem; ætatem omnem ad legationem obeundam miſit, ſenes ac iuuenes, tumulo aduoluimur, virgines & adoleſcentes tuum corpus amplectimur, infantes paſſerum in morem hianti ore proſpiciunt; noli talem ſpeciem aſpernari; ne vacuos labores noſtros dimittas: da competentem ſudoribus noſtris mercedem, nihil à te magnum poſtulamus: quæ poſſides petimus; quæ das, quærimus; quæ videre vis, deſideramus, barbarum ſubactum Imperatorem coronatum Chriſtum exaltatum, & ab vniuerſo ſimul orbe terrarum audientem, Dominus meus & Deus meus: cui gloria, honor, & imperium in ſæcula ſæculorum. AMEN.

LAVDATIO SANCTI STEPHANI *Protomartyris.*

Menſ. Decē. 27. S. Stephani laus. Math. 10. 28.

CORonemus Stephanum laudum floribus, eumque roſis præconiorum conſpergamus: iam enim ſe ipſe fidei præmijs antè coronauit. Scriptum quidem erat, *Nolite timere eos, qui occidunt corpus*: at connexio cum corpore difficultatem afferebat: verum vbi iuuenis iſte victorias martyrum voluit obtinere, difficultas omnis ſubmota eſt: timiditas autem metuſque ceſſauit. Nam neque Pontificum inſaniam eſt veritus, neque ſacerdotum audaciam reformidauit, neque terruerunt eum verba ſeniorum: non ſcribarum ipſum minæ perturbarunt, neque ſycophantarum ſermones eius ardorem animi reſtinxerunt, ſed ad obeunda pro Chriſto certamina generoſa, mente properabat. Quis ergo mortalium dignas athletæ laudes offerat? quis hominum conuenientem eius vitæ actionibus laudationem contexet? quæ lingua poterit decora præſtantiſſimi bellatoris effari? quodnam os ad Stephani agones prædicandos aperietur? quæ tandem labia ſtrenuis protomartyris ſufficient facinoribus enarrandis? Etenim luctabatur in terris, & quæ ſunt in cælis contemplabatur: in hac vita verſabatur: & quæ ſunt in excelſis percurrebat: cum mortalibus colloquebatur, & immortalium ordinibus iungebatur. cum hominibus depugnabat, & cum angelis choreas ducebat. Omnis ætas deinceps bono animo eſto: Stephanus enim luctatus eſt, & auctor mali collapſus eſt. bono animo deinceps eſto. etiam is qui in canitie decertat, & qui in ſenecta præclarè ſe gerit, corona donatur, & qui adoleſcens pugnauerit coronatur: & puer qui luctatus fuerit refert præmia, & infantes qui in agone contendunt coronas reportant: & mulieres quæ in acie ſteterint gloria coronantur, & virgines quæ luctatæ ſint victorias conſequuntur. Poſtquam igitur martyrij portas Stephanus reſerauit, omnis in poſterum ætas ad martyrium currat. primus enim Stephanus tyranno reſtitit: primus de illo victoriam obtinuit: primus illos glorioſos agones inchoauit: primus propter Chriſtum Chriſti paſſiones excepit. quo pacto mors ludatur mortalibus indicauit: quo pacto interitus ſit riſus futurus, hominibus demonſtrauit: his qui in hac vita verſantur vias, quæ in cælum ferunt, patefecit. Stephanus enim plenus gratia & fortitudine faciebat ſigna & prodigia in populo, ad maiorem profectum Stephanum Spiritus gratia

Act. 6. 8.

prouehebat: eius quippe fidei immenſitas conſtantiam pollicebatur. Diaconus enim conſtitutus martyr effectus eſt viduarum neceſſitati præpoſitus, ad miraculorum gratiam profecit; diaconus menſis præfectus eſt, & prodigiorum effector eſt redditus. *Stephanus autem plenus fide & fortitudine.* Habeat, inquit, in nomine coronam victoriæ Stephanus: Stephanus qui bellum in quo ſe nemo exercuerat, hominum vitæ manifeſtauit: qui pugnam, quam nemo docuerat, mundo patefecit. Non erat hoc poſitum in more naturæ, & Stephanus aduerſus militiam incorpoream ſolus in acie ſtabat: fides quippe feliciter ei certamina conficiebat ſpes incitabat, vt ad finem vſque depugnaret. Stephanus plenus fide & fortitudine, Stephanus qui mali auctorem captiuum oſtendit, qui generoſo mentis arbitrio trophæum aduerſus ipſum erexit, qui dæmones vt lugerent, & homines effecit, Stephanus primus martyrum trophæum tenens, pro Chriſto decertantium dux copiarum. quiſquis enim cœperit propter Chriſtum pugnare, Stephanum doctorem nanciſcitur: quiſquis certamina martyrum aggreſſus fuerit, Stephanum imitatur, Stephanus primitiæ propter Chriſtum decertantium, fundamentum propter ipſum morientium. Stephanus plenus fide & fortitudine, vndique munitus armis erat Chriſti miles: ex vtraque parte loricatus erat pius imperator, plenus fide & fortitudine. ſufficiebant, inquit, hæc ad victoriam: poterant hæc trophæum acquirere; fides enim ac fortitudo & mali auctorem vincebat, & Iudæos perterrefaciebat. plenus fide & fortitudine faciebat ſigna & prodigia magna in populo, miraculorum turbam vir fortiſſimus edebat, portentorum magnam vim Chriſti miles operabatur. Faciebat ſigna & prodigia in populo, tum claudis curſum largiens, tum paralyticis ſanitatẽ effundens, vt Pontifices ad inuidiam concitaret: adeo Chriſti cauſſam mortem oppetere deſiderabat. Tum aduerſus ipſum hominum maximè impiorum euocat Pentapolim. *Surrexerunt* enim inquit, *quidam ſynagoga, quæ appellatur Libertinorum & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Aſia diſputantes cum Stephano.* O quantam turbam improbitas congregauit! ô quantam inuidia multitudinem conuocauit! Libertinos, Cyrenenſes, Alexandrinos, & qui erant à Cilicia & Aſia: infinita, inquit, turba contra vnum militem aciem inſtruxit: innumerabiles copiæ aduerſus vnum fortiſſimum bellatorem impetum fecerunt: quinque ciuitatum viri in vnum iuuenem incurrerunt. O malitiam Iudæorum inſanabilem! ex ipſo aſpectu fortiſſimum bellatorem terrere voluerunt, vt multitudinis copia nerui debilitarentur. deinde ordinem adhibent pugnæ ſceleratiſſimi homines, atque initio quæſtionum nodos ſermonibus nectunt. Surrexerunt enim, inquit, quidam de ſynagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum & eorum, qui erant à Cilicia & Aſia, diſputantees cum Stephano. Quid, inquiunt, adoleſcens inconſideratè contumelijs numen inceſſis? Quid meditatis verbis populo perſuades? Quid miraculorum fallacia gentem diſſipas? hic terminus quæſtionum. Deúſne eſt qui ex Maria, natus eſt, creator ne eſt fabri filius? nonne Bethleem caſtellum iſtius, & nutrix Nazaret fuit: Deum confingis eum eſſe, qui in terris partu eſt editus? qui propter tenuitatem in præſepio faſcijs eſt obuolutus: qui Herodem fugit iratum: qui lauacro Iordanis ad emundationem eſt vſus; qui fami ſubditus fuit & ſiti, qui fatigationem ſenſit & ſomnum? qui tentus eſt, nec aufugere valuit? qui alapis cæſus eſt, neque ſeipſum eſt vltus? qui ſuſpenſus eſt, nec deſcendere potuit? qui execrandum & ignominioſum finem ſortitus eſt? cum quis poſitus eſt in ſepulchro, in cælo eſſe confingis? qui mortalibus eſt æqualis, eum mortuorum eſſe prædicas vitam? Num igitur Deus iſta pati ſuſtinuiſſet? nónne ſolo mandato ſuo ſeſe inuadentes necaſſet? nónne imperans ſubito mortem intuliſſet? aut ergo ceſſa ab hac impoſtura, aut parem tu quoque mortem excipe. talia quædam dicebant dum cum Stephano diſputarent. Tum

S. Stephani cũ Iudæis diſputatio.

Stephanus, Nonne prophetarum apud vos ſcripta A
ſeruantur? nonne vos libros veteris teſtamenti
Ioã. 9.29 peruolutatis? nonne inuicem dicebatis, *Nos ſcimus
quia Moyſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus vnde
Act. 6. 37 ſit: nos Moyſis diſcipuli ſumus:* nonne Moyſes dixit,
Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus de fratribus
Matth. 2.6 *veſtris, tamquam me ipſum audietis?* nonne ante mul-
Mich. 5.2 tos annos ſcripſit Michæas, *Et tu Bethleem terra Iu-
da: nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim
exiet dux*. Nonne partum innuptæ prænuntiauit
Eſai. 7.14 Eſaias. *Ecce virgo in vtero habebit.* Nonne altitura
Abac. 3.2 in præſepio, duo animalia prædixit Ambacum,
in medio duorum animalium cognoſceris? nonne fugam
in Ægyptum propter Herodem dixit Eſaias,
Eſai. 19. 1 *Ecce Dominus venit ſuper nubem leuem in Ægyptum?*
nonne Iordanis aquarum fugam Dauid præſigni-
Pſ. 76.17. ficauit, *Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & ti-
muerunt?* nonne moleſtiarum & laborum eius euen-
Eſai 53. 4 tum ante ſcripſit Eſaias, *Ipſe peccata noſtra accepit?*
& ægrotationes portauit? nonne clauorum vin-
Pſ. 21.17 ctionem Dauid propheta prædixit, *Foderunt manus
meas & pedes meos?* nonne ſuſpenſionem in ligno?
Deut. 28. 66. Moyſes ante prædicauit, videbitis vitam veſtram
pendentem in ligno? nonne ſepulturam in monu-
Gen. 49.9 mento Iacob ante ſcripſit, *Recumbens dormiuit, vt
leo?* nonne reſurrectionem Dauid prænunciauit,
Surge Deus, iudica terram? nonne quæ ad aſcenſio-
Pſal. 67.8 nem ſpectant idem prædixit: *Aſcendit Deus in iubilo?*
Pſ. 46. 6. Aut igitur in alio quopiam oſtendite prophetias eſ-
ſe completas, aut tamquam Deum crucifixum ado-
rate: Nam vos quidem ô ſtulti Moyſis prophe-
tiam ignorantes nudum vos hominem crucifigere
putabatis, verum is qui ex vobis eſt, vel con-
1. Cor. 2. tra vos potius vas electionis Paulus clamat. *Si
enim cognouiſſent, numquam dominum gloriæ crucifixiſſent.*
De ipſo redarguens vos princeps Apoſtolorum
Act. 3. 14 dicebat; *Vos autem ſanctum & iuſtum negaſtis, & peti-
iſtis virum homicidam donari vobis? auctorem vero vitæ in-* C
terfeciſtis. veſtram hanc vocem cum multo ante
Eſai. 5.20 nouiſſet Eſaias dicebat, *Væ qui dicunt amarum
dulce, & dulce amarum.* Cum igitur Stephanus ita
diſſereret, non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpi-
ritui qui loquebatur: recteque dictum eſt illud reſi
ſtere. Itaque nam quia ſuperius dixerat. Surrexe
runt quidam de ſynagoga, hic dicit. Non poterant
reſiſtere ſilentio lingua eorum compreſſa erat,
ſua omnes labia concludebant, ſermonum ſagit-
tas inhibebant, verborum arcus compeſcebant:
ſub lingua lanceam improbitatis occultabant,
non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui
loquebatur. O res nouas & inuſitatas! quam re-
cte ſcripſit Lucas, quàm certo effecit, vt pro-
miſſa Chriſti apparent. Dixit enim Chriſtus;
Lu. 21. 15 *Dabo vobis os & ſapientiam: cui non poterunt reſiſtere om-
nes aduerſarij veſtri.* recte igitur, inquit, Non poterant
reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur, cui
tandem ſapientiæ? Chriſto, qui in ipſo loquebatur, D
Chriſtum autem ſapientiam eſſe, prodeat, qui dicit
1. Cor. 1. 24. Paulus, *Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia.* ipſum au-
2. Cor. 13. 3 tem loqui in iis qui ſe gratos præbent vt ſcias alio
loco ſcribens aiebat: *An experimentum quæritis eius qui
in me loquitur Chriſtus: qui in vos non infirmatur, ſed potens
eſt in vobis?* Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, hoc
eſt Chriſto: Quis enim reſiſtet ei, & ſuſtinebit? Et
non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui. cuinam
ſpiritui? Paracleto, de quo in præcedentibus di
Act. 6. 8. & 7. 55. cebat, *Stephanus autem plenus fide & fortitudine.* ac rur-
ſus, *Cum autem eſſet plenus Spiritu ſancto, intendens in cæ-
lum, vidit gloriam Dei.* Tunc itaque ſummiſerunt vi-
ros, qui dicerent ſe audiuiſſe eum dicentem ver-
ba blaſphemiæ in Moyſen & Deum. Succeſſit in-
uidiæ falſum teſtimonium: ſummiſerunt viros, pe-
cunia mendacium coemerunt. Venite, aiebat, ô
venerabiles viri, rebus noſtris ſtudia veſtra ſub-
miniſtrate, cogitatis noſtris operam lingua
veſtra nauet: conſilijs noſtris os veſtrum inſeruiat.

A nouus enim Galilæi defenſor exortus eſt: propu-
gnator illius ſurrexit ac vindex. Deum in ſepul-
chro iacentem colit: creatorem ſepulchro conclu-
ſum prædicat: eum qui poſitus eſt in monumento,
in cælis eſſe contingit: eum cui milites illuſerunt,
autumat eum malitia cæleſti verſari: eum qui ne ſe-
ipſum quidem vindicare potuit, creaturæ iudicem
fore pollicetur. Huius corpus Ioſeph in monu-
mento repoſuit, & hic eum à dextris ſedere con-
fingit, cuius diſcipuli tamquam deceptorem ipſum
negarunt, & hic ait fore omnis vt ei lingua confi-
teatur: de cruce deſcendere minimè potuit, & hic
eius ſecundum aduentum è cælis pollicetur, ei ma-
lefici conuitiabantur, quòd neque ſeipſum neque
illos ſaluare poſſet, & hic contenta voce ſaluato-
rem hunc mundi eſſe proclamat. an tale facinus
vnquam vidiſtis? an vero omnino tantæ demen-
tiæ ac blaſphemiæ verba audiſtis? vos itaque præ-
B textui operam nauate, & celebrem apud eos qui
nunc viuunt gloriam vobis comparabitis. Tum ve-
ro poſteri calumniatorum, qui Nabuthem quon-
dam oppreſſerunt, eiuſmodi verbis ſunt vſi.
Audiuimus eum loquentem verba blaſphemiæ in Moyſen & Pſal. 77.5
Deum. aduerſus ipſum, inquiunt, Legiſlatorem au-
ſus eſt dicere, denuntiabat ille vobis dicens, *Atten-
dite populus meus legem meam*, & hic clamat fore, vt tra-
ditiones mutet Ieſus, quas tradidit nobis Moyſes. in
Moyſen apud vniuerſam gentem venerabilem
blaſphemauit: in eum qui in auxilium ſibi creatu-
ram omnem aſciuit, qui à graui ſeruitute gentem
liberauit, qui virga maris vndas in murum conuer-
tit, qui oratione copias Ægyptiorum in profun-
dum demerſit, qui oratione cæleſtem de nocte co-
lumnam accendit, qui cæleſtem panem nullaque
agriculturæ ope confectum comparauit, qui virga
fluenta ex ſterili ſaxo hauſit; in Moyſen. quid au-
tem de hoc, in Moyſen, ſermonem protraho ad-
C uerſus ipſum conditorem linguam extendit: mor-
tuum Deo creatorique oppoſitum prædicat in
Moyſen & in Deum. Commouerunt itaque plebem
& ſeniores, & Scribas, & concurrentes rapuerunt
eum, & adduxerunt in concilium. populum in iram
concitarunt, & eum rapuerunt. ouem rapuerunt
feræ, & adduxerunt in concilium hypocriſis atque
inuidiæ plenum, à veritate alienum & expers æqui
tatis, & adduxerunt eum in concilium, de quo Hie-
remias multo ante clamauit, *Non ſedi in concilio ip-* Ierem. 15
ſorum vanitatis. Et ſtatuerunt falſos teſtes dicentes,
*Homo iſte non ceſſat loqui verba blaſphemiæ aduerſus locum
ſanctum & legem:* Templum, inquiunt, locum iſtum
non erubuit afficere contumelijs, vbi eloquia diui-
na recitantur: vbi Prophetarum ſcripta buccinan-
tur: vbi tabulæ ac manna cæleſte: vbi arca & vir-
ga Aaronis, vbi canities Pontificum & dignitas
ſeniorum, honorque Scribarum, ſed ludibrium
exiſtimat locum templum vile eſſe pronuntiat, ne-
D que contra locum tantum verba facere, ſed &
contra legem eſt auſus. Vmbram eſſe legem fin-
git: figuram vetus teſtamentum eſſe audacter præ-
dicat. Galilæum dicit Moyſe eſſe maiorem: Ma-
riæ filium legiſlatore prædicat potentiorem: non
ſeniorum eſt reueritus dignitatem: non Scriba-
rum turbas reformidauit, ſed blaſphemiam in lo-
cum legemque iactauit. Ac verborum eius ſpeci-
men iſtud cognoſcite; audiuimus enim eum dicen-
tem, quoniam Ieſus Nazarenus deſtruet locum
iſtum, mutabit traditiones, quas tradidit nobis
Moyſes. Mortuum nobis herum comminatur,
defunctum dominum nobis denuntiat. Ieſus Na-
zarenus reſurget, ac locum iſtum deſtruet. ſpe-
ctris deluſus eſt his adoleſcens: celebris tem-
pli amœnitatem ignorat: latent eum labores eo-
rum quæ in ipſo perfecta ſunt. hanc domum ſa-
pientia Salomonis deſcripſit: cæleſtem gratiam
auxiliatricem habuit ſapiens: multas difficultates
in huius operis conſtructione tolerauit, atque

A oćtoginta quidem millia lapides in monte cæde-
bant, ſeptuaginta verò millia ligna ſcindebant, tri-
ginta millia lapides adtrahebant, ter mille ſex-
centi operi præſidebant, liberalem & magnifi-
cam in templum manum extendit, ac vix quadra-
ginta & ſex annorum ſpatio potuit opus perfice-
re; & hic dicit fore, vt Ieſus Nazarenus locum
deſtruat: neque hoc tantum, ſed etiam vt mutet
traditiones quas tradidit nobis Moyſes. fore ait vt
ſanćtiſſimum ab illo ſabbatum deſtruatur: circum-
ciſionem legis euerſum iri à Nazareno pronuntia-
uit. neomenias noſtras vt viles reijciendas affir-
mat: iucunditati feſti tabernaculorum Mariæ fi-
lium ſucceſſurum prædicat. minimè accepta Deo
ſacrificia noſtra eſſe confingit: aſperſiones & ſo-
litas purgationes mortuum euertiſſe declarat.
Quis porro exitum Nazareni non nouit? ec-
quando autem mortalis viuentes poteſt vlciſci?
Eſaias ſećtus eſt, nec vſpiam qui exigeret pœnas,
comparuit: Hieremias ſuffocatus eſt, & ſe non
potuit vindicare: lapidibus è medio ſublatus eſt
B Nabuthes, nec vſpiam vltor iſtius exoritur: Zacha-
rias mactatus eſt, & ad hunc vſque diem impuniti
permanemus, & Nazareni defunćti vindex iſte
conſurgit: mortuum nobis tamquam iudicem com-
minatur: tamquam diſceptatorem eum qui ſepul-
chro conditus eſt ſedućtor annuntiat. Poſtea ve-
rò cum illi ſic falſas accuſationes proferrent, in-
tuentes eum omnes qui ſedebant in concilio tru-
culentos in eum oculos defigentes, ita repleta
ſupercilia in eum vibrantes ipſo aſpećtu perter-
refacere athletam conantes, in improbitate ſua
Pſ. 36. 32. Propheticum oraculum adimplentes. *Conſiderat peccator iuſtum, & quærit mortificare eum: intuentes in eum omnes viderunt faciem eius tamquam faciem angeli.*
gaudium quippe martyrij ſubeundi ante & ore
proſiliens efficiebat, vt angelicæ gratiæ ex adoleſ-
centeſplendor emicaret. Quare verò faciem an
C gelis? vt adimpleretur ſermo Chriſti quem dixe-
Lu. 20. 3. rat. *In reſurrećtione neque ducunt vxores, neque nubunt, ſed ſunt ſicut Angeli in cælis.* Ita refulſerunt dum in
Mat. 17. 6. monte cum Ieſu, Moyſes & Elias loquerentur, ſic
vt diſcipuli cum eos vidiſſent, in faciem cecide-
runt: ita futurum eſt, vt iuſti omnes in regno Patris
Mat. 13. 4. effulgeant. *Viderunt faciem eius ſicut faciem angeli. Dixit autem princeps ſacerdotum, Si hæc ita ſe habent?*
O plenum hypocriſis ſermonem! ô verba fraude
inuidiaque velata! Si hæc ita ſe habent? Auſus es,
inquit, ô homo ignominia legiſlatorem Moyſem
afficere? num alium quendam Deum, Deo tam-
quam in acie oppoſuiſti? num aduerſus locum ſan-
ćtiſſimum es impudenter loquutus? num ex Deo
datam legem irritam eſſe imaginatus es? num ea
quæ Moyſi ſunt Nazarenum immutaturum cen-
ſuiſti? magnorum tibi malorum aućtor es factus.
D Act. 7. 2. Tum ad hæc Protomartyr; *Viri fratres & patres audite,* Omni ætati interim, inquit honor cuique
conueniens deferatur, viri fratres & patres audi-
te, non dico credite: noui ſiquidem veſtræ men-
tis incredulitatem, ſed audite. *Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ cum eſſet in Meſopotamia,* non
in Hieruſalem, non in illo celebri templo, ſed
in Meſopotamia, vbi deditus idololatriæ locus
erat, vbi regio impiorum cætibus opprimeba-
tur: in Meſopotamia, vbi ſculptilibus cultus
exhibebatur, vbi ſanćtiſſimum Dei nomen li-
gnis ac lapidibus indebatur: illic apparuit ei.
ſciebat enim inter ſpinas roſas naſci, & in me-
dio zizaniorum genuinum triticum germinare:
quemadmodum ille multarum palmarum vi-
ćtor Iobus in luxurioſa regione Auſitide tam-
quam roſa inter ſpinas apparuit, tamquam li-
lium inter tribulos, tamquam lampas in te-
nebris ignorantiæ, virtutibus relucebat, & tam-
quam turris in expugnatione cunćtis ſupernis
virtutibus inſignis ac notus erat, à terra in cæ-

A lum creſcentia præclara facinora adaugens, à
profundo in ſublime iuſtitiæ fructus eminens,
vnde fructum eorum Deus odoratus, ſicut & il-
lum Noe poſt diluuium, *Odoratus enim eſt Dominus odorem ſuauitatis,* famulo ſuo teſtimonium dicebat, Gen. 8. 21
Ecce homo iuſtus, verax, colens Deum, abſti-
nens ab omni malo; qui ante legem ea quæ ſunt
legis adimplet: cum enim habeat inſitam natu-
ra legem, ſcripta non indiget: nota enim Deo
ſunt à ſæculo omnia opera eius. Deinde ad Abra-
ham dicit, *Exi de terra tua, & de cognatione tua, &* Gen. 12. 1
veni in terram, quam monſtrauero tibi. Exi de terra
tua. Cur, inquit, regio, cui multi ſunt dij, gen- Abrahæ obedientia
tium detinet patrem? cur idololatriæ dedita pa-
tria progenitorem detinet gentis? Exi de ter-
ra tua, & de cognatione tua. difficilia ſunt ſi con-
ditionem humanam ſpećtes, quæ Patriarchæ
imperantur. patriam, inquit, derelinque: totum
genus dimitte: terræ in qua natus es renuntia,
à patre & matre ſeiungere: verum nihil horum
patriarcham perturbauit. non ſecum ipſe tam-
B quam mortalis reputauit. Incerta, inquiens mi-
hi, qui apparuit promittit: inſtabilia iſte polli-
cetur: Ergóne quæ ſunt in manibus derelin-
quam, & inuiſibilia conſećtabor? quæ ante pedes
ſunt dimittam, & quæ, incerta ſunt appetam? at
nihil horum pater gentium cogitabat, ſed inſ-
ſus ſeparationi eſt aſſenſus: mandata accipiebat,
& incerta quærere deſiderabat: ſiquidem fides
hanc in ipſo cupiditatem accendebat. Nam cum
ea quæ promiſſa erant, perfećtè intelligeret, ve-
hementius exceſſum è Patria accelerebat. Exi
enim, inquit, de terra tua. ex femoribus tuis, ex
te ſecundum carnem ſum naſciturus. nihil ita-
que tibi polliceor: ſolum enim ſufficit, vt meus
pater appelleris. *Liber generationis Ieſu Chriſti filij David, filij Abraham.* Deinde poſtquam ea quæ Math. 1. 1
C Abrahæ acciderunt narrauit, vna ſcilicet audita
Dei voce paruiſſe illum vocanti: ſeruitutem ſemi-
nis eius prædixiſſe, ac fore, vt quadringentis an-
nis in Ægypto ſeruirent, & ex illa neceſſitate
Dei dextera liberarentur. illiqúe circumciſio-
nis teſtamentum dediſſe. ſubijcit deinde mira-
bilem Iſaac partum, fuiſſeque ab ipſo, prout im-
peratum erat, ośtauo die circumciſum. Comme-
morat præterea Iacob etiam generationem ex
Iſaac, & duodecim Patriarcharum Iacob pa-
rentem eſſe factum. commemorat & germa-
norum inuidiam aduerſus Ioſeph, vtique fue-
rit à fratribus venditus in Ægypto inuene-
rit gratiam & ſapientiam apud regem Ægypti,
ac poſt ſeruitutem dominus ſapienſque ſit fa-
ctus. Commemorat etiam per vniuerſum pe-
nè orbem terrarum exortam eſſe famem, Chanaan
propter inopiam cibariorum ſua chariſſima pigno-
D ra tradidiſſe, cum gloria ſeipſum Ioſeph germanis
ſuis manifeſtaſſe, patriarcham Iacob in Ægyptum
Ioſeph accerſiuiſſe, in ſeptuaginta quinque anima-
bus illuc Iacob deſcendiſſe, multiplicatum eſſe in
immenſum Iſrael in Ægypto, & alterum regem
ſurrexiſſe, qui Ioſeph non nouerat, cumque cir-
cumuenientem Iſraelis gentem afflixiſſe, ac maſ-
culos infantes expoſitos Nilo flumini tradidiſſe.
Narrat autem Moyſis quoque legiſlatoris natiuita-
tem, vtique fuerit à parentibus incluſus theca &
proiećtus, vtique ſuſtulerit eum filia regis Pha-
raonis, vtique omni Ægyptiorum ſapientia fuerit
eruditus, ac potens in verbis & operibus factus ſit,
vtique poſt annum quadrageſimum ad viſitandam
gentem aſcenderit, & vt Iſraelitam iniuriam patien-
tem viderit, Ægyptiumque ſit vltus, vtique litigan-
tibus Iſraelitis conſuaſerit amicitiam copulare, vti-
que eum contumelia effecerit gentilis ipſius, qua-
ſi cædem patraſſet, vtique propter hoc verbum in
terram Madiam fugerit, ibique duûm liberorum pa-
ter ſit factus, vtique angelus ipſi in monte Sina ap-

paruerit,

Digitized by Google

paruerit, & ignis ac rubi pacificam viderit amici- A
tiam, vocemque diuinam de cælo lapſam exaudie-
rit, vtique tremefactus non auſus fuerit conſidera-
re miraculum, & iuſſus fuerit pedum ſuorum ſol-
uere calceamentum, ac locum in quo erat, terram
eſſe ſanctum audiuerit, vtique cum ſignis eduxerit
populum ex Ægypto, & per mare rubrum quaſi
per aridam Iſraelis copias imperator traduxerit.
Commemorat autem & iniquorum idololatriam in
monte, cum illi maris viatores numen vitulo aſſi-
milarunt, & ab Ægyptijs reportatas victorias idolo
acceptas tulerunt. Commemorat ipſis & captiuita-
tem gentis in Babylone, vtique acceptus Deo
fuerit Dauid, quoniam inuenit gratiam ante Deum
& Chriſti Pater, eſt nuncupatus. Commemorat &
ædificatum domum à Salomone. Deumque in lo-
cis manufactis non diuerſari. Poſtquam igitur pa-
trum hiſtorias ita percurrit, Spiritu ſancto ſibi in
auxilium aſcito probris eos increpare deinceps ag- B
greditur, aitque, Duri ceruice, inflexibiles atque in-
domiti: Nam quæ tandem ærumna collum ve-
ſtrum inflexit? quæ calamitas veſtram ceruicem in-
clinauit? nónne Pharaoni quadringentos annos in
Iud. 3. 8. Ægypto ſeruijſtiſ? nónne octo vos annos Chuſar-
Iud. 3. 14 ſath rex Syriæ ſub ditionem ſuam ſubiunxit? nón-
Iud. 4. 1. & 6. 5. & 10. 8. & 13. 1. ne octodecim annis ſubditi Moabitarum regno fui-
ſtis? nónne rurſus annos viginti Chananæorum
ſeruitutis iugum tuliſtis? nónne iterum ſeptem an-
nis Madianitis paruiſtis? nónne rurſus octodecim
annis ſubacti ab Ammonitis fuiſtis? nónne Phili-
ſtijm annis quadraginta dicto audientes fuiſtis? nō-
ne ſeptuaginta Babyloniorum ſeruitio mancipati
4. Re. 17. 3 fuiſtis? nónne Salmanazar ad incolendos montes
vos tranſtulit Chaldæorum? neque veſtras vnquā
mētes vlla calamitas immutauit, duri ceruice, quos
Ægypti cophinus non edomuit, quos palearū onus
non emollijt, quos conficiendorum laterum violē-
ta neceſſitas nō inflexit. Tum verò auditis vocibus C
iſtis eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant. Vbi
regem crucifixerant, ibi lapidibus militem feriunt.
& eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant. At
enim poſt lapidum etiam iactus athleta victoriā ex-
pectabat, & eiuſmodi vocibus creatorem cōpelle-
bat: *Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum.* Domine Ieſu,
qui de ſententia Patris paſſionem ſubijſti, qui parē-
tis conſilio mortem ſuſtinuiſti ſuſcipe ſpiritum
meum: ſepara deinceps à corpore animam: incor-
poream illam hinc transfer: ſuſcipe ſpiritum meū
omnigenis virtutibus redimitum: ſuſcipe ſpiritum
meum, curſum etenim conſummaui, fidem ſeruaui:
propterea obſecro ſuſcipe ſpiritum meum. Quan-
diu enim hoc ſum mortali corpore circunſeptus,
pertimeſco: quandiu terrenam hanc geſto carnem,
reformido, ne poſt labores amittam labores: vereor
admodum, ne poſt luctam corona priuatus rema-
neam: ne præmia poſt agones amittam. Suſcipe igi-
tur ſpiritum meum. Lugeat deinceps diabolus, vt D
qui victoriam amiſerit: lamētetur auctor malorum,
vt qui contra mortalem ſuperior non euaſerit: in-
gemiſcāt incorporei, quoniam qui in corpore ſunt
paſſiones irrident. ſuſcipe ſpiritum meum. *Poſitis au-
tem genibus clamauit voce magna, Domine ne ſtatuas illis hoc
peccatum*. atque vt eum intelligas cum affectu pre-
cari, non perfunctoriè precatur ſtans & inclinatus,
ſed poſitis genibus: dixit cum compunctione ac do
lore, cum multa compaſſione & affectu, *Domine ne
ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixiſſet obdormiuit:*
ſomnus enim iuſtis eſt mors, & requies ſapientibus
obitus, idcirco namque ſomnus mors eſt, vt tanquā
ex ſopore quodam in reſurrectione expergefacti
bonis æternis perfruantur; quorum bonorum vti-
nam participes fiamus nos omnes, gratia & inter-
ceſſione Chriſti, per quem gloria Patri in Spiritu
ſancto paracleto ſicut à principio nunc & ſemper,
& in ſæcula ſæculorum. AMEN.

IN IOSEPH ORATIO.

INTERPRETE FRONTONE DVCÆO
Societatis Ieſu Theologo.

QVi mari in magno fluctuant gubernatores, Ex edit. Burdeg. 1601.
quibus non continens, non mons, non collis,
non vlli ſcopuli regionem indicant, conuerſis ad
ſtellas quaſdam oculis, ad eas cymbam dirigentes
à naufragio ſeſe vindicant. Qui verò in huius vi- Sancti imitandi.
tæ pelago verſantur Eccleſiæ diſcipuli, non ad
ſtellas aliquas oculos conuertentes, ſed ad Patres
mentis oculos intendentes, eorumque veſtigijs
animæ ſtudio inſiſtentes in eiuſdem regni portum
feruntur. Propterea namque Dominus etiam no-
ſter in ſacris literis vitam illorum promulgauit, vt
non modo audientes laudemus, ſed etiam eorum
conuerſationem adamantes imitemur. Cum enim
ſua ſponte naturam hominum ſtudioſam honeſta-
tis eſſe ſciret Dominus, ſemperque propter hono-
ris cupiditatem optima quæque appetere, tanquam
ornamenta quædam propoſuit patrum certamina,
vt vnuſquiſque noſtrum ad quam voluerit certa-
tionem ſeipſum conformet. Itaque patientiæ ma-
giſter eſt optimo beato Iob vita, tolerantiæ Moy-
ſis, manſuetudinis Dauidis, ieiunij & orationis Da-
nielis: pudicitiæ Ioſeph, ac beatæ Suſannæ vitæ:
conueniens autem & expetenda iuuenibus vita Io-
ſeph, & iuuenculis præcipuè, quæ in matrimonio
viuunt. Beatæ Suſannæ illuſtre certamen: par enim
vtriuſque certaminis laus eſt. Nam hic quidem do-
minæ timorem pudicitiæ cauſa calcauit: illa verò
lethiferas magiſtratuum minas pudicitiæ cauſſa
contempſit. Verumtamen prius beatus Ioſeph
vitam deſcribamus; quandoquidem hic etiam an-
tiquior eſt pater; ac deinde beatæ Suſannæ vitam
explicabimus. Beatus igitur Ioſeph ex nobilibus
ortus parentibus cum iuuenis adhuc eſſet, tum
primum pilorum lanugine in genis eius efflore-
ſcente floridæ roſæ in morem flauæ barbæ in me-
dio pulchritudinis florem effundens, in oculorum
pupillis purpuraſcentis violæ vernæ ſpeciem præ
ſe ferens, candidis inſtar lactis dentibus, labijs
igneo colore rubentibus, tum expanſis lactea ſub
fronte ſupercilijs pilorum inter ſe denſitate con-
nexis. Sed quid ego iuuenis pulchritudinem co-
nor deſcribere, quem ſupra modum ſcriptura lau- Gene. 37. & ſeq.
dauit, cum dixit, Pulcher ſpecie, & decorus aſpe-
ctu valde? Hic ob fratrum inuidiam venditur; vt
ipſe quidem arbitrabatur ad ſeruitutem; vt autem
Deus prædeſtinarat, ad regnum, & abducebatur
puerulus in Ægyptum, vt vilis puſio: nondum Ioſephi certamen pro caſtitate, & eius fruct.
enim virtutum eius opes viderant emptores, cum-
que propter caſtitatis decus Ægypto vniuerſæ
dominaturum neſciebant, & eam totam famé
pereuntem ſeruaturum. Ducitur ergo in Ægy-
ptum, rurſuſque venditur, neque ſemel tamen
fit ſeruus. Qui enim animo liber eſt, licet millies
venditus fuerit, nec ſemel fit ſeruus: vt rurſus qui
moribus, ſeruus eſt, etſi millies libertate donetur,
ne ſemel quidem fit liber. Quem enim proprij
mores liberum non efficiunt, hunc ſexcentæ
chartæ nigræque literæ nequeunt liberum redde-
re. Ducitur ergo in Ægyptum, in Ægyptia domo
venditur, amatur à domino, amatur à domina: ſed
domini quidem bonus amor, dominæ vero pra-
uus amor erat. Nam ille quidem eum propter mo-
deſtiam amabat, hæc autem quod œſtro libidinis
eſſet percita. Tum vero quantum progreſſu tem-
poris formæ quoque pulchritudo efflorefcebat,
tantum illius in eum impotens amor augebatur, &
intimus ignis cupidinis cor eius depaſcebat. Enim-
uero iuuenem perdere cum ſtuderet, omnia qui-

lus erat qui coniectaret. referunt Ioſepho: declarat, quod occultum erat: eunuchi e carcere educuntur; quemadmodum Ioſeph coniectarat, illis euenit. Somnium videt Rex Pharao, nullus erat, qui declararet: renuntiat Eunuchus de Ioſeph: educitur è carcere propter ſomnium. Ac vide quæſo myſterium: propter ſomnium venditus eſt, propter ſomnium eſt libertate donatus. Itaque interpretatur ſomnium Pharaonis; ſagacitatem illius Rex vidit, & libertate donato poteſtatem illi in totam Ægyptum dominandi committit. Hac accepta poteſtate Ioſeph famis tempore bene de omnibus merebatur, de inquilinis, de indigenis, & de amicis, de inimicis, de peregrinis. Venit eius pater in Ægyptum, adorat eum & cum patre mater. Licet enim in itinere mortem obierit, cum veniret; at in viro tamen adorauit: vir enim & vxor vna ſunt caro. Veniunt & vndecim eius fratres, ipſum adorant, & viſio eſt impleta, quam viderat. Putabam enim, inquit, Solem & Lunam & vndecim ſtellas adorare me. Cur *Ioſeph Chriſti figura.* tandem vndecim? quoniam Iudas ſuſpenſus fuerat. ſiquidem figura venditi à Iuda Chriſti fuit. Vides vt propter caſtitatem iuſtificatus ſit? propter caſtitatem in cælis regnet? Hæc autem à nobis dicta ſunt, vt vos eandem conuerſationem imitantes eandem à Deo gloriam reportetis. At enim oportebat, vt de beata etiam Suſanna verba faceremus, præſertim cum id eſſemus polliciti. verum quoniam ſatius eſt, vt ſitientes diſcedant auditores, quam vt exſatiati quæ acceperunt etiam exſpuant, narrationem in alium diem reſeruantes Deo bene volente nunc ad ſacrorum myſteriorum craterem accurramus, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN SVSANNAM SERMO.

Suſannæ laus eiuſque certamen. BOnæ fidei vobis debitores ſermonis aduenimus, non vt quantum debemus impleamus, ſed vt quantum in noſtra ſitum eſt poteſtate, reddamus. Nam munifica quidem eſt animi promptitudo, ac plura quam debeantur, parata eſt dare, ſed penuria ſermonis in anguſtias eſt redacta. quocirca pauca pro multis cohortantes largimur. Sin autem voluerit quis exiguum ſermonem noſtrum ex animi noſtri promptitudine ac ſtudio metiri, nihil penitus eorum, quæ debentur, omittemus, quandoquidem animi ſtudium defectum omnem noſtræ orationis ſupplebit. Nam & Deus cum exiguas pauperis oblationes, & diuitias viderit copioſas, honores ex æquo ſolet ſuſcipere, ac ſæpenumero etiam dona pauperis propenſius admittit: quippe qui non pecuniarum vim, ſed promptitudi-*Marc.12.* nem cordis ac ſtudium reſpicit. Fidem autem ijs, quæ diximus, aſtruit, quod de paupere vidua memoratur, quæ minuta duo in gazophylacium miſit: nam huius oblatio perexigua illi diuitum, qui aurum miſerant, præponderauit: quoniam pecunijs non indiget Deus, ſed ſyncero & ſpontaneo cordis affectu. Age ergo nos quoque in ſynceritate corda noſtra reſerantes, qualis à Deo nobis obtigit, ſermonem tanquam in animata quædam gazophylacia mittentes, debitum vobis ſermonis exoluamus. Memini enim pridie me vobis beatæ Suſannæ caſtitatis certamen ad multorum vtilitatem prædicaturum eſſe pollicitum, quo tempore Ioſeph quoque cum Ægyptia decertabat, & vobis omnibus caſtitatis luctas exhibebat. In hoc igitur publico ac celebri theatro etiam Suſanna decertet, vbi & Deus, & angeli, & viri, & mulieres ſpectant decertet, & doceat, quo pacto iuuenculas ad mortem vſque pro caſtitate oporteat decertare. Hæc itaque beata Suſanna cum genere nobilis eſſet, & à teneris vnguiculis in con-*Dan.13.* claui domi recondita, cumque eleganti forma eſſet, & caſtis moribus prædita, iuuenili florens ætate legitimis matrimonij vinculis copulata eſt. Et vero cum illæſum nuptiarum ſacramentum marito ſuo conſeruaret, non oculos incompoſitos ad nouam peregrinamque formam ſpectandam circumferebat: non patentibus auribus concinnos meretriciorum cantuum ſonos excipiebat: non ad odoratum ſinebat nouorum veſtimentorum ſuffitus obreperet nec vllum alium ſenſum temere ferri permittebat; ne pudicitia, quæ in eius corde conſeruabatur, fallacibus illecebris labefactata in voluptates deuolueretur: ſiquidem pleraque peccata ſenſuum opera noſtram animam vincunt. Eſt enim anima tanquam virgo in thalamo quodam in medio corde conquieſcens, & à ſenſibus quinque velut ab ancillis quibuſdam ſtipata. quibus tandem ſenſibus? viſu nimirum, guſtu, odoratu, auditu, & tactu. ſi nullus igitur ſenſus labefactatus ſeducatur, anima integra & illæſa conſeruatur: *Senſuum cuſtodia.* ſin autem contigerit aſpectum abſque regimine derelictum ad iuuenilem formam ſpectandam vagari, ac vehementes libidinis fluctus per oculos in intimis partibus cordis exceperit, confeſtim turbine voluptatum raptata in peccata vortices delata ſubmergitur, & pudicitiæ facto naufragio patitur id, quod & Dauid paſſus dice-*Pſal.68.3* bat, *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Pari ratione ſi auditus adapertus illecebras elegantis vocis admiſerit, vbi ad eas mentem intenderit, totam ſeipſam meretricis cantibus delinitam peruertit. Guſtus autem voracitate, vinoque multo ſaturatus ad compotationes & ſtupra corruptam animam trahit. Olfactus demum exquiſitis iuuenum vnguentis illectus & deuinctus animam etiam ſecum ſolet irretire. Sic igitur anima tanquam virgo quædam ab inſipientibus ancillis, à ſenſibus intercipitur, atque intemperantiæ peccato proditur. Peccatum enim ſenſibus omnibus conſopitis furis in morem clam conclaue cordis ingreditur; tum ingreſſum totam pudicitiæ arcam deprædatur, & exhaurit. Itaque beata illa cuſtodiebat oculos, habitum, inceſſum, auditum, viſum, olfactum, guſtum & tactum, eratque verè iuxta ſa-*Cãt.4.12* pientiæ dictum, *Hortus concluſus, fons ſignatus.* Quaſi hortus enim erat beata, quem nemo poterat deprædari, pudicitiæ ſuaues effundens odores; quaſi fons erat fide ſignatus, ex quo nemo petulans pudicitiæ pulchritudinem poterat haurire. Huius in concupiſcentiam exarſerant duo populi ſeniores, qui populum regere videbantur, & eorum quiſque libidinis ardens flamma alter alteri occultum cordis ignem erubeſcebat aperire. Ac die quodam eorum vterque clam ſocio ſuo Suſannan obſeruatum abibat: cumque ſe inuicem offendiſſent, ac ſciſcitati eſſent, confeſſi ſunt mutuo cauſam, ob quam aderant: tum inita ſocietate ad peccatum patrandum commoditatem ſceleris indagabant, tempus obſeruabant, quo ſolam poſſent offendere. Accidit autem die quodam, vt Suſanna de more in pomarium ingrederetur mariti, vt lauaretur, cum æſtus eſſet: & cum ancillas emiſiſſet illa, vt ſmigma deferrent, ad eam repente ſeniores acurrentes tanquam lupi agnam tenuerunt, æſtro libidinis dilaniare cupientes: eratque ſola Suſanna duûm leonum in medio, nec vllus aderat qui ſuccurreret, non ancilla, non ſeruus, non propinquus, non amicus, non vicinus, niſi ſolus, qui de cælis attendebat, Deus; qui prohibere quidem poterat, ſed fieri luctam ſinebat, vt occultos animorum ſenſus patefaceret, & tum Suſannæ caſtitatem, tum ſeniorum impudicitiam diuulgaret, ſimulque vt mulieribus maximam ſcholam Suſannæ ſuſceptum pro virtute certamen exhiberet. Magna erat pugna, certamen vehemens,

A Suſannæ ingruebat, ac maius illo Ioſephi. Nam ille quidem vir cum eſſet, cum muliere vna pugnabat: hæc vero mulier cum eſſet, cum duobus viris luctabatur. Maximum erat ſpectaculum ac iucundum; mulier cum viris duobus decertabat: atque hoc mirum videbitur, cum audieritis, vbi eſſet ſcamma reſeratum: in pomario, vbi Euam ſerpens ſeduxerat. Vt igitur parata fuit lucta, aperti ſunt cęli, ſonabat tuba, paratum erat certamen, agonotheta de cælo luctam attendebat, & angelorum turba prona ſpectabat: in iniquis ſerpens, in pudica fides vigebat. multum vtrique de victoria ſolliti erant; ſeniores quidem ne à muliere vincerentur, Suſanna ne pudicitiam perderet. illis victoriæ ſtipendium dæmones præparabant, Suſannæ angeli caſtitatis præmia præparabant. Corripiunt Suſannam nefarij: ac primum quidem cum ea verbis luctabantur: quibus tandem verbis vſi? Seniores populi ſumus, creditæ ſunt nobis leges. ſoluendi ac ligandi accepimus poteſtatem, nullus hîc adeſt ſpectator: commiſcere nobiſcum. Quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quod fuerit tecum iuuenis, & B ob hanc cauſam emiſeris puellas à te. Ac vide, quam multa eſſent, quæ Suſannam obſidebant: intemperantiæ calumnia, metus mortis, coram tanto populo condemnatio, mariti odium, cognatorum odium, luctus famulorum, & in vniuerſum totius domus euerſio. At nihil horum pudicæ feminæ propoſitum potuit ſuperare: quippe ſpes cordis in Deo erat collocata. Ingemiſcens igitur dicebat, *Anguſtia mihi ſunt vndique: ſiue enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, nequaquam effugiam manus veſtras. Melius mihi eſt abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.* Hei mihi, quos paſtores arbitrabar, lupos video: quos arbitrabar eorum qui tempeſtate iactantur eſſe portus, hi naufragium excitarunt. non inquinabitis pudiciam meam: parentes meos probro non afficiam: C generi meo labem infamiæ non aſpergam: marito meo dolorem non inuram: copulam cum illo meam inhoneſto congreſſu non dirimam: mortem potius iniuſtam, quam thalamum eligam inhoneſtum. Mihi vero maritus etiam adeſt, non præſentia corporis, ſed animi affectu, parentumque imaginem ipſa mecum circumfero. Timete Deum, qui hæc videt: præſentes angelos reueremini: cogitate, quid ſitis: cognoſcite legem, quam legitis,
Deu.5.21 cuius hæc verba ſunt, *Non concupiſces vxorem proximi tui.* Hæc cum dixiſſet, exclamauerunt autem & duo ſeniores: accurrerunt Suſannæ ſerui & ancillæ, duos cum illa ſeniores cernunt; cum autem verba illa ſeniores in Suſannam protuliſſent, erubuerunt ſerui vehementer: quia numquam dictus fuerat ſermo huiuſmodi de Suſanna. Conuocatum eſt autem poſtero die conſilium maximum: adhuc enim mag- D nus erat dies iudicij, & ad coronam obtinendam victoria. Conuenit populus omnis virorum, mulierum infantium, rurſus congregatum eſt theatrum. qui inferius erant homines, quid cernerent neſciebant: angeli vero in cælis rem nouerant. Venerunt ſceleribus cooperti ſeniores: vocant Suſannam, vt illi quidem arbitrabantur, ad ignominiam & mortem: vt autem iuſtus iudex prædeſtinarat, ad vitam & gloriam immortalem. Tum populo inquiunt, Mittite ad Suſannam filiam Chelciæ: illi vero miſerunt. Venit ipſa, & parentes eius, & maritus eius, & liberi eius. Et venit Suſanna, vt mortem caſtitatis cauſſa obitura, multa cum verecundia gemens, & afflicta, non quod obitura mortem eſſet, verum quod parentibus famam ſiniſtram relinqueret, quod infamiæ notam generi ſuo eſſet inuſtura. Nullum enim, rei in pomario geſtæ teſtem habebat: multi erant, qui eius cauſſa lachrymabantur, amici, cognati, parentes, vicini: maritus lugebat: domus eius lamentabatur: tum illa ipſa mœrens, collacry-

A mans, & afflicta in multa cordis humilitate in medio ſiſtitur. Publicum erat ſpectaculum, Dei, angelorum, hominum. Exurgunt duo ſeniores, in habitu paſtorum lupi, manus illi ſuas imponunt. & in illis calumniator ſerpens loquebatur. Quid loquebatur? *Cum deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc, & dimiſit puellas ſuas, venitque ad eam adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea. Porro nos cum eſſemus in angulo pomarij, & videremus iniquitatem, quæ fiebat, cucurimus ad eos: & illum quidem nequiuimus comprehendere, quia virilius nos vincebat, & apertis oſtijs exiuit. Hanc autem cum apprehendiſſemus, interrogauimus, quiſnam eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis. Hæc teſtificamur. Et credidit eis multitudo quaſi ſenioribus populi, & iudicibus, & condemnauerunt eam ad mortem.* Et abducebatur Suſanna ad mortem, nec vllus erat Veritatis defenſor ac teſtis niſi ſolus Deus, qui fieri ſinebat, quod fiebat, vt vtrorumque perfecta innoteſceret actio, tum improborum intemperantiæ ſcelus & calumnia, tum beata Suſannæ in tuenda ad mortem vſque caſtitate con- B ſtantia. Vides, quouſque Deus derelinquat? derelinquit autem, dum vt aurum in fornace iuſtos in tentationibus probat, ſicut erga Abrahamum ſe geſſit. Abducebatur in holocauſtum Iſaac, iam conſtructum erat altare, impoſita ligna erant, nec vſpiam pecus apparebat: iam cædem aggrediebatur, tum Deus manum eius voce refrænauit. Hæc autem eo dixi, vt vnuſquiſque veſtrum cum tentatus fuerit, & ad mortem appropinquarit, de diuino auxilio non deſperet, ſed ad finem vſque præſtoletur. Abducebatur igitur ad mortem Suſanna, nec vllus erat, qui opem ferret: cum nuſquam humanum occurrere vidit auxilium, tum demum ad fidelem in cælo teſtem recurrit, ad inſomnem illum oculum, & elata voce dixit, *Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant, tu ſcis,* Eſai.65.9
C *quoniam falſum contra me tulerunt teſtimonium. Et ecce ego morior dum nihil horum fecerim, quæ iſti malitioſè compoſuerunt aduerſum me.* Et exaudiuit eam, qui dixit, *Et adhuc loquente te, ecce adſum. Cumque duceretur ad mortem, ſuſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris, & exclamauit voce magna, Mundus ego ſum à ſanguine huius. Conuerſus eſt autem omnis populus, & dixit: Quis eſt iſte ſermo, quem locutus es? qui cum ſtaret in medio eorum ait: Sic fatui filij Iſrael, non iudicantes, neque quod manifeſtum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſrael? Reuertimini ad iudicium: quia falſum teſtimonium loquuti ſunt iſti aduerſus eam. Et reuerſus eſt omnis populus cum feſtinatione, & dixit Daniel; Separate illos ab inuicem, & interrogauit vnum dicens: Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris. Dic igitur mihi, ſub qua arbore videris eos congredientes inter ſe. qui ait, ſub ſchino. dixitque Daniel. Rectè mentitus es in caput tuum, angelus enim Dei ſciſſurus eſt te medium.* D *Et amoto eo vocat alterum, & ait: Semen Chanaam, & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia oculorum peruertit cor tuum, Dic ergo, ſub qua arbore videris eos coeuntes; qui ait, Sub prino. Dixitque ad eum Daniel, Rectè mentitus es, & tu in caput tuum. Angelus enim Domini gladium habens iam ſecabit te medium: & exclamauit omnis populus voce magna dicens, Benedictus Dominus, qui ſaluat omnes ſperantes in ſe, & ſaluatus eſt* Pſal.62.9
ſanguis innoxius in die illa, & adimpletum eſt quod à Dauide dictũ erat ex perſona Suſannæ. *Me ſuſcepit dextera tua.* Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam nefari ſeniores: introibunt in inferiora terræ: tradentur in manum gladij; Angelus enim Dei gladium habens diſſecturus eſt eos, *partes vulpium erunt, Rex autem lætabitur in Deo.* Suſannæ maritus, laudabitur omnis, qui iurat in eo hoc eſt qui credit ipſi: *quia obſtructum eſt os* loquentiũ iniqua, nefariorum iniqua ſcilicet ora. Tum conuerſus eſt parentum eius luctus in gaudium, maritus Deum collaudans exultabat, conſanguinei gaudebãt, vicini lætabãtur, domus eius omnis hilaris erat, cõmu-

nis deni-

nis denique feſtiuitas erat Dei, angelorum, & hominum. Vidiſti in ſpecie muliebri virilem animum? vidiſti mulieris caſtitatem cuius memoria cum victoria viget immortalis? Hæc ab hominibus collaudata eſt, ab angelis celebrata eſt, à Deo coronata eſt, hanc imitamini mulieres, vt eodem vos etiam Deus honore dignetur in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE TRIBVS PVERIS, ET DE FORnace Babylonica oratio.

EODEM INTERPRETE.

Dan. 3. Bredis, Burdega. 1601.

Nouum plane, ac permagnum pietatis ſpectaculum trium puerorum nobis chorus exhibuit, qui Babylone quidem præclaro certamine decertauit, ſed in vniuerſo terrarum orbe martyrij miraculum excitauit. Non enim loco circumſcribitur ſanctorum gloria, nec temporibus iuſtorum memoria terminatur: *In memoria* ſiquidem, *æterna erit iuſtus*: quam ob rem licet antiquiſſimis temporibus martyrium fuerit conſummatum, præclarum tamen illud patientiæ facinus ſæculorum omnium laude celebratur. Cognouimus ex lectione rem geſtam, cognouimus ex commemoratione hiſtoriam, cognouimus tamquam in imagine in oratione tyranni iniquitatem, ſanctorumque confeſſionem, & accenſam quidem igne fornacem, oppoſitam autem iracundiæ tyranni minisque flammarum inextinctam martyrum confeſſionem æmulo fulgore rutillantem. Immo vero quid obſtat, quo minus altius repetito ſermone Dei amantium vere, beatiſſimorumque agnes enarremus? Nabuchonoſor Rex, vel potius tyrannus (hoc enim iniquo illi nomen eſt proprium) Babiloniæ quidem imperabat, porro & animo barbarus erat & moribus inhumanus. hic nimia improbitate, diuitijs, & impietate temulentus cum naturam ſuam ignoraret, neque ſe hominem eſſe arbitraretur, tamquam Deus voluit adorari. Hanc autem eius tumidam arrogantiam cum innata illi fouit inſania, tum Dei longanimitas, quæ patienter impios tolerat, & ad exercendos pios fieri cuncta permittit. Auream porro imaginem iniquus ille conflauit, hoc eſt ſtatuam auream, & eos, qui ad imaginem Dei formati erat, effictam à ſe imaginem adorare cogebat. Multam vero magnificentiam vt oſtentaret altitudinem ei tribuit ſexaginta cubitorum, latitudinem ſex cubitorum, & concinnam elegantemque imaginem conficit, vt vel figuræ magnitudine, vel compoſitionis pulchritudine mendacium ſuperaret, ac veritati vim afferret. Splendebat igitur artificium, fulgebat aurum, clamabat tum præco, tyrannus minabatur, incendebatur fornax, tum præter hæc omnia muſica, quæ vocantur, inſtrumenta vi magna inſipientibus impietatis furorem immittebant, omnium denique ſpectatorum mentes eorum, quæ oculis obuerſabantur, pompa rapiebat. At impietatis mandato nequaquam erant ſancti quoque ceſſuri, ſed cum omnes prodemodum velut à torrente quodam à violento impoſturæ fluctu in idolatriæ præcipitium deuoluerentur, tres iſti præclari iuuenes cum tamquam petra quadam pietate fideliter niterentur, ab iniquitatis fluctu minime ſunt abrepti. Conueniebat enim illis vt dicerent: *Niſi quia Dominus erat in nobis, forte viuos deglutiſſent nos. Cum iraſceretur furor eius in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem*, at neque fluctu ſunt abſorpti, neque laqueis capti; ſed cum pietatem optime cucurriſſent, altiſque fidei pennis ſubuecti eſſent, incolumes euaſerunt, iuxta illud prouerbiorum auctoris, Quaſi caprea de caſſibus, & quaſi auis de laqueo. cumque Diaboli retia aduerſus humanum genus vniuerſum expãſa propemodum cernerent, piam illam vocem cum auctore pſalmorum iterabant, *Cadent in retiaculo ſuo peccatores.* neque ſuam paucitatem tres reſpexere captiui, quanquam a tam multis vexati, ſed probe nouerant vel minimam pietatis ſcintillam ad omnem impietatem exurendam ac delendam ſufficere. Quapropter licet tres tantum eſſent, ſeſe mutuo corroborabant ac firmabant. Sciebant enim *anguſtã & arctam eſſe viam, quæ ducit ad vitã*, & paucos eſſe, qui inueniunt eam. recordabātur Abrahæ patriarchæ, qui cum ſolus in toto terrarum orbe Dei cultor eſſet, impiorum turbam ſequutus non eſt; ſed ſibi ipſi lex pietatis ac iuſtitiæ præmium fuit: vnde meritò ex ipſo tanquam ex optimæ quadam radice pietatis fructus pullurarunt. Ex ipſo namque patriarchæ, legiſlator, & prophetæ, omneſque theologi prognati ſunt, præcipue verò ex ipſo ſalutaris ille immortaliſque flos iuſtitiæ, Saluatoris noſtri humanitas, ex ipſo etiam ortu tres iſti pueri nobilitatem nõ abnegarunt: recordabantur & Lot, qui apud Sodomitas habitabat, ſed moribus ab eis longe diſſidebat: obuerſabatur eorum animis Ioſeph, qui ſolus in Ægypto continentiam amplectebatur, ac pietatis exemplar erat. Quapropter hi quoque tot millibus circumſeſſi cum multos cernerent, cogitabant latam eſſe atque ſpatioſam viam, quæ ducit ad perditionem, & multos eſſe qui inueniunt eam. Cum autem rurſus in ſeipſos conuerterent oculos, & in fornacem, ſapientiæ recordabantur ſic vſpiam dicentis, Sicut probatur aurum in fornace, ſic corda ſeligit Deus. Idcirco neque bellicum ſonans carmen eos tuba terruit, neque demulcens aures lyra pietatis robur infregit, neque adeo reliqua omnis muſicæ ſymphonia præclarum & conninnum pietatis concentum diſſoluit, ſed præclaræ ſymphoniæ præclaram confeſſionem oppoſuerunt. At malignus & impius ille tyrannus, vt Ananiæ ſocios renunciatum eſt iniquitatis mandato non parere, vrgente diaboli faſtu mentem eius, ipſumque prope dixerim vultum nequitiæ principis induens, accerſitis illis ait, *Verene Sidrach, Miſach & Abdenago Deos meos non colitis, & imaginem auream, quam erexi, non adoratis?* Arbitrabatur ſimulationem quandam & laruam eſſe pietatem, ac ſciſcitatur, verè ne regijs mandatis reſiſtere audeant, qui pietatem profitentur. Porro ab ipſa experientia docendus erat Dei homines non tyranni tantum minas contemnere, ſed ipſum etiam vaporem ignis pietatis virtute ſuperare. *Nunc igitur cum audieritis ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterij, ac ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum cadentes adorate ſtatuam auream, quam erexi.* Præclare dæmonum adorationem deſcripſit, Cadentes adorate; fieri nequit, vt qui dæmones adorant, in interitum non cadant, & excidant à veritate. Quod ſi non adoraueritis, inquit, eadem hora, mittemini in fornacem ignis ardentem. Plane ſi fornax eſt, ignem etiam eſſe liquet: quod ſi ignis ſit, liquet etiam ardentem eſſe: verùm amplificat & exaggerat minas, vt propoſitum pietatis inflectat. Eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentem. Ac tolerabilis quidã huc vſque foret arrogantia, ſed vide, quid poſthæc ſubijciat; *Et quis eſt Deus, qui eripiet vos de manibus meis?* Alter Pharao eſt iſte; nam & ille ad Moyſem ait, *Quis eſt Deus, quem audiam? Non noui*, inquit impius, *Dominum, & populum non dimittam*. O ingentem hominum arrogantiam! ô magnam Dei longanimitatem! Vociferatur homo, & ſuſtinet Deus; loquitur lutum, & patienter fert figulus: verba facit lingua carnea, & miſeretur incorporeorum Dominus angelorum, *Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.* Oportunum iam fuerit hoc loco recordari dicentis, *Quid ſuperbit terra & cinis?* Vis longanimitatem mirari? illatam tibi contumeliam cogita: quomodo intolerabilis tibi ſoleat vi-

Marginal notes: Pſal. 111. 7. — Nabuchodonoſoris arrogantia. — Pſal. 123. — Triũ puerorũ virtus & cõſtantia. — Mat. 7. 13 — Ibidem. — Exod. 5. 2 — Pſal. 103. — Eccl. 10.

Digitized by Google

A ſcat videri. Sæpenumero quis à famulo contumelia afficitur, & continuo ſe hominem liberũ affectum eſſe contumelia obijciens pœnas facinoris repetit perpetrari, atque ineuitabili mortis ſupplicio contumeliæ auctorẽ punit. Affectus eſt rurſus cõtumelia quiſpiam à vilis ac priuatæ conditionis homine, cum ipſe vnus ex eorum ſit numero, qui in reipublicæ adminiſtratione verſantur? tũ repente cõtumelia irritatus ad vindictam præceps fertur, neque communem naturam, aut parẽ omniũ cõditionem ſpectat, ſed eam, qua pręditus eſt, reſpicit dignitatẽ, qua ſublata vnam & eandem eſſe generis cõditionem videre poſſumus; quoniã omnes ex terra formati ſumus, & in terram diſſoluemur, vna vero eſt ad vitam via, & egreſſus æqualis. Ex luto, inquit; cõpactus es, vt & ego: verumtamen lutum quidem tantam ab ijs, qui æquali conditione ſunt, exigit prærogatiuam honoris: Deus autẽ, qui omnibus antecellit, & natura, & lege, quiq; tanto ſuperior eſt, quanto creaturis creatorem ſublimiorem cenſeri par eſt, blaſphemijs offenſus ac deſpectus ab ingratis nõ excandeſcit ille quidem; quippe in quẽ per- B turbatio non cadat; Sed paulo poſt tamen eos, qui in inſipientia perſeuerant, caſtigat; propterea quod diſceptator veritatis eſt & inexorabilis iudex. ne confeſtim omnes qui peccant deleantur, ſuppliciũ differt, & patientiam offert, vt alliciat ad pœnitentiã: ſed ad propoſitum redeamus. Auſus eſt dicere carne circũdatus homo, Quis eſt Deus, qui eripiet vos de manibus meis? at beatiſſimi pueri his auditis ob blaſphemiã non exarſerunt: familiares quippe erant & ipſi longanimitatis diuinæ: ſed aduerſus verba perfidiæ vſurpata fidei voce tyranno reſpõderunt, iniquitatem lege diſſoluerunt, & iuſtitiæ libertate iniuſtitiæ minas ſuperarunt. *Notum ſit tibi Rex*, inquiunt, *quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus.* Deſine ab hac inſipientia ô homo: pudeat te ignominioſæ adora- C tionis imaginis illius. Si enim tu imaginem erexiſti, quomodo ea, quæ feciſti, adoras? quinam aliorum opifices eſſe debent, hominesne Dei, an hominum Deus? Si enim vere Dij ſunt, illis opificis ac creationis dignitas conuenit: ſed, vt ſæpenumero diximus, antea, niſi artem homines adinueniſſent, Deos Gentiles non habuiſſent; immò verò illud etiam attendamus: ſi quis idolis ſenſus ineſſet, ipſa homines, qui ea fabricati ſunt, adorare conueniret. Hoc enim leges naturæ iubent, vt opificem ſuum opus adoret, non vt artifex rem à ſe confectam veneretur. Idcirco nos alumni pietatis, diuinæ legi obſequentes Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus: ſed eſt Deus in cælo, qui eripiet nos de manibus tuis. Deinde ne Deum tentare viderentur, aut quod liberatum iri ſperarent, audacter ignem ſubire, D continuo adiungunt, Et ſi non, hoc eſt, etſi non liberauerit, ſed corpora noſtra permiſerit igne comburi, ne hoc quidem pacto à pietate diſcedemus: non enim mercede conducti Deum colimus, ſed æquitatis ſtudio veritatem confitemur. Vt autem hanc fidei profeſſionem audiuit, inflãmatur acrius tyrannus, & fornacem ſeptuplo ſuccendi iubet. oportebat enim probatiſſimum argentum purgari

Pſal. 11. 7. ſeptuplum: *Eloquia* namque *Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terra, & purgatum ſeptuplum*: idcirco ſeptuplo ſuccenſa eſt fornax, vt ſeptuplo ſancti purgarentur. Cæterum argentum appellatos eſſe Dei homines vt intelligas, Sapientiæ

Pro. 10. 20. recordare dicentis, *Argentum igne examinatum lingua*

Hie. 6. 30. *iuſti*, & Hieremiam dicentem audi de ijs, qui à pietate reprobati ſunt, *Argentum reproborum vocat eos, quia reprobauit eos Deus.* Quod ſi imperfecti argentum ſunt reprobum, haud dubium quin perfecti argentum ſint probatiſſimum: quantum enim fornax ſuccendebatur, tantum martyrij deſiderium exardeſcebat. Ingreſſi enim tres hi pueri cum fide flam-

A mam calcabant, ac tenuem roſcidumque aërem in medijs ipſis vaporibus ignis reſpirabant. etenim is, qui cuncta condit, & immutat, calorem ignis retundebat, eiuſque vim vrendi frangebat, vt veram illam eſſe pſalmi vocem miraculum declaret, *Vox* *Pſal.* 28. 7.

Domini intercidentis flammam ignis. Atque ignis quidem intus ſopitus erat & quietus, ſancti vero pueri cho- *Eſai.* 43. 2.

reas agebant, illam propemodum promiſſionem adepti, quam per Eſaiam Prophetam omni animæ pietate fideque plenæ promittit: *Et ſi tranſieris per* *Pro.* 4. 23.

ignem, tecum ſum, & flamma non exuret te. Ac videre erat ad effectum perductam promiſſionem: non enim ſanctorum membra tangebat ignis, non oculos qui ad pietatem recta videbant, incendebat, quiq; ex eorum quæ cernebant ornatu mundi opificem agnoſcebant: non aures diuina lege complexas violauit: non ad eos acceſſit, neque labra contigit, quod eorum linguas hymnos concinẽtes hymnoſq; componentes reuereretur. Singula membra ſanctorum ſuo præſidio munita erant: manus inter orandum extenſione & eleemoſynarum diſtribu- B tione, pectora inſidente illis pietatis virtute, venter, & ea quæ ſub ventre ſunt membra exercitatione continentiæ, pedes curſu virtutis. Et quid ſingulis commorandis opus eſt immorari? ne capillos quidem auſus eſt ignis contingere, quod illi pietate amplius eſſent obtecti: veſtibus demum ob ſanctorum honeſtatem pepercit. Itaq; poſt hæc igni iubet Deus, vt Chaldæos inuadat, & ne magicas prębigias arbitrantes efficacitatem ignis debilitaſſe martyrum gloriam obſcurarent, & veritatis miraculum calumniando traducerent, idcirco illi quidem intus quieſcebant, ignis autem foris Chaldæos abſumebat, vt cernentibus certo perſuaderet ſe in ſanctis non ſuam ignoraſſe naturam, ſed religionẽ eſſe veneratum, quemadmodum in lacu Danielem leones. Sic angelicã inde choream inſtituerunt, Deũque beatiſſimi pueri collaudarunt, & omnem crea- C turam tum eam quæ ſupra mundum ſita eſt, tum eam quæ oculis cernitur, ad vnius hymni chorique conſortium inuitarunt. Sed ne illud quidem indiſcuſſum prætermitti par eſt, qua de cauſa non vniuerſam ſimul creaturam expreſſerint, ſed per partes res creaturas indicarint. Sufficiebat ſane, quan- *Hymni trium puerorum expoſitio*

tum ad rei veritatem attinet, dixiſſe: *Benedicite omnia opera Domini Domino*, ſed quoniam in regione impiorum magnum hoc pietatis theatrum erat congregatum, edoceri Babylonios oportebat, quænam creaturæ ſint, & quis vniuerſorum creator. Atque ab angelis quidem incipiunt, in homines autem deſinunt. Æſtimati ſunt Dij angeli, & fabulis proditum eſt apud Græcos, hos quos adoramus, inquiunt, Deos angelos eſſe magni Dei. Vt enim docerentur inſipientes non inter eos, qui adorantur, ſed inter eos, qui adorant, angelos eſſe numeran- D dos, propterea clamant, *Benedicite angeli Domini Domino.* Adoratus eſt Sol, & Luna, & omnis turba ſtellarum, propterea illas quoque ad hymnorum adorationem aſſumunt. *Benedicite*, inquit, *Sol & Luna, benedicite ſtellæ cæli Domino. Deinde poſt hæc, omnis imber, & ros Domino.* Quid ergo ſibi velit illud, omnis imber & ros, & omnes ſpiritus, & operæpretium fuerit expendiſſe. Sæpenumero accidunt ſiccitates, ac ventorum impetus intempeſtiui: ſolent autem auctores mendacij, & qui vanitate delectantur, materiæ cuipiam, & confuſionis vitio cuncta aſcribere, neſcientes nihil abſque certa cauſa, vel temere fieri, ſed hæc omnia Deum moderari, tum vt homines erudiantur, tum vt impietatem euitent. Nam creaturarum quidem aptus ordo creatorem ſolet prædicare, confuſio vero adorationem creaturarum ſecum trahit. Si enim imber aut ſpiritus diuinum quid ac veneratione dignum eſſent, inordinata nõ eſſent: numen quippe ordinis perturbationem nõ admittit, propterea dicunt, *Omnis imber & ros, & omnis ſpiritus Domino.* Adorati ſunt etiam imbres, &

venti,

Digitized by Google

venti, illi quidem vt alumni, hi vero vt terræ fructuum cultores: adorata eſt & terra ipſiuſque fructus diuerſis dæmonibus ſunt attributi: ac vitem quidem Bacchi donum, oleam autem Mineruæ, & alios fructus alterius eſſe dicebant. Et hoc ipſum idem ſermo veritatis confirmans ait, *Benedicite omnia germinantia in terra Domino.* Ipſe enim omnium quæ producta ſunt, quæque germinant, creator eſt & Dominus. deinde poſt iſtud, montes & colles. Num igitur extra terram ſunt montes & colles? Minime verò; ſed quoniam in montibus collibuſque dæmonum abominationes perpetrabantur, ibique ſimulacra colebantur, propterea dicit, *Benedicite montes & colles Domino.* Verumtamen facta collium mentione fontium quoque ac fluuiorum & maris meminit: nam & ipſi Deorũ in numerum ſunt relati, & Nymphas appellarunt, hoc eſt fontes, Neptunum mare, Sirenas quaſdam & Nereidas. Fluuios autem adoratos eſſe res Ægyptiorum in hunc vſque diem teſtantur: aſcenſui Nili ſacrificabant, non quod Deum ipſum propter rem creatam laudarent, ſed quod aquam ipſam tamquam Deum venerarentur: idcirco & fluuios & fontes & mare, ad canendum inuitant. Deinde poſt illa volucres cæli, & feras, & iumenta; nam ne hæc quidem extra numerum fuerunt eorum, quæ in Deos relata ſunt. Siquidem aquila colebatur & accipiter; & feras, ac iumenti Ægyptij Deorum etiam appellatione decorarunt: tantumque inualuit error ac ſuperſtitio, vt ab animalibus etiam, quæ colebantur, ciuitatibus nomen imponerent: & nominatur apud ipſos Cynon, Probaton, Lycon, & Leonton. Verum poſt hæc omnia profertur in medium deinceps genus humanum, *Benedicite*, inquit, *filij hominum Domino*, poſtremo loco ponitur humanum genus non dignitatis ordine, ſed orationis. *Benedicite Iſrael Domino*, quod erat hominum genus peculiare, qui in terris verſabantur, hoc igitur profert in medium, tumque multas in hac natione ſubijcit hominum varietates. Et Domini ſacerdotes profert ad eorum, qui falſo Dij appellantur, arguendos ſacerdotes; deinde ait, ſerui Domini: tum ne illi qui ante deceſſerant, ab hoc alieni eſſe choro viderentur, cum viuis eos enumerant apud Deum, dum inquiunt, (1. Petr. 5) *Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Domino*: deinde *ſancti & humiles corde Domino*. Quid ita ſanctorum & humilium meminit? *vt ſuperbis reſiſtere Deum* oſtendat, *humilibus autem gratiam dare*, atque arrogantes extra fornacem excuſſiſſe, ſanctos & humiles ignis in medio conſeruaſſe. quaptopter cum ſanctis ignis exultauit: nam ipſe quoque cum omnibus creatorem iuſſus eſt collaudare, *Benedicite ignis, & æſtus Domino*: vt doceantur Babylonij Magi, apud quos colitur ignis, non eum ex numero eorum eſſe, quæ adorantur, ſed quæ adorant. Verum enimuero ad extremum gradu facto finem dicendi faciamus, *Benedicite*, inquit, *Anania, Azaria, Miſael Domino.* quid igitur prodeſt, quod tot ordinibus enumeratis in poſtremum ipſi nomine proprio ſint relati? num enim inter filios erant, qui benedicerent, num inter Domini ſeruos numerati erant, cum dicerent: *Benedicite ſerui Domini Domino?* vel cum ſancti & humiles corde, nónne inter ſanctos recenſiti? quid ergo ſibi vult illud additamenti, Benedicite Anania, Azaria, Miſaël Domino? At enim quia ſupra naturam erat res illa, quia naturam humanam excedebat; ſiquidem in corpore fornacem ingreſſi calcauerant; ne quis eorum qui ſeducti erant, propter miraculi nouitatem appellare Deos ipſos auderet, & adorare multo iuſtius, vtpore à quibus ſuperatus ignis fuiſſet? vt ne quid tale ſpectatoribus eueniret, idcirco ſuam indicant ſeruitutem, ſeque adorare confitentur dicentes: Benedicite Anania, Azaria, Miſaël Domino. Fertur etiam Danielem propterea minime ſciuiſſe Deum ad hoc martyrium aſſumi. Nam quia ſomnium Regi expoſuerat, & ab ipſo Rege diuinis honoribus affectus erat, ac Baltaſar Dei nomine appellatus, qui apud Perſas colebatur, ne propter impoſitum illi Baltaſaris nomen repreſſa vis ignis cenſeretur, prouidit Deus, vt ne Daniel in medium produceretur, vt ſyncerum eſſet miraculum pietatis. Atque hæc quidem hactenus; nobis autem contingat precibus ac patrocinijs eorum, qui martyrium ſunt paſſi, vt eodem zelo ſuccenſi ijſdem laudibus affici mereamur, idemque regnum conſequamur, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. AMEN.

DE NEGATIONE PETRI, & de Cruce, & quo pacto Ioſeph fuerit figura Chriſti.

SERMO.

INTERPRETE FRONTONE DVCÆO
Societatis Ieſu Theologo.

NEceſſarium eſt hoc tempore, vt & Ioſeph debitum perſoluamus, & crucis gloriam demonſtremus. (Math. 28 10.) Hodie & Ioſeph coronatur, & crux plantatur: hodie & Petrus negat, & latro lætatur: hodie & lex adimpletur, & prænuntiatus à prophetis Chriſtus collaudatur, ac propriè dictum illud impletur, quod de dominica morte inquit; In laqueo ſuo comprehenſus eſt peccator. Et quiſnam eſt iſte peccator? peccati inuentor diabolus. & quiſnam laqueus ab ipſo paratus? crux & nihil aliud: ipſe ſiquidem Iudæos ad fabricandum crucem incitauit; ratus ſe dolis capturum eum, qui dolis capi non poteſt, & morte circumuenturum eum, qui inter mortuos eſt liber: non intelligens alienus ille crucem ſtimulum peccati obtundere, ac fore, vt ea caput eius inſolentiæ confringat, os eius blaſphemiæ obturet, pennas incurſionis eius euellat, ac deſertum & egenum deſertis oſtendat. Hodie quoque prophetæ Dauidis impletur oraculum, *Teſtimonium in Ioſeph*, hoc eſt, Dominus in Ioſeph multo antè depingebatur ac præfigurabatur, (Ioſeph fuit Chriſti figura Geneſ. 37 & ſeq.) in ijs, quæ in nouiſſimis diebus erant euentura: multa namque ſimilia in Ioſeph & in Domino reperiuntur. exempli cauſa; Ioſeph à proprijs conſanguineis ſuis appetebatur inſidijs. Ioſeph tunica varia eſt exutus; quam habuit Dominus deſuper contextam militis diſtribuerunt; (Io. 19. 24.) *Partiti ſunt* enim, inquit, *veſtimenta mea ſibi, & in veſtem meã miſerunt ſortem.* Ioſeph apud patrem accuſatus eſt; pari ratione Dominum quoque apud patrem calumniati ſunt. Iudæi quidem dum fabri filium ipſum dixerunt: rurſus autem paraſiti Iudæorum hæretici, dum alterius eum eſſe ſubſtantiæ ſuis adſtruunt documentis. Ioſeph Iſmaelitis eſt venditus; Dominus à Iuda Phariſæis. Ioſeph in vacuam ciſternam iniectus, aſcendit illæſus; Dominus in monumento nouo ſepultus tertio die reſurrexit. Sed quid pluribus opus eſt? Ioſeph Ægyptiam infamauit; Dominus Synagogam publicauit. Ioſeph à fratribus agnitus eſt; Dominus poſt reſurrectionem diſcipulis eſt manifeſtatus. Ioſeph in carcere cum duobus Eunuchis incluſus, illis ſomnia declarauit: vnus quidem ex ipſis à volucribus deuoratus eſt, alter vero in patriam ſuam reſtituitur Dominus cum duobus latronibus crucifixus incredulum

quidem

A quidem in eſcam gehennæ tranſmiſit. fidelem au-
tem paradiſi principem ciuem conſtituit. Dominus
autem patri quadrijugem Euangeliſtarum currum
exhibuit. Ioſeph à beſtijs deuoratus nuntiatus eſt,
& tamquam Rex præconis voce renuntiatus; Do-
minus tamquam homo crucifixus eſt, & tamquam
Deus glorificatus. Audi vero aliam etiam pro-
phetiam ad crucem pertinentem, Aſcendens in
altum, captiuam duxit captiuitatem, & dedit do-
na hominibus. Quodnam illud eſt altum? quis il-
le aſcendens? quænam captiuitas? quænam ſunt
dona hominibus? altum eſt crux precioſa, propter
Ephe. 4. 9 incomprehenſibile myſterium, aſcendens, *Chri-
ſtus dominus, qui enim deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit.*
quid porro eſt, *Captiuam duxit captiuitatem*; hoc eſt,
eos, qui antea detinebantur à peccato, veniens
Dominus per gratiam reformauit. dans dona ho-
minibus, quænam dona? peccatorum remiſſio-
Chriſti paſſio, nem, adoptionis munus, regni hæreditatem, im-
mortalitatis ſpecimen, & pignus ad dexteram ſeſ-
B ſionis. Quis vero teſtis huic rei? Dominus ipſe,
Ioã. 12. 32 qui dixit, *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum*,
hoc eſt, cum fuero crucifixus, tunc in me omnes
credent. Audiuiſti paulo ante ad eandem crucem
ſpectans teſtimonium euidentius Eſaiæ prophetæ
Eſai. 53. 7 clamantis, ac dicentis, *Sicut ouis ad occiſionem du-
ctus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce.* Quæ
tandem eſt ouis? quis agnus? quæ occiſio? quæ
tonſura? quinam ſunt mactatores & tonſores? ouis
& agnus Chriſtus eſt: dominus per figuram ouis
propter baptiſmatis vellus, agnus propter ſacrifici-
cium in carne, occiſio illa eſt lateris, qua latus ſana-
tur. quinam ſunt mactatores & tonſores? Saddu-
cæi atque Phariſæi. primum enim blaſphemia male
totonderunt, ac deinde inuidia occiderunt. vt
enim in noſtra hac vita qui tondetur, homo, & nul-
lo dolore afficitur, & forma ſpecioſus apparet: ita
C quando vulnus Chriſtus accipiens quaſi tõſuram
ſuſtinuit, nec dolorem vllum perpeſſus eſt, & re-
ſurrectionis pulchritudinem indicauit. De illo ſcri-
Pſal. 44. 3 ptum eſt, *Specioſus forma præ filijs hominum.* Eſaiæ quo-
que verbis conſona proloquutus eſt Hieremias, di-
cens, *Ego quaſi agnus innocens veni*, vt immolarer. ap-
poſitè agnus appellatus eſt, vt qui in paſſione non
contenderit, vt qui in occiſione non calcitrarit.
Verumenimuero licet Iudæi occiderint, nos tamen
opſonati ſumus: atque illorum quidem crimen eſt,
noſtrum autem rectè factum: illorum alapa, no-
ſtra libertas: illorum pœna, & benedictio no-
ſtra. Lux aduenit, Chriſtus celebratur. Hodie im-
pletur & propheticum Dauidis oraculum, quod
Pſ. 68. 22. ad hoc crucis myſterium pertinet maximè: *Dede-
runt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me ace-
to.* Memoria itaque tene dilectiſſime, quo pacto
Dominus in cruce ſuſpenſus clamarit dicens,
D Ioã. 16. 28 *Sitio, & continuo currens vnus, ac ſpongiam implens ace-
to & felle obtulit Domino.* Sed qua tandem de cau-
ſa Dominus ſiti vexabatur, qui effecit, vt prædu-
ra petra in ſtagnum abiret? quia nimirum, quod
ſcriptum erat, oportebat impleri; Dederunt in
eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me ac-
Pſ. 68. 22 ceto. Talia ſunt Iudaicæ vineæ torcularia. *Etenim
Deut. 32. 32. ex vinea Sodomorum vinea eorum: & palmes eorum ex
Gomorrha.* Illorum ſiquidem torcularia acetum &
amaritudo; noſtra autem vindemia dulcedo & im-
mortalitas. Propterea & cohortans dicebat pro-
Pſal. 33. 9. pheta: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.*
Quid igitur reſtat quærendum? Dominus autem ad-
uocans diſcipulos ſuos dixit illis in faciem: In iſta
Ma. 26. 31 nocte ſcandalum patiemini in me. *Scriptum eſt
enim, Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.*
Vides vt omnia ſint teſtata? vt omnia rata? vt
nihil otioſum? vt nihil irritum? Omnes ſcanda-
lum patiemini in me. Scriptum eſt enim, Percu-
tiam paſtorem & diſpergentur oues gregis. O
exactam Spiritus ſancti diligentiam! licet enim

A hoc pronuntiarit propheta, Spiritus tamen rem
ſuggeſſit: non dixit, Percutiam paſtorem, & peri-
bunt oues, ſed dixit, & diſpergentur, hoc eſt, ad exi-
guum tempus ſcandalum patientur: paulo poſt au-
tem fidem retinebunt, paſtorem Dominum appel-
lantes. quandoquidem ipſe eſt paſtor bonus qui
oues nonaginta nouem dimiſit, & ad eam venit, quæ Mat. 18. 12
errauerat, hoc eſt qui cæleleſtes virtutes dimiſit, &
ad Adam, qui errauerat, venit. oues porro nuncu-
pati ſunt Apoſtoli, vt qui crucis pedo obtempe-
rent, ac dominico corpore paſcantur, & in campis
regni cælorum ſtabulentur. Quemadmodum enim
hoc tempore ſi venerit lupus in ouile, atque ouem
rapuerit, reliquæ oues diſperguntur, ſe proripiunt,
& aufugiunt: quod ſi tantum ſibilantem paſtorem
audierint, rurſus accurrunt, & ſimul congregantur:
ſic & diſcipuli Domini, cùm tamquam lupum cru-
cem aſpexiſſent, aufugerunt, celeriter abſceſſerunt;
vbi vero Dominum in reſurrectionis tempore tan-
tum audierunt, ſtatim accurrerunt, cumque agno-
B uerunt, nec à cæleſti caula ſegregati fuerunt. Hæc
igitur Domino diſcipulis ſuis dicente, *Omnes ſcanda-* Petri negatio.
lum patiemini nocte iſta in me, Petrus alium in ſen-
ſum accipiens, cum ſeipſum commendare vellet,
ac reliquis diſcipulis domini ſtudioſior & aman-
tior inueniri, vel potius, vt dicam quod res eſt,
negationem ſuam diuulgare, ſic Dominum allo-
quutus eſt: Quid ais domine? Omnes ſcandalum
propter te patiemur? & cum omnibus me quo-
que annumeraſti? ſiccine meæ conſtantiæ confidis?
etiámne ego te negabo, qui in mari inambulaui?
qui in monte transfiguratione dignus ſum habitus?
qui dæmonum gregem fugaui, qui morbum om-
nem ſanaui? nónne ego te omnium primus agno-
ui & exclamaui, *Tu es Chriſtus filius Dei viui?* Quamob- Matth 16
rem, & meo teſtimonio commendato beatum me
prædicaſti, ac petram Eccleſiæ nuncupaſti, dicens,
C Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Ec-
cleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt ad-
uerſus eam? ego ne igitur te negabo princeps Apo-
ſtolorum, columna Eccleſiæ? quamobrem & mihi
ipſi præſidens vociferor: Etſi omnes ſcandalizati
fuerint, ego non ſcandalizabor. Tum ad illum Chri-
ſtus: Quid dicis, & contra dicis Petre? verbis Deo
reſiſtis? mendacémne me deprehendiſti? non obſe-
cras, vt confirmeris; ſed promittis fore, vt non
concutiaris? nonne hic ipſe feruor tuus multo te
deteriorem effecit? tuam iſtam temeritatem in ma-
ri etiam incedens oſtẽdiſſes, niſi ego manum citius
extendiſſem. Nonne in monte quoque transfigura-
tionis in me peccaſti, cum tria velles tabernacula
fabricari, & in eodem ordine cum amicis me Domi-
num collocares? nonne vt Hieroſolymam non aſ-
cenderem orabas, quod Iudæorum minas non fer-
res? Equidem publicare te volebam Petre, at tu
D præſcium diuinitatis meæ oculum reiecciſtis? Ecce
quæ perpetraturus es tibi dico, vt qui ſis, ex rebus
tuis cognoſcas. Amen amen dico tibi, antequã gal-
lus cantet, ter me negabis. Petrus autem rurſus mẽ-
te deceptus, & humanæ conditionis mutabilitatem
ignorans Domino in hæc verba reſpondit: Quid me
terres? ſcio mortem contemnere, neque te abne-
gabo. Dominus autem ad Petrum: Recte tu quidem
apud te decreuiſti: verum haud multo poſt cognoſ-
ces. tempus enim eſt in ianuis; vt manifeſtetur, &
tuum propoſitum & mea prænotio. Sed quis tan-
dem finis ſermonis: imminet quippe iam veſpe-
ra. Comprehenſo namque Domino, atque in a-
trium principis ſacerdotum deducto, omnibuſque
diſperſis diſcipulis, ſolus Petrus ſequebatur in at-
rium principis ſacerdotum, vt ea nimirum exequu-
turus, quæ decreta erant: Cùm autem Chriſtus in-
territus vinctus teneretur, Petrus in exteriori atrio
fidenter ſedebat immotus, vt qui iam nempe victo-
riam retuliſſet. Itaque cum aliquandiu conſediſſet
ille, neque gladium videret exacui, neque propo-

ſitas

A ſitas cotes, non proſcriptionem denuntiatam, non
exilium irrogatum: ſed exigua ancilla pretio empta
vilis, accedens Petro inquit. Quid hic agis ô homo?
vbi eſt virtus magiſtri tui? ecce concluſus eſt intus:
ecce crucis ſupplicio mox addicetur. tum Petrus
cum omnem confidentiam ac dicendi libertatem
ex memoria eieciſſet, reſpõdens ait, Quid mihi ob-
ſtrepis puella? non noui hominem. ô rem mirabilẽ!
qui dicebat, Etiamſi oportuerit me mori tecum, nõ
te negabo, iam negat. Poſtquam igitur accidit hæc
prima negatio, perturbatus Petrus, ab atrio tanquã
ab igne proſilijt extra veſtibulum currens. Quid
deinde rurſus? altera ancilla occurrit illi. ô res mi-
rabiles! nuſquam miles, nuſquam gladius, ſed vilis
puella Petro occurrit. Illum aggreſſa eſt, ſic dicens.
Quid tu mutaris ô homo? quò properas? quid
æſtuas? nónne te ſemper cum Galilæo incedentem
videbã? quomodo igitur egreſſus veſtibulo curris?
Petrus autem non iam ſimpliciter reſpondit, ſed cũ
iuramento inquit, non noui hunc hominem. Vidi-
ſti Dei prædictionem, & hominis lapſum? deinde
B ſecunda negatione completa, tertia demum nega-
tione obſidetur. poſt puſillum cùm acceſſiſſent,
qui adſtabant, Petro dicebant. Vere & tu ex illis
es: nam & loquela tua manifeſtum te facit. *Petrus au-
tem cæpit anathematizare, & iurare, quia non noui hominẽ.*
Vbi prouidum Petri promiſſum? qui antea dixiſti,
Tu es Chriſtus filius Dei viui, hic dicis, Non noui
hominem iſtum? fortaſſe Petrus imprudens, dum
hanc vocem protulit, euigilauit, nec abſurde lo-
quutus eſt: non dixit, Non noui Deum Verbum,
ſed dixit, Non noui hominem iſtum. offendit in eo
quod cernebatur, non in eo, quod intelligebatur.
Math. 12. quapropter & præuidens Dominus dicebat, *Qui-
cumque dixerit blaſphemiam in filium hominis, remittetur ei.*
Quid ergo Petrus? Non noui hominem iſtum, &
continuo gallus cantauit ille inuictus Petri accu-
C ſator, præuius ſententiæ dominicæ præco, ac pa-
tronus, negationis proclamator, prænotionis in-
dex, ac pœnitentiæ lacrymarum admonitor. At-
que hæc quidem hactenus dicta ſufficiant. iam ve-
Morale de eleemoſyna. ro de eleemoſyna ſermonem inſtituamus, vt ve-
ſtram cohortemur caritatem, quod in Euangelio
Lu. 16. 9 dictum eſt vſurpantes: *Facite vobis amicos de mam-
mona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æter-
Eleemoſynæ laus na tabernacula.* rectè dixit æterna: nam hic quidem
etſi ſplendidam domum poſſideas, omnino tempo-
ris interuallo corrupta perit: imò verò antequam
etiam temporis ſucceſſu corrumpatur, mors in-
gruens ex his ſplendidis ædibus te exturbat. ſæ-
pe vero & ante mortem rerum quarumpiam diffi-
cultates, & calumniatorum incurſiones, atque inſi-
diæ efficient, vt illis excidas: at illic nihil horum re-
formidare licet: non corruptionem, non mortem,
non lapſum, non calumniatorum inſultum, non
D aliud quidquam, ſed immobile eſt, & immortale
domicilium, propterea æterna illa nuncupauit. De
mammona iniquitatis. Vides quanta ſit humanitas
Domini? quanta benignitas, & clementia? nõ enim
temere hoc additamentum adiunctum eſt: ſed quo-
niam multorum diuitum opes ex rapina & iniuſto
quæſtu, collectæ ſunt; malis artibus, inquit, non
oportebat ita pecunias colligere: ſed quando iam
collegiſti, deſiſte à rapina & iniuſto quæſtu, atq; in
id, quod æquum eſt, pecunijs vtere. Non dico vt
rapiens, miſericorditer largiaris: ſed vt abſtinens
ab iniuſto quæſtu & rapina ad eleemoſynam & be-
nignitatem diuitijs vtaris. Si enim quis à rapina
non ceſſet, nec eleemoſynam largitur. quin licet
innumeras pecunias in pauperum manus proij-
ciat, dum res alienas rapit, & malis artibus ditatur,
eodem, quo homicidæ, apud Deum numero lo-
Eleemoſyna ex rapinis Deo non placet. coque ducetur. Quamobrem vt ab iniuſtis quæſti-
bus & rapinis prius abſtineamus oportet: atque
ita deinde in egenos eleemoſynam erogemus:
magna quippe virtus eſt eleemoſynæ. Verum-

A enimuero nemo aſſiduitatem admonitionis noſtræ
accuſationem auditorum interpretetur: nam & in
certaminibus eos curſores excitant ſpectatores,
quos ad præmium viderint proximè accedere, ma-
gnaque victoriam ſpe præcipere. Sic ego quoque
cùm magna vos cum animi alacritate habitos de
eleemoſyna ſermones excipere videam, idcirco &
ipſe frequentius nihilominus hiſce de rebus inſti-
tuo cohortationem. Medici ſunt animarum noſtra-
rum pauperes, benefactores ac patroni. non enim
tantum das, quantum accipis: das pecuniam, & acci-
pis regnum cælorum: paupertatem diſcutis, & do-
minum reconcilias tibi ipſi. Vides diſparem eſſe re-
munerationem: hæc in terris ſunt, illa in cælis: hæc
pereunt, illa permanent: hæc intereunt, illa omni
ſunt interitu ſuperiora. Propterea quoq; pauperes
maiores noſtri pro templorum foribus ſtatuerunt,
vt vel ſtupidiſſimum quemuis & immaniſſimum hic
pauperum aſpectus ad memoriam excitet eleemo-
ſynæ. Cùm enim ſteterit turba ſenum incuruorum,
pannis amictorum, ſqualentium, ſordidatorum, ſci-
B piones tenentium, quique vix poſſint conſiſtere, ſæ-
pe vero effoſſis etiam oculis & corpore ipſo muti-
lorum, quis ille ſaxeus, quis ille adamas, qui cum il-
lum ætas, infirmitas, mutilatio, paupertas, vtilitas,
omnia denique ad commiſerationem inflectant, re-
ſiſtat, ac nihil omnibus iſtis commotus rigiduſque
permaneat? Idcirco pro ſororibus noſtris ſtant, &
ipſo aſpectu vehementius, quam vlla oratione fieri
poſſet, ad humanitatem introeuntes impellunt.
Nam quemadmodum in more poſitum eſt, vt in
atrijs templorum ſint fontes: vt qui preces ad
Deum fuſuri ſunt, vbi prius manus abluerint, ſic
deinde ad preces illas extendant: ita & pauperes
fontium ac puteorum loco pro foribus patres ſta-
tuerunt: vt quemadmodum aqua manus ablui-
mus, ſic humanitate prius animas abſtergentes, de-
inde precemur. Non enim ita labes corporis abluit
C aquæ natura vt animæ ſordes eleemoſynæ virtus
abſtergit. Vt igitur illotis manibus ingreſſus non
audes preces fundere, licet minus illud ſit cri-
men: ſic nec abſque eleemoſyna tibi vnquam ad
orationem accedendum eſt, tametſi puras ſæpe-
numero manus habentes, niſi prius illas ablue-
rimus, ad orationem eas non attollimus: tantum
valet conſuetudo. hoc igitur & in eleemoſyna fa-
ciamus, tametſi nihil nobis conſcij ſimus eleemo-
ſynæ opera. Multa ex foro mala contraxiſti: ini-
micus irritauit: iudex agere quippiam eorum, quæ
non conueniebant, coëgit: verba tibi abſurda ſæ-
pius exciderunt: amicus vt aliquid patrares cum
peccato coniunctum ſuaſit: alia tibi multa adhæ-
ſerunt, qualia veriſimile eſt tibi, quum homo ſis,
dum in foro verſaris, adhærere: dum tribunalibus
aſſides: dum negotia vrbis conficis: pro his omni-
D bus veniam à Deo poſtulaturus ac defenſionem
oblaturus ingrederis: proijce itaque pecunias in
pauperum manus, & maculas illas abſterge: vt ita
cum fiducia eum inuoces, qui hæc tibi peccata po-
teſt dimittere. Quod ſi te ipſum aſſueſeceris nun-
quam ſacra hæc veſtibula ingredi abſque eleemo-
ſyna; nullo tempore nec prudens, nec imprudens
à bono opere iſto ceſſabis. ea enim eſt vis conſue-
tudinis. Et quemadmodum, quicquid tandem acci-
dat illotis manibus orare non potes, quando id ſe-
mel tibi in conſuetudinem vertit: ſic & in eleemo-
ſyna, ſi hanc tibi legem impoſueris, cum ſciens
prudenſque tum imprudens ſingulis eam diebus
à conſuetudine impulſus obſeruabis. Ignis eſt ora-
tio, præcipuè cùm à vigilanti attentâque anima
offertur: at enim oleo etiam indiget ignis iſte, vt
ad cæleſtes fornices ipſos perueniat: oleum au-
tem ignis huius nihil aliud eſt, quam eleemo-
ſyna, liberaliter igitur miſericordiam infunde,
vt lætitiam ex rectè facto percipiens maiori cum
fiducia & ardentiori animi ſtudio preces pera-

gas. Nam

Digitized by Google

gas. Nam quemadmodum qui nullius boni ſibi ſunt conſcij, ne preces quidem fundere cum fiducia poſſunt: ita qui præclarum aliquod facinus ediderint, & poſt iuſtitiam illam ad orationem ſe conuerterint, præclari facinoris recordatione exhilarati maiori animi ſtudio preces offerunt. Vt igitur hac ratione validior oratio noſtra reddatur, excitata & expergefacta in ſupplicationibus ex bonorũ operum recordatione mente noſtra, poſt eleemoſynam ad preces accedamus, & omnium eorum quæ dicta ſunt, diligenter recordemur. ac præ cæteris quidem omnibus ſimilitudinem illam perpetua memoria cuſtodite, qua pauperes dixi pro foribus templorum ſtantes eum nobis ad animæ cultum, quem fons ad corporis, vſum præbere. Si enim huius rei memores perpetuo fuerimus, aſſiduè mẽtem noſtram abluentes, cùm puras offerre preces poterimus; tum magnam apud Deum nobis fiduciam & gratiam conciliare, ac regnum cælorum adipiſci, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo Patri gloria, vna cum ſancto Spiritu, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

IN SERMONEM DE negatione Petri.

NOTÆ INTERPRETIS.

AD huius homiliæ parandam editionem vnico exemplari manuſcripto vſi ſumus ex bibliotheca regia Medicæa depromptoꝫ quo factum eſt, vt cum librariorum corrigendi eſſent errores, ad coniecturas fuerit confugiendum alterius libri ope deſtitutis. Ac licet figuras aut allogorias raro conſectetur Chryſoſtomus, neque ſoleat proſopopœias vſurpare, cuiuſmodi hoc in tractatu cernuntur, moralis tamen digreſſio, qua clauditur, planè ſtylum Chryſoſtomi redolet, & alijs eius de eleemoſyna ſententijs [illegible]. Locus hic paulo aliter in pſalmo 9. v. 16. 17. legitur: nam ex duobus verſiculis vnum conflaſſe videtur. ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ ποὺς αὐτῶν. &, ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός. *In laqueo iſto, quem abſconderunt comprehenſus eſt pes eorum. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.* Vtrumque Theodoretus etiam de paſſione Domini ac cruce in Commentario exponit, ſed Interpres in manuſcripto compẽdioſa ſcriptione deceptus πρὶν & πρὸ legit [illegible], vel quid tale, pro σωτήριον σταυρόν. ſic enim erat in mſ. codice Auguſtano, ἔθνη ὀνομάζει πλῆθος τῶν δαιμόνων τὸ εἶδος· οὗτοι γὰρ τὸν σωτήριον σταυρὸν κατασκευάσαντες δι᾽ αὐτοῦ τῆς τυραννίδος ἐξέπεσον, καὶ ἐν παγίδι ᾗ ἔκρυψαν συνελήφθη ὁ ποὺς αὐτῶν. *Gentes hoc loco dæmonum agmẽ appellat: hi enim cum ſalutarem crucem fabricati eſſent, per eam ſunt à tyrannide deturbati; & in laqueo quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.* Ita reſtituendus eſt hic locus & in catena Græcorum Venetijs excuſa.

Ioſeph à proprijs.] Deerat in manuſcripto altera pars comparationis ſeu antitheſis, à librario prætermiſſa, cui ſimilem reperies apud Auguſtinũ ſermone 81. de tempore: *Videntes Ioſeph fratres ſui de morte illius tractauerunt, ſicut videntes Iudæi Chriſtum vt eũ crucifigerent, ſtatuerunt.* Idem illic & quæſt. 49. in Iudices, perſequitur alias actiones conditiones Ioſeph, in quibus Chriſti figura fuit, & vt Ambroſius lib. de Ioſeph cap. 12. Hieronymus in pſal. 8. Origenes ho. 1. in Exod. & apud hunc ipſum Chryſoſtomum auctores homiliarũ, quæ ei tribuuntur, de Ioſeph à fratribus vendito, & in pſal. 93. Porro in hac ipſa pagina noſtra legendum forte δογματίζοντας, pro δογματίζουσιν, vbi Arrianos hæreticos inſectatur, & ſub finem paginæ, [illegible]

quanquam in Geneſi cap. 40. 13. legitur ἀποκαταστήσει σε ἐπὶ τὴν ἀρχιοινοχοΐαν σου. *& reſtituet te in tuum pincernarũ principatum.* Ambroſius, *ſuper officium tuum priſtinum*, & V. 21. καὶ ἀπεκατέστησεν εἰς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, *& reſtituit in principatum ſuum.*

Dominus autem.] Hic rurſus alterum membrũ comparationis omiſit librarius, quod honorem illum Ioſepho delatum exprimebat Gen. 41. 43. *Fecitq́ eum aſcendere currum.* Simile quid de quadriiugo Euangeliſtarum curru habes in homil. de Circo. Paulo poſt citatur Dauidis locus, vt eſt apud Apoſtolum Ephe. 4. nam in Edit. Lxx. legimus Pſ. 67. 19. ἀνέβης εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις. *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus.* Iuſtinus tamen in Dialogo cum Tryph. ita citat eundem locum, ἀνέβη εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν. & apud Hilarium in Comment. *Aſcendit in altum, cepit captiuitatem.* idem quoque in Arabico Pſalterio eſt; & Apollinarius dixit [illegible], & auctor operis imperf. in Matth. ho. 20. *Dicit enim Propheta de hominibus liberatis à Chriſto, Aſcendit in altum.*

Ego quaſi agnus.] Locus eſt Hieremiæ 11. 19. ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι οὐκ ἔγνων. *Ego autem quaſi agnus innocens ductus ad immolandum non cognoui.* Immutauit paululum auctor noſter, vt & Iuſtinus in Dialogo pag. 2. 32. ἐγὼ ὡς ἀρνίον φερόμενον τοῦ θύεσθαι, quem locum ad crucem & paſſionem Chriſti referendum contendit, quemadmodum & Theodoretus in Hierem. c. 11. [illegible] *Sed & Chriſto conuenit ſecundum alium ſenſum oratio. Tanquam enim agnus*, inquit, *qui ducitur ad occiſionem, non nouit, quid paſſurus ſit, & paſſionem excepturus ſequitur ducentes.* Sic opinor exprimet auctoris ſententiam hæc interpretatio: nam vt dixerat antea, τῷ προφήτῃ ἁρμόττει, *quadrat prophetæ*: ita & deinde hoc loco, λέγοι ἐπὶ σταυροῦ.

Petrus in alium ſenſum.] Non video quid aliud ſibi velit hoc verbo ἀλληγορεῖν, niſi alium in ſenſum accipere, vt ſolent quæ κατ᾽ ἀλληγορίαν dicuntur in diuerſum à communi, quem prima fronte verba præ ſe ferunt, ſenſum abire, vt loquitur Iuſtinus qu. 10. [illegible]. Rurſus illud παραβάλλεσθαι poteſt etiam verti, *ſeipſum comparare*, hoc eſt cum alijs conferre, & ex collatione cum illis domini ſtudioſior videri. Poſtremo ſub finem paginæ [illegible] ſcripſimus minori charactere, nomen autem proprium Πέτρος grandiori, cum in manuſcripto vtrumque minori eſſet expreſſum. Græce namque πέτρος & πέτρα lapidem ſignificant, vt obſeruant Theologi noſtri, cum aduerſus profanas quorumdam nouitates contendunt per petrã, cui tanquam fundamento Eccleſia innititur, Petri ipſius perſonam intelligi, vt erat paſtor & caput Eccleſiæ, quibus hic locus fauet maximè. Nec eſt quod obijciat Beza homil. Chryſoſt. in Matth. 55. vbi ſic exponit, ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, τουτέστι τῇ πίστει τῆς ὁμολογίας. *Super hanc petram, id eſt ſuper fidem confeſſionis*: illam enim ipſam Petri confeſſionem ac fidem intelligẽdum eſt eſſe fundamentum Eccleſiæ, qui petra proximè nominatus erat, vt ex eodem Chryſoſtomo conſtat homil. 2. in pſalm. 50. *Audi denique quid Petro dixerit Chriſtus columna & fundamento fidei, qui ob robur confeſſionis vocatus eſt Petrus, dicente Domino: tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c.* & in illa 53. in Matth. Petrum ait vniuerſo terrarum orbi à Chriſto eſſe præpoſitum.

Oculum reiecisti.] παραγράφεσθαι dicitur, qui exceptione ſubmouet, vel accuſationem transfert, ſed & idem valet hoc verbum quod quacumque ratione ſubmouere, ſpernere, aut reijcere, vt ex Nonno citatur [illegible]. Iuſtinus in Dial. p. 232. [illegible] *Quænam ſunt quas omnino inductas abrogataſq́ eſſe ſcripturas aſſeuerat?* & in ſynodo 6. actione 10. citatur ex Nyſſ.

aduerſus

aduerſus Apollinarem, [illegible] *Putaſne ſcit verborum ſcriptor, quæ loquitur? Deus qui de cælo deſcendit proprium ipſius deitatis voluntatem reijcit, & non vult ad effectum venire, quod vult?* Interpres reddidit non *acceptat*, ſed *exceptat*, ſiue exceptione reijcit, aut omnino repudiat. Sub finem pag. locus eſt, [illegible] quem ex manuſc. repræſentauimus, [illegible] nos vertimus quaſi eſſet, [illegible] quod [illegible] ſit, conſtitutum habere; aliud aptius non occurrit, ſed nec iſtud ſatisfacit.

Propoſitas cotes.] Hic quoque vitioſa lectio, [illegible] conijcere nos coegit inſtrumenta quædam innui, quibus vtebantur milites, aut carnifices ad martyres cruciandos. Iam [illegible] dicitur ferrum, quum acie inſtruitur vel acuitur, & [illegible] eſt os gladij concinnare: ita fortaſſe cotes, aut alia inſtrumenta, quibus acuerentur gladij, [illegible] potuit appellare. Dicuntur & [illegible] poſteriores haſtarum cuſpides, quibus nonnunquam fractis prioribus veteres vtebantur. Videat lector vtrum hic magis conueniat, dum ſe melioris codicis ſubſidiũ offerat. Nam & poſt mediũ paginæ legebatur paulo poſt vitioſè [illegible] quod rectius fortaſſe ſcriberetur [illegible] *quid turbaris?*

Nam quemadmodum.] Ab eadem mente illud eſt ſub finem homil. 67. ad pop. Antiochenum, quæ nihil aliud videtur quam [illegible] ex duab. morali. digreſsionibus conflatum hom. 5. in epiſt. ad Hebr. & hom. 1. in 2. ad Tim. [illegible] *Propterea pauperes ante fores poſiti ſunt, ne quis vacuus ingrediatur, vt introeat cum eleemoſyna.* Rurſus illud quod fontibus memorat pro templis olim poſitis, aut in eorum atrijs, & de conſuetudine manus ante orationem lauandi, confirmant & illuſtrãt hæc ſimilia ex hom. in Ioan. 72. [illegible] *Præterea ingreſſuri templum manus lauamus, non autem corda. Nunquid enim manus loquuntur? anima profert verba, in illam Deus inſpicit. Nihil opus eſt mũdicia corporis anima coinquinata.* Et homil. 52. in Matth. [illegible] *Nam in eccleſia hunc morem apud multos corroboratum videmus, vt diligenter ſtudeant quomodo mundis induti veſtimentis ingrediantur & manibus lotis: quomodo autem animam atq; mentem ſuam puram atque defæcatam offerant Deo, nullam prorſus habentes curam.* Idem oſtendes ſub finem hom. 6. in 2. ad Timo. ex qua decerpta eſt magna pars illius 36. ad popul. Antioch. In atrio vero Baſilicæ Vaticanæ fontem fuiſſe ſiue cantharum manibus & oribus abluendis fluenta ructantẽ ſcribit Paulinus epiſt. 31. ad Alethium, & ex aduerſa fronte templi à Paulino Tyriorum epiſcopo exædificatos fontes alios Euſebius li. 10. ca. 4. hiſtoriæ.

Vt ad cæleſtes.] Deeſt in Græco verbum [illegible], quod ſuppleri poteſt ex paribus auctoris noſtri locis, vt homil. 2. in epiſtol. ad Corinth. pag. 745. [illegible] *atque à terra excedamus, ipſamq; cæli fornicem attingamus.* & homil. 20. [illegible] *Atque ea odoris ſuauitas, quæ in ſenſum cadit, ne magnam quidem aeris portionem interſecat: hæc autem ipſos cælorum fornices ſuperat.* Et in Pſalm. 170. *Miſericordia tua magnitudo cæleſtes fornices ſuperat.* Nihil veriti ſunt Ciceronis cẽſuram interpretes iſti, cui minimè placuit Ennianum illud *cæli ingentes fornices*, quamuis ſphærã attulerit in ſcenam poëta, vt ſuam metaphoram tueretur, lib. 3. de Oratore. Theodoretus illud poſtremum tranſtulit in ſuum Commentarium non nihil immutatũ, ſcripſit enim: [illegible] *Amplitudo miſericordiæ tuæ cælorum latitudinem ſuperat.* Nam vt illud obiter admoneam, quiſquis ille fuit auctor Homiliarum in Pſalmos, quas doctiſſimus Billius interpretatus eſt nuper, paulo latius expoſuit, quæ Theodoretus in compendium redegit: niſi forte Theodoretus ipſe ampliorem commentariũ ſcripſit potius quàm Chryſoſtomus, à cuius reliquis in pſalmos homilijs multum diſſident iſtæ. Poſtremo notandum eſt ex ambiguo dictum illud argutum, quo [illegible], quod eſt oleum, & [illegible], quod miſericordiam ſonat, confudit, germanas habere ſentẽtias eiuſdem auctoris noſtri hom. 79. in Matth. & 83. itemque 12. & 22. in Ioannem: ſed in 12. pag. 65. irrepſit in locum ex Oſee 9. citatum mendum librarij, qui vt in hac Homilia regij codicis antiquarius, ſcripſerat [illegible] pro [illegible]: emendandum ergo: *Miſericordiam volo, & non ſacrificium,* [illegible] *Oleum volo, & non ſacrificium.*

S. PATRIS NOSTRI D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, DE OCCVRSV DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, deque Deipara Virgine, & Simeone. Oratio. *Luc.* 2.

INTERPRETE THEODORO PELTANO *Societatis Ieſu Theologo.*

Edita eſt primum Ingolſta. an. 1579.

Cur Dominus circumciſus.

A QVO Iudaicæ perfidiæ, omnis omnino tergiuerſandi anſa adimeretur, Dominus noſter IESVS Chriſtus, non modo carne ſe veſtit, verum etiam ſecundum legis præſcriptum, circuncisionem ſuſcipit. Qui enim ſupra legem erat, is ſub legem ſeſe demiſit, quo diſcipulos, per fidem à legis onere, in libertatem vindicaret. Accipit carnem & circumciditur perinde, ac cæteri Iudæi. Communicat carne, communicat & circumciſione. Ne veniente abnuant, facto eiuſdem ſe generis eſſe demonſtrat. Ex ſemine Dauid expectabatur Chriſtus: cognationis huius ſignum manifeſtum in medium profert. Nam ſi poſt ſuſceptam circuncisionem, dicere adhuc audebant: *Neſcimus vnde ſit*, profecto ſi ſecundum carnem circumciſus non fuiſſet, illorum negatio excuſationem rationi conſentaneam habuiſſet.

Chriſtus ex ſemine Dauid ortus. Ioan. 9.

Luc. 2.

B *Cum igitur impleti ſunt dies octo, vt circumcideretur puer.* Tantiſper organi incrementum expectabatur. *Quando impleti ſunt dies octo, &c.* Legis decretum erat, vt infans octaua die circumcideretur: Vbi primum ergo octaua illuxiſſet, ſtatim in medium prodibat medicus, ferrum capeſſebat, artem exercebat, ipſaque circumciſione Sabbathum ſoluebat. Hic iam ex Iudæis percunctari licet, cum Sabbatum ſonet ab opera relaxationem, totumque conſtet otio, cur octaua præſcribebat non ſeptima? cur octaua, vt dignior anteferebatur ſeptimæ? verum Iudæi Iudaica ignorant, Eccleſia autem & Chriſtum, & Iudæorum ritus & obſeruationes nouit. Circumciditur ego puer octaua die, quia Chriſti reſurrectio, quæ totius mundi eſt circumciſio, octaua, hoc eſt, dominica die futura erat, alioqui enim, cur Moyſe, aut ſexta, aut nona, aut decima die circumciſio adhiberetur non præfiniuit? Plana proinde obſeruationis octauæ ratio eſt dominica reſurrectio. C Si quis ergo eſt, qui reſurrectionem iam credit, is propter infidelitatem & corde circumciſus eſt, & à Deo alienus eſt.

Iudæi rituum Iudaicorum ignari.

Cur circumciſio octauo demum die olim adhibebatur.

Chriſti reſurrectio totius mūdi circumciſio.

Myſtica circūciſio baptiſmus.

Ipſa enim circumciſio eſt vera fidei cognitio, veraque eiuſdem ſententia. Per ſacrum itaque baptiſmum, fideique cognitionem, circumciſio fidelibus impenditur. Sacrum autem baptiſma, typus eſt reſurrectionis Chriſti. Tranſi proinde à carne ad ſpiritum à corporali ad id quod manuducit ad ſpirituale: & tibi quidem carnalem; hic vero ſpiritualem circumciſionem, hoc eſt, peccatorum expiationem comperies. Octaua eſt circumciſio, eadem quoque eſt reſurrectio, reſurrectionis autem ſymbolum eſt baptiſma. A paruis ad magna, à corporalibus progreſſio facta eſt ad ſpiritualia. Accedant itaque Iudæi, & proficiant, oportet enim à corporalibus progreſſus exordium facere, ſed pedem in ijs non figere. Igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quia non venerat legem ſoluere, ſed adimplere, vna cum Iudæis circumciſus eſt: *Impleti ſunt* ergo *dies octo vt circumcideretur puer, & vocatum eſt nomen eius Ieſus; quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur.* Nos ſane primum naſcimur, & deinde nominamur, Ieſus autem prius nomen ſortitur, quam in vtero concipiatur. Vocatus eſt autem Ieſus quandoquidem ſeruatoris munus obiturus erat.

Reſurrectionis ſymbolū baptiſma

Matth. 5.

Luc. 2.

Chriſtus prius nomen ſortitus quā in vtero cōceptus Luc. 2. Leuit. 12.

Et poſteaquam, ſubdit Euangeliſta, *impleti ſunt dies purificationis eorum ſecundum legem Moyſi.* Cuius quæſo purificationis Ioſephi haud dubie & Mariæ, lex enim mulieri recens enixæ certos purgationis dies, quos obſeruaret, indicebat, intra quos ab aliorum quoque conſortio ſe continere debebat. *Poſteaquam* ergo *impleti ſunt dies purificationis eorum ſecundum legem Moyſi*; tametſi Virgo nulla purgatione egeret, attamen ne lex calcari videretur, *adduxerunt puerum Ieſum in Hieruſalem, vt ſiſterent eum Domino ſicut ſcriptum eſt in lege Domini.* Vbi corporeæ expiationis mentio habetur, ibique lex Moyſi tribuitur: vbi vero oblationis ſanctæ, ibi *ſicut in lege Domini ſcriptum eſt* dicitur. Hoc autem diſcrimen ea de cauſa non conſtituitur, quaſi lex Moyſis, B non ſit lex Domini (quicquid enim Propheta Spiritu ſancto afflatus de re quapiam differens loquitur, hoc ipſo non loquitur ſed Dominus ſuggerit) nihilominus quod expiatio corporeum typum præ ſe ferret, Moyſis ſanctio appellatur. Contra vero quod omne primogenitum Domino ſiſteretur, Euangeliſta, quod primo ex vtero enatum erat honorans, ſecundum legem Domini ſiſti perhibet.

Deiparēs Maria nulla purgatione egebat

Cur lege ſ decretū modo Domini, modo Moyſi lex appelletur.

Prophetæ non ſua, ſed Dei verba promunt.

Sicut ſcriptum eſt in lege Domini, omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur. Hoc decretum, & hæc lex, totaque decreti & legis ratio & cauſa, ob eum poſita eſt, qui vterum aperturus erat. Nulla enim ſiue brutorum animantium, ſiue hominum primogenita, comperta ſunt vnquam, quæ aperirent vuluam: quare tantum primogenita erant. Quem autem virgo peperit is ſolus vterum aperuit. Cernis itaque legis huius decretum, in eum tantum ſpectaſſe, qui ex virgine C naſciturus erat. Hoc autem Iudæi, qui carnali ſenſu ducebantur, deprehendere nequaquam valebant. Rudiores enim ea craſſo carnis ſenſui addictiores erant, quam qui ex carnalibus ſpiritale diducere noſſent. Aſcenderunt porro vt offerrent pro eo ſacrificium, par turturum, aut duos pullos columbarum, prout lege cautum extabat. Fiebat autem hoc ipſum quoque tum in futurorum typum, tum maxime ne quid eorum deeſſet, quæ ſecundum legis præſcriptum adeſſe oportebat. Verum miſſis his legis ænigmatis, Euangelij explanationem proſequamur. *Ecce homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeon & homo ille iuſtus & timoratus & Spiritus ſanctus erat in eo. Et reſponſum acceperat à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem niſi prius videret Chriſtum Dominum in carne.* Senex iam erat, factæque ſponſionis exitum auide expectabat. Erat frequens in templo, illud ſecum dictitans: vbicumque tandem natus fuerit, omnino huc veniet, omnino hic occurret, hic ergo eadem illa hora quæ parentes puerum Ieſum deferebant per ſpi-

Quæ de vteri patefactione hoc loco diſputantur, ea exponenda ſunt, vt exponit Cyrill. Hieroſ. aut alio cōmodo modo certum eſt enim Chriſtū Dominū materno vtero in lucē prodijſſe. Luc. 2.

Simeon anxie & auide expectat Chriſti occurſū in tēplo.

ritum

ritum venit in templum. Sæpenumero iam antea eo venerat, ſed propriæ voluntatis propoſito, tunc autem quaſi Spiritus ſancti manu ductus opportune venit, nempe vt factæ promiſſionis, fidem tandem aliquando expletam videret: *Et accepit puerum Ieſum in vlnas ſuas & benedixit Deum dicens: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace.* Vnde dimittis? ex vitæ huius ſtadio. ſunt enim hic omnia triſtia, carcer eſt præſens hæc vita. Ille vt dimitteretur, venerat, dimittique ardenter cupiebat: ſi quis proinde eſt, qui hinc excedere in detrimento ponit, ille fide necdum perfectus eſt.

Præſens hæc vita carcer.

Imperfecti morté metuunt

Nunc, inquit, *dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace*. Adeſt enim qui mundo pacem conciliaturus eſt. Adeſt pacificator ille, qui cælum terræ iuncturus, terramque per Euangelij doctrinam in cælum transformaturus eſt. *Nunc* clamat Simeon *dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei, ſalutare tuum.* Quod dicit eiuſmodi eſt: ante quidem mente credebam, rationeque & cogitatione cognoſcebam, nunc autem viderunt oculi mei: nihil ergo mihi

Simeō de eodem habuit fidē & viſionē

B

deeſt amplius. Ecquidnam illi viderunt? ſalutare tuum. Qualenam illud? quod paraſti ante faciem non vnius populi, aut ſolius Iſraelis; ſed ante faciem omnium populorum. Qui enim natus eſt, communis omnium doctor & magiſter eſt. *Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.* Hic gloria, illic reuelatio, hic doctrinæ initium, illic diſciplinæ perſecutio; *& gloriam plebis tuæ Iſrael.*

Aſt obiecerit hic forte quiſpiam, dic quæſo, vbinam ſunt Iſraelitæ. Ecce, habes Petrum, habes Paulum, habes Ioannem, habes Eccleſiam Hieroſolymitanam, habes eos præterea Iudæos qui inter gentes diſperſi fidem ſuſceperant: *Niſi enim Dominus reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, ac Gomorrhæ ſimiles eſſemus*. Item: *Reliqui mihi ſeptem millia virorum*. Itaque aſſeruabatur in populo illo fidei ſemen, neque ſimul vniuerſus periſſum iuit, abſit, neque ſimul omnes Iudæi in interitum ruerunt, ſed plurimi, neque id mirum; nam & nunc quoque

Eſai. 1.

3. Reg. 91

Nō totus Iſrael perijt.

C

in fælici hac rerum conſtitutione, beataque vocatione *multi quidem ſunt vocati, pauci vero electi*. Vocauit enim Dominus vniuerſum terrarum orbem, præparauitque ſacrum Euangelij epulum; verum vbi venerit, delectumque ingreſſus habere cœperit, diligenter in accumbentes inquiret, & ſi quem nuptiali veſte deſtitutum illic inuenerit, *amice* dicet illi *quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem.*

Math. 20. Non omnes vocati, electi.

Vt ergo ibi habitus eſt delectus, ita hic quoque habebitur. Non enim quia vocati ſumus, ob id quoque improbe viuere debemus tanquam iam id aſſecuti ſimus quod eſt perfectum. Primorum itaque ruina noſtra dilecti fratres, ſit cautio, non totus itaque populus ille ſimul interijt, non totus deprauatus eſt, non totus in infidelitate permanſit, non totus perſecutus eſt Apoſtolos. Crediderunt enim per Apoſtolos ſimul tria millia, extra mulieres & paruulos & facta eſt Hieroſolymis Eccleſia

Numeroſa Hieroſolymis Eccleſia ante Vrbē euerſam.

D

admodum numeroſa. Ante enim templum euerſum, ante Iudæos eiectos, ante Hieruſalem ſolo æquatam, Eccleſia ædificabatur, verbaque illa Ioannis: *Illum oportet creſcere, me autem minui.* Euidentem veritatem ſortiebantur. Simeon igitur cum Propheta eſſet dicit *& gloriam plebis tuæ Iſrael*. In apertam namque expectantium gloriam cedebat eius, qui expectabatur, occurſus. Et quidem Ioſeph & Maria, quæ dicebantur tacite magnificant, laudibuſque extollunt. Angelus euangelizat, Magi agnoſcunt, Paſtores audiunt, Angelorum exercitus choros ducunt, ſtella è cælo iudicium facit, Simeon vaticinatur; Anna filia Phanuel prophetizat, terra verba facit: cæli dant vocem, Magi Tyrannum negant, Paſtores paſtorum principem Chriſtum adorant; mater & Ioſeph dignoſcunt & audiunt

Ioan. 3.

Varia admiratione digna circa Chriſti ortū contingunt.

A

omnia ſtupentes de his, quæ fiunt, & quo res tandem euaſura ſit, ſecum perpendunt.

Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael & in ſignum cui contradicetur? In quorum ruinam: in eorum vtique qui non credunt, inſontemque in crucem agunt. In quorum autem reſurrectionem? in illorum qui beneficium agnoſcunt, gratoque animo recolunt. *Et in ſignum cui contradicetur*. Cuiuſmodi eſt ſignum de quo hic ſermo? haud aliud ſane, quam crucis ſupplicium; quod crucis ſignum, Eccleſia mundo ſalutare agnoſcit; quod Iudæus corporaliter odit; quod cælum ipſum non ſemel palam oſtendit. Patet autem hoc ſignum contradictioni vt vincat veritas. Nam citra concertationem, victoria ſuis numeris abſoluta non obtingit. Oportebat itaque induci contradictionem, quo iudex per manſuetudinem & patientiam ſecundam in omne æuum ſententiam obtineret. Dicit itaque, *& in ſignum cui contradicetur*, nempe ab incredulis & infidelibus.

Chriſtus poſitus in ruinam & reſurrectionem.

Contradictionis ſignum crux.

Crux ſignū mundo ſalutare.

Sine pugna non contingit victoria.

B

Tu autem ſubiungit porro, quæ mater haberis, nunquid non tentaberis? ob id ne forſan, quod pueri huius matrem te profiteris, quod illum in lucem edideris, quod vterum ei accommodaueris (tuus enim vterus vas extitit; in quo admirabile illud opus conflatum fuit) ab omni prorſus tentatione immunis eris? Nunquid, quia Deipara es, & Dei parens appellaris, nullaſque experta nuptias fœtum concepiſti, & dudum ante ad vtrumque deſtinata fuiſti, omnis omnino tentationis exors eris? nequaquam: *nam & tuam quoque animam pertranſibit gladius.* Propter quid Domine? ecquid enim ego peccaui? tu quidem nihil peccaſti, attamen vbi illum in crucem actum videris; vbi illum pro mundo patientem conſpexeris, vbi manus illius in cruce extenſas, clauiſque ligno affixas intuita fueris, tum demum incipies hæſitare & dicere. Hic ne ille eſt, de quo Angelus tam præclara diſſeruerat? Hoc ne admirandum illud conceptionis miraculum eſt? virgo eram, & peperi, qua de cauſa hic cruci affigitur?

Quæcunque ab hoc patre de Maria tentatione & hæſitatione dicuntur, ea & cautè ſunt legēda & piè exponenda. Certum eſt enim eam nunquam prorſus peccati experté vitā tranſegiſſe.

C

Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius; ne vllus omnino tentationis ignem euadat. Petrus ter negat, cæteri diſcipuli, eo deſerto fugam ineunt (nec enim Paſtor, vt ab ouibus defenderetur egebat, neque pugil præſidiarijs militibus opus habebat) omnes proinde deceſſerunt, omnes fugerunt, ſolus autem Chriſtus, vt aries ille ſuſpenſus, conſtans permanſit. Pertranſiuit itaque illius quoque animam gladius, tentatio nimirum, & quædam animi hæſitatio.

Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Patitur autem Ieſus, hinc quidem, vt incredulorum perfidia oſtendatur palamque reuincatur. Inde vero, vt credentium beneuolentia & gratitudo ſtatuatur & confirmetur. Expoſitum vero eſt ſignum hoc contradictionis, vt refutentur, & confundantur, qui ſola malitia & improbitate incitati, illi aduerſantur. Nam ſi

D

veritas, nulli controuerſiæ apud homines obiecta foret, pietas iuſtam probationem nullam haberet: permiſſa autem contradictio, hærenti voluntati, claram veritatis lucem efficit. Impugnatur hoc ergo ſignum, non prorſus inutiliter: nam quomodo perſecutione tentati ſunt Martyres? an nondum viriliter decertant per animi fortitudinem & patientiam victores declarati ſunt? Vide ergo quantum commodum contradictio adferat. Nec enim ſolum fideles, vt quis forſan putaret, progignit, ſed etiam Martyres, dum nimirum ad tormenta & mortem vſque progreſſi, quantum Chriſti gratia queat, per ſpem ſuam tolerantiam, palam orbi demonſtrant. Cæterùm quando Simeon dicit: *Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum, & in ſignum cui contradicetur*, non eſt id ita accipiendum, quaſi Chriſtus ruinam operetur aut reſurrectio-

Chriſtus & qui illū ſequūtur non prorſus inutiliter obpugnātur.

Chriſtus nullius ruinā operatur, neque illius reſurrectionē vi extorquet.

Idem ſol alios oc cæcat, alios recreat & illuminat.

nem vi extorqueat: poſitus eſt autem iis in ruinam qui data opera, in lapidem offenſionis impegerũt; illis vero in reſurrectionem qui libero voluntatis propoſito crediderunt vel etiamnum credunt. Perinde enim hæc in medium poſito, habet, ac ſi quis dicat: lux oritur vt ſani videant, oculi autem ægri, lucis ſplendorem impenſius deuitent. Quomodo autem alij, ij nimirum qui reprehenſione digni erant prolaberentur, alij contra ſpe bona ſponte concepta exurgerent, ſi ſignum illud non oppugnaretur? Quin ob id quoque: *Et in ſignum cui contradicetur.* Simeon ait ne fideles propter contradictionem turbentur, aut à fide alienentur, hinc edocti, ipſam quoque diuinam veritatem interdum oppugnari. Quis enim contradicere poſſet, aut contradicere quoque auderet ſi Deus non permitteret, neceſſario eſt itaque permiſſio. Erit autem quando contradictioni nullus amplius erit locus. Cum enim ſignum illud ſemel fulgere cæperit, tunc *omnis omnino, lingua cæleſtium, terreſtrium, & infernorum confitebitur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Quouſque enim ſignum per ſe ſolum apparet, re deſignata in medium non prodeunte ſignum impugnatur. Cum vero in ſecundo aduentu is quem ſignum denotabat, terrarum orbi pateſiet, tunc nemo amplius ſigno contradicere audebit. Cum is inquam, qui deſignabatur, aduerſus eos qui contradixerant in diuinitate ſua conſpicuus manifeſte adueniet, tunc ij quidem qui ſignum ſuſceperant ab eo quem ſignum denotauerat, gloria extollentur; illi vero, qui ſigno ſeſe oppoſuerunt, ab eo qui per illud deſignatus fuerat, condemnabuntur. Et tunc finis erit contradictionis, finis dubitationis, finis infidelitatis, finis erroris. Erit autem initium præmiorum & coronarum, quibus vtinam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum nos omnes potiamur. Ipſi ſit gloria, & imperium, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. AMEN

Phil. 2.

Crux Chriſti non ſemper cõtradictioni patebit.

Omnis cõtrouerſia & contradictio ſinem ſortietur in ſecundo Chriſti aduentu.

LAVS DEO.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI EADEM ORATIO DE CIRCVMciſione Domini & occurſu.

INTERPRETE FRONTONE DVCÆO *Societatis Ieſu Theologo.*

* * * *Deeſt initium.*

Edita primũ Burd. ann. 1604.

vt diſcipulos ** per fidem legis: & carnem ſuſcipit, & circumciditur cum Iudæis. In communionem venit carnis, in communionem venit & circumciſionis: cognationem confirmauit, ne Chriſtum ex ſemine Dauid ortum negarent, quem expectabant. Si enim cum is circumciſus *eſſet*, dicebant, *Neſcimus, vnde ſit*; ſi ſecundum carnem circumciſus non eſſet, ſpecioſam negandi occaſionem habuiſſent. *Poſtquam* igitur *conſummati ſunt dies octo*: lex enim octaua die circumciſionem fieri iubet, cumque octaua dies venerit, procedit in medium medicus, & artem ſuam exercet, ceſſatque ſabbatum propter circumciſionem. Interrogemus ergo Iudæos: Sabbatum requies eſt, vacatio perfecta eſt dies: qua de cauſa ſeptimam expellit octaua? cur ſeptima ſuperior euadit octaua? Verum Iudæi quidem res Iudaicas minimè norunt; ac Eccleſia Chriſtum nouit, & Iudaica documenta. Circumciditur enim puer octauo die; quia dominica reſurrectio die octauo futura erat totius mundi circumciſio. Cur enim Moyſes, vt die ſexto circumciderent, non imperauit? cur non die nono, vel decimo? dubium non eſt ** quo ſurrexit. ** Sanctum vero baptiſma, Chriſti reſurrectionis eſt figura. Tranſi ergo à carne ad ſpiritum, & à corporeo ſenſu ad myſticam ſpiritus anagogem, illicque non carnalem circumciſionem reperies, ſed ſpiritualem peccatorum purgationem. Octaua porro eſt circumciſio, eademque reſurrectio eſt: reſurrectionis vero baptiſma. Itaque à rebus paruis ad maiores, à rebus corporeis ad eas quæ magis ſunt ſpirituales, licet Iudæi, progreſſum facient: nam à carnalibus faciendus eſt progreſſus, nec in illis conſiſtendum eſt. Ac Dominus quidem noſter Ieſus Chriſtus, *non venit ſoluere legem, ſed adimplere; conſummati ſunt illi dies octo vt circumcideretur, & vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab angelo prius quàm vtero conciperetur.* Nam nos quidem poſtquam partu editus eſt infans, nomen imponimus: Ieſu vero nomen impoſitum eſt, prius quam pareretur; erat enim antequam conciperetur. Porro Ieſus appellatus eſt, quia ſalutis opus ſuſceperat. *Et poſtquam impleti ſunt,* inquit, *dies purgationis eorum ſecundum legem Moyſi*: cuiuſnam purgationis: Mariæ ſcilicet & Ioſeph, vt domi ſe continerent, & obſeruarent dies, nec foras prodirent: poſtquam igitur impleti ſunt dies purgationis ſecundum legem Moyſi: tametſi neceſſe non erat hoc virgini: veruntamen lex adimplebatur: *tulerunt eum in Hieruſalem, vt ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini.* Non iam purgatio corporalis; ſecundum legem inquit Moyſi; non iam ſancti fit mentio; *Sicut ſcriptum eſt in lege Domini.* Non quod lex Moyſi Dei lex non eſſet. nam quæcumque propheta loquitur ex Spiritu ſancto verba faciens, non ipſe loquitur, ſed Dominus ſuggerit: verumtamen & ipſa purgatio figuram habuit corporalem: ſed legem Moyſi dicit, quia primogenitum ſiſtebatur. ſecundum legem Domini dicit, vt honorem deferat ei, quod genitum eſt. *Sicut ſcriptum eſt in lege Domini, Omne maſculinum adaperiens vuluam ſanctum Domino vocabitur.* Hic igitur ſermo, & hæc ſanctio legis ferebatur propter eum, qui vuluam erat aperturus: nunquam enim vlli fœtus animalium hominúmve primogeniti vuluam aperuerunt. Conſidera ergo quæſo totius legis conſtitutionem, quæ ad eum referebatur, qui ex virgine naſciturus erat. Cum enim carnales ſint, à ſpiritualis conſequentiæ ſenſibus abſunt quàm longiſſimè. Aſcendunt deinde, vt dent hoſtiam, *ſecundum quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.* Hæc autem & figuratè ſecundum legem fiebant, vt ad legem adimplendam nihil deeſſet: Hæ legales ſunt figuræ, veniamus ad euangelicam narrationem. *Et ecce vir in Hieruſalem, cui nomen Simeon, & homo ille iuſtus, & timoratus, & Spiritus ſanctus erat in eo. Hic reſponſum acceperat à Spiritu ſancto non prius ſe vitam finiturum, quàm videret Chriſtum Domini.* Senex erat, & promiſſionem expectabat in templo, intra illud ſic apud ſe dicens: Vbicumque natus fuerit, huc omnino veniet. *Hic venit in ſpiritu in templum illa hora,* qua parentes puerum inducebant. Sæpe namque venerat, ſed occaſione rerum ſuarum; tum vero à Spiritu ſancto peropportunè deductus, vt promiſſum impleretur. *Hic in vlnis ſuis Ieſum accepit, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace.* Vnde dimittis? è ſcammate vitæ huius, triſtitia namque mera ſunt negotia, & carcer hæc vita. Ille quidem dimitti volebat: ac ſi quis iacturam fieri arbitratur, cum ex hac vita diſceditur, hic nondum in fide perfectus eſt. Veruntamen dicebat: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace.* Qui enim pacem facturus eſt mundo, adeſt: conciliator pacis venit, qui cælum cum terra coniungit, qui terram cælum per euangelicam doctrinam efficit. Clamat Simeon:

Luc. 2. 21

Ioã. 9. 29

Circumciſio cur octauo die ſit facta.

Mat. 5. 17

Luc. 2. 21

B. Virginis purificatio.

meon: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum* A
verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei, ſa-
lutare tuum,inquit. Quid eſt,quod ait? Antea qui-
dem credebam mente, ac ratione cognoſcebam:
iam vero viderunt etiam oculi mei conſumma-
tum. quid tandem? Viderunt ſalutare tuum,quod
paraſti, ante faciem omnium populorum: non
vnius populi, neque Iſraëlis ſolum, ſed ante fa-
ciem omnium populorum. Nam qui natus eſt, in
vniuerſum magiſter eſt. Lumen ad reuelationem
gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Quare lu-
men? quoniam in tenebris erant gentes: quoniam
tenebris obductas gentes illuminauit. Lumen ad
reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſ-
rael. Hic gloria, & illic reuelatio: in vno princi-
pium magiſterij, in altero conſequens diſciplina.
Gloriam plebis tuæ Iſrael. Sed omnino dicet ali-
Act.2.41 quis: Vbinam autem ſunt Iſraelitæ? habes Petrum,
& 4.4. habes Paulum,habes Ioannem, habes illa tria mil-
lia,habes illa quinque millia, habes Eccleſiam Hie-
ruſalem, habes eos qui ex Iudæis crediderunt: ſi-
Eſai.1.9. quidem in ijs qui crediderunt natio, fuit. *Niſi enim*
Rō.11.4. *Dominus reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma facti eſ-* B
1.Reg.19 *ſemus,& quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus:* deinde, *Dereliqui*
18. *mihi ſeptem millia virorum*; ſic in populo fidei ſemen
conſeruabatur, neque populus totus perijt: abſit;
neque corrupti ſunt omnes Iudæi: quandoquidem
& in hoc fælici ſtatu ac vocatione multi quidem
vocati ſunt, pauci vero electi. Totum enim orbem
terrarum vocauit Chriſtus, & Euangelij nuptias
parauit; ſed cum venerit, ingreditur, & delectum
habet in eoſque, qui recumbunt, inquirit: quod
ſi quem repererit recumbentium, qui nuptialem
Mat.22.11 veſtem non habeat, ait illi: *Amice, quomodo huc in-*
traſti? Itaque illic etiam delectus habitus eſt: num
enim, quia vocati ſumus, ex hoc tempore vim fa-
cere debemus, quaſi iam ad perfectionem perue-
nerimus? nam primorum lapſus, noſtra ſecuri-
tas vt fiat, opus eſt. Ita dilectiſſime neque totus
populus ſemel perijt, neque in vniuerſum corru-
ptus eſt, neque in vniuerſum incredulus fuit, ne-
Act.2.41. que in vniuerſum Apoſtolos eſt perſequutus, ſed C
& 4.4. apoſtolorum opera ſimul tria millia crediderunt
abſque mulieribus & puerulis, & in Hieruſalem
multorum millium collecta eſt Eccleſia nondum
euerſo templo, nondum eiectis Iudæis, nondum
Hieruſalem ſolo adæquata. Ædificata eſt Eccle-
Ioā.3.30 ſia, & quæ dixerat Ioannes, euenerunt: *Illum*
oportet creſcere, me autem minui. Eſt igitur Prophe-
ta Simeon, dicit: *Gloriam plebis tuæ Iſrael:* Fuit enim
expectantium gloria eius, qui expectabatur, ad-
uentus. Et glorificant eum Ioſeph, tum Maria,
quæ dicuntur: angelus nuntium attulit, Magi
agnouerunt, paſtores audiunt, angelorum agmi
na choreas duxerunt, ſtella deſuper indicauit.
Symeon prophetat, eloquuta eſt terra, vocifera-
tum eſt cælum, Magi tyrannum reiecerunt, pa- D
ſtores principem paſtorum adorarunt, omnia ag-
nouerunt: vidit mater, audiuit Ioſeph, his rebus
attoniti metuerunt, ſed rerum euentum intellexe-
runt. Et benedixit illis Symeon, & dixit ad Ma-
riam matrem eius, *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & re-*
ſurrectionem multorum in Iſrael,& in ſignum, cui contradi-
citur. quorum in ruinam? haud dubium, qui incre-
dulorum, eorum qui contradicunt, qui crucifi-
gunt. quorum in reſurrectionem? eorum qui ag-
noſcunt, & bona fide confitentur. Et in ſignum,
cui contradicitur. quodnam ſignum, cui contra-
dicitur? Signum crucis, quod ſalutem eſſe mun-
di nouit Eccleſia, cui ſunt infenſi Iudæi. quod
cælum ſæpenumero diuulgauit. Contradicitur ſi-
gno, vt veritas vincat: nam ſine contradictio-
ne integra non obtinetur victoria. Itaque con-
tradictionem oportuit introduci, vt patienter
ſententiam iudex per totum ſæculum proferret;
propterea dicit, *Et in ſignum, cui contradicitur.* Et tu

A inquit, eſſe mater videris; an tu igitur tentatio-
nis expers eris; quandoquidem eſſe te matrem
confeſſa es,quandoquidem illum peperiſti, quan-
doquidem vterum tuum viſa es commodaſſe? nun-
tius enim & index illius operationis venter tuus
fuit: num tu igitur tentationis expers eius? quan-
doquidem Dei mater effecta es, quandoquidem
cum eſſes innupta concepiſti, num tu tentationis
expers eris? *Sed & tuam ipſius animam pertranſibit*
gladius. Quare vero Domine? quid enim ego pec-
caui? Nihil peccaſti: ſed cum illum in cruce vi-
deris, cum illum pro mundo videris patientem,
cum expanſas videris eius manus, tunc dubitare
incipies ac dicere: Hiccine eſt ille de quo mihi
narrauit angelus? hiccine eſt, in quo miracu-
lum mihi conceptionis eſt editum? Virgo ſum
& puerpera, cur hic crucifigitur? *Et tuam ipſius ani-*
mam pertranſibit gladius. Itaque tentationis eſt ex-
pers nemo, ter negauit Petrus, alij diſcipuli de-
relicto eo fugerunt: non enim ouis auxilio pa-
ſtor indigebat, dum lupos abigeret, neque adiu-
toribus indigebat athleta, ſed omnes abierant,
B Chriſtus vero ſolus vt aries pendebat. Pertranſ-
iuit igitur & ipſius animam gladius, vt reuela-
rentur ex multis cordibus cogitationes. itaque
patitur Ieſus ad arguendam incredulitatem, ad
confirmandam credentium probitatem. Porro
ſigno contradicitur, vt qui ex malitia contradi-
cunt, diſcernantur. Si enim abſque vlla contra-
dictione ſuccederent res omnes humanæ, mini-
mè probata veritas futura eſſet, & pietas: at per-
miſſio contradictionis efficit, vt per hæreſim ve-
ritas probata maneat. Contradicitur ſigno: quod
ni ita fieret, quomodo in perſequutione probati
martyres eſſent, qui dum decertarunt, per pa-
tientiam innotuerunt? Aduertendum eſt autem
neque reſurrectionem ab eo vi obtrudi, ſed po-
ſitum eſſe illum in ruinam illis, qui ad lapidem
offenſionis offenderint; in reſurrectionem vero
illis, qui ſponte crediderint. Poſitus eſt enim,
quaſi diceret, lumen exoritur, vt qui ſani ſunt
C videant; quibus vero ægri ſunt oculi, ſplendo-
rem lucis amplius fugiant. Quomodo autem hi
quidem lapſi eſſent, indigni reperti, qui delige-
rentur; illi contra ex voluntate ſua ſpem bonam
habentes reſurrexiſſent, niſi contradictum ſigno
eſſet? Quomodo ait Simeon, Et in ſignum, cui
contradicitur? ne credentes deterreat contradi-
ctio. Etenim veritati, quæ ſecundum Deum eſt,
contradicitur; & quis auderet, aut poſſet, niſi
Deus permitteret, contradicere? at neceſſe eſt,
vt permittatur. Erit enim tempus, cum non am-
plius contradictionis locus erit: cum enim ſignum
relucebit, tum *cæleſtium, terreſtrium, infernorum*; Phil.2.10
omnis denique lingua confitebitur, *quia Chriſtus*
Dominus eſt in gloria Dei patris. Nam quamdiu qui-
D dem ſolum ipſum ſignum apparet, ſolum etiam eſt
ſignum ipſius deſignati Adami, quod cernitur:
poſtquam autem ille ipſe qui deſignatur, ſecundo
fuerit aduentu reuelatus, non iam amplius ſigno
contradicere quiſquam audebit, cum is qui deſi-
gnabatur, manifeſta diuinitate aduerſus contradi-
centes aduenier. Tunc quidem illi qui ſigno con-
tradixerint, ab eo qui manifeſtabitur, damnabun-
tur: qui vero ſignum ſuſceperint, ab eo qui deſi-
gnabatur; ſuſcipientur, ac finis erit contradictio-
nis, finis erroris, finis dubitationis, finis incredu-
litatis; initium vero præmiorum & coronarum;
quas vtinam nobis omnibus obuenire con-
tingat in Chriſto Ieſu Domino noſtro,
cui gloria & imperium in
ſæcula ſæculorum.
AMEN.

[* al. Ser. S. Patris noſtri Ioãni. Chry. in eamdẽ peccatricẽ. n. Domine Benedic.]

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, Sermo, In Peccatricem & Phariſæum.

G. Voſſio Interprete & Scholiaſte.

[Editus primo eſt hic ſermo Romę ex Typog. Vatic. inter opera S. Ephrẽ. Gen. 1. 9. Ioan. 8. Rõ. 6. & 1. Petr. 1. Pſalm. 81. Ioan. 3.]

SEmper quidem Deus vt benignus ac bonus, tempus ad pœnitentiam peccatoribus conceſſit: ſed propria ſegnitie ſuam ipſius animam deperdit negligens. Nam dum vana atque terrena & momentanea amat, cæleſtibus & æternis bonis deſtituitur. Et qui conſtitutus eſt rex & dominus omniũ à creatore & Deo, homo, ſeruus peccati propter mundanas concupiſcentias efficitur. Quamobrem & Dauid de ijs qui talia faciunt, dicit: *Neſcierunt, neq; intellexerunt: in tenebris ambulant.* Et Chriſtus peccatores ſignificans ac taxans, ait: *Non veniunt ad lucem, ne redarguantur eorum opera. Omnis enim qui * mala agit, odit lucem.* [* al. male. Ioan. 12.] Rurſuſque ait: *Dũ lucem habetis, ambulate ad lucẽ; vt non vos tenebræ comprehendant.* [Ioã. 3. 10. Ioan. 3.] Et denuo: *Ego* (inquit) *veni in mundum, non vt pereant, ſed vt vitam habeãt.* Et iterum: Non *veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluem illum.* [Ioan. 10.] Ac rurſus: *Animam meam pono pro ouibus meis.* Quæ verba tamquam aromata audiens mulier peccatrix vbique prædicari, & omnibus dignis odorem vitæ præbere; mala ſua opera ſecum reputans, ſtatim oblinioni illa tradidit, peplorans infamiã ac turpitudinem ſuam, & mala inde ſecutura conſiderans: magna quippe tribulatio & anguſtia ac dolor fornicarijs illic erit. [1. Cor. 6. 10. & 2. Petr. 2. & Iudæ. 3.] Atq; ab iſtis ſibi peccatrix hæc metuẽs, vitã in melius cõmutauit, ac pœnitentiã egit: & non amplius peccatrix remãſit, ſed illico quauis virgine caſtior verecundiorq; euaſit. Seorſum enim ſedens, iudiciũ ſibi conſtituit, & ſeipſam coarguens intra ſe dicebat: Hei mihi, hei mihi peccatrici, laſciuæ atq; impudicæ; quouſque à malis, & peccatis nõ recedo? quouſque Dei miſericordiam mecũ nõ reputo: & quomodo propter me inſtar ouis oberrãtem, cunctas vias circumiuerit Dominus? Nam mei cauſſa cælos inclinauit, & deſcendit. propter me, apud peccatorem Phariſæũ conuiuatur, *qui dat eſcam omni carni:* [Pſalm. 17. Luc. 7. Pſal. 135.] ad peccatorem acceſſit, qui omnis peccati eſt expers. Menſæ terrenæ particeps fit, qui cunctos nutrit. In terra diſcumbit, qui *fertur ſuper Cherubim.* [Pſalm. 17.] Accumbit, & cunctis peccatoribus chirographum ſuorum peccatorum * donat. [* al. remittit atque condonat.] Quid manes, atque exſpectas? Confide, ô anima mea; audacter accede: non enim venit vt iuſtos ſaluaret, ſed peccatores ad pœnitentiam vocaret. [Mat. 9. & Marc. 2.] Hæc, ipſa ſecum dicente, ſtatim * bona indulgentiæ atq; remiſſionis fragrantia ſuper peccatricem ex menſa Chriſti venit. [* al. bonus ac gratus veniæ ob tẽtę odor.] Et quæ aliquando fuerit laſciua atque impudica, nunc facta eſt modeſta ac caſta: quæ quondã fera, nunc autem ouis: olim peccati ſerua, at nũc per pœnitentiam libera: olim meretrix, nunc vero honeſta atq; pudica. Et ſane cum auxilium perſenſiſſet, alacri mox animo venit ad redemptorẽ: cernẽs in menſa Dominum, non quæſiuit ſicut Chananæa micas; ſed ipſum panẽ vitæ amplexa eſt. [Math. 15. ibidem.] Chananæa enim pro filia à dæmonio vexata interpellabat, & dum ſeipſam canis nomine appellari audiret, micas de menſa cadẽtes petijt. Hæc vero non filiã dæmonio vexatam habebat: ſed totũ corpus laſciuiæ atq; impudicitiæ dæmoniacæ deditũ. [Luc. 7.] Verum Chananæa prorſus fortiter clamabat: Miſerere mei, fili Dauid; filia mea male à dæmonio torquetur. At peccatrix hæc, non clamorem edebat: ſed conſiderans, quòd ipſe omnia vt Deus noſſet, ſilens ore, corde cum cordis inſpectore ac ſcrutatore loquebatur; [Math. 15. & Mar. 7.] & plorans, deoſculabatur pedes, atque ita Dominum ad [Pſalm. 7.]

A ſui compaſſionem indulgentiamque induxit. [Luc. 7.] Cæterùm vellem, fratres, ſapientis huius fœminæ mentem indagare, & qua ratione illam Dominus exceperit, cognoſcere; & quomodo animæ tenebris circumfuſæ Chriſtus illuxerit. Etenim vere vaticinatus eſt Dauid: *Specioſus forma præ filijs hominum Dominus:* [Pſalm. 44] & non ſolum ſpecioſus, ſed & ſpecioſorum amator. Siquidem hanc, priuſquam ad ipſum ingrederetur, cognoſcebat * bono ac pulchro animæ propoſito decoratam eſſe. [* al. caſti ac ſancti animi habere propoſitum.] Sed ſi videatur, etiam dictum Euangelij audiamus: Accumbente quippe Chriſto in domo Phariſæi, mulier quædam in ciuitate peccatrix audiuit atque intellexit: [Luc. 7.] quæ & accepto ſecum vnguento pretioſo, ingreſſa vnxit ipſius pedes, ac lacrymis rigauit, capilliſque capitis abſterſit. Magnum profecto ſtudium, atque diligentia mulieris; magnus ſalutis curſus: magnum animæ, voluntatiſque à periculo liberari cupientis propoſitum. Audiuit, & feſtinauit. adiecit * ac impulit cogitationem ad pœnitentiam, [* [illegible]] hæc apud ſe dicens: O anima peccatrix, atque infæliciſſima, quem B exſpectas, & quid attendis? *Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis.* [1. Cor. 6.] Ecce, purus atque immaculatus, quem quæris, aduenit. Ecce adeſt, qui tollit, ac delet, abſtergitque peccata. [Ioan. 1.] Adeſt iam vnguentum, quouſque in cœno atque fœtore cunctaris? ad ipſum abito: nam & ipſe propter te venit. Dimitte cuncta vana præterita; & concupiſce, quæ nunc ſe offerunt, ſpecioſa: illa enim abominabilia ſunt, hæc vero deſiderabilia, & æterna. Deteſtare mentem, atque voluntatem antiquam: & iam, eum qui vnguenta creauit, inunge. Inueniſti amatorem, ſuper omnes quos prius amicos habuiſti. Illos quippe amans, multis teipſam peccatis * coinquinaſti: [[illegible]] hunc vero ſi amaueris, etiam peccata priora, quæ ex illis acquiſiuiſti, ipſe tibi indulgebit atque remittet. Hęc, ſecum ipſa conſiderans atque expendens, domum ſubit, & dicit: Ab antiquis recedo malis, & recenti bono placeo atque adhæreo. Inſufflo * & abrenũcio cuiuis malo, & cum bono deinceps pactum ineo. [* ἐμφυσῶ καὶ ἀποτάσσομαι.] Prophetam quippe Dauidem dicentem audiui: *Accedite ad eum, & illuminamini.* C ipſumq; etiam Dominum aſſerentem: *Appropinquate mihi, & appropinquabo vobis.* [Pſalm. 33. Iac. 4.] Et ego appropinquabo Deo: ſed vereor ego peccatrix accedere ad eum, qui omnis peccati eſt, expers cœnum ego ac limus ad ipſum vnguentum: [1. Petr. 2.] at habeo arrhabonem miſericordiæ, ipſius vocem dicentem: Venite ad me, omnes peccatores. [Math. 11] Non improperat mihi. neq; dicit mihi: Recede hinc à me, peccatrix. Quamdiu hactenus in tenebris degiſti, & modo viſura venis me iuſtitiæ Solem? Sed quid moras nectam, & attendam? Accipiam vnguentum, & ibo ad ipſum: [Luc. 7.] faciamque Phariſæi domum * illuminatricem; ac lacrymarum fluentis lauacrum * atque piſcinam mihi parabo, & alabaſtrum vnguẽti pro baltheo atque ſignaculo ſumam fidelium, in * fronte: [φωτοφόρον. κολυμβήθραν. κατὰ μέτωπον.] D pœnitentiæque remedio mea expiabo peccata; & ſalubri verbo ipſius, laqueos diaboli effugiam. Nihil mihi * deſperandum eſt. [ἀνελπιστεῖν.] Noui in veteri teſtamẽto * Raac meretricem in porta ciuitatis miſericordiã ſui peccati obtinuiſſe: [* al. Raab Ioſ. 2. Hebr. 11. & Iac. 2. Ioſ. 2.] verum ipſa exploratores filiorum Iſrael ſuſcipiens, pro hoſpitalitatis mercede vitam recepit. Qui enim ſeruauit illã Ieſus filius Naue, figuram veri Ieſu referebat, bona meretrici pro opere bono donãs, retribuẽſque. Si igitur tunc nomẽ Ieſu ſalutẽ & remiſſionẽ peccatorũ præbuit; [A minore Ad maius] nunc verus Ieſus virgo ipſe, & ex Virgine, peccatricem hoſpitio excipientẽ, & vnguento pedes vngentẽ repellet; nec peccata ei cõdonabit? Atqui ibi * Raab à ſe dimiſit exploratores: [* al. Raac] ego vero retinere eũ conor, quẽ deſideraui: nõ quidẽ vt illa exploratores multos; ſed hũc tamquã Epiſcopũ omniũ animarum hominũ. [Luc. 1.] Ecce iam, ſicut ante dixi, tempus aduenit, quod videre concupiui. Illuxit mihi dies & Sol iuſtitiæ, annuſq; acceptabilis à Domino, & magna à Deo viſitatio. Verè enim *viſitauit nos oriẽs ex alto*

* illumi-

*id eſt ad illuminãdum. Luc. 7. 1. Reg. 1. Ibid. Luc. 7. Ibid.

* *illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedẽt.* In domo Simonis diuerſatur Dominus, ad ipſum proficiſcar: ſed quid faciam? Flebóne quemadmodum Anna ſuam deplorauit ſterilitatem? at exiſtimabit me Simon velut temulentam, ſicut olim Heli ſacerdos etiam reputabat Annam. Cæterum corde meo in precibus ad pedes Chriſti perſiſtam, illudque cũ lacrymis faciam. Auxiliata autem eſt fides peccatricis puro atque ſyncero eius propoſito; venítque ad venditorem vnguenti, & dicere cœpit ipſi: Quoniam magnus mihi amicus præ cunctis filijs hominum aduenit, ſi egregium* ac præſtantiſſimum aliquod vnguentum habeas, da mihi: vt pro dignitate offeram ei, qui merito à me amatur, quique cor meum ac renes incendit atque inflammauit: de pretio autem non ſit tibi curæ. Si oportuerit me cuncta etiam vſque ad corpus & oſſa vendere, & dare tibi, promptiſſime faciam; vt ſaltem modicum quid habeam quod illi offeram, qui ſic me à peccatorũ ſordibus purgaturus eſt. Atque is fidei ipſius cernens feruorem, & *alacritatem animi, ait ad eam: Dic mihi, quiſnam ille ſit, quem concupiſcis, quòd vſque adeo amore illius flagret cor tuum: aut quid pro vnguento te accepturam ab illo exſpectas? Illa vero ad ipſum ait: Quid mihi dicas, ò homo ignoras, & quid loquaris, neſcis. Reddere is mihi poteſt pro vnguẽto *æquiualens, aut nullus prorſus huic pro dignitate par pari referre poterit, neq; ipſum cælũ, neque terra: cum neque vllus in mundo cũ eo qui ad me venit, conferri debeat ac poſſit. Quam autem tu vt vilem atque abiectam contemplaris; eam ille pro ſua benignitate & miſericordia dignatus eſt à peccatis liberare. Hic filius eſt Dauid, ſecundũ carnem; & propterea conſpicuus eſt atque ſpectabilis. Et de eo ipſe dicebat: *Speciosus forma præ filijs hominum*, Hic filius eſt Dei, & Deus ipſe. Hunc cum nõdum vidiſſem, audiſſem tamen de ipſo, vulnerata eius amore ſum, ac deſiderio. Dauidis quidem amore capta *Melchol filia Saul, regiam reliquit: ego proprias diuitias, quas & male conquiſiui, vendo, vt vnguentum emam: & acurro ad eum, qui ex Dauid ſemine propter me pauper factus es. Et accepto vnguento, cucurrit fidelis peccatrix, tamquam vocata ad domum phariſæi. Phariſæus vero cernens peccatricem amplectentem pedes Ieſu, eoſq; inũgentẽ, & totam domum ſuauiſſimo odore replentẽ, cogitabat & dicebat intra ſe: *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret, vtique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.* Et audaciam peccatricis conſiderans, tamquam quæ inuerecunde nimis acceſſiſſet, & illum tetigiſſet; etiam Dominum ipſum coarguebat, tamquam inconſiderate omnes ad eum accedentes ſuſcipientem, & tamquam ignorantiæ ipſum inſimulans, aiebat intra ſeſe: O res ſtupendas, & admirabiles. Vocaui ad prandium, eum tamquam vnum ex prophetis: & hanc, quam omnes nouerunt qui in ciuitate habitant, quamque vnuſquiſque nouit, ille ignorat: quòd ſi Propheta eſſet, cognoſceret vtique quæ ac qualis ea ſit mulier. Cæterum Ieſus, qui corda & renes ſcrutatur, cernebat Phariſæi cogitationes: eoque iam fluctibus cogitationum agitato, tranquillitatem atque ſerenitatem ipſi internam præbet Chriſtus, & dicit ad eum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait; *Magiſter, dic.* Qui dixit ei: Reprehenſibiliſne tibi ego videor, quod peccatricem hanc non *repulerim, ſed protexerim? Reprehenſibiliſne tibi videor, quòd hanc peccatricem auerſatus non ſim, ſed receperim? Reprehenſibilis tibi videor, quòd illam non reiecerim, ſed iuſtificauerim? Reprehenſibilis tibi videor, quòd illi non ſuccenſuerim, ſed *ignouerim? Reprehenſibilis tibi videor, quòd cupiẽtem deinceps fugere atque euitare ſuas iniquitates, eam ego ad rectum vitæ tramitem reuocauerim? Te potius gaudere ac gratulari oporteret ſuper conuerſione illius, quæ poſt lapſum denuo ſurrexit. Triſta-

Margin: *ἐκλεκτόν. — B — *προθυμίαν. — *ἀντάξιον. — Math. 22 & Luc. 1. 16. 20. Pſalm. 44. — * al. Michol. 1. Reg. 18. 19. 25. 2. Cor. 8. Luc. 7. — C — Ibid. — Ibid. — Phariſæi temerarium ragitur iudicium. — D — Luc. 7. Pſal. 7. Hier. 11. 17. 20. — Luc. 7. — *al. confuſam non redeiderim. — * al. ἀνελάβομεν, id eſt, mollitus ac mitigatus ſim.

A ris de bonitat non eſt *rationi conſentanea illa tua reprehenſio. Confer & expende tecum, quod tibi iam ſum dicturus: *Duo debitores erant cuidam fœneratori: quorum vnus debebat denarios quingentos, alius vero quinquaginta. Illis autem non * habentibus vnde redderent, * donauit atque remiſit vtriſq; ſua chirographa fœnerator. Quis ergo iſtorum plus eum amare debet? At Phariſæus hæc audiens, dixit: Aeſtimo quia is, cui plus donauit. Cui ille: Recte indicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc * peccatricem, quam tu reijciendam cenſes? Pedes mihi lauare non es dignatus: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi caritatis non dediſti: hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.* Cæterùm audi Phariſæe, ac diſce quiſnam ille ſit fœnerator, & qui debitores: Ego fœnerator ac creditor ſum amborum, tui nimirum, & illius: neque ſolum veſter, ſed & omnium plane hominum. Ego enim cunctis, quæ & acceperunt à me, animã, ſpiritum, corpus, ſenſum, mentem, motumque conceſſi. B Fœneratori igitur ac creditori non repetenti abs te data, quæ ab illo affatim largeque accepiſti, ſi non habes quod reddas; ſaltem ſupplica, vt mutuum ac debitum tibi condonet, atque remittat. Si vero nec reddere potes, neque vt remittatur ſupplicare dignaris; ſaltem impudenter atque loquaciter multa non effutias, neque te illi opponas: at tace, ſicut hæc peccatrix, quæ varijs ſe debitis obſtrictam cernens, dixit intra ſeſe: Quid loquar, aut quid reſpondeam, non habeo. ſi dicere voluero, nõ debeo mutuum: Ipſe omnia nouit; & quæ ac quanta debeam, callet, & à quibus quotq; temporibus ego rea ſim ac debitrix. Ideo cum videret illum omnia noſſe, nihilq; malorum ab ipſa admiſſorũ eſſe quod eum lateret, cum ſilentio ad illum acceſſit ſuſpirans ac lacrymans: & corde cuncta ſua debita confitens, Deum placatum reconciliatumque ſibi reddidit. Tace ergo & tu Phariſæe, vt tibi quoque Dominus C tua debita remittat. Ne tu culpæ *obnoxius cum ſis, ream cõdemnes. Ne tu vilis & abiectus cum ſis, humilem † abiectamque deprimas: ſed quieſcas, ac conticeſcas. Neque enim tuis, neque illius ego rebus indigeo: verum vtriſque condonaturus debitum veni. Duorum quippe debitorum ſum creditor benigniſſimus; nec ſolum vobis, ſed & omnibus non habentibus vnde reddant, ſi modo debitum confeſſi fuerint; & me, vt per pœnitentiæ chirographum eis condonem, rogauerint. Si quis ergo debitorem ſe nouerit; veniat & accedat dono ac gratia baptiſmi pœnitentiæ: & per eam, ſuo debito liberabitur. Ite igitur, ecce iam debita vobis remiſſa, iam omni obligatione liberi eſtis, gratia liberati. Ne igitur aliud vobis chirographum inferatis priore proſciſſo. Cæterũ Domine mi Ieſu Chriſte, quoniã quæ debeo tibi, non habeo, nec reddere valeo; (multis enim iniquitatibus meis, totam * ſummam ſimul & lucrum male conſumpſi,) ideo obſecro, ne requiras D à me quam tribuiſti mihi animæ ſummam, & corporis vſuram, ac lucrum: ſed pondere atque grauitate debitorum meorum me ſubleua, vt benigniſſimus. & dic quoque mihi, ſicut peccatrici: *Remittuntur tibi peccata multa.* Tu enim ſolus abſque peccato es, & bonus atque benignus, qui & peccata remittis. * Tibique debetur gloria, honor, & potentia, ſimul cum Patre, & ſancto ſpiritu, in æterna ſæcula ſæculorum. Amen

Margin: *al. recta ac iuſta. Ibid. Luc. 7. — *ἀπαιτοῦντι. — *al. dōnauit vtriſque creditor. Ibid. — * vulg. mulierẽ. Ibid. — Ibid. — Quis hic fœnerator ſit ac creditor & debitores quinã. — Pulchra, ac ſalutaris conſideratio. — * al. reat. — ἐντεθλιμμένην. — Pulchra & accommoda Creditoris expoſitio. — Cohortatio ad auditores. Precatio. — *κεφάλαιον εὐπορίαν. — Luc. 7. 1. Petr. 2. Luc. 18. — *al. Teq; decet gloria, nunc & ſemper & in ſecula ſæculorũ. Amẽ.

Scholia, & variæ Lectiones.

Reperitur hic Sermo Græce ſub nomine S. Ioannis Chryſoſtomi in varijs illuſtrioribus Bibliothec. nimirum Vaticana, Cryptaferrat. Sirletana, ac iam Columnen. Sfortiana S. Flora. item Antonij Card. Carafæ, ex cuius MS. Codice eum Græce deſcriptum habemus: nec nõ Veneta S. Marci, & Regia

Gallia, &c. vt dubitare de Auctore non debeamus, cum non A *ſolum nomen, ſed & ſpiritum ac phraſim refert. Viſum autem eſt cōſulto eumdem hic Sermonem, poſt alterum Ephramiticū in Peccatricem & phariſæum, edere: tum quòd eiuſdem cum illo ſit argumenti; tum quòd ante hac latine (quod ſciatur) non prodierit, qua etiam ratio me ad illius recentē traductionem permouit: tum vero quòd in MS. Vatic. & Cryptaſer. ſub lit. A. immediate poſt alterū illū S. Patris Ephram ſubijciatur; quare & nos hic opportune eumdem addidimus, alterique ſubiecimus, quòd ad illius quoque illuſtrationē plurimum faciat.*

Atque ab iſtis ſibi Peccatrix metuens, vitam in melius cōmutauit, & non amplius peccatrix remāſit, ſed illico quauis virgine caſtior, euaſit, &c.] *Vbi alia lectio paullo aliter ſic:* Atque hinc à futuris malis mulier peccatrix, obvitā præteritā in ſordibus peccatorū trāſactā, ſibi metuēs; de reſipiſcēdo, ac melius deinceps in gratia Dei viuendo, ſerio mentem adiecit: & non amplius in peccatis perſtitit, ſed ita mox ſe geſſit, vt virgines honeſtate ſuperaret, &c.] B *Suffragaturq; ſentētia S. Gregorij Papæ hæ. ſic de eadē Peccatrice loquētis:* Quot in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta. cōuertit ad virtutū numerū, numerū criminum, vt totū Deo ſeruiret in patientia, quidquid ex ſe Deum contempſerat in culpa. Sic igitur meretrix effecta eſt honeſtior virginibus, *&c. ait ibi S. Gregorius cognomine Magnus.*

Inueniſti amatorē ſuper omnes, quos prius amicos habui: Illos quippe amās, multis teipſam peccatis coinquinaſti, &c.] *Differentiam ponit inter amorem Dei, & ſeculi; carnalem item, & ſpiritalem: quantumque damni ac mali ex carnali ac improbo amore naſcatur; ſicut contra, quantū boni animæ ex Dei amore, atque ſpiritali proueniat, exēplo hic Peccatricis pœnitentiā agentis optime oſtēdit. Quod porro hic dicitur:* multis teipſam peccatis coinquinaſti, *&c. græce eſt* ἐκοίνωσας, *& non* ἐμίανας, *vt mendoſe in alio hic exemplari habetur. nam* κοινῶ, *id eſt, communico, etiam hebraico more ponitur pro (inquino) vt hoc loco, & in ſacris literis ſæpius, quòd Iudæi animalia quædam immunda, à quorum eſu abſtinebant, communia vocarent, &c. vt in Act.* C ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου, *id eſt, quæ Deus purificauit, tu cōmune atq; immundum ne dixeris, &c. Act. 10.*

Paullo poſtea ſequitur: Accipiam vnguentum, & ibo ad ipſum, faciamq; phariſæi domum illuminatricē; ac lacrymarum fluentis, lauacrum atque piſcinam mihi parabo, & alabaſtrum vnguenti pro ſignaculo ſumam fidelium in fronte, &c.] *Vbi quod dicit* (φωτιστικὴν,) *nos illuminatricem vertimus, nec conuenientiori vocabulo vim rei hic explicare potuimus. Fuit enim hoc nomē olim apud SS. Patres ac præſertim græcos nomen pene proprium, idem ſignificans quod* φωταγωγίαν, *nam &* φωτισμὸν, *baptiſmum appellant, propter lumen fidei quo colluſtramur in baptiſmo; ſecundum illud Pauli, ad Hebr. 10. Rememoramini priſtinos dies, quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſsionū &c. quibus Apoſtoli verbis tempus ſignificari baptiſmi, haud obſcure in tract. de Baptiſmo etiam indicat Catechiſmus Concilij Trident. ad parochos. Et quia mulier hæc peccatrix, ſiue Mag-* D *dalena contritione ac lacrymis ſe veluti baptiſmo quodam cōſperſit, ideo haud immerito locum hic appellas* φωτιστικὴν: *atq; ideo etiam recte addit deinde* κολυμβήθραν, *id eſt piſcinā, &c. ac* σφραγῖδα, *id eſt ſignaculum, nam & in Baptiſmo adhibetur hæc metaphora, quòd nimirum veluti ſigno aliquo oues Chriſti efficiamur, & charactere notemur ac diſtinguamur à cæteris gentibus baptiſmi Sacramento non ablutis, &c. De quo, plura Magnus Baſilius in exhortat. ad Baptiſmum, ac S. Gregorius Nazianzenus in orat. in ſacrum Baptiſma, & Nicetas in eandem orat. & S. Ioannes Chryſoſtomus in Homilia 4. ad baptizandos, tom. 5. quæ incipit:* O quàm dulcis iſta fratrum caterua conuenit, &c. *vbi multa & diuerſa nomina, atque appellationes Baptiſmi, à S. Chryſoſtomo in medium adducuntur, & ſuis rationibus atque auctoritatibus explicantur, quæ pro noſtro hic inſtituto optime ſeruiunt, quadrantque.*

S. PATRIS NOSTRI

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, Oratio, in dictum illud Apoſtolicum, Non ſolum autem; ſed & gloriamur in tribulationibus ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, &c. *Rom. 5. 3.*

INTERPRETE EODEM.

Laborioſum eſt quidem agricolæ boues iungere, vomerem trahere, ſulcum ducere, ſemina iactare, hyemem ferre, frigus tolerare, foſſam circumducere, ingruentem aquarum copiam à ſemi- B nibus arcere, fluminum ripas altiores reddere, ac per medium agrum profundiores ſulcos ducere: verum hæc laborioſa, quæque multum illum fatigant, leuia fiunt ac facilia, cum prout ſperauerat, ſegetem viderit vernantem agricola, cum falcem exacui, cum manipulis aream repletam eſſe, frugesque naturas multa cum lætitia donum deferri. Sic & gubernator feris ſe fluctibus audacter committit, tempeſtatem, & iratum mare ſæpe contemnit, ac ventos inſtabiles, marinas procellas, & longas peregrinationes ferre nouit, cum ſarcinas mercium ſecum reputat, & negotiationis portus, & immenſas opes inde partas intuetur. Sic & miles fert vulnera, iaculorum nimbos excipit, famem tolerat, frigus, longas peregrinationes, & in acie ſubeunda pericula, cum inde parta trophea, victorias, coronaſque ſecum reputat. Ad quid autem hæc commemorauimus, aut quid hæc exempla ſibi volunt? hinc nimirum occaſionem arripere ſtatui vos ad audiendum cohortandi, atque ad labores C pro virtute ſubeundos incitandi. Nam ſi propter ſpem futurorum, idque vt eorum aliquis ea bona conſequi poſſit, quæ cum hac vita finiuntur, hæc illi ſuſtinent: multo magis nos oportet in audiendo perſeuerare, vt ſpirituali doctrina imbuamur, & pro æterna vita pugnam generoſè ſudoreſque tolerare. Illis enim incerta ſunt temporariæ ſpei bona, & ſæpe dum ſola commodorum expectatione lactantur, vitam finiunt, ſpe quidem affluentes; ſed rebus ipſis necdum vicini, tametſi grauiores illas difficultates exorbuerint. Exempli cauſa; poſt multos illos perſæpe labores ac ſudores agricola nonnumquam, dum falcem exacuit, & ad meſſem ſe comparat, vel immiſſa ærugine, aut locuſtarum multitudine, vel immodica pluuia ingruente, vel alia quæpiam im- D portata calamitate ex aeris intemperie vacuis manibus domum reuertitur, poſtquam labores exantlauit, ſed à ſpe frugum tamen excidit. Gubernator vero pari ratione ſarcinarum copia lætatur, cumque multa cum voluptate vela panderit, & & multa maria fuerit emenſus, in ipſo perſæpe portus ingreſſu vel occurrente rupe vel ad ſaxum in mari latens aut ad aliquem ſcopulum alliſæ naui vel inopinato eiuſmodi caſu percuſſus onera cuncta perdit, & poſt ſexcentos labores illos vix ſaluo corpore nudus euadit. Sic & miles poſtquam innumeris pugnauit in prælijs, aduerſarios repulit, hoſtes deuicit, dum in ipſa victoriæ expectatione verſatur, nullis penitus commodis ex laboribus periculiſque reportatis è vita diſcedit. At eiuſmodi non ſunt res noſtræ: ſpes enim æternas, immotas, & firmas habent, quæque cum hac temporaria vita minimè terminantur, ſed ad immortalem beatamque vitam illam ac perpetuo duraturam ſpectant; & non modo nullis ex aeris intemperie vel inopinato rerum euentu patent in-

Edita primum Burd. ann. 1604. Gr. & Lat. A ſimili.

Pro vitæ æternæ mercede quæuis dura fortiter toleranda.

curſibus, ſed nec ab ipſa morte poſſent infringi. Quin etiam cum ſola ſpe fouemur, eius quouis è vulgo iam fructus elucet, & quanta illi merces debeatur. Propterea beatus etiam Paulus

Rom. 5. 3

clamabat dicens. *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus.* Ne quæſo leuiter prætereamus, quod dictum eſt: ſed quando neſcio quo caſu ſermo nos rurſus ad præclari gubernatoris Pauli portum appulit, in huius dicti conſideratione libenter immoremur, breuis quidem illius, ſed à quo multa philoſophia erudimur. Quid tandem eſt ergo, quod dictum eſt, & quid hic nobis innuit verbis? Non ſolum, autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Paulo altius ſi placet doctrinæ ſermonem ordiamur, & multam inde nobis perſpicuitatem videbimus ac vim ſententiarum emergere. Sed neminem corpus in mollitiem ac pigritiam reuoluat, quin potius tamquam rore ſpiritualis doctrinæ cupiditate recreetur. Etenim de tribulatione verba facimus, de cupiditate bonorum æternorum, de patientia deque mercede, quam illi obtinent, qui minime ſupini

B

ſunt ac deſides, Quid ergo eſt illud, Non ſolum? qui enim his verbis vtitur, ſe de multis alijs indicat bonis loquutum eſſe, quæ præceſſerint, & cum illis iſtud adijcere, quod ex tribulatione naſcitur: idcirco & ipſe dicebat: Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Vt autem dilucidius fiat, quod dictum eſt, ab breuem

Apoſtoli in prædicatione Euãgelij quãta patiebantur.

horam ſuſtinete, dum nos prolixiori doctrina ſermonem exponimus. Poſtquam enim promulgatum fuerat ab apoſtolis euangelium diuinum, & omnes orbis terrarum plagas religionis verbum ſpargentes obibant, errorem radicitus extirpabant, paternas impiorum leges reſcindebant, iniquitatem omnem exterminabant, terram expurgabant, atque ab idolis quidem, à fanis, altaribus, & ferijs ac cerimonijs inde conſequentibus reſilire iubebant, vnum, autem & ſolum vniuerſorum Deum agnoſcere, ſpes futuras expectare, deque Patre Filio & Spiritu ſancto diſſerebant,

C

de reſurrectione philoſophabantur, ac de cælorum regno verba faciebant; bellum exarſit aſperum, omniumque ſæuiſſimum, omnia tumultu perturbatione ac ſeditione redundabant, vrbes omnes, populi omnes & domus, omnis regio ſiue inculta eſſet ſiue deſerta: quod nimirũ antiquæ cõſuetudines labefactarentur, & quæ tandiu obtinuerat anticipata opinio conuelleretur: cum noua dogmata inueherentur, quæ nemo vmquam audiuerat: aduerſus hæc Reges ferociebant, magiſtratus indignabantur, priuati commouebantur, fora perturbabantur, iudicia ſæuiebant, nudabantur enſes, arma parabantur, & ſoli ſuccenſebant. inde ſupplicia, pœnæ, minæque, ac cuncta quæ inter homines videntur grauia, commouebantur: quemadmodum cum

D

iratum eſt mare, atque infeſta naufragia parturit, nihilo meliori in ſtatu erat orbis terrarum, cum religionis cauſa tunc pater filium abdicaret, à ſocru nurus diſſideret, fratres diuiderentur, domini in famulos indignarentur, natura quodammodo aduerſus ſeipſam ſeditione commota inſurgeret, nec ciuile tantum ſed gentile bellum domos omnes peruaderet. Verbum enim gladij in morem penetrans, & quod morbidum erat à ſano diſcindens multam vbique ſeditionem ac contentionem excitabat, & efficiebat, vt innumeræ vndique aduerſus fideles inimicitiæ pugnæque inſurgerent. Hinc fiebat, vt alij in carcerem abducerentur, alij ad iudicia, & ad viam, quæ tendit ad mortem: atque horum quidem facultates publicabantur, illi vero & patria & vita ipſa perſæpe priuabantur, & omni ex parte crebrius, quam nix decidat, à malis circumſidebantur. intus pugnæ, foris timores, ab amicis, ab alienis, ab ipſis, qui natura inter ſe coniuncti erant. Hæc igitur cum cerneret beatus Paulus or-

A

bis terrarum præceptor, & cæleſtium dogmatum doctor, quoniam res quidem graues, & acerbæ in manibus erant, & ante oculos fiebant: res autem commodæ in ſpe tantum & promiſſione regnum cælorum inquam, & reſurrectio, ac bonorum illorum adeptio, quæ mentem ac rationem excedunt, fornaces autem, ſartagines, gladij, ſupplicia, tormentorum omnia genera, & mortes non ſpe, ſed experientia percipiebantur; qui vero aduerſus hæc omnia decertaturi erant, non ita pridem altaribus, ab idolis, à delicijs, à luxuria, & ebrietate fidem traducti fuerant & adoptati, nequedum ad ſublime quicquam de vita æterna verſandum animo aſſuefacti, ſed rebus præſentibus potius inhærebant, ac veriſimile eſt multos eorum fatiſcere cœpiſſe, defeciſſe animis, & concidiſſe, cum ſingulis diebus obſiderentur: vide quid faciat ille, qui arcanorum particeps fuerat, & ſapientiam Pauli conſidera; de futuris aſſidue diſſerit apud illos, præmia ponit ante oculos, & coronas oſtendit, incitat eos, ac ſpe futurorum bonorum conſola-

B

tur. Quid ergo ait? *Exiſtimo enim, quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*

Rõ. 8. 18.

Quid enim mihi vulnera, inquit, obijcis, altaria, carnifices, ſupplicia, famem, proſcriptiones, paupertatem, vincula, & compedes? quæcumq; volueris propone, quæ inter homines peracerba cenſentur, nihil præmijs illis, coronis, ac mercedibus dignum commemoras. Nam illa quidem vna cum hac vita finiuntur, hæc vero interminato ſæculo finem habent: illa cum temporaria ſint, prætereunt, hæc cum immortalia ſint, perpetuo permanent. Quod ipſum & alio loco ſubindicans dicebat: *Id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ:*

2 Cor. 4. 17.

ſic quantitate qualitatem imminuit, & acerbitatem mitigat temporis breuitate. Quoniam enim grauia natura ſua erant & moleſta, quæ tum accidebant, temporis breuitate moleſtiam illorum imminuit dicens: *Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus opera-*

C

tur nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt. Et rurſus vt ad intelligendam illius vitæ bonorum magnitudinem eos prouehat, creaturam ipſam ob præſentia mala dolentem & congementem introducit, ac futura tamquam valde commoda vehementer optantem, dum ſic ait: *Etenim creatura congemiſcit ſimul parturit vſque adhuc.*

Rõ. 8. 22.

qua de cauſa gemit? qua de cauſa parturit? dum illa futura bona præſtolatur, & in melius mutationem deſiderat. *Nam & ipſa,* inquit, *creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gratiæ filiorum Dei.* Cum vero audis eam gemere ac parturire, noli eam ratione præditam arbitrari, ſed idioma Scripturæ intellige.

D

Cum enim vult Deus hominibus aliquid magnum & vtile per prophetas annuntiare, ipſas quoque res inanimatas fingit miraculorum quæ fiunt percipere magnitudinem: non quod præditam ſenſu creaturam dicamus, ſed vt ex ijs quæ conueniunt hominibus, magnitudo miraculorum exprimi poſſit. Hoc nimirum & nos dicere ſolemus, cum inopinatum quid acciderit, & cum de terribilibus ſermo fit hominibus, ac ferina mente præditis, ita quis plerumque loquitur, Ipſa fundamenta concuſſit, ipſi lapides cum tremuerunt, non quod hunc lapides reuerà tremuerint, ſed vt ſummã cordis eius feritatem & furorẽ poſſint exprimere.

Inanimata cur in ſcripturis interdũ dicantur lætari vel dolere.

Propterea nimirũ & admirabilis propheta Dauid ea quæ Iudæis euenerant, bona prædicans, & eã voluptatem qua perfuſi erant, cũ Ægypti libertatem, obtinuerunt, dicebat: *In exitu Iſrael de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro, Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius: Iſrael poteſtas eius. Mare vidit, & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium, à*

Pſa. 113, 1

facie Domini: & hoc nuſquam eueniſſe quiſquam audijt. Nam mare quidem & Iordanis. Dei mandato retrorſum conuerſa ſunt: montes vero & colles non exultauerunt: ſed, vt ante dixi, cum ſummam voluptatem vellet exprimere, ac recreationem ex afflictione Ægyptiaca, quæ illis contigegerat, res etiam inanimatas exultare dicebat, ac geſticulari propter ea bona, quæ illis obuenerant. quemadmodũ & cum triſte quid nuntiare voluerit, quod noſtra nobis peccata pepeperint ait: *Lugebit vinum, lugebit & vitis*, & alibi, *Via Sion lugent:* ſed & lacrymari res ſenſu deſtitutas ait, *Muri Sion deducite lacrymas:* immo & terram ipſam ac Iudæam lugere dicit ebriam eſſe triſtitia: non quod ſenſu prædita ſint hæc elementa, ſed vt ante dixi, prophetarum quiſque, dum indicare vult modum omnem ſupergredi, quæ Deus nobis bona largitur, & ſupplicia quæ propter ſcelera noſtra nobis infliguntur, ita loquitur, quam ob cauſam beatus etiam Paulus creaturam ingemiſcentem ac dolentem introducit, vt donorum Dei magnitudinem exprimere, poſſit, quibus poſtea erudimur. Verum hæc omnia ſunt in ſpe, dicet quiſpiam: puſillanimus autem ac miſer homo, non ita pridem ab idololatria liberatus, nequedum ſciens de rebus futuris philoſophari, his verbis non admodum confirmatur, ſed in præſenti tempore conſolationem aliquam optat inueniri. Idcirco nimirum & ſapiens hic magiſter. cuique nota ſunt omnia, non modo ex rebus futuris conſolatur, ſed ex præſentibus etiam commodis cohortatur. Ac primum quidem ea, quæ iam orbi terrarum obuenerant, bona commemorat. quæ non in ſpe & expectatione ſita erant, ſed quibus reipſa fruebantur; quæ futurorum, & eorum quæ ſperantur, maxima eſt, & euidentiſſima demonſtratio: cumque bene longum de fide ſermonem texuiſſet, atque patriarchæ Abraham mentionem feciſſet, qui cum ei negaret natura, vt pater vmquam eſſet, ſperauit tamen, expectauit, & credidit ſe futurum, vnde & tandem fuit. inde ducta occaſione cohortatur, vt numquam in cogitationum infirmitatem incidacidamus, ſed animos noſtros magnitudine fidei erigamus, attollamus, & alta ſapiamus: deinde rerum, quas obtinuimus dignitatem explicat. quæ porro illa eſt? quod nimirum filium ſuum, inquit, vnigenitum, clariſſimum, dilectiſſimum, hunc Deus pro nobis ſceleratis ſeruis dedit, & innumeris peccatis grauatos, tantiſque delictorum oneribus oppreſſos non à peccatis ſolum liberauit, ſed & iuſtos reddidit, nullam rem grauem nec laborioſam imperans nec moleſtam, ſed fidem à nobis tantum requirens iuſtos effecit, ſanctos reddidit, Dei filios adoptauit, hæredes regni ſcripſit, vnigeniti cohæredes renuntiauit, reſurrectionem promiſit, corporum incorruptionem, conditionem & ſortem eandem cum angelis, quæ rationem omnem & intellectum exuperat, conuerſationem in cælis, & colloquium cum ipſo, ac Spiritus ſancti gratiam iam inde nobis effudit, à diaboli nos poſſeſſione liberauit, nos à dæmonibus vindicauit, peccatum deſtruxit, maledictionem deleuit, inferorum portas confregit, paradiſum reſerauit, non angelum, non archangelum, ſed ipſum vnigenitum pro ſalute noſtra miſit, ſicut per prophetam ait, *Non legatus, neque angelus, ſed ipſe Dominus ſaluauit nos*, Hæc nonne ſexcentis ſplendidiora ſunt coronis? quod ſanctificati ſumus? quod iuſtificati ſumus? quod per fidem? quod vnigenito Dei filio pro nobis de cælo deſcendente? quod patre filium dilectum pro nobis tradente? quod Spiritum ſanctum recepimus? quod cum omni facilitate? quod copioſa gratia donoque potiti ſumus? His itaque dictis, & cum paucis verbis omnia demonſtraſſet, rurſus commemoratione ſpei ſermonem terminauit. Cùm enim dixiſſet, *Iuſtificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per dominum noſtrum Ieſum Christum, per quem & habuimus aceeſſum per fidem in gratiam, in qua ſtamus;* adiecit; *Et gloriamur in ſpe gloriæ Dei.* poſtquam igitur dixit partim, quæ iam euenerant, partim quæ erant euentura: nam quod iuſtificati quidem fuimus, quodque pro nobis eſt filius immolatus, & quod per eum ad patrem acceſſum obtinuimus, quod gratia donoque potiti ſumus, quod à peccatis ſumus liberati, quod ad Deum pacem habemus, & Spiritus ſancti participes fuimus, hæc ex ijs ſunt, quæ iam euenerunt: quæ vero ſunt euentura, gloria nimirum illa ineffabilis erat, quod ipſum etiam addidit, dicens; *In qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloria Dei:* porro ſpes, vt ante dixi, ad puſillanimem auditorem erigendum & excitandum non admodum eſt idonea: vide quid rurſus faciat, ac diligentiam Pauli conſidera, & philoſophia præditam mentem: ex ijs enim ipſis quæ triſtitiam aut perturbationem afferre videbantur, & auditorem percellere; ex illis conſolationis & gloriationis coronas contexit. Poſtquam enim hæc enumerauit, deinceps adijcit ita dicens; Non ſolum hæc aio, quæ nunc dixi, quod nimirum ſanctificati ſumus, quod iuſtificati ſumus, quod per vnigenitum, quod gratia potiti ſumus, quod pace, quod dono, quod remiſſione peccatorum, quod participatione Spiritus ſancti, quod omni cum facilitate, quod abſque labore, abſque ſudore, quod fide ſola, quod filium miſerit vnigenitum, quod vnum quidem largitus ſit, alterum vero promiſerit, ineffabilem gloriam, immortalitatem, reſurrectionem corporum, conditionem & ſortem angelicam, vt demum vitam cum Chriſto traducamus, vt æuum in cælis exigamus. Hæc enim omnia verbis illis complexus eſt. Et gloriamur in ſpe gloriæ Dei. Non ergo tantum hæc dicit, quæ obtigerunt, & quæ ſunt euentura, ſed ea quoque ipſa quæ inter homines moleſta cenſentur, iudicia inquam, coniectiones in carcerem, mortes, minas, fames. tormenta, ſartagines, fornaces, ſpoliationem, bella, obſidiones, pugnas, ſeditiones, contentiones; hæc quoque refert in numerum donorum ac recte factorum. Non enim ob illa ſola quæ dicta ſunt, lætandum eſt atque gaudendum, ſed his quoque gloriandum, vt cùm ait, *Nunc gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea.* Vides animam fortem, altam mentem, ſenſum inuictum, qui non ob coronas tantum gloriatur, ſed in certaminibus quoque lætitia perfruitur? qui non iam ob præmia gaudet, ſed & ob luctas ſibi placet? qui non iam propter mercedes lætatur, ſed & in ipſo pancratio gloriatur? Noli enim mihi regnum cælorum commemorare, neq; coronas illas immortales, nec brauia, ſed præſentes res ipſas, in quibus multa ineſt afflictio labor & moleſtia plurima: hæc profer in medium, & oſtendere potero propter iſta multo amplius eſſe gloriandum. Nam in profanis quidem agonibus laborem habent certamina, coronæ vero voluptatem: hic vero non ita, ſed & ante coronas ipſa certamina multam occaſionem afferunt gloriandi. Atque vt hæc ita ſe habere intelligatis, ſingulos ſanctos generationum ſingularum recenſere, vt inquit ille, *Exemplum accipite fratres laboris & patientia prophetas, qui locuti ſunt verbum in nomine Domini.* Quin etiam hic ipſe, qui nobis agonem iſtum obiecit & hoc ſpirituale theatrum conuocauit, Paulus inquam poſtquam innumeras ſingulorum ſanctorum afflictiones recenſuit, quas neque nunc perſequi numerando facile fuerit, adijcit dicens: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus:* & tamen ob hæc exultabant. Hoc vero cernere quiuis poteſt, quando poſt carcerem & probra verberibus cæſi eijciebantur, quid ait?

Margin notes: Eſa. 24.7 · Thren. 1. 4. & 2. 17 · Iuſtificatio noſtra magnũ Dei beneficiũ · Eſa. 63. 9. · Rom. 4. 1 · Col. 1. 24 · Sancti in afflictionibus gaudebunt. · Iac. 5. 10 · Heb. 11. 37

Act. 5. 41. *Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Sed & noſtra ætate hæc acciderunt, ac ſi velit, cogitet quiuis ea, quæ dico, qualia tempore perſecutionum contigerint. Ingrediebatur tenera virgo & innupta, cui cera mollius corpus erat: tum affixa equuleo deraſis vndique lateribus eius perfodiebatur. & ſanguine tota perfuſa erat; at perinde quaſi ſponſa eſſet potius, & in thalamo conſideret, ita libenter ea, quæ fiebant, ob regnum cælorum perferebat, in ipſis certaminibus coronata. Cogita, quale ſpectaculum eſſet tyrannum cernere cum exercitibus, cum gladijs acuminatis, cum tot armis, quæ ab vna puella vincebantur. Vides ipſam etiam afflictionem cum maxima gloriatione eſſe coniunctã? Vos vero mihi teſtes eſtis eorũ, quæ dicta ſunt, cum enim nondum mercedes neque præmia receperint martyres, nec coronas, ſed in puluerem cineremque reſoluti ſint, ſummo ſtudio cõcurrimus ad eorum honores, ac theatrum ſpirituale conuocamus, victores eos renuntiamus, & coronamus ob vulnera, ſanguinem, tormenta, plagas, afflictiones illas & anguſtias: ita habent gloriationem ipſæ etiã afflictiones ante retributionem. Cogita quantus vir eſſet tunc temporis Paulus, cum carceres incoleret, & ad tribunalia traheretur, quam ſpectabilis, quam celebris, & illuſtris apud omnes appareret, præcipue vero apud eos, à quibus oppugnabatur, & inſidijs appetebatur. Et quid hominibus ſpectabilem fuiſſe dico, quando vel ipſis dæmonibus tum magis fuit formidabilis, cum flagris cæderetur? cum vero eſſet in vinculis, cum naufragia pateretur, tum maxima faciebat miracula, tum magis aduerſarias poteſtates ſuperabat. Cum igitur probe noſſet, quantum ex his afflictionibus animæ lucrum obueniret, dicebat: *Cum infirmor, tunc potẽs ſum:* deinde adijcit: *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* (2. Cor. 12. 10.) Idcirco etiam cum ad quoſdam ſcriberet Corinthi degentes, & in eos inueheretur, qui de ſe magnificè ſentiebant, alios vero damnabant, epiſtolæ formam deſcribens, coactus fuit inde nobis ſuorum rectè factorum imaginem concinnare, idque non ex ſignis, non ex miraculis, non ex honore, non ex delicijs, ſed ex carceribus, ex vinculis, ex iudicijs, ex famẽ, ex frigore, ex bellis, & inſidijs, talibus verbis eos alloquẽs; *Miniſtri Chriſti ſunt; vt minus ſapiens dico, plus ego:* (2 Cor. 11. 23.) & indicans illud plus, & eminentiam inquit, *In laboribus amplius, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter,* & cætera: *Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor.* Vides eum in his multo amplius gloriari, quam ob ſplendidas coronas ſe iactare, atque idcirco dicere, *Non ſolum autem; ſed & gloriamur in tribulationibus?* Quid eſt autem illud, Non ſolum autem? Non ſolum, inquit, non animum deſpondemus afflicti & ærumnis oppreſſi, ſed tamquã maiorem ad honorem gloriamque prouecti gloriamur potius ob ea, quæ nobis contingunt, incommoda. Deinde quoniam maximam oriri dixit gloriam, laudem, & iactationem ex tribulationibus: gloriam vero certum eſt parere voluptatem: vbi enim voluptas eſt, omnino eſt etiam gloria, & vbi gloria, illic omnino voluptas eſt: poſtquam igitur affligi ſplendidum quid & illuſtre eſſe demonſtrauit, & occaſionem afferre, gloriationis alium eius effectum narrat maximum, fructumque ſummum ac ſtupendum. Quis porro ille ſit videamus. Scientes igitur, inquit, quod tribulatio patientiam operatur. Hoc maximum habet fructum, hoc afflictum hominem validiorem reddit. (Afflicti afflictionibus fiũt validiores.) Nam quemadmodum arbores, quæ ſub vmbraculis creſcunt, & in locis ventorum expertibus ſitæ ſunt, cum ipſa ſpecie proſperè germinent, molles fiunt atque fungoſæ, & facile quouis incurſu læduntur. quæ vero excelſis in montium verticibus ſitæ ſunt, à multis, magniſque ventis agitantur, intemperiem aeris aſſidue ferunt, grauiſſima tempeſtate iactantur, ac multa niue feriuntur, ferro quouis robuſtiores euadunt. Pari ratione corpora, quæ multis ac varijs in delicijs educantur, quæ mollibus indumentis ornãtur, quæ continuis balneis & vnguentis vtuntur, & diuerſi generis alimentis præter neceſſarium vſum delicate fruuntur, prorſus ad ſudores laboreſque pro pietate ſuſtinendos inutilia redduntur, maximoque ſupplicio ſunt obnoxia. Sic nimirum & animæ, quæ miſeriarum expertem vitam ducunt, quæ delicijs affluunt, quæ libenter præſentibus rebus deditæ ſunt, ac vitam doloris expertem præferunt afflictionibus pro regno cælorum Sanctorum omnium more ſubeundis, cera quauis molliores & imbecilliores effectæ, igni pabulum obijciuntur ęterno. Quæ vero periculis laboribus & ærumnis tribulationis Dei cauſa toleratæ ſunt expoſitæ, atque in ipſis enutritæ, ferro ipſo vel adamante firmiores ſunt & generoſiores, ex eo quod aſſidue vexentur, ab hoſtibus inuictæ redduntur, & inſuperabilem quendam patientiæ ac fortitudinis habitum acquirunt. (Simile.) Et quemadmodum ij quidem, qui tum primum in nauim aſcenderunt, nauſeant, ac vertigine capitis laborant commoti ac faſtidio turbati, dum tenebricoſa vertigine conflictantur: qui vero multa longaque maria ſunt emenſi, qui millies ſe fluctibus audacter commiſerunt, & continua ſunt paſſi naufragia, peregrinationem eiuſmodi confidenter aggrediuntur: ſic nimirum & anima, quæ multas ſuſtinuit, tentationes, & magnas tulit afflictiones, laboribus deinceps aſſuefacta & patientiæ ſibi habitu comparato non amplius eſt meticuloſa, nec pauida, nec ingruentibus malis turbatur: ſed aſſidua rerum, quæ accidunt, exercitatione, ac frequenti caſuum meditatione roborata, quæcumque inſurgunt incommodo fert facillimè. Hoc itaque ſapiens conuerſationis cæleſtis architectus indicans dicebat; Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus: quoniam ante regni coronæque cæleſtis adeptionem magnum hinc præmium reportamus. dum per aſſiduas afflictiones tolerantior anima noſtra fit, & cogitationes firmiores redduntur. Quæ cum omnia nota ſint nobis, dilectiſſimi, generosè quæcumq; incidunt aduerſa toleremus, (Hortatur ad fortiter aduerſa ferendum.) quod ita Deo viſum fuerit, neque ſpem adijciamus, nec animis concidamus afflictionum impreſſione proſtrati, ſed omni fortitudine firmati & erecti pro omnibus in nos collatis ab eo beneficijs perpetuo gratias agamus: vt & præſentibus fruamur bonis, & futura dona conſequamur, gratia, miſericordia, & benignitate Domini noſtri, Ieſu Chriſti, cum quo Patri gloria ſimulque ſancto ac viuifico Spiritui nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

EIVSDEM IN SECVNDVM Aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in illud, Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, & vnuſquiſque pro ſe rationem reddet Deo. Rom. 14. 10.

ORATIO.

Magna quædam & mirifica heſterno die dixiſſe me vobis arbitrabar: etenim magna erant natura ſua, omnemque facultatem orationis excedebant: verumtamen quæ lecta ſunt hodie tantum illa ſuperant, quantum ab illis noſtra ſuperantur. Tametſi non exiſtimabam quicquam ipſis antecellere, verumtamen cum acceſſiſſent ea, quæ lecta ſunt hodie, multo illis ſplendidiora ſunt viſa.

Quænam

Dies iudicij.

Quænam vero lecta ſunt hodie? *Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti ſcriptum eſt enim, Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.* Itaque vnuſquiſque noſtrum de ſeipſo rationem reddet Deo. Vide, non dixit ſimpliciter, adorabit vnuſquiſque, ſed & confitebitur vnuſquiſque, hoc eſt eorum, quæ fecit, rationes repoſcetur. Semper igitur pauidus eſto mi homo, pro tribunali ſedentem communem Dominum cernens, nec ſcinde aut diuide eccleſiam à gratia ſeparatus: ſiquidem & à te Chriſtus, & ab omni genere humano rationem exiget. Sed ne iſta dicere videatur, vt data opera nobis terrorem incutiat: ex ipſa ſerie contextuque ſermones rurſus in eodem verſatur argumento dicens:

Scandalũ quã graue ſit peccatum.

Non ergo amplius inuicem iudicemus, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum. Hoc vero nihilo inferius eſt illo: quamobrem vtrique poteſt conuenire: dum & perfectus ciborum obſeruatione ſcandalizatur, & vehementiori obiurgatione imperfectus offenditur. Tu vero mihi conſidera dilectiſſime, quantas daturi ſimus pœnas, qui temere ſcandalizamus. Si enim vbi res erat iniqua, quæ gerebatur, quod importunè reprehenſio adhiberetur, hoc fieri vetuit, ne ſcandalizaretur frater & offenderetur: cum ne corrigendo quidem quempiam ſcandalizamus, quid merebimur? Si enim crimen eſt non ſaluum facere; idque ex eo conſtat, qui talentum defodit: ipſum ſcandalizaſſe, quid non præſtabit? Quid ſi ſuapte culpa ſcandalizetur, cum ſit infirmus? dicet aliquis. Ne ſic quidem æquum eſt, vt hoc patiatur: ſi enim validus eſſet, nequaquam tali cura indigeret: iam vero, quoniam imperfectior eſt, idcirco multum in eum ſtudij conferendum eſt. Hoc igitur ei concedamus, eumque omni ex parte ſupportemus: non enim noſtrorum tantum malorum rationem reddemus, ſed eorum etiam, quibus alios ſcãdalizamus. Quod ſi ipſa per ſe moleſta eſt exactio rationum, cum adiecta fuerint etiã ſcandala, quo pacto ſaluabimur? Ne putemus enim, ſi peccatorum conſortes reperimus, nos excuſationem habituros: hoc nobis pœnas accumulabit: quandoquidem grauius quàm mulier punitus eſt ſerpens, quemadmodum & mulier grauius quàm

4. Reg. 5.

vir, & Iezabel acerbiores pœnas quam Achaab dedit, qui vineam eripuerat. Tu quoque ſi cæteris perditionis cauſſa fueris, acerbiora patieris quam illi, qui à te fuerint ſupplantati: non enim tantam nobis id perniciem creat quod peccemus, quam quod alios ad id agendum impellamus: quamobrem ait, Non ſolum id faciunt, ſed etiam, conſen-

Rõ. 1. 32.

ſentiunt facientibus. Cum igitur peccantes quoſdam viderimus, non modo non eos impellamus, ſed etiam ex improbitatis fouea extrahamus, ne perditionis aliorum à nobis pœnæ repetantur. Verumenimuero ad rem propoſitam reuertamur:

D

Omnes enim, inquit, ſtabimus ante tribunal Chriſti, & rationem Deo reddemus: quid igitur faciemus qui peccatis nos vltro dedidimus? quod ſolatium? quam conſolationem obtinebimus? quomodo iudicem tremendum placabimus? quanto pudore confundemur, cum noſtræ nobis impietates ob oculos verſabuntur? verumtamen ſi iam erigere animos ad ea conſectãda voluerimus, quæ Deo ſunt accepta; cum omnia poterimus abſtergere à nobis cõmiſſa peccata, tũ illa tremẽda tribunalia deuitare. Id vero fiet, ſi corporis noſtri ex hac vita diſceſ-

Ecc. 7. 40
Memoria diei iudicij.

ſus perpetuo recordemur: *Memorate namque nouiſſima tua, & in æternũ non peccabis*; deinde tremendũ Chriſti tribunal mẽte verſemus, in quo nuda ſunt omnia & aperta oculis eius, quæ verbo, quæ opere, quæ cogitatione cõmiſerimus; deinde fluuium igneum, vincula indiſſoluta, tenebras lucis expertes, ſtridorẽ dentium, vermẽ venenatum, diem illum luctuoſum quidem peccatoribus, hilarem autem ac iucundum illis, qui iuſtitiæ opera perfecerint. Sed homines

A

ſunt quidam tanta dementia præditi, vt mendaces arbitrentur ſcripturas diuinitus inſpiratas, quique ius diuinum per allegoriam interpretantur. audiui enim quoſdam peccatis deditos, & amore ſummo voluptatis irretitos huiuſmodi verbis vtẽtes. Deus,

Contra atheos Dei minas eludentes.

inquiunt, ad timorem hominibus incutiendum hæc minatus eſt: abſit enim, vt qui miſericors eſt, quẽquam puniat ex illis præſertim, qui eum agnouerunt. Audite igitur homines corde deſtituti, qui probitatis hoſtis ſuaſioni paretis interitu veſtro gaudentis: ne enim timore perculſi nos ad meliorẽ vitam conuertamus, & tormenta pœnarum euiteus, idcirco nobis hanc ſecuritatem iniiexit, vt hic omni cura vacui nos præcipites in ipſum inferni fundum agamus. Dicite igitur mihi, qui mendacem Deum aſſeritis, verba tantum nuda ſcripturas ſacras non veritatem reputatis, quid cen-

Lu. 16. 20

ſetis o ſtulti? nonne diues ille punitur, quid Lazarum contempſerat? nonne fatuæ virgines è

B

Math. 25.

ſponſi thalamo eijciuntur? nonne qui Chriſtum non pauerunt, in ignem diſcedunt, qui paratus eſt Diabolo & angelis eius? nonne ſordidis fuit indumentis veſtitus,

Mat. 22 11

ligatis manibus ac pedibus in ignem eijcitur? nonne qui centum denarios repetierat, tortoribus eſt traditus? nonne quod dictum eſt de adulteris, verum eſt,

Eſa. 14. 24

quia vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, an minæ tantum ſunt illa? Etiam, inquiunt. vnde vero quæſo ſit ô miſeri, vt rem talem aſſerere audeatis, idque cum iniuſtam ſponte ſententiam feratis? ego vero cum ex ijs quæ dixit, tum ex ijs quæ fecit Chriſtus, contrarium conabor oſtendere. Si enim de futuris pœnis non credamus, ſaltem ob ea, quæ iam euenerunt, credamus: non enim ea quæ iam euenerunt, & in opus exierunt, minæ ſunt ac verba tantum. Quis ergo Noe tempore totum terrarum orbem inundauit, triſte naufragium illud inuexit, vniuerſumque genus humanum omnino delexit? quis

C

Gen. 19.

rurſus poſtea fulmina illa & turbines igneos in Sodomorum terram miſit? quis Ægyptum omnem ſubmerſit? quis ſexcenta millia in deſerto proſtrauit? quis congregationem Abiron incendit? quis,

Pſal. 105 17.

Core & Dathan vt aperto ore deglutiret, terræ mandauit? quis ætate Dauidis vno temporis mo-

Nũ. 16. 9
2 Reg. 24 15.

mento millia ſeptuaginta perdidit? quis centum ſeptuaginta quinque millia vna nocte, cum prophetaret Eſaias, interemit? Dinam & eos qui priuatim puniti ſunt, addictum perpetuo ſupplicio Cain, lapidatum cum omni genere ſuo Charmin, eum qui quod in ſabbato ligna collegiſſet idem paſſus eſt, quadraginta duos pueros quos Eliſæi tempore deuorarunt feræ, neque propter ætatem veniam impetrarunt? Quod ſi poſt legem gratiæ cernere id cupis, cogita quanta ſint paſſi Iudæi: quo pacto liberos matres ipſorum comederint hæ aſſatos, illæ alia ratione conſumptos: quo modo fame vexati ſint intolerabili, belliſque varijs ac moleſtis, ſic vt omnes priorum temporum tragicos caſus calamitatum ſuarũ acerbitate ſuperarint. Vt enim ſcias hæc in eos Chriſtum immiſiſſe prædicentem hæc illud audi tum per parabolas, tum clarè & apertè. Per

Lu. 19. 27

parabolas quidem, vt cùm ait, *Eos autem, qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc & interficite*, itemque per vineam & per nuptias; clarè vero ac dilucidè, veluti cum minans ait,

Lu. 21 24
Ma. 24. 21

Et cadent in ore gladij, & erit in terris preſſura gentium in anxietate, reſonante mari, & ſalo, exanimatis hominibus præ timore, & erit tribulatio talis qualis non fuit vmquam, neque fiet,

Act. 5.

Ananias etiam & Sapphira quas ob paucorum argentorum furtum pœnas dederint, noſtis omnes: quotidianas autem calamitates quot feramus, qui peccata committimus, nonne cernitis? aut ſi ne id quidem accidat, nonne videtis eos, qui nunc

etiam

A

etiam fame contabeſcunt? qui elephantiaſi & probro corporis detinentur? qui perpetua degunt in egeſtate, qui mille grauiſſimis & intolerandis malis affliguntur? quonam igitur pacto æquum fuerit quoſdam puniri, quoſdam vero non puniri? Nam ſi iniuſtus non eſt Deus, vt profecto iniuſtus non eſt, omnino tu quoque pœnas dabis ſi peccaueris: ſin autem, quia benignus eſt, Deus non punit: ne hos quidem puniri oportebat; tam vero propter hæc inepta veſtra verba multos hic etiam punit Deus, vt cum minarum verbis non credatis, ſaltem rebus ipſis pœnarum credatis: & quoniam non ita nobis antiqua timorem incutiunt, quæ ſingulis generationibus accidunt, his ſaltem credatis, quos ſuis temporibus, cum negligenter ſe gererent, conſtat eſſe correctos. Quare vero non omnes hic punit? dicet aliquis. Vt alijs ſpatium det pœnitentiæ. Cur autem non illic omnes caſtigat?

Deus cur hic quoſdā puniat quoſdam non.

ne multi eius prouidentiæ diffidant. Quam multi latrones alij quidem damnati ſunt, alij vero non affecti ſupplicio abierunt? vbi ergo Dei benignitas & iuſtum iudicium? meum enim eſt te interrogare.

B

Nam ſi nullus prorſus puniretur, poſſent ad hoc quidem confugere: cum vero alij quidem pœnas dent; alij vero non dent, tametſi peiora peccata committant, quomodo iuſtum eſſet, vt cum non eadem eſſent delicta, pœnæ tamen eadem luerentur? num enim illis iniuria fieri videretur, qui punirentur? Cur non igitur, inquit, omnes hic plectuntur? audi Dominum ipſum hac de re ſic tibi ſatisfacientem. Nam quia mortem obierant turri deturbata quidam, illis, qui ſuper his dubitationem afferebant, dicebat:

Luc.13.4

Putatis, quia hi ſoli peccatores præter omnes ſint? Non dico vobis: ſed ſi pœnitentiam non habueritis, omnes vt ipſi peribitis: admonens nos ac docens, ne animo confidamus, cum alijs dantibus pœnas ipſi multis commiſſis delictis non damus: niſi enim pœnitentiam agamus, omnino dabimus.

C

Pœnæ æternitas cur à Deo affligatur

Verum qui fit, vt in æternum puniamur, dicet aliquis: cum hic breui tempore peccauerimus? Vt nimirum hic etiam vir aliquis breui momento temporis vna cæde patrata ad perpetuas metallorum miſerias damnatur. At enim ita non agit Deus, inquit. Quomodo igitur annos triginta octo paralyticum in tali ſupplicio detinuit?

Ioan.5.5.

etenim ob peccata punitum illum ab eo fuiſſe vt noueris, audi quid dicat: *Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Verumtamen finem accepit, inquit: at non talia ſunt, quæ illic fiunt. vt enim ſcias illa numquam finem acceptura, ipſum dicentem audi:

Eſa.66.24 Mar.9.44 Math.25. 46.

Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & ibunt hi in vitam æternam; & illi in ſupplicium æternum. Si ergo vita eſt æterna, & ſupplicium æternum, non vides quanta Iudæis minatus ſit? num ea quæ minatus fuerat euenerunt, an vero fuerunt verba quæ dixerat? & rurſus: *Non remanebit lapis ſuper lapidem:* num remanſit? quid vero quod dixit,

D

Erit tribulatio, qualis numquam fuit: numquid igitur non fuit? Lege hiſtoriam Ioſephi, & ne reſpirare quidem poteris, dum quanta illi reipſa paſſi fuerint audies: ait enim tragicos omnes caſus illa mala ſuperaſſe, nec vllum vmquam tale bellum nationem illam inuaſiſſe. Hæc à me dicuntur, non vt dolorem vobis inuram, ſed vt tutos vos reddam, & non ſuperfluè blandiens efficiam, vt multo grauiora patiamini.

Deus minatur gehennā ne in eā incidamus.

Cur enim quæſo dignum eſſe non iudicas, vt, cum pecces, puniaris? nonne tibi cuncta prædixit? nonne minatus eſt? nonne ſubſidium tulit? nōne tuæ ſalutis cauſſa innumera præſtitit? nōne lauacrum regenerationis largitus eſt, & omnia priora dimiſit? non poſt hanc remiſſionem, & lauacrum, & auxilium ex pœnitentia rurſus peccâti conceſſit? nonne facilem etiam poſtea reddidit viam remiſſionis peccatorum? Audi ergo qualia etiam præcepit, Si dimiſeris proximo, tibi ego quoque dimitto, inquit: quam habet hoc difficultatem?

Eſai. 1.17

Si iudicetis pupillum, & iuſtificetis viduam, venite, & diſputemus, inquit, Et ſi fuerint peccata veſtra quaſi phœniceum, ſicut niuem dealbabo: quid in hoc eſt laboris?

Eſai.43. 29.

Dic tu, inquit, *peccata tua primus, vt iuſtificeris:* quid in hoc eſt difficultatis?

Dan.4.24

Peccata tua eleemoſynis redime: quis hoc graue cenſeat?

Luc.18.

Publicanus dixit, *Propitius eſto mihi peccatori,* & deſcendit iuſtificatus: quis labor publicanum imitari. At neque poſt tot tantaſque demonſtrationes, ſupplicium & pœnā eſſe vis credere? nec igitur Diabolum puniri dicere potes.

Math.25. 41.

Diſcedite namque inquit *in ignē æternū, qui paratus eſt Diabolo & angelis eius.* Si enim gehenna non eſt, nec ille punitur, neque nos quoque puniri liquet, qui perficimus opera eius: nam & nos minime obtemperauimus, tametſi non eiſdem in factis. Qui fit autem, vt non timeas ô homo, dum ſic audacter loqueris, cùm dicis; Benignus eſt, & non punit: quod ſi puniat, ſecundū te non iā amplius benignus eſſe reperitur: vides ad quænā verba Diabolus vos impellat?

B

Quid vero monachi illi, qui mōtes occuparūt, qui millies ſe religioſæ vitæ laboribus exercuerunt in mōtibus, in ſpeluncis, & cauernis terræ: num corona minime donati abibunt? Nā ſi mali nō puniūtur, neque rei vllius eſt retributio, dicet rurſus aliquis, neq; boni coronantur. Nequaquam, inquit, ſed hoc Deo conueniens eſt, vt apud eum ſit regnum ſolum & non gehenna. Itaque fornicator, & adulter, & qui ſexcenta ſcelera patrauit, iiſdem rebus perfruetur cum eo qui temperantiam, ſanctitatem, continentiam, & omnem angelicam conuerſationem exhibuit: quod ſi non ſit gehenna, reſurrectio vero plane futura eſt, mali quoque bona eadē quæ iuſti conſequentur: quis hoc dicere audeat vel etiā ex ijs quibus mens eſt penitus de ſanitate deturbata: immo vero quis vmquam dæmon hoc dixerit: Enimuero ipſi etiam dæmones gehennam eſſe cōfitentur, & clamabant dicentes:

Mat.8.29

C

Veniſti huc ante tempus torquere nos. Quomodo igitur non vereris & perhorreſcis ô homo negare, dum dæmones confitentur: quomodo prauorum huiuſmodi dogmatū magiſtrum non animaduertis: qui enim principem generis noſtri hominem decepit, & maiori ſpe propoſita bonis eum eiecit, quæ in manibus erat, hic eſt qui nunc iſta ſuggerit dicenda vel cogitanda, non eſſe gehennam, vt inijciat in gehennam. Deus enim ex aduerſo gehennam minatur, & gehennam parauit, vt cum nos id nouerimus, ita pie viuamus, vt in gehennam non incidamus. Quamquam ſi cum ſit gehenna, hęc Diabolus tibi perſuadet, quomodo dæmones eam confeſſi ſunt, cum non eſſet, quibus id eſt maximè curæ, vt nos nihil tale ſuſpicemur: quo ſecuritate negligentiores effecti cum ipſis in ignem illum incidamus: Qui factum eſt autem, dicet aliquis, vt tum dæmones faterentur: quippe qui neceſſitatem ipſis incumbentem minimè ferrent. Quæ quidem omnia mente verſantes

D

deſinant & ſeipſos & alios fallere, qui quæ dicunt;

Pſal.49.3 Pſal.97.3

Deus enim, inquit propheta, *manifeſte veniet: Deus noſter & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet: & in circuitu eius tempeſtas valida. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Quinam porro ſunt inimici Dei niſi fornicatores, adulteri, maſculorum concubitores, molles, idololatræ, auari, ebrioſi, periuri, murmuratores, iracundi, memores iniuriarum, ſuperbi, elati, parentibus non obedientes, immiſericordes, his omnibus in tremenda communis reſurrectionis die iudex imperat dicens,

Math.25. 41.

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratum eſt Diabolo & angelis eius. Quod ſi propter ea, quæ dicta ſunt, pœnas dabimus, multo magis ob iſta verba coram illo formidabili tribunali plectentur, qui tremenda venerandaque Chriſti mandata derident, ac multorum ſtudium & contentionem infringunt, qui ſeriò rem agere ſtatuerunt, neque barbaros Niniui-

tas imi

tas imitantur. Illi enim licet horum omnium eſſent (A) ignari, cum euerſum iri ciuitatem audiſſent, non modo credere non recuſarunt, ſed & ingemuerunt & ſacco amicti ſunt, & perturbati ſunt, neque prius omnem lapidem mouere deſtiterunt, quàm tandem [Ion. 3.] iram & indignationem Dei mitigarunt. At tu qui Chriſtianus es tot rerum atque verborum edoctus experientia, quæ dicta ſunt à Chriſto nihili facis? Nimirum ergo tibi contraria contingent. nam quemadmodum Niniuitæ cum verbis territi eſſent, rerum ipſarum euentum paſſi non ſunt: ſic & tu cum minas verbis intentatas contemnas, illatum reipſa ſupplicium ſuſtinebis. Non vides quid hic quoque fecerit Chriſtus? quomodo cum duos latrones accepiſſet, non eodem illos modo tractauerit, [Luc. 23.] ſed hunc quidem in regnum introduxerit, illum autem in gehennam miſerit? quid dico latronem & homicidam? neque enim diſcipulo ſuo pepercit, cum traditor factus eſſet: ſed & cum ad laqueũ properantem cum videret & ſuſpẽſum, mediumque diſruptum; ſiquidem crepuit medius, *& diffuſa ſunt omnia* [Act. 1. 18] *viſcera eius*: verumtamen hæc illum, omnia pati per- (B) miſit, vt ex iſtius vitæ rebus de his, quæ ad alteram pertinent, omnibus te doceret. Nolite igitur vobis ipſis ô homines fucum facere Diabolo obtemperantes: hæc enim ſunt illius verba: quod ſi iudices, domini, ac magiſtri cum manſueti, tum barbari, bonos honoribus proſequuntur, malos puniunt: qui poteſt rationi conſentaneum videri, vt apud Deum contraria fiant, iiſdemque rebus cum boni cũ mali digni cenſeantur? Quando vero mali ab improbitate reuocabuntur? cum enim nunc ſupplicium expectent, atq; interea tanto iudicium legumque timore percellantur, nec tamen ab improbitate diſcedũt: cũ illuc profecti metũ etiam iſtũ abiecerint, & non ſolũ in gehennam nõ inciderint, ſed etiam regnum fuerint aſſequuti, qua tandem ratione poterunt ab improbitate reuocari? An hoc igitur benignitatis eſt, dic quæſo, malitiã augere, ac vitijs præmium proponere? iiſdẽ rebus dignum cenſere temperantẽ & libidinoſum, fidelem, & impiũ, miſericor- (C) dem & inhumanum? Nam ſi quidem nihil Deo curæ ſunt neq; qui peccãt neq; qui recte agũt, cõſentaneum fortaſſe rationi videtur dicere ſuppliciũ non eſſe: ſin autem tãtum adhibet ſtudium Deus, vt nos minime peccemus, ac tantũ elaborat, vt nos mãdata ſeruemus, hoc quoq; manifeſtum eſt, & eum & peccantes punire, & bene agentes coronare. Tu vero plerorumque inconſtantiã mihi conſidera: hic enim cum Deo expoſtulant, quod ſæpe patienter toleret, & negligat multos ſceleſtos, proteruos, auaros, qui non puniuntur: illic rurſus ſi caſtigaturum ſe illos minetur, acres ſunt in accuſando & importuni: quamquã ſi hoc moleſtũ eſt, illud certe probandum erat atq; laudandũ: at ô ſtultitiam! ô ineptam & impudentẽ mentẽ! ô animã peccatis, addictã, volup- (D) tatibus obnoxiam, & ad vitia procliuem: ex nimio quippe voluptatũ amore cũcta hæc dogmata oriũtur. Atq; vtinã qui talia dicunt, virtutẽ amplecti vellent, cito de gehenna perſuaderẽtur, neq; dubitarent, Vbinam autem, inquiunt, & qua tandem in loco gehenna hæc erit? Quid tu hac de re ſollicitus es? hoc eſt, quod quæritur, vt eam eſſe demonſtretur: vbinam autem reſeruetur, & in quo loco, no- [Gehennæ locus vbi ſit, iuxta Chryſoſt. Ioel. 3. 2. Eze. 39. 9.] li quærere. Quidam enim fabulas narrantes dicunt in valle Ioſaphat gehennam eſſe, quod de bello quodam dictum eſt jam elapſo. ſiquidem in valle Ioſaphat iuſto iudicio puniens aduerſarios funditus perdidit, quorum ad ſeptem annorum ſpatium arma ſuffecerunt habitantibus Hieruſalem ad ignem ſuccendendum: & nunc ad gehennam hoc trahunt: at hoc non dicit Scriptura. Quoniam autem in loco erit? inquiunt. alicubi extra totum hunc mundum, vt mea quidem fert opinio. Nam quemadmodum regum carceres & metalla longè diſtant, ſic alicubi extra hunc orbem terrarũ

(A) eſt gehenna. Ne quæramus ergo vbinam ſit, ſed quo tandem pacto illam effugiamus: nec quoniam non omnes hic punit Deus, idcirco futura credere recuſemus: benignus enim eſt, & patienter tolerat: atque idcirco interim comminatur, neque derepẽte caſtigat: *Non enim volo mortem peccatoris*, inquit, ſi- [Eze. 18. 23] cut eum cõuerti ac viuere: quod ſi mors nõ ſit peccatoris, ſuperuacaneũ eſt, quod dictum eſt. Ac ſcio equidem nihil verbis iſtis iniucundius vobis eſſe: mihi vero nihil eſt his iucundius. Vtinã enim ſemper, & continuo de gehenna verba faceremus nos, [Gehennæ memoria eſt vtilis.] dum prandiũ ſumimus, dum cænamus, dum lauamur, nihil ob ea mala, quæ nobis hic accidunt, contriſtaremur; nihil ob bona, quibus fruimur, gauderemus. Quod enim quæſo malũ dicere potes? paupertatem, morbum, captiuitatem, corporis mutilationẽ? at hæc omnia riſus ſunt, ſi cum alterius vitæ ſupplicio cõparentur. Licet eos qui perpetuo famæ cruciantur, proferas: licet eos, qui à prima iam ætate mutilati ſunt, & ſtipem petunt: deliciæ ſunt iſta cum illis malis collata. Sẽper igitur dilectiſsimi de (B) rebus iſtis ſermonẽ habeamus, eaſque mente linguaq; verſemus: non enim incidere nos in gehennã ſinit gehennæ memoria. Nõ audis Paulũ dicentem, *Qui pœnas dabunt æternas à facie Domini?* non audis [2. Theſſ. 1. 9.] qualis fuerit Nero, quẽ etiam Antichriſti myſteriũ Paulus appellat? *Nã myſteriũ*, inquit, *iã operatur iniqui-* [2. Theſſ. 2. 7.] *tatis*. Quid igitur? nihil ne patietur Nero, qui ſupplicio Petrum & Paulum affecit? nihil patietur Antichriſtus? nihil Diabolus? itaque nec Antichriſtus nec Diabolus vmquam ab improbitate diſcedent, cum non puniantur? Immo, inquit, ſed gehennam quidem eſſe cuiuis compertum eſt: at infideles tantum in eam incident. quam ob cauſſam? dic quæſo. Quoniam fideles, inquit, dominum ſuum agnoue- [Infideles nõ ſolum dãnandi. Rõ. 2. 12.] runt. Quid tum? quando etiam impura fuerit vita, maiores hac de cauſſa quàm infideles pœnas dabunt: ſiquidẽ *quicumque ſine lege peccauerunt, ſine lege quoque peribunt: & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur*, & *Seruus qui cognouit voluntatẽ domini ſui, &* [Lu. 12. 47] *non fecit, vapulabit multis*. Quod ſi nullæ tranſactæ vi- (C) tæ dandæ ſunt pœnæ, ſed hæc temere dicta ſunt, neque Diabolus punietur: nam & Deum nouit, atque adeo multo melius quàm homines, & vero dæ- [Iac. 2. 19.] mones omnes & ſciunt eum, & contremiſcunt, eumque iudicem confitentur. Si ergo vitæ ratio reddenda non eſt, neque prauarum actionum, iſti etiam euadent. Hoc non ita ſe habet, non ita, inquam, ſe habet: nolite vos fallere dilectiſsimi. Nam ſi non eſt gehenna, quomodo duodecim tribus Iſrael iudicant Apoſtoli? quomodo inquit Paulus, *Neſcitis, quoniam angelos iudicabi-* [1 Cor. 6. 3] *mus? quantò magis ſecularia?* Quomodo autem rurſus dicebat Chriſtus, *Viri Niniuitæ ſurgent in iudi-* [Mt. 12. 41 & 10. 15.] *cio, & condemnabunt generationem iſtam: & tolerabilius erit terra Sodomorum, & Gomorrhæ in die iudicij.* (D) Cur igitur ludis in rebus minime ludicris? cur teipſum fallis, ac decipis animam tuam mi homo? cur autem Dei quoque benignitati repugnas? propterea namque gehennam parauit, & minatus eſt, ne in eam incidamus timore effecti meliores: itaque is qui de rebus iſtis ſermonem tollit, nihil aliud agit, niſi ſeipſum hac fraude in gehennam impellit ac proijcit. Noli ergo manus eorum diſſoluere, qui ob virtutem laborant, neq; ſocordiã augeas eorũ, qui dormiunt. Si enim pleriſque perſuaſum fuerit gehennam non eſſe, quando tandẽ ab improbitate diſcedent? vbi vero iuſtitia apparebit? Non dico de peccatoribus & iuſtis, hac de cauſſa hic quidem punitus hic eſt, ille vero non eſt punitus, licet eadem peccata vel etiam multo grauiora cõmiſiſſet. Nã ſi nõ eſt gehẽna, nihil defenſionis afferre poterit apud eos qui accuſabunt. Quamobrẽ omnes vos hortor, vt ab hoc Satanico riſu abſtinentes eorũ obturetis ora, qui pro his vobis cõtradicunt. Nã & eorũ, quæ minima ſunt, cum in pec-

catis,

Exacta ratio ſingulorũ reddenda in die iudicij.

catis, tum in rectè factis exacta erit diſquiſitio: ſiquidem & oculorum rationem reddemus, & verbi otioſi, & riſus immoderati, & temerariæ contumeliæ, & prauæ cogitationis, & ebrietatis à nobis rationes repoſcentur; vt rurſus in bonis & calicis frigidi mercedem recipiemus, & boni ſermonis, & gemitus: *Da enim*, inquit, *ſignum in faciem & gementium & dolentium.* Quomodo ergo dicere audes Deum tanta cum diligentia in res noſtras inquirentem temere & inconſulto gehennam minatum eſſe? ne, oro obteſtorque vos, ne vana eiuſmodi ſpe deceptos vos eoſque, qui vobis credunt, perditum eatis. Si enim verbis noſtris fidem non adhibetis, interrogate Iudæos, Gentiles, hæreticos omnes, & omnes tamquam vno ore reſpondebunt iudicium futurum ac retributionem. At non ſufficiunt homines? ac dæmonibus ipſis quære, ac dicentes eos audies, *Cur veniſti huc ante tempus torquere nos?* & omnibus hiſce collectis perſuadete vobiſipſis, vt non temere loquamini, ne gehennam experimento noſcatis, ſed hinc ſapientiores effecti tormenta illa poſſitis effugere, boniſque futuris potiri, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Ezec. 9. 4

Mat. 8. 29

S. PATRIS NOSTRI

IOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISC. CONTSANTINOpolitani Sermo, de Pſeudoprophetis, & falſis Doctoribus: & da impijs Hæreticis. Et de ſignis futuris in conſummatione huius ſeculi: paullo antequam Sanctus è vita migraret.

Sermo pulcherrimus, & nunc primum in lucem editus.

Interprete & Scholiaſte Doct. Ger. Voſſio.

Edit pri. Romæ ex Typogr. Vatican. inter opera Ephrẽ an. 1598.

LVgubris oratio hæc eſt, cum etiã ſit proſtrema, ſicut mihi innotuit: ſed tamen & magno gaudio plena. Lugubris quidem: quia non amplius loquar vobiſcum. multo autem gaudio referta: quoniam tempus reſolutionis meæ inſtat, vt ſim cum Chriſto. Et ſicut dixit Dominus: *Non amplius loquar vobiſcum.* Verumtamen adhuc ſemel ego loquar in dolore cordis, de falſi * nominis Prophetis, & de falſis Doctoribus, Impijſque hæreticis. De quibus aiebat Apoſtolus: *Mali autem homines, & ſeductores proficient in peius; errantes, & in errorem inducentes.* De quibus etiam frequenter vos commonefeci: ſimiliterque iam commonefaciam de conſummatione huius ſeculi. Multos quippe ſermones feci gratia Chriſti, ſicut etiam vos noſtis, pietatis ſtudioſi, * Deique amantes: & fere in ſingulis vos commonefeci ſermonibus. ſiquidem memores ſitis eorum quæ heri, & ſemper à me dicta ſunt vobis: ac ſcio vos meminiſſe, & maxime qui diligentes eſtis, & ſacris * libris dediti, Chriſtoque deuoti. Nam qui ſacrorum ſtudioſus eſt librorum, iure etiam dici poterit amator Chriſti. ſecundũ quod dictũ eſt a Domino: *Qui diligit me, ſermones meos ſeruat.* Et, *qui diligit me diligetur à Patre meo.* Talis enim indelebilem in corde ſuo continet Dei memoriam: ſemperque ſuis manibus retinens libros, non obliuiſcetur horribilium illorum librorũ, de quibus ſcriptũ eſt: Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Vides, quantum ſit lucrum ſcrutari ſcripturas, quemadmodum ſæpe audiſtis? Quid eſt autem id, quod vobis dico? nihil reliquiſſe, neque reticuiſſe vtilium nobis ſacram Scripturam, ſiue per Prophetas, ſiue per Apoſtolos, ac per ipſum etiam vniuerſorum Dominum. Et per Eſaiam quidem prophetam dicit: *Clama in fortitudine, & non parcas: & quaſi tuba, exalta vocem tuam.* Et iterum: *Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion.* Dicitque Dauid: *Laboraui clamans, rauca facta ſunt fauces meæ.* Quin & Ioannes Theologus in ſua catholica ait Epiſtola: *Videte voſmetipſos.* Et Paulus: *Videte, quomodo ambuletis.* At Dominus: *Ego palam locutus ſum mundo, & in occulto locutus ſum nihil.* Vides, quanta contentione ac ſtudio, qualique loquendi libertate clamet, & nemo eſt qui intelligat? Rurſuſque beatus Paulus: *Videte canes, videte malos operarios. Videte, quomodo caute ambuletis: quoniam multi ſeductores* * *ingreſſi ſunt in mundum.* Plurimaque alia ſunt in * diuinis Scripturis veteris & noui teſtamenti, quæ clamant, & nos ex torpore atque ſegnitie noſtra excitant: at nos interea contrarium facimus. quemadmodum & Propheta ait Eſaias: *Auribus ſuis grauiter audierunt, & oculos ſuos* * *clauſerunt; ne videant & intelligant.* O quàm multas quotidie Scripturas audimus, nec intelligimus: quare & inexcuſabiles in die Iudicij erimus, quando *iudicium ſedebit, & libri aperientur*: quæ quidem nunc audientes, irridemus, & non ſuſcipimus: ac propterea abiecti ſumus atque depreſſi hodie in omni terra, ob peccata noſtra. Sed nemo ſperantium in Dominum, deſperet: nulluſque animum deſpondeat, proſpiciens eum qui dixit: *Semper vobiſcum ſum.* Confidite igitur: non enim fame interficiet Dominus animas iuſtorum. Verum ad inſtitutum reuertamur: de conſummatione quippe ſeculi eſt Sermo, & de pſeudoprophetis, falſiſque magiſtris, & impijs hæreticis. Quid ergo primum dicere aggrediar? de cõſummatione noſtra; an impiorum hæreticorum prophana inſectabor dogmata? Sed magno opus eſt certamine, longaque oratione, ad impura iſtorum detegenda deſtruendaque dogmata. Verumtamen quod ad * rem noſtram pertinet, neceſſarium eſt ex ſacris oſtendere Scripturis, hos vt inimicos Dei, & lupos * Chriſti ouilis, qui vbique oues ipſis diripiunt: quare & merito lupi ſunt vocati à Prophetis & ab ipſo Domino, beatiſque Apoſtolis: & non ſolum lupi, ſed & impij, & inimici, & inſidiatores, & blaſphemi, & fures & latrones, falſi doctores, & pſeudoprophetæ, & improbi, & Antichriſti, & ſcandala, & filij hoſtis maligni, & oppugnatores Spiritus ſancti, blaſphemantes Spiritum gratiæ: quibus *non remittetur, neque in hoc præſenti ſeculo, neque in futuro.* Oportet igitur primum circa iſta occupari, & tunc de ſeculi conſummatione loqui: quandoquidem *in nos deuenerunt fines ſeculorum,* ſicut ait Apoſtolus. Et exorta ſunt tempora difficicia, atque periculoſa: *& multiplicata eſt iniquitas, multorumque refrixit caritas.* & ſeductores iam multi, & qui ſeducuntur, plures. Age igitur, aperiamus ſacros libros, in quibus viam reperientes veritatis, incedamus per eam, recurrentes ad montes ſanctos, Prophetas dico, & Apoſtolos: *vt non ſeducamur, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad* * *circumuentionem erroris.* Cæterùm ne cunctemur: ſed cum Sanctis aſcendamus diſcipulis in montem beatum; & Paſtorem noſtrum audiamus dicentem: Videte, ne ſeducamini: *Videte, ne quis vos ſeducat.* Videte vbique. Et Ioannes ſimilia dicens: Videte, inquit, ne perdatis quæ operati eſtis. Et Paulus: Videte canes. Mihi vero lacrymæ oboriuntur, dum quoſdam ex noſtra Eccleſia dicentes audio, non dici hæc in diuinis Scripturis: idque non ſolum à laicis, verum etiam ab illis qui videntur eſſe Paſtores, & locum Apoſtolorum obtinent, & Prophetarum: ſed non mores. Ad quos * opportune licet dicere: Væ vobis, duces cæci, & indocti, atque * inconſtantes: qui veſtium ornatu delectamini, & non lectione ſacrorum librorum, qui relicto verbo Dei, inſeruitis ventri: quorum Deus venter eſt, & gloria. Quomodo euadetis, tanta ſalute neglecta? Vnde porro incipiemus? ab eo qui dicit: *Ego ſum principium, & finis.* Intelligite ſuam quiſque mentem, omni cura ſeculari depoſita. Videte, inquit Dominus, ne ſeducamini. *Multi enim venient, in*

nomine

Ioan. 14.

* Vel de falſis Prophetis, 2. Tim. 3.

* φιλόθεοι

* al. & ſacrorum librorum lectioni addicti. Ioan. 14.

Dan. 7.

Ioan. 5. 7. &c. Sacra Scriptura teſtimonia. Eſa. 58. ſecundũ 70

Eſai 40. Pſalm. 68

2. Ioan. 1

Ephes. 5.

Ioan. 18.

Philip. 3. Ephes. 5. * 1. Ioan 4. * al. egreſſi.

* al. ex diuina ſcriptura. Eſai. 6

* ἐκάμμυσαν.

Dan. 7.

Math. 28

Propoſitio dicendorũ

* περὶ τὸ πρᾶγμα.

* al. & lupos ipſius ouilis, qui vbiq; ab eius ouibus eijciuntur, &c. Mat 7. & Ioan. 10. 1. Ioan. 2. Math. 12

1. Cor 10 2. Tim. 3. Math 24. & Luc 21

Ephes. 4. * al. ad deceptiones erroris.

Math. 24 & Mar 13 Luc. 21. 2. Ioan. 1. Philip. 3.

* al. oportunũ eſt dicere. Math. 23. * ἀστάτοι. Rom. 16. Philip. 3. Hebr. 2. Apoc. 1. & 21. Math. 24 & Lu 21

nomine meo dicentes: *Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent.* A
Math. 7 Et iterum: *Attendite vobis ipſis à falſis prophetis, qui ve-
nient ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt*
Ibidem. *lupi rapaces: ſed à fructibus*, inquit, *eorum cognoſcetis eos*,
*al. à pſeudoproph. hoc eſt, ex ſermonibus, & ex *falſa prophetia. Om-
nis enim arbor ex proprio fructu cognoſcitur: ſic
Math. 7. & Luc. 6 quoque vos ex fructibus eorum cognoſcentes ip-
2. Ioan. 1. ſos, nolite recipere eos in domum, nec aue ipſis di-
Act. 20. xeritis. Audite, ô paſtores, voces Archipaſtoris. au-
Philip. 3. dite, & attendite vobis, & vniuerſo gregi veſtro. *Vi-
Ioan 10. dete canes, videte fures.* Nam, *qui non intrat per oſtium in
Ioã 3. & 1. Ioan 3. ouile ouium, ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt, & latro.* Rur-
ſuſque ad ipſos: *Vos ex patre*, inquit, *diabolo eſtis.* Et
Math. 23. denuo: *Væ vobis, qui clauditis regnum cælorum ante homi-
nes. ipſi enim non intratis: nec introeuntes ſinitis intrare.* O
ineffabilem Dei benignitatem. O inexplicabilem
indulgentiam. O incomparabilem eius bonitatem.
Quid ſummo illi Paſtori reſpondebimus? O paſto
res, & compaſtores: (ecce enim pauca ex multis di-
[illegible] cimus) quo pacto vbique, vt nos tueatur ac muniat B
Dominus, per immaculata clamat Euangelia: quin
& per Prophetas diuino Spiritu plenos, ac per diſ-
cipulos Theologos ſimilia loquitur: quippe in qui-
bus omnibus, prout vult, ediſſerit. Teſtiſq; mihi ſit
2. Cor. 13 Paulus, dicens: *An experimentum eius quæritis, qui in me
Math. 16. loquitur Chriſtus?* Dic & tu, ô beate Petre, quem beatũ
prædicauit Deus noſter Chriſtus Ieſus. dic, inquã,
*al. venturis ad decipiendũ gregem Chriſti. nobis de ſeductoribus, & impoſtoribus *futuris gre-
gis Chriſti: quem tradidit & concredidit tibi Prin-
ceps paſtorum, & Epiſcopus animarum noſtrarum?
2. Petr. 2. Hic igitur Petrus dicit; *Et in vobis erunt magiſtri men-
*al. eos. Ibid. daces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit *
nos, Dominum negant, ſuperinducentes ſibi celerem perditio-
2. Petr. 2. nem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via verita-
Vulg. quibus iudicium iam olim non ceſſat. tis blaſphemabitur: quorum † iudicium non ceſſat, & perdi-
tio eorum non dormitat: filij maledictionis, derelinquentes
viam rectam.* Iſta Petrus loquutus eſt: Petrus, inquã,
2. Petr. 2. qui claues regni cælorum tenet, qui *fluctus maris
Math. 16. pedibus traiecit: qui Romæ Simonem magum diſ-
Math. 14 rupit atque confregit. Ioannes autem dixit: *Mani-
al. qui cõtra fluctus maris pedibus ambulauit. feſta ſunt opera diaboli, & filij eius. Vides, vt omnibus
iſtis Chriſtus loquatur? Iacobus ait: *Si quis videatur* C
horum amicus eſſe, inimicus Dei conſtituitur. Audite ergo,
omnes, qui cum hæreticis comeditis, ſententiam
dolore plenam: quoniam Chriſti inimici eſtis. Neq;
1. Ioan. 3. enim qui cum inimicis Regis amicitiam init, pote-
Iacob. 4. rit Regis eſſe amicus: ſed ne vita quidem dignus
at ſæcui in vulg. habetur; at cum inimicis perditur, & deteriora ex-
*al. conuerſamini. ſpectat. Dixit quoque Iudas Iacobi: Subintroierunt
Not. quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc
Iud. in Epiſt. ſua catholica iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes
in luxuriam, & ſolum Dominatorem & Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum negantes. Huc *ades iam
*[illegible] Act. 9. Paule, vas electionis: dic nobis deinceps de ijs, ſe-
cundum gratiam à Deo tibi conceſſam: dic, inquã,
nobis de inſtanti ſeculo maligno, atque periculo- D
*al. os Domini. ſo? Patefacito nobis lupos occultos, Paule, os *Chri-
ſti: ediſſere nobis de ijs, qui aſpernantur atque reij-
Act. 20. ciunt verbum Dei? *Ego noui*, inquit, *quia intrabunt poſt
vulg. rapaces. diſceſſionem meam lupi graues in vos, non parcentes gregi.*
Cernis Apoſtolorum pariter & Prophetarum con-
ſenſionem? Vides vbique Theologos cum Magiſtro
aduerſus impios hæreticos, concordes? Audite igi-
tur, qui* cum ijs verſamini: vt à ventura ſuper eos,
*al. cibum ſumitis. fugiatis ira. Qui cum his vna in cibo potuq; com-
maculamini: quomodo ad diuina ac tremẽda Chri-
1. Cor. 10 ſti audetis accedere myſteria? An non beatum Pau-
2. Cor. 6. lum clamantem audiſtis: quòd *non poteſtis calicem Do-
Ibidem. mini bibere, & calicem dæmoniorum? Exite ergo de medio
al. ſuperſedebimus verbis Pauli. ipſorum, & ſeparamini: & immundum ne tetigeritis. Nũ-
quid vobis adhuc perſuaſimus: aut in vanum la-
boramus? attamen propter eos qui volunt, & dant
Audite igitur, & nolite cũ infidelibus iugũ ducere. operam vt audiant ac faciant, non ſuperſedebi-
mus. Audite igitur verba Pauli; & nolite iugum
ducere cum infidelibus. Quæ enim ſocietas luci ad
tenebras? Et quidem beati iſti Theologi, hæc & plu-

A ra hiſce, de impijs atque infidelibus locuti ſunt hæ-
reticis. Neceſſariũ porro fuerit, etiam Prophetas
in medium producere. Et quidem Dauid ait: *Eos, qui* Pſal. 138
oderant te Domine, odio habui: & ſuper inimicos tuos tabeſ- Pro. 4. 24
cebam. & reliqua. Aitque ſapiens Salomon: *Fili, ne te
ſeducant viri* peruerſi: neque ambules in via cum ipſis.* Et *al. impij
Eſaias propheta, aut potius ipſe Dominus per Pro- Eſai. 1.
phetam dicit: *Filios *genui, & exaltaui: ipſi autem ſpreue-* *vulg. enutriui.
runt me. Numquid ſufficiunt iſta? aut in mediũ etiam
proferre oportebit cunctos alios Prophetas ſimilia
dicentes? At ſane ſufficiunt & iſta his, qui audire ac
morigerari cupiunt. Nam qui ijs, quæ hactenus di-
cta ſunt, nõ attendit; ne ſi plura quidẽ adducantur,
obtẽperabit. Audite ergo, qui rectã fidem ſenten-
tentiamq; tenetis: & hæreticis ne cõſenſeritis. Au-
dite, paſtores, ac cõtremiſcite: & ne ſileatis: ſed ver-
bũ Dei prædicate. *Nolite locum dare diabolo.* Imitamini Epheſ. 4.
beatũ Petrum Apoſtolum: quomodo in Vrbe Ro- Simõ magus Romæ à S. Petro deuictus eſt
mæ, ſceleſtiſſimo Simone mago blaſphemante, atq;
B dicente, ipſum eſſe virtutẽ Dei; nec ad horã quidem
tacuit, diſtulitue: ſed eum reprehendens, & menda-
cem, ac latronem, impium demonſtrans, diſruptum
ipſum perdidit. Sic igitur & vos facite, & nolite cõ-
municare operibus *infructuoſis tenebrarũ: magis *al. immundis.
autem redarguite. quemadmodum etiam Apoſtoli Epheſ. 5
fecerunt. Et propheta † Dauid, de talibus multos †al. [illegible] Dei pater Dauid.
aggreſſus eſt labores, multoſque reprehendens ac
increpans, & Deum interpellans aduerſus ipſos, di-
cebat: *Quouſque peccatores, Domine, quouſque peccatores* Pſalm. 93
gloriabuntur? Diſperge illos in virtute tua. Rurſus obſe- Pſalm. 58.
crat, ac preces Domino offert, ipſe per ſemet deſ-
cendẽs, ſatisfaciat petitioni ſuæ, ſic clamans ac di-
cens: *Domine, inclina cælos, & deſcende.* Et: *Domine, ne mo-* Pſal. 143.
reris Et quid ad hæc benigniſſimus Deus: *qui cunctos* Pſalm. 69
homines cupit ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire? Nõ 1. Tim. 2.
aures obturauit, neq; preces Sanctorũ deſpexit: ſed Pſalm. 17
cælos inclinauit, & deſcendit: omniaque ad ſalutem ge-
neris noſtri adminiſtrauit, ac diſpenſauit. Deinde
volens demõſtrare, † futuros Antiſtites atq; paſto- †al. eos, qui præfici volunt Eccleſijs, ſic perſequi oportere hæreticos, fecit &c.
res Eccleſiarum, ſic perſequi debere hæreticos: fe-
cit flagellum ex funiculis: & ingreſſus in templum,
C omnes vendentes & ementes ex ſacro loco eiecit,
ac profligauit. perſecutuſque eos eſt, dicens: *Domus
mea, domus orationis eſt: vos autem feciſtis eam ſpeluncam
latronũ.* Poſtea expulſis inde omnibus, etiã deſola-
tionem ipſorum atque exterminationem prædixit, Math. 21. Eſai. 56.
dicens: *Ecce relinquetur domus veſtra deſerta:* quod etiam Math. 23.
accidit. Vbi enim ſunt, qui olim Eccleſiam Dei op-
pugnarunt, Reges, & potentes, atque huius ſeculi
ſapientes? Nonne diſperſi ſunt, & perierunt; reda-
ctique ſunt in nihilum? Vbi ſuperbia, & audacia at-
que rebellio Iudæorum? Vbi Simon magus, in hæ- *Simon Magus in hæreſi primus.*
reſi primus; diſcipulus & præcurſor Antichriſti?
Vbi malus huius fœtus, & eius infamiæ atque laſci-
uiæ ſucceſſor, Mõtanus? Vbi Marcion? Vbi Valen-
D tinus? Vbi Manes? Vbi Baſilides? Vbi iã Nero? Vbi
Valens? Vbi alij Reges, atq; potentes? Vbi Iulianus
transgreſſor? Vbi porro Arius? Vbi Eunomius, &
reliqui hæreſiarchæ? Vbi cuncti, qui reſtiterunt ve-
ritati? Nonne omnes perierunt? Diſperſi quippe Hæreticorũ euerſio.
ſunt propter ipſorum blaſphemiam, & abacti ſunt
veluti lupi rapaces. Inuenerũt enim Antagoniſtas, Antagoniſtæ hæreticorũ.
& ſtrenuos bellatores tũc Eccleſiarũ præpoſitos,
viros beatos. Cæterũ magnam cerno differentiam
eorũ qui tunc Paſtores erant, ab ijs qui nunc ſunt.
Illi, ſtrenui bellatores erant: at hi, *fugitiui. Illi, cer- *φυγάδες al. tranſfugæ.
tatores ac pugiles: at hi, delicijs dediti. Illi, librorũ
& dogmatum cultores: iſti vero, ornatus veſtium, ac
ridicularum rerũ amatores. Iſti, velut mercenarij,
relinquunt oues, & fugiũt: at illi animam ſuam pro Ioan. 10.
ouibus poſuerũt, imitantes Paſtorem bonũ Domi-
num noſtrũ Ieſum Chriſtum. O felices atq; beatos Ibidem.
illos viros, quorũ nomina ſunt in libro vitæ: quos
horruerũt dæmones, & reformidarũt hæretici: per
quos, *obſtructũ eſt os loquentiũ iniqua.* Eloquar nũc igi-
tur & ego ſimilia Prophetæ Dauid, qui lugẽs ac plo- Pſalm. 62

rans di-

Pſal. 88.

A rans dicebat: *Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* Dicam autem & ego illacrymans: Vbi beatus ille chorus eſt Epiſcoporum, & Doctorum: qui tamquam luminaria in mundo reſplenduerunt, verbum vitæ continentes? Quid porro vetat & hoſce in medium producere, ſaltem ex multis paucos: nã & iſtorum dumtaxat meminiſſe ſalutiferũ eſt animæ? Vbi Euodius ille bonus odor Eccleſiæ, & Sanctorũ Apoſtolorũ ſucceſſor, atq; imitator? Vbi Ignatius, Dei domiciliũ? Vbi Dionyſius Areopagita, volucris cæli? Vbi Hippolytus ſuauiſſimus, & beneuolentiſſimus? Vbi Baſilius Magnus, & par ferme Apoſtolis? Vbi Athanaſius ſanctus, & virtutibus diues? Vbi Gregorius† alter Theologus, & inuictus Chriſti miles? Et, qui commune cum ipſo nomen habet* alius? Vbi SYRVS ille EPHRÆM Magnus obtorpeſcentium excitator, afflictorum conſolator; iuuenum diſciplina, inſtructor, atque exhortator: Monachorum ſpeculum: Dux pœnitentium: framea ac ſpiculum aduerſus hæreticos: virtutum B receptaculũ, & Spiritus ſancti habitaculũ atq; diuerſorium? Vides, quantum ſit interſtitium, quantaque differentia illorũ Beatorum ac ſanctorũ virorũ, ab his qui nunc ſunt? Illi, potentes, opere & ſermone erant: At iſti, in iumẽtis & equis, ac mulis, & coquis, menſiſq; ſplendidis ſtudium ponũt. Deinde ſi quis eos forte de ſacris libris interroget; reſpõdent dicuntque: pauperes ſumus, & facultas libros comparandi non eſt nobis. Poſtea vero prodeunt, non vt pauperes: ſed† veſtimentis politis ac nitidis amicti; marſupiaq; plena, ac colla ſibi parantes, tãquam* ſaginati aliqui tauri: diſcipulorum autem multitudinem attrahunt, aut potius coquorum, quin & ex opum affluentia* ſubintroductas tenent, prætextu ancillarum. O malam opulẽtiam. O acerbam auaritiam. Non auditis Chriſtum dicentem: *Beati pauperes ſpiritu?* Reſipiſcite igitur tandem. Verbum Dei prædicate: & proijcite à vobis omnem curam ſecularẽ. Videte accurate, quomodo ambuletis. Cernite canes. Attendite ijs quæ dicta ſunt, obſecro. Volo C enim demõſtrare, ac* planum vobis facere ex ſacris Scripturis, nõ omnes qui dicuntur Chriſtiani, eos eſſe Chriſtianos: ſed ſolo ipſos nomine vocari, & nuda nominis appellatione ſeduci ac decipi. Verbo quidẽ Chriſtiani ſunt multi:† moribus autẽ ac vita admodũ pauci. Habitu quidem apparent Chriſti diſcipuli: at viuendi ratione, impij & crudeles. Quẽadmodũ enim puella aut virgo, donec ſuam ſeruat virginitatem, iure ac merito virgo vocatur, & eſt; at poſtquam ab aliquo decepta eſt atq; corrupta, virginitatemque perdidit, non amplius eſt virgo: Ita & qui dicitur Chriſtianus, ſi ſua cũ Deo pacta tranſgreſſus ſit, & promiſſa cõculcarit, & Dei verbũ reiecerit, gentiliumque opera fecerit; nihil ſane ipſi Chriſtianũ dici profuerit. Intelligite igitur, omnes D cariſſimi, quomodo paucis verbis, cũctis illis abrenunciamus, terribiliã & horroris plena verba pronũciantes: Renũcio Satanæ, & cũctis operibus eius: & cõiungor Chriſto. Vide, quid dixiſti: cui abrenũciaſti? Satanæ, & cũctis ipſius operibus. Cõſidera ergo rurſus, o homo, cui pactus ſis; & cui adhæſeris? nõ Angelo, neq; Archangelo, nõ Regi alicui terreno, nõ Principi ac duci huius ſeculi: ſed Regi regũ, & Principi principũ: Illi (inquã) pactus es, & ſpopõdiſti, ac te cõiunxiſti coram multis teſtibus, Angelis & Archangelis. Cæterũ in manu ipſius es tu, & cuncti ſermones tui. Deinceps ipſum ex cælis venientem exſpecta, afferentemq; * rationũ tuarum codicem, & verba oris tui: vt corã Angelis recitetur atq; hominibus. O neceſſitatẽ magnam. O formidabilem exſpectationẽ, & futuri iudicij, & illius diſcuſſionis atque examinis. Quid faciemus, quando aſtiterimus coram tribunali Chriſti, nudi† atque retecti: & libri aperti fuerint, omniaq; noſtra occulta publicabuntur, & acta & cogitata, & offenſiones atq; ſermones palam reuelabũtur? Hei mihi, hei mihi: quomodo

Euodius. Ignatius. Dion. Areop. Hippolytus. Baſil. Magn. Athanaſius. Nazianzenũ intelligit. * Nyſſenus ſcilic. S. Ephræm Syri encomia. Not. Iudæa [illegible] Matth. 5. Matth. 7. [illegible] al. moribus autẽ proditores. Verbo pij atque religioſi, & miſericordes: at moribus impij, & abſq; miſericordia. Ab exemplo & ſimili. Abrenunciationis vis, Quãta. Pacta cũ Chriſto. * [illegible] [illegible] Dan. 7. Apoc. 20. Ro 2.14.

A nobis ipſi nocemus, nec intelligimus. Sed quid iudici illi terribili, ac perſonarum reſpectum non habenti reſpondebimus?* quòd adeo licẽter peccare non ceſſamus,* quodq; eius benignitatem, qua nos dignatus eſt, nõ agnoſcimus: cũ ſimus obdurati, & (vt ita dicã) inſenſibiles, & obcœcati. Quouſq; tandẽ in peccatis, & laſciuijs atq; impudicitijs, & * iniuſtitijs, cunctiſq; inimici inſultibus perſiſtimus? Admodũ enim breui ac cito dies noſtri pertranſibũt: horrendumq; erit incidere in manus Dei viuentis. Vide igitur, frater, & cuſtodi te ſaltẽ deinceps à turpiſſimis actionibus atq; peccatis, & à rebus gentiliũ, doctrinaq; hæreticorum, ac omni cõſuetudine peruerſa: vt non ploremus ac lugeamus in nouiſſimis noſtris, quãdo nihil proderit: & horũ omniũ,* ratio reddẽda erit. Sufficiũt ſane iſta volẽtibus ſaluari, & ad agnitionẽ veritatis venire. Quãdo porro loqui incipio de cõſummatione ſeculi, & de ſecũdo Chriſti aduentu, horrore corripior, & obſtupeſco: nã & B cuncta opera Domini admirabilia ſunt, & magna atque tremenda, & glorioſa: at conſummationis, & ſecũdi ipſius aduentus myſterium, omnẽ ſermonẽ ac mentem, cogitationemq; excedit. Audiſtis frequenter ab * Euangelio dici, quòd ſedente IESV ſuper mõtem Oliueti, *acceſſerũt ad eum diſcipuli ſecreto, dicẽtes: Dic nobis, quod ſignũ aduentus tui, & cõſummationis ſeculi?* Vides ſapientiam, & intellectum atq; prudentiam diſcipulorum? quomodo cũ magnum quid interrogare cupiebant, nõ omnes ſimul congrediebãtur; ſed ſecreto ac ſeorſim accedebãt, & dicebãt: Dic nobis, Domine, hoc, & illud: dic nobis optime. Dic nobis, cordiũ ſcrutator, qui cuncta noſti priuſquã fiant: quod ſignum aduentus tui erit: vt & nos glorioſum aduentum tuum doceamus cũctas gentes? Quibus Dominus reſpondens, dixit: *Videte, ne ſeducamini: multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego ſum Chriſtus.* Videte autem, ne quis vos ſeducat: quoniam tempus prope eſt; & nunc inſtat, cunctiq; videbimus. Deinde prædixit ſequentia, bella & ſedi C tiones; & quomodo gens conſurget in gentem, & regnum aduerſus regnum: quæ nunc cernentes non intelligimus. *Tunc*, inquit, *ſcandalizabuntur multi: & inuicem tradent.* Et vbi, obſecro, hodie non regnat proditio? Nonne omnes aduerſus inuicem inſurrexerunt? Omnes ferme proditores facti ſunt, & ſeincem oderunt. Gens inſurrexit in gentem, & regnũ aduerſus regnum: principes cõtra ſui ſimiles: Epiſcopi contra Epiſcopos, & presbyteri in presbyteros, ac laici aduerſus laicos. Et quoniã abundabit * iniquitas, refrigeſcet multorum caritas. Et prædicabitur Euãgelium hoc in vniuerſo orbe, in teſtimonium cunctis gentibus: & tunc veniet cõſummatio, ac finis. Atqui conſideramus non eſſe locum ſub cælo, vbi nõ ſit prædicatum Euangelium: quare reſtat nunc, vt exſpectes finem. Quando igitur mul D tos videris pſeudoprophetas; Domini memineris dicentis: *Surgent enim pſeudoChriſti, & pſeudoprophetæ.* Quando pios, & ſapientes, atque fideles conſpexeris depreſſos: homines autem ſceleſtos, & ſuperbos, proditores, & fornicatores, alioſque tales * promoueri; recordare Apoſtoli dicentis: *Mali autem homines, & ſeductores proficient in peius: errantes, & in errorem mittentes.* Quando ſanctam Scripturã improbatam atque reiectam videris ab ijs, qui videntur eſſe Chriſtiani: & eos, qui loquuntur verbum Dei, odio haberi; in memoriam reuoca illud dictum Domini: *Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.* Quando ſumptuoſa conſpexeris prandia, ac cœnas, & delicias: impoſturas, tumultus, & inconditas voces; reminiſcere Domini dicentis: *Væ vobis, qui ſaturati eſtis; quia eſurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis.* Quando tripudiantes videris, & ludicris rebus intentos, canticaque dæmoniaca recitãtes; tunc ingemiſce, ac lacrymare. & Dauidis recordare, dicentis; *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Et Eſaiæ prophetæ, dum dicit: *Væ, qui*

Rom. 2. * [illegible] al. iniquitatibus. Heb. 10. Nota. * [illegible] De cõſummatione ſeculi. * al Euangeliſta. Matth. 24 Marc. 13. & Luc. 21. Ibidem. Not. Ibidem. Dani. 13. Math. 24. Luc. 21. Ibid. Idid. Mat. 24. Luc. 21. Ibidem. * al abundauit. Ibid. Mat. 24. Not. * [illegible] 2. Tim. 3. Ioan. 15. Luc. 6. Pſal. 81. Eſai. 5. ſecundũ 70.

A

[Ibid.] *ſurgunt mane, & ſiceram ſequuntur; qui exſpectant veſperã. Nam cum cithara, & pſalterio, & tympanis, & tibijs vinum bibunt: opera autem Domini non reſpiciunt, & opera manuum eius non conſiderant.* Sed quid ad iſta dicunt homines [Pſalm. 4.] *graui corde*, quærentes mendacium? Non eſt, inquiunt, malum, relaxari* animo, ac diſtrahi. [* μετεωρίζεσθαι.] Nam quid detrimenti affert cithara, reliquaque inſtrumenta muſica? O extremam dementiam. O improbam diaboli excogitationem, atque conſilium. [Deut. 32.] *Generatio praua & adultera: haccine * redditis Domino?* [* al. reddis] Vbique immaculatus præcepit Dominus, ne omnino Chriſtianus vanus diſtrahatur; neque ludicris ſe rebus dedat: & tu dicis, quid nocebunt iſta? Væ, qui dicunt amarum dulce, & dulce amarum. [Eſai. 5.] *Væ, qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras.* [Ibid.] Dicant nobis* imperiti illi atque inſolentes, ex quanam Scriptura oſtendere poſſint, Chriſtiano licere eas formas aſſumere? [* ἀναίσχυντοι. al. immorigerati.] Qui Sanctorum libri tale quid vnquam tradiderunt? Quæ Euangelia, ſic turpiter atque indecore agere Chriſtianos docuerũt? [Mat. 24. Luc. 2.] *Nemo vos ſeducat.* Vniuſcuiuſq; enim* noſtrum ſcripta ſunt pacta, & promiſſa; & Diaboli abrenũciatio, [* al. veſtrum.] & cum† Deo facta coniunctio: & quæcumque opera [† al. cum Chriſto.] noſtra, & actiones, & ſermones, & cogitationes, & diſtractiones, & riſus atque cachinni. Nõ* ita multo [* ὅσον ὅσον] poſt aderit Chriſtus cũ poteſtate, & gloria magna, & [Matth. 25. Ro. 2. 14.] ſedebit in throno terribili, vniuerſumq; iudicabit mundũ: & cuncti aſtabimus coram tribunali ipſius, nudi atque retecti. Deinceps igitur quid vis frater; mẽtirine illi? at nõ eſt id poſſibile: nã in manu eius, tu, & ſermones tui. Sed forte vis occultari? verum* [* al. Sed hoc eſt impoſſibile.] nequaquam poteris; *quoniam in manu ipſius ſunt fines terræ.* Quo igitur confugies: & vbi à facie Dei abſcõderis? [Pſalm. 94. Pſal. 138. & Amos 9.] *Si aſcenderis in cælum, ipſe ibi eſt: ſi deſcenderis in abyſſum, ibi adeſt.* Quid igitur agemus, fratres? Anguſtiæ nobis ſunt vndique, latere non licet: ipſe enim [Rom. 2] *nouit occulta cordis*, fugere non conceditur: non enim [Deut. 32. & Sap. 16. Tob. 13.] eſt, inquit, qui ex manibus meis eripiat. cælari erit impoſſibile: ipſe enim gyrum ac ambitum continet vniuerſæ terræ. Excuſatio ibi non eſt, neq; ſubſidiũ, neque cõſilium. Propterea à finibus orbis terrarũ

C

vſque ad fines, diuina Scriptura & admonet, & * reprehendit, & exhortatur, & proteſtatur, & cõminatur. [* al. dicit.] Ideoque Dominus noſter IESVS Chriſtus ait: [Ioan. 15.] *Si nõ veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatũ non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Audiſtis, fratres mei cariſſimi, nemine reuera excuſationem habere. anguſtiæ nobis ſunt vndiq;. Sed reſpondet Auditor, dicens: Satis nos tuo tetigiſti ſermone ac perſtrinxiſti, & * triſtitia demonſtraſti, & de tormẽtis [* al. triſtitia affeciſti.] cõmonefeciſti, & ſupplicia deſcripſiſti, & abunde nos perculiſti ac perterrefeciſti; ſcioq; reuera ita eſſe, & noui vnumquemque noſtrum rationem Deo [Ro. 2. 14. Galat. 6.] redditurum, meſſurumq; quod ſeminauit, & propriũ onus portaturum: at quoniam hæc nobis denũciaſti, & in medium adduxiſti, terroremque incuſſiſti;

D

præmonſtra quoque deinceps nobis modum ac rationem acquirendæ ſalutis: præbe etiam plagæ medicinam. Sicut percẽſuiſti horribilia, & triſtia atque lugubria: ita etiã gratioſa ac læta ediſſere. Ecce ſaluari cupio: quid agam? quo pacto ſaluari potero? qua ratione vtar? ad quem confugiam? In multis enim peccaui, & factis, & verbis, mẽte ac cogitatione, volẽs* & imprudens, noctu dieque, ac quacumque hora. [* ἑκὼν καὶ ἄκων.] Quid igitur faciam? quomodo ſaluabor? ad quẽ mihi confugiendum erit? Ego tibi, ad quem confugias, dicam. †Beatus Dauid, ad quem cõfugere oporteat, demonſtrauit, dicens. [† Refugiũ tuũ beatus Dauid oſtendit, dicens, Deus, &c.] Deus noſter refugium & virtus. Hunc & Ioannes omniũ prophetarũ maximus oſtendit, dũ ait: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. [Pſalm. 45. Ioan. 1.] Hunc quoque Angelus manifeſtauit, dicens: *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuũ à peccatis eorũ.* [Mat. 1.] Ad hũc cõfugias, & tu cariſſime, qui dixit: *Nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã.* [Mat. 9. & Marc. 2.] Qui dixit: *Non opus habent, qui ſani ſunt, medico: ſed qui male habent:* Qui dixit: *Pœnitentiã agite: appropinquauit enim regnum cælorum.* [Luc. 5. Math. 3.] Qui ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis: & ego vos reficiam.* [Mat. 11.] Vbi dixit: *Poteſtatem habet filius hominis ſuper terram dimittendi peccata.* [Math. 9.] Qui ait: *Omnem venientem ad me non eijciam foras.* [Ioan. 6.] Qui per Prophetam dixit: *Viuo ego, quia nolo mortem peccatoris: ſed conuerſionem eius exſpecto, vt conuertatur & viuat.* [Eze. 18. 33.] Qui ait: *Gaudium maius erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis qui non indigent pœnitentia.* [Luc. 15.] Ad hunc itaque, pœnitentiam agens, & lacrymans confugito. Cæterum dimitte, quæ retines: & vere, totoque corde ac animo, cariſſime, pœnitentiam agito. Et ne animum deſpondeas, neque de te ipſo deſperes: cum ſalutaria medicamenta habeas. Cur hoc vel illud cauſſaris: & inutiles excuſationes prætexis? [Ibid.] In cælo gaudium erit, te pœnitentiam agente: & tu obtorpeſcis, atque pigreſcis? Angeli exultant, & tu dormitas? Propter te aduenit medicus animarum noſtrarum: & tu vulnus occultas? Ipſe clamat: *Conuertimini ad me, filij hominum:* & tu non eniteris? [Pſal. 80. & Eze. 18. 33.] Ipſe clamat: *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam:* & tu negligenter agis? [Matt. 9. Mat. 2.] O incomparabilem * Dei benignitatem. [* al. Domini.]

B

Non venit vocare iuſtos: ſed peccatores ad pœnitentiam. [Mat. 9. & Marc. 2.] Tu autem cariſſime, vide ne in ſermone iſto relaxeris, dum ineffabilem ipſius benignitatem audis. Non enim nudam dumtaxat vocationem dixit: ſed adiecit iſtud, ad pœnitentiam non ad res * ridiculas; ſed [* al. ad cachinnos.] ad pœnitentiam, & lacrymas. non ad verba ocioſa: ſed ad glorificandum Deum. non ad prandia opipera ac cænas, & ebritatem: ſed ad ieiunium, vigilias, atque orationes. Non vocauit ad choreas, citharizationes, & prophana * ac diabolica cãtica: ſed [* τραγῳδήματα.] ad luctum, & tribulationem atque anguſtiam, dicens: *Beati, qui lugent* nunc, videlicet peccata ſua. [Mat. 5.] Incipe ergo pœnitentiam agere, frater, eoque magis, quòd multæ viæ ſalutis te adiuuent atque confortent; quemadmodum ſcriptũ eſt: & multi modi ac rationes ſalutis. Quo ergo volueris modo, ſaluari poteris; ſolũ† ſaluare. Si habeas vnde; eleemoſynas [† σώθητι.] * eroga: ſin vero non habeas; non requirit abs te [* Dilarg. Nat.] Deus. Non habes panem? non habes veſtimẽtum?

C

ſed neque aurum? Genua inflecte, percute pectus, educ lacrymas, ingemiſce, lacrymare, manus tuas ad cælũ extende, oculos ad Dominũ attolle: ieiuna, & vigila: hæc quippe omnis habet homo, & negare non poteſt. Iſta offerre ſtudeas Deo, omni tempore. Sed & hæc cum ſtudio atque diligentia, & diſcretione facere oportet: vt non inutiliter curras, & in vanum labores. Quare has virtutes dum exerces, & Deo pœnitentiam offers; ſerua diligẽter, & ſcrutare teipſum: ne forte inimicitias aduerſus aliquem habeas, & vniuerſus labor tuus reddatur inanis. ſed ſicut ait Apoſtolus: *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operantes.* [Philip. 2.] ſeruanteſq; Chriſti præceptum, quod dicit: Si dimiſeritis hominibus peccata eorũ: dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra. [Matth. 6.] Quod

D

ſi igitur ad Deum acceſſeris; in toto corde interpella eum: & non cum deriſione, ac vaga diſtractaque mente. Serua hoc ipſius præceptum: *& dimitte, ſi quid habes aduerſus aliquem.* [Marc. 11. Matth. 6.] Si enim velis tibi dimitti peccata propria: remitte & tu proximo tuo. Quod ſi tu non dimiſeris errata fratris tui; neq; tua tibi remittet Dominus. Paratus eſto cariſſime; & quotidie mortem exſpecta, & eum qui tuam repetet animã. Ne hodie pœnitentiam agas, & cras obliuiſcaris. Ne hodie plangas, & cras ridicule tripudies. Ne hodie ieiunes, & cras ebrius prodeas. Ne hodie vigilijs te dedas, & cras ſupinum ac deſidẽ te præbeas: ſed veram atq; legitimam pœnitẽtiam oſtendas, vt coroneris. Ne † adulteres virtutem. Ne fugias laborẽ: [† μὴ νοθεύσῃς.] vt non * priueris corona. [* al. deperdas coronam.] Oderis quodcumque ſeculi iſtius gaudium, ac gloriam. Inuiſa tibi ſit via lata, ac ſpatioſa. [Mat. 7.] Oderis delicias: odio perſequere impunitatem atque licentiam. Oderis iniuſtitiam & iniquitatem. & cum Propheta dicito: *Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.* [Pſal. 118.]

Da igi-

Da igitur operam cariſſime, vt ſemper inueniaris paratus: & cum venerit qui animam tuam repetat, te paratum in pœnitentia comperiat. Et ego * polliceor tibi, fore, vt te nequaquam ab ijs qui ſaluantur, ſegreget. Serua ſemper Domini præceptum, quod dicit: *Parati eſtote: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.* Audi & Apoſtolum clamantem: *Sine intermiſſione orate:* hoc eſt, in omni tempore; & noctu, & die, & quacumque hora: & dum intentus es operi, & iter facis, & curas gregem, & agrum colis, & dormis. Ne diem exſpectes dominicum, aut feſtum, aut locorum differentiam: non enim circumſcribitur numen * diuinum; nam in manu ipſius ſunt omnes fines terræ. Propterea Dauid Propheta per ſingulos dies ac noctes orans, non exſpectabat locorum differentiam: ſed lacrymans, dicebat, ſuam ipſius admonens animam: *In omni loco dominationis eius; benedic anima mea Domino.* Et tu igitur frater, ne exſpectes diem vel horam: ſed etiam cum dormies, ora; & in via, & dum cubas, & cum ſurgis, & in quocumque loco. Ora autem vigilanter, ac diligenter; non opes poſtulans, non honorem ac gloriam, non * proſperitatem, neque aliud quid mundi iſtius momētanei, atque inutilis. Hæc enim omnia corruptibilia ſunt, & incorruptionē deſunt: ſiue diuitias * ſummas dixeris, ſiue gloriam humanam præilluſtrem; ſiue quid aliud eorum quæ ſunt ſuper terram, quibus efferri ſolent homines. Cæterum ora pro ſalute tua ſola. ora pro neceſſitatibus proximorum tuorum. ora vero cum humilitate, cum lacrymis, & continenter pulſa, ſiue potius indeſinenter atque aſſidue. *Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.* Omnem quoque concupiſcentiam abnega mundanam, atque impietatem: *& ſobrie, ac iuſte, & pie viuas in hoc ſeculo breui, exſpectans beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri* IESV *Chriſti*. Recordamini mei ſemper, fratres: & retinete traditiones, quas accepiſtis à Sanctis patribus, & beatis viris, Prophetis, & Apoſtolis, & vniuerſorum Domino. Pro exemplo autem afflictionis, & longanimitatis, habetis Prophetas: tolerantiæ, Iob: pudicitiæ, Ioſeph: diſcretionis, Daniel: caritatis, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ſeipſum pro nobis dedit: pœnitentiæ, * Dei patrem Dauid: nam hic typus & forma nobis pœnitentiæ factus eſt, admonens nos, & cohortans, ac dicens: Venite filij, audite me: & ego oſtendam vobis diuitias pœnitentiæ? quoniam & ego aliquando offendi, & prolapſus ſum: at, per pœnitentiam reſurrexi. cognoſcenſque benignitatem Domini, noui quomodo pœnitentiam agentes ſupinis * manibus ſuſcipit: nam Dominum mentiri, impoſſibile eſt. Ipſum enim dicentem audiui; *Quæ procedunt per * labia mea, nequaquam aſpernabor. Cælum & terra pertranſibunt: verba autē mea non præteribunt. Semel iuraui in ſancto meo: viuo ego, quia nolo mortem peccatoris.* Audiſtis contra ſeipſum iuraſſe benigniſſimum Dominum? Idcirco omnes adhortatur: *Venite,* inquit, filij mei: & dum tempus habetis, accelerate: antequam veniat dies Domini magna, & illuſtris. Præparemus hic iam nos ipſos, fratres: præoccupemus faciem eius in confeſſione. *Venite, adoremus & procidamus ipſi: & ploremus coram Domino, qui fecit nos.* * *Ipſe enim eſt Deus pœnitentium:* Ipſe nos pœnitentes ſuſcipiet. Ipſi gloria, in infinita ſæcula ſæculorum. AMEN.

* al. ſide iubeo.
Lu. 12. & Ma. 24. 1. Theſ. 5
* τὸ θεῖον
Pſalm. 94
Pſal. 102.
* al. non ſanitatē.
* ὑπεργί...
Mat. 7. & Luc. 11.
Tit. 2.
Epilogus eſt adhortationis, Exempla virtutum
θεοπάτωρ Dauid, typus & exemplum pœnitentiæ.
* ὑπτίαις.
Pſalm 88
* vulg. de labijs meis, nō faciam irrita.
Matth. 24
Ezec. 18. 33
Matth. 24
25.
Apoc. 16
Pſalm. 94
* al. Quia ipſe eſt Deus noſter. Ipſe fecit nos, &c.

Scholia, & variæ Lectiones.

Sermonem hunc S. Ioanne Chryſoſtomo digniſſimum, vel ideo Sermonibus S. Patris noſtri Ephram, poſt eius Teſtamentū, coronidis loco ſubÿcere viſum eſt; tum quòd laudes Auctoris noſtri Ephram haud vulgares in eo contineantur ac celebrentur, vt & aliorū quorumdam antiquorum SS. Patrū, de quibus inde honorifica ſit mentio: tū, quòd multa in eo communia cū doctrina S. Patris Ephram, & præſertim Teſtamēti illius, aduerſus peſtiferos Hæreticos, corruptoſque ſæculi mores tractentur. & denique quòd poſtremus hic illius Sancti Sermo fuerit, ſicut & illa Teſtamentaria Ephram oratio nouiſſima exſtitit; & quia ante hac numquam excuſus fuit, illum ideo à nobis traductum iam excudendū, & hoc loco tāmquam valde opportuno (ne deperdatur) reponendum omnino cenſuimus. Reperitur autem græce in varÿs antiquis manuſcri. Codicibus: Vaticanis, num. 880. &c. ac Card. Sirleti, num. 254. & S. Flora, nū. 19. ac in Regia Bibliotheca Galliæ, aliÿſq; vbique ſub nomine S. Chryſoſtomi, à quo putatur factus ac conſcriptus, (ſed non publice recitatus) dum ſcilicet in exilio æger verſaretur, & quidem paullo ante ſuam mortem: vt hic quoque in ipſo Sermonis titulo habetur.

Audite igitur, qui cum hæreticis verſamini, vt à ventura ſuper eos fugiatis ira, &c.] *Vbi alia lectio habet:* qui cum hæreticis cibum ſumitis, *&c. & al.* qui cum ijs caritatē facitis, *&c. quæ omnia hic ab Auctore per illud (οἱ ἀγάπας ποιοῦντες) exprimuntur, & pro iiſdē accipiuntur. Erat enim phraſis priſcorum Chriſtianorum, cū alÿ alios conuiuio excipiebant, vt dicerent ſimul caritatem facere, pro eo quod eſt, ſimul cibū ſumere, &c. qui loquendi vſus etiā hodie in Italia ac pleriſque alÿs Prouincÿs ac linguis retinetur. eſtque phraſis illa dicendi noſtro Patri Ephram etiam familiariſſima, vt non vno in loco apud eum in noſtris Scholÿs oſtendimus. Cum hæreticis porro vetamur etiam cibum ſumere; & idcirco adiecit hic Auctor:* [illegible] *&c. i. qui cum his vna in cibo potúque commaculamini, &c. ſicut quoq; efficaciter hoc ipſum ſæpius alibi noſter oſtēdit Ephram, & præſertim in Reſponſione ad Interrogat.* Quomodo de Hæreticis ſcriptum legimus: Eos, qui oderunt te Domine, oderam, *&c. Cuius ibi reſponſio ſic incipit:* Hæreticos tamquā blaſphemos, & Dei inimicos Scriptura non homines, ſed canes, & lupos, & porcos, & Antichriſtos appellat, *&c. tom. 1. vbi de Hæreticis omnino fugiendis agitur: quod & hic conſequenter intendit Auctor. nonnulloſq; ex præcipuis recenſet, vt peſtis illa euitentur.*

Vbi Simon magus, in hæreſi primus? vbi malus huius fœtus, & laſciuiæ ſucceſſor Montanus? vbi Valentinianus? vbi Manes? vbi Arrius? *&c.*] *Hæreticorum peſſimorum catalogum recenſet, de quibus hic obiter aliquid (vt amplius eorum impietas detegatur, prodaturque virus) dicendum erit; & primo quidem de* SIMONE MAGO, *cuius vita impia & ingenium fraudulentum ſic in Apoſtolorum ca. 8. deſcribitur.* Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus ſeducens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe aliquē magnum, *&c.* Attendebant autem in eū, eo quòd multo tempore magicis ſuis dementaſſet eos, *&c. pauciſque interiectis ibidem poſtea, de eodem ſic.* Cum vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorū daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniā, dicens: Date & mihi hanc poteſtatē, vt cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritū ſanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri, *&c.*] *quibus haud obſcure verbis, Simonis illius malitia, atque magia, & hæreſis breuiter detegitur, perſtringiturque. Cuius quoque nequitias, & magicas artes atque impoſturas non multo poſt Apoſtolorum tempora exortus B. Iuſtinus prodidit in ſuo Apologetico, quem pro fide noſtra ad Antoninū ſcripſit, cuius verba ad longum contra Simonem magum, eiuſue impia ſcelera citat Euſebius Cæſar. lib. 2. hiſt. eccleſ. cap. 12. vbi de illo pluribus. Conformia vero Iuſtinū ſcriptis de Mago illo etiam Irenæus Apoſtolorum temporibus vicinus ſcribit in primo aduerſus hæreſes libro, ac præſertim cap. 20. vbi, quis, ac qualis iſte fuerit Simon, quamque impura eius vita, ac impia doctrina extiterit, plenius recenſet. ac poſt eum Epiphanius li. 1. aduerſus hæreſes, hæreſ. 21. per tot. quæ eſt contra Simonianos, incipitque:* Simonis magi prima eſt hæreſis, *&c. Vbi de eius præſtigÿs, impiaque doctrina, ac flagitioſa vita, funeſtoque interitu copioſa agitur. De quibus*

A etiam Tertullianus cap.13. Apolog. Cyrillus Hieroſolymitanus Catech.6. Theodoritus lib.1. hæreticarum fabularum in Simone mago. item Egeſippus (qui tempore Aniceti vixit) in vita Apoſtolorũ Petri & Pauli, quæ habetur libro tertio eiuſdem de excidio Hieroſolymit. cap.2. vbi de Simonis magi impoſturis, atque flagitijs, artibuſque magicis per S. Petrum detectis, & de vltima eius ruina ac morte probroſa tractat. De quibus, & S. Maximus Epiſcopus Taurinenſis in Serm. 1. de natali eorumdem Apoſtolorum Petri & Pauli, circa fin. vbi glorioſa Petri aduerſus Magum hunc victoria, triumphuſque refertur. Suffragaturque Nicepho. lib.2. hiſt. eccleſ. cap.27.36. ac 37. lib.3. cap.5 6. &c. ac S. Gregorius Turonenſis lib.1. Hiſtor. in vit. Petri. & Metaphraſtes in ſuo Hypomnemate ſiue commentario de certaminibus & laboribus, peregrinationibus, atque conſummatione Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli: vbi huius quoque improbi Magi fallax animus, & vita impia detegitur, ac mors tragica, exituſque funeſtiſſimus (qualem fere ſimile genus hominum ſortiri ſolet) exponitur. Quòd porro Simon magus in hæreſi (vt noſter hic loquitur Auctor) omnium fuerit primus, alijque hæretici ſuum ab illo initium B duxerint teſtes, id affirmant plures omni exceptione maiores, S. Clemens in Apoſtolicis ſuis conſtitutionibus, lib. 6. cap. 7. ac 9. & lib.2. & 3. recognit. Irenæus, lib. 1. cap.20. vbi de illo ſic habetur: Habent & vocabula à principe impijſſimæ ſententiæ, Simone, dicti Simoniani, à quibus falſi nominis ſcientia accepit initia, ſicut ex ipſis aſſertionibus eorum licet addiſcere, &c.] Euſebius Cæſarien. lib.2. hiſt. eccleſ. cap. 12. vbi dicit: Caput igitur totius prauitatis, & principium omnis hæreſis à Simone cœpiſſe accepimus, &c. Epiphan. lib.1. contra hæreſes, hæreſ. 21. vbi in ipſo mox initio idipſum affirmat, dicens: Simonis magi prima eſt hæreſis, quæ poſt Christum incepit, &c. Idemque ſuo corroborat teſtimonio Theodoritus loco iam ante citato, in Simone mago. alijque alibi.

Montanvs (de quo hic conſequenter apud Auctorem) hæreſiarcha quoque poſt Simonẽ magũ peſſimus, natione Phrygius: qui nominabat ſe paraclitum in Phrygia, ac multos ſeducebat, & eamdem regionem cum vicinis regionibus nequiter C corrumpebat, ac varijs erroribus inficiebat. Priſcam, & Maximillam, clariſſimas mulieres adeo dementauit atque ſeduxit, vt relictis proprijs viris ſequerentur ipſum, & ſe eius inſpiratione prophetiſaſſe dicerent, &c. De quo, inter alios Euſebius Cæſarien. lib.5. hiſt. eccleſ. cap.14.15. & 18. & poſt Euſebium Epiphanius libro 2. aduerſus hæreſes, hæreſ.48. item Theodoritus libro hæreticarum fabular. vbi de Montaniſtarum hæreſi agit, quæ initium habuit ab hoc Montano. Cuius quoque varios errores validiſſimis rationibus confutauit Apollinarius Epiſcopus hierapol. vt de eo teſtatur Euſebius Cæſar. lib.4. hiſt. eccleſ. cap. 27. & lib.5. cap.15. ac 16. & Apollonius quidam eccleſiaſticus ſcriptor libellum aduerſus eiuſdem impia dogmata, vitaque improbitatem edidit, vt idẽ teſtis eſt Euſebius libro eod.5. cap.18. vbi de illius inſania, vitaque improba, pluribus.

Manes, hæreſiarcha quoque ſceleſtiſſimus, gente Perſa, homo callidus ac diabolicus, vita & moribus barbarus, & Chriſti Eccleſiæ atque doctrinæ hoſtis infeſtiſſimus: à quo, Manichæorum hæreſis dicta atque deducta eſt. Aduerſus quẽ, D Euſebius Cæſar. lib.7. hiſt. eccleſ.27. ſic ſcribit: Eo tempore Manes quidam ſecundum nomen ſuum (ἀπὸ τῆς μανίας) inſaniens, & inſtinctu dæmonis agitatus, inuiſam & execrabilem omnibus hæreſim docet. Hic autem Manes gente Perſes, vita & moribus barbarus fuit, tam acer ingenio, vt inſanire, vel dæmone adimpleri videretur. Chriſtique ſe nunc gerere formam conabatur oſtendere, nunc ipſum paracletum ſe eſſe prædicabat; & elatus inſania, ad ſimilitudinem Chriſti, duodecim diſcipulos eligens, ad prædicandum mittebat, dogmata ſtulta & impia à diuerſis hæreticis, qui iam prius extincti fuerant, mutuata diſſeminans, & noſtro orbi Perſica venena propinans. Ex hoc ergo Manichæorum hæreſis vſque in hodiernum diem diffunditur, eo tempore exorta, quo Felix in vrbe Roma Eccleſiæ præerat, &c. hæc ibi Euſebius. Additque S. Auguſt. contempſiſſe Manen præcepta decalogi, quippe qui nõ vnum ſolum coleret, ſed Deorum agmina, &c. ita de illo S. Auguſtinus contra Fauſtum, li. 15. cap. 7. Cuius hæreſes in eodem libro oppugnat idem Au- A guſtinus cap.5 6. ac varijs alijs in locis ſæpe. De quo, plura Epiphanius libro 2. contra hæreſ. 66. quæ eſt contra Manen eiuſq; ſectatores Manichæos. & Theodoritus lib. 1. hæretic. fabular. in Mane. alijque alibi: Basilides, nefarius quoque hæreſiarcha (cuius conſequenter hic fit mentio) multa mala mundo peperit, multoſque plurimis in locis tabifica atq; peſtifera ſua hæreſi infecit. Quem alibi S. Hieronymus, luxuriæ & turpiſſimorum complexuum magiſtrum appellat, eumque poſt tot annos ita in Iouinianũ quaſi in Euphorbum transformatum eſſe ſcribit, vt latina quoque lingua ſuam hæreſim haberet, &c. ita inter alia de eo S. Hieronymus lib.2. aduerſus Iouinianum, qui extinctam iam Baſilidis hæreſim ſuis ſcriptis reuocare conatus erat, ſicut in priore ſuo aduerſus eumdem Iouinianum libro idem S. Hieronymus latius oſtendit. A Basilide dicti ſunt ſectatores eius Baſilidiani, aduerſus quos copioſe ſcribit Epiphanius libro primo contra hæreſes, hæreſi 24. quam quartam à Chriſti aduentu hæreſim ponit. Similiterque Theodoritus lib.1. fabularum hæreticarũ, in Basilide. Et ante hos, Irenæus libro primo aduerſus hæreſes, c.23. vbi inter multa de eo narratur, quòd negauerit B Chriſtum fuiſſe paſſum, ſed Simonem quemdam Cyrenæum pro eo crucifixum ac paſſum extitiſſe affirmabat, &c. idemque de eo refertur in eamdem cum Irenæo ſententiam ab Epiphanio in loco iam citato. Quos, & alios eius, diſcipulorumque errores acerrime quoque ante Irenæum impugnauit S. Ignatius & ipſe martyr, in Epiſt. ad Trallian. Tarſen. Philipp. Philadelph. Polycarp. &c. item Clemens Alexandrinus lib. 4. & 5. Stromat. à quo inter alia ibi ſcribitur, non ſolum plures Deos Baſilidem ſuis delirijs conſtituiſſe, ſed etiam ex diabolis Deos effinxiſſe, &c. Illum porro Alexandria ortum, in Aegypto autem errorum ſuorum ſcholas inſtituiſſe. Adriano imperante, ſimulque Caſtorem Agrippam ſcriptorem præſtantiſſimum Baſilidis errores detexiſſe, hæreſimque confutaſſe, tradit Euſebius lib.4. hiſt. eccleſ. cap.7. & 8. ſed de illo hic ſatis.

Arivs, hæreſiarcha inter alios fuit peſtilentiſſimus vniuerſæque Eccleſiæ hoſtis infeſtiſſimus, & orthodoxæ religionis turbator ſeditioſiſſimus, qui (vt de eo ſcribit Epiphanius) diabolica operatione ac ſpiritu afflatus, effrænique ore impu- C denter ductus, extollere linguam ſuam contra proprium Dominum auſus eſt, & creaturam vocare eum, qui omnia creauit, Verbum ex Patre ſine tempore & abſque principio genitum, &c. De quo, ad Euſebij hiſtoriam, lib.10. hiſt. eccleſ. ca. 1. Ruffinus Aquileienſis ſic: Presbyter quidam apud Alexandriam Arius nomine, vir ſpecie & forma magis quàm virtute religioſus, ſed gloriæ, laudiſque ac nouitatis improbe cupidus, praua quædam de fide Chriſti proferre, & quæ antea in quæſtionem nũquam venerant, cœpit: nam abſcindere ac ſeparare ab illa æterna, & ineffabili Dei patris ſubſtantia vel natura filium conabatur. quæ res plurimos in Eccleſia conturbabat, &c. Sed quàm dignas ſuis blaſphemijs pœnas is luerit, quamque funeſtum vitæ exitum ſortitus ſit, idem quoque Auctor poſtea eodem lib. cap. 13. enarrat, dicens; Arius ad eccleſiam pergens, Epiſcoporũ & populorum frequentia conſtipatus, humanæ neceſſitatis cauſſa ad publicum locum declinat: vbi cum ſederet, inteſtina eius atque omnia viſcera in D ſeceſſus cuniculum defluxere: ita tali in loco dignam mortem blaſphemiæ ac fœtida morte exſoluit, &c.] Damnatus autem eſt ipſe cum vniuerſa ſua hæreſi, in Generali Concilio Nicæno 318. Patrum. Ab impio hoc Ario, dicta eſt hæreſis. Ariana, & Ariani hæretici ſectatores eius atque diſcipuli: de quorum varijs blaſphemijs multa videre licet apud Epiphanium l.2. contra hæreſes, hæreſ.69. quæ eſt cõtra Arianos. ac Theodorit. l.4. hæreticarum fabularum, in Ario. & ante hos, apud S. Hilarium Pictauenſem Epiſcopum, qui libros duodecim (teſte S. Hieronymo in Catalogo) ſcripſit de Trinitate contra Arianos. Aduerſus quos, etiã extant quattuor inſignes Orationes S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini. & alia aliorum alibi.

Evnomivs hæreſiarcha vltimo hic loco ab Auctore nominatur, de quo inter alios S. Hieronymus in catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. ſic ſcribit: Eunomius, Arianæ partis, Cyzicenus Epiſcopus, in apertam hæreſeos ſuæ prorumpens blaſphemiam, vt, quod illi tegunt, iſte publice fateretur, vſque hodie viuere dicitur in Cappadocia, & multa contra Eccleſiam ſcribere.

Reſpon-

Reſponderunt ei Apollinarius, Didymus, Baſilius Cæſarienſis, Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyſſenus, *&c.*] *hæc de illo ibi S. Hieronymus. Ab hoc, Eunomiana hæreſis dicta atque deducta eſt, & Eunomiani hæretici appellati: contra quos ex profeſſo agit S. Baſilius libris quinque, qui inter eius extant Opera: ac S. Gregorius Nazianzenus Orationibus quinque, quas de Theologia inſcripſit, etiam contra Eunomianos: & Epiphanius libro 3. hæreſum, hæreſ. 76. quæ eſt contra Anomæos: item Theodoritus lib. 4. hæreticarum fabularum, in Eunomio, atque Aetio. Et S. Ioannes Chryſoſtomus in Ser. contra Anomæos. to. 5. & conſequenter ibid. in Ser. aduerſus hæreticos: cuius initium eſt:* Eſt lapis quidam, quē Chryſaconion vocant, *&c.*] *Atque illa de Hæreſiarchis illis impijs (quorum à noſtro Auctore in præſenti hoc vltimo ſuo contra hæreticos Serm. fit mentio) pro oblata occaſione hic ad maiorem illorum, & omnium aliorum Hæreticorum confuſionem ex veris Auctoribus adducere, ſuſiuſque aliquantulum ſic extendere atque explicare viſum fuit.*

Sequitur pleriſque interiectis poſtea apud Auctorem: Vbi Euodius bonus odor Eccleſiæ, & Sanctorum Apoſtolorum ſucceſſor, atque imitator? Vbi Ignatius Dei domicilium? *&c.*] *Poſtquam Auctor hæreticos quoſdā præcipuos qui Eccleſiæ Dei vehementer obfuerunt, perſtrinxit, & deprauatos quorundam hominum, etiam Paſtorum atque Epiſcoporū nonnullorum ſui temporis mores tetigit, opportune hic eos qui exemplo Eccleſiam Dei maxime adiuuerunt, & illuſtrarunt, recenſet: cuiuſmodi poſt Apoſtolos Eccleſiæ lumina fuerūt, Euodius, Ignatius, Dionyſius areopagita, &c. quos hic Auctor commemorat. Et vt de* Evodio *aliquid dicamus, fuit is (ipſo S. Ignatio teſte) primus à S. Petro Apoſtolo ordinatus Epiſcopus Antiochenæ Eccleſiæ, vt non ſine cauſa etiam hic ab Auctore, Sanctorū Apoſtolorum, aut ſi mauis S. Apoſtolorū ſuccſ. Petri, dicatur ſucceſſor. De quo, S. Ignatius in Epiſt. 12. ad Antiochenos ſcribit:* Mementote Evodii beatiſſimi Patris veſtri, qui primus poſt Apoſtolos gubernacula Eccleſiæ veſtræ ſortitus eſt, *&c.*] *Primus ſiquidem S. Petrus, ſecundus Euodius, & tertius Ignatius Antiochenam rexerunt eccleſiam: ſicut etiam haud obſcure idem confirmatur ab Euſebio in Chron. & hiſt. lib. 3. cap. 16. nec non à S. Hieronymo de ſcriptoribus eccleſiaſt. in Ignatio, &c.* Vbi Gregorivs alter Theologus, & qui cōmune cum ipſo nomen habet alius? *&c.*] *Hæc de Gregorio Nazianzeno, & Nyſſeno qui etiam dictus eſt Gregorius, intelligenda omnino videntur. Vocatur autem Nazianzenus hic, & à S. Baſilio in ſuis ad eum Epiſtolis, aliiſque Patribus communiter Theologus, tum ob ſingularem diuinarum rerum doctrinam, tum etiā propter inſignes illas quinque (vt alij volunt) Orationes, quas de Theologia contra Eunomianos, aliosq. hæreticos ſumma cum laude ac fructu habuit. Dicitur porro hic ab Auctore alter Theologus, reſpectu credo S. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, quem à noſtro Ephram, aliiſque orthodoxis Patribus antiquis communiter Theologi cognomine appellari oſtendimus hoc eodem Tomo tertio ſupra, in noſtro Scholio in Sermonem cōpunctiorium, qui incipit:* Venite dilectiſſimi, *&c. ad verba illa:* Audi quid dicat Theologus Ioannes: Nolite diligere mundum, *&c.*] *Vbi & cauſſam euiuſce appellationis reddidimus, & plures in eam rem Patres orthodoxos citauimus.*

Vbi Syrvs ille Ephraem magnus, obtorpeſcentium excitator, & afflictorum conſolator, *&c.*] *Inſigne & rarum atque præclarum illud eſt laudum S. Patris noſtri Ephram Syri encomium, variiſque pulcherrimis præconiorum epithetis plenum: quod vel ſolum præcipuā mihi cauſſam præbuit hunc digniſſimum S. Ioannis Chryſoſtomi Sermonem poſtremū è Græco Latine reddendi, & loco coronidis hic poſt Ephram opera ponendi, eiuſque vltima Teſtamentaria orationi mox ſubiiciendi: vt eo velati ſigillo aliquo ſolido Tertium & vltimum hunc S. Patris noſtri* Ephraem *To*mvm *obſignemus, noſtroſque in illum labores ad honorē Dei, & vtilitatem totius Eccleſiæ ſuæ ſanctæ ſuſceptos, tandem ſemel concludamus, ac feliciter terminemus.*

DIVI

IOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTInopolitani Concio de Imperio & poteſtate.

EX INTERPRETATIONE

Fed. Morelli Pariſ. Profeſſoris Regij.

Edita Pariſ. an. 1584. apud Morel.

CVm aliquando Diui Conſtantini imago lapidibus percuſſa fuiſſet, & plerique illum ſtimularent ad eos perſequendos & pœna afficiendos, qui iniuriam ipſi tam grauem fecerant, diceréntque illos ſaxa iaculando totum Imperatoris vultum ictibus contudiſſe: tum Conſtantinum ipſum aiunt, contrectata manu facie, & leniter ridendo, ſic reſpondiſſe: Nuſquam vulnus impreſſum vultui meo video: quin & caput ſanum eſt, & facies omnis incolumis. Ita illos rubore & pudore affectos ab hoc iniquo conſilio deſiſtere fecit. Quòd ſi is Imper. ob dictum illud egregium tantam apud homines laudem eſt conſecutus: quantis à benigno hominumque amante Deo bonis afficietur? Nam hic demum Rex vere eſt, qui iram, inuidentiam ac libidines coercere ac refrænare nouit; qui quidquid agit, id ad Dei legem exigit; qui mentem in libertate conſeruat, qui animum ſub imperium voluptatum venire non ſinit. Equidem lubens conſpexerim eiuſmodi aliquem terræ mariſque & vrbium Dominum eſſe atque exercituum populorumque Rectorem. Enimuerò qui animi affectibus rationem, velut moderatricem quampiam, præfecerit, idem etiam hominibus ipſis facilè præfuerit, diuinarum legum ope adiutus. Ita vt eum cum omni manſuetudine inter ciues verſantem animaduertentes ſubditi, non ſecus atque Patrum amplectantur. At qui hominum princeps videri vult, & tamen iracundiæ, ambitioni ac libidinibus inſeruit; primùm quidem his, quibus imperat, ridiculum ſe præbebit, quòd cum coronā gemmis auroque contextam geſſet, temperantiæ corolla redimitus non ſit; & cum purpura toto corpore late ſplendeat, animum interim incultum atque inornatum habeat. Deinde, ne rationem quidem adminiſtrandi imperium tenebit. Nam, qui fieri poteſt vt qui ſibi ipſi neſcit imperare, alios legibus regere & moderari queat? Iam vero ne id ſpectemus, quomodo in honore & imperio ſimus; ſed quomodo in virtutis & ſapientiæ ſtudio perſiſtamus. Etenim dignitates multa, quæ Deo non probantur, facere inducunt. Quare forti & vegeto imprimis animo opus eſt ad vtendum, vt conuenit, honore conceſſo, tributaque poteſtate. Quandoquidem is qui gloriæ expers eſt, velinnitus philoſophiæ vacat: ei verò qui honorem eſt adeptus, idem ferme vſu euenire ſolet, atque illi qui in eadem domo cum formoſa & honeſta puella habitans, legem & conditionem acciperet, numquam ad eam accedendi, eiuſve familiaritate vtendi. Tale enim quid in ſe habet Imperium: quoniam multos etiam nolentes ad iniuriam inferendam impellit, & ad iram concitat, & frena linguæ excutit, & oris oſtium pandit, tāquam flatu animum exagitans, & in extremum malorum gurgitem nauiculam demergēs. Honoris enim amplitudo, in iis qui non cōgruenter & conuenienter honoribus vitā inſtituerunt, incrementum eſt ſupplicij: nā quāto nominis celebritas, & auctoritas apud

Cōſtanti ni moderatio in tumultu.

Regū do tes.

Ho. 04.

Dignitates vit. & honor. pericula.

populum, illuſtriorem reddit quempiam, ita gra- uiora pericula maioreſque curas continet. Etenim qui tam acerbo & graui Domino ſeruit, is ſpiritum ducere & ſtare loco omnino nequit. Sed quid dico ſtare & reſpirare? tametſi in ſexcentis alijs recti officiũ ſit aſſequutus, ægre tamen regnum ſubit & admi- niſtrat. ſi quidem nihil perinde ceruicem erigere & faſtum gignere conſueuit, vt gloria apud vulgus comparata. Nam ſe in glorium & ſine vlla dignita- te eſſe, tolerare, magnum quid & generoſum eſt: verùm gloriæ adeptio ſtrenuo planeque excelſo indiget animo, vt honoribus perfruendo non val- de ſuperbiat & intumeſcat. Quocirca ſi vis glo- riam conſequi, ipſam abijce & faſtidi gloriam: ſi enim eam perſequaris, excides ab illa. quando ipſa gloria, vmbra tantùm quædam eſt gloriæ. Atqui nemo quantumuis dira fame conficeretur millies, viſo pane picto, picturam apprehenderet. Igitur qui in hac vita ſe quidlibet obtinuiſſe prædicant, ſe in altero & futuro æuo vacuos omnino conſtituũt. Sic etiam Adamus ſpe maioris honoris allectus, ex eo quem nactus erat, deturbatus eſt. Vt multi ſæ- penumero maiora appetens, ea ipſa quæ aderant perdiderunt: & qui ſe hic omnia adepturos eſſe ſpe- rabant, ne particulam quidem vllam obtinuerunt. Nam res humanæ quo excelſiore & illuſtriore lo- co poſitæ ſunt, tanto grauiore lapſu ruunt; non il- lorum tãtum ratione dico qui alterius imperio ſub- iacent; ſed & eorum vel maxime qui regno po- tiuntur. Neque enim quis facile repererit priuatam domum tot & tantis refertam calamitatibus quan- tis redundant ædes regiæ? An ideo, quæſo, inuides vicino, quod eum honore fruentem & magnam conſequutum gloriam conſpicias? neque tibi ve- nit in mentem quàm res illæ ſint fluxæ & fragiles; & quanta ex ijs oriantur mala. Porro, quod omniũ eſt moleſtiſſimum, quæ honores ſequuntur incom- moda, perpetuò manent; voluptas verò, quam afferunt, viſdum viſa eſt, & iam auolauit. Verùm autoritate apud Principem valet plurimùm, & du- cit, fert, trahitque omnia quò vult: aduerſarios af- ficit moleſtia: & in adulatores beneficia confert; magna denique præditus eſt potentia. Et quid effi- cere propterea mali poteſt? nempe me ſententia ſua de gradu dignitatis deijciet. quid tum? nam ſi id iure facit, etiam prodeſt, quia nihil adeò Deum ir- ritat, quàm quòd quidam præter meritum hono- ribus ornentur. ſin autem iniuſtè, crimen in eum qui repulſam paſſus eſt. Etenim is qui iniuriam ſibi illatam conſtanter tulit, maiorem hinc apud Deum fiduciam ſibi comparat. Iam verò qui præ- fectis & principibus obtemperat; non illis impe- rantibus ſe ſubmittit, ſed Deo, qui hoc ita conſti- tuit, paret: at qui illis morem non gerit; Deo bel- lum infert. *Nulla enim eſt poteſtas*, inquit D. Paulus, *niſi a Deo*. Etenim Sapientiæ diuinæ opus eſt, quod Principes, & Magiſtratus ſint, atque alij impe- rent, alij verò ſeruiant; & quòd non temere ac for- tuitò omnia ferantur, populis huc illuc agitatis more fluctuum. Quare, Deus grauis eſt eorum vin- dex, qui ſuperiores contemnunt. Neque enim le- uem quandam pœnam, imò maximam à te repoſ- cet, niſi morem geſſeris: nec quicquid contrà obie- ceris, te ſupplicio liberabit. Quinetiam pœnas apud homines lues grauiſſimas: præterquam quòd, Deum offendes & prouocabis, vel maximè. Vt enim ſi gubernatorem à naui ſubduxeris, naui- gium ipſum euerteris; & ſi Ducem ab exercitu ſub- moueris, vinctos hoſtibus milites tradideris: eo- dem ſanè modo, ſi rectores ab vrbibus ſuſtuleris, alieniorem à ratione vitam traducemus quàm ip- ſæ belluæ. Nam quod ſunt tigna trabeſque intex- tæ in ædificijs, idem quoque ſunt moderatores, Principes & proceres in ciuitatibus. Porrò cùm is qui alijs imperat omni reprehenſione caruerit, tum quanta cum libertate voluerit, & animaduer- tere in omnes ſibi ſubditos poterit, & indulgen- tia vti. At enim ſontes non punire, & ijs qui ve- nia indigna crimina commiſerunt condonare, vnius cuiuſdam vel alterius ad ſummum hominis eſt, ac potiſſimum cùm Rex ipſe eſt qui iniuria prouocatus fuerit. Neque verò difficile eſt vt eos metu continere: Sed omnes ſibi ciues amore de- uincire, & ſuadere vt beneuolentia Regiam maie- ſtatem proſequantur, hoc demum arduum & dif- ficile eſt. Quamuis enim quis immenſam pecu- niæ vim profundat, licet innumeros ſibi compa- ret exercitus, & nihil non agat, difficulter tamen ſibi tot ac tantorum hominum amorem & affe- ctum conciliabit. Atqui nihil eſt quod ita præſtan- tiam eius qui principatum tenet, oſtendat, quàm ſumma erga ſubditos charitas. Nam ne patrem quidem ſola procreatio efficit, verum etiam amor erga liberos procreatos. Quod ſi vbi natura pol- let, charitas neceſſaria eſt, multo certe magis, vbi gratia tantùm valet. Maior porro ac vera eſt Sacerdotij dignitas, principatu regio: ideoque ma- ior, quia regis tutelæ corpora committuntur, Sa- cerdoti curæ ſunt animæ: & Rex pecuniarum reliquias remittit & condonat; Sacerdos pec- catorum maculas eluit. Ille cogit; hic precatur. Princeps arma tenet, quæ ſub ſenſus cadunt; Sacerdos verò arma tractat ſpiritualia, & quæ in- telligentiam mouent. Rex bellum gerit aduerſus Barbaros. Antiſtes contra Dæmonas. Quocir- ca in veteri Teſtamento Sacerdotes vngebant Reges: vt etiamnum Rex caput ſubmittit mani- bus Pontificis, quod Deus inſtituit, vt doceret nos Præſulem maiorem eſſe Rege: quia minor à maio- re benedictionem accipit. Ingreſſus quondam erat Rex Ozias in Templum Domini, vt ibi incen- ſum adoleret, & mox ſubſecutus eſt ipſum Ponti- fex Azarias, non vt ſi Regem quendam extrudere voluiſſet, ſed quaſi fugitiuum & ingratum ſeruum atque contumacem. tanta cum vehementia im- petum in illum fecit; tanquam generoſus aliquis & ſedulus æditus, irruens in impuram * belluam, vt eam de herili domo abigeret. Ad amplitudi- nem dominatus & maieſtatem non reſpexit: Non auſcultauit Salomonis illud, *Regis comminatio, ſimi- lis furori leonis*, ſed adverſum Cælorum Regem ocu- los attollens; cuius metu tanquam vallo cùm ſe muniuiſſet, ita in Tyrannum inſiluit. Agè verò ingrediamur etiam nos cum eo, ſi lubet, vt ſcia- mus quos cum Rege ſermones habeat: *Non licet*, in- quit, *tibi Ozia, adolere incenſum Domino*. non ap- pellauit eum Regem: quoniam ipſe ſemet ipſum anteuertens honore Regio ſpoliauerat. *Nam qui peccatum facit, ſeruus eſt*: quamuis ſexcentas capite geſſet corollas. Qui verò iuſtitiam colit, licet om- nium ſit infimus, indole magis regia eſt, quàm is qui Rex eſt. Hic ergo dictis meis attende. Opor- tuit olim Regem apud Iudæos conſtitui, cùm is qui prior electus & factus fuerat, indignum ſe red- didiſſet. Itaque mittitur Samuel ad Ieſſæum, at- que illi, *Deus miſit me vt vnum ex liberis tuis Regem fa- ciam*. cùm ergo Ieſſæus Regis mentionem audiſſet, & putaret maiorem natu aptum eſſe ad regiam di- gnitatem, adducit eum. *Apage illum*, inquit vates; *Deo minime placet*. tum alterum acceſſit. *neque hic* itidem tertium. *neque iſte*. poſtremo quartum, quintum, ſextum, ſeptimum proponit. *Nullum ho- rum eſt*. Et cùm fermè completus eſſet liberorum numerus, necdum inueniretur qui quærebatur, ait Samuel Ieſſæo, *Num quid alium habes filium?* Pater pudore affectus reſpondit, *Supereſt adhuc mihi pa- ruulus, & bubulci paſtor*. [Quid? an verò illum Regem conſtituere quæris; & minorem natu, præſtantiorem putas maiore?] Viden' vt homo hominem aſpernetur; Deus verò corona cin- gat? Neque enim vt homo cernit; ita Deus videbit; ſiquidem homo faciem, Deus cor &

mentem

Gloriæ inanitas. Cic. Tuſ. Vmbra & pictura.

Sententiam huic parem refert A. Gell. li. 16. ca. 1 ex M. Catone & Muſonio philoſopho.

Rom. 13.

Inobedientiæ & rebellionis pœna diuina & humana.

Similia. Ariſto. 2. de Nat. 1.

Philoſtr. li. 5. vita Apol. de Ner.

Charitas in ciues & liberos.

Diſcrimẽ regia & ſacerdotalis dignitatis.

Vectio Regis. Congeſtu ad nichil ſequar in hoc loco. Græcè exiliſſo.

Leg. Græcè. Prou. 19. Regis ſcelerum Leonis ira & Regis ira.

Io. 8. Rom. 6.

1. Reg. 16 ſumta ab electio. Dauidis electio.

Eliab Abinadab Samma.

Verè eſt. Nõ iuxta intuitum hominis ego iudico; homo videt ea quæ patẽt; Dominus autem intuetur cor.

Nō reſpiciasvultū eius neq; altitudinem ſtaturæ eius Hō li.x Obiectio Geneſ. 37

A mentem ſpectat. Ergo craſſitudinem & obeſitatem corporis ne quæramus, ſed veram animi nobilitatem concupiſcamus. Verum cur diſertis verbis non dixit Deus, *Abi ad vngendum Dauidem, & inaugurandum eum Regem.* ſed præcipere maluit de vno filiorum Ieſſei. Ne videlicet idem Dauidi cōtingeret, quod olim Ioſepho acciderat. Vt enim Ioſephi fratres cùm animaduertiſſent ipſum diuinitus deſtinatum eſſe Regem ſuum, inſidias ei ſtruxerunt: idem ſanè Dauidis quoque fratres aggredi potuiſſent. quare eiuſmodi ignorantia, ſecuritatis & ſalutis cauſa fuit Dauidi. Igitur acceſſit Dauid, & vnctus eſt oleo: & Regnum nactus diſceſſit; non lorica, nec ſcuto munitus, nec haſtilibus ſtipatus; ſed auctus & decoratus Dei ſuffragio, quod cæteris omnibus firmius & validius eſt.

Dei electio.

Mox bello ipſum inuitante, caſtra & acies inſtructas videre ſtatuit: Ibíque Barbarum inuenit ad ſingulare certamen Iſraelitas prouocantem: neque vllus audebat pedem proferre & congredi. Hic verò Barbaro ſe obijecit; atque his in illum B verbis inuectus eſt, *Quis eſt iſte incircumciſus, qui probro affecit exercitum Dei viuentis?* Tum dixerunt ei fratres, *vnde tibi hæc veſania?* quibus ille, Non dementia, inquit, ſed Fide fretus; non lorica, ſed pietatis armis munior: neque corporis iſtius vaſtam molem conſidero: verùm ſolitudinem & inanitatem mentis ipſius ſpecto. Non intueor quàm amplum ſit nauigium, ſed quòd gubernatore ſit deſtitutum. Quid tum erga fratres illi obijciunt? rurſus inuidia: rurſus liuor. *Quare reliquiſti pauculum gregem tuum? nouimus nos arrogantiam tuam & nequitiam cordis tui, quod belli videndi cauſa acceſſeris.* Ille declinato hoc ictu, receſſit ab illis: & cùm in aliud caſtrorum latus ſe contuliſſet, ait: *Ecquod erit præmium illi viro qui amputauerit caput iſti?* Qui ſic loquentem ipſum audierant, ad Regem deducunt: Vidit igitur Saulem humi proſtratum, timore & tremore perculſum, eumque ita affari cœpit, *Quare concidit vultus Domini mei?* (quibus verbis etiam in C proſperis rebus ſeruitutem ſuam agnoſcit & profitetur) *ecquis verò iſte eſt? nonne recta ad eum pergam, & caput ipſi abſcindam?* Quid autem ille Rex? *Et qui id poſſes? tu adoleſcentulus adhuc es: ille verò exercitatiſſimus in bello vir ab ineunte ætate.* Sic Rex diffidebat: idque coëgit Dauidem vt fortiter à ſe geſta narraret. *Ego,* inquit, *puer eram paruulus, paſcens oues patris mei: & cùm forte veniſſet Leo vrſúſve, atque eripuiſſet ouem è grege meo, perſequutus ſum fetam, ac detraxi* [prædam] *ex ore ipſius: & occidi Leonem, itemq́; vrſum. proinde, erit ille vt vna ex feris illis, quia dedecore affecit aciem Dei viuentis.* Tum Saul dixit Dauidi, *Vade ergo, & Dominus ſit tecum.* Quinetiam ipſi Rex arma ſua dedit: verùm ea Dauid geſtare non potuit. Quamobrem Deus hoc non conceſſit? Ne forte Saul diceret, Vicerunt arma mea. Abijcit arma Dauid, & fide ſe armauit. proijcit glebam lapideam; proſtratus eſt extraneus; neque verò vi naturæ lapidis, ſed Spiritus ſancti ope victoriam reportauit: accurrit, & D arrepto hoſtis enſe ceruicem eius amputauit. Itaque perfectum eſt quod ſcriptum eſt poſtea, *In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.*

Quid dabitur viro qui percuſſerit hunc?

Dauidis victoria.

Pſalm. 13.

[Quod cùm ita ſit, ſi veram amas gloriam, verumque honorem, ne domum tuam equúmve orнes, ſed animum tuum cura & excole. Quandoquidem nihil te omnino vilius & abiectius eſſet, ſi ingenium incultum habeas, tametſi ædium ſplendorem & equorum phaleras oſtentes. At hoc & illud fiet, inquit. Ain' tu? non te pudet hæc verba proferre, & cum equis Chriſtum recenſere? An non ſcis quòd corpus ipſe tibi finxerit, & animum impertiuerit, atque ornatum tribuerit omnem: Tu verò ne paruam quidem illi rependiſti gratiam. Atqui ſi paruum alicui tugurium locaris, quanta fieri poteſt diligentia locationis pretium exigis: Cùm autem fruaris rebus omnibus à Deo condi-

Quæ ſequuntur, parū eſt ſuperioribus cohærēt, vt ex proprio loco in alienū mi grauiſſe videātur.

Dei beneficiorum memoria

A tis, atque hanc vniuerſitatem incolas, ne exiguam quidem mercedulam pendere dignaris: Et quanam, cedò, excuſatione te purgabis? Cæterum, veluti qui lapidem ſurſum iaculatur, corpus cæleſte attingere non poteſt, tantum abeſt vt reſcindere valeat: quin ictum ſuo capite excipit, cùm ſaxum in eius qui coniecerat verticem recidit: Eodem certè pacto, is qui de beata illa conuiciatur eſſentia; vt nunquam eam ne tantillum quidem offendere poteſt, cùm longe potior atque excelſior ſit quàm vt aliquo affici detrimento queat; proinde gladium aduerſum animam ſuam acuit & parat, dum ſe ingratum Domino bene merenti exhibet. Auſcultent ij qui per beatam Numinis eſſentiam curioſè indagant, & naturam illam incomprehenſibilem, comprehendi poſſe aſſerunt; vt ſciant ne Angeli quidem eſſentiam fas eſſe homini ſecurè & intrepide intueri. Sanctus Propheta Daniel, Dei amicus, apud quem magnam fiduciam habebat, tres dierum hebdomadas ieiunauit, & panem primarium, * ſiue, ſiligineum, non B comedit; & vinum & caro non ingreſſa ſunt os ipſius, neque vnguento delibutus eſt: & cùm hinc aptior eſſet eius mens ad talem contemplationem percipiendam, ac ieiunio leuior, ſubtilior & diuinior euaſiſſet; tum Angelum vidit, & dixit: *Conuerſa ſunt interiora mea, in viſione mea: & ſpiritus relictus non eſt in me, neque vis: & gloria mea immutata eſt in corruptionem,* (erat autem formoſus imprimis adoleſcens) ſed metus, ob præſentiam Angeli, in eundem pæne ſtatum redegerat eum, in quo ſunt qui animam exhalant: (cùm multum ei pallorem induxiſſet, & formæ florem dignitatemque extinxiſſet, & coloris cutiſque bonitatem omnem abſumpſiſſet; vnde verba illa vſurpat, *commutata eſt in corruptionem ſpecies mea.*) Erexit ergo illum Angelus: ipſe autem ſurrexit contremiſcens: & cùm inciperet Gabriel verba facere cum eo, rurſus C Daniel labitur in terram. Quod euenire his, quibus animus deficit, ſolet: vt enim illi cùm receperint ſe, excitatíque ſtrepitu, reſpexerint aliquandiu, iterum inter ſociorum amplexus, dum frigido inſperguntur rore deficiunt, fractiſque & reſolutis membris collabuntur. Sic eximius ille Propheta affectus erat. animus enim metu vehementi perculſus, conſpectuſque Angeli, (conſerui ſui) impatiens, & luce illa perſtrictus, ſollicitabatur, & admodum conturbatus iacebat, perinde ac ſi extrudere ſe, tanquam catena, corporeis vinculis feſtinaret. Sed Angelus id facere prohibuit. Si itaque Daniel, quem venerati ſunt oculi leonum, Daniel qui plus quàm natura pateretur humana, corporea mole grauatus, efficere potuit: cuius ſapientiæ & iuſtitiæ aliarumque virtutum & pie recteque geſtorum tam clara extant teſtimonia, præſentiam conſerui ſui ſufferre non valuit, ſed pene exanimatus iacuit: Quid illis continget, qui D cùm tam longè abſint à virtute iuſti Danielis, Angelorum tamen Dominum anxiè ſcrutantur, & profitentur ſe noſſe quàm accuratiſſimè ipſam eſſentiam, quæ omnium altiſſima eſt & prima, & decem millibus Geniorum beatorum ſtipata; quorum vnum videre non potuit Daniel? Nam veluti qui cæcus eſt, non ita nouit radiorum Solis vim inacceſſibilem, vt qui acutè videt: Sic nos ita non capimus incomprehenſam Dei maieſtatem, vt Angelorum virtutes, quò puriores, ſapientiores & magis perſpicaces ſunt, quàm humana natura. Quantum enim diſcrimen eſt inter cæcum & videntem, tanta inter nos & illos eſt differentia. Quare licet Prophetam audieris dicentem: *Vidi Dominum;* ne ſuſpiceris hoc intelligi de diuina illa eſſentia; ſed de forma † captui noſtro accommodata, quæ obſcurior etiam eſt illa quam ſuperiores poteſtates intuentur. Hoc autem in Apoſtolis ipſis manifeſtum fuit. *Aſcendit enim* IESVS,

Eccl. 27. Hæc quæ quodictia ſunt, & reperiuntur or. 3. aduerſus, ἀνομοίους.

Deus incomprehenſibilis.

Dan. 10.

v. deſiderabilem.

Ieiunij vis.

C. V habet. In viſione tua diſſolutæ ſunt cōpages meæ.

Comparatio ex animi deliquio.

Eſai. 6. De eodem ſenſu & indolentia: idē docet ead. ord. 3. in ἀνομοίους. Math. 17.

Marci.9

A inquit Euangeliſta, *in montem; & transfiguratus eſt coram ipſis.* quid hoc ſibi vult? Transfiguratus eſt, idem ac ſi diceret, Aperuit paululum diuinitatis ſuæ, & oſtendit ipſis intus habitantem Deum. *Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.* Voluit indicare ſplendorem eius Euangeliſta, hoc verbo, *reſplenduit.* verùm quomodo reluxit & reſplenduit? admodũ. Sed age dic quo pacto. *vt Sol.* ain'tu? vt Sol. Ita. cur ita? non habeo aliud ſidus perinde clarum, & nitidum. *Candidum erat vt nix.* non ſuccurrit mihi alia materia candidior. At enim quòd non iſto tantùm modo reluxerit, ex ijs oſtenditur quæ deinceps ſequuntur. *Et ceciderunt in terram diſcipuli.* Quòd ſi reſplenduiſſet vt Sol, illi non cecidiſſent. viderant enim Solem quotidie. Sed quoniam ſupra Solem reluxerat, & ſupra niuem, idcirco cùm ſplendorem tantum ferre nequirent, humi procubuerunt. Verum quò rapinor? homo ſum, & cum hominibus diſſero. luteam nactus ſum linguam. A Domino veniam peto. non enim vecordia impulſus, his vſus ſum dictionibus;

Correctio pathetica.

B ſed præ inopia & infirmitate atq; imbecillitate naturæ iſtius linguæ noſtræ. Propitius eſto Domine, quandoquidem non temeraria quadam confidentia, fretus has dictiones vſurpo: verùm aliæ non ſuccurrunt. neque tamen hæreo in orationis tenuitate: ſed ala cogitationis attollor. Idcirco autem hæc commemorauimus, atque hanc de beato Daniele hiſtoriam vobis recitauimus: atque identidem tantum virum ante oculos poſuimus pallentem, contremiſcentem; nec omnino melius conſtitutum, quàm ij qui ex vita * diſcedunt, cùm eius animus vinculum corporis effringere properaret: vt vos qui Deum comprehendi poſſe affirmat, tam claris indicijs conuicti exploratum habeatis, non Dei ſolùm conſpectum, ſed etiam Angeli, humanorum oculorum aciem perſtringe. Nam vt domeſtica & manſueta quædam columba per ædium tabulata ſpatians, ſimul atque ſtrepitum ſenſerit, exterrita, in tectum abuolat, & in ſublime ſe efferens exitum ſolicitè quærit, vt pauore liberetur. ſic animus per beati illius viri à corpore ſe abſtrahere, foraſque omni ex parte eminere feſtinabat. Et quidem erupiſſet, auolaſſet, & corpus ſuum vacum deſeruiſſet, niſi continuò Angelus eum intimo liberaſſet metu, ad ſuumque domicilium reuocaſſet. Quare ſi iuſtus ille, qui tantum apud Deum valebat, obtutum Angeli non tulit: qui ab illius virtute tam longè abſunt, neque Angelum, ſed ipſum Angelorum Dominum explorant, curioſeque perquirunt; quomodo excipientur? Ille ferocitatem Leonum edomuit, nos ne vulpeculas quidem ſuperare poſſumus. Ille Draconem medium conuulſit; nos minutiſſima reptilia pertimeſcimus. Si talis, inquam, & tantus vir, cùm accedentem ad ſe Angelum vidiſſet, graui occupatus eſt caligine: quomodo purgare ſe poterunt, quidve cauſæ adferent, qui

leg. Græ. τῆς λέξ.

Idĕ οι. 4. καὶ ἀναμ.

Rectius legeretur Græ. ψυχορραγοῦντες.

Simile columbę, cũ anima beati.

C

Dan. 8.

D beatiſſimam Dei naturam examinare & perluſtrare tentant? Hanc ob cauſam D. Paulus horrore perculſus, in hæc verba erupit: *O altitudo diuitiarum & ſapientiæ, & cognitionis Dei! Quam inſcrutabilia ſunt iudicia, & inperueſtigabiles viæ eius!* Non dixit, incomprehenſibilia, ſed *inſcrutabilia.* Atqui ſi ea nemo ſcrutari poteſt, multo ſanè minus comprehendi poterunt. *Et imperueſtigabiles viæ eius.* An verò, cùm ipſius viæ indagari non poſſint, ipſemet comprehenſibilis erit? Quid ais obſecro? *Quæ præparauit diligentibus ſe, in cor hominis non aſcendit.* Magnitudo eius terminum non habet; intellectus eius numerum non habet, omnia ſunt incomprehenſibilia. Ecquis verò non defleret dementiam & extremam eorum veſaniam qui in ea ſunt hæreſi? [vt Deum comprehendi poſſe putent.] Hunc ergo errorem deponere pro virili parte ſtudeamus (Fratres chariſſ. & D. Paulum ſemper oculis noſtris obſeruari putemus, etiam cum ſtupore clamantem & vociferantem;

Rom. 11.

1. Cor. 2.

Peroratio in ἀνομοίους.

A *Quàm inſcrutabilia iudicia, & imperueſtigabiles eius viæ!* cui gloria ſit in ſæcula.

AMEN.

EIVSDEM FED. MORELLI Interpretis, Notæ in ſuperiorem Chryſoſtomiam Concionem.

Pag. 328. [*Cùm aliquando D.*]

ALiud eiuſdem primi Chriſtian. Imperatoris Apophthegma, ſummæque pariter lenitatis ac probitatis indicium certiſſimum, refert Zonaras, cap. 1. Tom. 2. Ann. *Libellos, inquit, ſibi oblatos contra quoſdam epiſcopos, neque legit, neque examinari paſſus eſt; ſed in omnium conſpectu igne cremauit, atque hæc ſimul verba adiecit;* καὶ αὐτόπτης εἰ ἀρχιερέα τινὰ ἁμαρτάνοντα, τῇ πορφυρίδι μου ἂν αὐτὸν συνεκάλυψα. hoc eſt: *Etiamſi Antiſtitem aliquem delinquentem his oculis cernerem, purpura mea ipſum contegerem.* Cæterùm quem hic Chryſoſt. μακάριον appellat, (nos Diuum communi Imper. Rom. epitheto vertimus) idem Zonar. θεῖον, ἱερώτατον, καὶ τρισόλβιον, h. e. diuinum, religioſiſſimum ac beatiſſimum, nuncupat.

B

[*Nuſquam vultum, &c.*]

Non idem expertus eſt poſtea Bulgarorum princeps Simeon, qui eadem hora, αὐθωρὸν, inquit Zonar. Tom. 3. p. 152. qua ipſius ſtatuæ in ſummo fornice Xerolophi locatæ, caput auulſum eſt, iuſſu Rom. Lecapeni Imper. e viuis exceſſit τεθνήκει.

Ibid. [*Nam is demum Rex.*]

Multa in eandem ſententiam leges apud Iſocr. & Dionem Chryſoſt. de Regno; & apud Philonem Iud. cuius hic inſignis locus eſt, libro de legat. ad Caium) ἄτοπον τὸν ἡγεμόνα γῆς καὶ θαλάττης νικᾶσθαι πρὸς ᾠδῆς, ὀρχήσεως, ἢ χλευαστικοῦ σκώμματος, ἢ τινῶν τῶν ὁμοιοτρόπων. Abſurdum, eſt terra marique imperantem, vinci à cantu, ſaltatione, vel ridiculo falſoque ioco, alijſque eiuſmodi.

C

Ibid. [*Non ſecus ac Patrem.*]

Homerus, Odyſſ. 2. de Vlyſſe Rege Ithacæ,

Λαοῖσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν,

Vt lenis genitor, populos ſic ille regebat.

Pag. 329. [*Animaduertere in omnes, &c.*]

Eodem pertinet quò illud, *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*) Hinc illud Apollonij apud Philoſtr. libr. 5. *Nero, inquit, cithara fortaſſe conciunè ludere nouit, ſed Imperium dedecorauit nimia remiſſione & intentione,* ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει.

D

Pag. 330. [*Ergo craſſitud.*]

πολυτραχηλίαν dixit, pro eo quod LXX. Interpr. ὕψει καὶ μεγέθει ſcripſerunt, expreſſius ex Hebræo, vt ad proceritatem quoque referatur: vnde ἕξις in veteri prou. ἕξις τραχηλίζει. Idem verò quod hic de Rege Deus Samueli præcipiebat, Agamemnon Diomedi ſuadet de comite generoſo, (γενναιοτέρῳ) potiùs quàm nobili (βασιλευτέρῳ) ſibi addiſcendo. Iliad X. Si paruis fas eſt componere magna.

Hæc obiter & raptim ad implendas vacuas iſtas pagellas adnotata, boni conſulat candidus & ſtudioſus Lector. Interpretationis & coniecturarum noſtrarum rationem tum Deo dante reddemus accuratiorem, cùm caſtigatius exemplar nacti erimus, & hæc publicè, ζώσῃ φωνῇ, exponemus.

DIVI

IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI. Sermo de hoc argumento, *Bonum Chriſti diſcipulum benignum eſſe, neque citò iraſci.*

A

Mat. 5.21

IN Euangelijs docet nos Domini diuina vox, quæ legem adimplet non deſtruit, vt ne iraſcamur fratri, & hac additione orationis adimpleuit illud, Non occides, ipſam homicidij radicem exſtirpans, & interius cor expurgans, non manus exterius tantùm. Etenim pœnam propoſuit, non quidem tantam quantam lex, è veſtigio prementem, ſed iudicio ſtatuendam, dicens, *Qui enim iraſcitur fratri ſuo ſine cauſſa, reus erit iudicio*: non enim celeres infliguntur à Chriſto pœnæ, ſicut in lege, ſed multa eſt retributionum ex æquo dilatio; cæterum tremendum conſequitur exinde ſupplicium. Quemadmodum maiora imperat, ſic & maior eſt eius longanimitas, cordiſque munditiam requirit, quam non niſi cum difficultate quis requirit.

Dei lõganimitas.

Quamobrem licet in iram inducamur, non è veſtigio punit: ſi enim ſubitò puniret, per pœnitentiam reſilire non liceret: propterea pœnam differt, vt nobis tempus ad pœnitentiam concedatur, vt qui heri fratri iratus eſt, hodie pœnitentiam agat, & pactum quoddam ſecum ineat, vti ne fratri amplius iraſcatur; & quadantenus ſimiles Deo reddamur. Nos enim ſenſim ab ijs quæ vitam noſtram à Dei ſimilitudine alienam tranſmutat, & ad honeſtatem ac pulchritudinem naturæ conuenientem poſt hunc ſtatum traducit. Ad id namque quod naturæ conuenit deducimur, & ad diuini ſpiritus communionem ac perennem cum Deo vitam, dum de ijs rebus dimicamus. Incumbamus ad iſta diligenter, neque ex contemptu opus huius diuinæ ſimilitudinis deſtruamus, eò quod moram faciat venire Dominus, ne inani fiducia nos fallamus, vt Domini præcepta violemus, néve deſperantes iſtud nos conſequi poſſe, ſimilitudinem inquam Dei, certamen deſeramus: verùm adſit nobis ſpes propter eum qui præcepit, & ad id quod præceptum eſt exequendum robur vireſque largitur: contemptus autem & incuria abeſto, quod grauiores pœnas ob eius longanimitatem expectemus: quanto enim cunctatur diutius longanimis, emendationem requirens, tanto grauius indignabitur, ſi non emendemur, & in nos, vt violatores gratiæ ſuæ, acriter impetum faciet. Contemnantur autem à vobis potius res huius ſeculi omnes, quàm diuinum mandatum. Multa ſiquidem ſunt quæ facilè excandeſcentes ad iracundiam impellunt. Qui vero tremendi Regis mandatum veretur, ne omnino iraſcamur prohibentis, omnes facilè contemnet, qui ipſum voluerint irritare. Facilè porro eos tolerat, à quibus ſermone offenditur: patienter autem eorum feret iniurias à quibus factis ipſis læditur; & percutienti maxillam, præbebit & alteram: verbumque turpe contumeliæ cauſſa iacientem generosè ac fortiter feret: admirabili nimirum conſolatione recreatus, ex eo quòd beatus prædicetur, ac Domino obediens reperiatur, ſimulque obtegat iracundiam in fratrem, & denuntiatum eiuſmodi peccato ſupplicium euitet. Hac etenim de cauſſa nos Dominus cohortatur, vt nos ab omni perturbationum, quibus ad corpus afficimur, contagione vindicemus, & auaritiam fugiamus, gloriæque cupiditatem auerſemur, atque omnino vt ne voluptati locum in nobis demus, ne quid ex iſtis animam noſtram malè affectam reddat, & ne alieni à Spiritu ſancto reddamur. Qui enim pecunias contemnere edoctus eſt, quomodo propter pecunias irritabitur vnquam, licet ſit qui eas velit abripere? & qui gloriam non appetit, quomodo gloriæ cauſſa excandeſcet? Exue itaque mundanum indumentum, & ſpirituale induere: exue veterem hominem, vt nouum induas. Eapropter ſiquidem regeneratio dicitur, & in ſacris literis appellatur. Nam prioris ſtatus mutatione indiget ſalus noſtra, vt alij ab eo, quod ſumus, fiamus; vt quod ſumus eſſe deſinamus; aliam autem vitam inchoemus, quam ante tranſgreſſionem ſectabamur.

B

Non enim talis es apud Deum, qualis à pueritia fuiſti: ſi verò talis eſſes, ex creatione à Deo facta mores eiuſmodi haberes, quales ex humana generatione. Audi itaque iurantem dominum, & time, *Amen quippe*, inquit, *dico vobis, niſi quis natus fuerit deſuper, non poteſt intraire in regnum cælorum*. Quocirca nouam inchoa vitam, derelinque in peccatis inueteratam vitam. Qui heri fornicator erat, hodie temperans fiat: qui heri immoderatè helluabatur, hodie ieiunator fiat: quod malè contraxiſti, poſterius abijce, vt quod rectè à principio datum eſt, recuperes. Perexiguum eſt ſine perturbatione ac ſine iracundia permanere. Qui ſecundum imaginem Dei viuere cupit, is ab omnibus contemni, deſpui, ac flocciſieri debet, cùm verbis, tum factis. Nam & idcirco neque par referre malum ei qui iniuria affecerat, iuſſit, ne ſi ei, qui iniuria te affecit, par retuleris, humanitatem, quæ ſecundum naturam eſt, perdideris. Noli ergo apud te prudens eſſe, vtpote qui meritò eum, à quo læſus fueris, vlciſcaris.

Ioan. 3.3

Hortatur ad iniuriarum remiſſionē

C

Recordare ſacrorum Pauli documentorum, *nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos, neque malum pro malo reddentes*. Non honeſtum vltorem eſſe, aut ſuiipſius vindictam quærere: verum proijce potiùs tuam vindictam in Deum, qui vltionem ſine iracundia in eos, à quibus fuiſti læſus, demittet. *Non voſmetipſos vlciſcentes*, inquit, *ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim, Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus*. Ne dicas, Deus retribuit, retribuam & ego. Conſidera quid tibi Chriſtus oſtenderit, cùm in mundum veniſſet, vt ſalutarem vitæ formam monſtraret, atque hanc imitare, vt ſaluus fias. Non enim venit vt iudex eſſet, aut vt eos, qui ſibi aduerſabantur, vlciſceretur: quamquam ipſe quidem non id agebat, vt aliquod ex patientia lucrum ambiret, ſed vt ſalutem mundo afferret. Chriſti namque patientia Diaboli fregit audaciam, & benignitas Domini ferocem mali furorem expugnauit.

Rõ. 12.16

D

Et tu ergo formam hanc tibi ad imitandum propone. Non ſuccenſuit ijs à quibus contumelijs proſcindebatur, ſed Samaritanus & dæmonio correptus cum appellaretur, benignè ac placidè ijs qui hoc dicebant reſpondebat, *Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum: vos vero inhonoratis me. Ego autem non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & iudicet*. Itaque & tu nolite teipſum vlciſci, expecta iudicem. Si enim iudex ipſe, cùm in humana forma apparuiſſet, non retribuit cum poſſet, ſed Dei iudicium expectauit: cùm enim malediceretur non maledicebat: cùm pateretur non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iuſtè. Et tu ergo ita facito, ac Dominum imitare, qui ad crucem vſque iniuriam pertulit impiam, atque exitio dignis ſalutem procurabat. Sic enim ad patrem aiebat, *Dimitte illis hoc peccatum, non enim ſciunt, quid faciunt*. In-

Ioã. 8. 49

1. Pet. 2.

Luc. 14. v. 34.

A iuria te frater affecit, viſus eſt indignus fraternitate: at tu fraternitatem non deſtrue. Frater tuus Ioſephi fratres imitatus eſt, fratris cædem machinatus eſt, inimicum ſe pro fratre oſtendit, teque per ſummum ſcelus impetijt, nulla prouocatus iniuria te læſit; at tu fac contrarium, vt & tu cantore Dauide dicas, Pſal. 119 *Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.* Vince in bono malum: prouoca ipſum & incita ad bonum, iracundiam frange benignitate. Fac intelligat ſe iniuria perſequi Chriſtum in te, & dignum non eſſe te, qui perſequutionem patiaris, declares. At enim pertinax eſt, neque emendari poteſt, aut illa, tua benignitate commoueri: ac belluæ quidem ad hominum familiaritatem cicures factæ traducuntur, ille verò immanior belluis eſt factus: ne idcirco velis cum eiuſmodi homine rixari, néve iracundiam cum iracundia committas. fuge potiùs vt periculoſas cautes ſapiens gubernator. Obſerua Pſalm. 57 Eph. 5 16 Leuit. 19 autem ſicut *aſpis ſurda, & obturans aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantis. Redime iram, quoniam dies mali ſunt.* in ſapientia ambula, ſciens peregrinum & B hoſpitem eſſe te in terra, quēadmodum & patres tui fuere. Ouis in medium luporum miſſus es tu quoque, ſicut Apoſtoli, noli fieri pro oue lupus, cum lupis contendens. Caue quantum potes, ne theſaurum iuſtitiæ perdas; caue tibi à direptoribus; prudens vt ſerpens, caue tibi ab inſidijs. Si verò lædat etiam te lupus, ſi membra diſcerpturus Pſalm. 43 Rom. 8. Eſai. 53. Act. 5. ſit, præpara te vt feras, memor illius, qui dicit, *facti ſumus ſicut oues occiſionis:* reſpiciens in ipſum Dominum, *qui vt ouis ad immolandum ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, ſic non aperuit os ſuum.* Veniet & tuæ tempus victoriæ, cùm multis malis cum Chriſto toleratis deuiceris. Nam & Dominus non rixatus eſt, non vociferatus eſt, neque audiuit in plateis quiſ- 2. Cor. 10. quam vocem eius: vt Apoſtolus in prōptu habere ſe ait omnem inobedientiam vlciſci, *cùm impleta fuerit eorum obedientia*, qui obediunt. Dum verò Deus longanimis eſt, tu longanimis eſto: dum hodie quoque patitur Chriſtus, te patiente, propter Chriſtum tolerare & Chriſti miniſtrum oportet. Clama ad il- Pſal. 7. 10 C lum, & vindictam faciet, citò conſummabit iniquitatem peccatorum, *& diriget iuſtum Deus iudex iuſtus & potens* & longanimis. Longanimis enim eſt, & cunctatur, vt nos ad ipſum conuertamur, cui gloria in ſæcula.

AMEN.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI
CONSTANTINOPOLITANI
Archiepiſcopi oratio de Circo.

D STadium hodie ſpiritale, curſuſque cæleſtis nobis apertus eſt, ſi qui forte ad ſpiritus ſpectaculum animo pulchre comparati ſumus, non quidem illo homine qui de terra terrenus eſt, ſed illo cæleſti, ſpirituſque ductum ſequente vigentes. in quo ſtadio per terram quidem decurrere, in cælum autem oculis ferri oportet. Equidem adductus ſum ad hunc ſermonem, vt homines arguerem ſpectaculorum amantes, qui cùm ſpiritale ſalutis ſpectaculum neglectui habeant, corporale nequitiæ curriculum, magiſque Satanæ Certamē ſpirituale ſtadium pietati anteponunt. Vbi verò libentiùs ac ſtudioſiùs, cariſſime, verſari debes, quàm in eo eccleſiæ non inutili, nec operoſo curriculo, in quo Paulus in certamen venit, non quidem Euripi, ſtadiorumque orbes decurrens, ſed ab Hieru- Rom. 15. ſalem circumquaque Illyricum vſque Chriſti A Euangelium explens, ac diuulgans? Quàm in eo curriculo, in quo Elias auriga eſt? de quo dictum eſt, *currus currus auriga Iſrael*, & eques eius: non à 4. Reg. 2. linea alba decurrens in milliario ad ſphendonem, & metam, ſed à terra cælum vſque igneo curru tendere iter audens: vbi ciuium cæleſtium populus ad ſpectaculum adeſt, Iudex ſpiritalis ſedet, Rex ſpectat, victoriæ præmium cæleſte poſitum eſt, & flagella tremendi iudicij proſtant. Vult te Deus per ſeipſum certare? ideo tibi dedit euangeliorum currum 4. animalibus tractum, ad quem equi candidi adiugati ſunt ſecundum Zachariam. Zach. 6. Iugales quidem lumen & immortalitas, extremi duo Iuſticia & Veritas, qui eunt poſt currum pergentem in terram Aquilonis, de quo Sapientia dicit, ventus horridus Boreas. Aſper quippe & horribilis ventus eſt Diabolus, in eius curru atri equi. Subiuges ſunt Orcus & Mors, extremi autem & funales Caligo & Pernicies, quos oportet cum curru Chriſti componere, contraque aurigari. quia, ſicut ille ait, Pſalm. 66 B *currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium in ipſo:* & quidem eos oportet in huius vitæ procellis, vt in mari contra vim hoſtium rectus habemus tendere. Deduxerunt enim in mare Dei equos aquas multas turbantes, currus Pharaonis illius ſpiritalis euertentes, eiuſque copias rubri maris fluctibus obruentes. Habet autem currus Dei equitem vicinum, & aſſeſſorem Angelum, qui tetri illius hoſtis equites inſequitur, & tenebris inuoluit. *Fiant*, ait illæ, *viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos.* Habes altera ex parte Chananæos, Phereſæos, Saducæos, largitiones Diaboli annuntiantes. Habes & tu Moyſem, Samuelem, & Dauidem, qui iuſti aduentum prænunciarunt. Habet Diabolus à tergo editores Dæmones-Bel, Dagon, Baal, & Chamos, qui ſupplantatum populum Iſrael deturbarunt, & eorum membra in eremo diſiecerunt. Habes, & tu qui tibi ianuam aperiant, Paulum, Syluanum, & Timotheum? ſicut & ipſi dicunt, *oſtium nobis apertum eſt magnum &* 1. Cor. 16. Epheſ. 6. C *euidens, & aduerſarij multi.* qui & ipſi petierunt, *vt ſibi daretur ſermo in apertione oris.* Habet hoſtis hominum Philetum, Iudam, Demam, Hermogenem, 1 Tim. 1. 2. Tim. 4 Hymenæum, & Alexandrum fabrumærarium hypocriſi plenos. Habes & tu ſpectatorem Angelorum populum, omneſque iuſtorum ordines intuentes, quomodo omnes decurrant. Vnus au- Gal. 3. tem eſt qui brauium accipit, vnus, inquam, reuera Chriſti populus, vnus ille Chriſti ſanguine ſacroque baptiſmate tinctus, qui Chriſtum induit. Etiam non eſt Iudæus, neque Græcus; non eſt ſeruus, neque liber; non eſt maſculus, neque fœmina; non eſt Scytha, Arius, Eunomius, Macedonius: ſed vnus eſt in Chriſto. Popule Dei, ſic curre, ſic age in circo ſancti Spiritus, vt Deo digna ſit tua decurſio, Ne te proluſio paribus equis euertat, ne ante iudicium in periculum incidas. Si vis paribus equis currere, & deſignari, hoc magis potes in ſpiritali ſpe- D ctaculo. Iungito contra equos Diaboli furentes libidine pias cogitationes: inſtruito te contra fortes patiantia; *melior eſt* enim, (ait ille) *patiens viro for-* Prou. 16. *ti.* Iunge contra robuſtos longanimitatem; contra Iudaiſmum, Chriſti fidem; contra Græcorum errores, Dei vnius cultum; contra ebrietatem ac proteruiam, iunge temperantiam; contra auaritiam, eleemoſynam; contra mendacium, veritatem; contra iram, lenitatem; ac manſuetudinem. Rurſum contra acriores impetus iunge eos motus qui contrarios ſuperent; hoc eſt, contra iram & dolorem, animi æquitatem. *Vir enim lenis cordis eſt me-* Prou. 14. *dicus.* Contra inimicitias, amicitiam; contra odium caritatem; contra afflictionem, gratiarum actionem; contra ſuperbiam, humilitatem; contra malitiam bonitatem: & vt vno verbo dicam, contra omnia aduerſa, fidem orthodoxam & ſalutarem habe.

Oportet

1. Cor. 9.

Oportet autem aurigantem ſpiritus habere continentiam, vt ne in nauſeã incidens à labore deterrearis. *Omnis enim qui in agone contendit*, ait ille: *ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* Accipe & galeam ſalutaris, & flagellum in manu tua, quod è ſparto Chriſtus Dominus cùm feciſſet, expulit è templo negotiatores Diaboli. Stato firmiter ſupra vas electionis, aſcende Philippe ſuper currum eunuchi ab immunditia omni liberati: inſcende currum animo minimè elato, oculos dirige in eum qui lectione euangelij mappam miniſtrat. Ne quis me putet per ludum hæc dicere, ſeriò dico, nec mentior. Vt enim in circo, omnium oculi in mappam ſigno fixo rectà feruntur,* cum ij qui ſunt in conſilio editoris poteſtatem eius ſigni aperiendi ac promendi acceperint, itidem & qui in vnum eccleſiaſtici ſpectaculi cauſa conuenerunt, diacono ianiam 4. euangelij fores aperituo, omnes in ipſum intuemur ſilentium præbentes, & quando lectionis curriculum ingreſſus eſt, confeſtim exſurgimus & nos acclamantes, gloria tibi Domine. Aſcende in currum, venare, excurrito, contrahito, iniicito, auertito, promito, mittito ex ore pulcram confeſſionem, excurrito in aduerſarium. *qui enim ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter.* Compeſcito eũ ſicut Dauid Goliath, eijcito eum vt Eliſæus Gieſi, premito eum ſicut Elias Achab in vinea Naboth, auerte *eum in tenebras exteriores, vbi ſtridor & fletus dentium.* Attende tibi, attendite enim, inquit, vobis *ne quando grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate.* Omnia ſuffcrto. *Alter alterius onera portate*, ait. Vias inuias caueto, ne offendas pedem tuum ad lapidem. Ne retro auertaris, ſed memento vxoris Loth. Mediam iuſtitiæ viam teneto, ne declines ad dexteram, aut læuam. Interius quære de paradiſo. Quære apud te quæ Dei ſunt. *De corde enim exeunt malæ cogitationes, cædes, adulteria, furta, falſa teſtimonia, obloquutiones, blaſphemia, quæ hominem inquinant.* Ne cum Diabolo in currum vnà aſcenderis, quemadmodum nec Deus cum Iſrael aſcendit, quæ duræ ceruicis fuit. Ne cum eo aſcenderis, ad peccatũ te vocat. Ipſe te flectet, eius artem & inſidias anteuerte, dicens ipſi, retro diſcede à me Satana, quia non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum. Extra maneto, fugitoque hominum conſortium, vt Elias fugiens Ieſabel. Curre ad brauium cæleſtis vocationis. Non te comprehendet, vt neque famuli Abſalom comprehenderunt Ionatham, & Achimaas ſacerdotes Domini fugientes. non te Diabolus opprimet, vt neque regis Hiericho famuli exploratores Hebræos oppreſſerunt. Sed ſi fieri poteſt illudito Diabolo, ſicut Raab meretrix iis qui Hebræos ad cædem quærebant. Non te ſuperabit, vt neque Pharao Moyſem & Aaron, ſed circumuenito eum ſicuti magi Herodem, & alia via diuerte. Ne in agone deficias. habes enim deſignatorem Deum, medicum Chriſtum. Ne deterrearis, habes enim vnctorem Spiritum ſanctum, qui te Samuelis myſtico vnguento deliniet. Neque ſitim metueris, habes enim aquam ſuper te quiens baptiſmi per cucurbitulam, vbi deſignatur ſanctus ille fons, & tibi præit, Iona prædicante. Collige te, euerte currum tyrannidis eius, deijciens eum in foueam quam ipſe ſuffodit, deturbans eum in profundum quod ibi eſt. Ex pſalmo exclamato, *De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam.* Deijce eum in profundum, deflectens ſolus ex eius exitio; tolle in altum manus puras ad regem, accipiens brauium palmatum, vt à pueris olim factum eſt, & quatiens adorato eum, quia Bel excidit, Dagon contritus eſt. Gratia Deo qui nobis victoriam dedit per Chriſtum dominum noſtrum. Hac victoria Paradiſum, vt lauacrum publicum, aperire poteris, vbi flouij quatuor, aqua multa vt in lauacro, in loco paſcuæ, vt & tu oppor-

Act. 8.

* Accipitũ incruſtatis cancerũ aperitionem.

Prou. 10.
1. Reg. 17.
4. Reg. 5.
4. Reg. 9.
Matth. 22.

Luc. 21.
Gal. 6.

tune dicas: *In loco paſcuæ ibi me collocauit, ſuper aquam refectionis educauit me.* Et ſuper hæc omnia diſcas exſultare, *Pulcrum certamen certaui, curſum confeci, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria in ſæculorum ſæcula.* AMEN.

Pſalm. 22.

2. Tim. 4.

S. PATRIS NOSTRI D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, IN SACRUM PASCHA, ORATIO.

INTERPRETE THEODORO PELTANO *Societatis Ieſu Theologo.*

COmmode conuenienterque hac die omnes cum beato Dauid perſonamus: *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius?* Ecce enim aduenit deſideratum illud ſalutareque feſtum, dies nimirum reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quæ vna, & pacis eſt argumentum, & reconciliationis cauſa, & hoſtium internecio & mortis diſſolutio, & diaboli calamitas. Hodie homines ſocietate ineunt cum Angelis, hodie corpus induti, cum virtutibus corporeæ concretionis expertibus vincti hymnos laudeſque Deo perſoluunt, hodie diaboli tyrannis eſt euerſa, hodie mortis vincula ſoluta ſunt. Hodie inferni victoria abſorpta eſt.

Pſal. 105.

Reſurrectionis Chriſti effecta varia.

Apte proinde conuenienterque hodie propheticam illam vocem depromimus. *Vbi eſt mors ſtimulus tuus? vbi eſt victoria tua inferne?* Hodie Dominus noſter Ieſus Chriſtus æneas portas confregit, ipſamque mortis perſonam aboleuit. Ecquid dico mortis perſonam ſuſtuliſſe, cum ipſum quoque mortis vocabulum labefactarit. Neque enim animæ à corpore diſceſſus, mors amplius appellatur, ſed dormitio, vel ſomnus. Sane ante Chriſti aduentum, crucisque œconomiam vel ipſum ſolum mortis nomen terrorem incutiebat. Quare etiam primus homo, magno ſupplicij loco eiuſmodi ſententiam audiuit: *Quacunque die comederis ex illo morte morieris*: quin & beatus Iob quoque quietis nomine mortem deſignat: *Mors*, inquit, *viro requies.* Propheta autem Dauid peccatorum mortem peſſimam pronuntiat. Imo verò non modo diuulſio illa animæ à corpore, mortis vocabulo deſignatur, verumetiam inferni. Audi Patriarcham Iacob: *Deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.* Audi alium ea de re vatem. *Infernus dilatauit animam ſuam.* Facit huc etiã illud Prophetæ Dauidis: *Liberaſti ex inferno inferiori animam meã.* Mitto alia, nam vetus teſtamentum tranſitum ex hac vita, hoc eſt mortem, crebro admodum infernum appellat.

Oſee 13.
1. Cor. 15.

Mors Chriſti, & vim & appellationem mortis aboleuit.

Gen. 2.

Iob 3.

Pſalm. 33.

Geneſ. 42.

[illegible]

Pſalm. 85.

At quia Chriſtus Dominus noſter ſemetipſum noſtri cauſa in ſacrificium obtulit & ex mortuis denuo reſurrexit, ſuaque reſurrectione viam nobis ad reſurrectionem muniuit, pro ſua clementia, ipſa etiam inferni & mortis nomina ſuſtulit, nouamque & quodammodo extraneam politiam in vitam induxit. Emigrationem namque ex mortali hac vita, dormitionem vel ſomnum potius, quam mortem appellãdam exiſtimauit. Et vnde hoc habes, inquis, ex ipſiuſmetipſi Chriſti oratione, ait enim: *Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno exuſcitem eum.* vt enim nobis perfacile eſt, dormientem expergefacere, ita communi omnium domino, mortuos exuſcitare. At quia nouum & peregrinum quadantenus erat quod à Chriſto dicebatur, ne ipſi quidem diſcipuli prius, quod dictum fuerat, aſſequebantur, quam is ad illorum infirmitatem ſeſe demittens, planius illud exponeret. Quin & communis orbis doctor beatus Paulus, vbi ad Theſſalonicenſes

Mors ſom[illegible] nomine poſt Chriſti [illegible] & reſurrectione deſignatur.

Ioan. 11.

1. Theſ. 4.

ſcribit

Digitized by Google

1. Cor. 4

1. Theſ. 4

ſcribit, eodẽ illo locutionis genere vtitur, ait namque: *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus non vt contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.* Et alio rurſum loco: *Ergo & qui dormierunt in Chriſto perierunt.* Item *nos autem qui viuimus & reſidui ſumus non præueniemus eos qui dormierunt.* Et paulo ante hunc locum *ſi enim credimus, quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo.* Diſcis hunc mortem dormitionis vocabulo paſſim, exprimi, illamque quæ ante crucem, formidabilem vultum præ ſe ferebat, nunc poſt reſurrectionem facile contemni. Diſces hinc æquè præclarum reſurrectionis trophæum, per hanc enim innumera nobis bona obtigerunt. Propter hanc, mortem deſpicatui habemus & tantum non deridemus. Propter hanc, præſentem vitam flocci facimus. Propter hanc mentis deſiderio in futura bona ferimur. Propter hanc corpus induti (ſiquidẽ ſtudium adhibere voluerimus) tantũ conſequimur, quantũ incorporei ſpiritus. Hodie nobile illud cõmunis victoriæ noſtræ feſtum obimus, hodie namq; Dominus noſter Ieſus Chriſtus, illuſtri trophęo, aduerſus mortẽ erecto tyrannideq; diaboli per reſurrectionem calcata, planeq; euerſa, ad ſalutem viam nobis aperuit. Omnes proinde gaudeamus & exultemus, chorosq; & feſtum diem agitemus. Nam etſi Dominus noſter ſolus vicerit, trophæumq; erexerit lætitia nihilominus & gaudium ſunt nobis cum illo communia. Siquidem omnia propter nos, noſtramque ſalutem operatus eſt. Cæterum per quæ diabolus primo nos ſtrauit, per eandem etiam Chriſtus deuicit.

Chriſti victoria nobis eſt illo communis.

Eandem, inquam, panoplia illa quæ diabolus genus noſtrum inuaſerat, & debellauerat Chriſtus certamine contra illum inito, diabolum viciſſim peſſum dedit. Quomodo autem audi noſtræ calamitatis & cladis ſymbola fuere. Virgo, lignum & mors: Nam & Eua virgo fuerat; quando enim ſeducta eſt, necdum cum viro commercium habuerat, lignum erat diſcretionis arbor, mors ſupplicium in Adamũ conſtitutum. Ecce quomodo virgo & lignum, & mors calamitatis noſtræ organa extiterint. Cerne nihilo ſecius quomodo eadem illa victoriæ noſtræ inſtrumenta extiterint, pro Eua fuit Maria, pro ligno autem ſcientiæ boni & mali lignũ crucis, pro morte vero Adami, mors domini. Intelligis nunc diabolum, iiſdẽ omnino armis ab homine expugnatum, quibus ipſe hominem expugnauerat. Per lignũ diabolus debellauerat Adamum. Per crucem viciſſim Chriſtus proſtrauit diabolum. Et illud quidem lignum ad inferos allegabat, at crucis vero lignum, ex inferis illos reuocat, qui eo ablegati quandoque fuerunt: illud Adamum veluti captiuũ & nudum abſcondebat, hoc autem victorem nudum clauiſq; in ſublimi ſuffixum, omnibus palam oſtendit. Adam tandem eos etiam in mortis condemnationem coniecit qui longo poſt tempore ipſum conſecuti ſunt. Chriſtus autem illos quoque exuſcitauit qui multa ante illum ſæcula mortem obierant.

Diabolus iiſdẽ armis debellatus eſt quibus hominem ante ſtrauerat.

Tria genus humanum perdiderunt virgo, lignum & mors: eadem rurſum [illegible]

Lignum ſcientiæ boni & mali ad inferos agebat, lignũ autẽ crucis ex inferis reuocat.

Quis loquetur potentias Domini auditas faciet omnes laudes eius. Per mortem facti ſumus immortales. Hæc crucis ſunt ſtratagemata, hæc euidentiſſima reſurrectionis indicia. Hodie Angeli vniuerſæque celeſtes virtutes choros ducunt, deque communi humani generis ſalute, magno circa controuerſiam gaudio exultant; nam ſi *Angeli in cælo gaudent ſuper vno peccatore pœnitentiam agente* multo ſane magis ſuper totius orbis terrarum ſalute lætantur. Hodie Chriſtus humanam naturam à tyrannide diaboli liberatam, in priſtinæ dignitatis nobilitatiſque locum denuo reſtituit. Etenim cum naturæ meæ primitias, morte tot partibus ſuperiorem euaſiſſe conſidero, vim illius amplius non metuo, hoſtis impetum amplius non expaueſco, infirmitatem meam amplius non ſpecto. Specto autem immenſam illam virtutem, quæ vt opem ferat præſto eſt. quid enim mortis tyrannidem debellauit, omnemque illius vim fregit, quid in poſterum pro cognato genere non eſt effecturus qui formam noſtram pro ſua ingenti clementia aſſumere non dubitauit, perque illam contra diabolum in arenam deſcendit, quid noſtri cauſſa poſt hæc non præſtabit. Hodie vtique terrarum gaudium & ſpiritalis lætitia obtinet. Hodie Angelorum cœtus, omniumque ſupernarum virtutum multitudo, propter hominum ſalutem exultat: perpende dilecte, quanta huius gaudij ſit magnitudo, cũ ipſæ etiam ſupernæ cæleſteſque virtutes, vna nobiſcum gaudeant, feſtumque diem agant.

Diuerſæ vires ligni crucis & ligni ſcientiæ boni & mali.

Paſchalis magna ſolemnitas. Luc. 15.

Congaudent enim & congratulantur noſtris bonis, noſtræque fælicitati. Nam etſi ſingulare hoc Dei Opt. Max. beneficium noſtrum ut proprium, redundat hinc nihilo ſecius in illos, nonnulla quoque oblectatio. Quamobrem haud turpe ducunt publicumque ſolemnemque conuentum pariter nobiſcum celebrare. At quid dico conſeruos lætum feſtumque diem nobiſcum agere non erubeſcere, cum ipſe etiam illorum noſtrorumque omnium Dominus, non verecundetur nobiſcum epulari, diemque feſtiuum celebrare. Imo vero tantum abeſt, vt huius illum pudeat, vt auide quoque hoc ipſum deſideret, vnde hoc tibi conſtat ait? audi quid ipſe dicat: *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum.* Iam ſi paſcha vna nobiſcum manducare deſiderat, ſimul vtique & diem quoque feſtum agere. Cum ergo videas non ſolum angelos, Archangelos, & vniuerſum cæleſtium virtutum cætum, ſed ipſum etiam Angelorum Dominum, lætam feſtamque lucem communiter nobiſcum agitare, quid excuſationis reliquum eſt, quo minus tu quoque lætum hilaremque vultum ſumas?

Angeli de humana ſalute gaudent, [illegible]

Deus vna cũ hominibus [illegible] Luc. 22.

Nemo proinde ob rerum inopiam deiecti hoc die ſit animi, feſtum enim hoc ſpiritale eſt, nullum rurſus opibus affluens, propter diuitiarum copiam ſe extollat, ſiquidem nihil pecuniarum ad hoc feſtum adferre valet. In externis ſolennitatibus, publiciſque conuiuiis, vbi magna externi cultus, ſumptuumque & apparatum menſæ ratio & cura haberi ſolet, pauper non iniuria animo deijcitur, mœroreque & anxietate, conſtringitur, diues è diuerſo gaudio, & voluptate perfunditur. Cur ita? quia diuitijs abundans pretioſa veſte ſeſe ornare, menſamque opulentiorem inſtruere, & apponere poteſt. Pauper autem inopia impeditus, cum veſtium ſplendorem epularumque ambitionem, & magnificentiam oſtentare non valet. Hic autem nihil eſt tale; nulla enim omnino, diſſimilitudo locum in hac re habet, vna menſa apponitur pauperi & diuiti ſeruo & libero.

Meliore [illegible]

Quare ſi diues fueris nihil plus habebis paupere: ſi inops nihil minus diuite. Quandoquidem ſpiritualis epuli huius fructus, propter paupertatem non minuitur. Diuina enim gratia & liberalitas eſt quæ hic dominatur, ea autem perſonarum diſcrimen non ſpectat. Et quid dico eandem diuitibus & pauperibus menſam proponi, cum vna etiam eademque apponatur diademate redimito & purpurato, ſupremoque orbis Dynaſtæ & mendico ad publicam eleemoſynam expoſito.

Vna cæleſtis menſa apponitur pauperi & diuiti, ſeruo & libero.

Enimuero ſpiritualia eiuſmodi ſunt, vt non diſtribuantur ſecundum æternæ dignitatis qualitatem, ſed ſecundum internam animorum diſpoſitionem, liberamque illius, qui diſtribuit voluntatem. Eadem fiducia eodemque honore & fructu ad diuinorum horum myſteriorum vſum & communionem accedit pauper & Imperator. Quid dico eodem honore & fructu

Spiritualia dona nõ diſtribuũtur ſecundum externam dignitatem ſed ſecundum internã animi diſpoſitionem.

accedit

Digitized by Google

A accedit huc vterque? Sæpenumero inops maiori operepretio, maiorique fiducia ad has epulas accedit, quam ſummus mundi monarcha. Quid ita? quia Rex vel ſumma alias in auctoritate in republica ornatus rerum mole preſſus, multiſque negotijs & caſibus vndequaque vallatus, quaſi in æſtuanti pelago conſtitutus, omni ex parte fluctuum ſe inuicem excipientium aſpergine humectatur; & quod hinc conſequitur multis ſubinde peccatis, contaminatur. Pauper autem ab ijs omnibus immunis deque ſolo neceſſario alimento ſolicitus, quietam negotijſque curioſis, expertem vitam ducens veluti in tranquillo portu nauigans, cum magna plerumque pietate & religione menſæ huic ſeſe adiungit.

Pauperes maiore plerumq; fructu ex pietate ſacramenta quã diuites ſuſcipiunt.

Neque iſtud ſolum affligit; verùm aliunde quoque diuerſæ moleſtiæ ijs procreantur, qui circa ſæcularia conuiuia & feſta occupantur. Neque enim ſplendidus menſæ apparatus pauperem hic tantum cruciat, diuitem contra recreat, gaudioque & lætitia delibutum reddit, ſed nitidus quoque corporis cultus ſumptuoſuſque veſtium ornatus. Vnde quod pauperes hac in re patiuntur propter men- B ſam, hoc ipſum etiam ſuſtinet propter indumenta. Cum enim inops diuitem magni pretij ſtola indutum conſpicatur, dolore excruciatus miſerum ſeipſum clamat, ſuamque fortunam millies execratur. Sic autem ea etiam animi conſternatio & ægritudo ſedem non habet. vnum enim omnibus veſtimentum ſalutareque indumentum inijcitur. *Quotquot*, clamat Paulus, *in Christo baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Omni proinde rubore & verecundia poſthabita, feſtum hoc feſtiue obeamus, ſenſumque & mentem muneribus, quæ per Chriſti gratiam nobis obuenerunt dignam aſſumamus, nec nõ nuntio ebrietatis, gulæque in vniuerſum miſſo Chriſti Domini noſtri munificentiam & liberalitatem animo pertractemus. Quandoquidem is diuites & pauperes ſeruos itidem & liberos pari honore affecit, communeque in omnes promiſcue donum effudit. Quapropter æquum eſt vt benefactorem de ſingulari illa erga nos beneuolentia & gratia, aliqua ſaltem parte remunerare ſtudeamus. Compenſatio C autem idonea fuerit vitæ conuerſatio ipſi non ingrata, animaque ſobria & experrecta. Hoc præſens feſtum hic publicus conuentus, non eget pecunia aut vlla alia impenſa, ſed bona tantum voluntate puraque mente & conſcientia. Nullum eſt operæpretium vt aliquid corporeũ aut pretio coemptum huc adferamus: mentis oculos ad ea tantum conuertamus, quæ ſunt ſpiritalia: nempe ad orthodoxam diuinorum eloquiorum explanationem, ad pias ſanctorum Patrum precationes, ad ſacerdotum benedictiones, ad diuinorum ſecretorumque myſteriorum cummunionem, ad pacem & cõcordiam, ad alia tandem eiuſmodi ſpiritalia dona, quæ largitoris munificentia ſint non indigna.

Idem ſpiritale indumentũ pauperi & diuiti inijcitur.

Gal. 3.

Chriſtus pauperes & diuites pari honore afficit, cõmuneque vtriſque donum impertit. Chriſtus pro collatis beneficijs aliud nihil exigit quã vitã Chriſtiano homine dignã.

Celebremus igitur feſtum hoc in quo Dominus ſurrexit. Surrexit enim, & terrarum orbem ſecum pariter exuſcitauit. Et ille quidem ſurrexit, mortis D vinculis diſruptis, nos autem exuſcitauit peccatorum noſtrorum catenis diſſolutis. Peccauit Adam & mortuus eſt. Chriſtus non peccauit & mortem ſubijt. Res noua & plane paradoxa. Ille peccauit & vita defunctus eſt. Hic non peccauit & æquè nihilominus mortuus eſt. Cuius autem rei cauſſa, & propter quod illud nimirum vt is qui peccarat & mortuus fuerat, per eius qui non peccarat mortem à mortis vinculis liber euaderet. Eiuſmodi quippiam in pecuniarijs quoque debitis vſu interdum venit. Debet exempli cauſſa, aliquis alicui certam eius ſummam, cum eam autem pendere non queat conijcitur in vincula; alius porro nihil quidem debens, conflatum tamen debitum exoluere volens, contractum alienum æs, alterius nomine ſoluit, eaque ratione debitorem à vinculo quo obſtrictus tenebatur, abſoluit. Tale quid eſt quod inter Adamum

Cur Chriſtus peccati expers mortuus.

A & Chriſtum interceſſit. Debebat Adamus mortem & vinctus detinebatur a diabolo. Chriſtus autem nempe quidquam debebat, nec ab vllo quoq; vinctus detinebatur, venit nihilo ſecius & pro mortis debitore exoluit mortem, quo illum à mortis laqueis expediat. Diſcis hinc illuſtrem planeq; egregium Dominicæ reſurrectionis fructum, diſcis inſignem Domini clementiam & benignitatem: diſcis curæ & prouidentiæ eiuſdem magnitudinem. Ne igitur tanto benefactori ingrati ſimus, neque decurſo iam, abſolutoque ieiuniorum ſtadio, ſolito negligentius nos geramus. Quin potius maiorem nunc quam antea vnquam animæ curam & ſolicitudinem impendere ſtudeamus, ne carne forte ſaginata, impinguataque, ſpiritus infirmior euadat: aut ne ancilla lautius accuratiuſque curata domina ipſa in contemptum veniat. Dic quæſo quæ vtilitas fuerit, ventre diſtento, pœnæque diſrupto, mediocritatis limites tranſire? Conſtat namque, eiuſmodi immoderationem & corpus grauiter lædere & animæ nobilitatem vehementer obſcurare. Eo proin- B de contenti ſimus, quod & ſat eſt, & naturæ cõſeruandę ſimpliciter neceſſarium eſt: ne, ſi ſecus faciamus, quę per ieiunium collegeramus, vno quaſi momento ſimul effundamus, animoque ſimul & corpore decori numeros perturbemus. Non inhibeo omnem animi relaxationem, aut corporis voluptatem, abſit. Hortor autem vt corporis neceſſitate honeſte expleta, ſuperuacaneas dapiũ illecebras prædicatis, nequando iuſtam menſuram tranſcendentes, animæ dignitatem offendatis. neque enim is qui neceſſitatis metas tranſilit, veræ alicuius voluptatis ſenſu potitur, vt optime norunt illi qui eius rei periculum aliquando fecerunt. Imo vero innumeræ morborum ſpecies, multæq; moleſtiæ & animi ægritudines plerumque hinc oriuntur. At quod vos adhortationi meæ obſecuturos cõpertum habeam, (noui enim veſtram in parendo facilitatem, animiique promptitudinem) nunc ad eos orationis ſolium conuertere lubet, qui lucida hac nocte, baptiſmatis gratiam conſecuti ſunt, nempe ad elegã- C tes illas nouellaſque eccleſiæ plantas, ad vernantes illos, ſpiritualeſque flores; ad Chriſtianę militiæ tyrones. Nudiuſtertius Chriſtus Dominus pendebat è cruce, at nunc ex mortuis reſurrexit ad vitam. Pari modo iſti ante heſternum diem ſub peccati iugo adhuc detinebantur; nunc vero vna cũ Chriſto conſurrexerunt. Ille rurſum ſecundum corpus, mortem obijt, corporeque exuſcitato ad vitalẽ auram denuo redijt. Hi autem paulo ante ob peccatũ morti tenebantur obnoxij, nunc vero à peccati ſordibus expediti vna cum Chriſto ſurrexerunt. Et quidem terra, & grata hæc aeris temperies, roſas, lilia, alioſque eiuſmodi flores proferunt; aquæ autem floridum, terraque ipſa mũlta amænius, pratum hac luce nobis oſtendunt. Nec mireris dilecte, ſi ex aquis florentia prata prodeant, neque enim terra ab initio propria vi, herbarum germina, fundebat; Sed Domini ſui mandato obſecuta eiuſdemq; vir- D tute fecundata. Quin etiam ipſæ aquæ per idem tẽpus, animantia quæ ſe mouerent, produxere. Nam vbi primum audiuerunt *producant aquæ reptile animæ viuentis*, quaſi præcepti vim aſſecuta inanima natura, è veſtigio viua animãtia protulit. Idem illud Dei præceptum, hoc ipſo quoque tẽpore eadem vi pollens omnia conficit. Tunc non abſque diuina virtute & iuſſione, aquæ reptile animæ viuentis producebant, nunc non reptilia, ſed ſpiritalia chariſmata fundunt. Tunc vndæ brutos piſces effundebant. Nunc vero Apoſtolorum opera motæ & agitatæ, ſpiritales menteque & ratione ornatos piſces proferunt: * *Venite poſt me*, ait Dominus, *& faciam vos fieri piſcatores hominum.* Nouus ſane & inuſitatus piſcandi modus: nam cæteri piſcatores, quos capiunt piſces ex aquis eijciunt, eaque ratione quicquid piſcantur, extinguunt: nos autem Apoſtolorum exemplo ca-

Chriſtus Adami debitum quod is ſoluere non erat in ſe translatum ... per mortis debito exoluit.

Non minori cautione & pietate opus extra quadragesimam cũ in ipſa quadrageſima. Immoderatus cibus & potus vſus animum & corpus offendit.

Luxus & gula innumera pariunt incõmoda.

Tyrones baptiſmi cõparantur cũ Domino exuſcitato.

Non modo terra verũ etiã aquæ varia germina protulerunt. Gen. 1.

Alia nũc animãtia & dona fundunt aquæ, alia in prima ſua inſtitutione.

** Matt. 4. Apoſtoli quos capiunt piſces vita donant, cæteri piſcatores quoſcũq; capiunt extinguunt.*

A

S. PATRIS NOSTRI

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTInopolitani, de inſtituenda ſecundum Deum Vita Oratio, & Dominicæ orationis explicatio.

Achille Statio Luſitano Interprete.

OMnis ſcriptura diuinitus inſpirata, dum legitur, attentis animis adfert notitiam pietatis. Sed profecto euangeliorũ ſacroſancta deſcriptio longe præſtãtioribus documẽtis excellit. B Quæ enim in his exſtant eloquia, ſummi ſunt regis oracula. Quamobrem horribile prorſus ijs, qui quæ ab eo præcepta ſunt, vere non obſeruarint impendet ſupplicium. An ſi quis ciuiles magiſtratuũ terrenorum leges trãſiluerit neceſſarias omnino pœnas luet cæleſtis Domini iuſſa detractans intollerãdis cruciatibus non adficietur? Cum ſit igitur parũ attenti animi tantum periculum ad ea quæ iã lecta ſunt ex euangelio audienda, animos acriter intẽdamus. Quæ ſunt autem illa, quæ, inquam ſunt? (Math. 6.) *Anguſta eſt*, inquit, *porta & arta via quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam.* Horum ego frequens auditor verbórum inaniſſimis in rebus hominum poſita ſtudia vehementer admiror. Omnes enim lata gradiuntur via, omnes rebus inhiant præſentibus; futurarum curã, cogitationemq́; nullam ſuſcipiunt. Siquidẽ corporis voluptates vſquequaq; conſectãtur, animas vero fame ſinunt contabeſcere. Cumq́; quotidie infinita prope vulnera accipiãt, eorum in quibus ſunt malorum ſenſus prorſus habent nullum C ijdem adfectis corporibus eos adeunt, qui mederi queant. Hos domum remittunt conductos, & mercede onuſtos maxima; tolerantiam vero ſummam pręſtant & curationem ſuſtinent laborioſam quo valetudinẽ conſequãtur corporis, adfectæ vero animæ omnino negligentes expetendã in primis eius ſanitatẽ contẽnunt. Neq; vero eos latet mortale corpus eſſe ipſum, quodq́; facile corrũpatur, vernãtium florũ ſimillimũ, ſic enim vt illi marceſcit, corrũpitur, emoritur, animam autẽ immortalitate preditã, animalis ipſius creditum ſibi clauum tenere. Quod enim eſt auriga currui, rector naui, fidibus muſicus, idẽ huic eſſe terreſtri vaſculo, qui finxit illud, animã voluit. Hæc habenas cõtinet, hęc moderatur clauũ, eadem fides pulſat, quæ cum ſciẽter hoc fecerit, concentũ reddit vndecumq; ſuauiſſimum. D Sin autẽ vel remiſerit, vel præter modũ ſonos intenderit, arte prorſus & harmonia deficitur. Huius ergo animæ curam abijciunt, multi mortales, totũ vitæ tempus curãdis impendunt corporibus, atq; hi quidem nauticũ vitæ genus amplectuntur, & cum ventis fluctuq́; pugnantes dubia ſemper ſpe vitę mortẽ ſecum circumferunt. Neq; ſpes omnis ſalutis exiguas admodũ in tabulas cõtulerunt. Illi vero ſtudioſe colẽdis agris, inſudant, boues iungunt, terrã proſcindunt, nunc quidem ſementẽ faciunt & metunt, nunc vitem inſtituunt, & vindemiã faciunt, quibus omne tempus eiuſmodi faciẽdo opere miſere labitur. Alij mercaturam ſecuti, terra mariq́; peregrinantur, ſolũ alienum ſuo præferunt, patriã, gentem, amicos, coniugem, liberos, haud magni cauſa compẽdij deſerũt. Sed quid attinet artes omnes colligere, quas in vſum corporis commẽtus ęſt homo, quibus in artibus verſans perdius & pernox, curandi illius omnẽ ſibi rationem comparauit; animam vero eſurientẽ, ſitientem arentem, ſqualentem, & innumerabilibus

A adfectam incommodis, omnino contemnit? Atqui tanto ſudore ac labore mortale corpus à morte nõ vindicat, animam vero ipſam immortalẽ vna cum mortali, corpore ſupplicijs addicit immortalibus. Tantas igitur animis hominum ignorantiæ offuſas tenebras, ijſque craſſiſſimam inſidentem nebulam vehementer dolens, equidem vellem dari mihi vocem eiuſmodi, quæ ab vltimis vſq; totius orbis terrarum finibus exaudiri, & ad omnium qui viuunt aures peruenire poſſet; vt & gemens & vociferans Dauidicum illud ſumma contẽtione vocis ederem: (Pſalm. 4.) *Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* Cum terrenis cæleſtia, cum æternis temporalia, cum corruptibilibus incorruptibilia commutantes, quouſq; oculos clauditis, aures obturatis, neque diuinam vocem ſingulis inclamantem diebus auditis. (Math. 7.) *Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate; & aperietur vobis. Omnis autem qui petit, accipit, & qui quærit inuenit; & pulſanti aperietur.* Quia B vero nonnulli infirmiores ſunt & ad temporalia valde propenſi, ac procliues, hique carnalibus dediti cogitationibus indulgent, ac pro ſuo genio viuẽdique ratione preces adhibent, propterea noſtram omnium communis Dominus precandi nobis formam rationemq́ue præcepit illis verbis, (Math. 6.) *Orantes autem nolite multum loqui, ſicut ethnici; putant enim quod in multiloquio exaudientur.* Multiloquium vocat eam quę fit abundantia verborum, inanem loquacitatem. Ergo loquacitatem prohibens Dominus, ſignificat accedentes, ad ſe non debere caduca & fluxa, non corporis poſtulare pulchritudinem, quam tempus conſumit: valetudo corrumpit ac perdit, mors omnino delet. Eſt enim formæ ipſius flos minime diuturnus, quem breuiſſima iuuentas extulit, vetuſtas temporis iam iamq́ue corrumpet. Si quis autem formæ naturam, quibuſq; rebus ea continetur exquiret, ille vero tum magis hãc deſpuet; neq; eſt enim aliud forma, niſi pituita, ſanguis, fluxio, cibique demum confecti ſuccus. Hinc enim oculi, genę, nares, C ſupercilia, labra ac totũ denique corpus irrigatur, quæ ſi deſinat irrigatio & illa formæ ipſius venuſtas ſimul eſſę deſierit. Neq; vero poſtulãdam pecuniæ vim, non opes quæ aquarũ inſtar fluuialium & adfluunt & effluunt, nunc ad hunc quidem, nũc vero ad illum tranſeunt, ac poſſeſſorem facile fugiunt & apud ſui etiam amantes hærere neſciũt, inſidias vero multiplices habẽt, (Ibidem.) tinearum, furum, calumniatorum, incendiorum, naufragiorum, bellicarum incurſionum, rebellantiũ populorum, ſeruorũ auidorum, & cum de literis, ac chirographis vel tollũtur aliqua, vel iſdẽ adduntur, vel per imitationẽ adfinguntur, quæq́; multa alia auaros pro ipſorum cupiditate ſequuntur incõmoda. (Luc. 16.) Non dominatus ac dignitates, poſtulandũ, quas per multa triſtia, & perpeſſu grauia conſequũtur, curarum tabes, atq; eda- D citas, iugis inſomnia, inuidẽtium inſidiæ, inimicorũ hoſtiles machinationes cõpoſitis ad fraudẽ verbis veri occultatrix, ac ſubdola rhetorũ argutia iudicibus ipſis fere ſuſpecta, ac periculoſa. Sunt inquam ſunt multiloqui nõnulli, & vaniloqui, hæc & his ſimilia, ab omnium Deo poſtulãtes. Neq; vero quod medicorum eſt, medicum quiſquã docet; ſed quidquid ille adhibuerit in quãtumuis difficili curatione, æquo animo ſuſtinet. Neq; vectores rectori nauis tenendi claui rationem vllo modo præcipiũt, ſed in foris ipſis, non in ſecũda modo nauigatione, ſed in ſummo etiam periculo illius arte contẽti ſedent. Vni tantum Deo, qui quæ cuiq; ſint vſui, dare adprime nouit, cedere, ſeq; ipſos nolũt permittere, quæ pernitioſa ſunt, perinde ac ſi eſſent vtilia poſcunt. Prorſus ſimiles ægrotantibus, qui ſibi à medico dari poſtulant, (Math. 6.) non ea quæ ſe morbo liberent, ſed quæ morbi cauſam potius augeant. Verum medicus laborantis preces non audit, imo vero ſi flentem illum eiulantemq́; viderit, artis ipſius præceptis obtemperabit potius quam vt illius flectatur

ctatur

A ctatur lacrymis. Atque huius nos quidem, qui ægrotum non audijt, non inhumanitatem, ſed humanitatem interprætamur, etenim ſi ægrotãti morẽ geſſiſſet & eius indulſiſſet voluptati, feciſſet vtique hoſtiliter: dum vero contendit, ac reijcitur & illius repugnat libidini, miſericordia in illum atque humanitate vſus eſſe exiſtimatur. Eodem prorſus modo noſtrarum medicus animarum nõ quæ nobis fraudi poſtea futura ſint dare ſuſtinet: neque enim parentes ijs quos amant, paruulis adhuc filiolis, vel gladios vel ignitos carbones adduci poſſunt vt porrigant, quippe qui, quanto ab illis malo futurum ſit quidquid dederint eiuſmodi non ignorãt. Nonnulli vero ad extremam prolapſi dementiam, non ſolũ pulchritudinem, copias potentatus cæteraque eius generis adeo omnium poſtulant, ſed & inimicis imprecantur ſuis, omnique eos ſupplicio excruciari petunt, & quem ſibi ęquum ac benignum exoptant, inimicis eſſe immitem, atque inhumanum volunt. Quæ nimirum prouidens Dominus ante compeſcit ac reprimit, ac ne multum loquamur iubet; tum quę dicenda ſunt orantibus ſimul etiam omnem virtu-
B tem breuiter & accurate docet. Cuiuſmodi vero ea ſint, quiſve ſit eorum ſenſus, ac ratio diligentiſſime exquiramus, & tanquam leges à Deo latas non du-
Matth. 6 bitanter obſeruemus. *Pater noſter qui es in cælis.* O amoris abundantiam! ô dignitatis excellentiam! Et quæ tandem agendis gratiis par ſit oratio apud ipſum tot, tantaque nobis bona profundentem Deũ? tuæ, meæque naturæ indignitatem, amabo tantiſper incipe dilectiſſime. Scrutare cogitationem tuam, terram, puluerem, lutum, laterem, cinerem: è terra enim ficti in terra vitam degentes, in terram demum reijcimur ac reuertimur. Quæ tu cogitans perculſo animo inexplicabiles largæ illius in nos diuinæ bonitatis opes admirare qui talem ac tantum vocare patrem es iuſſus, terrenus cæleſtem, mortalis immortalem, corruptibilis incorruptibilem, temporalis, æternum, heſterum ac nuperum lutum ipſum, qui eſt ante ſæcula Deum. Sed profecto non tu vocem eiuſmodi fruſtra doceris mittere;
C nimirum vt ad eam, quam lingua tua protulit appellationem patris erubeſcens eius imitari bonitatem diſcas. *Eſtote,* inquit alibi. *ſimiles patris veſtri qui in*
Matth. 5. *cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Vocare enim benignum ipſum Deum Patrem non poteſt, quiſquis eſt inhumano, atque efferato animo, namque patris cæleſtis notas, ac ſigna bonitatis non retinet, ſed ferinam potius formam induit, atque illa diuinæ bonitatis excellentia degener excidit, iuxta illud beati
Psal. 48. David: *Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Etenim qui taurino more exultans cornu petit, vt iumentum calce ferit, vt camelus iniuriæ meminit, vt vrſus vorat, vt lupus rapit, vt ſcorpius verberat,
D ſubdole agit vt vulpes, adhinnit ad fæminas inſtar equi mulieroſus, qui poſſit hic dignam filio vocem mittere ac parentem ſuum Deum vocare.

Quem hunc igitur appellemus? beluam, aut beluæ ſingulæ ſingulis horum vitijs inſignes ſunt, hic vero vnus omnia ad ſe vitia contrahens, vt illæ quoque rationis ſit expers ipſius. At quid dixi feram, qui ſit ipſe fera importunior atque inhumanior. Etenim feræ quamuis ſuapte natura immitis, hominum tamen arte inductæ ſæpe cicures fiunt, atque manſueſcunt. Hic vero homo cum ſit illarum inſita feritate ſuam ipſe manſuetudinem commutans, quam demum cauſam adfert quod ingenium illud, quod ſibi mite, ac manſuetum natura dederat, ad alienam prorſus feritatem tranſtulerit, & quod erat natura ferum mite reddiderit, ſe vero mitem natura, ferum fecerit? Namque leonem demulcens ac mitigans ad homines adſueſcere condocefecit, animum ſuum leone reddidit intractabiliorem. At in leone difficultates & impedimenta

A duo ſunt maxima, & quod eſt natura rationis expers brutum animal, & quod eſt ipſum cæterorum omnium atrociſſimum & tamen virtute ac diuinitus data ſapientia, ferum animantis ingenium victor domat. Atque hic quidem ferarum domitor & inſitum natura, & ſuapte ſponte atque conſilio ſuſceptum manſuetudinis bonum perdit, leonem facit hominem, ſe ex homine factum leonem pro nihilo ducit. Illi quæ ſupra naturam ſunt impartiẽs, ſibi quæ naturalia ſunt negat atque inuidet, qui tandem igitur hic, cum ſit eiuſmodi appellare Deum parentem queat, quiſquis igitur in proximos benignus ac mitis, qui nec in ſe peccantes vlciſcitur, ſed beneficio potius iniuriam penſat, ille vero Deum patrem quod vocat reus non peragitur. Tu autem orationis vim, ac magiſterium diligenter aduerte vtque mutui leges amoris alterutrum vt diligamus ferat. Etenim amoris in adfectum inducens omnes & tanquam vigilans atque inuertens dici noluit: Pater mi qui es in cælis, nimirum qui communem patrem nos habere docti ſumus, fra-
B ternam quoque inter nos eſſe beneuolentiam demonſtremus. Deinde terram ac terrena omnia relinquentes, ne ijs quæ infra poſita ſunt inhiemus docet, ſed fidei ſumptis alis aëra tranſuolemus, cælum conſcendamus, & quem vocamus patrẽ, quærentes iuſſit dicere: *Pater noſter qui es in cælis,* non quaſi in cælis tantum Deus ſit, ſed vt humi iacentes ac voluptatos ad cæli ſuſpectum ipſius excitet, vtque cæleſtium bonorum pulchritudine collucens ipſe cupiditatem noſtram eo rapiat atque conuertat. Aliam orationis partem deinde addit dicens: *Sanctificetur nomen tuum.* Nequis vero inſipienter exiſtimet ſanctificationem à Deo aliquam adiunctam à nobis, ac tributam, eo enim dicimus: *Sanctificetur nomen tuum,* eſt enim Deus ipſe & vndequaq; ſanctus & ſanctorum Dominus. Hanc enim illi laudem nullo vnquam Angelorum ſilentio magis Sera-
Isai. 6. phin concinunt clamoribus *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabbaoth plenum cælum plena terra gloria tua.*
C Sed quemadmodum ij qui regibus acclamationes faciunt, reges eos imperatoreſque nominant, non quod quo id habẽt, eis tribuant; ſed vt quod habẽt, ad probantes laudent: ita nos quoque, non quaſi ei nulla inſit, ſanctitatem Deo tribuimus illis verbis; *Sanctificetur nomen tuum,* ſed eam quæ ineſt, laude adficimus, pro eodem enim ſanctificetur omnino dixit quod glorificetur, qua tamen ipſa voce etiam erudimur virtute vt conuenienter viuamus, quam noſtram in vitam inſpicientes atque intuentes homines, patrem noſtrum qui in cælis eſt glorificent,
Matth. 5. ſic enim alibi, *Luceat lux veſtra coram hominibus vt videant bona opera veſtra & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.* Secundum hoc edocemur dicere: *Adueniat regnum tuum,* namque perturbationum corporalium oppreſſi tyrannide & innumerabilibus tem-
D ptationum impreſſionibus adpetiti, Dei ipſius ege-
Rom. 6. mus regno, *Ne* videlicet *peccatum regnet in mortali corpore noſtro,* vt obediamus ei in concupiſcentijs eius, neque *exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibeamus arma iuſtitiæ Deo.* Militemus igitur rerum æternarum regi. Ad hæc docemur præſentem vitam non vndequaque caram habere, ſed præſentia vt pereuntia contemnere, ad ea vero quę futura ſunt, vtpote ſtantia, ac permanentia adſpiramus illud cæleſte æternum quærere, nec firmius teneri nos patimur voluptatibus, non corporis elegantiam, non pecuniæ magnitudinem, non poſſeſſionum abundantiam, non gemmarum magnificentiam, non immanes ædium ſubſtinctiones, non dominatus, non imperia caſtrorum, non purpurã, non diadema, non exquiſitas & accurate conditas epulas, non delicias, neque ſi quid eſt aliud quod ſenſus noſtros inducere atque ineſcare poſſit, verum multa his omnibus ſalute dicta regnum Dei vnum identidem expectamus: hanc quoque enim

virtutem

virtutem nos docuit cum iuſſit dicere: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra.* Futurarũ enim rerum amorem & cæleſtis illius regni cupiditatem vbi indidit, facit vt illius perculſi deſiderio dicamus: *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra.* Da nobis, inquit, Domine eius quæ in cælis agitur, vitæ rationem ſequi, vt quæ vis ipſe, velimus etiam ipſi. Opitulare animæ noſtræ laborantis propoſito, & quæ tua ſunt agere cupientis. verum impeditæ corporis infirmitate conantibus currere, ſed claudicare tamen coactis manum porrige, ſubuolantem animam caro deprimit, illa quidem velox it ad cæleſtia, hæc autem ad terreſtria grauis defertur. Adſit modo auxilium tuum, erunt poſſibilia, quæ videntur nimis etiam impoſſibilia. *Fiat igitur voluntas tua ſicut in cælo & in terra.* Quia vero terræ meminit, ijs qui è terra procreati ſunt, in eaque verſantur, & corpus inde concretum gerunt, eiuſdem quoque generis cibo eſt opus, neceſſario ſubdidit. *Panem noſtrum ſubſtantialem da nobis hodie.* Panem iuſſit poſcere ſubſtantialem, non vitium, ſed victum, qui quod decedit corpori ſuppleat, eamque quam affert inedia mortem arceat. non inſtructas dapibus menſas non ferculorũ miſſus varios, non in condiendo varia coquorum inuenta, non piſtorum artes, non vini miram fragrantiam, quæque alia palatum delectant, ventrem onerant, mentem cæcant. Quibuſque animo facile corpus inſultat, & quaſi æquinum pullum aliquem rectori reddit indocilem ac refractariolum. Non hæc vt poſcamus oratio docuit, ſed ſubſtantialem panẽ, eam ſcilicet, qui in ipſius coaleſcens corporis naturam vertitur, atque hunc quidem non diuturnũ ac multorum annorum peti voluit, ſed hodiernum tantum, ait enim: *Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum,* quid
Matth. 6. autem diem craſtinum quiſquam curat, qui non ipſum diem craſtinum, non inquam omnino videt, ſed laborem ſuſcipit, fructum non percipit. In Deo
Pſal. 135. igitur fiduciam colloca, *Qui dat eſcam omni carni,* etenim qui tuum tibi corpus dedit, animam inſpirauit, teq; rationis particeps animal effecit, is me te figmentum
Matth. 5. ſuum negligat. *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Hoc tu igitur vno fretus, alimentũ, tantum poſce diarium, illi craſtini curã relinque, quod & beatus Dauid dixit:
Pſal. 54. *Iacta ſupra Dominũ curam tuam, & ipſe te enutriet.* Itaque qui ſummã ſapientiã ſuperioribus verbis edocuiſſet, cum è genere impoſſibiliũ eſſe intelligeret homines nos mortali cinctos corpore, non errare docuit etiã illud, *& dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris,* quibus verbis res omnino tres cõplectens agit. Namq; eos qui ad ſummũ virtutis gradũ peruenerunt, ſentire de ſe mediocriter docet, neq; recte factis admodum cõfidere, ſed trepidare ac temere præteritorũ memores peccatorũ, exemplo videlicet Pauli Apoſtoli, qui ſpectata iam diu virtute, totq; abundans meritis, de ſe tamen ipſe ſic loquitur: *Quoniam Chriſtus venit in mundũ ad ſal-*
1. Tim. 1. *uandos peccatores, quorum primus ego ſum.* Non fui ſed ſum, dixit eorum quæ feciſſet, atque admiſiſſet, præſentem ſemper ſe habere memoriã ſignificans. Eos igitur qui in ſummo virtutis gradu conſiſtunt tutæ humilitatis quæſito excogitatoq; præſidio communiuit: eos vero qui poſt ſancti baptiſmatis gratiam lapſi ſunt, de ſalute vt deſperent, non ſinit, ſed quid ab ipſo animarum medico expetendum ſit docet medicinam ſcilicet remiſſionis, ſic vero etiam beneuolentiam erga homines atque humanitate nos imbuit. Etenim mites nos, & placabiles eſſe vult ijs qui vlli ſunt affines culpæ & iniuriæ nobis illatæ prorſus immemores, quippe qui danda alijs venia, nobis quoque veniam dari voluit, in quo præire nos, & humanitatis, ac veniæ modum à nobis primum voluit exiſtere. Namque tantundem accipere nos ipſi poſcimus, quantum proximo largiti ſumus, ac tanta quidem nos venia dignos ducimus, quantam quoque debitoribus noſtris ipſi dedimus. Sub hæc iubemur præterea dicere: *Et ne nos inducas in tentationem ſed libera nos à malo.* Siquidem multa diaboli opera, atque aſtu grauia & moleſta nobis acciderunt, multa ab hominibus, vel palam iniurijs, vel clam nobis inſidiantibus, iam vero corpus ipſum contra animam non ſine graui noxa nonnunquam inſurgit, nonnunquam varie debilitatum atque infirmum dolores nobis atque languores parit, itaque cum tam multa, tamque varia nobis ingruant mala, ab his quidem omnibus vt liberemur, à Deo omnium docemur petere quo nimirum vindice tempeſtas omnis ſedatur, euaneſcit, procella vertitur in tranquillum. Malus ipſe confuſus, deſpectus, deluſus confutatuſque diſcedit ſic vt olim ab hominibus diſceſſit in porcos, quos in ipſos nihil niſi iuſſus audebat. Ergo qui nec in porcos quidquam poteſt, hominem in vigilia permanentem, animo ſtantem, intentum, diuino ſeptum præſidio, ac regi prætuntem ſuo, tenere audeat atque opprimere: quo factum eſt, vt in extrema quoque oratione poſuerit regnum, potentiam, gloriam. *Quoniam,* inquit, *tuum eſt regnum, & poteſtas, & gloria in ſecula.* AMEN. Hæc, inquit, à te peto qui regem te eſſe omnium ſcio, æterno præditum imperio, qui quæ velis potes omnia, qui gloria, quã nulla vis auferat inſignitis. Ac de his quidem omnibus omnes ei, qui nos tot dignatus bonis adfecit gratias agamus. Cui omnis honor, gloria atque imperium debetur & conuenit, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc & ſemper in ſecula ſeculorum. AMEN.

S. PATRIS NOSTRI

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, IN NATALEM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI DIEM, ORATIO.

Achille Statio Luſitano Interprete.

DAuid idem Rex & Propheta, quæ legem continebat, arcam ab Allophylis venientem pro- 1. Reg. 6.
ſpiciens cecinit, atque ſaltauit, quo facto, & ſuam ipſe lætitiam & quo eſſet in Deum animo demonſtrauit. Nos autem legis datorem ipſum è virgine tanquam ex arca promicantem intuentes hodierno die gaudebimus, exultabimus. [Gaudendũ in natiuitate Domini.] Et quidem arca ipſa illa quæ legem ſeruabat, ijs, qui tantillum in ea, quæ ſcripta fuerant, peccaſſent maledictum ac ſupplicium inferebat, hæc autem altera eum continet qui legem implet, ac perficit, quique *à maledi-* Gal. 3.
cto legis nos redimit, omnes iuſtitia vitaque muneratur. Hunc igitur diem læti hanc ſalutemus celebritatem, vtpote bonis innumerabilibus plenum ac refertum gaudium. Hodierno enim die qui videri nullo modo poterat, in carne viſus eſt creaturæ. Hodierno die rex, ijs qui dæmonum tyrannide tenebantur oppreſſi ſalutaris. Hodierno die, qui redimerentur, captiuis pretium venit. Venerunt opes egentibus, venit verſantibus in tenebris lumen, er- Luc. 1.
rantibus via. Celebremus huius mundi feſtum dilectiſſimi, obuenit enim ſeruis libertas peccatoribus iuſtificatio, immundis puritas, laborantibus medicina, venit is, qui cæcis videndi ſurdis audiendi vim tribuit. Venit claudis ſanitas, paralyticis curſus datus, leproſis mundatio, iacentibus ſurrectio, feſſis quies, venit eſurientibus ſa- Matth. 11.
turitas, lugentibus hilaritas, inſipientibus ſapien- Eſai. 35.
tia, mortuis ad vitam reditus. Glorificemus noſtra

cauſſa venientem Deum. Venit enim is qui diabolum præfocauit, mortem iugulauit, infernum ſpoliauit, ac diripuit, interitum corruptionemque deleuit. Venit is qui vitam præſtat æternam, immortalitatem donat, incorruptionis veſte nos induat, ſtola gloriæ circumdat. Venit gloriatio iuſtorum, venit omnis gaudium creaturæ, diſſidentium inter ſe confligantiũ pax. Venit Dei & hominum mediator

Ephes. 2. 1. Tim. 2. ac rector. Venit noſtræ vetuſtatis reſtaurator, venit effrenati oris & obtrectantium linguarum refrenator, venit is qui homines Angelis æmulos, Deiſque filios facit, regnum cælorum omnibus donat. Quamobrem in terris hodie poteſtates Angelicæ

Luc. 2. choros ducunt canentes; *Gloria in excelſis, & in terra pax in hominibus beneplacitum*. Etenim rem miram, ſtupore dignam, quamque abſtracto à corpore animo percitus admitere, viderunt omnium Dominum ſerui forma circumdatum. Eum qui cælo fulgurat, qui parentum in vuluis infantes omnes filios informat & inſtituit, infantem viderunt. Eum qui olim finxit Adam viderunt infirmitatis noſtræ

Gen. 1. conſortem, ac participem, quo videlicet Adam malis eriperet. Magnum prorſus, & incredibile myſterium in Bethlehem patratum viderunt, lactantem matrem filiolum, non ipſis nuptijs matrem factam puellam, ſalua eandem atque incolumi virginitate peperiſſe viderunt, matrem quidem ipſam ſed mari-

B. Mariæ virginitas talis thalami prorſus ignaram. Noua, mira, inopinata viderunt nulla ſemente ſpicam, vuam nullo ſatu, nullo patre editum filium. Quid dicam? quomodo dicam? qui quæ ſupra narrationem ſunt, enarrabo. Matre eſt ipſa maior natu filius imo ve-

Eſai. 53. ro matris ſuæ eſt opifex filius. Eſt enim Dei generatio duplex, altera prorſus ineffabilis, fanda altera, ſed quæ dicentium linguas inflammat, & illuſtruat; altera prior ſæculis omnibus, altera poſteriorum temporum. Ex Deo altera, è virgine altera, & hac vna tantum matre. Nulla matre ſupra, nullo infra natus patre non illic matris, non hic ad ſui generationem indigens patris, ſupra contremiſcunt Angeli, mortales infra contemnunt. Supra thronus eius Seraphin ſunt, infra præſepe & ſpelunca eius domicilium ſunt. inexplicabili gloria ſupra circun-

Eſai. 6. Luc. 7. Matth. 9. Ibid. 8. Luc. 9. Matth. 17. datur, infra pannis inuoluitur. Supra Seraphin cum aduerſa nequeunt intueri, infra meretrix aduoluta pedibus eius adfunditur. Supra vel à poteſtatibus ipſis cæleſtibus adiri nequit, infra cum publicanis etiam diſcumbit, ſupra rex eſt ipſe regnantium infra egens ac pauper ſic vt caput vbi reclinet ſuum non habeat. Supra mundi totius iudex, atque arbiter, infra inſons & innocens, à Pilato tamen iudicatur. Quæ profecto omnia pro ſua humani generis ſolicitudine curaque ſingulari geſſit. Atqui cum vel maxime nos impie egiſſemus, cumque grauiſſimis peccatis grauiſſimas etiam pœnas deberemus, tum vel maxime illius benignitatem experti ſumus. Quam enim creaturam Deum non fecimus? quē non coluimus, & adorauimus dæmonum? quid impietatis nefariæ ſuſcipere non auſi ſumus? quiduis aliud potius quam vnum, ac verum Deum Dei nomine dignari, terram, ſolem, aſtra, lunam, ligna, lapides, ſtirpes, pecudum genus omne. Quin & voluptatem ipſam, cædem, concupiſcentiam, furtum, adulterium, nihil interim ſapientes, ac cogitantes, diuinis honoribus adfecimus. Diabolicis enim adfectibus proni veneraremur, prorſus vt immunditiam vltro, ac ſcelus adgredi videremur. Verum ne ſic quidem bonus Dominus, cum eſſemus eiuſmo-

Rom. 5. di nos ipſe neglexit. Sed vbi *abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia*, vicit eius larga, & copioſa bonitas iniquitatem noſtram, qui magna adductus miſericordia, medicus ipſe ad nos deſcendit cælitus, ſuamque ipſe diuinitatem, quaſi mortali vaſculo condens ac contegens noſtra ipſorum adſumpta natura, ſic videlicet hominibus ſalutem operatus effecit extincta morte, ſoluto & abrogato maledi-

cto, impietate pulſa, diabolo repreſſo, dæmonum Luc. 1. copijs in fugam conuerſis nobis qui verſabamur in tenebris, illuminatis, inſita veritatis cognitione, cæleſti viuendi ratione demonſtrata, totaque demum hominum vita conſtituta. Ob hæc igitur omnia tripudiemus, & exultemus redemptore ac rege noſtro, nobis adfulgente. Propterea hæc cinquam omnia feſtum atque hilarem agamus, necdum hanc ad myſteriorum celebrationem adeamus. Nec enim neſcitis abundare eam igne ſpirituali, non eo qui cernatur oculis vtque aqua vi naturaque ſcatentes fontes manãt, hæc menſa hæc quoque ineffabili quadam flamma prædita eſt. Ne tu igitur acceſſeris habens ſtipulam, ligna, fœnum. Ne videlicet augeas incendium ipſamque communicantem animam inflammes. Acceſſe porro pretioſos habens lapides, aurum, has ipſas res probiores efficias, vt inde quaſi multa auctus mercede diſcedas. Inimicum habet quis, & ab eo grauiter læſus eſt, inimicitias ponat vincat animum & ira grauem ac tumentem comprimat, ne quis intus motus, ne quis tumultus, ne qua ſit perturbatio. Quippe regem communicando excipies; rege vero animam tuam ingrediente, adſit ſumma tranquillitas, ſumma quies,

& vt decet ſit alta pax rebus ac ſenſibus tuis. Sed Iniuriæ remiſſio. grauius læſus es? quam vt iram poſſis deponere: tu vero ſic te lædis ipſum grauius. Neque enim talis vnquam in te fuerit inimicus tuus, quantum tuis iniurius, quam tute in temetipſum ſcilicet ſiquidem reconciliari nolis. Deinde leges eo facto conculces ac proteras, læſit te quidem ille an tu propterea Deum lædes? namque iniuriæ auctori ſi reconciliari neges, non tam ad illius hoc vindictam pertinet, quam ad Dei ipſius qui hæc ſanxit legibus, iniuriam. Tu vero conſeruum tuum ne ſpectaueris, nec eius, quam intulerit iniuriæ magnitudinem ſed ipſum Deum, cuius timorem animo incutiens tuo, illud cogita, te quo maiorem tibi vim attuleris, tam multa expertus mala, iniurioſo homini reconciliari, cum cogeris, eo plus honoris ac præmij ab ipſo qui ſic iuſſit ac voluit conſecuturum Deo. Quemadmodum enim hic illum honore dignum ducis, ſic te illic ipſe gloria dignum ducet, tali tuæ obedientiæ multo plura reddens præmia. Conlaudemus igitur dilectiſſimi pro viribus noſtrorum bonorum auctorem Deum noſque recte factis ac meritis ornemus. Magorum exemplo regi gloriæ dona

feramus fidem dogmatum veritatem. Etenim illi Matth. 2. quoque tanquam regem illum obſeruantes, aurum tulerunt. Thus ijdem diuinæ illius naturæ indicem tulerunt, feramus quoque pro naturæ vitam ſuaueolentam Deo gratam ac probatam. Tulerunt illi myrrham, eam, quam pro nobis oppetijt, innuentes mortem Domini, feramus ipſi peccato renunciantium membrorum noſtrorum mortificationem. Illi ab Angelo moniti aliam inſtituerunt viam; Herodem fefellerunt, nos Domino Angelorum duce peccatorum vitantes contagia, cæleſtem ad Deum inſiſtamus viam. In Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium cum Patre & Spiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

AMEN.

Digitized by Google

S. PATRIS NOSTRI

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTInopolitani, in ſancta Theophania, Oratio.

Achille Statio Luſitano Interprete.

DOcumentorum Euangelicorum fons expoſitos ac parentes riuos habet. Quo e fonte quiſquis ſitibundus bibit, viuificatur ſpiritu. Haurit enim lagem præceptorũ, quamlibet vini ſuperantem lætitiam. Quippe quæ mentem, non ventrem exhilarat. B Spiritualiũ enim præceptorum dulcedo non vllã animis adfert ſatietatem impiorũ vero ſenſus & cogitata ad pietatẽ conuertit. Audiſti modo in Euangelio Baptiſtam Ioannem cõcurrente ad ſe baptiſmi cauſa Iudæorum, multitudine, clamantem: [Matth. 3. Luc. 3. Ioan. 1.] *Ego quidem baptiſo vos in aqua, in pœnitentiã: qui autem poſt me venit, fortior me eſt, cuius non ſufficio portare calceamenta.* Ecquæ tandẽ ferebat Dominus calceamẽta tã grauia, quia dixit *nõ ſufficio calceamẽta portare*? Verũ hoc loco calceamẽta dixit ipſa diſpẽſationis myſteria, calceamẽta dicit enim incarnationẽ. Cuius rei teſtis eſt Dominus ipſe per prophetã clamãs: [Pſalm. 59] *In Idumæam extendã calceamentũ meum.* Qua de cauſſa ſcabelli etiã nomine intelligitur incarnatio Domini, vtpote viſa in terris, & cũ hominibus cõuerſata [Baruc 3.] & fines terræ complexa: quemadmodum Propheta vtrumq; adhibens, rei futuræ ſpeciẽ proponebat & clamabat illis verbis: [Pſalm. 98] *Exaltate Dominũ Deum veſtrũ & adorate ſcabellũ pedũ eius quoniã ſanctus eſt. Ego quidẽ baptiſo vos in pœnitentiã, qui autẽ poſt me venit fortior me eſt,* C [Matth. 3.] *cuius non ſufficio calceamenta portare. Ipſe vos baptiſabit in ſpiritu & igni. Cuius ventilabrũ in manu eius, & emũdabit areã ſuam, & triticũ quidem colliget in horreum, paleã vero cõburet igni extinguibili.* Hæc nuntiãti Ioanni ac ſe fortiorem Dominũ venire quaſi tuba clangẽti, reclamabant, ab eo baptiſatæ turbæ. Tene quiſquã eſt ô Propheta fortior? Quid hanc in te calumniã adhibes, Tu magni Zachariæ Pontificis filius, idẽ hominibus expetitus ac deſideratus, feris terribilis. Tene quemquã eſſe fortiorem? Quid imaginoſi, hoc eſt quidue fingis, atque animo cõcipis? quid loqueris. Profecto te nemo quiſquã fortior, tu promiſſionis filius, tu Gabrielis inditio demõſtratus, tu ipſo in altari cognitus: tu in oblatione incẽſi oſtenſus, tu Ioãnes quod interpretatur Dei gratia, quid te igitur calumniaris, nõ eſt te inquã quiſpiam fortior. At Ioãnes vtpote ſeruus, Domini ſibi dignitatẽ non abrogans contradicenti multitudini reclamabat. D Vos quod neſcitis, id loquimini ego vero id quod ſcio teſtificor. Venit me fortior, per quẽ ipſe, non per me ille, ego è ſterili, ille è virgine, ego miles, ille imperator, ego præcurſor, ille cælo decurſor, ego ſpiritũ mutuatus accepi, dat ille vitã rebus omnibus. Ego pœnitentiæ, ille adoptionis in filios dator. *Ego baptiſo vos in aqua*, tanquã vaſa peccatorũ ſordibus inquinata præmundãs, ille veniens ſacramentũ infundet gratiæ. *Ille vos baptiſabit in Spiritu ſancto & igni*, non vſtore illo igni, ſed illuminatore. Ego monitoris linguam exerceo, ille iuſti iudicis ventilabrũ gerit, iuſtos quaſi tempeſtiuum frumentũ in horrea conditurus; peccatores autem vel minime pœnitentes tanquam ſtipulam cõburendos igni tradet inextinguibili. *Qui autem poſt me venit, fortior eſt.* Hæc atque his ſimilia Ioanne inclamante turbæ ab eo baptiſa-

A tæ conquierunt, aliæ alijs inter ſe iactantes ac dicentes, duremus ituræ regalis pompæ ſpectatores, verbis enim terribilibus onerauit aures noſtras Ioannes.

Hæc inter præſtolantibus turbis, & mundanam aliquam ſpeciem & pompam expectantibus, non eam, qua procedere ſpectarique ſolet Deus, ſpiritalem beneficentiam. En tibi Dominus, qua humanitas eius oculis cernebatur, ſolus abiectus, ſimplici veſte, & tanquam vnus e vulgo hominum ad Iordanis ripam propius accedens, caput Ioanni baptiſmi cauſa, ſubmiſit. Tum vero Dei ac Domini vilem ſpeciem conſpicatus Ioannes non animo conſiſtere, dubitare, ac vehementer commoueri. Fuge locum circumquaque aſpiciens, quo tamen aufugeret, cum maxime vellet, non reperiebat atque idem nihil videns, cum teneretur, tamen identidem clamabat. Quemadmodum audiſti modo [Matth. 3.] ego à te baptiſari debeo, & tu venis ad me? Quid agis Domine? quid ne turbis necandum prodis? ego enim de te magnifice prædicaui, cum dixi ſpiritum, ventilabrum, ignem, B tu vero tanquam vilis & hoſpes, aduenaque veniſti. Quam rem agis Domine? ſupra regis filius, infra regis item filius, nuſquam tamen ſceptrum regium. Oſtenta vero [Eſai. 6. Exod. 34] gloriam tuam: quid ſolus humiliſque veniſti? vbi tuus ille Angelorum cuneus? vbi illi Archangelorum ordines, vbi Cherubin, ſexaliferum miniſterium? vbi ventilabrum, vbi ignis? vbi ſpiritus tuus? Moyſen tu clarificaſti nubem adponens lucidam. Os eius gloria prorſus Angelica colluſtraſti. Seruum tanta gloria adfeciſti, & tu Dominus priuato, vulgarique ades ſchemate? Suſtolle, tu enim omnium caput es, cælo terraque ſublimius. Suſtolle, Domine & quemadmodum te præbuiſti humilem, ſic te quoque magnum & admirabilem præbe.

Eos qui adſunt, atque in his primum me baptiſa. Quid enim nihil habens ſordium baptiſari vis? nec ſi maxime baptiſare velim, Iordanes fuerat, etenim conditorem te nouit omnium. Hærent C aquæ. Iordanes curſum non promouet rerum ordiui renuntiat. Ergo te elementa nouerunt, ipſe non agnoſcam? ſin baptiſari omnino vis tu meipſum baptiſa, atque ego vltra manus non porrigam, quæ ſuas ipſe compages neſciunt, torpent, contrahuntur, & quod minime didicerunt exercere non valent. Ego debeo à te baptiſari & tu venis ad me? Quis ſcis enim ſcio, tu te mihi notum eſſe nouiſti. Quid me cælas intuentem te? vel etiam tum cum matris vtero continebar, fallens naturæ leges, & quia nundum maturum erat, exitum è ventre non inueniens, intuebatur tantummodo te quem mater vtero ſanctiſſima geſtabat. Noui enim ego tunc te, cumque fandi impos eſſem parentis os meæ ciens ipſe per eam clamaui, ſcilicet *vnde mihi vt ad me veniat mater Domini?* [Luc. 1.] nihil illic eum fefellerim; hic celauero? ego debeo à te baptiſari. & tu venis ad me? Verum ad hæc D Dominus. *Sine modo, ſic enim oportet implere omnem iuſtitiam.* Sine modo quid enim dicas neſcis, ego quam rem agam ſcio. Diuinitatis meæ gloriam palam fieri vis, idque antequam tempus ferat. Cuncta vero bona in tempore ſuo. Tu quidem vera prædicãs; non credit autem eorum qui adſunt, Iudæorum genus, non tu illos genimina viperarum dixiſti? quid his igitur reuelari me vis? non eſt huius hoc temporis, nec enim tuum de me teſtimonium accipiunt, teque qui mihi præcurſor es, habent ſuſpectum, ſine, maius omnino teſtimonium accipies, ſine, inquam modo, ſic oportet enim implere omnem iuſtitiam. At Ioannes, qui ſic inquit Domine? Dominus autem qui ſic, ait quæris? ſicut circumciſus ſum, etiam baptiſor, circumciſus ſum, legem vt implerem, baptiſor, gratiam vt confirmem.

Namque ſi partem expleuero, partem omiſero, mancum omnino teſtimoniũ requiro. Me vero omnia oportet implere, vt paulo poſt ſcribatur illud: *plenitudo legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti*, ſine modo, ſic enim oportet nos implere omnem iuſtitiam. Sine Ioannes, me oportet implere omnia, ſine aquarum ſanctificari naturam, ac niſi à te baptiſer ipſe à paupere ſacerdote rex ſe baptiſari nollet. Sine modo, ſiue ex alto clamet ſpiritus: *Hic eſt filius meus dilectus*. Ne me fabri filium dicituri incipiant homines, agnoſcant autem cæleſtem Patrem meum. Sine modo, ſic enim oportet nos implere omnẽ iuſtitiam ſine Ioannes, nec ipſi Adam opponere. Sum enim ipſe Adam ſecundus deliciorum illius portans ſordes. At niſi baptiſer ipſe ille qui mundabitur? Propterea enim triginta baptiſor annos natus & illius ætatem qua creatus eſt, ſucceſſor excipio, res vt illo comprobentur meę. Sine modo impleatur illud. *Vox Domini ſuper aquas*. Tum vero horribilis ſpecies obiecta eſt oculis, caput Domini Ioannes tangit timẽs ac tremens. Exalto frequentes quod agebatur cælo diſcedente ſpectabant Angeli. Spiritus vero gratia colũbæ ſpecie ad Domini ſeſe caput adplicãs, manum Ioannis regens admouebat. Adſtabat autem multitudo magis magiſq; dubitantium & illud quis eſt hic? magna admiratione dicentiũ: hic vero pater turbis reſpondens ait. Quid eſt hoc inter vos anxie quæritis? *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui, ipſum audite.* In filium amorem increatum clara voce teſtatur, vt qualis in creaturam ſit ipſe intelligamus, qui talem filium pro ſeruis talibus tradidit, pro inuiſis ſcilicet atque odioſis deſideratum, pro inglorijs, atque obſcuris glorioſum. Quoniam ipſum decet gloria, honor, & imperium vna cum Filio vnigenito, & Spiritui ſancto, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Matth. 3. Ibid. 13.

Pſalm. 28

S. PATRIS NOSTRI

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTInopolitani, de Dauid Propheta, Oratio.

Achille Statio Luſitano Interprete.

Dauidis laus.

EN vobis hodierno die lectus & auditus eſt, beatus Dauid, idem ſuauiſſimi carminis egregius modulator atque artifex & continentiæ magiſter. Namque ſpiritualem lyram illam ſuam ad pſalmorum cantus citans, aures quidẽ extrinſecus mulcet, adficitque, ſenſus vero animi ipſius, omni intus cõtinentia mirabiliter excolit atq; componit. Quamobrem Spiritus ſancti gratia diuinitus illud inſtituit, vt omnium fere Chriſtianorũ nemo non Dauid ipſum cottidie caneret, vt exhilaratis animis ſimul etiam proficeret, illud vero ſæpe ſum ipſe admiratus, mecumq; etiam atque etiã cogitans, longe abij, atque exceſſi, reputans videlicet, identidemq; hoc dicens, quid præter cæteras omnes, tum veteris, tũ noui teſtamenti ſcripturas, vnũ Dauid omnes amãt, in ore habent, meditantur. Moyſes legiſlator inſignis os ad os, id eſt Deum coram intuens ipſe, quiq; nobis quæcumq; creata ſunt, altiſſimo à principio repetens explicauit, ipſum creatorem prædicans dixit: *In principio creauit Deus cælum & terram.* Atq; hic quidem eius liber, & maximus eſt, & omni ſapientia refertiſſimus, eum tamen librum per omnes eccleſias vix ſemel aut iterum ſingulis hebdomadis replicamus. Veteris, inquis, teſtamenti liber eſt. Quid de ipſorum euangeliorum lectione dices? Vbi præſentis iam Chriſti miracula prædicantur, verſaturque inter homines Deus, mors tãtum verbo depellitur, dæmones iuſſu modo fugantur, leproſi verbo ſolo mundantur, cæci nati luto curantur, quinque hominum millia deſertis in locis nõ amplius quinque paſcuntur panibus, latro in paradiſum intro ducitur, meretrix vero ſideribus etiam ipſis fit purior. Iordanis vndæ ſanctificãdis animis noſtris ſanctificantur, vnigenitus à patre cælitus prædicatur, vbi noſtram ipſorum vitam Chriſtus innouans, & ad ſalutem genus hominũ vocans atque informãs, clamat: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, beati mites, beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Et tamen eius ipſius leges ac præcepta ſemel tantum, aut iterum per hebdomadam legimus. Sed dices forte, coronas atque ornamenta regia cottidie vulgari nõ debere. Quid Paulus Chriſti orator, orbis terrarũ piſcator? qui XIIII. tantũ epiſtolis, tanquã retibus quibuſdã ſpiritualibus orbẽ terrarum vniuerſum ad ſalutẽ incluſit, & tertium cęlũ, ac rurſus in paradiſum raptus cui viſa ſunt myſteria regni Dei, quæ non licet homini loqui. Atqui hũc bis tantũ in hebdomada legimus, & eius quidem epiſtolã minime pronũtiamus ipſi, ſed ad eius lectionẽ intentis animis atque auribus auditione ſola fruimur. Ecquid autẽ ego de beato Dauid queam dicere, quẽ Spiritus S. gratia ſingulis diebus ac noctibus decantari inſtituit? Hunc enim omnes vnguenti loco ferũt in ore. In eccleſiæ peruigilijs, idem primus medius poſtremus Dauid. In mortuorum tabernaculis funebri põpa deducendis, efferẽdiſque, idẽ primus, medius, poſtremuſq; Dauid. Fiũt in virginũ domibus texta, ac veſtes, idẽ primus, medius, poſtremus Dauid. O mira, noua, inopinata, multitudo imperita quæ literas nunquã didicit, totum Dauid edidicit, totum expromit. Neq; vero in triuijs tantum, atq; eccleſijs, omni tempore, atq; in omnis ætatis hominibus, clarus & illuſtris, effulget, hic vnus, ſed in agris etiam, lociſque deſertis, atque in terra, vt ait ille, domibus negata, incredibili ſtudio ſpiritales hominum choreas, ciet ac tripudia. In monaſterijs apud choros ſanctorum angelicorum ordinum idem primus, medius poſtremus Dauid. In aſceterijs apud virginum greges Mariam imitantiũ, idem primus, medius, poſtremus Dauid. Apud eos qui in deſertis in locis crucifixi mundo Deo cõſuetudine & colloquio perfruuntur, idem primus, medius, poſtremus Dauid. Et cum mortales omnes noctu naturalis ſomni tanquam tyrannide depreſſi iaceant, ſolus exſurgit Dauid, Deique famulos ſecum angelicos ad concentus ac laudes excitat terrã eſſe cælum iubet, homines Angelos facit, omniaq; mirifice exornans, omnibus fit ipſe omnia, ac per omnia vitam nobis inſtituit Angelicam. Senioribus cauet, peccatores ad pœnitentiam vocans ait: *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſecula miſericordia eius.* Iam vero bene ſe gerentibus etiã canens dicit: *Delicta iuuentutis meæ & ignorãtias meas ne memineris.* At beneficio adfectos ad gratiarum actionẽ impellens ait: *Quid retribuã Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?* Eos autem qui ſæpe laudantur adhortans dicit: *Si iniquitates obſeruaueris Domine quis ſuſtinebit, quia à te miſericordia eſt.* Eos vero qui miſericordiã quærunt, & à Deo petunt, ſic docet: *Miſerere mei Deus, ſecundũ magnam miſericordiã tuam.* Ad ſacerdotiũ vocatis canens etiã dicit: *Ne proijcias me à facie tua.* In ius vocatos inſtruit verbis illis: *Redime me Deus à calumnia hominum.* At eos qui inimicorũ inſidias, atq; impetũ perhorreſcunt, inſtituens ait: *Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, & diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem, & exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum & ſenectus mea in miſericordia vberi & deſpexit oculus meus inimicus meos, & ab inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.* Qui vero ſuſtinuerunt ac beneficio demum adfecti ſunt, gratias agere ſic hortatur: *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi & exaudiuit deprecationem meam.* O admirandam, ô magnam omnino citharam, quæ animos hominum, vbiq; terrarũ tanquã fides quaſdã

Genеſ. 1.

Luc 7. Ioan. 11 Matth. 8. Marc. 5.

Luc 8 Matth. 8. Marc. 1. Ioan. 4. Math 14 Luc 23. Matth. 3.

Matth. 5.

2. Cor. 12

Tabernacula vocat ipſa corpora, ſcripturæ ſuo more atq; vſu.

Dauidis Pſalmi omnibus ætatibus conueniunt.

Gal. 5. & 6

Nocturnum officium.

1. Cor. 9.

Pſal. 106.

Ibid. 24.

Ibid. 115

Ibid. 124

Ibid. 50.

Ibid.

Ibid. 118

Ibid 91. Sic viſum eſt hunc ſupplere locũ nam quæ in Græco exẽplari eadẽ eiuſdẽ pſalmi verba iterabantur.

Pſalm 39

vnam

vnam eandemque in laudem concitat. Hic igitur A
tantus ac talis animorum incentor atque exorna-
tor, & omni prorſus laude, maior, quique in terris
Angelorum vitam inſtituit, & cæleſtium ipſorum
ſupernæ adplauſibus atque adclamationibus vndi-
que cingebatur, qui tandem in peccatorum capita
Deut. 5. duo labi potuit: peccatorem enim capita ſunt, *Non
occides, non mœchaberis.* Atque hæc in illa capita per-
miſſus eſt cadere. Quo factũ eſt, vt hæc enim animo
meo, ſæpius reputans, cogitatione ſæpe equidẽ ex-
Dauid cui permiſſus ſit labi in duo peccata grauiſſima. ceſſerim. Et queadmodũ nauis aliqua in mari, ſiue gu-
bernatore huc atq; illuc impulſa fluctibus agitatur
ſic cogitationum earum, quaſi quidã æſtus fluctuſq;
maximi ſæpe cõmoti ſunt, dum videlicet animo vol-
uens illud, etiam atque etiã itero, qui potuit tot tã-
tiſq; virtutis bonis vir ornatiſſimus, idẽ Rex & Pro-
pheta & Chriſti ſeruus, & pater, natura ſeruus, pater
Matth. 1. ſecundum carnem, *Liber enim generationis Ieſu Chriſti
Dauidis laus. filij Dauid*, virtutibus potius quã diademate exorna-
tus, humilitate magis quàm purpura circumfuſus,
Pſal. 117. vtpote qui diceret: *Domine non eſt exaltatum cor meum,* B
*neq; elati ſunt oculi mei, neq; ambulaui in magnis, nec in mi-
rabilibus ſuper me. Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui
animam meam, ſicut ablactatus.* Qui tollerantiæ terminis
tanquam metæ, coronam demum imponens dicit:
Ibid. 7. *Domine Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis,
ſi reddidi retribuentibus mihi mala.* Idem non ſuperbiam
modo pellens ac vitans, ſed ſuperbos quoq; auerſa-
Ibid. 100 tus aiebat: *Si habitauit in medio domus meæ qui facit ſuper-
biam, qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum
Ibid. 16. meorum.* Qui confidenter de ſe etiã dixit, *Probaſti me,
& non eſt inuenta in me iniquitas.* Quid autem hæc dico?
quid eius de ſeipſo teſtimonijs vtor? ſæpe enim à
quibuſdã dici audio, qui ſibi ipſi teſtimoniũ tribuat,
teſtem hunc fide dignũ non eſſe. Alter illius recte
facta teſtetur, alter merito coronaſq; cõmemoret,
vitæ ipſius alter adhibendus eſt teſtis, vt eius maxi-
me teſtimonio fides habeatur. Ecquem autẽ grauio-
Pſalm. 88 rem Deo teſtẽ adhibeas, *Inueni*, inquit, *Dauid filiũ Ieſſe,
virum iuſtum ſecundũ cor meum.* Quid hoc firmius teſti- C
monio? quid hac voce grauius, & quomodo hic tot
recte factorũ abundans laudibus, tot virtutũ orna-
tus inſignibus & ſecundũ Dei ipſius cor eſſe teſti-
monio illuſtris, quomodo in illa duo peccatorũ ca-
pita prolabi potuit. *Non occides, non mœchaberis*, occiſor
tamẽ & mœchus propheta Dei, hic enim nobis ho-
die lectus eſt locus. Nihil incuſo prophetã, ſed ve-
ſtro interim vitę cõſulo, ac recte quidẽ agẽs ſæpius,
tamẽ ipſe caueas ne corruas, ſcilicet, ait enim Apo-
1. Cor. 10 ſtolus: *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* Quamobrẽ
etiam ipſe Dauid illud aſſidue repetẽs iterabat in fi-
nem ne diſperdas. Illud quoq; ſanctiſſimi viri eſt *&
vſq; in ſenectutem, & ſenium Deus meus ne derelinquas me.*
Quid igitur tantũ in facinus prolapſus eſt? ob cau-
ſas nimirũ tres. Quas, inquis, cauſas? ego vero iam-
iãque expediã, tu interim docilẽ te mihi ac magno
opere attẽtũ præbe. Primũ iuſtis in ſuo cuiq; viuẽdi
genere atq; inſtituto, vt caueat ſiue aſcetis, ſiue ere- D
mitis, multa inquis, recte feci, multis omnino virtuti
bus excultus atq; ornatus ſũ, ieiuno, pernocto, oro,
fleo, ſaccum circũfero, corpus meũ varie macerãs,
atq; exercens contabeſeci, nihil iã amplius diaboli
impetum, adſultuſq; pertimeſco, reliquũ eſt, vt pro
eo ac merui, donet corona. Ne vero erra, ô homo,
néue animo extollere, nec enim ipſo quidquã præ-
Pſal. 108. ſtitiſti amplius, quid enim dicat, audi: *Genua mea in-
firmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleũ,*
Pſalm. 34 & idem rurſus. *Ego vero cũ moleſti eſſent mihi induebar ci-
licio & humiliabã in ieiunio animã meam.* De vigilia vero
Pſal. 118. quid idẽ dicat attende, *Media nocte ſurgebã ad confitendũ
tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.* De lachrymis vero ſuis
Pſal. 6. idem: *Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes le-
ctum meum lachrymis meis ſtratũ meum rigabo.* De corpo-
Ibid. 101. ris autẽ ſui maceratione ſic idem dicit: *Quoniã cinerẽ
tanquam panẽ manducabã, & poculũ meũ cum fletu miſcebã.*
Quis autẽ hæc loquitur? Propheta. Audi vero de eo-
A dem rurſum teſtimoniũ Dei, *Inueni Dauid filiũ Ieſſe, virũ* Ibid. 88
ſecundum cor meũ. Et tamen hic tot tantiſq; recte fa-
ctis, ac laudibus adfluẽs, in eiuſmodi inductus eſt er-
rores. Noli igitur confidere, ſed caue, dicto audiens
A o ſoli. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* Cauſam 1. Cor. 10
dixi primã nunc ſecundã accipe. Ne videlicet deſ-
perent peccatores. Imo vero cottidie ſi quis pecca-
rit, etiã cõfiteatur cottidie, millies peccauit, millies
confiteatur, nihil enim deſperatione deterius; ete-
nim qui poſt peccatũ deſperat, curationẽ nõ admit-
tit. An ignoras medicos vbi de cuiuſquã ſalute ſe-
mel deſperarint, non vltra medicinã adhibere, ſed
illud potius dicere, da quid collibitũ eſt ægroto, da
quidquid appetiuerit, nec enim morbus amplius cu-
rationẽ recipit. Vicit nimirũ artem, atq; omnẽ me-
dendi rationem, vitium, ac vis morbi. Hæc illi, nihil
poſthac ægrotũ prohibentes, ſolent dicere. Sin ali-
qua ſanitatis ſpes oſtenditur, omnia experiuntur,
tentant, adhibent pharmaca, quæ facere ad ſalutẽ
putant. Talis omnino eſt is, qui poſt peccatũ veniæ
B ſpem prorſus abiecit. Siquidẽ longe maiora, in mala
præceps abijt. Quamobrem ſi tecum ipſe cogitaris,
ſummorũ etiam malorũ, cædis inquã, atq; adulterij
in Propheta remediũ ſalutare, & curationẽ extitiſ-
ſe, idem ſi millies pecces cõfeſſionis quoq; remedio
conſequere. Quod ita velim accipias atq; interpre-
tere, non quo me authore atque hortatore peccare
audeas, ſed quo peccantẽ ſcilicet, ad confeſſionem
vocem. Etenim bonus ac benignus Deus, etiã ma-
xima quæq; peccata facile delet. Quid enim cæde
atq; adulterio maius? & tamen poſt hæc admiſſa cri-
mina, propheta quid dicat attende. *Dixi confitebor ad-* Pſalm. 31
*uerſum me iuſtitiã meam Domino, & tu remiſiſti impietatẽ
cordis mei.* Nam propterea gratia quæque peccata
Chriſtus in terris verſans dimiſit. Latronẽ in para-
diſum introduxit, Publicanũ fecit Euangeliſtam. Luc. 23.
Paulum conuiciatorẽ ac blaſphemum totius orbis Matth. 9.
terrarum apoſtolũ creauit, ne videlicet tu quoque Act. 9.
deſperes, ſed confeſſione criminis curationẽ reci-
C pias. *Confitemini*, inquit, *Domino quoniã bonus, quoniam in* Pſal. 106.
ſeculũ miſericordia eius. Habes cauſam ſecundã, accipe
nunc etiam tertiã. Venturus erat ad terras ſeruator
hominum, carnali nimirũ præſentia, noſtræ carnis
maſſam ipſe ſumpturus, & cũ hominibus cõuerſa-
turus. Sed quia & Deus idẽ erat, ac ſine peccato ſo-
lus, permiſit vtiq; iuſtos, pro ſuo quemq; arbitrio,
ac voluntate peccare humanitus, nihil eos in pec-
catum inducens ipſe, ſed ad ſuum quemq; ſcopum
pro arbitrio ac voluntate ire patitur. Sic Abraham Geneſ. 15
minime credens peccauit, & peccati Deo pœnas de- Alias opi-
dit, & ſeruiet, inquit, ſemen tuum annis cccc. Rur- nor inter
ſum etiã Moyſes ſi glorificaſti Deum *a* quando aquã pretatio-
de petra donauit ingratis. Ad quẽ propterea Deus. nes ſecu-
& videbis terrã promiſſionis, nec ingredieris in eã. tus eſt, cũ
Itaq; alio atq; alio modo, alium atq; alium in pecca- quia nec
tum labi ſinit vt humano in corpore vnus ipſe nul- hodie
li adfinis culpæ reperiretur. Quare Propheta Dauid, Græca vi-
D cum peccati demum culpam agnoſceret, his apud mus quod
Deum verbis vſus eſt. *ɛ Tibi ſoli peccaui & malũ corã te* ipſum ſe-
feci. Quid ita? *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cũ* quitur etiam
iudicaris. Cum dies inquit ille aderit, apparebit vtiq; in aliorũ
maſſa etiam noſtra illa, ſedens ad dexteram maie- patrũ ſcri
ſtatis Dei. *Sede*, inquit, *à dextris meis, donec ponã inimi-* pta ceterus
cos tuos, ſcabellum pedũ tuorum. Ergo die illa apparebit Exod. 17.
quod eiuſdem nobiſcum naturæ corpus aſſumpſit. Num. 20
Hoc vero corpus ipſum noſtrum, de vniuerſa ho- Deut. 32.
minũ natura pœna ſumet. Supra corpus, infra cor- Pſalm. 50
pus, ait enim: *Videbunt in quem compunxerunt.* Sed hoc Pſal. 109.
quidem corpus graue ac depreſſum peccatis, iuſtũ Ioan 19.
videlicet. illud autẽ omnis expers peccati; ſed pec-
catorum tamen pœnas exigens, nimirum *vt iuſtifice-* Pſalm. 50
ris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. quoniam
peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Cui 1. Petr. 2.
gloria & imperium cum perſancto, bono, ac viuifi-
co Spiritui, nunc & per infinita ſæcula ſæculorum.
Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTI-nopolitani, in Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ad inferos deſcenſum, & in Latronem, Oratio.

Interprete Hieronymo Brunello.

A O Res nouas & admirabiles! latro cũ Chriſto, cũ
diabolo diſcipulus Iudas. Lux eſt in tenebras
cõuerſa, tenebrę ſunt in lucẽ cõmutatæ: Agnus lu-
pus: & lupus Agnus: latro, dũ clauis affixis manibus
pẽderet, Dominũ ſalutabat, cu voce fidei plena di-
Luc. 23. Vulg. dũ veneris in regnũ tuũ ceret, *Memẽto mei Domine in regno tuo.* Diſcipulus labijs
oſcula defert, animo cruce parat: labijs ſaluere iu-
bet, animo dolũ eructat: *Aue Rabbi.* Deinde illũ etiã
oſculatur; & conuerſus, Iudæis dicit nutu nõ verbo,
vincite, abducite. O ſceleſte Iuda, qui abduci impe-
Eſai. 65. ras illũ, qui dixit: *Cœlũ mihi ſedes eſt, terra autẽ ſcabellũ pe-
dũ meorũ.* At veſtrũ video ſtudiũ alacrius ad audiendũ
B & os mihi cõcludi, & ſane dicendi finẽ facere velim,
ſed quoniã attẽtio veſtra me hortatur, vt orationẽ
producã, ad reliqua perſequẽda reuertamur. *Aue*, in-
quit *Rabbi*: at benigniſſimus Dominus proditoris ne-
quitiã tollerãtia ſuperãs, pręclare dixit: *Amice*, quor-
ſum ades? cõplector te Iuda, nõ vt charitatẽ tribuã,
quam abieciſti, ſed vt exhauriã gratiam, quã tibi tri-
bueram. Vas enim indignũ cæleſte myſterium ge-
ſtare non poteſt. Quid dicã de Iuda? Petrus qui cla-
ues regni acceperat, cum gloriæ Regẽ in cruce actũ
videret, abiectis clauibus, ſe coniecit in fugã. At la-
tro cælorũ reſerãs ianuã, claues ipſe rapuit paradiſi.
Petrus quid dicebat: *etiãſi oportuerit me commori tecũ, nõ
te negabo*, tertium abnegauit. Latro qui nõ promiſe-
rat verbo, reipſa moriens vna cum vitæ, ac reſurre-
ctionis auctore: *Memẽto*, inquit, *mei Domine in regno tuo.*
Latro magiſtratus, & principes non veritus eſt: Pe-
trus minas puellæ non tulit, latro clamauit: *Memento
mei Domine.* At Petrus: *Neſcio hominem hũc*, quem paulo
ante Dei filium vocarat. Petrus, qui paulo ante in
C mare intulerat pedẽ, negauit illum, qui naturã hu-
midã ingreſſus erat. At latro qui nõ in dorſo maris,
ſed in diuitum ianuis ambularat, clamabat, *Domine.*
Math. 20. Quin etiã Zebedæi filij, qui dicebant, *poſſumus bibere
calicem, quẽ bibiturus es*, (hic enim erat calix ſalutaris
in tempore) fugerunt. At latro è manu Zebedæi ſa-
Pſal. 115. lutaris calicẽ arripuit, dicens: *Calicem ſalutaris accipiã,
& nomen Domini inuocabo.* Thomas myſterij quod cõ-
prehendi non poteſt, curioſus inueſtigator, cõdiſci-
Ioan. 11. pulis dicebat: *Eamus & nos & moriamur cũ eo*: affixum
cruci conſpicatus, aufugit. In crucẽ ſublatũ aſpicit,
Ioan. 20. & fugit; reſurgentem cernit, ac dubitat dicens: *Niſi
mittam digitũ meum in locum clauorũ, & manum meã in la-
tus eius, non credã.* Verum benignus Deus qui ob vnã
ouem deſcenderat, ouem vnã non eſt aſpernatus;
ſed illam in humeros tollit, atq; ait: *Infer digitum tuũ
in latus meum:* lanceã ſuſtinui militarem, manũ apo-
ſtolicam non ferã. Verum ô rerum pręclariſſimarũ
D latro (nam ad te ſe mea conuertit oratio) qua tandẽ
ratione ad rapiendũ eruditus es & inſtitutus? Diſci-
pulus non fuiſti, quomodo opificẽ imploras dicens:
Memento mei Domine in regno tuo? Præclare locutus es,
pie credidiſti, prędatus es periculoſe perſæpe diuitũ
ſæpe theſauros reſeraſti; eiuſmodi margaritã qua-
lem Chriſtus, nõ reperiſti. Apoſtolus non fuiſti, nõ
Deut. 28. Vulg. & edit. vita tua quaſi pendens ante te. audiſti legiſlatorem dicentẽ: *Videbitis vitã veſtram ap
penſam*: vitam vero pendentem è ligno vindemiaſti.
Non Eſaiã audiſti pronuntiantẽ: *Liuoribus perpeſſiones
ipſius hominũ morbi curãtur.* Quo tandẽ modo medecinã
doloribus inueniſti? ſane, inquit, cerno res creatas
Eſa. 53. Vulg. liuore eius ſanati ſumus. agitari, & cõtremiſcere, propter eũ qui pẽdet in li-
gno. Rerũ eſſe creatarũ opificẽ agnoſco, niſi enim
eſſet hic rerũ omniũ procreator, ſol mundi aſpectũ
erubeſcẽs, ſuos radios nõ occultaret, neq; tenebras
Dei hoſtibus offunderet: niſi hic eſſet terræ Domi-
A nus, illa ſanguinẽ è latere fluentẽ excipiẽs, nõ è fun-
damẽtis exclamaret: niſi hic eſſet opifex cęli ac ter-
ræ, dũ illũ aſpicit, tenebras quaſi ſaccũ, nõ induce-
ret: niſi hic eſſet vitæ Dominus, & mortis, mors ad
eũ accedẽs prorſus nõ euaneſceret, neq; ſanctorũ
ſepulcra aperirẽtur: niſi eſſet hic tẽpli Dominus; tẽ-
plũ dũ illũ in crucẽ actũ videt, nõ ſuũ velũ diſcin-
deret niſi eſſet hic ille qui pro peccatore velit mortẽ
ſubire, pro peccatoribus nõ ſupplicaret, dicẽs: *Pa-
ter dimitte illis quia neſciũt, quid faciũt.* Huius enim mors Luc. 23.
omnes cõciliat atq; cõfirmat. Namq; deſcendit ad
inferos, & cũ omnibus aſcẽdit. Quare exclamãs la-
tro nõ dixit: Memẽto mei, Domine, quãdo bene te-
cũ agetur; ſed memẽto mei in regno tuo, Domine.
At quid ad illũ Dominus? *Amẽ dico tibi mecũ eris in pa-
radiſo.* Quãdo igitur vidit diabolus, cũcta ex ordine
ac diſpẽſatione geri, & quę prodigia fiebãt in cruce,
ſolẽ obſcurari, terrã cõcuti, tẽpli velũ deſringi pe-
tras fundi; vel illuſus ad infernũ cõfugit & ait: heu
me miſerũ ſum in fraudẽ inductus, ſum deceptus:
miſero mihi ſubueni: obſtruamus fores; ne huc in-
B grediatur; vectibus cõmunito; atq; omnibus copijs
reſiſtamus; vt ne illũ recipiamus. Occurrit infernus
fores occluſit, vectibuſq; cõmuniuit. Ecce autẽ Do-
minus adijt infernũ, diabolũ inſequitur: præcurre-
bãt copiæ: ecce tibi occluſæ portæ & exclamarunt
exercitus, dicẽtes: *Attollite portas principes veſtras, & ele-
uamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.* Infernus in- Pſalm. 23.
tus reſpõdens: *Quis eſt*, ait, *iſte rex gloriæ?* rurſus aiunt
exercitus: *Dominus virtutum, ipſe eſt rex gloriæ.* Infernus
vero: quis eſt iſte quem dicitis? quod ſi eſt eiuſmodi,
quid quærit hoc loco? quid cælũ reliquit? quid huc
deſcẽdit? aiũt exercitus, quoniã eſt rex gloriæ, vt eũ
vinciat, huc acceſſit qui illi aduerſatur, tibiq; illũ tra
dat, ſuoſq; milites à te auferat, ac reuocet. Infernus
vero reſpondens dicit diabolo, triceps Beelſebu,
Angelorũ lapſus, imbecille, nequã, nõne te monui,
ne cũ illo certares? ecce nũc adſunt quæ prædixi ti-
bi, quid ages miſer? cur mihi dicto audiens nõ fuiſti?
& venit vt te quęrat, ac vinciat, tuaq; cauſa, captiuus
ſio. Egredere, ſi potes, eique obuiã prodi. Ego enim
C opẽ tibi ferre nõ poſſum. Diabolus vero flẽs, ac lu-
gẽs, reſpõdit miſerere interim parũper mei, ne ape-
rias, interdum opera mutat interim certa pro me;
quanquã illuſus ſum. Quis enim nõ eius falleretur
verbis? nã aliquãdo mortis timore perculſus ait: *tri- Math. 26.
ſtis es anima mea vſq; ad mortẽ.* Aliquãdo ad Patrẽ ſup-
plex his verbis acceſſit: *Pater ſi fieri poteſt tranſeat à me Ibid.
calix iſte.* Hæc me verba tanquã eſca ceperũt. Ille re-
ſpondens: hæc ait, ego quoque ſuſpicabar miſer eo
quod mortẽ timẽs angebatur, cũ hæc illi dicerẽt ex-
ercitus vrgebãt his verbis: *Attollite portas principes ve-
ſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.* Iã
vero prophetæ, cũ de rege gloriæ voces aceiperẽt,
gaudebãt, & exultabãt. Dicebat Ioãnes nõnne hoc
vobis cõfirmaui, venturũ illũ, ac vos exempturum?
Lætabãtur omnes, & inferno, aperi, aiebant, portas
tuas, vt rex glorię ingrediatur. At infernus id nõ fe-
rebat vates autẽ Dauid in hæc verba reſpõdit: nam
D vaticiniũ meum reipſa cõprobari neceſſe eſt. Cum
enim in terris eſſem, quod iã fit, ipſi præuidi, illũ vi-
delicet vltro nõ reſeraturũ, ac dixi: *Dominus contriuit Pſal. 106.
portas æreas & vectes ferreos cõfregit:* Inferni nimirũ co-
pias proculcauit, mortis diſſoluit, ſtimulos inferni
cõminuit. Atq; illud eſt cõprobatũ reipſa ſacrarũ
literarũ monumentũ *vbi eſt mors ſtimulus tuus?* Vbi tua
ô inferne victoria. Obuiã illi vates prodiere, gaudio 1. Cor. 15. Oſee 13. Vulg. vbi eſt mors victoria, vbi tua eſt mors ſtimulus tuus.
triũphantes, exultãtes, cãticis & laudationibus Do-
minũ celebrãtes: benedictus qui venit in nomine
Domini: hoſanna in excelſis. Tũ correptũ diabolũ
Dominus cõiecit in vincula, nullo vnquã tempore
diſſoluẽda; eumq; immẽſo, perpetuoq; igne, ac ver-
mibus nunquã intermorituris cõſtrauit, ibiq; fleti-
bus ac gemitibus interclusus tenetur. Dñs vero, va-
tes omnes aſſũptos ex inferno eripuit, vt pergerẽt
in paradiſũ. At illi elato gaudio ex inferno exiluerũt

Pſalm.94 Primus Dauid fidibus canens, perfuſus lætitia. *Venite*, aiebat, *exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro.* Quoniam Rex noſter bello geſto victoriam eſt adeptus, tum ſuccinuerunt omnes, Alleluya, rurſus
Ibid.46 idem, *omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis.* Quoniam rex noſter pro nobis pugnans victor euaſit. Atque ita lætitia exultantes contenderunt ad Paradiſum. Illuc ingreſſi, offenderunt latronem: eum admirati, ita ſunt allocuti, quis te huc introduxit? quis tibi portas aperuit? quid feciſti cur ante nos in hunc locum intrares? An huc etiam ad latrocinandum veniſti? An vt quæ hic ſunt deprederis acceſſiſti; non contentus terreſtribus etiam cæleſtia diripere vis? narra nobis, quis te huc introduxit? non inuidemus tibi aduentum iſtum, ſed inquirimus cauſam. Reſpondit is, factorum quidem meorum cauſa indignus ſum qui huc ingrediar, ſed qui benignus eſt ac miſericors, huc me admiſit, ego enim nihil boni habeo. Quocirca me quoque Iudæi cum rege immortali condemnarunt, cumque me ſimul cum Chriſto in crucem egiſſent, cumque viderem ipſe prodigia, quæ in cruce acciderent, & & intelligerem illum eſſe filium Dei, voce in hæc verba contendi, *Memento mei, Domine, in regno tuo.* Is continuo meis precibus admiſſis ait mihi: Amē dico tibi, hodie mecū eris in paradiſo, mihi crucis tradidit ſignum, cū diceret hoc accepto in paradiſum perge. Quod ſi te ingreſſu, igneus gladius prohibuerit, Regium illi ſignum oſtende, tibique portas aperiet. Acceſſi, ſtatimq; vt me igneus gladius qui in paradiſo excubias agit, portas occluſit. Ego vero me ab eo rege, qui modo cruci affixus eſt, miſſum eſſe cōfirmaui, & ſignum prætuli. tum ille confeſtim aperuit, huc ingreſſus offendi neminem, obſtupui, atq; illa mecum ipſe: vbi Abrahamus, Iſaacus, Iacobus? vbi vatum multitudo dum hæc mecum admiror & cogito ecce mihi ad partem dexteram orientis ſolis, affecta ætate duo cernuntur viri, ac forma admirandi, aſpectuque venerabiles, qui me his verbis interrogant, tu quis es? Abrahamus non es; illius enim ſacerdotalis eſt habitus, Moyſes non es; nam ille gracilis erat voce, & hæſitabat lingua: tu vero expreſſe, clareque pronuncias. Tu nobis latro videris, nam tua figura latrocinantis eſt. Latronem eſſe me non negaui, meque dixi à Rege paradiſi, huc eſſe miſſum; quoniam me illi comitem prebuerim ad interitum, quem noſtri cauſſa pertulit. Atque illis ego, vos vero, inquam, quinam obſecro? atque alter eorum reſpondens: Ego ſum, ait, Helias Theſbites, ignitoque curru huc elatus, interitus adhuc expers viuo. Hic vero mecum Enochus huc Dei iuſſu tranſlatus. His auditis vates laudibus Dominum celebrarunt pro eo munere ac beneficio, quod facinoroſis dediſſet hominibus. At Dominus morte ſpoliata, inferno proculcato, vectibus confractis, obſtricto diabolo in libertatem homine vindicato, omnes in cælum, excitatus ab inferis deduxit: cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. AMEN.

S. PATRIS NOSTRI D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI Epiſtola ad Venerium Epiſcopum Mediolanenſem.

Refert hanc Epi. Baro. tō. 5. anno Christi 405. ex cod. Vat.

FOrtem veſtrum, & virilem animum, itemque & veritatis vindicandæ fiduciam, & prædicandæ libertatem, etſi vel antea cuncti cognouerant, fecit tamen temporum cōditio, vt ipſa quoque appareat ſumma fraterna beneuolentia, & charitas, & pietas ac frequens commiſeratio, & diligens denique procuratio veſtra Eccleſiarum. Nimirum vti vel in mari gubernatorem, quis ſit optimus, magnæ tempeſtates, vel in corporibus periti ſſimum medicum morbi difficillimi oſtendunt, ita qui ad ſtudium pietatis omnem vitam comparauit, quique animi magnitudine præcellat, facile rerum declarant aſperitates, & temporum. Quod ſanè cum accidit iam vobis, tum vero pro parte veſtra probe omnia directa, nec quicquam prætermiſſum. Sed quoniam homines, qui iſtas & pariunt perturbationes & pepererunt, eo peruenerant prauitatis, vt modo non defungi prioribus, ſed certare etiam cum ijs conentur: moneo vos atque hortor vniuerſos, vt promptè animam valentiſſimam adhibeatis, neque iſtud diſſolui tantum ſtudium patiamini. Quin intendite magis, etiamſi mille accidant difficultates. Etenim qui ſudoribus atque ærumnis pluribus magnum aliquod, & homine generoſo dignum obierint, maiora ijs præmia conſequentur, quam qui facile, & nullo negotio idem confecerint. Siquidem vnuſquiſque (quod beatus inquit Paulus) tantum mercedis accipiet, quantum laboris exanclarit. Quamobrem minimè iſta vobis fatigatio cauſam afferat deſperandi; veram potius ipſum decus excitet. Nam quo grauior ad tentationem ſit acceſſio, eo auctior erit ad coronas adiunctio, affluentque amplius vobis debita certaminum proemia honeſtorum.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, de ſacerdotio, Dialogi VI.

Iacobo Ceratino & Germano Brixio Interpretibus.

DCC. Amplius locis emendatis, aucti, illuſtrati, ope librorum M. SS. ex Bibliothecis Palatina & Auguſtana.

Paſſim correcti, & lacunis per quàm multis expletis redintegrati,

DAVIDE HAOESCHELII AVG.

ARGVMENTVM DIAL. I.

PER IAC. CERATINVM.

BAſilius Seleuciæ Epiſcopus, & Chryſoſtomus iam inde à pueris arctiſſima fuerunt amicitia copulati; quæ hic ita exponitur, vt eos inter rara illa amicorum paria merito liceat numerare. Egreſſi iam adoleſcentiam, conſilium ineunt de ſolitudine quærenda; vbi tranquillam degentes vitam, totos ſe ſacrarum literarum & pietatis ſtudijs dederent. Id reſciens Chryſoſtomi mater, ab inſtituto filium retrahit oratione lamentabili, & maternorum affectuum plena, qui hic miro artificio exprimuntur. Interea rapitur ad Epiſcopi munus Baſilius præter omnem voluntatem, & expectationem, cum aliorum actu, tum ipſius Chryſoſtomi diſſimulatione. Ex qua re naſcuntur hinc Baſilij cum amico expoſtulationes plus verecundæ modeſtiæ, quàm acerbitatis habentes, triſteſq; de amicitiæ fide violata, querimonia non minus amoris, quàm doloris indices: Illinc è diuerſo Chryſoſtomi reſponſiones, docentis, quod amicitiæ ius nullo pacto violarit, quodq; qualibet fraus non ſit improbanda; & illud quidem confirmat magnorum ducum, medicorum, & ſanctorum hominum è ſacris literis petitis exemplis.

Digitized by Google

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTInopolitani, Dialogi de ſacerdotio, ſiue quòd magnæ dignitatis, ſed operis ſit ardui, Epiſcopum agere.

DIALOGVS I.

Equidem amicos habui, cum ſinceritatis eximiæ, tum verò ſpectatæ fidei quàplurimos, qui amicitiæ leges & calluerunt, & obſeruatione ad amuſſim expreſſerunt. E quorũ permagno numero nominatim vnus, cum amore noſtri omnes eos nõ modico præcederet interuallo, relinquere à tergo contendebat illos tantum, quantum illi alios, quibus cum tenuis ac vulgaris intercedebat nobis amicitia. Is indiuiduus comes, inque ijſdem ingrediens veſtigijs, continenter nobis adhęreſcebat. Quippe diſciplinas tractantes cõplectebamur eaſdem, ijſdẽ vtentes præceptoribus. Trahebantur porro amborũ animi pari propenſione, ſtudioq; ducebantur eodẽ erga literas, quas colebamus, æquali cupiditate ex ijſdem ſubnaſcente rebus. Neque enim cum in ſcholã itaremus modo, verùm etiam cum & illinc digreſſis conſilium capiendum eſſet, quàm viuendi rationem deligere ſatius foret, etiam hic amborũ eadem erat ſententia idem decernentium. * Huc accedebãt & alia hanc nobis concordiã tutantia, infracto eam robore cõſtabiliendo, quando non erat quod alter altero ſibi magis placeret beatior *patrimonij amplitudine, cũ nec mihi in immenſum creuiſſet diuitiarum copia, nec ille item in extrema vitam degebat inopia, verùm ſubſtantiæ mediocritas, propoſiti etiam imitabatur æqualitatem, quod à libero vtriuſque proficiſcebatur animo, nec natàlium diſpar erat ſplendor, aut dignitas, ſed peræque honorata. Præterea nihil non cum animorum ſimilitudine quadrans conueniebat. Vbi verò vita illa beata perſequenda erat, quæ in ſolitudine tota pietatis ſtudijs intenta eſt, & amplectenda vera illa philoſophia, non æqualiter librabatur amplius hæc mihi trutina. Quippe lanx illius leuitate ſua ferebatur ſublimis, ego verò cum mundanis etiam dum plenus * circumfluerem cupiditatibus, deorſum trahebam lancem meam, vique cogebam manere infernè, cogitationibus ſomnijſque eam aggrauans iuuenilis ſtulticiæ. Hic quidem ſtabilis deinceps ſua firmitate durauit amicitia, cæterùm perpetuus ille conuictus interſecabatur. Nec enim fieri poterat, vt qui in diuerſa incumberemus ſtudia, in viuendi ratione, & loco verſaremur ijſdem. Vt verò & ipſe tandem emicare cæpi, & caput ex vitæ huius vndoſis fluctibus proferre: accipit nos ille ambabus porrectis manibus occurrens. Cæterùm æqualitatem ne ſic quidem obtinere valuimus vti antea. Nam cum temporis ſpatio nos anteuertiſſet, & multum collecti roboris vehementiamque præ ſe ferret, rurſus ſublimis ferebatur non mediocri ſupra nos altitudine, veruntamen tum probitate ſua gentiina, tum quod noſtram magni æſtimaret amicitiam, ſalute dicta omnibus quibus diſtinebatur negocijs, ſe totum referebat ad nos aſſidua conſuetudine, quod vtique & ante deſiderabat. ſed, vt dictum eſt, noſtra prohibitus nequibat inertia. Neque enim licebat inter lites forenſes aſſidenti, & ſcenicarum præſtigiarum oblectamentis capto, frequentem agere conſuetudinem cum homine libris affixo, nec vnquam in publicum prodeunti. Quocirca *negata ipſi prius facultate, vbi nos nactus eſt demum, ad eandem conſtituendam vitæ rationem paratos, confertim ac ſubitò, quod iam pridem parturierat, peperit animi votum, nullaque diei parte nos relinqui ſolos ſuſtinebat, perſeueranter inhortans, vt relicta domo vterque ſua, communi ambo vteremur domicilio, atque hoc ipſum iam erat in manibus quo perficeretur. Verùm matris incantamenta, quibus ſine intermiſſione oppugnabar, non ſinebant id beneficij præſtantem illi me gratificari, aut potius id ab eo muneris accipere; ſiquidem me hoc agitare animo ſimul atque ſenſiſſet, amplexata manum dexteram in conclaue ſuum introduxit. Ac propter me reſidens ſuper cubili, in quo nos illa partus dolores experta in lucem ediderat, & lacrymas profundebat inſtar perennis fontis, & verba inſuper addebat ipſis miſerabiliora lachrymis, ad hunc lamentabilem modum, querulum ingreſſa ſermonem. Mihi, inquit, fili, frui patris tui virtute datum non eſt ad multum temporis, id ita placitum Deo cum ſit. Etenim occaſus illius dolores excipiens, quos vt tu exorereris, perpeſſa ſum, orbitatem tibi, mihi intempeſtiuam conciliauit viduitatem, * viduitatiſque mala, quæ in intelligentiam fæminæ cadere nequeant, niſi & ipſa ſimili affecta fuerit calamitate. Nec vlla dicendi facultas tempeſtatem illam, & curarum vndas adſequi explanando queat, quibus exagitatur puella, egreſſa modo paternis ædibus, rerum adhuc imperita, iam repentino & intolerando icta luctu feritur, cui neceſſitas incumbit curam ſuſtinẽdi & ætate & natura ſua maiorem. Nam animum, opinor, attẽtum tenere oportet in vernarum ſocordias, & ſcelera, propulſare propinquorum inſidias. Tum animo magno, excelſoque feras oportet implacabilem ſæuitiam eorũ, qui publicitus tributum exigunt, inque pendendis in ærarium inferendis pecunijs moleſtiam. Iam ſi vita functus maritus hinc migraret relicta prole, ſiquidem fæmella ſit, non exiguam ſic quoque obtulerit matri ſollicitudinem, ſed quæ cum ſumptibus & metu non ſit coniuncta. Filius verò matrem quotidie pluribus onerat curis. De pecuniarum impenſa nihil loquor, quam non vulgarem ſuſtinere cogitur, cui cordi ſit ingenua & liberalis filij educatio. Atqui horum nihil in animũ mihi inducere potuit, vt ad ſecundas ſpectarem nuptias, aliúmve introductum in patris tui domum ſponſum admitterem: verùm perſeueranter me continui, intempeſtuoſis iſtis tumultibus, & procellis, ne conata quidem effugere ferream illam viduitatis fornacem, adiuta potiſſimùm cæleſti in nos fauore propenſo. Porrò autem his in malis adferebat non parùm ſolaminis, quòd tuam continenter faciem contemplari liceret, & os intueri, quodque imago mihi præſto eſſet viua vitã defuncti, ſcitè & exquiſitis rationibus ad exemplar expreſſa, ob id infans adhuc cùm eſſes, neque dum verba formandi peritus, quo ſcilicet tempore maxima parentes afficiunt voluptate pueri, maiorem in modum recreans, ſubleuabas. Iam verò nec illud mihi obieceris, quòd ſtrenuè me cum geſſerim in ferenda viduitate, ſed ita vt paternam ſubſtantiam tibi diminuerim, coacta viduitatis, quæ eam comitantur, incommodis quod equidem compluribus vſu veniſſe exploratum habeo, quibus orbitatis infortunium acciderat. Etenim & hanc tutata ſum vniuerſam, ſartam, tectamque conſeruaui, nihil interim grauata expendere, quodcumque honeſtas, aut nominis tui exiſtimatio poſtulabat, idque de meis ipſius pecunijs, videlicet quibus dotata parentum ædes reliqueram. Nec me iſta exiſtimes tibi commemorare, tamquam immemori exprobrantem beneficium. Sed horum omnium loco, vnum abs te impetrare poſtulo, nimirũ

De ſtudio vitæ monaſticæ.

Cap. II. De matris blanditijs.

Matris oratio.

ne in

ne in ſecundam me pręcipites viduitatem, néve accendas denuo conſopitum luctum. expecta interitũ meum poſt paululum fortaſſis hinc emigraturę. Iuuentute florentes ſpes eſt vel ad longam, deuenturos ſenectutem. Nobis qui conſenuimus præter, mortem in expectatione nihil eſt. Proinde vbi humo mandaris me, ac patris tui oſſibus admiſcueris mea, tum adorna atque inſtitue peregrinationes longas, mare nauigio tenta, quodcumque animo fuerit collubitum, tum qui prohibeat non erit donec verò ſpiritus trahamus vitales, patere tecum communes inhabitem ædes, ne inconſulto nulla de cauſa Dei tibi conſles offenſionem, tantis ſi nos implices miſerijs, nulla iniuria illata tibi culpabiles. Si enim incuſare potes, quòd in vitæ huius curas te pertraham, & rebus tuis præeſſe cogam me, inquam nihil reueritus vel ipſius naturæ leges, vel educationem, vel conſuetudinem, contemptis omnibus, vti inſidiatores & hoſtes deuita. Quod ſi omne ſtudium, & labor noſter eo tendunt, quo tu comparato vitæ ſubſidio commode vitam degas. Si nihil aliud, vel iſtud certè vinculum te detineat, ne diſiungamur. vt bis mille te affirmes diligere amicos, nemo tibi præſtabit, vt tanta fruaris libertate, & abundes, quando nec inuenias cui fama exiſtimatioque tui peræquè cordi ſit atque mihi. Huiuſmodi atque hoc etiam copioſiore oratione agebat mecum mater. At præclarus ille alto & firmo animo ſodalis meus, cum ipſi ordine referrem omnia, non modo non mouebatur hiſce verbis ad miſericordiam, verùm acrius vrgebat etiam, illa ipſa, quæ prius, requirens.

Cap. III. De fraude qua vſus eſt in ordinatione.

In hanc rem cum intenti animis eſſemus, illo continuis vrgente precibus, me autem nondum annuente, exorta de improuiſo fama amborum animos perculſos confudit. Ea erat, ad * Epiſcopatus dignitatem pro vectum iri nos. Hic ego percepto rumore, & metu & animi perplexitate ſimul tenebar: metu pertimeſcens, ne quando vel præter voluntatem captus illaquearer perplexitate. à me ipſo identidem requirens, In mentem viris illis vnde veniſſet, eiuſmodi de nobis vt conciperent cogitationem, nam in meipſum oculos conuertens, nihil comperi illic eo dignum honore. Igitur egregius ille noſter me horum participem facturus, remotis arbitris, ſecreto ad nos contendit, tamquam ad quos nulla huius rumoris aura dimanaſſet, rogat, vt & antea, ſic hic quoque cerneremur idem & agere, & deliberatione inire, comitem ſe fore è veſtigio paratum, vtramuis viam dux ingrederer, ſiue fugienda foret, ſiue accipienda prouincia. Proinde cognita animi promptitudine, qua ille propenſus ducebatur, ratus ego damnum allaturum me toti Eccleſiæ, ſi CHRISTI gregem iuuene fraudarem tam excellenti probitate, tam idoneo, qui * multos ſuo præſidio antiſtites tueretur, idque propter meam fieret imbecillitatem tametſi anteacto tempore numquam ſuſtinuerim ipſum quicquam latere meorum conſiliorum, ſententiam hiſce de rebus meam ei non aperui, * verùm iubebam negocij huius deliberationem in aliũ prorogare diem, neque enim feſtinato opus eſſe. perſuadebam vt ſtatim animum liberaret huius rei ſollicitudine, efficiens vt animo etiam eſſet bono & ocioſo, quantum ad me attineret, vt qui ipſius ſententiam meo eſſem calculo comprobaturus, ſi quid fortuitu eiuſcemodi accideret. Non multo poſt tempore, cum dies adeſſet, quo communibus Eccleſiæ ſuffragijs eligendi eramus, egoque abditus laterem. Nihil ille horum cum ſciret, ducitur videlicet, tamquam aliam ob cauſam, accipitque collo iugum, ſpe certa propoſita, nos eodẽ ſecuturos, eo quod promiſſis eſſemus alligati, quin ſequi ſe comitem me præeunte ratus. Igitur eorum aliquot qui ibi præſto aderant, cernentes ægrè affectum, animo trepidare: captus cum teneretur, fucum ei ſublatis clamoribus fecere, dictitantes, ſe rẽ videre abſurdam, quod patrum iudicio magna modeſtia ceſſiſſet is, qui omnium iudicio ferocioris & elatioris ſpiritus videbatur me ſcilicet notantes: illum, qui & prudentior, & modeſtior habitus fuiſſet, efferri animo, & inanis cupiditate gloriæ obnoxium eſſe, vt qui proſiliendo, reſiliendo, omnibus modis obnitendo, illorum repugnaret ſententijs. His verbis cum ceſſiſſet victus, meque profugiſſe inaudiſſet, contendit ad nos ingenti animi mœrore, quem alto pectore premebat, ſeque iuxta me ſeſſum recipiens, cupiebat vtiq; proloqui quiddam: verùm perplexitatem cum præpediretur, & quam violentiam animo ſuſtinebat, oratione explicare non poſſet, diductis ad formanda verba labris præcludebatur vox animi nimirum ægritudine, qua vires amiſerat, orationem prius interſecante, quàm dentes tranſcenderet. Proinde videns, & lachrymis circumfuſum & turbatum ingenti animi confuſione, eiuſque rei cauſam cognitam habens, magna cum voluptate in riſum ſoluebar: dextramque detinens illius deoſculari conabar, Deũque gloria proſequebar, quòd quæ callido conſilio & aſtu in ipſum intenderam, exitum habebant felicem, nempe qualis mihi ſemper in voto fuerat. Contra ille vt gaudio offuſum & lætitia geſtire me vidit, vt qui prius fraude circumuentum intellexiſſet, acrius animo mordebatur, dolentiuſque ferebat.

Cap. IV. Baſilij accuſatio modeſta, & ingenua.

Reuocato tandem à tumultu illo paululum animo, & ad ſe reuerſus: Atqui, ſi noſtra, inquit, pro nihilo habes, meique rationem amplius habes nullam, quod equidem qua de cauſa facias ignoro, miror que plurimum: tibi certè tui ipſius exiſtimatio, hominum de te opinio, curæ eſſe debebat. Nunc omnium ora cum reſeraris, omnium vapulaturum te præbuiſti ſermonibus, affirmantium inanis cupidine gloriæ id miniſterij recuſaſſe te, nec inuenias qui hoc te crimine exoneret: Ego ne in forum quidem prodire ſuſtineo, tanta confluit adeuntium nos turba, qui nobis conſtanter imputata hac culpa moleſti ſunt. Quod ſi quando in vrbe in oculos illis incurram, ſeorſim nos arreptos, quotquot nos vtimur familiaribus, maiori criminis parte nos onerant. Tui inquiunt, officij erat ſignificare nobis, & non cælare ipſius ſententiam, eius cum eſſes conſcius, * neque enim te illius quicquam clam eſſe potuit, omnino nobis induſtria & ingenium non defuiſſet, quo ille caperetur. ego neſciſſe me, hoc te iam pridem conſilij iniuiſſe, & vereor illis & pudet dicere, ne ſiniſtra concepta de noſtra amicitia opinione, illam ſimulatam arbitrentur & fucatam. Etenim ſi res ſe habent, quemadmodum vtique habent, quod vel te fateri cogunt ipſum, quæ in nos committens deſignaſti, certè decorum fuerit, alienos cælare noſtra mala, aliquid adhuc bonæ de nobis opinionis habentes. Proinde piget, illis verum, & vt inter nos ſe res habẽt, fateri. Supereſt vt obmuteſcam, & humi vultum deijciam, obiuam factos vt declinem, & reſiliam ab illorum aditu. Quamuis enim priori crimine me liberem, neceſſitas deinceps imminet, mendacij vt damner, vt qui fidem mihi numquam ſint habituri, quod in illorum numero poſueris Baſilium, quibus tua non liceat habere cognita. verumtamen his non æquè diſputo multum, neque laboro, quando id tibi ita iucundum & gratum eſt. Iam verò * reliquam qui feremus infamiæ notam, nam alij dementiæ, alij te ambitionis inſimulant in captanda inani gloria, à quibus immoderatius etiam inceſſimur, vtrumque obijcitur. Quin nec his contenti contumeliam addunt in eos, qui eo nos honore dignos habuerunt, dignam illos mercedem referre dictitantes, & grauiori à nobis affecti forent contumelia, vt qui talibus ac tantis præteritis viris, vix-

A

dum adoleſcentiæ metam egreſſa, huius adhuc vitæ ſollicitudinibus implicatos, derepente ad tantum prouexerint honorem, quantum accepturos ſe ne per ſomnium quidem ſperarint. Scilicet quo paucis diebus contrahant ſupercilia, colore nigreſcente & triſti veſtiantur, triſtemque cũ ſilentio grauitatem ſimulent. Qui verò toto vitæ tempore à primis annis ad ſummam vſque ſenectam continenter ſe exercendo ad virtutis faſtigium euaſerunt, inter eos numerantur, qui imperio reguntur. Imperant autem illis illorum filij, qui leges nefando quidem audiuerunt, quarum præſcripto [ipſos] eiuſcemodi moderari oportet imperium. Hæc atque huius generis complura proferentes, nullo fine nobis moleſti inhærent. Ego quod purgandi noſtri cauſa reſpondeam iſtis, non habeo. Quare, [dic mihi] obſecro; nec enim fuga hac fuiſſe vſum opinor te ſimplici aut leui de cauſa, neque nullo conſilio cum viris tantas ſuſcepiſſe inimicitias. ſed certa aliqua conſilij

B

ratione, nec inconſideratè huc adductum fuiſſe* vnde & coniectura ducor, orationem te qua purgari poſſis etiam in parato habere. Obſecro igitur, inquam, te, credo, ſi quid in ſpeciem honeſtum proferre queamus, dum hæc nobis imputantur, nullam hic præterea facti abs te requiro rationem, puta, quod amicum læſeris, quod fraude circumueneris, quod prodideris. Hæc omnia quod patraris, cum tamen tibi ex amicitia noſtra percipere hactenus contigerit vtilitatis non minus quàm voluptatis. Nos enim oblatum animum hunc noſtrum tuis pœnè manibus impoſuimus: tu contra verſutia vſus es in nos tanta, quantam vſurpaſſes, ſi ex propoſito hoſtes fuiſſent obſeruandi. Quamquam ſi pro certò habebas vtilem eſſe ſententiam, non tibi fugiendum erat [illius] lucrum. ſi damnoſum me à detrimento liberatum oportuit, nempe quem vnum dicebas ex omnibus plurimi facere. Nunc contra nihil non egiſti, in fraudem vt in-

C

cideremus; doloque tibi ſimulationeque opus fuit aduerſus amicum, qui nihil conſueuit fraudulenter ſimulanterque vel agere tecum, vel dicere. Attamen, quod dixi, me contineo ab his tibi obijciẽdis, ſimulque ab exprobranda ſolitudine, in quam deſertos conieciſti nos, intercluſis interim congreſſibus illis, è quibus voluptatem iuxta ac vtilitatem ſæpenumero percepimus non vulgarem. Itaque hæc omnia mitto, feroque animo quieto ac placido, quodquã haud placidè nos admiſſo ſcelere tractaſti. Quoniam hanc mihi ipſe præſcripſi legem, tum, cum amicitiam amplexus ſum, nequando te etiam iure compellerem, ad tui purgationem aut culpæ ſatisfactionem, ſicubi in nos iniurius fuiſſes. Porrò quod iacturam nobis conflaris non facilè ſarciendam, ipſe, opinor, intelligis, ſiquidem verba memoria tenes, & aliorum de nobis, & inter nos omnibus ſermonibus repetita, puta, quod magno vtriuſque bono animorum concordia il-

D

la coniungeremur, & vterque alterius præſidio tutior foret. Quin addebant etiam bona pars, hanc noſtram vnanimitatem alijs item permultis vſui fore & commodum allaturam. De vtilitate alijs iſtius prouentura, quæ ex mea quidem parte proficiſceretur, numquam animum meum ſubijt cogitatio. Illud verò firmiſſimè aſſeuerabam, nos vtique hinc lucrum accepturos non aſpernandum, nimirum quod mutuis præſidijs tecti, non facilem præberemus hoſtibus viam ad nos debellandos. Quare, numquam deſtiti admonere, hæc identidem inculcans. Præſentis temporis ratio difficultatis & periculi plena. Inſidiatores magno numero nobis imminent. Amoris ſinceritas germana interijt, eius loco inuidiæ exitium ſubijt. medios inter ingredimur laqueos, inque ſummis mœnibus telis expoſiti inambulamus. alij ita parati ſunt animo, vt ſi quid nobis infortunij accidat, noſtræ calamitates illos ſint exhilaraturæ. Complures porrò quoquò verſus oculos intendas, qui minabundi inſurgant, & hoſtiliter immineant. Cæterùm qui miſeratione commotus noſtram vicem indoleat: aut nemo eſt, aut ſi qui ſint, exiguo ſunt numero. vide ne voluntate aut animo diſſidentes, magnificè nobis irriſionem, damnumque irriſione oneroſius noſtro iure conflemus. Frater ſubſidiario fratre protectus, veluti munitum eſt oppidum, aut tamquam regnum omni ſui parte præſidijs, operumque munitionibus firmatum. hoc ſinceri amoris vinculum caue diſſoluas, firmamentum iſtud caue reſcindas. Sine intermiſſione cũ hæc tũ alia plurima id genus inculcabam, nihil dum tale ſuſpectans, immò exiſtimans ab hoc te morbo longiſsimè abeſſe, volebam tamen, vbi nihil etiam opus eſſe putarem, curandi ſtudium adhibere. Sed vt apparet, ægro medicamentum exhibebam, ignorans ſcilicet me iſtud facere. Ac ne ſic quidem profui miſer, nihilque fructus tulit hæc nimia prudentia. Quippe repudiatis illis omnibus, & ne admiſſis quidem abs te in animi penetralia, in immenſum nos pelagus conieciſti, nec ſecus quàm nauim nec ſaburratam, nec armis ſuis inſtructam non occurrentibus interim animo tuo immanibus illis fluctibus, quos ſubire neceſſum eſt. quod ſi nobis eueniat, quod plerumque vſu neceſſario venit, vt calumnia nobis intendatur, aut naſutorum irriſionibus diuexemur, aut aliud contumeliæ, aut moleſtiæ genus inferatur, quónam confugiemus? cui noſtros impartiemur dolores? quis nobis opitulari volet? quis in nos infeſto animo irruentibus, ne id faciant, & in præſens & in futurum omnia præcludet? quis porrò mœſticia deiectos erigens conſoletur? aut præſtet vt aliorum feramus inſcitias? equidem, vt reor, neminem inueneris, poſtquam te tam longè ſubduxeris ab huius atrociſsimi belli certamine, ne clamorem quidem audire ſuſtinens. Iam ne cernis malorum quantum excitaris? vidẽn illatum poſt ictum quàm atrox & letale vulnus inflixeris? Sed hæc miſſa faciamus. neque enim quæ facta ſunt in integrum reuocari queant, nec viam auijs, nec expediendi rationem, explicationem nõ admittentibus inuenias. Illis porrò qui nos penitùs norunt, illis, inquam, criminantibus quid reſponſi, noſtri purgandi cauſa, feremus? Bono es animo, inquam, non ſuper his modò iudicij examen ſubibo, verùm illorum, quoque pro mea virili tibi rationem probabo, quæ tu intacta præterijſti. Et ab his ipſis, ſi ita videtur, defenſionis meæ ſumam exordium. Etenim nihil me importunius fuerit aut ingratius, ſi de aliorum opinione ſolicitus, illis ſatagam anſam vituperandi noſtri præcidere: quem verò omnium tenerrimè diligam, ei nõ probem antè, extra noxiam quòd ſim, præſertim tum, nobiſcum cum agat verecnndè, vt ne velit quidem reum me facere eorum, in quibus læſum ſe dictitet. Sed de nobis tantum laboret ſolicitus, ſui nulla amplius habita cura, imò magis in illum mea cernatur negligentia, quàm illius erga nos, quæ maxima eſt diligentia. Igitur qua tandem in re iniuria à nobis grauatus es, quando hinc decretum in defenſionis pelagus ingredi, num quod dolo circumuenerim, quod animi mei ſententiam te cælarim? At iſtud & tuo, qui deceptus es, bono, & aliorum, qui te fraude prodidimus cõmodo factum eſt. Quod ſi quilibet dolus reprehenſionem, tamquam res nefaria meretur, nec aliquo loco vti liceat eo, vt cum honeſtate coniunctus ſit: en tibi paratum hominem, qui quam ipſe præſcripſeris, ſoluat pœnam, aut potius, quando non ſuſtineas nos ſupplicio afficere tu, nos contra nos ipſi non ſecus ſententiam pronunciabimus, quàm iudices contra eos qui damnum dederunt, vbi ab aduerſarijs eo fuerint conuicti. Sin autem non vbique rem iſtam iactura & infamia comitatur, verùm vel ho-

Prou. 18.

Chryſ. Cyp. V. Chryſ. defenſio.

neſta, & vtilis, vel ſecus, ſecundum eorum affectum, qui eam vſurpant, omiſſa fraudis obiectione, doce ad has nos technas confugiſſe nocendi ſtudio. nam id quamdiu abfuerit, non modò non querimonias, aut criminationes iure quis inſtituat, ſed æquius fuerit animo complecti eum qui hunc in modum deceperit, grati modò hominis officio fungi velit. Fraus enim opportuna, & quo debet conſilio adhibita, emolumenti habet tantum, vt multi pœnam luerint, quod eam præterm iſerint. Qui ſi contemplando expendamus à primo æuo celebres imperatores, pleraque illorum trophæa videamus nihil eſſe, niſi egregia facinora doli beneficio deſignata, eoſque laudatiores, quàm qui collata acie aperto Marte vicerunt. Nam hi bella gerunt & pecuniarum & corporum iactura grauiori, vt nihil illis victoria adferat vtilitatis, nihiloq; minus infortunio laborent, quàm deuicti, videlicet conciſo conſumptoque exercitu, atque exhauſto ærario. Quin etiam qui victi ſunt, non patiuntur ſolida illos frui victoriæ gloria, quando bonam eius portionem vindicare ſibi contingit eos, qui mortem oppetierunt, eò quòd corporibus, licet victi ſint, animis non ſuccubuerint. nam ſi * ex illorum pependiſſet voluntate, illiſque in manu fuiſſet, vt non occumberent, nec mors diremiſſet certamen, non vtique receſſiſſent ob animi ſui prompta & alacri fortitudine. At enim dolo cui datum eſt rerum potiri, non calamitate modò acceptа, ſed & irriſione hoſtes ſub iugum mittit. Quocirca non refert, vterque æqualem hic laudis portionem propter prudentiam, vt illic ex æquò gloriæ participes fiunt, fortitudinis reſpectu: verum quicquid eſt præmij, in ſolidum victoribus cedit; quodque pluris facias, voluptatem è victoria partam, ſinceram conſeruant ſuis ciuibus. Quippe non eadem ratio eſt prudentiæ, (quæ animi dos) & aceruatæ pecuniæ vel numeroſi exercitus. Nam hæc aſſiduo bellorum vſu abſumi neceſſum eſt, & deficere eum qui illa poſsidet. Illius verò prudentiæ, dico, natura talis eſt, vt quanto quis eam exerceat magis, tanto incrementi plus acquirat & virium. Iam verò pacis tempore & frequentem inuenias & neceſſarium fraudis vſum, idque non in publicis modò, verùm & domi in priuatis negocijs, vtpote marito fuerit vſus in vxorem, & contra filio in patrem, in amicum amico, tum liberis in patrem.

1.Reg.19

Certè alta ratione filia Saul ſuum maritum ex patris manibus eripere non valuiſſet, niſi fraudem in illum vſurpaſſet. Huius porrò frater incolumem manere cupiens, quem illa ſeruarat, imminente periculo rurſus iiſdem vſus eſt armis in eripiẽdo amico, quibus antea vxor ipſũ tutata fuerat.

Baſil.

At horum, inquit ille, nihil in me iure dicatur; cum nec inimicus ego nec hoſtis, nec is vbi ſim, qui te

1.Reg.20

lædere conatus fuerit: ſed e * diuerſo me, meiſque rebus, tuo arbitrio commiſſis, in eam ſemper quam tu

Chryſoſt.

iuſſiſti conceſſi ſententiam. Atqui vide ſis, inquam, ô præclare, ea de cauſa ipſe prior ſermone explicaui, non in bello tantum, neque aduerſus hoſtes, ſed pacis etiam tranquillo tempore expedire impoſturam vſurpare, idque vel in eos quos habemus chariſſimos. Iam quod conducibile exiſtat non minus deceptis, quàm decipientibus ea vti arte hinc licebit cognoſcere, conuento medico aliquo ſcitare, quanam ratione adflicta, valetudine oppreſſos releuent, & intelliges ex illorum ſermone artem ipſam non adferre præſidij ſatis ad profligandũ malum, verùm quod nonnumquam doli ſubſidio admixto, ita demùm ad ſanitatem reducant morbo correptum. Ita vbi implacabilis ægrotorum moroſitas, morbique ipſius contumacia medicorum cõſilia repudiant, illic poſtulat neceſſitas doli perſonam vt induant, quo oculos auertant à rei veritate, quemadmodum in ſcenicis videmus actoribus. Igitur ſi aures præbere non grauabere, denarrabo

Dolus inſignis quo vſus eſt medicus.

fraudem è multis vnam, quas medicos concinnare prædicant. Incidit quiſpiam vehementiſſimam in febrem, multò & derepentè inualeſcente, ardore ſæuientem, & flammæ vis magis atque magis gliſcebat. Aegrotus auerſabatur quæcumque ardoris reſtinguendi gratia accommodari poterant. Prẹterea rapiebatur deſiderio merati vini, multis precibus vrgens, vt quiſque ad ipſum ingrediebatur, hortãſque vti id ſibi ſubminiſtraret largiter bibendum, ſcilicet quo deſiderium illud expleret præſens ipſi allaturum exitium, vt quod non febrem inflammaturum, ſed & miſero ſenſus exturbaturum, inuecto furore fuiſſet, ſi quis gratificatus huius precibus victus fuiſſet. Hic hærente, nec vllam reperiente viã arte, * vt ipſa egreſſa illum deploratum videretur ægrotum deſerere: ingreſſa huius loco fraus, tãtùm ſe declarauit virtute pollere, quantum mox e ſermone noſtro cognoſces. Medicus, cũ vas Samium ſumpſiſſet, nullo antea liquore imbutũ, id prorſus demerſit in vino, dein vbi extractũ inane, aqua impleſſet. Iubet, vbi æger decumbebat, cubiculum, vt multis obnubiletur velis, excludendæ lucis gratia, ne ea proderet fraudem, ita datur id poculi exhauriendum, tamquã meraci vini plenum, quod priuſquam in manus ſumeret, ab odore naribus illabẽte, confeſtim [deceptus] ille, nullo ſtudio exploratiùs cognoſcendæ potitionis adhibito, ſed fragrãti odore ipſi fidem faciente, tum furtiuis tenebris circumuentus, deſiderioque incitatus, mira cupidine, properans quod offerebatur arripuit. quo cũ ſe expleſſet, illicò æſtũ, quo affligebatur, excuſſit, immenſique periculum euaſit. * Porrò autem ſi omnia fraudis commoda, ſi quis omnes velit medicorum impoſturas ordine recenſere, nullum inueniat exitũ oratio. neq; verò qui corporibus remediũ adhibent modò, ſed & qui animorũ vitijs mederi ſtudẽt, reperias vbique hoc ipſo vſos medicamento. Ita beatus Paulus multa illa Iudæorũ millia in ſuam adducta ſententiam allexit. Eodẽ animi propoſito Timotheum circũcidit is, qui Galatis * interminatur,

Animarum medici aſtu vſi.

Chriſtum fore inutilem ijs qui circũciderentur. eadem de cauſa ſe legi ſubdidit, qui iudicabat iuſtitiã quæ ex lege veniret etiam diſpendiũ poſt fidem in Chriſtum. Itaque magna ſeductionis vis eſt, abſit modò maligni animi fraudulentũ propoſitũ. quin non fraudem quicquid eius eſt vocari conueniat, ſed bene gerendi negocij induſtriam, & ſapientiam, artemq; quæ facile varias inueniat vias, & explicandæ difficultatis rationes in rebus incertis & perplexis. quæque facilè animi vitia corrigat. Neq; enim Phinees dixerim homicidij reum, tametſi ictu vnico bina transfoderit corpora. Nec Heliam itẽ, centum poſtquam ceciderũt vnà cum ducibus ſuis milites. Ad hæc tantò ſanguinis torrente fluente, cuius ille autor erat, cæſis dẹmoniorum cultoribus. Id ſi concedamus, reſque nudas per ſe quis conſideret, non conſiderato etiam autoris animo, vel ipſum Abraham, ſi quis velit parricidij parantem filio necem, aſſimulet. tum nepotem ſimul illius & pronepotẽ ſceleris & doli reos agat. Siquidem hunc in modum alter primogenitorum ius obtinuit, alter Ægyptiorum opes in Iſraelitarum exercitum tranſtulit. Verùm iſta longe, inquam, ſe habent aliter, abſit temeritas criminandi. ſiquidem illos nõ modò omni liberamus crimine, ſed & faciunt iſta, vt nobis ſui admirationem pepererint, quando ob eadem ipſe Deus laude eos proſecutus eſt. Et quidem is impoſtoris mereatur nomen, qui præter officium adminiſtrato negocio, vbi frequenter oportebat vti dolis, & magnificam hac arte vtilitatem adferre, inconſideratè & ſtolidè rem aggreſſus, ingentium malorum autor extitit ei, quem fraude non circumuenit.

B

C

D

cipatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum ſeculi huius, aduerſus ſpirituales malicias in cæleſtibus. Vidiſti hoſtium multitudinem horrendam, atq; immanes feraſque acies, non ferro tectas, ſed omnium armorũ apparatus loco, ſatis inſtructos ſui natura. Vim alterũ quoque exercitum videre ſæuũ ac truculentum, huic quoque inſidiantem ouili? & hunc ex eadem videas ſpecula. Nam qui de illis nobis diſſeruit, idem & hoc nobis commõſtrat hoſtes, huiuſmodi verbis Manifeſta ſunt opera carnis, quę ſunt videlicet fornicatio, adulterium immundities, luxuria, ſimulacrorum cultus, veneficium, ſimultates, lites, æmulationes, iracundi furores, detractiones, murmura, ſuperbiæ, & præter hæc alia plura, non enim omnia recenſuit. Sed ad horum exemplũ reliqua nobis cognoſcenda reliquit. Præterea in paſtoris negocio qui brutis animantibus præeſt, hoc ineſt boni. Qui perditum eunt oues, ſiquidem ipſum qui præeſt, fugere animaduerterint, omiſſo cum paſtore prælio, ſatis habẽt pecus abegiſſe prædam. At hic verò, etſi totum ceperint ouile, ne ſic quidem remittunt quicquam de opprimẽdo paſtore. quin violentius imminent, creſcente ferociores audacia, neque finem faciunt prius, quam aut illum proſtratum deuincant, aut ipſi debellati, victori ceſſerint. Ad hæc pecudum morbi cuiuſmodi ſint, perſpicuè licet cognoſcere, ſeu fames ſeu peſtis, ſeu vulnera ſint, ſiue quodcumque tandẽ id fuerit, quod moleſtiã attulerit, quod quidem non parùm momenti attulerit, vt quo affligitur morbo releuetur. Eſt itẽ & aliud nõ minus efficax ad profligandã infirmitatis moleſtiã. Iſtuc verò quid rei eſt? Oues ſuas paſtores magna cogunt libertate, medicinã vti admittant, ſi ſpõte facere recuſent. Quippe vincire nullo eas negocio licet, ſiquãdo admoto ferro inurendũ aut ſecandũ mẽbrum fuerit, tũ intus continere lõgo tẽpore, id vbi conducibile fuerit, aliudq; pro alio exhibere pabulũ, & à profluẽtis aquæ potitione arcere. Cæteraq; omnia, quęcũq; duxerint ad illarum conferre ſanitatẽ recuperandã, minimo ea applicant negotio. Verùm hominum infirmitates, principiò fieri non poteſt, vt homo facile perſpectas habeat. quippe nemo hominum nouit quæ in animi penetralibus occulta latent, niſi ipſe hominis ſpiritus. Qua igitur ratione adhibeat aliquis medicamentum malo, ignorato morbi genere? nõ raro etiam incertus morbus hominem corripuerit, an non. Quod vbi maximè fuerit palàm, tum negocij exhibebitur plus. Etenim nõ homines tanta licet curare libertate ægrè adfectos, quanta ouiculã paſtor, cuius hic in poteſtate eſt ligare, alimẽto fraudare, vſtionibus ac ſectionibus vti. Contrà illic vt medicina admittatur, non in eius poteſtate ſitum eſt, qui medicamentum offert, ſed in eo qui morbo implicitus tenetur. Quod vir ille admirandus cum perſpectũ haberet, Corinthijs ſcribens, planũ fecit: *Non*, inquiens, *quod vobis dominemur fidei nomine, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri.* Quippe Chriſtianis minimè omnium permittitur corrigere peccantium crimina, admota violentia. Enimuerò iudices prophani, vbi facinoroſis legibus ſubiectos tenuerint, magnam, quam obtinent declarant poteſtatem, volẽtes, nolentes cogẽtes recedere à peruerſis ſuis moribus. Hic è diuerſo nõ cogendo, ſed perſuadendo talem oportet reddere meliorem. neq; enim ea nobis poteſtas, vt qui peccant vi prohibeamus, à legibus conceſſa eſt. Neq; ſi conceſſa eſſet haberemus, vbi eam vſurparemus cum Deus coronet nõ eos, qui neceſſitate coacti, ſed qui libero animi propoſito à vitijs abſtinent. Proinde magnam res poſtulat induſtriam, & animi præſentiam. vt perſuaſionibus adducantur laborantes animi vitijs, quo ſua ſpõte medicinam à ſacerdotibus oblatã ſuſcipiant. neque hoc modò vt faciant ſed vt gratiã ipſis habeãt hoc nomine. ſiue enim renitentem in vinculis habeas, vt tamquam dominus quidvis imperes, malum ipſum reddideris deterius: ſine verba in animũ mittas inſtar ferri ſecantia, & vulnerantia; addideris propter contemptum vulnus nouum, præbetque medicinæ occaſio grauioris morbi materiã. Quippe qui impoſita neceſſitate inuitum etiã curare queat non inuenias. Quid igitur facto eſt opus? Si enim leuius agas cum eo, cuius ingenium non mediocrẽ poſtulet aſperitatem, neque profundiorem ictum inferas vbi is neceſſarius ſit, partem vulneris putreſcentem exſecando ſuſtuleris, partem verò reliquam non perſanaris. Contra, ſi durius illato ictu, vt oportuit tentes ſectionem, non raro deſperatione ſuccumbens doloribus, ſemel omnibus proiectatis, & medicamento, & ligamentis, ſeſe præcipitẽ ferendum dederit, contrito iugo, dirupto vinculo. Equidem complures recenſere queam, qui in extrema, veluti naufragio facto, mala deuenerunt, quod par criminibus pœna poſtularetur. Quippe non conuenit, pro criminum ratione, nullo reſpectu pœnam proponere, verùm coniecturis colligere, quo ſit peccantium quiſque animo, ne ſarcire dum vis quod ruptum eſt, efficias vt magis ſcindatur; neve erigere quod collapſum eſt, dum ſtudes, noua opprimas ruina. Infirmi quidem diſſolutiores, quique magna ex parte mundi delicijs alligati, tum etiam generis claritudine, & auctoritate habeant vnde efferant animum, ſibi placentes, ſenſim & paulatim ſi reuocentur ab erroribus, poſſint ſi non penitùs, certè aliquouſque liberari ſuis, quibus obnoxij detinentur malis. Quod ſi vno impetu emẽdare contendas, ne in minimo eos reddideris meliores. Animus enim ſemel adactus ad pudorem ponendum, eò euadit, vt omni careat ſenſu, vt neque leuibus deinceps cedat verbis, neque minis flectatur, nec prouocetur beneficijs. Quin vt ciuitate illa peior reddatur, de qua propheta non ſine conuitio locutus eſt: *Facies meretricis facta eſt tibi, nulliusq; rei apud quemquam te pudet.* Quocirca extremæ prudentiæ & oculatiſſimum oportet eſſe paſtorẽ, quo omni ex parte animi habitum contemplando conſideret. Vt enim feruntur multi væſano arrogantis animi impetu, omni ſpe ſuæ ſalutis abiecta, quod impatientes ſint amaritudinis, quæ id genus medicamentis inſita eſt: Ita ſunt qui ſocordiores & multò euadunt improbiores, atque adeò ad grauiora committendum prouocantur, quod non pœnam luant flagitiorum ponderi reſpondentem. Quamobrẽ Sacerdotem oportet nihil horum non exploratè cognitum præterire, vt omnia diligenter perſcrutatus, congruenter ſua remedia modò hoc, modò illud, pro animorum ratione accommodet, ne fruſtretur laboris fructu. Neque hic ſolùm, ſed & in coniungendis Eccleſiæ membris, quæ auelli & ſeparari à reliquo corpore acciderit, permultum cernat aliquis negocij ſibi impoſitum. Ouium paſtorem ſuus grex ſequitur quoquo verſus dux præceſſerit, ſi quæ recta via declinata, & paſcuis prætermiſſis melioribus, ſterilia & prærupta ſectentur loca, ſatis fuerit vehementius inflato cornu cogere rurſus, & ad gregem reuocare ſeparatum pecus. At verò ſi homo à recta deuius fide aberret, multum paſtori naſcitur negocij, multa opus eſt conſtantis & fortis animi in malis ferendis perſeuerantia, multa patientia. non enim vi trahere licet, nec iniecto metu cogere: ſed rationibus & perſuaſionibus vtẽdo, ad veritatem reducere oportet, à qua primo excidens, in errores prolapſus eſt. Proinde forti ſit oportet & excelſo animo, negocij difficultate victus, ſuccumbat laboribus, ne errantium de ſalute ſpem abijciat, vt illud continuò ſecum reputans in ore habeat, num Deus aliquando tribuat ipſis, vt veritatis faciem agnoſcant, *vt reſipiſcentes ex diaboli laqueo* reuocentur? Propterea dominus quum diſcipulis ſermonem eum miſceret, locutus eſt, *Quiſnam fidelis ſeruus & prudens?* Siquidem qui ſeipſum exercet, ſuo ſolius id facit commodo. Porrò paſtoriciæ

1. Cor. 2. Sacerdotium magnum requirit animum, & admirandum.

2. Cor. 1.

Ca. IIII. Vulnera difficultatis in ſacerdotio eſſe, multumque periculi.

Ierem. 3. Paſtori neceſſaria prudentia.

2. Tim. 2.

Matth. 24.

functionis

functionis vtilitas ad vniuerſum dimanat populũ.
Quiſque pecunias impertit earum indigentibus, aut
quauis ratione alia, oppreſſis iniuria opitulãdo dex-
ter adeſt, ſubleuat ille quidem proximus, ſed tanto
minus quàm ſacerdos, quantum inter corpus &
Baſil. animum diſcriminis eſt. Tu igitur, inquit, Chriſtum
Chryſoſt. non amas? Cui ego: & amo, & ab illius amore num-
quam deficiam: verumtamen vereor, ne, quem eo
amore complector, eius mihi offenſionem conciliẽ.
Baſil. Et quod, inquit, ænigma his verbis tuis fuerit obſ-
curius. Si præcepit Chriſtus, vti qui ipſum amaret,
is paſceret ipſius oues, tu contra hac de cauſa non
paſcere ais te, cum tamẽ eum, qui id præcepit, amo-
Chryſoſt. re proſequaris. Nihil, inquam, tenebrarum, nihil
habet ænigmatis noſtra oratio, ſed dilucida eſt &
ſimplex. Nam ſi aufugiſſem, ſatis idoneus cũ eſſem
ad hunc gerendum magiſtratum, ſecundum Chri-
ſti voluntatem, erat quòd in verbis meis anceps hę-
reres: quando verò ipſa animi mei imbecillitas inu-
tilem me ſtatuit ad iſtud miniſterium: quid dictum
eſt, de quo tamquam de re dubia meritò quæratur.
Etenim ſum veritus, ne commiſſo mihi Chriſti gre-
ge ſucculento & florente, iam cute bene curata ni-
teſcente. eundem mea * ſocordia ſi corruptum ta-
beſcere ſiuiſſem, prouocarem cõtra me Dei irã, qui
ita illum dilexit, vt ſe tradidit ipſe, quo illum inco-
Baſil. lumen, ſeruaret & redimeret. Ioco, inquit, iſta com-
memoras: quòd ſi ſeriò narras, non video qua via
alia clarius nobis demonſtraris, optimo nos iure
angi animo, quàm per hæc ipſa verba, quibus triſti-
ciam noſtram expellere conſteris. Equidem cum
& antè ſenſerim me & deceptum fuiſſe abs te, &
proditum, nunc demùm id multò clarius percipio,
quando inculpabilem te declarare aggrederis, pro-
beque quo me calamitatis protruſeris intelligo. Nã
ſi ea de cauſa ab hoc miniſterio te ſubduxiſti, quod
conſcius tibi eſſes tuæ imbecillitatis, quæ impar eſ-
ſet negotij magnitudini, me primo loco illinc ab-
ductũ oportuit, & ſi magnoperè eius cupidus fuiſ-
ſem: tantum abeſt, vt idem tibi non fuerit faciendũ,
*cùm totum me tuo commiſerim cõſilio, quodcũ-
que tibi in hoc negotio probaretur. Nunc verò tibi
oculatus, mihi fuiſti exoculatus, tui diligens, negli-
gens mei: atque vtinam neglexiſſem tantum, boni
eam rem conſuluiſſemus. Verùm inſidioſè nobiſcũ
etiam egiſti, quo expoſita præda eſſemus nos cape-
re ſtudentibus. Iam nec huc cõfugere queas, quòd
multorum fama deceptus, ſis inductus, vt magna
de nobis & miranda animo & ſpe conceperis, ſiqui-
dem nec mei admirationem peperi, nec excellen-
tiam hominum opinione adeptus ſum, neque ſi hęc
contigiſſent, popularis rumor veritati erat præfe-
rendus. Si numquam experimentum tibi dediſſe-
mus ingenij noſtri ex familiari conſuetudine; eſſet,
qua te excuſares, in ſpeciem honeſta & probabilis
ratio, ex populi fama lato ſuffragio. Cum verò ne-
mo ſit omnium, qui me meaque perſpectius norit,
atque adeò cum animum hunc noſtrum rectius co-
gnitum habeas, quàm parentes qui genuerunt, quã
qui educationi præfuere. Quæ tam probabilis ratio,
qua perſuadeas alijs, non ſponte te tua in iſtud nos
conieciſſe diſcrimen? Verùm hæc miſſa faciamus,
non enim hic ſummo tecum iure agimus, aut de-
fenſionis neceſſitatem imponimus: dic autem con-
Chryſoſt. tra criminatores, qua vtemur defenſione? Atqui,
inquam, non prius illis reſponſurus veniam, quàm
ea diluero quæ te attingunt, ſi vel millies eo nos
crimine liberatos velis. Igitur dicebas, quod per ig-
norationem veniam cõſequuturi, & omni crimine
liberandi fuiſſemus, videlicet, ſi nihil eorum quæ
in te ſunt, exploratum cum haberemus, ſic demum
te huc pertraxiſſem? At quum non ignari, ſed præ-
clarè experti tuarum rerum, te prodiderimus, ob id
omnem prætextum & probabilem excuſandi ra-
tionem nobis ais eſſe præciſam. At verò contrariũ
ego adfirmo, nimirùm, quod res huiuſcemodi ma-

A gnam requirant examinandi diligentiam, vt qui
proditurus ſit aliquem ad Epiſcopi officium ido-
neum, non contentus ſit populi fama tantum, ſed
vt præterea omnium maxime, & ante omnia mores,
ingenium, & reliqua illius perſcrutetur. Siquidem
beatus Paulus cum dicit: *Oportet autem ipſum etiã te-* 1. Tim. 3
ſtimonium habere honeſtum ab extraneis, haudquaquam
tollit exactum, & excuſſum in perſcrutando exa-
men, neque illud tamquam primarium indicium *
ex quo reliqua colliguntur. Nam multa vbi prius
diſſeruiſſet, poſtea adiecit & hoc; oſtendens, in hu-
iuſmodi eligendi Epiſcopi negotio, præter famam,
alia quòd oporteat, ſpectare, eamque additamenti
loco oportere accedere cum alijs copulatã. Quip-
pe frequenter vſu venit, populi rumorem menda-
cem eſſe. Verùm præeunte examine diligenti, om-
nis in poſterum periculi metus & ſuſpitio tollitur.
Quapropter vbi alia requiſiuiſſet, quæ ad extraneos
attinent, ipſum ponit quod de * teſtamento audiui-
mus, non enim ita tantùm locutus eſt, Oportet ve-
B rò ipſum teſtimonium habere honeſtum: ſed addi-
dit, ab extraneis. palàm volens facere, quod neceſ-
ſum ſit exacto iudicio & diligẽtia perſcrutãdo cog-
nitum habere illum, prius quàm de fama populari
laboremus. Proinde cum mihi tua magis eſſent
perſpecta quàm ipſis parentibus, ſicuti profeſſus es
ipſe, videlicet omni ob id crimine liberari merue-
ro. Imò, inquit, nõ ob id euaſeris, ſed grauius accu- Baſil.
ſandus veneris, ſi quis ſummo tecum iure agere
cupierit. An non meminiſti, quoties audiueris, & re
ipſa deprehenderis animi noſtri in gerendis nego-
tijs imbecillitatem? An non ea de cauſa ſalibus nos
inceſſebas, tamquam nimis quàm puſillanimes, vt
qui tenuibus & leuibus curis facilè victi, ſuccumbe-
remus. Memini, inquam, nec inficias iero, frequẽter Chryſoſt.
C me talia ex te audiuiſſe. Igitur, ſi quando te ſalibus Cap. VI.
perſtrinxi, iocosè ludens, non agens ſeriò, ſecundũ Nec pro-
rei veritatem id faciebam. Verùm in præſenti de pter cha-
eo non diſputo. Porrò eadem mecum agas velim li- ritatẽ in
beralitate, omiſſo contentionis ſtudio, vbi viſum Chriſtũ
mihi fuerit commemorare vel hanc vel illã quas hoc mi-
habes dotes animi. Nos illic ſi mendacij conuince- niſteriũ
re coneris, haud quaquam conceſſis omnibus tibi fugiſſe.
parcemus. Verùm declarabimus te ſummiſſius de
te ſentientem, modeſtius iſta loqui quàm verius, id-
que faciemus, nullis alijs vtentes teſtibus ad rei
comprobationem, quàm tuis ipſius & verbis & fa-
ctis. Principiò illud ex te quæram. Noſtin quanta
ſit vis dilectionis? Chriſtus nimirum omiſſis omni-
bus miraculis, quæ ab apoſtolis erant edenda, *In hoc,* Ioan. 13.
inquit, *cognoſcent homines, quod mei eſtis diſcipuli, ſi mutuò*
amaueritis inter vos amore. Paulus quoque *dilectionem* Rom. 13
ait *legis eſſe plenitudinem,* & hæc, niſi præſtò ſit, omni
vacare vtilitate ſpiritus dona. hoc vtique eximium
bonum, quo, veluti certo ſigno cognoſcũtur Chri-
ſti diſcipuli, quodque cætera dona excellit, nõ vul-
gari more animaduerti in tuo plantatum animo at-
D que adeò copioſo exuberare fructu. Fateor, inquit, Baſil.
non mediocri me huius rei teneri ſolicitudine, me-
que plurimum in ea ſtudij & operæ collocare. Cæ-
terùm, quod ne dimidium quidem iſtius virtutis &
præcepti impleuerimus, vel tute teſtificabere, ſi mo-
do veritatem colere, quàm ad gratiam loqui malue-
ris. Igitur confutare te, inquam, aggrediar, faciam- Chryſoſt.
que quod interminatus ſum, declaraturus modeſtè Cap. VI.
malle te quàm verè de teipſo loqui: remque narra- Demon-
bo, quæ non ita multò antè contigit, ne cui ſuſpi- ſtratio vir-
cio oboriatur, me, ſi vetera perſequar, conari, quod tutis Baſi-
verum eſt obnubilare, longo exacti temporis ſpa- lij, & quã
tio, cum rei veritas hic non permittat aliquid, vt af- vehemẽs
fingam ad gratiam loquendo, præter ea quæ dicta ſit eius
referuntur à nobis. Igitur cum ex amicorum no- charitas.
ſtrorum numero quidam calumnia in ipſum in-
tentata de contumelia inſimularetur & arrogantia
veniſſetque in extremum diſcrimen. Illic tu, nemi-
ne neglecti te officij arguente, neq; eo, cui periculũ

immi

imminebat, rogante, in media te coniecisti pericula. & haſtenus quidem de facto. Vt autē ex verbis te tuis conuincam, quæ id factum perſequebantur, dicta ſimul referam. Ergo cū hanc animi promptam alacritatem alij improbarent, alij cōtra admirantes laudibus veherent: Quid faciā? aiebas, ad criminatores directo ſermone, alia vtique ratione amare neſcio, niſi vt meam ipſius vitam profundam ſi quando ſeruandus ſit amicus, qui in periculum deuenit. diuerſis verbis, ſed ſententia eadem vſus, quam Chriſtus vſurpauit vbi cum diſcipulis verba faciens, abſolutæ dilectionis fines ponebat. *Ioan. 15.* Siquidē maiorem, inquit, dilectionem nemo habet, quam vt animā ſuā ponat pro amicis ſuis. Proinde ſi hac dilectione maiorem reperire non datur, videlicet finem ipſius attigiſti, & tam factis quàm verbis tuis liquet, ad faſtigiū vſque quod euaſiſti. Hac de cauſa te prodidimus, hac de cauſa hunc concinnauimus dolum. An nondum tibi perſuademus, quod neque animo maligno, neque ſtudio te in periculum cōijciendi, ſed quod vtile fore perſpiceremus, huc adducti ſumus, vt te in ſtadium iſtud traheremus.

Baſil. Itàne, inquit, arbitraris ſatis eſſe ad corrigenda proximorum vitia, virtutem dilectionis?

Chryſoſt. Plurimum, inquam, ad id attulerit momenti, primas ſibi partes vendicans. Porrò, ſi videtur prudentiæ etiā tuæ, vt proferamus argumenta, ad hanc item nos conferemus, palamque faciemus prudentiæ laude non minus eminere te, quàm amori indulgere.

Baſil. Hic erubeſcens ille, & purpureo colore ſuffuſus, noſtra, inquit, in præſenti omittantur, neq; enim ab initio iſta abs te requirebā. Equidem ſi quid habes quod extraneis iure reſpondeas, id verò peruelim audire. Quare omiſſa vmbratili hac amorum meditatione, dic, quid reſpōdentes, occurremus & ijs qui honore nos affecere, & ijs, qui horū vicē dolent, quod à nobis cōtumelioſe ſint accepti.

Chryſoſt. Huc, inquam, & ipſe deinceps iturus accelerabam, nam tranſacta quæ tecū mihi inſtituta erat diſceptatione, facili opera accingar ad eam defenſionis partem.

Cap. VII. Nos iniō tumeliā eam qui hoc elegerant mini ſtrariū nō fugiſſent.

Quid igitur accuſationis, quid in nos criminis intendūt iſti.

Baſil. Scilicet contumelia ſe affectos, diraque perpeſſos aiunt, honorem quod recuſauerimus, quo nos præditos voluerunt.

Chryſoſt. Principiò contra ego cōtendo, nullam habendam contumeliæ, quæ in homines fiat, rationem, ſi Deus ſit offendēdus honore illis exhibito, neque ſane* hæc indignatio ijs qui ad hunc modū ſuccenſent, vacat omni pietatis diſpendio, quin ingentē ſecum adfert iacturā animo. Siquidem Deo dicatos, & ad ipſum tantū ſpectātes, oportet ea vti cautione, ſic eſſe paratos animo, vt ne exiſtiment quidem quicquid eius eſt generis cōtumeliam, etiamſi millies cōtumelioſe accipiantur. Porrò autē, quod facinus tam audax ne animo quidem conceperimus aut agitauerimus vnquam, vel hinc liquidò cognoſces. Quòd ſi arrogātia & cupiditate inanis gloriæ huc adactus veniſſem, quod multos de nobis calumniari dicebas, inſimulandus forem meis accuſatoribus, inſtar eorum, qui grauiſſimum damnū dederunt, qui viros deſpexiſſem mirabili morum integritate & virtutum magnitudine cōſpicuos, atq; adeò benè de nobis meritos. Etenim ſi ſupplicio dignū cenſetur, lædere qui te minime læſere, quibus honoribus proſequi conuenit, eos, quæ te ſuapte tantum bonitate inducti, honorū inſignibus ornare cupierint. Illud certe ne quis dixerit, quod illi beneficio à me accepto, ſeu paruo ſeu magno, illius vices rependerint. Quid igitur ſupplicij non mereatur, qui vice verſa, malam gratiā rependerit. Sed enim ſi ea cogitatio animum noſtrum ne tentauit quidem, verùm alio cōſilio graue illud onus declinauimus, quid omiſſa venia qua ignoſcēdum nobis erat, ſiquidē approbare noluerint, quid obijciunt culpantes, quod ipſorum animis pepercerimus, cauentes, ne hac infamia notarentur. Ego profectò tantum abfuit contumelia vt illos afficere ſtuduerim, vt maximo eos honore me perſecutū fuiſſe putem, dum oblatam prouinciam recuſaui. neq; mireris dicti huius abſurditatem, ſi abſurditas ineſſe videtur, docebimus e veſtigio rem eſſe explicatu facilem. Etenim prouinciā ſi accepiſſemus, ſi non omnes, certe ij, quibus lingua prurit, maledicentiæ ſcabie, multa & ſuſpectare & dicere potuiſſent, tum de me qui electus eſſem, tum de illis qui electioni præfuiſſent, puta, quod diuitiarum reſpectu elegerint, quod natalium ſplendore ſuſpiciant, quod eū honorem eblanditi ab illis fuerimus. Porrò fuiſſet ne quiſpiā, qui ſuſpicatus eſſet, pecunijs eos fuiſſe adductos, vt eò nos proueherent, equidē incertus ſum, an talis ſuſpicio cuiquam oboriretur. ſane verò Chriſtus piſcatores, publicanos, qui aulæa ſiue tentoria facerent, ad hūc vocauit magiſtratum. Iſti contrà reſpuunt eos, qui quotidiano labore & opificio victū comparant. Si quis ſit, qui prophanas literas attigerit, vitamq; in otio degēt alatur citra laborem, hunc admirantes recipiunt. alioqui, quid tandē in cauſa fuiſſet, quod præterierint eos, qui infinitos ſudores ſuſtinuerūt inſeruiētes eccleſiæ cōmodis, pertraxerint verò ad hunc honorem derepēte, qui eos labores ne guſtauit quidē, omnemque ætatē inſumpſerit in prophanarū literarū vano ſtudio. Hæc & id genus alia plora dicere liberū illis fuiſſet, accepta à nobis prouincia. at nunc minime illis liceat, præciſa illis maledicentiæ occaſione, vt neq; adulatione mihi, neque illis obijcere queant quod venalia habuerint ſuffragia. Veruntamen ſi qui ſimpliciter velint* inſanire, reſpondeāt velim, qui factum ſit, vt is qui adulabatur, & pecunias conſequendi honoris cauſa impendebat, concedat alijs honorē, quando eū erat adepturus. Iſtuc quidem ſimile fuerit, veluti ſi quis, multos poſtquam exhauſerit labores in excolenda terra, quo ſegetes numeroſo onuſtæ ſint fœtu, & torcularia vino redundent, is poſt innumeros ſudores, ac ingentem pecuniarum impenſam, vbi iam matura meſſe percipere fruges, & vitiū oportuerit præſente vindemia racemos decerpe, ea percipienda relinquat alijs. Vides, quod tunc quidem, tametſi illorū dicta remotiſſima à vero fuiſſent, tamen volentibus occaſionem non defuiſſe calumnijs ipſos laceſſendi, tamquam qui ſuffragia tuliſſent non recto iudicio aut ratione in conſilium adhibita. Sed enim noſtra effecimus, vt nec hiſce, nec vllum proſſus verbum proferre queant, & quidem quæ à principio illi dixiſſent, eiuſcemodi, & eius generis plura fuiſſent. Cæterùm poſteaquā miniſteriū aggreſſi fuiſſemus, vires illis defuiſſent ad reſpondendū ijs, qui quotidie negotium exprobrando exhibuiſſent, etiamſi per omnia inculpate me geſſiſſem, vt ne dicā, quod frequenter peccare neceſſum fuiſſet, tam propter imperitiā, quàm propter ætatis immaturitatem. at verò nunc & hac ipſos accuſatione liberauimus, vbi tum innumeris per me opprobrijs implicandi erant. Cui enim illud in ore non fuiſſet, res tam diuinas, & magnitudine ſtupendas pueris commiſerunt, animo & mente carentibus, inuecta peſte Dei gregē corrumpētes. Ita Chriſtiana religio ridetur, ac pro ioco habetur. At nunc *Omnis iniquitas os ſuum obſtruens* ſilebit. *Pſal. 106.* Quod ſi propter te iſtiuſmodi narrent, videlicet facta tua ipſos edocebunt, quòd non oporteat de prudentia iudicare ex ætate, neq; ſenē exiſtimare à canicie, neque iuuenem arcere prorſus ab huiuſmodi miniſterio, verùm eum qui recēs factus eſt Chriſtianus, nuperque inſitus eſt primum corpori Eccleſiæ nam inter hunc, quem neophytū vocant, & illum ætate licet iuuenem, plurimum eſt diſcriminis.

Finis II. Dialogi.

Iacobus Billius Lib. II. ſacrarum Obſeruationum Cap. 3.

ERaſmus & Brixius, ac pleriqne alij, Baſilium Magnum & Ioannem Chryſoſtomum eadem tempeſtate floruiſſe, maximamque familiaritatem inter ſe coluiſſe idcircò putant; quod videant in pulcherrimis illius Chryſoſtomi de Sacerdotio libris loquentẽ induci Baſilium, ſingularisq; neceſſitudinis, quæ ei cum Chryſoſtomo interceſſit, illuſtrem atque honorificã mentionem fieri. Quam tamen opinionẽ falſam eſſe, perſpicuè conſtat vel ex ipſis libris, à quibus in eam ſententiam inducti ſunt. Nã cum Chryſoſtomus Baſilium eũ, cum quo colloquitur, fuga ſe ſubduxiſſe queratur, quum interim ipſe ad Eccleſiæ gubernacula raptus eſt; quis eſt in Eccleſiaſticæ hiſtoriç monumentis tã rudis ac peregrinus, quin ſtatim animaduertat, id nullo modo conuenire poſſe Cæſarienſi Baſilio, qui plurimis annis ante Chryſoſtomum ad huiuſmodi dignitatẽ prouectus eſt, hoc eſt, imperante Valente?

Ex Annalibus Cæſ. Baronij Cardinalis, ad annum Christi 382. quis ſit iſte Baſilius interlocutor in libris de Sacerdotio.

*Socrat. li. 6. c. 3. & a'ij eũ ſecuti.

SEd & grauiore illi detinentur errore, qui Baſilium illis quocum [Chryſoſtomus] à puero aſſueuerat, quiq; poſtea ad Epiſcopatũ aſſumptus eſt, exiſtimãt * fuiſſe ipſum Baſilium Magnum Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopum: nã agebat iã ſeptimũ annum in Epiſcopatu Cæſarienſi Baſilius, cum iſte iunior creatus eſt, vt ex temporum exacta ratione habita perſpicuè licet inſpicere. Sed & cum atteſtatione Chryſoſtomi cõſtet Baſilium iuniorem eo tempore cum creatus eſt Epiſcopus, non exceſſiſſe ætatem annorum viginti duorum (æquales enim erant) quomodo fingi poteſt, hunc illum eſſe Baſiliũ ætate ſenem, qui & poſt ſequentem annum ex hac vita migraſſe dicetur? Cæterum & cum ipſe Chryſoſtomus de iuniore Baſilio dicat, eadem illum qua ſe patria eſſe natum, nempe Antiochiæ, facultatibus pauperem: quàm longe diſcrepat ab illo Magno, patria Cæſarienſe, quem prædiuitem fuiſſe, Gregorius Nazianzenus & Nyſſenus affirmant? Vel quid conueniens, vt Baſilius Cæſarienſis Antiochiæ electus eſſet ab Epiſcopis Syriæ, ſicut iunior iſte, de quo Chryſoſtomus ſcribit? Vel cum conſtet Baſilium hunc eremum cogitantem eſſe electum, Baſilium verò Magnum liqueat, poſtquã cum Gregorio Nazianzeno eremum incoluiſſet, vocatum eſſe ad Epiſcopatum?

At licet longe alium hunc Baſilium ab illo Cæſarienſi fuiſſe pateat: extitiſſe tamẽ doctrina & moribus valde conſpicuum, nec adeò Chryſoſtomo imparem, poteſt intelligi: cum vtriq; vix egreſſi limen adoleſcentiæ, quæſiti fuerint ad Epiſcopatum, tentoſq; ille, cum Chryſoſtomus fugam arripiens in ſui excuſationem cõmentarium illum tam celebrem de Sacerdotio elaborauit, de quo audi quid Iſidorus Peluſiota ad Euſtachium ſcribat *:

*Iſidor. Peluſ. li. 1. epiſt. 156

Ego quidem librum, quem à me petijſti, miſi: fructumq; ex eo per te expecto, qui ab omnibus exigi conſueuit. Nullum enim, nullum inquam, pectus huius lectio penetrauit, quod non diuino amore fauciarit: vt qui auguſtam quidem ac venerandam rem acceſſuque difficilem ſacerdotium eſſe oſtendat, verùm ſine vlla reprehenſionis labe conſectãdam eſſe doceat. Siquidem ſapiens ille & eruditus arcanorum Dei interpres Ioannes Byzantinæ Eccleſijs, atq; adeò Eccleſiarũ omnium oculus, librũ eum ita ſubtiliter & prudẽter atq; accuratè condidit, vt omnes, tam qui vt Deo gratũ ſacerdotio funguntur, quã qui negligenter & ignaue ſacerdotalẽ dignitatẽ adminiſtrant, hic & virtutes ſuas & offenſiones reperiant.] hactenus Iſidorus.

Quisnam verò fuerit ille Baſilius Chryſoſtomi perneceſſarius: haud quid certum habemus, quod firmiter affirmare poſſimus: ſcimus tamen, eodem tempore, in eadem Syriæ prouincia duos vixiſſe Baſilios, qui interfuerunt Synodo Conſtantinopolitanæ, nempe Baſilium Raphanenſem in Syria, & alium Epiſcopum Bibli in Phœnicia. Opinantur alij fuiſſe Baſilium Seleuciæ Iſauriæ Epiſcopum: attamen conſtat, Theodoreto * auctore, illum vitam egiſſe monaſticam ſub ſancto Marciano Abbate, & cum eo diu verſatum, Epiſcopum verò poſtea claruiſſe tempore Concilij Chalcedonenſis, cui & ſubſcriptus habetur, poſt annos ſeptuaginta vno minus; cum tamen Seleuciæ Syriæ tempore Chryſoſtomi eſſet Epiſcopus Maximus, qui (vt auctor eſt * Socrates) collega fuit ipſius Ioannis in exercitatione vitæ monaſticæ vnà cum Theodoro illo poſtea Mopſueſtiæ Epiſcopo planè infeliciſſimo, nam à monachatu excidit & à fide: ad quem lapſum ſcribens ex eremo ipſe Chryſoſtomus, recenſet inſigniores collegas Valerium, Florentium, & Prophyrium. Hos autem omnes ſub cura egiſſe Diodori & & Cartherij Abbatum, Socrates tradit: quorũ priorem Tarſenſi ait præfectum Eccleſiæ: addit Euagriũ iuniorem filium ſenioris Euagrij nobiliſſimi ciuis Antiocheni in eremum iam antea conceſſiſſe, & eius exemplo nonnihil eſſe permotum Chryſoſtomum. Eremus porrò illa fuit in Syria: nam Diodorum, ſub quo etiam Chryſoſtomus excoluit vitam monaſticam, in ea regione habitaſſe, Theodoretus * affirmat.

*Theod. l. 1. S. Patr. c. 3.

*Socr. li. 6. c. 3.

*Theod. l. S. Patr. c. 8.

Digitized by Google

ANTONIO CARAFAE

S. R. E. CARDINALI

IOANNES LIVINEIVS S. D.

CVM ſuperioribus annis D. Gregorij Nyſſeni Antiſtitis, de Virginitate librum ex Vaticana veſtra bibliotheca auctum atque emendatum de Græcis conuerterem, Antoni Carafa, ſtatuiſſemque eiuſdem argumenti alterum D. Ioannis Chryſoſtomi coniungere, vt vtrumque ſanctiſſimè ac grauiſſimè de re ſumma & pulcherrima diſſerentem ſtudioſi velut vno obtutu cernerent; quorum in altero eruditionis & doctrinæ, in altero, vt mihi quidem videtur, facilitatis & naturæ plus ineſſet, in vtroque illuſtris quædam & incomparabilis orationis dicendique vis & copia; ingruens quædam quaſi tempeſtas & occaſionem eripuit, & conſilium noſtrum mutauit. Nam cùm partim amicorum conſilio, partim edendi operis feſtinatione, Pogiani, qui libellum iam expreſſerat, verſionem caſtigandam modò ſuſcepiſſem, Græcumque potiſſimùm codicem pro virili emendandum atque poliendum ſumpſiſſem, ea demum ſpe deiectus, poſteaquam hic ſolus erat proditurus, noua interpretatione quaſi quodam puro amictu ornatum in lucem edendum exiſtimaui. Enimuerò Græcè vt legendum præberem, cùm auctoris genius & iucunditas inaffectata, ſed quam nulla poſſit affectatio conſequi, liceat enim mihi, haud abs re opinor, de Chryſoſtomo, quod de Xenophonte Quintiliano vſurpare; tum illud vel maximè incitauit, quòd hoc ſolum ad illam auream vereque diuinam in omnes Pauli Epiſtolas commentationem, quam à Giberto Veronæ Epiſcopo vtcunque Græcè habemus, deeſſet. Nam extrema Orat. XIX. in priorem ad Corinthios ſcriptoris noſtri hæc ſunt verba:

Εἰ δὲ παρεδράμομεν τὰ περὶ τῆς παρθενίας, μηδεὶς ἡμῶν ὄκνον καταγινωσκέτω· καὶ γὰρ ὁλόκληρον ἡμῖν βιβλίον εἰς τοῦτο σύγκειται τὸ χωρίον· κἀκεῖ μετ' ἀκριβείας τῆς ἡμῖν ἐγχωρούσης τοῖς πᾶσιν ἐπεξελθόντες, περιττολογίαν εἶναι ἐνομίζομεν καὶ ἐνταῦθα πάλιν αὐτὰ ἐνθεῖναι. διόπερ ἐκεῖ παραπέμψαντες ὑπὲρ τούτων τὸν ἀκροατὴν, ἐνταῦθα ἐκεῖνο ἐροῦμεν. ὅτι τῆς ἐγκρατείας δεῖ διώκειν. & quæ ſequuntur. Id eſt, Quòd ſi quę de virginitate diſſeruntur præterijmus, nemo ignauiæ nos condemnet; etenim integer nobis libellus exſtat in hunc locum: in eoque quanta potuimus accuratione omnia perſequuti, ſuperuacaneum duximus, ea hîc quoque rurſum interijcere. Itaque auditore ſuper his eò remiſſio, illud hîc dicemus, Oportere continentiam obire. Atque equidem ſeu hoc loco, nunquam ſatis laudatus Guilielmus Sirletus Cardinalis, ſeu aliunde, vt eſt omni genere doctrinæ exquiſitè ad vnguemque expolitus, lectione autem & induſtria incredibili, admonitus Florentia Venetijſque accerſitum opus Marcello eius nominis II. Pont. Max. curauit, & de Chryſoſtomo ac Theologis optimè eſt meritus, & immortalem ſibi laudem atque commendationem quæſiuit. dolendumque meo iudicio vehementer eſt, qui, ſuperiorum temporum inertia, in atrociſſima illa ac penè interneciua optimorum ſcriptorum vaſtitate & ſtrage aliquandiu exul atque ignotus delituiſſet, cùm primùm velut manu iniecta è præcipiti fuga eſt retractus, in eaque præſtantiſſimarum omnium rerum ignoratione & tenebris, è ſitu ac pulueribus in lucem aſpectumque deductus, non id etiam Pogiano mentis tum fuiſſe, vt Græcè iuxtà ac Latinè, id eſt, integrum, non dimidiatum, hominum ſtudijs atque expectationi condonaret. Quod ſi feciſſet, vtcunque eius in interpretando partes cecidiſſent, in altero qui induſtriam probaſſet, procul dubio gratiarum plus & laudis abſtuliſſet. nunc deſiderium illud quidem nonnihil lenijt, ſed lenijt duntaxat, non extinxit. Quo magis confido æquos omnes ac candidos elegantioris doctrinæ lectores Sirleto de immortali hoc eius beneficio & ore & animo gratiam habituros; cuius humanitate atque liberalitate hoc quaſi quoddam lacerum à reliquo corpore membrum, velut humerus quidam Pelopis, vt Poëtæ fabulantur, toti redditur: & nobis quoque non grauatim de induſtria atque ſtudio gratulaturos, qui hoc quidquid eſt theſauri, Lævini Torrentij V.C.

opera & fauore obtentum à Sirleto, communis boni cauſa in publicum eduximus. Quorum in vtroque quantum inſit beneficium, facilè æſtimabunt qui luculentiſſimi ſcriptoris propiùs guſtum ceperint. De me certè, vt primùm Græca cum Latinis comparare & contendere cœpi, vix rudem quandam & adumbratam effigiem videre mihi viſus ſum; atque eam plerumque, ſeu vt res humanæ ſunt, ſeu quòd grauiorum rerum cogitationi & ſtudio intentos fallere quædam ac præterire ſolent, ſeu negligentia quadam & incuria deformatam. Quanquam enim in Pogiano cùm omnia ſumma fuiſſe mihi perſuadeo, tum ingens quoddam orationis dicendiq́ue lumen, & earum litterarum, quas humaniores vſurpamus, accuratam exquiſitamq́ue cognitionem, quam vel me tacente & huius ipſius operis dedicatio loquitur, & multorum adhuc recens tota Italia memoria ac conſuetudo celebrat; tamen in hoc quidem labore & negotio, ſi exercitationis atque induſtriæ, quod nec ipſe diffitetur, ſi, quod caput eſt, Græcæ eruditionis plus deſiderem, videor id mihi tanquam meo quodam iure facturus. Neque verò neceſſe habeo quæ diſſerui adductis in medium exemplis curiosè ac prolixè perſequi & oſtendere; etſi non eſt id quidem difficile; ſed nec quæ ab humanitate iiſdemq́ue ſtudijs proficiſcitur animorum ingeniorumq́ue conſenſio, & quidam quaſi candor, omnino id permittit, & alioqui promptum eſt in hominum mentibus,

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, ϗ ἀοιδὸς ἀοιδῷ·

id eſt, vt Latinè ſuccinamus, *Et figulus figulo, & vates vati inuidet alter*. Itaque velut integra cauſæ dictione, vtriuſque labore in medio poſito; prodeſſe enim vtrique volumus, non confligere & concertare; iudicium atque æſtimationem volens & lubens mediusfidius eruditis lectoribus permitto. Quorum in numero tu primus occurris, Ampliſſime Carafa, qui cùm his ſtudijs Sirleto duce diligenter inſtitutus, tum doctrinæ ingenijq́ue tui ſpęcimine iam pridem hoc ipſo ſcribendi genere edito, optimus quidam atque omni prouocatione maior futurus arbiter es. Qua in parte ſi, quod ſpero, obtinebo, vt non omnino operam luſiſſe, ac fortaſſe aliquid etiam dignum laude conſequutus videar, cætera quoque quæ huius generis grauiora paramus, maiore conatu ac molitione in lucem proferemus. Bene vale purpurei decus Senatus, & hoc quidquid eſt quod tuo nomini offerendum duximus, tuere atque defende. Louanij, pridie Kalend. Iunij, M. D. LXXV.

Ș. PATRIS NOSTRI

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, DE VIRGINITATE, LIBER COLLATVS CVM poſtrema Pariſienſi Editione ac varijs lectionibus in margine appoſitis.

INTERPRETE IOANNE LIVINEIO GANDENSI.

Editus eſt primo hic libellus Ant. apud Plãt. 1575. | Hæreticorũ virginitatẽ pro nihilo habere. | 2. Cor. 11

VIRGINITATIS laudem Iudæi auerſantur: neque mirum, qui ipſum quoque natum ex virgine Chriſtum ignominijs affecerint: admirantur ac ſuſpiciunt exteri: ſola autem colit Eccleſia Dei. Nam hæreticorum virgines ego virgines eſſe minime dixerim: primùm quòd caſtæ non ſint; neque enim vni viro deſponſæ ſunt, vt vult beatus ille Chriſti pronubus: *Deſpondi*, inquit, *vos vni viro virginem caſtam Chriſto tradendam*. Nam id etſi de toto Eccleſiæ cætu dictum eſt, tamen illas quoque hæc complectitur oratio. Quomodo igitur quæ viro vno non contentæ, alterum ei, qui non eſt, Deum ſuperinducunt, caſtæ eſſe poſſunt? itaq; primùm eamobrem virgines non ſunt. Deinde quòd matrimonio damnando ad declinandas nu-

B

ptias ſunt progreſſæ. nam quæ eas vitioſas eſſe ſanxerint, præmia ſibi virginitatis præceperunt † non

præcipere iam.

enim qui vitia cauent corona donari, ſed non plecti dumtaxat par eſt. Atque id quidem videre eſt non ſolùm noſtris, ſed externis etiam legibus ita conſtitutum: Qui cædem fecerit, inquit, necator. at non etiam additur, Qui cædem non fecerit, honore afficitor. fur plectitor: at non eum quoque qui aliena non clepſerit, donum capere iuſſerunt. neque adulterum occidentes, ei qui alterius cubile nõ effringat, honorem ſciuerunt. Et meritò ſane: nam laudem & admirationem habere eorum eſt qui virtute perfungantur, non qui vitia declinent. nam is eis honor ſatis eſt, ſi pœnam nullam ſentiãt. Itaque

C

Dominus noſter, qui temere & immeritò fratri ſuo iraſcatur, ac fatuum vocet, ei gehennam eſt comminatus: non etiam ijs, qui nec immeritò iraſcantur, & à conuitijs abſtineant, cæleſte regnum pro-

Math. 5.

miſit: ſed plus eo quiddam maiuſque requiſiuit, *Diligite*, inquiens, *inimicos veſtros*. Cumque vellet oſtendere, perexiguum & vile, atque indignum præmio eſſe, fratri non iraſci, propoſito quod eo multo maius eſt, eum diligere & amare, ne id quidem nobis ſufficere ait, vt honorem vllum conſequamur. quid enim, ſi ea re nihil exteris præſtamus? itaque alia nobis opus eſt acceſſio multo hac maior, ſi quidem mercedem flagitamus. Neque enim quia te, inquit, gehennæ non dam-

D

no, qui maledictis atque ira in fratrem abſtineas, propterea † te corona etiam dignum exiſtima. non enim tantillum humanitatis ſolùm deſidero: ſed etiamſi nec conuitium facias, & eum amare etiam dicas, adhuc infrà hæres, & te apud publicanos collocas. Quòd ſi perfectus, ac cælo dignus eſſe vis, iſtic modo ne conſiſte, ſed altiùs conſcende, & natura ipſa ſubliniorem cogitationem ſuſcipe: id autem eſt inimicos diligere. Cùm igitur vndique hoc nobis conſtet, de-

&. | affligere.

ſiſtant hæretici fruſtrà ſe affictare †. nullam mercedem accipient: non quia ſit iniuſtus Dominus: apageſis: ſed quòd imperiti ipſi & improbi. quid ita? demonſtratum eſt deuitationi tan-

A

tùm vitiorum nullum propoſitum eſſe præmium: ipſi autem quòd matrimonium vitioſum ducerent, eo abſtinuerunt. quo pacto igitur ob vitiorum fugam mercedem poſcent? nam vt nos qui non adulteremus, digni non erimus qui coronemur; ſic neque illi qui vxorem non ducant. Ita enim eos illa tempeſtate affabitur, qui in nos ſententiam dicturus eſt, Non equidem ijs honores conſtitui qui à vitijs ſolùm ſe contineant: nam id apud me exiguum eſt: ſed qui virtutem omnem perſequuti ſint, eos qui perennem cælorum hæreditatem introduco. Quo modo igitur qui matrimonium fœdum ac flagitioſum credatis, flagitioſis rebus fugiendis, præmia ijs qui præclaras res

Math. 25

geſſerint ſcita, poſtulatis? ob id enim & agnos dextros collocat, & collaudat, & in regnum ad-

B

mittit, non quòd aliena non rapuerint, ſed quòd etiam ſua alijs impertiti ſint. & eum cui quinque talenta credidiſſet*, commendat, non quòd non imminuiſſet, ſed quòd creditum auxiſſet, ac duplicatum depoſitum redderet. Quouſque igitur non deſiſtetis fruſtrà currere, nequicquam laborare, temere luctari, *aërem verberare*:

Philip. 2. | 1. Cor. 9.

atque vtinam fruſtrà modò: etſi non mediocris equidem pœna eſt, qui grauiter laborauerint, & præmium ſperent laboribus maius, quem diem ſibi glorioſum ducant, eo inter inglorios haberi.

ij. Hæretices virginitatis etiam pœnas pendere.

Nunc non id ſolùm malum eſt, neque is eius iacturæ modus, vt fructum nullum faciant, ſed excipient alia multo ijs grauiora, ignis inextinctus, ver-

C

mis immortalis, tenebræ exteriores, ærumnæ, afflictatio. Itaque centum nobis linguis, & angelica quadam vi opus ſit, vt Deo pro eius in nos cura dignas agere gratias poſſimus; ac ne ſic quoque poſſimus. quo pacto enim? Virginitatis labor nobis & hæreticis par eſt; atque illis fortaſſe multo etiam maior: laborum fructus impar: ſed illos & vincula, & lacrymæ, & ploratus, & immortales manent cruciatus; nos Angelorum domicilia, † ſplendidæ lucernæ, & quod bonorum omnium caput eſt, ſponſi conſuetudo. Sed quamobrem eorundem laborum contraria præmia ſunt? quòd illi † ſanciẽda lege diuinæ aduerſaria virginitatem ſunt amplexi: nos † vt eius voluntatem exſequamur, id fa-

Marc. 9. | Math. 22. | 1. Cor. 13 | Alludit ad parab. Math. 25 | De virginibus lucernas ferentibus. | * Vt ſanciret legẽ diuinæ aduerſariã. | * veio, hoc eſt Pau. vide 1. Cor. 7. | * volo. | Math. 26

D

cimus. Deum namque velle omnes homines à coniugio abſtinere †, is teſtis eſt, qui Chriſtum in ſe loquentem habet. † *Vellem enim*, inquit, *omnes homines ſic eſſe, vt ego ſum*, continentes. Sed qui nobis parceret, & ſpiritum promptum, carnem infirmam eſſe ſciret, id ſub præcepti neceſſitatem non concluſit, ſed eius optionem animis noſtris permiſit. nam ſi præſcriptum eſſet atque lex, qui id perfeciſſent, honorem non conſequerentur, ſed illud audirent, *Feci-*

Luc. 17.

ſtis quod facere debuiſtis: neque ijs qui non eſſent aſſequuti ignoſceretur, ſed exlegum pœnas luerent. Nunc cùm dixerit: *Qui capere poteſt capito*, qui nõ poſ-

Math. 19

ſent, haud damnauit: qui poſſent, ijs graue atq; ingens certamen propoſuit. Itaq; & Paulus magiſtri

A Platonis ſententia eſt, Bonum fuiſſe qui hoc omne molitus eſt. &, Bonum nullius rei erga quemquam inuidia tangi. Tu malum appellas, & malarum rerum procreatorem. Verùm ne extimeſce. habes doctrinæ conſortes diabolum eiuſque angelos; imò nec eos quidem. neque enim qui te in eum furorem induxerint, idem etiam ſentire exiſtimandi ſunt. nam ſcire eos Deum bonum eſſe, audi clamantes, nunc, *Scimus qui ſis, Sanctus Dei*; nunc, *Hi homines ſummi Dei cultores ſunt, qui vobis viam ſalutis nunciant*. Et adhuc virginitatem iactatis, de eaque gloriamini, ac non potius abeuntes veſtram deploratis ac lugetis amentiam, qua vos diabolus velut manu captos colligatos in gehennæ ignem trahit? Matrimonium non iniſti? at non id virginitas eſt. nam quæ cùm integrum eſſet nubere, detrectauerit, eam ego virginem dixerim. at cùm eo interdictum dicas, non iam id rectè factum tuis conſilijs, ſed legis neceſſitati tribuendum ſit.

In Timæo.

Matt. 1. Act. 16.

B Quare Perſas qui matres vxores non ducant admiramur, Romanos non item. Hic namq; ad vnum omnibus id execrandum videtur, illic impunitas ea deſignandi effecit, vt qui ea Venere abſtinerent laudarentur. Ad eundem modum & de matrimonio habenda quæſtio eſt. Nos enim, apud quos id omnibus permiſſum ſit, meritò qui matrimonium non contrahant, miramur: vos qui id in malorum claſſem reieceritis, nihil ſit quòd laudem † ex hac re captetis. nam vetitis abſtinere, id verò non eſt animi excelſi atque iuuenilis. perfectæ enim virtutis eſt, non ea non committere, quæ ſi committamus apud omnes improbi habeamur; ſed ijs præſtare, quæ neque eos qui detrectent, eo nomine culpari patiantur, & qui ſuſcipiant ac perfungantur, non opinione improbitatis ſolùm liberent, ſed etiam bonis accenſeant. nam vt eunuchos de virginitate laudet nemo, qui matrimonium non contrahant; ſic nec vos: cùm quod illis naturæ neceſſitas, id vobis ſit corru-

† ſcilicet ex cælibatu.

C ptæ conſcientiæ anticipatio: ac quemadmodum eunuchos corporis vitium eiuſce rei gloria deiecit, ita vos diabolus, natura vobis ſalua permanente, ſanis conſilijs circumſcriptis, atque in neceſſitatem coniectos cælibatus, cùm laboribus vrget, tum laudari non ſinit. Matrimonium vetas? eam ob rem & cælibatus mercedem non accipies, & pœnas etiam ac ſupplicium lues.

ix. Ad virginitatẽ hortari, nequaquã eius eſſe, qui matrimonium vetet.

Tu verò, inquit, non vetas? Apage vt tecum æquè inſaniam. Et qui, inquit, hortaris matrimonium non contrahere? quòd virginitatem matrimonio longè præſtantiorem ſentio: nec verò propterea matrimonium in malis pono, quin vehementer etiam laudo. eſt enim ijs qui rectè eo vti velint, continentiæ portus, naturam efferari non permittens. nam legitimo coitu quaſi ſcopulis quibuſdam obiectis, eoque ſuſtinendis libidinis fluctibus, nos in ſumma tranquillitate collocat ac tuetur.

D Verùm ſunt quibus nihil opus ſit eo præſidio, ſed eius vicem ieiunijs, vigilijs, ſollicubijs, & reliqua id genus duritate, naturæ furorem cicurent. Hos cohortor matrimonium non contrahere, haud veto. Intereſt autem inter hoc & illud plurimùm: quantum ſcilicet diſcrimen eſt inter neceſſitatem & optionem. qui enim conſulit, liberum relinquit auditori quæ conſulat, ſequi: qui vetat, is ei facultatem eam præcipit. Adhæc qui cohortor, rem non improbo; nec qui ſe induci non patiatur, accuſo; tu qui id damnes ac vitioſum ducas, & legiſlatoris, non conſulti perſonam arripias, meritò eos qui non obediant, odiſti: at non ego, ſed cùm eos admiror qui ad hoc certamen nomina dederint, tum qui emaneant, non accuſo. nam accuſatio demùm iuſta ſit, ſi quis quod haud dubiè vitioſum ſit, proſequatur. at qui minorem virtutem nactus, ad maiorem non euadat, is vt * illius eum laus & admi-

* ſcilicet qui ad eã euaſerit.

A ratio fugerit, accuſari ſanè haud mereatur. Ecquid igitur coniugium veto, qui † coniuges non accuſem? Stupra verò & adulteria, matrimonium nequaquam: & illa audentes caſtigo, atque ab Eccleſiæ cœtu proſcribo: hoc qui faciant, dum modeſte, aſſiduè etiam laudo. Ita duplex lucrum ſit, vnum, quòd Dei molitionem non damnemus; alterum, quòd non ſolùm virginitas dignitate ſua non diſpolietur, ſed multo etiam illuſtrior cenſeatur.

† Vxores ducentes

Etenim qui matrimonium damnet, is virginitatis etiam gloriam carpat: qui laudet, is huic admirabilitatis addat plus, anguſtioremque reddat. Nam quod deterioris comparatione bonum videatur, id haud ſanè bonum ſit: quod omnium ſententia bonis melius, id excellens bonum ſit. cuiuſmodi nos virginitatem eſſe † docemus. Quare vt qui matrimonium damnet, huius encomijs fraudi ſint, ita qui id à crimine liberet, non tam id, quàm virginitatem laudet.

x. Qui matrimonium dãnet, eum virginitatem etiã lædere.

† docuimus.

B Nam & corpora, non quæ mutilis, ſed quæ integris, & vitio nullo præditis excellant, ea pulcra vſurpamus. Bonum eſt matrimonium? propterea inquam ſuſpicienda virginitas eſt, quæ bono melior ſit, eoque melior, quò nautis gubernator, & militibus dux. Sed quemadmodum ſubductis è naui remigibus, nauim demergas: & militibus ex acie ſemotis, ducem hoſtibus conſtrictum tradas: ita & hic qui matrimonium de ſummo gradu deijciat, virginitatis laudem prodeat, atque ad extremum malum redigat. Bonum eſt virginitas? & ego conſentio. ac matrimonio etiam melior? & hoc confiteor. & ſi placet, quanto etiam melior ſit addam: quanto cælum terra, quanto hominibus angeli. Imo vt fortius aliquid dicam, etiam amplius. Nam angeli etſi nec ducunt vxores, nec ducuntur, at non ſunt carne & ſanguine coagmentati, non in terris commorantur, non libidinum æſtus ſentiunt, non cibi aut potus indigent, non ſuaui cantu deliniri, non liberali forma, aut alio eius generis vllo, flecti poſſunt, ſed

C quaſi ſummo meridie cælum, nulla affectum nube, purum ſpectatur; ita & illorum naturæ, à libidine quietæ, illuſtres ac perlucidæ maneant oportet.

Humanum autem genus naturâ beatis illis concedens, vires ſuas vrget, cum ijſque pro virili æquari ſumma ope nititur. Quo pacto? Nec ducunt vxores angeli, nec ducuntur? at nec virgo. Aſſiſtunt perpetuò ac miniſtrant Deo? itidem & virgo. quare etiam Paulus eas ab omni ſollicitudine arcet, vt aſſiduæ ſint & indiuiſæ. Quòd ſi, vt illi, in cælum hic aſcendere non poſſunt, corpore eas peſſum dante; at hic quoque inſignem habent compenſationem, quæ ipſum cæli Dominum excipiant, ſi quidem ſint animo atque corpore ſanctæ. Viden virginitatis decus? Eorum qui in terris degant, cum cælitibus vitæ ſimilitudinem molitur, corpore veſtitos, vinci ab incorporeis copijs

xi. Virginitatem, qui eam verè perſequitur, angelos ex hominibus efficere.

1. Cor. 7.

D non permittit, mortales, angelorum æmulos reddit. Sed nihil hóc ad vos, qui & rem tantam affligatis, & Dominum culpetis, malumque nominetis. etenim vos improbi ſerui ſupplicium manet. Eccleſiæ virginibus multa ac magna obuenient bona, quæ & oculorum, & audiendi ſenſum, & humanam cogitationem ſuperent. Itaque ijs dimiſſis, (ſatis eſt enim iam cum ijs verborum) ad Eccleſiæ porrò filios ſermonem conferamus.

Math. 25.

Vnde igitur præſtet orationem exordiri? ab ijs Domini verbis: quæ per diuum Paulum profatur. nam huius cohortationem Domini cohortationem eſſe credendum eſt. Cùm enim dicit, Coniugibus autem præcipio, non ego, ſed Dominus. & rurſum, *Ceteris ego dico, non Dominus*. non id dicit, alia ſua eſſe, alia Domini. Nam qui loquentem in ſe Chriſtum haberet, qui nec viuere ſatageret, vt in ſe Chriſtus viueret, qui regnum, vitam, angelos, poteſtates, omnemque vim rerum

xii. Paulũ qui dicat Reliquis ego dico, nõ Dominus, humanũ id conſiliũ eſſe nõ ſignificare.

1. Cor. 7. Gal. 2. Rom. 8.

aliam,

aliam, atque omnino omnia eius amori poſt pone- A
ret, quo pacto aut eloqui aut cogitare aliquid ani-
mum induxiſſet, quod Chriſto non videretur, præ-
ſertim qui legem conderet? Quid eſt ergo quod di-
cit, Ego, non ego? Leges nobis ac decreta partim
per ſe Chriſtus, partim per Apoſtolos prodidit. nã
non omnes eum per ſe ſtatuiſſe, audi quid dicat:
Ioan. 16 *Multa habeo vobis dicere, ſed quæ nunc ferre nequea-
tis*. Itaque illud, Vxor à viro ne diſcederet,
iam antè ſanxerat, cùm in terris corporatus de-
1. Cor. 7. geret. ideoq́ue dicit, *Coniugibus autem præcipio, non
ego, ſed Dominus*. quod ad infideles attineret, præ-
ſens nihil edixerat, ſed cienda ad id Pauli mente,
legem ferebat: itaque, non Dominus, inquit, ſed
ego: non qui ſignificatum vellet, humanum eſſe
quod diceretur: nihil minus: ſed præceptum id ab
eo præſente diſcipulis proditum non eſſe, ſed nunc
demum per ſe. Quare vt illud, Dominus, non ego,
haud eius eſt qui Chriſti iuſſo aduerſetur; ita hoc,
Ego, non Dominus, non priuatum quiddam, & præ-
ter Dei mentem, edicentis eſt, ſed hoc ſolum indi-
cantis, per ſe præceptum id nunc prodi. Nam de
Ibid. vidua loquens, *Beatior eſt*, inquit, *ſi ſic manſerit*, B
mea quidem ſententia, ac ne audiens, mea quidem
ſententia, humanum commentum crederes, ſuſ-
picionem additamento eo ſuſtulit. Videor autem
ego quoque mihi diuinum habere ſpiritum. Itaque
vt quæ ſpiritus eſſent eloquens, ſuam ſententiam
vocat, nec propterea humanum ſcitum dicemus.
ita & nunc cùm inquit, Ego dico, non Dominus,
ne mihi iccirco Pauli ſermonem eſſe exiſtima: ha-
bebat quippe loquentem in ſe Chriſtum. neque
auſus fuiſſet tantum decretum ſanctum & con-
* ſcilicet ſtitutum prodere, niſi legem † inde petijſſet. ita
à Deo. enim cum eo egiſſet quis: Non ſuſtineo qui religio-
ſus ſim, cum irreligioſa, qui purus, cum impura
degere. tute iam dicebas, hæc te dicere, non Do-
minum. Vnde igitur mihi pignus atque fidem? At
ne verere. ideò enim dixi. habere me loquentem
in me Chriſtum: &, videri me quoque diuinum ha-
bere ſpiritum, ne quid eorum quæ dixiſſem hu-
niſi ita eſſet. manum ſuſpicarere. † nam ni ſic haberet, nunquam C
eam auctoritatem meis cogitationibus tribuiſſem.
Sap. 9. ſunt enim mortalium cogitationes miſeræ, eorum-
que commenta periculoſa. Iam verò legis etiam
vim orbis terrarum Eccleſia demonſtrat, eam
accuratè ſeruans, haudquaquam ſeruatura, ni-
ſi exploratè cognoſceret, id dictum, Chriſti eſ-
ſe iuſſum. Quid igitur Paulus diuinitus incita-
1. Cor. 7 tus dicit? *De quibus autem mihi ſcripſiſtis, bonum eſſet
homini mulierem non tangere*. Hic amandi ſint Co-
rinthij, qui nullo accepto à præceptore conſi-
lio de virginitate, ipſi quærere anteuertant. atque
hinc iam, eis gratiæ acceſſionem factam oſtendit,
nam ex antiquo fœdere res dubia non erat, non ſo-
lùm reliquis omnibus, ſed Leuitis etiam & Pontifi-
cibus, atque ipſo Pontifice maximo, matrimonio in D
primis operam dantibus.

xiij. Cur ad eũ de virginitate Corinthij ſcripſerint, nõ ipſe eos prior cohortatus ſit.

Vnde igitur in quæſtionem venerunt? Acutè id
ac præclarè viderunt, maiori ſibi virtute opus eſſe,
qui maius donum accepiſſent. Illud etiam animad-
uerſione dignum eſt, cur id eis conſilium non ex-
poſuerit. neq; enim ſi quid eiuſmodi audiiſſent, ite-
rum ex eo per litteras idem quæſiuiſſent, nã & hic
preſſam Pauli ſapientiam cognoſcere eſt. Neque
enim temerè ac ſine cauſa rem tantã monere omi-
ſit, ſed ſuſtinuit dum ipſi prius, aliquam eius no-
titiam conſequuti, in cupiditatem venirent. vt eo-
rum animos nactus iam virginitati deditos, de his
frugi ſermones ſereret, auditorum in rem ſtu-
dio ingens adiumentum ad cohortationis admiſ-
ſionem præſtante. & alioqui rei magnitudinem
atque inſignem grauitatem oſtendit. nam ni ita
eſſet, non expectato eorum ſtudio, ipſe id prior, ſi
non vt iuſſum ac præceptum, at certè vt cohorta-
tionem atque conſilium, prodidiſſet. Nunc qui ne-
A que id prior facere animum induxerit, euidens no-
bis fecit, egere virginitatem multi ſudoris, conten-
tioniſq́ue permagnæ. Atque id hic communem
noſtrum Dominum imitatus fecit, qui de virgini-
tate tum diſſeruit, cùm eum diſcipuli rogarunt.
nam cùm dixiſſent, Si ea eſt viri cum vxore con-
ditio, expedit matrimonium non contrahere:
ſubiecit, *Sunt caſtrati qui ſeipſos propter cæleſte reg-* Math. 19
num caſtrarunt. Vbi enim ingens ſit vllum rectè
factum, atque ideò nec ſub præcepti neceſſita-
tem concludatur, ſuſtinendum deſiderium ſit eo-
rum qui eo perfuncturi ſunt, & alia quadam ra-
tione nec ſuſpecta, animus ijs atque ſtudium pa-
randum: quod quidem & Chriſtus fecit. Neque
enim eos vlla de virginitate diſputatione in virgi-
nitatis ſtudium coniecit, ſed de matrimonio ſo-
lùm loquutus, in eiuſq́ue difficultate common-
ſtranda hærens atque conquieſcens, rem adeò pru-
denter moderatus eſt, vt qui de non contrahendo
matrimonio nihil audiſſent, ſua ſponte dicerent,
Expedit matrimonium non contrahere. Atque
ideò etiam Paulus Chriſti imitator, *De quibus autem*, 1. Cor. 7.
B inquit, *mihi ſcripſiſtis*: velut ſe ijs verbis in hanc
ſententiam purgans: Equidem vos ad ſublime
hoc faſtigium propter rei difficultatem ſubducere
non audebam. nunc cùm priores ipſi ad me ſcripſe-
ritis, fidens demum conſulo. Cur enim cùm mul-
tis de rebus ſcripſerint, nuſquam id adiecit? nul-
la alia de cauſa, quàm ea, quam nunc dixi. ne quis
enim cohortationem iniquè acciperet, litteras eis
quas miſiſſent, ad memoriam reuocat: ac ne ſic
quidem occaſionem eam nactus, duriùs conſulit,
ſed admodum benignè: in eo etiam Chriſtum imi-
tatus. nam Seruator abſoluto ſermone de virgini-
tate, addidit, *Qui capere poteſt* † capito. Quid igitur ait, capiat.
*De quibus autem mihi ſcripſiſtis, bonum eſſet homini mulie-
rem non tangere*.

Sed fortaſſe dicat aliquis: At ſi præſtet mu- xiv. Obiectio eorũ qui virginitaté eijciant, & ſolutio.
lierem non tangere, qua gratia inuitam inuaſit
matrimonium? quorſum autem muliere vtemur,
quæ neque ad matrimonium neque ad liberorum
C procreationem ſeruiat? ecquid verò prohibebit
omne hominũ genus deleri, cùm & mors id cotidie
depaſcat ac concidat, & ea ſententia alios in cæ-
ſorum locum reſtituere non permittat? Nam ſi bo-
num id vniuerſi conſectemur, nec mulierem attin-
gamus, omnia dilabantur, & vrbes, & domus, & agri,
& artes; & animantes, & ſtirpes. Vt enim proſtra-
to imperatore cogit neceſſitas omnem exerci-
tus ordinem diſſipari; ſic homine terreſtrium
omnium rege, matrimonio non ineundo extin-
cto, ceterorum nihil incolumitatem ſuam ordi-
nemq́ue tuebitur; ita bellum hoc præceptum innu-
meris orbem malis complebit. Enimuerò ſi hæc
hoſtium ſolùm atque irreligioſorum dicta eſſent, ea
parui duxiſſem: ſed cùm ea multi etiam, qui ad Ec-
D cleſiam ſpectare videantur, iactent, ingenij ignauia
virginitatis ſudores detrectantes, eaque damnan-
da ac nauci cenſenda ſocordiam ſuam tegere vo-
lentes: vt non contemptu quodam, ſed recto ra-
tionis iudicio ab eo certamine refugiſſe appareant,
age, hoſtibus dimiſſis (*animalis enim homo non ca-* 1. Cor. 2.
pit quæ Spiritus ſunt quippè quæ ſint ei ſtultitia) qui ſe-
niores ſingant, vtrumq́ue doceamus & tantum
abeſſe vt res nauci ſit, vt valde etiam frugi ac
neceſſaria ſit, neque accuſationem eam impunè
laturos, ſed tantum ijs periculi allaturam, quan-
tum ea perfunctis præmiorum atque laudis. Nam
exædificato hoc omni vniuerſo, & quæ oblecta-
tionem nobis vſumq́ue præſtarent, comparatis,
Deus hominem finxit, cuius etiam cauſa mundum
fabricatus eſt. Is igitur cõformatus, in pomario de-
gebant: nec matrimonij vlla mentio: opus erat ei
etiam ſocia: adhibita eſt: ne ſic quidem matrimo-
nium viſum neceſſarium eſt. ac neque dum exta-
bat, & in pomario velut cælo quodam eius exper-

tes agi-

tes agitabant, atque in Dei conſuetudine ſuauiſſime conquieſcebant. Miſcendi autem corporis ardor, conceptio, dolores, partus, atque omne genus corruptelæ, ex eorum animis exſulabat, & velut amnis perſpicuus è liquido fonte manans, ſic inibi agebant virginitate ornati. Ac tum erat in terra ab hominibus ſolitudo; id quod nunc verentur hi orbis curatores: qui cùm de alienis ſeriò ſolicitentur, tum de ſuis nec cogitare quidem ſuſtinent: deque hominum communitate ne intercat anxij, animum ſuum tamquam alienum quiſq; negligunt: cùm ad eum quod attinet, vel de minimis rebus ſeuerè ad pœnam vocandi ſint: quod ad hominum paucitatem, nec leuiſſimè rationem reddituri. Non erant tum oppida, non artes, non domus: etenim hæc quoque non minimùm curatis: ſed nec erant, inquam, hæc & nihil tamen beatam illam vitam, atque hac longe meliorem impediebat ac ſolicitabat.

Geneſ. 1.

At poſtquam Deo negligendo terra atque cinis effecti ſunt, cum beata ac vita virginitatis etiam decus perdiderunt, atque vna cum Deo etiam illa eos deſerens abſceſſit. Nam quamdiu à diabolo inuicti, Dominum ſuum reuerebantur, præſtò erat & virginitas, eos exornans magis quàm reges diadema, & aurea veſtimenta. At cũ manu capti, regio hoc amictu derepto, abiectoque cæleſti mundo, ſe in mortis corruptelam, diras, cruciatus, ac ærumnas induerunt, tum verò ijs comitatum matrimonium ſubijt, mortale hoc & ſeruum veſtimentum. nam maritus, inquit, mundana

1. Cor. 7.

curat. Viden vnde initium habuerit matrimonium? vnde neceſſarium viſum ſit? à contumacia, diris, atque morte. nam vbi mors ſit, ibi matrimonium: quo ſublato, neque illa conſequatur. At non & virginitas eam familiam ducit, ſed ſemper frugi, ſemper fauſtum atque felix, & ante mortem, & poſt mortem, & ante matrimonium, & poſt matrimonium. Cedo enim, quod matrimonium Adamum procrearit? qui Euam dolores? Haud facile dixeris. Quid igitur nequicquam tremis ac formidas, ne

Dan. 7.

matrimonio deſinente humanum etiam genus deſiturum ſit? decies centena millia angelorum Deo miniſtrant, millies centena millia archangelorum apud eum aſtant: neque eorum quiſquam propagatione, aut partu, ac doloribus, & cõceptione procreatus eſt. itaque multo magis homines citra matrimonium finxiſſet: quemadmodum & primos finxit, vnde homines omnes orti.

xv. Matrimonium genus noſtrum nõ augere. Geneſ. 1. Geneſ. 15. Vide ad Rom. 4.

Ac nunc genus noſtrum frequentat non matrimonij vis, ſed Domini iam olim dictum, Creſcite, & terram multipliciter frequentate. Quid enim ſodes Abrahamo liberis gignendis profuit? an non eo tot annos vſus, tandem hanc vocem emiſit; *Domine, quidnam mihi daturus es, cùm orbus decedam?* Itaque vt tum ex effœtis corporibus Deus tot millibus originem atque initium dedit; ſic principio, ſi eius iuſſis obediens Adamus arboris voluptatem fregiſſet, haud ſanè de via laboraſſet, qua humanum genus augeret. neque enim aut matrimonium, nolente Deo, homines frequentes efficere queat, aut virginitas, volente eo frequentes eſſe, multitudinem minuat. At ita voluit, inquit, propter nos ac noſtram peruicaciam. Nam cur non ante fraudem matrimonium prodijt? cur non in pomario coitus? cur non ante diras dolores? erant nempe hæc ſuperuacanea. in poſterum verò imbecillitate noſtra facta neceſſaria ſunt cùm hæc, tum cetera omnia, oppida, artificia, veſtium amictus, reliquaque neceſſariarum rerum turba. hæc enim cuncta mors ſecum trahens inuexit. Quare nec quod imbecillitati tuæ condonatum ſit, virginitati præfer: quin nec exæqua. quam hæc demum ratione duas etiam coniuges habere, quàm vna contentum eſſe, præſtare dices, quoniam id Moyſi lege permiſſum erat: & diuitias, quàm voluntariam paupertatem, delicias quàm frugalitatem, iniuriam perſequi quàm fortiter ferre, potius duces.

xvi. Matrimonium indulgentiæ eſſe.

Tu verò, inquit, hæc improbas. Equidem non improbo. nam ea & Deus conceſſit, & erant ſuo tempore vtilia; ſed leuia cenſeo, & puerorum magis quàm virorum recte facta. ideoque Chriſtus volens nos perfectos comparare, iuſſit his tamquam

Epheſ. 4.

puerilibus veſtibus detractis, quæ & virum adultum amicire, & plenæ ætatis Chriſtianæ annos ornare minime poſſent, ſplendidiores quaſdam ac perfectiores induere: non ille quidem ſecum pugnans, quin probe adeò conſentiens. Nam etſi hæc illis maiora ſunt præcepta, idem tamen conſilium eſt legiſlatoris. Quódnam id eſt? Reciſa animi noſtri vitioſitate, eum ad perfectam virtutem deducere. Itaque ſi id operam dediſſet, non vt prioribus maiora imponeret, ſed in ijſdem perpetuò ſineret, neque ab ea humilitate vnquam ſubleuaret, fuiſſet id vehementer ſecum pugnantis. Vt enim ſi initiò, cùm puerilius affectum eſſet genus humanum, accuratum hoc inſtitutum ſanxiſſet, numquã nec moderatum accepiſſemus, ſed immoderatione ea ſalus nobis omnis perijſſet; ita ſi poſt longum hoc ſpatium, ac ſub lege diſciplinam tempore nos ad cæleſtem hanc philoſophiam vocante, hærere in terra ſiniſſet, nihil magnum ex indulgentia ea percepiſſemus, abſolutione, ob quam facta indulgentia eſt, non adepta.

xvi. De Dei indulgẽtia.

Nunc ſimile quiddam nobis ac pullis contigit. Nam vbi eos eduxit mater, profert illa quidem è nido: ſed ſi imbecilles videt, ac lapſantes, & qui adhuc opus habeant intus contineri, ſinit inſuper plures dies, non vt perpetuò intus hæreant, ſed vt alis probe confirmatis, atque omni contracto robore, exin ſecuri volatum ineant. Sic nos Dominus noſter iam olim ad cælum trahebat, viamque quæ eò ferret, monſtrabat: non ille quidem ignorans, quin belle etiam conſcius, impares ad eum volatum futuros, ſed oſtendere nobis volens, non voluntate ſua, ſed imbecillitate noſtra caſum fieri. quod vbi oſtendit, ſinit porrò in hoc mundo & matrimonio tamquam nido quodam diutius ali; donec tandem virtutis quaſi quibuſdam pennis longo interuallo enatis, ſenſim atque pedetentim aggreſſus, domicilio hoc eductos, altiùs docuit euolare. Ergo alij adhuc oſcitantes, arctoque ſomno conſopiti, nido etiamdum conſueſcunt, mundanis affixi rebus. Alij verò generoſi, ac lucis amatores, eo facillimè deſerto, ſupera capeſſunt, omnibuſque in terra relictis, matrimonio, numis, curis, cunctiſque reliquis quæ ad terram nos detrahere ſolent, cælo inſtant. Quare ne putemus, matrimonij olim permiſſionem, neceſſitatem deinceps eſſe, ab eo refugere vetantem. nam velle eum vt id dimittamus, audi quid dicat, *Qui capere poteſt, capito.*

Matth. 19 capiat.

† Quòd ſi id principiò minùs iuſſit, nihil mirum. neq; enim medicus omnia ſimul ægrotis eodemque tempore præſcribit, ſed cùm à febri tenentur, à firmiori cibo eos arcet: cùm æſtum eum, atque ab eo corpori contractam infirmitatem depulerunt, tum ingratis demùm cibis liberatos, aſſueto victui reddit. Quemadmodum verò in corporibus elementa inter ſe diſcordia exceſſu defectúve morbum concitant; ita & animi ſanitatem affectuum immoderationes corrumpunt: in primiſque opus eſt tempeſtiuitas, atque vt ad ſubiectas affectiones accommodatum præceptum ſit: alioqui lege ſine his vtriſque ad corrigendam excitatam in animo deprauationem minime ſuffectura: vt nec medicamentorum vis vlcus ſanare per ſe poſſit. nam quod remedia vulneribus, id vitijs ſeges præſtant. Ten' verò medicũ, ſæpe idem vulnus, nunc ſecantem, nunc vrentem, nunc horum neutrum facientem, præſertim qui frequenter à fine aberret, non vrgere: Deum verò, qui homo ſis, numquam aberrantem, ſed omnia vt eius dignum ſapientia eſt, moderantem, obtundere, ab eoque præceptorum rationẽ exigere, neq;

Gen. 1.

infinitæ Sapientiæ tamquam de via cedere? an non extrema amentia eſt? *Creſcite, ait, & multiplicamini*. id enim tempus poſtulabat, furente natura, ac neque ad libidinis impetum conſiſtente, neque in ea tempeſtate portum alium quò confugeret habente. Sed quid mirandum fuit? Vt continentes ac cælibes agitarent? At hoc & lapſum maiorem, & vehementiorem flammam effeciſſet. Nam ſi quis pueros, qui lac ſolum deſiderent, ab eo cibo remotos, viris congruo veſci cogat, nihil impediet quo minùs è veſtigio pereant. Tantum malum eſt intempeſtiuitas. Eapropter virginitas initiò prodita non eſt: imò verò virginitas & initiò, & matrimonio prior extitit, ſed eapropter inuaſit porrò matrimonium, viſumque neceſſarium eſt, cùm ſi quidem Adamus obediens manſiſſet, eo opus non fuiſſet. At qui, inquit, tot millia prodijſſent? Ego verò, quando hæc te formido admodum ſolicitans manet, iterum abs te quæro, B vnde nobis Adamus, vnde Eua, non interueniente matrimonio? Quid igitur, itáne, inquit, homines omnes erant naſcituri? Hoc an alio modo, haud ſanè habeo dicere: illud enim nunc agitur, Deo ad frequentandos in terra homines matrimonio opus non fuiſſe.

xiix. Nõ virginitatẽ genus noſtrũ imminuere, ſed peccatum. Gen. 6.

Nec verò mortalium generi virginitatem interitum comparare, ſed flagitia & fœdos coitus, oſtẽdit illa Noæ tempeſtate hominum, iumentorum, breuiter omnium in terris animantium internecio. Nam ſi tum obſcœnæ ei libidini reſtitiſſent Dei filij, ac virginitatem coluiſſent, neque hominum filias iniquis oculis aſpexiſſent, numquã hæc eos ſtrages comprehendiſſet. Atque hæc nolim à me ita accipi, quaſi eorum cladem in matrimonium conferrem: non enim id nunc dico, ſed genus noſtrum perimere ac delere, id verò non eſſet virginitatis.

xix. Matrimonio olim duas fuiſſe cauſas, nunc vnã eſſe. 1. Cor. 7.

Itaque cùm liberùm quærendorum cauſa proditum matrimonium eſt, tum multo magis ad naturæ ardorem reſtinguendum. C Atque id Paulus teſtatur, dicens: Sed propter ſtupra ſuam quiſque vxorem habeat: non propter ſobolem. rurſumque cõgredi iubet, non vt multarum prolium parentes fiant: ſed cur? Ne vos tentet, inquit, Satanas. ac progreſſus, non dixit, ſin optant liberos: ſed quid? ſi ſe non continent, matrimonium contrahant. Principiò enim, vt dicebam, duplicem hunc prætextum habebat, ſed deinde terra ac mari, atque orbe omni repleto, vnus dumtaxat reliquus eſt, nequitiæ & libidinis abolitio. Nam qui etiamnum in his vitijs erant volutaturi, & porcorum vitam agere, atque in luſtris perire cuperent, non minimum demeretur, quæ neceſſitate ea atque fœditate liberatos, ſanctos anguſtoſque tueatur. Atenim qui vmbratilis huius pugnæ futurus modus eſt? & vos enim qui hæc confirmatis, æquè atque nos virginitatis excellentiam tenetis, omniaque quæ vobis dicuntur D commenta ac prætextus ſunt, & libidinis tegumenta.

xx. Etiſi nullũ periculũ eſſet ijs qui virginitatẽ deſpiciant, tamẽ ne ſic quidẽ tutũ eſſe eã deſpicere Verum

Atque † vt hæc dicere impunè eſſet, tamen vel hac ratione à calumnia temperatum oportuit. Nam qui de rebus præclaris ſecus ſentiat, præter alia damna, non leue etiam apud omnes improbitatis ſuæ teſtimonium, adeò deprauatum & iniquum iudicium profert. itaque ſi nulla alia de cauſa, at ne tam tetram opinionem de ſe concitarent, linguam continere decebat: cogitantes, qui ſummis certaminibus illuſtres admiretur, eum licet eodem non euadat, facilè ab omnibus veniam conſequi. at qui nec ea exerceat, & multis coronis digna etiam damnet, meritò eum omnes oderint ceu hoſtem atque inimicum virtutis, & inſanis miſeriorem. hi enim & quæ committunt neſciunt, nec quæ faciunt, vltrò ſuſcipiunt: ideoque nec de læſo magiſtratu pœnas dant, & eos ipſi etiam læſi miſerantur. Quòd ſi quis autem prudens ea deſignet, quæ illi A imprudentes faciunt, iure omnium ſententijs vt naturæ noſtræ perduellis damnetur.

xxj. Ingẽs periculũ eſſe ijs qui virginitatẽ deſpiciant. Pſalm. 49. Gen. 1. Eſai. 5.

Quare quod dicebam, vt accuſatio ea impunè eſſet, tamen ob ea quæ iam dixi, abſtinere oportebat. Nunc ineſt in eo ingens periculum. neque enim qui *ſedens contra ſuum fratrem loquitur*, de eoque detrahit cum quo ſibi communis mater eſt, ſolùm punietur, ſed etiam qui quæ Deo præclara videantur, culpare inſiſtat. Iam accipe quid alius Vates in eandem ſententiam diſſerat: *Heu qui malum bonum, & bonum malum dicit; qui lucem in tenebras; & tenebras in lucem conuertit; qui amarum in dulce, & in amarum dulce mutat*. Nam quid virginitate dulcius, quid melius, quid illuſtrius? quæ fulgores ipſis etiam Solis radijs luculentiores emittat, noſque ab omnibus quæ in vitam incidant abiunctos, iniuſtitiæ Solem puris oculis aſſiduè contuentes præſtet. Atque hæc quidem Eſaias de his qui inter eos iudicia haberent corrupta, vociferabatur. B Audi verò quid alius etiam vates de his qui eas verborum peſtes in vulgus ſpargant, dicat, ab eodem aduerbio itidem exorſus: *Heu † qui alteri potum dat peſtem turbidam*. Eſt autem heu, † verbum non ſimplex, ſed quo ingentes minæ, † & immiſericors ſupplicium promulgetur. nam in litteris aduerbium hoc in eos vſurpatur, qui imminentes pœnas effugere non poſſunt. Rurſum alius vates Iudæos notans, *Vinum*, inquit, *deuotis † propinaſtis*. Quòd ſi qui Nazaræis vinum propinet, adeò multabitur, quo non ſupplicio dignus erit, qui in ſimplicium mentes peſtem turbidam effundat? Si qui exiguam legitimi † exercitij partem ſubcidat, inexorabiles pœnas ſuſtinet, qui ſanctimoniam hanc omnem conuellat, quibus modis accipietur? Quiſquis vel horum minimo (inquit ille) incommodauerit, præſtaret ei, ſuſpenſa de eius collo aſinaria mola, in mare demergi. Quid igitur dicent, qui his verbis non vnum aliquem minimum ſed multos † ſolicitant? Cùm namque qui fratrem C fatuum vocet, rectà ad gehennæ ignem abducendus ſit, qui angelicum hoc inſtitutum accuſet, quantam ſuo capiti iram contrahet? Deriſit aliquãdo Moyſem Maria, non vt vos nunc virginitatem, ſed leuiùs multo ac moderatiùs: quippe quæ nec detraheret homini, & beati virtutem non ſolùm non exagitaret, ſed valde etiam ſuſpiceret. illud tantùm dicebat, ijſdem ſe, quibus illum, præditam: & tamen ideò Dei iram in ſe exciuit, vt neque eo qui læſus videretur, multum deprecãte, quicquam proficeretur, & diutiùs quàm vellet, ei pœna prorogaretur.

Hab. 2. Væ. Væ. Continetur. Amos 2. Sanctificata. Vox Græca monachorum propria eſt, vt velle mihi videatur, Nazaræos tanquã monachos & aſcetas quoſdam legitimos fuiſſe. Matth. 18. Matth. 5. Scandaliſent. Num. 12.

xxij. Pueros illos Eliſæi tẽpeſtate viriliter periiſſe. 4. Reg. 2. Virgil. Et in dicto veſtigia retro Improperata refert, &c.

Et quid Mariam dico? cùm pueri illi ad Bethlehemam ludentes, qui id Eliſæo tantùm dixiſſent, Aſcende calue, Deum tantopere irritauerint, vt in dicto vrſos in eorum multitudinem (erant enim duo & quadraginta) immitteret: qui ab ijs ad vnum omnes ſunt diſcerpti, neque aut ætas, D aut multitudo, aut ioco dixiſſe, puerulis profuit. neque iniuria. Quòd ſi enim qui tantos labores ſuſcipiunt, & pueris & viris ludibrio ſunt, ecquis imbecilliorum labores ſuſcipere animum inducet, cum riſu atque ſannis coniunctos? quis è vulgo virtutem colet, eam adeò ridiculam cernẽs? Nam ſi nunc omnibus vbique eam admirantibus, non ſolùm eius cultoribus, ſed etiam qui ea exciderunt, homines vulgò ad eos ſudores pauent ac formidant, ecquis facilè eam adſciſcat, ſi neque admirationi habeatur, & eam paſſim culpari videat? Etenim firmiores, & qui iam in cælum commigrarunt, vulgi tamquam adminiculum non requirunt, ſed eis ad ſummam alacritatem ſatis eſt laus diuina: imbecillioribus autem, & qui nuper eo ſunt deducti, non leuis è vulgi commendatione virium acceſſio fit, donec tandem vndique inſtructi, paulatim ita ſe comparent, vt ea quaſi manu ductione non indigeant. Nec verò id

illorum

A illorum tantùm cauſa, ſed irriſorum etiam commodo fit, ne qui priorem audaciam non luiſſent, in eo porrò crimine progrederentur. Sed mihi iam, dum hæc memoro, veniunt in mentem quæ Eliæ tempeſtate acciderunt. Nam quod pueri propter Eliſæum ab vrſis, id propter eius magiſtrum bis quinquaginta viri cum ſuis principibus ab igni cælitus deflagrante paſſi ſunt. Quia enim & hi per ſummam ſimulationem iuſtum aggreſſi, vocabant, atque ad ſe deſcendere iubebant, eius vicem degreſſus ignis omnes abſumpſit, perinde atque illos feræ. Itaque hæc memoria vſurpantes omnes vos virginitatis hoſtes, tandem fores atque ſeram ori obditote: ne & vos iudicij tempore, conſpectis ijs qui illic virginitate ſplendebunt, dicere incipiatis: *Hi ſunt quos nos aliquando riſui habuimus, & contumelioſis dicterijs. dementes, qui eorum vitam putauimus inſaniam, & exitum inhoneſtum. Ergóne Dei filijs annumerati, ſanctorum conſortes ſunt? Ergo nos à veri via deerrauimus, neque nos iuſtitiæ lumen colluſtrauit!* At quis eorum verborum fructus, eneruata tum temporis pœnitentia?

Sap. 5.

B Sed fortaſſe dicet veſtrûm quiſpiam: At nemon' poſt illa viros ſanctos inceſſit? Multi, & multifariam. Et qui, inquit, eaſdem pœnas non dederunt? Dederunt ſanè: & eorum multos ſcimus. Quòd ſi qui autem effugerunt, at non perpetuò effugient. Nam, auctore Diuo Paulo, *Nonnullorum peccata perſpicua ſunt, & iudicium antecedunt, in nonnullis conſequuntur:* ac quaſi legiſlatores nocentium pœnas litteris conſignatas reliquerunt: ita & Dominus noſter Ieſus Chriſtus in vnum atque alterum facinoroſum animaduertens, eorumque ſupplicia tanquam in † pila area atque litteris repræſentans, per ea quæ illis acciderunt, omnes commonet, etiamſi in præſentia, qui eadem audeant quæ qui ea luerunt, eaſdem pœnas non exſoluant, at futura tempeſtate durius multandos.

xxiij Cum qui eadẽ committunt, non eaſdem luant pœnas.

1. Tim. 5.

† In quam olim inſculpi ſolebat præterea edicta & leges. Exẽpla obuia ſunt.

C Itaque cùm ſine modo peccantes, nihil mali patimur, non acquieſcendum, ſed timendum ob id potius eſt. Nam vt hic à Deo minimè puniamur, at illic cum mundo damnabimur. Atque hæc rurſum non mea, ſed loquentis in Paulo Chriſti ſententia eſt. Etenim eos alloquens, qui indignè ſacra ſumerent, ait: *Propterea apud vos multi ſunt ægri & infirmi, & frequentes conſopiuntur: nam ſi nos ipſi exploraremus, haud equidem puniremur: nunc qui puniamur, à Domino caſtigamur, ne cum mundo damnemur.* Sunt enim qui hic ſolùm caſtigari opus habeant: quorum & culpæ mediocres ſint, & caſtigati iterum ad antiquum non recurrant, canem ad vomitum reuerſum imitati. Sunt & qui propter excellentem improbitatem & hic & illic plectentur: alij illic tantùm ſupplicia ſuſtinebunt. Multi ſacerdotium numis abſtulerunt: neque aut eum qui reprehenderet habuerunt, aut quod olim à Petro Simon Magus, audiuerunt: at non ideò effugerunt, ſed multo grauiores pœnas, quàm quæ hic debebantur, exantlabunt, qui nec exemplo emendati ſint. Multi quæ Core auſi ſunt, nec quæ Core paſſi, at pòſt maiori ſuo malo patientur. Multi Pharaonis impietatem imitati, non etiam, ſicut ille, ſunt demerſi; at gehennæ æquor eos manet. Neque autem qui fratres fatuos vocent, iam puniti ſunt: illic enim in eos ſeruata animaduerſio eſt. Quare ne putate Dei ſententias ſolùm verba eſſe atque voces. nam eam ob rem ex ijs quaſdam in opus eduxit, ceu in Sapphira, Charme, Aharone, alijſque multis, vt qui eius verbis diffidunt, rerum confirmatione deterriti, & deſiſtant porrò ſibi ipſi imponere velut pœnas non daturi, & intelligant Dei benignitatem eò pertinere, vt conſceleratis ſpacium donet, non vt omnino non vindicet in eos qui in vitijs permaneant. Poteram equi-

xxiv. Qui peccent, nec puniuntur, ijs nõ acquieſcẽdum, ſed timendũ potius eſſe.

1. Cor. 11.

D Act. 7

Num. 16
Exod. 14
Geneſ. 12

Act. 5.
Ioſ. 7.
Num. 3.

A dem & pluribus oſtendere, quantum ſibi ignem contrahant, qui virginitatis laudem eleuent. Sed & ſanis hæc ſufficiunt, neque inſanos ad deſperatos vel multo iis plura ab inſania retrahant. Itaque ea diſputatione ſuperſedentes, ad ſanos ſermonem omnem conuertamus, iterum ad beatum Paulum reuerſi. *De quibus autem mihi ſcripſiſtis,* inquit, *bonum eſſet homini mulierem non tangere.* Pudeat nunc vtroſque, & qui matrimonium improbant, & qui plus æquo extollunt, vtriſque enim beatus Paulus cùm his verbis, tum quæ conſequuntur, ſilentium imponit. 1. Cor. 7.

Bonum eſt matrimonium: quippe & virum continentem ſeruans, neque in libidines prouolutum interire ſinens. quare ne id accuſa: habet enim ingens commodum, Chriſti membra ſcorti membra fieri non permittens, nec ſacrum templum profanari & impurari. Bonum eſt, inquam, quoniam lapſantem ſuſtinet atque erigit. Sed quid hoc ad conſtantem, & qui eius opem non deſideret? Nam hic nec frugi nec neceſſarium eſt, & ad B virtutem etiam incommodum, non ſolùm multis præbendis impedimentis, ſed truncanda etiam maiori parte gloriæ.

xxv. Ieſtimis neceſſariũ eſſe matrimonium.
1. Cor. 6

Etenim qui armis eum muniat, qui vel nudos pugnans vicerit, adeò non iuuat, vt extrema etiam afficiat iniuria, admiratione eum & illuſtri corona defraudans. nam nec hominis virtutem omnem patitur elucere, nec eius trophæum percelebre reddi. In matrimonio verò grauior etiam iactura eſt. neque enim ſolùm multorum commendatione, ſed præmijs etiam virgini repoſitis priuat. Hæc propter bonum eſſet homini mulierem non tangere. Cur igitur tangere permittis? propter libidines, inquit. Vereor te ad virginitatis faſtigium ſuſtollere, ne in libidinis barathrum decidas. Nondum tibi leuis eſt ala, vt te ad id cacumen ſubducam. At ipſi certamen arripuerunt, atque ad virginitatis laudem proſilierunt. Quid igitur trepidas, Diue Paule, ac formidas? Quòd hi fortaſſe rem ignorantes hac C alacritate ſunt: me vſus ac periclitatio eius pugnæ, etiam ad cæteris conſulendum timidiorem reddit.

xxvj. Qui virgo agere poſſit, ac matrimonium cõtrahat, ſummã ſibi iniuriã facere.

Noui rei contentionem, noui virginum ſtudium, noui belli grauitatem. Peruicaci quodam & forti animo opus eſt, atque à libidinum ſenſu auerſo. Nam per carbones ingrediendum eſt, vt non vraris, & per mucrones eundum, vt non ſaucieris. ea eſt enim libidinis vis, quæ ignis atque ferri. quòd niſi animus ita comparatus ſit, vt nec ad eius dolores moueatur, protinus ſe perdat. Itaque opus eſt nobis adamantina mente, oculo inſomni, tolerantia ſumma, muris firmis parietibus fortis ac repagulis, cuſtodibus peruigilibus ac prauslidis, atque in primis cæleſti fauore. nam D *niſi Dominus vrbem cuſtodiat, fruſtra vigilant cuſtodes.* At quo pacto eum fauorem eliciemus? Si noſtra omnia conferamus, ſana conſilia, ſummam ieiunij ac vigiliarum contenſionem, legis procurationem, præceptorum ſtudium, & quod caput eſt, ſi in nobis fiduciam non collocemus. nam etſi magna quædam præſtemus, illud apud nos perpetuò dicamus neceſſe eſt, *Niſi Dominus ædes inſtruat, fruſtrà laborant qui eas inſtruunt.* Nec enim *nobis lucta eſt aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi potentes tenebrarum huius ſeculi, aduerſus nequam ſpiritus, qui ſunt in cæleſtibus.* ac noctes dieſque cogitationes nobis armatæ ſtent oportet, & impudẽtibus libidinibus formidini ſint. quippe ſi minimum remittant, adſtans diabolus ignem manibus tenet, vibraturus ac Dei fanum concremeturus. Ergo opus eſt vndique muniamur. eſt enim nobis pugna cum naturæ neceſſitate, angelorum ſtudij æmulatio, cũ incorporeis copijs curſus: terra atque cinis cælicolis æquari nititur, morta-

xxvij. Magnã eſſe virginitatẽ, & magnorum conſiliatricem bonorum.
Prou. 6.
Pſal 126.
Pſal. 126.
Ephel. 6.

A

litas cum immortalitate certamen iuit. Et quiſquam, ſodes, matrimonium ac voluptatem cum re tanta conferre auſit? An non id valde craſſum ſit? Itaque Paulus, qui hæc omnia conſciret, dicebat:

1. Cor. 7.

Suam quiſque vxorem habeat, ideò dettactabat, ideò eis non audebat de virginitate primùm diſſerere. ſed in diſputatione de matrimonio hæret, paulatim eos à matrimonio retrahere volens, & breuem de continentia ſermonem longiori illi intermiſcet, aures admonitionis ſeueritate feriri minimè paſſus. Nam qui vſquequaque è rebus arduis orationem texat, & moleſtus eſt auditori, & plerumque animum cogit dictorum grauitatem non ferentem, reſilire, at qui eam variet, ac facilia plura quàm difficilia immiſceat, cùm difficultatis ſenſum eripit, tum reficiendo auditore, ita eum magis inducit & conciliat: quod quidem & beatus Paulus fecit. Eo enim dicto, Bonum eſſet homini mulierem non tangere; protinus ad matrimonium ſe recipit,

B

ſuam quiſque vxorem haberet, ſciſſens. Atque id contentus beatum prædicaſſe: nam, Bonum, inquit, eſſet homini mulierem non tangere: de matrimonio & conſulit, & edicit, addita etiam cauſa: ait enim, propter libidines. Atque equidem conceſsi matrimonij cauſam edere videtur, ſed re vera exponendo matrimonij prætextu, tacitè continentiæ laudem amplificat: non id apertis verbis declarans, ſed auditorum conſcientiæ relinquens. Nam qui ſe moneri intelligat vt matrimonium contrahat, non quòd matrimonium potiſsima quædam virtus ſit, ſed quòd ſe Paulus tantæ libidinis damnet, vt citra matrimonium ab ea ſe continere nequeat, erubeſcens ac pudefactus, protinus virginitatem adſciſcere, atque à ſe tantam infamiam depellere nitetur.

xxviij. Quæ de matrimonio dicantur cohortationem eſſe ad virginitatẽ.

Quid verò addidit inſuper? Vxori vir debitam beneuolentiam ſoluat: [itidemque vxor viro. quod apertius explanans, ſubdit: *Vxor ſui corporis domina non eſt, ſed vir:*] *itidémque vir ſui corporis Dominus non eſt, ſed vxor.*

C

Et hæc dici pro matrimonio videntur: re vera autem ea, tanquam hamum aſſueta eſca obligatum, in diſcipulorum aures immittit, eos habendo de matrimonio ſermone, à matrimonio retrahere volens. Qui enim audiat, poſt matrimonium non iam ſe ſuum fore, ſed vxoris arbitrio ſubiectum iri, nec mora, acerbiſsima ſeruitute expedire ſe conabitur: atque in primis iugum nec ſubire: cùm qui ſemel ſubierit, ei porrò ſeruiendum ſit, quamdiu id vxori videatur. Neque verò id à me diſſeri futili quandam de Pauli ſententia coniectura, promptum eſt ex diſcipulis cognoſcere. nam nec ij graue ac moleſtum eſſe matrimonium priùs arbitrati ſunt, quàm à Domino ſe in eam neceſsitatem concluſos, inquam & à Paulo tum Corinthij, viderunt.

* Addidi ex Pogiani verſione. nã & hic in apographo noſtro ſignum eſt defectus, & alioqui locus mutilus eſt.

1. Cor. 7

Math. 5.

Illud enim, *Qui vxorem ſuam repudiat, præterquam adulterÿ nomine, in cauſa eſt vt ea adulteret.* Et hoc:

1. Cor. 7.

D

Vir ſui corporis Dominus non eſt, diſsimilibus verbis, ſed eodem ſenſu concepta ſunt. Quin ſi quis hoc Pauli accuratiùs animaduertat, tyrannidem auget magis, triſtioremque ſeruitutem reddit. Nam Dominus ei liberum non permittit eam domo exigere. Paulus ei etiam ſui corporis dominio erepto, omne eius ius in vxorem confert, eique cum emptitio ſeruo grauiùs ſubijcit. huic enim licet interdum ſolidam libertatem adipiſci, ſi quidem poſsit aliquando auctus pecunia hero pretium numerare: at vir, vt omnium difficillimam vxorem nactus ſit, ſeruitutem ferre cogitur, nec qua eo dominatu ſe abſoluat atque eluctetur, inire viam poteſt.

xxix. Illud, Ne defraudate alter alterũ eius eſſe qui ad virginitatem inſtiget.

Itaque cùm dixiſſet, Vxor ſui corporis domina non eſt, addit, Ne defraudate alter alterum, niſi ſi quid ex conſenſu, ad tempus, vt precibus & ieiunio vacetis: rurſumque eodem conuenite. Multos hìc eorum qui virginitatem ſunt amplexi,

A

in tanta Pauli indulgentia, erubeſcere ac verecundari exiſtimo. At ne timete, neu imperitè quicquam ſtatuite. Nam & hæc videntur eſſe coniugibus indulgentis: ſed ſi quis ea nauè rimetur, eiuſdem cum ſuperioribus ſententiæ comperiet: alioqui ſi ea leuiter tractamus, propoſita cauſa neglecta, pronubæ potiùs quàm Apoſtoli verba videbuntur. ſin conſilium omne euoluamus, etiam hanc cohortationem dignam Apoſtolica grauitate inueniemus. Quid eſt enim cur in hac diſputatione prolixior eſt? an non id ſatis erat, quod ſuperioribus verbis auguſtè repræſentatum, cohortationem illic ſiſteret? Nam quid his, Ne defraudate alter alterum, niſi quid ex conſenſu, ad tempus; plus dicitur quàm illis, Vxori vir debitam beneuolentiam ſoluat: &, Vir ſui corporis dominus non eſt? Nihil ſanè: ſed quod illic breuiter & obſcurè dictum eſt, hic pluribus illuſtrat. Atque id facit ſanctum Dei Samuelem imitatus. Vt enim ille accura-

1. Reg. 8.

B

tiſſime regni leges, populo recenſet, non vt eas ſuſcipiant, ſed ne ſuſcipiant: agique inſtitutio quædam videtur, cùm re vera intempeſtiuæ eorum cupiditatis adhortatio ſit: ad eundem modum & Paulus matrimonij tyrannidem frequentiùs & apertiùs inculcat, eos his verbis volens inde reuocare. itaque ei ſententiæ, Vxor ſui corporis domina nõ eſt, addit, Ne defraudate alter alterum, niſi ſi quid ex conſenſu, vt ieiunio & precibus vacetis. Vides vt nec opinatò & ſine moleſtia, eos qui in matrimonio degerent, ad continentiæ ſtudium inducat? Nã principiò rem laudauit ſolùm: præſtare enim homini mulierem non tangere: hic adhibet etiam cohortationem, alter alterum ne defraudarent, niſi ſi quid ex conſenſu. Et cur autem quod conſtitutum volebat, hortabundus, non imperabundus proponit? neque enim dixit, defraudate alter alterum, dum ex conſenſu: ſed quid? Ne defraudate alter alterum, niſi ſi quid ex conſenſu. Quòd hic ſermo lenior eſt, doctoris ſententiam demonſtrans,

C

quæ rigidè id non exigat, quod vel maximè ſumma beneuolentia perſoluatur. Neque eo ſolo auditorem ſolatur, ſed etiam quòd aſperum breuibus verbis complexus, priùs ad iucunda reuertatur, quam eum dolor attingat, in ijſque magis immoretur.

xxx. Cur ſi honoratum matrimoniũ eſt ieiunãtes hortetur Paulus cõgreſſu abſtinere

Atque illud etiam quæſtione dignum eſt, cur, ſi quidem honoratum eſt matrimonium, intemeratuſque lectus, ei precum ac ieiunij tempore locum habere non permitat? Quòd perabſurdum eſſet, Iudæos, †quibus omnia corporata, & tamquam exempla atque ſimulacra quædam agebantur, qui duas coniuges habere, & alijs eiectis alias adſciſcere ſinebantur, tantam in hac re operam ponere, vt diuina oracula audituri, etiam legitimo coitu abſiſterent; idque non vnum aut alterum diem, ſed etiam plures: nos tanto affectos beneficio, qui ſpiritalia accepimus, defunctos, cum Chriſto conſe-

Exod. 19

D

pultos, adoptione auctos, ad eam dignitatem euectos, poſt tot tantaſque dotes, ne infantium quidem illorum ſtudium conſequi. Quod ſi quis autem iterum quærere perſiſtat, cur Moyſes ipſe Iudæos ab eo coitu abducat? id habeat reſponſum. Etſi honoratum matrimonium ſit, at eò ſolùm pertinere, vt vtentem non inquinet, ſanctos præſtare, haud illius eſſe virium, ſed virginitatis. Nec verò ea Moyſen ſolùm atque Paulum edixiſſe, audi quid Iohel cenſeat: *Indicite ieiunium, ſenatores congregate.*† Sed quæris, vbinam vxore abſtinendum ſciſcat? Prodeat, inquit, & ſponſus ex ſuo penetrali, & ſponſa ex thalamo. Id enim Moyſaico etiam maius eſt. Nam ſi ſponſum ac ſponſam libidine ardentes, iuuenta prurientes, cupiditate infrænes, ieiunij & precum tempore coire nefas eſt, quanto magis ceteros eam congrediendi neceſſitatem nõ habentes? Qui enim vt decet comprecetur ac ieiunet, ei neceſſe ſit, omne humanarum rerum ſtudiũ,

Ioel 2.

Sanctifi-cate ieiu-niũ, ſenio-res, &c.

omnem

omnem curam quanque diſſluxum abijcere, itaq; A ad ſe probè vndique coacto, Deum adire. Quare & ieiunium bonum eſt: quippe reciſis animi curis, ac negligentia, quæ mentem circumfluat, repreſſa, cogitationem omnem ad ſe conuertens. id quod & Paulus innuens, à congreſſu arcet, & verbis vtitur oppidò quàm appoſitè. non enim ait, Ne inquinemini: ſed, Vt ieiunio & precibus vacetis: velut coitu cum vxore non ad fœditatem, ſed ad occupationes nos cogente.

xxxi Qui precationibus ſtrenuè operã dare velint, eos neceſſario Paulũ à côcubinatu auocaſſe.

Nam cùm nunc poſt tot præſidia, impedire nos precum tempore diabolus conetur, ecquid non molietur mentis oculis huc illuc iactandis, animum nactus diffluentẽ, atque vxoris ſtudio præfractum; Quod ne pateremur, neu cùm potiſſimùm id agimus, vt Deum nobis propitium comparemus, tum prece adeò futili eum irritaremus, iubet tum à coitu puros eſſe.

xxxii Qui ſegniter precẽtur, nõ modò Deum nõ propitiare, ſed etiam irritare.

Etenim ſi qui reges adeunt: & quid reges dico? imò verò infimos magiſtratus: & ſerui heros B alloquentes, ſeu id agant iniuria ab alijs affecti, ſeu beneficium ipſi poſtulantes, ſeu iram in ſe excitatam ſopire properantes, & oculis & mente omni ad eos conuerſa, ita colloquium habent: ſin minimùm dormitent, non ſolùm pro quibus ſupplicabunt, non perficiũt, ſed malo etiam accepto diſcedunt. Si hominum furorem lenire volentes, tantopere laborant: quid nobis miſeris fiet, qui omnium principem Deum adeò negligenter adimus, maximè cui longè maiorem iram debeamus? Neque enim herum ſeruus, aut regem ſubditus tã grauiter irritet, atque nos Deum in dies. Atque id ſignificans Chriſtus, in alterum commiſſa, centum

Matth. 18

denarios, in Deum, mille talenta nominabat. Quare cùm eum, ſedandæ tantæ iræ, eiuſque quem cotidie oppugnemus, propitiandi cauſa, precibus adimus, meritò nos ab ea voluptate arcet, quaſi dicat: Anima nobis agitur, cariſſimi, de ſumma rerum periculum eſt: tremendum, horrendum, formidandum ſit. Herum adimus terribilem, multoties à nobis læ- C ſum, multa habentem quæ nobiſcum expoſtulet. non hoc tempus eſt amplexuum, non voluptatum, ſed lacrymarum, acerborum gemituum, congenulationis, accuratæ confeſſionis, diligentis ſupplicij, frequentium precum: quandoquidem bene cum eo agatur, qui vel eo ſtudio adhibendo, iram eam leniat, non quia durus ac crudelis ſit Dominus noſter; eſt enim admodum lenis & humanus, ſed ſcelerum noſtrorum magnitudo etſi benignum, clementem, atque miſericordem, facile nobis ignoſcere non ſinit: itaque ait, Vt ieiunio & precibus vacetis. Et quicquam igitur hac ſeruitute ſit acerbius? Volo in virtute gradum facere, in cælũ euolare, ieiunio atque precibus aſſiduè intentus, animi ſordes abſtergere. At quòd illa in id inſtitutum non conſentiat, laſciuiæ eius ſeruire cogor. Ob id enim initio monebat, præſtare homini mulierem non tan-

Math. 19

gere. & diſcipuli etiam Domino dicebant: *Si ea eſt viri cum vxore conditio, expedit matrimonium non contrahere.* D quippe cogitantes neceſſe eſſe alterutram in partem admitti, eaque cogitatione victi in anguſtumq; deducti, eam vocem emiſerunt.

xxxiij. Eadem iterũ repetere, eius eſſe qui Chriſtum imitetur.

Quare etiam Paulus id aſſiduè repetit, vt in eam cogitationem Corinthios inducat: Suam quiſque vxorem habeat: Vxori vir debitam beneuolentiam ſoluat: Vxor ſui corporis domina non eſt: Ne defraudate alter alterum: Eodem cõuenite. Nam nec beati illi id ad primam vocem tum ſenſerunt, ſed poſtquam id ſecundùm audierunt, tum verò præcepti neceſſitatem intellexerunt. Etenim Chriſtus, qui & ? in monte conſidẽs, & rurſum poſt alia mul-

Math. 5

ta de eo diſſeruiſſet, ita eos ad continentiæ ſtudium incitauit. Adeò eadem aſſiduè repetita, plus habent efficaciæ. Itaque & hic, diſcipulus magiſtrum imitatus, crebrò idem vſurpat, neque vſquam permiſſionem merã prodit, ſed cum cauſa, propter libidines A inquiens, & tentationes Satanicas, atque incontinentiam, præter expectationem virginitatis laudem in diſputatione de matrimonio architectatus.

xxxiv. Virginitatem arduam tandem eſſe, & multis contentionis egeam.

Nam ſi in matrimonio degentes diutiùs abiungere veretur, ne quem diabolus ad tum inueniat, quibus coronis dignæ ſint, quæ neque ab initio eo adminiculo opus habuerunt, & ad extremum inuictæ permanſerunt? Vt nihil dicam, nec diaboli machinas vtriſque ex æquo admoueri. Nam illis, opinor, nec moleſtus eſt, qui quidem ſciat perfugium ijs proximum eſſe, ſtatimque ſi quem vehementiorem impetum ſentiant, in portum ſe recipere licere. neque enim ijs permittit beatus Paulus longiùs nauigare, ſed defeſſos redire iubet, ſinens eodẽ rurſum conuenire. At virgo aſſiduè perfretare, & ſine portu æquor permetiri cogitur: atque vt grauiſſimus æſtus * conſurgat, ne ſic quidem ei fas eſt nauẽ ſubducere ac quieſcere. Igitur quaſi qui mari infe-

Grauiſſimus tempeſtas.

B ſtant, vbi ciuitas aut nauale, aut portus ſit, nauigãtes non inuadunt: id enim eſt temerè periclitari: ſin nauigium in alto offendant, auxilij deſtitutionem audaciæ incitamentum nacti, omnia mouent atque verſant, neque priùs deſiſtunt, quàm aut eos demergant, aut id ipſi patiantur: ita & acer hic pirata virgini graues fluctus, ingentem tempeſtatem, impotentes tricumias ciet, omnia ſuſque deque miſcens, vt vi atque impetu nauem ſubuertat: audiuit enim virgini non concedi eòdem conuenire, ſed ei neceſſe eſſe perpetuò aduerſus nequam ſpiritus luctari ac conſligere, donec tandem in tranquillum portum euadat. Etenim Paulus virgini tanquam

Epheſ. 6.

forti militi muris excluſæ portas aperiri non permittit, quamuis & valde efferò hoſte, & vel eo crudiore, quòd aduerſario induciarum poteſtas nulla ſit. Nec verè diabolus ſolùm, ſed ipſe etiam libidinis ſtimulus cęlibes vrget acriùs; idque omnes perſpiciunt. Nam quorum habemus vſum, eorum cupiditate haud facilè tangimur, ſecuritate, animo ſegni eſſe permittente. Atque idem nobis confirmat C & prouerbium populare, ſed in primis verũ: Quod captu, inquit, promptum ſit, id ad cupiditatẽ haud ſanè efficax eſt. Sin ab ijs prohibeamur, quæ pridẽ tenebamus, contrà accidit, & quæ propter facultatem à nobis contẽnuntur, ea nobiſc manibus amiſſa, vehementius deſiderium conciunt. Itaque primùm hac ratione maior eſt apud coniuges trãquillitas: deinde quòd, ſi flamma ijs altiùs quãdoq; eluctetur, eam protinus ingruens cõgreſſus affligit. At virgo non habens qui ignem extinguat, eum ſublimem atque altè graſſantem cernens, ſed quem opprimere non poſſit, id vnum agit, ne cum igni conflictans vratur. Et quicquam magis inſolens eſt, quã ſolidum intus geſtare rogũ, nec aduri? quàm flama in animi penetrali vltrò citroq; commeante, intactam mentẽ conſeruare? Nemo enim eam ſinit carbones eos foràs eijcere: ſed quod Prouerbiorum au- D ctor in natura corporis deſperatum dicit, id illa neceſſe habet in animo ſuſtinere. Quid verò eſt quod

Prou. 6.

dicit? Scilicet ingredietur quiſquam per carbones, nec eius pedes adurentur? ecce autem hæc ingreditur, ac perfert cruciatum: aut ignem ſinu fouebit, vt non eius crementur veſtimenta? at hæc non veſtibus, ſed intus ignem cõtineas efferum atque reſonantem, flamã ſuſtinet ac tolerat. Et adhuc quiſquam, ſodes, matrimonium cum virginitate cõtendere, ac vel obtueri auſit? At non permittit B. Paulus, ingens vtriuſq; rei diſcrimẽ edens. nam illã Domini res, hanc mũdanam curare. Igitur cõiugibus eòdem cogendis obſequutus, audi vt eos iiſdem tãgat. Eòdem enim, inquit, conuenite, ne vos tentet Satanas. At volens oſtendere totum eius tentationi non deberi, ſed noſtræ etiam ignauiæ plurimum, principaliorem cauſam addit, inquiens, propter veſtram intemperantiam. Quis nõ id audiens erubeſcat? quis non intemperantiæ notam effugere moliatur?

Digitized by Google

liatur? neque enim cohortatio hæc ad omnes pertinet, ſed ad valde proiectos. Quòd ſi, inquit, tam es ſeruus voluptatum, ſi tam præfractus, vt ſemper in venerem effuſus atque inhians ſis, congredere ſanè cum vxore. Non eſt igitur permiſſio hæc probantis ac commendantis, ſed irridentis ac dānantis. nam ni voluptariorum mentem egregiè tangere voluiſſet, intemperantiæ vocem non adhibuiſſet, quæ & vehemens eſt, & ingens vituperium continet. cur enim non dixit, propter veſtram imbecillitatem: quòd ea vox magis ignoſcentis eſſet, illa intemperantiæ; ſummam ignauiam notantis. Igitur intemperantiæ eſt, non poſſe à ſtupro abſtinere, niſi vxori ſemper hæreas, ac coitu fruare. Quid mihi hîc dicent, qui virginitatem ſuperuacaneam ſtatuunt? nam hæc quo contenſior eſt, eo maiorem habet laudem: at matrimonium, vbi eo plus ſatis vtare, tum maximè laudis omnis expers eſt. id enim, inquit, dico, qui permittam. iam vbi permiſſio ſit, laudi nullus locus ſit. At enim & de virginibus diſſerens ait, Domini præceptum nō habeo. ecquid igitur rem exæquat? minimè gentium. nam de virgine ſententiam dicit: hic conſenſum præbet. Ac neutrum præcipit, non eadem de cauſa: ſed hic, ne qui ab intemperantia ſe ſuſtollere vellet, prohiberetur, velut præcepti neceſſitate obſtrictus; illic, ne qui ad virginitatem euadere nequiuiſſet, damnaretur, ceu in præceptum contumax. Non præcipio, inquit, virginem eſſe: vereor enim rei difficultatem. Non præcipio congredi qui vetem in præceps ferri, ſublimius ſtudium non impediam. Non ergo id præcipuè vult, vt aſſiduè vxore vtamur, ſed nimirum id ſegniorum intemperantia ſanxit. Nam ſi Pauli voluntatem ſcire vis, audi quæ ſit. *Velim*,† inquit, *omnes homines ſic eſſe, vt ego ſum*, continentes. Igitur qui velis omnes continentes eſſe, neminem vis eſſe coniugem. Non equidem: at non propterea volentes veto & inſimulo, ſed cùm optem ac percupiam omnes ſic eſſe, vt ego ſum, tum illud propter libidines etiam concedo: ideoque in ingreſſu dicebam, Præſtare homini mulierem non tangere: qui id præoptarem.

1. Cor. 7. Volo.

XXXV. Neceſſariò Paulum continentiæ exemplū ſe propoſuiſſe. 1. Cor. 7.

Sed quamobrem hic ſui meminit, inquiens: *Velim omnes homines ſic eſſe vt ego ſum?* quod ſi non addidiſſet, ſui ſanè mentionem effugiſſet. Cur igitur adiecit, vt ego ſum? non quì ſe extolleret: nam hic ille eſt, qui præconij laboribus quàm Apoſtoli mactior, indignum ſe vel Apoſtoli nomine exiſtimat. eo enim dicto, *Ego ſum Apoſtolorum minimus*, velut maius quiddam quàm pro dignitate ſua eloquutus, ſtatim ſe caſtigat, addens, *Indignus qui Apoſtolus vocer*. Cur igitur hîc cohortationi inſerit? Non temerè atque vt in buccam venit, ſed qui ſciret diſcipulos tum maximè ad præſtantium rerum ſtudium incitari, ſi præceptorum habeant exempla. Itaque vt qui à rebus caſſis, verbis ſolùm philoſophetur, haud ſanè auditori proſit: ita qui conſilium à ſe confectum primùm habeat monſtrare, vel hac in primis ratione cum inducat. Præterea purum ſe ab inuidia atque faſtu oſtendit, qui excellens hoc & tanquam exceptitium, cum diſcipulis commune eſſe velit, neque ſe ijs præſtare curet, ſed in omnibus ſibi exæquare. Habeo & tertiam cauſam dicere. Quámnam? Videbatur res difficilis eſſe, nec ita vulgò expedita: itaque volens eam facilem declarare, qui perfunctus eſſet in medium adducit, ne admodum laborioſam crederent, ſed ducem intuentes & ipſis animis aucti eandem viam inirent. Idem & alibi facit. Nam Galatas alloquens, ijſque legis religionem eximere ſtudens, qua ad † antiquam conſuetudinem ferebantur, pleraque quæ tum ſcita eſſent ſeruantes, quid dicit? *Eſte mei ſimiles, quoniam & ego ſum veſtri*: † ac quod ait, eiuſmodi eſt: Nihil ſit, inquit, quod dicatis, reſipiſcentem nunc iam è gentibus, metûs ex legis violatione ignarum, ſuauiter hæc omnia vobis philoſophari: & ego enim vt vos aliquando ſeruitutem

1. Cor. 15

ſe licet ſudaicã & priſci fœderis. Gal. 4. Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos.

A hanc ſeruiui, ſubiectus ſub legis iuſſa, præceptorum obſeruationes exequutus: ſed poſtquam prodijt gratia, totum me ab illa ad hanc contuli. Nec iam ea res contumacia ſit, cùm in alius viri manum conuenerimus. quare non eſt quòd quiſquam dicat alia facere me, alia monere, aut ſecuritate mihi quæſita, vos in periculum dare. nam ſi periculum ageretur, non me equidem prodidiſſem, non ſalutē meam neglexiſſem. Igitur vt illic ſe exemplū proponens, metum ſoluit; ita & hîc ſe in medium coniecto, terrorem proijcit.

XXXVI. Virginitatē modeſtiæ cauſa ab Apoſtolo donū appellari.

Sed habet, inquit, ſuam quiſque dotem, alius aliam. Vide hîc mihi Apoſtolicæ ſubmiſsionis ſignum nuſquam deperditum, ſed vbique ſeriò elucens: Dei dotem appellat ſuam virtutem, & in quo multum deſudauit, id omne Domino tribuit. Et quid mirum ſi id in continentia facit, cùm de præconio etiam diſſerens, pro quo mille labores, perpetuas afflictationes, infandas ærumnas, cotidianam necē ſuſcepiſſet, idem vſurpet. Quid ergo de eo dicit? *Plus illis omnibus laboraui: vel potiùs non ego, ſed Dei in me fauor.*† Non partim ſuum, partim Dei cenſet, ſed totum Dei. Hoc grati ſerui eſt, nihil proprium habere, ſed omnia herilia, nihil ſuum ducere †; ſed omnia Domini. Atque idem facit alio quoque loco. Nam cùm dixiſſet, Qui dotes pro collato in nos beneficio varias habeamus, progreſſus, magiſteria, liberalitatem, ac largitiones in ijs numerat: quæ virtutes, nos dotes eſſe, facilè omnes intelligunt. Hæc autem eò diſſerui, ne dicentem audiens, Suam quiſque habet dotem, concidas, ac tecum ſermocinere: Opera mea hic nihil opus eſt: dotem Paulus nominauit. Nam modeſtiæ cauſa, non qui continentiam donis accenſere vellet, ita loquitur. Scilicet adeo & ſecum & cum Chriſto pugnet? cum Chriſto dicente: *Sunt caſtrati, qui ſeipſos propter regnum cæleſte caſtrarunt*, atque addente: *Qui capere poteſt, capito*. Secum, qui viduitatem amplexas, ſed in eo propoſito perſiſtere nolentes, dāmnet. Nam ſi donum eſt, cur eis comminare, dicens: *Damnatæ, quæ primam fidem fregerint*. Nuſquam enim Chriſtus dotes non habentes puniuit, ſed vbique vitam integram non præſtantes. adeoque quod potiſsimùm requirit, vita eſt quàm optima, & actiones irreprehenſæ. Donorum autem diſtributio poſita eſt non in accipientis optione, ſed in donantis arbitrio. itaque prodigia patrantes Chriſtus adeò non laudat, vt etiam diſcipulos ea re gloriantes, ab eo gaudio remoueat, monens ne gauderent dæmonia ſibi ſubijci. nam qui beati prædicantur, vbique miſericordes ſunt, ſubmiſſi, mites, animo puri, pacifici, qui hæc omnia atque ijs ſimilia præſtāt. Quin ipſe etiam Paulus præclara ſua facinora recenſens, in ijs & continentiæ meminit. ijs enim verbis, In multa patientia, in calamitatibus, in rebus aduerſis, in anguſtijs, in plagis, in cuſtodijs †, in laboribus, in erroribus †, in vigilijs, in ieiunijs, addit, in caſtitate: minimè id facturus, ſi donum eſſet. Cur autem & mordet eam non habentes, intemperantes eos vocans? cur qui virginem non elocat, rectiùs facit? cur beatior vidua, ſi ſic manſerit? nam quod iam dixi, non prodigiorum, ſed actionum beatitudo eſt, quemadmodum & pœnæ. Quo pacto, inquam, eadem cohortans perſeuerat, ſi id in nobis non eſt, nec poſt diuinum fauorem operam etiam noſtram deſiderat? ei enim ſententiæ, Velim † omnes homines ſic eſſe, vt ego ſum, continentes, iterum ſubdit, Solutis autem matrimonio & viduis dico, præſtare eis, ſic manere vt ego.† Iterum ſe proponit eadem de cauſa. nam qui exemplum haberet proximum & tanquā domeſticum, faciliùs † in virginitatis labores erant auſuri. Quòd ſi & ſuprà inquiens, Velim omnes ſic eſſe vt ego ſum, & hîc, Præſtaret eis ſic manere vt ego, neutro loco cauſam adiecit, ne mirare. neque enim id contumacia quadā facit, ſed ratus ſatis eſſe cauſæ ſententiam ſuam, qua rem perfeciſſet.

1. Cor. 15 Sed gratia Dei mecum. Putate.

Rom. 12

Math. 19.

1. Tim. 5.

Luc. 10.

Math. 5.

Carceribus. Exagitationibus.

Volo. Si ſic permaneant vt ego. Sic Virg. Audêre in prælia & Proper. audere in ſcelus dixit. quod Græcè eſt [illegible]

Quòd

xxxvij. Multas eſſe moleſtias in ſecundis nuptijs.

ſcilicet qui ſecundas nuptias contrahunt.

A Quòd ſi quis rationes etiam poſtulat, primùm mihi omnium mortalium exiſtimationem, tum quæ hic vſu veniant, indaget. Nam cum legumlatores nec matrimonia ea caſtigent, & permittant etiam ac concedant, multa & multis cùm domi tum in foro in eos iactãtur acerbe & repudioſe dicta, ac querelæ: quippe eos æquè ac periuros vulgò, vt ſic dixerim, declinant, neque aut amicos habere, aut cum ijs pacta conuenta firmare, neque inuicem quicquam audent credere. Etenim cùm eos vident tantæ conſuetudinis, amicitiæ, cætus, ac ſocietatis memoriam tam facilè ex animo deponere, ea ijs cogitatio quendam quaſi torporem offundit, vt non temere eos candide admittant, ceu leues atque identidem transfugas. Neque ob hæc ſolùm eos auerſantur, ſed etiam propter rerum quæ gerantur inſuauitatem. Quid enim, quæſo, iniucũdius eſt, quàm poſt grauem luctum, ploratus, lacrymas, ſordidam comam, pullum amictum, ſubitò plauſus, tori geniales, ſtrepitus à priori diuerſus, velut actoribus in ſcena ludentibus, ac nunc hoc, nunc illud repræſentãtibus? nam & illic eundẽ videre eſt in-
B terdum regem, interdum omnium pauperrimum: & hic, qui pridem ad tumulum volutabatur, repentè prodit ſponſus: qui comam vellebat, rurſum eodem capite coronam geſtat: deiectus ac mœrens, & qui ſæpe plorans apud eos qui ſe cõſolarentur defunctæ laudes vſurpauit, ac vitam ſibi vitalem negauit, ijſque qui ſe à lamentis abducerent, ſuccenſuit, plerumque inter eos ipſos iterum comitur ac renidet, & oculis pridem lacrymantibus, ijſdem ridens eos intuetur, ac quo ore cuncta hæc paulo antè abiurabat, eos nunc abblanditur, ac ſalutat omnes. Omnium verò triſtiſſimum eſt, bellum liberis creatum, filiabus domeſtica leæna: nam id omninò eſt nouerca. Hinc cotidianum diſſidium atque pugna: hinc inuſitata & inſolens aduerſus innoxiam concertatio. Nam viui & petunt inuidia & petuntur: cum mortuis etiam hoſtes componunt. At non hic, ſed puluis atque cinis exagitatur, odium in defoſſam ingens, contumeliæ, conuitia, accuſatio-
C nes eius qui in terram diſſoluta ſit, implacabiles inimicitiæ cum ea quæ nihil læſerit. Quid amentia hac & barbarie fœdius? Iniuria ab defuncta non affecta: quid dico iniuria affecta? imò verò eius laboribus fruens, ac bonis gaudens, cum ea velut cũ vmbra belligerandi finem nullum facit: ac quæ ſe nihil læſerit, ſæpe etiam ſibi nec conſpectam, mille in dies maledictis laceſſit, eiuſque quæ nulla ſit, pœnis in ſtirpem perſequendis, in eos, vbi ipſa nihil agat, interdum virum armat. Atque hæc tamen hominibus facilia atque tolerabilia ſunt viſa, modò ne libidinis tyrannidem ferre cogerentur. At non virgo ad hunc conflictum trepidauit, nec prælium declinauit, quod vulgò adeò impotens videatur, ſed fortiter reſtans, naturæ inſultum ſuſtinuit. Et quiſquam eam pro merito ſuſpiciat? quando alij etiam
D alteris nuptijs opus habent, ne vrantur: hæc neque vnis contractis, perpetuò ſancta & illæſa eſt. Itaque præmij viduitati in cælis repoſiti præſcius, qui loquentẽ in ſe Chriſtum haberet, dicebat: Præſtat eis ſic manere vt ego. Non potuiſti ad ſummum gradũ cõſcendere? at proximo ne excideris. Hoc ſolo virgo tibi præſtet, quòd illam libido ne expugnauit quidem vmquam: te priùs complexa, perpetuò cõtinere nequiuerit: ac tu quidem victus viciſti, illa victoriam puram habet, ac tecum exitu coniuncta, principio ſolùm ſuperat.

Ne ſponſi [illegible] & ſertis ac frondibus coronabantur.

xxxviij. Cur cõiugibus magna ſolatia, virgini nulla concedat.

Igitur coniuges admodum commodè habent, qui nec altero volente eos mutua cõſuetudine defraudet, nec defraudationem ex conſenſu lõgiùs producat. Quin alteras etiam nuptias permittit, ſi velint, ne ardeant: at virginibus nullũ huiuſmodi ſolatium præbet: ſed illos tantiſper ſuſpenſos iterùm recreat: hanc nec minimũ reſpirantem, ſed aſſiduè pugnantem, ſinit perpetuò ſtare, ac libidinibus verberari, nec vel tantillis inducijs frui. Cur enim non huic etiam dixit, Si ſe nõ cõtinet, nubat? Quòd nec athletæ dicat quiſquã, poſtquam derepto amictu ac delibutus in ſtadium proceſſit ſeq; puluere cõſperſit, abi, fuge aduerſarium; ſed iam porrò neceſſum ſit duorum alterũ, aut coronatum, aut deiectum & infamem diſcedere. Nã in ludo ac palæſtra, vbi cũ familiaribus exercitium ſit, & cũ amicis velut cum aduerſarijs manũ conſeras, liberum ſit & ſuſcipere laborem & nõ ſuſcipere: at qui iã nomẽ dedit, coacto frequẽti populo, præſente agonotheta, ſedẽtibus ſpectatoribus, adducto atq; obiecto aduerſario, ei certaminum lex facultatem eripiat. Ad eundem modũ & virgini dum conſultet priùs, nubendũ ſit necne, tutũ matrimoniũ ſit: at dilegit ac cõſcripta eſt, ſe in ſtadium dedit. Ecquis igitur indictis ſpectaculis, Chriſto certaminis magiſtro, angelis ſupernè ſpectantibus, furẽte diabolo ac fremente, ad luctãque conſerto, & medio cõprehenſo, in mediũ proſtiliẽs edicere auſit, hoſtem fugiat, laboribus ſuperſedeat, comprehenſionem omittat, ne deijciat ac proſternat aduerſarium, ſed ei victoriam cedat. Et quid virgines dico? cùm nec viduas ijs verbis affari fas ſit, ſed illorum loco his terrificis, Poſtquam repudiato Chriſto laſciuire cœperint, nubere volunt, damnandæ, quæ primam fidem feſellerint.

xxxix. Cui viduæ cuius virgini nubere permittat.

Atenim cùm eius ſententia ſit, Matrimonio ſolutis ac viduis dico, præſtare eis ſic manere vt ego: tamen ſi ſe non continent, contrahant matrimonium: & rurſum, Sin obierit eius vir, liberum eſt cui velit nubere, dum religioſe: quamobrem eam cui liberum facit, iterum caſtigat, & quod religioſum matrimonium dixit, idem ceu illegitimum damnat? Ne verere: non idem, ſed aliud. Nam vt inquiens, Si nupſit Virgo, non peccauit non de ea loquitur, quæ matrimonio renunciauit: euidens eſt enim eam piaculum commiſiſſe, & quidem infandum: ſed quæ & expers matrimonij ſit, & nondũ hoc aut illud cenſuerit, ſed tamquam in meditullio harum cogitationum conſiſtat: ita & viduam, hic, quæ virum ſolùm non habeat, neque etiam dum optione ſua ac præiudicio obſtricta teneatur, ſed liberum habeat alterutrum aſciſcere: illic, cui integrum non ſit cum alio ſponſo ſocietatem coire, ſed in continentiæ certamen deſcenderit. poteſt namque & vidua eſſe, & viduarum dignitate: non accẽſeri, ſi quidem id nolit. itaque inquit, Vidua cooptetur non minor annis ſexaginta. Nam quæ vidua mera ſit, ei, ſi velit, nubere permittit: at quæ perpetuò vidua agere Deo promiſit, atque interim nubit, eam vehementer damnat, quæ ictum cum Deo pactum calcet. Non ergo his, ſed illis dicit, Tamen ſi ſe non continent, contrahant matrimonium: ſatius eſt enim matrimonium contrahere quàm ardere. Vides nuſquam per ſe ſuſpici matrimonium, ſed propter libidines, tentationes, atque intemperantiam. nam ſuprà hæc omnia recenſet: hic, quòd eos conuitijs malè multaſſet, rurſum gratioſioribus verbis eandem rem appellat, incendium & ardorem nominans. Quamquam neque hic omiſit quin auditorem feriret. non enim dixit. Sin libidinis vim vllum ſentiunt, ſin tranſuerſi aguntur, ſin non poſſunt: nihil eiuſmodi quod eorum eſt qui aliquid dignum venia patiuntur. Sed quid? Si ſe nõ continent: quod eorum eſt, qui propter ignauiam fungi nolunt. id enim ſignificat eos, quibus res in manibus eſſet, detrectando labore eã non perficere. Ac ne ſic quidem in nos animaduertit, ac ſupplicijs addicit, ſed laude ſolũ priuat, atque in verborũ tantùm vituperio vehementiam adhibet, liberorũ procreationem, plauſibilem hanc & ſpecioſam matrimonij cauſam, nuſquam memorans, ſed ardorẽ, intemperantiam, libidinem, at tentationes Satanicas, eaque ne euenirent, rem permittens. Et quid tũ poſtea? inquit. nam quamdiu id à ſupplicio liberat, quamuis condemnationem, ac conuitia facilè

feremus, dum delicias facere, atque aſſiduè libidine frui liceat. Quid verò, bone vir, ſi nec delicias facere licet, conuitium ſolum percipiemus? At qui, inquit, delicias facere non licet, dicente Paulo, Tamen ſi ſe non continent, contrahant matrimonium? Audi porrò quæ ijs hæreant. Audiuiſti ſatius eſſe matrimonium contrahere quàm ardere: quod iucundum eſt probas, permiſſionem laudas, Apoſtolum de indulgentia ſuſpicis: at hic mihi ne conſiſte, & quæ conſequuntur æquè admitte. eiuſdem enim eſt vtrumque præceptum. Quid igitur ſubdit? Coniugibus autem præcipio, non ego, ſed Dominus, vxor à viro ne diuortium faciat: ſin diuortium fecerit, maneat cælebs, aut viro concilietur. Item, Vir vxorem ne repudiet.

xl. Magnam eſſe ex coniugio ſeruitutem.

Quid autem ſi vir comis eſt, vxor improba, maledica, loquax, & quod commune omnium vitium eſt, ſumptuoſa, alijsque malis pluribus referta? quo modo miſer ille cotidianam hanc moleſtiam, ſuperbiam, impudentiam feret? Quid inquam ſi contra hæc modeſta & ſedata eſt; ille ferox, repudioſus, iracundus, animis ei partim opibus, partim potentia auctis, qui liberam eodem loco habeat quo ſeruam, nihilo in eam quàm in famulas æquior? quo pacto eam neceſſitatem vimque patietur? Quid denique ſi ab ea planè alienus ſemper maneat? Fer, inquit, omnem hanc ſeruitutem, futura demum libera, cùm obierit: eo autem viuo, duorum alterum neceſſe eſt, aut eum omni ſtudio lenire, ac frugi reddere, aut ſi id deſperatum eſt, illætabile quoddam bellum, atque efferum prælium fortiter ſuſtinere. Ac ſuprà dicebat, Ne defraudate alter alterum, niſi ſi quid ex conſenſu: hic diremptam, vel inuitam ſe porrò iubet continere, Maneat, inquit, cælebs, aut viro concilietur. Viden eam inter gemina bella deprehenſam? nam aut libidinis vim ferre cogitur, aut ſi id nolit, aſſentandum eſt iniurio, eique ſe ad quælibet præbendum, ſeu plagis enecare, ſeu conuitijs proluere, ſeu vernarum ludibrio exponere, ſeu aliud quid eiuſmodi. multæ enim viris vlciſcendarum vxorum viæ adinuentæ ſunt. Quæ ſi non perferat, agenda infructuoſa continentia eſt: infructuoſam, inquam, quæ nihil ſe dignum ſpondeat. neque enim ſanctimoniæ ſtudio ſuſcepta eſt, ſed propter diſſidium cum viro. nam, Maneat, inquit, cælebs, aut viro concilietur. At quid ſi nolet in gratiam redire? Habes alterum effugium atque euaſionem. Quámnam? Suſtine [*] eius mortem. Vt enim virgini, cui perennè viuens atque immortalis ſponſus ſit, nubere numquam licet; ſic maritæ tum demum, cùm vir obierit. Nam ſi fas eſſet, eo etiam viuo, ab eo ad alium, iterumque ab illo ad alium tranſire, quid matrimonio opus eſſet, viris promiſcuè altero alterius vxore vtentibus, atque omnes omnibus ineuntibus? Quo pacto autem non & ſtudium ergo contubernales periret, hodie illo, cras alio, ac rurſum alio cũ eorum vxore conſueſcentibus? Meritò id Dominus adulterium vocauit.

Expecta

xlj. Cur Iudæis cõceſſerit Deus repudij libellum offerre
Deut. 24
Math. 5.

Cur igitur id Iudæis permiſit? ne inter ſe confligerent, ne cognato ſanguine ædes ſuas complerent. Cedo enim, vtrum præſtabat, inuiſam domo exigi, an intra parietes iugulari? quod feciſſent, ſi non eis eijcere licuiſſet. itaque inquit, *Si inuiſam habes, dimitte.* At ſedatos, & quibus nec iraſci permittat, alloquens, ait: Sin diuortium fecerit, cælebs maneto. Vides neceſſitatem, nec deprecãdam ſeruitutem, & vtrumque amplexum vinculum? Verè enim vinculum matrimonium eſt, non ſolùm propter ſolicitudinum turbam ac cotidianas moleſtias, ſed etiam quòd coniuges quouis ſeruo grauiùs inuicem ſubijci cogat. Vir, inquit, vxori imperato. At quis eius dominij vſus eſt? nam viciſſim eũ ſeruum efficit eius cui imperet, noua quadam & inaudita excogitata compenſatione ſeruitutis. ac quaſi fugitiuorum pedes & ſeorſim vincti, & rurſum inter ſe exigua quadam catena bicipiti, vtrinque pedicis adfixa, conſtricti, haud ſanè liberè ingredi queant, quòd alter alterum conſequi cogantur. Ad eundem modum & coniugum mentes, cùm priuatas curas habent, tum alia neceſſitate etiam ex mutua colligatione tenentur, quæ eos omni catena arctiùs ſtringat. & vtrique libertatem eripiat, quòd vni imperium omne non tradiderit, ſed eius poteſtatem in vtrumq; diſpertitus ſit. Vbi ſunt igitur qui parati ſunt voluptatis ſolatij cauſa omnem condemnationem pati? neque enim parum de voluptate decedit, interdum mutuis odijs ac diſſidijs in longum tempus durantibus. Quin ea quoque ſeruitus, vt alterius improbitas alteri vel inuito ferenda ſit, ſatis eſt, quæ delicias omnes obliteret. Itaque vir beatus libidinis impotentiam primùm aſperis illis verbis repreſſit, propter ſtupra, intemperantiam, & ardores. Sed cùm videret vulgò eam condemnationem flocci fieri, quod ad deterrendũ efficacius eſſet addit, quod quidem & diſcipulos dicere coegit, *Expedit matrimonium non contrahere.* Id autem eſt, coniugem nullum ſui eſſe iuris. Neque id hortabundus & tamquam conſulens profert, ſed præcipiens ac mandans. nam matrimonium contrahere aut non contrahere penes nos eſt: quæ matrimonium conſequantur, non item, ſed velimus nolimus ferenda ſeruitus eſt. Quid ita? quòd non inſcij eam primùm ſuſcepimus, ſed vel in primis eius iura atque leges tenentes, ſponte ſub iugum nos ſubiecimus. Ac poſtea de ijs loquutus qui irreligioſas domeſticas haberent, omneſque matrimonij leges accuratè perſequutus, iniecta de ſeruis diſputatione, atque ijs, quod abundè ſolatio eſſet, monitis, Ingenuitatem ſpiritalem ea ſeruitute non imminui, pergit porrò ad ſermonem de virginitate, quam pridem parturibat ac ferere ſatagebat, nunc enitens: etſi eum nec de matrimonio diſſerens, ſuſtinuit ſilentio præterire: nam breuiter ille quidem & obiter, ſed tamen ei quoque exhortationi eum intexuit: atque ea pulcerrima ratione aures noſtras & ingenium tamquam præparans ac præmolliens, orationi facilem aditum molitur poſt exhortationem ad ſeruos. Nam pretio, inquit, coempti eſtis; ne hominum ſerui reddimini: Domini nobis beneficio in memoriam reuocato, omniumque mentibus eò erectis, in cælumque ſublatis, de virginitate diſputationem demum inferit his verbis: *De virginibus autem Domini præceptum non habeo, ſed conſilium do,* vt cui Domini clementia fidenti eſſe datum ſit. At, qui de religioſi cum irreligioſa coniugio præceptum item non haberet, magna auctoritate ita ſancit: Ceteris ego dico, non Dominus: ſi quis [*] frater vxorem habet irreligioſam [*] eaque in eius conſuetudinem conſentit, eam ne dimittito. Cur non igitur & de virginibus itidẽ ſciſcis? Quòd hoc Chriſtus palàm conſtituit, vetans eam rẽ præcepti neceſſitate definiri. Illud namque, Qui capere poteſt, capito, liberam auditori optionem condonantis eſt. Itaque de continentia diſſerens, Velim, inquit, omnes homines ſic eſſe, vt ego ſum, cõtinentes. & rurſum, Cælibibus autem ac viduis dico, præſtare eis, ſic manere vt ego. At non in ſermone de virginitate vſquam ſe adducit: ideoque admodum modeſtè atque cautè loquitur, qui nec ipſe ea perfunctus eſſet. Præceptum, inquit, non habeo. Primùm proponenda optione beneuolum reddens auditorem, ita conſilium ſubijcit. Quoniam enim virginitatis nomen prolatum, protinus ingentem laborem declarat, ideò non ſtatim ad cohortationem ſe contulit, ſed auditorem priùs optione deleniens, eiuſque ingenium cicur ac tractabile redens, ita demum proponit. Audiſti virginitatem, nomen multi laboris ac ſudoris: ne metue: non præceptum agitur, aut iuſſi neceſſitas, ſed qui ſe volentes atque ſtudio amplectantur, eos ea ſuis bonis remuneratur, eorum capiti ſplendidam

Math. 19.

1. Cor. 7.

Chriſtianus.
[*] infidelē

ac flo-

ac floream coronam imponens. qui recuſent, ſeque adſciſcere nolint, nec punit, nec inuitos cogit. Neque eo ſolùm orationem gratam nec moleſtã reddidit, ſed etiam qui venuſtum hoc non ſuum, ſed Chriſti eſſe dicat. Non enim ait, Dei virginibus non præcipio, ſed, Præceptum non habeo: quaſi diceret, Si humanis rationibus motus ipſe hæc cohortarer, fidendum minùs eſſet: at cùm id Deo viſum ſit, certum pignus atque fidem habeatis. mihi quidem ea imperãdi facultas eſt erepta: ſed ſi audire vultis velut conſeruum, conſilium, inquit, do, vt cui Domini clementia fidenti eſſe datum ſit. Atque hoc loco Pauli ſummum artificium ac prudentia miranda ſit, quemadmodum inter duo neceſſaria, eaque contraria, interceptus, tum vt ſe commendaret, quò conſilium plauſibile eſſet, tum vt nihil de ſe magnum prædicaret, quippe eius virtutis exſors, breuibus verbis vtrumque conſequutus ſit. Nam qui dicat, vt cui Domini clementia datum ſit, quodammodo ſe commendat: qui ſe potiori nomine non commendet, viciſſim extenuat ac deprimit.

A

alij. De Pauli ſub miſſione.

Non enim ait, Conſilium do, vt cui creditum ſit Euangelium, vt dilectus gentium præco, vt cui in vos magiſterium commiſſum ſit, vt doctor atq; dux. ſed quid? Vt cui Domini clementia datum ſit: eoq; quod minus eſſet, propoſito. nam minus eſt fidentẽ dumtaxat eſſe, quàm fidentium magiſtrum. aliam rurſum extenuationem meditatur. Quamnam? Nõ ait, Vt fidens effectus, ſed, Vt cui Domini clementia fidenti eſſe datum ſit: Ne Apoſtolatum ſolùm, præconium, & magiſterium Dei munificentiæ putate. nam ipſum etiam fidere mihi eius clementia quæſitum eſt. non enim inquit. Qui dignus eſſem, fidem accepi; ſed, Cui clementia modò contigiſſet. Clementia autem gratiæ eſt, non ex merito. Itaque niſi permiſericors Deus fuiſſet, non tantùm Apoſtolus, ſed ne fidens quidem vnquam effici potuiſſem. Viden ſerui gratitudinem, animumque fractum, vt nihil ſibi ceteris plus arroget, quin id etiam quod ſibi cum diſcipulis commune eſſet, fidem, ſuum eſſe neget, ſed Dei clementiæ ac benignitatis: idem his verbis ſignificans ac ſi diceret: Ne dedignamini conſilium à me accipere, neque enim me Deus clementia ſua dedignatus eſt. & alioqui conſilium agitur, non præceptum. etenim conſulo, non ſancio. Porrò autem quæ cuique occurrant vtilia atq; frugi, in medium proferre ac proponere, nulla lex prohibeat, maximè vbi id auditorum rogatu fiat: quod quidem & vobis accidit. Arbitror igitur, inquit, id præſtare. Vides rurſum modeſtam orationẽ, ab omnique auctoritate alienam. Atqui in hanc ſententiam diſſerere interim licebat: Quoniam Dominus virginitatem non præcepit, ideò neque ego: conſulo tamen ac cohortor eius ſtudiũ, qui Apoſtolus veſter ſim. quemadmodũ & infrà eos alloquens

1. Cor. 9.

ait: *Si alijs non ſum Apoſtolus, at certè vobis ſum.* at hic nihil eiuſmodi refert, ſed admodum verecundè verba facit, eius vicem, conſulo, ſententiam edo, inquiens, pro, vt doctor, vt cui Domini clementia fidenti eſſe datum ſit: quaſique ne hæc quidem ſatis eſſent, ad orationem extenuandam, conſilium exorſus, auctoritatem iterum detrahit, qui non ſtatuat ſolùm, ſed addat etiam rationem. Arbitror enim, inquit, id præſtare, propter inſtantem neceſſitatem. Atenim de continentia diſſerens, neque, Arbitror, poſuit, neque vllam planè rationem; ſed illud modò, Præſtat eis ſic manere vt ego: hic, Arbitror id præſtare. Id autem facit, non qui de eo dubitaret. nihil minùs: ſed qui totum auditorum iudicio permittere vellet. nam conſultus is eſt, non qui de ijs quæ profert cenſeat, ſed qui totum in auditorum arbitrio poſitum relinquat.

alij Quã inſtantẽ neceſſitatẽ Paulus nominet

Sed quæ eſt autem, quam hic memorat, neceſſitas? eãne, quæ à natura offeratur? minimè. Primùm enim ſi hanc vellet, ea commemoranda contrarium atque cogitabat efficeret. etenim qui matrimonium contrahere volunt, hanc ſuſque deque iactant. Tum autem eam inſtantem non vocaret. non enim nunc primùm, ſed iam olim mortalium generi inſita eſt. atque erat illa quidem antè vehementior & indomita, ſed Chriſti aduentu, auctaque iam virtute, ſuperatu facilis eſt effecta. Itaque ei non de hac ſermo eſt, ſed aliam quandam innuit, multiplicem & variam, Quænam ea eſt? Humanarum rerum conuerſio. nam ijs eſt confluxus, ea curarum impotentia, ac circumſtantium rerum turba, vt interdum coniugi vel inuito admittendum peccandumque ſit.

B

aliv. Facilius eſſe virginem quã côiugẽ regnũ conſequi.

Etenim olim non is erat nobis virtutis propoſitus modus, ſed & iniuriam vlciſci, & conuitium reddere, & pecunias procurare licebat, & ſanctè iurare, & oculum pro oculo eruere, & inimicos odiſſe; neque aut delicias facere, aut iraſci, aut vxorem aliam eijcere, aliam adſciſcere interdictum erat. Neque id ſolùm, ſed duas etiam coniuges ſimul habere lex ſinebat, eratque tum hac in re, tũ in alijs omnibus ſumma eius facilitas. At poſtquam Chriſtus prodijt, via longe facta eſt anguſtior, non ſolùm quòd incomparabilis ea & ingens omnium quæ dixi licentia nobis e manibus erepta eſt, ſed etiam quòd vxor, quæ nos multa interdum vel inuitos deſignare inducat atque cogat, domi perpetuò ſit habenda, aut ſi eijcere velis, adulterij crimẽ ſubeundum. Neque hoc tantùm nomine virtus ea nobis difficilis eſt, ſed quòd, vt contubernalis tolerabilibus moribus ſit, curarum tamen quæ nos propter eam eiuſque liberos circumfundat turba, nec minimùm in cælum ſuſpicere patiatur, animos noſtros quaſi quidam vortex vndique torquens ac demergens. Nam ecce, cupit vir priuatam & otioſam ac ſecuram vitam degere: ſed conſpectis circumſtantibus liberis, atque coniuge, grãdi ſumptu egente, vel inuitus ſe in ciuilium rerum æſtum coniicit. Quo illapſo dici non poteſt quid non admittere porrò neceſſum ſit, iraſcenti, iuranti, conuitianti, vlciſcenti, ſimulanti, multa ad gratiam, multa ad ſimultatem facienti. Qui enim poteſt, qui in tantis fluctibus verſetur, atque inde gloriam captet, non graues ſcelerum ſordes contrahere? Iam ſi quis domeſtica rimetur, eadem atque etiam maiori difficultate plena inueniet propter vxorem: multa enim ac de multis curet neceſſe eſt, quibus ſeorſim agenti viro nihil opus eſſet. Atque hæc quidem, ſi proba atque commoda ſit vxor: ſin peruicax, acerba, difficilis, non iam id neceſſitas modò, ſed pœna ac ſupplicium vocandum ſit. Ecquid igitur ad cælum iter inibit, ſolutis ac pernicibus pedibus, animo accincto & probe expedito indigens, ea negotiorum mole impoſito, tot pedicis conſtrictus, catena hac, vxoris inquam improbitate, deorſum aſſiduè detractus?

Math. 7.

C

D

alr. Qui ſuperuacuas difficultates excogitet, nullũ eius rei præmiũ habere.

At quod eſt hoc ſapiens vulgi reſponſum, cùm ad eos omnia hæc recenſemus? Itaque, inquit, maiori præmio dignus erit, qui, hac impoſita neceſſitate, perfungatur. Quid ita, bone vir & quamobrem? Quòd maiorem, inquit, laborem ineundo matrimonio ſubit. Et quis eum tantum onus ſuſcipere coëgit? nam ſi quidem matrimonium inire, præceptum eſſet exequi, ac matrimonium non inire, in legem delinquere, haberet id probabilitatem. Sin autem, cui liberum eſſet matrimonij iugum non ſubire, vltrò cogente nullo, ſe in eas difficultates inducere voluit, quò grauius ſibi virtutis certamen redderetur, nihil hoc ad certaminis auctorem, qui id vnum iuſſerit, cum diabolo bellum conficere, atq; aduerſum vitia victoriam quærere. Atque id matrimonio ac delicijs agitandis, multaque curans perficias, an exercitijs & ærumnis, neque aliud prætereà curans, nihil penſi ha-

bet. Vi

A bet. Victoriæ quidem modum, atque ad tropæum ferentem viam, eam prædicat, quæ rebus omnibus humanis ſoluta ſit ac libera. Tu qui vxore, liberis, & quæ ab ijs ducantur, negotijs comitatus, belligerari ac confligere velis, ceu idem præſtiturus, quod ab his omnibus expediti, eaque gratia maiori admirationi futurus, nūc fortaſſe nos magnæ ſuperbiæ inſimules, ſi te ad idem ad quod illi cacumen euadere non poſſe dicamus. Sed præmiorum demum tēpus probè te tum docebit, multo præſtare ſecuritatem inani ambitioni, ſatiuſque eſſe Chriſto, quàm futilibus ſuis inuentis credere. Etenim Chriſtus negat (Luc. 14.) ad virtutē nobis ſufficere, ſuis omnibus renunciare, niſi etiam noſmetipſos oderimus: tu his omnibus permiſtus, ais poſſe ſuperare. Sed vt dicebam, probè tum intelliges, quantum ad virtutem impedimentum ſit vxor, atque vxoriæ curæ.

(adiutricē. xlvj. Cur adiutrix vocatur vxor, quę impedimento eſt.) Et qui, inquit, adiumentum † vocat, quæ impediat? nam faciamus, ait, ei adiumentum idoneum. Ego verò abs te inſuper quæram, quo pacto adiumentum eſt, quæ virum ea ſecuritate ſpoliauit, atque admirabili illo in Pomario domicilio exturbatum, B in præſentis vitæ turbas coniecit? hæc enim ſunt non adiumentum præſtantes, ſed inſidiantis. (Gen.) *A femina*, inquit, ille, *initium peccati, per eamq́; morimur omnes*. Quin & beatus Paulus, (1 Tim 2 adiutrix.) *Adamus*, ait: *non eſt deceptus, at mulier decepta delictum admiſit*. Quomodo igitur adiumentum † eſt, quæ virum ſub mortem ſubiecit? quæ Dei natos, adeo(Gē. 6. & 7)que omnes tum terram incolentes, cum feris, volucribus, cunctiſque reliquis animantibus, eluuione deleuit? (Iob 2.) Nonne ea iuſtum Iobum perdidiſſet, niſi is admodum ſe virum præbuiſſet? (Iud. 16.) Nonne hæc Sampſonem afflixit? Nonne ea perfecit vt vni(Num. 25.)uerſum Hebræorum genus Baalphegori faceret, (3. Reg. 21) ac cognatis manibus contrucidaretur? Quis potiſſimum Achaabum diabolo prodidit, atque (3. Reg 11) ante eum Salomonem, poſt tam inſignem ſapientiam ac celebritatem? Nonne hodieque viris ſuis auctores ſunt multa in Deum admittendi? Non(Eccli. 25.)ne idcirco ſapiens ille ſcriptum reliquit, *Parua* C *eſt quæuis prauitas præ mulieris prauitate*? Quomodo igitur, inquit, dixit Deus, Faciamus ei adiumen(adiutricē)tum † idoneum? neque enim mentitur Deus. Neque id equidem vnquam dixerim: minimè gentium: ſed quæ ea gratia atque cauſa comparata eſſet, in dignitate ſua perſiſtere noluit: quemadmodum nec eius vir. nam & eum ſui inſtar at(Gen 2.)que ſimilem Deus fabricatus eſt, vt & dixit, *Facia(adiutricē)mus ei adiumentum*.† Sed qui is conformatus eſſet, vtrumque protinus amiſit. nam nec ſimilitudinem ſartam tectam conſeruauit: qui abſurdæ cupiditati ſe dediderit, ac dolo captus, voluptatem minimè fregerit: & quod erat in eo Dei inſtar, etiam nolenti deinceps ereptum eſt. neque enim Deus parua imperij parte eum multauit, qui omnibus terribilis D eſſet velut herus, ceu ingratum ſeruum qui Dominum offendiſſet, conſeruis reticulum comparans. Nam initio etiam feris omnibus terrori erat, neque enim ex omnibus quas ad eum Deus adduxiſſet, vlla eum lædere ac inuadere eſt auſa: videbat quippe in eo relucens quiddam regis inſtar. Quas vbi notas peccato deformauit, eum Deus imperio eo itidem deiecit. Igitur vt, quòd omnibus quæ in terra ſint adeò non imperet, vt quædam etiam horreat ac (Gen 1.) formidet, falſum illud Dei edictum non euincit, Atque in terreſtres feras imperium habento: neque enim eius qui dedit, ſed qui accepit vitio ab ea poteſtate in præceps itum eſt: ita nec inſidiæ quæ viris ab vxoribus creentur, ei dicto quicquã fraudi ſunt, (adiutricē) Faciamus ei adiumentum† idoneum. nam ad hoc comparata eſt, ſed in eo non permanſit. Quin illud præterea adferri etiam poſſet, eam ad præſentis vitæ ſtatum, liberorum procreationem, atque inſitam in natura libidinem adiumentum præſtare. Sed cū & vitæ huius & ſobolis, & libidinis deinceps nullū tempus ſit, quid mihi eius hanc in partem adiumētum fruſtrà memoras? nam quæ ad minima ſolum vſui ſit, eam ſi ad magna ſociam adhibeas, non modò frugem nullam ſentias, ſed etiam curis impediare.

Sed ehò, inquit, quid ad Paulum dicemus, qui & (xlvij. Quomodo virum adiuuet vxor in ſpiritualibus. 1. Cor. 7.) inquiat, *Quî ſcis mulier, an tu virum ſeruatura ſis*? & eius adiumentum etiam in ſpiritalibus neceſſarium cēſeat? Et ego id confiteor. non enim eam ab omni ſpiritali adiumento excludo: minimè verò, ſed id eã præſtare dico, non exercendis ijs quæ matrimonij ſint, ſed cum muliebri ſexu prædita, ab beatorum virorum virtutem euadit. neque enim compta, delicata, pecuniarios reditus virum flagitans, prodiga, ſumptuoſa, eum expedire queat; ſed cùm his rebus (1. Tim. 2.) omnibus ſublimior, Apoſtolicam in ſe vitã exprimit, ſummam & probitatem, & modeſtiam, & pecuniarum contemptum, & tolerantiam demonſtrans, ita eum demum expugnet: cum illud vſurpat, *Alimenta atque tegumenta habentes, ijs contenti ſumus*; (1. Tim. 6) cùm hæc rebus ipſis meditatur, ac corporalem mortem irridens, vitam hanc præſentem nihil eſſe dicit: cū omnem vitæ huius gloriam ſecundum Vatem fœni florem exiſtimat. (Eſai. 40.) Non igitur quæ muliebriter cū viro conſueſcat, eo virum ſeruet, ſed præſtanda Euangelica vita. id enim multæ etiam citra matrimonium fecerunt. Nam *Priſcilla*, inquit, *aſcitum Apollo per omnem veritatis viam deduxit*. (Act. 18.) Quod ſi nunc † (Puto alludi ad illud 1. Tim. 2. Mulieri quidē docere non permitto nec authoritate ſibi vindicare in virum &c. *Scilicet Paulina.) non licet, at poſſunt interim coniuges idem ſtudium præſtare, eundemque fructum facere. nam quod iam dixi, neque † illa quoniam coniux ſit virum pellicit. alioqui nihil vetaret, neminem ex ijs qui vxorem religioſam habeant, irreligioſum manere, ſi quidem conſuetudo ac conuictus rem effectam daret. At non id eſt, inquam, ſed philoſophiam ſummam atque patientiam præbere, quæ cum matrimonio coniuncta ſint reſpuere, atque id vnum aſſiduè negotium ducere, id verò eſt quod domeſtici animum ſaluum præſtet. Sin perſiſtat vxoria poſtulare, ei incommodet magis quàm proſit. Iam verò vel ſic rem in primis difficilem eſſe, audi quid dicat: *Quî ſcis enim mulier, an tu virum ſeruatura ſis*? quo interrogandi genere vti ſolemus in ijs quæ inſolenter accidant. Quid verò poſt illa dicit? Deuinctus es vxori? ne quære ſolutionem: ſolutus es vxore? ne quære vxorem. Vides, vt aſſiduas tranſitiones faciat, & frequens breui interuallo vtriuſque cohortationis velut temperamentum? Nam vt de matrimonio diſputationi, de continentia ſermonem interpoſuit, auditorem interim excitans: ita & hic tractationem de matrimonio viciſſim inſerit, eum recreans. Exorſus à virginitate, antequam de ea aliquid dixiſſet, ſtatim ad matrimonium recurrit. Illud enim, Præceptum non habeo, matrimonium permittentis ac prodentis eſt. Tum vbi ad virginitatem ventum eſt, dictumque, Arbitror id præſtare, qui videret eius nomen aſſidue vſurpatum delicatis auribus nonnullam acerbitatem afferre, identidem id non repetit, quin explicata ſatis graui cauſa ad eius labores ſolandos, id eſt, inſtanti neceſſitate, ne ſic quidem auſus eſt virginitatem iterum nominare. Sed quid? Præſtat † (bonum eſt.) homini ſic eſſe. Neque eam ſententiam proſequitur, ſed eo interrupta & inciſa, priuſquam grauis videretur, de matrimonio rurſum differit his verbis: Deuinctus es vxore? ne quære ſolutionem. nã ni id eſſet, atq; id hic ſolatium parare cogitaret, ineptum eſſet virginitatem conſulentem de matrimonio philoſophari. Deinde iterum ad virginitatem tranſit: ac ne nunc quidem proprio nomine appellat. Sed quid? Solutus es vxore? ne quære vxorem. Atenim ne verere: non id cenſet atque ſancit. propè eſt enim rurſum de matrimonio ſermo, terrorem eum ſoluens his verbis: Quòd ſi duxiſti, non peccaſti. At nec iam concide. nam iterum te ad virginitatem trahit. Atque id eſt

quod vult,

quod vult, docens, Qui matrimonium adciſcāt, eos multa humanitus aduerſa pati. Vt enim optimi quique medici & benigni, amarum medicamētum, aut ſectionem, aut vſtulationem, aut ſimile aliquid adhibituri, nō continuò totū peragunt, ſed danda interim ægro reſpiratione, ita ſemper quod reliquum eſt addūt. Ad eundē modū & beatus Paulus virginitatis conſiliū irremiſſe & perpetuò aut cōſequenter nō pertexuit, ſed de matrimonio ſentētijs id aſſiduè interrumpens, atque ita moleſtiæ ſenſum eripiens, blandā ac plauſibilem orationē reddidit. Ob id igitur varia ſententiarum quaſi miſcella quædam facta eſt. Sed operæpretium porrò eſt ipſa etiā verba indagare. Deuinctus es vxori? inquit, ne quære ſolutionem. Hoc non tam conſulentis eſt, quàm vinculi tenacitatem ac firmitatem demonſtrantis. Quamobrem autem non dixit, Habes vxorem? ne eam deſere: cōiuiuis? ne diſcede. ſed vinculum coniugiū vocauit? qui rei acerbitatē hîc oſtēderet. Quoniam enim ad matrimonium ceu ad facilius vulgò concurrunt, coniuges declarat nihil vinctis differre. nam & hic quocumque alter trahat, alteri ſequendum ſit, aut pugnanti, cum eo vnà pereundū. Quid verò, inquit, ſi vir diſſolutus ſit, ego continens eſſe velim? Neceſſe ſit eum conſequi. id enim facere te nolentem, iucunda matrimonij catena amplexa, detrahit, ad eumque cogit, qui tecum initio deuinctus eſt. Sin obnitare ac perrumpas, & te vinculis non exſolueris, & in extremum ſupplicium conieceris.

Quæ inuito viro continens ſit, grauius quā qui adulterat pœnas daturam.

Etenim quæ inuito viro continens ſit, non ſolū continentiæ præmijs caret, ſed illius etiam adulterium grauiùs quàm ille luet ac plectetur. Quid ita? quòd eū legitimo coitu fraudatū, in libidinis barathrum deturbarit. Nam ſi eo nolēte nec minimum id facere permittitur, qua venia digna ſit, quæ eum ſolatio hoc perpetuò priuet? Et quid, inquit, ea neceſſitate ac miſeria durius ſit? Et ego idem ſentio. Cur te neceſſitati ei ſubijcis? Enimuerò eā rationē nō poſt, ſed ante matrimoniū ſubductā oportebat. Itaq; etiam Paulus propoſita demū vinculi neceſſitate, de ſolutione ſermocinatur: ei ſententiæ, Deuinctus es vxori? ne quære ſolutionem, illam ſubdens, Solutus es vxore? ne quære vxorem. Id autē facit, vt tute priùs accuratè perſpecta ac cognita matrimonij vi, faciliùs de cælibatu orationē admittas. Quòd ſi duxiſti, inquit, non peccaſti: & ſi nupſit virgo, nō peccauit. Eccū bellum matrimonij facinus quò euadat! Vt nō inſimulere, nō vt ſuſpiciare. id enim eſt virginitatis. ceterū coniugi ſatis ſit audire, eū non peccaſſe. Cur igitur, inquit, hortaris vxorem non quærere? Quòd ſemel deuincto, ſolui nefas eſt, quod ineſt in eo ingens miſeria. Hui, hoccine ſolum, quæſo, vt ex virginitate quæſtus faciam, miſerias has effugere? Et quis virgo? agere ſuſtineat tantilla mercede? Quis in tantum certamen deſcendere animum inducat, tantorum ſudorum hoc ſolum præmium capturus?

Virginitas ad colere.

Alia. Cur ab huius vitæ incōmodis ad virginitatē inſtiget.

Epheſ. 6. 1.Cor. 7.

Ain verò? qui me ad pugnam cum dæmonibus prouoces: *nec enim nobis lucta eſt aduerſus ſanguinem & carnem*: qui naturæ furori obſiſtere iubeas: qui ex carne & ſanguine conſtitutam, incorporeis copijs paria præſtare horteris: terrena memoras bona, id eſt, matrimonij miſerias non laturas? Nam cur non ſic ait? *Quòd ſi nupſit virgo, non peccauit*, ſed virginitatis coronis ſe deſpoliauit, magnis illis & arcanis bonis. Cur non præmia, quæ poſt certamen eas maneant, recenſuit? vt in occurſum prodeant ſpōſo, vt ſplendidas lucernas habituræ ſint, vt ſumma cum gloria ac fiducia regem in cubile comitentur, vt omnium proximè eius ſolium, & regios toros effulgeant. Sed de his nec leuiſsimè quidē meminit: vitæ miſeriarum vacuitatem ſurſum deorſumque iactat. Arbitror, inquit, id præſtare ac dicere negligens, propter futura bona, ait, Propter inſtantē neceſſitatem. Deinde rurſum eo dicto, Quòd ſi nupſit virgo, non peccauit, cæleſtibus præmijs, quibus ſepiliarit, ſilentio præteritis, multa ijs, inquit, humanitus aduerſa patienda ſunt. Neque id hactenus ſolūm, ſed ad finem vſque facit, & omiſſa eius à futuris bonis commendatione, iterum ad eandem cauſam confugit, contractum eſſe tempus: eiuſque loco, Velim vos in cælo reſplendere, & coniugibus multo illuſtriores haberi, rurſum hæret in his noſtris, inquiens, Velim autem vos ſecuros eſſe. Neque id hic ſolum facit, ſed etiam quo loco ei de iniurijs ferendis, ſermo eſt, eandem conſilij vitam iniijt. Nam cùm dixiſſet, *Si eſurit inimicus tuus, da ei comedere, ſi ſitit, da bibere*: qui rem tantam imperaret, contraque naturæ neceſſitatem niti iuberet, ac cum rogo tam impotenti decertare, vbi ad mercedem ventum eſt, de cælo ac cæleſtibus ſilentium: tantùm eius à quo læſus ſis, ſupplicio remunerationem definit. *Id enim faciens*, inquit, *candentes carbones in eius caput congeris*. Quid igitur eo ſolatij genere vſus eſt? Non inſcitia, neq; ignarus quemadmodum alliciendus atque inducēdus ſit auditor, ſed vel omniū mortalium hac dote pollentiſſimus, perſuadendi inquam. Vnde apparet? Ex ijs quæ diſſerit. Qui, & quomodo? Corinthijs loquebatur, (priùs enim hoc de virginitate expediemus) Corinthijs inquam, apud quos ſtatuerat nihil ſcire, *niſi Ieſum Chriſtum & eum crucifixum*: quos vt ſpiritales alloqui non potuerat, & qui carnales eſſent, adhuc lacte aluiſſet: quibus etiam cùm hæc ſcriberet, vitio dabat, ne tum quidem adhuc poſſe, qui adhuc carnales eſſent, & humana paterentur. Ideò à rebus terrenis, aſpectabilibus, ac ſub ſenſum ſubiectis, eos & ad virginitatem inſtigat, & à matrimonio abducit: qui probè conſciret deiectos atque pronos, & in terram adhuc obſtipos, terrenis rebus magis cieri ac pellici. Quid eſt enim, ſodes, quòd homines quidam ruſtici ac pingues, tum paruis, tum magnis in rebus ſecurè Deum & iurant & peierant: liberorum caput in primis nec iurare quidem animum inducant? cumque & periurium & ſupplicium hoc illud longè grauius ſit, tamen hoc quàm illo iureiurando magis continentur. Atque ad tenuium ſubſidium non perinde eos de regno ſermones, etſi aſſiduè inſonantes, ad boni cuiuſquā in hac vita aut liberis aut ſibi conſequendi ſpes excitat. Itaque tum maximè in his adiumentis ambitioſi fiunt, vbi ex diuturno morbo conualuerint, vbi periculum effugerint, vbi magiſtratum aliquem & imperium nacti ſint: planeque, multo plurimos ijs quæ ante pedes ſint magis incitari deprehendas. hæc namque & in ſecundis vehementiùs exſtimulant, & in aduerſis terrent acriùs, quòd ſenſus ab ijs abſit propiùs. Quare & cum Corinthijs ſic egit, & Romanos à rebus præſentibus ad iniuriæ patientiam exercuit. Ingenia enim infirma laceſſita, non tam facile iræ venenum amittunt, ſi de regno audiant, atque in ſpem veniant remotam, quàm ſi eius qui iniuriam dederit ſupplicium exſpectent. Itaque volens iniuriarum recordationis radicem conuellere, atque à ſtirpe irā exſcindere, quod efficacius erat ad eum qui læſus eſſet, ſolandum, profert, non qui eum repoſitis in futuram tempeſtatem præmijs fraudaret, ſed tum quoquo modo in philoſophiæ viam induceret, atque ad conciliationem feneſtram aperire ſatageret. Nam in omni præclara functione initium facere difficillimum eſt: poſt ingreſſum, non æquè eſt laborum. At non Dominus noſter Ieſus Chriſtus idem facit, nec cùm de virginitate, nec cùm de iniurijs ferendis diſputat: ſed illic cæleſte regnū proponit. *Sunt enim*, inquit, *caſtrati, qui ſeipſos propter regnum cæleſte caſtrarunt*. Cùm pro hoſtibus precari monet, nec detrimenti eorum qui læſerint, nec igneorum carbonum meminit, ſed ea omnia miſeris & præfractis dicenda mittens, ipſe eos maioribus præmijs inuitat. Quibúſnam? *Vt ſimiles ſitis*, inqui-

Rō.12.& Prou.25.

1.Cor.2.

Matth.19

Ibid. 5.

vincto durius neceſſe ſit, vel loqui, ſuſpirare, egredi volentem, omnium cauſam dicere apud corruptos eos iudices, famulas inquã, & ſeruorum turbã. Igitur ſi placet cũ his malis & opes ingentes, & dubias menſas, & ſeruorum gregem, generis ſplendorẽ, potentiæ magnitudinem, gloriam ſummam, maiorum claritatem cõtende: eorum quæ vitam hanc ſtudio dignam efficiant, nihil prætermitte: ſed omnibus diligenter coactis, dolori huic oppone. Nimirum voluptatẽ quæ ex ijs manet, nec apparentem quidem cernes, ac non aliter profligatam, atq; par eſt ſcintillam in vaſtum æquor illapſam extingui. Atque hæc quidem vbi vir obtrectet. Sin ad vxorẽ ægritudo ea peruadat, (neque id equidem rarò euenire ſolet) cum illo quàm cum hac melius agatur: ad hanc miſeram rurſum maior dolorum pars redundet. Neq; enim fas eſt ijſdem armis in ſuſpectũ vti. Nam quis vxorem ferat iubentem domi aſſiduè manere; quis e ſeruis herum obſeruare auſit, nec cõtinuò ad Gemonias abripietur? Itaq; nec his machinamentis ſolari ſe poſſit, nec ita verbis prodenda, ſed vir ſemel fortaſſe iterumque vitiligantẽ patiatur. *ſin criminari perſiſtat, ſtatim doceat, *præſtare ea ſilentio ferre, ac tabeſcere. Atq; hæc quidẽ ſi ſuſpicio ſit. Porrò autẽ ſi malum hoc verũ ſit, iam vxorẽ nemo e læſi manibus eripiat, quin leges opitulantes nactus, omniũ ſibi cariſſimum iudicio ſiſtã, trucidet. ceterùm vir legum pœnas effugit, ſublimi ac diuinæ ſententiæ ſeruatus; pœnitendo equidem miſeræ ſolatio. Itaque cogit neceſſitas longam quandam ac miſerandam mortem ſubire, per incantamenta atque veneficia, quæ adulteræ mulieres comparent. pleræque etiam nec inſidijs in eas quas laceſſant opus habuerũt, ſed illæ mœroris vehementia eas, prius extinctæ, præuerterunt. vt quãtumuis viri omnes ad matrimonium confluerẽt, feminis id non ſit perſequendũ. Nam nec ineſſe in ſe eam libidinis impotentiam habeãt dicere, & dolorũ qui ex eo impẽdeant, plus capiunt quod quidẽ iam eſt à nobis demonſtratum. Quid igitur, inquit, id in omni matrimonio eſt? Nec verò abeſt ab omni: ceterùm ab omni virginitate lõge atq; procul eſt. Ac nupta vt in malum non incidat, at in mali metum incidet. neque enim poteſt, cui cum viro conſueſcendum porrò ſit, non vnà cum conſuetudine mala omnia ſecum putare ac metuere. At virgo non ſolum à moleſtijs, ſed etiam à ſuſpicione libera eſt. Non eſt id in omni matrimonio. Non equidem id dico, ſed quantumuis id non inſit, alia inſunt multa, quæ vt effugias, omnia planè effugere non poſſis. Sed velut in ſentibus, quæ veſtimentis adhæreant, qui ſepem tranſcendat, ad vnam euellendam conuerſus, alijs pluribus teneturita & in rebus maritis, qui hoc perrumpat, illo rurſum ſingatur; qui id ſubterfugiat, aliud offendat, nec temere matrimonium inuenias omni moleſtia ſolutum.

parietur.
docebit.

liiii. Coniugiũ diuitũ expetendũ nõ eſſe, imo pauperũ cõnubio moleſtius eſſe.

Atque hic, ſi videtur, infauſtis dimiſſis, quod in eo ter beatum exiſtimatur, & multi, adeoque omnes optent conſequi, id nunc in medium productum inquiramus. Quidnam id eſt? Qui pauper, humilis, abiectus ſis, ex ampla ac potenti & locuplete domo vxorem capere. At verò præclarum hoc nihilo minus quàm illud abominandum, calamitatum habere inuenies. Eſt enim alioqui cùm hominum genus inſolentiſſimum, tum in ijs mulieres, eo quidem magis, quo impotentiores ſunt. quare & morbo hoc faciliùs capiuntur. Sin contemptus graues etiam cauſas habeant, nihil ſit quod eas reprendat. Sed quaſi flamma materiem vllam nacta, ita immane quantum ſe ſuſtollunt, ordinem inuertunt, ſumma infimis mutant. Nam virum vxor capitis locum tenere non ſinit, ſed qua eſt contumacia atque faſtu, de ea gradu deiectum, in ſuum, id eſt ad ſubiectionem, compellit, ipſa caput ac dux. Et quid ea abſurditate grauius ſit? vt nihil dicam, conuitia, contumelias, inſuauitatem, quæ omnium ſunt duriſſima.

lv. Quam ſtulta opulentã vxorẽ ſubiectã habere ſinge re cogitandum eſſe.

Iam ſi quis dicat, (nam equidem multos dicere audiui, cùm eiuſmodi ſermones incidunt) Tantùm diues & numoſa ſit, nullo negotio eius faſtum afflixerimus ac deiecerimus. Si quis, inquam, hæc dicat, næ ille primùm ignorat valde id difficile eſſe. deinde vt contingat, nõ parum adfert detrimenti. Etenim vi, & timentem ac coactam viro ſubijci, grauius, atq; iniucundius ſit, quàm vel ſumma auctoritate ei imperare. Quid ita? Quòd ea vis amicitiã omnem ac voluptatem expellat. Amicitiæ autem atq; ſtudij vicem, terrore ac neceſſitate ſuqeunta, quanti id iam matrimonium liceat?

lvi. Intolerabile malum eſſe ditiori viro nubere.

Atque hæc quidem ſi vxor opulenta ſit. Sin, fors ſit, ea nihil habente, vir prædiues ſit, famula pro coniuge, & quæ ingenua ſit ſerua efficiatur, ac ſe digna libertate e manibus amiſſa, emptitijs nihilo præſtet: ſed quantumuis laſciuiat, quantumuis ſpurcus ſit, quantamuis meretricum manum in eius torum adſciſcat, omnia pati ac benignè accipere neceſſum ſit, aut domo cedere. Neque id ſolum eſt moleſtiæ, ſed etiam quòd virò ſic affecto, nec ſeruis nec ancillis liberè mandare queat, ſed velut in alienis degens, ijſque quæ ad ſe non pertineant, vtens, & hero potius quàm viro conuiuens, ita omnia & agere & pati cogatur. Quòd ſi æqualem vxorem ducas, ſubiectionis rurſus legi æqualitas ea fraudi ſit, opum modo æquari eam viro, inducente. Quid igitur tot vbique difficultatibus agas? Neque enim mihi ſi quæ vſquam pauca atque in numerato matrimonia, hæc fugerunt, ea in medium profer. nam ex ijs quæ aſſiduè contingant, non quæ inſolentia ſint, res deſcribendæ ſunt. hæc namque in virginitate difficile eſt euenire, atque adeò nefas in matrimonio difficile eſt non euenire.

lvii. Nuptæ etiã dulcia incommoda impoſita eſſe.

Quòd ſi quæ iucunda videantur, in ijs tantum oritur miſeriarum & calamitatum, quid de ijs quæ haud dubiè acerba ſint, dicendum? Neque enim cum ſola moritura ſit, vnam ſolùm mortem expaueſcit, nec quæ vnam habeat animam, de vna ſollicita eſt, ſed & viro & liberis timet, eorumque coniugibus atque ſoboli, ac quo radix in plures ramos effundatur, tanto ei & curarum plus acceſſerit. Horum ſingulis ſeu numorum iactura, ſeu corporis valetudo, ſeu aliud aliquid accidat ingratum ei tunſæ ac lugubri eſſe ſit neceſſe nihilo minùs quã qui hæc patiantur. Ac ſic quidem omnes ante eam decedãt, intolerabilis luctus: ſin alijs ſuperſtitibus alij immatura morte rapiantur, ne ſic quidem ſolatiũ purum inuenias. Nam de viuis metus aſſiduè animum conciens, dolore de mortuis haud ſanè leuior eſt: quin (mirum quiddam) etiam grauior. Nam defunctorum mœrorem tempus mitiget: de viuis ſollicitudinem perpetuò manere oporteat, aut morte ſola extingui. Quòd ſi nec proprijs malis ſufficimus, quã vitam agemus, aliorum calamitates lugere coacti? Multæ ſæpe claris maioribus ſatæ, admodum delicate eductæ, viro cuipiam præpotenti elocatæ, repente priuſquam ijs rebus beentur, periculo vllo tamquam procella ac turbine, ingruenti, & ipſæ demerſæ, naufragij malorum participes fiunt, & quæ innuptæ, mille bonis fruebantur, nuptæ, in extremam calamitatem decidunt. At non hæc, inquit, omnibus, aut ſemper euenire ſolent. Neque verò ab omnibus remota ſunt: nam equidem quoque idem repetam: ſed cùm partim vſui venerunt, tum quibus vſui non veniſſent, eos ſui metu cruciarunt. ceterùm virgo & experimento & metu omni ſublimior eſt.

lviii. De moleſtijs quæ cum omni matrimonio coniun ctæ ſint.

Sed enim ſi placet, his omiſſis, quæ natura matrimonio tributa ſint, neque à quoquam volente nolẽte vitari poſſint, in præſentia perluſtremus. Quænam ea ſunt? dolores, partus, infantes. Immò verò altiùs orationem repetamus, & quæ matrimonium antecedant, quantum fas eſt cognoſcamus. nã accurate ſoli experti callent. Adeſt ſponſaliorum tepus: itaque

puſtitaque protinus cura anceps atq; varia, quē virum captura ſit, an obſcurum, an infamem, an peruicacē, an fallacē & arrogantem, an audacē, an Zelotypū, an putidū quempiā, an bardum, an improbū, an durū, an imbellem. hæc enim omnia nuptas cōſequi non eſt neceſſe, vereri omnia ac timere eſt neceſſe. quippe nondum certo quem ſit ſortitura, ſed adhuc ſpe tamquā à ſublimi imminēte, animus omnia pauet, ac formidat, neq; horū quicquam eſt quod nō cogitet. Sin dicat aliquis, eā exſpectandis cōtrarijs lætari etiā poſſe: ſic habeto, nō tā nos bonorum ſpē ſolari, quàm malorū metū angere. Nam bona demum cū certò ſperātur, voluptatē pariūt, mala, vbi vel ſuſpicio ſit, extemplò mentē conciūt ac perturbāt. Vt enim mancipia de futuris heris incerta, ab animo quieſcere nō poſſint: ita & virginū mens, ex quo facta ſpōſio eſt, fluctuantis nauigij ſimilis eſt, parentibus in dies alios retinentibus, alios exigentibus. Nā heri victorē procum, hodie gratia vincit alius, & hūc rurſum exturbat alius. Quin plerumq; in ipſo matrimonij tamquā limine, qui ſponſus ſperetur, vacuis manibus diſcedit, puella à parentibus inſperato cuipiam tradita. Nec feminę ſolùm, ſed etiam viri acerbas curas habēt. In hos nāque perquirere eſt: in illius, quę aſſiduè intus cōcluſa teneatur, mores atque formam quo pacto animaduertas? Atq; hæc quidē intrà ſponſalia. At vbi iam præſtò eſt matrimonij tempus, creſcit ſolicitudo, ac voluptate maior metus eſt, ne ex eo ipſo veſpere ingrata, & multo exſpectatione deterior videatur. enim initiò laudatam, pòſt contemni, ferendum ſit: ceterùm cuius à carceribus, vt ſic dicam, cū ſatias teneat, ea quando vmquam porrò ſuſpiciatur? Neque hic mihi illud commemora, Quid verò ſi ſors lepida ſit? nam nec ſic quidem cura hac ſoluta & libera eſt. Multæ enim corporis venuſtate admodū illuſtres, viros ſuos capere nequiuerūt, quin ſe præterirent, alijs longe ſe inferioribus addicti. Iā ea etiā cura expedita, alia rurſum moleſtia ſuccedit, in dotis penſione, & ſocero, quippe cum numeraturo, haud ſane comiter reddente, & cum ſponſo, qui totum nanciſci ſtudeat, cum verecundia exigere coacto, & noua nupta ſolutionis dilatione pudefacta, virum quouis improbo debitore; magis reuerente. Mitto in præſentia. Atenim cura hac ſoluta, continuò ſterilitatis metus ingruit; præterea autem & prolium frequentiæ anxietas: neque adhuc horum quoquam explorato, vtramque in partem iam inde ab initio turbantur. Quòd ſi breui vterum geſtat, rurſum cum lætitia terror. nihil eſt enim matrimonij bonorū vacuū terrore: terror inquā, ne abortu incidente, & quod conceptū eſt, intereat, & grauida in extremū diſcrimen veniat. Sin multum tēporis interſit, vxor proiecta habeatur, velut arbitra ipſa pariendi. Porrò autem partus momento impendēte, aluum tanto iam tempore afflictatam, dolores dirumpunt ac diuellunt: qui vel ſoli omnem matrimonij voluptatem offuſcent. Quin & aliæ deinceps curæ eam ſolicitant. Etenim miſera & ærumnoſa puella, etſi vehementiſſimè ijs cruciatibus diſtenta, nihilo his minùs formidat, ne pro perfecto & integro, vitioſus atque mutilus infans prodeat, ne pro mare femina: neque enim hæc eas ſolicitudo leuiùs tum, quàm dolores, exercet: quæ non modo in quibus noxam committant, ſed etiam in quibus abſint à culpa, in his non minùs quàm in illis viros metuant: in eaque tēpeſtate ſalutis ſuæ ſtudio omiſſo, ne quid viro accidat ingratum, verentur. Iā edito in auras infante, ac primam vocem effato, aliæ rurſum curæ excipiunt, incolumitatis atque educationis. Si indole eſt liberali, ad virtutem comparata, iterum in metu parentes, ne quid ſiniſtrum patiatur, ne immatura morte obeat, ne in vitiū aliquod degeneret. nam non ſolùm ex improbis probi, ſed etiam ex probis improbi ac flagitioſi fiunt. Quorū ſi quid eueniat inuiſum, intolerabilibus malum ſit, quàm ſi hæc ab initio contigiſſent. Sin omnia in eo præclara, ſtabilia permaneant, at mortationis timor aſſiduè præſto eſt, parentum animos vexans, magnamq; voluptatis partem detruncans. At nō cunctis maritis fas eſt liberos habere. Itaq; mihi aliam rurſum inquietudinis cauſam narras. Quare ſi & ſuſceptis liberis ac nō ſuſceptis, & probis ac flagitioſis, varijs doloribus atq; curis continentur, vnde iam porrò ſuauiſſimam coniugum vitam vſurpemus? Iam ſi domeſtici concordes vitam exigant, formido ſit ‡ ne irruens mors voluptatem diſſipet. immò verò non formido ſit, neque id malum dumtaxat metuendum ſit, ſed omnino neceſſitas ſit aliquando in actum prodire. nemo enim poſſit vtrūque vno die extinctum oſtendere. Quod ſi non cōtingat, quod ſupereſt, neceſſitas ſit vel morte acerbiorem vitam ſuſtinere, ſeu diu cum ea conuixit, ſeu parum. Nam ille quò magis periculum fecit, eo maiorem habet dolorem, longa conſuetudine intolerabile diſcidium reddente: hic priuſquā amorē guſtauit, ac expleuerit, feruente adhuc deſiderio, ea ſpoliatus, idipſum vehementiùs luget, atq; ex contrarijs cauſis, eadem vterque miſeria tenetur. Quid iam dicam, quæ interim incidunt auocamenta, diuturnas peregrinationes, angores ijs coniunctos, morbos? Quid hoc ad matrimonium, inquit. Equidem certè multæ ſæpe ‡ eius opera valetudinem contraxerunt. iniuria enim affectæ & irritatæ partim ira, partim mœrore, grauem febrim concitarunt. Ac quantumuis eo præſente nihil eiuſmodi patiantur, ſed facili perpetuò vtantur, peregrè profectionibus in ea mala rurſum coguntur. Sed hæc omnia miſſa faciamus, nec vllius matrimoniū culpemus: at non hoc æquè crimen effugere poſſit. Quódnam? Quòd ſanum ægro nihilo melius affectum dimittit, ſed ad parem decumbenti inquietudinem compellit.

Sin hæc etiam cuncta dimittamus, ac diſputationis cauſa quæ fieri nequeant ponamus, & matrimonium demus omnia ſimul bona complexum, prolem numeroſam, ſcitos liberos, opes, matrem familiàs frugi, formoſam, ſtrenuam, conſenſionem, lōgæuam ſenectutem. addo & generis claritatem, & potentiæ magnitudinem: nec vel cōmune hoc naturæ malum eos ſolicitet, harum rerum conuerſionis formido, ſed omnis mœroris, omnis metus ac curarum cauſa proſcripta ſit, neq; aut alia vlla vis, aut nox immatura matrimoniū dirimat, ſed eā quoq; omnes eodē die ab ſtirpe obeāt; aut quod eo lōgè fortunatius videtur, liberi heredes ſuperſint, parentē vtrumq; capularem ſimul præmittāt. Et quo demū ex hac tanta voluptate accepto emolumēto, eò diſcedent? Nam multas proles reliquiſſe, vxorem venuſtam cum delicijs, ceteriſq; omnibus quæ iam percēſui, tractaſſe, ad ſenectam ætatē euaſiſſe, ecquid nobis ad tribunal illud præſidij adferre poſſit, in veris æternisque rebus? Nihil itaque ſunt hæc vmbra atque ſomnium. Quippe cùm in perennibus illis ſeculis, quæ tum nos excipient, nihil ex his fructus, nihil ſolatij ſperandum ſit, qui his potitus eſt, eodem loco ſit habēdus quo expertes, neque enim ſi quis in mille annis noctē vnā ſuaue ſomniū vidit, plus quiddā habere dicēdus ſit, quā qui eius viſi expers fuerit. Imò verò nec quantū volebam cōſequutus ſum. nā nec quantū veris diſtant ſomnia, tantū hæc ab illis abſunt, ſed multo amplius: nec quod in mille annis vna nox eſt, tantundem hæc, ad futuram tempeſtatem eſt, ſed hic rurſum etiam plus intereſt. At non ea eſt virginitas: quæ facto grandi quæſtu diſcedit. Sed rem omnem à capite arceſſamus.

Non neceſſe habet in ſpōſum inquirere, nec fucū timet. Deus eſt enim nō homo, herus nō cōſeruus. ac ſponſorū hoc diſcrimē eſt. Vide autem & quibus rebus deſpondeatur. Nō mācipia, nō terræ iugera non tot ac totidem auri talenta, ſed cæli & cæleſtia

bona,

eſt. | ſcilicet vi ri, vt ag- parat ex oppoſito | liiij. Matrimonij et omnes miſerias effugias nihil præſtaturū eſſe. | lx. Virginitatē facilem eſſe.

A

bona, ſponſæ huius donationes ſunt. Præterea coniux mortem trepidat, cùm propter alia, tum quod ſe à contubernali diiungat. Virgo & mortem deſiderat, & vitam grauatur, ſponſum præſens præſentem tueri, eaque gloria frui properans.

lx. Virginitatē nullius egere quod in nobis poſitū nō ſit.

Nec verò ei, vt in matrimonio, in inopia agitare quicquam fraudi ſit, quin potiùs quæ id vltrò ſuſtineat, ſponſo cariorem reddat: nec ſordide natã eſſe, nec corporis venuſtate nõ excellere, neq; aliud quicquam ſimile. Et quid autem commemoro? Nã etſi ſors nec libera ſit, neque id quidem eius ſponſalibus deroget, ſed ſufficiat animum pulcrum præſtare, ac vel primas conſequi. Non hic obtrectatio timenda ſit, nõ alterius feminæ, vt clariori viro cõiugatæ, inuidia dolendũ. neq; enim ei quiſquã ſimilis atq; par eſt, nec vero paruo interuallo proximus. At in matrimonio quantumuis prædiuitem, & præpotẽtem virum vlla nacta ſit, aliã tamen reperiat multo maiori nuptã. non parum autem minorum præſtantiæ voluptatẽ, maiorum præcellẽtia minuit. Verũ ingens auri, veſtium, mẽſæ, aliarumq; rerũ copiæ luxus, animũ ineſcet ac alliciat? Et quota quæque mulier ijs potitur? quãdo maior hominũ pars in inopia, ærũnis, ac laboribus degit.

B

Quòd ſi quæ ijs potiuntur, admodum ſunt paucæ in numerato: eæq; ipſæ præter Dei ſententiã faciunt. nulli enim fas eſt in ijs deliciari: quod & ſuperiùs oſtendimus.

lxj. Aurũ gerere, metus quã voluptatis plus habere.

Sed age diſputandi iterum cauſa & has delicias conceſſas ponamus, neque aut Vatem, aut Paulum luxurioſas mulieres odiſſe. Quorſum auri vim? nempe nihil niſi inuidia eſt, cura, metus haud vulgaris. Nam & in capſulam coniecto, ac nocte ingruente, curis anguntur, & eo indutæ, atque interdiu, æquè, immò etiam magis, ſolicitantur. Etenim & in balneis & in templis præſto ſunt feminæ quæ id compilent: ac citra eas quoque, aurigeræ à turba preſſæ & impulſæ, nec ſentiunt quidem auri ſibi aliquid elapſum. itaque multæ non hæc ſolùm, ſed multo etiam pretioſiora monilia, è cariſſimis gemmis adornata, reuulſa ac delapſa perdiderunt.

C

lxij. Aurea ornamenta & formæ nocere, & augere deformitatẽ

Age verò neque hic terror ſit, ſed hæc etiã cura exẽpta ſit. quid refert? Vidit quiſpiã, inquit, ac miratus eſt. At nõ ijs ornatã, ſed ornamẽta, illam ſæpe vel ob ea criminatus eſt, ceu præter dignitatem ijs ornatã. Nã ſi formoſa ſit, naturæ pulcritudinẽ perdat: ſiquidẽ ingẽs ille mundus eã nudã apparere nõ permittit, magnã eius partẽ delibãs: ſin tetra ac deformis, vel eo turpiorem ſe exhibeat. deformitas enim vbiq; ſola apparens, quãtacumq; eſt, apparet modò. Quòd ſi gemmarũ ſplendor, aut alterius cuiuſquã materiæ pulchritudo obmoueatur, fæditatis plus etiã contrahat. Nã & corporis atrorem multo atriorẽ imminens margaritæ lumen, & tamquã in tenebris micans, repræſentat, & oris prauitatẽ veſtium flores lõgè tetriorẽ demonſtrant: quæ vultus tamquã filum à ſpectatoribus ſeorſim cẽſeri nõ ſinant, ſed ad quæſitum illud atque incõparabile decus: vnde magis ſuperetur.

D

Aurũ enim paſſim veſtibus inſperſum, atq; id genus varijs operis diuerſitas, omniſque reliquus ornatus, quaſi quidam pugil bene habitus ac robuſtus, ſcabro quodam & turpi ac ſtrigoſo aduerſario repulſo: ad eundem modum amicti vultus ſplendore derepto atque detracto, omniũ in ſe oculis conuerſis, illam magis ridiculam, ſe in primis ſuſpiciendum præbeat.

lxiij Quis virginitatis mundus, & quæ pulchritudo

At non is eſt virginitatis mundus, neque indutã defraudat: qui nec corporalis ſit, ſed animi totus. Itaq; ſeu deformis ſit, protinus deformitatem mutet, adhibendo incomparabili ornatu: ſeu venuſta & nitida, ſe illuſtriorem reddat. Siquidem non gẽmæ & aurum, non veſtium luxus, non colorũ flores varij atque ſumptuoſi, non alia id genus res caduca, animos comit, ſed eorum loco ieiunia, ſanctæ peruigilationes, comitas, modeſtia, paupertas, fortitudo, ſummiſſio, tolerantia, omnium planè vitæ huius rerũ deſpectus. Nam & oculus ei tã pulcer atq; lepidus eſt, vt pro hominibus incorporeas copias, earumq; dominum habeat amatorem: tã purgatus ac perſpicax, vt pro corporea incorpoream pulcritudinem cernat: tam compoſitus ac ſerenus, vt nec aduerſum aſſiduè laceſſentes ac moleſtos efferetur & inſurgat, ſed eos etiam blande atque comiter inſpectet. Iam verò ea eſt modeſtia, vt vel nequiſſimi quique, ſi in eam accurate intueantur, pudefiant & erubeſcant, ac furorem ſuum remittant. Ac velut ancilla honeſtæ matrisfamilias ſeruiens, ipſa quoq; velit nolit eiuſmodi ſit oportet: ita & corpori animi tam philoſophi, ad eius momenta ſtudium omne moderandum ſit. Nam & oculus, & lingua, & habitus, & ingreſſus, & omnino omnia ad inteſtinã diſciplinam conſonnantur: quaſique vnguentũ pretioſum, quantumuis in vas incluſum, aëre fragrantia ſua tamquam delibuto, non intraneos ſolum & proximos, ſed extraneos etiam omnes voluptate replet: ita & virginis animi fragrantia ſenſus circũfluens, latentem intus virtutem oſtendit, & aureis

B

modeſtiæ frenis omnibus iniectis, equos ſingulos in ſumma contenſione tuetur, neque aut linguã ſinit obſonum aliquid & incompoſitum effari, aut oculum vel impudenter ac ſuſpicioſe ſpectare, aut aures futile aliquod carmen admittere. Quin & pedũ ei cura eſt, ne diſſolutus atque mollis, ſed ſimplex & inaffectatus ſit ingreſſus: omniq; veſtium ornatu abiecto, vultum quoque aſſiduè monet, ne riſu diffluat, immò vt nec leniter rideat, ſed graue ſemper & auſterum ſupercilium repræſentet, ad lacrymas perpetuò paratus, ad riſum numquam.

lxiv Quæ propter Chriſtũ patimur, ea voluptatẽ habere. Act. 5.

Atque hic cùm lacrymas audis, nihil tetricum finge. habent enim ex lacrymæ tantam voluptatẽ, quantam nec huius mundi riſus. Sin diffidis, audi dicentem Lucam: Verberati Apoſtoli læti ex concilio diſcedũt. At non ea eſt verberum natura. non enim voluptatem ac lætitiam: ſed dolores & ærũnas afferre ſolent. Sanè non ea eſt verberũ natura, ſed Chriſtiana fides ea eſt, vt ipſam etiam rerum naturam poſſideat. Quòd ſi verbera voluptatem pariebant propter Chriſtum, quid mirum ſi & lacrymæ

C

Matth. 7. Ibid. 11.

idem præſtent propter eundẽ? Itaque quam anguſtã & ærumnoſam viam dixit, eam rurſum & iugum commodum, & onus leue appellat. nam rei quidem hæc natura eſt, ſed ſtudio atque ſpe eorum qui perfungantur, admodum fit leuis. Quare alacriores etiam videas, qui arctam & ærumnoſam viam ſint amplexi, quàm qui latam atque ſpatioſam, iter facere: non quòd non affligentur, ſed quòd afflictationibus ſublimiores, nihil ab ijs eiuſmodi patiantur, quæ par ſit alios pati. Habet enim æque & hæc vita afflictationes: ſed quæ ſi cum illis matrimonij conferantur, nec afflictationes quidem ſint dicendæ.

D

lxv. Labores virginitatis minores laboribus coniugij.

Quid enim, quæſo, tale per omnem vitam virgo ſuſtinet, quale pœne in annos coniux, doloribus ac lamentis diſtracta? nam tanta eſt eius cruciatus vehementia, vt ſacræ litteræ, cùm exſiliũ, peſtẽ, famã, & intolerabilia mala deſignare volũt, ea omnia dolores nominent. Deus quoq; id ſupplicij ac dirarũ vicem mulieri irrogauit, nõ parere inquam, ſed ſic parere, cũ ærumnis & doloribus. *Cũ dolore* enim, inquit, *paries natos*. At virgo ijs diris ac dolore excelſior eſt. nam qui legis diras antiquauit, & has vim etiam ſuſtulit.

Gen. 3.

lxvj. Iucũdius eſſe pedibus ire quàm ſic circũuehi

Sed multis in foro circumuehi iucundum eſt? Imò id inanis tantùm faſtus eſt, voluptatis omnis exſors: atque vt nec tenebræ quàm lux, nec concluſum quàm ſolutum eſſe, nec multa quàm nihil deſiderare, melius eſt: ſic huic quoque ſuis pedibus non vtẽti nihilo melius ſit. Omitto enim moleſtias quas hinc ſuſtinere eſt neceſſe. Nam nec cùm vult, ei domo prodire licet, ſed plerumque frugi vllo exitu vrgente, domi manere cogitur, velut mendici qui pedibus capti, non habent quò vehãtur. Quòd

ſi vir mulos occupauit,mœror, contentio,pertinax ſilentium:ſin ipſa futuri ignara idem fecerit,omiſſo viro,in ſe irã vertit,aſſidue ea ſe iniuria cõſumens. Et quanto ſatius erat pedibus vtẽtem?nam ea cauſa nobis eos Deus fabricatus eſt: nihil horum malorum ſubire,quàm mollitie hac,in tantam miſeriæ ac mœroris neceſſitatem ſe induere. Neque enim hæ ſolæ cauſæ eas domi continent, ſed ſeu vterque,ſeu alter fortè mulus pedibus dolet,idem contingit: & cùm in paſcua dimittuntur: fit autem id quotannis, atque in multos dies: rurſum tamquam vinctæ domi manendum ſit, & nec negotio quidem neceſſario vocante, ædibus prodeundum.

ſcilicet eũ domi manet.

Quòd ſi quis dicat, eam à ſalutantium turba † expetitam eſſe, ad ſingulos notos reſpectare ac pudeſieri non coactam, valde ignorare mihi videtur, quæ muliebri naturæ pudorem & adimant & afferant. ſiquidem non conſpici aut latere, id efficit, ſed illud, petulantia intus animum poſſidens, hoc,modeſtia atque verecundia. Itaque multæ ea cuſtodia ſolutæ, ac per mediam turbam in foro graſſantes, non ſolùm in ſe accuſatores non concitarunt, ſed multos etiam modeſtiæ admiratores habuerunt: quæ & habitu, & ingreſſu, & veſtium neglectu, luculentum tamquam radium inteſtinæ probitatis dimitterent. nec paucæ intus deſidentes ſiniſtram ſibi opinionem contraxerunt. poteſt enim quæ concluſa ſit,etiam magis quàm quæ prodeant, volentibus egregie petulantem ſe proteruam exhibere.

lxvij. Moleſtũ eſſe multas famulas habere.

Sed forſan ancillarum grex iucundus eſt? Equidem voluptate ea nihil peius, tantum habere curarum. nam & inualetudine cuiuſque, & morte turbari atque angi eſt neceſſe. Ac ſint hæc ſanè tolerabilia,& quæ his etiam grauiora ſunt,cotidie rixari ſegnitiem caſtigantem, fraudẽ inceſſentem, ingratitudinem compeſcentem, omnemque reliquã vitioſitatem corrigentem. illud certè omniũ grauiſſimũ eſt,quod quidẽ vel maximè in eiuſmodi famulitij copia euenire ſolet,ſi in eo grege aliqua fors venuſta ſit:id enim omnino in ea multitudine accidere neceſſe ſit, diuitibus non multas ſolũ, ſed etiam formoſas ſtudiosè parãtibus. Itaq; ſi inter eas vlla præſtãs ſit,ſeu philtro horũ capiat,ſeu nihil vlterius poſſit quam vt admirationi ſit, heræ æquè oculi doleant,ſi non ſtudio,at corporis venuſtate atque admiratione vitæ. Quare ſi quæ apud * eos illuſtria ac præclara habeantur, in ijs tantum ineſt ærumnarum,quid de acerbis dicendum?

* ſcilicet coniuges

lxviij. De tranquillitate quæ virginitati ineſt.

At non virgo horum quidquam ſuſtinet,quin & domuncula turbis libera eſt, & clamor omnis profligatus:quaſique in tranquillo quodam portu,omnia intus ſilentium poſſidet,& vel ſilẽtio maior animũ ſerenitas:quippe nihil humanũ tractantem,ſed aſſiduè cum Deo colloquentem,atq; in eũ fixè cõtuentem. Et quis eam voluptatẽ metiatur? quæ oratio mentis ſic affectæ lætitiã repræſentet? Equidem nulla, ſed ij ſoli qui in Deo delicias faciant, earum magnitudinem tenent, & quanto omnem cõparationem vincant. At ingens auri vis vndique cõſpicua,valde oculos oblectat. Et quanto præclarius eſt in cælum ſuſpicere,atque inde maiorem longè voluptatem capere? Nam quanto aurum ſtanno & plumbo, tanto cælum auro, argento, atque omni materie illuſtrius ac ſplendidius eſt: quin contemplatio hæc ſecura eſt,illa admodum ſolicita: quod quidem vel maximè ſtudia paſſim cohibet. At non vis in cælum ſpectare? licet depoſitum in foro argentum cernere. *Hoc dico quò vos pudeat*: vt cum beato Paulo loquar:quoniam pecuniarũ amore tam eſtis ſtupidi. Atque hic quid dicã neſcio. valde enim me ſcrupulus quidã ſuſpendit, nec video, cur omne pœnè hominum genus,cùm facilè ac iucundè oblectari liceat,id nec in voluptate quidẽ ponãt:in ſolicitudine,diſtractione, atq; curis potiſsimùm gaudeant. Nam cur non eos æquè depoſitum in foro argentum,ac domeſticum oblectat,quod quidem & probatius ſit,& animum angore omni liberũ dimittat? Quoniam,inquit,illud meũ non eſt, hoc meum eſt. Auaritia igitur iucunda eſt, non argenti natura: quod ſi eſſet,inde etiam æque oblectari oportebat. Sin dicas,vſus gratia,multo præſtat vitrum; atq; id diuites ipſi confirment, qui ex ea materie pocula plurimùm parant. Quòd ſi faſtu quodam etiam ex argento fabricari cogantur,priùs vitro interiùs cõſtituto,ita argento exteriùs obducunt: oſtendentes illud ad potum ſuauius & commodius eſſe, hoc ad faſtum ſolùm & inanem oſtentationem. Quid eſt autem hoc, Meum & non meum? Nam equidem cùm verba hæc preſsiùs diſpicio,voces tantùm eſſe mihi videntur. multi enim * id dominum ſuum refugiens,nec viui retinere potuerunt; & quibus ad finem permanſit,ij volentes nolentes mortis tempore eius poteſtate exciderunt. Nec ſolùm in argento,ſed in balneis quoque,hortis,ædibus,meũ & non meum,verba ſolùm mera deprehendas. Nam vſus omnium communis eſt:tantùm qui domini videantur, hoc plus habent quàm qui non ſint, eorum inquam curam. hi enim fruuntur tantùm, illi adhibito grandi ſtudio tantundem conſequuntur, quantum hi citra ſtudium.

1. Cor. 6.

* ſcilicet argentum.

lxix. Sumptuoſas menſas magis inſuaues, & amenas eſſe.

Quòd ſi quis ſummam luxuriem miretur: puta, conciſarum carnium multitudinem, inutilem vini ſumptum,exquiſita condimenta, ſtructorum & piſtorum artificia, paraſitorum & conuiuarum turbam:etiam atq;etiam ſcito,diuites in his nihilo meliori eſſe loco quàm coquos. Nam vt hi dominos,ſic illi hoſpites verentur, ne quid eorum quæ operosè ſumptuosè ijs apparata ſint,carpant. Atque hac in parte coquis exæquantur: in alia etiam ſuperant. Neque enim ſolùm accuſatores,ſed æmulos etiam timent, ſiquidem multis ſæpe ex eiuſcemodi cõuiuijs inuidia creata eſt, nec antè deſtitit, quàm eos in capitis periculum adduxit. At helluari ſæpe ſuaue eſt? Apage ſis: quando ex hoc luxu & grauedo, & ventris obeſitas, & ſpiritus obſtructio, & oculorum obſcuritas, & vertigo, & caligo, aliaque his etiam fœdiora mala pullulant. Atque vtinam ea immoderatio ac iactura cotidianis tantùm doloribus deſcripta ſit: nunc morbi ferè incurabiles ex his menſis originem trahunt. nam & podagra, & tabes,& ſacer morbus, & paralyſis, multaque his etiam grauiora,corpus aggreſſa, ad extremum ſpiritum infeſtant. Quibus malis quæ par explicari voluptas poſsit? quæ non vitæ duritas ad eorum effugium ineundi ſit?

lxx. Sobrietatẽ luxu & vtiliorem & ſuauiorem eſſe.

At nõ ea eſt frugalitas, ſed ab his infauſtis procul remota,ſanitatis atque valetudinis auctor. Quod ſi quis voluptatẽ etiã requirat, in ea quã in luxu maiorẽ inueniet. ac primũ ex eo quod valeat,neq; horum malorũ quoquã exagitetur, quorũ vel ſingula ſeorſum ſatis ſint quæ voluptatẽ extinguant,& tãquam à fundamẽtis euertant. Deinde ex cibis ipſis. Quo pacto? Voluptatẽ efficit appetitus: appetitum nõ ſaturitas ac ſatietas, ſed egeſtas & inopia parit. Ea autẽ nõ in diuitũ,ſed in pauperũ cœnis aſsiduè præſto eſt,epulis,quouis ſtructore & coquo gratiùs, frequens mel inſtillans. Siquidem diuites nec eſurientes cibum capiunt, & antequam vehemens ſomni neceſsitas eis ingruat, conſopiuntur: hi eorum priùs indigi, ita demum ea percipiunt: quod quidem voluptatẽ auget maximè. Cur enim & Solomo ſerui ſomnũ dulcẽ confirmat his verbis: *Dulcis eſt ſeruo ſomnus,ſiue multũ ſiue parũ comederit.* ecquid propter mollẽ torũ? at humi,aut ſuper ceſpite plurimũ dormiũt. An propter ſecuritatẽ? at nec tẽporis momentũ habẽt liberũ. An propter otiũ? at laboribus & ærumnis aſsiduè affliguntur. Quid eſt igitur quod ſomnũ dulcẽ reddat,niſi ad neceſsitatẽ priùs cõpulſos,ita eũ deniq; inire? ceterũ diuitibus niſi vino vdis nox ingruat,peruigilandũ ſit, &. qui in mollibus ſtragulis iaceant,æſtuandum ac dolendum.

Poteram

lxxi. Animam etiã lædi luxu.

Poteram & aliunde luxus inſuauitatem, incommoda, fœditatem oſtendere, morbos, quibus mentẽ imbuat, corporalibus longè & plures & grauiores percenſens. Etenim molles, effeminatos, audaces, arrogantes, ſpurcos, iniurios, impudicos, iracundos, crudeles, illiberales, auaros, ſordidos, ad cũcta frugi atque ſeria ineptos præſtat: quibus diuerſa omnia frugalitas efficit. Sed iã aliò mihi properat oratio. Itaque hoc vno addito, rurſum Apoſtolica verba retractemus. Quòd ſi quæ præclara videãtur, tot malis referta, tantas & animo & corpori morborum tamquam niues accerſunt, quo loco acerba illa ſint habenda? magiſtratus terror, populi concitatio, ſycophantarum & æmulorum inſidiæ: quæ in primis diuites circumſtant. Quibus malis mulieres ſanè etiam vehementiùs angi eſt neceſſe, quòd eas viciſſitudines impotentius ferant.

lxxij. Luxum vitæ commutationem adferre.

Et quid mulieres dico? cùm vel viri grauatim ijs capiantur. nam equidem qui tenuiter ſe tolerat, commutationem nullam horret: qui liquidam illam ac diſſolutam vitam exegit, cum ſi qua incidens calamitas atque vis inopiæ tradat, hic iam qui rudis & inexercitatus ſit, antè moriatur, quàm vices eas perferat. Itaque beatus Paulus ait, Multa ijs humanitus aduerſa patienda ſunt, & ego vobis parco: ac pòſt addit, Tempus contractum porrò eſt.

lxxiij. Nõ eſſe tẽpus hoc, matrimonij tempus.

Et quid hoc ad matrimonium? dicat quiſpiam. Valde ſanè. Quòd ſi enim vita hac concluſum eſt, in futurum nec ducunt nec ducuntur, atque hoc præſens tempus ad finem decurrit, quaſique pro foribus reſurrectio eſt, non iam vſus ſit matrimonij ac pecuniarum, ſed egeſtatis, & id genus reliqui philoſophiæ, quæ illic nobis commodet. Nam quemadmodum virgo quamdiu domi manet apud matrem, magnam pueriliũ omnium curã ſuſcipit, & arcula in penũ depoſita, eorum quæ illic cõdita ſint & clauem ipſa poſſidet, & arbitrium omne tenet, de leuium illorum & futilium cuſtodia æquè ſolicita, ac qui grandem familiam adminiſtrant: ceterùm deſponſa iam & marita, paternas ædes dimittere coacta, tum verò ijs nugis & minutijs liberata, domus gubernationem, opes, & mancipium numeroſum, viri cultum, aliaque his maiora procuret neceſſe eſt: Ita & nobis adultis atque ætate virili, terrenis omnibus, verè puerilibus ludicris, omiſſis, de cæleſtiſque vitæ ſplendore & gloria cogitandũ ſit. deſponſi enim ſumus & nos ſponſo, cum à nobis amorem flagitanti, vt non ſolùm terreſtribus & leuibus his ac futilibus, ſed etiam vita propter eum, ſi opus ſit, cedamus. Quare cũ illuc porrò diſcedendum ſit, exilẽ hanc curam à nobis propulſemus: nã nec in regnum ex inopi domo transferendi, de fictilibus, lignis, vtenſilibus, & reliqua domeſtica tenuitate laboremus. Itaque nec iam terrena, curemus, tempore nos iam ad cælum vocantes: vt & Ro-
Rom. 13. manis ſcribens ait: *Nunc enim propius nos eſt ſalus, quàm tum cùm credidimus: diſceſſit nox, dies adeſt.* Et rurſum
1. Cor. 7. hic: *Tempus contractum porrò eſt, vt qui vxores habẽt, perinde ſint ac ſi non haberent.* Quorſum igitur matrimonium, eo non vſuris, ſed perinde ac ſi non haberent futuris? quorſum opes? quorſum prædia? quorſum vitæ præſidia? quorum vſus ineptus porrò atque intempeſtiuus ſit. Nam ſi apud nos iudicijs ſiſtendi, & ſcelerum cauſam dicturi, capitali die inſtante, non vxoris tantùm, ſed etiam cibi & potus, atque omni poſthabita cura, defenſionem ſolùm cogitant: multo magis nobis, nõ terreno cuidam foro, ſed ad cæleſte tribunal ſiſtendis, & dictorum, geſtorum, cogitatorum rationem reddituris, ab omnibus abſtinendum ſit, & gaudio & triſtitia rerum præſentium,
Luc. 14. ac terribilis ille dies vnicè horrendus. *Si quis enim,* inquit, *ad me venit, nec ſuum patrem, & matrem, & vxorem, & liberos, & fratres, & ſorores, atque adeò ſuam ipſius animam odit, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et qui non portat ſuam crucem, & me ſequitur, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Tu ſcilicet deſes vxoris cupiditati, riſui, mollitiei, delicijs vacas? Dominus præſtò eſt. Tu de pecunijs curas ac ſolicitus es? Cæleſte regnum inſtat. Tu ædes, luxum, & reliquam voluptatem diſpicis? Abit ſpecies huius mundi. Quid te mundi rebus non perennibus, ſed caducis, perennium ac ſtabilium oblitus angis? Non iam matrimonium, non dolores, non voluptas & coitus, non diuitiarum copia, non prædiorum ſtudium, non cibus, non tegumenta, non agricultura ac nauigatio, non artes & ædificia, non vrbes, non ædes, ſed alius quidam ſtatus atque vita conſequetur: illa paullo pòſt cuncta interibunt. id enim eſt, Abit ſpecies huius mundi. Quid igitur velut in omnem ætatem hic
manſuri, ita in earum rerum ſtudio, à quibus ſæpe 1. Cor. 7.
antè veſperam deſciſcendum ſit, ſumma ope nitimur? Quid laborioſam vitam diligimus, Chriſto ad otioſam nos vocante? Vellem enim, inquit, vos ſecuros eſſe. Cælebs Domini res curat.

lxxiv. Quid ſit quamobrem cum velit nos ſine ſollicitudine eſſe iubet eſſe ſolicitos.

Quomodo igitur nos ſecuros eſſe vis, quos in aliam iterum curam conijcias? Quòd hoc, nec curare quidem eſt, quemadmodum nec afflictari propter Chriſtum afflictari: non mutata equidem rerũ natura, ſed eorum qui ea cum voluptate patiantur ſtudio, vel rerum naturam vincente. Nam qui ea curet, quibus non longum fruiturus ſit, immò ſæpe nec minimùm, curare meritò dicatur: qui curis maiorem fructum capturus ſit, omni ratione in ſecuris numeretur. Præterea autem vtriuſque curæ tantum eſt diſcrimen, vt hæc cum illa comparata, nec cura quidem habeatur: adeò illa & leuior eſt, & multis partibus facilior. Quæ nos omnia ſuperius oſtendimus. Cælebs Domini res curat, maritus mundi: at hic abit, ille manet. An non igitur vel hoc ſolum ſufficiat ad virginitatis dignitatem commonſtrandam? quanto enim Deus mundo præſtat, tanto hæc illa potior cura eſt. Cur ergo matrimonium permittit, quod & curis nos obſtringat, & à ſpiritalibus abducat? Ideò enim, inquit, dixi, Vt qui vxores habent, perinde ſint ac ſi non haberent, vt qui iam vincti ſunt, aut futuri ſunt, alio quopiam modo vinculum relaxent. nam quoniam haud fas eſt ſemel circumiectum rumpere, tolerabilius reddere ſiquidem licet ſi velimus, ſuperuacua omnia recidere, nec noſtra ipſorum ignauia alia nobis addere vel ijs curis quas res ac natura comparet, maiora.

lxxv. Quid ſit habentẽ vxorẽ nõ habere.

Quòd ſi quis etiam clariùs intelligere vult, quid ſit, Vxorem habentem perinde eſſe ac ſi non haberet, is mihi non habentes, atque crucifixos cogitet, vt cùm ijs agatur. Quomodo cum ijs agitur? Non neceſſe habent ancillarum gregem coemere, non aurum ac monilia, non ædes magnificas & amplas, non tot ac tot terræ iugera: ſed ijs omnibus detractis, amictum vnum atque victum procurant, licet vel vxorem habenti ab eam ſe philoſophiam reuocare. Nam quod ſuprà ait, Ne defraudate alter alterum, de coitu ſolo dictum eſt. in eo enim inuicẽ obſequi iubet, neque alterutrũ ſui dominũ eſſe ſinit. In reliquo philoſophiæ exercitio, veſtitu, victu, atq; alijs omnibus, alter alteri non ſit obnoxius, ſed & viris fas eſt vxore inuita delicias omnes, ac circumfluentem curarũ turbam amoliri: & vxori viciſſim non eſt neceſſe, ſi nolit, comi, inanem gloriam captare, ſuperuacua curare. Nec iniuria. nam equidẽ cupiditas illa naturalis eſt: itaque ei & nõnihil condonatum eſt, nec poteſt alter alterum nolentem defraudare; hæc deliciarum, ſuperuacui cultus, inutilis curæ, non ab natura proficiſcitur, ſed ex ignauia & inſigni nequitia manat. Quare neque in his, vt in illis, cõiuges inuicem teneri cogit. Hoc igitur eſt, Vxorem habentes perinde eſſe ac ſi non haberemus, ſuperuacuas illas propter vxorum pruritũ ac mollitiem curas non admittere, ſed tantum curarum auctarium ſuſcipere, quantum par ſit vnius capitis additamento, atque eius philoſophè ac te-

A nuiter vitam inſtituentis.id enim ſe velle, corolla-
rio hoc ſignificat, Et qui plorant, ac ſi non plora-
rent,& qui in prædijs gaudent,ac ſi non gauderent.
nam nec qui non gaudent,prædia curabũt; nec qui
non plorant, aut inopiam horrere, aut frugilitatem
auerſari poterũt. Hoc verò eſt vxorem habere,nec
habere,mundo vti,nec abuti. Maritus mũdana cu-
rat. itaque cùm & hic & illic curetur, atque hic
etiam temerè & fruſtrà,immò & moleſtè & miſerè:
nam ijs,inquit,multa humanitus aduerſa patienda
ſunt: illic, quod ingens bonum ſit: cur non illam
potiùs adſciſcimus; quæ non ſolùm tot ac tantas re-
munerationes habeat,ſed hac,natura etiam leuior
ſit? Quid enim curat cælebs? an opes,an vernas,an
œconomos, an agros, an reliqua? coquis, textori-
1. Cor. 7. bus,cetero ſeruitio inſtat? Minimè gentium: quin
nihil horum vel cogitat, ſed vnũ id laborat,vt ani-
1. Tim. 2 mum ſuum tamquam conſtruat, & templum illud
ſanctum non cincinnis, aut auro, aut margaritis,
non intritis aut pigmentis, non id genus moleſtijs
& ærumnis,ſed animi atque corporis ſanctimonia
B exornet. At nupta,inquit,curat viro vt placeat. Ad-
modum ſapienter ad ipſarum rerum examen non
deſcendit,neque ea commemorauit, quæ, vt viris
placeant,& corpore & animo patiuntur: illud tor-
quentes,oblinentes,atque alijs malis ſeriò multan-
tes. hũc illiberalitatis,adulationis,ſimulationis, fu-
tilitatis,ineptarũ & inutiliũ curarum implẽtes. Sed
vno verbo omnia hæc ſignificans, recogitanda au-
ditorũ conſcientiæ reliquit.atq; ita virginitatis præ-
ſtantiam declarans,ad cælumq; eam tollẽs, rurſum
ſermonem ad matrimonij permiſſionem confert:
vbiq; ſolicitus, ne id quiſquam præceptũ arbitra-
retur. Quamobrem nec ſuperioribus cohortationi-
bus contentus, Domini præceptum non habeo: &,
1. Cor. 7. *Quòd ſi nupſit virgo,non peccauit:* iterum hic ait, *Non vt laqueum vobis iniiciam.*

lxxvj. Virginitatẽ non eſſe laqueum, ſed noſtrã id eſſe defidiam.

In quo meritò id alicui ſcrupulum moueat,quo
pacto qui rem ſuprà vinculorum ſolutionem vo-
cet, & frugis noſtræ cauſa eam conſulere dicat, ne
miſerias habeamus, vt ſecuri ſimus, qui nobis par-
C ceret: atque ijs omnibus eius leuitatem ac facilitatẽ
notet, hic dicat, Non vt laqueum vobis iniiciam.
Quid igitur eſt? Non virginitatem laqueum vocat:
nequaquam: ſed vi & coactum bonum hoc ample-
cti. Nam ita ſe res habet: Quicquid compulſus & in-
uitus ſuſcipias, quantumuis leue ſit, difficillimum
redditur, & vel reſte grauiùs mentem ſtrangulat.
Ideò ait: Non vt laqueum vobis iniiciã. Id eſt, Vir-
ginitatis bona omnia propoſui & explicui, atque
interim poſt hæc omnia optionem vobis permitto,
non,nolentes ad virtutem traho. neque enim vos
affligare volens, hæc conſului, ſed ne honeſta aſſi-
duitas humanis curis frangatur. Videſis autem mi-
hi & hic Pauli prudentiam,vt deprecabundus,rur-
ſum exhortationem moliatur,ac permittens, con-
ſulat. Nam qui dicat: Non cogo, ſed hortor: ac ſub-
ijciat, Propter honeſtam aſſiduitatem, virginitatis
admirabilitatem atque fructum, qui ex ea ad diui-
D nam vitam manet,oſtendit. neque enim poteſt quæ
humanis curis implicetur, & huc illuc diſtrahatur,
aſſidua eſſe, ſtudio omni atque otio in multa diſtri-
buto,in virum, ac familiæ procurationem, aliaque
cuncta quæ matrimonium accire ſolet.

lxxvij. Mulierẽ quæ de terrenis rebus ſollicita ſit Virginẽ non eſſe.

Quid verò,inquit, ſi & virgo de multis laboret,
atque humana curet? Apage: qui virginum choro
eam exemeris. ſiquidem ad virginem præſtandam
haud ſanè ſatis eſt non nupſiſſe, ſed animi quoque
caſtitate opus eſt. Caſtitatem autem intelligo, non
fœda ac flagitioſa ſolùm libidine,ornatu, curioſita-
te vacare, ſed vitæ etiam curis ſolutã eſſe ac liberã.
quod ni ſit,quorſum corporis caſtitatẽ? Nam vt mi-
lite, qui abiectis armis in popinis occupetur, nihil
turpius: ita nec virgine vitę curis obſtricta,quicquã
Matth. 25 inhoneſtius. Etenim quinque illæ & lucernas habe-
bant,& virginitatem exercuerant: quorum nihil eis

A profuit,ſed clauſis foribus,excluſę perierunt,quip-
pe ob id præſtans eſt virginitas, quòd omnẽ ſuper-
uacuæ curæ anſam protelet, otium omne atq; ſtu-
dium diuinis operibus conſecrans. Quod ni habeat,
matrimonio lõgè ſit deterior,* ſpinas in animo cir- Alludit ad parab. Matth. 13 de ſemine lxxix.
cumferẽs, & legitimum ac cæleſte ſemen ſuffocãs.

Quòd ſi quis, inquit, in virgine ſua indecorum
eſſe putat, vt ea victa ſit, atque ita faciendum eſt,
quod volet faciat,non peccat: nubat. Itáne? quod Cur non acriter eũ carpat, qui in virgine ſua indecorũ eſſe putat &c.
volet faciat? nec falſam exiſtimationẽ corrigis, ſed
nubere permittis? Cur enim nõ dixiſti: Quod ſi quis
in virgine ſua indecorũ eſſe putat, miſer & infelix
eſt,rem tam admirandam infamem arbitratus? Cur
non conſuluiſti,opinione ea dimiſſa,filiam à matri-
monio arcere? Quòd eſſent,inquit,ingenia hæc ad-
modum infirma & obſtipa, eaque ſic effecta repen-
tè ad virginitatis ſermones abduci non poſſent.
Nam qui ad mundi res tam eſt attonitus, & huius
vitæ laudator,vt poſt tantam exhortationem,quod
cælo dignum, & angelici inſtituti ſit affine, pro-
bro habeat,conſilium eò inducens qui tuliſſet? Et
B quid mirum ſi id in re conceſſa Paulus fecit, qui
idem in vetita & illegitima faciat? Exempli cauſa:
ciborum dilectum habere, & alios probare, alios
reijcere, Iudaicæ imbecillitatis erat: plerique ta-
men Romani ea imbecillitate laborant: quos adeò
non inceſſit vehementer, vt aliud quiddam maius
etiam faciat. omiſſis enim qui peccaſſent, qui eos
prohibere vellent obiurgat,his verbis, *Tu, fratrem* Rom. 14
tuum damnare? At non Coloſſenſibus ſcribens idem
facit, ſed magna auctoritate & eos carpit, & philo-
ſophatur, dicens: *Nemo vos damnet de cibo atque potu.* Coloſſ. 2.
Et rurſum: Si qui Chriſtiani ſitis, mundi rudimen-
tis defuncti eſtis, quid tanquam in mundo viuen-
tes, vtimini placitis? Ne tangito, neu guſtato, neu
attrectato: quæ omnia vſu pereunt. Cur igitur id fa-
cit? Quòd hi confirmati eſſent: Romani adhuc
magna indulgentia opus haberent, † maneretque † & caſtigaſſet.
dum fides in eorum priùs animis conſtabiliretur:
veritus ne ante tempus & ęquo citiùs zizania reuel- Matth 13
lere aggreſſus, cùm ijs ſanæ doctrinæ ſtirpes vnà
C etiam reuelleret. Itaque nec acriter inceſſit, nec ir-
reprehenſos dimittit, ſed clam & nec opinãtes alijs
caſtigandis perſtringit. Nam qui dicat, Suo domino
ſtat, aut cadit, * illum notanti ſilentium imponere * ſcilicet imbecilliorem & qui non veſcatur.
videtur, ſed re vera * illius animum vellicat: oſten- * ſcilicet notati, nõ notantis.
dens ijs rebus duci,non ſtabilium eſſe, & qui firmi-
ter conſiſtant,ſed qui adhuc titubent,quibuſque ni-
ſi ſtent, periculum ſit ne cadant. Eandem legem &
hic ſeruat, propter inſignem imbecillitatem eorũ
quibus pudendum id eſſet. neque enim apertè eum
petit, ſed laudando eo qui ſuam virginem ſeruet,
egregiè verberat. Nam quid ait? Sed qui animo cõ-
ſtans eſt. quod ad diſtinctionem dictum eſt eius, qui
leuiter & facile iactetur, neque adhuc firmus gra-
diatur, nec viriliter reſtet. † Deinde qui conſciret
orationem eam ſatis eſſe quæ eius animũ pungeret,
vide vt eam rurſum obnubat, cauſa haud ſanè re-
prehenſione digna afferenda. Eo enim dicto, Sed
D qui animo conſtans eſt, addit: Nec cogitur, ſed liber
& ſui iuris eſt. Atqui conſequens erat vt diceret,
Sed qui conſtans eſt, neque id indecorũ eſſe putat.
Verùm id acerbius erat. itaque aliud ſubſtituit,eum
conſolans, atq; ad hanc potiùs cauſam venire paſ-
ſus. ſiquidem minùs indignũ eſt coactum, quàm de-
decori habentem id vitare. nam illud effeminati &
miſeri ingenij eſt; hoc etiã deprauati, nec rerũ na-
turã rectè diſcernere ſciẽtis. Sed nondũ ei diſputa-
tioni erat locus. etenim nec neceſſitate incũbente
fas eſſe eam, quæ virgo agere inſtituerit, arcere, ſed
aduerſus omnia quæ præclarũ hoc ſtudiũ impediãt
nitendum, audi quid Chriſtus cenſeat, *Qui patrẽ aut* Matth. 10
matrẽ amat ſupra me, non eſt me dignus, quippe vbi quid
Deo acceptum perſequamur, quiſquis prohibeat,
ſeu pater, ſeu mater, ſeu quicunque ſit, hoſtis atque
inimicus ſit habendus. Sed hæc Paulus, qui audi-

torum

Google

torum imperfectionem adhuc ſuſtineret, ſcribit, inquiens: At qui animo conſtans eſt, nec cogitur. Neque hic finem facit. quamquam non cogi, & liberum ac ſui iuris eſſe, idem ſunt: ſed ſentẽtiæ prolixitate, ac permiſſionũ aſſiduitate, fractam & exilẽ mentem ſolatur: poſtea & alterã addẽs cauſam, Qui cum animo ſuo ſtatuit. neque enim ſufficit liberum eſſe neque hinc ſolùm ſit obnoxius, ſed vbi adſciſcat, atq; ſtatuat, tum verò rectè facit. deinde ne propter inſignem indulgentiam nihil intereſſe crederes, iterum diſcrimen edit, timidè ille quidem, ſed edit tamen his verbis: Itaque & qui nuptum elocat, rectè facit, & qui non elocat, rectiùs facit, ceterùm quanto hoc rectius ſit, hic non explicat, eadem de cauſa. quod, ſi ſcire vis, audi dicentem

Matth. 22

Chriſtum: *Nec ducunt, nec ducuntur, ſed angelorum ſimiles ſunt in cælo.* En diſcrimen, quò virginitas mortalem repentè attollit, modo ſi ea vera ſit.

lxxix. Nulla re inferiorẽ fuiſſe angelis Eliam, & qui eius ſimiles, deque virginitatis beneficio

Etenim qua re, ſodes, ab angelis differebãt Elias, B Eliſæus, Iohannes, germani hi virginitatis amatores? Nulla, niſi quòd mortali natura erant obſtricti: cetera, ſi quis accuratè inquirat, nihilo iis deteriùs affectos inueniet. atque hoc ipſum quo inferiores videbantur, valdẹ ad laudem facit. Nã in terra degentes, ac ſub mortalis naturæ neceſſitatem ſubiectos, ad eam virtutem euadere potuiſſe, vide quãtæ fortitudinis, quantæ philoſophiæ erat. Ac virginitatem eos tales comparaſſe, hinc perſpicuum eſt. Quòd ſi enim coniuges atque liberos habitaſſent, non tam facilè deſerta habitaſſent, ædes, & reliquum vitæ apparatum neglexiſſent. Nunc iis omnibus vinculis ſoluti, in terra velut in cælo degẽtes agitabant, non parietibus, non tecto, non toro, non menſa, non alio id genus vllo indigentes: quin cælum pro tecto, humum pro toro, ſolitudinem pro menſa habebant, ac quæ res aliis famis auctor videatur, deſerti ſterilitas, ea ſanctis illis abundantiam præſtabat. ſiquidem nec vitibus, nec pratis, nec frugibus, nec meſſe opus habebant, ſed vberẽ C ac dulcem potum ſtagna & fluuij ſuppeditabant. Menſam vni angelus parauit inauditam, inſolentẽ, humana cõſuetudine maiorem. Vnus enim, inquit,

3. Reg. 19

panis ad quadraginta dierum inediam ſuffecit. Al-

4. Reg. 4

terũ ſpiritus gratia ſæpe mirificè pauit; neque eum

Matth. 11

ſolũ, ſed alios etiã eius cauſa. Ceterũ Iohãnes plus

Propheta

quã vates, quo nullus in feminarũ natis maior extitit, nec humani cibi indiguit: qui nõ frumẽto, vino, oleo, ſed locuſtis ſilueſtriq; melle corporis vitã toleraret. En terreſtres angelos: en virginitatis vim. Carne atque ſanguine coagmentatos, humi gradientes, mortalis naturæ neceſſitati obnoxios, ceu incorporeos, ceu cęlũ iam adeptos, ceu immortalitatem cõſequutos, ita ſe gerentes comparabat.

lxxx. Quid ſit honeſtas, & aſſiduitas decora

Quippe erant iis cuncta ſuperuacua, non hæc ſolùm quæ verè ſuperuacua ſunt, deliciæ, opes, potentia, gloria, & reliqua ſomniorum ſeries, ſed etiã quæ neceſſaria videntur, ædes, vrbes, artificia. Hoc D eſt honeſta aſſiduitas, hoc virginitatis virtus. Nam equidem ingens & multis coronis dignum ſit, libidinum inſaniã frangere, ac furentem naturã coercere: ſed tum verè ingens ſit, cùm eiuſmodi etiã vita accedat. ſeorſim & per ſe exile ſit, neq; eo præditos ſeruare poſſit. Atque hic nobis teſtes ſint, quotquot hodieq; virginitatẽ exercẽt, quæ tantũ abſunt ab Elia, & Eliſæo, & Iohanne, quantum terra à cælo. Vt enim, ſi honeſtam aſſiduitatem diripias, virginitatis neruos inciderîs: ita ſi eam cum vita quàm optima coniungas, radicem ac fontem bonorum teneas. Nam quemadmodum radix & terra pinguis ac fertilis, ſic vita, quàm optima virginitatis fructus educere nouit: immò & radix & fructus virginitatis, vita crucifixa eſt. Hæc generoſos illos admirabilem curſum inunxit, vinculis omnibus reciſis, liberis ac pernicibus pedibus, tãquam alatos, in cælum euolaturos dimittens. vbi enim nec vxoris ſtudium, nec liberorum procura-

A tio ſit, perfacilis ſit egeſtas. Egeſtas autem nos cælo affines præſtat, non terroribus ſolùm, & curis ac periculis, ſed reliquis etiam omnibus moleſtiis liberans.

Nam qui nihil habeat, ceu omnia tenens, omnia contemnit, & magna libertate aduerſus magiſtratus, primates, atque ipſum diademate amictum vtitur. Qui opes contemnit, rectè progreſſus, facile mortem etiã cõtemnet: atque his excelſior, omnes intrepidè alloquetur, neminem pauẽs ac formidãs. At qui opibus occupetur, non opum tantum mancipium eſt, ſed etiam gloriæ, honoris, præſentis vitæ, atq; vt ſemel dicã, omnium quæ ad vitam pertinent. Itaque auaritiam Paulus *malorum omnium radicem* dixit. Verùm & hanc radicem virginitas potis eſt exſiccare, & aliam optimam nobis indere, vnde bona omnia pullulent, libertas, audacia, fortitudo, flagrans ardor, cæleſtium feruens ſtudium, terreſtrium omnium deſpectus. Ita honeſta aſſiduitas B paratur.

lxxxi. Quantũ bonorum ſit egeſtas. Alludit ad ea quę de Elia 3. Reg. 18 v. 18. & de Eliſæo 4. Reg. 5. v. 13 & proximo ſcribũtur. 1. Tim. 6.

Sed quæ eſt verò hæc multorum ſapiens oratio? Parens, inquit, Abrahamus & vxorẽ habuit, & liberos, & opes, & greges, & armenta: ac poſt ea omnia Iohannes tum Baptiſta, tũ Euangeliſta, vterque virgo, & Paulus atque Petrus continentia illuſtres in eius ſinum venire optant. Et quis autem tibi id dixit, bone vir? quis vates? quid Euangeliſta? Ipſe, inquit, Chriſtus. Nam Centurionem videns ſumma fiducia præditum, ait: *Multi ab Oriente & Occidente venient, cum Abrahamo, & Iſaaco, & Iacobo accubituri.* Quin Lazarus cum eo tum delicians à diuite videtur. Quid hoc ad Paulum? quid ad Petrum? quid ad Iohannem? neque enim aut Lazarus Paulus ac Iohãnes erat, aut multi illi ab Oriente & Occidente, Apoſtolorum chorus. Itaque hæc vobis caſſa & inanis eſt oratio. Quòd ſi Apoſtolorum præmia planè audire vis, ea contributuri ſententiam accipe: *Sedebitis vos quoque in duodecim ſedibus, duodecim Iſraelitarum tribus iudicantes.* Nuſ- C quam hic aut Abrahamus, aut eius natus, aut nepos, aut qui eos acceperit, ſinus: ſed dignitas longe hac ſublimior. nam hi illorum poſteros iudicaturi ſedebunt. Neque hic dumtaxat euidens diſcrimen eſt, ſed quòd quæ Abrahamus eſt adeptus, multi nãciſcentur. multi enim, inquit, ab Oriẽte & Occidente venient, cum Abrahomo, & Iſaaco, & Iacobo accubituri: ſedilia illa, niſi ſanctorũ horum chorus, occupabit nemo. Et adhuc greges, armẽta, matrimonia, liberos cõmemoratis? Quid igitur, inquit, ſi virginũ multi poſt graues ſudores eò venire optãt? Ego verò maius etiam quiddam cõfirmabo, virginum multos nec eos quidem ſinus, nec minora conſequuturos, ſed in gehennam diſceſſuros. atque id virgines oſtendunt thalamo excluſæ.

lxxxii. Cõtra eos qui dicãt optare virgines in Abrahami ſinũ venire.

Matth. 8. Luc. 16.

Matth. 19

Math. 25. [illegible] eſt eius, quæ ex aduerſo loquẽtem induxerat.

Ergo hinc virginitati par eſt matrimoniũ: immò hæc etiã deterior. nã exemplũ tuũ eo vel deteriorẽ facit. quòd ſi enim maritus Abrahamus in requiete D & deliciis eſt, virgines in gehẽna, id ex oratione veſtra coniectandũ relinquitur. Sed nõ ita eſt, inquã: quin adeò matrimonio deterior nõ eſt, vt lõgè etiã præſtantior ſit. Quo modò? Quòd nec Abrahamum matrimonium talem præſtitit, nec miſeras illas virginitas perdidit; ſed & Patriarcham reliqua vitæ virtus illuſtrẽ reddidit, & has reliqua vitæ fœditas igni tradit. Siquidem ille, etiam maritus degens, virginitatis bonis perfungi ſtuduit, honeſta inquã aſſiduitate: hæ virginitatem amplexæ, in vitæ æſtus ac matrimonii negotia reciderũt. Quid igitur, inquit, & nunc vetat maritũ, ac liberis, opibus, ceteriſq; omnibus affectũ, aſſiduitatem tueri? Primũ quòd nemo nunc par eſt Abrahamo, ſed nec paruo interuallo proximus. Nam ille, qui & opes & vxorem haberet, etiam magis quàm qui inopiam profiteantur, pecunias cõtempſit, & voluptatem fortiùs quàm virgines cohibuit. hi enim cotidie libidinibus ardent: ille adeò eam flamam extinxerat, neque vlla im-

I N

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTInopolitani, de Virginitate Librum Notæ.

QVum libellum hunc de nouo Latinum faceremus, etſi in eo ſcriptore verſari videbamur, cuius oratione nihil cum ſumma venuſtate popularius, nihil magis perſpicuum optari poſſet, tamen & quòd vnico exemplari, atque eo apographo vteremur, quibuſdamque locis delectione non leuiter ariolandum nobis eſſet,(id enim ſolum reliquum erat, poſteaquam tota Italia huius operis exemplar aliud non facilè extare Roma ſignificabatur) atque in ijs ſententiam noſtram Lectori confirmatam cuperemus,& quòd alioquin offerre ſe quędam non omnino pœnitenda videbantur, Notas quaſdam pauciſſimas velut auctuarij vicem ad calcem adiecimus. In quibus ſi quod voluimus non effecimus, at certè & cogitandi occaſionem alijs dedimus, & fidem religionemque noſtram liberauimus. Igitur in primis,vt in rem præſentem veniamus, de capitum diuiſione idem ſentio quod Pogianus, neque aut diſtributum in capita librum, aut inſcriptiones eas quæ in codice noſtro initio cuiuſque ſectionis ſeorſim adnotatæ ſunt, atque à nobis in libri marginem reiectæ, ab auctore confectas exiſtimo. nam & perpetuum operis argumentum continenti oratione explicaſſe videtur,& inſcriptiones pleræque non ſuis locis collocatæ ſunt, deſiderantur multæ, omiſſa interdum aliquot captum diſtinctio. quorum nos poſtremum de Pogiano, ne quid ea res Lectores offenderet, conſtituimus.

a. Ex cap. ij. Corollarium hoc neque in antiquo interprete Latino, neque in vllis Græcis exemplaribus, quæ permulta & emendata vidi, exſtat:& credi poterat Chryſoſtomum id de ſuo addidiſſe. Quæ res neque inſolens eſt ijs qui ex auctoribus quippiam citant,& huius operis cap. LXXV. ex eodem hoc prioris ad Cor. VII. ita legitur: καὶ οἱ χαίροντες ἐν ἐλπίσιν ὡς μὴ χαίροντες cùm ἐν ἐλπίσιν neque in Syro, neque in vetere Latina verſione, neque in vllis omnino Græcis inueniatur. Sed & præter auctoris ad D. Paulum commentaria, quæ Græca ab Veronenſibus habemus, conſtanter tribus iterũ locis ca. XXXIV. XXXVI. & XLI. ἐν ἐγκρατείᾳ hîc additum eſt, & in Syro, quod vnum, (fieri poteſt vt fallar, ſed tamen dicam quod ſentio) in tanta Græcorum codicum varietate, conſtituendæ Græcæ veritatis, propter ſummam antiquitatem, certiſſimum præſidium eſt, adijcitur בדכיותא, id eſt, in puritate: quo modo & Latinè Purè habere, & Puras noctes Plautus dixit: vt mihi quidem vix ſit dubium quin ea pura puta Pauli lectio ſit: valdeque veriſimile videatur, Paulum viduum, quod Chryſoſtomus apertè ſenſit, non virginem fuiſſe. Nam & aliud hic eſt ἐν ἐγκρατείᾳ, aliud ἐν παρθενίᾳ: & Paulus τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις ſe exemplum proponit: vbi τοὺς ἀγάμους non expertes nuptiarum & virgines, ſed viduos, καὶ μὴ δευτερογαμοῦντας rectè Chryſoſtomum exponere, oſtendit, tum quòd ἄγαμος paullo pòſt vocetur quæ diuortium fecit, tum quòd vtrique hominum generi, & viduis & virginibus, Paulus ſe exemplum, opinor, non propoſuerit, cùm alterum eum ſolùm fuiſſe ſit neceſſe. Poſtremò quum totum hoc caput in tria quædam quaſi membra diſtributum ſit, quorum primo de maritis & coniugibus, ſecundo de viduis, tertio de virginibus diſſeratur, ſingulis ſuis tanquam locis deſcriptis, virgines ad viduas adiungendo, & velut in alienam coloniam mittendæ non videntur. Accedit quòd vetuſtiſſimi quique & optimi ſcriptores Paulum virginem negent. D. Ignatij Epiſt. ad Philadelphenſes hæc ſunt verba: ὀναίμην ὑμῶν τῆς ἁγιωσύνης ὡς Ἠλία, ὡς Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, &c. τῶν ἐν ἁγνείᾳ διελθόντων τὸν βίον. οὐ ψέγων τοὺς λοιποὺς μακαρίους ὅτι γάμοις προσωμιλήκασι, τούτων ἐμνήσθην. εὔχομαι γὰρ ἄξιος θεοῦ εὑρεθεὶς πρὸς τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν εὑρεθῆναι ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὡς Ἀβραάμ, &c. ὡς Πέτρου καὶ Παύλου καὶ ἄλλων ἀποστόλων τῶν γάμοις προσομιλησάντων. id eſt. Proſit mihi veſtra ſanctimonia, vt Eliæ, vt Ieſu Nauæi, &c. qui vitam caſtam tranſierunt. Non equidem cæteros ſanctos vituperans, qui matrimonia frequentarint, horum mentionem feci. opto enim Deo dignus repertus, iſtorum veſtigijs regnum conſequi, Abrahami inquam, &c. Petri, & Pauli, & aliorum Apoſtolorum qui matrimonia frequentarunt. Sed admonuit me reuerendiſs. Wilhelmus Lindanus in Anglicano codice Pauli vocem abeſſe. Quod etſi credam, de fide tamen non poſſim quin ſubdubitem: cùm & Pacæi editio, qui Græca primus in lucem protulit, & Morellij, & Latinæ verſiones, quas equidem viderim, omnes conſtanter Paulum repræſentent: tum autem, quod palmarium eſt, Chryſoſtomus cap. LXXXII. Iohannem & Euangeliſtam & Baptiſtam virgines, Petrum & Paulum continentia illuſtres vocat. quæ ſententia cum illa Ignatij planè gemina eſt. Enimuerò vtut eſt, tergiuerſandum non eſt: quare veniet ad patres Clemens Alexandrinus, cuius ex ſtromate III. fol. 179. verba hîc adſcribam. Loci quidem admonuit me Nicephorus Calliſti libr. Eccleſ. Hiſtor. II. cap. XLIV. ἢ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἀποδοκιμάζουσι; Πέτρος μὲν γὰρ καὶ Φίλιππος ἐπαιδοποιήσαντο, Φίλιππος δὲ καὶ τὰς θυγατέρας ἀνδράσιν ἐξέδωκε, καὶ ὅ γε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιστολῇ τὴν αὐτοῦ προσαγορεύειν σύζυγον, ἣν οὐ περιεκόμιζε διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές. id eſt, Ecquid verò Apoſtolos quoq; refutâſt? Petrus enim quidem & Philippus liberos genuerunt: Philippus certè etiã filias viris elocauit: & Paulus in quadã epiſtola coniugẽ ſuã vſurpare non veretur: quã nõ circumducebat, ad miniſterij agilitatem, & quæ ſequuntur. Significat autem ad Philip. cap. IV. nam alibi nuſquam quod meminerim σύζυγον Paulus nominat. Quanquam verò Commentarium eum & Græca & Syrus Interpres, & denique res ipſa refellit: niſi, quod faciendum non eſt, ſuſtinemus, vt à quo alios dehortatus ſit Apoſtolus, idem ipſe ſui oblitus pòſt admiſerit: nihil ad rem non enim ex Paulo, ſed ex Clementis auctoritate argumentum ducimus. Cæterùm Franc. Turrianus, vir doctus, libr. contra Magdeburgenſes pro Apoſtolorum canonibus, non longè ab ingreſſu, eiuſdem huius opinionis Methodium & Tertullianum facit. Sed nec loca adducit, & ego illius nihil vidi, in hoc non nemini hactenus obſeruare: etſi non dubito quin Turrianus facilè luculentum teſtimonium ſit allaturus. Vltimo loco diſputationem claudet Chryſoſtomus noſter, qui præter eum locum quem indicaui, cap. XLI. idem bis dicit. Verba, vt breuis ſim, ex noſtra verſione hæc ſunt: At non de virginitate vſquam ſe proponit. ideoque admodum modeſtè atque cautè loquitur, qui nec ipſe ea eſſet perfunctus, & paullo poſt: Atque hoc loco Pauli ſummum artificium ac prudentia admiranda ſit, quemadmodum inter duo neceſſaria eaque contraria interceptus, tum vt perſonam ſuam commendaret: quò conſilium ſuum plauſibile eſſet: tum vt nihil de ſe magnum prædicaret. quippe eius virtutis exſors, breuibus verbis vtrumque conſequutus ſit. Hæc habui quæ pro Chryſoſtomi ſententia dicerem: quæ ſi cui non probabitur, Theodoretum bonum & Græci nominis ſcriptorem, cum pleriſque omnibus Latinis & Scholaſticis per me ſequatur.

Interpres ſe ſuo hîc inſeruerat, vt virgo ſit a. Ex ca. vi.

ſancta

ſancta & corpore & ſpiritu. Sed ea ſententia neque hoc loco quadrat, & præter mentem auctoris eſt. nam id tantùm vult, luctæ huius hanc propoſitam eſſe legem, ne ampleɛtenda virginitate, matrimonium in rebus vitioſis ducas. de corporis autem & animi ſanctimonia hic non diſſerit. Adde quòd paullo antè [illegible] meminit. itaque induxi. Quod mox ait, [illegible] &c. hoc ſignificat, eas tribus nominibus fœdas & impuras eſſe: primùm quòd caſtæ non ſint, neque vni viro deſponſæ, vt eſt in orationis ingreſſu: deinde quod corrupta mente, cùm virginem & corpore & mente integram eſſe ſit neceſſe. Poſtremò quòd ex impuro, vt ipſæ cenſeant, matrimonio ſuſceptæ: vnde conſectarium ſit eas impuras etiam eſſe.

3. Ex c.xij. Et hic D. Pauli edictum de religioſi cum irreligioſa conſuetudine & conuictu interpoſuerat. Nos cùm apertè hic locum non haberet, itidem ſuſtulimus.

4. Ex c.xxiv. Exemplar noſtrum hic defectus ſignum repræſentat, quem hac ſententia expleuit Pogianus: Quòd enim indigniſſima omnium facinora commiſerunt, indigni ſunt, qui cum hominibus torqueantur. † neque enim, inquit, cum hominibus flagellabuntur; vt qui in id tempus reſeruati ſint, quo cum dæmonibus ſupplicia expendant. Diſcedite, enim ait, à me in ignem æternum, paratum diabolo, & angelis eius. Multi ſacerdotium, &c. Quæ vnde habeat neſcio. nam & eo ipſo, quo nos, codice eſt vſus, & Romæ de amicis intellexi alium eum vidiſſe nullum.

Pſalm. 72

Math. 25.

5. Ex cap. xxvij. Ita corruptè in apographo noſtro exaratum eſt. Pogianus pro [illegible] vocem repoſuit quæ certamen ſignificet: ſed ea quæ eſſe poſſit huic ſcripturæ affinis, nondum repperi. Mihi de hoc loco diligenter cogitanti, venit in mentem, pro [illegible], ſcribendum vnicum [illegible]: cuius dictionis cum illis quæ vicinitas ſit, norunt qui aliquando in veteribus libris [illegible] contractum legerunt. Iam ī ex ᾳ diphtongo vitiatum, facilè mihi ſuſpicionem facit litterarum ductus pœnè idem. Præterea autem poſteriori hac ſententia prioris repetitio & tanquam explicatio quædam continebitur. nam quod illic [illegible] dixit, hic exponit [illegible]: quod illic [illegible], hic [illegible] eiuſdem notionis vocabulo. Sed doctiſs. Guil. Canterus ſubſtituendum potiùs aliquid exiſtimat, quod aduerſarios actiuo participio notet. in quo mihi quidem non ſatisfacio. iudicet eruditus lector.

6. Ex c. xxv. Ita verti Græca, [illegible]. Alludit enim ad illam celebrem D. Pauli ſententiam 1. Corinth. 10. [illegible], id eſt. Hæc autem omnia illis tanquam exempla contigerunt, ſcriptaque ſunt admonendorum noſtrûm gratia. Itaque hic idem valet [illegible], ac ſi dixiſſet, [illegible].

7. Ex cap. xxxiij. Horum verborum eum eſſe ſenſum exiſtimo, quem in verſione expreſſi. Quare ſuſpicor leuiter emendanda, & pro [illegible] legendum [illegible]. Nam Pogianum quidem qui hæc aliter ſe conuertit: Etenim cùm Chriſtus ipſe ſediſſet in monte, de eo diſſeruit: cumque multum alijs de rebus ſermonem habuiſſet, rurſum eis amorem iniecit continentiæ: præter alia fugit [illegible]. Quòd autem dicit, [illegible] intelligit Matth. cap. XIX. quo denique loco iterum eadem ſententia longo interuallo poſt multa Chriſti facta atque dicta repetitur.

8. Ex cap. xxxiij. Pogianus in hac ſententia quædam addidit. ita enim habet: Non iubeo aſſiduè rem habere cum vxore. nolo enim legis intemperantiæ lator eſſe: cùm, vt inter ſe conueniant, dico; vero quidem in inferiorem locum deſcendere, &c. quæ ſi quis interferenda putabit, non pugnabo, dum in noſtra etiam verſione ſenſus abſolutus ſit.

In vitio ponitur & [illegible] hic, & apud eundem hunc [illegible] ſæpe. Orat. [illegible]. Vbi & ingenij leuitas & viæ difficultas eodem conueniant, nihil mirum ſit aliquid porrò admitti. Antiochena XXII. quæ adhuc cum duabus alijs proximis in membranis eſt, Latinis ignota. [illegible] & quis non magnæ leuitatis me condemnet? Aliter ea voce vſus eſt huius operis cap. XXXV. [illegible], neque ita vulgò expeditum. [illegible] interpretatus ſum identidem transfugas ex orat. inuectiua in Ciceronem, quæ Saluſtio tribuitur. Verba hæc ſunt: His maledicis, illos odiſti, leuiſſime transfuga: neque in hac, neque in illa parte fidem habens. 9. Ex cap. xxxvj.

Locus mendoſus eſt: nec Pogianus ſatisfacit, qui poſt [illegible], addit [illegible] quæ in hanc ſententiam vertit: Quamobrem etiam antequam de his diſſereret, propter ea præmia, quæ in cælo viduitati collocata ſunt, &c. Mihi, vt in commune aliquam velut ſymbolam conferam, voces hæ [illegible] monſtri aliquid alere videntur, legendumque [illegible], aut ſi quid eius notionis propius eſt, quod cogitando nondum potui conſequi. Guilielm. Canterus legendum cenſebat, [illegible], ſi quis id fortaſſe malet. 10. Ex eodẽ capite.

Quantum capio, [illegible] hic Chryſoſtomus interpretatur, [illegible]: vt Damaſceni verbis vtar: [illegible] autem, [illegible]. quomodo & Antiochena VII. auctor noſter hoc poſterius intellexit. Quod an rectè ſit à D. Theodoreto quæſtione in Geneſim XX. reprehenſum, aliàs Deo volente differemus. 11. Ex c. xlvj.

Hebraiſmus eſt illi ſimilis Matth. X. & Luc. XII. [illegible]. Multis paſſeribus antecellitis vos: hoc eſt, multo antecellitis paſſeribus. Neque abludit quod Pſalmo XIIX. in Græcis ſic concipitur: [illegible] Iucundiora & auro & gemmis multis pretioſis, id eſt, multo iucundiora. Quod admonendum duxi, ne quis vt inſolens ſuſpectum haberet: præſertim qui non animaduertiſſet vel politiſſimos huius generis ſcriptores, exceptos è ſacris litteris quoſdam quaſi flores libenter vſurpare. 12. Ex c. xlix.

Id eſt, ei occaſio ſis maioris ſupplicij. Quæ & recta atque genuina eſt meo iudicio eius loci ſententia, & à Chryſoſtomo hic innuitur, nec diſſentit Theophylactus. Originem, quantum hactenus è ſacra ſcriptione obſeruare potui, & quòd ea res diſputationi huic lucem afferet, & ſimul vt de Pauli ſenſu magis liqueat, breuiter hic proponam. Igitur Ezechielis X. carbones iuſſi in vrbem Hieroſolymam effundi, ſupplicium irrogandum notant: vt apparet ex capitibus IX. & XI. eiuſdem vaticinij. Neque aliud, opinor, Pſalmo XVII. Dauidi ſignificat Deus igneos agens carbones, ſeu vt in Græco eſt, [illegible]: aut rurſum quod impijs Pſalmo CXXIX. imprecatur, [illegible]; In eos ignei carbones decidant. Poſtremò Prouerb. XXV. vnde hæc ſententia petita eſt, pulcherrima erit antitheſis, ſi intelligatur is qui hoſtem cibo potuque curet, tum ei ſupplicium, ſi hoſtis maneat, tum ſibi à Deo præmium quærere. Quòd infrà D. Paulo perſuadendi artis palmam tribuit, id illi geminum eſt, quod Act. XIV. ſcribit Lucas, Paulum Lyſtris Mercurium appellatum. Fuit autem Chryſoſtomus ſummus Apoſtoli huius admirator. loca, quum in promptu ſint, adducere non eſt neceſſe. 13. Ibidem.

Omnino exiſtimo legendum [illegible]. id enim & [illegible] quod præcedit poſtulare videtur: quo modo loquitur auctor cùm aliàs ſæpe, tum cap. VIII. extremo huius operis: neque infrequens eſt, Encliticam hanc, vt cum Grammaticis dicam, in [illegible] aut [illegible] corrumpi. Prioris exemplum ſit è Baſilio, cuius 14. Ex cap. l.

Oratione

Oratione prima aduerſus Eunom. hæc ſunt verba: [illegible] vbi in antiquo codice rectè exaratum eſt, [illegible] de poſteriori, vt hunc locum ſine corollario non dimittam, in his Tatiani [illegible], quæ nunc commodùm mihi in mentem veniunt, [illegible] (Euſeb. [illegible], quod probo) [illegible] emendandum eſt, [illegible] vt rectè eſt in Euſebio [illegible] libr. X. His de cauſis, & quod alioqui ſoni eſt neſcio quomodo inamœni, [illegible], quod ſequutus Pogianus eſt, probare equidem non poſſum.

15. Ex c. liiij. Nam veſpere nubebant & deducebantur. eoque pertinent quas Iulius Pollux commemorat [illegible] quas qui præferant [illegible] dici. Quin & matrem in nuptijs filiæ faces præferre conſueuiſſe, ex Iphigenia in Aulide Euripidis intelligimus his verſibus: [illegible], id eſt, vt totidem transferamus, Agam. Cuſtos puellis i, pete Argiuos lares. Clytæmn. Nata hic relicta? tum quis ignem præferet? Agam. Tæda ipſe, vt æquum eſt nubili, lumen dabo. Clytæmn. Haud lex ea eſt, & temerè tute hæc cogitas. Anytæ verò in Philænidem hoc epitaphium carmen eſt:

[illegible]
[illegible], id eſt.

Sic innupta Philæni iaces, nec te optima mater
Deduxit ſponſi Pythias ante torum Maturam.

Pogianus, qui hanc ſententiam non aſſequeretur, partim immutauit, partim interpretando contaminauit. ita enim vertit: Nam qui eam à connubij deteſtatione liberauit, eorum etiam quæ connubium conſequuntur expertem eſſe voluit. vnde apparet eum pro [illegible] legiſſe, falsò. Alludit autem Chryſoſtomus ad locum qui eſt epiſtola ad Galat. cap. III. [illegible] Chriſtus nos à legis execratione aſſeruit, factus pro nobis execrabilis. 16. Ex c. lxv

Malè igitur, & ad curſum orationis impeditè, meo iudicio, in codicibus noſtris Græcis poſt [illegible], punctum depoſitum eſt, rectèque alij quidam poſt [illegible] demum [illegible] collocant. quam lectionem & Syrum comprobat: vt ſenſus ſit, Tempus contractum porrò eſt, non, Tempus contractum eſt, reliquum eſt, &c. 17. Ex cap. lxxij.

Aut imitatio eſt Pauli ad Galat. VI. ſic loquentis: [illegible] Et mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo. quomodo & cap. LXXX. huius operis auctor [illegible] intelligere videtur. aut certè monachos circumloquitur. Nam & Baſil. Orat. prima [illegible] dixit: & hic noſter ſtatim in ingreſſu Antiochenæ LVI. Monachorum & crucifixorum vitam. Fuit autem Chryſoſtomus & ipſe, Suidâ teſte, [illegible], & [illegible] vt quodam loco de eo legiſſe memini. 18. Ex cap. lxxv.

Atque hic Notarum finis eſto.

Libellus hic aureus eſt, & dignus qui pijs omnibus communicetur, atque ab omnibus vitam puriorem ſectantibus teratur. In tranſlatione etiam nihil eſt, quod fidem ac pietatem lædat. Quod atteſtor

VValterus vander Steeghen, S. Theolog. Licent. Eccleſiæ Antverp. Canonicus.

S. PA.

S. PATRIS NOSTRI
D. IOANNIS CHRYSOSTOMI
ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,
DE PRECATIONE ORATIO I.
INTERPRETE HIERONYMO BRVNELLO.

collocabant.

A D VAS ob cauſas Dei cultores admirandi ſunt, ac beati iudicandi, tum quod ſpem ſalutis in precibus poſuerunt †, tum quod hymnos, & precandi formulas literis mandatas, quas Deo cum lætitia ac timore offerebant, nobis quoque ſuum theſaurum tradiderunt: vt omnem poſteritatem poſſent ad ſe imitandos allicere. Par eſt enim doctorum mores ad eos peruenire qui ipſis dant operam: itemque par eſt, Prophetarum diſcipulos, imitatores eorum eſſe iuſtitiæ, ita vt vitam noſtram in precibus, Deique cultu perpetuo traducamus, atque in ea re vitam, valetudinem diuitias, bonorum finem poſitum eſſe cenſeamus; vt Deum puro, & incorrupto animo deprecemur. B Etenim, vt corpus ſolis lumine, ſic animus precationum radijs illuſtratur. Si ergo cæci calamitas eſt, ſolem aſpicere non poſſe; quanta tandem eſt Chriſtiani viri iactura, non aſſidue Deum precari, Chriſtique ſplendorem in animum precibus inferre.

Iam verò Dei benignitatem atque clementiam quis non admiretur, quis non ſuſpiciat, quam nobis oſtendit: cùm tantum honorem hominibus deferat, vt eos precatione, ac ſuâ conſuetudine dignetur? Etenim cum Deo re verâ, precationis tempore colloquimur, quâ cum Angelis quoque coniungimur, qua longe à pecudum communione recedimus. Angelorum eſt enim precatio, quæ vel eorum ſuperat dignitatem: ſi quidem cum Deo loqui, præſtantius quiddam eſt, id tamen ipſi nos docent, qua C magno timore preces offerunt: noſque admonent, nobis, qui ad Deum accedimus, timorem eſſe ſimul & lætitiam adhibendam: timendum quidem veretibus, ne precatione indigni eſſe videamur: lætitia nos tamẽ ex honoris magnitudine perfundi oportere, quod tanta, ac tali prouidentia mortale genus honeſtetur, vt aſſiduo Dei congreſſu perfruatur. Ex quò & à mortalitate, & à vitæ curriculo, exiguo tempore circumſcripto, recedimus; quippe qui tametſi natura mortales, ob Dei tamen conſuetudinem familiarem, ad vitam progredimur immortalem. Etenim qui cum Deo familiariter verſatur, morte illum omnique interitu potiorem eſſe neceſſe eſt. Atque, vt eſt omninò neceſſe, qui ſolis ra- D dijs potiatur, & à tenebris procul abeſſe: ita omninò, Dei conſuetudine fruentem, oportet non amplius eſſe mortalem: nos enim ad immortalitatem ipſa honoris magnitudo traducit. Nam, ſi, qui regem familiariter alloquantur, & apud illum locum obtinent dignitatis, fieri omninò longè difficilius poteſt, vt qui ſupplices ad Deum accedunt, & cum eo colloquuntur, mortales animos nanciſcantur. Mors enim eſt animi, vita à pietate, ac legibus aliena. Eiuſdem igitur animi vita conſtat & religione, & actionibus viuendi, quæ cum religione conſentiunt, atque viuendi rationem ſanctitate illuſtrem, ac diuino cultui congruentem, preces afferunt, & in animos noſtros mirificata rerum omnium precioſarum copiam recondunt.

Digeſtas oratio-ni quanta.

Nam ſiue quiſpiam virginalem pudicitiam ada- A marit, ſiue nuptiarum temperantiam colat ſiue iracundiam continere, vitamque manſuete traducere, ſiue inuidentia vacare nitatur; precatione duce, & huiuſmodi vitæ viam præmuniente, expeditum habebit & facilem pietatis curſum; non enim fieri vllo modo poteſt, vt, qui temperantiam, manſuetudinem, benignitatem à Deo contendunt, non voti compotes fiant. *Petite*, enim inquit, *& dabitur vobis; omnis enim, qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur.* Et alibi rurſus: *Quis eſt*, inquit, *ex vobis, à quo ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem dabit ei? Vel, ſi piſcem petierit, num ſerpentem dabit ei? Si igitur vos, cùm ſitis mali, noſtis bona dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter cæleſtis dabit Spiritum ſanctum, petentibus ſe?*

Omnium virtutum conciliatrix eſt precatio.

Luc. 11.

Ibidem.

His verbis, & hac ſpe propoſita, ad precationem nos rerum omnium Dominus cohortatur. Nos ve- B rò decet obtemperantes Deo, in laudibus, ac precibus perpetuò viuere; ita vt Dei cultu, quàm animis noſtris arctius teneamur. ita enim licebit nobis vitam hominibus dignam agere. Nam quicunque Deum non precatur aſſidue, neq; diuino colloquio frui cupit, mortuus eſt, & anima, ſenſuque penitus caret. Illud enim eſt maximum ſtultitiæ, ac ſtuporis argumentum, ſi honoris huius magnitudo ignoratur, ſi precatio non amatur, ſi non animæ mors eſſe exiſtimatur. Deum precando nõ venerari. Vt enim corpus hoc noſtrum, opinor, cùm animus abeſt, mortuum eſt, ac fœtidum: ita, niſi ſe animus ad precationem excitat, mortuus eſt miſer, ac fœtidus.

Atque quauis morte acerbius putandum eſſe, precatione ſpoliari, Vates ille nos Daniel docet; C qui mori maluit, quam tribus diebus à precibus retardari. Neque enim vt contra pietatem aliquid faceret, præcepit Rex ille Perſarum, ſed illud agebat, vt trium dierum ceſſationem reperiret. Nam ſine diuino nutu bonum nullum in noſtros animos venerit: nutus verò diuinus labores nobiſcum aggreditur, eoſque præclare ſubleuat, ſi preces videat à nobis diligi, noſque aſſidue Deum orare, ac ſperare cuncta inde ad nos bona deſcenſura. Quando igitur aliquem videro à precationis ſtudio abeſſe, neque illius ardenti ac vehementi amore teneri; iam mihi exploratum eſt, nihil ab eo magnificum, nihil præclarum poſſideri. Quando verò aliquem cerno in Deo colendo ſine ſatietate perſiſtere, quique non D precari aſſidue in magnis numerent detrimentis; omnium illum virtutum acerrimum cultorẽ, Deique templum eſſe conijcio. Quod ſi *amictus hominis, pedum greſſus & riſus dentium*, quæ in eo celãtur intus, retegit ſapientis Salomonis ſententiâ, multò magis precatio Deique cultus, eſt iuſtitiæ argumentũ: cum illa, veſtis quædam ſit ſpiritalis ac diuina, quæ mentes noſtras magno decore ac pulchritudine induit, & exornat: quæ ſingulorum viuendi rationem aptam afficit atque cõpoſitam: quæ non patitur, vlli re vili, & abſurda, mentem occupari: quæ perſuadet, vt Deum: ac dignitatem, quæ ab illo in nos deriuatur, vereamur: quæ docet, vt omnes hoſtis improbi præſtigias, atque fallacias depellamus: quæ turpes & indignas cogitationes abigit, quæ in voluptatis deſpicientiâ, animum cuiuſque cõſtituit. Hæc enim vna ſuperbia docet eos, qui Chriſtum colunt, vt

Eccli. 19.

nulli

Digitized by Google

nulli turpitudini ſeruiant, ſed animus in libertate, A viuendique ratione integerrima cõſeruetur. & fieri quidem omnino non poſſe, vt ſine precibus vita cum virtute ducatur, perſpicuum eſſe omnibus exiſtimo. Etenim quomodo quis virtutem colat, qui non accedat, ſeque abjiciat ſupplex aſſidue ad eum, qui eam nobis ſuppeditat, atque largitur? Qua ratione quis temperantem, & iuſtum ſe eſſe cupiat, qui non aſſidue cum illo verſetur, qui & hæc, & plura his à nobis exigit?

Volo autem paucis oſtendere, nos, quamuis culpis & ſceleribus coopertos precatio deprehendat, illicò tamen expiari. Iam verò quid precatione maius, vel diuinius fiat, quando medicinam quandam, expultricem ægritudinum eſſe conſtat, iis, qui morbis animi conflictantur? Ergò notum eſt, Niniuitas primos, à plurimis per precationem delictis & ſceleribus liberatos. Statim enim vt illos deprecatio occupauit, iuſtitiæ participes effecit, & ciuitatem, quæ cum intemperantiâ, nequitiâ, viuendique ratione nefaria degere conſueuerat, celeriter correxit, veteri conſuetudine plus valens, cæleſtibus ciuitatem legibus explens, temperantiam, benigni- B tatem, clementiam, procurationem pauperum ſecum ducens; ſine his enim animam incolere nequaquam poteſt. Verùm, in quamcunque mentem commigrarit, omni eam probitate cumulat, ad virtutem informat, nequitiam pellit. Et ſanè ſi quis tunc Niniuen ingreſſus eſſet, qui illam antea probè noſſet, ciuitatem profectò non agnouiſſet; ita repente à nequiore vita ad pietatem tranſiliunt. Vt enim fœminam inopem, ac pannoſam aureis poſtea veſtimentis exornatam ſi quis aſpexerit, mulierculam non agnoſcat: ita, qui ciuitatem illam antea vidiſſet egentem, ac ſpiritualibus deſtitutum theſauris, ignoraſſe omninò, quæ nam eſſet ciuitas quam ita precatio commutare, & illius mores, viuendique rationem ad virtutem traducere potuiſſet. Et mulier quædam, quæ in intemperantiâ, & C meretricio quæſtu omnem anteactæ vitæ curſum confecerat, ſimulatque ſe ad Chriſti pedes abiecit, ſalutem conſecutum eſt.

Atque non modo criminum culpas ac maculas dolet, ſed magna etiam pericula repellit. Rex ille ſimul ac vates admirabilis Dauid, plura & grauia bella precatione profligauit, his armis duntaxat exercitum præmuniês, & efficiens, vt per quietem ſecuritatem ſui milites victoria potirentur. Nam alij quidem Reges in Ducum experientiâ & artificio, in ſagittarijs, peditibus, equitibus, ſpem ſalutis habebant: at magnus Dauid ſanctis precibus exercitum muniebat, non ducum, Centurionum, Præfectorum equitum ſupercilia intuebatur, non pecunias conficiebat, non arma comparabat: ſed è cælo diuina illa armorũ genera vniuerſa ducebat. Cun- D cta enim re verâ cæleſtium armorum genera diuinis precibus continentur; quæ vel ſolæ poſſunt eos tueri, qui ſe Deo tradiderunt. Nam peditum quidem robur atque peritiam, ſagittariorum experientiam, in prodendo hoſte calliditatem ſæpe vel hoſtilis obtutus, atque aduerſariorum ardor animi, aliaque reddunt. At precatio telum eſt inſuperabile, tutumque præſidium, quod æque militem vnum, ac multa millia profligat. Nam & admirabilis Dauid Goliadem illum, vt metuendum quendam dæmonem irruentem, non armis, non gladijs, ſed precatione deiecit. Ita telum eſt acerrimum, & regibus in prælijs deprecatio, & nobis ad dæmonum impetum propulſandum.

Dauid Rex & propheta precibus [illegible]

1.Reg.17

Ita etiam rex Ezechias victor è Perſarum bello diſceſſit, non acie inſtructa, ſed vna precatione hoſtium copijs oppoſita. Idem hac vna ratione mortem euitauit, Deum congrua pietate veneratus: atque ita vna precatio Regem vitæ reſtituit.

4.Reg.19 · Eſai.37.

Et ſanè animum peccatorum ſordibus inquinatum, facile precibus expiari, teſtis eſt publicanus, A qui cum à Deo veniam precatus eſſet voti compos diſceſſit: teſtis leproſus, qui ſimulatque ſe ad Dei pedes abiecit, illicò curatus eſt. Quod ſi à corpore Deus vitiato atque corrupto morbum celeriter depulit: multò magis animo vitijs infecto curationem humaniter adhibebit. Nam, quo præſtantior eſt animus corpore, eo magis par eſt ardentius à Deo illis ſtudium collocari. Et ſanè ſexcenta quiſpiam cum vetera, tum noua proferre poſſit exempla, ſi quibus preces ſaluti fuerunt, enumerare voluerit vniuerſos. Luc. 18.

At fortaſſe quiſpiam è ſegnioribus, & ijs, qui accurate, ac ſtudioſe precari nolunt, ſibi perſuaſerit illa verba Deum idcirco eſſe prolocutum, videlicet *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui fecerit voluntatem Patris mei, qui eſt in cælis.* Ego verò ſi in vna precatione ad noſtram ſalutẽ ſatis eſſe virium putarẽ, meritò hæc obijci dicerem. Quoniam verò bonorum omnium caput precationem eſſe cõfirmo, atque rationis honeſte laudabiliterque viuendi, fundamentum, atque radicem, nemo ad excuſationem inertiæ illis verbis abutatur. B Neque enim vnam temperantiam ſine alijs bonis, non vnam pauperum prouidentiam, non benignitatem, non aliud quidpiam ex ijs, quæ ſunt cum honeſtate coniuncta: ſed omnia vno, eodemque concurſu oportet in animos noſtros influere. Verùm precatio tanquam radix ſubijcitur & fundamentũ. Matth. 7.

Et quemadmodum nauigium ac domus inferioribus partibus firmatur, & conſtat: ita precibus vitæ noſtræ ratio cõtinetur: ſine quibus nihil nobis boni contingat, nihil ſalutare. Propterea nos Paulus vrget his verbis: *Orationi inſtate, vigilantes in ea, in gratiarum actione.* Et alibi: *ſine intermiſſione orate,* inquit: *In omnibus gratias agite: hæc eſt enim voluntas Dei.* Et alibi rurſus: *Orate omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilãtes in omni inſtantia, & obſecratione.* Sic plurimis, diuiniſq; vocibus ad preces nos ſemper Dux Apoſtolorum cohortatur. Col. 4. · 1.Theſſ.5 · Epheſ. 6.

C Quare nobis, qui ab illo inſtituimur, vita eſt in precibus traducenda, iiſq; mens perpetuò irriganda: non enim minus, quam arbores aquis, illis nos indigemus vniuerſi. Nam neque illæ poſſunt eſſe fructuoſæ, niſi humorem radicibus ebibant: neque nos precioſiſſimas pietatis fruges fundere, niſi precibus irrigemur. Quamobrẽ & cũ lectulo ſurgimus, anteuertere ſolem oportet Dei cultu, & cum menſæ accũbimus, & cùm ſomni cauſa cubamus; imò verò ſingulis horis precatio eſt ad Deum adhibẽda, & in ea diei curſus conficiẽdus. Hiberno verè tempore plurimam traducamus noctis partem in precibus & magno cum timore genuflectentes, precationi operam demus, ac beatitudine nos ipſi dignos, Deo coſendo, reddamus.

Age verò quomodo ſolem aſpicies, non illũ an- D te veneratus, qui oculis tuis lucem ſolis dulciſſimã profert? Quãnam ratione menſã perfrui audebis, non ante veneratus tantorum bonorum fontem & auctorem? Qua ſpe ad tẽpora nocturna peruenies? quæ tibi viſa ſecundum quietem obiectum iri ſuſpicaris; ſi nullis precibus præmunitus, nullo præſidio ſeptus, quieti te tradas? Facillimè te improbiſſimi dæmones continent, & implicabunt, qui oberrant aſſidue, qui occaſionem captant, obſeruantes, vt, ſi quidem precatione deſtitutum deprehenderint, ſine mora corripiant.

Quare, ſi quidem ſeptos nos precibus viderint, continuò tanquam fures, ac ſceleſtia reſilient, qui gladium militis capiti appenſum cernant. Quod ſi contigerit, vt aliquis ſit à precibus nudus, is à dæmonibus abripitur, & in ſcelera, exitia, calamitates impellitur. Hæc igitur metuentes precibus, atque hymnis nos ipſos tueamur, & muniamus, oportet, vt ſua nos Deus miſericordia, & cælorum regno dignetur per vnigenitum ſuum, cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. AMEN.

EIVS

Digitized by Google

leſa eſt mihi hæc vidua, vindicabo eam. Quid dicis? quod non potuit timor, id obſecratio potuit? Non minæ, non ſupplicij metus hominem ad æquitatem deduxit: at vidua vbi ſupplex acceſſit, hominem exagreſti, & immani mitem reddidit ac manſuetũ. Quid igitur de Deo in hominem benigniſſimo cenſendum eſt, cùm vidua ſe ad pedes abiiciens, ferum ac ferreum hominem lenierit, ac mitigarit?

Quantum bonitatis, quantum benignitatis, atque amoris in nos patefaciet Deus, qui ſolum vult perpetuò miſereri, punire numquam? Qui & ſupplicia nobis ob eximiam humanitatem comminatur, & magnos habet paratos honores, vt cum timor, tum ſpes honoris rectà nos deduceret, & ſpes quidem ad virtutem excitaret, metus verò à vitiis deterreret. Non queo ab iniquitatis iudice auocare mentem, dum in illius manſuetudine, quæ præter naturam erat, inexplicabilem Dei humanitatem erga homines amoremq́ue contemplor. Nam ſi is, qui nihil vnquam boni præſtare voluerat, immutatus repente, illius, quæ rogabat, miſericordia commotus eſt; quantum felicitatis è cœlo in nos precibus redundabit.

Sanctarum igitur precationum robur, ac vim quiuis facilè cernet, qui quanta bonorum copia, diebus atque horis ſingulis fruantur ij, quæ ſe quocũque tempore ad Dei pedes abiiciunt, conſiderauerit. Quis enim lucem Solis, Lunæ, atque Stellarum; cęli temperationẽ, varia ciborum genera, diuitias, vitam, innumerabilia bona omnibus hominibus, & probis, & improbis à Deo æquè dari & impertiri nõ videt? idq́ue propter eximiam ſuam in nos benignitatem. Quod ſi eos qui minime rogant, aut petunt, ita miſeratur in dies, ac reficit; quantis bonis eos frui par eſt, qui in precibus, & obſecrationibus ætatem agunt.

Deus multa nobis ſponte largitur.

Iam verò quantus iuſtorum virorum ſit numerus, quibus licuit piis precibus gentes, vrbes, terrarum orbem conſeruare, vobis tandem aperiamus. Et quidem deprecatione cum agitur, de Paulo primum agendum eſt: de Paulo, inquam, illo, qui in Deo colendo, ac precando nunquam defatigabatur; communi patre & principe ſeruorum Chriſti. Ille igitur vniuerſi terrarum orbis cuſtos aſſiduis precibus omnes gentes tutatus eſt. *Propterea flecto genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vnde omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur; vt det vobis ſecundum diuitias gratiæ ſuæ, vt virtute corroboremini per Spiritum eius in interiore homine, vt per fidem Chriſtus in cordibus veſtris inhabitet.* Vides igitur, quantum virium habeat, atque neruorum precatio, & obſecratio? Templa Chriſti homines efficit. Atque vt auro, & lapidibus præſtantiſſimis, marmoribuſque domus regiæ conſtant, ſic templa Chriſti precationibus. *Vt inhabitet,* inquit, *Chriſtus in cordibus veſtris.* Quæ maior precationis laus eſſe poſſit, quam quod Chriſti templa ex ea fieri ſoleant? Quem non capiunt cœleſtes orbes, is animo, qui in precatione vitam ducat, continetur. *Cælum eſt mihi ſedes,* inquit, *terra verò ſcabellum pedum meorum. Qualem domum ædificabitis mihi,* ait Dominus, *vel quis locus commorationis meæ?* Qualem domum Paulus ſanctis precibus ædificauit? *Flecto,* inquit, *genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti,* vt Chriſtus per fidem in cordibus veſtris inhabitet. Atque hinc etiam ſanctarum precationum vim quiſque cognouerit, nam cùm idem Paulus omnem orbem terrarum, quaſi volucris aliqua peruolaret, in carcere verſaretur, flagella perferret, catenas geſtaret, in cædibus ac periculis viueret, dæmones expelleret, homines à mortuis excitaret, morbos curaret, ad hominum tamen ſalutem harum rerum nulla confidebat, ſed precibus terras communiebat, & poſt edita miracula, vitamq́ue mortuis reſtitutam, ad preces recurrebat, non ſecus atque athleta ad palæſtram, parta victoria. Etenim vitæ mortuis reſtituendæ, aliarumq́ue rerum omnium vim precatio vna ſuppeditat. quam enim vim in arboribus habent aquæ, eandem in hac vita ſanctorum virorum precationes. noctu cum his animum Paulus irrigaret, difficultates facile ſuperabat, & plagis dorſum tanquam ſtatua præbebat. ita in Macedonia cuſtodiam concuſſit; ita vincula precibus confregit, vt leo; ita carceris cuſtodem ab errore liberauit: ita dæmonum tyrannidem deleuit, atque diſſoluit.

Exempla Sanctorum qui precib. gentes ſeruarunt.

Ephes. 3.

Eſa. 66.

Act. 16.

Et ſane nota ſunt ea, quæ ad omnes homines ſcribit: *Ad orationem incumbite vigilantes in ea, in gratiarum actione: ſimul etiam pro me orate: vt mihi ſermo detur in apertione oris mei cum fiducia, vt loquar euangelij myſterium.* Quid ais? tantam nobis audaciam preces tribuunt, vt Deo pro Paulo ſupplicare audeamus? Quis miles regem pro ſummo duce audeat obſecrare? At nullus dux regi ita carus, & amicus fuit, vt Paulus Deo. Sed tamen preces tantum nobis afferunt dignitatis, vt diuinum auxilium Paulo implorare non dubitemus.

Col. 4.

Ita Petrus ille ſummus, cœlo ſplendidior, carcerem effugit ob ſuam quidem virtutem, probitatemq́ue potiſſimum, & ob communem hominum ſalutem: deinde verò Eccleſiæ deprecatio celeriter carceris fores aperuit. non enim temerè ſcripſit Lucas, preces pro Petro aſſiduas ab Eccleſia fuſas, ſed vt à nobis intelligeretur, quantam vim habeant precationes in cœlo, vt à periculis Petrum & Paulum eripiant, Eccleſiæ columnas, Apoſtolorum principes, in cælo celeberrimos, terrarum orbis mœnia, commune totius terræ mariſque propugnaculum.

Act. 12.

Age verò Iſraëlem Moſes in bellis qua ratione ſeruauit? nonne arma quidem, & exercitum diſcipulo tradidit; ipſe verò hoſtium multitudini precationem oppoſuit? quippe, nos vt doceret, multò maiorem in precibus iuſtorum virorum, quàm in armis, equitatu, copiis vim ineſſe. propterea vniuerſus etiam exercitus, multaque hominum millia in prophetæ precibus ſpem ſalutis habebant. nam precante Moſe, Iudæi victoriam reportabant: à precibus deſiſtente, erant hoſtibus inferiores. nos quoque ſi verſemur in precibus, facilè diabolum ſuperabimus: at ſi ſegniores ſimus, in nos hoſtem improbum exercemus. Atqui Moſes populum quoque impia perpetrantem, vna precatione ſeruauit, diuinumq́ue aſpectum, & innumerabilia bona per preces tantum conſequutus eſt. hæc enim illi vitam quoque conciliauit incolarum cœli perſimilem. Precatio ignis vim ſuperat, leones edomat: quorum alterum Danieli, alterum tribus pueris contigit.

Exod. 17.

Ex his igitur, vt arbitror, omnibus patet, quoſcumque illa periclitantes exceperit, eos facilè impendentibus difficultatibus liberari. Precatio ſalutis eſt occaſio, immortalitatis animorum conciliatrix, Eccleſiæ murus firmiſſimus, propugnaculum inconcuſſum: terrori dæmonibus, piis nobis ſaluti. Hæc ſanctum vatem genuit Samuelem nam cùm ad ſobolem natura matri aduerſaretur; precatio exorta naturæ vitium repente correxit. Talis ex precatione fructus extitit, talem deprecatio vatem procreauit. Itaque celebris in cœlo Samuel factus eſt, cùm angelorum naturam imitando, ſupra humanas vires expreſſerit. Oportuit enim, opinor, vt is, tanquam ſpica quædam precationis exiſteret, ceteris virtute, morumq́ue integritate præſtantior; eoque ſanctis hominibus, qui illum ætate præceſſerant, ſuperior eſſet, quo magis in ſegetibus quædam vberrimæ ſpicæ, atque altiſſimæ ſolent inter ceteras eminere. Hac Dauid tot ac tanta bella profligauit, non armorum ſtrepitu, non haſtarum conflictu, non ſtricto gladio, ſed precationum præſidio communitus. Hac Ezechias Perſarum multitudinem celeriter vertit in fugam. Et

1. Reg. 1.

illi quidem ad euertenda mœnia machinas adhibebant: ipſe verò precibus mœnia muniebat. Itaque extinctum eſt bellum precatione, non armis, non tubæ clangore, terra ſanguine non aſperſa, exercitu conquieſcente, hoſtibus vna precatione perterritis.

Precatio Niniuitas etiam conſeruauit, è cœlo concitatam iram repente ſedauit, deprauatam viuendi rationem ſubito correxit. Tantum enim precatio valet, vt, cùm turpiſſimam, & improbiſſimam vitam Niniuitæ duxiſſent, ea tamen in ciuitatem ingreſſa, omnia commutarit; temperantiam, (Ionæ 3.) iuſtitiam, amicitiam, concordiam, pauperum prouidentiam, omniáq. bona ſimul attulerit. Nam quemadmodum regina quæpiam vrbem ingreſſa, omnes in eam diuitiæ confluant neceſſe eſt: ſic vbi precatio in animum ſemel intrarit, virtutes eum omnes comitantur. Quod enim eſt in domus ædificio fundamentum, id eſt in animo precatio. Itaque nos omnes hac primum, tanquam baſi ac fundamento, in animo collocata, ſtrenue oportet ædificare, & temperantiam, manſuetudinem, iuſtitiam, pauperum prouidentiam, Chriſtique leges vniuerſas imponere. Per quem & cum quo Patri & S. Spiritui gloria & imperium per ſæcula ſæculorum. Amen.

S. PATRIS NOSTRI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN SANCTOS DVODECIM APOSTOLOS ORATIO.

Interprete Hieronymo Brunello, Soc. IESV.

DVm Spiritus ſanctus aduenit, merito etiam hodierna die hæc piſcantium ſagena complectur, dum ipſi nos vltro in illam rationis compotes piſces inſilimus. (Lucæ 5.) Nam verbi verbum cum illitteratos ſapientia reformaret, linguiſque (Act. 2.) igneis eorum ora qui tarde loquerentur aperiret, ad rem diuiniorem illorum opificium traduxit his verbis, *Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum.* (Matth. 4.) Dixit: *venite poſt me*; & omnia repente ſunt in melius commutata. Duodecim erant athletæ ſelecti & ex his nemo prorſus fuit expers coronæ: Etenim vnum ſimul omnibus beneficium datum eſt, & ſingulorum victoriam reddidit clariorem. vnus infelix Iudas ab huiuſmodi ſe anchora diuellit, cum ouem lupi oſculo indicauit, ac Dominum triginta nummis argenteis venundedit, cuius diuenditi ſanguis mundum redemit. Verum ô beatam, Apoſtoli, veſtram illuſtremque ſocietatem. Quia omnibus omnia per gratiam facti eſtis, qui hominum greges non arundineo eſtis baculo ſed verbo ſcite venati. Vos enim immutabiles eſtis rectæ doctrinæ columnæ, eccleſiæ petra, & huius gregis potiſſimum vigiles, præſules ægræ humanitatis, non mercenarij medici noſtræque indulgentiæ apud Deum indulgentes fideiuſſores. Etenim tanquam incudes quædam animatæ cum ſitis, dum cædimini, eos qui vos cædunt ad cognitionem inſtituitis. Hinc Petrus vrbis Romæ doctor extitit, hinc euangelio Paulus orbem terrarum confirmat. Andreas dirigit Græciæ ſapientes: Simon barbaris Deum demonſtrat, baptiſmo Thomas albos reddit Æthiopes. Iudæa Iacobi cathedram colit. Marci ſolium quæ ad Nilum eſt Alexandria veneratur: Lucas & Matthæus Euangelia ſcribunt: Ioannes qui adhuc facit verba de Deo, & poſt exitum vitæ, tanquam viuus Epheſum

A curat; Bartholomæus ſapientia vera imbutus, Licaones inſtituit; Philippus admiranda patrans, Hierapoli ſalutem affert, vniuerſi in vniuerſos vbique conferre beneficia non deſiſtunt. Immortalem in ſepulcris puluerem reliquerunt: qui hoc tempore nos tuentur, ſed paulo poſt orbis terrarũ iudices futuri. Ad hunc pedibus captus accedebat, pedes rectos ac firmos diſſoluto vitio, referebat. In illum incidens paralyticus, lectum geſtare iubebatur. Alius mortuos euocabat, illi ſtatim dicto audientes erant. Huius vel vmbra ipſa morbos propulſabat: illius nomen imploratum dæmones perhorreſcebant. Aliorum ſudaria morborum curationem deſtillabant. (Matth. 9.) Quippe qui fuerant illius diſcipuli, cuius fimbria clandeſtino mulieris tactu, quæ ſanguinis fluxu laborabat, rubeũ illud ſanguinis mare ſiccauit. Verum vt ad Apoſtolorum principes reuertatur oratio, illius propheticæ vocis in

B memoriam redeo: *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* (Pſal. 132.) Quare orationis dux Petrus eſto, quoniam primus eſt in Domini vineam mercede conductus, Petrus, ouis è præclari paſtoris grege primogenita: Petrus qui è lacu aſcendit in cælum, qui nautis dimiſſis, angelorum conſuetudine dignus eſt habitus, qui nauicula relicta, eccleſiæ gubernacula regenda ſuſcepit: qui cælorum clauiger eſt appellatus, quique recepit in terris vinciendi ſoluendique poteſtatem. Qui ad vocationem celer, & ad fidem dubitationis expers, atque in rebus omnibus, magiſtri ſui defenſor ardentiſſimus fuit, cum diceret: *tu es Chriſtus filius Dei viui.* (Matth. 16.) Qui ſibi moriendum eſſe cum Domino ſtatuit, & in aulam Caiphæ cum redemptore vincto ſimul ingreditur. Qui cum inficiatur, venia dignus eſt, cum reſipiſcit, admiratione. Neque enim tam decore dignus negando, quam laude reſipiſcendo. Nobis

C enim etiam profuit, quia crimen celeri lachrymarum obruit profuſione, & ad exiguum tempus agitatus, in omnem æternitatem fidelium repertus eſt fundamentum: Nam ſi diligentius cariſſime occaſionem illam timoris attendas, non ſane magnopere Petrus accuſandus eſſe videatur. Nam quo tempore ſol ipſe fugiebat, cælum latebras quærebat, concutiebatur terra, petræ ſcindebantur, quippe quæ creatoris iniuriam ferre non poſſent, tum Petrus defecit, tum Chriſtum negauit primus, ſtaui diei nuntium, rationis expertem, naſtus eſt accuſatorem, qui eum negationis admoneret quæ fuerat ante prædicta: *Antequam gallus cantet, ter me negabis.* (Matth. 26. Luc. 22. Ioan. 18.) verum qui primus negauerat, ad ſepulcrum cucurrit primus. Illum qui à mortuis viuus in lucem prodierat, per quem vita redditur mortuis, primus vidit cùm ex Maria cognouiſſet arcanum, quod illi ipſi ſupra lapidem conſidens angelus non commi- (Ioan. 20.)

D ſerat. Iam vero ſecũdum illum prodeat in medium Paulus, ſapientiſſimus orbis terrarum orator, qui agnus è lupo, è ſpinis racemus, è zizaniis frumentũ, amicus ex hoſte, Hebræus permanet ex Hebræis, qui apud illos Saulus minas cædemq. ſpirabat, apud nos vero Paulus, Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus: qui ex blaſphemo Theologus, ex perſecutore Euangeliſta: qui ex pirata gubernator, ex proditore miles: (Act. 9.) qui Romam cum Petro ſepulturam ſortitus eſt, cumque illo & hanc deſpexit & Sichem, qui ſecundum Beniamin frater Ioſephi, & ſecundũ Theclam & filiorum pater & magiſter fuit. Apud Damaſcum cæcus in ſingulis vrbibus oculus prædicationis, è cælo vocatus, idemque raptus in cælum: qui paradiſum vidit, priuſquã illuc veniret, atq. victoriæ coronã dum adhuc luctaretur, accepit, quæ iterum, vt ait ipſe, debetur. Quid enim ait? *Quam reddet mihi Dominus in illa die.* (2. Tim. 4.) Paulus nouiſſimus primus, ex abortiuo partu perfectus vir, dum inſequitur, iucundus, dum perſecutiones patitur, dulcis, Romanus & Phariſæus, qui omnibus fidei beneficio omnia factus eſt,

nam

A Nam Chriſtus qui dixit Petro te pati oportet, dixit etiam de Paulo, quod illum pro eius nomine pati oporteret, vt alter affixus cruci, alter capite obtruncatus, vnam fidem ſuo præconio promulgantes vno curſu perfecto veri teſtes forent eius qui paſſus eſſet, qui ſepultus, qui, vt viderat in vitam rediiſſet, atque in patris ſinum ſe contuliſſet, quem tamen nunquam ante reliquerat. Illos Dominus prophetæ verbis alloquitur: circumdate nouam hanc Sion & complectimini eam, hoc eſt cuſtodite, tuemini, precibus munite, vt quando iraſcar in tempore & concutiam orbem terræ, aſpiciens veſtrum ſepulcrum, æterna memoria dignum, & quas vltro propter me cicatrices geritis; iram indulgentia ſuperem, veſtram deprecationem quæ illa nititur, legationemque ſuſcipiam. Etenim ſacerdotium, ac regnum cum video collachrymari, illico B miſeratione permotus flector, ac vocem illam meam

4.Reg.19 in memoriam reuoco, *protegam vrbem hanc propter Dauid ſeruum meum & Aaron ſanctum meum.* Quicumque ſcilicet vt vos fidei conſenſione, dignitatis gradus, honoreſque ſponte ſuſcepta demiſſione, tegentes animique abiectionem veſte ſignificantes, multa mihi diſcipulorum millia iunxerint, qui me ferant, quique à me orbi terrarum miſericordiam flagi-

Matth.7. tent, dixi enim: *petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis.* Ipſi gloria & imperium nunc & ſemper in ſæcula ſæculorum. Amen.

S. PATRIS NOSTRI

IOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI

CONSTANTINOPOLITANI

ORATIO,

Qui ſibi ipſi non facit iniuriam, lædi ab vllo non poſſe.

Eodem interprete.

C VIDEO equidem fore, vt noua & admirabilis videatur oratio mea rudioribus quibuſdam, quique rebus præſentibus inhiantes, iacent humi defixi, corporis voluptatibus ſeruiũt, rebus, quæ intelligentia continentur, non admodum adhæreſcunt, ſcio, inquam, fore, vt nos ex ipſo noſtræ propoſitionis exordio rideant D temeritatiſque condemnent, qui ea dicamus, quæ incredibilia videantur. Neque tamen à propoſito recedemus, quin etiam ea quæ polliciti ſumus, vel ob hanc ipſam potiſſimum cauſam, magno ſtudio & alacritate comprobare conabimur. Si enim voluerint, qui ita ſunt affecti, non tumultuari, vel turbas concitare, ſed orationis exitum expectare, non dubito fore, vt partes noſtras ſequantur, ſeque ipſi condemnent, quippe qui fuerint antea decepti: atque adeo, vt tamquam velificatione commutata, quod minus recte antea ſenſerint reſipiſcant, veniam deprecentur, nobis gratiam plurimam habeant: vt medicis ægroti, morbis nimirum liberati, quibus antea conflictabantur. Neque vero præiudicatam mihi aliquam iam afferas opinionem, ſed orationis noſtræ curſum præſtolare; tum demum ſyncere poteris ferre ſententiam, cum nihil te ob inſcitiam, quominus recte iudices impedierit. Qui enim in humanæ vitæ cauſis diiudicandis verſantur quã-

A uis priorem oratorem orationis copia fluere, obruereque omnia eloquentia viderint; prius tamen, quam alterum diligenter audierint, extorqueri ſibi ſententiam non patiuntur. Verum quamuis orator prior æquiſſima dicere, iterum atque iterum videatur, aures tamen integras & incorruptas alteri quoque conſeruant. Illa enim maxime propria eſt iudicum virtus, vt patienter vtriuſque antea cauſa cognita, ſuam ipſi demum ſententiam dicant. Quoniam igitur communis opinio, multorum mentibus præcepta, ac diuturno tempore confirmata eſt, oratoris more toto terrarum orbe huiuſmodi verba facit: Omnia, inquit, humana, diuinaque iura violãtur, perturbatur humanum genus vehementerque iactatur, multi quotidie afficiuntur iniuriis, diuexãtur, exagitantur, violantur, à valentioribus imbecilli, pauperi ab opulentis. Atque vt maris fluctus B numerari non poſſunt, ita neque illorum multitudinem ſatis nouimus quibus parantur inſidiæ, qui cõtumeliis iactantur, qui calamitatibus opprimuntur. Non legum deſcriptio ac moderatio, non iudiciorum metus, non aliud quippiam peſtem hanc reprimit, ſed longius ſerpit indies, ac robuſtius efficitur malum, atque eorum quibus fiunt iniuriæ, gemitibus, querimoniis, lachrymis omnia commiſcentur, quin etiam iudices ad hæc dirigenda conformandaque delecti, concitatam augent tempeſtatem, ac morbum producunt longius, hinc vero ex iis complures, qui ſtultius ſunt miſeriuſque affecti, nouo quodam furore perciti Dei prouidentiam accuſant, dum virum bonum ac moderatum cernunt agitari ſæpe, angi, lacerari, audacem vero multitudini formidabilem, truculentum, ignobilem, atque obſcuro loco natum, magnas diuitias, opeſque nanciſci, atque ab eo moderatiores infinitis vexari moleſtiis, facinora in ciuitatibus, in agris, in ſolitudinibus, terra marique perpetrari. Quare neceſſario C hæc nobis oratio inſtituitur ad ea quæ diximus confutanda & ad cauſam nouam quidem agendam (quod initio dixi) atque à vulgi opinione abhorentem ſed vtilem tamen, ac veram & iis qui velint attendere, atque aſſentiri perutilem. Recipit enim illa ſe probaturam (verum ne perturbemini) neminem, qui violetur iniuria ab alio violari, ſed à ſe ipſo lædi. Atque vt planior fiat oratio age, primum quid ſit iniuria, inquiramus, & quam tandem ei materiam natura ſubiecerit, quidnam humana ſit virtus, quid eam lædat, quid id ſit, quod etiam ſi lædere videatur, non tamen lædit, indagemus. Exempli cauſa (eſt enim exemplis oratio illuſtranda) res ſingulæ quiddam habent vnde vitientur: rubiginem ferrum, tineam lana, lupos ouium greges, ac vini quidem virtuti officitur, cum euaneſcit vetuſtate, & coaceſcit: mellis cum dulcedinem inſitam perdit & in amarum ſuccum commutatur. ſegetum vero vbertatem ærugo & D ſqualor; vinearum fructum, frondes, palmites improbus ille locuſtarum exercitus populatur: alias etiã arbores brucus oppugnat. Multa animalia variis morborum generibus extinguuntur. Atque (ne ſi omnia, conſecter, longius excurrat oratio) etiam naturæ noſtræ febres, neruorum diſſolutiones aliorumque morborum quam plurima genera aduerſantur. Quoniam igitur ſingula aliquid habent, quo ipſorum vis labefactatur; age iam quid ſit hominum generi detrimento, quidve ſit humanæ virtuti contrarium videamus. Ac vulgo quidem neſcio quæ alii alia opinantur, oportet enim falſas quoque opiniones recenſere, iiſque profligatis id quod re vera virtutibus noſtris officit, in medium afferre, planeque oſtendere eam nobis iniuriam facere poſſe, neque detrimentum eiuſmodi, ſi minus nos ipſi prodiderimus, afferre. Et vero vulgo falſa quadam opinione decepti, quæ virtuti noſtræ obſint alii alia eſſe opinantur, alii paupertatem, alii cor-

poris morbum, alij facultatum iacturam, alij calumniam, mortem alii eſſe arbitrantur, eaq. deplorandi ac lamentandi nullum finem faciunt. Ac dum eos quibuſcum male agitur miſerantur, ac lugent: dumque ſe inter ſe perterrefaciunt, iſta ſolent mutuis vſurpare ſermonibus: Qua ille tandem premitur calamitate? omnibus eſt repente ſpoliatus bonis. Alius de alio, ille vero, inquit, in grauem morbum periculoſumque prolapſus, ab iis eſt qui adhibebantur medicis deſperatus. Atque alius in carcere detentos, alius expulſos è patria & in exilium eiectos; alius libertate orbatos, alius ab hoſtibus captos & in ſeruitutem abductos, alius naufragio demerſum, ſiue combuſtum, alius ædium ruina oppreſſum, lamentis gemitibuſque proſequitur. Atqui turpiter viuentes deplorat nemo. Quin etiam (quod eſt omnium indigniſſimum) eos ſæpe permulti beatos prædicant quæ profecto eſt malorum omnium cauſſa. Age igitur (at, quod in exordio rogaui, ne tumultuemini) oſtendamus nulla re harum, quas diximus lædi moderatum ac probum virum, nulla re illius virtutem poſſe conuelli. Quid enim obſecro ei qui omnia bona perdidit, aut cui ſit omnis vel à calumniatoribus, vel à furibus vel ab improbis, etiam famulis res direpta familiaris; quid, inquam, ei, ſi hominis propriam virtutem ſpectes hæc iactura attulit detrimenti? Verum demonſtremus potius, ſi videtur primum quidnam ſit hominis virtus, in rebus aliis orationem prius exercentes vt ipſa facilius intelligatur à populo, illuſtriorque reddatur. In quo igitur equi virtus, exempli cauſa, conſiſtit? an vt aureum frenum habeat, aurea lora, inſtratum ſericum, ſtragulam veſtem ornatam, variam auroque contextam, gemmatas phaleras, iubas aureis funiculis intertextas; an potius vt ad curſum ſit expeditus, rectis præditus cruribus, ad numerum ingrediatur, vngulas habeat generoſo equo congruentes? vt robur & in longis itineribus, & in bellis obtineat? vt in acie, ac prælio ſpiritus audaciamque conſeruet, ſuumque poſſit in fuga ſeruare ſeſſorem? Nonne perſpicuum eſt in his rebus, non in illis equi verſari virtutem? Aſinorum vero, ac mulorum quam tandem dixeris? nonne vt expedite onera ferre poſſint, facile itinera facere, vtque robuſtis ſolidiſque vngulis ſint præditi? Num externa quæ illis adiiciuntur, quippiam ad propriam illorum virtutem conferre dicemus? nequaquam. Quam vero vineam ſuſpiciemus? eam ne, quæ frondibus, palmitibuſque luxuriet, an quæ fructu racemiſque deprimatur? Quam oleæ virtutem dicimus? quando ne patulis diffuſa eſt proceriſque erecta ramis, & denſam habet frondibus comam, an quando ſuos fructus vberes ac lætos oſtentat? eandem porro rationem in hominibus expoliamus, ac diiudicemus, & illud eſſe duntaxat detrimentum cenſeamus, quo ipſa labefactetur.

Virtus hominis.

Quæ eſt igitur hominis virtus? non diuitiæ, vt paupertatis timor inuadat: non corporis valetudo, vt morbum reformides: non vulgi exiſtimatio, vt infamiam timeas: non temere acta vita, vt mortis horrore concutiaris: non libertas, vt fugias ſeruitutem: ſed verarum ſententiarum, conſiliorumque perfectio, ac recta vitæ traducendæ moderatio. Hæc autem ne diabolus quidem ipſe diripiat, ſi is qui ea poſſidet qua par eſt diligentia tueatur. Atque hæc dæmon etiam ille improbiſſimus, atque immanis nouit. Propterea enim Iobi fortunas euertit, non vt illum paupertatis onere premeret; ſed vt aliquod ab eo verbum in Deum contumelioſum extorqueret. corpus etiam lacerauit, non vt illum morbo implicaret, ſed vt animi virtutem labefactaret. Veruntamen omnes machinas admouit ille quidem & ex diuite pauperem reddidit multorum filiorum prole felicem (id quod omnium profecto videtur eſſe maxime formidabile) liberis orbauit, eius præterea corpus totum grauius quam lictores in foris iudicialibus lacerauit. Non enim tantum tortorum vngues effodiunt eorum latera, qui in ipſorum incidunt manus, quantum illius carnes ora vermium dilaniarant. Idem ipſe illi præterea ignominiæ inuſſit & infamiæ notam. In congreſſu enim amici dicebant: nondum pœnas ſceleribus tuis debitas perſoluiſti, ac pluribus verbis illum accuſabant. Neque illum vrbe ac domo ſolum dæmon eiecit, & in aliam vrbem tranſtulit, ſed ſterquilinium illi pro domo ac ciuitate conſtituit. Non modo tamen ipſi damnum non intulit, ſed per eas ipſas, quas tendebat inſidias, illum reddidit illuſtriorem. Ille vero non modo iacturam nullam ex iis rebus quarum potiebatur, non fecit, quamuis tam multis ſpoliatus; ſed maiores ſibi virtutis diuitias comparauit. Etenim poſtea cœpit libertate frui maiore, quippe qui grauiore in pugna decertaſſet; ergo ſi tot ac tanta perpeſſus nihil eſt ille violatus, quamuis præſertim non ab homine, ſed à nequiore cunctis hominibus dæmone vexatus, quis ex iis qui dicunt, ille me iniuriis ac detrimento affecit, excuſatione ſcilicet dignus erit? nam ſi diabolus tanta nequitia refertus, omnibus adhibitis machinis, teliſque omnibus contortis, & quæcumque in hominibus eſſent acerba, affatim in viri iuſti domum & caput effuſis; nihil tamen homini nocuit, ſed vt iam diximus, profuit potius: qua tandem ratione quidam poterunt modo hunc, modo illum criminari, quaſi qui ab aliis, non à ſe ipſi violentur iniuria? Quid? nonne diabolus (dixerit quiſpiam) Adamum violauit, decepit, extruſit paradiſo? minime is quidem, ſed eius qui accepit iniuriam languor & ignauia. Etenim cum dæmon, tot ac tantis machinis admotis, Iobum proſternere minime potuerit, quinam Adamum per infirmiora viciſſet, niſi ſe ille per ſuam ignauiam prodidiſſet? *Iob 1.* Quid? ergo ille qui in calumniatores inciderit, & cui publicata ſint bona, non violatur, quamuis fortunis omnibus euertatur & patrimonio expellatur, quamuis ei ſit cum extrema egeſtate certamen? nulla violatur iniuria, ſed lucrum facit ſi excubet, vigiletque. Quid enim obſecro id Apoſtolis obfuit? nonne cum fame, ſiti, nuditate aſſidue dimicabant? quin etiam ob ea ipſa illuſtris fuit illorum gloria, & magnam ſibi apud Deum auctoritatem conciliarunt? Quid Lazaro morbus, vlcera, inopia, ſolitudo ab iis qui præſto eſſent, detrimenti attulit? *Lucæ 16.* Nonne inde pulchriores ipſi nectebantur coronæ? Ioſephus vero quid tandem damni fecit, quod & domi ſuæ & alienæ laborarit infamia? *Gen. 37. & 39.* etenim & adulter & impurus amator eſt habitus. Quid vero eidem ſeruitus nocuit? quid patria pelli & exulare, nonne illum propterea maxime admiramur atque ſuſpicimus? Verum quid ego de profectione in exilium dico, de egeſtate, de ignominia, de ſeruitute. Ipſa enim mors Abelem qua tandem iniuria perculit, violenta, immatura, ipſius manu fratris allata? *Gen. 4.* nonne propterea vbique terrarum canitur, ac celebratur. Vides, vt plura, quam recepit iam perſoluit oratio? non modo neminem à quoquam lædi planum fecit, verum etiam plus lucrifacere illos, qui attendant, atque animis excubent. Quorſum igitur animaduerſiones atque ſupplicia? quorſum gehenna? quorſum tot ac tantæ comminationes, ſi nemo accipit, neque facit iniuriam? quid ais? quid orationi tenebras offundis? neque enim iniuriam facere neminem, ſed nemini fieri confirmaui. Qua ratione, dices, hoc fieri poteſt, vt tam multis violantibus, nemo violetur iniuria? nempe ob eam cauſam quam modo explicaui.

Quo-

Quoniam iniuria quidem Ioſephum fratres affe-
cerunt, is vero non accepit iniuriam, & Abeli para-
uit quidem Cainus inſidias, ipſe vero nulliseſt in-
ſidiis circumuentus. Propterea ſunt animad-
uerſiones atque ſupplicia conſtituta. Neque e-
nim Deus ob illorum qui vexantur, virtutem
ſupplicia ſubtrahit, ſed ob illorum improbita-
tem qui peccant ſupplicia pænaſque conſtituit.
Nam tametſi qui appetuntur inſidiis illuſtriores
fiunt, non tamen eſt id eorum conſilij qui pa-
rant inſidias, ſed illorum virtutes quibus ten-
dantur inſidiæ. Propterea his quidem Philoſo-
phiæ, virtutiſque præmia, illis vero improbitatis
pœnæ proponuntur & comparantur. Fortunæ
Iob.1. tibi & opes ereptæ ſunt? dic: *nudus egreſſus ſum ex v-
tero matris meæ, & nudus reuertar.* Adde illud Apo-
ſtolicum: *nihil enim intulimus in hunc mundum; haud du-*
1.Tim.6 *bium quod nec auferre quid poſſumus.* Male audis, ac ſex-
centis te onerant maledictis? reuoca in mentem
Lucæ 6. vocem illam, *væ vobis quando benedixerint vos omnes ho-
mines:* & illud, *gaudete & exultate quando eiecerint & ex-
probrauerint nomen veſtrum tamquam malum.* In exi-
lium pulſus es? cogita hic te patriam non habere.
Quod ſi ſapientiæ te ſtudioſum profiteris eſſe culto-
rem, vel omnes terras externas iuberis exiſtimare.
At morbo graui conflictaris? vſurpa illud Apoſto-
2.Cor.4. li, *Quanto magis exterior homo noſter corrumpitur, tanto
magis interior renouatur de die in diem.* At mortem quis
pertulit violentam? Ioannes tibi in mentem ve-
niat & in cuſtodia caput abſciſſum, quod in diſco
allatum meretriciæ merces ſaltationis fuit. Cogi-
ta qua ratione hæc mala compenſentur, nam om-
nibus huiuſmodi perpeſſionibus, ſiquidem imme-
rito contingant, & peccata expiantur & virtus
exercetur, tanta in eos qui animo elato magnoque
hæc ferunt, ex iis vtilitas emanat. Cum igitur
non diuitiarum iactura, non calumniæ, non con-
uicia, non exilium, non morbi, non tormenta, non
ipſa mors, quæ rerum omnium videtur eſſe ma-
xime formidabilis, noceat iis quibus hæc accidunt,
atque adeo magis proſit, vnde mihi probaueris in-
iuria quempiam affici, cum inde nulla iniuria affi-
ciatur? Ego enim contra probare conabor, eos
nimirum vexari iniuriis, detrimentum capere, &
extrema quædam ſupplicia perpeti, qui horum
malorum ſunt auctores, ac duces. Quid enim
Caino, qui fratrem accepit fingi miſerius poteſt?
quid Philippi vxore, quæ Ioannem obtruncauit,
miſerabilius. Quid Ioſephi fratribus qui eum di-
uendiderunt, & in exilium eiecerunt? quid vero
Diabolo, qui Iobum tot malis affecit? is enim & a-
liorum flagitiorum & harum quoque inſidiarum
pænas dabit non exiguas, non qualeſcumque.

Vides vt plura etiam hoc loco, quam propoſuit,
oſtendit oratio non ſolum illos qui illuduntur nul-
lam ferre iacturam ab inſidiatoribus iſtis, verum
totam perniciem in ipſoſmet inſidiatores, ſolere re-
cidere; & in eorum caput omnia redundare? nam
quoniam non diuitiis, non libertate, non patrio
domicilio, non aliis quæ recenſui, ſed animi offi-
ciis, virtus hominis conſtat; merito, quando hæc
læduntur nullum virtus hominis patitur detrimen-
tum. Quid ſit igitur, quo ille animi vigor à quo-
piam infringatur? nec ab alio, ſi is quidem viole-
tur, ſed intrinſecus, & à ſe ipſo violatur. Quomodo
intrinſecus & à ſe ipſo dixerit quiſpiam vexatio-
nem perpeſſus probrum aliquod vel maledictum
proferat; accipit hic ille quidem detrimentum non
ab eo tamen qui illudit, ſed à ſui ipſius animi igna-
uia & abiectione. Quod enim ante dixi, iterare
non verebor. Nemo omnium quantumlibet im-
probus, nefario illo dæmone ac Diabolo qui hoſtis
eſt in nos implacabilis, ſceleſtius vel grauius in
quemquam impetum faciat. Sed tamen ſæuus hic
dæmon non potuit illum, qui leges, qui gratiæ

A tempora præceſſit, vi vndique in ipſum, tamquam
acerbis telis contortis, labefactare, vel deiicere:
tanta eſt animi nobilitas atque præſtantia. Quid
vero Paulus? nonne tantas calamitates pertulit
quas ne percenſere quidem facile quis poſſit, dum
retineretur in vinculis, vinciretur catenis, duce-
retur, circumduceretur à Iudæis, cæderetur, lapi-
dibus appeteretur, non loris tantum, ſed virgis
quoque verberaretur, naufragio iactaretur, ſæpe in
latrones & graſſatores incideret, à ſuis tribulibus
oppugnaretur, ab inimicis ac notis aſſidue iactare-
tur, ſexcentis premeretur inſidiis, cum fame & nu-
ditate pugnaret, crebras alias incurſiones animi &
corporis ærumnas atque incommoda pateretur.
quid multa? cum quotidie moreretur? verum-
tamen cum tot ac tanta ſuſtineret, non modo ver-
bum nullum impium vel contumelioſum protu-
B lit, ſed gaudebat propterea & gloriabatur. Ac
modo quidem ait, *gaudeo in paſſionibus meis;* modo rur- Col.1.
ſus, *neque id ſolum ſed gloriemur in tribulationibus.* Quod 2.Theſ.1.
ſi cum tot cruciatus ille perferret, lætabatur ta-
men & ipſi propterea placebat, quam tu veniam,
quam defenſionem habebis, qui cum ne minimam
quidem illorum partem feras, non tamen te male-
dictis abſtineas? At alia ratione afficior dices in-
iuria, quamuis maledicta contineam. Diuitiis ſpo-
liatus, ad eleemoſynam reddor imparatus. Meræ
nugæ & cauſæ ſunt iſtæ. Si enim propterea do-
les, intellige plane paupertatem non eſſe eleemo-
ſynæ impedimentum. Nam quamuis pauperta-
te premaris, mulieris illius paupertatem certe
non ſuperabis, quæ farinæ pugillum duntaxat v-
num habebat: neque adeo alterius mulieris, cui
tantum duo erant oboli, quorum vtraque vbi in
indigentes omnem facultatem effudiſſet, miris
laudibus eſt elata, neque tantæ benignitati tanta
offecit, aut obſtitit paupertas. Verum duorum
C obolorum tam liberalis fuit atque ampla donatio,
vt omnes diuites obſcuraret, eoſque qui multos
nummos coniecerant, excelſi animi diuitiis & ala-
critatis præſtantia ſuperaret. Quare neque hic ti-
bi iniuria facta eſt, ſed quæſtus maiores vberioreſ-
que feciſti qui exigua largitione illuſtriores coro-
nas capias, quam ij qui plurima conferant. Ve-
rum quoniam (licet hæc millies iteremus) homi-
nes plus æquo corpori indulgent, ſeque in rebus
huius vitæ libenter ingurgitant, rerum præſen-
tium voluptate illecti, non facile ſe à putreſcen-
tibus floſculis patiuntur auelli (tales enim ſunt
huius vitæ deliciæ) neque vmbras de manibus de-
ponere volunt. Verum paulo moderatiores hu-
mana & diuina complectuntur, qui vero ſunt ma-
gis adhuc perditi, ac miſerandi, illis maiore ex
parte, his vero multo ſeminus ac leuius tradunt.
Age iam turpium harum & contemptarum rerum
ſpecioſa abiecta perſona, turpitudinem impudi-
D cæ mulieris aperiamus. Eſt enim tale quiddam
huiuſmodi vita, quæ deliciis & principatibus in-
hiat. Eſt, inquam, res turpis, fœda, execranda
magnopere, iniucunda, grauis acerbitatis plena.
Hoc enim illud eſt quod ea captis nullum veniæ
reliquit locum; quod cum hæc vitæ ratio tanta
moleſtia ſit & acerbitate referta, expetenda ta-
men eis videatur, & ſummo ſtudio perſequenda;
& quamuis ſexcentis ſit calamitatibus, capitis pe-
riculis, caſibus, ſcopulis, cædibus, tumoribus, hor-
roribus, inuidiæ, obtrectationi, inſidiis, curis per-
petuis, angoribuſque propoſita: quamuis nullum
habeat quæſtum, nullum fructum percipiat ex tan-
tis calamitatibus, præterquam ſupplicia, anim-
aduerſiones, tormenta perpetua? cum talis, in-
quam, ſit, optanda tamen & expetenda vulgo
cenſetur, id quod ex illorum ſtultitia, qui ea
capiuntur, non ex rei dignitate proficiſci-
tur. Etenim pueruli quoque, ad res ludicra

A & inanes rapiuntur, rerum grauiorum, & quæ viros deceant, ne ſenſum quidem vllum percipere poſſunt. At illis venia propter ætatem immaturam datur. Hi, qui perfecta in ætate puerilem animum gerant nullam habent excuſationem, quique ſint etiam longe, quam pueri, ſtultiores. Nam cur tandem obſecro ſunt expetendæ diuitiæ? Hinc enim diſputationis primordia capienda.

Diuitiæ.

Etenim valetudine, vita, populari gloria, bona exiſtimatione, patria, propinquis, amicis, affinibus, aliiſque vniuerſis rebus morbus iſte pleriſque eorum, qui eo laborant, videtur eſſe præſtantior. Atque adeo ad ipſas iam nubes rogus videlicet aſcendit, iamque terras & maria fornax iſta complectitur. Neque eſt vllus qui flammam tantam reſtinguat: qui vero inflammet, atque incendat, nemo non eſt ex omnibus, qui partim iam irretiti tenentur, partim mundum retenti, nihil non agunt vt capiantur. B Atque ſingulos quiſque viderit, viros, feminas, ſeruas, liberos, diuites, pauperes conari pro viribus atque onera comportare, quibus alimenti plurimum huic incendio dies noctesque ſuppeditent. Onera ſunt non lignorum, non ſarmentorum (non enim his rebus conſtat hæc flamma) ſed animorum corporum, ſceleris, improbitatis. His enim excitari ſolet huius flammæ natura. Nam qui diuitiis affluunt, nullo modo cupiditatem iſtam effrenatam ſedant, quamuis vel orbem terrarum ſibi ſubiecerint vniuerſum. Pauperes vero aſſequi opulentos, & exæquare conantur, ac rabies quædam dira, effrenatus ac præceps furor, morbus inſanabilis in omnium animus dominatur. Quin etiam alium quemlibet amorem amor hic ſuperat & expellit ex animo. Non habetur amicitiæ ratio, non affinitatis. Quid dicam amicitiæ, C quid affinitatis? non vxoris, non filiorum, quibus quid carius, aut amabilius hominibus contingat? Cuncta iacent humi perculſa atque proſtrata, immani hac & agreſti mancipiorum domina omnium animos occupante. Etenim vt illorum domina quædam inhumana, vt immitis regina, vt barbara quædam, & crudelis, vt vulgare ſcortum & profuſum, dedecorat, ac proſternit, innumeris periculis, atque ſuppliciis eos cruciat, qui ſibi voluerunt inſeruire, cumque formidabilis quædam ſit, implacabilis, agreſtis, crudelis, cumque laruam barbaram habeat, vel belluarum potius figuram induat, lupo, leoneque immaniorem, mitis tamen, amabilis, ac melle dulcior iis videtur, qui ab ipſa ſunt in ſeruitutem redacti. Quæ cum gladios ac tela contra eos quotidie fabricetur, ac fauces hiatuſque præcipites effodiat, & in loca aſpera, in ſyrtim, in ſcopulos agat, atque deturbet cum ſexcentos illis paret ſuppliciorum laqueos: D beatos tamen eos ac fortunatos exiſtimatur efficere tum ab iis ipſis qui iam ſunt ipſius ſtudio implicati, tum ab iis qui ſe cupiunt implicari. Et quemadmodum, cum in cloaca ſues cœnoque volutantur, gaudent & ſcarabæi, dum perpetuo ſtercus verſant, oblectantur: ita nimirum ſunt qui auaritia detinentur, iſtis animantibus miſeriores. Eſt enim in huiuſmodi re maior turpitudo, cœnumque putidius. Etenim cum ægritudine, ac perturbatione conflictantur, magnam putant voluptatem ſe inde percipere, quod non rei naturæ, ſed laborantis animi vitium eſt, imo vero id eſt illarum animantium ſtupore deterius. Vt igitur illud non cœno & fimo eſt, ſed ipſarum beſtiolarum ſtupori tribuendum, ita de hominibus ratio curare. Verum qui ita ſunt affecti, qua eos tandem ratione ſanabimus? ſi nobis aures nimirum præbere voluerint, mentis aciem intendere & admittere in animum, quæ dicuntur. Neque enim pecudes ab impura conſuetudine licet abducere, cum ſint rationis expertes, verum genus hoc cicur, & ratione atque oratione præditum (humanam dico naturam) ſi voluerit à cœno, à fœditate, à fimo, ab illa turpitudine facile ac nullo negotio poterit reuocari. Cur enim tibi, obſecro, videntur expetendæ diuitiæ? An omnino ob voluptatem illam quæ ex menſis atque epulis capitur? an vt honori tibi ſint, ac ſatellitum comitatu ſtipatus incedas qui te propterea colant atque obſeruent. An vt eos facilius vlciſcaris, qui tibi moleſtiam exhibent atque vt ſis omnibus metuendus? Neque enim aliam cauſam afferas præterquam voluptatis, adulationis, formidinis, vltionis. Non enim ſapientior, non temperantior, non moderatior, non prudentior omnino diuitiis quiſquam fieri, non vir frugi, non humanus conſueuit, non illæ poſſunt iracundiam coercere facilius, non ventris, non gutturis vitia cohibere, non modeſtiam docent non animi demiſſionem, non partem vllam virtutis in animos inſerunt. Neque vero dixeris quid horum ſit, quod eas tibi reddat amabiles & expetendas. Nihil enim boni ſolitæ ſunt aut ſerere, aut colere, atque adeo ſi qua conſita offenderint, corrumpunt, prohibent, labefactant, quædam vero euellunt etiam, inferuntque contraria, immenſam ſcilicet quandam intemperantiam, excan[illegible]entiam animi intempeſtiuam, iracundiam iniuſtam, arrogantiam, ſuperbiam, dementiam. Sed hæc tacebo, neque enim qui hoc morbo conflictantur, de virtute ac vitio audiant orationem, qua & accuſentur & arguantur, cum ad vnum omnia referant voluptatem, cumque propterea voluptatis mancipia viliſſima ſint. Age vero iam reliqua his omiſſis in medium adducamus, & videamus an voluptas vlla, vel honor diuitiis contineatur. Cerno enim contraria omnia. Ac primum ſi placet, diuitum menſas inopumque perpendamus & conuiuas percontemur, vtri maxime liquidam ac germanam percipiant voluptatem. An qui vſque ad inclinatum iam in occaſum diem in ſtratis decumbunt prandia cum cœnis iungunt, ventrem diſtendunt, ſenſus hebetant, ingenti epularum pondere nauigium obruunt, ac deprimunt, illudque tanquam in naufragia corporis demergunt: compedes, manicas, linguæ impedimenta moliuntur, totumque corpus, ebrietatis illo deliciarum vinculo conſtringunt, catena ferrea grauiore? qui non ſyncerum capiunt, non verum ſomnum, non horribilibus liberantur ſomniis, & furentibus miſeriores? qui dæmonem vltro quendam in animum admittunt, famulorum turbæ riſum mouent, vel tragœdiam potius excitant, lachrymarum cauſſam modeſtioribus præbent, qui nihil intelligunt rerum humanarum, non dicere quippiam valent, non audire, ſed raptim in cubile ex menſa feruntur? An vera voluptate perfunduntur qui animo ſemper excubant, languore omni abiecto atque deſidia, qui modum neceſſitate metiuntur, ſecundis ventis vtuntur in curſu, cibi potioniſque condimentum & voluptatem in fame ac ſiti ſibi maxime ponunt: nihil enim æque tum voluptati, tum valetudini conducit, atque eſurientem, ac ſitientem, quæ ſint appoſita & parata, contingere, ſatietatem in vna neceſſitate collocare, fines neceſſitatis non tranſilire, neque corpori maius onus imponere quam ferant vires. Quod ſi hæc minus mea tibi perſuadet oratio, vtrorumque corpora & ſingulorum animos explorato. Neque mihi quod raro accidit, ac ſiqui altera quapiam de cauſſa minus valent, adducas; ſed ex iis quæ perpetuo frequenterque contingunt, ſubducito rationes. Nonne firma ſunt illorum corpora qui moderatũ adhibent cibũ; & ſenſus integri, quiq. ſuo facillime funguntur officio; aliorum vero eneruata, languida, cera ipſa molliora & morborum turba circumſeſſa?

Ete-

Etenim ad illos podagræ illico volitant, tremor membrorum intempeſtiuus, ſenectus immatura, capitis dolores, neruorum diſtentiones ac diſſolutiones, ſtomachi vitia, faſtidium cibi, aſſidua medicorum opera indigent, aſſiduis medicamentis, quotidiana Voluptas curatione. Iſtane ſunt obſecro voluptatis? Quibus hoc tandem dixerit, modo norit quid ſit voluptas? tunc enim oritur voluptas, cum præeunte cupiditate, ſequitur illud, vt re concupita fruaris. quod ſi fruaris, nullo tamen appetitu voluptas omnis pereat & euaneſcat, neceſſe eſt. Propterea ſane etiam ægroti quam lautiſſimos cibos appoſitos ita deguſtant, vt nauſeare turbarique videantur: quoniam abeſt deſiderium, quo fit vt cum iucunditate potiamur. Neque enim cibi, potioniſque natura, ſed veſcentium appetentia cupiditatem parere, & voluptatem efficere conſueuit. Quocirca vir ille ſapiens qui ea optime norat, quæ pertinent ad voluptatem, Prouerb. 1 ac de iis præclare diſputare poterat, aiebat: *Anima ſatiata fauis illudit*. Quibus verbis oſtendit voluptatem non natura menſarum, ſed eorum qui comedunt affectione contineri. Quapropter etiam vates, cum res illas admirabiles, quæ tum in Ægypto, tum in ſolitudine contigerant recenſeret, id Pſal. 80. quoque inter alia commemorauit, videlicet: *ex petra melle ſaturauit eos*. Atqui petram melle manaſſe nuſquam legitur, quid eſt igitur quod ait? nimirum quoniam labore confecti, feſſi de via, ſiti ingenti enecti, aquam gelidam nacti ſunt, cum ſitim pro magno quodam haberent condimento, cumque aquarum illarum propheta vellet iucunditatem oſtendere, mellis nomine aquam vocauit; nõ quod eſſet in mel aquæ natura conuerſa, ſed quod voluptas aquæ cum dulcedine illa certaret, quodque illi ſitientes aquarum in quas inciderant potirentur. Cum igitur ita ſe res habeat, nec vllus vel ſenſus totius expers, quicquam poſſet obiicere, nonne perſpicuum eſt, liquidam, ſynceram, ingentem ex pauperum menſis manare voluptatem, ex diuitum vero epulis faſtidium, ſatietatem, fœditatem: atque adeo (vt ſapiens ille vir ait) res etiam iucundas videri faſtidiis adhæreſcere. At enim diuitiis efficitur, vt colamur & inimicos vlciſcendi facultatem paremus, an propterea quæſo expetendæ nobis ac certatim conquirendæ diuitiæ, quod grauiſſimas in nobis alant perturbationes, quod iracundiæ facinora proferant, quod furentis animi fluctus extollant, ad arrogantiam excitent atque confirment? imo vero propterea ſunt velis remiſque, vt dicitur, fugiendæ, quia belluas quaſdam immanes, agreſtes, diras in animos noſtros deducunt, quæ vero nos honore diſpoliant & falſum quendam veri honoris coloribus adumbrant, illique contrarium effingunt, atque iis proponunt, quos ſemel deceperunt, vt verum eſſe perſuadeant, qui fucatus & adulterinus eſt honor. Etenim quemadmodum impuræ mulierculæ, fucis & vnguentis oblitæ, formoſæ re vera non ſunt, ſed efficiunt, vt aſpectus alioqui deformis, ijs pulcher venuſtuſque videatur, qui fuerint illo decepti: ita diuitiæ adulationem ita pingunt, vt honor eius videlicet forma ementita videatur. Neque enim mihi manifeſtas illas acclamationes intuearis & plauſus, à metu & aſſentatione profectos, hæc enim ſunt pigmenta & fucati medicamenta candoris. Verum retege atque explica conſcientiam ſingulorum, qui tuam beneuolentiam huiuſmodi blanditiis & aſſentationibus colligunt, atque ſexcentos interius accuſatores videbis qui contra te voce contendunt, quique te magis quam grauiſſimi inimici & hoſtes oderunt & auerſantur. Quod ſi rerum commutatio veritatem (veluti ſol illos fucatis coloribus oblitos vultus) ardentiore aliquo appulſu prodiderit, tum demum aperte perſpicies maximo te ſemper antea in dedecore, ignominiaque verſatum apud eos qui te

A colebant, ac te honorem tibi ab iis deferri putaſſe qui te maxime oderant, & ſexcentis tacitis conuitiis & contumeliis verberabant, grauiſſimaſque tibi calamitates optabant. Nihil enim honorem ſolet ita, vt virtus efficere, honorem, inquam, non coactum, non ſimulatum, non veluti deceptionis perſona contectum, ſed verum, germanum, quique nullis temporum prematur anguſtiis. At vlciſci vis eos qui graues fuerunt ac moleſti. Immo vero hoc ipſo nomine, vt ante dixi, ſunt fugiendæ diuitiæ, gladium enim parant, quem ipſe diſtringas: vt in poſterum ſeuerius à te vitæ actæ ratio repetatur, efficiunt & ſupplicia intoleranda conſtituunt. Etenim tantum eſt in vlciſcendo flagitium, vt vel Dei clementiam repellat, & veniam delictorum innumerabilium iam conceſſam abroget, is enim cui innumera talenta fuerant condonata, quique per- B exigua deprecatione tanto munere potitus erat, vbi centum denarios à conſeruo repetiit, hoc eſt vbi acceptarum iniuriarum pœnas à conſeruo tanta acerbitate cœpit exigere, ſua ſe ipſe ſententia condemnauit. Neque ob aliam vllam cauſam tortoribus traditus atque conſtrictus eſt, iuſſuſque infinita illa talenta reſtituere, nullam veniam impetrauit, nullam defenſionem: ſed extrema ſupplicia perpeti coactus eſt, atque omne debitum ſoluere, quod antea Dei benignitas condonarat. An igitur propterea quæſo te ſunt expetendæ diuitiæ, quod te ita procliuem reddant ad facinus huiuſmodi conſciſcendum? atqui hoc ipſo nomine ab ijs perinde atque ab inimico & hoſte ac multa inquinatum cæde refugiendum. At rerum inopia dicat quiſpiam, ſtomachari nos cogit & indignari, ſæpe etiam maledicta & verba contumelioſa proferre, ac turpia quæque flagitia committere. Non inopia ſed abiectio animi. Nam Lazarus quoque pauper erat & ſane Lucæ 16. valde pauper, & cum inopia morbus erat omni C grauior egeſtate, cõiunctus, qui paupertatem etiam eiuſmodi acerbiorem moleſtioremque reddebat. Nemo illi præſto erat, nulli famuli aderant, id quod inopiam ſimul ac morbum exulcerabat. Eſt enim horum vnumquodque per ſe ipſum calamitoſum, iam vero omni famulatu remoto, augetur calamitas, grauius fit ardoris incendium, dolor acerbior, tempeſtas immanior, turbulentior procella, fornax luculentior. Quod ſi quis accurate perpendat, aliud etiam quarto loco acceſſerat, hominis nimirum, qui omni copia circumflueret, inter vicinos impunitas atque deliciæ. Quin etiam ſi quis aliud præterea vel quinto loco velit inuenire, eas quoque incendij faces illi plane fuiſſe videbit adiectas. Neque enim diues ille delicate duntaxat ipſe viuebat ac molliter, verum etiam cum ipſum iterum ac tertio, atque adeo quotidie ſæpius cerneret (iacebat enim ante veſtibulum proiectus, eratque ſane acerbum ſpectaculum, ac miſerandũ, quod, vel aſpectu ipſo, D pectus quamuis lapideum emollire potuiſſet) non tamen agreſtis & inhumanus permotus eſt vnquã, vt tantæ inopiæ ſubueniret. Verum ei quidem exornabatur ample magnificeque triclinium, pocula coronabantur, affatim pretioſa vina propinabantur: ſplendidos cocorum habebat greges, paraſitos, aſſentatores, primo diluculo concinentium choros, pincernas, mimos, ſcurras, omnia denique intemperantiæ genera excogitabat, temulentiæ crapulæque deditus, veſtitu, menſa, aliiſque rebus quamplurimis perpetuo ad delicias abutebatur. Cumque illum acri fame enectum acerbiſſimo confectum morbo tot vlceribus obſeſſum, deſtitutum ab omnibus, reliquis præterea calamitatibus, quæ inde proficiſcuntur oppreſſum, diebus ſingulis cerneret, ne animaduertebat quidem, at paraſiti & aſſentatores vino ciboque completi diſrumpebantur, pauper vero atque ita pauper, quique tot miſeriis conflictaretur, ne micarum quidẽ ex illa menſa

A cadentium, quamuis valde cuperet, potiebatur, neque tamen illum ex his quippiam læſit: non acerbius illi verbum excidit, non impium, aut contumelioſum ſed vt aurum quo ardentiore flamma purgatur, eo ſplendeſcit illuſtrius, ita is cum huiuſmodi cruciatibus torqueretur, omnes tamen & perturbationes & moleſtiarum turbas illas, quæ inde paſſim oriri ſolent, facile ſuperabat. Si enim qui vna tantum paupertate laborant, cum diuites cernunt, inuidentia contabeſcunt ſtomachantur, vitam ſibi eſſe acerbam putant, dum tamen illis neceſſaria ſuppetunt, nec famulis carent, cum inops eſſet iſte, & ita inops vt omnes inopia ſuperaret. Nec ſolũ inops, ſed etiam ægrotus, qui haberet neminem, qui præſto eſſet, qui conſolaretur, quique in media vrbe in extrema ſolitudine iaceret, & acerbiſſima conficeretur fame, atque alteri tanquam è fontibus affluere omnia cerneret, nullo B ipſe hominum ſolatio frueretur, ſed canum linguis, tamquam perpetua menſa proponeretur (ita enim erat membris omnibus captus ac debilis, vt ne illos quidem poſſet abigere) qua tandem ratione perturbatus eſſet, niſi animo elato, ac generoſo fuiſſet? Videſne qui ſibi ipſi non facit iniuriam quamuis omnino prouocetur iniuriis, nihil aduerſi ſuſtinere? eodem enim reuertetur oratio. Quid morbus; quid famulorum inopia, quid canum acceſſus? quid improba diuitis vicinitas, quid illius deliciæ, ſuperbia, arrogantia hunc athletam læſit? An remiſſiore curſu ad virtutis præmia contendit? Quid verò potuit illius vigorem infringere? nihil vſquam, ſed illis potiùs corroboratus eſt, & verò etiam illa rerum aduerſarum vis, illa diuitis hominis feritas, plurimarum fuit ei coronarum cauſſa, præmiorum exaggeratio, mercedis additamentum, maioris remunerationis materia. Neque enim C ob inopiam, famem, vlcera, canum linguas tantum coronatus eſt, ſed quia cum eiuſmodi vicinum haberet, ab eoque diebus ſingulis cerneretur, ac perpetuo deſpiceretur, tentationem illam magno excelſoque animo, magnaque conſtantia pertulit, quæ nimirum tentatio non exiguam, ſed maximam flammam, paupertati, morbo, ſolitudini adiiciebat. Quid oro te beatus Paulus? nihil enim nos impedit quo minus faciamus iterum tanti viri mentionem. Nonne ſexcentas tempeſtates, ac procellas tentationum ſubiit? quam propterea iacturam fecit? nonne inde potius magis ſibi præmiorum cumulum auxit, quod famem pertulit, quod frigore, & nuditate obriguit, quod virgis eſt ſæpenumero cæſus, quod lapidibus obrutus, quod pelago demerſus? Verum ille, dicat quiſpiam, erat Paulus & à Chriſto vocatus. Atqui Iudas quoque in duodecim diſcipulorum numero fuit; nec tamen illi profuit, quod inter duodecim numeraretur, non quod eſſet D à Chriſto vocatus, quoniam animo & conſilio ad virtutem idoneus paratuſque non fuit. At Paulus quando cum fame decertabat, & neceſſario egebat cibo, atque tot ac tanta quotidie mala perferebat, via quæ recta ducit in cælum magna alacritate currebat. Ille verò cum & ante Paulum eſſet vocatus, & iiſdem beneficiis quibus Paulus affectus, cum eſſet ſupremæ illius philoſophiæ myſteriis initiatus, menſæque ſacræ, ac ſacroſanctæ illius cœnæ particeps effectus, cum tantum beneficium accepiſſet, vt & mortuos poſſet excitare, leproſos curare, dæmones profligare; cum ſæpe Chriſtum audiſſet de voluntaria paupertate diſſerentem, ac tamdiu eſſet familiariter cum illo verſatus, cum pauperum pecunias ſibi creditas accepiſſet vt inde ſui morbi ſolatium caperet (fur enim erat) non tamen potuit ad meliorem frugem reuocari, quamuis tamen in ſe benignitatem expertus atque clementiam. Nam quoniam illius Chriſtus auaritiam nouerat, cumque propter amorem pecuniæ periturum, non modo tunc pœnas ab illo non ſumpſit, verum vt illius

A etiam ægritudinem mitigaret, pauperum quoque pecunias ipſius fidei commiſit, vt eſſet vnde pecuniarum cupiditatem expleret, neque in horrendum illud barathrum præcipitaret, atque ita leuiori malo maius grauiuſque prohiberet. Ita vbique qui ſibi ipſe non facit iniuriam, ab alio illatam non accipiet, qui vero excubare animo & interiora animi bona vltro adhibere voluerit, ei nemo vnquam vlla re proderit. En tibi propterea mirabilis voluminum ſacrorum hiſtoria tanquam in imagine quadam excelſa, & ampla lateque patente, priſcorum virorum facta deſcribit, ab Adamo vſque ad Chriſti aduentum narratione producta: vbique illos qui ſupplantati ſunt, quique coronis donati proponit, vt te omnium exemplo doceat, qui in ſe ipſe non ſit iniurioſus, nullius iniuria poſſe violari: quamuis graue bellum ipſi totus terrarum orbis indicat. non enim rerum difficultas, non temB porum viciſſitudines, non principum importunitas, non inſidiarum procellæ, non vis calamitatum, non ex malis omnibus conflata colluuio, vel tantulum quidem, loco eum mouere poterit, qui animo forti magnoque ſit, qui vigilet, qui animo ſemper excubet; vt contra ignauum hominem ac meticuloſum, quique ſe ipſe prodat, vel ſexcentæ adhibitæ cautiones, nihilo tamen faciunt meliorem. Ergo id illa nobis ſimilitudo declarat de iis hominibus, quorum alter in petra, alter in arena domum ſuam ædificarat; non vt petram nos & arenam cogitemus, non vt ſaxorum ædificium & culmen, non vt fulmina, aquas, pluuias, ventoſque vehementes, qui in ædificia impetum faciant, ſed vt virtutem, & vitia ex ijs intelligamus, atque adeo vel hinc doceamur, qui ſibi ipſi non facit iniuriam, à nemine lædi poſſe. Quare non imber, quamuis violentus ac vehemens, non fluuij, qui concitato C curſu laberentur, non venti, qui impetu ſummo ferrentur, domum illam vlla ex parte labefactarunt, ſed integra perſtitit, & immota, vt intelligas, qui ſe ipſe non prodat, nulla poſſe oppugnatione conuelli. At alterius domus eſt facile deiecta, non tentationum inſidiis (alioquin idem alteri quoque contigiſſet) ſed ſua profecto dementia. Neque enim quia ventus flauit, propterea corruit, ſed quia erat in arena, hoc eſt in otio & improbitate fundata, id illi iure optimo contigit. Nam etiam antequam illa tempeſtas ingrueret, & infirma erat & adruinam procliuis. Huiuſmodi enim ædificia, etiam nulla re vrgente, ſua ſponte decidunt: cum fundamentum illis deſit ac diffluat. Et quemadmodum araneorum telæ etiam nullo diſturbante diſſoluuntur, adamas vero vel malleo percuſſus reſiſtit: Ita ſane illi qui ſe ipſi non lædunt, quamuis à ſexcentis cædantur, firmiores redduntur, qui vero manus dant, etiam ſi negotium faceſſat nemo, vlD tro tamen ad terram feruntur, dilabuntur, pereunt, non ſecus ac Iudas quoque, qui non modo dum nulla re huiuſmodi moleſta capita feriebat: etenim extenſa vndique nubes tecti cuiuſmodi inſtar vniuerſum populum protegebat & cum illo quocumque pergeret ferebatur. Quin etiam neque facibus noctu opus erat, quibus tenebræ pellerentur, ſed ignea vtebantur columna, vnde lux effulgebat immenſa, qui ſimul eos dirigeret & illuſtraret: neque enim lucida ſolum erat, verum etiam quouis duce melius, multitudinem prope innumerabilem per illam ſolitudinem deducebat. Neque vero in terris tantum, ſed in mari quoque tanquam in terris, iter agebant, & ſuperare naturæ fines audebant, cum ſæuum illud pelagus ita calcarent, vt ſi in dura aliqua ſolidaque petra graderentur. Dum mare ipſos exciperet, ſolidam terram & camporum planiciem, elementum illud imitabatur. At vbi hoſtes admittebat, maris officio fungebatur, illis erat pro vehiculo, ipſorum hoſtibus,

Matth. 7. Lucæ 6.

Exod 14

pro

pro ſepulcro, dum illos facile traiiciebat, hos vehementi impetu demergebat. Itaque aquarum inconditi fluctus, quaſi ratione & intelligentia præditi, moderationem & obedientiam præſtiterunt, qui modo cuſtodis, modo carnificis partes, ac munus explerent; atque vno eodemque die contraria ſimul munia exequerentur. Quid commemorem petras è quibus aquarum flumina manarunt? quid narrem auium turmas, quarum eſt ingenti multitudine terra contecta? quid ea perſequar, quæ in Ægypto admiranda contigerunt? quid ea quæ in ſolitudine, ſupra hominum fidem? quid trophæa, quid victorias? non profuſo ſanguine, illas partas? Non enim vt pugnantes, ſed vt choreas agentes aduerſarios inuadebant, & ſine armis ſuos dominos ſuperabãt, eos verò qui ſecum extra Ægyptum decertarunt, tubarum ſono canentes vicerunt, vt chorus ille potius quam bellum, ſacrorum initia, quam pugna videretur. Omnia, enim illa portenta acciderant, non modo vt illis omnia ſuppeterẽt, quibus indigebant. Verum etiam, vt ita melius & commodius ea conſeruarentur, quæ illis Moſes de diuinarum rerum cognitione tradiderat, quin etiam vocibus vndique omnia perſonabant, quæ Dominum prædicabant. Etenim id mare clamabat cum ſe modo pedibus calcandum præberet, modo rurſus maris naturam induceret. Nihil fluenta hanc ipſam vocem edebant, cum in ſanguinis naturam verterentur. Ranæ & illi locuſtarum greges, brucus, ærugo, hæc præconia vniuerſo populo, prædicabant, ſolitudinis vero prodigia, manna, columna nubis, coturnix, cætera omnia, liber illis erant ac litteræ, quæ nullo vnquam tempore delerentur. Hæc illis quotidie rerum memoriam renouabant, eorumque mentem quaſi vocibus informabant. Veruntamen poſt huiuſmodi paternæ in eos prouidentiæ argumenta, poſt ingentia illa beneficia, poſt rerum mirabilium magnitudinem, poſt illam procurationem, ſtudiumque inexplicabile, poſt aſſiduam illam doctrinam, poſt inſtitutionem illam & cohortationem, tum verbis tum rebus adhibitam, poſt illuſtres inſigneſque victorias poſt inaudita & incredibilia trophæa, poſt epularum copiam, poſt illorum fontium vbertatem, poſt illam gloriam, qua cunctis gentibus antecellebant, quoniam ingrati ac ſtolidi eſſe cœperunt, vitulum coluerunt, bouiſque capiti diuinos ritus, ac ceremonias adhibuerunt, vt ſibi dij fierent, poſtularunt, idque recentibus adhuc acceptis in Ægypto beneficiis, cũque nouis aliis multis præterea fruerentur. At Niniuitarum populus, licet barbarus & qui nullius harum rerum, non paruæ, non magnæ, non miraculorum, non factorum, non verborum particeps fuerat: vbi viderunt hominem ex naufragio conſeruatum, qui nunquam eſſet cum eis verſatus, qui tum primum viſus eſſet, & ingreſſus diceret: *adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur*, ita nudis hiſce verbis auditis commutati ſunt, & meliores effecti, ita improbitate abiecta, ad virtutem ſe per pœnitentiam receperunt, vt diuinam ſententiam reuocarint, labentem vrbem confirmarint, Deum iratum placarint, ab omni ſe ſcelere vindicarint. *Vidit enim*, inquit, *Deus cunctos à via ſua mala receßiſſe, ſeſque ad Dominum conuertiſſe.* Quinam, obſecro, receſſere? atqui magna erat eorum improbitas, nequitia inexplicabilis, inſanabiles plagæ: idque vates vt oſtenderet ait: Aſcendit eorum malitia vſque ad cælum. Vt loci interuallo, illorum nequitiæ magnitudinem declararet. Veruntamen tanta improbitas, quæ adeo creuerat, vt ad cælum vſque peruenire videretur, tribus diebus exiguo temporis momento, paucis vnius hominis, ignoti, peregrini, naufragi verbis, ita eſt expiata, deleta, profligata, vt eiuſmodi voce perfruerentur, videlicet: Vidit Deus vnumquemque receſſiſſe à via ſua mala, & pœnituit illum ſupplicij, quo eos affecturum ſe eſſe confirmarat. Vides eum qui animo excubet & attendat, non ſolum nulla re lædi ab hominibus poſſe, verum etiam iram cælitus imminentem vitare? qui vero ſponte det manus ac ſibiipſi noceat, etiamſi innumeris beneficiis cumuletur, nullam ei magni quæſtus fieri acceſſionem. Ergo neque illis ipſis prodigiorum non fuiſſe participes obfuit, ſed quoniam erant ſua ſponte memores beneficiorum, vel exiguam occaſionem nacti, redierunt in viam; cum tamen eſſent barbari, externi, quibus diuina eſſent oracula inaudita, qui terras à Palæſtina longius remotas vt opinor incolerent. Quid vero trium puerorum virtuti, obſecro, quæ ipſis acciderunt aduerſa detraxerũt? Nonne adhuc adoleſcẽtes ac pæne pueri, in ipſa ætatis imbecillitate, illud graue ſupplicium, ſeruitutemque ſubierũt, longam peregrinationem confecerunt, procul à patria, domo, templo, altari, ſacrificiis, oblationibus, libationibus, & vero etiam ab ipſis canticis, ſunt in alienas terras abducti? neque enim iis domum remeandi tantummodo poteſtas erepta, ſed multa etiam religionis, ſacrorumque genera, quæ domo adduxerant, interdicta. Nonne barbaricis manibus, ac lupis potius, quam hominibus traditi, atque in longinquam præterea (id quod grauiſſimum eſt) ac barbaram regionem & in acerbiſſimam traducti ſeruitutem? Non doctorem habebant, non vatem, non magiſtratum. Non enim eſt, inquit, princeps, non propheta, non dux, neque locus ſacrificandi coram te & miſericordiam inueniendi. Quin etiam in regias ſedes, quaſi in ſcopulum quendam, ſyrtim, pelagus, ſaxis & cautibus plenum adducti ſunt, ſine gubernatore, ſine proreta, ſine nautis, ſine velis, cum infeſtum illud mare traiicere cogerentur, & regiis conclauibus, tanquam carcere, incluſi tenerentur. Nam quoniam cæleſtem quandam nouerant exercere Philoſophiam, res humanas, fragileſque contemnere, faſtum omnem atque ſuperbiam proculcare, ac velut alis quibuſdam extolli: ex illa commemoratione magnum cumulum putabant ad ſuas calamitates accedere. Etenim procul à regia, in priuato aliquo domicilio maiorem habituri fuiſſent arbitratu ſuo, viuendi poteſtatem. At in carcerem illum coniecti (nam totam illam veluti commentitiam gloriam nihil arbitrabantur à carcere, nihil à ſyrtibus ſcopuliſue differre) ærumnas continuo graues acerbaſque ſubierunt. Imperauerat enim Rex vt ſuæ illius menſæ Sybariticæ, impuræ, profanæ participes eſſent: at id erat illis interdictum, ac propterea morte ipſa grauius videbatur, ſolique velut agni inter lupos coercebantur. Quin etiam aut fame confici vel potius morte mulctari neceſſe erat, aut interdictis cibis omnino veſcendum. Quid igitur agunt adoleſcentes orbati parentibus, captiui, extorres, eorum denique ſerui qui res huiuſmodi imperabant? Non ſibi neceſſitatem, non illius regnum, qui vrbi præeſſet ad excuſationem ſatis poſſe crediderunt. Verum omnes adhibent machinas, omnia tentant; vt peccatum vitent, cum tamen vndique circumſepti ac proditi teneantur. Non enim poterant imperantium ferocitatem lenire pecunia, quippe captiui, non amicitia & familiaritate, peregrini, non imperio ſuperare, mancipia, non multitudine vincere, nimirum non plures tribus, quare eunuchum cuius erant poteſtati commiſſi conueniunt, ac verbis perſuadent: vbi enim formidantem illum ac verentem offenderunt, atque de ſua ſalute ſolicitum, cui mortis ingens timor proponebatur, qui eius animum percellebat: timeo ego, inquit, Dominum meum regem, ne videat facies veſtras triſtiores adoleſcẽtibus coæuis veſtris, & condemnetis caput meum Regi. At illi hominem metu liberant, ac beneficium impetrant. Quare cum omnia pro virili parte ipſi feciſſent, Deus quoque quod ſuum eſt in eos con-

tolit.

Marginal notes: Ioſ. 6. — Niniuitæ. — Ion. 3. — Ibidem. — Dan. 3. — Dan. 1. — Dan. 1. — Vulg. nuclea tiones.

Section letters (margin): A, B, C, D

tulit. Neque enim Dei duntaxat illud officium erat, ſed ab eorum voluntate ſumpſit exordium (quod enim illi eſſent alioqui præmium conſequuturi?) quam cum generoſam, fortemque præbuiſſent, & Dei opem impetrarunt & quod contendebant facile perfecerunt. Vides ne qui ſe ipſe non lædit, ab alio lædi non poſſe? En tibi igitur adoleſcentes captiui, orbati parentibus, in alienas terras abducti omnium ope deſtituti graui edicto & acerbo, vrgente eunuchi animo, magno mortis metu perculſo, inopes, pauci, inter barbaros, in hoſtium dominatu, in regiæ manus poteſtate, à ſuis omnibus diuulſi, à ſacerdotibus, prophetis, ab aliis à quibus iuuarentur, quam remotiſſimi, nullis libationibus, ſacrificiis nullis, procul à templo, procul à canticis, atque pſalmodia: neque tamen in huiuſmodi rerum valle vllum incommodum acceperũt, ſed contra potius maiorem, tum gloriam adepti; quam cum rebus illis domi ſuæ atque in patria potirentur. Atque ita in primo hoc certamine, re bene geſta, illuſtri corona inuicti, legibus patriis etiam in aliena regione ſeruatis, tyranni edicto contempto, metu hominis impij ſuperato, nulla tamen vſquam facta iactura, atque perinde ac domi ſuæ verſarentur, omniumque illarum rerum copia circumfluerent, ita præclaro facinore, tute libereque perfecto deinceps ad nouos prouocantur labores, ijdem tamen ſunt, qui ſemper fuerant, ſuique ſimillimi. Difficilius priore proponitur grauiuſque certamen: accenditur fornax, barbarorum acies cum ipſo rege contra illos inſtruitur, omnes Perſarum vires expediuntur, omnia ad fraudem & vim faciendam comparantur: muſicæ varia genera, variæ ſuppliciorum rationes, minæ, conſpectus vndique truculentus, verba formidabiliora conſpectu. Verumtamen quoniam ipſi ſe non prodiderunt, ſed pro viribus contenderunt, nihil illos vmquam læſit, ſed coronas prioribus digniores illuſtrioreſque promerentur. Vinxit enim Nabuchodonoſor illos quidem & in fornacem coniecit, nec tamen læſit, ſed iuuit, ac reddidit clariores. Cumque templo carerent (eadem enim ſæpius recenſebo) patria, ſacerdotibus, vatibus, in externis & barbaris locis, imo vero in ipſa fornace media in illius exercitus vniuerſi conſpectu rege, quo hæc auctore fiebant, inſpectante, præclarum trophæum conſtituerunt, inſignémque ſibi victoriam pepererunt, carmen illud admirabile concinentes, quod iam inde ad hanc ætatem, toto terrarum orbe decantatur, & à poſteris quoque in omnes ætates decantabitur. Quamobrem, quando qui ipſi ſibi non nocet, nihil ei ab vllo noceri poterit, neque enim ab huius verbi aſſidua iteratione deſiſtam. Nam ſi captiuitas, ſeruitus, ſolitudo, exilium, carorum omniũ abſentia, mors propoſita, tantus exercitus, tam crudelis tyrannus, tribus pueris, captiuis, ſeruis, peregrinis nihil obeſſe potuerunt, ad eorum virtutem labefactandam, ſed illos potius inſidiæ confirmarunt illiſque libertatem auxerunt, quid tandem offendere poterit vigilantem? Nihil omnino, quamuis terrarum orbis in eum conſpiceret vniuerſus. At enim Deus tunc illis adfuit, & flammæ ſubduxit. Immo vero tibi quoque ſi contendas pro viribus à Deo, quæ ſunt opus expectare, omnia licebit; verumtamen pueros illos ego non propterea ſuſpicio, beatoſque prædico, quod flammas calcarint, quod ignis vim fregerint, ſed quod veritatis religioniſque cauſa vincti & in fornacem iniecti, flammiſque traditi ſunt. Hinc enim illis omnia ſunt conſtituta trophæa, & quo tempore in fornacem demittebantur, corona illis imponebatur, atque adeo poſt verba illa etiam ante rerum ipſarũ exitum contexi cœpta eſt; quæ nimirum verba magna libertate in medium producti pronunciarunt. Nihil eſt quod tibi Rex hac de re nos reſpondeamus. Poteſt enim Deus noſter qui eſt in cælo, quem

A colimus, ex ardenti fornace liberare. Quin etiã ille nos è tuis manibus eripiet: ſin minus, ſcito rex, Deos à nobis tuos non coli, neque imaginem auream adorari quam ſtatuiſti. Propter hæc verba illos laudibus proſequor: propter hæc verba arrepto victoriæ præmio, ad inſignem martyrii coronam cucurrerũt verborum confeſſioni rerum ipſarum factorumque comprobationem adiungentes. Quod ſi eorũ corpora veritus eſt ignis attingere, vincula diſſoluit, poteſtatem libere ambulandi dedit, ſuarum virium oblitus, atque adeo fornax ignis, aquarum gelidarum induit naturam. Hoc videlicet admirandũ fuit diuinæ beneuolentiæ munus. Athletæ quidem certe vel antequam hæc illis acciderent, ſtatim vt in flammas ingreſſi ſunt, trophæum poſuerunt, victoriam reportarunt, corona donati ſunt, ac tum in cælo tum in terris ſunt laudes ampliſſimas conſecuti, neque iis quicquam defuit ad ſummam gloriam cu-B mulandam. Quid igitur ad iſta dicas? in exiliũ pulſus es, & è patria eiectus ſtetiſti quoque. In ſeruitutem adductus & barbarorum vinculis obſtrictus? hoc ipſum quoque accidiſſe comperies. At neminem habes ibi præſentem, qui rebus tuis conſulat, qui te moneat, qui erudiat? illi quoque huiuſmodi procuratione caruerunt. At es religatus, at combuſtus, at mortuus? nihil enim his mihi grauius obiceris. En illi quoque cuncta hæc incommoda perpeſſi maiorem ſibi gloriam ex his omnibus pepererunt, ac longe clariores & celebriores effecti, maiores in cælo ſibi diuitias congeſſerunt. Ac Iudæi quidem quibus erat templum, erat altare, erat arca, propitiatorium, velum & infinita ſacerdotum multitudo, quotidianæ ceremoniæ, ritus, ſacrificia, tum matutina, tum veſpertina, cum eos præterea audierunt, qui & viuorum & mortuorum vatum ſcripta aſſidue recitarent, quibus eorum aures per-C ſonabant, cumque rerum mirabilium apud eos vigeret memoria, quæ tum in Ægypto tum in ſolitudine, tum aliis temporibus contigiſſent eaque perpetuo & manibus tererent & in ædium haberent poſtibus inſcripta: cumque hiſce rebus admirandis aliiſque beneficentiæ diuinæ muneribus fruerentur, non modo nihil vtilitatis perceperunt, verum etiam in deteriora prolapſi ſunt, vt in templo ſub ipſo ſtatuas collocarent, filios ſub arboribus filiaſque mactarent, in omnibus fere Palæſtinæ locis, iniqua illa, & execranda facerent ſacrificia, alia ſexcenta immaniora ſcelera perpetrarent. Illi vero cum in media barbarorũ regione, aduerſa, hoſtili, in domo regia tyranni verſarẽtur, omni illa procuratione ſpoliati abducerentur, cõburerentur, nõ modo nullam omnino iacturam fecerunt ſed maiorem inde gloriam ſunt adepti. Quæ cum ita eſſe intelligamus & alia horum ſimillima è ſacroſanctis diuiniſque voluminibus colligamus (licet enim in aliis D quoque perſonis huiuſmodi plurima documẽta reperire) non in temporum vel rerum difficultate, neceſſitate, vi, eorumque tyrannide, qui potiantur rerũ, idoneam nobis eſſe poſitam excuſationem putemus, ſi quando peccemus: vnde enim exordium duxi in eodem quoque perorabo. Sicut quid fuerit detrimento vel iniuriæ, intrinſecus id à ſe ipſi penitus accidit, nõ aliunde, quamuis innumerabiles illi ſint qui eum lædere ac violare conentur. Quod ſi hoc à ſe ipſi homini minus acciderit, etiamſi quicumque terras omnes, ac maria incolunt vno omnium conſenſu, vna in eum conſpiratione irruerint, ne minimo quidem damno hunc afficere poſſint, qui ſit ſobrius animo atque in Domino vigilet. Vigilemus igitur, oro, & perpetuo excubemus, & aduerſas res omnes animo forti magnoque perferamus, vt ſempiterna illa & immortalia bona conſequamur in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium nunc & in omnem æternitatem. Amen.

EIVSDEM

SANCTI PATRIS HOMILIA;

Quòd qui ſeipſum non lædit, nemo lædere poſſit.

Interprete docto quodam viro è Societate IESV.

SCIO fore, vt craſſioribus, quique præſentibus rebus inhiant, ac terræ ſunt affixi, & ſenſuum voluptatibus ſeruiunt, ſpiritualibus non admodum dediti, noua hæc, admirabiliſque videatur oratio; ac nos vbertim rideant, & contemnant, vt qui ab initio promiſſionis minimè veriſimilia dicamus. Verùm non ideo nos à pollicitatione deſiſtemus, quin etiam hanc ipſam maximè ob cauſam ad comprobanda ea quæ permiſimus magno ſtudio aggrediemur. Si enim voluerint, qui ita ſunt affecti, non tumultuari neque obturbare, ſed finem orationis expectare; à nobis, ſat ſcio, ſtabunt, ſeſeque prioris erroris condemnabunt, palinodiam canent, veniam cum excuſatione petent, eò quod non veram de rebus tenuerint ſententiam; magnamque nobis gratiam habebunt, vt medicis ægri, è morbis, quibus eorum corpus velut obſeſſum fuerat, recreati. Ne enim mihi quæ te nunc tenet, profer ſententiam, ſed expecta etiam noſtræ orationis contentionem & conatus, ac tum poteris, ignorantia verum iudicium non impediente, ferre ſententiam. Nam & ſecularium rerum iudices, etiamſi videant eum qui prius dicit, oratorem concitato eloquentiæ flumine omnia inundantem, non ſuſtinent, niſi etiam aduerſarij reſponſionib. cum longanimitate auditis, pronuntiare ſententiam; ſed etiamſi prior iuſtiſſimam cauſſam habere videatur, integras aures etiam alteri reſeruant. Siquidem hæc quoque iudicum virtus eſt, vt vtriuſque partis cauſſa quàm accuratiſſimè cognita, tum demum ipſi ſuum interponant iudicium.

Iudex vtramque partem audire debet.

Quoniam igitur etiam nunc velut Rhetoris cuiuſdam loco eſt illa multorum communis & anticipata opinio, quæ longo tempore in animis multitudinis radicata, hæc per totum terrarum orbem declamat, omnia ſurſum deorſum verſa eſſe, in magnam confuſionem genus humanum incidiſſe, in dies iniurias, calumnias, vim, damna afferri, imbecillis à potentibus, pauperibus ab opulentis; & vt fluctus maris numerari non poſſunt, ita nec multitudinem eorum qui inſidiis petuntur, damnis afficiuntur, malè mulctantur, ac neque legum correctione, neque iudiciorum metu, neque vlla re alia hanc extingui peſtem ac morbum, ſed malum quotidie augeri, vbique eſſe gemitus, lamenta, lachrymas eorum, qui iniurias accipiunt: iudices ipſos quibus huiuſcemodi rerum emendatio mandata eſt, tempeſtatem intendere, morbum infligere. Hinc multi ex inſipientioribus ac infelicioribus, nouo quodam furore correpti, Dei prouidentiam incuſant, cùm vident moderatum ac probum ſæpe trahi, laniari, præfocari; audacem, terrore ſui multis incuſſo formidabilem, improbum, infamem, infami quæſtu diteſcentem, potentiam nactum, melioribus ſe infinita mala inferre, atque hæc in ciuitatibus, in agris, in ſolitudinibus, terra mariſque perpetrari.

Neceſſariò igitur à nobis hæc inſtituitur oratio, quæ ſupra dicta refutet, & certamen ineat, nouum id quidem (vt initio dixi) & inopinatum, ſed vtile, iuſtum, & auditoribus auſcultandi obtemperandique cupidis conducibile. Profitetur enim ſe oſtenſuram, ſed ne tumultuamini, neminem eorum qui damno ab alio aliquo afficiuntur, ſed à ſe ipſi.

Vt autem dilucidior exiſtat oratio, age primùm inquiramus, quid ſit damnum, & in quarum rerum materia verſari ſoleat; & quid tandem ſit humana virtus, quidque eam lædat: quid item videatur lædere, nec tamen lædat. Exempli cauſſa (exemplis enim oratio perficienda eſt) ſingulæ res à ſingulis læduntur, ferrum à rubigine, ouium greges à lupis, lana à tinea. Ac vini quidem vis labefactatur, & in vappam commutatur, mellis vero, cùm ingenitam amittit dulcedinem, & in amarum liquorem conuertitur. Triticearum frugum herbis obeſt ærugo, & ſiccitas, vitium fructui, pampinis & palmitibus malus locuſtarum exercitus: aliis arboribus eruca, corporibus item rationis expertibus varij morbi: ac ne ſingulis percenſendis longum faciamus, corpori quoque noſtro & febres, & ſiderationes, aliique morbi plurimi. Quemadmodum ergo hæc ſingula habent, à quo virtus eorum violetur, age videamus quid etiam hominum generi noceat, & quid tandem ſit, quod hominis virtutem violet.

Quid hominis virtutem violet inquirit.

Vulgus quidem alia quædam eam violare opinatur. Nam etiam falſæ opiniones recitandæ ſunt, iiſque confutatis vera noſtrarum virtutum corruptela in medium proferenda, & perſpicuè oſtendendum, id detrimentum, aut id damnum à nemine nobis dari poſſe, niſi noſmet ipſi prodamus. Vulgus ergo prauis imbutum opinionibus diuerſa exiſtimat noſtræ virtuti nocere, alij paupertatem, alij corporis morbum, alij pecuniæ iacturam, alij calumniam, alij mortem, atque hæc perpetuò lamentantur ac deplorant: & eos, quibus illa contigerunt, miſerantes, & flentes, & obſtupefacti dicunt inter ſe: Qualia perpeſſus eſt ille? repente omnibus fortunis euerſus eſt. Alius de alio viciſſim: At ille in grauem morbum incidit, & à medicis, qui ad eum accedebant, deſperatus eſt. Iam alius carceris incolas, alius patria pulſos, & in exilium relegatos; hic libertate exutos, ille ab hoſtibus in captiuitatem abreptos, iſte ſubmerſum aut combuſtum, alius ruina domus oppreſſum luget ac deflet: at improbè viuentes nemo. Sed quod omnibus eſt grauius, eos ſæpe quoque beatos prædicant, quæ etiam omnium malorum cauſſa eſt.

CAP. II.

Agè igitur (ſed vt in principio rogaui, ne tumultuamini) oſtendamus nihil eorum quæ diximus, nocere ſobrio homini, neque virtutem eius labefactare poſſe. Quid enim, dic mihi, omnibus opibus ſpoliato, aut à calumniatoribus, ſiue à prædonibus, aut etiam improbis ſeruis exuto omnibus facultatibus ſuis, hoc damnum obfuit, quoad virtutem hominis? ſed potius, ſi ita videtur, primùm deſcribamus virtutem hominis, quidnam ea tandem ſit vbi prius ad alias res orationem conuerterimus, vt eam multitudini ad intelligendum faciliorem & dilucidiorem efficiamus. Quid ergo eſt virtus equi? nunquid aureum habere frenum, huiuſmodi cingula ſtragulorum vincula ex ſericis filis contexta, tapetas variatos auroque intertextos, phaleras gemmis diſtinctas, comas aureis funiculis complicatas: an verò curſu eſſe velocem, cruribus bene firmis, numeroſè incedere, & vngulas habere generoſo equo dignas: fortitudine præditum eſſe, longis itineribus ac bellis idoneã; poſſe & in acie magno animo & facta fuga equitem incolumem conſeruare? an non perſpicuum eſt, his, non illis equi virtutem contineri? Aſinorum verò & mulorum quam virtutem eſſe diceres? an non poſſe onera commodè geſtare, itinera facilè conficere: habere pedes qui firmitate ſaxa imitentur? Num ea, quibus extrinſecus circundati ſunt aliquid ad virtutem ipſorum proprium conferre dicemus? nequaquam. Vineam deinde quam admirabimur? foliis comatam & palmitibus, an fructu onuſtam?

Quid ſit virtus hominis, & quid eam lædere poſſit.

ſtam? Quam etiam oliuæ virtutẽ eſſe dicimus? cùm magnos habet ramos, & multam foliorum comam? an cùm ſuum fructum vberem & in omnes partes diſperſum oſtentat? ſic igitur etiam in hominibus faciamus. Diſcernamus virtutem hominis: idque ſolum damnum exiſtimemus, quod illam violet.

Quid igitur eſt virtus hominis? non pecunia, vt paupertatem metuas; nec ſanitas corporis, vt timeas morbum: non multitudinis opinio, vt ſuſpectam habeas exiſtimationem malam: nec vita per ſe ſola ſine adiectione, certoque propoſito fine, vt mors tibi formidabilis exiſtat; nec libertas, vt ſeruitutem fugias, ſed veræ doctrinæ diligens ſtudium, & vitæ honeſtas. Hæc verò ne ipſe diabolus poterit eripere, ſi poſſeſſor ea, qua par eſt, cura cuſtodiat: idque nequiſſimus & truculentus ille dæmon nouit. Hanc enim ob cauſſam etiam Iob bonis ſpoliauit, non vt eum pauperem redderet, ſed vt maledicum aduerſus Deum aliquod verbum efferre cogeret: & corpus concidit, non vt in morbum coniiceret, ſed vt animæ virtutem labefactaret. Sed tamen cùm omnes ſuas machinas admouiſſet, & ex diuite pauperem effeciſſet, id quod nobis omnium maximè horribile videtur, ex multorum liberûm patre orbum, totum eius corpus grauius laceraſſet, quàm carnifices in prætoriis (neque enim illorum vngulæ ita perfodiunt eorum, qui in manus ipſorum incidunt, latera, vt eius carnem vermes lacerârunt) & malam ei exiſtimationem conciliaſſet (amici enim, qui ei aderant: Non dignas, aiebant, peccatis tuis pœnas dediſti, multiſque verbis eum accuſabant) nec vrbe exactum aut domo in aliam ciuitatem tantùm tranſtuliſſet, ſed ſterquilinium ei & domus & vrbis loco eſſe feciſſet; non modò non nocuit, ſed etiam illuſtriorem per inſidias reddidit. Neque abſtulit (quanquam tot tantaque abſtuliſſet) ſed etiam maiores et diuitias virtutis comparauit. Etenim maiore deinceps fruebatur fiducia, quippe difficiliori quoque certamine perfunctus. Quòd ſi is, qui tanta perpeſſus eſt, detrimenti nihil accepit, ac perpeſſus non ab homine, ſed à dæmone omnibus hominibus nequiore: quid excuſationis deinceps habebit quiſquam eorum, qui dictitant: Ille mihi damnum aut detrimentum attulit? ſi enim diabolus tanta refertus improbitate, hominibus miſſis telis, omnibus malis, quę in hominibus erant, magno cum exceſſu & in familiam iuſti illius, & in corpus congeſtis, nihil viro obfuit, ſed vt dixi, potius etiam profuit: qui poterunt quidam hunc aut illum accuſare, quaſi alter ab altero, ac non potius à ſemetipſis damno affecti?

Iob patientia. Iobi exemplo oſtendit in quo noceri homini poſſit.

CAP. III. Adami exemplo idipſum probat.

Quid ergo, dicet aliquis, Adamum non læſit ac ſupplantauit, & paradiſo eiecit? non ille, ſed læſi ignauia, non ſobrij, nec vigilantis. Nam qui talibus ac tantis allatis machinis Iob deturbare nequiuit: quomodo minoribus ſuperaſſet Adamum, niſi is per ſuam ignauiam ſemetipſe dediſiſſet. Quid igitur? qui à calumniatoribus circumuentus & publicatis bonis proſcriptus eſt, an is non damnum accepit omnibus facultatibus ſpoliatus, amiſſo patrimonio, colluctans cum extrema paupertate? non damnum accepit, ſed lucrum ſi ſobrius eſt. Quid enim, dic mihi, id obfuit Apoſtolis? nónne cum fame, ſiti, nuditate continenter luctabantur? & ob hoc ipſum proinde etiam admodum illuſtres erant & clari, magnumque à Deo auxilium impetrarunt. Quid Lazaro morbus, vlcera, paupertas, ſolitudo eorum, qui aſſiſterent, obfuit? an non his rebus ei magis ſunt contextæ coronæ? Quid Ioſeph illi mala fama domi foriſque collecta? (nam & adulter & ſcortator habebatur) quid ſeruitus? Quid exilium? an non ob hæc eum maximè admiramur & obſtupeſcimus? Quid dico exilium, paupertatem, malam famam, & ſeruitutem? Mors enim ipſa quid Abel obfuit & violenta, & immatura, & per fratris manum ſcelerate allata? an non hanc ob rem vbique terrarum celebratur? vidéſne vt plura, quàm promiſerit, oratio demonſtrarit? Non enim tantùm declarauit neminem à quoquã damno affici, verum etiam potius lucrum facere eos qui ſibi attendunt.

Lucæ 16.

Obiectioni reſpondet de pœnis & ſuppliciis.

Cuius igitur gratia pœnæ & ſupplicia? dicet aliquis; cuius gratia gehennas? cuius gratia tot minæ intenduntur, ſi nemo nec damnum dat, nec accipit? Quid dicis? Quid confundis orationem? neque enim dixi, neminem damnum dare, ſed neminem accipere. Ecqua ratione fieri poteſt, inquies, multis damnum dantibus non aliquem accipere? ea qua iam docui ratione. Nam & Ioſeph multi damnum dederunt, ipſe tamen non accepit: & Abel inſidias tetendit Cain, ille tamen iis non eſt implicitus. Hac de cauſſa pœnæ, & ſupplicia conſtituta ſunt. Neque enim ob eorum qui patiuntur, virtutem Deus pœnas tollit, ſed propter improbitatem malitioſe agentium, proponit ſupplicia. Etſi enim qui mali quid ab inſidiatoribus patiuntur, illuſtriores euadunt, id tamen non inſidiantium menti, ſed eorum, quibus inſidiæ ſtruuntur, fortitudini tribuendum eſt. Quocirca his ſapientiæ præmia, illis nequitiæ ſupplicia conſtituuntur ac præparantur. Spoliatus es pecuniis? dic: *Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ, nudus etiam reuertar.* Adde illud Apoſtolicum: *Nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium quòd nec auferre quid poſſumus.*

Iob 1.
1. Tim. 6.

Male audiſti, ac te ſexcentis quipiam conuiciis onerarunt? recordare illius dicti: *Væ vobis cùm benedixerint vos omnes homines, &, Gaudete & exultate, cùm peruſſerint aduerſum vos verbum malum.* In exilium eiectus es? cogita te hîc non habere patriam, ſed ſi ſapientiæ operam daturus ſis, iuſſum eſſe etiam totam terram pro peregrina ducere. At in grauem incidiſti morbum? dic illud Apoſtolicum: *Quantò magis exterior noſter homo corrumpitur, tantò magis interior renouatur de die in diem.* At violentam quis mortem ſuſtinuit? cogita Ioannem, & abſciſſum in carcere caput, in lance allatum, & in meretriciæ ſaltationis mercedem datum. Cogita remunerationes inde ſecuturas. omnia enim iſthæc damna cùm per iniuriam inferuntur, & peccata expiant, & iuſtitiam conferunt. Tanta eſt vtilitatis eorum magnitudo in iis qui generoſo ea animo ferunt.

Lucæ 6.

2. Cor. 4.

Cùm igitur neque pecuniæ iactura, neque calumniæ & conuicia, neque exilium, neque morbi, neque cruciatus, neque id ipſum quod omnibus terribilius eſſe videtur, mors perferentibus damnum afferat, ſed vtilitatem potius: quibus rebus mihi potes oſtendere quempiam lædi, quando his non læditur? ego enim contrarium demonſtrare conabor, qui maxima damna ac detrimenta, & incurabiles clades perferant, eos eſſe qui inferunt. Quid enim miſerabilius eſſe poſſit, quàm Cain, qui talibus modis fratrem accepit? Quid infelicius vxore Philippi, quæ Ioanni caput abſcidit? Quid fratribus Ioſeph, qui eum venum dederunt, & in exilium relegârunt? Quid diabolo, qui Iob tot malis affecit? non enim cæterorum duntaxat ſcelerum, ſed ita quoque non vulgares inſidiarum pœnas dabit.

Cernis etiam hîc plura, quàm pollicita fuerat, orationem demonſtraſſe? non modò nullum incommodum eos, qui perferunt inſidias, ab inſidiatoribus accipere, verumetiam id omne in caput inſidiantium conuerti? Quoniam enim nec in diuitiis, neque in libertate, neque in habitanda patria, neque in cæteris, quæ dixi, hominis ſita eſt virtus, ſed in animæ rectè factis meritò cùm horum ſit iactura, nihil detrimenti accipit virtus hominis. Quid igitur, ſi ipſius animæ virtutis iacturam quis faciat? neque hic, ſi læditur ab alio læditur, ſed à ſeipſo: Quomodo, inquies, à ſe ipſo cùm quis cæſus à quopiam, aut facultatibus exutus, aut aliquam

aliam

aliam grauem perpeſſus iniuriam, maledicum aliquod verbum protulit, hic affectus eſt ille quidem damno, eoque maximo, non tamen ab iniurio, ſed puſilli animi ſui vitio. Quod enim, ante dixi: etiamnum dicam, nullum hominem mille licet nocendi artibus imbutum, infeſto illo dæmone, & implacabili noſtro hoſte diabolo peius aliquid cuipiã infligere poſſe, aut acerbiſſimũ iſtum ſæuum dæmonem tamen non valuiſſe eum qui ante legem, ante gratiam vixit, tot in illum, tamque grauibus immiſſis vndique iaculis, ſupplantare & deiicere. Tanta eſt animæ generoſitas.

Quid verò Paulus, an non pertulit tot mala, quæ ne recenſere quidem facile eſt? carceres inhabitans, vinctus catenis, actus & circumactus, flagellis cæſus à Iudæis, lapidatus, non loris tantum, ſed etiam virgis humeros laceratus, in mare demerſus, ſæpe in latrones incidens, inteſtinum bellum gerens, ab inimicis iactatus continenter, infinitis inſidiis exagitatus, cum fame ac nuditate luctatus, alios crebros ac aſſiduos caſus & afflictiones perpeſſus. Quid opus eſt multis? quotidie moriens. Sed tamen tot tantaque paſſus, non modo nullum verbum maledictum edidit, ſed gaudebat his rebus & gloriabatur, atque alias: *Gaudeo*,

Col. 1. inquit, *in paſſionibus meis*; alias, *Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus*. ſi igitur ipſe tanta

Rom. 5. perferens gaudebat & gloriabatur, quæ venia dabitur, quæ excuſatio tibi, qui nec milleſimam il-

CAP. IV. Num afflictiones vetent eleemoſynam impertiri.

lorum partem ſuſtines, & maledicis? Sed variis iniuriis afficior, inquies, ac niſi maledicam, direptis bonis ad ſtipem erogandam nihil mihi ſit reliquum. Hoc nihil eſt aliud, quàm prætextus ac ſpecies quædam. Si enim hoc tibi dolet, certò ſcias paupertatem erogandæ ſtipi non impedimento eſſe. Etſi enim quàm pauperrimus ſis, non

3. Reg. 17. pauperior es tamen illa, quæ pugillum farinæ

Marc. 12. duntaxat habuit; & illa quæ duos tantum obulos, quarum vtraque omni re familiari in egentes collata, magnam ſui admirationem reliquerunt: nec tanta paupertas tantæ liberalitati impedimento fuit, ſed duorum minutorum ſtips adeo larga & glorioſa fuit, vt omnes diuites obſcuraret, eoſque qui multos ſtateras coniecerant, diuitiis mentis, & alacritatis opibus ſuperaret. Quare neque hic damnum feciſti, ſed lucrum potius, exigua penſione inſigniores, quàm qui multa contulerunt, coronas adeptus.

Verum quoniam licet hæc ſexcenties dicamus, animæ corporis nimis amantes, ſecularibus negotiis libenter implicitæ, præſentium rerum voluptate captæ, non facile poterunt marceſcentes flores relinquere (talia enim ſunt huius vitæ gaudia) neque vmbras miſſas facere: ſed honeſtiſſimi quique tam illa quàm iſta mordicus retinent; miſeriores verò & infeliciores illa quidem maiori, hæc verò longe minori ex parte.

Age verò ſpecioſis laruis à turpi ac deformi harum rerum facie detractis, meretricis mulieris fœditatem oſtendamus. Talis enim eſt vita ad voluptates, diuitias & potentiam attenta; turpis, deformis, multa fœditate referta, moleſta, grauis, amaritudine plena. Hoc enim eſt, quod hæc vita captis omnem adimit veniam, quòd ea & moleſtiis & magna amaritudine referta, deſideratur ab eis, & magnopere expetitur, infinitis malis plena, capitis diſcriminibus, præcipitiis, ſcopulis, cædibus, timoribus, terroribus, inuidia, liuore, inſidiis, perpetua cura & ſolitudine: quodque nullum lucrum, nullum tantorum laborum fructum afferat, niſi pœnam ac ſupplicium, & æternos cruciatus. Ac licet eiuſmodi ſit, multis tamen beata videtur, & maximè appetenda, quod amentiæ captorum, non beatitati rei dandum eſt. Nam & parui puſiones deditiintentique ſunt ludicris, negotia verò adultis viris digna ne percipere quidem poſſunt. Verùm his quidem ob immaturam ætatem venia concedenda eſt; illi verò omni excuſatione carent, in integra ætate puerilem animum gerentes, illiſque dementiores.

De cupiditate diuitiarum, & cur eæ ſint expetendæ.

Dic mihi, quamobrem expetendæ ſunt diuitiæ? nam hinc exordiendum eſt, quoniam ſanitate, vita, populi commendatione, ac bona exiſtimatione, patria, familiaribus, amicis, cognatis, & aliis omnibus grauis iſte morbus multis, qui eo tenentur, eſſe videtur præſtabilior. Ad ipſas deinde nubes aſcendit hæc pyra; terramque & mare caminus iſte occupauit. Et quidem qui extinguat hanc flammam, eſt nemo, qui verò accendant, ſunt omnes tam ipſi iam capti, quàm nondum capti, vt capiantur. Singulos videre licet, viros ac fœminas, ſeruos ac liberos, diuites & pauperes pro viribus onera portare, quæ flammæ huic die noctèque multum pabulum præbet: onera non lignorum, neque virgultorum (non enim flamma eſt eiuſmodi) ſed animarum & corporum, iniuſtitiæ & iniquitatis. Hæc enim flamma naturâ comparata eſt, vt illis rebus accendatur. Nam & diuites abſurdæ huic cupiditati nuſquam terminum conſtituunt, quanquam omnem terrarum orbem comparauerint: & pauperes connituntur illos præuenire: ac rabies quædam incurabilis, furor effrenatus, morbus inſanabilis omnium animos obtinet. Hic amor omnem amorem deuictum & repulſum eiecit ex animo. Neque amicitię ratio habetur, neque cognationis. quid dico, amicitiæ & cognationis? nõ vxoris & liberũm, quo quid viris eſſe queat charius? ſed omnia humi abiecta & conculcata ſunt, vbi crudelis iſthæc & inhumana captorum domina, omnium animos occupauit. Etenim tanquam inhumana eorum domina, tanquam ſæua tyrannis, immanis ac barbara, tanquam meretrix publica & pretioſa dedecorat, conficit, & ſexcentis obiicit periculis ac pœnis eos, qui illi ſeruire in animum induxerunt. Cumque ſit terribilis, acerba, crudelis, ſæua, vultu barbarico, quin potius ferino, & quàm lupus, ac leo truciores: manſueta tamen & expetenda, & melle dulcior eſſe videtur captiuis eius. Cum etiam gladios & arma quotidie contra eos cudat, ac barathra effodiat: ad præcipitia ducat, & ſcopulos, infinita ſupplicij retia texat, beatos eos tamẽ præſtare cenſetur tum ab ipſis captis, tum à cupientibus capi. atque vt in cloaca & cæno ſus cum voluptate & deliciis volutatur, aut ſcarabæi in ſtercore continenter verſantur: ita etiam auaritia capti iſtis animantibus ſunt miſeriores. Etenim maior hæc eſt fœditas, & cænum grauius olens. nam dum perturbationi immorantur, magnum inde ſe voluptatis fructum reportare putant: quod non ad rei naturam, ſed ad ægrotantem animum referendum eſt, eaque ex parte illis ratione deſtitutis ſunt deteriores. Quemadmodum igitur in cæno ac ſtercore, non cænum ac ſtercus in cauſſa eſt, ſed rationis penuria immergentium ſeſe animantium: ſic etiam de homine ratiocinare. Ecqua ratione medebimur hunc in modum affectis? ſi voluerint nobis patefacere aures, animumque pandere, & amplecti quæ dicuntur. Nam animantes quidem rationis expertes ab impura volutatione transferre & abducere non poſſumus. rationis enim expertes ſunt. At verò manſuetiſſimum hoc genus, intelligentia & ratione cohoneſtatum, humanam, inquam, naturam, ſi velit, facile eſt valdeque expeditum, cœno & graueolentia, ſtercore & fœditate illa liberare. Quare

CAP. V. An expetendæ ſint diuitiæ ob voluptatem.

enim ô homo, diuitiæ tibi magnoperè expetendæ videntur? propter voluptatem omnino quæ è menſis hauritur? propter honorem & comitatum eorum, qui his rebus te colunt? propter poteſtatem vlciſcendi qui te offenderint, & vt omnibus ſis terrori? neque enim alias cauſſas afferre poteris, quàm

volu-

A voluptatem, adulationem, terrorem & vltionem. nam neque ſapientiorem, neque temperantiorem, neque mitiorem, neque prudentiorem omnino diuitiæ efficere ſolent; non benignum, non humanum, non iræ potentem, non ventri imperantem, non voluptatibus ſuperiorem: non moderationem docent, non contractionem, non aliquam virtutis partem in animum inducunt & inferunt. Neque dicere poteris, ob quidnam ex iſtis earum adeò ſtudioſus ſis & cupidus. Nam non modo non norunt plantare aut ſerere quidquam bonorum, ſed etiam ſi recondita inueniant, vaſtant, impediunt, & vt emarceſcant, efficiunt. quædam enim euellunt, iiſque contraria inducunt, luxum immoderatum, confidentiam importunam, iram iniuſtam, vecordiam, ſuperbiam, amentiam. Verùm de his non dicam. Qui enim hoc morbo correpti ſunt, non ſuſtinerent audire de virtute & vitio, ſi accuſarentur ſimul & conuincerẽtur, cùm in voluptate toti ſint, B ideoque eius facti ſerui.

Viræ iucundiores menſæ diuitũ an pauperũ.

Age igitur miſſa interim de his diſputatione, quæ reliqua ſunt, in medium adferamus, ac videamus, num quam diuitiæ voluptatem habeant, num quem honorem. omnia enim contraria video. Ac ſi vultis, primùm in menſas diuitum & pauperum inquiramus, dicamuſque veſcentes quinam maximè pura & liquida perfruantur voluptate: qui ad dimenſum diem ſuper toros accumbunt, cœnas cum prandiis copulant, ventrem diſrumpunt, ſenſus deprauant, immodico eduliorum onere nauigium demergunt, ſentinam inexhauſtam & exundantem reddunt, & tanquam in corporis naufragio nauem vndis obruunt, pedicas, manicas, & linguæ vincula nectunt, totumque corpus ſuum vinciunt vinculo ebrietatis & luxus grauiore quàm ferrea catena, ac nec ſincerum & purum capiunt ſomC num, neque ab horribilibus inſomniis liberi ſunt, furentibuſque miſeriores, voluntarium quendam dæmonem in animum inducunt, riſui ſpectantium famulorum expoſiti, imò verò etiam luctui & lacrymis meliorum inter eos: nihil rerum præſentium ſciunt, neque dicere quid, neque audire poſſunt, ſed inter geſtantium manus à toris ad lectulum feruntur? an verò ſobrij, vigilantes, quique modum neceſſitate definiunt, ſecundis ventis nauigant, ac permaximo oblectamento tam in cibis quàm in potu famem & ſitim habent? Nihil enim ita & ad voluptatem & ad ſanitatem facit, vt eſurientem ac ſitientem, ita demum quæ apponuntur capeſſere, ſolam neceſſitatem pro ſatietate ducere, neque eius limites tranſilire, neque corpori maius quàm ferre poſſit onus imponere. Quòd ſi orationi meæ non habes fidem, conſule vtrorumque corpora, & ſingulorum animam. Nónne ita moderatè D viuentium (ne enim mihi, quod rarò contingit, dicas, & ſi qui ex alia quadam circũſtantia ægri ſunt, ſed ex iis, quæ ſemper & continenter eueniunt fer ſententiam) nónne, inquam, moderatè veſcentium benè firma ſunt corpora, ac ſenſus integri, quique magna cum facilitate vicem ſuam impleãt; illorum verò nimio humore vitiata omni cera molliora, & agmine morborum obſeſſa. Nam & podagræ celeriter ea inuadunt, & timor importunus, & ſenectus immatura, & capitis dolores, diſtentiones & ſtomachorum deprauationes, appetitus amiſſio: perpetuis indigent medicis, continuis medicamentis, & curatione quotidiana.

Hæc igitur voluptuoſa ſunt? dic mihi. Ecquis ſciens quid tandem ſit voluptas, dicet eſſe? voluptas enim percipitur, cum præeunte cupiditate fructus ſequitur: quòd ſi fructus quidem extet, cupiditas verò nuſquam appareat, voluptas euaneſcit & extincta eſt. Quapropter etiam ægri quanquam ſuauiſſimos appoſitos cibos, cum nauſea degustant, ſibique moleſtiam exhiberi opinantur: quoniam A abeſt cupiditas quæ fructum iucundiſſimum reddit. Neque enim ciborum natura, neque potus, ſed veſcentium appetitus cupiditatem parere ſolet, & vt voluptatem afferat à natura comparatus eſt. Idcirco ſapiens quidam vir, qui voluptatem accuratè cognitam habuit, atque hæc diſceptare poteſt, dicebat: *Anima ſaturata calcabit fauum*; vt oſtenderet Prou. 27.
non in natura cibi, ſed in veſcentium affectione voluptatem conſiſtere. Quam ob cauſſam etiam propheta cum miracula in Ægypto & in ſolitudine edita recenſeret, inter alia hoc quoque dixit: *De petra melle ſaturauit eos.* Pſal. 80.
atqui nuſquam apparet petram eis mel fudiſſe, quid ergo eſt quod dixit? quandoquidem multo confecti labore & itinere, vehementique conflictati ſiti, in frigidas aquas inciderunt, & pro magna oblectatione habuerunt bibere, vt voluptatem aquarum illarum repræſentaret, aquam vocauit mel, non quod eius natura in mel commuB tata fuiſſet, ſed quod voluptas aquæ certarat cum illa dulcedine; quia ſitibundi in eam incidiſſent, qui biberunt.

Quæ cùm ita ſint, nemoque contradicere poſſit, etiamſi valde ſit ſtupidus; an non clarum eſt, puram, liquidam, & ingentem voluptatem eſſe in menſis pauperum? in menſis autem diuitum, moleſtiam, faſtidium, ſpurcitiem? atque vt ſapiens ille vir dixit, etiam dulcia moleſtiam præbere videntur. Prou. 27.
At diuitiæ, dicet quiſpiam, faciunt vt poſſeſſores earum honorentur, atque inimicos vlciſci facilè poſſint. Proptereảne igitur, dic mihi, expetendæ & omnibus opibus ac viribus comparandæ vobis videntur diuitiæ, quod grauiſſimas nutriant in vobis ægritudines, dum iram ad effectum perducunt, inſanum gloriæ amorem quaſi quaſdam bullas in maiorem tumorem efferunt, ad flagitioſam vitam C excitant & exſtimulant? Has ergo maximè ob cauſſas eæ non retrouerſa facie fugiendæ ſunt, quod feroces quaſdam ac ſæuas beſtias in animũ noſtrum introducunt, ac vera quidem & quæ apud vniuerſos conciliari ſolet, gloria nos fraudant, eique contrariam coloribus illius fucatam deceptis offert, ac ſuadet vt hanc illam eſſe exiſtimemus, cùm ex natura ſua non ſit, ſed ſpecie tenus eſſe videatur. Vt enim pulchritudo meretricum fucis & pigmentis comparata, pulchritudine deſtituta, turpem ac deformem faciem, pulchram & formoſam eſſe facit apud illos, qui eâ decipiuntur, cùm pulchra non ſit: ita etiam diuitiæ adulationem, à qua honorem extorquent. Ne enim apertas & ex metu blanditiiſque perfectas laudes intuearis (hæc enim ſunt colores & pigmenta) ſed eorũ, qui ita tibi adulantur, vniuſcuiuſque conſcientiam aperi, & videbis intus infinitos accuſatores, qui contra te vociferentur, teque magis auerſentur, & oderint, quàm inimiciſD ſimi & infeſtiſſimi quique.

CAP. VI. Nihil conciliare honorem diuitias, & ad vltionem animare.

Ac ſi quando indutam ex iſto metu laruam ſuperueniens mutatio rerum ſuſtulerit ac detexerit, quemadmodum illos vultus ſol calidioribus amiſſis radiis, tum clarè videbis te omni ſuperiori tempore in maximo fuiſſe contemptu apud eos, qui te colebant, tibique viſum eſſe honore affici ab iis, qui te maximè oderant, infinitiſque apud animum conuitiis perſcindebant, & in extremis calamitatibus videre cupiebant. Honorem enim nihil ita conciliare ſolet, vt virtus honorem non coactum, honorem non fictum, neque larua aliqua fallaciæ tectum, ſed verum & genuinum, quique nulla temporum difficultate refutetur. At vlciſci vis, qui te offenderunt. hanc ipſam ob cauſſam maximè, quemadmodum antè dixi, fugiendæ ſunt diuitiæ. Efficiunt enim vt enſem in te ipſum adigas, & grauiores in futuro rationes tibi reddunt, & intolerabiles pœnas parant. Tantum namque malum eſt vltio, vt etiam Dei benignitatem reuocauerit, & iam datam infinitorum peccatorum veniam fecerit

Honorem ſola virtus conciliat.

CAP. VII.

irritam

Matth. 18

tritam. Nam qui decies mille talentorum condonationem adeptus, ſolaque obteſtatione tantam gratiam conſecutus fuerat, cùm centum denarios exigeret à conſeruo, hoc eſt, cùm delictorum aduerſus ſe admiſſorum pœnas repoſceret, ſæuitia erga conſeruum ſuum, ſeipſum damnauit. Neque vllum aliud, niſi hanc ob rem tortoribus traditus, & cruciatus, & decies mille talenta reddere iuſſus eſt: nullum veniæ aut excuſationis locum inuenit, ſed acerbiſſimum ſupplicium perpeſſus eſt, iuſſus totum ſoluere debitum, quod præueniens Dei benignitas condonauerat. Propterea ne igitur diuitiarum adeò cupidus es, quòd te facilè ad eiuſmodi peccatum perducunt? Atqui ob id ex tanquam inimicæ & hoſtes atque infinitis refertæ cædibus, auerſandæ ſunt.

Luc. 16. Exemplo Lazari rem illuſtrat.

At paupertas, inquit, moleſtias creat, ac ſæpe etiam facit vt maledica in Deum verba effutias, ac illiberalia negotia ſuſcipias. Non paupertas, ſed puſillanimitas. nam & Lazarus pauper erat, & admodum quidem pauper: paupertati accedebat aduerſa valetudo omni paupertate acerbior, quæ paupertatem quoque reddebat grauiorem: aduerſæ valetudini ſolitudo & penuria eorum, qui aſtarent atque adminiſtrarent, quæ paupertatem, tum aduerſam valetudinem faciebat acerbiorem. Horum namque ſingula per ſe quoque moleſta ſunt; cùm verò neque qui miniſtrent, adſunt, maior fit calamitas, ſæuior flamma, dolor acerbior, tempeſtas atrocior, fluctus vehementiores, caminus ardentior. Quòd ſi quis accuratè circumſpiciat, aliud etiam his quartum accedebat, nempe diuitis in vicinia habitantis licentia & luxus. Sin aliud etiam quintum vis inuenire, flammæ illius fomitem, id quoque in eo perſpicuè videbis. Non enim duntaxat genio indulgebat ædibus ille, verùm etiam etſi iterum, tertium, imò verò ſæpius in die eum videbat (iuxta ingreſſum namque iacebat, ſpectaculum durum miſerabilis tragœdiæ, & qui aſpectu ſolo vel lapideum pectus poterat emollire.) tamen neque hoc hominem illum ad eam paupertatem leuandam permouit: ſed ille lautiſſimam apponebat menſam, crateras habebat plenos, merum temerè leuiterque exhauriendum, nitidos coquorum exercitus, paraſitos & adulatores prima luce, & choros canentium, vina infundentium, riſus mouentium: omne genus helluationis excogitabat, inebriabatur, ingurgitabatur, in luxu veſtium, menſæ, aliarumque plurium rerum perpetuò viuebat. Iſtum verò, quem graui fame, morbo acerbiſſimo vlcerum, ſolitudine, & malis inde conſequentibus in dies ſingulos premi videbat, ne in animum quidem aliquando admiſit: paraſiti & adulatores nimiis epulis penè diſrumpebantur: at iſte pauper, & adeò pauper, tot malis cinctus, nec micas ex illa menſa obtinuit, idque valdè cupidus: neque horum quidquam eum læſit, non verbum protulit aſperum, non vocem edidit maledicam: ſed vt aurum vehementiore incendio magis purgatum ſplendeſcit: ſic etiam ille afflictionibus iſtis vexatus, omnibus fuit ſuperior tam plagis, quàm quæ multis naſcuntur inde, perturbationibus. Si enim omnino pauperes cùm diuites vident, tabeſcunt inuidia, & æmulatione conficiuntur, ac vitam ſibi non eſſe vitalem exiſtimant; idque cùm neceſſarius eis victus ſuppetit, nec non qui miniſtrent: iſte pauper, & quidem pauper vt nullus alius, nec pauper modò, verùm etiam æger, quique non habebat qui aſtaret aut ſolatium daret, ſed in media vrbe velut in extrema iacebat ſolitudine, fame tabeſcebat acerbiſſima, illi omnia tanquam ex fontibus affluere videbat, omni humano ſolatio deſtitutus, canum linguis ceu perpetua quædam menſa propoſitus (ita enim omnia eius membra luxata ac diſſoluta erant, vt nec illos arcere poſſet) quàm iniquo animo fuiſſet, niſi valdè generoſus ac ſapiens extitiſſet? cernis, qui ſe non lædat, etſi ab omnibus lædatur, nihil mali perpeti? repetam enim eandem orationem. Quid namque aduerſa valetudo? quid ſolitudo eorum qui aſtarent? quid acceſſus canum? quid mala diuitis vicinitas? quid magnus luxus, ſuperbia & vecordia illius huic nocuerunt? num eum ad ſuſtinenda pro virtute certamina reddiderunt molliorem? quid verò conſtantiam eius læſit? nihil vſquam, ſed eum etiam magis corroborarunt, & infinitarum ei materia coronarum, acceſſio præmiorum, incrementum mercedis, ſeges maioris remunerationis extitit illa malorum multitudo, diuitiſque crudelitas. Neque enim ob paupertatem coronatus eſt tantum, neque ob famem, neque ob vlcera, neque ob linguas canum, ſed quòd talem vicinum cùm haberet, à quo in dies aſpiceretur & deſpiceretur perpetuò, eam tentationem generoſo tulerit animo, magnaque conſtantia, quæ quidem tentatio & paupertati & aduerſæ valetudini, & ſolitudini non exiguam, ſed acerrimam flammam addebat.

CAP. VIII.

Quid verò beatus Paulus, dic mihi? nihil enim prohibet iterum meminiſſe viri. An non infinitos tentationum tanquam nimium imbres ſuſtinuit? quid ergo inde damni accepit? an non propterea maioribus donatus eſt coronis, quod eſuriiſſet, quod algore ac nuditate confectus, quod verberibus ſæpenumero conciſus fuiſſet? At ille Paulus erat, inquit, & vocatus à Chriſto. atqui Iudas quoque vnus erat ex duodecim, vocatus etiam ipſe à Chriſto. verùm neque quod eſſet ex duodecim, neq; vocatio Chriſti quidquam ei profuit, quoniam animum ad virtutem paratum non habebat. Sed Paulus quidem & cum fame luctans, & neceſſario egens alimento, & tanta in dies ſingulos perferens, magna cum alacritate viam quæ ad cœlū ducit, currebat. At ille & ante hunc vocatus, & iiſdē, quibus ipſe, bonis fruitus, ſuprema philoſophia initiatus, particeps menſæ ſacræ ac tremendæ illius cœnæ, tantam gratiam adeptus, vt etiam mortuos excitaret, leprā purgaret, & dæmonas expelleret: crebris de paupertate ſermonibus auditis, tamdiu verſatus cum Chriſto, cuique pauperum pecuniæ creditæ fuerant, vt inde ægritudinis ſolatium caperet (fur enim erat) ne ſic quidem factus eſt melior, quanquam tantam expertus indulgentiam. Cùm enim ſciret Chriſtus eum auarum eſſe, & amore pecuniæ periturum, non modò eius rei tum ab eo pœnas non repopoſcit, verum vt ipſius ægritudinem deliniret & minori malo præcaueret maius, etiam pauperum ei pecunias credidit, vt cùm haberet vnde pecuniæ cupiditatem ſatiaret, ne in horribile illud barathrum corrueret. Adeò nuſquam quiſquam lædere poterit eum, qui ſeipſum lædere nolit: ei verò qui vigilans ac ſobrius eſſe, ſuamque operam conferre nolit, nemo vnquam proderit.

Propterea tibi mirabilis quoque Scripturarum hiſtoria velut in effigie quadam ſublimi magnaque & in magnam latitudinem extenſa, veterum vitas deſcripſit, narratione ab Adam vſque ad Chriſti aduentum producta: oſtenditque tibi tam ſupplantatos, quàm coronatos, vt omnium exemplis te doceat, eum qui ſeipſum non lædat, à nemine alio lædi poſſe, etiamſi totus orbis graue contra illum concitet bellum. Neque enim difficultas rerum, nec temporum mutationes, nec potentum iniuriæ, neque inſidiarum tanquam nimium imbres, neque calamitatum multitudo, neque omnium, quibus homines premuntur, malorū collectus aceruus generoſum, ſobrium ac vigilantem vel parum labefactare poterit: quemadmodum viciſſim ignauum, collapſum, & à ſeipſo perditum, etiamſi infinitæ curationes admoueantur, nihilo faciunt meliorem. Hoc ſiquidem etiam inſinuauit nobis illa parabola de

Matth. 7.

homi-

Digitized by Google

Parabola ædificantium explicatur.

hominibus illis, quorum alter ſuper petram, ſuper arenam alter ſuam domum ædificauit: non vt arenam, & petram intelligamus, nec ſtructuram lapidum, & tectum, neque vt flumina, & pluuiam, & ſæuos ſpiritus in ædificia irruentes, ſed vt virtutem, & vitium ex his colligamus, atque etiam hinc perſpiciamus, eum qui ſeipſe non lædat, à nemine lædi. Ergo nec pluuiæ magna quamquam vi delatæ, neque flumina magno impetu irruentia, neque ſæui ſpiritus, vehementi cum inſultu adorta, partem vllam domus illius labefactarunt; ſed manſit & inexpugnabilis, & immota: vt diſcas, qui ſe ipſe non prodat, eum nulla tentatione poſſe labefactari. At illa alterius facile euerſa eſt, non ob tentationum impetum (alioquin alteri quoque idem accidiſſet) ſed ob ipſius vecordiam. non enim quia ventus afflauit, ideò cecidit, ſed quòd ſuper arenam, hoc eſt, ſuper ignauiam, & nequitiam ædificata fuit, ruinam fecit. Nam prius etiam, quàm illa tempeſtas ingrueret, infirma erat, & ad caſum parata. Huiuſcemodi enim ædificia, etiam nemine infeſtante, dum ſubtrahitur ac diſſluit fundamentum, ſua ſponte corruunt. Atque vt araneæ vltrò, nemine ipſis infeſto, diſtrahuntur; adamas contrà etiam percuſſus non frangitur: ſic etiam qui ſemetipſi non lædunt, etſi ab infinitis feriantur, fortiores euadunt: qui verò ſemetipſi produnt, etſi nemo ſit infeſtus, ſua ſponte deuoluuntur, diſſluunt ac pereunt. Quemadmodum Iudas quoque non modò nulla infeſtante huiuſmodi tentatione, ſed magna etiam curatione adhibita, periit.

Exemplo nationis Iudæorũ ſuam illuſtrat.

Vis integrarum gentium exemplis hanc orationem illuſtrem? quanta Iudæorum genti contigit prouiſio? an non tota quæ videtur, creatura ad eorum obſequium fuit comparata? & noua quædam ipſis, ac mira viuendi ratio introducta? neque enim ad forum mittebant, itaque non numerata pecunia venalibus rebus fruebantur, nec ſulcos findebant, neque aratrum trahebant, nec terram proſcindebant, nec ſemina iaciebant, neque pluuiis indigebant & ventis & anni temporibus, non ſolis radiis, non curſu Lunæ, non aeris ingenio, non vlla huiuſmodi re alia; non aream præparabant, non fruges triturabant, non ſpiritus deſiderabant ad ſecernenda grana à paleis, non molam verſabant, non clibanum ædificabant, non ligna & ignem domum inferebant, non panifica egebant arte, non ligonem tractabant, non falcem acuebant, non aliqua alia indigebant arte, textoria, inquam, architectonica, & ſutoria: ſed omnia eis erat verbum Dei. Menſam habebant paratam ex tempore, ſudoribus & laboribus vacuam. Eius enim naturæ erat manna, recens, nuſquam ipſis negotia faceſſens, neque labore conficiens. Iam veſtimenta eorum & calcei & ipſa corporis natura quodammodo ſuæ fragilitatis obliuiſcebantur. tempore enim ita longo neque illa terebantur, neque pedes eorum tot tantaque licet itinera facientium occalluerunt. Medicorum remediorum, ceteræque in hac arte curæ ne memoria quidem apud eos erat; adeò longè aberat omnis inualetudo. *Eduxit enim eos in auro & argento*, inquit, *& non erat in tribubus eorum infirmus*. Verùm quaſi relicto hoc mundo, & in alium meliorem orbem inhabitandum tranſlati, ſic comedebant, ſic bibebant, ac neque radij calidiores effecti capita illorum feriebant; diſſeminabat enim flammam nubes vndique impendens, & omnibus illis familiis geſtatorij tecti inſtar erat. Neque verò nocturna face indigebant, quæ tenebras diſcuteret, ſed erat eis columna ignis, fons lucis ineffabilis in duplicem vſum, tum vt luceret, tum vt iter dirigeret. Neque enim lucida duntaxat erat, verùm etiam omni via duce certius infinitum illum populum per ſolitudinem illam ducebat. Ibant non terra ſolùm, ſed etiam mari quaſi terra. Auſi ſunt tranſcendere fines naturæ, cum ſæuum illud pelagus ambularent, quaſi per ſolidam ac firmam petram iter facerent. cumque illis ſubſtratum eſſet elementum illud, ſolidam terram, campoſque ſupinos, & agros imitabatur: cum verò hoſtes excepiſſet maris munus exequebatur: illis fuit vehiculum; hoſtibus ipſorum ſepulcrum, illos facile tranſmiſit, hos magna cum vehementia ſubmerſit. Inordinatus aquarum impetus, virorum ratione præditorum atque prudentiſſimorum ordinem & obedientiam præ ſe ferebat, cum iam cuſtodis, iam carnificis vicem obtineret, vnoque die contraria repente præſtaret.

Pſal. 104.

Miracula edita in exitu ex Ægypto.

Quid commemorem petras, quæ fluuios effuderunt aquarum? quid nubes volucrum quæ corporum multitudine totam terram texerunt? Quid miracula patrata in Ægypto? quid prodigia quæ contigerunt in ſolitudine? quid trophæa & incruentas victorias? Tanquam enim choreas ducerent, non bellum gererent. ita aduerſarios domuerunt, ac dominos quidem ſuos ſine armis ſuperarunt: qui verò extra Ægyptum cum ipſis pugnarunt, eos tubis canendo, pſallendoque vicerunt: reſque illa chorea potius erat quàm bellum, initiatio potius quàm pugna. Omnia namque iſta prodigia non ob id ſolùm acciderunt, vt eis neceſſarium ferrent ſubſidium: verùm vt doctrinam quoque cognitionis Dei, qua eas Moyſes inſtituerat, certius conſeruarent. Vndique voces edebantur, quæ Dominum deprædicarent. Hæc enim mare declamabat, cùm nunc pedeſtri itinere traiceretur, nunc ad ingenium rediret; hanc vocem edebant vndæ Nili in ſanguinem mutatæ, ranæ, locuſtarum ille exercitus, eruca, & rubigo, hæc omni populo loquebantur: prodigia quoque in ſolitudine, manna, columna, nubes, ortygometra, cætera omnia fuerunt eis vice libri & literarum, quæ nunquam delentur, cùm memoriam eis quotidie refricarent, & ipſorum animo inſonarent.

Verumtamen poſt tantam tamque multiplicem prouiſionem, poſt ineffabilia illa beneficia, poſt tanta miracula, poſt inenarrabilem curam, poſt longam inſtitutionem, poſt inſtructionem verborum, poſt adhortationem ipſarum rerum, poſt inſignes victorias, poſt admirabilia trophæa, poſt lautitiam menſarum, poſt vbertatem illarum aquarum, poſt ineffabilem gloriam, quam apud hominum genus vniuerſum fuerant conſecuti: ingrati & ſtupidi cùm eſſent, vitulum adorauerunt, & bouis caput coluerunt; Deoſque ſibi fieri poſtularunt, cùm recentia beneficiorum Dei in Ægypto acceptorum monumenta tenerent, ac multis etiam aliis adhuc fruerentur.

CAP. IX. Aliud exemplũ Niniuitarum confirmat aſſertiones hominem nocere nõ poſſe, niſi ſeipſum.

Niniuitarum verò populus barbarus cum eſſet atque alienigena, nihilque horum participaſſet, non paruum, non magnum, non orationes, non miracula magna, non res, non verba; vidiſſetque hominem ex naufragio conſeruatum, nunquam ſecum antea verſatum, ſed tum primùm viſum, ingreſſum, ac dicentem: *Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur*: adeò nudis hiſce verbis mutati ac meliores facti ſunt, & depoſita priori vitioſitate ad virtutem per pœnitentiam contenderunt, vt decretum Dei reuocarent, nutantem vrbem ſiſterent, diuinitus impendentem iram propulſarent, omnique afflictione liberarentur. *Vidit*, inquit, *quia auerſus eſt vnuſquiſque de via ſua mala, & conuerſus eſt ad Dominum*. Quomodo conuerſus eſt, dic mihi? atqui magna eorum erat malitia, ineffabilis nequitia, vlcera curatu difficilia. idque vt indicaret Propheta, dixit: *Aſcendit malitia eorum vſque ad cælum*: diſtantia loci, ma-

gnitudi-

nitudinem malitiæ ipſorum ſignificauit. Sed tamen tantam nequitiam, vſque adeò elatam & exaltatam, vt ad cœlum quoque pertingeret, tribus diebus, breui temporis momento, paucis verbis, quæ ab vno homine audiuerant, ignoto, hoſpite, naufragium paſſo, ita profligauerunt, ita aboleuerunt, ita è medio ſuſtulerunt, vt tali voce recrearentur: *Vidit Deus quia auerſus eſt vnuſquiſque de via ſua mala, & pœnituit eum ſuper malitia quam locutus fuerat Deus vt faceret eis.*

Videſne ſobrium ac vigilantem non modo ab hominibus non lædi, verùm etiam iram diuinitus impendentem auertere? qui verò ſemetipſe prodat ac noceat, etſi infinita accipiat beneficia, non multum lucri facere? ſic enim neque illis profuerunt tanta portenta, neque his obfuit iiſdem caruiſſe. Verùm cùm natura forent candidi, exiguum nacti momentum meliores euaſerunt, quamquam barbari & alienigenæ inauditis omnibus diuinis oraculis, longeque à Palæſtina diſſiti.

De tribus pueris Danielis sociis. Dan. 1.

Quid verò illorum trium puerorum, dic mihi, virtuti ſuperuenientia mala offecerunt? an non adhuc iuuenes, & admodum quidem iuuenes, immatura ætate graue illud ſubiere ſupplicium & captiuitatem, longam peregrinationem peregrinati ſunt à patria, domo, templo, altari, ſacrificiis, oblationibus, libationibus, ab ipſo quoque pſalmorum cantu, vbi in alienam regionem venerunt, ſeparati ſunt? non enim domus eis duntaxat eam ob cauſſam inacceſſa erat, ſed multa quoque diuini cultus genera. An non barbarorum manibus dediti ſunt, lupis potius quam hominibus, & quod eſt grauiſſimum, in tam longè diſſitam ac barbaram abducti terram, & ſeruitutem grauiſſimam, non magiſtrum habebant, non prophetam, non principem: *Non enim eſt*, inquit, *princeps, neque Propheta, neque Dux, neque locus ſacrificandi coram te, & inueniendi miſericordiam.* Quin etiam in domum regiam, tanquam in ſcopulum quendam ac præcipitium, & pelagus ſaxis petriſque ſub aqua latentibus refertum, introducti ſunt ſine gubernatore, ſine proreta, ſine nautis, ſine velis ſæuum illud mare nauigare coacti; atque in aula regia tanquam in carcere incluſi. Cùm enim philoſophari nôſſent, & rebus ſecularibus eſſent ſuperiores, omnem quoque humanum faſtum conculcaſſent, alaſque ſibi leues reddidiſſent, acceſſionem malorum, etiam illam commorationem eſſe exiſtimabant. Si enim foris fuiſſent, & in domo priuata, maiori libertate fruituri erant: at verò introducti in illum carcerem (carcere namque omnem illam ſplendoris & magnificentiæ ſpeciem, & præcipitiis ſcopuliſque nihilo cenſebant eſſe meliorem) continuò grauem difficultatem ſuſtinuere. Rex enim eos illius voluptuoſæ impuræque & prophanæ menſæ ſuæ iuſſit eſſe ſocios, id quod eis interdictum erat, & morte grauius videbatur: ac ſoli velut agni in medio tot luporum erant incluſi. Neceſſe erat aut fame tabeſcere (imò verò ad mortem rapi) aut prohibita edulia deguſtare. Quid ergo faciunt iuuenes, orphani, captiui, peregrini, ſerui illorum qui hæc imperabant? non exiſtimarunt neceſſitatem ſibi ad excuſationem ſufficere, neque tyrannidem eius, qui vrbem obtinebat: ſed omnia machinabantur moliebanturque, vt peccatum effugerent, omni licet ex parte deſerti. Neque enim pecuniis perſuadere poterant, vtpote captiui: non amicitia & familiaritate, vtpote peregrini, non potentia ſuperare, vtpote ſerui: non multitudine vincere, vtpote tres tantùm. Accedunt igitur ad eunuchum, qui eam poteſtatem obtinebat, eique verbis perſuadent. Cùm enim inueniſſent eum

A trepidum ac timidum, deque ſalute ſua ſolicitum, & metus mortis intolerandus animum eius concuteret: *Timeo enim ego*, inquit, *dominum meum regem, ne quando videat vultus veſtros macilentiores præ ceteris adoleſcentulis coæuis veſtris, & condemnetis caput meum regi:* eo timore liberatum inducunt vt daret ipſis eam gratiam. Ac poſtquam omne officium ſuum feciſſent, Deus quoque deinceps fecit ſuum. Neque enim ſolius Dei erat præclarum illud facinus (nam quid illo mercedis loco eſſent accepturi) ſed principium & exordia proficiſcebantur ab illorum animo quem cùm præſtitiſſent generoſum ac fortem, Dei fauorem ſibi conciliarunt, & ad finem, quod moliebantur, perduxerunt. Vides, qui ſeipſe non lædit, ei neminem alium poſſe nocere? Ecce enim nec iuuentus, neque captiuitas, neque orbitas, neque abductio in regionem alienam, nec ſolitudo & B deſtitutio eorum, qui ab ipſis ſtarent, nec mandatum graue, nec magnus mortis timor, qui eunuchi cingebat animum, nec paupertas, nec paucitas, non quòd in medio barbarorum eſſent, non quòd hoſtes haberent dominos, non quòd in ipſius regis manus eſſent traditi, neque cognatorum omnium ſeparatio, neque ſacerdotum & prophetarum & aliorum, qui curam ipſorum gerebant, alienatio, nec libationum & ſacrificiorum ceſſatio, neque templi & pſalmorum ademptio, neque quidquam horum eis nocuit; ſed tum in maiori gloria fuerunt, quam cùm iis rebus in patria ſua fruerentur.

Dan. 1.

Hoc primo certamine perfecto, inſigni corona redimiti, lege in aliena quoque regione ſeruata, conculcato tyranni mandato, victo dæmonis terrore, neque vllo vlla ex parte damno affecti; quaſi domi ſedent, & omnibus illis fruerentur, opere ita liberè perfecto, ad alios C rurſus agones ſunt vocati. Iterum erant iidem, & certamen priore difficilius ipſis proponebatur, caminus incendebatur, barbaricus aduerſum eos exercitus cum rege inſtruebatur velut in acie, tota Perſica potentia incitabatur, omnia ad fraudem ac vim ipſis afferendam comparabantur; diuerſa cantionum genera, variæ ſuppliciorum formæ, minæ, aſpectus omni ex parte terribilis, & verba aſpectu terribiliora: ſed tamen quoniam ſemetipſi non prodiderunt, ſed omnem ſuam operam contulerunt, nihil vnquam damni acceperunt: quin etiam coronis quàm priores fuerant illuſtrioribus redimiti ſunt. Vinxit enim eos Nabuchodonoſor, & in caminum coniecit, non tamen damno, quin potius etiam commodo affecit, & illuſtriores reddidit. Cumque nec templum (iterum enim eadem dicam) neque altare, non patriam, non ſacerdotes, non prophetas haberent, in aliena & barbara D regione, in medio camini totiuſque illius exercitus rege harum rerum auctore ſpectante, ſplendidum ſtatuerunt trophæum & inſignem reportârunt victoriam, admirabili illa & inopinata cantione decantata, quæ ex illo etiamnum vbique terrarum cantitatur, & cantabitur etiam in poſtera ſecula. Sic ergo ſi nemo ſe ipſum lædat, ab alio lædi non poterit. non enim ceſſabo hoc dictum continenter decantare. Nam ſi captiuitas, ſeruitus, ſolitudo, patriæ amiſſio, & omnium cognatorum, mors, incendium, tantus exercitus, tyrannus tam crudelis non valuerunt tribus pueris, iuuenibus, captiuis, ſeruis, peregrinis, in aliena regione verſantibus quicquam nocere quoad ſuam ipſorum virtutem, ſed maioris etiam loquendi libertatis occaſio fuerunt illæ inſidiæ: quid ſobrium lædere poterit? non eſt quidquam, etſi totum orbem aduerſarium haberet.

At Deus tum, inquit, eis, aſſitit, eoſque ex flamma eripuit. maximè id quidem: tu quoque ſi omnia, quæ à te requiruntur, præſtiteris, diuinum auxilium ſequetur omnino. Veruntamen ego pueros non eò miror, beatoſque ac felices æſtimo, quòd flammam conculcarunt & vim ignis vicerunt: ſed quod verorum dogmatum cauſſa vincti, in caminum coniecti, & igni traditi ſunt. Hic enim eis totum trophæum abſolutum eſt: & ſimul atque in caminum coniecti ſunt, impoſita corona, & ab illis verbis texi cœpta etiam ante rerum euentum, quæ magna cum fiducia libertateque loquendi ad regem ducti in medium protulerunt: *Non oportet nos de hac re reſpondere tibi. Poteſt enim Deus noſter in cœlis, quem nos colimus, eripere nos ex camino ignis ardentis, & de tuis manibus, ô Rex, liberabit nos. ſin minus notum ſit tibi rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus.* Iam inde ab illis verbis eos victores pronuncio, iam inde ab illis reportato victoriæ præmio ad inſignem martyrij coronam, confeſſioni verborum addita confeſſione rerum, cucurrerunt. Sin ignis reueritus eſt immiſſa eorum corpora, & vincula ſoluit, ſecurum deſcenſum præbuit, ſuæ virtutis oblitus eſt fons frigidarum aquarum: id iam diuinæ gratiæ, & ſupernæ ſtupendarum rerum effectionis miraculum fuit. Quare athletæ quidem prius etiam quam hæc fierent, ſimul ac flammam ingreſſi ſunt, & trophæum ſtatuerunt, & victoriam reportarunt, & corona redimiti, & in cœlo terraque deprædicati ſunt, & nihil eis ad gloriam erat reliquum.

Quid ergo dicere poteris? in exilium relegatus es, & patria eiectus? ecce etiam iſti. Captiuitatem ſuſtinuiſti, & ſub barbaris dominis fuiſti? at hoc quoque iſtis contigiſſe reperies. At non habes ibi qui tibi adſit, reſque tuas moderetur, neque te admoneat & doceat? Hac quoque iſti cura erant fraudati. At vinctus es? at combuſtus es? at mortuus es? nihil enim his potes dicere grauius. at ecce iſti quoque per hæc omnia tetenderunt, & per eorum ſingula illuſtriores extiterunt, longeque clariores, & cœleſtes merces auxerunt. Iudæi quidem cùm haberent templum, altare, arcam, Cherubin, propitiatorium, velum, infinitam ſacerdotum multitudinem, cultum Dei quotidianum, ſacrificia cùm matutina, tum veſpertina, & continenter Prophetas audirent lectos, viuos, mortuos, qui aures ipſorum perſonabant, miraculorum in Ægypto, in ſolitudine editorum, omnium aliorum memoriam renouarent, eaque manibus verſarent, in poſtibus inſcripta haberent, rebuſque multis tum ſupra naturalem poteſtatem confectis, cæteraque ſui cura fruerentur, non modò nullo emolumento, verùm etiam damno ſunt affecti, ſimulachris in ipſo templo cultis, mactatis filiis & filiabus ſub arboribus & illis lege vetitis execrandiſque ſacris in omni propemodum agri Palæſtini loco factis, aliiſque facinoribus infinitis abſurdioribus perpetratis. At verò iſti in media barbaria, in terra hoſtili & inimica, in domo tyrannica verſantes, omni illa cura destituti, ad ſupplicium abrepti, vſti, non ſolum hinc læſi non ſunt, non parum, non multum; verum magis etiam claruerunt.

His igitur cognitis, horumque ſimilibus è Scriptura diuinitus inſpirata collectis (multa enim huiuſcemodi ſuppeditant exempla in diuerſis etiam perſonis aliis) neque difficultatem temporum aut rerum, neque neceſſitatem & vim ac tyrannidem potentium ſufficere nobis exiſtimemus ad defenſionem, quando deliquerimus. Quod enim in principio dixi, in eo nunc quoque orationem terminabo; ſi quis damnum ac detrimentum accipiat, à ſeipſo prorſus id non ab aliis accipere, etſi infiniti ſint, qui damna & iniurias inferant. Nam ſi quidem hæc à ſemetipſo non accipiat, ſi totius terræ mariſque incolæ communi conſilio irruant, ne parum quidem lædere poterunt eum, qui in Domino vigilat ac ſobrius eſt. Simus ergo, quæſo, ſobrij, & vigilemus ſemper, & acerba omnia generoſo animo feramus, vt æternis illis & immortalibus bonis potiamur in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

AMEN.

S. PATRIS NOSTRI

IOANNIS CHRYSOSTOMI

ORATIO

In adorationem venerandæ & viuificæ crucis, media ieiuniorum hebdomade.

Interprete Iacobo Gretſero Soc. IESV *Theologo.*

(Feſtus Dies in honorem S. Crucis.) VENIT nobis anniuerſaria dies, omni religione colenda, lucemque ferens ſanctorum ieiuniorum media hebdomas, quæ ter beatam & viuificam Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti crucem profert, eamq́. ad adorationem proponit, & eos, qui eam puro pectore & caſtis labiis venerantur, ſanctificat, & ad reliquum Sanctorum ieiuniorum ſtadij decurrendum, paratiores & alacriores efficit. Quocirca hodiernus dies adorationi pretioſæ crucis decretus eſt. Adeſte, chariſſimi, cum timore & deſiderio eam complectamur. Reſurrectionis enim Chriſti ſplendorem emittens, omnes gratiis & donis ſuis illuſtrat & ſanctificat: Propterea illam ſalutemus & exoſculemur animis noſtris exultantes. Hodie gaudium exſiſtit in cœlo & in terra, quia crux Chriſti luciflua & viuifica mūdo oſtenditur, per quam Dæmones fugantur, morbi expelluntur, caligo tenebricoſa exterminatur, omneſque fines terræ illuminantur.

Hodie Chriſti Eccleſia alius paradiſus efficitur, cùm ſanctiſſimum venerādæ crucis lignum in medium proponit, eamq́. paſſionis Chriſti velut pompam præambulam, & reſurrectionis eius, tanquam præreſuſcitationem, ſtatuit. Hodie propheticum (Pſal. 131.) oraculum impletum eſt. Ecce enim *adorauimus in loco, vbi ſteterunt pedes Dei noſtri*. Lætare itaque & exulta Chriſti Eccleſia, & adduc tuos filios continentia paſſionum & ieiunio expiatos, & ſplendidis virtutibus effulgentes, & choreas inenarrabiles ducito. Quemadmodum enim olim in eremo icti, qui æreum (Num. 21.) ſerpentem aſpiciebant, à morte liberabantur, ita & iam, qui medium ieiunii curriculum confecerūt, hanc dum attingunt, ſerpentem illum, qui ſub intelligentiam cadit, occidunt: & ipſi immortales fiunt, & ſocij cruciatuum Chriſti per continentiam effecti, ſocij itidem reſurrectionis ipſius efficiuntur. Neque hoc ſolùm, ſed & id quod reſtat, iuuenum more decurrendum ingreſſi, victrices laudes & hymnos & hymnos Deo offerunt. Crux enim Domini armatura eſt, trophæi & victoriæ effectrix, armatura Regum inſuperabilis, Eccleſiæ cornu, hoſtium profligatrix & interfectrix, fideliumque ſalus.

Et verè beati, & verè ter felices illi, quibus caſtis labiis & puro ore hanc amplecti conceſſum eſt. Opere enim verè implent illud Domini dictum: (Matth. 6.) *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Vide, quomodo nullam his verbis neceſſitatem imponat: Non enim dixit; ſiue velitis, ſiue nolitis, hoc vobis ferendum eſt, ſed (Abnegare quomodo nos debeamus.) quomodo? *Si quis vult venire poſt me.* Non affero vim, non cogo, ſed quemlibet Dominū ſuæ voluntatis conſtituo, ea de cauſſa dico: *Si quis vult poſt me venire.* Ad bonum enim voco, non ad malam & odioſum, non ad pœnam & ſupplicium. Etenim ipſa rerum natura ſatis eſſe debet ad attrahendum. *Si quis vult poſt me venire*, ſeu vir, ſeu mulier, ſeu princeps, ſeu ſubditus, ſaluarique velit, hanc viam ingrediatur oportet. Tria verò ſunt quæ commemorat: *abnegare ſeipſum, tollere crucem, & ſequi.* Videamus primum. Quid eſt abnegare ſeipſum? Diſcamus, quid ſit negare alterum, & intelligemus quid ſit negare ſeipſum. Quid igitur eſt negare alterum?

Qui alterum negat, filium vel fratrem, vel amicum, vel vicinum, vel alium quemcunque: hunc licet videat flagellis cædi, ſeu vinciri, ſeu quiduis aliud perpeti, non accurrit, non fert opem, non flectitur, non erga illum commouetur. Totus enim ab eo abalienatus eſt. Sic ergo vult Deus nos à corpore noſtro auerſos eſſe, vt licet ipſius cauſſa aliqui nos flagellis cædant, licet puniant, licet expellant, licet aliud quid agant, corpori non parcamus: hoc enim eſt *negare*; hoc eſt, nihil ſecum commune habeat, ſed exponat ſeipſum periculis & certaminibus: & ita ſit affectus, quaſi hæc alius quiſpiam ſubeat. Nec dixit: *Neget ſeipſum*, ſed *abneget*, exigua hac appoſitione non exiguam exſuperātiam ſignificans. *Et tollat crucem ſuam.* Vides quomodo militem, qui ſe ſequitur, Rex cœlorum armet, non dedit ſcutum, non galeam, non arcum, non thoracem, non ocreas, nec aliud quid de genere horum, ſed quod his omnibus firmius & valentius eſt, præſidium à cruce, & ſymbolum victoriæ contra Dæmones. Hoc gladius eſt, hoc clypeus, hoc thorax, hoc galea, hoc ocreæ, hoc tutum propugnaculum, hoc portus, hoc perfugium, hoc corona, hoc præmium, hoc omnium bonorum, & præſentium, & futurorum theſaurus. Quemadmodum enim is, qui valida ſumit arma, eadem quoque ſuis dat militibus: ſic & Chriſtus, videte, inquit, crucem meam, quanta effecit? Arripite & vos talia arma, & perficite talia, quæ fert corde voluntas. Quamquam alicubi his etiam maiora pollicitus eſt his verbis: *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet: & maiora horum faciet.* (Ioan. 14.)

Quid verò ſibi vult dictum illud: *Tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Num vt quiuis portemus lignū? Nequaquam. Quæ enim hæc virtus? ſed vt ad pericula ſimus prompti, ſanguinem noſtrum in animis noſtris circumferentes, parati in ſingulos dies ad cædem ſubeundam & mortem, ita omnia agentes, quaſi nunquam vitam noſtram vſque ad veſperam duraturam; ſed certiſſimè nos morituros arbitraremur, quod & Apoſtolus Paulus dicebat: *Quotidie morior.* (1. Cor. 15.) Nonne tibi à natura mors decreta eſt? Licet tibi, ſi velis, millies pro Domino mori. Hic enim gratia mos eſt, egeſtatem amicorum ad magnas euehere diuitias, propter liberalitatem Domini, qui non modò rerum euentu, ſed & voluntate propoſitoque certantium coronas meritur. Quid verò eſt, *tollat*? Adeo ſit promptus ad cædem & crucem ſubeundam; vt qui eam portat. Tam paratus, vt ille, qui crucem iam fert humeris: tam vicinum morti ſeſe eſſe exiſtimet. Talem omnes obſtupeſcunt. Neque enim ſic ſuſpicimus homines mille armis tectos, vt eos, qui hac tanta fortitudine muniti ſunt. In hoc vera libertas poſita eſt. Nihil enim mortem tam fugat, quàm mortis contemptio. Ne quis autem putet hoc ſolum ſufficere, vt ad mortem parati ſimus (ſunt enim tales & latrones, & venefici, & parricidæ) ideo addidit: *Et ſequatur me.* Non ſolum quæro, inquit, fortem: neque ſolum, qui imperterrito ſit animo ad vltimā vitæ metam, ſed & æquum, temperantem, & moderatum, omnique virtutum genere inſtructum.

Vidiſti quæ & quanta crux valeat, non tantùm in Domino, ſed & in ſeruis eius. Hæc Petrum principem omnium effecit, hæc Paulum talem ac tantum (Crucis efficacia. Rom. 1.)

A ſuſtulerit. At ex quo crux exſtitit, & à Patribus veſtris in ea fixus eſt Chriſtus, ab eo tempore, vſque ad hodiernum diem, in interitum & opprobrium gens veſtra ruit: & magis in vos ira Dei deſæuit, quàm in captiuitate Babylonica. Ibi enim poſt ſexaginta annos Deus veſtri miſertus eſt, & vos reuocauit. Hic verò penitus repulit, verumque dixit pater veſter, Propheta & Patriarcha Iacob, & omnia legitima veſtra & iura conciderunt: & ex veſtra regione Iudæa eiecti eſtis, & per varia loca diſperſi, & eſtis in deſpectum & ludibrium toto terrarum orbe, ab ortu ſolis, vſque ad vltimum terræ. At res noſtræ, qui Chriſtiani ſumus, in ſingulos dies florent, & agnoſcunt, & ſtabiliuntur, totumque orbem piæ noſtræ fidei prædicatio percurrit, regnatque Chriſtus in nobis, & venerandam viuificamque eius crucem adoramus, & vt

B theſaurum pretioſiſſimum tenemus. Etenim crux Domini verè ſplendidior & auguſtior eſt, quàm regia corona.

Et quid dico, corona regia? Ipſis ſolaribus radiis lucidior eſt. Et olim quidem vitæ improbæ, & peruerſarum actionum condemnatio crux erat. At nunc ſymbolum eſt diuini muneris, nobilitatis ſpiritualis ſignum, theſaurus nulli expilationi obnoxius: donum, quod auferri nequit, argumentum ſanctificationis. Hanc & in lectulo & in menſa proferimus, & vbicunque tandem locorum verſemur. Quemadmodum enim multi militum ſine armis neque prandent, neque dormiunt, ſic & nunc crucem loco gladij ad lectum ſuſpendamus: loco peſſuli in foribus deſcribamus, loco muri toti domui circumdemus partes internas & externas ea muniamus. Hoc enim ſignum mortem diſſoluit, cœlos aperuit, terram expurgauit, naturam noſtram ad regalem thronum euexit, & Diaboli violentam tyrannidem diſſipauit. Huius duplex ſpe-

C cies eſt. Altera quidem ex certa materia vel auro, vel margaritis, vel lapidibus pretioſis, quæ ſæpe à barbaris vel à furibus aufertur. Altera verò materia expers eſt. Neque enim ex materia conſtat, ſed ſubſtantia eius eſt à fide; materia autem à diſpoſitione & affectione facientis. Hæc dormientes cuſtodit, vigilantes munit; periclitantes conſeruat, per hanc bellum diſſoluitur, & pax firmatur.

Quare laudo & celebro, Domine, tuæ longanimitatis & patientiæ plenum in me myſterium. Adoro, Domine, venerandam & viuificam crucem tuam. Exoſculor cruciatus, amo clauos, & membrorum foramina veneror. Calamum verò, & lanceam, & ſpongiam ſuſpicio; tanquam diadema regium, coronam ſpineam mihi impono, & ſputis, vt pellucidis lapillis, ornor, & colaphis tanquam clariſſimo ornatu glorior; teque confiteor verum Deum, vnum ex ſanctiſſima Trinitate, Ieſum

D Chriſtum, qui pro me paſſionem ſubiit, & ſindone inuolutus, & ab iniquis Iudæis irriſus, & tandem ſepultus eſt, qui reſurrexit tertia die, & iterum venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Tua enim eſt gloria, & potentia ſimul cum Patre, & ſancto & viuifico Spiritu nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI

IN CRVCEM ET IN CONFESSIONEM latronis, recitata in ſancta & magna Paraſceue.

Eodem Interprete.

FEſtum hodie agimus & conuentum, chariſſimi, quoniam Dominus noſter clauis eſt cruci affixus, neque peregrinum tibi videatur; ſi cùm res odioſa & auerſanda fuerit, nos feſtum diem celebremus. Eiuſmodi enim ſunt omnia ſpiritualia, contraria humanæ naturæ. Et vt hoc probè cognoſcas, crux prius condemnationis & ſupplicij nomen erat; at nunc res eſt venerabilis & deſiderabilis. Crux antea dedecoris & pœnæ argumentum erat; nunc gloriæ & honoris eſt occaſio; quodque crux ſit gloria, audi Chriſtum dicentem: *Pater clarifica me gloria, quam habui apud te ante mundi conſtitutionem*; gloriam crucem nominans. Ioan. 17. Crucis encomia.

Crux caput noſtræ ſalutis. Crux infinitorum bonorum argumentum. Propter hanc nos, qui prius inglorij & reiecti eramus, nunc in filiorum ordinem recepti ſumus. Propter hanc non oberramus amplius, ſed veritatem cognouimus. Propter hanc nos, qui prius ligna & lapides adorabamus, nunc omnium rerum procreatorem cognouimus. Propter hanc qui ſerui peccati eramus, ad ſupremum iuſtitiæ culmen euecti ſumus. Propter hanc ex terra cœlum de cætero facta eſt. Hæc ab errore nos liberauit. Hæc ad veritatem adduxit. Hæc reconciliationem Dei cum hominibus inſtituit. Hæc nos ex profundo malitiæ ereptos, in ipſum virtutis faſtigium eduxit. Hæc errorem Dæmonum exſtinxit. Hæc deceptionem è medio ſuſtulit. Propter hanc non eſt amplius fumus & nidor, & ſanguinis bruti effuſio; ſed vbique cultus ſpirituales, hymni, laudes & precationes viſuntur.

Propter hanc dæmones diffugiunt. Propter hanc humana natura cum Angelica viuendi ratione cōtendit. Propter hanc virginitas in terris verſatur. Ex quo enim ex virgine prodiit, cognouit humana natura virtutis huius viam. Hæc nos in tenebris ſedentes illuminauit. Hæc nos expugnatos & debellatos liberauit. Hæc nos, qui procul aberamus, vicinos eſſe fecit. Hæc nos peregrinos factos, cœli ciues conſtituit. Hæc nobis pacis ſecuritas effecta eſt. Propter hanc non formidamus amplius ignita Diaboli iacula, nam vitæ fontem inuenimus. Propter hanc non ſumus in viduitate. Sponſum enim recepimus. Propter hanc non timemus amplius lupum, nam bonum paſtorem agnouimus. Dicit enim: *Ego ſum paſtor bonus*. Propter hanc non Ioan. 10. non horremus amplius tyrannū. Ad Regem enim accurrimus. Vides quantorum bonorum crux nobis ſit cauſſa? Iure igitur diem feſtum agimus. Sic & Paulus monet vt feſtiuitatem agamus his verbis: *Itaque feſtiemus non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis.* 1. Cor. 5. Et cuius gratia nos diem feſtum agere præcipis ô beate Paule? Agedum cauſſam indica. *Quia Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus.* Vides quomodo crux ſit nobis feſtum. Intellexiſti, quod propter crucem nos feſtum celebrare iubet? In cruce enim oblatus eſt, vbi verò ſacrificium, ibi & peccatorum remiſſio, ibi reconciliatio Domini, ibi feſtū & gaudium. *Paſcha noſtrum*, inquit, *pro nobis immolatus eſt Chriſtus.* Vbi immolatus eſt? Cedo. In excelſa cruce Nouum & peregrinum altare: cùm nouum & inuſitatum fuerit ſacrificium. Idem enim & ſacrificium & ſacerdos erat, ſacrificium ſecundū carnem,

A

ſacerdos ſecundum ſpiritum. Idem immolauit & immolabatur. Audi iterum Paulum dicentem. *Omnis enim Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum. Vnde neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat.* Ecce ſeipſum offert. Alibi verò iterum ait. *Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhauriendа peccata.* Ecce hic oblatus eſt. Ibi ſeipſum obtulit.

Hebr. 9. Hebr. 5. & 8.

Vidiſti, quomodo idem ſacrificium ſeu victima & ſacerdos fuerit. Fuit crux etiam altare. Sed diſquirendum eſt, cur non in templo ſacrificium offeratur, in templo, inquam, Iudaico, ſed extra ciuitatem, extra mœnia. Extra ciuitatem crucifixus eſt tanquam damnatus quiſpiam & reus, vt impleretur illud Prophetæ dictum. *Et cum iniquis reputatus eſt.* Quare igitur extra ciuitatem in edito loco, & non ſub tecto quopiam? Non ſine cauſſa hoc contigit, ſed vt aëris naturam purgaret, in excelſo loco oblatus eſt, ſub nullo tecto, ſed loco tecti cœlo ſuperimpoſito, vt vniuerſum cœlum mundaretur, oue in ſublimi loco immolata. Purgatum igitur eſt cœlum, purgata terra. Stillabat enim ſanguis ex latere ſuper terram, omneſque eius maculas & inquinamenta eluit. Et huius quidem gratia ſacrificium hoc ſub tecto non peragitur. Quare verò non in ipſo templo Iudaico? Nam neque hoc temerè & ſine cauſſa accidit: Videlicet ne Iudæi hoc ſacrificium ſibi, vt proprium, vendicarent, ne putares, pro ſola illa gente, ſacrificium hoc oblatum eſſe, propterea fit extra ciuitatem, extra mœnia, vt diſcas, generale eſſe ſacrificium, vt diſcas, pro vniuerſa terra expiationem inſtitui.

Iſai. 53.

B

Crux idololatria fugata.

Iudæis enim ob hoc præcepit Deus, vt tota terra relicta, in vno loco immolarent, & preces in vno loco funderent. Nam cùm tota terra tunc contaminata eſſet fumo, & nidore, & Idololatrico ſanguine, & aliis gentilium inquinamentis, ideò illis vnum locum imperauit. Sed cùm Chriſtus venit, & extra ciuitatem mortem obiit, vniuerſam terram mundauit, omnemque locum orationi idoneum effecit. Vis diſcere quomodo tota terra in poſterum ſit templi ſi effecta, & quomodo omnis locus orationi ſit deſtinatus? Audi iterum beatum Paulum dicentem: *In omni loco leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione.* Vidiſti quomodo terrarum orbem expurgarit? Vidiſti, quomodo vbique puras manus leuare poſſimus? Omnis enim terra de cætero ſanctificata eſt. Et ſanctior eſt Iudæorum illis ſanctis. Qua ratione? Quia ibi quidem rationis expers: hic verò ratione prædita ouis oblata eſt. Quanto igitur præſtantius id, quod rationem habet, eo, quod ratione caret, tanto amplior & hic ſanctificatio eſt. Verè igitur crux nobis feſtum diem parit. Vis & aliud crucis factum præclariſſimum, & quod omnem humanam intelligentiam ſuperat, intelligere? Paradiſum clauſum aperuit hodie. Hodie enim latronem in illum introduxit. Duo præclariſſima facinora: Paradiſum reſerauit, & latronem introduxit. Reddidit illi antiquam patriam. Reduxit in paternam ciuitatem.

C

1. Timo. 2.

D

Lucæ 23.

Hodie mecum eris, inquit, *in Paradiſo.* Quid dicis? Crucifixus, & cruci clauis affixus es, & Paradiſum promittis? Quomodo hæc talia largieris? Atqui Paulus ait. *Crucifixus eſt ex infirmitate.* Audi alibi dicentem: *ſed viuit ex virtute Dei.* Propterea in cruce polliceor, vt & per hanc diſcas meam potentiam. Cùm enim crux ſit res iniucunda & moleſta, ne vultum deiicias, ad crucis naturam attendens, ſed vt lætus & alacer efficiaris ad crucifixi potentiam reſpiciens, ea de cauſſa, illic ſuam tibi virtutem oſtendit. Non enim mortuum excitans, non mari imperans, non dæmones increpans, ſed crucifixus, clauis affixus, iniuria affectus, ſputis oblitus, conuiciis impetitus, irriſui & ludibrio habitus, potuit ad ſe malam latronis mẽtem attrahere. Vide vtrinque potentiam illius effulgeſcentem. Creaturam concuſſit, petras diſrupit: Animam latronis petra duriorem, cera molliorem effecit.

2. Cor. 13.

A

Hodie mecum eris in Paradiſo. Quid dicis? Cherubim & flammeus enſis cuſtodiunt Paradiſum. Et tu latroni ingreſſum eò polliceris? Vtique, ait. Nam ego & Cherubinorum Dominus ſum, vitæque & mortis poteſtatem habeo. propterea dicit. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Cum virtutes illæ Dominum viderint, ſtatim cedent, locumque dabunt. Atqui nullus Rex vnquam patiatur latronem, aut alium quempiam ex famulis ſecum confidentem, in vrbem ingredi: At iſte humaniſſimus Dominus hoc fecit: In ſanctam ſuam patriam ingreſſus, latronem ſecum introducit, non inhonorans paradiſum, abſit, pedibus latronis, ſed hoc ipſo magis honorans. Honor enim paradiſi eſt habere talem Dominum, tam potentem & humanum, vt & latronem poſſit efficere dignum paradiſi deliciis. Etenim quando publicanos & meretrices in regnum vocabat, non vtique id fecit cum regni ſui dedecore; ſed potius maiore cum honore: Oſtendit enim ſe eiuſmodi eſſe Regni cœlorum Dominum, qui etiam meretrices & publicanos tam probatos facere queat, vt digni videatur ea, quæ inibi eſt, gloria & munere. Quemadmodum igitur medicum tunc admiramur, cum intuemur eum, homines incurabilibus morbis laborantes, depulſa infirmitate, priſtinæ, & puræ ſanitati reſtituere; ita & Chriſtum admirare, chariſſime, & obſtupeſce, quia homines immedicabilibus morbis obſtrictos, potuit & à malo liberare, & regno cœlorum dignos reddere eos, qui ad ſupremum improbitatis culmen aſcenderant.

B

Hodie mecum eris in Paradiſo. Grandis honor. Ingens humanitatis huius magnitudo. Inexplicabilis bonitatis huius immenſitas. Nam eo quod Paradiſum ingreditur, maior gloria eſt, quod cum Domino ingreditur. Quid accidit? Quid latro eiuſmodi egit, vt ex improuiſo de cruce dignus paradiſo iudicaretur? Breuiter ſi placet, dicam, latroniſque bonitatem & probitatem oſtendam. Quando Petrus diſcipulorum Princeps negabat infrà, tunc ille ſupra fixus in cruce, confeſſus eſt. Et hoc non dixi, animo reprehendendi Petrum, abſit; ſed vt magnanimitatem latronis & excellentem illius philoſophandi rationem demonſtrarem. Ille non tulit ſimplicis puellæ minas; hic totum populum inſanientem, & adſiſtentem, & vociferantem, & infinita in crucifixum conuicia iactantem conſpicatus, non vertit oculos ad iniuriam crucifixi, ſed fidei oculis omnia hæc prætercurrens, omnique indigna, & quæ impedimento eſſe poterat, perſuaſione abiecta, agnouit hominum Dominum, paucula illa verba prolocutus, quæ illum paradiſo dignum oſtenderunt. *Memento mei in tuo regno.*

C

D

Ne præteruolemus ſimpliciter hoc dictum: neque pudeat nos Magiſtrum accipere latronem, cuius Dominum noſtrum non puduit, quo minus primum in paradiſum induceret. Ne erubeſcamus magiſtrum habere hominem illum, qui ante totum humanum genus dignus eſt habitus conuerſatione paradiſi. Singula igitur verba expendamus, vt & hinc virtutem crucis diſcamus. Neque enim ad illum, vt ad Petrum & Andream dixit: *Venite, & faciam vos piſcatores hominum*: neque dixit ad illum, vt ad duodecim diſcipulos, *ſedebitis ſuper duodecim ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſraël*, planè verò neque verbo illum dignatus eſt, neque miracula vidit, non mortuos excitatos, non Dæmones expulſos, non mare imperio eius obtemperans. Neque de regno cum illo verba fecit. Vnde autem vel regni nomen nouit? Videamus quanta intelligentia præditus fuerit. Conuiciis inſectabatur illum, inquit, alter latro. Etenim & alter latro crucifixus erat vt impleretur illud Prophetæ dictum; *quia cum iniquis*

Matth. 4.

Matth. 19.

Iſaiæ 53.

repu-

reputatus eſt. Volebant namque inſipientes Iudæi, gloriam etiam eius traducere; & vndequaque iis, quæ accidebant, inſultabant; ſed per illa omnia excreuit veritas; & per ipſa obſtacula ſplendidior & manifeſtior euaſit. *Conuiciabatur ergo ei alter latro.* Vnus verò Euangeliſtarum dicit, ambos in Ieſum conuicia iecisſe. Et hoc verum eſt, & maximè huius probitatem intendit. Nam probabile eſt principiò quidem conuiciatum fuiſſe, derepentè autem tantam mutationem ſubiiſſe, *Conuiciabatur ergo,* inquit, *alter latro.*

Marc. 15.

Vides latronem & latronem, ambo in cruce, ambo ab improbitate, ambo à vita prædatoria arrepti, ſed non ambo in iiſdem. Nam alter regnum hæreditauit, alter in gehennam demiſſus eſt. Ita & heri diſcipulus & diſcipuli. Sed ille ad proditionem accingebatur. Iſti ad miniſterium ſeſe præparabant. Ille Phariſæis dicebat: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Iſti accedebant ad Ieſum dicentes: *Vbi vis paremus tibi manducare paſcha.* Ita & hic. Latro & latro. At ille conuiciabatur, hic conuicianti os obſtruit. Ille blaſphemat, hic verò obiurgat. Et hæc cùm aſpiceret illum crucifixum, condemnatum, populum infrà conuiciantem, grandi voce vociferantem: ſed tamen nihil horum illum tranſuerſum egit: aut à conueniente exiſtimatione abduxit: ſed & alterum latronum grauiter increpat, his ad illum verbis vſus, *Neque tu times Deum.* Vidiſti libertatem latronis. Vidiſti quomodo neque in cruce artis ſuæ obliniſcitur, ſed per ipſam confeſſionem prædatur regnum. *Neque tu times Deum*, inquit. Vidiſti libertatem in cruce. Vidiſti philoſophiam. Vidiſti reuerentiam. Quod enim ſibi præſens fuerit, quod de ſtatu mentis non deiectus, etſi clauis affixus, immenſoſque cruciatus ex clauis ortos perpeſſus, an non eum admirari æquũ eſt, ob tam generoſam animi conſtantiam? Non ſolùm dignum duxerim, vt eum admiremur, ſed vt & beatum prædicemus. Etenim non ſolùm non aduertebat mentem ad cruciatus, ſed omnibus ſuis relictis, res alterius curabat, & vt illum ex errore eriperet, & magiſter eius in cruce fieret, omni ope ſtudebat. Neque tu times Deum, inquit. Tantum non ad illum dicit. Ne ſolùm attendas ad id, quod apud homines eſt tribunal. Ne ex iis, quæ vides, hunc iudices. Ne ea quæ fiunt tantummodo intuearis. Eſt alius iudex inuiſibilis, incorruptum & ſincerum eſt eius tribunal, nec decipi aut à vero deflecti poteſt. Ne te moueat, quod infrà condemnatus eſt, ſed quæ ſupra ſunt, ea talia non ſunt. In iudicio enim quod hic agitur, ſæpè etiam innocentes condemnantur, & nocentes dimittuntur, iuſti pœnis addicuntur, & iniuſti effugiunt. Et plerique mortalium iudicia corrumpunt partim lubentes, partim nolentes. Vel enim ius & fas ignorantes, & decepti, vel videntes quidem, pecuniis verò corrupti prodiderunt veritatem, & contra innocentes ſententiã tulerunt; at ſuprà nihil horum locum habet. Nam Deus iudex iuſtus eſt, & iudicium eius, vt lumen, egredietur. Tenebris caret, nullas habet latebras, nec vllo modo de recta ſemita deiici poteſt.

Ne enim ille diceret, apud homines iam cõdemnatus eſt, quid ei patrocinaris? duxit eum ad ſupernum iudicium, ad terribile illud tribunal, ad forum illud incorruptum; ad iudicem, quem nullis rationibus in errorẽ inducere licet. Reuocauit ei in memoriam tremendum illud iudicium. Eò, inquit, reſpice, & non feres condemnatoriam ſententiam, neque infrà cum hominum turba conſiſtes, ſed admiraberis & approbabis iudicium cœleſte. *Neque tu times Deum.* inquit. Vidiſti Philoſophiam latronis. Vidiſti intellectum, vidiſti doctrinam. Confeſtim à cruce ad cœlum tetendit; Vide, quomodo Apoſtolicam legem impleat, nec ſua curet, ſed omnia faciat & moliatur, vt alterum ab errore exſoluat, & ad veritatem traducat. Cum enim dixiſſet: *Neque tu times Deum*; addidit. *Quia in eadem damnatione ſumus.* Conſidera confeſſionem abſolutam. Quid eſt, *in eadem damnatione ſumus?* In eadem, inquit, pœna; Nam & nos in cruce ſumus. Ergo cum illum opprobriis appetis, teipſum prius cõuiciis inceſſis. Quemadmodum igitur is, qui peccatis obſtrictus, alterum condemnat, ſe ante illum condemnat: ſic & is, qui aliqua calamitate preſſus, alteri calamitatem exprobrat, ſibi ipſe prius, quam alteri, calamitatem exprobrat; *In eadem,* inquit, *damnatione ſumus.* Quid facis, ô latro? num veſtri participem facis, cùm ais, in eadem damnatione ſumus? Nequaquam, inquit. Corrigo dictum per ea, quæ mox ſequuntur. *Et nos quidẽ,* inquit, *iuſtè; Digna enim factis recipimus.* Ne enim audito quod dixit: *in eadem damnatione ſumus*; putares, quod Chriſtum ſcelerum participem feciſſet; ideo ſeipſum quaſi corrigens, adiecit: *nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus.* Vides confeſſionem perfectum in cruce. Vides quomodo his verbis peccata ſua eluerit. Vides quomodo propheticum illud monitum impleuerit: *Dic primus tuas iniquitates, vt iuſtificeris.* Nemo illum coëgit, nemo accuſauit, nemo inſtitit. Ipſe ſui ipſius fit accuſator. Qua de cauſſa in poſterum omni accuſatore caruit. Anteuertens enim, partes accuſatoris ſibi ſumpſit, &, ſeipſum, quis eſſet, publicè prodidit his verbis: *Nos iuſtè, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali egit.* Vides reuerentiam longè lateque diffuſam, quando ſeipſum accuſarat, quando arcana pectoris ſui exprompſerat, quando pro Domino defenſionem inſtituerat; (*nos quidem iuſtè, hic verò nihil mali egit*) tunc, & ſupplicationem offerre auſus fuit his verbis: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.*

Non auſus fuit prius dicere: *Memento mei*, quoadvſque per confeſſionem ſeſe à ſordibus peccatorum expurgauit; quoaduſque ſeipſum condemnãs, iuſtum & innocentem effecit; quoaduſque per accuſationem ſcelera depoſuit. Vides quantum poſſit confeſſio etiam in ipſa cruce. Hæc audiens, chariſſime, ne deſperes teipſum: ſed infinitam humanitatis diuinæ magnitudinem tecum reputans, properes ad emendationem peccatorum. Si enim latronem in cruce tanto honore dignatus eſt, multo magis nos inſita ſua benignitate dignabitur, ſi velimus peccatorum confeſſionem inſtituere. Vt igitur & nos humanitate illius perfruamur, peccata propria confiteri ne erubeſcamus. Magna enim confeſſionis vis eſt, & multa eius potentia. Ecce enim & iſte confeſſus eſt, & paradiſum reperit apertum. Confeſſus eſt, libertatemque loquendi adeptus eſt is, qui latro fuerat. Ad id enim vſque tempus non petiuit regnum cœlorum. Vnde, dic mihi ô latro, regni recordatus es? Quid eius ſimile nunc vidiſti? Quæ vides, claui ſunt & crux, & accuſationes & ſcommata & conuicia. Vtique, inquit. Nam ipſa crux Regni mihi videtur ſymbolum eſſe. Propterea ipſum Regem voco. Regis enim eſt pro ſubditis mori. Ipſemet dixit: *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus.* Igitur & Rex animam ſuam ponit pro ſubditis. Cùm ergo animam ſuam poſuerit, ea propter Regem nomino. *Memento mei Domine cum veneris in regnum tuum.*

Vis diſcere quomodo crux ſit regni nota & ſymbolum, & quam inclyta res ſit? Non reliquit ſolam in terra, ſed duxit eam in cœlum. Vnde hoc liquet? Cum ipſo ventura eſt in ſecundo eius & glorioſo aduentu. Sed videamus quomodo cum ipſo ſit ventura. Audi ipſum Chriſtum dicentem. *Si dixerint vobis, ecce in penetralibus eſt Chriſtus, ecce in ſolitudine, ne exeatis,* de ſecundo ſuo aduentu hæc dicit, propter falſos Chriſtos, & propter Pſeudoprophetas, & propter Antichriſtum, ne quis circumuentus in illum incidat, cùm enim Antichriſtus ante crucem Matth. 24

A Vis & alios videre non ex nouo, ſed ex veteri
Teſtamento, qui idem factitant? Tunc enim maxi-
mè admirandum eſt, quando illi, quibus non eſt
imperatum, inimicos diligere, ſed *oculum pro oculo,*
& dentem pro dente eiicere, & par pari referre, ad
Apoſtolicæ perfectionis culmen euadunt. Audi
ergo, quid dicat Moyſes, toties à Iudæis calumniis
Exod.32. appetitus, *Si dimittis illis peccatum, dimitte; ſi verò non, de-*
le me de libro quem ſcripſiſti. Vides quemlibet ex iuſtis
alienam ſecuritatem præpoſuiſſe ſuæ. Nihil pecca-
ſti, cur vis eſſe particeps ſupplicij? Non ſentio, in-
quit, felicitatem, ſi alij rebus aduerſis conflictentur.
Poſſumus autem & alium reperire, qui ſimilem pre-
cationem inſtituat. Data enim opera adfero multa
exempla, vt vel ſic nos ipſos corrigamus, grauique
hoc morbo animam liberemus, nempe ne mala im-
precemur inimicis. Audi & beatum Dauidem: Quid
ait, Deo irritato, & iam miſſo Angelo, qui multitu-
dinem puniret? Videns Angelum ſtricto gladio in-
2.Reg. 12 & 24. B ſtructum, ictumq. iam iam intentantem: *Ego, inquit,*
qui paſtor ſum, peccaui. Hi, qui oues ſunt, quid fecerunt? Fiat
manus tua ſuper me, & ſuper domum patris mei. Vides ite-
rum ſimilia præclarè facta. Vis & alium tibi oſten-
dam idem facientem? Samuel Propheta à Iudæis
iniuria affectus, contemptus, reiectus, & tanta igno-
minia notatus eſt, vt Deus ipſe ei aliquid conſola-
tionis afferre voluerit. Attendite, oro, diligenter.
Dixit enim ad illum Deus. *Non te abiecerunt, ſed me.*
Quid igitur ille, qui reiectus fuerat, dedecore, con-
temptu, & iniuria affectus? Audi quid dicat. *Abſit à*
1.Reg.12 *me hoc peccatum in Domino, vt ceſſem orare pro vobis.* Pec-
catum arbitratus eſt, non orare pro inimicis. Ab-
ſit à me, inquit, vt ita peccem, vt deſinam pro
vobis orare.

Vides quomodo quilibet ex iuſtis huius præcla-
rè facti ſingularem curam habuerit, Domini veſti-
giis inſiſtens. Reſumamus igitur de integro quæ
C dicta ſunt. Dominus ait: *Dimitte illis hoc peccatum, non*
enim ſciunt, quid faciant. Stephanus dixit: *Ne ſtatuas illis*
hoc peccatum. Paulus dicebat. *Optabam anathema eſſe à*
Chriſto pro fratribus meis ſecundum carnem Moyſes ſimili-
ter: *Si dimittis illis peccatum, dimitte: ſi verò non, dele me de*
libro, quem ſcripſiſti. Dauid ait: *Fiat manus tua ſuper me &*
ſuper domum Patris mei. Ad eundem modum Samuel.
Abſit à me hoc peccatum in Domino, vt ceſſem orare pro vobis.
Quam igitur veniam nos conſequemur in poſterũ,
qui cum de nouo ſunt, & qui de veteri Teſtamento,
omnes nos impellant ad hoc, vt preces pro inimicis
fundamus, ſi non omni ſtudio & diligentia hoc præ-
ſtare conemur? Ne igitur cunctemur, rogo: quo e-
nim plura ſuppetunt exempla, tanto maior nobis
impendebit pœna, ſi imitari nolimus. Multo enim
maius eſt pro inimicis orare, quam pro amicis. Nec
tantas nobis fert vtilitates oratio pro amicis, quan-
tas oratio pro inimicis. Audi Chriſtum dicentem. *Si*
Matth.5. *diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis merces erit? nonne &*
publicani hoc faciunt? Si igitur pro amicis oremus, non-
D dum publicanis meliores effecti ſumus. At cum ini-
micos diligimus, & pro inimicis oramus, Deo ſimi-
les efficimur, quantum quidem humanæ naturæ fas
eſt. *Eſtote, inquit, ſimiles Patris veſtri, qui in cælis eſt. Qui*
ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper
iuſtos & iniuſtos. Cum igitur & à Domino, & à ſeruis
exempla nobis ſubminiſtrentur, æmulemur, & re
ipſa virtutem hanc præſtemus, vt etiam digni ha-
beamur conſequi regnum cœleſte, & ad metuen-
dam hanc menſam maiore cum libertate acceda-
mus, expurgata propria conſcientia, promiſſaque
bona adipiſcamur, gratia & benignitate Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri ſimul & ſancto Spi-
ritui gloria, potentia, honor, nunc & ſemper, & in
ſæcula ſæculorum. Amen.

A

ORATIO
S. IOANNIS CHRYSOSTOMI,
MAGNO PARASCEVES
DIE DICTA.

Eodem Interprete.

CONSECXVM à nobis eſt iein- Crucis efficacia.
nij certamẽ, & in Crucem deſiit.
Quò enim oportebat victoriæ fi-
nem, niſi in trophæum deſinere?
trophæum enim eſt Crux, quod
ſemel fixum, ſemper dæmones
B vertit. Vbi enim idola, & vanæ a-
nimalium cædes, vbi templa & impietatis ignis? Ex-
ſtinctus eſt. Omnia per ſanctum eumque vnicum
ſanguinem conciderunt. Crux præpotens poteſtas
eſt, telum inaſpectabile, medicamentum materiæ
expers: fons dolores fugans, ignominiæ expers
gloria. Quare etſi infinita alia dicam de Chriſto, etſi
infinitis miraculis percenſendis obſtupefaciam au-
ditorem: non tantum illis, quantum cruce glorior.
Exempli cauſſa: Ex virgine prognatus eſt Ieſus:
magnum miraculum; nuptias tranſcendere, & na-
turam innouare: verùm niſi Crux extitiſſet, non
ſeruata operibus prima Paradiſi virgo fuiſſet. Nunc
verò Crucis tempore prima ſeruatur mulier, anti-
quum malum nouis chariſmatis curans. Reſurrexit
enim mortuus in Galilæa: at rurſus mortuus eſt: ego
verò poſtquam per Crucem reſurrexi, non poſſum
amplius mortem incurrere. Nauigauit Ieſus mare,
Deus nauigio vſus eſt: breuem ac temporariam vti-
C litatem præbuit lignum: ego verò accepi lignum æ-
ternum: bonum, quo pro remo vſus, ſpirituales ne-
quitiæ fluctus diſpello.

Paſti ſunt quinque millia ſub vno Crucis vexil-
lo: vbi igitur ſunt cibi reliquiæ? Quomodo non
præſens, præſentium reliquias accipiam? Duodecim
enim ſuperfuerunt fragmentorum cophini: quibus
reſpondet par Gratia. Crucifixus eſt Chriſtus, &
ſemper paſcimur, ac ſaturi rurſus quærimus, & plus
reliquum eſt. Inexhauſta enim eſt Gratia. Laudetur
dies lucis genitrix, per quam cæteræ dies ad læti-
tiam vocatæ ſunt. Audi quomodo. Hodie Adam for-
matus eſt, ſexta die, hodie formam geſtauit diuinã,
hodie paruus mundus in mundo conditus eſt, hodie
primus homo tanquam gubernator præclara totius
humanæ naturæ obtinuit gubernacula, animanti-
bus cunctis præpoſitus; hodie mandata accepit li-
beri arbitrij, hodie excidit Paradiſo, hodie rurſus
introductus eſt.

D O multiplicem diem, ô luctuoſum, & luctus ex-
pertem; ô dies qui manè dolorem, veſperè lætitiam
attuliſti: imò verò quot quantaque vulnera curaſti?
Mœſtus vobis confiteor, antiquis me teneri affe-
ctionibus, cùm audio Adamum patriis laribus exci-
diſſe, hominem Paradiſi ciuem, qui ſine agricultura
alebatur, ſine imbre deliciis affluebat, nihil ſudori-
bus aut ligone, aut laboribus, aut ærumnis ad vitam
opus habebat, arboribus ſemper florentibus frue-
batur, de floribus in flores tranſibat, de fructibus in
fructus tranſgrediebatur, neceſſitatem cum cupidi-
tatibus congruentem habebat, verùm non habebat
propter pulchritudinem rerum quas videbat, cui
prius manus iniiceret. Fleui ſæpenumerò cùm vi-
derem eum tanta excidiſſe beatitudine: communis
enim eſt ea calamitas, noſtrumque genus attingit.
Poſtquam autẽ in Euangelia incidi, & offendi hunc
diem (ſextus enim erat & ille & hic) & poſui dolo-
rem, & oratione exulto, dico mihi ac vobis: aufugit

dolor, triſtitia, gemitus: vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua.

Vt enim medici ſerpentum ictibus ita medentur, vt ex ipſis eliciant ſalutaria medicamenta, eaque componant, occaſione & inſtrumento ægritudinis ægritudinem oppugnantes: ita Saluator omnibus malorum occaſionibus ad bonum vſus eſt, amarum fecit dulce, fel in medicinam conuertit, mortis ſtimulum in ipſam retorſit, ligni noxam in ſalutem commutauit: diem qui mundum perculerat, abſtulit, in eiuſque locum ſubſtituit diem, qui mundum exhilarauit. Mihi ne credas, ſed his oculis. Vide præſentem conuentum & concurſum, & ceſſa mecum contendere. Dies Crucis eſt, & omnes exſultamus, & ieiunamus à malo, & puri ſumus ex omni parte, intus, extra. Hæc eſt feſti huius ratio, hic lætitiæ modus. Parua dico potentiæ Crucis miracula.

Aſpice orbem terrarum, quot vici, quot vrbes, quot loca, quot gentes, quot inſulæ, quot flumina, quot littora, quot genera, & tribus & Barbarorum linguæ ſint: hi omnes propter Crucem cibis abſtinent, eius vi affectus crucifigunt, & ſoluitur nox multis, nec ſoluitur ieiunii labor. Et iam cur conuenimus audire quippiam de Cruce, & conferta Eccleſia, alios trudimus ſudantes, laborantes: & quidem coram iudicibus ſępe prima ſedes nobis offertur, at verò coram Ieſu libenter ſtamus, quòd & Ieſus ſtetit propter nos, vt ſiſteret malitiæ fluenta. Quid ergo factum eſt hodie? Ne omnino nos prætereant huiuſce diei miracula.

Lux erat, ipſumque diluculum, & introducitur ligatis manibus in prætorium Pilati. Quibus manibus? quæ cæcis curationem, claudis medicinam adhibuerant. Et vinclis aſtringebantur digiti, qui oculos hominum formauerant. Medicus naturæ detinebatur, ne ſuum artis opus abſolueret. Hæc Domino repenſa ſunt. Ligatus eſt qui ligat in nubibus aquas, qui ſoluit compeditos in fortitudine, qui captiuis dimiſſionem largitur. Ligatus eſt qui Lazarum mortis vinculis exſoluit, ductus eſt in Prætorium, qui infinitis Angelis ſtipatur. Aſſitit Pilato qui thronum habet cœlum: vinctus trahebatur opifex ab opificiis, fictor à figmento, conditor à condito. Quid igitur poſt hæc, quid fit? Et ipſi, inquit, non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha. O multam iniquitatem: cædem iniuſtam moliuntur, & in Prætorium ingredi recuſant, cauent ne contaminentur, cùm iam ſint contaminati, ouem oue redimentes. Suſtinuit igitur iudicium, totius orbis terrarum iudex; ſuſtinuit teſtes, animarum teſtis, conditor & iudex. Et homines quidem ſedebant iudicantes, Deus verò ſtabat, ſtanſque ſilebat. Ad veſtibula hominum ſtabat cœleſtium portarum Dominus.

Interrogatus Pilatus: fortaſſe Iudæis humanior: quid dico, Fortaſſe? monſtrabunt res geſtæ veritatem. Quam accuſationem adfertis aduerſus hominem hunc? Quis poteſt Deum culpare? Cogor enim cum Pilato loqui. Ieſus enim ſilet non verborum inops Verbum, ſed ne reſponſione amoliretur Crucis coronam. An opes expetiuit inops? domos alienas is, qui nunquam habuit, vbi caput reclinaret? pecunias is, qui ſuos diſcipulos vſque ad zonam nudauit? Cùm aſinum non haberet, alienum comparauit, vt liberis veſtris benediceret. Dicite cauſſam, fingite, iuſte interficite. Reſponderunt ei Iudæi; Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Magna videlicet facinorum demonſtratio, indefinita pronuntiatio. Dicito crimen, nec decipito auditorem. Dicit eis Pilatus: Accipite eũ vos, & ſecundum legem veſtrã iudicate. Æquus iudex depoſuit onus, idque Iudæorum capiti impoſuit: vos accipite criminis participem. Dicunt ei Iudæi: nobis non licet interficere quemquam. Quomodo igitur interfeciſtis Eſaiam, quomodo Zachariam, quomodo Prophetarum ſingulos? At non licet vobis interficere, non quia nolitis, ſed quia non poſſitis. iam enim erant ea poteſtate à Romanis ſpoliati.

Soluta igitur iam eſt lex, rebus ipſis ceſſans, quanquam atramento adhuc ſcripta: ſoluitque eam ligatus Ieſus. Pilatus verò: Ego nullam cauſſam inuenio in eo. Non tu ſolùm, ô Pilate, ſed neque Iudæi, ſed neque cæci, ſed neque mortui, nec ſol, nec luna, nec mundus, nec iuſti omnes. Prophetæ & Martyres: neque inuentus eſt dolus in ore eius. Omnes Pilato aſtipulantur iuſtam ferendo ſententiam: ſoli repugnant Iudæi, clamore certantes, & tumultu veritatem obſcurare contendunt, illudque Eſaiæ confirmant: *Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcam*, nec iuſtitiam, ſed clamorem. Dum hæc gerebantur, & Pilatus neque dicere, neque audire poterat propter confuſas turbas, & ſeditio cogitabatur: miſit ad eum vxor, præclara opitulatrix, currentem maritum inhibens: Nihil, inquit, tibi & iuſto illi. Si quidem potes, ſerua eum: ſin haud potes, teipſum conſerua. Tantùm non dixit illud Dauidis eloquium: Ne vnà perdas cum impiis animam tuam, & cum viris ſanguinum vitam tuam. Nihil tibi & iuſto illi: multa enim paſſa ſum per viſum propter eum. Tanquam alter Ioſeph, veritatem per inſomnia cognitam aduerſus Iudæorum clamores teſtatur. Decebat enim eos à fœminis vinci. Vicit eos Rahab meretrix, vicit eos quæ ſanguinis fluxum patiebatur, vicit Chananæa; & nunc rurſus fœmina eis aduerſatur. Anguſtiis cincti ſunt.

Reſponderunt ei Iudæi: *Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori.* Quam legem? quibus verbis confirmatam? iis fortaſſe, quæ hodie lecta ſunt: *Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & tanquam agnus coram tondente ſe mutus, non aperuit os ſuum.* Propter ſcelera populi mei ductus eſt ad mortem. Hæc inuenio quæ ipſis patrocinentur: aliàs nequaquam iuſtè Ieſum mactari video. Intrauit Pilatus in Prætorium cedens Iudæorum furori, extincturus inextinctam flammam. Ingreſſus & egreſſus, magis ignem accendit. Exiuit enim cum Ieſu coronato, ingrato Iudęis ſpectaculo: oſtenditque eis hoſtem iam coronatum, iam victorem, iam regio cultu ornatum. Nam etſi hoc per contumeliam factum eſt: regnum tamen, quod ei naturaliter competit, ſignificauit. Poſtquã autem viderunt, quem ſæpe viderant, quem nunquam viderant, quem quotieſcunque videbant, accendebantur, interioreque flamma conſumebantur (volentes enim inflammati ſunt) extulerunt contra ipſum Sodomiticum clamorem. extulerunt & elati ſunt: Tolle, tolle, crucifige eum. Regem veſtrum vultis crucifigam? Non habemus, inquiunt, Regem niſi Cæſarem. Negant extra perſecutionem, quippe deſertores olim Dei poſt Ægypti mala auerſa: Hi ſunt Dij tui, Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Non habetis Regem niſi Cæſarem? Quis ergo deduxit vos per deſertum, aut quis pauit? Quem inclamat Moyſes dicens: Dominus regnans in ęternum & vltra. Quoniam ergo negaſtis regem veſtrum, manete deinceps rege deſtituti, iugum ſeruitutis æternum trahentes.

Iſa.53.

Hæc hucuſque geſta ſunt: ſed videamus reliquam quoque partem diei: totus enim ſanctus eſt. Acceperunt eum coronatum: quibus rebus? ſpinis, Iudæorum videlicet donis. Expectaui vt faceret vuas, & protulit ſpinas. Colaphos, verbera, flagella expertus eſt, ſed citra vllum dedecus. Sta cum Eſaia, & aſpice Deum oculis illius. Quid igitur ille dicit? *Domine quis credidit auditui noſtro?* Vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem: ſed ſpecies eius inhonorata, deficiens à filiis hominum. Non habebat decorem neque ſpeciem, omnis decoris artifex. flebat

enim

Secundũ humanitatem, non ſecũdum diuinitatem patiebatur.

enim Iudæorum mala : homo percuſſus,& ſciens A ferre infirmitatem ; homo, non Deus. Homo enim erat,& non Deus,qui percutiebatur. Quid ergo iſte laborioſus,ærumnoſus,& ab omnibus petitus? Num etiam iuſtè,quæ patitur,patiatur? Iſte peccata noſtra fert, & pro nobis dolet. Ego nullam cauſſam inuenio in eo. Verùm ne te pudeat ignominioſorum bonorum. Tanta quippe paſſus, manſit perpeſſionis expers:vulneratus, conſputus eſt, turpiſſima ſuſtinuit, & idem manet honoratus, glorioſus, vt ipſe Iſaias dicit: Et nos reputauimus eum eſſe in labore, & percuſſum,& afflictum: ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtra, & infirmatus propter iniquitates noſtras. Igitur & ipſe & nos vulnerati iacemus. Liuore eius ſanati ſumus. Mortuus mortuorum medicus, vulneratus, hominum, qui laboribus affliguntur, remedium.

At quouſque tandem noſtram libertatem per ambages protrahis? dic dilucidiùs quod quærimus. B Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt,& tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit. Bona ouis malis cocis prodita. Si mactatis ô Iudæi,ne tondete: ſin tondetis, parcite oui bonos fructus ferenti. Ducebantur autem & alij cum eo nequam duo. Producta enim à nobis eſt oratio in vndecimam horam diei, vt nemo vitam ſuam deſperet. Ac volebam ſanè præterire hiſtoriam, quòd iam ſæpe commemorata ſit:ſed video latronem,qui me aſſiduè per vim ad ſe rapit. neque mirum. etenim Paradiſi portas per vim rupit,arte ad ſalutẽ verſa. Pendebat in cruce agnus, & duo lupi. ſed alter animo in terra permanſit, alter iam mutabatur: Memento mei,inquit,cùm veneris in regnum tuum. O potentiam Ieſu:latro iam Propheta eſt, & è cruce prædicat. Memento mei Domine,cùm veneris in regnum tuum. Quid ergo regium vides ô latro? alapas,cõſputationes, clauos, lignum,& Iudæorum ludibria, & lanceam militum, quæ iam ſtringebatur. Enimuero non video,inquit, C quæ apparent; Angelos circumſtantes video, ſolem fugientem, velum ruptum , terram trementem, mortuos iam fugere parantes. Ieſus omnes recipit, illiſque etiam, qui circa vndecimam horam venerunt, operariis eundem dat denarium. Amen dico tibi (accipe & tu hanc vocem, amen, ô latro, qui hodie latro es) hodie mecum eris in Paradiſo. Ego te, qui expuli, introduco, qui portas Paradiſi clauſi, qui gladio igneo munij: niſi enim ego introducam, manent portæ clauſæ. Age ô prædator Diabolum deprædate , & victoriæ aduerſus eum partæ coronã potite. Hominem conſpicatus, & Deum adoraſti; priſtinis abiectis, & aſſumptis armis fidei. Quæ cum ita ſint, omniaque ſanctificata fuerint; ex cœleſtibus corporibus, ſol: ex plantis, lignum: ex animalibus, fel: ex textilibus, tunica non rupta: ex mari, purpura veſtimenti: ex metallis & ferro, lancea, & claui, & gemini fontes, ſanguinis & aquæ profuſæ: Saluator quod ſuum erat, fecit. Pater dimitte eis peccatum. D Quibus dimittas? Græcis, Iudæis, Peregrinis, Barbaris, omnibus omnino. Semel enim dixit, & ſemper opus conficitur. Non enim de hoſtibus tantùm dixit, Dimitte : ſingulis annis dicit, ac ſemper dicit, & qui vult, accipit.

Conuenerunt omnes ad Prætorium Pilati. Quid dixerunt? *Scimus quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam.* Omnino ſcis : omnino meminiſti reſurrexiſſe. Muni ſepulchrum : mihi enim inque meum commodum id facies: cuſtodi mortuum, ne fugiat. *Habetis*, inquit, *cuſtodiam : ite, cuſtodite ſicut ſcitis.* Interfeciſtis ſicut ſcitis; ſicut ſcitis obſtruite: ſicut ſcitis cuſtodite, niſi cuſtodiuiſtis, mihi anſam excuſationis relinquitis. Nunc verò vobis ipſis trado eum, qui dum viueret, à vobis detentus eſt, at vbi interfectus eſt, omnes vos latuit. Maneamus ergo ſobrij, vt profundum Iudæorum ſomnum videamus, & vnà cum cœleſtibus exercitibus feſtos A dies agamus, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO
S. IOANNIS CHRYSOSTOMI,

NE ERVBESCAMVS CONFITERI VEnerandam Crucem, & vt per illam Chriſtus nos ſeruarit; & vt oporteat in illa gloriari. Et de virtute, & quomodo noſtram ſalutem deſideret, & de eleemoſyna.

Eodem Interprete.

B Hoc eſt, fratres, ſignum, quod Dominus omnibus ſe daturum promiſit his verbis ; *Generatio praua & adultera ſignum quærit; & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ*, crucem intelligens, & mortem, & ſepulturam, & reſurrectionem. Rurſus aliter vim crucis declarans alibi dicebat : *Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum* ; Hoc eſt, quando me crucifixeritis, & exiſtimaueritis me victum, tunc maximè vim meam perſpicietis. Et rectè id Chriſtus affirmauit. Etenim poſt crucifixionem Iudaici ritus & cæremoniæ defierunt; prædicatio floruit: ad fines orbis terrarum verbum (Domini) peruaſit: & terra, & mare, tam habitabilis quàm non C habitabilis orbis, potentiam eius perpetuò decantant. Nullus igitur veneranda ſalutis noſtræ ſymbolar caputque & ſummam bonorum, per quam & viuimus, & per quam ſumus, erubeſcat, ſed vt coronam, ſic crucem Chriſti circumferamus. Nam omnia religionis noſtræ per illam perficiuntur: ſiue regeneratione opus eſt, crux præſtò eſt, ſiue alendi ſimus ſpirituali illo & tremendo alimento , ſiue quodcunque aliud faciendum, vbique victoriæ nobis adeſt ſymbolum; ob hoc & in ædibus, & in muris, & in foribus, & in fronte, & in mente , magno ſtudio (ſignum hoc) depingimus. Noſtræ enim ſalutis, & curæ, quã Dominus circa nos gerit, ſignum hoc manifeſtatio eſt.

Matth. 12.

Ioan.

Quando igitur conſignaris, mente reuolue tecum totum crucis argumentum, iramque exſtingue, & reliquas immoderatas affectiones. Quando conſignaris, multa reple frontem libertate. Liberum animum efficito. Liquidò autem exploratum vobis eſt, D quænam ſint illa, quæ libertatem nobis præbent: quippe, qui beatum Paulum clamantem & ad competentem nobis libertatem nos inducentem audieritis. At qua ratione id facit? Dominicæ crucis & ſanguinis nos commonefaciendo his verbis. *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.* Conſidera, inquit, perſolutum pro te pretium. & nullius hominis ſeruus efficieris. Pretium appellat ſanguinem in cruce effuſum: Non enim ſimpliciter digito crux deſcribenda, ſed prius magna fide in voluntate, & poſtea in vultu efformanda eſt. Nullus malignorum Dæmonum ad te accedere poterit, videns enſem, quo plagam accepit: videns gladium, quo lethale vulnus ei inflictum eſt. Si enim nos cùm loca aſpicimus, in quibus damnati, capite plectuntur, exhorreſcimus, cogita, quid paſſurus ſit Diabolus, cùm armaturam illam videt, qua vniuerſam eius potentiam Chriſtus diſſoluit. Ne igitur te tanti boni pudeat, ne tui itidem pudeat Chriſtũ, quando venerit cum

Crucis ſignum in fronte ſolum formari.

1. Cor. 7.

gloria

A gloria ſua, cũque ante ipſum apparuerit hoc ſignum plus quàm ſolis radii collucens.

Etenim crux tunc apparebit, vocemque mittet conſpectu ſuo, atque pro Domino ſuo ad omnes orbis terrarum homines defenſionem inſtituet, oſtendetque, nihil ab eo prætermiſſum eſſe, quod ad illorum ſalutem pertineret. Hoc ſignum & maiorum noſtrorum temporibus ianuas clauſas aperuit. Hoc noxia pharmaca exſtinxit. Hoc cicutæ vim diſſoluit. Hoc venenatorum animalium morſibus medicinam fecit. Si enim inferni portas reſerauit, cœlorumque orbes recluſit, & paradiſi ingreſſum renouauit, & diaboli neruos incidit: quid mirum ſi & noxiis medicamentis & beſtiis, & id genus aliis potentius & efficacius exſiſtat. Hanc igitur crucem inſculpe tuæ menti, & complectere ſalutem animarum noſtrarum. Nam hæc crux orbem terrarum conuertit, errorem expulit, veritatem reduxit: Ex
B terra cœlum effecit, ex hominibus Angelos reddidit. Propterea Dæmones non amplius ſunt terribiles, ſed deſpicabiles, neque mors amplius, mors eſt, ſed ſomnus. Cruce omnia nobis aduerſantia humi ſunt proſtrata & conculcata.

Si igitur quis tibi dixerit: Num crucifixum adoras? reſponde læta voce & hilari vultu: & adoro, & adorandi finem nullum faciam. Quod ſi riſerit: defle eum, quia inſanit. Age gratias Domino, quod iis beneficiis nos cumularit, quæ nemo ſine ſuperna reuelatione percipere valet. Nam idcirco & iſte ridet: quia animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus. Cùm & pueris idem eueniat, quando quid rerum præſtantium & admirandarum vident. Et ſi infantem ad myſterium aliquod introduxeris, ridebit. His infantibus Gentiles etiam ſunt ſimiles, vel potius his multò ſunt ſimpliciores & inſipientiores, eamque ob cauſſam miſerabiliores, quia illis non
C immatura ætate, ſed in perfecta, idem quod pueris euenit. Vnde nec venia digni ſunt. Sed nos clara voce & magna clamantes, & altè vociferantes, dicamus, quod ſi omnes Gẽtiles adfuerint, adhuc maiore libertate profiteamur, gloriationem noſtram crucem eſſe, & caput bonorum omnium, & libertatem, & coronam omnem.

Galat. 5. Vtinam poſſem & cum Paulo dicere: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*, ſed nequeo variis conſtrictus perturbationibus. Quocirca moneo vos, &

Crucifigi mundo debemus. ante omnes meipſum, vt crucifigamur mundo, nihilque commune habeamus cum terra, ſed ſupernam patriam, & quæ inde venit, gloriam, & æterna bona aſſequi ſtudeamus. Etenim Regis cœleſtis milites ſumus, & ſpiritualia arma induimus. Cur igitur cauponum, circumforaneorum, magis verò vermium vitam ſectamur? Vbi Rex eſt, ibi & ſatellitem eſſe oportet. Nam milites ſumus non eorum quæ
D procul, ſed quæ propè ſunt. Terrenus quidem Rex haud patiatur omnes in regia verſari, aut lateri eius propius adſiſtere: At Rex cœlorum omnes vult eſſe propè ſuum regium thronum. Et quomodo fieri poteſt, dixerit quis, vt qui hic degit, throno illi adſiſtat? Quia & Paulus, cùm in terris ageret, erat, vbi erant Seraphim, & vbi Cherubim. Quin potius propior iſte Chriſto fuit, quam illi ſtipatores Regi. Hi enim ſæpius ad multa multa loca oculos circumferunt: illum autem nulla ſpecies obiecta diſtrahebat, aut circumducebat: ſed tota mente & cogitatione in Regem & Dominum intentus erat. Itaque, ſi velimus: idem nobis efficere & præſtare fas erit. Nam ſi loco à nobis diſtaret, meritò dubitares: ſi autem vbique præſens eſt, diligentiam adhibenti & animum aduertenti vicinior erit. Quare & Propheta, *non timebo mala*, inquiebat, *quoniam tu mecum es*. Et ipſe Deus rurſum. *Deus appropinquans ego ſum, & non à longè.* Quemadmodum igitur peccata ab illo nos ſeparãt, ſic & iuſtitia nos cum illo coniungit. Adhuc *loquente te*, inquit, *dicam, adſum.*

A Quis pater aliquando tam promptè literis obtemperet? Quæ mater adeo parata eſt ſtatque ſemper, ſi fortè ipſam vocent liberi? Nemo eſt, nec pater, nec mater. At Deus perpetuò ſtat præſtolans, ſi quis fortè ſeruorum ſeſe vocet: neque vnquam nos, cum quo par eſt modo, inuocauimus, non exaudiit. Ea de cauſſa ait: *Adhuc te loquente*: quaſi dicat, non exſpecto te, vt compleas, ſed ſtatim exaudio. Inuocemus ergo illum, vt inuocari vult. Quomodo verò vult? *Solue*, inquit, *omnem colligationem iniquitatis, diſſolue nexus & verſutias violentorum & iniquorum contractuum, omnem ſyngrapham, cautionemq; te iniquam lacera, frange eſurienti panem tuum, & mendicos tecto carentes induc in domum tuam, ſi videris nudum, operi eum, & à cognatis ſanguinis tui, oculos ne auertas. tunc erumpet matutina lux tua, & ſanitas tua citò orietur, & anteibit coram te iuſtitia tua, & gloria Domini te colliget, tunc inuocabis me, & exaudiam te, adhuc loquente te, dicam: ecce adſum.* Iſa. 58.
B Et quis, dixerit quiſpiam, hæc omnia facere poteſt? Quis verò non poteſt? cedò. Quid enim difficile ex dictis, quid laborioſum, quid non facile? Ita enim ſeſe res habet: non ſolùm hæc fieri poſſunt, ſed & facilia ſunt: quia multi metam prædictorum tranſgreſſi non modò iniquas tabulas confregerunt, ſed & quidquid fortunarum habebant, abiecerunt, non tecto, non menſa pauperes recipientes, ſed & multo ſudore laborantes, vt ſeipſos alere poſſent, beneficiis, non in cognatos modò, ſed & in hoſtes collatis.

Quid verò in prædictis difficultatis ineſt? Neque enim dixit: Tranſili montem, tranſi mare, perfode tot & tot terræ iugera. Sine cibo permane, ſaccum induc: ſed fac participem de domo tua: fac participem de pane tuo. Iniuſtas literas diſcerpe. Quid, dic age, his facilius? Quod ſi ardua eſſe arbitraris, Eleemoſynæ laus.
C intuere & præmia, & omnia tibi facilia fient. Sicut enim Reges in equorum certaminibus & curſibus, in conſpectu eorum, qui decertant, coronas, & veſtes, & brauia ponunt: ita & Chriſtus in medio ponit præmia: extendens illa per prophetarum oracula velut per multas manus. Et Reges quidem, etiamſi infinities Reges eſſent, attamen, vt homines, diuitias quæ conſumi, & liberalitatem, quæ finiri poſſit, habentes: ea quæ pauca & exigua ſunt, vt multa & præclara oſtentare contendunt, quare & præmium omnium cuilibet miniſtro ferendum tradunt, & ſic in medium introducunt. At Rex noſter contrarium facit, omnia in vnum comportata, (quoniam valde eſt opulentus, nihilque oſtentationis gratia facit) in medio proponit, quæ explicata, infinitatis ſunt, & multis manibus, quæ illa teneant, indiget. Et vt hoc cognoſcas, quodlibet illorum attentè, & cum cura conſideres. *Tunc*, inquit, *erumpet matutina lux tua.* An non hoc præmium tibi vnum
D eſſe videtur? Atqui non vnum eſt. Etenim multa intus continet brauia & coronas, & alia præmia.

Et ſi placet, ſeiunctione facta, omnem copiam demonſtremus, prout ea demonſtrare vires conceſſerint. Sed ne defatigemini. Et primùm quidem, ſi videtur, diſcamus, quid ſit, *erumpet*. Quid igitur hoc ſignificat? Celeritatem & largitatem nobis declarat, & quam vehementer cupiat noſtram ſalutem, & quomodo quaſi parturiat, vt bona ab ipſo procedãt, & vrgeatur. Ita, vt dictum eſt, vocabulo *erumpet*, ipſam bonorum copiam & abundantiã, & infinitatem facultatum, quibus præditus eſt, ob oculos ponit. Quid verò *πρώϊμος* ſignificat. Dominum non tunc tantùm tibi adfuturum, poſteaquam in malis fueris, nec poſt malorum acceſſum, ſed antequã exſiſtant, & ingruant. Quemadmodum enim ex fructibus illum appellamus *πρώϊμον*, (*præcocem*) qui ante præſtitutum tempus ad maturitatem peruenit: ita & hic cùm celeritatem denotare vellet, *πρωΐμου* ſeu præcocis vocem vſurpauit; ſicut & ſupra aiebat: *Adhuc loquente te, dicam, ecce adſum.*

A Quale verò lumen intelligit? Et quid tandem eſt illud lumen? Non illud quod ſub ſenſum cadit, ſed aliud multò excellentius, quod cœlum nobis oſtendit, Angelos, Archangelos, Cherubim, Seraphim, thronos, dominationes, principatus, poteſtates, vniuerſum exercitum, ciuitates regias, tabernacula. Cùm igitur lumine illo dignus habeberis, & hæc videbis & liberaberis à gehenna, & à verme venenato, & à ſtridore dentium, & à vinculis illis triſtificis, & ab anguſtia, & à tribulatione, & à tenebroſa caligine, & à ſectione in partes geminas, & ab ignis fluminibus, & à regionibus execrationis & doloris, & deuenies eò, vnde aufugit dolor & triſtitia, vbi multum gaudium, & pax, & charitas, & deliciæ, & lætitiæ, vbi vita ſempiterna, & gloria ineffabilis, & pulchritudo inenarrabilis, vbi æterna ta- B bernacula, & gloria Regis inexplicabilis, & bona illa quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Vbi ſponſus ſpiritualis, & thalami cœleſtes, & virgines lucentibus inſtructæ lampadibus, & quæ veſtem nuptialem habent. Vbi Domini palatia ſunt, & ærraria regia.

Vides qualia & quanta præmia vnico vocabulo demonſtrarit. Et quomodo omnia in vnum collegit & compegit? Ad eundem modum & reliqua vocabulorum euoluentes, ingentem reperiemus copiam, & pelagus infinitum. Ne igitur differamus, neque cunctemur miſereri egenorum; etiam atque etiam moneo, ſed licet omnia ſint abiicienda, licet in ignem iniiciendi ſimus, licet audendum contra gladios, licet in enſibus ſaltandum, & quodcunque aliud patiendum, cuncta æquo animo feramus, vt & indumentum regni cœlorum, & gloriam illam ineffabilem conſequamur, quàm nos omnes aſſequi contingat gratiâ & humanitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria, & potentia in ſæcula ſæculorum. Amen. C

ORATIO S. PATRIS IOAN. CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOpolitani, in venerabilem atque viuificam Crucem.

QVID dicam, aut quid eloquar, aut quo vos nomine compellabo? nautas an gubernatores? diſcipulos an magiſtros? Qui zelum veſtrum vorace flamma vehementio- D rem admirabor? Oues vos nominabo: eſtis enim mites & quieti. paſtores vos vocabo: nam imitamini Dominum veſtrum. nautas vos dicam; ſimiles ſiquidem eſtis optimo gubernatori, qui ad clauum ſedens, & artis peritia tempeſtates euitans, atque incolumem ſeruans nauem, ad tranquillum eam portum deducit. At diſcipulos vos appellabo; quia totius orbis magiſtri eritis. Quid igitur dicemus? Apponam vobis hodie ſpiritualem menſam; non quæ corpus nutriat, ſed quæ ſpiritum corroboret, talis namque eſt menſa ſpiritualis: non ſicut guloſorum, faſtidium generans. ſermo etenim mihi eſt: & quemadmodum, qui vnguentum mandit, non ſolùm odoris ſuauitate ſeipſum recreat, ſed & aſſiſtentes ſibi odoris illius ſuaueolentia reficit. Animos ergo intendite. nam ſunt quidam ex vrinatoribus, qui ſe ipſi è naue in profundum proiiciant margaritas extrahendi gratia; nos verò nauis loco vetus ac nouum teſtamentum habemus, pro clauo crucem, pro gubernatore Chriſtum, protetæ vice Patrem, pro velis gratiam, pro zephyro Spiritum ſanctum, pro nautis Prophetas, pro vectoribus diſcipulos: an non & nos cupido animo in pelagus intelligentiarum proiiciemus?

Itaque ne voſmet negligatis, nec brutorum inſtar vos geratis. Scriptum eſt enim; *ne mittatis margaritas veſtras ante porcos, & ne proiiciatis ſancta canibus.* Porcos audiens, ne veros porcos intellexeris. nam porcos nominat, ventri deditos; canes autem, Chriſto in cruce oblatrantes. Dignas ergo vos margarita exhibete, quam vobis hodie apponam. Agricolæ ſiquidem, non ſimpliciter ſemina iactant, ni prius boues iunxerint, & aratrum traxerint, & ſulcos proſciderint, & ſpinas euulſerint; & tunc terræ ſemina committunt, vt à pluuia in telluris cauitates deferantur: tunc terra producit ſpicam. Attamen expectant agricolæ hiemem, & æſtatem, & imbrem de cœlo, & tempus meſſis, & tunc conuehunt in horrea. Sed ego neque boues iungo, neque ſulcos facio, neque ſpinas euello. Hodie ſero; hodie meto. fœlicem me qualis qualis terræ agricolam dicent. Fœlices autem vos quoque eſtis, dicit enim Ieſus in Euangelio ad diſcipulos ſuos: beati eſtis, ſi ſermonem meum ſeruaueritis. Sed exemplo vobis, quiſnam ſit Deus, declarabo. Similitudine ergo vtens dico: Similis videtur Deus viro in edita rupe conſidenti, & totum mare contemplanti; in quo naues pertranſeant: quodque ob ventorum vehementiam fluctus & tempeſtates excitet: at optimus gubernator ad clauum ſedet, & arte ſua tempeſtates euitare enititur, eo quod tempus veſpertinum eos obruat: aliis recta via progredientibus: aliis naufragium facientibus, ex quibus hominum quorundam corpora iam in aridam eiecta ſint: alij verò arripiant infelicem temonem, & ad terram ſalui peruenire elaborent. cuncta autem hæc aſpicit rupi inſidens. ita ſe habet Deus: Deum verò cùm audis eſſe in excelſis, non ſolùm in excelſis, ſed vbique illum eſſe ſentias, neque enim loco diſtans eſt, ſed cùm ipſe vbique ſui ipſius locus ſit, omnia ipſe continet. Quid enim capere poſſet incorpoream naturam, materiæ expertem, interminatam, incorruptibilem, & inueſtigabilem? ſic concipere oportet Deum.

Matth. 7.

Deum porrò cùm audieris, ne ipſum ſolum reputaris: ſed & Chriſtum Verbũ, eiuſque in carne œconomiam. Quare autem Chriſtus dictus eſt? quia carnem induit. Ieſus dictus eſt; quod item nomen carnis eſt. Filius dictus, quia natus ex Patre. Verbum, quia erat in principio. vnigenitus, quia ſolus ex ſolo genitus. creator; nam omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. quod ſi rem accuratius percipere cupis ſcio eſurientem; ſcio quinque panibus, quinque millia virorum, abſque mulieribus, & paruulis paſcentẽ. ſcio Chriſtum ſitientem; & ſcio Chriſtum aquam in vinum commutantem. ſcio Chriſtum nauigantem: & ſcio Chriſtum ſuper aquas ambulantem. ſcio Chriſtum Pilato traditum: & ſcio Chriſtum Patri aſſidentem. ſcio Chriſtum à Iudæis contemptum: & ſcio Chriſtum ab Angelis adoratum. ſcio Chriſtum mortuum: & ſcio Chriſtum mortuos excitantem. Nauigio itaque vſus eſt, vt te ſecurum redderet: itinera confecit, vt tu non defatigareris: in naue conſedit: vt te ſupra Cherubim locaret. in corpore virgis cæſus eſt: vt te in libertatem reſtitueret: eſuriit, vt te cibaret. ſitiuit, vt te ſanguine ſuo potaret. crucifixus eſt, vt mundum in libertatem vindicaret.

Crucis encomia.

Et ſi vis, dilecte, perdiſcere, quanta ſuppetant encomia de Chriſti cruce philoſophanti, attende. Crux Chriſtianorum ſpes. crux errantium via. crux iniuria affectorum vindex. crux diuitum frenum. crux ſuperborum oppugnatio. crux ſeruorum

liber-

libertas. crux Barbarorum humanitas. crux Regum magnificentia. crux iniquorum lex. crux orbis ſecuritas. crux arma inuicta. crux idolorum deſtructio. crux altarium ſubuerſio. crux nidoris diſſipatio. crux Græcorum cognitio. crux gentium ſalus. crux oppugnatorum auxilium. crux tempeſtate iactatorum tranquillus portus. crux nauigantium gubernatio. crux orphanorum parens. crux Angelorum canticum. crux diaboli ruina. crux dæmonum exterminatio. crux Iudæorum ſcandalum. crux Iuſtorum corona. crux Prophetarum veritas. crux Apoſtolorum prædicatio. crux Martyrum gloria. crux pauperum Euangelium. crux eſurientium panis. crux ſitientium fons. crux nudorum amictus. nuditatem porrò audiens, dilecte, non corporis intelligo, ſed eam quæ ab infidelitate prouenit: nam cùm fidelis baptizatus fueris, tunc indutus vocaberis. audi igitur Paulum dicentem: *quotquot in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtum induerunt*; cùm verò Chriſtus nominatur, ne ſolum Deum intelligas, neque eius in carne œconomiam, ſed ſecundum vtrumque.

Galat. 1.

Christi diuinitas & humanitas.

Sæpe enim dixi, & dicere non deſiſto, nam me dicere non piget, & ad veſtram id ſecuritatem facit. omnes ſiquidem magiſtros eſſe volo. Igitur Chriſtus dictus eſt, quoniam carnem induit. Ieſus Chriſtus vocatus eſt, quod nomen humanitatem eius ſignificat. Verbum dictus eſt, quoniam vocatus eſt, Ex aliquo, filius dictus eſt, quoniam ex aliquo. vnigenitos, quandoquidem ſolus ex ſolo; Deus autem, quoniam creator. accipe Ioannem dicentem: In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum; & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum; & omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. Vides quod ipſe ſit Verbum, quod cœlum condidit, & terram ſtabiliuit, & tantam tamque variorum ſiderum multitudinem adornauit, & cœlum ad prati ſimilitudinem decorauit. Hic eſt qui ſoli lucem communicauit, & curſus eius auctor fuit. hic lunæ faces ſubdidit. hic ſuper aquas terram fundauit, hic eſt, qui terræ imperauit producere herbas, & gramen, & fontibus profundere aquas, ac qui fluuios iuſſit profluere, & lacuum aquas congregari, & qui mari terminos poſuit, & aquis progignere animas viuentes, ventiſque ſpirare mandauit; & qui montes ſtatera appendit. nubibus moueri; quadrupedibus, reptilibus, volatilibus ſupra terram diſcurrere præcepit.

Quid dicam? qui maxima hæc; Archangelorum thronos, Angelorum choros, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, Cherubim & Seraphim condidit. Qui diſpoſuit tempora, & annos, & menſes, & hebdomadas, dies & noctes, & horas, lumen, & tenebras, & rerum ſubſtantias. Tandem verò creauit hominem ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem ſuam, & poſuit ipſum in paradiſo. Cùm autem humanum genus diaboli malitia ſuperari cerneret, voluit primitias noſtras induere, & cruci ſuffigere, vt quemadmodum per lignum præuaricatio, ita rurſus per lignum ſalus eſſet. Æmulatione verò excitatus diabolus, quod ipſe quidem e cœlis eiectus eſſet, Adamus autem in cœlo eſſet, veluti armis abuſus ſerpente, tale quid aggreſſus eſt: alloquitur Euam: Quàm bonum lignum hoc ad veſcendum: & quocunque die comederitis ex ipſo, eritis ſicut dij, cuncta ſcientes. perſuaſit ergo Euæ, & illa ſuaſit viro ſuo, & de ligno comederunt. At cùm nudi apparerent: ait Deus ad Adam: vbi es? Ne ignorantiam Deo attribueris. dicebat enim ipſi: vbi es? quoniam dixerat ipſis diabolus, in qua die comederitis ex ligno hoc, eritis ſicut Dij, omnia ſcientes: propterea dixit illi: vbi es? nònne præcepi tibi ne comederes de hoc ligno? Ille verò reſpondit: Mulier quam dediſti mihi; hæc me ſeduxit, & comedi. deinde ad Euam ait Deus; te quis? Reſpondit illa: ſerpens ſeduxit me & comedi. O Eua, eſto; te viro tradidi, num & ſerpentem tibi tradidi?

Hæc autem dicebant pœnæ effugiendæ cauſa. & quid ait Dominus ad Adam? quoniam tranſgreſſus es, & mortem tibi ipſe aſciuiſti, maledicta terra in operibus tuis, ſpinas & tribulos generabit tibi, & in ſudore vultus tui comedes panem tuum. gemens & tremens eris ſemper. Deinde ad mulierem: in doloribus paries liberos, & viro ſubdita eris, & ipſe dominabitur in te. tum ad ſerpentem; ſuper pectus, & ventrem tuum ingredieris. & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, & homo dominabitur tibi, & ipſe obſeruabit caput tuum, & tu calcaneum eius. Tres igitur ſententiam exceperunt, quandoquidem tres præuaricati erant: ſicut ergo in paradiſo per lignum tranſgreſſio; ita per lignum crucis Chriſti ſalutem Adam conſecutus eſt; & ſicut per Adam omnes mortui ſumus, ſic & per Chriſtum ſalus humano generi recuperata eſt. Ob hoc, dilecte, in ſerpente tria maledixit: pectus, quoniam in ipſo malum excogitatum fuit. ventrem; quoniam per cibum ſeduxerat Adamum. terra veſci; quoniam Adam ex terra tenemus. Pro his omnibus prædicemus, fratres, murum inexpugnabilem; fundamentum immobile, transferens nos ex morte in vitam æternam, virtute ſacri baptiſmatis, & ſuæ Incarnationis; quoniam ipſi gloria, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

A M E N.

A

LEONIS THVSCI PROLOGVS AD SANCTAM GRÆCORVM MISSAM

ab eo verbis Latinis diuulgatam, ad Rainaldum de monte Catano.

B

CVM veniſſes Conſtantinopolin, nobilis Rainalde de monte Catano, viſo Imperatore Emanuele poteſtatum terræ præſtantiſſimo, nil tibi potius occurrit, quàm ſanctæ ac ineffabilis Euchariſtiæ conſecrationis ordinem perdiſcere: nempe arbitratus es mille flores colorum Tarentino intentiores murice, ac ſidereo cælo ſimillimos, per huiuſmodi agnitionem te adoratum ire. Qua de re indomito, & feruenti quodam deſiderio poſtulaſti à me, vt Græcorum rituum non intellectas voces, quibus ſacra & cæleſtia dona incruentæ hoſtiæ ſignificantur, in Latinam verterem tibi orationem. Sed ad hoc opus virorum optime, Deo datiſſimi ſapientia, de nigris villis candida facere ſcientes, penes quos papauera fœcunda fiunt, cùm habeant aures quas ſpiritus effundat, precibus ſolicitandi fuerant & quidem præ omnibus frater & præceptor meus Hugo Eterianus ſua grauitate grauior. Nam is Græcorum loquelæ perplexa internodia olorum euincentia melos, verborumque murmura, quæ penè Maronis pectus fatigarent ac Ciceronis, intrepida excurſione inſpectis narrationum radicibus, mirificè diſcriminat. Aſt ego Albicola cùm ſim ſalix, nec ceratis arundinibus palmiferum attingere queam Elim, difficile putauerim, æris adeò ſonantis ſiſtrum concrepare. Propterea vtique pertimeſco, ne lacerti mei ad talia videantur imbelles, & pertracti per damnoſum moræ ſpatium flatu minimè ſecundo ſuum prodant agricolam. Rurſus excogitata, obiecit ratiocinatio, quòd elegantiam & honeſtatem fugiat, laudatiſſimum amici votum ſinere abſque honoris effectu, & decore gratiæ reuerenti. Igitur, Saluatore Chriſto duce, ante nominati fratris præceptoriſque mei iudicium, & examen habiturus, Bootis Hyperborei paſtoris omittens tarditatem, Olympi cacumen, quod vicinia coruſcat aſtrorum, ſcandere iam incipiam, ſpectabili viro ſatis faciens loci & temporis commoditate: dein verborum proram ex aduerſo venientem excipiam firmiter, & cum diligentia, vt lateribus intelligentiæ quadratis, æqualiter atque diſtinctis, ſubtiliter tua ratio quæ latet, perpendat libera exiſtimatione.

MYSTERIVM DIVINÆ MISSÆ EVCHARISTIÆ,

Quæ edita eſt à Beato Patre Ioanne Chryſoſtomo, & à Leone Thuſco, verbis diuulgata Latinis.

Diaconus igitur accipiens panem, ſi cum Sacerdote Miſſam celebraturus ſit, ſeu etiam Sacerdos ſine Diacono, facit in eo cum lanceola crucem, dicens.

IN nomine Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui immolatus eſt pro mundi vita, & ſalute.

Et incidens lanceola ſignaculũ panis in quatuor partes in figuram crucis, dicit hæc:

Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, obmuteſcit, ſic non aperiet os ſuum. In humilitate eius iudicium ſublatum eſt. generationem eius quis enarrabit?

Et ſic tollit particulam illam, videlicet ſignaculum cum ſua medulla, & dicit:

Quoniam tollitur de terra vita eius. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, ſicut erat in principio, & nunc, & ſemper.

Et tunc inferiori ſignaculi parte, inſignat crucem cum lanceola, & dicit:

Immolatur agnus Dei, qui tollit mundi peccata.

Et ponit einſmodi partem in diſco, deinde facit commixtionem in calicem, mittens vinum & aquam, & dicit:

C

Vnus militum latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua. & qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius.

Et in dicendo quidem, Exiuit ſanguis, *infundit vinum: & in dicendo* Aqua, *effundit aquam. Vbi hæc fecerit, Diaconus accipiens thuribulum, & incenſum, dicit ſacerdoti.*

Benedic, Domine, incenſum iſtud. *Et dicit Sacerdos.* incenſum tibi offerimus Chriſte Deus, in odorem ſuauitatis ſpiritalis mitte nobis gratiam ſpiritus ſancti, nunc, & ſemper. Amen.

Diacono autem tenente thuribulum, ſacerdos explicat, ſuper thuribulum, ſancta corporalia, ſacro calici ſuperponenda: quæ dum fumi odore imbuuntur, dicit.

Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem & præcinxit ſe. Parata ſedes tua, nunc, & ſemper, & in ſecula.

Deinde operit calicem, & inſuper dicit.

Operuit cælos virtus eius, & laudis eius plena eſt terra, nunc, & ſemper, & in ſecula.

Deinde dicit Diaconus, in propoſitione precioſorum donorum.

D

Dominum deprecemur.

Et dicit Sacerdos Orationem hanc.

Deus, Deus noſter, qui cœleſtem panem alimentum totius mundi, Dominum noſtrum, & Deum Ieſum Chriſtum miſiſti Saluatorem, & Redemptorem, & benefactorem, benedicentem, & ſanctificantem nos, ipſe benedic propoſitionem hanc, & ſuſcipe illam in cæleſti altari tuo. Memor eſto, vt bonus, & clemens, illorum qui offerunt, & illorum propter quos offerunt, & nos innocentes conſerua in ſacramento diuinorum myſteriorum tuorum. Quoniam ſanctificatum eſt, & glorificatum honorificentiſſimum, & magnificentiſſimum nomen tuum, patris, & filij, & ſpiritus ſancti, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Et benedicti fumo incenſi diffuſo ſuper ſancta munera, proficiſcitur ad ſanctam menſam Diaconus cum Sacerdote, & tribus vicibus ſimul inclinans. Et dicit Diaconus Sacerdoti.

Tempus faciendi, Domine: Domine, benedic.

A

Exclamat Sacerdos.

Vt ipſi nobiſcum glorificent honorificentiſſimum nomen tuum, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Hac expleta, dicit Diaconus, qui facit poſtulationes:

Quicunque catechumeni, recedite: *Tribus vicibus.*

Deinde extra cancellos dicit:

Nullus catechumenorum, ſed ſoli fideles, remaneant.

Iterum, & iterum pro pace, Dominum exoremus.

Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

Opitulare, ſalua, miſerere, ac conſerua nos, Deus, tua gratia.

Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

Vbi verò hæc dicta ſunt, Diaconus explicat corporale, & Sacerdos hanc dicit Orationem corporalis.

Gratias agimus tibi, Domine, Deus virtutum, qui dignatus es nos nunc aſſiſtere tuo ſancto altari, ac procidere miſerationibus tuis pro noſtris

B

peccatis, & populi ignorantijs. Suſcipe, Domine Deus, ſupplicationem noſtram: fac nos dignos offerendo tibi preces, & hoſtiam incruentam, pro vniuerſo populo tuo: & præſta nobis copiam quos poſuiſti in adminiſtratione hac in virtute tui ſancti Spiritus, vt reprehenſibiles, & ſine offenſa puro conſcientiæ noſtræ teſtimonio, inuocemus te in omni tempore & loco, quatinus exaudiens nos, propitius ſis nobis in multitudine tuæ bonitatis.

Et tunc pronunciat cum voce Sacerdos.

Quoniam te decet omnis gloria, honor, & adoratio, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Poſtquam dictum fuerit: Quoniam te decet, *dicit Sacerdos hanc Orationem, quæ dicitur fidelium ſecunda.*

Rurſus & multoties tibi procidimus, & te rogamus, qui es bonus, & miſericors, vt reſpicias orationem noſtram, & mundes animas noſtras, &

C

corpora ab omni contagio carnis & ſpiritus: & des nobis abſque noxa, & ſine condemnatione aſſiſtere ſancto altari tuo: concede quoque Deus, & ijs qui nobiſcum orant, vitæ ac fidei proceſſum cum ſpiritali intellectu: da eis ſemper cum timore, ac dilectione cultum exhibentibus tibi, innocenter, & indemniter participare tui ſancti myſterij, & dignos fieri tuo cœleſti regno.

Eleuatio vocis.

Vt ſub potentia tua cuſtoditi, ſemper tibi gloriam referamus, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Amen.

Dum oratio fit pro catechumenis, itur ad propoſitos. panes quoque referuntur ad ſanctum altare, præeunte Archidiacono cum thuribulo, & ſancto peplo, quem ſequuntur Diaconi, diſcos cum panibus ſanctis portantes, primus qui dicit Euangelium, ſecundus qui fecit orationem ſine intermiſſione, tertius qui poſtulat pro Catechumenis, & ex ordine reliqui, portantes calices: hi autem omnes hunc hymnum

D

canunt:

Qui Cherubim myſticè imaginamur, & viuificæ Trinitati triſagium hymnum canimus, omnem ſecularem ſolicitudinem abiiciamus: vt regem omnium ſuſcepturi angelicis inuiſibiliter ſtipatum agminibus. Alleluia.

Et cum ventum eſt ad ſanctas ianuas cancellorum ingreditur Archidiaconus: & dato incenſo ſancto altari, dat etiam Sacerdotibus per ordinem: & depoſitis ſanctis panibus ſuper ſacram menſam in crucis figuram, expanſo deſuper peplo, & aſtantibus in circuitu Sacerdotibus, dicit Archipreſbyter:

Orate pro me Sacerdotes ſancti.

Qui reſpondent:

Spiritus ſanctus ſuperueniat in te, & virtus altiſſimi obumbret tibi. *Et rurſus illi dicunt ad eum:*

Memento noſtri Domine. *Et ipſe reſpondet.*

A

Memor ſit noſtri Dominus Deus in regno ſuo.

Tunc recedunt aſtantes. Kyrie eleiſon.

Pro nauigantibus, iter agentibus, ægrotantibus, laborantibus, captiuis, eorumque ſalute, Domino ſupplicemus. Kyrie eleiſon.

Vt eruamur ab omni tribulatione, ira, periculo, & anguſtia, Dominum rogemus.

Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

Dum verò Diaconus facit petitiones has, continuatim dicit hanc Orationem Sacerdos intra ſe, quæ Oratio dicitur prima Antiphona.

Domine Deus noſter, cuius potentia incomparabilis, & gloria incomprehenſibilis: cuius miſericordia immenſa, & clementia ineffabilis, ipſe Domine, per tuam pietatem reſpice ſuper nos, & ſuper ſanctam domum iſtam, & fac nobiſcum, & cum coorantibus nobis diuites miſericordias, & miſerationes tuas. *Et Diaconus:*

Opitulare, ſalua, miſerere, & conſerua nos tua gratia. *Clerus & pop.* Kyrie eleiſon.

B

Sanctiſſimæ, intemeratæ, ſuperbenedictæ, reginæ noſtræ, matris Domini, & ſemper virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis, memoriam celebrando, noſmetipſos, & ad inuicem, omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Clerus & pop. Tibi Domine.

Sacerdos cum voce pronunciat:

Quoniam decet te omnis gloria, honor, & adoratio, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio Antiphonæ ſecunda.

Domine Deus noſter, ſaluum fac populum tuum: & benedic hæreditati tuæ: plenitudinem Eccleſiæ tuæ conſerua: ſanctifica illos qui diligunt decorem domus tuæ, & tu da eis gloriam diuina tua potentia, & non derelinquas nos ſperantes in te.

Poſt hæc dicunt lectores.

Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini

C

tuo, altiſſime. Interceſſionibus Dei genitricis, Saluator, ſalua nos. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Interceſſionibus Dei genitricis, ſalua nos.

Quoniam rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. Interceſſionibus Dei genitricis, ſalua nos. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Interceſſionibus Dei genitricis, Saluator, ſalua nos. *Et rurſus Diaconus dicit.*

Iterum, & iterum pro pace Dominum exoremus. *Clerus & pop.* Kyrie eleiſon.

Opitulare, ſaluum fac, miſerere, ac conſerua nos, Deus, tua gratia.

Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

Sanctiſſimæ, intemeratæ, ſuperbenedictæ reginæ noſtræ, matris Domini, & ſemper virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memoriam celebrando,

D

noſmetipſos, & ad inuicem omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Clerus & pop. Tibi Domine.

Sacerdotis cum voce pronunciatio.

Quoniam tua eſt potentia, & tuum regnum, & virtus, & gloria, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Clerus & populus. Amen.

Tunc incipiunt lectores dicere:

Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus virtutem, & præcinxit ſe.

Interpellationibus ſanctorum tuorum, ſalua nos Domine. *Et rurſus.*

Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.

Interuenientibus Sanctorum tuorum, ſalua nos Domine.

Etenim teſtimonia tua, Domine, credibilia facta ſunt nimis: domum tuam decet ſanctitu-

A do, Domine, in longitudine dierum. Precibus Sanctorum tuorum, ſalua nos, Domine. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio antiphonæ tertiæ quam ſecum Sacerdos, hac ſcilicet:

Deus, qui has communes, & conſonas nobis largitus es orationes, & duobus vel tribus congregatis in nomine tuo, dare quæ poſtulant polliceris, ipſe nunc ſeruorum tuorum, petitiones ad id quod conferat, imple, largiendo nobis in præſenti ſeculo veritatis agnitionem, & in futuro vitam æternam daturus.

Iterum cantatur à lectoribus.

Vnigenitus filius, & verbum Dei, cùm ſis immortalis, dignatus es propter noſtram ſalutem, carnem ſumere de ſancta Dei genetrice ſemper virgine Maria, inconuertibiliter factus homo, qui crucem ſubiſti Chriſtus Deus, morte conculcans
B mortem, vnus exiſtens ſanctæ Trinitatis, conglorificatus Patri, & Spiritui ſancto, ſaluos nos fac.

Poſt hæc dicit Diaconus:

Iterum, & iterum pro pace, Domino ſupplicemus.

Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

Opitulare, ſalua, miſerere, & conſerua nos tua gratia.

Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

Sanctiſſimæ, intemeratæ, ſuperbenedictæ, reginæ noſtræ, matris Domini, & ſemper virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memoriam celebrando, noſmetipſos & adinuicem, omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Clerus & pop. Tibi Domine.

Exclamat Sacerdos:

Quoniam benignus & clemens, Deus, exiſtis, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

C *Poſt modum verò accipiens Diaconus ſanctum Euangelium, egreditur cum Sacerdote: quibus ſtantibus ante altare, dicunt lectores pſalmum:*

Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro. Saluos nos fac, fili Dei.

Et ſi fuerit dominica dies, dicunt:

Qui reſurrexiſti à mortuis, tibi concinimus: Alleluia.

Pſalmus.

Præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei. Saluos fac nos fili Dei.

Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnem terram. Saluos nos fac fili Dei, qui, &c.

Deinde.

Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium, ipſius ſunt. Saluos nos fac, fili Dei.

D Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius. Saluos nos fac, fili Dei, &c.

Dum hæc cantantur à lectoribus, inclinat ſe Diaconus, à dextris ſtans Sacerdotis, & dicit remiſſa voce: Dominum rogemus. *Et dicit Sacerdos ſecum Orationem introitus.*

Dominator Domine Deus noſter, qui ordines & exercitus Angelorum in cœlis conſtituiſti Archangelorumque, in tuæ gloriæ adminiſtrationem, fac cum ingreſſu noſtro ſanctorum angelorum acceſſum fieri, qui nobiſcum miniſtrando, tuam benignitatem glorificent: quoniam decet te omnis gloria, & honor, & magnificentia, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum.

Hac Oratione completa, dicit Diaconus Sacerdoti:

Benedic, Domine, introitum. *Et dicit ſic:*

Benedictus introitus ſanctorum tuorum, Deus noſter, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Et dicit Diaconus poſt introitum.

Sophia. Stantes ſint pedes noſtri.

Et lectores:

Venite, adoremus, & procidamus Chriſto. Saluos nos fac, fili Dei, qui de virgine natus es canentes, Alleluia.

Et ingreditur Diaconus ante, cum Euangelio, & Presbyter retro ſequitur. Vbi ingreſſus fuerit Diaconus, ſanctum Euangelium deponit ſuper altare, quod Sacerdos deoſculatur: quo ſtante iuxta ianuas cancellorum, dicunt lectores Abſolutorium, quod Græcè dicitur Apolyticion: ſingulis diebus ſingula: & dominica quidem die, hæc:

Lapide ſignato à Iudæis, militibuſque cuſtodientibus immaculatum corpus tuum ſurrexiſti tertia die, Saluator, tribuens mundo vitam. Ideò virtutes cœlorum clamabant ad te, vitæ dator: Gloria reſurrectioni tuæ, gloria regno tuo, gloria diſpenſationi, ô ſole clemens.

Deinde in honorem Dei genitricis:

Gabriele dicente tibi virgo: Aue, cum voce incarnatus eſt omnium Deus in te ſacroſancta arca, vt dixit iuſtus Dauid: Oſtenſa es latior cœlis, quæ tuum creatorem portaſti: gloria ei qui habitauit in te, gloria ei qui exiuit de te, gloria ei qui per tuum partum nos liberauit.

Tertia verò feria.

Cœleſtis militiæ princeps Michaël, rogamus te nunc indigni, vt tuis interceſſionibus munias nos vmbra alarum tuarum, immateriatæ naturæ, cuſtodi nos: procidimus, & ſine intermiſſione ad te clamamus, à periculis erue nos, vt virtutum princeps cœleſtium.

In tertia in honorem ſancti Ioannis.

Iuſti cum laude memoria: tibi autem ſatis erit teſtimonium Domini, præcurſor. vere es monſtratus, & prophetis venerabilior, quoniam & in fluentis baptizare illum qui prædicatus eſt dignus inuentus es: vnde pro veritate decertans, exultando annunciaſti iis qui inferno erant, Deum manifeſtatum in carne, qui tollit peccata mundi, nobiſque ſuam magnam largitur miſericordiam.

Rurſum in laudem ſanctæ Matris Domini.

Omnia exuperant ſenſum, omnia ſunt glorioſa in te Dei genitrix: myſteria caſtitate ſignata, & virginitate cuſtodita: mater cognita es ſine fallacia, quæ verum peperiſti Deum: ipſi ſupplica, vt animas noſtras ſaluet.

At verò quarta feria.

Saluum fac, Domine, populum tuum, & benedic hæreditati tuæ: qui victoriam regibus contra barbaros concedis, & per crucem tuam ciues tuos cuſtodis.

Iterum in laudem Dei genitricis.

Qui tuam opitulationem adepti, intemerata, & tuis interceſſionibus à malis eruti, & per crucem filij tui omnino protecti, ex debito piete magnificamus.

Quinta autem feria.

Apoſtoli legatione fungimini apud miſericordem Deum, vt peccatorum remiſſionem animabus noſtris tribuat.

In laudem verò ſancti Nicolai.

Regulam fidei, manſuetudinis imaginem, continentiæ magiſtrum monſtrauit te tuo gregi rerum veritas. Ideò adeptus es humilitate, ſublimia: paupertate, quæ ſunt opulenta, pater Nicolae, fungere legatione apud Chriſtum Deum, vt animæ noſtræ ſalutem conſequamur.

In laudem verò virginis.

Quoniam omnibus facturis præſtantior exiſtis, collaudare te digne non valentes, Dei genitrix, gratis flagitamus te, miſerere noſtri.

Sexta autem feria dicunt de omnibus Sanctis.

Apoſtoli, Martyres, & Prophetæ, Sacerdotes,

Digitized by Google

Confeſſores,& iuſti, cum mulieribus ſanctis, qui bene certamen conſummaſtis, & fidem ſeruaſtis, fiduciam ſeruantes ad Saluatorem pro nobiſipſis orate ſaluari animas noſtras.

Et pro dormientibus in Christo.

Memento, Domine, vt bonus, ſeruorum tuorum, & quæcunque in vita deliquerunt, ignoſce. nemo enim ſine peccato, niſi tu Domine, qui potes migrantibus dare quietem.

Amplius autem & in laudem virginis.

Mater ſancta, ineffabilis luminis, angelicis te hymnis honorantes, magnificamus.

Sabbato verò.

Quando deſcendiſti ad mortem vita immortalis, tunc infernum mortificaſti coruſcatione diuinitatis: cùm verò mortuos ab inferis incitaſti, omnes virtutes cœlorum acclamabant, vitæ dator, Chriſte Deus, gloria tibi.

Et in laudem virginis Mariæ dicunt:

Myſterium à diebus æternitatis tacitum, & angelis ignotum, per te Dei genitrix, ijs qui in terra ſunt, manifeſtum factum eſt, Deus incōfuſa vnione incarnatus. Crucem ſponte pro nobis ſubiit, per quam reſuſcitauit protoplauſtum & à morte animas noſtras ſaluauit.

In die quoque Natiuitatis dicunt huiuſmodi abſolutorium:

Natiuitas tua, Chriſte Deus noſter, oriri fecit mundo lucem cognitionis. In ipſa enim ſideribus obſequentes à ſtella edocebantur, te adorare ſolem iuſtitiæ, & te ex alto orientem cognoſcere. Domine tibi gloria.

Præterea canunt quidem quod cùm Græcè dicatur contacion, Latinè abbreuiatum dici poteſt.

Virgo ſuperſubſtantialem hodie parit, & terra ſpera ſpeluncam inacceſſibili exhibet: angelicum paſtoribus glorificant, & Magi ſtella duce iter agunt. Nam propter nos natus eſt puer, qui eſt ante ſecula Deus.

In feſto Epiphaniorum hoc vtuntur abſolutorio:

In Iordane te baptizato, Domine, Trinitatis apparuit adoratio. nam patris vox tibi atteſtabatur, dilectum te filium nominando: & ſpiritus in columbæ ſpecie, rei veritatem confirmabat: qui apparuiſti Chriſte Deus, & mundum illuminaſti: gloria tibi.

Sequitur contacion:

Illuxiſti hodie orbi, & lumen tuum, Domine, ſuper nos ſignatum eſt in agnitione, laudantes te veniſti, illuxiſti lux inacceſſibilis.

Feſtum verò ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, huiuſmodi decorant fine:

Qui primas inter Apoſtolos habetis ſedes, orbiſque didaſcali apud omnium Dominum legatione fungimini, vt pax mundo donetur & animabus noſtris magna miſericordia.

Et aduertendum quod his eiſdem abſolutorijs veſpertinis horis vtuntur. Sunt quoque & alia plura huiuſmodi apud Græcos quibus vtuntur alijs feſtiuitatibus, quorum tranſlatio neceſſaria mihi non eſt. His ita peractis, ſignum dat Diaconus cum horarij ſui ſtola, lectoribus, qui mox pſallere incipiunt:

Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere nobis. *Et dicunt tribus vicibus.*

Deinde:

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen. Sanctus immortalis miſerere nobis. Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere nobis.

Deum hæc decantantur, dicit Sacerdos Orationem hanc, ſedatiſſima voce:

Deus ſanctus, qui in ſanctis quieſcis, & triſagia voce à ſeraphim laudaris, & à cherubim glorificaris, & ab ōmni cœleſti virtute adoraris: qui de non ente ad eſſe duxiſti omnia, & creaſti hominem ad imaginem & ſimilitudinem tuam, & multa gratia inſigniſti: qui das petenti ſapientiam, & A intellectum: qui non deſpicis peccantem, ſed poſtis in ſalute pœnitentiam: qui dignatus es nos humiles & indignos ſeruos tuos in hac hora ſtare in conſpectu gloriæ ſancti altaris tui, & debitum tibi obſequium, & glorificationem offerre: tu Domine, ſuſcipe ex ore noſtro, qui in te peccauimus, triſagium hymnum, & viſita nos in bonitate tua: remitte nobis omnem noxam inuitam, & voluntariam. ſanctifica cum corporibus & animas noſtras, & da nobis in ſanctitate ſeruire tibi omnibus diebus vitæ meæ, interceſſionibus reginæ noſtræ matris Dei, & omnium Sanctorum qui à ſeculo tibi placuerunt.

Exaltatio vocis.

Quoniam ſanctus es Deus noſter, & tibi gloriam reddimus, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

His dictis, dicit Diaconus: Attenti ſimus. *Sacerdos.* Pax vobis. *Clerus & pop.* Et cum ſpiritu tuo. *Diaconus.* Sophia. *Tunc lector cantat pſalmum David. Diaconus iterum:* B Attenti ſimus.

Pro tanuis cancellorum, à dextris, & à ſiniſtris, vnuſquiſque dicit orationem myſteriorum in ſilentio, intrœuntes ad ſanctam menſam. Oratio quam facit pro ſe Sacerdos, dum cherubim hymnus à populo decantatur.

Nullus carnalibus concupiſcentijs & deſiderijs irretitus, dignus eſt accedere, aut appropinquare, ſeu miniſtrare tibi rex gloriæ. Nam miniſtrare tibi, magnum & formidabile, & ipſis cœleſtibus inacceſſibile virtutibus. Veruntamen propter infinitam clementiam tuam, inconuertibiliter & inalterabiliter homo factus es, & pontifex noſter extitiſti, & myſterij huius, ac incruentæ hoſtiæ ſacramentum nobis tradidiſti, vt omnium Deus. Tu enim dominaris cœleſtium & terreſtrium, qui ſuper cherubicum thronum ſedes, ſeraphim dominus, & rex Iſraël, qui ſolus ſanctus es, & in ſanctis requieſcis. Te deprecor qui ſolus bonus es, & facilis ad exorandum, reſpice ſuper me pecca- C torem, & inutilem ſeruum tuum, & munda animam meam, & cor à mala conſcientia, & ſancti tui ſpiritus virtute, fac me dignum ſacerdotij gratia indutum, aſſiſtere ſanctæ huic tuæ menſæ, ac conſecrare ſanctum corpus tuum & precioſum ſanguinem. tibi enim ceruicem meam inclino, teque precor, ne auertas faciem tuam à me, nec reprobes me à pueris tuis: ſed concede à me peccatore & indigno famulo tuo offerri tibi hæc ſacramenta: tu enim es offerens, & oblatus: ſuſcipiens, & diſtributus, Chriſtus Deus noſter: & tibi gloriam referimus cum anarcho patre & ſanctiſſimo, & bono, & viuifico ſpiritu tuo, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Quo peracto, dicit Diaconus, ſtantibus ſingulis presbyteris in locis ſuis:

Impleamus orationem noſtram Deo.

Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

D Pro appoſitis precioſis donis, Dominum deprecemur. *Clerus & pop.* Kyrie eleiſon.

Pro ſancta domo hac, & pro iis qui cum pia fide ingrediuntur eam, Dominum rogemus.

Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

Vt eruamur nos ab omni tribulatione, ira, periculo, & anguſtia, Dominum exoremus: Opitulare, ſalua miſerere, & conſerua nos, Deus, tua gratia.

Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

Diem totam perfectam, ſanctam, pacificam, & ſine peccato, à Domino depoſcamus.

Clerus & pop. Præſta Domine.

Angelum pacis, fidelem ductorem, cuſtodem animarum, & corporum noſtrorum, à Domino petamus. *Clerus & pop.* Præſta Domine.

Veniam & remiſſionem peccatorum, & delictorum noſtrorum à Domino petamus.

Clerus & pop. Præſta Domine.

Bona & conſcientia animabus noſtris,& pacem mundo,à Domino petamus.

Clerus & pop. Præſta Domine.

Vt reliquum vitæ noſtræ tempus in pace & ſanitate expleatur, à Domino depoſcamus.

Clerus & pop. Da Domine.

Bonum finem vitæ noſtræ, inlamentabilem, & inconfuſam, & bonam reſponſionem ante formidoloſum tribunal, à Domino petamus.

Clerus & pop. Da Domine.

Sanctiſſimæ,intemeratæ,ſuperbenedictæ reginæ noſtræ,matris Domini, cum omnibus ſanctis memoriam celebrando, noſmetipſos, & adinuicem, omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Clerus & pop. Tibi Domine.

Oratio poſt Sacramentorum oblationem depoſitionemque in ſancto altari.

Domine Deus omnipotens, ſolus ſanctus, qui ſuſcipis hoſtiam laudis ab ijs qui te inuocant in toto corde, ſuſcipe preces noſtras, & offer ſancto altari tuo: & fac nos dignos offerre tibi dona,& ſacrificium ſpirituale pro noſtris peccatis,atque ignorantijs populi: & præſta, vt inueniamus gratiam in conſpectu tuo, vt fiat acceptabile ſacrificium noſtrum, & inhabitet ſpiritus gratiæ tuæ bonus ſuper nos, & ſuper hæc appoſita ſacramenta, & ſuper omnem populum.

Exclamatio vocis.

Pro miſeratione vnigeniti filij tui, cum quo benedictus es,cum ſancto,benefico, & viuifico ſpiritu tuo,nunc,& ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Clerus & pop. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Clerus & pop. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus. Diligamus adinuicem.

Et Sacerdos deoſculatur ſanctum altare, & reliqui ſimiliter accedentes deoſculantur ſanctum altare, & Sacerdos, & Diaconi oſculantur ſe inuicem. Et poſt datum pacis oſculum, innuit Archidiaconus, extra ſtanti Diacono, vt introitus cancellorum ianuas claudat, & dicit:

Ianuas, ianuas. In ſapientia attenti ſimus.

Et clerus & populus.

Credo in vnum Deum, patrem omnipotẽtem.

Quo completo, dicit Diaconus:

Stemus honeſte, ſtemus cum timore: intentionem præſtemus diuinis myſterijs,& in pace offeramus. *Clerus & pop.*

Miſericordiam pacis, ſacrificium laudis.

Quo dicto, Sacerdos qui ſolus aſſiſtit diuinæ menſæ, & ſecus illam Diaconi contingentes venerabile peplum,ſubleuant,ſedatiſſima voce dicentes:

Sanctus Deus,ſanctus fortis,ſanctus immortalis, miſerere nobis. *Et omnino tollunt.*

Poſt hæc Sacerdos cum voce pronunciat:

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei patris,& communicatio ſancti Spiritus, ſit cum omnibus vobis.

Clerus & pop. Et cum ſpiritu tuo.

Sacerdos Surſum corda.

Clerus & pop. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino Deo noſtro. *Clerus & populus.*

Dignum & iuſtum eſt.

Sacerdos pronus orat:

Verè dignum & iuſtum eſt, te benedicere, tibi gratias agere, te adorare id omni loco dominationis tuæ: tu enim es Deus ineffabilis, ignotus, inuiſibilis, incomprehenſibilis: ſemper es, ſimiliter exiſtens tu,& vnigenitus filius tuus,& Spiritus ſanctus. Tu de non ente ad eſſe produxiſti nos, & lapſos erexiſti ruſum, & non deſtitiſti omnia faciens, vſquequo in cœlum reduxiſti nos, & regnum futurum donaſti, pro his omnibus gratias agimus tibi, & vnigenito filio tuo, & Spiritui ſancto, pro quibus ſcimus, & pro quibus neſcimus, beneficijs

A manifeſtis,& non manifeſtis, quæ nobis facta ſunt. Gratias quoque agimus tibi & pro Sacramento iſto, quod ex manibus noſtris ſuſcipere digneris, quamuis tibi aſſiſtant Archangelorum,& Angelorum milia militum, Cherubim quoque, & Seraphim agmina ſex alas habentium, & multos oculos,& eleuatorum,& pennatorum. *Hic exaltat vocem.* Cantantium,clamantium, & ſine fine hunc hymnum pro victoria, dicentium:

Clerus & populus.

Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus Deus ſabaoth.

His ita pronunciatis, dicunt Subdiaconi.

Quicunque eſtis fideles, orate.

Sacerdos rurſus dicit Orationem:

Cum his, & nos beatorum virtutum agminibus, clemens Dominator, clamamus, & dicimus: Sanctus es, & ſanctiſſimus, tu & vnigenitus filius tuus cum ſancto Spiritu: & magnificentiſſima gloria tua, quando mundum dilexiſti, vt filium tuum vnigenitum dares: vt omnis qui credit in illum,
B non pereat, ſed habeat vitam ęternam qui veniẽs, completo omni pro nobis myſterio, nocte qua tradebatur, magis autem tradebat ſeipſum pro mundi vita, panem accipiens cum ſanctis ſuis,& immaculatis,& impollutis manibus, cùm gratias egiſſet, benedixit, ſanctificans: & frangens, ſanctis ſuis Diſcipulis, & Apoſtolis tribuit, dicens: *Exaltat vocem.* Accipite,& comedite: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur in remiſſionem peccatorum.

Clerus & pop. Amen. *Sacerdos.*

Similiter autem & calicem poſtquam cœnauit, dicens: *Exaltat vocem.*

Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro vobis,& pluribus effundetur in remiſſinem peccatorum.

Clerus & pop. Amen. *Sacerdos pronus.*

Memores igitur ſalutaris huius mandati,& omnium eorum, quæ pro nobis facta ſunt, crucis, ſe-
C pulchri, reſurrectionis triduanæ, ad cœlos aſcenſionis, ſeſſionis ad dexteram, ſecundi & glorioſi rurſus aduentus.

Eleuatio vocis.

Tua ex tuis tibi offerentes, per omnia in omnibus. *Clerus & pop.*

Te laudamus, te benedicimus, tibi agimus gratias, Domine, & exoramus te, Deus noſter.

Sacerdos.

Adhuc offerimus tibi rationabile ac incruentum hoc obſequium,& precamur,& ſupplicamus, & depoſcimus, vt mittas Spiritum ſanctum tuum ſuper nos,& ſuper hæc appoſita munera.

Et erigens ſe, & tertiò conſignans ſancta munera, dicit:

Et fac panem iſtum quidem, precioſum corpus Chriſti tui: & quod eſt in calice iſto, precioſum ſanguinem Chriſti tui.

Et Diaconus aſſiſtens, rurſus dicit: Amen.

D Permutans ſancto Spiritu tuo. *Diac.* Amen.

Sacerdos.

Vt fiat communicantibus in emundationem animæ, in remiſſionem peccatorum, in communicationem ſancti Spiritus, in regni cœlorum plenitudinem, in fiduciam ad te, non in iudicium, neque in condemnationem. Adhuc offerimus tibi rationabile hoc obſequium pro fideliter dormiẽtibus, pro patribus & proauis noſtris, interuenientibus Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, & omnibus ſanctis.

Exaltat vocem:

Præcipuè autem ſanctiſſimæ, intemeratæ, ſemper benedictæ reginæ noſtræ, Dei genitricis, ſemperque virginis Mariæ.

Hæc autem qui ſtat in Choro poſt ſanctum altare, Diaconus qui ſeruat continuatam orationem pronunciat.

Et pro vniuerſorum cogitationibus, vt Do-

mino

Digitized by Google

mino placeant, exoremus. *Clerus & pop.*

Et pro omnium & vniuerſorum.

Diaconus interea ſuggerit, vt pro defunctis fiat oratio.

Sacerdos.

Sancti Ioannis Baptiſtæ, Prophetæ, & Præcurſoris, ſanctorum & nominatiſſimorum Apoſtolorum, & ſancti *huius* cuius memoriam agimus, & omnium ſanctorum ſupplicationibus, viſita nos, Deus, & memor eſto omnium in Domino dormientium in ſpe Reſurrectionis vitæ æternæ, ac requiem præſta eis, vbi lumen vultus tui ſuperintendit: & adhuc precamur te:

Memento, Domine, omnium orthodoxorum recte tractantium verbum veritatis tuæ, & omnium presbyterorum Chriſto miniſtrantium, & omnis ſacerdotalis ordinis. Amplius obtulimus tibi hanc rationabilem hoſtiam, pro orbe, pro ſancta catholica & apoſtolica Dei Eccleſia, & ijs qui caſta in conuerſatione ac ſobria degunt. Pro fideliſſimis & Deo dilectis Imperatoribus noſtris, & toto palatio, & omni exercitu eorum: da eis, Domine, pacificum imperium, vt nos in tranquillitate eorum, quietam & tranquillam vitam ducamus: in omni Dei cultu & ſobrietate. *Exaltat vocem.* In primis memento, Domine, Archiepiſcopi noſtri *talis*, quem concede ſanctis tuis Eccleſijs in pace ſaluum, honorabilem, ſanum in longitudine dierum, & recte tractantem verbum veritatis tuæ.

Poſt hanc Sacerdotis pronunciationem, Diaconus qui ſanctum Euangelium dicit, acutiori voce profert, ſi erit aliqua magna feſtiuitas.

Nicolai ſanctiſſimi & vniuerſalis Papæ longa ſint tempora: Eleutherij Alexandriæ, Cyrilli Antiochiæ, Leontij Hieroſolymorum, longa ſint tempora. Et pro offerente ſancta munera hæc Domino Deo, Sacerdote, venerabili presbyterio eius, quæ in Chriſto eſt miniſtrationis, & omni ſacerdotali ordine. Et pro imperio in victoria, & perſeuerantia piiſſimorum & in Chriſto dilectorum Imperatorum noſtrorum N. & N. Alexij magni Imperatoris, & Prophyrogeniti: & pro pace, & bono ſtatu totius mundi, & ſanctarum Eccleſiarum. Et pro redemptione fratrum noſtrorum captiuorum: & pro ea quæ Chriſtum diligit militia, & pro circumſtante populo, & pro vniuerſis fidelibus Dominum deprecemur.

Et populus eadem acclamat. Sacerdos orat.

Memento, Domine, ciuitatis in qua habitamus, & omnis ciuitatis, regionis, & eorum, qui fideliter inhabitant eas. Memento, Domine, nauigantium, laborantium, captiuorum, & ſalutis eorum. Memento, Domine, fructiferorum, & bene operantium in ſanctis tuis Eccleſijs, & eorum, qui pauperum curam agunt, & ſuper nos omnes miſericordiam tuam tranſmitte.

Exaltatio vocis.

Et da nobis vno ore & vno corde glorificare, & laudare honorificentiſſimum & magnificentiſſimum nomen tuum, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. *Clerus & pop.* Amen.

Sacerdos.

Et ſit ſuper nos miſericordia Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Clerus & pop. Et cum ſpiritu tuo.

Deinde facit crucem ſuper populum. Et Diaconus:

Omnium Sanctorum memoriam facientes: iterum & iterum oro pace Domino ſupplicemus.

Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

Pro oblatis & ſanctificatis precioſis donis, Dominum deprecemur. *Clerus & pop.* Kyrie eleiſon.

Vt clemens Deus, qui ſuſcepit ea in ſancto & cœleſti intelligibili altari ſuo, mittat nobis propterea gratiam & donum ſancti Spiritus.

Cler. & pop. Kyrie eleiſon.

Vt eruamur ab omni tribulatione.

A *Clerus & pop.* Kyrie eleiſon.

Opitulare, ſalua, diem omnem perfectam, ſanctam, & pacificam, & ſine peccato à Domino depoſcamus. *Clerus & pop.* Præſta Domine.

Angelum pacis, fidelem ductorem, cuſtodem animarum & corporum noſtrorum à Domino petamus. *Clerus & pop.* Præſta Domine.

Veniam & remiſſionem peccatorum noſtrorum à Domino petamus.

Clerus & pop. Concede Domine.

Bona & conferentia animabus noſtris, & pacem mundo à Domino petamus.

Clerus & pop. Concede Domine.

Vt reliquum tempus vitæ noſtræ in pace & ſanitate expleamus, à Domino depoſcamus.

Clerus & pop. Præſta Domine.

Bonum finem vitæ noſtræ, inlamentabilem, & inconfuſum, & congruam reſponſionem ante formidoloſum tribunal, à Domino petamus.

B *Clerus & pop.* Concede Domine.

Vnitatem fidei, & communicationem ſancti Spiritus petentes nobiſmetipſis, & adinuicem, omnem vitam noſtram Domino commendemus.

Clerus & pop. Tibi Domine.

Interea dicitur hæc Oratio à Sacerdote:

Tibi commendamus omnem vitam noſtram, & ſpem, Dominator clementiæ, & precamur, & ſupplicamus, vt mereamur, communicare cœleſtia & terribilia myſteria tua huius ſanctæ & ſpiritualis menſæ, in pura conſcientia in remiſſionem peccatorum, in veniam delictorum, in Spiritus ſancti communicationem, in regni cœlorum hæreditatem, non in iudicium, vel in condemnationem. *Eleuatis vocis.* Et dignos nos fac, Domine, vt cum fiducia indemniter audeamus inuocare te cœleſtem Dominum patrem, & dicere:

Clerus & pop. Pater noſter qui es in cœlis.

Sacerdos.

C Quoniam tuum eſt regnum, & virtus, & gloria, Patris, & Filij, & Spiritus ſancto.

Clerus & pop. Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

Clerus & pop. Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus. Humiliemus capita noſtra Domino. *Orat Sacerdos.*

Gratias agimus tibi, rex inuiſibilis, qui tua immenſa potentia omnia condidiſti, & multitudine miſericordiæ tuæ quæ non erant, ad eſſe conſtituiſti: tu ergo, Dominator, de cœlis reſpice ſuper eos, qui ceruices tibi ſuas inclinauerunt: non enim inclinauerunt carni, & ſanguini, ſed tibi terribili Domino. Tu igitur, Domine, nobis omnibus imminentia in bonum explana prout cuique vtile eſt: nauigantibus connauiga, iter agentibus comitare, ægros ſana, qui es medicus animarum & corporum.

Exaltat vocem.

D Gratia & miſerationibus, & clementia vnigeniti filij tui, cum quo benedictus es cum ſancto, bono, & viuifico ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Clerus & populus. Amen.

Sacerdos rurſus orat.

Reſpice, Domine Ieſu Chriſte, Deus noſter, de ſancto habitaculo tuo, & de ſede gloriæ regni tui, & veni ad ſanctificandum nos, qui ſurſum cum patre ſedes, & deorſum nobis inuiſibiliter aſſiſtis: dignare tua potenti manu tribuere nobis immaculatum corpus tuum, & precioſum ſanguinem & per nos omni populo.

Hac oratione dicta, dicit Diaconus: Attenti ſimus. *Et ſacerdos ſe inclinans, ſuſcipit portionem quæ eſt in ſancta patina & modicum ſuſtollens, dicit:* Sancta ſanctis.

Clerus & pop.

Vnus ſanctus, vnus Dominus, in gloria Dei patris. Amen.

Deinde accedunt Diaconi, qui ſanctum Euangelium dixit, & qui continuatam orationem, & apprehenſis labijs calicem cum duobus digitis, dicunt ad Sacerdotem:

Expleto Domine.

At ille partitur portionem ſanctam in quatuor partes, ponens eas in modum crucis ſuper patenam, & vnam quidem partium mittit in calicem, dicens:

Plenitudo Spiritus ſancti. Amen.

Similiter fit & ponet alium calicem ſi ſit. Quo peracto, accipiunt Diaconi ſacros calices præſtolantes cum feruente aqua venientem Subdiaconum, qui & dicit:

Benedicito, Domine, hoc feruidum.

At ille reſpondet,

Benedictus Deus noſter, nunc, & ſemper, & in ſecula.

Tunc infundit aquam calidam, quantum ſufficit. Deinde ſumit corpus Dominicum, ſi ſolus fuerit, quando verò plures fuerint, primus inter eos accepta communione, porrigit reliquis deoſculantibus manum eius, & genam, & ipſe ſimiliter ab aliqua eorum ſuſcipit eucharistiam. & hoc modo pariter inclinantes ſancto altari, ſuſceptam Domini carnem manducant: ſimiliter & calicem mutuò inter ſe porrigunt, vt ſanguinem Domini libant. vbi verò Sacerdotes, vt dictum eſt, perfecerint: iubet Archidiaconus, vt Diaconi accedant: & accedentes, ſuſcipiunt, vt fecerunt Sacerdotes: deinde vnuſquiſque Sacerdotis maxillam deoſculatur. poſt communionem, dicit orationem hanc:

Gratias tibi agimus, clementiſſime Dominator, Redemptor animarum noſtrarum, quoniam & præſenti hac die cœleſtibus, & immortalibus myſterijs nos dignos feciſti: tu dirige viam noſtram, ſerua nos in timore tuo: tuere vitam noſtram, greſſus noſtris firma, orationibus, & interceſſionibus ſanctæ & glorioſæ Dei genitricis & ſemper virginis Mariæ. *Eleuatio vocis.* Exaltare ſuper cœlos, Deus, & ſuper omnem terram gloria tua, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Sed qui poſtremò communicat, Diaconus reperiat ſuper altare calicem, & operit, & dicit populo. Cum Dei timore accedite. *Pop. reſpondet.*

Benedictus qui venit in nomine domini: Deus Dominus & illuxit nobis.

Tunc ſacerdos populum benedicit, & incenſum cuius fumus per Diaconum ſancto calici porrigitur, & ſic feruntur ad locum myſteria, vbi populus debet communicare. Et Sacerdos dicit:

Nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Et populus.

Repleatur os meum laude, vt cantemus tibi gloriam tuam: quoniam feciſti nos dignos ſanctorum tuorum myſteriorum, in tua ſanctitudine ſerua nos, Deus, tota die meditantes iuſtitiam tuam. Alleluia.

Egreſſus de choro, Diaconus dicit:

Stantes qui communicauimus dominica immaculata, immortalia, cœleſtia myſteria, agamus gratias Domino. *Clerus & pop.* Kyrie eleiſon.

Opitulare, ſalua, miſerere, ac cuſtodi nos. Diem omnem perfectam, ſanctam, pacificam, & abſque noxa à Domino depoſcamus.

Clerus & pop. Concede Domine.

Sacerdos.

Quoniam tu es ſanctificatio noſtra, & tibi gloriam referimus, Patri & Filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper.

Diaconus. In pace diſcedamus.
Clerus & pop. In nomine Domini.
Et Diaconus. Dominum exoremus.
Clerus & pop. Kyrie eleiſon.

Tunc dicit Sacerdos Orationem hanc ante cancellos.

Deus, qui benedicis benedicentes te, & ſanctificas in te ſperantes, ſaluum fac populum tuum, & benedic hæreditati tuæ: plenitudinem Eccleſiæ tuæ cuſtodi, ſanctifica diligentes decorem domus tuæ: tu eos glorifica diuina potentia tua, & ne derelinquas nos in te ſperantes, pacem mundo tribue, Eccleſijs tuis, Sacerdotibus, Imperatoribus noſtris, militiæ ac omni populo. Quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens ex patre luminum, & tibi gloriam, & gratiarum actionem, honorem, & adorationem referimus, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. *Populus autem dicit ter:*

Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. *Et ter dictum* Kyrie eleiſon. *Et,* Domine benedic. Benedictio Domini ſuper nos ſemper, nunc, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Et populus,

Benedicam Dominum in omni tempore.

Quo peracto, dicit Sacerdos rurſum,

Benedictio Domini ſuper nos. *Et hoc.* Domine Ieſu Chriſte, Deus noſter, miſerere nobis.

Et in his Miſſa terminatur, vbi regreſſus fuit Sacerdos in ſecretarium, dicit hanc Orationem.

Plenitudo legis, & Prophetarum tu exiſtis, Chriſte Deus noſter, qui adimpleſti omnem patris diſpenſationem, reple nos ſancto Spiritu tuo, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Finis ſacræ Miſſæ S. Ioannis Chryſoſtomi. Præterea dignum ſcitu eſt, quod quadrageſimali tempore Græci Miſſarum ſolennia, exceptis ſabbato, & dominica, minimè celebrant, ſed præſanctificatis, ſicut nos in ſancta die Paraſceues, vtuntur.

F. CLAVDIVS DE SAINCTES

Lectori.

QVONIAM quæ Chryſoſtomo ſemper tributa eſt Liturgia, alijs adiungebatur, vt nihil in ea iudices alienum à ſuo auctore: vt ex vno morem ſacrificandi Eccleſiæ Orientalis adhuc integræ, neque longius ab Apoſtolis remotæ animaduertas, delibauimus ex illius libris quæ ad eam rem conferrent. Nequaquam tamen profitemur omnia quæ huc prodeſſent congeſſiſſe. Nonnulla, vt fit, aliquando non ſatis attente cogitantem ac legentem tranſuolarunt: aliqua non inuitus omiſi, ne eſſem prolixior. Cùm iſta commentaremur, aliquis ad me venit: Ecquid, inquit, tribuitis Chryſoſtomo ſacra, quæ Chryſoſtomi mortui, quæ Sanctorum atque aliorum meminerunt, qui Chryſoſtomum longo tẽporis interuallo ſubſecuti ſunt? Reſpondi, Libros legis, Moſis deceſſum continere ac deſcribere, ſacrilegum tamen eſſe & haberi ab eo confectos denegare. Non ignorant inſuper docti & hiſtorijs noſtris, Eccleſiam principes epiſcopos ſanctos quamprimum eſſent renunciati, atque alios mortuos ſi mererentur in ſacrorum diptychorum (vertamus, tabularum aut voluminum) catalogum ſemper retuliſſe, quorum nomina in myſterijs recitarentur, atque ideo Liturgijs varia pro varietate temporum ſæpe inſeruiſſe. Vale.

FINIS.

Liber hic dignus eſt, qui ſæpius imprimatur, & in omnium manibus verſetur: vt omnes cognoſcant, quàm non ſit recens inuentum ſacrificium Miſſæ in Eccleſia Catholica frequentatum, quod vnicè hoc tempore impugnant omnes hæretici.

Metſius.

PHILOTHEI PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI IN EXIMIOS PONTIFICES ET ORBIS TERRARVM DOCTORES, IOANNEM CHRYSOSTOMVM, BASILIVM MAGNVM, GREGORIVM THEOLOGVM LAVDATIO.

A MAGISTROS noſtros diſcipuli laudibus efferamus. Parentes liberi pro eo ac decet honoremus. Tres Philoſophos, & Eccleſiæ ſapientes atque oratores, Eccleſiæ filij, augustęque Trinitatis adoratores pro virili concelebremus. Orationem citra controuerſiam eloquentibus, & diuinum ſimul, humanumque λόγον ſpirantibus, eorum auditores, & per eos cœleſtibus imbuti myſterijs pro munere conſecremus. Orationem, non qualem ipſi repudiarunt ac reiecerunt: ſed qualem ſe dilexiſſe ijdem teſtificati ſunt. Neque enim quia virorum illorum excellentium præſtantia & cogitationes noſtras, & dicendi copiam tantopere vincit, vt ne mediũ quidem magnitudinis eius poſſimus attingere, idcirco etiam ſilendum, illorumque prædicatio penitus recuſanda eſt: quin toto pectore annitendũ, vt potius quem debemus, hinc Patribus noſtris amorem pro virili perſoluamus. Inde ſiquidem apertum fiet, nos nec ingenij excellitate, nec eloquentiæ B viribus confiſos, verùm fide tantummodo, & charitate, atque vt ita dicam, ipſo debito compulſos, vel maius quoddam onus, quam pro humeris ſuſtuliſſe: quando & Deum ipſum, quanquam natura Imperatores ac Principes vniuerſos infinitis partibus excedentem, vt poſſumus, veneramur, & quæ ſuppetunt, ſeu obolos duos, ſeu fruſtum panis, ſeu calicem aquæ frigidæ, ſeu longè minimum quippiam eidem piè offerimus, ac libamus. Nec vſque in hunc diem, aut ſordium, aut torporis poſtulatus eſt quiſquam, quia non aliquid pro dignitate, ſed pro recula ſua obtulerit. Illi magis in reprehenſionem incurrunt, qui quod poterant, ſponte neglexerunt: quandoquidem & illuſtrium iſtorum præclarum illud conſilium

Exod. 32. eſt, *in conſpectu Dei* (iuxta eius oraculum videlicet) *non apparere vacuum*: nec, quoniam quis ab omnibus relinquitur, ideo omnia relinquere: ſed hoc offerre, ad hoc offerendum animo ac voluntate C paratum eſſe: pro hoc imbecillitati veniam rogitare, & vnumquemque ex his quæ propria poſſidet, fructum Deo dedicare.

Adeſdum igitur admiranda ſanè Patrum Trinitas, magnæ illius Trinitatis myſteriorum conſcij, & amici, & miniſtri, poſt primos, inquã, diſcipulos, & miniſtros, & amicos Verbi. Deductores ſponſæ, & ipſimet ſponſi, & ſimul filij veræ ac

Sap. 8. principis ſapientiæ, quam & vos iuxta ſapientem illum amauiſtis, & à iuuentute veſtra exqueſiuiſtis: & cum qua ſupra quam ille præclare coniuncti & copulati eſtis. Adeſdum ergo fidei, & doctrinæ ſacræ ſtabilimentum, cuius diuina eſt oratio, & lingua ignea, qui & anima, & lingua, & cætera omnia es aureus. Et quanquam nullum mihi vinculum vobiſcum, nec honos par, nec vlla coniunctio; & quanquam de vobis tam excellentibus viris habenda, oratio vires meas, vt dixi, multum ſuperat, A tamen ad commune veſtrum encomium mihi opitulamini, & ingenium excitate, verba ſubminiſtrate, linguámque inaſpectabili modo dirigite, & me manu ducite, virtute ſpiritus illius, qui in vobis habitauit. Oportebat nimirum de veſtris laudibus dicturum, veſtram quoque inſignem illam, ac ſapientia refertam eloquentiam, veſtráſque voces habere: ſolæ enim illæ rem pro dignitate conficerent. Alioqui, Petrum ego, & Ioannem, & Paulum, coryphæorum, ac primorum diſcipulorum Apoſtolorumque Verbi Triadem, Spiritus ſancti præcipua domicilia & inſtrumenta affirmarem ego dignos eſſe, qui hoc negotij ſuſciperent, & æquè honoratis, amicis, ac ſtudioſis ſui, & certaminum ſocijs congruentem atque accommodatam laudationem contexerent. Verùm quoniam id vobis quoque aſſentientibus fieri prorſus nequit, tenuitatem noſtram moderatè feretis, ſat ſcio, vos, qui aliena ſentitis incommoda: vos humani, & qui modeſtiam locis omnibus reuera B commendaſtis, Chriſtumque in hoc etiam, vt ſi qui alij, mirandum in modum imitati eſtis. Præſertim cùm haud à nobis excogitatis & inuẽtis, ſed veſtris potius de Deo, & inter vos ſermonibus confidentes, veſtra vobis quantum poſſumus retribuamus, id quod deinceps oratio declarabit.

Leges itaque & locos encomiorum, à profanis dicendi magiſtris præſcriptos, qui patriam, genus, diuitias, corporis item robur, ſpeciem liberalem, & ſimilia curioſè in primis inquirenda & ſcrutanda cenſent, in hoc argumento præteribimus, non ſolùm quòd hi viri omnia illa deſpexerunt, ſeſéque ſupra res infimas, & ſupra mundum ipſum extulerunt: ſed quòd ipſimet, quemadmodum equos generoſiſſimos, aut abiectiſſimos non ex forma, aut colore probari; ita nec hominem externis depingi ac deſcribi iuſtum & decorum percommode ſcripſerunt, & ijs duntaxat ad eorum C præconia, partem aliquam vtemur, quæ ipſorum in primis propria & germana ſunt, & quibus ſui ſimiles, ac Dei amicos, martyres, inquam, Patres ac Doctores ſuos in ſcriptis ſuis admirabiliter collaudarunt. Spero igitur neminem alienarum orationum cenſorem ac iudicem, alicuius ineptiæ, aut furti nos damnaturum, ſi eorum verbis, diuiniſque dictis ac ſententijs vberius adhibitis, cum ipſos, tum orationem noſtram cohoneſtauerimus, idque remote fortaſſis ab oratorum conſuetudine, vt nonnulli exiſtimabunt. Primùm enim non ſolùm à iuſtitia ac pietate abhorrens, ſed rapinæ & auaritiæ quoque affine arbitror, vbi ipſimet ſua proferre in medium poſſunt, nos illis ſermonem non cedere, locumque dare, & cũ ſilẽtio (ſicut in myſteriorum ritibus) auſcultare; verũ impudenter, & confidenter agere, & propria audere cõtra obtrudere. Deinde iſthuc nec inuſitatũ eſt, nec à more ſanctorum optimorumq; virorum

A alienum. Conſtat enim non modò maiores noſtros, homines ſapientes & integros iſtam rationem perſtudioſè tenuiſſe in orationibus, quas de clariſſimis hiſce viris contexuerunt: ſed inſuper hos ipſos ſapientiæ doctores inclytos in ſuis ipſorum voluminibus id factitaſſe cõperimus, vt ſua à ſemetipſis velut mutuarentur, & cùm ſacra myſteria tractarent, & cũ viciſſim ſeſe, & amicos ſanctis laudibus proſequerentur: qua quidem ratione huius rei quaſi typum & exemplar imitatoribus ſuis præmonſtrarunt. Iam ſi tertiam reſponſionẽ requiris, eſt in promptu etiam tertia, ardor, & amor incredibilis, & vt ita vocemus, malacia quædam erga ſcripta, & tonitrua illa diuina, & ſine dubio ſacrum nectar, quo nos illa ſiue audiendo, ſiue legendo, ſiue ſcribendo, ſiue vt vſus poſtulauit adhibendo ſatiari & expleri nunquam potuimus. Quamobrem ad eos, eorumq́ue laudes deprædicandas aliquando accedamus.

B Hi ſecundùm altiſſimam, vereq́ue inexplicabilem ac diuinam prouidentiam, quæ multo antè (vt ipſi quoque docent) magnarum rerum principia, & fundamenta ponere ſolet, in medio Chriſti Eccleſiæ nati ſunt, ſiue terrenam & corpoream generationem, ſiue ſupernam, ſublimem ac diuinam, quam S. Dauid Dei generationem, & nocturnæ generationi contrariam dixit, ſiue ambas ſpectare voluerimus. Pſal. 18. Et cũ hanc ſolam (ſpiritualem generationem) ſibi & matrem, & nutricem, & patriam, & genus, & quidquid eſt huiuſmodi, ſtatuiſſent, primùm ab ea aliti ſunt, 1. Pet. 2. fideique ac pietatis purum, ac ſine dolo lac, introductorios & initiatorios ſermones eius hauſerunt, & cum illis, ac poſt illos orbem diſciplinarum liberalium excoluerunt. Vbi verò perfectioribus illis doctrinis, externaque ſapientia opus fuit (requiritur enim, inquiunt ipſimet, etiam vis dicendi ad animi ſenſa explicanda: intelligentia ſiquidem, quæ explicare ſeneſcit, motus torpentium eſt) C ſuis telis rectę doctrinæ fidei aduerſantes, & apud ſemetipſos ſapiẽtes ac ſcientes feriendos, Rom. 11. 1. Cor. 8. & ſupercilium, inanemq́ue inflationem, ac ſpiritus illis detrahendos exiſtimarunt; néve in ipſorum diſciplinis ruditas & imperitia ſacræ rationis noſtræ imbecillitas ab inſipientibus exiſtimaretur, etiam in illis, non leuiter, nec molli brachio, vt quiſpiam dixerit, verum adeò ſedulò, & inſigniter ſe exercuerunt, vt ſupra fieri nihil poſſet. Cúmque fœlicitatem ingeniorum pari diligentia cumulaſſent, quibus duobus ſcientiarum artiúmque robur continetur, vt ait (Nazianzenus) breui ſpatio omnes earum candidatos ſuperarunt. Sic igitur oratoriam facultatem & philoſophiam, immò omnes Philoſophiæ partes non infœlici ſucceſſu percipiunt. De Aſtronomia verò & Geometria, déque numerorum proportione, cùm tantũ didiciſſent, inquit (puta Nazianzenus) vt ab iis exagitari non poſſent, qui his D rebus inflantur, id quod iam dixi, ſuperuacanea & curioſa (quod iterum magnus ille ſcribit) vt pietatem ſectantibus inutilia, contempſerunt. Quanquam & ea ſic callerent, vt neſcires hæc ne, an illa magis in illis admirarere. Ita ſecundum ſcopum ſuum generoſi illi, & quemadmodum tales oportebat, cùm res ſuas in his quoque inſtituiſſent, modicum mundo & ſcenæ gratificati ſunt, multitudiniſque deſiderio quoquo modo ſeruierunt. Nec enim tanquam in theatro hiſtriones plauſum captarunt, aut ſe magnifice oſtentarunt: ſed hic item Deo virtutiq́ue potiſſimas partes tribuerunt, & in iudicijs oppreſſorum cauſſam, quantum ingenio & arte valebant agentes, ſancitiſque iuſtitiæ legibus patrocinantes, & eam pro virili ſua corroborantes, breui admodum ſui ipſorum, & Dei euaſerunt; totoque mundo, & omnibus quæ in eo ſunt relictis, ad vitam ſolitariam, ſiue potius angelicam conuerſi, omnes tum veteris, tum noui Teſtamenti libros, vt inquit, meditando ſic perſcrutati ſunt, quomodo ne vnum quidem alius: & ditati ſunt cõtemplatione, ditati quoque morum ac vitæ ſplendore, vtrumque mirabiliter connectentes, catenã verè auream, & quę à pleriſque haud connectatur; vita quidem ad contemplationem duce vtentes; contemplatione autem vitam ipſam obſignantes. Quin vt accuratius, quod res eſt dicam, non ſolùm his rectè ſupra alios funguntur, & hanc catenam mutuò præclariſſimè connectunt, verum etiã horum habitum longè præſtantiſſimum, & ſcientiã in admiratione ponendã conſequuntur, eorumq́; magiſtri à poſteris ſuis omnibus, ſacerdotij, vitæ ſolitariæ, & vt paucis complectar, actionis & contemplationis canonibus, formulis, præceptis, ſacris videlicet commentarijs & opuſculis relictis, appellantur: quæ quidem propter magnitudinem & abundantiam gratiæ quantum debemus, ſuſpicere non poſſumus. Hinc illis ad Deum aſcenſus, & ſpeculatio, excellentiſſimaq́ue vnio, & illuminatio quodq́ue deſiderabilium ſupremum eſt, ſecundùm ſimilitudinem habitus. Quò qui peruenerunt, inquit, eorum contemplatio omnis quieſcit, quando nec in amplitudine ſua habitus, nec mens quamuis contemplandi ac penetrandi ſumma vi prædita, quidquam ſublimius reperit.

At enim illis ipſis potius etiam deinceps orationem concedamus. Iidem namque ſimul agendi illa, & explicandi exquiſiti præceptores & artifices ſunt: nec erit vnquam, qui cum ipſis de hac palma contendat. Cuicunque igitur contigit, per rationem & contemplationem terrena mole, & hac carnea nube, ſiue tegumento perruptis, cum Deo verſari, puriſſimæque luci, pro captu humanæ naturæ commiſceri, hic beatus eſt: & quia hinc ſurſum aſcendit: & quia inde deificationem nactus eſt, quam ſincerum philoſophiæ ſtudium conciliat, mentiſque ſupra terrenum binarium euectio, propter eam, quam in Trinitate vnitatem intelligimus. Qui autem ob animæ cũ corpore coniunctionem factus deterior, lutóque tantopere implicitus hæret, vt nec veritatis lumen intueri, nec ſupra hæc infima ſe attollere valeat, quanquam deſuper oriundus, & ad ſuperna vocatus, hic mihi ob cæcitatem videtur miſer, tametſi caducis circumfluxerit: tantóque miſerior, quanto magis rebus ad voluntatem fluentibus deluſus, & aliud bonum, vero bono præſtantius credere in animum induxerit: malum vtique malæ opinionis fructum carpens, vt aut tenebris damnetur; aut vt ignem videat, quem vt lucem non agnouit. Hæc non multis, inquit, tam noſtræ ætatis, quàm veteris memoriæ hominibus ſtudio fuerunt (pauci quippe ſunt Dei, licet omnes ipſius figmenta ſint) legiſlatoribus, belli ducibus, ſacerdotibus, Prophetis, Euangeliſtis, Apoſtolis, paſtoribus, toti ſpirituali cœtui: inter omnes verò his etiam, vt nemini magis, de quorum laudibus nunc diſſerimus.

Hæc mea eſt Theologorum Trinitas, Baſilius, Ioannes, & Gregorius. Haud enim timebimus vel eos qui ante, vel eos qui poſt hos numerantur. Qui ita inter ſe hærent, tam ſunt vnanimes, claritateq́ue & virtutis honore pares. Quæ cum aliis certauit, cum aliis eodem numero habita eſt, alios ſuperauit, nemine vt ego ſentio, primas conceſſit. Et aliorum quidem ſermonem & doctrinam, aliorum actionem perfectè expreſſerunt. Illorum item manſuetudinem, horum zelum, aliorum diſcrimina, quorundam plura, nonnullorum omnia imitati ſunt. Et aliud ab alio bonum ſumentes, ſicut qui formas ſcitiſſimè pingunt, dicendi peritos actione, rurſum in agendo exercitatos, eloquentia & doctrina poſt ſe reliquerunt. Aut ſi mauis, ab eloquentia celebratos eloquentia, actione autem in agendo excellentes antegreſſi

A ſunt, & in vtroque mediocres, alterius præſtantia ſuperarunt: in altero autem eminentes, hoc ipſo præcurrerunt, quod ambobus ſingulari modo vſi ſunt. Et ſanè nouum miraculum, omnique oratione ſuperius eos nominandos arbitror, quod mirificè omnium aures atque animi obſtupeſcant. Propter hæc nempe Petro, & Paulo, & filiis tonitrui, eorumque ſociis illos annumerari æquius fuerit, quam alios quoſcunque Chriſti diſcipulos: ac propter hos ante alios quoſcunque Chriſtum, poſt reditum ab inferis in cœlum proficiſcentem dixiſſe exiſtimandum, *ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſaculi,* illuſtrem ſucceſſionem, & communem horum cum ipſis apoſtolatum miniſteriumque, honoris item æqualitatem inſinuantem. Mat. 28.

Vera autem & iuſta me dicere, nec ob ſingularem quo eos diligo amorem quidquam (vt alicui videri poſſim) non conueniens ad gratiam de his Patribus affirmare, inde conſtabit. B Etiã hos Chriſtus diſcipulos & Apoſtolos diuino ſpiritu, quẽadmodum illos inſtituit, & Euangeliũ, & prædicationem, & communem hominum ſalutem perinde illis commiſit. Actor. 2. 1.Cor. 12. Etiam hi linguas igneas deſuper à ſpiritu deſcendentes, diuiſionemque, & diſtributionem gratiarum, & inſignium operationum, vt illi ſuſcipiunt: nec humanis ac barbaris, ſed angelorum linguis, & vocibus arcanis cœleſtibuſque loquuntur; diuinoque ſpiritu imbuti, à Deo inſpiratarum ſcripturarum ſublimia, & recondita interpretantur, & prophetant, & cum Prophetis miro quodam modo non aſpectabilem aſpiciunt, reuelationibuſque, & myſteriis inexplicabilibus digni habentur. Et miranda opera efficiunt, & morbos deſperatos, vt illi, ſola Chriſti imploratione curant; nec corporum tantummodo, ſed animarum quoque: immò verò per peccatum iam mortuas in vitam reſtituunt, quod maius eſt, C quam corporibus ſpiritum reddere. Præterea dæmones à membris humanis fugant, vitioſarum affectionum, dæmonumque dij, per gratiam, ab eo, qui ſolus per naturam Deus eſt, creati: vt olim ad magnum illum Moſen, *ecce,* inquit, *conſtitui te Deum Pharaonis:* Exod 7. quibus verbis Ægypti cladem & plagas, atque in profundo mari extremam Ægyptiorum perniciem obſcurius ſignificauit, quas legiſlator & ductor admirabili illius potentia inuexit. Luce 1.

Primùm igitur diſcipuli, & miniſtri Verbi, ab eo ad gentium vocationem miſſi, hoc habitu ſpirituali, & omni armorum genere propter ſaluandos homines, aduerſus diabolicam in eos dominationem induuntur. Marci 16. Ait enim. *Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.* D Quę omnia nimirum iuxta Domini promiſſa, à mendacio aliena, euentus comprobauit, quando Apoſtoli aduerſum gentiles, idolorumque cultores ſibi aduerſantes, ſermone parũ eguerunt: maximamque partem, vel potius pœne totum ſignis inuſitatis, & prodigiis confecerunt: & hanc ex ethnicis congregatam Eccleſiam, ſponſam ei immaculatam, ſecundùm Paulum, exhibuerunt. Ephes. 5.

Græcorum porrò ſuperſtitione, falſorum deorum, & creaturarum adoratione, & dæmoniaca in homines tyrannide Chriſti virtute per ſanctos Apoſtolos pulcherrimè de medio ſublatis, aliam viam tentat perſecutor, non iam palàm, & apertè (haud enim iſtiuſmodi certaminum, vt vndique expulſo ac deuicto, locus ei de integro dabatur) ſed dolo complurium deorum cultum, & ἀθεΐαν rurſus inducens: quam cum à principio quondam contra protoplaſtos in paradiſo fraudulenter pe-

A periſſet, multiſque ſæculis naturam noſtram ea tyrannide oppreſſam tenuiſſet, ad ſe denuo diuinum cultum honoremque reuocare impudens laborauit, nec crucem, nec Dei ſanguinem reueritus, per quæ crudele eius imperium deſtructum eſt: ſed poſt deſtructionem adhuc cauda palpitans draco, & ad vltionem luctámque amens, & impius ſeipſum turpiſſimè exſuſcitans. Hoc autem nihil aliud eſt, quàm improbiſſimarum hæreſum contra Chriſti Eccleſiam noua tyrannis, & inanis fidei perſecutio: poſt Nerones, inquam, Traianos, Decios, Diocletianos, Maximianos, & Maximinos, & quotquot primæ impietatis & ἀθείας præſides ac duces extiterunt, Sabellios, Arios, Apollinarios, ſecundæ ἀθείας defenſores nobis excitans, & Eccleſiæ Chriſti perſecutores, non minus quam illos, niſi etiam acerbiores: quòd cum Chriſti nomen ferrent, inquit, (magiſtrorum enim meorum verba iterum vſurpabo) Pſeudochriſti, & Chri- B ſtianorum opprobria erant: quibus & facere impietas, & pati dedecus videbatur: quod non putarent nos affici iniuria, neque in nos magnificum martyrij nomen conuenire: ſed nos etiam hic furari quodammodo veritatem, & pati vt Chriſtianos, cùm interim vt impij pœnas exſolueremus. Atque idcirco excitatum eſt nobis, inquit, cornu ſalutis, & lapis angularis, ſibi nos & noſmet mutuò eadem compage coniungens. Immiſſa eſt ſuo tempore admiranda hæc Theologorum Trinitas; aut ignis purgans fœces ac ſordes: aut ventilabrum ruſticum, quo leuitas & grauitas dogmatum ſecernitur: aut ferrum, nequitiam radicitus exſcindens. Et Verbum ſuos ſibi adiutores inuenit: & Spiritus qui pro ipſo ſpirare velint nanciſcitur. Hinc ſecunda vocatio & apoſtolatus, & Euangelij noua prædicatio chori Patrum Theologorum, inquam, contra ſecundam impietatem, & ἀθείαν, Apoſtolorum ſcilicet poſt Apoſtolos, & Euangeli- C ſtarum poſt Euangeliſtas, & Theologorum poſt Theologos: & Petrus, & Ioannes, qui videntur, & ſunt columnæ Eccleſię Chriſti: Galat. 2. & poſt illos tertius illis conglutinatus, & æquè honorandus Paulus, tametſi tempore paulo poſterior; zelo tamen, ſtudio, arte, & Euangelicis certaminibus par, eiuſdemque & confœderatus: ipſi vertices, & præſides chori huius, ſicut antè memini.

Verum enim verò, primorum diſcipulorum, & Apoſtolorum robur in ſignis ac portentis, in linguis, reuelationibus, vaticiniis conſiſtebat, per quæ vniuerſum ſub ſole mundum viuificarunt, & ad ea verbis non multis opus habuerunt, id quod ſupra tetigi. At iſtis principibus, Apoſtolorum ſucceſſoribus ac Theologis, ne hic quidem vlla ratione pauperibus, in ſermone, & circa ſermones atque doctrinam omne certamen ac robur fuit. Quoniam non aduerſus idola, manifeſtumque creaturarum cultum, ſed contra ſubdolam D quandam, & occultam in Deum impietatem, & nouam erga creaturas ſeruitutem conflictus à gubernatoribus iſtis nauis Eccleſiæ totius mundi ſuſcipiebatur. Quid enim ſibi volebant perſecutores, cum vnigenitum, & conſubſtantiale, & honore æquale Dei Verbum communi nomine Deum appellarent, & idem nihilominus ad creaturam vſque deprimerent; connaturalem porrò, & eiuſdem throni ſocium ſpiritum nec Dei vocabulo nominarent, & ad creaturarum ordinem ſimiliter detraherent? Peruerſa, inquam, diuiſio & ἀθεΐα Arij. Quid Sabelliana commiſtio, & trium in vnum confuſio? vt ſecundum illos neque tria, neque vnum eſſet, quod adoratur, noua & abſurda ἀθεΐα. Quin etiam Chriſti nomen gerentes, dubium Chriſtianis, ſiue Chriſtianorum ſimplicioribus & rudibus certamen, & veritatis inuentionem faciebant. Quocirca ab ipſis magiſtrorum coryphæis opera omnis in ſermonem & doctrinam collata

eſt, vt dixi, eundemque & domeſticos erudire, ſuadendoque ad pietatis numeros componere, & alienos amoliri oportebat: immò verò improbarum opinionum patronos redarguere, blaſphemias in altum loquentes: *poſuerunt quippe in cœlum os ſuum*, [Pſal. 72.] & B. Dauid ait, *& lingua eorum tranſiuit in terram*, dum cœlum in terram inclinant, & cum creatura naturam ſupra mundanam numerant, quam neque comprehendere creata res poteſt: & ſi ex benignitate quippiam nobiſcum factus eſt, vt nos humi iacentes ad ſe attraheret. Cæterùm illi quidem tales ſunt, & ita ſe habent. Alij Senacheribi, & Nabuchodonoſores contra Hieruſalem, & Iudæam inueniuntur; aut Darij & Xerxes, & ille fama notiſſimus, & innumerabilis aduerſus Græciam Perſarum exercitus.

At enim præſtat magiſtris hiſce rurſum auſcultare, ſua ita docentibus, vt melius nulla lingua, nullum ingenium poſſit. Erat, inquit, cùm vigerent res noſtræ, & bono loco eſſent; quando ſcilicet iſta ſuperuacanea, verborumque fucis, & arte inſtructa tradendæ Theologiæ ratio ad diuinas cauſas acceſſum neutiquam reperiebat: contra ſimplex & ingenua oratio pietas ducebatur. Sed poſtquam Sexti, & Pyrrhones, & contradicendi ſtudioſa lingua, haud ſecus, quam grauis quidam morbus, & praua conſuetudo Eccleſias noſtras corrupit; & nugacitas viſa eſt eruditio: & quod [Actor. 17.] Actorum liber de Athenienſibus refert, ad nihil aliud vacamus, quàm ad dicendum audiendùmve aliquid noui. Hunc furorem Arius ille, à furore (à Marte) nomen ſortitus, inchoauit: qui etiam petulantis linguę ſupplicium pertulit, in locis ſordidis anima expirata, quod illi piorum votis & precibus, non morbi alicuius violentia contigit, atque inſtar Iudæ, propter ſimilem Verbi proditionem diſruptus eſt. Alij in morbum ſuccedentes, artem impietatis, fabricati ſunt, qui diuinitatem Ingenito definientes, Genitum, & Procedentem ſimul Deitatis finibus excluſerunt, nominis duntaxat communione Trinitatem venerantes: quin ne iſtuc quidem ei relinquentes.

At nos ſcientes in vnum tria contrahere impietatis eſſe, & nouitatis introductæ à Sabellio, qui primus contractionem diuinitatis commentus eſt, & tria diuidere naturis, diuinitatis peregrinam & inuſitatam ſectionem eſſe, & vnum pulchrè conſeruamus (deitati videlicet) & tria (quod ad proprietates attinet) piè docemus: nec per vnum deitatem confundimus; nec per tria diſtrahimus: ſed intra metas pietatis manentes, immoderatam in vtramque partem inclinationem reprehenſionemque deuitamus. Quamobrem mediam ac regiam viam ſecantes (in quo & virtutis laus ſita eſt, vt moralium rerum peritis placet) credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, conſubſtantialitatem, vnam eandemque gloriam, quibus & baptiſmi perfectio nititur, & nominibus, & rebus ipſis. Noſti enim, initiate, illum eſſe negationem ἀθεΐας, & confeſſionem Deitatis: atque ita conſumamur, vnum quidem in eſſentia cognoſcentes, & adoratione communi, atque indiuiſa affirmantes; tria autem in hypoſtaſibus, ſiue (quod quidam malunt) in perſonis; ne inepti ſint, qui de his litigant, quaſi in verbis potius, quàm in rebus pietatem noſtram conſtituamus. Sed times, ne τρίθεια, id eſt triplex diuinitas tibi exprobretur. Tu quod habes bonum tibi retine, in tribus ſcilicet vnionem: mihi pugnam ſine: patiare me nauim compingere, tu naui vtere. Etiamſi alius ſit, qui naues fabricetur, tamen tu ne tuam ſine fabricare. Tu hanc ſecurus habita: & licet eius cauſſa nihil laboraris, nihilominus curſu proſpero nauigabis. Aut incole domum meam, qui hæc conſtruxi & paraui, quamuis ad ea ſtudium operamque nullam impenderis. In nubem ingrediamur. Da mihi tabulas cordis tui. Sum tibi Moſes, & ſi hoc dictu eſt [Exod. 24. & 31.] audacius. Inſcribo digito Dei nouum decalogum: inſcribo compendium ſalutis. Quod ſi quæ beſtia hæretica, & rationis expers eſt, intra maneat: aut periculum erit, ne ſermone veritatis lapidetur.

Non temerè igitur, neque à ſcopo aberrans ego illa de iſtis, qui ſunt æquales Apoſtolis, & Apoſtoli, & Theologorum anteſignani antea protuli, etiam hos cum Petro & Paulo, & filiis tonitrui, pri- [Marci 3.] mi illius chori capitibus in mundum à Chriſto miſſos, qui ſecundam κτίσιν, & creaturarum cultum poſt illos, & cum illis, virtute Verbi, veræque ac primæ ſapientiæ, igne ſpiritus penitus exurerent, & Eccleſiam eius, defectionis diſcrimini proximam, propter hyemem, ventos contrarios, & procellas, dæmonum artificio concitatas calefacerent, ardoremque priſtinum redaccenderent. Per quos videlicet conſequimur, vt ſanctè viuamus, vt ſacerdotio bene fungamur, & doceamus, & audiamus, & Euangelicam atque Apoſtolicam fidem agnoſcamus. Et quò vitam ſine offenſione ac pariter degamus ab ipſorum ſapienti prouidentia accipimus. Audiſtis enim cœleſtes ipſorum voces, quas nobis per eos Spiritus ſanctus diuinitus eſt locutus. *Intonuit enim rurſus de cœlo Dominus, &* [Pſal. 17. Pſal. 67.] *altiſſimus dedit vocem ſuam*, etiam per hoſce magnos; *& illuxerunt coruſcationes eius orbi terrarum: & commota eſt, & contremuit terra: & fundamenta montium conturbata* [Pſal. 17. Pſal. 113.] *ſunt à facie Domini, & à facie Dei Iacob*. Quæ porrò iſta, & quam ab iis Eccleſiæ iactationem tempeſtatemque importari iudicabimus? hos eſſe opinor, qui à terra, è cerebro ſuo clamant, & quæ ſpiritus ſunt, citra ſpiritum loqui non reformidant. *Quos ego non* [Hier. 14. & 23. Iob 2. & 40.] *miſi*, ait Dominus, *& ipſi prophetabant*. Præterea inſtigantem illos, & docentem loqui talia, ducem auctoremque ſcelerum ab initio: quem diuina Scriptura montem magnum, & Leuiathan nuncupare conſueuit, lumine faciei Domini agitatum, & quaſſatum, & vertigine correptum. *A facie formidi-* [Iſaiæ 2.] *nis Domini*, inquit magniloquentiſſimus Iſaias, *& à gloria fortitudinis eius*. Atque vt ad ſapientiſſimum Dauidem reuertar, *in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. Vnde & inſignis ille Paulus de ſe, & coapoſtolis illud interpretatus eſt. Et, *cœli enarrant gloriam Dei*, inquit, *& opera manuum eius* [Pſal. 18. Rom. 10. Pſal. 18.] *annunciat firmamentum. Et dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*. Nihil enim prohibet etiam diem vocare ſpiritus gratiam, propter luminis ſplendorem, & claritatem; & eandem rurſus noctem, propter pofunditatem nempe, & difficultatem quam habet contemplatio. *Poſuit enim tenebras* [Pſal. 17.] *latibulum ſuum*, diuinum puta verbum ſuum, & profundum cognitionis ac ſapientiæ, hoſce lucis ac diei filios docentis, quos ſi quis etiam noctem nominauerit, mea ſententia ab eo quod decet nihil faciet alienum, propter incurrentem carunculæ huius caliginem, & tenebras, quæ lumen gloriæ Dei intercidunt, vt cum eodem Propheta iterum dicam. *Deus meus illuminabit tenebras*, inquit. Et, [Ibid. Pſal. 4. Pſal. 89. Pſal. 18.] *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui*. Et, *ſit ſplendor Domini Dei ſuper nos*. Idem rurſus: *Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum*: horum ſermones illos, & de cœlo delatas voces, ſiue tonitrua prænuntians: quæ omnium aures atque linguas ab extremis terrarum vſque ad extrema comprehenderunt, omneſque mundi fines magniloquentia ſua occuparunt. De quibus ſanè inclytum quoque Iſaiam vaticinatum reor. *Super mõtem excelſum aſcende tu, qui Euangelizas Sion*, Eccleſiam Chriſti, inquam. [Iſaiæ 40.] *Exalta in fortitudine vocem tuam, qui Euangelizas Hieruſalem. Exaltate, nolite timere. Sacerdotes loquimini ad cor Hieruſalem, dimiſſa eſt enim iniquitas illius*. Et hæc quidem hactenus.

Sed quoniam & ſpectatoris Dei, & legiſlatoris Moſis, ſimiliter eiuſdem ſpectatores, & legiſlatores, de Deo philoſophantes & docentes hi paulò

antè meminerunt (ait enim, in vrbem ingredia-
mur, da mihi tabulas cordis tui. Sum tibi Moſes,
quamuis hoc dictu audax ſit, inſcribo digito Dei
decalogum: inſcribo compendium ſalutis) ne
hoc quidem tranſeundum opinor, quin pro viri-
bus conſideremus: præſertim cum ab ipſis adeo
ſublimiter, & magnificè prolatum ſit. Quid igitur?
quæ eſt oratio mea? Hi quoque vt Moſes ille cla-
riſſimus, paſtorali virga ab eo qui eſt, ſibi tradita,
Exod. 2. & 3. diuque Pharaonis, & hoſtilis exercitus eius appel-
lati in tenebroſam, & perſecutricem Ægyptum,
in peruerſam, inquam, & ratione carentem *animam*
deſcenderunt, diuinoque verbo, & digito Dei, ſi-
cut ille, plagis ſæuiſſimis eam flagellarunt. Dein-
Pſal. 135. Pſal. 77. de etiam populum Domini inde educentes, *in ma-
nu potenti & brachio excelſo*, & profundum ſalſæ infi-
delitatis ligno crucis, atque in eo ſuſceptæ admiran-
dæ imitatione, & communi ſalute, quam in medio
terræ ipſe ſolus operatus eſt, poſt illum, & cum il-
Exod. 14. lo pertranſierunt, Ægyptumque, & ſuperbam
mentem, Pharaonem dico, qui animo cernitur,
cum omnibus copiis ſummerſerunt, equos, & a-
ſcenſores, & duces ibidem marinis aquis obrue-
runt; & victoriale carmen cum ipſi cecinerunt,
Ibid. 15. tum populum Domini ſimiliter canere docuerunt.
Exod. 17. Iidem cum Moſe montem conſcenderunt, Ama-
lec improbum prædatorum motionum architectum
extenſione manuum, & figura noui myſterij, in-
effabilibus intelligentiæ efficacitatibus proſtra-
uerunt; qui poſt primam illam illuſtremque vi-
ctoriam, Dei populum impudenter iterum inua-
ſerat. In columna lucis & nubis per ſolitudinem
Ibid. 13. & 16. iis præiuerunt. Manna quod ſub rationem cadit,
Chriſtum, inquam, in alimoniam immortalitatis
Num. 20. affatim his præbuerunt. De petra percuſſa, lateris
Deut. 32. Domini videlicet, melle, nouo quodam modo eos
ſaturarunt: idque tanto excellentius, quanto hæc
typis illis, & adumbrationibus excelſiora, maie-
ſtatiſque pleniora ſunt. Quid amplius? Dei iuſſu
Sinai monte conſcenſo, ſine fulgoribus, toni-
truis, procella, & caligine (quibus initiati exter-
Exod. 24. 2. Cor. 3. rentur) & ignem perrumpunt, & cum Moſe nu-
bem ingrediuntur, & in tabulis non lapideis, ſed
in cordibus carnalibus, digito Dei (vt cum ipſis
rurſus dicam) nouum decalogum, & compendium
ſalutis inſcribunt: & hic quidem ſacroſanctæ Tri-
nitatis, & diuinum Chriſti œconomiæ myſterium,
illic Euangelio affinem viuendi modum, manda-
Iacob. 2. torumque implendorum viam inſculpunt (*fides
quidem ſine operibus mortua eſt*, vt opera ſine fide: quod
Exod. 24. 2. Cor. 3. etiam ipſi docuerunt) inde non iam cum Moſe,
ſed plus quam Moſes animis, & vultu glorifican-
tur. Quod enim ille in vultu gerebat, hi magnifi-
centius, & ſublimius in animabus habebant. Hoc
quoque ab ipſis, quanquam de aliis dictum eſt.
Quinimo Chriſtus etiam ipſe hoc ipſum in per-
ſona primorum diſcipulorum, Apoſtolorumque
Lucæ 10. ſuorum confeſſus eſt. *Multi, inquit, Prophetæ & Re-
ges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audi-
re quæ vos auditis, & non audierunt.*

E monte diuinæ apparitionis Deo ſimiles effe-
cti, & numine afflati, & ſoles noui deſcendunt.
Quin potius intra nubem (vt ipſi loquuntur) my-
Matth. 17. ſteria docendos cum Petro, & filiis tonitrui ac ca-
no inducunt, & vna ſecum introducunt, claritate-
que illa, myſticiſque ſplendoribus altiſſimæ Tri-
nitatis, & fontis luminum eos illuminant: non
vulgata tantum, multorumque auribus non igno-
ta, nec ſecreta illa myſteria, vt aiunt ipſi, verum
illis interiora quoque, magiſque myſtica docen-
tes. Habes enim, inquit, myſterij notiora, & multo-
rum aures minime fugientia: cætera intus, Trini-
tate largiente cognoſces, poſt baptiſmum & pur-
gationem videlicet, quæ apud te ſigillo munita
abſcondes. Quænam autem illa, & qualia ſint, &
vnde veniant, iidem imitatos rurſus docent in eo-

A dem ſpiritu, tametſi adhuc obſcurius, nec omni-
no citra ſpeculum, & integumenta, propter ob-
ſtantem nebulam, & carnis caliginem, quibus im-
pliciti ſumus.

Huius diuini & boni ſpiritus, ô cæleſti numine
inſtincti doctores, chariſmatibus & efficientia vos
quoque repleti eſtis, & per hæc totum intra vos
habetis, vnum de ſancta Trinitate, totum in vno- Epheſ. 4.
quoque habitantem, & totum cum Deo manentē, Actor. 2.
& implentem hoc Omne, & ſuper Omne, & extra
Omne exiſtentem iuxta doctrinam veſtram. Su-
ſcepiſtis nimirum & ipſi linguas igneas cum Apo-
ſtolis in editiſſimo ædium loco; hoc eſt, in excelſa
mentis veſtræ cuſtodia & contemplatione: non
quemadmodum illi, e publicanis, & ſutoribus, &
piſcatoribus vocati, vtcumque in Apoſtolos & diſ-
cipulos (*Placuit enim tunc Deo per ſtultitiam prædicationis* 1. Cor. 1.
*ſaluos facere credentes. Quia, inquit, in Dei ſapientia non co-
gnouit mundus per ſapientiam Deum*) ſed ab oratoribus,
B philoſophis, dialecticis, & ſapientibus ad veram &
antiquiſſimam ſapientiam atque apoſtolatum ve-
niſtis: vt etiam per inferiorem ſapientiam, veluti
ſarcinariam quandam, & miniſtram ſtulta ſane, &
imbecilla externorum ſapientia redargueretur.
Ad ſalutem noſtram egreſſi eſtis, ceu alij quidam
per gratiam, & formatores ſaluandorum, in virtu-
te omnium opificis, & formatoris, quique ſolus
ſecundum naturam Deus eſt.

Ac Moſes quidem eximius ille tarditatem & Exod. 4.
gracilitatem linguæ, ac vocis ſuæ, & poſtea Hiere- Hierem. 1.
mias immaturitatem ætatis corporeæ excuſantes,
prophetandi munere, & diuini apoſtolatus officio
fungi cunctabantur, prædicationemque differe-
bant. At vos admirabili ſuper hoc reuelatione, &
oraculis inde acceptis, omni timiditate abiecta, &
humanis cogitationibus penitus depoſitis, vocan-
tem promptè, vt generoſi, vt virili robore præditi,
ſecuti eſtis, & ipſi quoque cum Iſaia, *ecce ego adſum,* Iſaiæ 6.
C *mitte me*, apertè dixiſtis. Vnde etiam excellentius
quam ille e diuino, & ſingulari illo altari, tanquam
forcipe carbone intellectuali, ſpiritus operatione
accepto, non ſolum Iudæos, Syros, Ægyptios, aut
hos aut illos: ſed orientem & occidentem, Aqui-
lonem & Auſtrum, & qua per orbem ſalutare Dei
verbum diuulgatum eſt, ad officium, & curam ve-
ſtram pertinere exiſtimaſtis, illum (orbem in-
quam) agitatum ſtabilire, & quaſſatum linguis op-
poſitis, ſana veritatis doctrina corroborare anni-
tentes.

Porrò qui magnæ Cæſareenſium Eccleſiæ tunc
præclare præfuit (Baſilius) & quaſi ſacrum quod-
dam Prytaneum, aut omnium orbis Eccleſiarum
ſpeculum, & curiam eam habuit, illinc verbo &
opere præeſt vniuerſis, omnibuſque viribus & in-
genio, cum excellenti quadam ſpiritus virtute eas
adminiſtrat, ſcribendo, docendo, admonendo,
mandando, diſponendo, confutando, hortando, re-
D ges, præfectos, duces, principes, clerum, populum,
communem vitam traducentes, & ſolitarios, viros
perinde ac mulieres, regiones totas, & vrbes: pro
nequam paſtoribus, & propagatoribus impietatis
ſeipſum ſubiiciendo: ſermone & ſcriptis orato-
rem, philoſophum, theologum agendo, ſpiritu-
que adiuuante, pietatem libris conficiendis erudi-
tiſſime defendendo, vt nihilominus ipſi cum ma-
gno Paulo dicere liceat, *Inſtantia mea quotidiana, ſolli-* 2. Cor. 11.
*citudo omnium Eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infir-
mor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?*

Alij verò ampliſſimæ huius, & reginæ vrbium
(Conſtantinopolis) ſacrum præſulatum ac princi-
patum diuina prouidentia ſuo tempore ſibi com-
mendatum cum accepiſſent (Gregorius Nazian-
zenus puta, & Ioannes Chryſoſtomus) vterq; ſub-
limibus & diuinis, quibuſque magnum & admira-
bile Dei regnum ſplendet, quæque ipſum exqui-
rentes ſequuntur, eandem vere maximam, & om-
nium.

nium, quotquot vbique terrarum extant ciuitatum principem reddiderunt: per quam, & ex qua velut è carceribus, aut ſancto propugnaculo prodeuntes, diuina oratione ſua, & doctrinis venerabilibus orbis terrarum fines obierunt: tantumque anteceſſores & ſucceſſores omnes, quotquot nimirum huius vrbis princeps ſacerdotium, & pontificiam præfecturam cum Euangelica diſciplinæ poſt primos ac præcipuos Chriſti diſcipulos adminiſtrandam adepti ſunt, antecelluerunt: vt propemodum maximam partem vniuerſi ab Eccleſia ignorentur, & præ his nec de nomine quidem cognoſcantur: quanquã & multi in medio creati, & à doctrina moribuſque non vulgare præconium conſecuti fuerint. Verum hi vtriuſque ſplendoris magnitudine, non aliter quã ſideribus ſolis claritas, obſcuritatem attulerũt. Quod ſi qui etiam poſt generoſos iſtos in Eccleſiarũ maximæ principatum ingreſſi, non humile quiddam, & præclarum cum laude aut præſtare viſi ſunt, aut præſtiterunt, mox illis inde appellatio, & nomen nouum à fidelibus inditum eſt, tacitis quæ paſtores ſinguli gerebant nominibus.

Neque verò magnos iſtos viri, mulieres, vulgus omne ſuis nominibus appellat: ſed vni Theologi, alteri Chryſoſtomi vocabulum cum ingenti quadam voluptate & reuerẽtia attribuit: & oſtendit etiam hinc Eccleſia, neque id ſine ſpiritu Dei, vt arbitror, illos primos, & propemodum ſolos ſecũdum primos Apoſtolos, totius Eccleſiæ per terrarum orbem & paſtores & doctores eſſe. Et hac eadem de cauſa ipſorum doctrinæ dogmatiſque, & Theologiæ perinde vt ſacris tabulis, diuiniſque Euangeliis adhærens, eaſque vt animam & vitam ſuam æſtimans, nec appellationibus, nec ſacris eorum nominibus abſtinere vult: quin etiam quos magiſtros poſt illos amant, & in quibus illorum imaginem, & eruditionis veſtigia vel cernunt, vel cernere ſaltem ſibi videntur, hos eorum cognomentis afficiunt, amorem ſuum erga magiſtros illos quoquomodo indicantes (ſolent enim, inquit, qui vehementius quempiam diligunt, libenter etiam eius nomen vſurpare) & eos illuſtrium illorum nominibus honorantes, demonſtranteſque, non procul illos ab vmbris & ſimulacris ſolum illorum abeſſe. Nam & hoc ipſis magnum quiddam eſt.

Quæ item ſapiens quidam paulò antè noſtram memoriam ſecum admirans, & præſtantiam cuiuſque generis ſapientiæ, & orationis fontem, ſublimitatemque & amplitudinẽ doctrinę magnorum iſtorũ mirifice obſtupeſcens, an velut imaginem quandam eorum excellentiæ effingere volens, ſic, qui tunc aderant familiares eſt allocutus: Si quis huic grandi & excelſa columnæ, in cuius ſupremo Imperatoris ſtatua eſt collocata (illã videlicet columnã dicebat, quæ ante portas maximi templi Dei ſapientiæ viſitur) ſi quis igitur huic alteram talem imponeret (licet enim fingere) & ſuper eam ſuper tertiam locaret, craſſitudine altitudineque ſimilem, in vertice huius tertiæ columnæ ego tres illos totius orbis magiſtros conſtituerem & quidquid ſub ſole gentium eſt, inde ſimul eos docere, humi autem, ad baſin primæ columnæ omnes ſimul ſapientes ac magiſtros in orbem circumfuſos, ſuas ipſorum diſciplinas tradere oportere affirmarem. Tanta eſt, inquit, horum Patrum dignitas, & auctoritas. Et hæc quidem ille. Ego verò etiam huic ſermoni pridem ſuffragor, optimeque, & vt par fuit, dictum ſentio, idemque affirmaturum quemlibet autumo, qui illos nouerit.

Ac Baſilius ſanè, & Gregorius Magni, factis, doctrina, diuinarumque ſcripturarum explicationibus, diſputationibus Theologicis, & morum præceptis Chriſti Eccleſiam cohoneſtarunt: nec ſatis queo dicere, in quo à me dictorum id cumulatius præſtiterint: propterea quod in omnibus ſummè claruerint: nec poſſint illa à quoquam vllo modo inter ſe comparari. Quanquam quod cum maioribus noſtris, tum coæuis etiam hominibus viſum eſt, ad Theologiæ montem, & Verbum magis acceſſerunt, diuinaſque voces illas, & ſingularem, perfectiſſimamq; de Trinitate Theologiam à Deo Verbo, quod fuit in principio apud Deum, ſecretiſſime ſuſceptum, omnes docuerunt: ſicut & nos iam vtcunque ex admirandis, & Theologicis ipſorum verbis demonſtrauimus: ſiquidem & adhæc generoſos illos tempus, Eccleſiarumque conditio & neceſſitas magis vocabat: quas nec modica tempeſtas, & bellum graue tunc opprimebat, cum pro dolor, ſacerdotes, & paſtores in Deum impiè agerent, & vehementer inſanirent, vt S. Hieremias ait, Imperatoribus patrocinantibus, & aliis acerbè vleiſcentibus, aulicique nihilominus cum eunuchis, & gynæceo, contubernali, inquam, ſeu domeſtica iſta ſocietate improbitatis auctori vna militante, atque opem ferente. Atque huiuſmodi gubernatoribus ducibuſque Chriſti Eccleſia indigebat. Idcirco & huc deſuper vocati, vt iam diximus, Deique panoplia, & munimentis cincti, *& gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei*, in manus accepto, errorum arces viriliter euerterunt, fortem in nequitia virtute ſpiritus alligarunt, & vaſa eius diripuerunt, ſicut in Euangelio Chriſtus ait, nunc quidem cum Præfectis & Imperatoribus, nunc cum Eccleſiarum præſulibus, & lupis potius, & crudelibus gregum dilaniatoribus, non paſtoribus, nunc cum Iudaiſmum & Gentiliſmum ſectantibus decertantes, & vſque ad exilia, mortem, lapidationes, impietatem in Eccleſia concionibus perſequentes: & ſi pericula, & mortes, & calamitates illas omnes diuino adiuti auxilio, propter nos videlicet & ſalutem noſtram tolerarunt.

Matth. 17.
Ioan. 1.
Hierem. 2.
Epheſ. 6.
Lucæ 11.

Ioannes autẽ, lingua aureus, etſi alio orationis genere nullo excelleret, & ſola profectò Theologia, quam eximiam & admirabilem cõſecutus eſt, & ex dimicationibus contra Græcos ac Iudæos, eorumque & ſimilium peruerſa opinãtium, Arianorum puta, Sabellianorum, Macedonianorum, Manichæorum, ac Valentinianorum, Marcioniſtarum, fatumque contra voluntatis libertatem impiè inducentium ſubuerſione glorioſum ſibi nomen comparaſſet. Nunc ex ore illius aureo, & lingua Theologica, flumina Theologica erumpentia, quantum terrarum ſalutaris Chriſti diſciplina complexa eſt, irrigarunt. Sermonum porrò eius potabile, ſuauiſſimumque pelagus, & ſublimium atque lectiſſimorum ſenſuum infinitam abyſſum, & humano captu ſuperiorem abundantiam, altitudinem pariter, & perſpicuitatem, iucunditatem, & dulcedinem illam inexplicabilem, rhetoricamq; perſuadendi efficaciam, & cum veritate orationis neruos & impetus, quibus Græcos alioqui eloquentia celebres præ ſe pueros fuiſſe oſtendit, quibuſq; totam veterem, & nouam ſcripturam explanauit, profundaque illius, & comprehenſu difficilia in lucem apertumque protulit, venerabilium myſteriorum cæremonias celebrauit, & ſanctos Patres ac Martyres collaudauit, & orationes de moribus, & ſuaſorias, tanquam fontes quoſdam perennes, & fluenta fluminum ſemper manantium ex corde gratia pleno emiſit: quorum nunc multitudinem ſupra elegantiam, nunc elegantiam ſupra multitudinem, immò enim verò vtrumque ſemper admirere: vt etiam fabuloſus ille Sirenum cantus nugæ, & ludus cum illis collatus videatur: hæc, inquam, & iſtiuſmodi non ſolum nemo pro dignitate laudare: ſed nec particulatim ſaltem enarrare, & deſcribere vtcunque poterit, niſi cyatho Atlanticum mare, &

cotyla vaſtum Nilum metiri, aut Euphraten exhaurire velit. Illa autem mundum, vt dicebam, complexa non per Græcos & Romanos duntaxat, ſed etiam per Syros, Ægyptios, Mauros, Hiſpanos, Gothos, Triballos, Scythas, omniumque barbarorum voces & linguas admirabiliter, & cum gloria & ſtupore maximo ſeſe diffuderunt.

Cæterùm hæc trium communia ſunt, non modò, quòd his & talibus eorum vnuſquiſque plenus eſt: ſed quòd nec proprium quippiam ſine paribus ſibi honore poſſidere cupiunt, verùm quod habent, commune faciunt, & cum amicis honoriſque ſociis communicant, & viciſſim ſapientes iſti ſua impartiunt, & inuicem ex æquo mutuantur, propter honoris æqualitatem, conſpirationem atque conſenſum, & amorem mutuum videlicet.

Baſilij ſiquidem Magni hoc peculiare aiunt eſſe, motiones animi ex Theologiæ rationibus ſubtiliſſime & eruditiſſime perſpicere & examinare, diuini opificij prouidentiæque modos expendere, mores & habilitates animarum ingenioſè obſeruare, atque ita de his ſingulis diſſerere, vt ſermoni in animo inſpiraſſe animam, & eius verba viuere videantur, ſicut ipſe de quodam rhetore non Chriſtiano teſtatur.

Gregorij quodammodo peculiarem aiunt eſſe Theologiam, & genus orationis reconditum in rebus Theologicis, ſublimes intelligentias, verba, compoſitionem & elocutionem ſublimia: quocirca commune Theologorum nomen quodammodo ſuum vnius effecit, quando ipſum ſolum, & peculiariter Theologum, poſt filium tonitrui, primumq; Theologum & Euangeliſtam fidelium Eccleſia nominat. Eius etiam eſt breuitas, & acrimonia, & paucis verbis ac ſyllabis magna illa & eximia valde comprehendere; vt argumentorum præſtantiæ, & admirabilitati aſtrictior dictio non modo nihil officiat; ſed cum ſingulari quadam ſublimitate perſpicuitas quoque, & nouus quidam ornatus, ſententiarumque perpetuitas & perfectio adſit, & præclarus vir inſuper ſecundùm omnia Rhetoricæ cauſſarum genera commendationem mereatur: & ſiue ſuadeat, ſiue laudet, ſiue iudicialem controuerſiam diſceptet, vbique ſibi ſimilis, ac ſummus ſit, & nihil interim à grauitate & ſublimitate ſua vel tantillum diſcedat.

Et quoniam ornatus, & grauitatis, ſeu granditatis, & quaſi roboris cuiuſdam eius in dicendo mentionem habuimus, hoc quoque neceſſariò adiungendum duco, Gregorium ſolum ex Græcis omnibus, in Græca, Atticaque ſapientia & lingua, ſi quiſquam alius, exercitatum fuiſſe; nec neceſſe habuiſſe, illorum item legibus & moribus ſeruitutem ſeruire: ſed Atticæ quidem dictionis fucum & curioſitatem, vt inane ac ſuperuacaneum quiddam aliis reliquiſſe: de græca autem ſapientia quod purum, honeſtum ac ſimplex eſt aſſumentem, antea non viſam orationis ideam, ſeu formam, compoſitionemque & phraſin, veluti legiſlatorem ipſum, & dicendi magiſtrum inſignem inueniſſe. Ex quo in admiratione, & nimiū quantum clarus fuit, apud eos præſertim vniuerſos, qui ſupra cæteros eloquentiam colerent & amarent, & adhibere in ſcribendo artificium ſcirent, vt animis & auribus à ſubtilitate, feſtiuitate, & nobilitate, incredibilique & diuina iucunditate, & melle orationum illius ſuſpenſi penderent: torperent autem omnes ſimul ad hanc minimè communem, & inimitabilem id eam cum ſtupore mirantes, quænam, & vnde extitiſſet, naturalemque ornatum illum, & ad deſcribendum difficilem, ambroſiam quandam & nectar, ſeu (vt ex diuina ſcriptura potius dicam) orationes eius panem angelorum, & ſacrum manna exiſtimarent, quibus ſapientiſſima, & humana ſuperior mens atque lingua tam ſacroſancta illa de Theologia & diuinitate tam mirificè edidiſſet.

Illa præterea de rerum fabricatione procurationeque, & magnum illud magnæ circa nos œconomiæ Chriſti ſacramentum quam ſanctè & diuinè tractauerit, quis dicendo conſequatur? Et veteri ſcripturę nouam conciliauit, & quemadmodum figuræ & vmbræ legis ad Euangelicam perfectionem, veritatemque tranſierint, completæque fuerint, omnibus patefecit, tam ingenioſè ac dextrè, ſapienterque, tanta perſuaſionis vi, adeo perſpicuè, & quantum dici non poteſt, dulciter, & modo tam mirifico, vt & hinc potius Eccleſia Chriſti veneranda myſteria non ſolum ſublimiter videre ac intueri, ſed multo etiam ſublimius pati, ac ſentire, & percipere, & ad illam œconomiam ſalutemque euehi, pulcherrimaque, & altiſſima mutatione immutari queat. Quare iiſdem pœne laudibus, quibus Patres doctiſſimi, & martyres, condecoratus eſt: qui ſcilicet propter eximia librorum monumenta, quæ reliquerunt, non minus, quàm propter ſacras actiones, & Apoſtolicam vitæ rationem, certaminaque ab Eccleſia decantati & honorati ſunt.

In poeſi autem, & verſibus, varioque metrorum genere, quæ de compluribus argumentis, & pleraque ad communem Chriſtianorum inſtitutionem diuerſè compoſuit, in poëticæ demum orationis, & diſciplinæ exercitatione, quis Græcorum poëtarum ei ſe oppoſuerit, nec illi in his artis perfectionem, facultatemque conceſſerit? De quibus etiam non nemo noſtrorum ſapientum in eius laudatione non citra ſtuporem dixit, tantum in iſtis & facultate, & doctrina, & artificio valuiſſe, vt etiamſi aliarum literarum rudis fuiſſet, nec ad tantum in illos faſtigium præſtantiamque perueniſſet, ex carminibus iſtis, & poëtica ſola prædicari vbique, & apud omnes eruditos pro magno & ſingulari viro haberi potuiſſe. Atque hæc hactenus.

Quoniam igitur hi tres magni ſunt ſimul, magni quoque ſeorſum conſiderati, adeoque priuata ſua inter ſe libenter communia fecerunt, viciſſimque communicarunt, ſicut à me paulò ſuprà commemoratum eſt, tamque ingens eſt, & admiranda eorum gloria, & magnificentia, & æquè in doctrina, & actionibus, & per omnia plena coniunctio, conſenſus atque conſpiratio: vt quod in prouerbio eſt, ex vnguibus leonem cognoſcas, etiam illa dictis conuenienter adiiciam.

Cùm aduerſus Iudæos & Gentes ipſorum inuectiuas & confutatorias orationes lego, & eorum qui poſt ipſos, eodemque ſæculo cum ipſis vixerunt, Chriſtianos ſe fingentium, & interim impietatis inanitatem ſimiliter tuentium, Noëticam eluuionem, ſceleratorumque extremam perniciē videre videor, cuius impetu propugnatorum impietatis ac tyrannorum muri ſceleſti, ac monimenta deiiciuntur, quæ non à quouis, quanquam volente, deiici ac diſturbari poſſunt, propter eorum habitum, inquam, & verſutiam. Quando de Filio, & Spiritu, vnaque in Trinitate diuinitate, & quomodo comprehendi non poſſit, ſcripta lego, Deum quem habeo dilucidius magiſque intelligo, veramque monarchiam ſimul, & Trinitatis myſterium ex ipſis perdiſco; & eminentias, & ſummiſſiones, & coniunctionem, diuiſionemque perſonarum ſimul & naturæ, tempori item obnoxias generationes & proceſſiones, corporalem diſſolutionem, & fluxum, ſecundùm naturam minus & maius; & Deum comprehenſum, & deorum multitudinem, inæqualitatemque Iudæorum, & Gentilium reſpuo, Theologiæque, & ſpeculationis certæ rationes edoceor, quatenus edoceri me fas eſt, & Deum vnum legitimè ac purè in Trinitate adoro, qui nec cœpit, inquit, nec aliquando deſinet, ceu pelagus eſſentiæ infinitum &

immen-

immenſum, omnem cogitationem temporis ac naturæ exſuperans, mente ſola adumbratum, & hoc ipſum perquam exiliter ac mediocriter; non ex iis quæ eius natura continentur, & ſecundùm ipſum; ſed quę circa ipſum ſunt: nec ſuper his deitate effuſa, ne deorum cateruam inducamus: nec his deitate circumſcripta, ne paupertatis diuinitatē condemnemus, aut propter monarchiam cum Iudæis, aut propter multitudinem cum gentilibus ſentientes. Quando quæ de diuina fabricatione ac prouidentia ſcripſerunt euoluens diſcutio, naturæ & diuinæ potentiæ rationes animaduerto, productarumque rerum cognitionem adipiſcor, & video id quod propriè eſt, extra omnia, & ſuper omnia eſſe, & quo pacto, quæ neutiquam ſunt, condat, & vt ſint efficiat, naturaſque & facultates procreet, & efficientias, & proprietates, & communitates, & diſcrimina, & vniones, & habitus, & priuationes, & motiones, & mutationes, & alterationes vnicuique congruenter det, ſicut ipſe dare nouit, & rationes proprias impertit ſingulis, quibus res noſtras miro modo, & ſupra quam dici, aut cogitari queat, moderatur: quæque apparent in quibuſdam inæqualitates, & imparitates, pluſquam æqualia, & nimis ad amuſſim directa perſpicio. Quando de ſublimi ſacerdotio exquiſitè ab eis conſcripta audio, Dei voces de cœlo delapſas audire me arbitror, & à terra terreniſque recedo, angelorumque linguis, tum primùm diuina myſteria diſco, quales ipſorum ſunt, humi ambulantibus; materiaque conſtantibus ſine corpore propemodum loquentes, cœleſtiumque myſteriorum reuelationem, & bonum ordinem hominibus præſcriptum ac patefactum cerno: & Prophetas, Euangeliſtas, & Apoſtolos, & priſcam, ac nouam ſcripturam vniuerſam ſimul docentem, quo pacto, & quando ad inacceſſum accedere, quando ſe ſubducere, quando ad accerſentem adire oporteat: illud, inquit, propter infirmitatem propriam: hoc propter vocantis potentiam. Et quomodo ſpecioſum Eccleſiæ Chriſti corpus variè regendum, & tractandum ſit, ſpectatis temporibus, rerum, voluntatum, perſonarumque diſcriminibus, moribus & ſententiis, educatione, exercitatione, inſtitutione communiter & ſigillatim, commune omnium caput Chriſtum intuendo, indeque operum noſtrorum calculum exſpectando. Et quemadmodum cum Deo explorandi ac probandi ſint, qui ab eo ad hæc vocantur, nec tempori, nec potentiæ, nec amicitiæ gratificando; ne non bene negligantur, qui propter iam dicta digni ſunt: contra, malè deligantur, qui propter ignauiam indigni ſunt: vt ita vtrinque ab eo quod bonum & perfectum eſt, turpiſſimè deflectamus: nimirum bonum ipſum aſpernantes, & malum aſciſcentes, & incorrupto iudici pœnas hinc & inde debentes.

Iam quod ad virginitatem celſiſſimam, & regulas ac deſcriptionem monaſticæ angelicæque, & ſecum habitantis vitæ attinet, quid ego dicam? quando non ſolùm in his diligentiſſime ſe exercuerunt cum Antonio, Ammone, Paulo huius familiæ primanis ſupra omnes alios: ſed etiam legiſlatores, & duces, & magiſtri horum appellantur: vt propemodum eorundem duntaxat ſit & egregia facere, & dicere, & ſcribere, & aliis talia præcipere. Nam quis affectiones animæ & carnis accuratius examinauit, mariſque in fœminam appetitum naturalem, & cum ea conuenientiam conſenſumque vt ita dicam, & quinam naturæ motos ſint, qui arbitratus, qui conſuetudinis, qui peſſimi, peruerſiſſimique habitus, & à quibus propter vehementiam ægrè liberari poſſis: & vnde his principia & cauſæ, vnde incrementa & alimenta: rurſum, quæ fauore & auxilio Dei hæc deſtruant, aboleant, veramque virginitatis corruptionem efficiant: quæ ſcilicet eſt animæ vera virginitas & puritas, omnem, & practicam, & contemplatiuam virtutem includens, & ſtudioſum ad Euangelicam perfectionem deducens, angelicum, inquam, & monaſticum viuendi inſtitutū, & virginitas & ordo diuinis functionibus occupatus.

Porrò hi Patres præter iam enumerata, legitimas quoque nuptias, viduitatemque celebrarunt, & cum illis coniunxerunt, quidque in vtroque vtile, quid noxium eſſet, difficultatemque & facilitatem ex ſanctis Scripturis, & ipſa rerum experientia omnibus diſertè oſtenderunt; vt in omnibus *perfectus ſit Dei homo*, & in nullo planè deficiat. 2. Tim. 3.

Quis non cum de pœnitentia, & compunctione, & præclariſſima humanitate ageret, nobilium iſtorum ſcriptorum argumenta perpendit, & docendo ſecutus eſt? qui vt ob pondus peccatorum ad deſperationem præcipites celeriter inde retrahantur, pelagus diuinæ benignitatis explicant, & orationem vt manum porrigunt; duros autem & audaces, & à compunctione adhorrentes, timore examinis rerum in hac vita perpetratarum, iudiciique ac pœnarum terrore, & implacabilitate iudicis ad timorem Dei, & dolorem animi adducunt. Humanos verò, & pauperum amantes, & compatientes eſſe, adeo vehementer & dictis & factis docuerunt, & adeò maximi hanc Dei imitatricem, diuinamque fecere virtutem, vt propemodum hanc ſolam probauerint eſſe, quæ peccatorum ſordes ſupra alias purgare, & à tentationibus animi, & corporis ſimul liberare, & ab omnifaria morte ſeruare, ſuaque pulchritudine praxin vna, & contemplationem ornare queat, & poſtremò benedictos patris, & hæredes regni à conſtitutione mundi præparati, eius cultores à Chriſto Matth. 25. pronuntiatos eſſe, Dei filios, & Deos nominatos ſecundum gratiam, & imitationem per illam veri ac ſolius ſecundùm naturam Dei. Humilitatis autem, & charitatis, verè ſublimium, & perfectos efficientium, omnis denique virtutis poſt Chriſtum & primos Apoſtolos athletæ, artifices, & prædicatores ſummi, quinam præter beatos iſtos reperti ſunt? Qui tam pauperes ſpiritu, & corde contrito, ac verè mites, humileſque fuerunt, vt ipſius Chriſti exemplaria quædam, & ſimulacra ſecundùm hæc eadem appellentur, iuxta verbum illius, *diſcite*, inquit, *à me, quia mitis ſum, & humilis corde*; & Matth. 11. hominibus item & ductores & auctores & magiſtri admirabiles, diuinaque prototypa hæc faciendo, diſſerendo, ſcribendo facti ſint?

Quod ſi etiam charitatis in proximum ille ſecundùm diuina oracula ſupremus omnium terminus eſt, cum non modò diligere vt ſeipſum; ſed neceſſitate poſtulante, animam quoque eius cauſſa, vitamque contemnere (*maiorem enim charitatem* Ioan. 15. *nemo habet*, inquit, *quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*; quod quidem Chriſtus cùm dixiſſet, mox opere ipſo impleuit, cùm ſemet pro nobis in mortem tradidit. Paulus autem diſcipulus poſt illum ſolus eſt auſus pro Iudæorum ſalute talia ſibi imprecari: *optabam*, inquit, *anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraëlitæ*) Rom. 9. an non ſimiliter iſti ad ſupremam lineam proceſſerunt mandatorum extremæ perfectiſſimæque charitatis, idem cum B. Paulo non dubitantes dicere? Quid enim de ſemetipſis hac in re ſcribunt? Audeo, inquit Chryſoſtomus, maius quiddam de nobis, quam Apoſtolus, affirmare. Adeo vos complector, adeoque reuereor hanc decentem ſtolam, & colorem continentiæ, & ſacros hoſce conuentus, & auguſtam virginitatem, & puritatem & nocturnam pſalmodiam, & amorem in pauperes, & hoſpites, vt etiam anathema à Chriſto eſſe, & pati inſtar damnati velim, tantùm vt ſtaretis nobiſcum: & communiter Trinitatem celebraremus.

Sed

A Sed hæc quidem propter illos, qui ab Eccleſia
Chriſti extranei ſunt videlicet, adeò mirabilia, &
Dei imitatione referta, ſicut dixi. Videamus ni-
hilominus quæ propter internos, & legitimos, di-
uinitatemque ſpiritus confitentes, & adorantes
dixerit. Vellem, inquit, ſi poſſem, ante oculos vo-
bis conſtituere, quam erga vos gero charitatem.
Nihil quippe mihi vobis eſt amabilius, ne ipſa
quidem lux iſta. Millies enim optarem ipſe orbari
luminibus, ſi ita animas veſtras conuertere poſ-
ſem: adeò mihi ſalus veſtra huius lucis aſpectu iu-
cundior eſt. Nam quid iuuant radij ſolis, quando
oborta veſtri cauſſa ægritudo, oculis magnas of-
fundit tenebras? Tunc enim lux bona & grata eſt,
quando hilaritate hauritur: animæ enim mœren-
ti, etiam moleſtiam videtur apportare. Huius veri-
tatis abſit vt vnquam periculum faciatis. Verun-
tamen, ſi quando contigerit ex vobis peccare
quempiam, me dormientem conuenite. Si non
B ſum ſimilis paralyticis, ſi non amentibus, & vt lo-
Pſal. 37. quar cum Propheta, *& lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum*, & niſi quis iudicet me ſupra modum
ambitioſum, videres me quotidie fontes lachry-
marum emittentem. Harum mihi conſcia eſt do-
muncula, & ſolitudo. Credite mihi, ſpem ſalutis
meæ pœne abiicio, dum enim veſtra defleo, nun-
quam mea mala lugendi otium mihi eſt; ita mihi
omnia vos eſtis. Si ſenſero vos proficere, præ gau-
dio mala mea non ſentio. Si videro non proficere,
præ animi dolore rurſum mea dimitto, vt qui ex-
ultem veſtris bonis, etſi mala habeam innumera:
contriſter autem veſtris malis etiamſi innumera-
bilia adſint mihi rectè facta. Quid enim ſperem
ego, ſi vos non proficiatis? Cur autem me quid-
quam triſtem reddat, ſi vos rectè geratis? In ſubli-
me videor euolare, cum boni quippiam de vobis
audio. Implete gaudium meum. Liceat vobis ſalu-
tem aſſequi, me autem propter vos reddere ratio-
C nem. Vobis dari ſalutem, me accuſari, quòd mu-
neri meo non ſatisfecerim. Non enim curo, vt per
me ſalui ſitis: ſed ſolùm, vt ſalui ſitis, quacunque
ratione. Hoc tantum eſt votum meum, quòd pro-
greſſus veſtros deſidero, quòd vos amo, quòd vos
complector, quòd vos mihi eſtis omnia, & pater, &
mater, & fratres, & filij: &, ſi liceret cor noſtrum
rumpere, & vobis omnibus exhibere, videretis in
magna latitudine intus eſſe & vxores, & filios, &
maritos. Eiuſmodi enim eſt virtus charitatis, ani-
mamque vel cœlo ipſo capaciorem facit.

Talia ſunt ſanctorum, & ter beatorum iſtorum
Patrum, talia, inquam, de charitate, & pro charitate
Dei & facta, & dicta, qualia nos hic partem aliquam
oſtendimus: adeo admiranda, & vltra modum
egregia, & terrenis iſtis, humaniſque verbis ſupe-
riora, ſoloque Deo, ipſorumque anima & virtute
digna, & quæ ne admirari quidem pro dignitate
ob excellentiam magnitudinemque poſſis. Quin-
D imo, & denuo ſingularibus eorum verbis pro his
ipſis etiam in his vtar; hoc longe præſtat, hoc diu-
turnis illis laboribus ac ſermonibus multò eſt
conducibilius, quos nunc omnes ſcriptitant, qui
ambitione quadam tenentur, atque ideo fortaſſe
circa fidei doctrinam quædam immutantur. Hoc
multis vigiliis, & chameuniis eſt præclarius, qua-
rum commodis fruuntur, qui eas obeunt. Hoc fa-
ma celebratis exiliis, fugis, lapidationibus, contu-
meliis, iniuriis multò eſt lucroſius, & gratioſius.
Pro illo enim hæc etiam perpeti voluerũ. Quam-
Ioan. 21. obrem & illud, *ſi diligis me, Petre, paſce oues meas*, ad no-
bilem illum coryphæum, tertiùm à Chriſto pro-
latum, ad ſe nihilominus planè prolatum rati,
etiam ſic eum amare, vt ipſe amari volebat, verbis
& operibus cum Petro ſtudentes, animam quoque,
vt ille, pro grege dederunt, & mercedem ſacræ
functionis in Euangelio prædicando, diuinum &
inæſtimabile præmium à Chriſto retulerunt. Quid
enim deinceps beato diſcipulo ait? *Amen amen dico tibi: quando eras iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas. Quando autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis. Hoc autem dixit*, inquit, *ſignificans qua morte eſſet clarificaturus Deum.* Perinde ac ſi di-
ceret, poſtquam munus paſtorale meum, & gre-
gem meum ſuſcepiſti, vt ego volo, & ita me dilige-
re confeſſus es, hoc præmium digniſſimum à me
reportabis, vt per mortem & crucem me ſequaris,
itaque glorifices Deum, & glorificeris à Deo.

Hæc & vos, ô generoſi æmulantes, & loquentes,
operibuſque apertè & inſigniter demonſtrantes,
& Petro illo admirando etiam hac in parte nihilo
inferiores, ſimilibus item præmiis, & appellatione
honeſtati, & cum illo à Chriſto facti eſtis *lux mundi*, Matth. 5.
ſal terræ, ciuitas ſupra montem, & lucerna ſupra candelabrum
poſita, quæ in totius mundi domo luceat. Neque iſta Matth. 16.
tantum, ſed etiam claues regni cœlorum ideo vo-
bis creditæ ſunt. Nec quantum eſt ſpatij ab Hieru- Rom. 15.
ſalem vſque in Illyricum, ſed orbem maiorem Marci 3.
Euangelio obiuiſtis, & filij tonitrui non quidem Ioan. 21.
nuncupamini, ſed reuera eſtis; & ſuper pectus IESV
recumbentes, inde ſermonis efficacitatem, pro-
funditatemque intelligentiarum trahitis.

Pœnas autem protomartyris Stephani illuſtres
iſti experiri permiſſi non ſunt, lapidantium & oc-
cultorum illorum mactatorum quoſdam Deo cœ-
litus cohibente, ob ſalutem eorum, quibus ipſi ſa-
lutem pepererunt, vt & ante diximus; aliis pudore
& reuerentia erga illos captis, ſuccenſentibus ani-
mis, lapideſque manibus portantibus. Quare &
ego ſupra, ordine, honore, certaminibus per om-
nia Apoſtolorum Chriſti principibus pares eos
eſſe confirmaui, & cum Moſe collocaui; quin ſu-
pra Moſen, & veteris Teſtamenti Prophetas, & le-
giſlatores perfectos, & Dei ſpectatores: vtpote qui
diuinam illam legem, ſacraque vaticinia ſcriptis
ſuis illuſtrarint, & illorum tranſitum à litera ad
ſpiritum omnes mortales docuerint.

Quod ſi Moſes pro Iſraele Deo irato dixit, *ſi di-* Exod. 32.
mittis illis peccatum, dimitte: ſin autem, dele me de libro, quem ſcripſiſti, ob ardentem gregis ſui amorem cum eo
perire non recuſans, ſanè etiam hic, ſi inquiſieris,
apud paſtores & legiſlatores meos amplius quid-
dam inuenies. Non enim hi cum ſibi charis etiam
interire Moſis exemplo optabant: ſed pro ipſis po-
tius ſubire diſcrimina, & cum Chriſto pro amicis
animam ponere, quò illi ſalute potirentur. Sed ne-
que illud cum Moſe hi Deo obiecerunt, inobe-
dientibus irati videlicet, *cur affixiſti famulum tuum, &* Num. 11.
quare non inueni gratiam coram te, vt imponas pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vt dicas mihi, porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iuraſti patribus eorum. Non ſic ſuper his quos paſcebant etiam bea-
ti hi locuti ſunt: ſed illa nimirum, quæ & altiſſima
ſunt, & ſatis prædicari nequeunt, quæ ipſi per ſe
ipſos dignè nos docuerunt.

Magna igitur hæc & excelſa; imò ſi ita dicere
fas eſt, & magnis maiora, & excelſis excelſiora, vi-
rorumque tantorum virtuti & moribus reſpon-
dentia, & potentiæ cuiuſdam, quæ omnem doctri-
næ amplitudinem ſibi vendicarit. Sic enim ſtatuo
(vt ex ipſorum ſcriptis de ipſis rurſum loquar) ſi
qua fuit, aut erit tuba, latè per aërem reſonans, aut
Dei vox mundum implens, aut terræ vniuerſæ tre-
mor, ex nouitate aliqua miraculoque, hæc eſſe il-
lorum voces & ſenſa, quibus omnes alios antecel-
lunt, & infra ſe relinquunt, quanto nos beſtiarum
naturæ antecellimus.

Ac illi quidem ita ſe habent, taleſque ſunt, quod
ad nos, & totam ſimul Chriſti Eccleſiam attinet,
vt nemo ex omnibus in his cum ipſis conferri, aut
contendere vllo modo poſſit. Nobis autem, in-
quit, quænam alia hodierni conuentus gratia? quæ
compotationum iucunditas? quæ fori? quæ Princi-
pum,

A pum, & familiarium ipſorum voluptas? quæ monachorum, aut coniugatorum? quæ otioſorum, aut occupatorum? quæ externæ, aut Chriſtianæ philoſophiæ ſectatoribus? vna & per omnia maxima, illorum ſcripta, & labores. Neque enim ſcriptores poſteri aliunde, quàm ex ipſorum libris copiam ſuam petunt. Prætereuntur & tacentur vetera, & quæ nonnulli diuinæ doctrinæ inſudantes laborarunt: noua clamantur, & prædicantur, cenſeturque is doctiſſimus, qui in ipſorum monumentis quam accuratiſſime volutatus fuerit, & verbis ea commode efferre, audienteſque erudire potuerit. Etenim hi tres ſtudioſioribus ad imitationem præ omnibus ſufficiunt: qui id, quod inprimis nouum, & admirationis plenum eſt, in omnibus prædictis habuerunt, vt primi, & ſoli à ſeipſis, propriiſque ſermonibus, & ſcriptis laudari poſſent, de omni genere ſcientiæ, ſcriptionumque forma & vi ſingulari: obſtupeſcentibus ſimul omnibus, & magnis iſtis oratione cedentibus, quod principiò aſſerui. B

Itaque in aliis hominibus diligentibus & ſocordibus, ſapientibus & indoctis, græcis & barbaris, & cuiuſque demum generis illos videas diligere, & diligi inter ſe, quibus eadem ſtudia ſunt in amoribus, quique eodem ſemper curriculo, pari alacritate decurrunt: quandoquidem (vt prouerbio fertur) ſimili ſimilis gaudet. At quos nunc laudamus, tam incenſo, tamque inflammato amore ſimul omnes quaſi ex compoſito proſequuntur, quam nec verbis dici, nec animo capi queat. Et Chriſti quidem diſcipulos atque imitatores omnes, Apoſtolos, inquam, & Martyres, & Paſtores, & Doctores, ſanctorumque & iuſtorum totam multitudinem, propter eorum erga communem Dominum charitatem, & eius imitationem pro viribus excellenter honorant, diliguntque: veruntamen ſtudio, & præcipuo quodam amore non æquè, nec ſecundum omnia ſinguli in omnes effunduntur: ſed hi iſtos, alij illos, & alius alium vehementius diligunt, & in iis colendis ſunt aſſidui, & pro decoro ac C facultatibus donariis afficiunt. At tres iſtos omnes diligunt, commendant, ſuſpiciunt, plauſibus tollunt, in ore ſemper habent, exilientes, cantantes, collaudantes, & quid non præclariſſimum de iis claris etiam vocibus prædicantes: eos Patres, magiſtros, bene meritos, ſecúdum Deum ſaluatores, gubernatores, Theologos, fidei columnas, orthodoxæ fidei propugnatores, hæreſum euerſores, ſanctarum Scripturarum explanatores, ſapientes, & Eccleſiæ philoſophos atque oratores, omnia nobis ſimul poſt Deum & cum Deo factos pronuntiantes: imò verò, qui omnia nobis ſiunt, & fient, neque vnquam fieri deſinent. Iſta, illorumque non diſſimilia nemo non de hiſce magnis admirabundus exclamat. Iam qui in eorum ſacrum munus, & humanarum animarum procurationem, Eccleſiarumque gubernationem ſucceſſe- D runt, quid opus eſt dicere, quomodo à diuina ipſorum Theologia, linguaque pendeant, & quomodo ipſos quæque ipſorum ſunt, magis quàm hunc aerem ſpirent, tanquam ſacrorum dogmatum magiſtros, Euangelicæ vitæ duces, & canonas ſacerdotum, & omnis boni archetypos, & charitatis, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ ſimul & iuſtitiæ, & omnis ſapientiæ ac eloquentiæ, omnis diuinarum humanarumque rerum ſcientiæ formas & regulas tutiſſimas illos habeant: ac neque dicere, neque facere, neque docere, neque aduerſum ſanæ fidei noſtræ oppugnatores, ſine ipſorum decretis atque conſultis, diſputandi forma ac methodo, & à Deo inſpirata doctrina diſputare audeant. Siquidem & cum illis verſari familiariter videntur, & quæ illorum ſunt, ab ipſis illis intellectuali ac ſenſibili modo ſimul, ſancta quadam ratione audire: illud propter illorum è ſuperis obumbrationem, amoremque quem gerunt noſtri ſingularem: hoc propter ſacra eorum volumina. Nec enim noſita deſeruerunt, vt omnino deſeruerint.

Quid plura? Si iſti vſque ad conſummationem ſæculi in carne, in mundo, atque inter homines manſiſſent, & nouo portento vita illorum ad communem fructum cum vniuerſitate hac ſupra naturæ curſum durauiſſet, quemadmodum cœlum & ſol, & reliquus ille ſiderum chorus, aut magnorum horum corporum quaternarius, per quæ creatura hæc ſub ſenſum & aſpectum cadens potentia conditoris cohæret, & citra ſolutionem cuſtoditur: aut anima quædam communis, & vitalis vniuerſi virtus; hoc & nobis conduceret, ſi quid aliud ex omnibus, quauis æſtimatione maius, & magnæ prouidentiæ, ac virtuti omnipotenti conſentaneum. Sed quoniam & hi homines nati erant, (Geneſ. 3.) nec poterant naturæ legem effugere, nec puluerem terræ non reddere, debitum perſoluunt, ne ſubſtantia quædam à materiæ concretione libera, ac peregrina, nobis tantum aſſimilata videantur, quæ noua illa, & hominis captum excedentia præſter, redditurque ſuo tempore puluis pulueri; vt tandem à diuturnis agonibus, laboribus, ſudoribus, & omne genus periculis reſpiret, & imagini quod fuit ſecundum imaginem purius, perfectiuſque reſtituitur. (Geneſ. 2.) Cæterum admirabilitas ipſorum nunc longè maior, & nimium miris modis ſublimior atque excellentior eſt. Nam quamuis hinc demigrauerint, non tamen à nobis diſceſſerunt, corporibuſque ſeparati, ſpiritu arctius nobiſcum coniunguntur, Eccleſiæque Chriſti inſeparabiliter adſunt, magnam illam & paſtoralem prouinciam validius complectentes, & pro grege dimicantes, & lupos perfectè occidentes (quos prius, dum hic viuerent, paſtorali baculo, & funda ſermonis abigebant) quanto & inuidia, & malignitate, & lapidationibus, & perſecutionibus, & exilio, & mortibus omnigenis modo ſuperiores dicuntur, & faciunt, nec patiuntur, & quæ ſupra naturam ſunt, res præclariſſimas, ipſi naturam trangreſſi, per ſublimiſſimam doctrinam ſuam, & admonitiones communes nunc magis efficiunt. Ac lingua quidem ſilet, & aurea labia natura clauſit: ſacri autem commentarij, & orationes è diuino inſtinctu profectæ, dogmatumque de Deo viui, & animati theſauri, & orthodoxa diuinitatis eius cognitio, quæ vt pretioſiſſimum patrimonium nobis reliquerunt, innumerabilium linguis & ore decantantur. Viuunt quidem illi in Chriſto vitam illam beatam, ab omni interitu ſemotam: viuunt nihilominus apud nos quoque hic loquentes, vt dixi, & mundum cum CHRISTO ſaluum præſtantes.

Agedum, totus illorum amans chorus me circumſiſtat, detque mecum illorum laudibus operam. Qui paſtores eſtis, paſtores & magiſtros celebrantes. Qui in ſacrario verſamini, & in ſacra menſa operamini, huius ordinis, ſacrarumque precationum principes ac præceptores. Philoſophi, & ſapientes, dialectici, & ſcriptores, & oratores, quique primam, & altiſſimam, quique humanam & inferiorem ſapientiam colitis, horum exercitatores & artifices, & duces, & excelſos magiſtros, & oratores. Et vt paucis comprehendam, monachi, & coniugio copulati, ſolitariam vitam agentes, & in mediis hominum cœtibus degentes, ſimplicitate quadam contenti, & morum exactiorum cupidi: qui vel contemplationi, vel rebus agundis ſunt dediti. Ego verò etiam Apoſtolos inuitò, & Prophetas, quotquot ante, & poſt Chriſtum extiterunt, & legiſlatores, & duces, & ſacerdotes: ſiquidem & illi plenius hoc cognoſcunt & amant, eorumque omnigenis virtutibus atque ſcriptis exornantur, & encomiis, verbiſque & operibus quaſi coronis reuinciuntur.

Verùm ô paſtores ſapientes, & magiſtri, & pa-

rentes,

A rentes, & duces, & defenſores poſt primum, &
ſolum paſtorem, magiſtrum, defenſorem, ac Do-
minum Eccleſiæ ſuæ: ô ſeruatores poſt primum
ſeruatorem, & benefactores poſt primum bene-
factorem, & diſpenſatores fideles ac prudentes,
Matth.42. *quos conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam*, hanc dico
Eccleſiam ipſius: qui dediſtis, & datis, iuxta ver-
bum ipſius, conſeruis *tritici menſuram in tempore*;
1.Theſſ. 2. quos idcirco, vt ſequitur, *ſuper omnia ſua conſtituit*:
ô Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrumque
conſortes, certaminumque ſocij, & adiutores, &
commilitones: ô anima, & lingua, & os, & mens,
& ſapientia, & virtus, & corona gloriæ, & cele-
britas, & honos omni honore præſtantior, & clari-
tas, & fama, & gloriatio, & baſis, & firmamentum
B Chriſti Eccleſiæ: habetote etiam à nobis hanc
inelegantem, & breuem orationem, ſeu magnam,
& ſublimem potius: illud propter ſeipſam, im-
becillitatemque propriam: hoc propter vos, &
verba veſtra, quibus ipſa tota innititur, & ſimul
contexitur, quod veſtra erga humiles & abiectos
humanitas & ſummiſſio non refugit. Reſpicite
nos de cœlo propitij, & hunc Chriſti iuxta ac
veſtrum gregem inuiſite, quem ſudoribus & lon-
gis laboribus collegiſtis, olim paruum & imper-
fectum, iuxta verbum veſtrum, neque liberis
fruentem paſcuis, neque ouile implentem, iamq;
nihilominus veſtra inſpectione, ſedulitate, pro-
uidentia indigentem, incultum & horridum, ac
ſylueſcentem poſt illam multiplicem diligen-
tiam veſtram, vti vineam illam, *quæ facta eſt di-* Iſaiæ 5.
lecto in cornu, in loco pingui, vt apud Iſaiam legimus:
parco enim quæ ſequuntur dicere, ne panegy-
rim contaminem. Quoniam nunc magis in Chri-
ſto viuitis, & res noſtras maiore miſeratione,
clariuſque intuemini, purius, & altius in lumine
magnæ Trinitatis, & inde ſine medio, abſque ſpe- 1.Cor.13.
culis, & repræſentationibus illuſtrationem ca-
peſſentes; quam decet omnis gloria, honos, ado-
ratio, imperium, maieſtas, & magnificentia,
nunc, & in omnium ſæculorum æternitatem,
Amen.

FINIS.

ADVERTENTIAE THEOLOGIAE SCHOLASTICÆ, IN B. CHRYSOSTOMVM.

Quibus præcipuæ Sacræ tum Scripturæ, tum Theologiæ dubitationes ſoluuntur, ac materiæ hoc potiſſimum ſeculo controuerſæ diligenter pertractantur, prædictúſque Pater à calumniatoribus eruditiſſimè defenditur.

Auctore Reuerendiſs.

FERDINANDO VELLOSILLO

EPISCOPO LVCENSI.

PRAEFATIO AVCTORIS AD LECTOREM.

DEVS Opt. Max. qui abdita hominum ſenſa ſcrutatur, & in abſtruſiores eorum cogitationes ſine vllo negotio penetrat, propenſionem animi mei, quam ſemper erga Doctores ſanctos lectionemque Sacræ Scripturæ habui, optimè nouit: & quàm ægrè ſemper tulerim quòd Doctores ipſos vberrimos, & inexhauſtos ſapientiæ fontes ne à limine quidem (quod dicitur) ſalutauerim. Si tamen mei inſtituti rationem reddidero, planè cognoſces, candide Lector, nullo pacto mihi vitio dandum eſſe, quod ocio aut deſidiæ indulgens, panem vnquam ocioſus (vt fertur) comederim. Nam Seguntiæ, donec per Regem noſtrum Philippum ad Epiſcopatum Lucenſem ſum adſcitus, quatuor rebus difficillimis intentus, ſexdecim annorum ſpacium ſemper in officio contentus, traduxi. Primum enim Theologiam publicè interpretando, Canonici iuris munia deinde omnia exequendo, tertio publicas ad populum conciones habendo, auriculares poſtremo & ſecretas confeſſiones audiendo, tantum ex ſacris illis Doctoribus delibaui, quantum tam aſſidua impedimenta patiebantur, & lectiones publicæ illis temporibus haberi ſolitæ, poſtulabant. Nunquam tamen meam poteram ſitim explere, nec tempus mihi ſuppetebat vt & ſacrorum Doctorum pleniſſimo gurgite manantes fontes pro libito adire, nec ad illorum intima, prout votis conceptis optaram, penetrare poſſem. Sed poſtquam morbo hoc ferè inſanabili podagræ detentus, coactus ſum domi manere, ex animi ſententia mihi illud, quod tam diu exoptaram, euenit: nam Origenis, Chryſoſtomi, quatuorque Eccleſiæ Doctorum volumina diligenter perlegi, in quorum lectione aſſidua duo ſemper animaduerti: primum, illa in quibus illis non ſatis cum concertatorijs Theologis (quos vulgo Scholaſticos dicunt) conuenit: deinde, doctrinam eam quæ ad mores componendos pertinet, & concionatoribus magis expedire viſa eſt, eo animo ſelegi, vt in commodum & vtilitatem totius Chriſtiani populi cederet. Primum quidem hoc Opere, vt potuimus, abſoluimus: ſecundum verò cùm Dei auxilio aggredimur, eo adiuuante, in poſterum edituri. Lectorem autem pium in cuius manus meum hoc Opus deuenerit, oro & obteſtor, ſi quid vtile beneque notatum & animaduerſum repererit, gratias agat primum Deo, deinde doctoribus ſacris, quorum monumentis quæ animaduerti, accepta ſunt referenda. Si quid verò minus opportunè & commodè dictum, tenuitati noſtræ (homines enim ſumus, nec humani quicquam, vt ille dicebat, à nobis alienum putamus) aſcribat. Nec enim tantum nobis arrogamus, vt in poſtremis putemus bonis ponendum, quod vel inter minimos Doctorum ſacrorum diſcipulos annumeremur. Quorum dicta celeberrima Animaduerſionibus quibuſdam (quas ADVERTENTIAS notiori vocabulo libuit appellare) notauimus: vt diligenter animaduertat Lector, quando in aliquem illorum inciderit, & Commentaria noſtra aſſiduè conſulat. Quod ſi in elucidatione doctrinæ ſancti Thomæ longiores aliquanto viſi ſumus Lectori, boni quæſo conſulat, nam cum nobis præcipuè poſuimus magiſtrum, ſine quo nec multa dici, nec pauca quæ tamen omnibus probentur, enunciari poſſunt. Illud tamen velim ſibi habeat perſuaſum, me in nulla re minus quàm in puritate linguæ & elegantia ſtyli deſudaſſe. Veritates tantum ex intimis Theologiæ viſceribus depromptas, mediocribus verbis expoſitas requirat, quas pro facultate noſtra eruimus, in eoque quem vtilitati communi conſecramus Libro exſcripſimus. Interim tamen Deum omnipotentem precamur, vt iſte noſter labor bonis omnibus ſit iucundus, inuidis autem & obtrectatoribus vtilis, & eorum maleuolentia Operis huius vtilitate compenſetur.

Digitized by Google

ADVERTENTIAE CIRCA EA, QVAE CENSVRA INDIGENT PRIMO TOMO CHRYSOSTOMI, PER VARIA interrogata, & quæſita diſtributa.

1 *Primum quæſitum erit, An ſpiraculum Adæ inſpiratum, ſit anima rationalis.*
2 *An Eua formata ſit ex coſta Adæ.*
3 *An ſi primi parentes non peccaſſent, generatio hominum non fuiſſet.*
4 *An Angeli cum fœminis coierint.*
5 *An Deus ab Angelis videri poſſit.*
6 *An Abraham mentitus ſit, & in Sara adulterium conſenſerit, & an propter pudicitiam ſeruandam liceat ſe interimere.*
7 *An Circumciſio infantibus gratiam contulerit.*
8 *An cum Abraham riſit, peccauerit peccato infidelitatis.*
9 *An diuina gratia nos præueniat, vel à nobis præueniatur.*
10 *An virgo Maria defectu fidei, aut inani gloria laborauerit.*
11 *An Thamar Iudæ congrediens adulterium perpetrauerit.*
12 *An ſoli Deo confiteri ſufficiat.*

PRIMVM QVÆSITVM.

An ſpiraculum Adæ inſpiratum, ſit anima rationalis.

Ad primum. PRIMO quæſito ſatisfacit Chryſoſtomus homil. 12. in illud Geneſ. c. 2. *inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Ita enim ait Chryſoſtomus, Spiraculum illud eſt ſubſtantia animæ rationalis, per quam homo viuens non ſolùm eſt animal, ſed etiam effectus eſt particeps rationis. Cyrillus. Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus hunc ipſum locum elucidans, inquit, Cùm dicitur in Geneſi, quòd ſpirauit Deus in faciem hominis ſpiraculum vitæ, vt fieret homo in animam viuentem, ipſum ſpiramen non dicimus animam, ſic enim anima eſſet inconuertibilis, & non peccaret, quia eſſet de eſſentia Diuina: ſed ſancti Spiritus effuſionem, in ipſo principio ſuperpoſitam animæ humanæ, dixit Moyſes ſpiramen. Philaſtr. Et Philaſter Epiſcopus Brixienſis, c. 99. ſui Catalogi, aſſertionem Chryſoſtomi, inter hæreſes quas annotat, connumerat. Et ait, ſpiraculum iſtud non eſſe ipſam animam, ſed gratiam Spiritus ſancti infuſam animæ Adæ iam creatæ, qualem dedit Apoſtolis, poſt Reſurrectionem, vel qualem largitur omnibus hominibus iuſtis.

Magiſter ſententiarum in ſecundo, diſt. 18. hac de re agens ita ait, De origine animæ plura quæri ſolent, ſcilicet vnde creata fuerit, & quando, & quam gratiam habuerit in creatione, ſicut hominis formatio ſecundum corpus deſcribitur, cùm dicit, Formauit Deus hominem de limo terræ, ita eiuſdem, ſecundum animam factura deſcribitur, cùm ſubditur. Et inſpirauit in eum ſpiraculum vitæ, & ſtatim ait. *Anima Adæ an à Deo creata.* Non ergo carnaliter putemus, Deum corporeis manibus formaſſe corpus, vel faucibus inſpiraſſe animam, ſed potius hominem de limo terræ ſecundum corpus formauit, iubendo, & volendo, & verbo ſuo iuſſit, vt ita fieret. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, id eſt, ſubſtantiam animæ, in qua viueret, creauit, non de materia aliqua corporali, vel ſpirituali, ſed de nihilo. Hanc ſententiam omnes Doctores Scholaſtici, vno animo amplectuntur, ſecundo ſentent. diſt. 18. & D. Thom. 1. par. quæſt. 76. art. 1. & 7. vbi, Philoſophorum erroribus propulſatis, concludit: Sic ergo ex ipſa operatione intellectus apparet, quòd intellectiuum principium vnitur corpori vt forma: quæ propria operatio hominis, A in quantum homo, eſt intelligere, ac proinde propria hominis forma eſt principium intellectiuum. Et artic. 7. citato, colligit animam immediatè vniri corpori, vt forma vnitur materiæ, non ſicut ſanguis, & alij humores, qui etſi requirantur ad animæ vnionem & conſeruationem in corpore, non tamen illis medijs corpori vnitur. Sed ſicut anima Adæ immediatè fuit à Deo ex nihilo creata, ita & corpori vnita, eadem ratione dicimus, aerem requiri ad hominem reſpirationem, nihilominus tamen illo mediante corpori non vnitur. Hoc etiam ſentit idem D. Thom. opuſ. 17. & lib. 2. contra Gentes, cap. 71. & 87.

Ad Philaſtrum verò facile reſpondemus cum D. Auguſtino in præfatione libri de hæreſibus, aſſerente, Philaſtrum multas aſſertiones inter hæreſes enumeraſſe, quæ hæreſes non ſunt, veluti B hanc quam omnium Catholicorum interpretum, & Scholaſticorum damnat ſententia. Auguſtin. Cyrillo etiam facile fit ſatis ex eodem Auguſtin. 15. de Ciuit. Dei, cap. 24. deridente eos, qui exiſtimant ſpiraculum, in faciem Adæ à Deo inſpiratum, eſſe gratiam animæ collatam, & non potius ipſam animam. Thom. Vnde D. Thom. lib. aduerſus Græcorum errores, cap. 27. affirmat Cyrilli expoſitionem eſſe contra expoſitionem B. Auguſtini. Nec proinde ſequitur (inquit D. Thomas) ſpiraculum illud, quod nos animam rationalem dicimus, eſſe de ſubſtantia Dei, quia ſcripturæ illa locutio Tropica eſt. Dicitur enim inſpiraſſe, non corporaliter, ſed quia ſpiritum, id eſt, animam ex nihilo produxit. Et quod maius eſt, interpretatio hæc Cyrilli dictis Apoſtoli repugnare videtur, quia prima Corinth. 15. ita ait, *Factus eſt primus homo Adam in animam* 1. Cor. 15. C *viuentem,* nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem: ſed non prius quod ſpirituale, ſed quod animale. Quo in loco expreſſe affirmat, vitam animæ à vita quæ eſt per Spiritum ſanctum, aliam eſſe. Quapropter Cyrilli expoſitio literalis eſſe non poteſt, ſed tantum Allegorica. Secundo reſpondere poſſumus, quòd quemadmodum ſpiritus in ſcriptura ſacra plura, & diuerſa ſibi vendicat ſignificata, ſic & nomen ſpiraculum, vox enim ſpiritus, aliquando animum noſtrum, vt apud Paulum, *Decreui tradere huiuſmodi hominem Satanæ, vt ſpiritus ſaluus ſit:* 1. Cor. 5. & ventum ſignificat, vt apud Regium

Vatem,

Digitized by Google

Pſal. 47. Hier. 18. 1. Cor. 14. Eſa. 57.

Vatem, *Spiritu vehementi conteres eas:* & donum ſpirituale, vt apud Paulum, *Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro,* & rurſus, *Orabo ſpiritu, orabo & mente.* Significat etiam iram & excandeſcentiam, vt apud Eſaiam, *Non tu es qui meditaris ſpiritu duro interimere eos?* Præſidium etiam & auxilium Dei, vt Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus. Sic etiam & ſpiraculum (vt diximus) plures ſortitur ſignificationes, ſignificat enim ventum, vt, *Venter meus ſicut muſtum, & ſpiraculum.* Et donum diuinum, vt, *Spiraculum omnipotentis viuificat,* & idem conſeruat animam vitæ, & in Prouerbijs: *Lucerna domini ſpiraculum hominis, quæ inueſtigat omnia ſecreta ventris.* Significat etiam animam, vt, *Spirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Quibus ſcripturæ locis ſatis conſtat, ſpiraculum aliquando animam, aliquando verò, Spiritus ſancti donum ſignificare, quod non perpendens Cyrillus, lapſus eſt. Turpius tamen errauit Philaſter, Chryſoſtomi explicationem tanquam hæreticam damnans.

Iob 32. Iob 33. Prou. 20.

SECVNDVM QVÆSITVM.

An Eua formata ſit ex coſta Adæ?

Geneſ. 2.

CHryſoſtom. Homil. 15. in Geneſim, exponens illud Geneſ. 2. *Immiſit Dominus ſoporem in Adam.* ait, Accipit vnam coſtarum illius. Ne humano more accipias quæ dicuntur, ſed craſſa verba hæc humanæ imbecillitati conuenire cogites. Nam his verbis niſi ſcriptura fuiſſet vſa, quomodo tam arcana myſteria dicere potuiſſemus? ne igitur verbis tantum addicti ſimus, ſed omnia (vt par eſt) de Deo ſentiamus. Quando dicitur, accepit, & omnia talia, propter noſtram infirmitatem dicta ſunt. Ex quibus Chryſoſtomi verbis nonnulli exiſtimarunt, Euæ formationem ex coſta Adæ, non eſſe intelligendam ſecundum veritatem hiſtoriæ, ſed figurate, & parabolice; Et hanc eſſe Chryſoſtomi ſententiam ſibi perſuadet Caietanus in expoſitione loci citati, inquit enim: Si iuxta literam intelligatur, coſtam vere fuiſſe ablatam ex Adam, alterum e duobus abſurdis ſequeretur, vel quod Adam fuerit monſtrum, ante ſublatam coſtam, vel mancus poſt ſublatam ex eo coſtam, quorum vtrumque abſurdum eſt: quia aut Adæ illa coſta erat ſuperflua, aut neceſſaria: ſi ſuperflua, ergo erat monſtrum, ſi neceſſaria, ergo redditus eſt mancus.

Caietan.

Communis tamen ſententia Doctorum Scholaſticorum, 2. ſentent. diſt. 18. & diuus etiam Tho. 1. part. queſt. 92. artic. 3. hanc ſententiam Caietani, tanquam nouum quid inducentem, & vt ſuſpectam reiiciunt, quippe, quæ noſtræ fidei fundamenta ſubuertere videtur; Si enim veritas huius hiſtoriæ deſtruitur, neceſſe eſt ſacramentum illud magnum, quod Paulus dixit eſſe in Chriſto, & in Eccleſia ruere. Quòd ſi roges, quanam ratione materia illa coſtæ multiplicata eſt, vt Eua ex ea formaretur? reſpondemus, altero e duobus modis illud fieri potuiſſe; Primo, per multiplicationem additionemque materiæ, & verè dices Euam factam ex coſta Adæ, etiam ſi illi fuerit facta additio, quia materia præcipua, & præiacens cui facta eſt additio, fuit coſta Adæ. Simile eſt illud Auguſtini ſuper Ioannem, quando Dominus Ioan. 6. ex quinque panibus quinque millia hominum ſatiauit, illud enim per multiplicationem materiæ factum fuit. Secundo modo, potuit fieri per conuerſionem coſtæ in formam Euæ, ita vt eſſet materia multo maior, ſicuti contingit in granis & ſeminibus terræ mandatis. Sicut enim hæc ſuis temporibus multiplicantur ſucceſſiue, ſic Chriſtus Dominus ſimul, aut per multiplicationem materiæ, aut per conuerſionem, miraculo intercedente, panes apud Ioannem, multiplicauit; & ad hunc modum ſentit Auguſtinus formatam fuiſſe Euam ex coſta Adæ. D. Auguſtino adhæret D. Thom. loco citato, in ſolutione ad primum argumentum. Si verò à nobis quæras, vtrum Adam habuerit plures coſtas in latere de quo illa deſumpta eſt: ſatisfacimus interrogationi ex diuo Thoma in ſolutione ad ſecundum argumentum, & ex communi theologorum ſententia, Adam habuiſſe illam coſtam præter numerum aliarum. Neque eſt aliquod abſurdum, illam coſtam paruo temporis tractu formatam eſſe, nam licet in indiuiduo non eſſet neceſſaria, erat tamen neceſſaria Adæ, prout erat ſpeciei principium, ac proinde, quia illi non erat neceſſaria, nec de eius perfectione ſecundum rationem indiuidui, fuit ſine aliquo dolore extracta.

Ad illud verò, quod ex beato Chryſoſtomo adduximus, facilis eſt reſponſio, ſi attendamus ad ea, quæ ipſe paulò ante dixit, ſic enim ait, Sapiens & potens & opifex naturæ noſtræ, vnam ex coſtis illius ablaturus erat, vt ne ſentiendo dolorem, mulieri ex ſe formatæ, poſtea doloris memor offenſus fieret, immiſſo exceſſu, tanto illum ſomno oppreſſit, vt quaſi grauedine quadam correptus, nullum rei, quæ fiebat, ſenſum caperet. Et impleuit carnem pro illa, ne poſſet diſcuſſo ſomno, quod factum erat, ex vacuitate ſentire: itaque ne illum, in auferendo dolorem, ob ablationem triſtitia afficeret, vtrique ſic diſpenſauit, vt citra cruciatum illius afferret, & impleto eo loco vnde abſtulerat, factorum ſenſum percipere non ſineret. Quibus manifeſte demonſtrat, ſe eam nequaquam per Metaphoram intellexiſſe, cum veri doloris, veri cruciatus, & veræ triſtitiæ periculum ſenſus imminere exiſtimauit. Quod verò monuit Moiſen de formatione loquentem, non humano & craſſo more intelligendum, non dixit ad hiſtoriæ veritatem euertandam, ſed ad inſaniam Antropomorfitarum, & Arrianorum, confutandam, e quibus alij putabant, Deum eſſe corporeum, & corporea operatione, more figuli, hominem è limo finxiſſe, & ex hominis coſta Euam formaſſe. Alij vero, Arriani ſcilicet, ex illis verbis, & immiſit Dominus Deus, &c. contendebant patrem ſolùm ſine filio, virum formaſſe, & ex viro fœminam: aiunt enim iſti, in ſcripturis ſacris, ſolum Patrem, Deum, & Dominum dici, filium vero, Deum, non autem Dominum appellari, vtpote Patre ipſo minorem. Igitur Chryſoſtomus & illos, & hos redarguit, admonens, ne verba illa Geneſeos humano & craſſo more, cum Antropomorfitis accipiamus, vel cum Arrianis, inter Deum ac dominum diſtinctionem conſtituamus, quia vtriuſque vna eſt eſſentia. Et his nominibus indiſcriminatim vtitur ſcriptura. Quid verò ad Caietani rationem dicendum ſit, ex dictis manifeſtum euadit.

TERTIVM QVÆSITVM.

An, ſi primi parentes peccatum non commiſiſſent, generatio hominum non fuiſſet.

Geneſ. 4.

CHryſoſtomus Homilia 18. in Geneſim, explicans locum illum, *Adam verò cognouit vxorem ſuam:* aſſerit, ſi primi parentes non peccaſſent, quod nullus fuiſſet coitus in paradiſo: quia ante peccatum, noſtri primi parentes non erant obnoxij his corporeis neceſſitatibus: Lex enim membrorum, & concupiſcentia venerea per peccatum intrauit: tunc conceſſit Deus, genus humanum per coitum multiplicari. Gregorius Niſſenus etiam expendens locum illum Geneſ. 1. aſſerit, quod ſi primi parentes non peccaſſent, generatio prolis, & humani generis propagatio

Gregor. Niſſenus. Geneſ. 1.

Digitized by Google

non fuiſſet per coitum, ſed per modum quendam multiplicationis perfectiſſimum, quo multiplicati ſunt Angeli: nam generatio hæc, quæ fit ex concubitu, per peccatum eſt introducta. Et poſt hæc addit, Videtur mihi magnus ille Dauid, compatiens humanæ miſeriæ, talibus verbis, eius deflere naturam. Quòd *homo cùm in honore eſſet, non intellexit* honorem: quo conuerſatione & ſublimi illo multiplicationis modo ſanctis Angelis conſimilis fuerat, propterea comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Ioann. Damaſcenus lib. 4. Orthodoxæ fidei, huic ſententiæ ſubſcribere videtur, idque cap. 25. ita enim ait. Quare ne exterminaretur & conſumeretur humanum genus à morte, nuptiæ conſtitutæ ſunt, vt prolis procreatione genus humanum conſeruaretur, & tacitæ obiectioni reſpondet, Quid enim maſculum & fœminam fecit eos, creſcite & multiplicamini? Reſpondet inquam, non omnino multiplicationem & conſociationem nuptialem ſignificari, quia poterat Deus genus humanum alio modo multiplicare, ſi mandatum vſque in finem ſeruaſſent intemeratum: ſed ſciens Deus, præſcientia ſua, omnia priuſquàm fiant, quòd futuri eſſent tranſgreſſores, & morte condemnandi, anticipans fecit maſculum & fœminam, & præcepit augeri, & multiplicari. Nec ab hac ſententia aberrat Auguſtin. 1. lib. ſuper Geneſ. c. 19. qui enarrans verba illa, Creſcite & multiplicamini, ſic ait, Primos parentes non habituros fuiſſe filios hominis, niſi peccaſſent. Et hanc ſententiæ ſubſcripſit lib. 1. de ſermone Domini in monte, exponens enim illud, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, &c. aſſerit, conſanguinitates & vincula ſanguinis, ac neceſſitudinis ex peccato & morte primorum parentum contigiſſe.

Pſal. 48.
Damaſc.
Auguſtin.

At communis ſchola Doctorum Scholaſticorum, 2. ſentent. diſtinct. 20. contrariam profitetur ſententiam. His conſentit D. Thom. 1. part. quæſt. 98. artic. 2. cuius ratio ea eſt: ea enim quæ ſunt homini naturalia, nec ſubtrahuntur nec homini dantur per peccatum: generare autem per coitum, naturale eſt homini, ſicut & cæteris animalibus perfectis: quod naturalia membra, ad hunc vſum deputata, declarant, vnde non eſt dicendum, quod vſus horum membrorum naturalium ante peccatum non fuiſſet, ſicut cæterorum membrorum. Sunt igitur in coitu duo conſideranda, ſecundum præſentem ſtatum: vnum quod naturæ eſt, coniunctio ſcilicet maris & fœminæ ad generandum, in omni enim generatione requiritur virtus actiua, & paſſiua: vnde cum in omnibus, in quibus eſt diſtinctio ſexuum, virtus actiua ſit in mare, virtus vero paſſiua in fœmina, Naturæ ordo exigit, vt ad generationem conueniant per coitum maſculus & fœmina. Aliud autem, quod conſiderari poteſt, eſt quædam deformitas immoderatæ concupiſcentiæ, quæ in ſtatu innocentiæ non fuiſſet, quando inferiores vires omnino rationi ſubdebantur. Quod ſi quis quærat, an in illo ſtatu eſſet virginitas? & an partus eſſet ſine corruptione? Huic bimembri dubitationi adhibemus reſponſum, ſcilicet, quòd ex parte conceptionis, integritas clauſtrorum virginalium ſeruaretur. Quod ſane innuit D. Thom. in ſolutione ad quartum, eiſque de mente Auguſtini, de Ciuitate Dei, cap. 21. & 22. Et hoc idem ſentiendum eſt ex parte natiuitatis, cum S. Thoma, in ſolutione ad quartum, licet nonnulli affirmarint, integritatem virginalium clauſtrorum non ſeruari. Quod etiam confirmat authoritas diui Auguſtini adducta in ſolutione ad quartum. Et ratio noſtræ ſententiæ ſuffragatur: aliàs enim parerent mulieres cum dolore filios: quod eſt contra illud Geneſ. 3. *In dolore paries filios*: & hoc mulieri in pœnam peccati dictum eſt. Igitur antea ſine dolore fuiſſent parituræ. Quod ſi vrgeas, qua ratione poſſent parere ſine corruptione carnis? communis Doctorum conſenſus eſt tunc ſupra naturam fieri dilatationem membri, ſine ruptura aliqua. Illud tamen certum & conſtitutum ſit, quod in illo ſtatu non fuiſſet partus in fœminis ſicut in Deipara virgine, in partu enim Virginis fuit corporum penetratio, ſecundum communem Theologorum ſententiam. Talis autem non fuiſſet in illo ſtatu. Adde etiam, quòd in illo ſtatu eſſet ex natura rei, dolor in partu, niſi ſupernaturaliter impediretur, non enim poſſet eſſe tanta clauſtrorum dilatatio, quin ibi interueniret aliquis dolor. In partu verò beatiſſimæ Virginis, nec fuit, nec eſſe potuit ex natura ſua dolor, fuit enim per corporum penetrationem: dato tamen, quòd in illo pariendi modo nullus ſentiretur dolor, non proinde miraculum aliquod eſſet: quia modus illi pariendi illi ſtatui conueniret, ſecundum legem & conditionem ipſius ſtatus. Cum his tamen omnibus ſtat optime, virginitatem in illo ſtatu propriè non reperiri. Includit enim virginitas in ſua ratione animum & propoſitum non accedendi ad virum, non tamen tanta eſſet delectatio quæ priuaret rationis vſu, eſſetque in fœminis caſtitas coniugalis, quæ eſſet maxime meritoria.

Dubium.
In ſtatu innocentiæ eſſet virginitas.
Thom.
Geneſ. 3.

Ad authoritatem verò ſacrorum Doctorum reſpondetur, quod ſi rem maturius conſideraſſent, retractaſſent ſuas ſententias, ſicut B. Auguſtinus retractauit: nam 14. de Ciuitate Dei: Abſit, inquit, quòd ſuſpicemur, non potuiſſe prolem fieri ſine libidinis morbo: ſed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra, quo cætera, & ſine ardore & illecebroſo ſtimulo, cum tranquillitate animi & corporis. Et primo libro Retractationum, c. 10. & 19. inquit: Homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuerunt, ſine fœdæ voluptatis prurito: & potuerunt eſſe in paradiſo nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus, ſine ardore libidinis, & ſine labore pariendi.

Auguſtin.

QVARTVM QVÆSITVM.

An Angeli cum fœminis coire poſſint.

Chryſoſtomus Homil. 22. fol. 34. A. exponens illud, *Videntes filii Dei filias hominum, ſumpſerunt ſibi vxores*, inquit. Quod non ſolum eſt abſurdum dicere, ſed etiam impoſſibile, quod improbi Angeli cum fœminis coitum exercerent. Sic enim ſcribit, Dementia plenum eſt, dicere, Angelos deiectos de cœlo, vt cum mulieribus rem habeant: & quòd incorporea illa natura corporibus copuletur. Et paulo poſt, Valde inſanus eſſet, qui comprobaret talia verba dementia plena, quòd incorporea illa natura, & ſpiritualis corporis complexum ferat. Ioannes Caſſianus Chryſoſtomi diſcipulus, libro duodecimo Collationum, c. 8. ſic ſcribit, Nullo modo credendum eſt, ſpirituales naturas coire cum fœminis naturaliter poſſe: quoniam ſi aliquando hoc, ſecundum literam fieri potuiſſet, quomodo nunc quoque, vel frequenter, vel raro idipſum non eueniret, contingeret: & abſque ſemine vel coitu viri aliquos naſci ſimiliter de mulieribus conceptu dæmonum cerneremus. Philaſter Brixienſis Epiſcopus, c. 108. in Catalogi aduerſus hæreſes, ſic ait, Alia eſt hæreſis, quæ de Gigantibus aſſerit, quòd Angeli miſcuerint ſe cum fœminis ante diluuium, & inde natos eſſe Gigantes. Sed ſi quis putauerit Angelos ſic peccaſſe, transformatos in carne, & in ea remanſiſſe, aut ita factos carnales crediderit, hic violeta ratione diſcernit hiſtoriam ſicuti & paganorum & poetarũ mẽdacia aſſerũt, Deos Deaſq; transformatas, neſanda

Geneſ. 6.
Caſſianus.
Philaſter.

da coniugia commiſiſſe: quod ſi factum eſt aliquando, & nunc fieri non erit ambiguum: quod autem non factum eſt aliquando, neque modo fieri manifeſtum eſt. Et his conſentit Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus, lib. 2. Allegoriarum in Pentateuchum, ſerm. 1. His accedit auctoritas Concilij Ancirani deteſtantis inſanam opinionem quarundam veneficarum mulierum, aſſerentium ſe noctu per longa terrarum ſpatia, ab improbis ſpiritibus deduci ad loca quædam, vbi cum dæmonibus indulgeant varijs voluptatibus, epulis, & libidinibus, verba huius Concilij referuntur in Decretis Pontificum, Cauſa 26. quæſtion. 5. videbis ibi.

Cyrillus.

His non obſtantibus, communis Doctorum Scholaſticorum conſenſus ſententiam contrariam aſſeueranter affirmat, 2. ſentent. diſtin. 8. & S. Thom. 1. part. Summæ, quæſtion. 51. artic. 2. & in Quæſtionibus diſputatis, quæſt. 16. artic. 1. contra Gentes, lib. 2. c. 89. quibus in locis inquit: Aſſertionem contrariam repugnare intentioni ſcripturæ: illud enim quod imaginaria viſione videtur, eſt in ſola imaginatione videntis: vnde non videtur indifferenter ab omnibus, vt conſtat in his qui phreneſi laborant. Scriptura autem diuina ſic introducit interdum Angelos apparentes, vt communiter ab omnibus viderentur, ſicut Angeli apparentes Abrahæ viſi ſunt ab eo & tota familia eius, & à Loth, & ciuibus Sodomorum, ſimiliter Angelus qui apparuit Thobiæ ab omnibus videbatur: ex quo manifeſtum fit, huiuſmodi contigiſſe ſecundum corpoream viſionem, qua videtur id quod appoſitum eſt extra videntem: vnde ab omnibus videri poteſt, tali autem viſione non videtur niſi corpus: cùm igitur Angeli nec corpora ſint, neque habeant corpora naturaliter ſibi vnita, relinquitur quòd interdum corpora aſſumant, qualia autem ſint illa corpora, explicat D. Thom. artic. 2. quæſtionis citatæ in ſolutione ad tertium argumentum. Aſſerit enim eſſe aerea formarique ex condenſatione facta per ipſos Angelos, applicando actiua paſſiuis. Vnde Auguſtinus 12. de Ciuitate Dei, ſic ait: Sunt etiam quædam dæmonibus corpora, ſicut doctis hominibus viſum eſt, ex iſto aëre craſſo, & humido, cuius impulſus ſtante vento, ſentitur: hinc fit dæmones illos quos Hiſpanè. Traſgos, vel Duendos, dicimus, frequentius apparere in locis inferioribus, & cauernoſis, vbi aer eſt denſior. Hinc conſtat Angelos non ſumere corpora carnea, & oſſea, quod ex eo innoteſcit, quia corpora ab Angelis aſſumpta, facilè diſſoluuntur. Quod verò tales Angeli cum fœminis coire poſſint, ex Auguſtino colligitur, qui 15. lib. de Ciuitate Dei, & 23. ait; apparuiſſe hominibus Angelos in talibus corporibus, quæ non ſolùm videri, ſed etiam tàgi poſſent, veriſſimè ſacra ſcriptura teſtatur. Et quoniam creberrima fama eſt, multique ſe expertos, vel ab eis qui experti eſſent, de quorum fide dubitandum non eſt, audiſſe confirmant, Syluanos & Faunos quos vulgo incubos vocant, improbos ſæpe mulieribus extitiſſe, & earum appetiſſe, ac peregiſſe concubitum: & quoſdam dæmones quos Duſios Galli nominant, hanc aſſiduam immunditiam & tentare, & efficere, plures taleſque aſſerebant, vt hoc negare, impudentia videatur.

Thom.

Geneſ. 18.
Gene. 19.

Extat & Innocentij Papæ VIII. Decretalis epiſtola aduerſus hæreſim maleficarum mulierum, cuius verba ſic habent, Non ſine ingenti moleſtia ad noſtrum peruenit auditum, complures vtriuſque ſexus perſonas, propriæ ſalutis immemores, & à fide Catholica deuiantes, cum dæmonibus incubis & ſuccubis abuti. Quapropter, ne labes huius hæreticæ prauitatis in perniciem animarum ſua venena diffundat, opportunis remedijs, prout noſtro incumbit officio, prouidere volentes, ſtatuimus, vt Inquiſitores, per nos deputati, debitum inquiſitionis officium in huiuſmodi perſonas exequantur. Quod mandatum exequentes Inquiſitores ciuitatis Cordubenſis contra Magdalenam de la Cruz religioſam, cuius confeſſionem ab hinc paucis annis, ego ipſe vidi, & legi. Cùm enim illa graui morbo laboraret, voluntariè Deo illi aſpirante, coram inquiſitoribus confeſſa eſt, ſe cuidam dæmoni ſpatio triginta annorum & amplius ſubcubuiſſe: ac multa miranda quæ antea apparenter fecerat. Damnatio huius, publicè Cordubæ celebrata eſt anno quinquageſimo plus minúſve ſupra milleſimum quingenteſimum.

Et eſt textus in c. Epiſco. 26. q. 5. & in cap. accuſatus, §. ſane, de hæreticis, lib. 6. Sylueſ. verbo, hæreſis 3.

Res geſta Cordubæ quæ Magdalena de la Cruz accidit.

Supereſt iam ſacrorum Doctorum dictis ſatiſfacere: & ad Chryſoſtomum reſpondemus, nec ipſum, nec Phylaſtrum negare fœminas cum dæmonibus coire poſſe: ſed eas duntaxat refellunt, qui fœminas, ab Angelis beatis damnatas, & fœdis congreſſibus initas, aſſerebant. Exiſtimabant enim impoſſibile, Angelos Dei gratia, immobiliter in amore diuino confirmatos ſe dimittere, vt impura libidine fœminarum commaculentur, mutata Angelica natura in humanam formam, iuxta poëticarum tranſmutationem fabulas. Ad Cyrillum verò & Caſſianum reſpondemus, non ita accipiendum eſſe, vt intelligamus nullo modo poſſe prorſus cum fœminis commiſceri, ſed naturali duntaxat more animalium, emittendo ſemen de ſua ſubſtantia. Quod ipſe apertè indicat appoſita particula illa, naturaliter, quod vt Auguſtinus inquit, dæmones non ſolùm poſſunt cum fœminis coire, ſed & etiam ex eis filios verè homines generare, non virtute proprij ſeminis, quod nullum ex ſe habent, ſed quod turpiter maribus ſuccubantes, & poſt fœminis incubantes infuderunt, Deo iſta diſponente, vt Aug. 3. de Trinitate, ait; & qui naſcitur non eſſe filium dæmonis, ſed illius hominis, à quo eſt ſemen acceptum.

Auguſt.

Ad id verò, quod ex Concilio Ancirano allatum eſt, Reſpondemus, ſectam fœminarum in ſynodo damnatam, diuerſam eſſe, ab ea quæ dæmonum concubitu fœdatur. Illa enim exiſtimabat ſe, ad Herodiadis & Dianæ cultum, noctu deferentibus beſtijs, acciri: ac Dei creaturas poſſe transformari in varias animatorum formas. De concubitu autem dæmonum cum fœminis, non meminit ſynodus: ſed id tantum affirmat, mulieres illas, falſis imàginationibus decipi: quòd nos non inficiamur, experientia enim docuit huiuſmodi fœminas domi immobiliter iacuiſſe, cùm ſe crederent in remotas regiones aſportatas.

QVINTVM QVÆSITVM.

An Deus ab Angelis videri poſſit.

CHryſoſtomus Homilia 23. in fine explicans illud Geneſis 6. *Noe iuſt vir iuſtus, atque perfectus.* Tenet hanc propoſitionem, diuinæ gloriæ fulgurantem maieſtatem, neque Cherubin, nec incorporeæ illæ virtutes videre poſſunt: ſed auerſæ facies tegunt obiectis alis. Eandem ſententiam tenet, Homilia 14. in Ioannem, in illa verba *Deum nemo vidit vnquam*: ex quibus verbis duo colligit. Primùm, quòd natura, ſubſtantia, & eſſentia Dei à nulla creatura poteſt intuitiua mentis viſione cōſpici: ſed ſola imaginationis & cogitationis abſtractione cognoſci. His verbis, Id quod eſt Deus, non modo Prophetę non viderunt, ſed neque Angeli, neque Archangeli. Si enim eos percunctaueris, nihil ab his de Dei ſubſtantia audies, ſed tantum, gloria in altiſſimis Deo. Ideò Paulus inquit, Quem nemo vidit vnquam, neque videre poteſt. Et occurrens obiectioni, quæ his obſtare videtur, ſcilicet, Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. *Beati mundo corde, quoniam*

Geneſ. 6.
Ioan. 1.
Matth. 5. & 18.

ipſi Deum videbunt, inquit, cogitationem, & imaginationem, quam pro viribus noſtris de Deo capimus, eam viſionem appellat neque aliter de Angelis intelligendum eſſe, propter puram ipſorum, & nullo ſomno obnoxiam naturam, cùm nihil aliud quàm Deum ſemper mente agitent. Secundo, elicit ex loco citato Ioannis, Dei filium antequam corpus indueret, fuiſſe Angelis inuiſibilem. Deinde verò poſtquam carnem induit, ab Angelis viſum.

Theodor. Theodoretus Cirenſis expreſſius tenet ſententiam Chryſoſtomi, docens Deum videri ab Angelis, non in ſubſtantia & eſſentia, ſed per ſimilitudines quaſdam, eo modo quo olim viſus eſt à Prophetis. Et in dialogo, cui titulus eſt, Immutabilis, duos de hac quæſtione loquentes introducit, & concludit de Angelis, non enim vident diuinam ſubſtantiam, quæ nec comprehendi nec circunſcribi, nec mente percipi poteſt, & quæ vniuerſa comprehendit, ſed quandam gloriam quæ eorum viribus reſpondet, ſitque eis commoderata.

Theophil. Theophylactus eandem ſententiam ſequitur, nam in expoſitione citata Ioannis 1. ſic habet. Cæterum dicet hic fortaſſe quiſpiam, quomodo hoc loco dicimus, quòd nullus viderit Deum, cùm Propheta dicat: *vidi Dominum*: Vidit quidem Propheta Deum, at non ipſam ſubſtantiam, ſed ſimilitudinem, & apparentiam quandam, ſicut capere poterat, & alius in alia figura vidit, & alius in alia: vnde non ipſam veritatem viderunt, non enim diuerſis figuris illam vidiſſent, quæ ſimplex eſt, & infigurabilis: quum neque Angeli vident ſubſtantiam Dei quamuis dicantur videre faciem eius, hoc enim indicat Deum, ſemper eis apparere. Filius igitur, ex omnibus hominibus, ſemper videt Patrem.

(margin: Eſa. 6.)

Euthim. Euthimius his conſentiens, in commentarijs, inquit: nulla creatura Deum videt, non materialis tantum, ſed immaterialis, ſiquidem ipſis quoque immaterialibus virtutibus inuiſibilis eſt Deus in ſua natura, licet prout ſibi conceditur, Deum videant.

Commune theologorum placitum aliud ſentire videtur, 2. ſentent. diſt. 11. & 12. quibus accedit D. Thomæ ſent. 1. part. quæſt. 106. in ſolutione ad primum argumentum, cuius hæc ſunt verba. Ad primum ergo dicendũ eſt, quòd omnes tam ſuperiores Angeli, quàm inferiores immediatè vident Dei eſſentiam, rationes tamen diuinorum operũ, quæ in Deo cognoſcuntur ſicut in cauſa, omnes quidem Deus in ſeipſo cognoſcit quia ſeipſum comprehendit. Aliorum verò Deum videntium, tanto vnuſquiſque in Deo plures rationes cognoſcit, quanto eum perfectius videt. Et quia ſuperior Angelus plura in Deo de rationibus diuinorum operum cognoſcit, quam inferior, ideo de his eum illuminat. Et lib. 3. contra Gentes, c. 110. prope finem, colligit omnes Angelos bonos eſſe beatos, & comprehenſores, quia in tertio inſtanti, & morula, omnes angeli, qui conuerſi ſunt in Deum, effecti ſunt beati. Beatitudo autem in viſione & fruitione diuinæ eſſentiæ conſiſtit. Et hinc deducit, angelum in ſecundo inſtanti, non potuiſſe comprehenſorem eſſe. Simul enim eſſet viator, & comprehenſor, quod eſt abſurdum. Hoc etenim ſoli Chriſto tribuendum eſt, qui viator exiſtebat, quatenus ab impaſſibilitate animę, & à gloria corporis diſtabat: quam proprijs operibus merebatur, ea ratione qua diuina eſſentia fruebatur. Ex quibus deducitur quòd ſi angeli non ſunt viatores, ſunt igitur comprehenſores, & beati, ſed beatus nullus eſſe poteſt, niſi diuinam eſſentiam intueatur, vident ergo angeli ipſum Deum.

Ad Chryſoſtomum reſpondemus, de Moſe, diuo Paulo, & Prophetis nos diſputaturos eſſe tertio tomo, iuxta locum citatum Ioannis. Erit etiam diſputatio ſi Dei filius ante incarnationem fuerit ab angelis viſus: Interim tamen vt Chryſoſtomo ſatisfaciamus, & Doctoribus qui eius ſententiæ conſentiunt, aduertendum eſt ex ſententia ſcholaſticorum Doctorum diſtinctione à nobis citata. Deum poſſe videri trifariè contingere, aut oculis corporeis, aut oculis mentis, aut viſione comprehenſiua. Et hoc tertio modo intelligendus venit D. Chryſoſtomus, & cæteri Doctores illi adhærentes: Quod apertè videtur ſignificare Chryſoſtomus, cùm ſubiicit hæc verba, Multi Deum cognoſcimus, & tamen ipſam ſubſtantiam, qualis eſt, ſolus eius vnigenitus cognoſcit, qui certam notionem, viſumque, & comprehenſionem habet, qualem filium de patre habere, par eſt.

SEXTVM QVÆSITVM.

An Abraham mentitus ſit, & in adulterium Saræ conſenſerit? Et an, propter pudicitiam ſeruandam, liceat ſe interimere.

CHryſoſtomus Homil. 32. in Geneſim, explicans illa verba. *Dic igitur obſecro quòd ſoror mea ſis*. Saram multis laudibus effert, quia marito in diſcrimen mortis adducto, ſimulationem & adulterium conſenſit. Sic enim ait, propterea in adulterium conſenſit vxoris, & quaſi ſeruit adulterio in mulieris contumeliam, vt mortem effugiat. Et infrà: Quis non obſtupeſcat hanc parendi facultatem? quis hanc ſatis laudauerit, quæ poſt tantam continentiam, & in tali ætate, ad hoc vt iuſtum ſeruet, quantum in ſua voluntate pendebat, etiam adulterio ſe expoſuit, & Barbarorum tulit congreſſum. Hucuſque Chryſoſtomus quibus videtur à communi patrum ſententia diſcrepare. Gen. 12.

Primum eſt, quia hanc Abrahæ conſultationem, non ſolùm in hoc loco, ſed Homil. 45. commentum, & comœdiam appellat, & libro ſecundo de prouidentia Dei, ait, Abraham in tantam tunc neceſſitatem deuenit, vt etiam hypocriſi ſubmitteretur. Et in epiſtola ad Olimpiam. Erit, inquit, vt cùm viderint te facie pulchram, occident me, & te reſeruabunt: dic ergo quòd ſoror mea ſis, vt bene mihi ſit propter te, & viuat anima mea propter te. Vides timorem, vides tremorem exagitantem excelſam, & philoſophicam illam animam, mentitum genus, & aliam, pro alia perſona, inferebat.

Secundum, quòd hanc Abrahæ & Saræ fictionem, & ſimulationem laude, admiratione, & imitatione, dignam cenſet. Quod apertiſſimè in omnibus ſuis ſcriptis affirmat licere: imò etiam oportere perfectum virum vti fraudibus, dolis, & impoſturis, non ſolùm in proprijs neceſſitatibus, verumetiam in alienis commodis, non nocendi, ſed iubendi gratia.

Tertium eſt, quòd præmiſſa verba Chryſoſtomi docent, ſcilicet, Saram in eo potiſſimum eſſe laudandam, atque imitandam, quòd ſeruandæ ſalutis cauſa Barbarorum ſeſe adulterio expoſuit, conſentiente tamen marito in eius adulterium, imò ſuadente.

Origenes lib. 6. Stromaton obiter tractans locum illum. Ego ſum Eſau primogenitus tuus, docet ſimulationes, & mendacia, aliquando eſſe proficua, poſſeque prudentem, & ſapientem virum, officioſo mendacio, non ſecus quàm medicamine, cùm neceſſe fuerit, vti: Homo enim cui neceſſitas mentiendi incumbit, diligenter attendat, vt ſic vtatur mendacio, tanquam condimento, & medicamine vt ſeruet meſuram eius, ne excedat terminos, quibus via eſt Iudith contra Holofernem, & vicit cum prudenti ſimulatione. Imitetur Heſter quæ Artaxerxis ſententiam diu tacita generis veritate, correxit. Et in primis Patriarcham Iacob,

quem

quem legimus, benedictiones patris artificioſo mendacio impetraſſe. Hæc 6. lib. In decimo autem eiuſdem operis libro, hoc ipſum Apoſtolico exemplo confirmans, dixit Petrum & Paulum Apoſtolorum principes, non vera, ſed ſimulata cõtentione inuicem apud Antiochiam contendiſſe: vt eos ſimulatione, genere Iudæos & Gentiles inter ſe de legalibus diſſidentes, ad concordiam reuocarent. Moſes, per deceptionẽ, opes Ægyptiorum in Iſraelitarum tranſtulit caſtra. Michol circumuento, atque decepto patre, liberauit à morte maritum ſuum Dauidem, quem poſt Ionathas, iiſdem armis, ab ira Saulis ſeruauit. Paulus tanquam ſalutare pharmacum, impoſturas ſæpe vſurpauit: ceu cum Timothæum circuncidit, & multis alijs cæremonijs legis ſe ſubmiſſit, quas poſt fidem Chriſti datam mortiferas eſſe ſciebat.

Ioannes Caſſianus Chryſoſtomi diaconus, & diſcipulus, inquit: Sanctis viris ita vtendum eſſe mẽdacio, ac ſi ei natura inſit Hellebori. Sicut enim Helleborum, ſi imminente exitiali morbo ſummatur, ſalubre eſt, ſi vero, ſine ſummi diſcriminis neceſſitate, bibatur, exitiale eſt. Ita & mendacium proficuum eſt, cùm ex veritatis confeſſione periculum imminet: mortiferum vero, cùm nulla veritatis occultandæ neceſſitas incumbit. Hæc 17. collationum à cap. 17. vſque ad 21. exemplis

Geneſ. 27. & 42.

Iacob, fraude, & mendacio paternam hæreditatem inuadentis. Ioſeph mendacibus verbis fratres ſuos deterrentis, Raab pro ſalute exploratorum

Ioſ 2.

mentientis. Dauidis coram ſacerdote Achime-

1. Reg. 22.

lech mendaciter loquentis. Iacobi, Petri & Pauli aſſimulationis figmenta, pro eccleſiæ pace, deſcendentium.

Hieronymus quoque dogmati iſtorum acceſſiſſe videtur, in commentariis epiſtolæ ad Galatas,

Gala. 2.

vbi cùm de Petro & Paulo reprehenſio tractaret, hypocriſim cenſuit viris bonis in tempore aſſumendam, ad imitationem multorum illuſtrium virorum, de quorum numero Hieu Rex

1. Reg. 10. 3. Reg. 21.

Iſraël ſub fallaci promiſſione colendi Baal, ſacerdotes eius interemit. David facta inſania Achidis Gethæi regis periculum aufugat. Paulus ſimulata

Gal. 2.

obiurgatione Petrum nullius culpæ reum ad terrorem Iudaizantium reprehendit, vt Iudæos Chriſto lucrifaceret, Timothæum circuncidit ipſeque

Act. 16. & 18.

caput totondit in Cenchris, & facto calcutio, oblationem obtulit in Hieruſalem.

An mentiri ſit intrinſecè malum.

Omnibus his non obſtantibus, contrariam videtur ſententiam affirmare ſchola communis Doctorum ſcholaſticorum, 3. ſentent. diſtinctione 38. & D. Thom. ſecunda, ſecundæ, quæſtio. 110. artic. 3. vbi inquit, quòd illud quod ſecundum ſe. & ex genere ſuo malum eſt, nullo modo poteſt eſſe bonum, & licitum, quia ad hoc vt aliquid ſit bonum, requiritur quòd omnia rectè concurrant: bonum enim eſt, ex integra cauſa, malum verò ex ſingularibus defectibus. Dionyſius 4. c. de diuin. nom. Mendacium autem eſt malum ex genere, cùm enim voces naturaliter ſint intellectuum ſigna, innaturale eſt & indebitum, quòd aliquis voce ſignificet id, quod non habet in mente. Vnde Philoſophus dicit 4. Ethicorum, quòd mendacium eſt per ſe prauum, & fugiendum: verum autem eſt bonum & laudabile, vnde *noli velle mentiri omne mendacium.*

Eccl. 7.

Vbi excludit Spiritus ſanctus tam mendacium iocoſum quàm officioſum. Adeò hæc ſententia eſt vera, quòd multi Theologi affirment mentiri adeò eſſe intrinſece malum, quòd Deus de potentia ordinaria, neque abſoluta, neque per ſe, neque per alium, neque reuelatione, neque præcepto, neque conſilio poſſit mentiri. Quòd vt intelligas, nota, mentiri nihil aliud eſſe, quàm proferre aliquod falſum intentione fallendi, & ſic Deum mentiri eſt impoſſibile, vt conſtat ex illo: Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, id eſt, non eſt natura Dei talis, vt poſſit mentiri. Et Deus promiſſionem fecit Abrahæ, & firmauit iuramento vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt Deum mentiri firmiſſimum haberemus ſolatium. Vbi Paulus abſolute, inquit, vt potentiam ordinatam excludat: tunc etiam dicit vt firmiſſimum haberemus ſolatium, quale non haberemus, ſi poſſet aliqua potentia mentiri: & fidelis eſt Deus, negare ſeipſum non poteſt: ac ſi diceret, ſi ſe negaret, & mentiretur, non eſſet Deus.

Concluſio communis Theologorum.

Conſonat huic ſententiæ beatus Auguſtinus, in omnibus ſuis operibus, lib. 22. contra Fauſtum, cap. 24. negat Abraham fuiſſe mentitum, quippe qui interrogatus quid ei eſſet Sara, indicauit ſororem, non negauit vxorem, tacens aliquid veri, non dicens aliquid falſi: erat enim ei verè ſoror ex patre, ſed non ex matre. Et lib. 22. cap. 33. ſcribens contra Fauſtum, inquit: Neque Abraham flagitio conſenſit vxoris, ſed pudicitiam coniugis, de cuius anima nihil dubitabat, Deo tuendam commiſit: nec eum fides fefellit, cui primum Pharao territus monſtris, deinde Abimelech ſomnio commonitus, ambo vxorem cum honore reſtituerunt. Et cap. 2. lib. de mendacio ad Coſentium, in Priſcilianiſtas hæreticos, damnat ſententiam contrariam. Et in Epiſtola ad Hieronymum, dolet eam aliquãdo à Hieronymo defenſam. Vide ibi de Symbolo fidei, c. 2. to. 9. Deus inquit, omnipotẽns eſt, & cũ ſit omnipotens, mori non poteſt, falli nõ poteſt, mentiri non poteſt, inferẽs, ſicut Deo repugnat poſſe mori, & falli, ita & poſſe mẽtiri. Ne deſunt rationes pro hac ſentẽtia.

Primò, quia mentiri eſt intrinſece malum, quod nullo modo poteſt fieri bonum, vt D. Thom. optime probauit, & hæc ratio eſt beati Auguſtini lib. 1. de mendacio, cap. 8. intendens, quòd nulla ratione liceat mentiri, etiam leuiſſimo mendacio, nec pro vita æterna, quia eſt contra rationem, ſicut repugnat Deo odio habere ſeipſum, & ex conſequenti illud nobis præcipere.

Secundò, eſt intrinſece malum, ergo repugnat poſſe mentiri, quod apertè probatur: quia poſſe mentiri prouenit ex vno duorum, vel quia non eſt omnipotens, vel quia non ſummè bonus: nam ſi non eſt omnipotens, & omnia ſciens, poteſt falli: & ſi nõ eſt ſumme bonus, poteſt fallere: ſicut igitur repugnat omnia ſcienti, falli, ita ſummę bonitati, fallere. Sic enim Auguſtinus arguit, quia eſt omnia ſciens, & omnipotens, non poteſt mori, nec fallere, ſeu mentiri. Et hæc eſt aperta determinatio eccleſiæ, in Decretalibus, titulo de vſuris, cap. ſuper eo, vbi Innocentius Pontifex, eius nominis tertius, conſtanter affirmat, Diuini verbi præcepto prohiberi, ne quis, etiam pro alterius vita ſeruanda, mentiatur.

Ad Chryſoſtomũ.

Ad Chryſoſtomum, & Doctores qui cum illo conſonant, facile ex Auguſtini doctrina reſpondetur: diſtribuendo in duas claſſes multitudinem mendaciorum, quæ ſunt adducta. In prima ſtatuimus eos qui cùm non ſint mentiti, mẽdaces fuiſſe videntur, qui tamen non ſunt, quia figuratè & miſtice locuti ſunt: velut Iacob qui illis verbis, ego ſum primogenitus tuus, mentiri videtur, & tamen vera pronunciabat, quia iuxta Diuinam prouidentiam vere primogenitus erat. Alij verò in ſuſpicionem fallaciæ ac mendacij deciderunt, quia occultatis animi conſilijs veritatem aperire noluerunt, ceu Abraham qui tacuit eſſe vxorem, & indicauit eſſe ſororem, quod verum erat: erat enim vere ſoror ex patre, ſed non ex matre. Ad hanc occultandæ veritatis regulam Theologi referunt omnes militares inſidias, & cęteras gubernatorum, iudicum, & medicorũ ſimulationes, quæ remota omni falſitate, in ſola occultatione veritatis conſiſtunt. Tales ſunt fictiones Moſis Ægyptum expoliantis, Iudith Holofernem obtruncantis: Dauidis inſaniam ſimulantis:

Petri ſe comedere diſſimulantis: & Pauli, ficta obiurgatione, Petrum increpantis. Quę fictiones cum omni mendacio careant, fruſtra inductæ ſunt ad patrocinium mentiendi.

In ſecunda verò claſſe Doctores ſcholaſtici collocantes quos conſtat fuiſſe mentitos, quales ſunt Dauid coram Achimelech ſacerdote: Ionathas coram Saule: Hieu rex coram ſacerdotibus Baal: Raab pro exploratoribus Iudæorum: Michol pro Dauidis ſalute, hos aſſerunt non eſſe in fauorem mendacij allegandos, quia eorum mendacia nuſquam à Deo fuerunt approbata, & licet fuerint bonis temporalibus remunerata, non tamen mendacium, & fallacia eſt à Deo laudata, ſed tantum pietas, charitas, & fides, qua complexi ſunt illos pro quibus mentiri non timuerunt. Et per hæc conſtat quid circa primum & ſecundum aſſertum Chryſoſtomi tenendum ſit. Reſtat tertium, quod eſt.

An ſeruandæ pudicitiæ cauſa, liceat propria ſe interimere manu. Circa quod Doctores ſcholaſtici, 1. ſen. diſt. 47. quo in loco tractant de diſpenſatione Diuinorum præceptorum, & ſanctus Thomas 2. 2. quæſtio. 64. art. 5. vnanimi conſenſu tenent omnino eſſe illicitum ſe propria manu interimere, & S. Thom. probat. Primo, quia eſt contra inclinationem naturalem, & charitatem. Secundo, quia ſe interficiendo irrogat iniuriam communitati. Tertio, quia qui ſeipſum vita priuat, in Deum peccat, ſicut qui alienum ſeruum interficit, & alienum iudicium vſurpat. Tum etiam, quia illo præcepto non occides, nec alterum, ergo nec te: nec enim aliud quam hominem occidit. An autem ex aliqua cauſa poſſit quis ſeipſum occidere? Thom. in ſolutione ad tertium excludit cauſas, quas antea poſuit, de quo Auguſt. 1. de Ciuit. à cap. 17. vſque ad 27. vbi arguit Catonem, qui ſe occidit: quia non potuit pati victoriam Cæſaris, & Lucretiam, quia id fecit ex infirmitate animi. Idem de Plinio, qui cùm non poſſet patienter ferre dolorem podagræ, ſe interemit. Et in ſolutione ad quartum diffinit, quòd Sampſon ſe interemit inſtinctu Spiritus ſancti: nam vires illius erant ſupernaturales, & cùm eas amiſiſſet, poſtea ſunt illi reſtitutæ, vt ex textu patet. De Apolonia, & aliis virginibus, & martyribus, qui ſponte ſeſe obtulerunt martyrio, id fuit ex fortitudine animi: vnde verè affirmare non poſſumus omnes illos ſe occidiſſe, cùm enim viderint rogum paratum, ad oſtendendum fortitudinem fidei, inſtinctu Spiritus ſancti, læti ad martyrium ibant, quòd in rigore potius eſt pati, quam agere. Sed an circa hoc præceptum poſſit cadere ignorantia inuincibilis? Certum eſt, quòd lege Euangelica, ſi iuri diuino ſtemus non poteſt eſſe ignorantia, quæ excuſet eum, qui ſciens & prudens ſe occidit. In lege autem naturali, licet aliqui tenuerint poſſe eſſe talem ignorantiam, ego tamen oppoſitum probabilius credo, quia vltimum omnium terribilium mors.

Auguſtin. Auguſtinus lib 22. ca. 37. contra Fauſtum, & li. 1. de ſermone Domini cap. 29. in monte: in dubium reuocat: an Saræ pudicitia potuiſſet Barbarorum libidini ſupponi, citra vllum adulterij crime, quaſi pro mariti vita liceat ipſo conſentiente cum alio viro concumbere, ſicut tempore Conſtantij Imperatoris Antiochiæ accidit, vbi cum Acindinus Præfectus quendam ſeruaret in carcere occidendum, quia libram auri, quam fiſco debebat, nō haberet vnde ſolueret, vxor mariti charitate mota, concubitum vnius noctis marito conſentiente vendidit cuidam diuiti id anxie flagitanti, ac librā auri pro mercede promittenti, vt eo precio mariti vitam à Præfecto redimeret, quo facto, pluribus explicato, liberum vnicuique permittit æſtimare quod velit, quamuis in eam partem propenſior

A videatur, quòd nec ſe interimere, nec adulterio ſe exponere vllo caſu liceat, cum communi opinione Doctorum ſcholaſticorum, vt diffiniuimus.

SEPTIMVM QVÆSITVM.

An circunſio infantibus gratiam contulerit.

CHryſoſtomus Homil. 29. in Geneſim, excutiens hunc locum. *Circuncidatur ex vobis omnis maſculus.* Inſinuare videtur, circunſionem in veteri lege nihil virtutis, iuſtitiæ aut gratiæ infantibus circuncisis contuliſſe, ſed tantum erat ſignum, per quod infantes Iudæorum à cæteris nationibus diſtinguerentur. Sic enim ait, Vt euidenter diſcatis, dilecti, quòd circuncisio nihil ad animæ virtutem conducat, ex his quæ fiunt videri poteſt. Cur enim octo dierum infans circunciditur? Duabus de cauſis opinor. Vna vt in ætate Gen. 34.
B matura facilius circunciſionis in carne moleſtiam ferret queat. Alia vt rebus ipſis diſcamus, quod id animæ nihil conducat, ſed hoc fiat ſigni tantum gratia: pueri enim immaturi, cùm ea quæ fiunt, ignorent, neque ſenſum eorum habeant, quam inde vtilitatem in anima ſua accipere poſſunt: illa enim ſunt vera bona animæ quæ ex electione fiunt, in carne verò ſignum accipere, quale bonum opus fuerit. Et Homil. 27. in Geneſim, confirmans eandem ſententiam ait, Attende quomodo Deus circunciſionem pro lege ſtatui voluit, non quod ad animæ ſalutem efficere hoc aliquid poſſit, ſed vt Iudæorum pueri gratitudinis hoc indicium circunferrent quaſi ſignum & ſigillum. Ideo Paulus ait, *& ſignum dedit circunciſionis*, nam ad iuſtitiam ipſa circunciſio nihil conducit. Item Rom. 4.
Homil. 40. in Geneſim 17. c. nulla inquit, alia circunciſionis fuit vtilitas, quam hæc ſola, quòd ex hoc ſigno eſſent cognoſcibiles, & ab aliis gentibus
C diſtinguerentur Iudæi.

Hinc aſſertioni aduerſantur, omnes theologi tam veteres quam ſcholaſtici, in 4. ſenten. alij diſtinctio. 1. alij diſtinct. 2. S. Tho. 3. par. q. 62. artic. 6. vbi tenent, quòd ex paſſione Chriſti non potuit deriuari virtus iuſtificandi ad ſacramenta veteris legis, quia tunc paſſio Chriſti non erat niſi cauſa finalis, ideo non potuit habere efficaciam, potuit tamen deriuari ad ſacramenta nouæ legis, quia cùm iam paſſio eſſet exhibita, habet ſe tanquam cauſa efficiens: & patres ſancti iuſtificabantur ex fide paſſionis Chriſti. Et quæſt. 70. artic. 4. tenet quòd in circunciſione conferebatur gratia, quantum ad omnes effectus gratiæ, excepto ingreſſu regni cœlorum. Et multis quæ Doctores ſcholaſtici de circunciſione diſputant pauca referam. Et primum eſt, quòd in veteri lege erat vera gratia habitualis, gratum faciens, eiuſdem rationis cum illa quæ modo eſt in eccleſia. Abra-
D ham enim & alij patres verè fuerunt in gratia, quòd ex eo patet, quia aliàs non potuiſſent eſſe grati Deo. Cùm hoc verum etiam eſt quòd in veteri lege ex operibus legis non fuit remiſſio peccatorum perfecta, nec gratia perfecta, nec iuſtificatio perfecta, quod Paulus in Epiſtola ad Romanos, & ad Galatas, & in omnibus ſuis Epiſtolis intendit: quod ex eo conſtat, ſi attendamus quæ fuit illa gratia, in qua à principio conditi ſumus, & quam primi parentes habebant, erat enim adeo perfecta, quod per illam poterant ingredi regnum cœlorum, etſi non peccaſſent, eſſent tranſlati ad beatitudinem: quouſque ergo homo redeat ad beatitudinem, non eſt in gratia perfecta: & ideo Adam licet per pœnitentiam reſtitutus ſit in Dei gratiam, non tamen ad illam à qua cecidit: etſi gratia reſtituta Adæ non fuit perfecta, igitur nec illa quæ fuit in veteri lege, quia non ſufficiebat aliquem ad regnum perducere. Ideo Baptiſta in-

Matth. 3.

quit, *pœnitentiam agite, & appropinquabit regnum cœlorum*, A inſinuans, quòd nondum erat apertum quouſque Chriſtus dominus veniens, illud aperiret: & ſi gratia veteris legis non erat perfecta, igitur nec iuſtificatio, nec reconciliatio, quia omnia iſta ſunt effectus gratiæ. Et hoc eſt quod Paulus ait, *nihil ad perfectum adduxit lex*; & ruſus: *parabola eſt temporis inſtantis, iuxta quam nemo poterat perfectum facere conſcientiam*, ſignificans, quòd lex gratiæ confert nobis perfectā gratiam talem qualem amiſimus, & a qua cecidimus: non tamen vetus, niſi imperfectam. Et ita intelligendus eſt Paulus, quando ait, quòd illa lex nō operabatur gratiam, ſed iram, id eſt non operabatur perfectam gratiam, neque effectus eius erant perfecti, vt explicuimus. Pro expoſitione ſententiæ ſancti Thomæ, & communi Doctorum, quòd circuncißio ex ſe non operabatur gratiam, ſed ex virtute fidei in Chriſtum, aduertendum eſt, quòd poſtquam Adam peccauit, tota redemptio, & iuſtificatio hominis innitebatur Chriſto, neque per alium redēptio potuit fieri: adeo vt ſi Adam etiam B per mille annos lugeret ſuum delictum non iuſtificaretur, neque gratiam obtinuiſſet: quod verum eſſe patet ex illo Pauli: *gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum*. Et ruſus, *quem poſuit Deus propitiatorem pro peccatis noſtris*: ex quo colligitur quòd nullus homo potuit eſſe gratus Deo, neque medium habere vtile conſequendam gratiam, niſi per vnionem & coniunctionem ad Chriſtum Dominum, & eius paſſionem; & hæc eſt baſis, & fundamentum differentiæ quæ eſt inter veterem legem & nouam: quia cùm Chriſtus Dominus nondum eſſet carni vnitus, tota vetus lex non poterat eum tangere niſi per fidem, & tanquam cauſa finalis: ſed in lege noua eſt actualis, & realis coniunctio ad Chriſtum Dominum, quia realiter eſt, & realiter tetigit aquas, & cætera ſacramenta: & hunc in lege noua tangimus Chriſtum per fidem, & tanquam cauſam finalem, in lege autem Euangelica tangimus realiter, & coniunctione reali, & tanquā cauſam efficientem, ipſo Domino dicente: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo*: & qui manducat hunc panem, viuet in æternum: & hæc eſt præcipua differentia ex his quas Doctores ſcholaſtici aſſignant inter ſacramenta veteris & nouæ legis. C

Hebr. 7. & 9.

Rom. 7.
Rom. 3.

Ioan. 6.

August.

Auguſtinus lib. 2. de nuptiis, & concupiſcentia conſonat communi ſententiæ Doctorum ſcholaſticorum, vbi inquit, in populo Dei, quòd ſignaculum erat fidei iuſtitiæ Dei ad ſanctificationem purgationis, valebat magnis & paruulis, originalis veteriſque peccati: ſicut & baptiſmus ex illo cœpit valere tempore ex quo inſtitutus eſt. Et Beda in commentariis ſecundi capitis, in Lucam, ait, Salutiferæ curationis auxilium circūciſio, in lege contra originalis peccati vulnus agebat quod baptiſmus agere, reuelatæ gratiæ tempore, conſueuit, excepto quòd regni cœleſtis ianuam nondum intrare D poterant: tamen in ſinu Abrahæ poſt mortem requie beata conſolati, ſupernæ pacis ingreſſum, ſpe fœlici expectabant, hæc illi.

Beda.

Ad Chryſoſtomum, qui docet circunciſionem non prodeſſe infantibus, quia his nec ineſt cognitio, nec electio. Reſpondemus, quòd ſicut nunc baptiſmus infantibus vſu rationis carentibus confert ſalutem, ita & tunc circunciſio ſalutem attulit infantibus, ſine vlla arbitrii electione. Secundò, reſpondemus, poſſe moderari ſententiam Chryſoſtomi, iuxta doctrinam quam conſtituimus, referendo illius verba ad gratiam perfectam, & ad vltimam conſummationem ſalutis æternæ, quam circunciſio præſtare non poterat, cum nondum eſſet mortuus Chriſtus, neque apertum eſſet cœleſte regnum. Tertiò, dici poteſt, Chryſoſtomum eſſe intelligendum de circunciſione abſque Chriſti fide ventam. Nam ex ſe, & ex virtute ſua circunciſio gratiam non conferebat, ſed virtute fidei, A quam veteres patres ſigno aliquo circunciſionis ſuſceptæ proteſtabantur.

OCTAVVM QVÆSITVM.

An cum Abraham riſit peccauerit peccato infidelitatis.

Chryſoſtomus Homil. 40. explanans locum illum Geneſis, *Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit in corde ſuo, dicens: Putas ne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet* inquit. Videns Abraham excellentem promiſſionem, & magnitudinem eius qui promiſerat, cogitans, cecidit in faciem ſuam, & riſit. Codex Græcus Chryſoſtomi verba quædam habet, quæ in vulgatis voluminibus non leguntur, ea ſunt hæc, Deus vti ſolus ſine peccato B ſit, permittit aliquando iuſtos ſecundum ipſorum arbitrium in peccatum cadere. Vnde ſanctus Abraham infidelitate peccauit, & pœnas à Deo recepit, vt ſemen eius quadringentis annis ſeruiret. Sicut & Moyſes ingratus fuit Deo, qui ei aquam de petra largitus eſt. Et ideo audiuit, *Non videbis terram promiſſionis, & non intrabis in eam*. Et in fine Homiliæ 6. ſimilia verba his habentur. Nam poſtquam dixit, quòd Deus permittit iuſtos humanis erroribus incuruari, ſic inquit, Infidelitate ſanctus peccauit Abraham. Iterum Moſes, qui audiuit, Non videbis terram promiſſionis, & non intrabis in eam. B. Hieronymus lib. 3. contra Pelagium, amplectitur eandem ſententiam, his verbis, Abraham non credidit, quòd Deus repromiſit, ſed riſit in corde, putans ſe celare Deum, & aperte ridere non audens, cauſas incredulitatis exponens: quomodo poteſt fieri, vt centenarius de nonagenaria ſuſcipiat filium. Viuat, inquit, Iſmael in conſpectu tuo, quem ſemel dediſti, difficilia non quæro, contentus ſum beneficio quod accepi. Quem occulta C reprehenſione arguens Deus ait: etiam fiet quod exiſtimas non futurum, & ex errore tuo quo riſiſti, filius Iſaac riſus nomen accipiet.

Geneſ. 17.

Deut. 32.

Hieronymus.

Cæteri Doctores ſacri tenent ſententiam contrariam Chryſoſtomi & S. Hieronymi, & quæ verè tenenda eſt. Nam eandem ſententiam exponentes Ambroſius ac Theophilactus, ſentiunt Abraham nihil prorſus hæſitaſſe: imò contra ſpem in ſpem pleniſſime credidiſſe. Et Auguſtinus lib. 16. de Ciuitate Dei cap. 26. ſcribit, riſum Abrahæ fuiſſe exultationem gratulantis, non irriſionem diffidentis. Et verba illa, Putaſne centenario naſcetur filius, & Sara, nonagenaria pariet: non dubitantis, ſed admirantis ait fuiſſe. De infidelitate diſputant Doctores Scholaſtici, 2. ſent. diſtin. 22. & ſanctus Thom. 2. 2. quæſt. 10. per duodecim articulos, & articulo 3. diffinit, quòd infidelitas poD ſitiua eſt peccatum mortale, & grauiſſimum, quod incurriſſe Abraham excogitari non debet. Et auctoritati Chryſoſtomi & Hieronymi opponimus auctoritatem Pauli, qui ex diametro aduerſatur ſententiæ illorum. Nam ad Romanos ſcribens de Abraham, ait: *Et non infirmatus eſt in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum iam fere centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ: in repromiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo, pleniſſime ſciens, quia quæcunque promiſit Deus, potens eſt & facere, & ideo reputatum eſt illi ad iuſtitiam.*

Rom. 4.

In ſubſidium Chryſoſtomi reſpondemus. Quod id quod adductum eſt ex textu Græco, cum ſit cōtra vulgatam lectionem, recipiendum non eſt, maximè quia verba non cohærent narrationi ſequenti, quæ teſtatur Abraham non ex infidelitate, ſed ex ingenti gaudio in eas cogitationes & voces proropiſſe, neſcientem quid diceret, vt Augu-

ſtinus

A ſtinus teſtatur. Secundò reſpondemus, quòd licet Abraham in initio non plene credidiſſet, ſed ſubdubitaſſet: poſt, verba Domini cum ab omni dubitatione extricarunt, vt deinceps certiſſima & immobili fide Diuinis pollicitationibus inhæreret. Et licet materia fidei ſit grauiſſima, commune tamen eſt illi cum cæteris præceptis diuinis, quòd tranſgreſſio illorum ex genere, & ex obiectio ſit peccatum mortale: ex paruitate tamen materiæ, vel ex defectu plenæ & perfectæ deliberationis, quamdiu ratio non conſentit, tantum eſt veniale, quòd licet Abraham ridendo incurrerit, non derogat dignitati ſanctitatis ipſius, cum Ioannes dicat, *Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & in multis offendimus omnes.* (Ioannis 1.)

NONVM QVÆSITVM.

An diuina gratia nos præueniat vel à nobis præueniatur.

B CHryſoſtomus Homilia 42. in Geneſim, in illa verba. *Cum ſurrexiſſent inde viri.* (Genes. 18.) Habet quædam verba quæ videntur inſinuare, quòd diuina gratia præueniatur à nobis. Chryſoſtomi verba ſunt hæc. Quæ igitur nobis poſt hac relicta eſt excuſatio? cum vnus homo cunctas in ſe poſſideat virtutes: nos verò ita immunes earum ſumus, vt ne vnam quidem perficere lubeat: quod enim non ex eo quòd non poſſumus, ſed quod non volumus, à bonis omnibus ſumus alieni, manifeſtè indicat hoc ipſum quòd Patriarcha, qui ante gratiæ tempus & ante legem fuit, à ſeipſo, & à ſcientia quæ naturæ inſita eſt, in tantum peruenit virtutis faſtigium, vt ſufficiat ad confutandum omnes excuſationes noſtras. Eandem ſententiam pluribus locis inculcat, præſertim Homilia 17. in c. 2. Ioannis, vbi ſic loquitur. Hinc admoneri poſſumus, Deum ſuis in nos beneficijs noſtras non præuenire voluntates: ſed à nobis incipiendum eſſe: cùm autem ille nos viderit prompto C paratoque animo ad ſuſcipiendam gratiam, tunc multas nobis offeret ſalutis occaſiones. Quibus verbis videtur innuere, quòd principium ſalutis noſtræ ita nobis initum ſit, vt abſque auxilio gratiæ præuenientis, ex proprijs viribus naturæ, poſſimus mereri diuinum auxilium gratiæ iuſtificantis, qui error eſt Pelagianorum. Quæ loca Chryſoſtomi, nouelli hæretici pro ſe facere contendunt. (Caſſianus.) Ioannes Caſſianus libro Collat. 13. cap. 11. affirmat, quòd gratia diuina aliquando nos præuenit, & aliquando præuenitur à nobis: verba eius ſic habent; Inter multos, magna quæſtione voluitur, vtrum, quia initium bonæ voluntatis præbuerimus, miſereatur noſtri Deus? An, quia miſeretur, conſequamur bonæ voluntatis initium? multi enim ſingula hæc credentes, ac iuſto amplius aſſerentes, varijs & ſibi contrarijs erroribus ſunt D inuoluti: Si enim dixerimus, noſtrum eſſe bonæ voluntatis principium, quid fuit in perſecutore Paulo? quid in Publicano Matthæo? quorum vnus cruori ac ſupplicijs innocentium: alius verò violentijs ac rapinis publicis incumbens, attrahitur ad ſalutem. Si verò gratia Dei ſemper inſpirari bonæ voluntatis principia dixerimus, quid de Zachæi fide, quid de illius in cruce latronis pietate dicemus, qui deſiderio ſuo, vim quandam regnis cœleſtibus inferentes, ſpecialia vocationis monita præuenerunt.

Doctores Scholaſtici diſputant materiam huius quæſtionis 2. ſent. à diſt. 25. vſque ad diſtin. 28. & ſanctus Thom. 1. 2. quæſt. 109. per decem articulos, & priori articulo, diffinit, quòd ad cognoſcendas virtutes naturales non indiget homo illuſtratione, aut concurſu ſpeciali Dei, præter generalem: ſicut enim alia agentia naturalia habent ſuas formas naturales, quibus ſolo Dei concurſu

A generali producunt ſuos effectus: ſic intellectus hominis habet naturalem virtutem ad ſuum obiectum naturale, quod eſt verum: ad cognoſcendas verò virtutes ſupernaturales, auxilium ſupernaturale requiritur, quale eſt lumen fidei, vel prophetiæ. Et in artic. 2. inquit, quod tam in ſtatu naturæ integræ quam naturæ lapſæ, homo indiget auxilio diuino, ſcilicet ad volendum & operandum bonum: ſed in ſtatu naturæ integræ per ſola naturalia poſſet omne bonum morale operari: quia natura hominis eſt rationalis. Igitur quando eſt perfecta ſua natura, poteſt omne bonum rationis operari: quia hoc eſt ſuum bonum, ſicut bonum ignis eſt calefacere, ad operandum verò bonum ſupernaturale, & meritorium vitæ æternę, indigebat auxilio ſpeciali: quod de ſe notum eſt, quia hoc excedit vires naturales. In ſtatu verò naturæ lapſæ, inquit, non poteſt homo naturaliter omne bonum morale implere, ratio eſt: quia natura eſt infirma, & ſæpe inſurgunt paſſiones ve- B hementes. Et ſunt multa pericula, quæ omnia de ſe non poteſt vincere, nec totum bonum morale adimplere, ſine auxilio Dei ſpeciali. Aliqua tamen bona naturalia & moralia, vt diligere parentes, plantare vineas, ædificare domos, ſine auxilio ſpeciali poteſt. Quod ex eo patet, quia licet natura per peccatum fuerit infirmata, non tamen eſt omnino corrupta. Ex hac doctrina reſpondet ad quæſitum an homo poſſit velle, & facere bonum, abſque gratia & auxilio diuino? Aſſerit enim, quod homo in ſtatu innocentiæ indigebat gratia ſolum ad bonum ſupernaturale, ſed in ſtatu naturę lapſę indiget auxilio ſupernaturali, nō ſolū ad bonum ſupernaturale, ſed etiā ad hoc, vt ſanetur, reſpectu boni naturalis. In vtroque verò ſtatu indiget auxilio generali, ad hoc, quòd moueatur ad operandum opera meritoria vitæ æternæ. Licet autem materia hæc nimis ampla ſit, de qua plures Doctores recentiores ſcripſerunt C contra Lutherum & eius diſcipulos, inter quos præcipuum locum tenet doctiſſimus magiſter Dominicus de Soto, libro, cui titulus eſt, de Natura & gratia. Nos tamen controuerſiis & diſceptationibus omiſſis, vt paucis rem aperiamus, ſequentes propoſitiones, eaſque amplectendas ex 2. artic. D. Thomæ ſubijcimus.

Prima eſt: Quidquid poterat homo in puris naturalibus, poteſt in ſtatu naturæ corruptæ. (1. propoſitio.) Quod ſi inferas, Homo qui incidit in latrones, non ſolùm ſpoliatus eſt gratuitis, ſed etiam læſus in naturalibus. Reſpondemus, huiuſmodi læſionem intelligendam eſſe habituum vitioſorum, & conſuetudinis prauæ peccandi, propter quæ homo, ad bene agendum, manet læſus. tamen nullum principium naturæ eſt imperfectius, quam in puris naturalibus.

Secunda propoſitio. (2. propoſitio.) In ſtatu naturæ integræ, ex D naturalibus plus poterat homo, quam modò poteſt, poterat enim perſeuerare, & omne bonum morale operari, quod nunc non poteſt.

Tertia propoſitio. (3. propoſitio.) Licet homo nunc non poſſit perſeuerare, nec omne bonum morale agere: poteſt tamen aliquod bonum, & aliquo modo bene moraliter operari. Quòd ſi inſurgas, ſi homo ſine auxilio ſpeciali poteſt hoc bonum præſtare, ergo poteſt omne bonum. Reſpondeo, bifariam dici aliquid poſſibile, vel potentia logica, quia non implicat contradictionem, vel moraliter, & modo humano loquendo. Simile eſt de infirmo, qui poteſt iter agere per vnam leucam & tamen per tres non poteſt: & qui ignorat iter Romam verſus, poteſt per duas aut tres leucas rectè iter facere, & tamen peruenire Romam niſi interroget de via, non poteſt: ſic ergo dicimus, poſſe hominem vnum aut alterum opus bonum morale operari, & tamen omne, & in omni euentu,

& toto

ſtroſo curſu vitæ ſine auxilio ſpeciali non poteſt.

4. propoſitio.

Quarta propoſitio. Omne bonum quod poterat Adam in ſtatu naturæ integræ propter ſanitatem naturæ, poteſt nunc homo per gratiam & auxilium ſpeciale Dei. Conſtat hæc aſſertio ex eo, quia tantum nunc poteſt facere Deus per auxilium gratiæ, ſicut tunc per iuſtitiam: ſicut conſtat, in Beatiſſima Virgine Maria, quam ita fecit peccati expertem, vt nec venialibus commaculata fuerit.

5. & vltima propoſitio.

Vltima propoſitio. Vt vitam æternam in vtroque ſtatu homo poſſit mereri, indiget auxilio ſpeciali, vel gratia gratum faciente. Hanc doctrinam confirmat S. Tho. in Quæſtionibus diſputatis, quæſt. 24. art. 14. & 15. & ex B. Auguſtini ſententia in pluribus locis, libro Retractationum, & libro de Gratia & libero arbitrio, & libro de Hæreſibus, contra Pelagianos, & in omnibus illius operibus. Et quod firmiſſime hæc corroborat, eſt diffinitio Concilij Tridentini, Seſſ. 6. Canone 1. qui ſic habet. Si quis dixerit hominem, ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia, poſſe iuſtificari coram Deo, anathema ſit. Et Canone 3. diffinitur auxilium ſpeciale, & gratiam præuenientem eſſe neceſſariam ad hoc, quòd homo iuſtificationem acquirat. Pro defenſione autem B. Chryſoſtomi, inducimus ſententiam eiuſdem, qui in initio Homiliæ citatæ inquit, Nos quidquid boni habemus, ex præuenientis, vocantis, & ſemper incipientis gratiæ benignitate habemus, nullumque eſt in nobis meritum, quod non ſit donum Dei: cuius quidem, tanta eſt bonitas, vt velit noſtra eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. Et Homil. 12. in 4. cap. primæ ad Corinthios, inquit, Quod habes accepiſti, nec hoc tantum & illud, ſed quidquid habes, non enim merita tua hæc ſunt, ſed Dei gratia: & infra, Quid igitur habes, quod non acceptum habeas? num ipſe per te recte operatus es? non ſane, ſed accepiſti. Et Homil. 38. ad populum Antiochiæ, inquit, Nolumus nos extolli, ſed nos dicamus inutiles, vt vtiles efficiamur, nam ſi te dixeris probabilem, licet probabilis exiſtas, inutilis factus es, &c. Quod ſi aliquando Chryſoſtomus contrarium dicere videatur, candide interpretandus eſt: vt referamus præmiſſa eius verba, non ad illam primam motionem gratiæ præuenientis, & excitantis, quæ ſemper ita nos præuenit, vt a nobis præueniri non poſſit: ſed ad illud donum gratiæ ſubſequentis, quod Theologi Scholaſtici Gratiam habitualem nuncupant, hoc enim donum nullus conſequitur, niſi Deo obtulerit animum præparatum ad illud ſuſcipiendum. Vel dicendum, quòd Chryſoſtomus interdum vires naturæ noſtræ plus æquo extulit, ex contentione diſputandi cum Manichæis & Gentilibus, qui aſſeuerant, hominem vel natura malum, vel fati violentia ad peccandum compelli.

Concil. Trident.

DECIMVM QVÆSITVM.

An virgo Maria defectu fidei, aut inani gloria laborauerit.

Chryſoſtomus Homil. 49. exponens illud Gen. *Depreciatus eſt Iſaac ſuper vxore ſua*, videtur inurere notam incredulitatis Mariæ Virgini, quod Chriſti conceptum, in vtero ſuo abſque humana commixtione futurum non crediderit, Angelo nunciante: ſic enim introducit Angelum loquentem ad Mariam, Et quia adeo incredula es, per hoc crede; & poſt pauca, Plene per omnia manducebat eam ad credendum annunciationi. Et vide quanta ſolertia Gabriel vtitur, non enim ei in memoriam reducit Saram, vel Rebeccam, quia erat hæ antiquæ narrationes, ſed adducit ea ad hoc quod nuper in Eliſabeth contigit, vt mentem eius ad credendum prouocaret eundem defectum aſcribit ei in morte filij ſui. Nam in Pſalmo 13. inquit, quando Chriſtus fuit crucifixus, non fuit qui faceret bonum: diſcipuli omnes fugerunt, Ioannes nudus receſſit, Petrus negat, ipſius Mariæ matris animum gladius dubitationis pertranſiit. Et Homil. 45. exponens in Matthæum, hæc verba, *Ecce mater tua & fratres tui*, &c. videtur tribuere Mariæ virgini nonnihil ambitionis, & inanis gloriæ, his verbis, ex facto matris nonnihil importunitatis acceſſit. Conſideratam matris quam fratrum importunitatem, nam cùm debuiſſent intrare, ambitione quadam ac oſtentatione commoti, foras eum in præſentia omnium euocarunt. Ex quo patet, inani quadam gloria illos commotos fuiſſe. Et rurſum homilia in Matthæum 46. laudans diſcipulorum Chriſti prudentiam, qui temporis opportunitatem expectarunt, ad interrogandum magiſtrum, inquit, Sic matrem quoque ac fratres feciſſe decuiſſet: non autem palam oſtentationis cauſa foras euocare. Et clarius Homil. 20. in Ioannem, inquiens, Optabat enim hoc, id eſt, miraculum fieri, vt ipſe hominum gratiam ſibi conciliaret, & ipſa clarior gratia filij efficeretur, & fortaſſe aliquo humano afficiebatur affectu: quemadmodum & fratres eius, cùm dixerunt: Oſtende teipſum mundo, cupidi eius miraculis ſibi famam comparare. Et paulo poſt, Non adhuc, debitam de ipſo opinionem habebat, ſed more matrum Maria iure omnia ſeſe filio præcepturam cenſebat: cùm tanquam dominum colere ac revereri fas eſſet. Huic ſententiæ antea ſubſcripſit Origenes Homil. 17. in illa verba, Et tuam ipſius animam pertranſiuit gladius doloris. Et Theophilactus in Lucæ 2. qui caute legendus eſt: cuius verba ſunt hæc, Humanum quid volebat oſtendere mater: videlicet, quòd in filium poteſtatem haberet. Nihil enim magnum adhuc de eo intelligebat, propter hoc loquente ipſo, adhuc volebat ad ſe illum attrahere, quaſi ambitioſula tanto ſibi filio ſubdito: quam corrigens Chriſtus dixit. Quæ eſt mater mea? Conſentit illis Auguſtinus in libro Quæſtionum veteris & noui teſtamenti quæſt. 73. cuius verba hæc ſunt. Quod autem adijciens, & tuam ipſius animam pertranſiuit gladius, vt reuelentur multorum cordium cogitationes. Hoc vtique ſignificauit, quia etiam Maria per quam geſtum eſt myſteriũ Incarnationis ſaluatoris, in morte Domini dubitaret: ita tamen vt in reſurrectione firmaretur. Quis enim non ambigeret, videns eum qui ſe filium Dei dicebat, ita humiliatũ vt vſque ad mortẽ deſcẽderet?

Matth. 12.

Ioa. 2. & 7.

Origenes

Theophilactus.

Auguſt.

Non obſtante ſententia iſtorum Doctorum ſacrorum, communis ſententia Doctorum ſcholaſticorum contrarium docet, 3. ſent. diſt. 3. quorum ſententia vt vera & certa amplectenda eſt. His adhæret S. Thom. 3. part. quæſt. 27. art. 4. Cuius concluſio eſt. Simpliciter eſt fatendum, quod B. Virgo nullum actuale peccatum commiſit, neque mortale, neque veniale. Probat: quia illos quos Deus ad aliquid elegit, ita præparat, & diſponit, vt ad id, ad quod eliguntur inueniantur idonei, ſecundum illud: *Idon. es nos fecit miniſtros noui teſtamenti.* Beata autem Virgo fuit electa diuinitus, vt eſſet mater Dei, & ideo non eſt dubitandum, quod Deus per ſuam gratiam, eam ad hoc idoneam reddidit. Non autem fuiſſet idonea mater Dei ſi peccaſſet aliquando, tum, quia honor parentum redundat in prolem, ſecundum illud: *Gloria filiorum, patres eorum.* Vnde & per oppoſitum, ignominia matris in filium redundaſſet. Tum etiam, quia habuit ſingularem affinitatem ad Chriſtum, qui ab ea carnem accepit; *Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial?* Tum etiam, quia ſingulari modo Dei filius, qui eſt Dei ſapientia in ipſa habitauit, non ſolum in anima, ſed etiam in vtero. Dicitur autem,

2. Cor. 3.

Prouer. 17.

2. Cor. 6.

Sapien. 1.

In

In maleuolam animam non intrabit ſapientia, neque habitabit in corpore ſubdito peccatis. Et vt non poſſit deinceps dubium incidere circa ſententiam veram quam diffinimus. Concilium Tridentinũ Seſſ. 6. Canone 23. ſic diffinit. Si quis hominem ſemel iuſtificatum, dixerit amplius peccare non poſſe, nec gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur, & peccat, nunquam verè fuiſſe iuſtificatum, aut contra, poſſe in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit.

Concil. Trident.

Aduertendum tamen, non colligi ex eo, quòd B. Virgo non potuit peccare, quia confirmata in gratia, quod ideo nec potuit mereri. Et omiſſis ſolutionibus Doctorum Scholaſticorum, has ſequentes tenendas propoſitiones aſſigno.

1. Propoſitio.

Prima propoſitio. Non dicitur aliquis confirmatus in gratia, ex eo, quòd in toto vitæ curſu nunquam peccet, quod conſtat: quia poteſt quis per diem, & per hebdomadam, & per menſem viuere, etiam ſine peccato mori: vt de Ioanne Baptiſta multi Doctores affirmant, quòd nec veniali peccato vitam denigrauit.

2. Propoſitio.

Secunda propoſitio. Neque dicitur aliquis confirmatus in gratia, per hoc, quòd Deus non concurrit cum illo ad peccandum. Id ex eo conſtat, quia ſi de facto quis non peccet, Deus decreuit non concurrere cum illo.

3. Propoſitio.

Tertia propoſitio. Ratio ſpecialis confirmationis in hoc ſita eſt: quòd Deus fecit legem præſeruandi aliquos à peccato: & hoc modo aſſerimus Beatos, & Apoſtolos fuiſſe confirmatos in gratia, licet cùm hoc, etiam ſpeciali amore & dilectione adiuuentur, vt non peccent. Aſſiſtit etiam illis ſpeciali prouidentia: adeò vt ſecuri dicant cum Paulo, *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* &c. *Certus ſum, quòd nec mors, neque vita, neque creatura aliqua.* Cùm hoc ſtat bene, libertatem manere in confirmatis ad merendum, & non ad peccandum: ſicut in Apoſtolis, qui in die ſancto Pentecoſtes fuerunt in gratia confirmati. Et de lege confirmationis eſt, quòd confirmatus in gratia, non poſſit à charitate, & à dilectione Dei cadere. Libertas autem conſiſtit in hoc, quod confirmatus in gratia, poteſt adimplere præceptum, non pro iſto, vel illo inſtanti, ſed pro tempore quo voluerit, & charitas ordinauerit. Sic tenet S. Tho. 3. par. q. 18. art. 4. de Chriſto Domino noſtro.

Rom. 8.

Pro Chryſoſtomo, & cæteris Doctoribus excuſandis reſpondet S. Thom. in ſolutione argumentorum, excuſans eos ex impetu dicendi, ſicut oratoribus & concionatoribus interdum vſu venit, exceſiſſe. Et poſſe verba adducta ſic exponi, vt intelligamus Chriſtum dominum cohibuiſſe affectum in matre, non qui ei reuera ineſſet, ſed quem alij forſitan exiſtimare potuiſſent eidem ineſſe. Et pro Auguſtino reſpondet, & ait, eius ſententiam intelligendam eſſe, non de eo genere dubitationis, quod ex infidelitate procedit: ſed ex excitatione ſtuporis quæ ingentem admirationem comitari ſolet. Et hoc eſt quod Auguſtinus dixit, omnes ſtupore quodam in morte Domini dubitaſſe. Quod ſæpe accidere experimur, quoties præter naturę modum & ordinem, inſolitum aliquid euenit. Et ſic Chryſoſtomus deſcribit Mariam ad ſermones Angeli ſumma admiratione ſtupefactam.

VNDECIMVM QVÆSITVM.

An Thamar Iuda congrediens, adulterium perpetrarit.

Gen. 38.

CHryſoſtomus examinans illud, *Ingreditur Iudas ad Thamar, dixit, dimitte me vt coeam tecum.* diuerſa & contraria dictis videtur ſentire: nam Homil. 62. in Geneſ. ſocerum & nurum ab omni crimine liberat, inquit, enim. Thamar furari voluit ſoceri concubitum, & ex illo filios procreare, non libidinem explere concupiſcens, (abſit hoc) ſed diſpenſatio erat quod fiebat: & propterea nec illa inde reprehenſionem meretur, nec Iudas criminibus fuit obnoxius, hac enim via ex pueris Iudæ natis, Chriſtus ſecundum carnem deſcendit: & duo pueri inde nati, figura fuerunt duorum populorum, & prædictio quædam vitæ Iudaicæ, & ſpiritualis. Aliis locis aperte hos damnat, Thamar vt inceſtam, Iudam vt fornicarium; nam Homil. 1. in Matthæum, ita inquit. Cur Matthæus in generatione Chriſti eas tantummodo fœminas, quæ de aliquo vitio celebratæ ſunt, adduxit in medium, id eſt, ſi qua adultera, vel meretrix, vel ex nuptiis non legitime copulata, ſi qua alienigena, vel barbara fuit: ſi quidem, non modo Vriæ vxorem, ſed etiam Thamar, & Ruth Euangeliſta commemorat: quarum alia erat alienigena, vt Ruth, alia ſcortum, vt Thamar, quæ furata concubitum, intra habitum meretricis eſt abſcondita. Cuius facti Homil. 3. in Matthæum tres cauſas aſſignat.

Primam, vt oſtenderet quòd Chriſtus dominus progenitores peccatores dignatus eſt habere, nihil ob mala noſtra erubeſcens.

Secundam, vt demonſtraret, nobis non eſſe erubeſcendum de parentibus fœditate adulterij ſordidatis, ſi propria decoremur virtute.

Tertiam, vt faſtum reprimeret Iudæorum qui de parentum virtutibus inſolenter gloriabantur, docens, Patriarcham ipſorum Iudam à quo Iudæi nomen accipiunt, non exiguum delictum in fornicatione Thamar admiſiſſe. Priorem ſententiam amplectitur Ambroſius, lib. 3. Commen. in Lucam. Poſteriorem Hieronymus in Quęſtionibus Hebraicis, & D. Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum, vbi inquit. Non omnia hominum facta eſſe à nobis comprobanda: ex quibus bona quædam iuxta diuinæ prouidentiæ diſpenſationem, aut ſequuntur, aut ſignificantur, nam Diuina prouidentia de libidine Iudæ, qua Thamar concupiſcentia victus, intrauit, non ſolùm aliquid boni efficere, ſed aliqua bona prophetice ſignificare voluit. Ad ſignificanda enim aliquando bona, nihil intereſt facta illa, quibus illa ſignificantur, ſeu bona, ſeu mala ſint.

Concordant cum Hieronymo, & Auguſtino plures *alij* Doctores, qui affirmant Iudam multipliciter peccaſſe, & in aliis, mendacio, proditione, & odio. Alij liberant Thamar ab omni crimine, ex eo quòd non explendæ libidinis gratia id egerit, ſed quodam inſtinctu, nempe vt ex Iuda expectatum Meſſiam conciperet.

Doctores Scholaſtici de Thamar peculiari diſtinctione haud diſputant, diffinitio tamen huius quæſtionis pendet ex hoc: An in præcepta Decalogi Dei diſpenſatio cadere poſſit: Qua de re Doctores Scholaſtici 3. Sentent. diſtinct. 37. & Durand. 1. Sentent. diſtinct. 47. quæſt. 4. & S. Thom. 1. 2. quæſt. 100. artic. 8. quo in loco tenet, omnia præcepta Decalogi non admittere diſpenſationem. In ſolutione etiam ad primum inquit. Præcepta iuris naturæ, circa bonum particulare diſpenſationis ſubiacere, vt reddere depoſitũ, quod aliquando expedit non reddere, vti gladium furioſo: ſed circa bonum commune ſunt diſpenſationis expertia. Vt non ſeruire Deo, vel falſum teſtimonium dicere. Et in ſolutione ad ſecundum, explicat amplius ſuam mentem: vbi ait, Deus per ſuam omnipotentiam non poteſt diſpenſare in aliquo præcepto Decalogi: ſicut non poteſt facere hominem eſſe equum, vel aſinum, quia ſi diſpenſaret Deus, negaret ſeipſum. Et ratio huius aſſertionis eſt: Quia omnia præcepta Decalogi ſuapte natura, & intrinſece habent neceſſarium ordinem ad regulam diuinam, & ad ideam practicam:

An in præcepta Decalogi cadat diſpenſatio.

ſicut

Digitized by Google

ſicut hominem eſſe animal. Et ideo, ſi diſpenſaret A in homicidio, vel adulterio, faceret contra ſuam regulam,& ex conſequenti negaret ſe;Et quia hæc ſententia S. Thomæ eſt verior cæteris aliorum Doctorum Scholaſticorum,& conſonat ſententiæ Hieronymi,& Auguſtini, qui non excuſant à culpa Iudam, & Thamar, ideo probabilius cenſeo, peccaſſe:& bonitas Dei, vti ſolet, elicuit bonum, quod inde eſt ſequutum. Inducor in hanc ſententiam quia ſi Doctores Scholaſtici intellexiſſent non peccaſſe, ſicut excuſant Oſeam, ex eo, quod eius quæ antea fuit meretrix, de nouo conſenſit in matrimonium,& habuit præceptum à Domino, vt illam duceret in vxorem, nec defuit in illo myſterio inſpiratio Dei:& tamen de Iuda & Thamar nihil tale affirmant.

DVODECIMVM QVÆSITVM.

An ſufficiat ſoli Deo confiteri.

B

Psal. 50. CHryſoſtomus Homil. 2. explicans verſiculum illum Pſalm. 50. tomo 1. folio 150. E. *Peccatum meum contra me eſt ſemper.* inquit, Peccata tua dicito, vt deleas illa, ſi confunderis alicui dicere quia peccaſti, dicito ea quotidie in anima tua non dico vt confitearis cum ſeruo tuo, ſed dicito Deo, qui curat eam. Conſimilem ſententiam & eiſdem penę verbis inculcat quamplurimis in locis, Homil. 4. de Lazaro in Lucam cap. 16. Cur, inquit, erubeſcis confiteri peccata tua? caue homini ne dixeris, ne opprobret tibi, & in publicum proferat, ſed ei qui dominus eſt, ei qui medicus eſt, oſtende vulnera tua. Et Homilia de Publicano, in Lucam 18. Admoneo te, vt aſſiduè confiteare, neque te cogo peccata tua hominibus enudare, conſcientiam tuam Deo expone. Et Homilia 31. in cap. 12. Epiſtolæ ad Hebræos. Non tibi dico, vt te prodas in publicum, neque te apud alios accuſes, Psal. 36. ſed obedire te volo prophetæ dicenti, *Reuela Domino viam tuam.* C Homilia de pœnitentia & confeſſione, ait. Tu confunderis & erubeſcis peccata tua effari;& infrà, Nunc autem neque neceſſarium eſt, præſentibus teſtibus confiteri, cogitatione fiat delictorum, exquiſitio, abſque teſte ſit hoc iudicium, ſolus te Deus confitentem videat. Et Homil. 8. inter eas quæ de pœnitentia habentur, Non reueles, inquit, vlcus, ne in commune theatrum accuſationem producas, non delictorum teſtes ſtatuas, intus in conſcientia nemine aſtante, præter eum qui cuncta videt Deum, qui & ſcrutatur, & de peccatis iudicabit. Et Homil. 5. de incomprehenſibili Dei natura, ait, Quas ob res vos hortor,& rogo,& oro, fratres chariſſimi, crebrius Deo immortali confiteamini;& infrà, Non te hominibus peccata tua detegere cogo, repete coram Deo conſcientiam tuam,& pete ab eo medicamentum, vt abſterſis tuis maculis habearis illinc mundus, & à delictis libereris. D

Caſſianus Ioannem Caſſianus conſentit ſuo præceptori Chryſoſtomo, libro 2. Collationum, cap. 8. qui ait, Quis eſt qui non poſſit Deo ſuppliciter dicere, Psal. 31. *Delictum meum cognitum tibi feci*, vt per hanc confeſſionem ſubiungere mereatur, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Quòd ſi verecundia retrahente reuelare peccata tua coram hominibus erubeſcis, illi quem latere non poſſunt, confiteri ea iugi ſupplicatione non deſinas, ac dicere, iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper: Tibi ſoli peccaui,& malum coram te feci. Qui & abſque vllius verecundiæ publicatione curare & ſine improperio donare conſueuit.

Ad hanc quæſtionem, cuius materia latiſſima eſt, & eam diſputant Doctores Scholaſtici cum Magiſtro ſenten. 4. ſenten. diſtinct. 18. opinionibus,& contentionibus Doctorum Scholaſticorum omiſſis, reſpondeo his propoſitionibus.

1. propoſitio. Prima propoſitio. Hæreticum eſt dicere, quacunque determinatione Eccleſiæ ſecluſa, quòd in Eccleſia nulla eſt poteſtas remittendi peccata. Matth. 16. Matth. 18. Quia in Euangelio aperte legimus, *Tibi dabo claues regni cælorum:* cuius miniſterium præcipuè exercetur in confeſſione, in qua, virtute abſolutionis aperitur regnum cœlorum. *Et quodcunque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo, & quæ ligaueritis erunt ligata.*

2. propoſitio. Secunda propoſitio. Hæreticum eſt aſſerere, non eſſe vtile confiteri peccata. Hæc aſſertio conſtat ex vtilitatibus confeſſionis, quas omnes Doctores tam Scholaſtici, quàm Sacri colligunt,& ex praxi quam quilibet qui confitetur vt debet, & tenetur, in ſeipſo experitur.

3. propoſitio. Tertia propoſitio. Hæreticum eſt dicere, non eſſe præceptum de confeſſione peccatorum. Conſtat hæc aſſertio ex cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnitentijs, & remiſſionibus: quia id aſſerere, eſt negare auctoritatem Eccleſiæ obligandi ad mortale: ſicut affirmare non teneri nos ieiunare in Quadrageſima, nec in diebus feſtiuis audire ſacrum, neque ſoluere decimas,& primitias. Quod eſt hæreticum.

4. & vltima propoſitio. Vltima propoſitio eſt. Abſolutè dicere, in Eccleſia non eſſe præceptum Diuinum de confeſſione, eſt hæreticum. Probatur hæc aſſertio, ex Concilium Conſtantienſe. Concilio Conſtantienſi contra Ioannem Hus, qui affirmauit ſufficere peccatoribus ad ſalutem, de peccatis ſuis conteri, & confiteri, ſecluſa omni confeſſione vocali. Et licet Concilium non declaret, vocalem confeſſionem neceſſariam eſſe de iure diuino, ſed eſſe neceſſariam, attamen, quia Ioannes Hus attendebat, nullum eſſe ius diuinum, quod peccatores ad confeſſionem vocalem aſtringat, ſed ad ſolam mentalem, quæ Deo fit, ideo determinatio Concilij eſt ad ius diuinum extendenda. In Concilio quodam prouinciali Complutenſi fuit damnatus Magiſter quidam Oxomenſis, qui proterue defendebat, quòd nouelli Lutherani contendunt, auricularem confeſſionem non eſſe de iure diuino. Et damnatio Compluti facta ſub Archiepiſcopo Toletano Alfonſo Carillo,& poſtmodum fuit approbata per ſummum Pontificem Sixtum Quartum & nunc in Concilio Tridentino, Concil. Trident. Seſſ. 14. Canone 6. ſic diffinitur. Si quis negauerit confeſſionem ſacramétalem vel inſtitutam vel ad ſalutem neceſſariam eſſe, iure diuino, aut dixerit modum ſecrete confitendi ſoli ſacerdoti, quem Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat, alienum eſſe ab inſtitutione & mandato Chriſti, & inuentum eſſe humanum, anathema ſit. Et Canone 7. diffinit, confiteri omnia & ſingula peccata mortalia, & circunſtantias quæ peccati ſpeciem mutant, eſſe de iure diuino. Et Canone 3. quod verba Ioannis 20. Ioan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, quorum retinueritis, retenta ſunt,* diffinit eſſe intelligenda de poteſtate remittendi & retinendi peccata in Sacramento pœnitentiæ. Et cap. ad abolendam, de hæreticis, diffinitur, quòd qui aliter ſenſerit de Sacramentis Eccleſiæ quàm Romana Eccleſia habet, hæreticus habeatur.

Ad Chryſoſtomum reſpondetur.

Primo, quòd, ſi locis allegatis id ſentit, pluribus alijs locis tenuit, & firmiſſime affirmauit ſententiam Catholicam, quam diffiniuimus: vt videre licet ad longum in decreto, de pœnitentia, diſt. 1.

Secundo reſpondemus, Chryſoſtomum ea quæ attulimus affirmaſſe non de ſecreta & auriculari confeſſione, ſed de theatrali, & publica, quę pars eſt publicæ pœnitentiæ, & olim valde frequens. Ad hanc noluit Chryſoſtomus aſtringere eos, qui occulte deliquerant: qui occulta coram hominibus,

iudicauit

iudicauit non publicanda. Tum etiam, quia ſuis temporibus fuerat à Nectario prædeceſſore ſuo abrogata, ob matronam à Diacono ſub prætextu confeſſionis in templo oppreſſam, ſicut indicat Sozomenus libro 9. hiſtoriæ Tripartitæ, cap. 35. qui ſic ſcribit: Poſt multa hæc ergo, antiquitus Romani Pontifices vſque ad noſtrum obſeruarunt tempus. Porrò Conſtantinopoli, presbyter ſuper pœnitentes fuit vſque ad illud tempus, quò quædam mulier nobiliſſima, cùm peccata ſua fuiſſet confeſſa, & ei à presbytero fuiſſet præceptum, vt ieiunaret, & de operibus ſupplicaret, cum hoc obſeruaret, crebrius, in Eccleſia cum Diacono ſe concubuiſſe confeſſa eſt: hoc cùm populus cognouiſſet, ſæuiebat in ſacerdotes quaſi per eos facta fuiſſet iniuria Eccleſiæ ſuæ: tunc Nectarios Epiſcopus remouit Diaconum ſceleratum, & quibuſdam ſuadentibus, vt ſingulos ad communicandum iudicio conſcientiæ ſuæ relinqueret, etiam presbyterum nequaquam ſuper pœnitentes eſſe præcepit. Et ex tunc probabile eſt, quod illa conſuetudo fuit ſublata, & ita Chryſoſtomi dicta ſunt interpretanda.

Sozomenus.

SECVNDVS TOMVS.

1 *An columba, quæ apparuit Chriſto fuerit vera columba.*
2 *An in oratione Dominica poſtulemus panem corporeum.*
3 *An in Euchariſtia contineatur Corpus Chriſti.*
4 *An orationes vocales ſintācioſæ.*
5 *An priuatio Diuinæ gloriæ ſit gehenna grauior.*
6 *An ſuffragia proſint beatis.*
7 *An fides ante Chriſti aduentum fuerit neceſſaria.*
8 *An hæretici ſint de vita tollendi.*
9 *De ratione hæreſis quid ſit.*
10 *An Angeli ob amorem mulierum ceciderint.*
11 *An reſtitutio rapinæ debeat in duplum fieri.*
12 *An liceat adulteram repudiare.*
13 *An vocatio ſit ex meritis.*
14 *An ieiunium ſine eleemoſyna aliquid valeat.*
15 *Euchariſtiam quibus verbis Chriſtus conſecrauerit.*
16 *An Chriſtus in cœna ſe immolauerit.*
17 *An ſolo vino ſit vtendum in Euchariſtia.*
18 *An Chriſtianis bellum gerere liceat.*
19 *An clerici poſſeſſiones habere poſſint.*
20 *An Chriſtus prius lancea percuſſus, quàm mortuus.*
21 *An Maria Iacobi fuerit mater Chriſti.*
22 *An vllus abſque lectione ſcripturæ ſacræ ſaluari poſſit.*
23 *An qui præceſſerunt Chriſtum redemptionem ſperauerint.*

PRIMVM QVÆSITVM.

An columba, quæ apparuit Chriſto, fuerit vera columba.

Matth. 3.

CHRYSOSTOMVS Homilia 12. in Matthæum, confutans Arrianos torquentes hunc locum. *Vidit Spiritum ſanctum deſcendentem ſicut columbam.* Sicut ad inæqualitatem Filij & Spiritus ſancti, videtur aſſerere columbam in qua viſus eſt Spiritus ſanctus, non habuiſſe naturam columbæ, ſed tantum figuram & ſpeciem, his verbis, Audio aliquos dicentes, quantum inter hominem & columbam diſcrimen eſt, tantam Chriſti & ſancti Spiritus eſſe diſtantiam, quia ille in noſtra vtique natura, hic verò in ſpecie ſit viſus columbæ. Quid igitur ad talia reſponderi poteſt? niſi quod filius Dei, naturam hominis ſuſceperit, Spiritus verò ſanctus non aſſumpſerit naturam columbæ? Idcirco Euangeliſta non in natura, ſed in ſpecie columbæ, dixit, tunc enim ſolum in hac viſus eſt figura. Ambroſius lib. 1. de Sacramentis, cap. 5. conſentit Chryſoſtomo, ait enim, Et ecce quaſi columba. Spiritus ſanctus, non columba deſcendit, ſed quaſi columba: memento quid dixerim, Chriſtus carnem ſuſcepit, non ſicut carnem, ſed carnis iſtius veritatem. Spiritus autem ſanctus non in veritate columbæ, ſed in ſpecie columbæ deſcendit de cœlo. Idem ſenſit Caietanus, in explanatione huius capituli.

Ambroſ.

Caietan.

Contrariam ſententiam, quæ vera eſt, & tenenda, ſequitur & tenet communis ſchola Doctorum Scholaſticorum, 1. ſentent. diſtinct. 16. & S. Thom. 3. parte Summæ, artic. 7. quæſt. 39. Qui ad quæſtionem, vtrum illa columba, in qua apparuit Spiritus ſanctus, fuerit verum animal, reſpondet concluſione affirmatiua, & probat: quia non decebat, vt filius Dei, qui eſt veritas patris aliqua fictione vteretur: & ideo non phantaſticum, ſed verum corpus accepit. Et quia Spiritus ſanctus dicitur *Spiritus veritatis*, ideo etiam ipſe veram columbam formauit, in qua appareret, licèt non aſſumeret in vnitatem perſonæ. Et hæc eſt ſententia B. Auguſtini libro de Agone Chriſtiano, cap. 22. vbi inquit. Neque hoc ita dicimus, vt Dominum Ieſum Chriſtum dicamus ſolum verum corpus habuiſſe, Spiritum autem ſanctum fallaciter apparuiſſe oculis hominum: ſed ambo illa corpora vera eſſe credimus. Et poſt prędicta verba ſubdit. Sicut non oportebat, vt homines falleret filius Dei, ſic etiam non oportebat, vt falleret Spiritus ſanctus. Sed omnipotenti Deo qui vniuerſam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile verum corpus columbæ, ſine aliarum columbarum miniſterio, figurare, ſicut non fuit ei difficile verum corpus in vtero Mariæ ſine virili ſemine fabricare, cum creatura corporea, & in viſceribus fœminæ ad formandum hominem, & in ipſo mundo, ad formandam columbam, imperio Domini voluntatique ſeruiret.

Ioan. 16.

Auguſt.

Aduertenda tamen ſunt tria, circa hanc materiam, & præcipue circa apparitionem Spiritus ſancti, qui aliquando apparuit per ſigna viſibilia, & aliquando inuiſibiliter.

Spiritus ſanctus quibus modis appareat.

Primum eſt, quod miſſio viſibilis, non debuit fieri, ante incarnationem Chriſti: quia ſignum plenitudinis gratiæ non debuit dari ante aduentum Chriſti, vt patet ex Apoſtolo: cùm ergo miſſio viſibilis Spiritus ſancti, ſit ſignum plenitudinis gratiæ in Chriſto, ad quem ſit, & in quo permanſit: conſtat, quòd non debuit fieri ante Chriſti aduentum. Et conſentit huic aſſertioni D. Auguſtinus 4. de Trinitate, vbi ait, quòd licet filius, & Spiritus ſanctus, in veteri teſtamento apparuerint, tamen nunquam leguntur viſibiliter miſſi.

Galat. 4.

Secundum eſt, Quod miſſio viſibilis modo non debet fieri; cuius ratio eſt: quia illius cuius probatio ſemel facta eſt, non oportet iterari, ſed ex ſuppoſitione eius procedere, miſſio autem viſibilis Spiritus ſancti erat in confirmationem fidei, & vt crederetur illis, quibus incumbebat fidem docere ad fundamentum Eccleſiæ, ſed cùm id iam ſit ſatis ſuperque factum, non oportet hanc probationem iterum exhibere, ſed ex eius exhibitione procedere, maxime, quia loquimur fidelibus, qui argumentis & ſignis non indigent, vt credant, propter quod non oportet miſſionem viſibilem modo fieri.

Miſſio viſibilis Spiritus ſancti modo non debet fieri.

Tertium eſt, Quòd non debet fieri miſſio viſibilis ad aliquam mulierem; Quod ex eo conſtat: quia miſſio viſibilis fit ad ſignificandum redundantiam gratiæ in alios per miniſterium ſuum, ſiue per ſuam prædicationem: mulieri autem, docere aut prædicare non licet, iuxta illud Pauli, *mulierem in Eccleſia docere non permitto.* Et ideò miſſio viſibilis ad mulierem non debuit fieri. De beatiſſima Virgine piè credimus, quod die Pentecoſtes fuit ſimul cum Apoſtolis, & ad ipſam, & alios, ex ſpeciali priuilegio facta fuit aliquando miſſio viſibilis. Cùm ego aliquando verbum diuinum quibuſdam monialibus proponerem, quæ viſiones Angelorum ſe vidiſſe affirmabant, & doctrinam

1. Tim. 2.

hanc

hanc illis ſuaderem, docerémque viſiones, quas viderant, eſſe, quales freneticis & ſtultis apparent, & ideo tales eſſe ſtultas, vel parum diſtare à ſtultis, adfuit quædam fœmina concioni, quæ ſæcularis erat, & fere tanquam ſancta à maxima parte ciuitatis venerabatur, & inſtanter me compulit, vt eius confeſſionem auricularem audirem, poſtquam miniſterium meum adimpleui, palam confeſſa eſt, per plures annos ſe à Dæmone fuiſſe deceptam, quia tempore quo Spiritus ſanctus recedebat, vt ipſa ſomniabat, ſemper ſpiritus eius triſtis, & in amaritudine, & abſque vlla conſolatione remanebat, qui eſt effectus ſpiritus maligni, quando transfigurat ſe in Angelum lucis.

Ad Chryſoſtomum, Ambroſium, & Caietanum non oportet illorum cauſam defendere, cum plures Doctores Scholaſtici in eam ſententiam, quam hi tenuerunt, conſentiant.

SECVNDVM QVÆSITVM.

An in oratione Dominica poſtulemus panem corporeum, an ſuperſubſtantialem.

Matth. 6. CHryſoſtomus Homil. 20 in Matthæum, ait petitionem hanc, *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie*, eſſe intelligendam corporaliter, his verbis, Quid eſt panis ſuperſubſtantialis, niſi quotidianus? Quoniam dixerat, Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Id autem loquebatur hominibus carnis fragilitate circumdatis. Condeſcendit fragilitati noſtræ, ac ſi diceret conuerſationis diligentiam à vobis eflagito, non impoſſibilitatem requiro. Et ideo pro pane duntaxat quotidiano, iuſſit orationem fundere, ne pro craſtino die ſimus ſoliciti. Auguſtinus, in Epiſtola ad Probam, conſentit Chryſoſtomo, & diffinit, omne id poſſe à Deo peti, quod licet deſiderare. Temporalia verò, quatenus ad virtutem conducunt, deſiderare licet ergo etiam poſtulare. Auguſtin.

Hieronymus verò lib. 1. Comment. in Matthæum, aſſerit. Petitionem hanc eſſe intelligendam de pane ſuperſubſtantiali, quia quando petimus, vt peculiarem, vel præcipuum Deus nobis tribuat panem, illum petimus, qui dicit, Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Et hoc clarius explicat in Commentario ſecundi capitis Epiſtolæ ad Titum, vbi ait, illud quod in Euangelio ſecundum Latinos interpretes ſcriptum eſt, Panem quotidianum da nobis hodie, melius in Græco habetur: Panem noſtrum præcipuum egregium & peculiarem, qui de cœlo deſcendit, da nobis hodie. Abſit quippe, vt nos qui in craſtinum cogitare prohibemur de pane illo, qui poſt paululum concoquendus & abiiciendus eſt in ſeceſſum, in prece Dominica rogare iubemur. Conſentit Hieronymo Ioannes Caſſianus, vbi decernit eos grauiter offendere Deum, qui tam in hac, quàm in cæteris poſtulationibus orationis Dominicæ aliquid corporeum, ac temporale à Deo flagitant.

Doctores Scholaſtici diſputant de oratione, 4. ſenteur. diſtinct. 15. & S. Thom. 2. 2. quæſt. 83. artic. 9. & tenet, prædictam petitionem poſſe intelligi, tam de pane corporeo, quàm de pane ſuperſubſtantiali: quia temporalia poſſunt peti, & deſiderari, non præcipue, & propter ſe, ſed vt neceſſaria ad ſuſtentationem vitæ: Et de ſuperſubſtantiali, quia præcipuus panis, quo indigemus, eſt cibus Euchariſtiæ, quæ eſt præcipuum ſacramentorum, probabile eſt, Hieronymum, & Caſſianum voluiſſe admonere, ne temporalia & caduca propter ſe ipſa peteremus, ſed vt per ipſa corpus ſeruemus, & in obſequium ſpiritus redigentes, ad fœlicitatem æternam aſpiremus. Valde etiam probabile eſt, quod in ſenſu literali petitio iſta ſolum intelligatur de pane materiali, vt Chryſoſtomus & Auguſtinus affirmant. Primo, quia cum Euchariſtia nondum eſſet inſtituta, Apoſtoli non poſſent intelligere quid peterent hac petitione. Tum etiam, quia vt in plurimum, non petimus à Deo id quod intelligimus, quod non poteſt nobis deeſſe: certi autem ſumus quod ſacrificium Euchariſtiæ non poteſt deeſſe in Eccleſia, nec ſacerdotes qui offerant vſque in finem ſæculi. Petimus ergo cum Salomone, quòd tribuat nobis victui noſtro neceſſaria.

TERTIVM QVÆSITVM.

An in Euchariſtia contineatur corpus Chriſti.

CHryſoſtomus in Homilia quadam excutiens illa verba Pſalmiſtæ, *Paraſti in conſpectu meo menſam*, aſſerit hæc verba. Eſt altaris Domini conſecratio, & quia illam menſam præparauit Diuina ſapientia ſeruis & ancillis ſuis in conſpectu eorum, vt quotidie in ſimilitudinem corporis & ſanguinis Chriſti, panem & vinum, ſecundum ordinem Melchiſedech, nobis in Sacramento oſtenderet, ideo dicit, Paraſti in conſpectu meo menſam. Oecolampadius, & cæteri hæretici nouelli Sacramentarij, detorquent hunc locum Chryſoſtomi, ſicut & alios D. Auguſtini, & Ambroſij, vt ſuadeant Euchariſtiam nihil aliud eſſe, quam panis & vini ſubſtantiam, quæ figuram, & ſimilitudinem, & appellationem gerit corpus Chriſti. Quod (inquiunt) corporaliter, & vere in Sacramento non eſt, ſed ſpiritualiter tantum, & myſtice. Quæ pro ſe inducunt ex Auguſtino, ſunt hæc quæ ſubiicimus.

Auguſtinus tractatu 26. in Ioannem, ait, Manducauit Manna Phinees, manducauerunt ibi multi, qui Domino placuerunt, & mortui non ſunt, quare? Quia viſibilem cibum ſpiritualiter intellexerunt, ſpiritualiter eſurierunt, ſpiritualiter guſtauerunt, vt ſpiritualiter ſatiarentur. Et de doctrina Chriſtiana cap. 16. aſſerit hæc verba, Si præceptiua locutio, aut flagitium, aut facinus vetat, aut vtilitatem, aut beneficentiam iubet, non eſt figurata: ſi autem flagitium aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem aut beneficium vetare, figurata eſt: niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et epiſtola 28. ad Bonifacium Epiſcopum, videtur illi, Sacramentum altaris dici corpus Chriſti, iuxta vulgatam formam loquendi, qua diem commemorationis paſſionis Dominicæ, nuncupamus paſſionem Chriſti: Et dicimus de die Dominico: hodie Dominus reſurrexit, cùm tot anni tranſierint. Nonne, ait, ſimul immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo, & tamen in Sacramento, non ſolum per omnes Paſchæ ſolennitates, ſed omni die populis immolatur. Et ſermone de Sacramento ad infantes, aſſerit hæc verba. Hoc quod videtis in altari Dei, etiam tranſacta nocte vidiſtis: ſed quid eſſet, quid ſibi vellet, quam magnæ rei ſacramentum contineret, nondum audiſtis, quod ergo videtis panis eſt, & calix, quod vobis etiam oculi veſtri renunciant: quod autem fides veſtra poſtulat, inſtruenda: Panis eſt corpus Chriſti, calix eſt ſanguis Chriſti. Et in Pſalmum 3. ait, Chriſtus Iudam admiſit ad conuiuium, in quo corporis & ſanguinis ſui figuram diſcipulis ſuis commendauit. Et in Pſalmo 98. Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quidquam. Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Spiritualiter, inquit, intelligite quod locutus ſum: Non hoc corpus quod videtis, manducaturi eſtis & bibituri illum ſanguinem, quem fuſuri ſunt, qui me crucifigent, Sacramentu vobis aliquod commendaui: ſpiritualiter intellectum viuificat vos, & ſic Ioan. 6.

Qui pridie, inquit, quam pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem, antequam conſecretur; panis eſt, vbi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti. Denique, audite dicentem, Accipite & edite ex eo: Hoc eſt enim corpus meum. Deinde ipſe Dominus Ieſus teſtificatur nobis, quòd corpus ſuum accipiamus, & ſanguinem, nunquid debemus de eius fide & teſtificatione dubitare? Et libro 5. de Sacramentis, cap. 4. ait: Cùm de Sacramentis tractatur, ante verba Chriſti panis dicitur, vbi verba Chriſti deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Et lib. 6. de Sacramentis, cap. 1. idem affirmat.

Quarto medio id ſuadetur. Et quæro ab hæreticis, An potuerit Chriſtus ponere corpus ſuum ſub ſpeciebus ſacramentalibus? Si negauerint, eſt deterior hæreſis: & ideo non negant. Et ſi potuit facere, quæro, quibus verbis apertius potuit oſtendere ſe feciſſe, quam his: Hoc eſt corpus meum, & caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.

B Secunda ratio, quia Chriſtus Dominus dixit Petro, Ego rogabo pro te, vt non deficiat fides tua. Et Matthæi vltimo, Ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi: &, vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum. Et Paulus, Aduocatum habemus apud Patrem. Cum his quomodo ſtat, quòd Chriſtus Dominus permiſerit Eccleſiam ſuam ita turpiter errare ante Berengarium per mille annos: & quòd adoramus panem pro Deo. Et hæc ratio conuincit, cùm diligat ſponſam ſuam Eccleſiam: nam ſi quæras à Sarraceno, an diligat quam permiſit per mille annos errare, dicit vtique, quòd non diligit.

Tertia ratio eſt: Quia panis iſte qui de cælo deſcendit, amplius habet quam manna: ſi enim amplius non haberet, non illum tanta reuerentia coleremus, nec tantam diſpoſitionem exigeret à nobis Paulus, ſit tantum in figura, & vt in ſigno eſſet ibi corpus Chriſti. Concluditur ergo, quod corpus C Chriſti eſt in Sacramento vere & realiter. Prudens omitto alias rationes, & alios Doctores ſacros, ne ſim oneri lectori.

An ſit articulus fidei quòd Chriſtus contineatur in Euchariſtia

Dubium tamen eſt inter Doctores Scholaſticos, an Eccleſia de hoc myſterio fecerit nouum articulum. Diuerſi diuerſas & contrarias ſententias tenent. Sed reſpondeo affirmatiuè: quia in ſe habet & continet ſpecialem difficultatem, & quilibet fidelis tenetur explicite credere. Et hæc eſt ratio ſpecialis articuli. Eſt ergo nedum concluſio de fide, ſed articulus fidei.

Pro liberandis Doctoribus ſacris à calumnia, & ſolutione eorum, quæ adducunt hæretici: eſt notanda doctrina Magiſtri ſententiarum, 4. ſent. diſt. 8. & Doctorum Scholaſticorum, quæ tribus aſſertionibus abſoluitur.

1. aſſertio. Prima, quòd in Euchariſtia oportet conſiderare tria, vnum, quod eſt Sacramentum, & non res: vt ſpecies panis & vini, & forma quæ viſibilis eſt, quæ ſignificant corpus & ſanguinem Chriſti, & D verum cibum & potum animæ ibi latentem, & vnitatem corporis Chriſti: nam panis ex multis granis, & vinum ex multis acinis colligitur. Alterum, quod eſt ſacramentum, & res, vt caro propria Chriſti & ſanguis. Tertium eſt, quod eſt res, & non Sacramentum, neque ſignum, vt eſt vnitas Eccleſiæ in prædeſtinatis, vocatis, & iuſtificatis.

2. aſſertio. Secunda aſſertio eſt: Quòd ſunt duo modi manducandi, & bibendi carnem, & ſanguinem Chriſti: ſcilicet ſacramentalis, & ſpiritualis. Sacramentalis eſt, quo verum Chriſti corpus ſumimus, ritu ſacramentali, pro alimento animæ, ſub ſpeciebus panis & vini. Spiritualis verò, qui tantum bonis, ac piis conuenit, & vitam animæ confert. De priore modo ait Dominus, Caro non prodeſt A quidquam. De poſteriore autem, Spiritus eſt qui viuificat.

Tertia aſſertio eſt, quòd in corpore Chriſti poteſt conſiderari duplex præſentia: vna conſpicua & viſibilis, qua olim in terra viſus eſt, & cum hominibus eſt conuerſatus; Altera eſt inuiſibilis, & occulta, ſecundum quam inuiſibiliter adeſt in Sacramento altaris, contentus in ſpeciebus panis & vini. Ex his facilis eſt ſolutio ad loca Doctorum obiecta. 3. aſſertio.

Pro Chryſoſtomo adducto ſuper Pſal. 22. reſpondemus, quòd locus inductus eſt falſo ab Oecolampadio, vt ſub nomine Chryſoſtomi ſuæ hæreſi fidem aſtrueret. Phraſis enim palam indicat, non eſſe eius cuius titulo prænotatur: nec verba concludunt quòd Oecolampadius intendit: quia nihil prohibet, imò neceſſarium eſt, vt vna cum vero corpore & ſanguine Chriſti ſint in Sacramento altaris panis & vini accidentia: quæ gerunt figuram corporis Chriſti myſtici, quod eſt eccleſia: B dicente Paulo, Vnus panis, & vnum corpus ſumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus.

Pro Auguſtino adducto primo loco, in Ioannem 26. reſpondemus, loqui de manducatione ſpirituali, quæ non excludit ſacramentalem, quod conſtat ex eius verbis, quæ ſunt hæc, Nam & nos hodie accipimus viſibilem cibum, ſed aliud eſt ſacramentum, aliud virtus ſacramenti, petra Chriſtus in ſigno, verus Chriſtus in verbo & veritate. Ad ſecundum locum ex 3. libro de Doctrina Chriſtiana, reſpondemus, quod non excludit ſacramentalem manducationem: ſed ſignificat ſententiam Chriſti, non eſſe intelligendam, iuxta duram ac ferinam Capharnaitarum intelligentiam, exiſtimantium edendam eſſe carnem Chriſti, in fruſta diſſectam, & dentibus laniandum. Hanc interpretationem intendens excludere Auguſtinus, docet locutionem Domini non eſſe intelligendam de manducatione cadaueris dila- C ceraſi, ſed de manducatione ſacramentali, ac ſpirituali. Ad tertium ex epiſtola ad Bonifacium, reſpondemus, quòd Auguſtinus ſolum ibi oſtendit eſſe corpus Chriſti vere, & eſſentialiter, in ſacramento exiſtens: ipſum quoque ſecundum quendam modum eſſe ſacramentum, & ſignum corporis Chriſti ſecundum quandam ſimilitudinem, qua res ſæpe ſignificatæ ſolent nominari voce rerum ſignificantium, ſicut ſpecies ſacramenti Euchariſtiæ nuncupamus corpus Chriſti, quoniam ſunt ſigna corporis Chriſti, quòd occultum in eis continetur. Et ſimiliter reſpondemus ad quartum, nam ex vulgaro loquendi more, ſolemus res appellare nominibus quæ antea fuerant. Et ſimiliter ad quintum locum ex Pſalmo 3. & ad cætera adducta, ex fundamentis poſitis, patet ſolutio.

Pro Ambroſio reſpondemus, quòd in principio loquitur de corpore myſtico, & quod addit, Non ergo corporalis eſt eſca, ſed ſpiritualis, D dicimus, quod intelligit, non eſſe eſcam corporalem, hoc eſt de numero corporalium ciborum, quos quotidie ad nutrimentum corporis ſumimus: ſed eſt ſpiritualis eſca, in qua, ſine eius conſumptione, & diminutione, verum corpus Chriſti ſacramentaliter & ſpiritualiter ſumitur. Alius locus contra Ambroſium impudenter eſt confictus à Berengario. Supereſt ſoluere locum illum Ioan. 6. *Verba, quæ ego loquor vobis, Spiritus & vita ſunt.* Ex quibus pertinaciter contendunt hæretici, quòd omnia quæ Chriſtus Dominus dixit in illo cap. ſunt intelligenda in ſenſu ſpirituali, & de manducatione ſpirituali, & non de vera, & reali ſubſtantia corporis Chriſti. Sed quis dubitet, cui ſit maior fides adhibenda, Berengario, & Sacramentarijs, an Hieronymo, Auguſtino, Ambroſio, Gregorio, Cyrillo, Theophilacto, & cæteris Ioan. 6.

Doctoribus ſacris. Reſpondemus tamen: Primò, (A) quia ſi ſpiritualiter ſolum Dominus intelligeret, eſt euidens, quod non eſſet verus, & realis cibus, quod eſt contra illud, Caro mea verè eſt cibus. Secundò, quia multi, ex his qui ſequebantur Chriſtum, ſcandalizati ſunt: ſed ſi Chriſtus Dominus ſpiritualiter loqueretur, non eſſet vnde poſſet oriri ſcandalum, nam quando dixit, Ego ſum vitis vera, non ſunt ſcandalizati, quia intelligebant, quòd loquebatur Metaphorice: Et ſi ipſi deciperentur, intelligentes quòd Dominus ſpiritualiter loquebatur, declaraſſet vtique illis, quòd non corporaliter intelligebat, carnem eius eſſe manducandam, ſed ſolùm ſpiritualiter, ne eſſet cauſa receſſus illorum: ſed non explicauit, eſt ergo conſequens, quòd intelligebat corporaliter, ſicut & de facto ipſi intelligebant. Tertio, quia ſicut in moralibus idem eſt dicere, Petrus currit, quòd Petrus vere currit, ſimiliter ergo, hoc eſt corpus meum, id eſt ac ſi dicat, hoc eſt vere & realiter corpus meum: ſed ſi ibi non eſſet niſi in ſenſu ſpirituali, (B) aut in figura, non eſſet ibi vere & realiter: ſicut agnus Typicus, & Paſchalis, erat figura Chriſti, & tamen non erat verus Chriſtus. Et per hæc ad omnia obiecta ab hæreticis, & adducta facillime reſpondetur.

QVARTVM QVÆSITVM.

An orationes vocales ſint ocioſa.

CHryſoſtomus Homilia 19. in Matthæum, in illa verba, *Tu autem cùm oraueris intra cubiculum tuum, &c.* habet quædam verba, ex quibus hæretici intendunt damnare orationes & preces, quæ publice à ſacerdotibus Chriſtianorum legi vel decantari ſolent. Chryſoſtomi verba ſunt hæc, Non geſtibus corporis, neque clamoribus vocis, ſed intentione optimæ voluntatis orationum vota reddamus: (C) non cum ſonitu oris, ac ſtrepitu, non ad tam importunam oſtentationem, atque iactantiam, ſed cum omni modeſtia, &c.

Doctrina contraria huius, Catholica eſt, & tenenda, eſtque communis omnium Doctorum Scholaſticorum, in 4. diſtinct. 15. & ſanct. Thomæ 2. 2. quæſtion. 83. artic. 12. qui ad titulum quæſtionis propoſitæ reſpondens, ait, Duplex eſt oratio, communis & ſingularis: Communis, quæ per miniſtros Eccleſiæ in perſona totius populi fidelis, offertur Deo, & ideò oportet, quòd talis oratio innoteſcat toti populo, pro quo profertur, quod fieri non poteſt, niſi eſſet vocalis, & ideò rationabiliter inſtitutum eſt, vt miniſtri Eccleſiæ huiuſmodi oratione alta voce pronuncient, vt ad notitiam omnium poſſint peruenire. Singularis verò eſt, quæ profertur à particulari perſona, ſiue pro ſe, ſiue pro alijs: ex neceſſitate huiuſmodi orationis non eſt, quòd ſit vocalis, adiungitur tamen illi vox, triplici ratione; Primo, ad excitandum (D) interiorem deuotionem, qua mens orantis eleuatur in Deum; Secundo, quaſi ad redditionem debiti, vt ſcilicet homo Deo ſeruiat, ſecundum illud quod ex Deo habet, id eſt, non ſolùm mente, ſed etiam corpore. Tertio, ex quadam redundantia ab anima in corpus, ex beneuolenti affectione, ſecundum illud Pſalmi, Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. Hic modus orandi & pſallendi voce, ſemper fuit in Eccleſia à tempore Apoſtolorum, vt concors eſt omnium Doctorum ſacrorum traditio. Et modus alternus pſallendi, Alexandriæ ortus, reſtitutus eſt à Chryſoſtomo, & per omnes eccleſias receptus; Quod Concilium Toletanum confirmat: ſic enim habet, de hymnis canendis, & Ieſu ſaluatoris, & Apoſtolorum habemus exemplum. Idem concilium, Iſidoro Præſide, ait, Ne aliquibus noſtra diuerſitas, apud carnales, vel ignaros, ſchiſmatis errorem videatur oſtendere, & multis extet in ſcandalum varietas Eccleſiarum. Vnus igitur ordo orandi, atque pſallendi, à nobis per omnem Hiſpaniam atque Galatiam conſeruetur, S. Ambroſius Græcos imitatus, apud Latinos Antiphonas inſtituit. Ex multis quæ Doctores circa hanc quæſtionem adducunt, hæc pauca ſufficiant.

De conſecrat. diſt. 1. cap. de hymnis.

Pro defendendo Chryſoſtomo reſpondemus, ex verbis ipſius palam conſtare, eum non damnare publicas & vocales preces Eccleſiæ, ad quas omnibus pene concionibus populum hortatur, ſed conſtat, ipſum loqui aduerſus quoſdam vanos & ineptos oratores, qui orationem vocalem, mentali & ſpirituali præponebant, & ob id, incompoſitis geſtibus, & in decoris vociferationibus, in templo orabant, vt à cæteris diſcernerentur. Hos ergo arguit Chryſoſtomus, reuocans eos ad modeſtiam & humilitatem.

QVINTVM QVÆSITVM.

An priuatio Diuinæ gloriæ ſit gehenna grauior.

CHryſoſtomus Homilia 24. in illa verba, *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum exſcindetur, & in ignem mittetur.* inquit carentiam Diuinæ viſionis maius eſſe ſupplicium quàm omnia tormenta gehennæ. Sic enim habet, Noui quòd plurimi pertimeſcant tantum gehennam: ego tamen, illius gloriæ amiſſionem, multo amarius, quàm ipſius gehennæ dico eſſe ſupplicium. Et infrà, Intolerabilis quidem res eſt, & ſupplicium iſtud horribile, tamen ſi mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus, quale eſt à beatæ illius gloriæ honore repelli; & in ad Theodorum lapſum Pareneſi. Sunt, ait, quidam abſurdi iudicij, hi duntaxat amant effugiſſe gehennam: contra ego, multo durius eſſe tormentum quoddam aſſero, quàm gehenna eſt, hoc eſt, non eſſe aſſecutum tantam gloriam, & illinc elapſum eſſe, neque opinor equidem tanto dolore lugendum de malis gehennæ quanto neceſſe eſt, caſum deplorare, quo de cœlis excidimus, qui eſt nimirum cruciatus omnium duriſſimus.

Math. 7.

Doctores Scholaſtici diſputant materiam huius quæſtionis 4. ſenten. diſtinct. 50. S. Thom. quæſt. 5. de pœna originalis peccati, artic. 1. in ſolutione ad 3. vbi conciliat Chryſoſtomum, & Auguſtinum, qui in Enchirid. capit. 92. docet, mitiſſimam pœnam eorum qui pro ſolo peccato originali puniuntur, eſſe carentiam diuinæ viſionis. Sanct. Thom. vt eos in concordiam redigat, ait, Grauitatem alicuius pœnæ poſſe attendi dupliciter: aut ex parte boni, quo priuatur, & ſic ſententia Chryſoſtomi eſt vera: carentia enim viſionis Diuinæ, & fruitionis Dei, eſt grauiſſima pœnarum. Aut per comparationem ad eum qui punitur: & ſic eſt vera ſententia Auguſtini, qui tanto eſt grauior pœna, quanto id quod ſubtrahitur eſt magis proprium, & connaturale ei cui ſubtrahitur: ſicut diceremus, hominem magis puniri ſi auferretur ei patrimonium ſuum, quàm ſi impediretur, ne perueniret ad Regnum, quod ad eum non ſpectat. Hac ergo ratione carentia viſionis Diuinæ dicitur mitiſſima omnium pœnarum: quatenus viſio Diuinæ eſſentiæ eſt quoddam bonum omnino ſupernaturale. Et hac diſtinctione ex parte boni, quo quis priuatur, vel ex conditione illius qui punitur, vera eſt vtriuſque Doctoris ſententia.

Bonauentura ſecundo ſentent. diſtinctione 33. & Richardus diſtinctione 50. 4. quæſtione vltima, concordiam inter Doctores ſacros conſtituunt,

afferuntque

aſſeruntque ſententiam Chryſoſtomi in adultis eſſe veriſſimam, nequaquam tamen in infantibus, & de his eſſe intelligendam ſententiam Auguſtini, verum enim eſt, paruulos, qui diſceſſerunt ex hac vita ſine regeneratione Baptiſmi, pœna omnium mitiſſima puniri. Ratio & cauſa huius diuerſitatis eſt, quia adulti nequitia propriæ voluntatis intelligunt, ſe ab æterna fœlicitate expulſos: paruuli verò intelligunt non ſua, ſed primi parentis culpa, cœleſti gloria carere.

Durandus, 4. diſtinct. 50. quæſt. 1. artic. 2. ait, De comparatione iſtarum pœnarum dicendum eſt, quod ſi comparemus pœnam ſpiritualem, quæ dicitur pœna vermis, quæ eſt triſtitia carentiæ diuinæ viſionis propter culpam, ad pœnam corporalem, quam damnati puniuntur, vt ſit pœna damni, ſimpliciter eſt grauior cæteris: quia priuat ſummo bono, vt Chryſoſtomus ait, quamuis nobis nunc exiſtentibus in carne contrarium videatur, propter hoc, quod nunc magis iudicamus ſecundum ſenſum, quam ſecundum intellectum. Si autem comparemus pœnas corporales ad inuicem, ſic pœna ignis eſt grauior: quia ignis eſt maxime actiuus, & ideò maxime afflictiuus: & propter hoc cæteræ pœnæ corporales frequenter tacentur in ſcripturis, expreſſa ſola pœna ignis, quia in ea, tanquam in grauiſſima, omnes aliæ intelliguntur. Omnes iſtæ ſententiæ ſunt veræ, ſi in proprio ſenſu vnam quamlibet accipias.

SEXTVM QVÆSITVM.

An ſuffragia proſint Beatis.

CHryſoſtomus Homilia 35. in illa verba Matthæi, *Non eſt mortua puella, ſed dormit.* videtur aſſerere ſuffragia quæ in Eccleſia aguntur, prodeſſe his, qui apud inferos ſunt, & his qui æterna gloria fruuntur. Sic enim habet. Nam ſi multæ Barbaræ gentes, vna cum defunctis, res eorum cremare ſolent, quanto æquius tu defuncto filio, ſua tradere potes: da ipſi ſua, vt illis ſe à maculis tergat. Et in Liturgia Diuini ſacrificij ab eo edita, & in varijs Homilijs ab eodem approbatis, conſcribit formulam precandi, & offerendi, pro omnibus fidelibus defunctis: præcipue pro animabus beatorum, in hæc verba. Offerimus tibi rationalem hunc cultum, pro in fide requieſcentibus Patribus, Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Euangeliſtis, Martyribus, Confeſſoribus, & omni anima in fide initiata. Et Homilia 3. in Epiſtolam ad Philip. ſic habet, Deplorato eos, qui in diuitijs mortui ſunt, & nihil conſolationis animabus ſuis, ex diuitijs ſuis procurarunt; & infrà, Qua ratione precantes adhortemur, vt pro illis orent; Verum illud quidem de illis dicimus, qui in fide abſceſſerunt: Cathecumeni verò, nec hac digni conſolatione cenſentur, ſed omni huius ſunt auxilio deſtituti, præter vnum ſolum, quod autem illud pauperibus eorum nomine, dare licet, vnde eis nonnihil refrigerij accedit. Huic ſententiæ videtur conſentire Gregorius Romanus Pontifex, in libro Sacramentorum, vbi in ſacris miſſæ myſteriis, orandum inſtituit, his verbis. Sumpſimus Domine Diuina myſteria, quæ ſicut Sanctis tuis proſunt ad gloriam, ita nobis quæſumus proficiant ad medelam.

Gregor.

Damaſcenus, in ſermone de mortuis adiuuandis, confirmat ſententiam Chryſoſtomi, allatis aliquot exemplis, vt oſtendat, ſuffragia fidelium infidelibus, & impijs ad æterna ſupplicia damnatis aliqua ex parte prodeſſe. Primo inducit Falconillam fœminam idolorum cultricem; & à religione Chriſti alienam: quam Tecla adhuc viuens prece ſua eripuit ab inferis. Secundo, adducit hiſtoriam Macarij magni, aſſiduè pro mortuis deprecantis, cui anxie perquirenti, an orationes ſuæ defunctis prodeſſent? Cranium quoddam aridum hominis idolatræ, quod forte in via iacebat, diuino iuſſu prorumpens in vocem, inquit, quando ô Machari, pro mortuis offers preces, nos interim aliquid lenimenti ſentimus. Tertio, inter alia addit exempla Gregorij Papæ, qui cùm enixe Deum deprecaretur pro ſalute Traiani Auguſti, annis pene quingentis, defuncti, ante ſua tempora, audiuit vocem diuinitus allatam, dicentem, preces tuas audiui, & veniam Traiano do: tu verò deinceps pro impio hoſtiam mihi ne offeras.

Auguſtinus non omnino videtur abhorruiſſe ab hac ſententia: nam in Enchirid. ad Laurentium, cap. 110. ſic habet. Cum ſacrificia, ſiue altaris, ſiue quarumcunque eleemoſynarum, pro baptizatis defunctis omnibus proferuntur, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valde malis, propiciationes ſunt, pro valde malis, etſi nulla ſint adiumenta mortuorum, qualeſcumque viuorum conſolationes ſunt; & infrà, mitigationem damnationis permittes credi, ait, Pœnas damnatorum certis temporum interuallis exiſtiment, ſi eis hoc placet, aliquatenus mitigari, dummodo intelligatur, in illis manere ira Dei, hoc eſt ipſa damnatio, in qua Deus manente ira ſua, non tamen contineat miſerationes ſuas, non æterna ſupplicia finiendo, ſed leuamen adhibendo cruciatibus.

Prudentius in Hymno de volumine Sabbati Paſchalis, refert, perditas noxiorum animas in priuilegio Paſchæ, quod olim totum Chriſtiani precibus & ſacrificijs traducere ſolebant, à tormentis quieſcere. Occaſione hac Doctores, maxime Scholaſtici, varie deſudarunt, ne in errorem Originis inciderent, de ſupplicijs damnatorum aliquando finiendis, poterant enim ſuffragijs multiplicatis ſupplicia à Deo mitigari, & minui, vt aliquando eſſe deſinerent.

Doctores Scholaſtici de ſuffragijs defunctorum diſputant 4. ſentent. diſtinct. 45. & ibidem S. Thom. communis ſententia Theologorum ſtat ſequentibus aſſertionibus.

Prima aſſertio. Damnatis ſecundum ordinariam legem, non proſunt ſuffragia Eccleſiæ. Dixi, ſecundum ordinariam legem, vt excludam ſenſum illorum, qui arbitrantur priuilegio ſingulari poſſe contrarium accidere. Suadetur hæc aſſertio, ex ratione ſtatus damnatorum, qui ſunt in odio Dei obſtinati, & inceſſanter Deum blaſphemantes, iuxta illud, *Conuertere Domine, & eripe animam meam, quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* Ac ſi dicat, in mortis articulo difficile eſt, in inferno autem impoſſibile. Secundo, probatur ex parte noſtra, quia fundamentum ſuffragiorum eſt charitas: cùm ergo illi ſint extra charitatem, nullatenus noſtrorum ſuffragiorum poſſunt eſſe participes. Et confirmatur ex illa ſententia, Venite benedicti in vitam æternam: & ite maledicti in ignem æternum. Sicut ergo beatorum gloria eſſentialis, neque augeri, neque minui poteſt; ita neque damnatorum tormenta. Adeò hæc aſſertio eſt vera, vt orare pro damnatis ex ſuo genere ſit mortale: quia cùm ſint à miſericordia Dei excluſi, peccatum eſt pro illis orare. Vnde Auguſtinus, Si ſcirem, inquit, matrem meam eſſe in inferno, non magis pro illa orarem, quàm pro diabolo. Nec deſunt teſtimonia Scripturæ quæ hanc aſſertionem confirment. Eccleſiaſt. 11. Vbi ceciderit lignum, illic erit, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem: quia poſt vitæ diſceſſum, in cœlo, vel in inferno, nulla eſt mutatio. Et Deuteron. 25. Pro menſura delicti, erit & plagarum modus. Et Apocalip. 18. Quantum glorificauit ſe in

1. Aſſertio.

Pſal. 6.

delicijs, tantum date illi tormentum & luctus. Et quod eccleſia canit, in inferno nulla eſt redemptio: videlicet, nec vt poſſint inde exire, nec vt poſſit eorum pœna remitti, neque vt vllo valeant refrigerio releuari.

2. Aſſertio.

Secunda aſſertio. Pueris non baptizatis in limbo ſuffragia viuentium non proſunt: Ratio eſt: quia ſunt in perpetuum relegati à regno cœlorum, neque in vita meruerunt, vt ſuffragia viuorum eis prodeſſent, neque ſunt in charitate, cui defuncti, & nos, tanquam membra viuentia in Chriſto, ſumus communicantes, quibus præcipit Apoſtolus, alter alterius onera portare.

3. Aſſertio.

Tertia aſſertio. Suffragia noſtra beatis nihil proſunt. Ratio eſt: quia vt nomen ſuffragij ſonat, idem eſt, quod iuuamen, quibus miſeris & egenis opem ferimus: beati verò ab omni ſunt miſeria & egeſtate immunes, neque quidpiam habent, de quo ſatisfacere debeant: neque eorum poteſt augeri fœlicitas; & ideò, vt Auguſtinus inquit, Iniuria fit ſanctis, dum pro eis oratur. Et ſermone 17. de verbis Apoſtol. & citatur cap. cum Marthæ, de celebratione miſſarum, iniuria inquit eſt orare pro martyre, cuius nos debemus orationibus commendari.

Serm. 32. De verbis Apoſt.

4. Aſſertio.

Quarta aſſertio, quæ ex ſuperioribus colligitur, eſt: Suffragia viuorum ſolum proſunt animabus exiſtentibus in purgatorio. Ratio aſſertionis eſt: quia indigent ſuffragijs, quo differunt à beatis, & ſunt in charitate, qua meruerunt, vt viuentes poſſint illis ſuffragari, quo differunt à damnatis. Licet hæretici refutent hanc aſſertionem, nihilominus ſtat firmum contra illos teſtimonium 2. libro, Machab. cap. 12. vbi legitur, fortiſſimum Iudam miſiſſe Hyeroſolimam mille drachmas argenti, offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſè de reſurrectione cogitans mortuorum, qui cum pietate dormitionem acceperant. Vnde ſubdit ſacra hiſtoria, Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur, Et Thobiæ 4. Panem tuum, & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue. Et hæc concluſio eſt de fide, diffinita in Concilio Tridentino, decreto de indulgentijs, quas Concilium approbat, poteſtate diuinitus tradita ſummo Pontifici vt indulgentias poſſit concedere, vt omnibus fidelibus diſpenſentur, tam viuis, quàm defunctis: indulgentijs autem ſubuenimus defunctis in purgatorio detentis, per modum ſuffragij.

Pro defenſione Doctorum ſacrorum, inducimus loca ipſorum, ex quibus conſtat Catholicè ſenſiſſe, circa ſuffragia defunctorum. Chryſoſtomus Homil. 41. ſuper primam ad Corinth. cap. 15. ait, Non eſt temere hoc excogitatum, neque fruſtra memoriam mortuorum inter ſacra myſteria celebramus, nec temerè qui altari aſſiſtit, inter horrenda myſteria clamat pro omnibus in Chriſto dormientibus: damnatos autem, eſt euidens, non dormiſſe in Chriſto, ſed in Satana. Vnde concludit, dicens, Opitulemur igitur his, fratres, & memoriam pro ipſis faciamus. Et Hom. 69. & 70. ad populum, mirificè de ſuffragijs mortuorum, & catholicè loquitur.

Chryſoſt.

Damaſcenus, ſermone de his qui in fide hinc migrauerunt, catholicè locupletat argumentum hoc ſuffragiorum pro defunctis. Vbi ait, Apoſtolos memoriam eorum qui fideliter obdormierunt, habendam edixiſſe: quod Apoſtolica & Catholica eccleſia Chriſti & Dei obſeruat à finibus, vſque ad fines terræ, ab eo tempore, vſque in præſens, & vſque in finem ſæculi, hæc ille. Et ideò conſultiſſimè præter quotidiana ſuffragia, diem craſtinum omnium ſanctorum eccleſia dedicauit, quo viuentium pietas animabus purgatorij ſuffragaretur.

A Auguſtinus, libro de cura pro mortuis agenda, capit. 1. poſtquam teſtimonium illud Machab. ad hanc veritatem allegauit, ſubiungit dicens. Sed etſi nuſquam in ſcripturis veteribus omnino legeretur, non parua hac conſuetudine claret authoritas, vbi in precibus ſacerdotis quæ Domino Deo, ad eius altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum. Et de verbis Apoſtoli, ſermone 32. Orationibus, inquit, ſanctæ eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordius agatur à Domino, quàm ſua peccata meruerunt, hoc enim à Patribus traditum, vniuerſa ſeruat eccleſia, vt pro eis, qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cùm ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorantur, oretur, atque pro illis quoque id offerri commemoretur, hæc ille. De damnatis autem conſtat, quòd
B non ſunt defuncti in communione corporis & ſanguinis Chriſti. De cathecumenis vita functis diffiniemus quid tenendum ſit, tom. 4. iuxta illum locum Philip. 1. deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. His præiactis.

Reſpondemus ad ea, quæ ex Chryſoſtomo, & alijs Patribus in ſubſidium damnatorum adducta ſunt, & ad ea quæ Gregorius cum illis admonet, de precibus pertinentibus ad beatos. Aſſero dicta illorum non eſſe intelligenda, vt exiſtimemus ex orationibus, & oblationibus noſtris beatitudinem eſſentialem beatorum poſſe augeri, ſed vt credamus, gloriam eorum nobis orantibus & offerentibus, in nobis creſcere, & magna incrementa ad ipſam gloriam conſequendam nobis afferre: ſicut cùm Deum laudamus, nullam noſtris laudibus diuinitati & gloriæ Dei auctionem acquirimus, ſed gloria maieſtatis ipſius magis ac magis in nobis conſpicua redditur. Tum etiam,
C quia D. Thom. loco citato ait, quòd nomen damnationis etiam extenditur ad pœnas purgatorij; Et iuxta hanc ſignificationem dixerunt Doctores ſacri, damnationem aliquorum, ſcilicet in purgatorio exiſtentium, auxilijs fidelium fieri tolerabiliorem. Tum etiam, quia id quod narratur aliquando ex precibus ſanctorum ad animas damnatorum perueniſſe, dicimus, non attuliſſe eis vllam diminutionem tormentorum, ſed quandam inanem ſpeciem fallacis gaudij, & gratiam mœrentis animi illuſionem: qualem in dæmonibus eſſe ferunt, quando homines pertraxerunt ad peccandum: ita falſa quadam, & imaginaria lætitia afficiuntur, ſic tamen, vt nihil eorum ſupplicijs decreſcat.

Ad id verò quòd Damaſcenus refert de Falconillæ, & Traiani animabus, Tecla, & Gregorio deprecantibus, communis ſolutio eſt, quod id fuit ex priuilegio ſingulari: & ea quæ aliquibus extra
D legem communem conceduntur, non eſſe trahenda cæteris in exemplum. Alij reſpondent, Traianum & Falconillam à morte in vitam reuocatos, ad tempus breue conuerſos fuiſſe in Deum, & poſtea defunctos, ſalutem conſecutos. Hæc tamen ſolutio dura videtur: quia certum eſt, orare pro damnatis, eſſe peccatum mortale, quod Gregorius, & etiam Tecla ignorare non potuerunt. Tum etiam, quia quod aliqui fuerint ex inferno damnatorum in vitam reſtituti, qui poſtea in cœlum euolauerint, appæret rationi prædeſtinationis aduerſum, deducitur enim aliquos prædeſtinatos fuiſſe in inferno damnatos, non ſimpliciter, ſed ſub conditione, niſi poſtea in lucem reuocarentur, quod tamen non eſt veroſimile, quia in obitu cuiuſcunque ſententia, non ſub conditione, ſed abſolute fertur, Ite in ignem æternum, aut in vitam æternam: ſicut & in die iudicij ferenda eſt. Quod ſi quis dicat Apoſtolos, & Euange-

A lij promulgatores, plures ex Gentilitate damnatos ſuſcitaſſe, reſpondemus, forte non ſuſcitaſſe niſi eos, qui ignorantia inuincibili legis Euangelicæ laborarunt: & legem naturalem ſeruarunt: aut cathecumenos, aut chriſtianos in purgatorio exiſtentes. Et licet hæc opinio ſuſcipiatur, quæ docet, ex priuilegio poſſe aliquos ab inferno exire, nullatenus tamen pro illis orare licet, oratio enim non debet fieri niſi ſecundum legem communem.

SEPTIMVM QVÆSITVM.

An fides ante Chriſti aduentum fuerit neceſſaria.

CHryſoſtomus in illa verba Matthæi, *Ite, renunciate Ioanni, cæci vident, &c.* Hom. 37. videtur opinari, Gentilibus fidem Chriſti non fuiſſe neceſſariam ad ſalutem. Sic enim habet, Homines, qui ante Chriſti aduentum obierunt, poterant tum, B etiam ipſum non confeſſi, ſaluari, non enim Chriſti qui nondum venerat, ab illis cultus petebatur, ſed vt idolorum cultu ſpreto, vnum ſolum Deum conditorem omnium cognoſcerent. Dominus enim inquit, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Idcirco Machabæi admirationi ſunt, qui ne legem violarent, mori maluerunt. Et licet tunc ſufficiebat vnum ſolum Deum noſſe, nunc autem non ita eſt. Et infra, Si ab idolis receſſerunt, & Deum ſolum adorarunt, & honeſte vitam peregerunt, & æterna bona, & beatitudinem adipiſcentur. Et concione prima de Lazaro idem affirmat, Cuius ſententiam ſequitur Iuſtinus Martyr. lib. Quæſtionum à Gentibus poſitarum, quæſt. 8. Qui cum ratione, inquit, vixerunt, Chriſtiani, etiam ſi non nouiſſent Deum, exiſtimati ſunt, quales apud Græcos, Socrates, Heraclitus, atque alij ſimiles, &c. Clemens Alexandrinus lib. 5. & 6. Stromaton, eos, ait, qui ante Chriſtum fuerunt, C honeſteque vixerunt, eſſe iuſtos factos, vel per legem, vel per philoſophiam, ſed defuiſſe eis tantum fidem in Chriſtum: quare in inferno expectaſſe Chriſti, & Apoſtolorum aduentum, eorumque ibi prædicatione eſſe conuerſos, vt in Chriſtum crederent, & ſic demum ſeruatos eſſe.

Iuſtinus Martyr.

Clemens Alexand.

Huic aſſertioni reclamant, & contradicunt cæteri Theologi, maximè Doctores Scholaſtici. 3. ſentent. diſtin. 25. & S. Thom. 2. 2. quæſt. 2. artic. 6. 7. & 8. Et fuerunt quidem non pauci, affirmantes, quemlibet in ſua ſecta ſaluari, Iudæum, Sarracenum, Paganum, quemcunque hæreticum, ſiue ſchiſmaticum, nulla illis ratione opitulante. Sed quòd hæc aſſertio nedum falſa, ſed hæretica ſit, demonſtro.

1. Ratio.

Primo, quia fides eſt fundamentum beatitudinis, ſed impoſſibile eſt, eos qui ſunt alieni à fundamento ſpiritualis ædificij, conſequi beatitudinem, ergo impoſſibile eſt de lege, quòd quis ſine fide D ſaluetur. Collectio eſt nota, & antecedens patet ex illo 1. Corint. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Glo. 1. Fides Ieſu Chriſti, per quam habitat in cordibus. Et Hebr. 11. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium. Glo. 1. Fundamentum omnium bonorum, ſine quo non eſt beatitudo. Ita 24. quæſt. 1. cap. quicunque.

2. Ratio.

Secundo, Hebræo. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, qui ſunt extra Eccleſiam, non habent fidem, ergo nec Deo placere, nec ſaluari poſſunt. Et Act. 4. Non eſt aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt, in fide & virtute meritorum Chriſti. Ita de ſumma Trinitate, & A fide Catholica, cap. 1. Vna eſt fides Eccleſiæ, extra quam nullus omnino ſaluatur.

3. Ratio.

Tertia ratio, Conſecutio beatitudinis eſt effectus fidei, ergo ſine fide conſequi non poteſt, deficiente enim cauſa, deficit effectus: antecedens habetur Marci 9. & Lucæ 8. Mulieri, quæ patiebatur fluxum ſanguinis, & fimbriam veſtimenti Chriſti tetigerat, dixit Saluator noſter, Filia, Fides tua te ſaluam fecit. Et Marci 10. Cæco dixit, Fides tua te ſaluum fecit. Et ad Galatas ſecundo, Ex operibus legis non iuſtificabitur homo, niſi per fidem. Et ad Epheſios ſecundo, Gratia ſaluati eſtis per fidem. Et Marci vltimo, Qui non crediderit, condemnabitur. Hinc Athanaſius, Hæc eſt Fides Catholica, quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit, ſaluus eſſe non poterit.

4. Ratio.

Quarto, vita ſpiritualis animæ, tribuitur fidei formatæ, patet Roma. 1. Iuſtus ex fide viuit, ergo, qui eſt extra vnitatem fidei, qua eccleſia viuit, non eſt de numero ſpiritualiter viuentium, quibus vi- B ta ęterna promittitur, ſed de numero mortuorum, & damnatorum.

5. Ratio.

Quinto, fidei attribuitur filiatio Dei, Ioann. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: is autem qui alienus eſt ab vnitate fidei, non eſt de numero filiorum, ergo neque erit hæres, Roma. 8. Si filij, ergo & hæredes.

6. Ratio.

Sexto, fides eſt oſtium ſalutis æternę, qui autem non intrat per oſtium, non poteſt conſequi vitam æternam, Ioann. 10. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſcilicet credendo, ſaluabitur, ergo qui non intrat credendo, damnabitur. Vnde Hieronymus. Sicut tempore diluuij nullus extra arcam potuit ſaluari, ita & poſt Chriſti aduentum, extra eccleſiam nullus ſaluatur. Et ita nedum falſum, ſed hæreticum eſt, extra vnitatem eccleſiæ quempiam poſſe ſalutem adipiſci, ſuæ ſectæ inhærentem. In cuius teſtimonium Paulus ſcribit, Philoſophos damnatos, quia cum Deo cognouiſſent, C non ſicut Deum glorificauerunt, ſcilicet, bene viuendo, & vnum Deum colendo, ideo euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor illorum, Diffinitio iam, nullum extra eccleſiam poſſe mereri, neque ſalutem obtinere æternam.

Quæſtio. *Eccleſia quo tempore incœperit.*

Rogamus, quo tempore incœperit eccleſia? vt cognoſcamus, an pro omni tempore & ſtatu homines ſalutem conſequi potuerunt? Et quidem iuxta hanc quæſtionem, fuere quidam hæretici, aſſerentes, apud Patres veteris teſtamenti eccleſiam non fuiſſe.

1. Ratio.

Probant primo ex Paulo ad Galat. 3. Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur: at vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. Si venit fides, ergo antea non erat: & ſi fides non erat, nec eccleſia, quæ eſt fidelium collectio.

2. Ratio.

Secundo, quia Chriſtus dixit Petro, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam D meam, id eſt, ſuper hanc confeſſionem fidei. Si ergo eſt fundata ſuper confeſſionem Petri, ergo ante aduentum Chriſti, non erat eccleſia.

3. Ratio.

Tertio, quia Auguſtinus tractatu ſecundo in canonicam primam Ioannis, dicit, quòd inchoata eſt eccleſia vbi venit de cœlo Spiritus ſanctus, & impleuit omnes 120. qui erant in vna domo ſedentes, Et ſuper illud Pſal. 40. Nunquid qui dormit, non adiiciet vt reſurgat: dicit, Sicut de latere dormientis, qui erat figura Chriſti futuri, aſſumpta eſt coſta, de qua formata eſt Eua: ita dormiuit Chriſtus, de quo fluxerunt ſanguis & aqua, vt de latere dormientis formaretur ſponſa eccleſia: quod etiam habetur ad Epheſ. 4.

Eccleſia fuit apud Patres veteres.

His non obſtantibus, hæreticum, & ſcripturæ ſacræ aduerſum, & error Manichæi eſt, affirmare, apud Patres veteres, eccleſiam non fuiſſe

Primo eſt contra illud Pſalm. 118. Initio cognoui de teſtimonijs tuis, quia in æternum fundaſti eam. Glo. 1. Eccleſiam, quæ non defuit in terra ab initio generis humani: cuius primitiæ Abel ſcilicet, Deo eſt immolatus. Secundo, Paulus ad Epheſ. 5. exponens illud Geneſ. 2. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Dicit ſacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico, in Chriſto, & in eccleſia, ſi ergo in ſtatu ignorantiæ & naturæ fuit ſacramentum, ergo & eccleſia: collectio patet, quia extra eccleſiam non eſt ſacramentum. Tertio, ſuper illud Matthæi 20. Simile eſt regnum cœlorum homini Patrifamilias, qui exiit primo mane, conducere operarios in vineam ſuam, dicit Gregorius, aliique expoſitores ſacri, hunc Patremfamilias eſſe Deum, vineam eccleſiam, quæ incœpit ab Abel iuſto, vſque ad vltimum electum, quæ quot ſanctos protulit, tot palmites emiſit: hos vocat à primo mane, quod fuit ab Adam, vſque ad vndecimam, id eſt, ab aduentu Chriſti, vſque ad finem mundi. Si ergo pro omni ætate vocat operarios in vineam, & vinea eſt eccleſia, Auguſtin. ergo in omni ætate fuit eccleſia. Quarto, Auguſtinus ſermone de Iacob & Eſau, ait, eccleſia non eſt accipienda in his, qui poſt aduentum Domini cœperunt eſſe ſancti, ſed omnes quotquot fuerunt ſancti, ad eccleſiam pertinent: quia eccleſia non fuit à præſentia corporali Chriſti, ſed ab ipſo Abel, qui habuit Chriſtum caput: ſicut & illi qui illum venturum crediderunt: ſicut nos iam veniſſe credimus. Et quod nullus extra eccleſiam, & ſine fide Chriſti mediatoris poſſit ſaluari, affirmat in Epiſtola 157. ad Optatum Epiſcopum, vbi ſic habet, Illa fides in nobis ſalua ſit, qua credimus, nullum hominem ſiue maioris, ſiue paruulę cuiuslibet creſcentis ætatis, liberari à contagione mortis antiquæ, & obligatione peccati, quod prima natiuitate contraxit, niſi per vnum mediatorem Dei, & hominum, hominem Chriſtum Ieſum, cuius hominis eiuſdemque Dei ſaluberrima fide, etiam illi iuſti ſalui facti ſunt, qui priuſquam veniret in carne, crediderunt in carne venturum: eadem namque fides eſt, & noſtra, & illorum, quoniam hoc illi crediderunt futurum, quod nos credimus factum. Et infrà, Proinde cum omnes iuſti, ſiue ante incarnationem, ſiue poſt incarnationem Chriſti, neque vixerunt, neque viuant, niſi ex fide incarnationis Chriſti, in quo eſt gratiæ plenitudo, profecto quod ſcriptum eſt, non eſſe aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri, ex illo tempore valet ad ſaluandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum eſt genus humanum. Hæc Auguſtinus. Ex cuius ſententia conſtat extra Eccleſiam nullum vnquam potuiſſe ſaluum fieri.

Pro ſolutione argumentorum notandum: Primo, quod cùm Eccleſia ſit collectio fidelium, fidem antiquorum Patrum, & noſtram eandem eſſe, patet 2. Corinth. 4. Habentes eundem ſpiritum fidei, ſcilicet, quem patres veteres habuerunt: quia eadem fides mediatoris quæ in nobis eſt ſalutis cauſa, & ſalutis illorum etiam extitit: tempora ſunt variata, & ipſi credentes, non fides, quia eadem eſt, & ſic variatio ex parte noſtra, & temporis eſt, & non ex parte fidei: quia ſicut nos credimus Chriſtum veniſſe, paſſum eſſe, & reſurrexiſſe, ita illi venturum, paſſurum, & reſurrecturum, crediderunt.

Secundo notandum, Eccleſiam dupliciter poſſe accipi. Primo modo, prout eſt collectio fidelium, vt fidelis dicatur quis ſimpliciter à fide, & hac ratione Eccleſia incœpit eſſe à tempore ex quo ſancti inceperunt eſſe in terra. Secundo modo, poteſt accipi pro congregatione fidelium, vt fides ſit Chriſti iam nati, & hoc modo ſi loquaris

A de Eccleſia, varia dicta ſanctorum ſunt, ſecundum quod habuit diuerſa initia: quia quoad interiorem, actualem aſſenſum credendi Chriſtum iam fuiſſe incarnatum, habuit initium à Virgine, Ioſeph, Paſtoribus, Eliſabeth, & à Magis, qui hoc modo fuerunt primi credentes, cum Simeone, & Anna, qui aſſenſerunt primo Chriſtum iam incarnatum. Fuere alij, qui dicuntur primi credentes reſpectu prædicationis, quia primo per doctrinam Chriſti vocati, vt Andreas, Ioannes, Petrus, Philippus, & Nathanael, vt patet Ioan. 1. Fuere alij, qui dicuntur primi, reſpectu confirmationis in fide, quales ſunt Apoſtoli, qui die Pentecoſtes confirmati ſunt in fide, iuxta illud Pſalmi 78. Ego confirmaui columnas eius. Demum alij dicuntur primi, reſpectu applicationis ſacramentorum à quo fluxerunt, quia à Chriſto.

Ad rationes, & primam reſpondeo, quòd quando Paulus dicit, Vbi venit fides: non loquitur ſim-
B pliciter de aduentu fidei Chriſti, quòd antea non fuerit, cùm dicat Hebr. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo: ſed intelligitur vbi venit fides, id eſt, poſtquam reuelata & manifeſtata eſt, quæ prius erat occulta, vel impletum, quod futurum credebatur. Ad ſecundam, Supra hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Reſpondeo, dici fundatam Eccleſiam ſupra confeſſionem Petri, quoad illos qui credituri erant in Chriſtum, & hoc modo quotidie fundatur, quoties aliqui conuertuntur ad fidem. Vnde Epheſ. 4. poſuit quoſdam Apoſtolos, &c. in ædificationem corporis Chriſti, nihilominus quia principio ſimpliciter fuit fides, fuit etiam Eccleſia: Vnde Matt. 21. Turbæ quæ præcedebant, & quæ ſequebantur pariter clamabant, Oſanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine Domini. Sic etiam venit intelligendum illud Pſal. 109. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Quia Apoſtoli exeuntes inde, præ-
C dicauerunt Euangelium per vniuerſum orbem. Ad tertiam, eodem modo dicimus, quòd quantum ad illum effectum, ſcilicet, promulgationem & dilatationem fidei, incepit Eccleſia à miſſione Spiritus ſancti: ſimpliciter tamen falſum eſt, quia ab initio orbis fuit. Ad quartum reſpondeo, quòd Eccleſia quantum ad vim ſacramentorum, quæ ex paſſione Chriſti ſuſceperunt virtutem, ſumpſit exordium à Chriſto, nihilominus, ipſa fides, & Eccleſia à principio fuerunt.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondeo, illum ſuis verbis voluiſſe alludere ad illam fidem, & cognitionem, quam ſcholaſtici vocant explicitam, id eſt, diſtinctam, & ſingularium myſteriorum notitiam Chriſti: quam non omnes iuſti ante aduentum Chriſti conſecuti ſunt, quia minoribus & ſimplicioribus ſufficiebat fides implicita incarnationis, paſſionis, & reſurrectionis, quæ includebatur velaminibus ſacrificiorum, & cæremonia-
D rum. De Gentilibus ſunt qui aſſerant, ſi qui illorum ſalutem ſunt aſſecuti, quod ſat fuit illis habere fidem vnius Dei, & credere eſſe ſeruatorem humani generis, iuxta ordinem, in ſua admirabili prouidentia, occultum, & aliquibus ipſorum vatibus, ac Sybillis, peculiari priuilegio reuelatum, huic tamen aſſertioni repugnat ſententia ſupra poſita. De hac quæſtione latius diſputabimus, tomo 5. B. Auguſtini: vbi Ludouicus Viues Platonem appellat ſanctiſſimum, & ait alios Philoſophos cum illo ſalutem eſſe conſecutos, & cum ſanctis ſimul beatitudine perfrui.

OCTAVVM QVÆSITVM.

An hæretici volentes reſipiſcere, ſint de vita tollendi.

CHryſoſtomus Homilia 47. in Matthæum, in illa verba. *Sinite vtraque ſimul creſcere vſque ad meſſem.* examinans hunc locum, videtur aſſerere hæreticos non eſſe pœna mortis puniendos. Sic enim ait, Non prohibet Chriſtus concilia hæreticorum diſſipari, ora obſtruere, libertatem loquendi concidere, ſed prohibet interficere, & trucidare. Et vide quam mitis ſit, non enim ſolum prohibet, ſed cur prohibeat, rationem exponit, dicens: parcendum eſſe zizaniis, quouſque vnà cum frumento in agro ſunt, quia poſſunt in frumenti ſtatum commutari. Et Chryſoſtomi ſententia hæc eſt.

Doctores Scholaſtici diſputationem ſuſcipiunt de hæreſi, & pœnis hæreticorum, 4. diſt. 13. & S. Thom. 2. 2. q. 11. art. 3. qui omnes vno ore ſententiam contrariam tutantur, cum S. Thoma, qui ita ait: Miſericordia ex parte Eccleſiæ eſt, vt expectet conuerſionem errantium, & non ſtatim eos condemnet, ſed poſt primam & ſecundam correctionem, vt Apoſtolus docet ad Titum 3. ſi tamen poſtmodum pertinax inueniatur, Eccleſia de eius conuerſione non ſperans, aliorum ſaluti prouidet, cum ab Eccleſia ſeparando per excommunicationis ſententiam, & vlterius relinquit eum iudicio ſæculari, à mundo exterminandum per mortem. Et quia hæc materia omnibus diſciplinis eſt maxime neceſſaria, aliquantulum calamum extendam, ſcribens ea, quorum ignorantia errorem poſſet parere. Et primo ſumimus exordium à diffinitione hæreſis: quæ error eſt contra Catholicam fidem, & veritati Catholicæ manifeſte contrarius, cum pertinacia aſſertus, ab eo qui Catholicam fidem generaliter profitetur. Hæc ſunt de ratione & diffinitione hæreſis. Prima conditio eſt, quòd ſit error. Secunda, quòd ſit contrarius veritati Catholicæ. Tertia, quòd ſit manifeſtus error contra fidem. Quarta, pertinacia. Quinta, in Chriſtiano, ſcilicet, ſecundum generalem fidei profeſſionem.

Quatuor gradus propoſitionum Catholicarum.

Secundo ſupponimus genera propoſitionum Catholicarum, ex quibus cognoſcemus quis error ſit hæreſis, reduci ad quatuor gradus, quibus cæteri omnes continentur. Primus gradus eſt propoſitionum, quæ in ſacris literis habentur expreſſe. Secundus, earum quæ à Chriſto veluti per manus ad nos vſque peruenerunt, ſcilicet, ab aure in aurem transfuſæ. Tertius, earum quæ in hiſce non continentur expreſſe, ſed per intelligentiam Eccleſiæ in eiſdem ſacris literis, vel traditionibus re vera habentur, quæ ſcilicet implicitæ & obſcuræ, ſunt reuelatæ, ſed explicitæ per Eccleſiæ diffinitionem. Quartus earum quæ per ratiocinationem neceſſariam colliguntur: exemplum primi, Verbum caro factum eſt, Ioannis 1. Exemplum ſecundi, Confeſſio ſacramentalis eſt ad ſalutem neceſſaria, Chriſti inſtitutione; Vel, Epiſcopi ſunt iure Diuino ſimplicibus ſacerdotibus ſuperiores; Vel, Sacramentum Confirmationis eſt chriſmate peragendum. Exemplum tertij, Spiritus ſanctus procedit à Filio; Vel, Pater & Filius ſunt eiuſdem ſubſtantiæ, quarum priorem accepit eccleſia ex illo, De meo accipiet, vt patet in Concilio Epheſino; poſteriorem ex illo, Ego & Pater vnum ſumus; & ex illo, Qui videt me, videt & Patrem meum; & vt in eodem Concilio habetur, Chriſtum habere duas voluntates. Exemplum quarti de hac, Chriſtus eſt riſibilis, Chriſtus habet animam intellectiuam; quæ ſequitur ex illa, Verbum caro factum eſt, Chriſtus eſt omnipotens; quæ colligitur ex illa, Chriſtus eſt Deus; Item, accidentia manent ſine ſubiecto in ſacramento altaris, ex illo, Hoc eſt corpus meum. Hinc fit, hæreſim quadrifariam, huius rei expoſitione, contingere, aduerſus quadruplicem gradum Catholicæ veritatis. Et pro ampliori expeditione.

Diuerſi gradus aſſertionum contra fid.

Oritur dubium de diſcrimine graduum inter propoſitionem hæreticam, & ſapientem hæreſim, erroneam, temerariam, ſeditioſam, ſcandaloſam, piarum aurium offenſiuam; qui gradus habentur ſeſſ. 8. Concilij Conſtantienſis, vbi damnantur 45. articuli Ioannis Vuicleph, diuerſo nomine, & cenſura, alij tanquam hæretici, alij erronei, alij ſcandaloſi, & blaſphemi, alij piarum aurium offenſiui, alij denique temerarij, & ſeditioſi. Igitur propoſitio hæretica, eſt error manifeſte contrarius Catholicæ veritati. Sapiens hæreſim eſt, quæ eſt hæreſi propinqua, & quæ ſecundum ſententiam ſapientum aduerſatur fidei; Vt nullus in Hiſpania conſecrat Euchariſtiam; Vel non eſt licitum litigare. Erronea propoſitio in materia fidei, eſt minus quàm hæreſis, vt cum propoſitio eſt quidem contra fidem, ſed illud non eſt manifeſtum, nec diffinitum ab eccleſia; vt, Eua non eſt proprie de coſta Adæ formata; Vel aſſertio erronea eſt, quæ eſt contra doctrinam eccleſiæ proximam fidei. Temeraria minus eſt quàm erronea, eſt autem propoſitio quam quis aſſerit ſine fundamento, & ratione, quæ tamen communi ſapientum ſententiæ aduerſatur, vt contra ſenſum omnium ſcholaſticorum nouam aſſertionem inducere, temerarium eſt, id enim temere, & audacter, imò verò impudenter, atque inſolenter ſit. Seditioſa, quæ factioni & ſeditioni viam parat; Vt, quod licet Tyrannum priuata autoritate interficere; Vel quod non eſt obediendum poteſtati ſæculari. Scandaloſa, quæ rationem præbet ruinæ ſimplicibus, & infirmis; Vt hæc, Confeſſio auricularis habet plura inconuenientia, quàm conuenientia, hæc præterquam quod hæretica eſt, etiam hæc eidem nota inuritur, quod ſcandaloſa eſt. Piarum aurium offenſiua, aut male ſonans; Vt Romana eccleſia eſt Synagoga Satanæ, Papa non debet vocari ſanctiſſimus, propter officium, aliàs diabolus deberet vocari ſanctus, quia eſt Dei miniſter. De quibus propoſitionibus ſimiliter dicendum eſt, quod præterquam quod hæreticæ ſunt, piorum aures acriter offendunt. Solet addi propoſitio iniurioſa, ſeu blaſphema; Vt Cardinales ſunt miniſtri Satanæ, Monachi ſunt hypocritæ; Breuiter, quæ contumeliam irrogat ſtatui alicui hominum priuato, vel perſonæ communi. Poſt hæc ſequitur quæſtio grauis.

NONVM QVÆSITVM.

An ſatis ſit ad rationem hæreſis, quòd ſit error manifeſtus contra fidem, ab eo qui fidem profeſſus eſt.

REſpondemus ad quæſtionem, præter hoc, neceſſariam eſſe pertinaciam, citra quam hæreticus nemo eſſe poteſt. Ita ſanct. Thom. artic. 2. ad 3. & habetur 24. quæſt. 3. Dixit Apoſtolus, hæreticum hominem poſt primam & ſecundam admonitionem deuita, ſciens, quia ſubuerſus eſt huiuſmodi, ſuo proprio iudicio condemnatus. Auguſtinus idem lib. 18. de Ciuitate Dei, cap. 51. & contra Manichæos. Huius rei argumentum ſumitur à ſancto Thoma ſuper 11. cap. epiſtolæ primæ ad Corinth. lectione 4. ex nominis ſignificatione, inquiens, Hæreſis ab electione dicitur: de ratione ergo hæreſis primum eſt, vt priuatam diſciplinam

aliquis ſequatur, quaſi per electionem propriam, A non autem doctrinam publicam, quæ diuinitus traditur; Deinde, quòd tali diſciplinæ pertinaciter adhæreat: nam electio importat firmam inhæſionem, & ideo Hæreticus dicitur, qui ſpernens diſciplinam fidei, quæ diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem ſequitur, nolens ſubire iudicium Eccleſiæ: quæ eſt ſuperbia, qua homo præfert ſenſum ſuum, totius eccleſiæ ſententiæ: Vnde bene Apoſtolus 1. Thimoth. 6. *Si quis aliter docet & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, & nihil ſciens.* Hæc autem colligit ſanct. Thom. ex Conciliis, cap. damnans, de ſumma Trinitate & fide Catholica, Si quis doctrinam Abbatis Ioachim defendere præſumpſerit, tanquam hæreticus euitetur. Et in 6. de ſumma Trinitate & fide Catholica, cap. damnamus eos qui negare præſumpſerint, aut temerario auſu aſſerere. B Et in Clementina de ſumma Trinitate, Si quis aſſerere, vel tenere præſumpſerit pertinaciter contra hoc, hæreticus eſt cenſendus; Hæc Concluſio apud omnes Doctores Theologos, & Iuriſperitos eſt receptiſſima, ſed non eſt apud omnes compertum quid ſit pertinacia, ac proinde

Quæritur, quando aliquis dicatur pertinaciter errare.

TVrrecremata, lib. 4. parte 2. cap. 16. ponit 20. modos pertinaciæ, & Ioannes Gerſon, 1. parte Alphab. 14. ponit 12. conſiderationes, & ſigna. Gloſ. in Extrauaganti, Cum inter nonnullos, ponit 7. Verumtamen ex his omnibus non traditur quod quærimus: ideo reſpondemus his ſubmiſſis propoſitionibus. 1. propoſitio. Prima propoſitio, Pertinacia, quæ hæreſim facit, non eſt iudicanda ex C duratione, vt ſcilicet ille ſit pertinax, qui in errore perſiſtit, vel vſque ad mortem perdurat, contra Syluestrum, verbo Hæreſis, 1. §. 2. idem videtur ſentire Archid. Florent. 2. parte, tit. 12. cap. 3. §. 1. Patet hæc aſſertio ex communi vſu Eccleſiæ in iudicandis hæreticis: ſi enim per diem conſtaret quempiam in hanc conſenſiſſe, Deus non eſt trinus, certe ab eccleſia hæreticus iudicaretur, vnde ex vno actu adorandi idola, vel circuncidendi puerum, eccleſia hæreticum iudicat: quod non faceret ſi ad hæreſim tam longa & diuturna perſiſtentia requireretur. Præterea, ſi quis renunciet toti fidei ſciens ac prudens, eſt apoſtata quantumlibet breui tempore faciat, ergo etiam erit hæreticus, ſi vni manifeſto articulo diſſentiat. 2. propoſitio. Secunda propoſitio; Quicunque voluntarie aſſentitur alicui propoſitioni, quam ſcit aduerſari ſacris literis, vel eccleſiæ diffinitioni, eo ipſo, eſt hæreticus, ac proinde pertinax: pro- D batur à Palud. 4. diſt. 13. q. 3. & Caiet. art. 2. quia fides proficiſcitur ab aſſenſu intellectus, & conſenſu voluntatis, ergo & infidelitas à diſſenſu intellectus, & conſenſu voluntatis: ſicut ergo eſt Chriſtianus, qui dogmati fidei volens conſentit, ita eſt hæreticus, qui volens diſſentit, iam enim voluntarie, & formaliter elegit dogma aduerſum fidei Catholicæ. Et confirmatur ex nominis ſignificatione. Pertinax enim eſt, qui plus nimio, & contra rationem perſiſtit in propria ſententia, ſed qui ſciens, & prudens, contra communem eccleſiæ ſenſum, & fidem, adhuc ſuam tenet opinionem, vere contra rationem eſt plus nimio capitoſus ergo; Auguſtin. Et confirmatur ex Auguſtino, libro de Baptiſmo contra Donatum, ibi inquit, Si aliquis hoc ſentiat de Chriſto, quod Photinus opinatus eſt, & hoc credit eſſe fidem catholicam, non dico eſſe hæreticum, niſi manifeſtæ doctrinæ catholicæ fidei reſiſtere maluerit, & illud quod tenebat, elegit. Præterea, qui ſic tenet errorem, vt non ſit paratus corrigi ab eccleſia, veriſimile eſt quod ſit hæreticus, 24. quæſt. 3. Dixit Apoſtolus; Sed qui ſciens, & prudens, ſuam opinionem contrariam fidei, defendit, non eſt paratus corrigi, ergo, vere eſt pertinax, eſt ergo pertinacia conſenſus in propoſitione quam quis cognoſcit contrariam diffinitæ ab eccleſia. Hinc collige Corol. 1. primum: Quantumuis homo teneat propoſitionem apertè repugnantem catholicæ fidei, ſi tamen ignoret eſſe contra fidem, non eſſe pertinacem, vt ſi neſciat oppoſitum eſſe in ſacris literis expreſſum, nec ſcire tenetur, vel ignorantia inuincibili ignoret, Ita S. Tho. ad Titum 3. lectione 2. vt ſi parochus cauſa ludendi ruſticum deciperet, talis licet poſtea erret, non eſt hæreticus, quia non eſt pertinax, nec contemnit, & eſt paratus tenere quod eccleſia tenet. Quòd ſi quis obij- Argumentum. B ciat, quia ignorantia talis eſt vincibilis, & cùm non ſit Paganiſmus, neque Iudaiſmus, erit hæreſis. Tum etiam, quia habet actum culpabilem contrarium fidei. Facit ad hoc communis ſententia Doctorum, quòd ab errore circa articulos fidei, non poteſt aliquis propter ſimplicitatem excuſari, quin ſit hæreticus, præſertim, quantum ad ea quæ eccleſiæ ſolennitate celebrantur, & quotidie obuerſantur more fidelium. Reſpondemus ad hoc (ſaluo ſaniori iudicio) dupliciter poſſe eſſe peccatum in aliqua ſpecie, vno modo, formaliter, & directe: alio modo materialiter, & reductiuè: ſicut in prædicamentis, per ſe perfecta Reſpondetur. ponuntur in illo genere, reductiue imperfecta, vt materia in prædicamento ſubſtantiæ, punctum in genere quantitatis, embrio in ſpecie eius animalis, ad quod eſt naturalis diſpoſitio; Sic ergo in moralibus, ſunt quædam peccata perfecta, quæ à ſcientibus & prudentibus, committuntur, & C ea per ſe, & formaliter, ſunt in ſpecie. Alia ſunt imperfecta, quæ præter intentionem fiunt ab ignorantibus, & non attendentibus, & huiuſmodi reducuntur ad ſpeciem ſui perfecti: hæreticus ergo communi vſu iuris, & Theologorum ille dicitur, qui perfectè, id eſt, ſciens, & prudens, conſentit in hæreſim? Vnde, cap. 13. de hæreticis, excommunicamus, inquit, omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus catholicam fidem; quòd ſi non ſe extollat, non cenſetur hæreſis. Hinc patet ad argumenta, quia illud peccatum de quo in illis habetur mentio, eſt imperfectum in ſpecie hæreſis, quare licet materialiter ſit hæreſis, non tamen perfectè, &c.

Corol. 2. Secundo infertur, quòd ſi quis non craſſa, ſed affectata ignorantia, ignoret dogmata fidei, talis errans cenſetur hæreticus, quia huiuſmodi ignorantia non tollit, quin peccatum ſit eiuſmodi, quale eſſet cum ſcientia, cùm error ſit ex D electione.

Corol. 3. Tertio colligitur, quòd etiam ante admonitionem eccleſiæ poteſt quis eſſe hæreticus, in his quæ ſunt manifeſte contra fidem. Quare falluntur, qui ad contumaciam exigi putant, vt præuia ſit admonitio; Nec Paulus eſt pro illis, ſed contra illos: nam cenſet talem eſſe hæreticum, niſi ſemel, aut bis admonitus, reſipuerit, eſſe deuitandum, ne cum illi prodeſſe non poſſumus, eius conuerſatio noceat. Secundo dicitur, quòd Paulus loquitur de euitatione publica & fori exterioris, quæ olim non fiebat niſi admonitione præuia, nunc autem, cùm hæretici ipſo iure ſubiaceant excommunicationi, lex publica pro ſufficienti admonitione habetur.

Dubium

Dubium tamen eſt, à quo debeat quis admoneri, vt pertinax cenſeatur.

AD hoc dico primo in articulis fidei ruſticum teneri credere parocho, & ſi perſiſtat negare articulum, quem omnes tenentur credere, poſt admonitionem parochi, mortale peccatum committit, ſed non videtur hæreticus, cùm ignorans credit, doctrinam parochi non eſſe doctrinam eccleſiæ. Secundo dico, quod Epiſcopo tenentur credere ſubditi, aſſerenti aliquam ſententiam eſſe hæreticam, niſi ſint tales, quales hodie aliqui ſunt indocti, ſed per ſolam admonitionem Epiſcopi non cenſetur pertinax, quantumuis Epiſcopus ſit eruditus. Tertio dico, regulariter loquendo, inquiſitoribus aſſerentibus eſſe hæreſim, qui illis non adhibet fidem, peccat, tamen non eſt hæreticus. Dico regulariter, ſi eſſet inquiſitor tantum in iure peritus, & non conſuluiſſet viros doctos Theologos, tunc enim, etſi illis non aſſentiretur, non eſſet pertinax contra fidem; Ratio horum trium eſt, & notanda, quia neque parochus, neque Epiſcopus, neque inquiſitores, ſunt regula fidei, quare qui ab his diſſentit, credens eos non dicere quod Eccleſia tenet ac diffinit, non diſcedit à fidei dogmatibus. *Argumentum.* Quòd ſi quis in contrarium adducat vſum inquiſitorum, & cap. cum ad abolendam, vbi excommunicantur, qui fuerunt per Epiſcopum cum conſilio clericorum hæretici iudicati. *Reſpondetur.* Ad primum dico, quòd in foro exteriori nonnunquam proceditur ex præſumptione iuris, & non ex ipſa rei veritate, vnde licet inquiſitores non habeant infallibilem authoritatem in determinando ea quæ ſunt fidei, poſſunt tamen ex iuriſdictione quam habent in foro exteriori, damnare hominem tanquam hæreticum, & illorum ſententiæ parendum eſt, niſi contineat manifeſtum errorem. Secundo dico, quòd ſi non eſt manifeſtum dogma contra fidem catholicam, inquiſitores, aut Epiſcopi, non debent condemnare tanquam hæreſim, quòd re vera non eſt, licet aduerſetur fidei, ſecundum ſententiam Theologorum, ſed debet condemnari tanquam ſapiens hæreſim, erroneum, vel temerarium. Tertio dico, quòd ſi re vera manifeſtè aduerſetur fidei, licet ignoret qui conuenitur, oportet eum admonere, & oſtendere diffinitionem eccleſiæ, vel locum ſcripturæ, cuius aſſertioni repugnat, quòd ſi tunc perſiſtat, vere eſt hæreticus. Ad confirmationem cap. ad abolendam, dico gloſſam dicere, cap. illud procedere in manifeſtis contra fidem, ſed nos reſpondemus, & melius, procedere ex præſumptione iuris, merito enim habetur ſuſpectus de hæreſi, qui à prouinciali Concilio damnatur, quare interim cauendus eſt à populo, quod fit per excommunicationem. Sed adhuc dubium aliud graue eſt in hac materia.

An dubius in fide ſit infidelis.

QVod, in partem negantem huius dubitationis, fidem facere videtur, eſt, primò authoritas S. Thom. 1. Corint. 11. lectione 4. De ratione hæreſis eſt, vt quis priuatæ diſciplinæ cum pertinacia hæreat: nam electio firmam importat adhæſionem, at qui dubitat, non habet firmam hæſionem, ergo. Secundò hæreſis contrarie opponitur fidei, vt dicit S. Thomas, at dubitatio, cùm non habeat aſſenſum, nec diſſenſum, non opponitur contrariè fidei, quæ importat aſſenſum, ergo, dubitatio non eſt hæreſis. Tertiò, ſi dubius in fide eſſet hæreticus, Apoſtoli fuiſſent hæretici, quia ſæpe dubitarunt poſt fidem ſuſceptam, conſequens autem eſt falſum, ergo; con- A firmatur, ex eo quod habetur Matthæi 14. Modicæ fidei, quare dubitaſti. Ergo dubitatio non penitus excludit fidem; quare non eſt hæreſis. Ad hanc quæſtionem eſt diſtinctio communis, quod duobus modis contingit dubitare in fide: vno modo ex infirmitate & vacillatione: alio modo, ſponte, & ex pertinacia. Iuxta hanc diſtinctionem eſt prima propoſitio, *1. Propoſitio.* Dubius in fide ex infirmitate animi, vt qui vacillat ex tentatione, non eſt hæreticus: patet, quia non eſt pertinax. Secunda propoſitio, *2. Propoſitio.* Qui dubitat ex animo deliberato, id eſt cum pertinacia circa ea quæ ſunt fidei, eſt hæreticus, & ſic intelligunt Doctores communiter illud cap. 1. de hæreticis, Dubius in fide infidelis eſt. Sed oritur ex hac determinatione dubium: *Dubium.* quia qui dubitat in fide dubio morali, etiam ſi faciat ex infirmitate animi, non eſt fidelis, cùm fides exigat certitudinem, vt patet ex eius diffinitione, & ex D. Bernardo dicente, quòd fides ambiguum non habet, & ſi habet, fides non eſt, B ergo ille qui dubitat, eſt infidelis, & ſi ſuſcepit fidem Chriſtianam, eſt hæreticus.

Turrecremata, lib. 3. cap. 61. reſpondet ad hoc, infidelitatem poſſe accipi tripliciter, vno modo, pure negatiue, vt dicatur infidelis, qui non habet fidem. Secundo modo, ſecundum contrarietatem ad fidem. Tertius modus eſt medius, & eſt quædam fluctuatio inter duas partes, nec vni, nec alteri firmiter adhærendo: & hoc tertio modo, inquit, intelligatur cap. 1. de hæret. Dubius in fide, &c. Cùm autem infidelitas diuidatur in tres ſpecies, debet intelligi de perfecta infidelitate, quæ eſt contraria fidei. Ad argumenta ergo, quæ inter dubitandum poſuimus. Ad primum ex dictis patet duplex ſolutio. Prima, quòd licet ille ſit infidelis, imperfectè tamen, ac ſubinde non eſt hæreticus. Secunda, quod dubius in fide, eſt infidelis, ſi adſit pertinacia, & ex animo deliberato dubitat circa ea quæ vidit & cognoſcit eſſe dogmata C fidei Catholicæ. Ad aliud ex autoritate S. Thom. reſpondetur, eum loqui de hæreſi perfecta, quæ contrarie & directè repugnat fidei: qui autem dubitat, non eſt perfectè hæreticus per contrarietatem. Secundò reſpondetur, quòd regulariter loquendo, non videtur poſſe quempiam pertinaciter dubitare in fide, ſine aliquo errore poſitiuo. Vnde Auguſtinus in Enchirid. ait, Errare, eſt approbare falſa pro veris, aut improbare vera pro falſis, aut habere incerta pro certis, aut certa pro incertis. Et hinc eſt, eum, qui pertinaciter dubitat, in his quæ videt eſſe dogmata fidei contraria, ſemper habere aſſenſum erroneum: & cùm ex pertinaci animo dubitet, vere eſt hæreticus in iure, & incurrit pœnas hæreticorum. Ad tertium reſpondet Turrecre. lib. 3. cap. 61. Apoſtolos non fuiſſe hæreticos, quia non habuerunt pertinaciam, non enim legimus cum pertinacia oppoſitum fidei defendiſſe, ſed parati erant corrigi. De Thoma D aliqui dubitant, quia dixit, Niſi videro, non credam, quæ conditio aduerſatur fidei, & antequam Spiritu ſancto replerentur & in gratia eſſent confirmati, non mirum ex turbatione præcedenti ſubſecuta, & ex aliqua ignorantia Apoſtolos dubitaſſe, non tamen ex malitia, neque ex pertinacia, etſi aliqui illorum amiſerint conſtantiam, & confeſſionem fidei, vt Petro Dominus dixit, Matthæi 14. Modicæ fidei, quare dubitaſti? Non dicit, nullius fidei, ſed modicæ. Non tamen omnes amiſerunt fidem.

Hæreticorum pœna. Iam tractandum ſequitur de pœnis hæreticorum, quæ ſunt in duplici differentia: aliæ ſpirituales, & eccleſiaſticæ, vt excommunicatio, aliæ corporales, & quaſi ciuiles, vt confiſcatio bonorum, & occiſio: de prioribus nulla eſt ambiguitas, etiam apud hæreticos, quin legi Euangelicæ ſint conformes, Matthæi 18. ad Titum 3. 2. Epiſto-

la Ioann. & ideo de hac pœna ſpirituali, & an eccleſia habeat poteſtatem ſupra actus interiores, nil diſputamus, ſed de pœna temporali, & exteriori, ideo rogamus.

An hæreticus exterior, occultus tamen, incidat in pœnas hæreticorum.

VErbi gratia, ſi quis ſolus verbo, aut facto hæreſim committit. Ad hæc omnia affirmanter reſpondemus ex ſententia omnium: eſt enim expreſſa determinatio cap. 2. de officio iud. ordin. & excommunicatio non eſt ex corpore iuris, ſed ex annuali proceſſu Curiæ in Cœna Domini. Verumtamen eſt quæſtio. An teneatur confiteri inquiſitoribus, qui in foro confeſſionis & ſecreto nolunt quidquam audire? Reſpondemus, quòd quemadmodum non teneor confiteri peccata, quæ ſcio confeſſorem proditurum, ita non teneor inquiſitoribus aperire ſecretum, niſi velint audire in foro ſecreto pœnitentiæ: ideo mittatur ſacerdos, qui petat abſolutionis facultatem, quam ſi neget, expectetur tempus commodius, & ſi forte notatur ex eo, quòd abſtinet à ſacramentorum communione, communicet cum gemitu & dolore, ſicut & reliqui Chriſtiani. Vel quòd in promptu eſt, expectet Iubileum pleniſſimum, vel accipiat diploma Pontificum, quam Hiſpane dicimus, La bula de la Cruzada, & ex priuilegio illius poterit abſolui à quocunque confeſſore, & facultate Concilij Tridentini, ſeſſione 24. decreto 6. de reformatione generali, liceat Epiſcopis, &c. in fine Decreti habetur idem, & in hæreſis crimine, in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum vicariis, ſit permiſſum eos abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari.

Hæreſis perfecta an pœna Canonis ſubiaceat.

Sed oritur aliud dubium. Diffiniuimus enim, eum qui peccat lethaliter in fide, committere hæreſim materialiter, & imperfecte, ſed non eſſe perfectum hæreticum, niſi ſit pertinax. Dubium enim eſt, An hæreſis imperfecta pœnæ Canonis ſubiaceat? Et ſuadetur pars affirmans, qui enim occidit clericum ex ignorantia vincibili, incidit in pœnam Canonis, ergo etiam errans in fide, patet conſequentia, ſicut hic non committit ſacrilegium formaliter ex intentione, licet reducatur ad ſpeciem ſacrilegij, vt actus imperfectus ad ſpeciem ſui perfecti, ita etiam error culpabilis in fide; Vel aſſigna rationem, quare actus imperfecti, qui fiunt à neſcientibus, non excuſentur à pœnis iuris: hic autem ſolus actus infidelitatis non incidat in pœnam Canonis, niſi ſit perfectus, hoc eſt, procedens ex animo deliberato. Ad hoc reſpondemus, ſecundum communem vſum, hæreſim imperfectam ſine pertinacia, non appellari hæreſim, ſolos enim pertinaces conſueuimus hæreticos appellare, & qui occidit clericum ex ignorantia vincibili, vere & proprie ſacrilegus eſt, quia occidit clericum, & ideo pœna lata contra huiuſmodi, vere comprehendit eum, quamuis ex ignorantia fecerit. At excommunicatio, quæ fertur in hæreticos, non complectitur niſi eos, qui vſu communi, & proprie hæretici vocantur, tales autem ſunt, qui ex animo pertinaci fidei reſiſtunt. Secundo reſpondemus, ipſa iura iam ſupra citata, indicare ſe non ferre ſententiam, niſi contra hæreticos, qui pertinaci animo ſuas hæreſes amplectuntur, atque defendunt: ſicut & in alijs criminibus etiam cautum eſt, vt nemo incidat in pœnas pro illis illatas, niſi ſciens & prudens conſenſerit, aut commiſerit: patet hoc in Clementina prima, de hæretic. & cap. vnico, de ſchiſmat. in 6. & Clementina Cupientes, de pœnitent. vbi ſolum excommunicantur, qui ſcientes & animo deliberato peccauerint. De qua ſanct. Thom. ſupra illud ad Galatas 1. Sed licet nos aut Angelus de cœlo, &c. anathema ſit. Conſequens eſt iam, vt de pœnis corporeis diſſeramus: & prima quidem diſputatio eſt.

An iuſtè eccleſia huiuſcemodi pœnas infligat, præſertim mortem, qua plectuntur brachio ſæculari traditi.

REſpondet ad hoc Lutherus, eſſe contra voluntatem Spiritus ſancti, hæreticos comburi: & eſt artic. 33. condemnatus à Leone X. Hunc errorem tenuit primus Ioannes Hus in ordine 8. damnatus, ſeſſ. 15. Conc. Conſt. in hæc verba. Qui aſſerunt per cenſuram eccleſiaſticam emendandum, niſi corrigi voluerit, & iudicio ſæculari non eſſe tradendum, ſequuntur Scribas & Phariſæos, qui dixerunt, Nobis non licet interficere quenquam: & tamen Chriſtum Pilato tradiderunt. Hanc ſententiam tenuerant ante Donatiſtæ. Argumenta, quibus hoc dogma conantur ſuadere, ea ſunt. Primum ex Matth. 13. quod eſt tertium argumentum S. Thom. de Zizanijs non eradicandis. Secundum eiuſdem octauum, Dominus iam dedit arma, quibus eſſet in eccleſia militandum aduerſus hæreticos. Paulus ad Titum 3. & Ioann. in ſua 2. Canon. & ad Corinth. 10. Arma noſtra non ſunt carnalia, ſed ſpiritualia. Tertium Matth. 26. Conuerte gladium tuum in vaginam, &c. dedit enim nobis gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Quartum. Matth. 12. ex Iſaia, ponam ſpiritum meum ſuper eum, arundinem caſſatam non conteret, & lignum fumigans non extinguet. Quintum Lucæ 9. cùm duo Apoſtoli dixiſſent Domino, Vis ignis deſcendat de cœlo, & comburat eos? Reſpondet, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Sextum Eſaiæ 11. Vbi de tempore Meſſiæ, & eius Republica Propheta loquens, ait; Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, Vitulus, & leo, & ouis, ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos, & protinus non nocebunt, & non occident in vniuerſo ſancto monte meo, quia repleta eſt terra ſcientia Domini. Poſtremum, quia nunquam in eccleſia recte instituta factum eſt: cum tamen ſi res eſſet Euangelij digna, eadem eſſet cauſa, cùm neceſſitas eadem occurrerit.

Contra hanc hæreſim ſupra ſtatuimus concluſionem de fide, quam probamus, primo ex Verbo Dei expreſſo. Ad Titum 3. & Matth. 7. vocat hæreticos lupos, quis autem tam inſanus, qui lupos non arceat ab ouili, & ſi aliter nequit, interimat, potius quàm oues rapi permittat? Et Matth. 18. Si eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. Et Paulus 2. Timot. 2. Sermo eorum vt cancer ſerpit, & Acto. 5. Petrus Ananiam & Safiram interfecit, ob fraudatam pecuniæ partem: quòd ſi propter fraudem puſillæ pecuniæ tunc id factum eſt, nunc aduerſus eos qui non pecuniarum, ſed animarum ſunt rapaces, &c. Secundò id probatur ex Conciliis, & decretis eccleſiæ ſupra citatis, & Gratianus 23. q. 4. 5. 6. & 7. in confirmationem noſtræ concluſionis, & damnationem prædictæ hæreſis plura adducit. Tertio probatur ex doctrina Doctorum ſacrorum. Hieronymus, & habetur 24. q. 3. Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereant. Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſtatim oppreſſus eſt, totum orbem eius flamma depopulata eſt. Auguſtin. 5. lib. contra Epiſtolam Parminiani, Epiſtola 48. & lib. 2. contra literas Petiliani,

Hierony.

Auguſtin.

Petiliani, & Epiſtola 48. ad Vincentium Rogatianæ hæreſis aſſertorem, licet in multis locis ſcripturæ eius videantur in partem Lutheranorum declinare, hic tamen omnino mutauit ſententiam, ſic ſcribens, Mea primitus ſententia erat, neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea, non contradicentium verbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cùm tota eſſet in parte Donatiſtarum, ad vnitatem catholicam, timore legum Imperialium conuerſa eſt: quam nunc videmus, ita huius perniciem deteſtari, vt in ea nunquam fuiſſe credatur. Ita & aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorantur, vt ipſis rebus agnoſcerem, etiam in hac cauſa rectè poſſe intelligi quod ſcriptum eſt. Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. Hæc Auguſtin. Et in lib. contra Epiſtolam Parminiani, explicans verba Chriſti dicentis, Sinite vtraque ſimul creſcere vſque ad meſſem. Ait hæc verba in eo tantum caſu ſeruanda ſunt, quando zizaniæ ſine extirpatione tritici extirpari non poſſunt, id eſt, quando hæretici occidi, & extingui nequeunt, niſi etiam cum eis Catholici trucidentur: ſed cùm metus iſte non ſubeſt, & crimen eorum notum eſt, & execrabile, nec tales habent defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere, tunc aduerſus eos ſeueritas exercenda eſt: Nam ſi Imperatores puniunt furta & homicidia, cur non punient hæreſes & ſacrilegia? Quarto probatur ratione conuincenti, quia ad Roman. 13. Poteſtas ciuilis miniſtra Dei eſt in vindictam malefactorum: non enim ſine cauſa gladium portat, quænam igitur ſtultitia eſt, vt Auguſtinus ait ad Bonifacium, velle vt adulteria puniantur, & ſacrilegia permittantur? Quis mente ſobrius Regibus aut Principibus dicat, nolite curare à quo defendatur vel oppugnetur eccleſia Ieſu Chriſti: ſed illud curate, à quo Regna veſtra, vel ciuitas vna, vel domus etiam vna, impetatur? quaſi minus ſit crimen, aut minus Reipublicæ noceat perturbata religio, quam perturbata pudicitia. Et hæc eſt ratio Innocentij, capit. 10. de hæretic. quæ concludit id quod à nobis intendebatur,

Ad argumenta Lutheranorum. Ad primum reſpondet S. Thom. loco citato, & q. 10. art. 8. & Auguſtinus ad Pitilianum. Ad ſecundum ſi ſolis his armis agendum eſt, aduerſus hæreticos, cur ipſe Dominus nummularios eiecit de templo? quid faceret hæreticis, qui ſic fecit nummularijs: cur Petrus Ananiam & Saphiram horribili morte coërcuit, niſi vt fieret timor in eccleſia? Eodem modo Paulus Satanæ tradidit Alexandrum, & Himineum. 1. Tim. 7. vt diſcerent non blaſphemare. Et Corinthum, eadem ratione punitionis, in diaboli poteſtatem tradidit. Et Dominus mitis & pius conſulit, vt malum de medio tollant: quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Ad tertium, is ipſe Petrus Ananiam & Saphiram interemit, non ergo ei à Chriſto iuſſum eſt ſic gladium in vaginam condere, ne vnquam vlla ratione diſtringeretur. Ad quartum dico, ſcriptum eſt in eodem Eſaia, cap. 42. Quòd Dominus ſic fortis egredietur, ſicut vir præliator, ſuſcitabit cœlum, vociferabitur, clamabit, ſuper inimicos ſuos confortabitur: tacui ſemper, ſilui, patiens fui: ſicut parturiens loquar, diſſipabo, & abſorbebo, ſimul deſertos faciam montes, & colles, & omne germen eorum exſiccabo. Ad quintum, cupiditatem vindictæ reprehendit Chriſtus, alioquin ex zelo domus Dei id conceſſit. Apoſt. ad Galat. 5. Vtinam abſcindantur qui vos conturbant. Ad ſextum, Hieronymus ſuper Eſaiam, exponens hunc locum, ait: Is qui prius erat lupus, aut leo, vt Paulus, & alij diuites, & potentes, poſtea conuerſi ſunt in agnum, exuentes feritatem antiquam. Ad vltimum reſpondet Auguſtinus ad Bonifacium, & Pſal. 50. quod à principio naſcentis eccleſiæ, principes laici oppugnabant illam, iuxta illud Pſalm. 2. Quare fremuerunt gentes: poſt verò, quando in ſeruitutem fidei redacti ſunt, ac nouerunt illud ſibi præceptum, & nunc Reges intelligite, & apprehendite diſciplinam. Et adducit illud Danielis 3. vbi, is ipſe Nabuchodonoſor qui Dei veri religionem inſectabatur, poſt non fuit contentus viros religioſos honorare, ſed publico edicto ſanxit, vt omnis qui locutus fuerit blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, diſpereat, & domus eius vaſtetur: tandem ſubiicit, Cogunt multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum. Et in omnibus ferè Conciliis hæretici variis pœnis ſunt puniti, quia cùm omnia media tentauerit eccleſia, primo excommunicando, cenſuram eccleſiaſticam contempſerunt. Deinde, exulare fecit eos, ſed per epiſtolas Chriſtianos corrumpebant: pecuniarum mulctam indixit, ſed nihil profecit: addidit carceres, ſed comperit ipſos cuſtodes interfectos. Quid faceret? lupis parceret, an ouibus? Non poteſt alia via lupos à gregibus arcere, niſi pœnam mortis illis infligendo, & brachio ſæculari tradendo, Iuſtè ergo, & ſanctè, eccleſia huiuſmodi pœnas contra tales ſtatuit. Supereſt iam dubium aliud de bonis hæreticorum confiſcandis.

An hæreticus ſtatim quòd incidit in hæreſim amittat dominium bonorum ſuorum.

VErbi gratia, hæreticus heri commiſit hæreſim, & ſtatim vendidit domum, an emptor domus ſit ſecurus, poſtquam intellexerit crimen ante venditionem fuiſſe commiſſum? Idem dubium eſt, ſi donauit, An is quis accepit, teneatur reſtituere, quia donatio ſit ipſo iure nulla. Et ſuadetur, quod donatio, & venditio eſt ipſo facto irrita, quia bona hæreticorum ſunt à die commiſſi criminis, ipſo iure confiſcata, vt habetur cap. cum ſecundum leges, de hæretic. in 6. ergo donatio, & venditio eſt nulla. Ad hoc Conradus, de contract. q. 7. col. 2. & 3. & Panormit. cap. 1. de conſtitution. & Felinus tenet, quòd in foro conſcientiæ, hæreticus ſimpliciter amittit dominium ipſo facto omnium bonorum. Ratio Felini eſt, quia aliàs nihil referret, ipſo iure, an poſt ſententiam, bona confiſcarentur. Sunt alij qui aſſerunt oppoſitum, quia pœna non debet tradi executioni, vſque ad ſententiæ declarationem, vt etiam in illo cap. cum ſecundum, dicitur: ſed amittere dominium, eſt aliqua pœna, ergo in foro conſcientiæ non obligat, vſque ad ſententiam prolatam à iudice. Confirmatur hoc: quia ſecundum eandem legem ſunt confiſcata bona hæreticorum, & bona eius, qui contrahit inceſtuoſum matrimonium, & eorum qui deferunt merces, vel arma bellica ad infideles, vt patet in d. cap. cum ſecundum, ſed ad pœnam hanc non tenentur illi in foro conſcientiæ, vſque ad ſententiæ declarationem, ergo non amiſerunt dominium, neque retinent aliena. Ex hoc inducuntur aliqua. Primum, hæreticos licitè viuere de bonis ſuis. Secundum, ante condemnationem, eos poſſe transferre bona ſua titulo gratioſo, & etiam è conuerſo, ſi conſtaret illis crimen non eſſe probabile, quia ſi ſecus fieret, non poſſent venire in iudicium, quia tunc deciperetur emptor, verbi gratia; poteſt vendere hæreticus rem homini regni extranei, vel etiam eiuſdem regni, ſi crimen eſt

Opinio canoniſtarum.

1. Corol.
2. Corol.

penitus

penitus occultum : poteſt etiam ſi ſit publicum, 3. Corol. ante condemnationem. Ex quo ſequitur tertio, ſi quis emit, vel alio iuſto titulo, vel gratioſa donatione poſſidet bona hæreticorum confiſcata, priuſquam condemnetur, non obligatur reſtituere fiſco, niſi poſt condemnationem repetantur.

1. aſſertio. Ad hoc nos dubium quibuſdam aſſertionibus reſpondemus. Prima, bona hæreticorum ſunt à die commiſſi criminis ipſo iure confiſcata : ita quòd ſtatim amittunt dominium, & acquiritur proprietas fiſco. Hæc patet manifeſte de hæreti. lib. 4. & cap. cum ſecundum, de hæreti. lib. 6. vbi 2. aſſertio. apertè id ita aſſeritur. Secunda etiam eſt certa, à die commiſſi criminis, omnis donatio, emptio, & venditio, per hæreticos facta, eſt irrita ipſo iure, ff. de donatio. & demonſtrat. l. donationes in crimine læſæ Maieſtatis, & de præſcrip. cap. ſi. in 6. Et expreſſe, cap. cum ſecundum, iam citato. Item ex vſu inquiſitorum, qui omnia bona vendita ab hæreticis repetunt, & nullum pretium ſoluunt ipſi emptori. Tamen ſi venditio eſſet rata, & valida, ſine noua irritatione, bona tranſlata non auferrentur inſoluto pretio. Item, cap. accuſatus, de hæretic. lib. 6. & cap. 2. eod. titulo, vbi habetur, quòd emancipatio filiorum, quorum parentes poſt emancipationem etiam huiuſmodi, apparuerit ante ipſam hæreticos fuiſſe, nullius ſit momenti, velut facta de hominibus ſui iuris, cùm dignum ſit, inquit, vt propter tanti atrocitatem delicti filij in parentum hæreticorum deſierint eſſe poteſtate. Et confirmatur hoc : quia declaratio criminis per iudicem eccleſiaſticum facta, non dat dominium, & tamen fiſcus ſtatim occupat tanquam ſua, ergo dominium à die commiſſi criminis in fiſ- 3. aſſertio. cum erat tranſlatum. Tertia probabilis. Hæretici non tenentur reddere fiſco bona, donec per ſententiam iudicis auferantur. Hæc videtur nota ex d. cap. cum ſecundum, de hæretic. lib. 6. Et ex communi Theologorum ſententia : ad huiuſmodi enim pœnas poſitiuas non tenetur reus ante condemnationem. Ita S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 3. Et Caiet. ibidem. Et confirmatur : quia leges ſunt de his quæ frequenter eueniunt, ſed ſi quis hæreticus teneretur bona ſua reddere fiſco, proderet ſe vt in plurimum, quare lex eſſet iniqua. Aſſigna enim modum, quo huiuſmodi bona poſſunt aſſignari fiſco ſine infamia, & cùm non ſit talis modus, opor- 4. aſſertio. tet fateri hæreticos licite bona ſua retinere. Quarta, licite poſſunt hæretici vti huiuſmodi bonis donec per ſententiam auferantur. Probatur : quia vſus illorum eſt hæreticorum : eſto quod dominium ſit fiſci, vt patet ex dictis : vnde poſſunt bona fide comedere, bibere, veſtiri, & idem facere pro ſuis filijs, & ſeruis, & vt antea ſole- 5. aſſertio. bant alimenta præbere eiſdem. Quinta, húc vſum poſſunt licite donare cui voluerint, ſiue crimen ſit occultum, ſiue publicum, nemini enim faciunt iniuriam : neque tenentur eſſe depoſita- 6. aſſertio. rij ipſius fiſci, ea bona apud ſe reſeruando. Sexta, ſi crimen non poteſt probari in iudicio, idque conſtat, poſſunt licite donare, aut vendere, titulo quocunque oneroſo, cuicunque voluerint. Patet : quia in hoc caſu vſus bonorum æquiualet proprietati, cùm ſit perpetuus, vt ſupponimus ex caſu, quod nullo modo poſſit probari : ſecus eſſet, ſi crimen eſſet probabile, quia tunc emptorem in periculo conſtitueret. Iſtæ aſſertiones ſunt Syluestri, verbo Hæreſis, 1. §. 8. & Adriani, Quodlib. 6. q. 1. corol. 3. & Caietani, loco citato, & in Summa, verbo pœna, & aliorum mul- 7. aſſertio. torum. Septima, non poſſunt in fraudem fiſci bona ſua diſſipare, imò illud faciendo, mortaliter peccant, verbi gratia, euertere domum confiſcatam ante condemnationem, mittere pecuniam in mare, hæc patet ex prima & ſecunda aſſertio- 8. aſſertio. nibus. Octaua, qui huiuſmodi bona confiſcata acceperunt iuſto titulo, ſcilicet per donationem, vel emptionem, vel in pignorationem, licitè ea retinent quamdiu non repetuntur, ſi tamen interrogantur à iudice, vel à lege communi, tenentur in foro conſcientiæ declarare ſe ea bona poſſidere, vt ſi ſub pœna excommunicationis præcipiat iudex, vel lex, omnes qui habent huiuſmodi bona, tenentur ea manifeſtare. Hæc omnia ſunt ex mente Syluestri, & Caietani, neque dubito quin vera ſint.

Ad argumenta eorum, qui in duas partes extremas declinarunt, patet ex his reſponſio. Nam ad argumentum Conradi, & Felini, concedimus dominium eſſe fiſci à commiſſo crimine, ſed vſus eſt hæretici, quouſque bona occupentur per ſententiam declaratoriam quare interea licite vtitur ſuis bonis, & magnum eſt diſcrimen, etiam ſi à die commiſſi criminis publicentur bona. Ad primum argumentum aliorum reſpondetur, priuationem dominij eſſe pœnam, ad quam nulla actio Iudicis requiritur, neque ipſius rei, aut delinquentis, ſed ſola lex ſufficit, quia non exigit executionem : talibus enim pœnis, ante iudicis ſententiam, manent homines ligati, vt ad ſuſpenſionem, irregularitatem, excommunicationem. Ad ſecundum neganius in illis caſibus reos non amittere rerum dominium, cùm oppoſitum ſit expreſſum in illo c. cum ſecundum, de hæret. lib. 6. quanquam non teneantur ea reddere ante condemnationem, quia lex non priuat eos vſu, ſed proprietate. Et hæc de dubiis & quæſtionibus circa materiam quam propoſuimus diſputandam emergentibus.

Vt defendamus Chryſoſtomum, reſpondemus, in doctrina, quam aſſeruimus, non diſcrepare ab Auguſtino, neque à cæteris Doctoribus ſacris, & Scholaſticis, ſicut apertè oſtendunt eiuſdem verba, prædictis verbis præmiſſa, quæ ſic habent, Dominus prohibet euelli zizaniam, ne forte ſimul cum zizaniis, herbam etiam tritici euellant : decebat enim vt bella & effuſionem ſanguinis prohiberet, nam ſi tunc trucidarentur hæretici, atrox & irreconciliabile bellum orbi inferreretur.

DECIMVM QVÆSITVM.

An Angeli ob amorem mulierum de cœlo ceciderint.

CHryſoſtomus in illud Matth. 14. *Herodes tenuit Ioannem, & decollauit eum in carcere*, Homil. ſpeciali in decollatione Ioannis Baptiſtæ indicare videtur, Angelos Dei fœminarum amore illectos, de cœleſti gloria corruiſſe. Sic enim habet. O malum ſummum & acutiſſimum diaboli telum, mulier; per mulierem Adam in paradiſo proſtrauit, per mulierem caſtiſſimum Ioſeph detruſit in carcerem, per mulierem, illum totius mundi lucernam capite truncauit : & quid dicam : de hominibus? mulier non ſolum homines, ſed etiam Angelos de cœlo proſtrauit.

Doctores Scholaſtici diſputant de hac quæſtione, 2. ſent. diſt. 5. & 6. & S. Thom. 1. parte, q. 63. art. 2. quo quærit, An poſſit ſolum in Angelo eſſe ſuperbiæ & inuidiæ peccatum? Et conſtituto, peccatum in aliquo bifariam poſſe eſſe, nempe quantum ad actum, vel quantum ad reatum : reſpondetur tribus concluſionibus. Prima, Quantum ad reatum, in Angelo poteſt eſſe omne peccatum. Probatur, quia poteſt eſſe cauſa cuiuſlibet peccati, vt de facto in hominibus perditiſſimis eſt cauſa multorum peccatorum. Secunda, concluſio, quantum ad affectum, aut actum formalem, ſola ſuperbia, & inuidia, poſſunt eſſe

in

Digitized by Google

in Angelis. Probat, quia Angeli ſunt incorporei, ergo peccare non poſſunt, ſibi ipſis bona corporalia appetendo: quia ſola ſuperbia, & inuidia, ſunt materia aliorum peccatorum, bona verò incorporea ſunt materia circa quam ſuperbia & inuidia verſantur. Tertia concluſio, in Angelo fuerunt illa duo peccata, ſed prior fuit ſuperbia: probat, ſuppoſito bona ſpiritualia optare ex parte obiecti nunquam eſſe peccatum, ſed peccatum ſolum conſiſtit in ordine & modo appetendi, tunc ſic, Angelus peccauit quantum ad ſpiritualia, non autem aliàs, niſi quia inordinatè voluit habere beatitudinem per media illicita, non ſcilicet à Deo, ſed à ſeipſo volens eam habere, ergo primo peccato peccauit delicto ſuperbiæ. Quòd verò ſecundario peccauerit peccato inuidiæ, probat, ſuppoſito quòd qui vult aliquod bonum, odit impeditiuum illius boni, tunc ſic, dæmon voluit beatitudinem ſibi, & à ſeipſo habere, ergo odio habuit quod Deus ex ſe, & ex ſua natura beatitudinem haberet, hoc autem eſt inuidia, ergo.

Quantum ad primum concluſionem aduertendum, mentem S. Thom. non eſſe aſſerere, dæmones per mala opera ſua mereri omnium peccatorum pœnas. Cum quantum ad eſſentialia non ſunt in ſtatu merendi & demerendi: ſed mens eius eſt, quòd dæmones de facto multa mala opera exercent, quæ niſi iam eſſent extra ſtatum viæ, ex ſe punirentur.

Quoad ſecundam concluſionem Doctor. Scholaſt. conueniunt cum S. Thom. Qui verò tenet cum Tertulliano, Origine, Cypriano, Auguſtino, & alijs antiquis patribus, quod Angeli habent corpora, licet aerea, conſequenter affirmarent, vltra ſuperbiam & inuidiam, alia peccata poſſe eſſe in angelis, iuxta quod Tertullianus in illud Geneſ. 4. Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, &c. inquit. Quòd angeli peccauerunt peccato luxuriæ. Et beatus Auguſtinus 15. de Ciuitate Dei, cap. 23. ponit dæmones incubos & ſuccubos, de quo vide Chryſoſtomum primo tomo ad quartum: vbi diffiniuimus, quòd verè & ſecundum rem, in dæmone non eſt peccatum luxuriæ: ſed ſolum dæmones gaudent homines peccato carnis peccare, & luxuriæ peccato ſolum peccant, quantum ad cauſam, inſtimulando homines ad opera carnis, & ſi lares vident hominem ad auaritiam procliuem, offerunt illi cauſam, & occaſionem lucri, vt animam perdant. Et Hieronymus in expoſitione ſuper epiſtolà primi capitis ad Epheſ. reddit rationem, quare vnus dæmon delectatur cum miniſtrat materiam vnius peccati, & alius cum miniſtrat materiam alterius, nempe quia iſti cacodæmones inter ſe ſunt compoſiti, & ordinati, ita vt vnus tenet de materia vnius peccati, alter de materia alterius, quo altius venenatas ſagittas in animabus peccatorum inſtigant.

Dæmon an peccauerit peccatum luxuriæ,

Scotus 2. diſt. 6. q. 2. art. 2. ſuſtinet de facto in dæmone fuiſſe peccatum luxuriæ, inquit enim, quod fuit in illo duplex amor inordinatus, primus amor amicitiæ, quo ſibi voluit beatitudinem, ſecundus concupiſcentiæ: beatitudo verò inordinatè volita amore concupiſcentiæ, in quantum delectabilis eſt. Dicimus tamen, quod licet in dæmone fuerit quidam amor amicitiæ ſuæ & concupiſcentiæ beatitudinis: negamus tamen, quod illi ſint duo amores, imò eſt vnicus amor, ſicut appetere diuitias reſpectu mei eſt amicitia, ſed reſpectu diuitiarum eſt concupiſcentia. Secundò dicimus, quòd dæmon non appetijt beatitudinem, quia delectabilis, ſed quia bona, & ideo non peccauit peccato luxuriæ: tunc etiam quia appetitus ille non fuit delectabilis per tactum, ad luxuriam verò requiritur, quod obiectum per tactum ſit delectabile: tali autem tactu caret dæmon, ergo verum eſt quòd in quantum Scotus aſſerit, primum peccatum Angeli eſſe luxuriam, capit luxuriam largo modo, ſicut Sanctus Thom. in ſolutione ad ſecundum argumentum, loco citato, ait, in Angelo non fuiſſe peccatum auaritiæ ſtrictò modo captæ, largo autem modo vitium auaritiæ vſurpando, aſſignat illi vitium auaritiæ. Et in hoc ſenſu excuſari poteſt Scotus non tamen caret culpa in hoc quod impugnat antiquos, aſſerentes primum peccatum Angeli fuiſſe ſuperbiam.

Quantum ad rationem, qua probat S. Thom. Angelum non peccaſſe ex parte boni voliti, quia optare bona ſpiritualia ex parte obiecti, nunquam eſt peccatum, ſed ſolum conſiſtit in ordine, & modo appetendi, quia inordinato modo appetijt, cuius rei ratio eſt, quia ſpiritualia de ſe bona ſunt. Extat contra hoc ratio vrgens, ſequitur enim in quocunque actu malo, quo quis peccat, eſſe peccatum ſuperbiæ: probo, quia omnis peccans inordinatè amat id, ratione cuius delinquit, inordinatè verò appetere quod non eſt appetendum, ſecundum S. Thom. eſt peccatum ſuperbiæ, ergo. Tum etiam, quia omnis peccans eſt inobediens, inobediens verò omnis eſt ſuperbus, ergo. Reſpondemus, ad hoc, vt ſit peccatum ſuperbiæ non ſat eſſe, quòd in ſe includat modum inordinatum, aut inobedientiam, ſed requiritur quòd illa ponantur & includantur formaliter in obiecto peccati: quare qui comedit quando tenetur ieiunare, niſi includatur in obiecto, & formaliter dicat, volo comedere vt ſim inobediens, aut quia Deus præcepit, non peccat peccato ſuperbiæ: ſi verò illam circunſtantiam apponat formaliter in obiecto, tunc peccat peccato ſuperbiæ: & hoc modo ſine dubio peccauit primus Angelus, appetens beatitudinem tanquam ſibi debitam, ſicut & de facto Deo eſt debita. Et ideo vt clarius hoc conſtet.

Primus Angelus an appetierit eſſe vt Deus

Dubium aliud ſubijcimus, An primus Angelus peccauerit ex eo quòd voluit eſſe vt Deus? Dubio huic reſpondet S. Thom. art. 3. tribus Concluſionibus. Prima concluſio, certum eſt peccaſſe, quia voluit eſſe vt Deus, patet ex illo Eſaiæ 14. Ero ſimilis altiſſimo. Quod ſi quæras, quomodo voluit eſſe vt Deus? duobus enim modis poteſt quis velle eſſe vt Deus: vno modo ſecundum æqualitatem, alio modo ſecundum ſolam ſimilitudinem. Secunda concluſio, Angelus non appetijt eſſe vt Deus per æqualitatem: probatur, quia nullus appetit impoſſibile, maximè qui cognoſcit eſſe impoſſibile, vt Angelus: non ſicut nos, qui quandoque exiſtimamus poſſibile, quod impoſſibile eſt, ideo tunc appetimus poſſibile ſecundum noſtram imaginationem. Dato quod id ſit poſſibile, probo, quod Angelus illud appetere non potuit, nam Angelus æqualis Deo eſſe non potuit, quin ſuam naturam amitteret, vt verò ſecundo Phyſicorum habetur. Omnis res naturaliter appetit ſuum eſſe, neque vnquam res aliqua naturaliter aliam natura pro ſua appetit, licet appetat ſuam magis perfici, ergo. Tertia concluſio, Angelus appetijt eſſe vt Deus per ſimilitudinem, patet ex ſufficienti diuiſione, & ex Auguſt. lib. de quæſtion. veter. teſta. & elatione inflatus voluit dici Deus, non ait eſſe, ſed dici, ſed quomodo voluit Deo ſimilis eſſe, reſpondet S. Thom. voluiſſe ſuam naturalem perfectionem ſibi eſſe vltimum finem, & in illa conſtituit ſuam beatitudinem, quod eſt ſuperbia maxima, vel voluit eſſe ſimilis Deo, quia inordinatè Deum, & beatitudinem amauit, ac ſi à ſe, & non à Deo haberet: & hunc ſenſum magis recipit S. Thom. quia eſt de mente Anſelmi, libro de caſu diaboli, cap. 4.

Doctores Scholaſtici cum Magiſtro ſent. recipiunt primam concluſionem S. Thomæ, nempe,

quod

quod primus Angelus peccauit, quia voluit eſſe vt Deus. Doctores tamen vt in plurimum intelligunt locum illum Eſaiæ 14. Ero ſimilis altiſſimo, in ſenſu literali de Nabuchodonoſor Rege ſuperbiſſimo: ſed ſententiæ ſanct. Thomæ non obſtat, nam Auguſtinus lib. 3. de doctrina Chriſtiana, inquit, Ea quæ de membris dicuntur, ſæpe in ſcriptura attribui capiti, & Hieronymus ſuper Eſaiam cap. 14. & Auguſtinus 14. de ciuitate Dei, cap. 13. ita exponunt, ſicut ſanct. Thom. Certum enim eſt Nabuchodonoſor & peccatorum omnem eſſe membrum diaboli. Et Auguſtinus ibidem probat, quòd primus Angelus peccauit peccato ſuperbiæ, ex illo Eccleſiaſtes 10. Initium omnis peccati ſuperbia, nam non ſolum primum Angelum ſuperbia proſtrauit, ſed & primos parentes; Vnde, A ſæculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti, non ſeruiam. Nolle autem Deo ſeruire, neque obedire, ſuperbia maxima eſt.

Ierem. 2.

Dubium maius eſt, circa ſecundam concluſionem, quam tenet ſanct. Thom. quòd Angelus non appetiit eſſe vt Deus per æqualitatem. Nam Scotus, 2. diſtinct. 6. quæſtio. 1. tenet expreſſe contrarium, nempe, quòd potuit appetere eſſe æqualis Deo; Probat primo, quia omne quod quis amat amore concupiſcentiæ, poteſt ſibi, ſicut & aliis concupiſcere, ſed Angelus omnes profectiones Dei potuit amare, & concupiſcere ipſi Deo, ergo & ſibi potuit, ergo appetere eſſe æqualis Deo. Secundo, quia non impedit obiectum eſſe impoſſibile, ad hoc vt appetatur, cum 3. Ethico cap. 3. habeatur, appetitum quandoque eſſe impoſſibilium, ergo? Confirmatur: quia damnati appetunt Deum non eſſe, vt conſtat ex illo Pſalm. 73. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper, ſi ergo appetunt Deum non eſſe, ergo de facto Deum odio habent. Tertio, quia nos volumus non commiſiſſe peccata, quæ volitio licita eſt, ergo ſi conemur volitione illicita, poſſumus quod impoſſibile eſt appetere. Et citat Scotus pro ſe Auguſtinum lib. 83. Quæſtionum, quæſt. 30. vbi aſſerit, quòd dæmon potuit perfectionem Dei appetere. Moderni conſentiunt Scoto, & adducunt in teſtem Magiſtrum ſententiarum, & aſſerunt, quod licet electio ſit impoſſibilium, cum nullus curet media apponere ad id quod aſſequi non valet, appetitus tamen per modum complacentiæ poteſt eſſe impoſſibilium. Sicut damnati ſibi complacent, quòd non ſit Deus. Sententia tamen communis Scholaſticorum tenet cum ſanct. Thom. & quidem Anſelmus loco citato, ait. Si dæmon appetijſſet æqualitatem Dei, appeteret ſe non eſſe, quod eſt impoſſibile:

Scotus.

Pro reſolutione argumentorum in oppoſitum, notandum, Impoſſibile contingere dupliciter, vno modo ſimpliciter, alio modo per accidens, aut ex ſuppoſitione. Et impoſſibile dupliciter poteſt appeti, Primo modo de ſe, id eſt, in quantum impoſſibile eſt, Secundo modo de per accidens, id eſt, non in quantum impoſſibile, ſed in quantum eſt coniunctum alicui bono: vt Deum non eſſe, ne videlicet puniat. His ſuppoſitis ait Caietanus, primo, quod illud quod eſt impoſſibile de per ſe, abſolute & ſimpliciter nullus poteſt de per ſe appetere. Patet, quia in tali impoſſibili nulla eſt ratio boni veri, vel apparentis. Secundo dicit, quòd impoſſibile ex ſuppoſition. poteſt de per ſe appeti, vt de per ſe appeto non peccaſſe, quod ex ſuppoſitione eſt impoſſibile, cum ſemel peccauerim. Tertio ait, quòd de per accidens poſſumus id, quod de per ſe eſt impoſſibile, appetere, patet in dæmone, qui appetit Deum non eſſe, quia eſt coniunctum alicui bono apparenti, ne eum puniat; ex quibus patet, quòd primus Angelus non potuit velle ſe eſſe æqualem Deo. Et ad illud, quòd appetitus eſt impoſſibilium, ait Caietanus, intelligi de impoſſibili per accidens, aut de appetitu quo per accidens bonum aliquod appetitur. Solutio aliis eſt verior, non eſſe poſſibile, quempiam abſolute appetere impoſſibile, nec per ſe, nec per accidens, ſed ſolum per velleitatem, aut volitionem conditionatam. Exemplum eſt, Dæmon non habet hanc volitionem de præſenti & abſolutam, Volo Deum non eſſe, ſed ſolum hanc conditionatam, vellem Deum non eſſe, & de hac velleitate intelligitur illud, appetitus non eſt impoſſibilium, & ideo ſecundum aſſertum Caietani videtur reijciendum: & contra illud eſt, quia nullus vir cordatus, reſpectu illorum quæ ex ſuppoſitione ſunt impoſſibilia, habet volitionem ſimplicem, ex quibus conſtat de veritate ſecundæ concluſionis S. Thom.

Contra aliam concluſionem S. Thomæ, ſcilicet, quòd Angelus peccauit, quia appetijt ſuam beatitudinem naturalem tanquam vltimum finem, inſurgo. Primo, quia Angelus id appetere non potuit, quin prius hoc iudicium haberet, beatitudo naturalis eſt appetenda tanquam vltimus finis, ſed tale iudicium erroneum eſt, quia ſequitur in pœnam peccati, nullum autem peccatum præceſſerat in Angelis, maxime quia habuerunt ſcientiam omnium naturalium, non ergo peccauit, quia ſuam naturalem beatitudinem appetijt. Ad argumentum Neotherici facile reſponderent, tenent enim non oportere iudicium rationis præcedere primum illum, aut quemcunque alium appetitum, ſola enim apprehenſione dicunt, fit, vt appetitus, & voluntas quod volunt appetant. Sed tamen quia ſecundum doctrinam S. Thom. ſemper iudicium rationis præcedit appetitum, & volitionem: reſpondemus iudicium illud fuiſſe verum, & non falſum, nec peccatum: nam Angelus ſolum habuit hoc iudicium, appetenda eſt beatitudo, ſiue naturalis, ſiue ſupernaturalis, non autem addidit ex proprijs meis naturalibus. Et contra hoc ago, quia omne peccatum eſt conforme iudicio falſo, Angelus vero peccauit, præceſſit ergo iudicium falſum. Communis ſolutio eſt, non ſemper oportere peccatum conforme eſſe iudicio falſo: ſufficit enim ad hoc quod ſit peccatum, difformem eſſe actum voluntatis iudicio vero, & ideo licet Angelus non habuerit illud iudicium, appetenda eſt beatitudo a ſolo Deo, ſufficit vt verè peccauerit, quòd tenebatur illud habere. Secundo reſpondet Caietanus, quod Angelus formaliter non habuit hunc actum, volo habere beatitudinem ſupernaturalem ex me ipſo, ſed tantum habuit hunc actum, volo beatitudinem. Et in hoc peccauit, quia non appoſuit in obiecto illam circumſtantiam volitionis requiſitam, ſcilicet, à Deo. Sed contra hoc eſt argumentum, quia nos non tenemur formaliter, & actualiter, illam circumſtantiam apponere, ergo, nec Angelus. Reſponet Duran. 2. diſt. 5. q. 1. quod imaginandum eſt, Angelum habuiſſe nouum præceptum, quo tenebatur talem circumſtantiam formaliter apponere, & quia non appoſuit, ideo peccauit: quod tamen præceptum in nobis non eſt expreſſum, & formale, ſed tantum virtuale. Idem reſpondet Caietanus, & addit, Angelis præceptum illud fuiſſe naturale: probat, quia Angeli habuerunt omnes ſcientias ſibi connaturales, & ex ſimplici intuitu, ſine diſcurſu aliquo cognoſcunt: quod contrarium eſt in hominibus, in quo ab Angelis tanquam imperfectiores à perfectioribus differimus: & ita tenet Angelum peccaſſe, quia non appoſuit illam circumſtantiam, quam apponere tenebatur. Ex quo patet peccaſſe ex maxima malitia, quia in primo inſtanti quo ſe in Deum conuerterunt, ſecundum omnes Doctores, appoſuerunt Angeli bonam circumſtantiam illam, quam, quia non appoſuerunt in ſecundo

Angelus an peccauerit, quia ſuam beatitudinem naturalem, tanquam vltimum finem appetiit.

inſtanti, ideo peccarunt. Sed contra Caietanum probo, quod illud præceptum de apponenda illa circumſtantia, nempe appetenda eſt, vel volo habere beatitudinem à Deo, non fuit naturale, quia contra naturalia Angelus nullo modo peccare poterat, ideò dicimus Caietanum nolle affirmare illud præceptum fuiſſe purè naturale, quia ſic Angelus non poſſet contra illud peccare. Mens ergo illius eſt, quòd præceptum illud fuit conforme iuri naturali; Poſſet etiam reſponderi, quòd licèt communiter, & regulariter, Angelus contra præcepta naturalia non peccet, ſi tamen omnibus ſuis viribus naturalibus vtatur, poteſt peccare. Vltimo, & forte melius reſpondemus, licèt Angelus non peccauerit contra dictamen ſpeculatiuum, quia error præcederet culpam, peccauit tamen contra dictamen practicum, nempe mihi ex meis naturalibus eſt debita beatitudo, ſicut & Deo eſt debita.

Pro Chryſoſtomo dicimus, hanc Homiliam, cæteris Chryſoſtomo falſo impoſitis, eſſe additam, & inſertam: & primum ab ſtudioſo quopiam in margine expoſitio hæc fuit appoſita, per mulierem Angelos de cœlo depoſuit, id eſt, homines ſanctos, ac deinde vt plerumque accidit, à ſcriptoribus in contextum tranſlata, vide ſuprà tom. 1. ad 4. quæſitum Chryſoſtomi.

VNDECIMVM QVÆSITVM.

An reſtitutio rapinæ fieri debeat in duplum.

CHryſoſtomus Homil. 53. in illa verba Matthæi 15. *Cùm tranſiſſet inde Ieſus, venit ſecus mare Galilææ.* circa finem, verba faciens de reſtitutione, aſſerit, raptoribus non ſatis eſſe ad expiationem criminis, vt tantundem reſtituant, quantum rapuerunt, ſed opus eſſe, vt pluſquam decuplum reddant, ratione contumeliæ quam præter damnum intulerunt, & ratione Euangelicæ legis, quæ plura à fidelibus exigit quam lex Moſaica: quæ quadruplum reſtitui præcipiebat, ſic enim habet. Nolito mihi dicere, quoniam ſi abſtuli ab alio, tantundem contuli, hoc enim certè peſſimum eſt, non credas eſſe poſſibile, dando eandem menſuram, quam rapuiſti, vulnus illud curare, quod per auaritiam abs te illatum eſt: nam qui minam rapuit, non erit ſibi ſatis ad remedium huius vlceris, ſi pœnitentia pulſus minam miſericorditer dederit, ſed talento indigebit, propterea furti condemnatus quadruplum reddit. Cùm igitur fure multo peior rapax ſit, & ille quadruplum reddat, decuplum, imò verò multo plus reſtituere iſte debet, atque vtinam etiam ſi hic rapinæ ſordes omnino detergamus, non enim puto hanc illam eſſe miſericordiam, cui magnus meritorum cumulus reſeruatur. Quocirca Zachæus dicebat, ſi quid calumniatus ſum, *quadruplum dabo, & mediam mearum rerum partem inopibus offeram.* Quòd ſi quadruplum tempore legis redditur, quanto magis ſub gratia; & ſi furem tantum reſtituere oportet, quantum rapacem, nam præter damnum contumelioſa res rapacitas eſt, quare ſi centuplum ei iam dabis vox totum reddidiſti? Non temerè igitur diximus talentum eſſe offerendum ſi mina tibi rapta eſt. Huic ſententiæ reclamant omnes Doctores Scholaſtici, 4. ſenten. diſtinct. 15. Conueniunt neminem eſſe cogendum, vt ratione rei ablatæ, plus reſtituat quam abſtulit, ex eo quòd ſcopus reſtitutionis eſt ad æqualitatem reducere, quod iniuſte ſublatum eſt, S. Thom. 2. 2. quæſt. 66. art. 9. de grauitate rapinæ ſupra furtum, & quæſt. 62. artic. 3. an ſufficiat reſtituere ſimplum, quòd iniuſtè ablatum eſt. Ad primum de grauitate rapinæ ſupra furtum, S. Thom. reſpondet, eſſe differentiam ex parte inuoluntarij, quam includit ratio furti, quia

Luc. 9.

eſt per ignorantiam, in rapina autem eſt inuoluntarium per violentiam: & ideo rapina eſt grauius peccatum quàm furtum. Et eſt alia ratio: quia per rapinam non ſolùm infertur alicui damnum in rebus, ſed etiam vergit in quandam ignominiam & iniuriam perſonæ, & hoc præponderat fraudi vel dolo, quæ pertinent ad furtum. Ad ſecundum, an ſufficiat ſimplum reſtituere, quando quis rapina abſtulit. Reſpondet, quòd ibi duo ſunt conſideranda: vnum eſt inæqualitas, aliud eſt culpa iniuſtitiæ. Quantum ad primum, ſufficit, quòd tantum reſtituat, quantum habet de alieno. Sed quantum ad ſecundum & culpam, adhibetur remedium per pœnam, cuius inflictio pertinet ad iudicem, & ideo antequam ſit condemnatus, per iudicem non tenetur reſtituere plus quàm accepit, ſed poſtquam condemnatus eſt, tenetur pœnam ſoluere. Plura ſe offerebant circa hanc quæſtionem diſputanda, conſule Doctores Scholaſticos locis citatis.

Pro defenſione Chryſoſtomi aſſerimus, eius mentem interpretandam iuxta doctrinam S. Thomæ, ſcilicet, grauitatem culpæ & reſtitutionis obligationem ſumendam eſſe, non ex natura rei ſublatæ ſolum, ſed etiam ex modo arripiendi, nam ſi rem ſublatam expectemus, reſtitutionis iuſtitia nihil vltra à raptore repoſcit, ſi quod rapuit, & quantum rapuit reſtituat. Si verò contumeliam & iniuriam conſideremus, quam intulit ei à quo rapuit, non ſatis eſt tantundem reſtituere, ſed vbi condemnatus fuerit, tantundem debet reddere, quantum iudex pronunciauerit reddendum, ſiue illud decuplum, ſiue plus quàm decuplum ſit. Et hunc ſenſum verba Chryſoſtomi videntur præ ſe ferre.

DVODECIMVM QVÆSITVM.

An liceat vxorem adulteram repudiare, & aliam ducere.

CHryſoſtomus Homil. 17. in illud Matth. 19. *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Occurrens his qui hanc legem oneroſam eſſe queruntur, inquit: hanc legem leuem fecit, ac facilem, ſiquidem reliquit viro vnum expulſionis modum, dicendo, excepta cauſa fornicationis, alioquin in eandem rurſus turpitudinem cuncta remearent, ſic enim iuberet cum pluribus mixtam retineri, tamen à viro coniugem. Rurſus in adulterij licentiam negotium omne conuerteret. Rurſus Homil. de repudio in 1. Cor. 7. ita repudium damnat, vt cauſam adulterij excipiat, inquiens, Nam quando vir dimiſerit vxorem abſque cauſa ſtupri, quando alter eiectam, viuente viro, duxerit, cum eiecta illa punietur.

Ambroſius in caput ſeptimum primæ ad Corinthios, enarrans illud: Præcipio, non ego, ſed Dominus, virum vxorem non dimittere, &c. ait, Subauditur autem excepta fornicationis cauſa, & ideo non ſubiecit, dicens, Sicut de muliere, quòd ſi diſceſſerit maneret ſic, quia viro licet ducere vxorem, ſi dimiſerit vxorem peccantem, quia non ita lege conſtringitur ſicut mulier, caput enim mulieris vir eſt. Et paulò ſuperius, de muliere loquens, ait; Quòd ſi ſe continere non poteſt, quia pugnare non vult contra carnem, viro reconcilietur, non enim permittitur mulieri vt nubat, ſi virum ſuum cauſa fornicationis dimiſerit, aut apoſtaſiæ, aut ſi illicite impellente laſciuia vſum quærit vxoris, quia inferior non omnino hac lege vtitur qua potior: ſi tamen apoſtata vir, aut vſum quærit vxoris inuertere, nec alii poteſt nubere mulier, nec reuerti ad illum.

Auguſtinus in lib. de fide, & operibus, cap. 19.

A teſtatur, non eſſe ex Diuinis ſcripturis manifeſtum: an ille qui poſt dimiſſam vxorem adulteram, duxerit alteram, ſit adulter: ſic enim habet, Quiſquis vxorem in adulterio deprehenſam, dimiſerit, & aliam duxerit, non videtur æquandus eis, qui excepta cauſa adulterij dimittunt, & ducunt: & ipſis Diuinis ſententijs ita eſt obſcurum, vtrum & iſte, cui quidem ſine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen habeatur, ſi alteram duxerit, vt quantum exiſtimo, venialiter quiſque fallatur.

Theophilactus in 16. Lucæ cap. inducit Chriſtum ſic loquentem, Ecce enim de ſolutione matrimonij lex præcipit propter cædem Iudæorum: ego ad perfectiora exercens auditores, repudium abſque rationabili cauſa prohibeo. Et in Matth. c. 5. non ſoluit Chriſtus Moſaica, ſed corrigit, exterrens virum vt ne abſque cauſa odio habeat vxorem: nam ſi iuſta de cauſa dimiſerit eam, nempe fornicantem, nulli condemnationi eſt obnoxius: B quòd ſi abſque fornicationis cauſa, condemnatus eſt, cogit enim eam mœchari.

Hilarius, Can 4. in Matth. explicans illud, Qui dimiſerit vxorem ſuam, &c. ſic habet. Cùm lex libertatem dandi repudij, ex libelli authoritate tribuiſſet, nunc marito fides Euangelica non ſolùm voluntatem pacis indixit, verum etiam reatum coactæ in adulterium vxoris impoſuit, ſi alij ex diſceſſionis neceſſitate nubenda ſit, nullam aliam cauſam deſiſtendi à coniugio præſcribens, quam quæ virum proſtitutæ vxoris ſocietate pollueret. Hæc adducunt hæretici & præcipuè Philippus Melâchthon, ſimul cum Tertulliano, lib. 4. aduerſus Marcionem, & authorem operis imperfecti. Hom. 32. in Matthæum, Euthimium in Matth. cap. 5. Cromancium in commentarijs ſuper Matth. cap. 5. decretum Zachariæ Papæ, quod refert Gratianus, Cauſa 32. quæſt. 7. & concilia Maguntiacum, & Triburienſe. Inter Modernos Caietanus in Matth. C 19. videtur dicere, quod liceat vxorem adulteram repudiare, & aliam ducere, ſic enim habet, Intelligo ex hac Domini Ieſu Chriſti lege, licitum eſſe Chriſtiano dimittere vxorem ob fornicationem carnalem ipſius vxoris, & poſſe ducere aliam vxorem, ſalua ſemper Eccleſiæ diffinitione, quæ hactenus non apparet: nam decretales Pontificiæ de hac materia non ſunt diffinitiuæ fidei, ſed iudiciales facti. Et infrà, nec ex his intelligas, vxorem quoque poſſe dimittere virum fornicantem: quia Ieſus, qui eſt verus Deus de hoc non conceſſit. Nec eſt par ratio, vt patet, nec etiam in veteri lege vxor poterat repudiare virum. Nec ego ſum primus qui intelligo Euangelij textum, qui ante annos mille B. Ambroſius ſic intelligens, idem docuit 1. Cor. 7.

Multa ſe offerunt circa hanc materiam de diuortio, diſcernenda: perſtringam aliqua quæ noſſe non pigebit. Et primo dubitatur, an ſit licitum viro propter fornicationem vxorem dimittere? D Diſputant Doctores Scholaſtici de hac materia, 4. ſentent. diſtinct. 36. & ibi S. Thom. ad dubium hoc, præiacto ſcilicet, diuortium dici à diuertendo, quia qui matrimonium diſtrahunt, in diuerſas partes eunt, qui thoro & domo ſe ſeparant: vnica aſſertione, reſpondetur, licitum eſt viro vxorem ſuam fornicationis cauſa dimittere. Hæc patet ex ſententia Domini, *Si quis dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa*, &c. Et probatur ratione iure naturali fundata. Primo, quia ius naturæ hoc docet, vt vbi duo ſunt mutua fide inter ſe ligati, fides ei frangatur, qui fidem fregit, cap. peruenit, extra, de iureiuran. ſi ergo adultera fidem traditam frangit marito, digna redditur cui debitum non ſoluatur, ſed thoro pellatur ac domo. Secundo, quia fornicatio vxoris aduerſatur debitæ educationi prolis, quæ eſt finis matrimonij, quia par-

Dubium. *An liceat viro propter fornicationem vxorem dimittere.*

Matth. 19.

A tum reddit incertum, cuius pater ignoratur. Tertio, quia repugnat alteri fini matrimonij, qui eſt pacificus conuictus coniugatorum, ad quem mutuus amor neceſſarius eſt: atque hoc ita natura comparatum eſt, vt vir vxorem, quam elegit ad procreandas proles, ſi vitio alterius pollutam cognouerit, ferre eam nequeat, ſed deſpectam habeat, & odio proſequatur, & hac de cauſa Dominus Chriſtus, cæteris excluſis diuortium permiſit. Sola enim fornicatio eſt, vt ait Hieronymus, quæ vxoris vincit affectum. Can. dixit Dominus, 32. quæſt. 1. & Auguſtinus ſuper Deuterono. inquit, Quòd cùm multæ eſſent in lege cauſæ dimittendi vxores, Chriſtus ſolam fornicationem excepit, cæteras moleſtias iubet pro fide & caſtitate ſuſtinere. Ex quibus conſtat diuortium non eſſe ſolùm decretum humanum, ſed ex Diuino iure & naturali ortum.

Hieron.

Auguſt.

Sunt autem ſeptem caſus, qui ab hac concluſione excipiuntur. Quia vel vxor immunis eſt, vel B vterque culpam æqualem habet. Primus, ſi vir quoque ſe deturpauerit. Secundus, ſi ipſe vxorem proſtituerit, & in his ſunt paris conditionis. Tertius, ſi vxor virum ſuum defunctum ex coniecturis exiſtimauerit, propter longam eius abſentiam, & alteri nupſerit. Quartus, ſi fraude latenti ab eo fuerit cognita, qui ſub ſpecie mariti ſe in eius lectum inſinuauit. Quintus, ſi vi fuerit oppreſſa. Ij enim euentus culpam auferunt, vel ſaltem minuunt. Sextus, ſi poſt commiſſum adulterium eam vir ſuo thoro ſuſceptam recancilia uerit, quia tunc ei culpam condonauit. Septimus, ſi in infidelitate vxor, cui maritus dederat libellum repudij, alteri nupſerit, tunc enim ſi ambo fidem ſuſceperint, tenetur vir eam in matrimonium reaſſumere. Hi ſeptem caſus è iure naturali & diuino habent ortum. Primus, fundatur in illa regula naturalis iuris, l. viro, ff. ſolut. matrim. paria delicta mutua compenſatione diſſoluuntur. Vnde Auguſt. lib. de ſermone C Domini in monte, Nihil iniquius eſt, quàm cauſa fornicationis dimittere vxorem, ſi ipſe conuincitur fornicari, 32. quæſt. 2. Canon. Nihil. Et Paulus, Roma. 2. In quo alium iudicas, teipſum condemnas. Et Ioan. 8. Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in eam lapidem mittat.

Septem caſus excepti à concluſione.

Primus.

Secundos caſus etiam habet fundamentum in iure naturali, nam ſi ipſe per lenocinium vxorem expoſuit, in ipſum culpa refunditur. Caſus eſt, cap. diſcretionem, de eo qui cognouit conſanguineam vxoris, vbi maritus propter lenocinium, prohibetur vxorem accuſare, l. cum mulier, ff. ſoluto matrim. & merito propter lenocinium mariti, lege damnantur vt ab vxoribus publice flagellis, & fidiculis vapulent.

Secundus.

Tertius caſus, ſcilicet, quando vxor bona fide arbitrata maritum defunctum, alteri nupſit, eſt deciſio Canonis, Cum per bellicam, 34. quæſt. 2.

Tertius.

Quartus caſus, ſcilicet, ſi ignoranter paſſa fue- D rit adulterium, excuſetur ex ſententia Auguſtini, libro de fide & operibus, Canon. Si virgo. Et Concilij Triburienſis, Canon. In lectum, 34. quæſt. 3. Et ratio naturalis eſt, quia ignorantia inuincibilis excuſat à culpa, vt patet ex exemplo Iacob cum Lia.

Quartus.

Quintus caſus, eadem ratione excuſatur propter illatam violentiam. Auguſtinus lib. 2. de Ciuitate Dei, & refertur Can. Ita ne, & Can. Propoſito, 32. quæſt. 5. intelligitur autem, quando violentia eſt talis, quòd mulier non contrahat culpam, quia ſi per metum ipſa conſentiret, non excuſaretur, nec à culpa, nec à diuortio, vt ait Hieronymus ad Damaſum, Can. omnes cauſationes, 32. quæſt. 7.

Quintus.

Sextus caſus, ſcilicet, quòd ſemel reconciliatam non poteſt vir, niſi iterum relabatur, abiicere,

Sextus.

colligitur

colligitur ex vtroque, Can Si quis, & Quod autem,
32.q.1. Ad reconciliationem vere requiritur, quòd
eam cognouerit poſtquam habuit ſcientiam adul-
terij vxoris: at verò poſt celebratum diuortium, ſi
eam cognouerit, reconciliare illam cenſetur, at-
que adeo deinceps tenetur in matrimonio perma-
nere. Et aduertendum, quòd etſi in his ſex caſibus
vir nequeat vxorem ab alio cognitam dimittere,
nihilominus bigamiæ irregularitatem incurrit, ſi
eam cognouerit, nam bigamia citra propriam
culpam incurritur, vt Can. Si cuius, & Si laici, diſt.
34 decernunt.

Septimus.

Septimus caſus, habetur c. gaudemus, de diuort.

An vir teneatur vxorem fornicantem dimittere. Prima concluſio.

Dubium ſecundum eſt, An vir teneatur ex præ-
cepto vxorem fornicantem dimittere. Qua de re
ſunt variæ ſententiæ Doctorum Scholaſticorum,
ſed illis omiſſis, reſpondemus duabus aſſertioni-
bus; Prima, ſi ad cor rediens, pœnitentia adducta,
emendetur, poteſt illam retinere: immo ſæpe id
conſultum eſt. Ratio aſſertionis eſt: quia cùm pœ-
B na illa diuortii ſit poſita ob culpam fornicatio-
nis, poſtquam culpa deleta eſt per emendatio-
nem, poteſt vir iuri ſuo renunciare, & vxori pœ-
nam illam condonare. Ita Auguſtinus ad Pollen-
tium, lib. 3. Can. Quod autem, 32.q.1. ait, non eſſe
durum reputandum, vt coniunx adultera per pœ-
nitentiam ſanata, viro reconcilietur; quod autem
hoc ſæpe ſit conſultum, inde patet, quòd mulier
emendata, cùm ſe viderit deſtitutam præſidio ma-
riti, periculum ſubibit, ne per inopiam oppreſſa,
turpem procuret quæſtum: iuxta quod à viris pru-
dentibus conſilium ſolet adhiberi vxori viri ad-
ulteri, ne thorum diuidat, illa enim abſtinentia
adeo non cedit in remedium viro, vt ſæpius con-
ſueuerit eſſe maius præcipitium, quia recrudeſce-
re ſolent viri, & peiores fieri.

Secunda concluſio.

Secunda aſſertio, & maximè probabilis eſt. Viri
non tenentur vxores quantumcunque pertina-
ces, & abſque ſpe correctionis obſtinatas, ſimpli-
C citer & abſolutè loquendo, relinquere. Patet pri-
mo, quia Chriſti verba, ſi perpendantur, non iu-
bent, ſed permittunt. Secundo, quia vir, ob crimen
vxoris, nullam culpam contrahit, deſerere autem
vxorem, pœna etiam eſt viro. Et cùm poſſit iuri
ſuo petendi diuortium renunciare, non ergo te-
netur hoc genus ſupplicij extra culpam ſuam
ſubire. Quòd ſi quis inferat: crimen vxoris, vide-
tur redundare in virum, quia ſi eam non relin-
quat, quaſi conſentit in crimen, & dat occaſionem
ſcandali, ac ſi patronus, & particeps eius fiat. Dici-
mus, quòd ſi de facto ita eſt, tenetur ab illa diſce-
dere, quia ne det ſcandalum, tenetur aliquid de
ſuo iure perdere: ſi tamen hanc maculam poteſt
diluere, tunc non tenetur ab ea ſeparari, quia
ſcandalum tunc non eſſet datum, ſed acceptum: ſi
enim illecebris carnis vritur adeò, quòd nequit
ab vxore niſi cum magno periculo abſtinere, re
vera tunc non tenetur tali periculo ſe obijcere, vt
D vxorem relinquat. Similiter ſi eſt vir infirmus, aut
pauper, qui viuit labore manuum ſuarum, & ideò
vxore valde indiget, quæ ei in re familiari ſeruiat,
tunc non tenetur ſibi nocere, illam abiiciendo, vt
experientia in regno Galaciæ docet. In ſimilibus
ergo caſibus ſatis eſt, quòd vir vxorem acriter re-
prehendat, & quam poterit cautè cuſtodiat, vt Vi-
cinia intelligat neceſſitate compulſum cum illa
manere. At dicet quis, forte per diuortium vxor
emendabitur, alias non. Dico, quòd excludere vx-
orem eſt maius periculum, quia regulariter, & in
plurimum, poſtquam ſunt repulſæ, peiores fiunt.
Secundo, quando illud eſſet neceſſarium, non te-
netur vir cum tanto detrimento vxori mederi: ſi
autem non pateretur tantum detrimentum, con-
ſilium eſſet, vt faceret.

An maritus propria au- thoritate poſſit adulteram dimittere.

Sed an maritus propria authoritate, non expe-
ctato iudicio eccleſiæ, poſſit adulteram dimittere?

A Suppoſita diſtinctione, reſpondetur tribus aſſer-
tionibus. Quia dimiſſio poteſt intelligi, aut quan-
tum ad thorum, aut quantum ad cohabitationem.
De thoro ſit prima concluſio. Poteſt vir priuata
authoritate vxorem à ſe in adulterio deprehen-
ſam, dimittere, hoc eſt, ab eius amplexu abſtine-
re, & debitum illi etiam petenti denegare. Proba-
tur: quia iam certus eſt, illam fidem ſibi fregiſſe,
atque adeò diuina lege ſolutum eſſe ab obligatio-
ne reddendi. Tum etiam, quia ſi poſt notum ad-
ulterium eam cognouerit, irregularitatem biga-
miæ incurrit, & ſe iure petendi diuortium priuat,
quare non tenetur hæc ſubire incommoda. Quòd
ſi quis quærat, quænam cognitio criminis exiga-
tur, vt vir poſſit vxori debitum denegare. Dico, il-
lam ſatis eſſe, quæ in foro eccleſiæ ad faciendum
diuortium ſufficeret. Vt ſi eam in cubili cum ad-
ultero reperiret, aut ſe amplexantes. Alia minora
indicia non ſufficerent, niſi ſuſpicio vehementiſ-
ſima fuerit, quæ pro legitimo teſtimonio, & præ-
B ſumptione valeat. Quod ſi quæras, an poſſit ab illa
debitum petere, non tamen reddere? Dico, nequa-
quam id facere, ſed eligere debet, aut nec petere,
nec reddere, aut ſi petierit, tenetur reddere: quia
contractus non debet claudicare. Secunda aſſer-
tio, nemini licet adulteram quantum ad cohabi-
tationem ſine iudicio eccleſiæ domo pellere, ſal-
tem ſi matrimonium fuerit in facie eccleſiæ cele-
bratum. Probatur: quia publicum ſupplicium ne-
mo, niſi iudex publicus, inferre valet: idque teſti-
bus, aut alia legitima via comprobatum iuridice.
Traducere autem vxorem, domo pellendo quam
ſibi publice copulauit, eſt ſupplicium publicum:
nemo ergo id priuata authoritate inferre valet,
idem enim tunc eſſet iudex & actor, quod iura ab-
horrent. Hæc aſſertio eſt diffinita decreto Alexan-
dri III. cap. 3. de diuortijs. Quòd ſi quis priuata au-
thoritate vxorem dimittat, & ipſa reſtitutionem
petat, compellendus eſt illam in domum recipe-
C re, niſi incontinenti teſtimonia ipſe legitima for-
nicationis perhibeat, iuxta cap. literas, de reſtitu-
tione ſpoliat. Tertia aſſertio, colligitur ex his: di-
uortium priuata authoritate fieri non poteſt, ſed
ſola publica eccleſiæ, quia diuortium non dicit
ſolum abſtinentiam illam occultam, & priuatam
ab vſu coniugali, ſed diuerſionem hanc, vt nomen
ſonat, vt facultas innocenti fiat, non cohabitandi
cum vxore, nec in re familiari communicandi.

Sed an in cauſa diuortij vir & vxor pari iure gaudeant.

REſpondetur duabus aſſertionibus; Prima, in
cauſa diuortij vir & vxor ad paria iudican-
tur: par enim facultas conceditur vtrique. De-
terminatio eſt eccleſiæ pluribus capitibus, & ex
Concilio Mileuitano, Can. Complacuit: & ex
D Paulo idem colligitur. 1. Corinth. 7. *Vir non habet* 1. Cor. 7.
poteſtatem ſui corporis, ſed vxor, &c. Vbi diffinit, vi-
rum & vxorem pari iure teneri: & confirmat,
dicens: *His qui in matrimonio coniuncti ſunt, præcipio,* Matth. 19.
non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere, &c. Et
Dominus Matth. 19. explicat, quòd quamuis re-
pudium in lege alijs de cauſis, impunè permitte-
batur, in eccleſia tamen non eſſe permittendum,
niſi ſolius fornicationis cauſa: & quia æqualis ob-
ligatio ſeruandæ fidei exiſtit in vtroque, propter
quam vir diuortium facit, Dominus tanquam no-
tiſſimum inde reliquit, vxori quoque idem ius pa-
trocinari. Secunda aſſertio, Non eſt par cauſa in v-
troque abſcedendi, vnde conſuetum eſt dici, ad
paria ſe habere, ſed non pariter. Nam licet cauſa
in viro maior ſit diſcedendi, tamen quæ eſt in fœ-
mina ad ipſum ſufficit. Solent enim duo homicidæ
pari ſupplicio capitis plecti, quamuis ſcelus vnius

atrocius fuerit quàm alterius; ex parte infirmita-
tis ſexus muliebris potius indulgendum eſſet fœ-
minæ. Tum etiam, quia ratio in viro plus debet
vigere quàm in fœmina, & ideò grauius eſt crimen
viri quàm fœminæ. Si tamen adulterium conſide-
retur ex parte finis principalis matrimonij, qui eſt
debita educatio filiorum, grauius delinquit vxor
propter incertitudinem prolis, cuius eſt cauſa: fra-
ctio tamen fidei in viro ſufficiens eſt, vt faciat
vxori ius petendi diuortium. Ex his incidimus
in quæſtionem præcipuam, quam propoſuimus,
ſcilicet:

An celebrato diuortio, relinquatur viro ius incundi aliud matrimonium.

QVam vnica concluſione negante abſolui-
mus, quæ eſt, Neutiquam viro, ſeu vxori, fas
eſt poſt diuortium ad ſecundas nuptias tranſire.
Hæc concluſio eſt de fide, & oppoſitum hæreti-
cum, poſt diffinitionem Concilij Tridentini, & B
habetur cap. ex literis, de diuortijs: vt niſi recon-
ciliari maluerint, in perpetua caſtitate deinceps
vitam ducant. Suadere conabor hanc catholicam
aſſertionem. Primo, ex verbo Dei expreſſo. Se-
cundo, ex communi conſenſu Doctorum ſacro-
rum. Tertio, ex diffinitionibus Conciliorum.
Quarto, rationibus Theologicis, & ſolutione eo-
rum quæ adducta ſunt in contrarium. Primo, eſt
Matth. 19. manifeſtus locus Matth. 19. *Si quis dimiſerit vxorem
ſuam, excepta cauſa fornicationis,* &c. Circa quem locum
Doctores ſacri diffiniunt, quòd licet apud Iudæos
per repudium vere matrimonium diſſolueretur,
ſecus eſt in lege Euangelica: nam Chriſtus ex ve-
teri lege fecit gradum ad legem Euangelicam, in-
tendens duos modos illius corrigere. Primus erat,
quòd multis de cauſis vxor abiiciebatur. Et ſe-
cundus, quòd illa abiecta, vterque ad ſecunda ma-
trimonia tranſibat. Et ideò contra primum ait
Dominus, Dico autem vobis, quòd quicunque di- C
miſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, mœ-
chatur. Puta fidem infringit coniugalem: & ideò
ſibi & vxori periculum offert mœchandi. Et con-
tinuo contra ſecundum ſubdit, & qui aliam duxe-
rit, mœchatur, nempe, quia dimiſſio illa non eſt
matrimonij diſſolutio, & eadem ratione qui di-
miſſam duxerit, mœchatur, veluti ipſa. Quocirca,
ille enunciatio, vt hic ait ſanctus Thomas, copula-
tiua fuit, vt verbum, mœchatur, bis referatur, &
ad dimittere vxorem, & aliam ducere. Atque hoc
luculentius explicatur Matth. 5. vbi diſtinctiſſi-
Matth. 5. mam copulatiuam ponit, *Omnis qui dimiſerit vxorem
ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari.* Et qui
dimiſſam duxerit, adulterat. Secundus locus &
1. Cor. 7. planiſſimus eſt ille Pauli, iam citatus, *Iis qui matri-
monio iuncti ſunt præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro
non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro
ſuo reconciliari.* Tertius locus eſt apud eundem Pau-
Rom. 7. lum, Quæ ſub viro mulier eſt, viuente viro, alliga- D
ta eſt legi, ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta
eſt à lege viri: vbi non ſolùm Iudæis, ſed ipſis con-
uerſis, & vniuerſis Chriſtianis loquebatur, do-
cens, viuente viro nullam cauſam interuenire
poſſe ſoluendi vinculum matrimonij: ſed ſolam
mortem id facere. Vnde colligit, Igitur viuente
viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro:
nullam hic excipit fornicationis cauſam, ſed
quamcunque viuente viro alteri nubentem, adul-
terij condemnat.

Secundo medio id confirmo ex communi con-
Origenes. ſenſu Doctorum ſacrorum, Origenes Homilia ſe-
ptima ſuper Matth. eandem docet in viro & mu-
liere eſſe rationem, vt alteruter poſſit alterum
fornicationis cauſa dimittere. Cæterum, neuter
poteſt altera inire connubia, & ſi alteruter id fa-
Chryſoſt. ciat, mœchatur. Et Chryſoſtomus Homil. 17. ſuper

A verba Chriſti, Matth. 5. Qui dimiſerit vxorem
ſuam, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxe-
rit, adulterat, ait, quòd tam ille dimittẽs, qui aliam
ducit, quam ipſa dimiſſa, alteri nubens, adulte-
rium committit. Et ne quis dicat, vt Caietanus, &
Eraſmus, aliud concedi viro quam vxori, ſubdit
Chryſoſtomus, quòd de muliere eò nihil Chriſtus
locutus eſt, quòd cùm muliebris ſexus infirmior
ſit, dum deterret virum, vitium quoque vxoris e-
mendat. Et Hieronymus Matth. 19. & refertur 32. Hieron.
quæſt. 1. Can. Dixit Dominus, vbicunque eſt for-
nicatio, liberè vxor dimittitur: & quia poterat ac-
cidere, vt quis calumniam faceret innocenti, &
ob ſecundam copulam nuptialem veteri copulæ
crimen impingeret, ſic priorem dimittere iube-
tur vxorem, vt prima viuente, ſecundam non ha-
beat. Et ſuper eundem locum epiſtolæ ad Corint.
ad Amandum, eadem Cauſa, quæſt. 7. Omnes, in-
quit, cauſationes Apoſtolus amputans, apertiſſimè
diffiniuit, viuente viro, ſiue adulter ſit, ſiue ſodo-
B mita, adulteram eſſe mulierem, ſi alteri nupſerit,
nam quomodocunque derelictus, tamen maritus
eius ſemper reputandus. Ambroſius ſupra locum Ambroſ.
citatum Roman. 7. Quòd mulier, viuente viro, al-
ligata eſt legi eius, ait. Hæc idcirco proſequitur,
vt doceat, quòd mulier etiam ſi à viro fuerit eie-
cta, nubendi licentiam non habet. Idem omnino
de viro ſentit Auguſtinus, quem non opus eſt re- Auguſt.
ferre, cùm tres integros libros ſuper hoc argu-
mentum ad Polentium ſcripſerit. Licite, inquit, di-
mittitur vxor, cauſa fornicationis, ſed manet vin-
culum prioris, propter quod fit reus adulterij qui-
cunque dimiſſam duxerit, & ſubdit commodiſſi-
mum exemplum. Quòd ſicut Chriſtianus dum ex-
communicatur, manet in ſacramento regenera-
tionis, ita coniunx propter crimen ab altero ſepa-
rata, non carebit Sacramento coniugij. Et lib. 2.
cap. 9. ambos coniuges in hac cauſa exæquans,
concludit dicens, Vnde neceſſe eſt ex duobus
C coniugijs quatuor adulteros fieri, ſi & ille alteram
duxit, & illa alteri nupſit. Et in libro de bono con-
iugali, inquit, Interueniente diuortio, non abole-
tur confederatio nuptialis. Idem Gregorius Ma- Gregor.
gnus Can. Hi vero, 32. quæſt. 7. & Beda ſuper ver- Beda.
bum Pauli, 1. Cor. 7. & Theophilactus ſuper Matth. Theoph.
cap. 19.

Tertio modo confirmatur ex decretis Conci- Concilia.
liorum & ſanctorum Pontificum. Mileuitanum
Concilium ſic habet. Placuit vt ſecundum Euan-
gelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque di-
miſſus ab vxore, neque dimiſſa à marito, alteri
coniungantur, &c. 32. quæſt. 7. Can. Placuit. Idem-
que in Concilio Elebertino, Can. Fidelis, & Inno-
centius III. Can. Quanto, de diuortijs. Sacramen-
tum, inquit, fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nun-
quam amittitur, ſed ipſum in coniugibus perdu-
rat. Et Concilium Florentinum, in Armenorum
inſtitutione, ſic habet: Quamuis ex cauſa for-
D nicationis liceat thori ſeparationem facere, non
inde aliud matrimonium contrahere fas eſt, cùm
matrimonij vinculum legitimè contractum, legi-
timum ſit. His demum accedat Concilium Tri-
dentinum, ſeſſion. 8. ſub Pio IIII. Can. 7. vel aliàs
ſeſſion. 24. Si quis dixerit, eccleſiam errare, cùm
docuit & docet (iuxta Euangelicam & Apoſtoli-
cam doctrinam) propter adulterium alterius con-
iugum, matrimonij vinculum non poſſe diſſolui:
& vtrumque, vel etiam innocentem, qui cau-
ſam adulterio non dedit, non poſſe, altero con-
iuge viuente, aliud matrimonium contrahere,
mœcharique eum, qui dimiſſa altera, aliam duxe-
rit, & eam, quæ dimiſſo adultero, alij nupſerit, ana-
thema ſit.

Quarto medio idem probamus rationibus The-
ologicis. Primo quæro, ſi cauſa fornicationis diri- 1. Ratio.
mitur matrimonium, quando dirimitur, aut enim

cùm

A cùm primus coniunx adulteratur, & hoc non, quia liberum eſt innocenti adulterantem ſibi reconciliare, vel quando eccleſia facit diuortium, & neque hoc aſſerere licet, quia eccleſia tantum pronunciat ſententiam illius ſeparationis quæ per fornicationem occultam acciderat. Reſtat ergo, quòd non dirimitur quoadusque tranſeat ad ſecundas nuptias, quod tamen abſurdum eſt affirmare: nunquam enim matrimonium legitimum auditum eſt diſſolui, niſi fauore religionis Chriſtianæ: vt quando infidelis conuertitur ad fidem, ex traditione Pauli: vel in fauorem religionis, vt quando matrimonium nondum eſt conſummatum, ſed ſolum ratum, licet poſt profeſſionem alterius coniugis ad ſecundas nuptias tranſire. 2. Ratio. Secunda ratio, & eſt D. Hieronymi, loco citato. Si matrimonium per diuortium dirimeretur, tunc id quod flagitioſis decretum eſt in ſupplicium, ſæpiſſime eis cæderet in commodum: nam cùm primum inter ſe diſſiderent, & mulier inciperet eſſe inuiſa viro, aut maritus vxori, aut ſi maritus aliam B deamaret, aut vxor alium, facile quilibet illorum adulterium committeret, vt ad optatas nuptias conuolaret: imò vir facile occaſionem offerret vxori adulterandi, & vxor viro, & falſos teſtes alteruter diſquireret, vt ad noua connubia tranſiret: qua vtique ratione diuortium, quod inter Chriſtianos odioſiſſimum eſſe debet, & velut infamia fugiendum, fieret ſæpe optatiſſimum. 3. Ratio. Vltima, quia nunquam in eccleſia aliqua natio, vel prouincia inuenta eſt, vbi diuortium tale auditum ſit, quo fuerit matrimonium diſciſſum, & tamen fuit maxima occaſio faciendi, & nunquam eſt factum, non ergo licuit vnquam facere.

Pro defenſione Chryſoſtomi, Ambroſij, Auguſtini, & cæterorum Patrum adduximus loca euidentia ipſorum, quibus affirmant: oportere viro caſto adulteram vxorem eiicere, & ea ſuperſtite, nemini vnquam licere ad ſecundas nuptias tranſire. Pro Ambroſio, excuſat eum Magiſter, 4. ſent. C diſt. 35. affirmans Ambroſij commentaria eo loco à falſarijs corrupta. Caietani aſſertionem quidam ſunt qui excuſent, ex eo, quòd non firme id tenuerit, ſed opinionem probabilem Doctorum diſputationibus excutiendam, & authoritate eccleſiæ iudicandam reliquerit. Pariſijs tamen, primum contra Eraſ. ac ſubinde contra Caietanum, hic error condemnatus eſt.

DECIMVM-TERTIVM QVÆSITVM.

An vocatio & prædeſtinatio ſit ex meritis vocatorum & prædeſtinatorum.

Matth. 20. CHryſoſtomus Homil. 56. in illa verba Matth. 20. *Exijt primo mane, conducere operarios in vineam ſuam.* D quærens, cur non ſtatim ab initio omnes operarios in vineam conduxerit, videtur gratiam vocationis diuinæ tribuere voluntati, & fidei vocatorum, his verbis, Omnes quidem ille ab initio conduxiſſe voluiſſet, ſed à voluntate vocatorum hæc differentia reſultauit: idcirco alij mane, alij tertia, alij ſexta, alij nona, alij vndecima vocantur: quia tunc obtemperaturi erant; quòd Paulus Galat. 1. aperte ſignificauit dicens, *Quando autem viſum eſt Deo, qui me ſegregauit ex ventre matris meæ.* Quando autem ei viſum eſt? certe quando obtemperaturus Rom. 9. erat. Idem habet Homil. in epiſtola ad Rom. *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui,* ſic enim habetur. Qua igitur de cauſa Iacob quidem amori, Eſau autem odio habiturus erat? qua de cauſa hic ſeruiebat, ille autem imperabat? quoniam quidem hic malus erat, ille autem bonus erat, & infrà, comparans diui-

A nam electionem electioni artificum, qui res eligunt quas norunt ſuo vſui aptiores, ait; Multi Matthæo meliores eſſe videbantur ab apparenti operum argumento: verum qui arcana nouit, margaritam in cœno iacentem nouit, omiſſiſque alijs admiratus huius pulchritudinem, illum elegit. Et equorum domitores hoc idem ſæpe in equis factitant, & qui iudices ſunt precioſorum lapidum, & cæteri opifices: multo ergo magis benignus Deus, qui ſolus omnia aperte nouit. Propterea ſane publicanum elegit, & latronem, & meretricem: ſacerdotes autem, & ſenes, & magiſtratus, reprobauit & eiecit.

Et Homil. in epiſtol. ad Epheſios 1. de electione, ait; Si homines quando eligunt, optima ſibi eligunt, multo magis Deus. Et Homil. ad Epheſ. 2. Elegit omnino iuxta delectum liberumque propoſitum prædeſtinatos: hoc eſt, prædeſtinauit quos ipſe ſibi delegerat, iuxta quod nos vidit, antequam in ſortem aſciſceremur. Et Ho. 31. in Mat. B cauſam vocationis Matthæi, & Pauli, & aliorum Apoſtolorum aſcribens obedientiæ, quam Deus in illis futuram præuiderat, eos vocauit. Et idem aſſerit de Petro & Ioanne, & alijs diſcipulis. Et Homil. in Pſalm. 115. de vocatione Centurionis loquens, id ipſum confirmat.

Origenes lib. in epiſtolam ad Rom. 7. exponens illud: An non habet poteſtatem figulus luti? ait; Illud quod paulo antea de Iacob & Eſau propoſuit, apertius explanatur: vt enim Iacob eſſet vas ad honorem ſanctificatum, & ad omne opus bonum paratum, animam eius emendauerat, ſemetipſum fecit vas ad honorem. Eſau verò cuius animam non ita puram, neque ita ſimplicem vidit, ex eadem maſſa fecit vas ad contumeliam, de quo ſcriptura teſtimonium perhibet. *Erat autem*, inquit, Gen. 25. *Iacob homo ſimplex*, & ideo dicitur de eis, *Iacob dilexi, E-* Malac. 1. *ſau autem odio habui.* Et idem aſſerit de Paulo: & concludit, Hæc ergo & his ſimilia, & alia multa in eo de ventre matris præuidens Ieſus, pro his ſegre- C gauit eum in Euangelium.

Hieronymus, quæſtione ad Hedibiam, 10. exponens illud, Nunquid iniquitas apud Deum? vaſa, inquit, miſericordiæ non ſolum populus gentium eſt, ſed etiam hi qui ex Iudæis credere voluerunt; ex quo oſtenditur, non gentes eligi, ſed hominum voluntates. Et lib. 1. in Epiſt. ad Galatas, ſuper illud, Cùm autem placuit ei, qui me ſegregauit, &c. Et in commentario Malachiæ, cap. 1. exponens illud, Iacob dilexi. Idem aſſerit Ambroſius Ambroſ. in commentarijs epiſtolæ ad Romanos, explicans illud Eſaiæ, Qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Illi, inquit, ſecundum propoſitum vocantur, quos credentes præſciuit futuros ſibi deuotos; ipſos elegit ad æterna præmia. Et declarans illud, Miſerebor cui miſerebor: ait, Eius miſerebor cui præſcius eram, quod miſericordiam daturus eſſem, ſciens conuerſurum illum, & permanſurum apud me.

D Auguſtinus in lib. Propoſitionum, ſuper illud, Auguſt. Iacob dilexi, affirmat; Deum elegiſſe Iacob ex fide, quam in eo præuidit. Et concludit, Idem Deus qui operatur omnia in omnibus: nuſquam autem dictum eſt, Deus credit omnia in omnibus. Et lib. 83. Quæſtionum, quæſtion. 68. inquit. Cui vult miſeretur Deus, & quem vult indurat: ſed hæc voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt, venit enim de occultiſſimis meritis. Et concludit, Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quamuis non ſint iuſtificati, digni efficiantur iuſtificatione. Et idem præcedit in alijs peccatoribus, quo digni ſunt excluſione. Et lib. 6. quæſtionum contra Paganos, quæſt. 2. refert cauſam diuinæ vocationis in fidem vocatorum à Deo præuiſam; & breuitatis cauſa, hoc idem affirmant Theodoretus in Theodoretus. commentarijs epiſt. ad Rom. ſuper, Iacob dilexi.

A Sedulius in Collectaneis epiſtolæ ad Rom. in il-
lud. Hi qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſan-
Theophilactus. cti. Theophilactus in Commentarijs epiſtolæ ad
Rom. explanans illud, Quos præſciuit & prædeſti-
nauit, &c.

Diſputant Doctores Scholaſtici de hac quæſt. 1.
ſenten. diſt. 41. & S. Thom. 1. par. quæſt. 23. artic. 5.
vbi ait, quòd ex parte actus volentis, ſtultum eſt
quærere cauſam voluntatis diuinę: ſed ſolum ver-
titur ſub quæſtione, vtrum ex parte effectus, præ-
deſtinatio habeat aliquam cauſam. Et excluſis va-
rijs opinionibus, dicendum eſt, inquit, quòd effe-
ctum prædeſtinationis conſiderare poſſumus du-
pliciter: Vno modo in particulari, & ſic nihil pro-
hibet àliquem effectum prædeſtinationis, vel vo-
cationis, eſſe cauſam, & rationem alterius, poſte-
riorem prioris, ſecundum rationem cauſæ fina-
lis, priorem poſterioris, ſecundum rationem cau-
ſæ meritoriæ: ſicut ſi dicamus, quòd Deus præor-
dinauit ſe daturum alicui gloriam ex meritis, &
B gratiam, vt mereretur gloriam, conſecutiò glo-
riæ habet rationem cauſæ finalis, gratia, & opera
meritoriꝗ habent rationem cauſæ meritoriæ, quia
reducuntur ad diſpoſitionem cauſæ materialis: &
ſic ſecundum diuerſas rationes, gloria, & meri-
ta, ſunt ſibi inuicem cauſæ. Alio modo poteſt
conſiderari prædeſtinationis effectus in commu-
ni: & ſic, inquit, impoſſibile eſt, quòd totius præde-
ſtinationis effectus in communi habeat aliquam
cauſam ex parte noſtra: quia vt ſic, includit præpa-
rationem ad gratiam, quę non ex nobis, ſed ex Dei
Tren. vlt. munere procedit, ſecundum illud, *Conuerte nos Do-
mine ad te, & conuertemur.* Quæſtio hæc eſt grauiſſi-
ma; includens in ſe, an prædeſtinatio imponat
neceſſitatem prædeſtinatis, & reprobatio repro-
batis, & quare potius Deus Iacob prædeſtinauit,
quàm Eſau, & è contrà. Et ex his quæ adduximus
ex S. Thom. elicitur de mente eius talis concluſio.
Nulla eſt cauſa vocationis, neque prædeſtinatio-
nis in vocato, vel prædeſtinato, quia non eſt aſſig-
C nare cauſam illius volitionis diuinæ. Volo vitam
æternam dare Iacob. Sed ſolum voluit, quia vo-
luit, non quia quòd futurus eſſet bonus, præſciuit.
Et concludit, quòd nullo modo poteſt dari, vel
imaginari, quòd totius effectus prædeſtinationis
ſit aliqua cauſa, ſed ſolum reſpectu effectus par-
ticularis.

De hac quæſtione ſunt duæ ſententiæ extre-
mæ: vna, quæ docet præſcientiam meritorum eſſe
rationem & cauſam prædeſtinationis. Alia eſt,
merita prædeſtinationis eſſe effectus; & ideò non
poſſunt eſſe cauſa. Et hæc eſt Magiſtri, diſtinct. 41.
primi, & ſanct. Thom. & communis ſcholæ Theo-
logorum. Pro qua ſane facit authoritas Pauli
Rom. 9. Rom. 9. quæ ſola ſufficere deberet. Nam ex pro-
feſſo ibi diſputat quæſtionem iſtam, & concludit
Deum aliquos eligere ad vitam æternam, & alios
reprobare ſine alia aliqua cauſa, præter ipſius me-
ram voluntatem. Et excludens omnia quæ exco-
D gitari poſſunt, concludit, quia non ex operibus,
ſed ex vocante dictum eſt, quia maior ſeruiat mi-
Rom. 11. nori. Et ad hoc inducit illud, *O altitudo diuitiarum
ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudi-
cia eius.* Non autem eſſent Dei iudicia valde in-
comprehenſibilia, ſi prædeſtinaret Deus propter
præſcientiam futurorum. Et ne quis diceret ex
hoc Deum iniuſtum, vel perſonarum accepto-
rem, ſubdit, nunquid iniquitas apud Deum? abſit.
Exod. 33. Moiſi enim dixit. *Miſerebor cuius miſereor, & miſericor-
diam præſtabo cui miſerebor.* Igitur non volentis, ne-
que currentis. Et inducit exemplum de figulo di-
cens, O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo?
Nunquid dicit figmentum ei qui ſe fingit, quid me
feciſti? &c. intendens prædeſtinationis, & vocatio-
nis, nullam eſſe aſſignandam rationem aliam, ni-
ſi quia Deus voluit, & idem confirmat Apoſtolus

in omnibus ſuis epiſtolis Epheſ. 1. *Elegit nos in ipſo* Epheſ. 1.
ante mundi conſtitutionem. Et ad Titum 3. *Non ex operi-* Tit. 3.
*bus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericor-
diam ſaluos nos fecit.* Et, *miror, quòd ſic tam citò transferimini
ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti, & vocauit nos per
Euangelium,* &c. Et certi facti eſtis, quòd vocaſſet Galat. 1.
nos Deus euangelizare, & Petrus, *Qui de tenebris vos* 2. Tim. 1.
vocauit, 1. Pet. 2. & c. 5. *Deus autem omnis gratiæ qui vocauit* Act. 16.
nos, &c.

Rationibus ſuadeo ſententiam S. Thom. (quin
potius D. Pauli) primo, quia tota ratio opinionis
contrariæ eſt, ne Deus perſonarum videatur ac-
ceptor prædeſtinando ex præuiſis meritis, ratio-
nabilius & ſuauius prædeſtinatio eſſet ordinata.
Ago ergo ſic. Quia etiam hoc dato, nihilominus
aſſignanda eſſet aliqua vltimata diuina voluntas,
ex qua dependeat omnis creaturarum prædeſti-
natio, & hoc ſtante, fruſtra ex parte prædeſtinato-
rum quæritur cauſa, nam ſecundum imaginatio-
nem iſtorum, Deus prius cognouit quis eſſet bo-
nus futurus; & quis malus, & poſtea dixit, volo
hunc prædeſtinare, quia futurus eſt bonus, & iſtum
quia futurus eſt malus, reprobare. Quærimus ab
iſtis, quare Deus hoc voluit. Reſpondent, quia prę-
ſciuit futuros bonos. Sed vlterius quærimus, quòd
iſte ſit futurus bonus vnde prouenit? vtique quia
ab æterno voluit, quòd eſſet fidelis, igitur ex iſta
diuina voluntate vniuerſa prædeſtinatio homi-
num pendet. Secundo, quia omne agens per intel-
lectum & voluntatem prius vult finem, quàm quæ
ſunt ad finem, vt inductiuè patet: omnes autem
actiones noſtræ meritoriæ ſunt ad vitam æternam,
ergo Deus, qui hæc omnia ordinauit, prius vitam
æternam nobis voluit, quam alia bona opera quæ
ad illam ordinantur: ille autem actus diuinæ vo-
luntatis à nullo dependet, igitur. Et confirmatur:
quia prædeſtinationem dupliciter poſſumus con-
ſiderare. Vno modo, in communi, id eſt, non de-
ſcendendo ad iſtum, vel illum. Alio modo in
particulari, volo iſtum prædeſtinare: ſed ille a-
ctus diuinæ voluntatis eſt donum Dei gratuitum
ſine vllo reſpectu ad aliquod aliud, ſi igitur in
communi non habet cauſam, neque in particu-
lari. Tertio, quia Deus aliquos gratis prædeſtinat,
ergo & omnes: cùm nulla ſit maior ratio de vno,
quam de alio; antecedens patet, de pueris baptiza-
tis, qui ante vſum rationis obeunt. Quarto, quia ſe-
cundum omnes Catholicos merita omnia huma-
na finaliter reducuntur in Dei voluntatem, & eſt
communis conſenſus omnium Doctorum, & ne-
ceſſariò fatendum. Non ergo affirmari poteſt,
quòd ratio aliqua humana ſit cauſa prædeſtinatio-
nis, ſed ſola bonitas diuina. Et ita fatendum & te-
nendum eſt.

De effectibus verò prædeſtinationis aſſerimus,
omnes quoſcunque aſſignaueris, eſſe ex dono Dei
gratuito, & eius gratia: non enim Deus dat gratiam
propter merita, vt probat Auguſtinus lib. 1. de prę- Auguſtin.
deſtinatione ſanctorum, c. 16. 17. & 18. & lib. 1. re-
tractat. c. 25. Et quicunque effectus aſſignentur, li-
cet aliqui includantur in gratia, vt ſunt merita, to-
tus tamen effectus prædeſtinationis ſimpliciter &
abſolute reſoluitur in meram Dei voluntatem;
Sed eſto, ex parte prædeſtinati, quod prædeſtina-
tionis non poſſit aſſignari ratio: nunquid ex parte
Dei poterit aſſignari? an ſcilicet Paulum conuer-
terit propter aliquam cauſam exiſtentem in ipſo
Deo? S. Thom. ad tertium, tenet, nullam fuiſſe
rationem prædeſtinationis Pauli, niſi ſolam me-
ram Dei voluntatem; Et ratio eſt: quia omnes crea-
turæ æquè ſe habent reſpectu Dei, cùm ergo ex
parte creaturæ non ſit ratio, neque eſt aſſignanda
ex parte Dei.

De reprobatione eſt etiam dubium: An ſit cau-
ſa aliqua? S. Thom. artic. 6. & ſuper c. 9. ad Rom.
dicit, nullam dari cauſam reprobationis, inquit

enim,

enim, quòd reprobatio includit culpam, & illius Deus non eſt cauſa, neque reducitur in voluntatem diuinam: & in hoc reprobatio differt à prædeſtinatione. Et licet hæc ſententia videatur dura,
Rom. 9.
probatur ex Paulo Rom. 9. *Antea quam quidquam boni aut mali egiſſent*, Iacob prædeſtinauit, & Eſau reprobauit. Et idem tenet B. Auguſtin. locis citatis. Doctores ſententiæ contrariæ aſſerunt, in reprobatione eſſe duo, vnum negatiuum, ſcilicet, non dare gloriam, & huius concedunt non dari rationem. Alterum eſt poſitiuum, ſcilicet, perpetuò puniri, & huius dicunt quòd debet dari cauſa. Sed ad hoc dicimus de adultis nihil concludere; quia omnis qui non habuerit gloriam perennem, habebit pœnam æternam: & hanc legem Deus gratis fecit. Ex quo concludimus, totius reprobationis nullam eſſe cauſam ex parte reprobatorum.

Vt materiam prædeſtinationis, & reprobationis, paucis perſtringamus, has aſſignamus Conclu-
1. Concluſio.
ſiones. Prima, Non eſt hæreticum dicere, dari aliquam cauſam prædeſtinationis & reprobationis, ex parte prædeſtinatorum, aut præſcitorum. Probatur; quia Catholici & graues Doctores id aſſerunt: & licet Auguſtinus id retractauerit, ſed non tanquam hæreticum. Secundo, quia Eccleſia hucuſque id non diffiniuit, & ſi cognouiſſet eſſe hæreticum, Seſſion. 6. de Iuſtificatione Tridentinum Concilium damnaſſet, quod tamen non fecit.
2. Concluſio.
Secunda Concluſio, Nihilominus non eſſet pium nec religioſe dictum, quòd detur cauſa prædeſtinationis & reprobationis. Ratio eſt: quia eſſe videtur contra Paulum, neque poteſt rationabiliter
3. Concluſio.
in contrarium ſenſum exponi. Tertia Concluſio, Probabilis eſt ſententia quæ aſſerit reprobationis poſitiuæ poſſe aſſignari aliquam cauſam. Probatur: quia rationes opinionis contrariæ ſunt probabiles. Tum etiam, quia Auguſtinus multis in locis id ſenſit, & non conſtat quòd retractauerit, ſed ſolum locum, in quo de prædeſtinatione affirmauerat. De reprobatione autem negatiua eadem eſt ratio & cauſa, quæ eſt reprobationis abſolute
4. Concluſio.
& ſimpliciter ſumptæ. Quarta Concluſio, Sententia Magiſtri, & S. Thom. quoad hoc, eſt cęteris probabilior. Probatur ex Paulo, qui æque de ambobus loquitur Dionyſius Ciſtercienſ. diſtinct. 41. primi, citat octauum & nonum articulum Pariſienſem. Octauus, ſic habet, Aſſerere, quod propter futura bona Deus aliquem prædeſtinauit ab æterno, error. Nonus, aſſerere quod aliquis eſt prædeſtinatus à Deo ab æterno, propter bonum vſum liberi arbitrij, quem præſciuit Deus habiturum, error. Ex quibus conſtat, quòd opinio contraria non eſt probabilis, licet non ſit hæretica, & nullus eam deberet aſſerere in Scholis, neque alibi, cùm opinio Magiſtri, & S. Thom. ſit iam ab omnibus recepta.

Pro tranquillitate autem mentis eorum qui vexari ſolent: An prædeſtinati vel præſciti ſint? Quæ in concionibus publicis, cùm de hac materia diſputatio ſe offerret, quibus mihi commiſſis ſemper propoſui, breuiſſime referam. Primum eſt il-
Ezech. 2.
lud Ezechielis, *Et ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus & foris, in quo erant ſcripta lamentationes, & carmen, & væ.* Liber hic implicatus & inuolutus, eſt liber prædeſtinationis diuinæ quid intus in ſe contineat, Deus ſibi reſeruauit, ſolus enim ipſe nouit, quem debeat admittere, vel à Regno ſecludere, ſtultus autem eſt qui myſteria Dei occulta cognoſcere intendit, ſat ſit vnicuique legere, & intelligere, quæ foris in hoc libro ſcripta ſunt: ea nimirum ſunt opera fidei, & meritoria, quæ vnuſquiſque fidelis operatur. Ex quibus conijcere pote-
Apoc. 14.
rit quis finis illum maneat, iuxta id Ioannis, *Opera illorum ſequuntur illos.* Secundo aſſerebam, tenendum eſſe, Deum ita prædeſtinaſſe, & reprobaſſe

A ab æterno, nulla futuris rebus neceſſitate impoſita: ac ſi nihil omnino feciſset ex cauſis quas Doctores qui tenent ſententiam contrariam ſanct. Thom. fingunt. Demus enim, quòd Deus ab æterno nullum omnino prædeſtinauerit, neque reprobauerit, ſed ſolum exerceret miniſterium optimi rectoris & gubernatoris vniuerſi, cuius munus eſt præmio afficere bonos, & malos punire. Hoc ſuppoſito, nunquid non aliqui fuiſsent boni, & aliqui improbi? Vtique, neque in dubium cadere poteſt: iſto ergo modo aſſero, quòd Deus prædeſtinauit iuſtos, ſanctos: & iniquos, & reprobos, reprobauit: & omnes dimiſit ita liberos, ac ſi nihil præuidiſset, neque ordinaſset. Præſciuit tamen, & voluit iſto modo diſponere, & ordinare, propter perfectionem ſui intellectus diuini. Si ergo nullum vexat, quod munus optimi Principis ſit, bonos præmio afficere, & malos punire, vt Reſpublica in quiete & pace conſeruetur, alienus igitur à
B ſenſu erit, qui Deo hoc munus negauerit, quod ſuis miniſtris commiſit. Pro cæteris qui tardioris ſunt ingenij, cùm huiuſmodi cogitationes in corda illorum aſcenderint, ſufficiat illis credere, vt ex fide habemus, illud Athanaſij, qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala, in ignem æternum. Tum etiam, quia homo habet liberum arbitrium, & cum Dei auxilio quantumuis obſtinatus, poteſt bonum, ſi velit, operari, vt Concilium Tridentinum, Seſs. 6. Can. 9. diffiniuit. Quod ſi Dei præcepta cuſtodire contempſerit, perditio ex ipſo erit.

Pro defenſione Chryſoſtomi, & Doctorum, quos adduximus in conſenſum ſententiæ ipſius, reſpondemus ex doctrina S. Thomæ in corpore articuli, quòd ſi conſideremus cauſam meritoriam, erga electos diſtinguere debemus duplices actus diuinæ prouidentiæ: nam alij præcedunt ſuſceptionem gratiæ gratificantis: quales ſunt, dile-
C ctio, electio, prædeſtinatio, vocationis, iuſtificationis inchoatio; Alij ſequuntur receptionem gratiæ iuſtificantis, quales ſunt, gratiæ augmentum, iuſtitiæ incrementum, fœlicitatis adeptio. Si ergo quæratur, an præuiſio operum noſtrorum ſit cauſa meritoria graduum præcedentium, negandum eſt abſolute, ne conueniamus cum Pelagianis, dicentibus Deum in ſua præſcientia elegiſse noſtra merita. Et in hoc ſenſu interpretandi ſunt omnes Patres, qui diffiniunt ęternam Dei electionem, & prędeſtinationem, ex ſola Dei gratia nullis præuiſis meritis procedere. Si verò quæratur, an ſequentes gradus habeant in diuina prouiſione cauſam meritoriam? Reſpondendum eſt affirmanter, quia Deus ab æterno decreuit daturum ſe incrementa amplioris gratiæ & iuſtitiæ his, qui bene vſuri eſsent primo dono gratiæ & iuſtitiæ, & vltimo, coronam beatitudinis. Et in hoc ſenſu poſſumus Patres à calumnia vindicare, eo quod interdum, ſe-
D cundum gradum diuini ordinis, accommodant priori, denominantes totum à parte. Rurſus, ſi conſideremus rationem cauſæ finalis, affirmare poſſumus præuiſionem operum ſubſequentium, & receptionem diuinæ gratiæ, eſſe cauſam finalem electionis: Deus enim *elegit nos*, vt Paulus ait:
Epheſ. 1.
ante mundi conſtitutionem, & prædeſtinauit nos, vt eſſemus ſancti, & immaculati coram eo in laudem gloriæ & gratiæ eius, hoc eſt ab æterno nos ſibi aſciuit in ſuos, & præparauit nobis vocationis & iuſtificationis gratiam in eum finem, vt ea bene vteremur, & eius bono vſu, gloriam fœlicitatis adipiſceremur. Secundum ergo hunc loquendi modum, poſsumus Patres liberare, cùm dicunt, opera noſtra præuiſa, eſse cauſam diuinæ prædeſtinationis, finalem ſcilicet, non autem meritoriam.

Auguſtinus patrono non indiget, nam cùm prius huic dogmati conſtanter adhæſiſset, re tamen diligentius perſpecta, opinionem locis innu-

meris retractauit, præſertim, lib. 1. retract. cap. 25. quo loco teſtatur ſe nunquam hoc fuiſſe dicturum, ſi ſciuiſſet electionem ſine vllis præcedentibus meritis eſſe ex ſola gratia, & fidem ipſam, inter Dei munera, quæ dantur per Spiritum ſanctum, reperiri: nam quamuis credere, & operari, vtrumque noſtrum ſit, propter liberum voluntatis arbitrium, & quòd non niſi volentibus nobis fiunt, vtrumque tamen Dei donum eſt, qui & credere, & velle, & perficere, ſubminiſtrat. De reprobatione, vide decimum Tomum Auguſt. ad 10.

DECIMVM-QVARTVM QVÆSITVM.

An ieiunium, oratio, & virginitas, ſine eleemoſyna aliquid valeant.

CHryſoſtomus in fine, Homil. 78. in illud Matthæi 24. *Veniet Dominus ſerui illius in die qua non exiſtimat.* Videtur docere, quòd ieiunium, oratio, caſtitas, & virginitas, abſque eleemoſyna nihil proſint, ſic enim habet, Oratio ab eleemoſyna vires, atque alas aſſumit: non autem ſola oratio, verum etiam ieiunium inde roboratur, quippe, ſi abſque eleemoſyna ieiunes, neque ieiunium quidem hoc reputatur, cum ventris ſeruo ac temulento, qui ita ieiunat, deterior ſit, tantoque peior quanto crudelitas delitijs nequior eſt: cur de ieiunio ita loquor, cum ipſa caſtimonia & virginitas eleemoſyna carens; ex thalamo ſponſi eiiciatur: quanquam enim magna quidem res virginitas ſit, tamen niſi eleemoſyna ipſam comitetur, eiicietur.

Diſputant Doctores Scholaſtici de connexione virtutum inter ſe, & cum charitate, 3. ſentent. diſtinct. 36. & S. Thom. 1. 2. quæſt. 65. artic. 1. & 2. & artic. 1. tenet, quod in gradu imperfecto morales virtutes non ſunt connexæ, in gradu verò perfecto ſunt inter ſe connexæ, & vniuerſali prudentiæ. Et licet hæc ſententia ſit Ariſtotelis, 6. Ethic. c. 10. & 11. indiget tamen expoſitione: aſſignat enim in virtute diuerſos gradus virtutis, vel in eſſe perfecto, vel in eſſe imperfecto. Quod in habitibus poteſt intelligi trifariam: Vno modo, vt ſit differentia ſpecifica, ſicut eſt inter ſcientiam, & opinionem, & ſic non accipitur hic, nam eadem qualitas, quæ prius eſt diſpoſitio, & imperfecta virtus, fit poſtea habitus, & virtus perfecta. Secundo modo, vt differant penes intenſionem, & remiſſionem, & nec ſic accipi debet, nam ſtat virtutem imperfectam intenſiorem eſſe perfecta. In actibus id conſtat, poteſt enim is, qui virtutem non habet, intenſiori actu & conatu operari, quàm alius qui habet habitum virtutis, poteſt circa illam materiam habere intenſiſſimum actum, qui tamen non eſt virtus, quia non operabitur firmiter, & in omni euentu. Tertio modo intelligi poteſt, vt in ſe contineat omne quod eſt de ratione virtutis perfectæ: & illo modo S. Thom. debet intelligi, vt ſcilicet virtus perfecta ſit habitus quo quis operatur, ſciens, eligens firmiter propter hoc, & in omni euentu, vt Ariſtoteles, 2. Ethic. explicat, & aſſerit hoc ſufficere ad hoc, quod quis dicitur ſimpliciter ſtudioſus, & bene agat. Imperfecta verò virtus eſt, inclinatio ad aliquod bonum, non tamen ſufficiens, ad hoc, vt operetur bonum ſimpliciter, ſecundum omnes circumſtantias, in omni ſcilicet tempore, & in omni euentu. Et aſſignat exemplum inter hoc quòd eſt iuſte agere, & agere iuſtum. Nam ad hoc quod quis iuſte dicatur agere, & quòd ſit ſtudioſus, non ſufficit quod aliquando aliquod opus bonum & iuſtum fecerit, ſed exigitur, quod ſemper prompte, delectabiliter, & in omni euentu operetur. Aduertendum etiam, quod quando aſſerimus ad eſſe virtutis perfectæ requiri vt operetur firmiter, & in omni euentu, intelligi debet regulariter, & in caſibus regulariter occurrentibus, verbi gratia, ad hoc vt mulier ſit verè temperata, ſat eſt, quòd in caſibus qui vt in plurimum accidunt intemperate non ageret: ſi tamen oblato periculo mortis, vel quod regina fieret, ſi in ſtuprum, vel in turpitudinem aliquam conſentiret, dato quòd talis de facto ſtuprum pateretur, nihilominus temperata ſimpliciter diceretur. Sicut enim per vnum actum virtutis non dicitur quis ſimpliciter temperatus, ſic neque per vnum actum intemperantiæ intemperatus. Quando ergo ſanct. Thom. dicit, virtutes in ſtatu perfecto ſunt connexæ, intelligit de virtute perfecta, & quæ eſt vera virtus. Item aduertendum, quòd Doctores Scholaſtici in vnaquaque virtute aſſignant tres gradus, ſcilicet, continentiæ, temperantiæ, & gradus heroici. Gradum continentiæ dicunt in materia temperantiæ, ſiue in quauis alia materia virtutis, quando paſſionibus vere nondum ſedatis, à vitijs continetur. Gradus temperantiæ eſt, quando luctamur cum paſſionibus, ſed illas ſuperamus. In gradu heroico eſt virtus, quando nullæ omnino ſunt paſſiones, & cum delectatione operamur. Primus iſtorum graduum, qui eſt quando quis ceſſat à vitijs, rectè vocari poteſt continentia, quia Ariſtoteles, & ſanctus Thom. 2. 2. quæſtion. 55. artic. 2. continentiam in genere accipit, vt eſt conditio omnium virtutum, & incontinentia conditio vitiorum. Secundus tamen gradus non rectè vocatur gradus temperantiæ: Ariſtoteles enim non vocaſſet fortitudinem in gradu temperantiæ. Temperantia enim non eſt niſi circa delectabilia guſtus, & tactus, & illum gradum medium Ariſtoteles non vocat virtutem. Et ita ſanct. Thom. loco citato, & hoc differt ab aliis Doctoribus Scholaſticis. Vltimum verò gradum ſicut Ariſtoteles, ita & ſanctus Thom. vocat heroicum & perfectæ virtutis. Alij verò gradus in rigore vocari non debent niſi imperfectæ virtutis, non tamen ſimpliciter & abſolute niſi ſit in gradu heroico. Alij hos gradus vocant incipientium, proficientium, & perfectorum. His ſuppoſitis, conſtat de mente ſanct. Thomæ, quæ eſt Ariſtotelis loco citato, Virtutes morales, quibus homo ſimpliciter dicitur bonus, eſſe inter ſe connexas, & nullo modo ſeparari poſſe, quia omnes conectuntur & inhærent vni prudentiæ. Et Ariſtotelis ratio eſt: quia temperantia eſſe non poteſt ſine prudentia: prudentia autem eſſe non poteſt ſine omnibus virtutibus, quia debet de omnibus rectè iudicare; Temperantia igitur eſſe non poteſt ſine alijs virtutibus. Et eadem in re eſt ratio S. Thom. quæ ea eſt, Omnis virtus habet firmiter operari, & in omni euentu. Loquamur igitur de temperantia: ad hoc quod temperantia ſit virtus, requiritur quòd in omni euentu delectabilibus actibus rectè vtatur. Sit igitur mulier quæ nullas paſſiones concupiſcentiæ patiatur, propter auaritiam tamen admittit ſtuprum, vel turpem quæſtum, velut meretrix, talis vtique non eſſet temperata, requiritur ergo vt ſit temperata, quòd ſit etiam liberalis: & ſi non admitteret ſtuprum propter aliquod iſtorum, poſſet admittere propter metum, requiritur ergo quòd ſi etiam fortis: poſſet etiam honore capta, congredi cum Principe, requiritur ergo quòd habeat virtutem circa moderandos honores: non ergo eſt perfecta temperantia niſi habeat omnes virtutes. Et id probo ex communi modo loquendi. Nam quis dicet, quod meretrix quæ ex ſola auaritia peccat, ſit temperata? tum etiam quia qui mœchatur propter furtum, licet denominetur fur, vere cõmittit peccatũ mœchi, & meretrix vere fornicatur, & ex illis actibus vere habitus intem-

Tres gradus in vnaquaque virtute.

Prudentia non eſt ſine omnibus virtutibus

perantiæ gignitur. Igitur talis ſimpliciter eſt intemperata. Requiritur ergo ad hoc, vt ſit perfecta temperantia, quod habeat iunctas & connexas omnes alias virtutes: quæ eſt ſententia S. Thom. Ex hac doctrina oritur aliud dubium, quod eſt:

An virtutes morales ſint connexa charitati.

AD quod reſpondet S. Thom. art. 2. ſuppoſita diſtinctione: Nam virtutes morales, aliæ ſunt infuſæ, aliæ acquiſitæ. De acquiſitis aſſerit ſine charitate reperiri: quod ex eo conſtat, quia illæ ordinant ad fœlicitatem humanam & naturalem, non ergo indigent diſponi per charitatem ad finem ſupernaturalem. De moralibus infuſis, quæ ordinant ad bonum regulatum ratione ſupernaturali, inquit, eſſe ſine charitate minime poſſe, ſed infunduntur cum illa, & producuntur quando illa producitur. Probat: quia virtutes illæ eſſe non poſſunt ſine prudentia infuſa, ſicut neque morales acquiſitæ ſine prudentia acquiſita. Nam eodem modo prudentia infuſa dirigit virtutes infuſas, ſicut acquiſita acquiſitas, ſed prudentia infuſa non poteſt eſſe ſine charitate, ergo: Minor probatur, quia prudentia eſſe non poteſt niſi appetitus ſit recte diſpoſitus circa finem, ſed per charitatem recte diſponitur ad vltimum finem, ergo ſine charitate non poteſt eſſe prudentia circa media, quæ ordinantur in finem ſupernaturalem. Ex quo infert ſolas virtutes infuſas ſimpliciter & perfecte eſſe dicendas virtutes: quia bene ordinant hominem ad vltimum finem ſimpliciter: Acquiſitas verò virtutes non eſſe ſimpliciter & perfecte virtutes, ſed ſolum ſecundum quid, quia ordinant hominem ad finem non ſimpliciter vltimum, ſed humanum.

Sed è contrariò nunc quærimus, an charitas eſſe poſſit ſine virtutibus moralibus? artic. 3. reſpondet S. Thom. neganter. Nunquam eſt charitas quin ſimul cum illa ſint virtutes morales infuſæ. Probat: quia Deus non imperfectius operatur in operibus gratiæ, quàm in operibus naturæ, ſed in operibus naturæ, vbi eſt principium eſſentiale operandi, ſimul infunditur potentia naturalis illi opera neceſſaria, vt cum anima infunduntur complexiones, & accidentia, quæ requiruntur ad opera humana, ſed charitas eſt principium omnium operum, quæ ordinant nos in finem ſupernaturalem, ergo ſimul cum illa infunduntur omnes virtutes circa media, quæ ſunt neceſſaria ad conſecutionem illius finis. Temperantia circa delectabilia guſtus & tactus; Fortitudo circa paſſiones iraſcibiles; & ſic de aliis.

Pro Chryſoſtomo reſpondemus: Primo, omnia opera virtutum, ſi abſque affectu miſericordiæ, & charitate fiant, eiiciuntur, & apud Deum nulla ſunt: quia præmio æterno non ſunt digna. Et ſi loquatur de eleemoſyna exteriori, transferenda ſunt ad tranſgreſſionem præcepti miſericordiæ, & charitatis: vt cùm quis adeò ſit auaritiæ ſubditus, vt etiam extreme indigentibus opem ferre recuſet. Et cauendum ne decipiaris, affirmans, opera bona in mortali facta, nihil valere. Nam Scholaſtici Doctores vnanimes tradunt, opera bona in peccato mortali facta ad plura prodeſſe. Valent etenim veniam petentibus humiliter, ad impetrandam gratiam: nam Cornelio dixit Angelus, exauditas fuiſſe eius eleemoſynas, & orationes, in conſpectu Dei, vt adduceretur ad fidem Chriſti, & ſaluus fieret cum omni domo ſua. Et de publicano, qui humili, & deuota oratione impetrauit indulgentiam ſuorum peccatorum, & deſcendit iuſtificatus in domum ſuam. Secundo, valent opera bona extra charita-

Act. 10.

Lucæ 18.

A tem facta, ad bona temporalia impetranda: vt patet de obſtetricibus Ægyptiorum, quibus in remunerationem miſericordiæ, quam exhibuerunt pueris Hebræorum, ædificauit eis Deus domos. De quo Gregorius ait, Benignitas earum, ſcilicet, obſtetricum mercedem potuit in vita æterna conſequi: ſed culpa mendacij terrenam compenſationem accepit. Quod recte intellige: Nam Deus mendacium non remunerat, ſed benignitatem & pietatem. Et Auguſt. 5. de Ciuit. ca. 12. inquit, Romani iuſtitia, & actibus ſtrenuis promeruerunt à Deo Imperium. Tertio, valent ad euitandam tranſgreſſionem præcepti: patet de honore parentibus impenſo, de eleemoſyna donata pauperi, & Horis Canonicis dictis à peccatore in ſtatu peccati mortalis. Quarto, valent, vt inclinationi peccati reſiſtamus, iuxta illud, *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccato.* Quinto, valent, vt homines in opere bono aſſueſcant, quod B fit, vt conſuetudine operandi, quaſi ex natura, & tandem ex charitate operetur: ſicut è contrà, ex conſuetudine peccandi incipit cum difficultate operari, & tarde in Deum conuerti. Sexto, valent ad temporalis pœnæ relaxationem, aut æternæ diminutionem: ideo merito Doctores Scholaſtici docent, opera bona in mortali peccato facta, prodeſſe non ſolum vt promptiores reddamur ad bonum, & tardiores ad malum, ſed vt nos diſponant & inducant ad Dei gratiam, & ad vitanda peccata, & tolerabilius extremi Iudicij ſupplicium ſubeundum. Et etiam ad impetrandum à Deo bona aliqua temporalia, vt oſtendimus. Et hanc aſſertionem ſufficienter firmat teſtimonium Pauli, Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c. Quæ opera cùm ſint egregia, licet non ſint meritoria vitæ æternæ, nedum ſtultus, ſed hæreticus erit, qui affirmauerit ſimilia opera eſſe mala, & peccatum. Ita diffiniuit ſancta Synodus C Tridentina, Seſſ. 6. de Iuſtificatione, Can. 7. Si quis dixerit, opera omnia quæ ante iuſtificationem fiunt, quacunque ratione facta ſint, vere eſſe peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur ſe diſponere ad gratiam, tanto eum grauius peccare, anathema ſit.

Exod. 1.

Auguſt.

Eccli. 3.

Concil. Trident.

DECIMVM-QVINTVM QVÆSITVM.

Quæritur, quibus verbis Chriſtus Dominus Euchariſtiam conſecrauerit.

CHryſoſtomus iuxta illa verba, *Accepit Ieſus panem, & benedixit*, Matth. 26. poſt recitationem Dominici verbi, Hoc eſt corpus meum, quibus Chriſtus Dominus vere Euchariſtiam conſecrauit, & fecit, tali vtitur deprecatoria conſecratio- D ne, Precamur, ſupplicamus, & depoſcimus, vt mittas Spiritum ſanctum ſuper nos, & ſuper hæc appoſita munera, & fac panem iſtum quidem precioſum corpus Chriſti tui, & quod eſt in calice iſto precioſum ſanguinem Chriſti tui, permutans ſancto Spiritu tuo. Amen. Ex his aſtruunt Græci, & Lutherus libello ſuo de abroganda miſſa priuata, formam conſecrationis corporis & ſanguinis, non eſſe inſtitutam à Chriſto, ſed ab Eccleſia.

Lutherus.

Caietanus in Commentariis ſupra verba poſita, ſic habet, Accepit Ieſus panem & benedixit benedictione laudis, non benedictione conſecrationis. Quod patet ex eo, quia tam Lucas, quam Paulus, loco benedictionis ponit gratiarum actionem, quæ eſt benedictio laudis. Ex quibus verbis aliqui colligunt Caietanum fuiſſe ambiguum, quibus verbis Chriſtus Dominus conſecrauerit. Ratio prima ſuſpicionis eſt, quia noluit hæc verba

intelligi de benedictione conſecrationis, ſicut S. Thom. & communis ſchola Theologorum intelligunt, & exponunt. Altera eſt, quia cùm toties in ſuis Commentariis explanauerit ſententiam illam, Hoc eſt corpus meum, nuſquam de forma conſecrationis, quæ in ipſa includitur, mentionem vel minimam fecerit. Eraſmus in annotationibus noui teſtamenti, inquit, non eſſe pertinaciter aſſeuerandum, quibus verbis conſecrauerit Chriſtus, & quibus conſecret ſacerdos: cùm id nuſquam expreſſe legatur: & ea verba, Hoc eſt corpus meum, magis videantur eſſe, iam panem conſecratum porrigentis, quàm panem conſecrantis. Et alij quidam recentiores Græci, qui explanationes in Liturgiam, vel miſſam Eccleſiæ Græcæ ediderunt, eſto non inficientur verba illa, Hoc eſt corpus meum, eſſe ad ſanctificationem & conſecrationem Dominici corporis neceſſaria, negant tamen ea ſufficere ad tranſmutationem panis & vini, in corpus & ſanguinem Chriſti: niſi his addantur precationes & benedictiones quædam à Patribus ſanctis traditæ, quæ per inuocationem Spiritus ſancti vim habent tranſmutandi panem, & vinum, in corpus, & ſanguinem Domini. Quam ſententiam oſtendere contendunt ex Liturgiis, ſiue miſſis Iacobi, Baſilij, & Chryſoſtomi, in quibus poſt recitationem Dominici ſermonis, Hoc eſt corpus meum, ſuperinducuntur orationes, quæ per diuini ſpiritus implorationem, actu compleant, ac perficiant conſecrationem, & tranſmutationem panis & vini, quæ ex prolatione verborum Chriſti, diſpoſitionem acceperant, vt per ſequentem ſacerdotis deprecationem ſanctificarentur, & in Dominicum corpus verterentur. Liturgiam Chryſoſtomi iam poſuimus.

Baſilius in ſua ita habet, Chriſtus in nocte, qua tradebat ſeipſum pro mundi vita, accipiens panem in ſanctis ſuis & immaculatis manibus, oſtendens tibi Deo & patri, gratias agens, benedicens, ſanctificans, frangens, dedit Apoſtolis dicens: Accipite, & manducate, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum, Amen. Similiter & calicem, &c. Et poſt hæc, Ideo rogamus venire Spiritum ſanctum ſuper nos, & ſuper propoſita munera iſta, & benedicere ea, & ſanctificare, & efficere panem quidem iſtum ipſum honorificum corpus Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: quod autem eſt in calice iſto, ipſum ſanguinem Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui effuſus eſt pro mundi vita. Aliæ Liturgiæ fere his conſonant.

Doctores Scholaſtici diſputant de hac quæſt. 4. ſentent. diſt. 8. S. Thom. 3. par. q. 78. art. 1. Qui omnes vno ore conueniunt, formam hanc, Hoc eſt corpus meum, & hanc, Hic eſt ſanguis, &c. eſſe conuenientes formas Euchariſtiæ, & Chriſtum
1. Ratio. Dominum his verbis conſecraſſe. Et probatur primo authoritate Euangelica, Matth. 26. Per illam enim Chriſtus Dominus conſecrauit: tum etiam, quia formam Sacramenti id ſignificare oportet quod efficit, fit autem per illam formam conuerſio panis in corpus Chriſti, ergo illam debet aptè exprimere. In conuerſione verò tria eſt conſiderare, ſcilicet, actionem ipſam, & terminum à quo, & terminum ad quem, quæ per hanc formam optimè explicantur. Et conuerſio non debuit explicari in fieri, quia non eſt ſucceſſiua, ſed momentanea, in quibus idem eſt fieri, & factum eſſe. Explicanda ergo eſt conuerſio in facto eſſe, & termini debent actioni proportionari. Terminus autem ad quem, ſcilicet, corpus, facta conuerſione, habet naturam ſuæ ſubſtantiæ. Terminus verò à quo, ſcilicet panis, non manet ſecundum ſuam ſubſtantiam, ſed ſecundum accidentia, quibus ad ſenſum demonſtratur. Ex quibus fit conſequens, vt terminus à quo, congruè exprimatur per pronomen hoc, demonſtratiuum, relatum ad accidentia ſenſibilia, quæ manent, non tamen quòd demonſtret accidentia, nam ipſa non ſunt corpus, ſed contentum ſub illis. Terminus verò ad quem, exprimatur per nomen ſignificans ſubſtantiam illam, in quam fit conuerſio, vt eſt corpus, verbum autem, non ſit, fit, ſed, eſt, quod ſignificat rem iam factam. Quare concludit S. Tho. quod hæc eſt forma congruentiſſima, Hoc eſt corpus meum, quibus Chriſtus Dominus Euchariſtiam conſecrauit. Secundo probatur, quia quamuis Euangelium non palam dixiſſet Chriſtum illis verbis conſecraſſe, Catholicis tamen ſufficere debet ſolenniſſimus vniuerſalis Eccleſiæ vſus: nam cùm à tempore Apoſtolorum vſu perpetuo vtatur his formis conſecrandi, firmiſſimum documentum eſt, non modo Apoſtolos, verum & Chriſtum fuiſſe vſum illa forma. Eccleſiam enim quæ Spiritu ſancto gubernatur, conſtat non inſtituiſſe aliam formam ab ea quam Chriſtus inſtituit. Tertio probatur ex Ambroſio, libro de Sacramentis, & refertur de conſecra. diſt. 2. Can. Panis. Cum panem accipiens, diceret, Hoc eſt corpus meum, plane monſtratur, verbum illud operatorium fuiſſe, conuerſiuumque panis in corpus. Quare non alio teſtimonio indigebat Eccleſia, vt illam formam, vt à Chriſto ſancitam, vſurparet, vt Ambroſius ibidem ait, & Euſebius Cano. quia corpus: & Innocentius, c. cum Marthæ, de celebr. miſſ. Et tandem in Concilio Florentino decretum eſt, formam huius Sacramenti, eſſe verba Saluatoris, quibus hoc Sacramentum confecit, ſcilicet, Hoc eſt corpus meum: & Hic eſt calix ſanguinis mei.

2. Ratio.

3. Ratio.

Concil. Florent.

Aduertendum tamen, quòd quamuis Chriſtus Dominus benedixerit, vt Euangeliſtæ tradunt, per verbum benedixit, quod refert Euangeliſta ante fractionem, non aliud debet intelligi, quam forma ipſa conſecrationis in fine prolata, licet forte aliud deſignetur. Erat enim Chriſto in more quotieſcunque panes comederet, gratias agere, imò quotieſcunque miraculum aliquod adornaret. Quocirca, ſi dum quinque panibus turbas pauit, benedixit, ac fregit, vt ait Matt. cap. 4. & Lucas, c. 9. licet verba benedictionis non expreſſerint, nihil mirum, ſi aliqua benedictione vſus fuerit ante fractionem, quam quia conſuetiſſima illi erat, Euangeliſtæ non expreſſerunt. Vnde quò Matth. ait, benedixit, Lucas ait, gratias egit, cui concinit & Paulus, 1. Corint. 11. quare eccleſia illud vſurpauit, eleuatis oculis in cœlum, tibi gratias agens, benedixit, fregit, & dixit, Accipite, Hoc eſt corpus meum. Vbi inſinuatur, quòd gratiarum actio conſecrationem anteceſſerit, imò propterea ante conſecrationem dicens ſacerdos, benedixit, ſigno crucis benedicit materiam, non quod tali ſigno fuerit vſus Chriſtus, ſed vt nonnulla eius benedictionis fiat imitatio. Hoc ex ſolutione S. Thom. ad primum argumentum.

Circa formam ſanguinis eſt maior difficultas, maximè circa Doctores Scholaſticos, alijs aſſerentibus, illa verba, quòd pro vobis tradetur, non eſſe dicta à Chriſto, alijs Græcos vere conſecrare, & tamen non dicunt omnia verba quæ nos, quia ipſi non habent, noui & æterni teſtamenti, neque myſterium fidei. Quid in his contentionibus ſit tenendum his accipe aſſertionibus. Prima, non ſolum hæc verba, Hic eſt calix ſanguinis mei, ſunt de forma huius Sacramenti, contra Durandum, Bonau. & Alexan. Probatur: quia vt ipſi fatentur, Græci non habent, Hic eſt calix ſanguinis mei, ſed *Hic eſt ſanguis meus*, vt alius Euangeliſta habet. Tum quæro, an illa particula, Calix, ſit pars formæ? Videtur enim eſſe, quia illa ablata, manet. Hic eſt ſanguinis mei, quod nihil ſignificat. Tum etiam quia Græci vere conſecrant, & tamen non ponunt

1. aſſertio.

Matth. 16.

particulam,

particulam, Calix. Item, quia compertum eſt Græcos conſecrare verbis Pauli, hac forma, Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Ex hoc ago contra Doctores citatos, quia Græci conſecrant iſta forma, Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Et quæro ab illis, an illa duo verba, nouum, & teſtamentum, ſint de forma, nec ne? Si primum, male ergo aſſerunt, ſolum illa, Hic eſt calix ſanguinis mei, eſſe de ratione formæ: ſi dicant, nouum teſtamentum, non eſſe de forma, quid manet niſi hic calix eſt in meo ſanguine? quæ nullum ſenſum faciunt: non ergo poſſunt eſſe forma Sacramenti, ergo illa duo verba, nouum, & teſtamentum, ſunt de ratione formæ: illis enim ablatis cætera verba, neque ſunt vera, neque falſa. Item, quia quod nos in forma noſtra habemus, effundetur, in forma eorum, habetur, effundet Deus pro nobis, ſed non eſt veriſimile, quod Chriſtus noluerit formam eſſe, Hic eſt calix ſanguinis mei, & adiectiuum, effundendus, non ſit de forma. Voluit ergo totam rationem eſſe formam.

2. aſſertio. Ideo ſit ſecunda aſſertio, non ſola iſta verba, Hic eſt calix ſanguinis mei, vel iſta, Hic eſt ſanguis meus, eſt forma præciſa, ſed per quæcunque alia verba his æquipollentia poteſt ſufficienter fieri conſecratio. Probo: quia quæcunque verba ſi habeant eandem ſententiam, ſignificant quod efficiunt: & ſi ſufficienter ſignificant, & exprimunt effectum ſacramenti, ergo eſt vera forma. Tum etiam, quia oportet dare aliquid commune in quo nos & Græci conueniamus, & hoc ſit per talem formam, ergo.

3. aſſertio. Tertia aſſertio, omnia iſta verba, quibus Romana Eccleſia vtitur, ſcilicet, Hic eſt calix ſanguinis mei, &c. ſunt de ratione formæ. Pro quo aduertendum, maxime referre, dicere, hoc eſt de eſſentia, vel hoc eſt de forma, & in hoc ſunt decepti Doctores citati: quia vtrumque pro eodem accipiunt; & hanc differentiam declaro in naturalibus: nam manus eſt pars hominis, & tamen non eſt de eſſentia illius: ſic in propoſito, omnia illa verba ſunt pars formæ, non tamen omnia ſunt de eſſentia. Et quod hoc ita ſit, probo, Primo, quia quando ego dico, Ego te abſoluo à peccatis tuis, totum eſt forma pœnitentiæ, & datur gratia in fine illorum verborum, & tamen illa duo verba, à peccatis tuis, non ſunt de eſſentia, neque de neceſſitate ſacramenti: ſat enim eſt dicere, Ego te abſoluo. Similiter, in forma baptiſmi, verbum illud, ego, non eſt de eſſentia, licet ſit pars formæ, igitur. Item, id probo ex forma Græcorum, ſcilicet: Baptizetur ſeruus Chriſti, verbum illud Chriſti, eſt pars formæ, & tamen non eſt de eſſentia formæ, quia nos non conſtituimus illud in noſtra forma, & tamen verè baptizamus; Igitur aliquid eſt pars alicuius, quod non eſt de eſſentia eius. Et idem concluditur de qualibet ſyllaba, ſi moro ſe proferatur, vt aliqui proferunt, omnes illæ ſyllabæ ſunt partes formæ, & tamen non ſunt de eſſentia illius. Ex quibus patet veritas tertiæ aſſertionis. Item ex Miſſali Ambroſij, in quo omnia illa verba erant ſcripta literis aureis. Item quia neque ſacerdos, neque populus adorant quouſque omnia proferantur. Item ex conſuetudine totius Romanæ Eccleſiæ.

Pro defenſione Chryſoſtomi, & eorum quæ allata ſunt in confirmationem ſententiæ ipſius, reſpondeo primo. Cùm in miſſis Græcorum patrum, poſt prolationem verborum Chriſti, additur, fiat corpus, fiat ſanguis, &c. non eſſe credendum tunc fieri conſecrationem, cùm iam antea facta ſit, ſed ſolum oſtendi, quod licet ſermo Chriſti in voce tranſierit, remanet tamen effectus conſecrationis ſub ſpeciebus panis & vini. Quem modum loquendi legimus apud Marcum, de muliere quæ fluxum ſanguinis patiebatur, quæ poſteaquam à Chriſto ſanata eſt fide, & poſt contactum fimbriæ, nihilominus audiuit à Chriſto, eſto ſana à plaga tua, quæ tamen iam ſanata fuerat, vt ſignificatur, quod licet tactus fimbriæ tranſiſſet, effectus tamen inde conſecutus perſeuerabat. Secundo reſpondeo, hæc quæ in Liturgijs adduntur, accipienda eſſe per figuram, vt intelligamus, tunc inuocari Spiritum ſanctum, tanquam peractæ iam conſecrationis, & iam perfectæ conuerſionis operatorem. Tertio reſpondeo, quòd Liturgiæ illæ exponi non poſſunt de corpore Chriſti vero, ſed tantùm myſtico: pro quo ſacerdos deprecatur, vt omnes aſtantes myſterijs vnum corpus cum Chriſto efficiantur, quod conſtat ex Liturgiis Chryſoſtomi, & Baſilij, quæ ſic habent, Vt omnes qui de vno pane & calice participamus, coadunemur inuicem in vnius Spiritus ſancti communionem.

DECIMVM-SEXTVM QVÆSITVM.

An Chriſtus ſeipſum in cœna ſub ſpeciebus panis & vini obtulerit.

Contentio fuit maxima inter Patres congregatos in Synodo Tridentina ſub Pio IIII. Quidam illorum pertinaciter contendebant partem negatiuam. Sed affirmatiua ſuadetur ſequentibus. Primo, ex traditione Patrum, beatus Iacobus Hieroſolymorum Epiſcopus, qui & cœnæ Domini interfuit, ita habet in Miſſa ſua, quam 6. Synodus Conſtantinopolitana approbat. Ea nocte qua tradebatur vel potius ſeipſum tradebat pro vita & ſalute mundi, accipiens panem in ſanctas, immaculatas, & inculpabiles manus ſuas, in cœlum aſpiciens, ac tibi Deo & Patri gratias agens, ſanctificans, frangens dedit nobis, dicens, accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur, & datur in remiſſionem peccatorum. Quibus verbis apertè facit mentionem ſacrificij: quia extenſio manuum in cœlum, ſigna ſunt expreſſa offerentis. Iacobus.

Clemens Romanus Petri diſcipulus, li. 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum, ita habet, Princeps ſacerdotum Dei vnigenitus Chriſtus, qui non ſibi ipſi dignitatem arripuit, ſpiritalem hoſtiam offerens Deo & Patri ſuo, anteaquam pateretur, nobis conſtituit ſolis hoc facere.

Eccleſia Romana id expreſsè affirmat, quæ in ſolemnitate corporis Chriſti hanc antiphonam cantat: Sacerdos in æternum Chriſtus Dominus ſecundum ordinem Melchiſedech panem & vinum obtulit, & cùm non dicat, cui, intelligendum eſt obtuliſſe Deo.

Cyprianus lib. 2. Epiſt. 3. ad Cecilium ita habet, In ſacerdote Melchiſedech ſacrificij Dominici ſacramentum præfiguratum videmus: nam quis magis ſacerdos Dei ſummi, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui obtulit hoc idem quod Melchiſedech panem & vinum, corpus, ſcilicet, & ſanguinem: & infra, Ille ſacerdos miniſterio Chriſti vere fungitur qui Chriſtum imitatur.

Euſebius Cæſarienſis, lib. 5. de demonſtratione Euangelica, cap. 3. tractans verſiculum Dauid, Tu es ſacerdos in æternum, &c. ita habet. Nam quemadmodum ille qui ſacerdos eſt, nunquam videtur ſacrificiis corporalibus functus, ſed vino ſolo & pane, dum ipſe Abraham benedixit, ita ſane Chriſtus Saluator ac Dominus noſter. Deinde quia ab ipſo præfecti ſunt ſacerdotes, vino & pane, corporis illius ac Saluatoris ſanguinis myſteria repreſentant.

Chryſoſtomus Hom. de proditione Iudæ ait, Vtrumque Paſcha Chriſtus in cœna exhibuit. Et Homil. 2. cap. 1. in epiſtolam ſecundam ad Tim.

Volo ait, quædam adducere planè mirabilia, & nolite mirari, neque turbemini, quia verò iſtud eſt ſacra ipſa oblatio, eadem eſt quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis, & quam modo ſacerdotes conficiunt, nihil habet iſta minus quàm illa, eadem enim eſt.

Theophilactus in c. 26. Matth. ſuper illud, Hic eſt ſanguis meus, ita habet. Sicut vetus Teſtamentum immolationem habebat & ſanguinem, ita & nouum: & c. 28. in Matth. inquit, Ex quo Dominus poteſtatem accepit à ſeipſo ponendi animam ſuam, ex tunc ſeipſum immolauit. Et idem habet in c. 7. ad Hebræos, vbi ait, Tu es ſacerdos in æternum, &c. manifeſte de Chriſto dictum eſt.

Damaſcenus, lib. 4. de fide orthodoxa, ca. 14. ſic ſcribit, Pane & vino ſuſcepit Melchiſedech Abraham à cæde alienigenarum reuertentem, qui erat ſacerdos Dei altiſſimi, illo menſam hanc myſticam præfigurauit, velut & ſacerdos ille Chriſti veri ſacerdotis figuram præ ſe ferebat & imaginem, Tu es ſacerdos in æternum, &c. Hæc eſt pura hoſtia, & incruenta, quam ab ortu ſolis vſque ad occaſum ipſi offerri per prophetam Dominus præcipit, docens Chriſtum ſicut Melchiſedech ſacrificium obtuliſſe.

Cyrillus Homil. 15. in myſticam cœnam, & in lotione pedum ſic ſcribit, Eamus ad illam glorioſiſſimam Sion, & contemplemur mente, quomodo qui terminos terræ tenebat, ad myſticam cœnam parabatur: quomodo qui ſedebat ſuper Cherubin, in cœna recumbebat: quomodo qui typice confectus eſt in Ægypto, illic, id eſt, in cœna ſeipſum ſponte immolat, præbens ſeipſum cibum vitæ.

Clemens Alexandrinus, lib. 4. Stomatum, Melchiſedech, inquit, panem & vinum ſanctificatum dedit ad comedendum in typum Euchariſtiæ: ſanctificatum dixit pro eo quod eſt oblatum, vt dicitur ibi. Sanctifica mihi omne primogenitum, id eſt, offer. Et Ioan. 17. Ego pro eis ſanctifico meipſum, id eſt, offero in ſacrificium. Et Melchiſedech non aliter ſanctificauit panem, quàm Deo offerendo.

Ambroſius in Pſal. 90. Tu es ſacerdos in æternum, ita ſcribit. Non ergo ſicut damnabilis Photinus credit, ex Mariæ partu ſumpſit exordium, ſed ante Luciferum eſt ex ore Patris progenitus, hic, qui per miniſterium panis & vini ſacerdos factus eſt in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Docens Melchiſedech obtuliſſe panem & vinum, & Chriſtum ſacerdotium ſuum conſecraſſe in pane & vino.

Hieronymus c. 27. in Matthæum, ſic ſcribit, Poſtquam typicum Paſcha fuerat impletum, aſſumpſit panem, & ad verum Paſchæ tranſgreditur ſacramentum, vt quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech fecerat, ipſe quoque veritatem ſui corporis & ſanguinis repreſentaret. Quod intelligi non poteſt, niſi de oblatione in cœna facta. Idem ait in Pſal. 109. & idem affirmat de Quæſtionibus Hebraicis, q. 16.

Ambroſius in Canone miſſæ Ambroſianæ ita habet, Quid deſperare de tua miſericordia poſſumus, qui tantum munus accepimus, vt talem tibi hoſtiam offerre mereamur corpus, ſcilicet, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſe pro mundi redemptione, piæ illi & venerandæ paſſioni tradens, qui formam ſacrificij perennis ſalutis inſtituens, hoſtiam ſe patri obtulit, & docuit offerre: Et infrà, Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſacrificandi ritum inſtituit, dum panem & vinum in ſacrum ſuum corpus & ſanguinem transformauit celebrandum. Quid clarius? & idem dicit in cap. 5. ad Hebræos, & in oratione præparatoria ad Miſſam.

Auguſtinus ſermone 150. de tempore, ita habet, Chriſtus nouo Eccleſiæ populo nouum ſacerdotium, & nouum ſacrificium inchoauit, vt nouum vinum in vtres nouos mitteretur. Et in Manuali, cap. 11. Pulcherrime Ieſu Chriſte rogo te per illam ſacratiſſimam effuſionem precioſi ſanguinis tui, &c. cupiens tibi offerre illud mirabile & cœleſte ſacrificium, omni reuerentia & deuotione dignum, quod tu Domine Deus meus, ſacerdos immaculate inſtituiſti, & offerre præcepiſti in commemorationem tuæ charitatis, mortis ſcilicet, & paſſionis, pro ſalute noſtra, & quotidiana fragilitate. Et lib. 17. de Ciuitate Dei, cap. 22. hoc idem repetit:

Anſelmus, li. de diuerſitate ſacramentorum. Bernardus Serm. in cœna Domini. Rupertus Abbas, li. 5. de diuinis officiis, & omnes fere Doctores ſacri, hanc eandē doctrinam vnanimes cōfitentur.

Doctores Scholaſtici, S. Thom in officio corporis Chriſti, quod Vrbanus Papa approbauit, hanc Antiphonam ad primas veſperas prōponit, Sacerdos in æternum Chriſtus Dominus, ſecundum ordinem Melchiſedech, panem & vinum obtulit. Et 3. part. q. 46. art. 9. ad primum argumentum, reprobat opinionem eorum, qui dicunt Chriſtum non eo die celebraſſe Paſcha, quo Iudæi celebrabant, ita concludit. Simul ergo Chriſtus, & Iudæi vetus Paſcha celebrauerunt: & tunc ſacrauit exordium paſſionis. Idem docet Remigius in Matthæum, & Rupertus, nimirum, figuram correſpondere figurato in hoc, quòd licet Luna decimaquinta fuit in cruce ſacrificatus, tamen exordium ſuæ paſſionis fuit Luna decimaquarta ad veſperam: tum, quia ſub ſpeciebus panis & vini ſe Patri obtulit, tum etiam, quia illa nocte tentus eſt, & alligatus, & cœpit exordium ſuæ immolationis exhibere. Idem docent Alexander de Ales, Bonauentura, & communiter Scholaſtici.

Doctores noſtri temporis qui contra hæreticos glorioſe ſcripſerunt, omnes in hanc ſententiam conueniunt. Roſſenſis lib. de Sacerdotio viſibili, in Lutherum, congreſſione 10. ait, impietatem eſſe magnam, negare, quòd Chriſtus ſe obtulerit in cœna, quia fuit ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech in eo, quod vt ille ſacrificauit in pane & vino, ita & Chriſtus in cœna. Et Ioan. Eckius li. 3. de Sacrificio Miſſæ ad regem Scotiæ.

Caietanus lib. de Sacrificio Miſſæ in Lutheranos, c. 3. ex verbis Domini, Hoc facite in meam commemorationem, probat Miſſam eſſe ſacrificium, Facite, inquit, corpus meum, quod datur & frangitur in remiſſionem peccatorum, id eſt, quatenus offertur, & ſacrificatur ad remittendum peccata, vt ipſe exponit. Ioannes Gropperus, lib. de veritate corporis & ſanguinis Chriſti, ar. 1. c. 52. ita habet, Nobis verò, & ſciendum, & accurate obſeruandum venit, Chriſti immolationem, non in cruce inchoatam, nec ibi ea ratione peractam, vt deinceps ceſſaret, ſed Chriſtum prius in cœna, veram carnem & ſanguinem ſuum, ſub panis ac vini ſpeciebus, modo incruento, ac deinde abſque ſacrificij diſtractione, vel diuiſione, in cruce modo cruento, & ſimul etiam in cœlis inuiſibiliter in conſpectu cœleſtis patris obtuliſſe. Et hoc idem affirmant omnes Doctores noſtri temporis, qui de hac reſcripſerunt.

Rationes etiam non deſunt ad probandum, Chriſtum ſe obtuliſſe in cœna. Primo, quia Chriſtus dixit, Hoc facite in meam commemorationē, quibus verbis præcepit Apoſtolis, vt offerrent, ergo ipſe obtulit. Nec enim aliud nobis agendum eſt in hoc ſacrificio, quam quod ipſe egit: quòd ſi ille non obtuliſſet, neque nobis eſſet offerendū. Et ideo primus ipſe de ſacrificio participauit, vt exemplo eius, alij non deterrerentur manducare corpus eius, & bibere ſanguinem. Nec valet, quod Chriſtus præcepit baptizare Matth. vltimo, ipſe tamen neminem baptizauit; Chryſoſtomus

namque

namque in cap. 5. Matth. dicit, Chriſtum baptizaſſe Baptiſtam, à quo fuerat baptizatus. Et multi ex vetuſtiſſimis Patribus baptizaſſe Petrum, & Ioannem Euangeliſtam. Et Euthimius docet, baptizaſſe Beatam Virginem. Quod verò Ioannes c. 4. inquit. Ieſus non baptizabat, ſed diſcipuli eius, intelligendum venit frequenter, & regulariter, ſicut Apoſtoli, & hanc expoſitionem ſancti Patres tradunt, cùm referunt Chriſtum aliquos baptizaſſe.

Secunda ratio eſt, quia ſi Chriſtus non obtulit in cœna, ergo minus dignum fuit eius ſacramentum, quàm noſtrum, quia noſtrum præſtat hoc priuilegio, vt ſit oblatum, & ſacrificatum Domino, quo illud caret. Deinde Apoſtoli non tam digne communicaſſent corpori & ſanguini Chriſti, quàm nos communicamus, quia illi non ſacrificarunt Domino, nos autem illi oblata & immolata, ſumimus.

Tertia ratio, quia Chriſtus, ſecundum omnes Patres, fuit in cœna ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech: nullus autem, præter hæreticos recentiores, docuit fuiſſe ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech in cruce, ergo in cœna exercuit ſacerdotium Melchiſedech. & per conſequens ibi obtulit in pane & vino, ſicut olim Melchiſedech. Hebr. 5. Sacerdotium enim rationem habet ad ſacrificium: neque concipi, aut intelligi, citra ſacrificium poteſt: quia ſacerdos ad offerendum dona & ſacrificia, pro peccatis conſtituitur: quòd ſi Chriſtus in cœna non obtulit, vt quidam contendunt, ergo non fuit ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech: quia in cruce hoſtiam cruentam obtulit, non panem & vinum: & tunc eius hoſtia ad ſacerdotium Aaronicum ſpectaret, vt docet S. Thom. 3. parte, q. 22. art. 6. & q. 73. art. 6. quod tamen falſum eſt, quia ſacerdotium Chriſti ad ſacerdotium Melchiſedech pertinet, & non ad ſacerdotium Aaronicum.

Quarta ratio eſt à tempore ſumpta, quia cùm in Exod. 12. præcipiatur vt agnus decimaquarta Luna ad veſperam immoletur, opus eſt figuram hanc in Chriſto impleri, cùm autem Chriſtus decimaquarta Luna non fuerit realiter immolatus, conſtituendus eſt aliquis modus immolationis, quo verus agnus illa nocte ſit immolatus, ſed non eſt alia quam quæ aſſignatur à Patribus ſupra citatis, ſub ſpeciebus panis & vini, ſub quibus Patri ſe obtulit, & Apoſtolis manducandum tradidit, ergo.

Quinta ratio eſt, quia Chriſtus completo agno typico, dixit Apoſtolis, Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum: quod de Paſchate nouo intelligendum eſſe, docent permulti Patres, vt Tertullianus, lib. 4. in Marcionem, cap. 62. & Euſebius in c. 22. Lucæ, & Theophilactus ibidem, & S. Thom. 3. par. q. 81. artic. 1. ad tertium. Et ratio id conuincit: quia diſcumbentibus illis, dixit Chriſtus, Deſiderio deſideraui, vt ponderat Theophilactus. Nam Paſcha vetus appellauit ſacramentum corporis & ſanguinis ſui: cùm ergo Paſcha ſit ſpecies ſacrificij, ergo diffinitio ſacrificij tanquam genus illi conuenit: & ſic Paulus inquit, Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, itaque epulemur in Azymis. De Chriſto autem in cruce immolato non aliter guſtamus, quam ſub ſpecie panis conſecrati: & ideo addit in Azymis ſinceritatis & veritatis, alludens ad ritum, quem cùm conſecrauit Chriſtus, ſacrauit. Vnde Hieronymus in Leuiticum, & habetur de conſecratione, diſt. 2. c. de hac quidem hoſtia. quæ in Chriſti commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa autem quam Chriſtus in ara crucis obtulit, ſecundum ſe, nulli edere licet. Et idem Origenes in Matth. 26. Ambroſius in Lucam, cap. 1. Chryſoſtomus Homil. in primum Paſcha ieiunantes.

Sexta ratio, quia non eſt dubium quin ex omnium Patrum ſenſu & conſenſu, agnus Paſchalis fuerit figura huius ſacramenti, vnde poſt eſum illius agni, hoc obtulit ſacramentum, & ſacrificium, ſed conſtat agnum Paſchalem non niſi Deo immolatum & oblatum immolari ſolitum, vt ergo figura dignitate non antecellat veritatem, & vmbra corpus, neceſſe eſt dicere, corpus & ſanguinem Chriſti non niſi immolata in cœna illa & oblata Patri, tradita fuiſſe diſcipulis à Chriſto in eadem cœna.

Septima ratio, quia Chriſtus præcepit hoc facere in ſuam commemorationem, adeò, vt miſſa non ſit aliud, quàm ſenſibilis quædam repreſentatio paſſionis & mortis Chriſti: cùm autem potiſſimus actus Chriſti patientis fuerit offerre paſſionem & mortem ſuam pro expiatione delictorum, ergo illa oblatio Chriſti in cruce, debuit à Chriſto in cœna ſenſibiliter repreſentari, ſicut à nobis repreſentatur: & per conſequens in cœna obtulit, & ſigna oblationis oſtendit, tum eleuando oculos in cœlum, tum Patri oſtendendo panem & calicem, vt B. Iacobus aſſerit, tum benedicendo & gratias agendo, atque hac ratione noui Teſtamenti nouam docuit oblationem, vt docet Irenæus.

Octaua ratio eſt, quia nullus ex vetuſtis Patribus, & nullus ex recentioribus, qui in hæreticos pro ſacrificio Miſſæ propugnando, ſcripſerunt, negat Chriſtum in cœna obtuliſſe: niſi ſolus Lutherus, qui à Satana inſtructus, vt ipſe ait, pertinaciſſime hoc negat. Videtur ergo quod nulla ratione Sancta Synodus hoc diffinire omittere debeat: nam ex huius articuli omiſſione obſcurabitur doctrina de ſacrificio Miſſæ, neque ita certum & diffinitum erit Miſſam eſſe ſacrifficium quod Deo offertur, ſi Chriſtus non obtulit. Secundò, obſcurabitur ſacerdotium Chriſti ſecundum ordinem Melchiſedech, quia vt ſic, tantum in cœna obtulit. Tertio, obſcurabitur doctrina Patrum, & iniuria fiet traditioni & tanto numero teſtium, & ſolum dæmoni & Lutheranis gratificabitur Sancta Synodus, ſi id non diffiniat.

Vltimo, quia conſtat Chriſtum in cœna inſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes, vt omnes Patres aſſerunt, illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem: ſed Eccleſia inuiolabiliter obſeruauit, vt nunquam Epiſcopi ad ſacerdotium alios promoueant, niſi offerentes ſacrificium incruentum Miſſæ, ergo ne hic tanti momenti ritus deſiderari poſſit in ipſo archetipo & exemplari Chriſto, dicendum eſt, illum, non niſi oblato ſacrificio incruento, Apoſtolos ad ſacerdotium Euangelicum promouiſſe: & ab eo hanc conſuetudinem inuiolabiliter in eccleſia conſeruatam, ad nos promanaſſe.

Rationes quæ noſtram ſententiam impugnare poſſunt, facillime diſſoluuntur. Primo agunt, quia nullum verbum habetur ex textu, quod ſacrificium aut oblationem ſigniſicet. Sed hæc ratio etiam concluderet Chriſtum nihil præcepiſſe Apoſtolis de ſacrificio offerendo, quia nullum eſt verbum, quod expreſſe ſacrificandi præceptum explicet. Sed eſto, daremus nullum eſſe verbum formale, & expreſſum, quod oblationem ſacrificij explicet, ſatis eſt quod educitur per conſequentiam valde vrgentem, & intellectum cogentem: nam ex geſtibus & actibus Chriſti, quæ non minus quam verba docebant, promptum eſt id accipere: quia dicitur, quòd eleuauit oculos in cœlum, & oſtenderit Patri panem & calicem, & benedixerit, & gratias egerit, quod ſubſtituerit hunc agnum verum loco alterius, & eſum eius loco eſus alterius: quæ omnia, rationem ſacrificij aperte demonſtrant. Et ex verbis etiam idem accipere poſſumus, nam dicit, Hoc eſt corpus meum, quod

pro

pro vobis datur, &, frangitur: & Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effunditur in remiſſionem peccatorum: frangitur autem, & effunditur de præſenti, non tam ob futuram paſſionem iam imminentem & inchoatam, quam quòd in myſterio Euchariſtiæ offerebat & ſacrificabat Deo. Dari autem & frangi corpus, & effundi ſanguinem, verba ſunt ad oblationem & ſacrificium ſpectantia, vt conſtat: vt ergo ex Euangelicis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, conſideratis circumſtantiis, & traditione Patrum, neceſſario colligitur, præceptum de ſacrificio Euchariſtiæ offerendo traditum, ita ex eiſdem neceſſario deducitur Chriſtum obtuliſſe.

Secunda ratio eſt, quia ſi Chriſtus in cœna obtulit, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt: neque opus fuiſſet alia oblatione cruenta in cruce. Sed ſi hæc ratio aliquid concluderet, ex ea ſequitur modo non eſſe nobis offerendum in Miſſa, neque Chriſtus deberet ſeipſum Patri offerre in cœlo, quæ falſa ſunt: neque derogatur dignitati, & merito Chriſti patientis in cruce paſſione cruenta, quod multis aliis actionibus expiationem noſtrorum peccatorum, reconciliationem cum patre, & ſalutem mundi promeruerit: ſicut nos pluribus operibus promereri poſſumus vitam æternam.

Tertia ratio eſt, quia imago proprie rem de qua exprimitur ſequitur, vt effectus cauſam ſuam, non præcedit, ſicut neque effectus eſt ante cauſam: at Miſſæ ſacrificium incruentum nihil aliud eſt, quàm repræſentatio quædam ſenſibilis oblationis cruentæ Chriſti, ergo ſequitur, quòd cùm illa nondum eſſet actu exhibita, ſed die ſequenti exhibenda, quòd Chriſtus non obtulerit. Reſpondemus, Euchariſtiam imaginem eſſe quandam, & repræſentationem ſenſibilem oblationis Chriſti cruenti: ſed non propterea tollitur quin Chriſtus in cœna obtulerit: quia ſicut veteris teſtamenti ſacrificia omnia erant imago quædam, & repræſentatio illius oblationis, quam Chriſtus in cruce impleuit, neque tamen tollitur quin illa fuerint vera ſacrificia, & verè oblata. Similiter dicendum eſt de Euchariſtia, quam Chriſtus non obtulit in memoriam oblationis cruentæ præteritæ, ſed in præſignationem mortis ſuæ imminentis, vt doceret nos ritum, & modum Chriſtianorum, & modum ſacrificandi & offerendi, quod poſt mortem non ita conuenienter tradere poterat. Quod autem dixit Apoſtolus, Hoc facite in meam commemorationem, ad tempus illud reſpiciebat, quo iam præterita & exhibita Chriſti paſſio, & oblatio in cruce facta repræſentanda erat per ſuos ſacerdotes in eccleſia.

Et ideo Concilium hoc Tridentinum, poſt longam Patrum concertationem, merito, Seſſione ſexta, ſub Pio IIII. cap. 1. diffiniuit, Quòd Chriſtus Dominus illis verbis, Hoc eſt corpus meum,
D quod pro vobis traditur, hoc facite in meam commemorationem, & Apoſtolos ſacerdotes inſtituit, & oblatione incruenta, modo expiatorio ſeipſum Patri obtulit.

DECIMVM-SEPTIMVM QVÆSITVM.

An ſolo vino ſine aqua in ſacris myſterijs vtendum ſit.

CHryſoſtomus Homil. 83. in expoſitione illorum verborum, *Non bibam de hoc genimine vitis*, ſic habet, Cuius rei gratia Chriſtus non aquam, ſed vinum poſt reſurrectionem bibit, pernicioſam quandam hæreſim radicitus euellere voluit, eorum, qui aqua in myſteriis vtuntur, ita, vt oſtenderet, quia, & quando hoc myſterium tradi-
A dit, vinum tradidit, & quando poſt reſurrectionem in nuda myſterij menſa vino vſus eſt. Ex genimine autem, ait, vitis, quæ certe vinum, non aquam producit.

Diſputant Doctores Scholaſtici, 4. ſenten. diſtinct. 11. Sanct. Thom. 3. parte, quæſt. 74. artic. 6. qui omnes conueniunt, vinum quod offertur in Euchariſtiæ ſacramento debere aqua miſceri. Primo, propter inſtitutionem: coniectura enim probabili creditur, Dominum hoc ſacramentum inſtituiſſe in vino aqua permixto. Vnde Prouerb. 9. Bibite vinum quod miſcui vobis. Secundo, quia hoc conuenit repræſentationi Dominicæ paſſionis. Vnde dicit Alexander Papa, Non debet in calice Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrumque permixtum: quia vtrumque ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur. Tertio, quia hoc conuenit vt ſignificemus effectum huius ſacramenti, qui eſt vnio populi Chri-
B ſtiani ad Chriſtum, quia in aqua populus ſignificatur, in vino Chriſti ſanguis oſtenditur: cùm ergo in calice aqua vino miſcetur, Chriſto populus adunatur. Quarto, quia hoc competit ad vltimum effectum huius Sacramenti, qui eſt introitus ad vitam æternam. Vnde Ambroſius dicit in libro de Sacramentis, Redundat aqua in calicem, & ſalit in vitam æternam.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondemus, ex verbis eius male intellectis Armenos ſolo vino in myſterijs vſos: aduerſus quos Concilium vniuerſale cognomento Trullenſe, ſub Iuſtiniano celebratum, Can. 32. ita decernit: Quoniam nouimus quod in Armenorum regione vinum tantum in ſacra menſa offerunt, aquam illi non miſcentes, qui incruentum ſacrificium peragunt, prætendentes Doctorem eccleſiæ Ioannem Chryſoſtomum, propter hæc verba, in interpretatione Matthæi. Cuius rei gratia Chriſtus non aquam, ſed vi-
C num, &c. Quibus verbis exiſtimant Chriſtum prohibere aquæ oblationem in ſancto ſacrificio: ſed vt hi ab ignorantia liberentur, illius Patris mentem orthodoxè aperimus, dicentes illum voluiſſe ſubuertere antiquam prauamque Hidropaſtarum hæreſim, qui pro vino ſola aqua in ſacrificio vſi ſunt. Si quis ergo Epiſcopus vel presbyter, vinum aqua mixtum in ſacrificio non offert, deponatur. Et ſeſſione 6. ſub Pio IIII. Papa, Can. 9. tanquam de fide diffinitur. Et ideo hodie oppoſitum eſſet hæreticum. Can. ſic habet, Si quis dixerit, aquam non miſcendam vino in calice offerendo, quòd ſit contra Chriſti inſtitutionem, Anathema ſit.

DECIMVM-OCTAVVM QVÆSITVM.

An Chriſtianis bellum gerere liceat.

CHryſoſtomus Homil. 85. in illum locum, *Qui acceperint gladium, gladio peribunt*, Matth. 26. inquit, Vt facilius crederent, quia traderetur, propterea dixit eis, emite gladios, non vt percutiant animas, ſed vt perditionem ante oculos poneret. His verbis vtuntur hæretici & cum illis Eraſmus in annotationibus in Lucam, ad confirmationem ſui dogmatis, quo docent, omne genus belli Chriſtianis interdictum eſſe. Et adiungit Eraſmus alium locum Chryſoſtomi citatum à D. Thom. ex Catena aurea, qui ſic habet, Qui non habet, vendat veſtem ſuam, & emat gladium, quidnam hoc? armat ne diſcipulos qui dixit, Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam obuerte ei & alteram, qui præcipit vt benedicamus his qui nos conuicijs laceſſunt, feramus inuadentes, oremus pro perſequentibus, nunc armat, armatque vno tantum

gladio? Et quomodo hæc rationi conſona ſunt? Nam ſi omnino armis opus erat, non ſolo gladio, ſed & ſcuto & galea & cruralibus armare oportebat. Origenes. Adducunt etiam Origenem in ſuam ſententiam, qui tractatu in Matthæum 7. præſentem locum explanans, ſermonem Chriſti de gladio emendo peſtiferum eſſe pronunciat, ſi ad literam Ambroſ. accipiatur. Similiter & Ambroſium, commentario decimo in Lucam, vbi ſic habet, O Domine, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? cur habere præcipis, quem vetas promi, niſi forte vt parata ſit defenſio? non vltor necis efficiar, & videar potuiſſe vendicari, ſed noluiſſe, lex ferire me non vetat. Et ideo fortaſſe Petro duos gladios afferenti ſatis eſt dicit, quaſi licuerit vſque ad Euangelium, vt ſit in lege æquitatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfectio. Multis hoc iniquum videtur, ſed non iniquus Dominus, qui cũ ſe potuiſſet vlciſci, maluit immolari. Et iidem in lib. de viduis aſſerunt, id palam declaraſſe, cùm inquit, Arma eccleſiæ fides eſt, arma eccleſiæ oratio eſt, quæ aduerſarium vincit. Eraſmus. Eraſmus plura adducit in hanc ſententiam, ſed potiora teſtimonia Math. 5. ſunt, quod Chriſtus in Euangelio præcipit ſuis ne reſiſterent malo, ſed inimicos diligant, orent pro calumniantibus & perſequentibus, benefaciant hoſtibus, vnam maxillam percutientibus, alteram præbeant, auferentibus tunicam pallium quoque Rom 12. relinquant, & iuxta Pauli præceptum, aduerſarios amoris ac beneficiorum flammis exurant.

Diſputant de hac quæſtione Doctores Scholaſtici, 4. ſent. diſt. 15. circa materiam de reſtitutione, S. Thom. 2. 2. q. 40. artic. 1. & tenet, ad hoc vt bellum ſit iuſtum tria requiri. Primo, authoritas Principis, cuius mandato bellum eſt gerendum, cuius etiam eſt multitudinem conuocare, & cui cura Reipublicæ eſt commiſſa, vt bonos præmio & honore afficiat, malefactores vero puniat, ſecundum illud Apoſtoli, non ſine cauſa gladium portat. Secundo, requiritur cauſa iuſta, vt ſcilicet, illi qui impugnantur, propter aliquam culpam, impugnationem mereantur. Vnde Auguſtinus dicit lib. 83. Quæſtionum, Iuſta bella ſolent diffiniri quæ vlciſcuntur iniurias, ſi gens vel ciuitas plectenda eſt, quæ vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbe factum eſt, vel reddere quod per iniuriam ablatum eſt. Tertio requiritur vt ſit intentio bellantium recta, qua intendatur vt bonum promoueatur, & malum vitetur. Et ſubdit, Poteſt contingere vt ſit legitima authoritas indicentis bellum, & cauſa iuſta: nihilominus propter prauam intentionem, bellum reddatur illicitum. Dicit enim Auguſtinus libro contra Fauſtum, nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſunt ſimilia: hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur.

Examinare oportet hanc doctrinam S. Thom. & quæ illam tangunt. Vidimus circa licentiam belli, & an ſit licitum Chriſtianis bellare, ſententiam Eraſmi, qui Lutherum & eius ſequaces, nedum conatur defendere, ſed ſententiæ illorum ſubſcribit: & in Adagio, Dulce bellum inexpertis, multa cumulat contra Theologos, & damnat tanquam hæreticum aſſertum, eſſe licitum bella gerere. Et licèt olim Tertullianus in libro de Corona militis Chriſtiani, & alij Patres, fuerint in illa ſententia, nunc tamen hæc aſſertio, Licitum eſt Chriſtianis indicere bellum, & contra hoſtes fidei bellare, eſt concluſio de fide, & oppoſitum eſt hæreticum. Quod ex eo patet: quia licitum eſt iniurias arcere, & illas vindicare, hoc enim eſt munus iuſtitiæ diſtributiuæ; Si ergo Princeps aliquis inferat iniuriam alteri, non eſt via neque modus quo poſſit ſe vindicare, niſi aduerſus illum bellum indicat. Si enim priuata perſona iniuriam, vel

A quid patiatur, poteſt illum Rex vel Princeps vindicare. Si tamen Rex alteri potenti iniuriam inferat, quis erit ſufficiens, niſi ipſemet qui iniuriam eſt paſſus? ſed ad id neceſſarium eſt bellum indicere: licet ergo bella gerere. Tum etiam, quia ad Principem non ſolùm ſpectat conſeruare pacem Reipublicæ, ſed etiam ſi hoſtes externi eam perturbent, eam defendere: ſed medio humano non poteſt, niſi bellum contra exteriores hoſtes indicendo. Licitum igitur eſt Chriſtianis bellare. At dicet quis, rationes probant, quòd licet Principi ſe defendere ab eo qui ſibi infert iniuriam, non tamen quòd illi liceat alium aggredi. Reſpondemus, & hoc probare rationes: quia Reſpublica perfecta non ſolùm debet eſſe ſufficiens ad ſe defendendum ab iniuriis illatis, ſed etiam ad aggrediendum & vindicandum iniurias quas paſſa eſt: aliàs enim turbatio eſſet magna & confuſio in Republica, ſi poſſet quis iniuriam inferre alicui, B & alteri non liceret ſe vindicare. Quòd ſi dicas, ſuprema poteſtas, & Romanus Pontifex vindicabit: refugium hoc inſufficiens eſt, quia in temporalibus Romanus Pontifex non eſt ſupremus dominus, niſi in quantum ordinantur, & attinent ad ſpiritualia. Dices, vindicet Imperator, Dico primo, quòd multi Reges ſunt, qui non ſunt ſubditi Imperatori. Secundo, quando iniuria illata eſt alicui Regi ab alio Rege, habet ius ſe vindicandi: ſicut poteſt in ſuo Regno malefactores punire; & hæc eſt in communi praxi tam apud Reges, quàm apud Principes.

Conditiones quas aſſignauit ſanctus Thomas, expedit aliquantulum tangere: nam licèt conſtet, cuilibet licere ſe defendere, non tamen ſat conſtat, cui perſonæ publicæ liceat bellum indicere. Nam de Duce dubium eſt. Caietanus inquit, quòd cuicunque Reipublicæ, & perſonis, & ciuibus eius, ſi non eſt pars alterius Reipublicæ, poteſt bellum C indicere. Illa verò Reſpublica, quæ non dependet in ſua gubernatione ab alia, eſt ſibi ſufficiens, & poteſt bellum indicere, eſto, Imperator ſit ſuperior illis, & poſſet poteſtate Imperatoria illos congregare, vt conſtat de Republica Hiſpaniæ & Gallorum, & de epiſcopatu Salmantino & Aſturicenſi, qui ſunt ſubditi Archiepiſcopo Compoſtellano: & tamen quilibet illorum eſt Reſpublica ſpiritualis & perfecta. Similiter Reſpublica Venetorum, quæ quia non dependet ab alio in ſua gubernatione, poteſt ſe vindicare. Secus eſt de Ducibus Hiſpaniæ, qui licèt habeant ius ſe defendendi, non tamen habeant ius ſe vindicandi, quia non habent perfectam Rempublicam, & in ſua gubernatione dependent à Rege Hiſpano.

Secunda conditio eſt, quòd ſit cauſa iuſta: iuſta autem cauſa indicendi bellum eſt, ſi quis eſt ab alio paſſus iniuriàm. Sed quæ iniuria dicetur ad hoc ſufficiens? An ſi quidam Rex furatus eſt à Re- D ge Hiſpano quingentos aureos, vel mille, vel ſi iniuſte occidit Hiſpanum, in quibus caſibus mortaliter peccauit, an propter hæc, & his ſimilia, liceat bellum indicere? Reſpondeo neganter, quia nulla iſtarum eſt cauſa ſufficiens, vt totum Regnum deprædetur, & damna bellis annexa patiatur. Secus ſi ciuitatem incenderet, poſſet enim tunc iniuriam illatam vindicare, ſimiliter iniuriam amici acceptam, vt ſi Rex quidam irrogaſſet iniuriam amico & familiari Regis Hiſpaniæ, liceret tunc iniuriam amico illatam vindicare. Ratio eſt: quia vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo, & ſi non poteſt illum adiuuare, neque vindicare, niſi bellum indicendo, licet illi bellum indicere. Maius dubium eſt: an pro re dubia liceat bellum indicere? Vt quando Reges & Principes contendunt de Ducatu, vel Regno aliquo, de quo de facto dubium eſt, cui conueniat ius illius. Et ratio dubij in hoc ſita eſt, quia ſi vni licet bellum indi- *An pro re dubia liceat bellũ indicere.*

cere, alteri non licet ſe defendere, aliàs bellum eſſet iuſtum ex vtraque parte, cum dubio, & ſine ignorantia inuincibili, vt ſi Petrus & Paulus dubitent cuius ſit pallium, poſſidet Petrus, non poteſt Paulus ſurripere, quia melior eſt conditio poſſidentis. Dico ad hoc, quòd ſi res eſt dubia inter Principes, qui non habent ſuperiorem: nec iure diffiniri poteſt cuius ſit, poteſt vnus illorum bellum indicere aduerſus alterum: inter perſonas verò priuatas, hoc non licet, ſed tenentur conuenire apud iudicem, & ſtare ſententiæ & diffinitioni illius. Defendere poſſeſſorem medijs licitis licet. Et pro re dubia licet etiam iuuare aggredientem; Ratio eſt: quia ſi eſſent perſonæ priuatæ, & iudex non poſſet cauſam diffinire, tenentur cauſam inter ſe componere, & ſi neceſſe fuerit rem de qua agunt inter ſe diuidere: ergo quando res eſt dubia licebit pro medietate illius bellare. Et de ſubditis dico, quòd ſi ſunt magnates, & qui admittuntur ad Conſilium Regis, non poſſunt arma arripere, niſi primo diffiniant cui competat ius; Ratio eſt: quia licet dubitent inter ſe, an bellum ſit iuſtum, tamen quia dubium eſt practicum, non dubitant an liceat illis bellare, ſed certo cognoſcunt id ſibi non licere; Exemplum eſt: ſi dubitem de re quam poſſideo an ſit mea, quia dubium eſt practicum, & non dubito, ſed certo ſcio quòd poſſum poſſidere, non teneor alteri dare donec ſententia iudicis ſim deuictus; Sic de ſubditis. In dubijs verò ſubditi tenentur Principi parere.

Sed an in bello liceat homines occidere? certum eſt hoc licitum eſſe, vel ſi ſint infideles in ſeruitutem redigere: de quo Doctores, 4. ſentent. diſt. 15. & Summiſtæ, verbo, bellum. De innocentibus, vt ſunt pueri, & mulieres, ſenes, & ſacerdotes, qui non fuerunt cauſa belli, eſt grauior difficultas. Et ad illam reſpondeo his propoſitionibus.

1. Propoſitio. Omnes qui ſunt inter hoſtes, & ſunt illis admiſſi, ſi poſſunt arma arripere, reputantur nocentes, niſi contrarium euidenter conſtet: vt eſt de pueris, & de cæteris, qui neque conſilio, neque opere poſſunt alicui iniuriam inferre. Secunda. Secunda, non licet occidere innocentes, ſi poſſunt diſtingui à nocentibus: & nocentes occidi poſſunt ſine innocentibus: ex quo fit, quòd poſt partam victoriam, innocentes non debent occidi: poſſunt enim à nocentibus diſtingui. Tertia. Tertia, licèt de per accidens innocentes occidere, ſi non poſſunt à nocentibus diſtingui: vt licet ciuitatem incendere, vt nocentes occidantur, in qua multi ſunt innocentes. Ex quo ſequitur dubium aliud.

An liceat innocentes ſpoliare, quando poſſunt à nocentibus diſtingui, & totam ciuitatem prædæ militum committere? Reſpondeo per has propoſitiones. 1. Propoſitio. Prima, totam ciuitatem in prædam committere, & eam incendere non licet, niſi quando victoria alio medio obtineri non poteſt; Ratio eſt: quia damnum innocentium, in quantum fieri poteſt, eſt cauendum ſemper, charitas enim Chriſtiana id ita exigit. Secunda. Secunda propoſitio, non licet vrbem in prædam tradere, niſi quando in exercitu eſt extrema neceſſitas. Tertia. Tertia, non licet capere bona innocentium cauſa ſolius vindictæ, vel punitionis; Ratio eſt: quia illi non fuerunt cauſa iniuriæ vel mali illati: & qui bona illorum ſurripuerunt, tenentur illa reſtituere. Sed an alia de cauſa liceat innocentes ſpoliare, præterquam ad alendũ exercitum, & ſubſidium militum? Quarta. De hoc ſit quarta propoſitio, ad reſarciendum damnum illatum à nocentibus, licet innocentes ſpoliare: vt ſi exteri fecerunt prædam in Hiſpania, licet damnum illatum etiam ab innocentibus reſarcire, & eos ſpoliare; Ratio eſt: quia tota Reſpublica intulit damnum, & ideo licet ab illa recuperare.

Dubium tamen eſt, an liceat pueros occidere, de quibus probabiliter timetur, eos poſt ætatem adultam aduerſus nos præliaturos? Reſpondeo, ſi poſſunt à nocentibus diſtingui, non licet occidere, quia ſunt innocentes. Surripere verò paruulos, ſenes, & mulieres ad vendendum, ſicut cætera alia bona licet, inferre illis damna, vnde mors ſequatur, non licet: ſed tantum in captiuitatem & ſeruitutem redigere. An verò capti bello iuſto ipſo iure fiant ſerui? Dico de Chriſtianis, quòd licet iure antiquo erant facti ſerui, & redimebantur, id vero iure poſitiuo eſt abrogatum: & ideo Chriſtiani capti à Chriſtianis, non ſunt ſerui, ſed manent ſui iuris, & poſſunt teſtamentum condere, & legatum facere, infideles verò omnes manent ſerui, & non ſunt ſui iuris.

Sed an ſpolia militiæ cedant in ius victorum, & ſupponimus quòd ſi in principio bona fide indixere bellum, parta verò victoria, intellexerunt eſſe iniuſtum, tunc eſt dubium, an ſpolia ſint illorum, quia bona fide pugnabant, an teneantur illa reſtituere? Reſpondeo, ea in quibus facti ſunt diuites, reſtituere teneri: ea verò quæ bona fide conſumpſerunt, non teneri reſtituere. Simile eſt, ſi fur me inuitet de his quæ furatus eſt, non teneor ad reſtitutionem, quia bona fide & ſine culpa mea, & cum ignorantia aliena bona conſumpſi: neque diues factus ſum. Si autem miles à principio intellexit bellum eſſe iniuſtum, tenetur illa bona reſtituere ex quibus fit diues. Similiter tenetur de damnis quæ ad finem & ius belli non erant neceſſaria. Sed an parta victoria, tantum propter vindicandam iniuriam, liceat ciuitatem igne incendere? Reſpondeo, de iure gentium id non licere, ſi verò timetur, ab illis ſe futuro tempore paſſuros damna ciuibus ciuitatis, tunc comburere licet. Vaſtare agros, & alia damna inferre, iniquum eſt, ſi tamen bellum eſt iuſtum, ad reſtitutionem vaſtantes non tenentur. Et hoc conſtat ex praxi communi, & quia huiuſmodi damna quaſi neceſſario ſunt bellis annexa, & eſſet iugum graue milites ad huiuſmodi reſtitutionem cogere: nam vix eſt qui ab huiuſmodi damnis ſe temperet.

Tertia conditio belli eſt, quòd ſit intentio recta & bona: ſed quid dices: ſi intentione iniqua & peruerſa Princeps indicat bellum, ſcilicet, quia Rex priuatus eſt eius inimicus, & odio illum habet, an talis teneatur de damnis illatis? dicimus, quòd ſi cauſa belli eſt iuſta, licet mala intentione bellum indicat, non tenetur damna illata reſtituere; Ratio eſt: quia ibi non eſt violatio iuſtitiæ, quæ eſt radix reſtitutionis, ſed ſolum deliquit contra charitatem. Simile eſt de Prætore, qui ſi iniqua intentione ſuſpendat furem, licet peccet, ad reſtitutionem tamen non tenetur.

Sed an clericis bellare & arma arripere liceat, Sanct. Thom. art. 2. reſpondet, neganter. Sed quo iure? Reſpondet, id ſolum eſſe de iure poſitiuo, & ita tenet communis ſententia Theologorum: & hinc ſequitur ex rationabili cauſa Romanum Pontificem poſſe cum clerico diſpenſare, vt poſſit arma arripere, & in irregularitate diſpenſare. Et ſententia Theologorum intelligenda venit de omnibus clericis, conſtitutis ſiue in maioribus, ſiue in minoribus ordinibus. Sed quid ad id, quod frequenter accidit? quia in minoribus conſtituti præliantur in bello. Dico eos, licet male faciant, non tamen mortaliter peccare. In maioribus verò conſtituti, ſi in bello prælientur, mortaliter peccant. De pœnis ſtandum eſt diſpoſitioni iuris. Dubium. Sed an ad defendendam Rempublicam liceat clericis arma arripere? Caietan. Caietanus dicit tria. Primum, ad aggrediendum non licet. Secundum, ad defendendam Rempublicam licet. Et hoc ſiue ſtet ad ianuas Ciuitatis, ſiue in agrum exeat. Et in his omnes conueniunt, quia eſt de iure naturali. Tertium

dicit,

dicit, nihilominus tales ſunt irregulares, quia irregularitas ſine culpa incurritur. Et addit, quòd clericis non ſolum licet Ciuitatem defendere, ſed tenentur: quod eſt mirum, ſcilicet teneri defendere, & in irregularitatem incidere: nam Prætor ideo incidit in irregularitatem, quia non tenetur furem occidere: quia poteſt miniſterium ſibi commiſſum ſuſpendere, &c, alteri committere, Sylueſter, verbo, Irregularitas, 4. 4. tenet, non incurrere irregularitatem, & plures alij illum ſequuntur. Sed ſententia Caietani eſt valde probabilis, quam credo veram: nam Clementina illa, Si furioſus, de homicidio voluntario, permittit clerico ſe defendere, & occidere ipſum inuadentem, ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, & non excipit alium caſum? Defendendo ergo Rempublicam manet irregularis. Sed alij dicunt defendere Rempublicam, eſſe ſe defendere, & ideò vtraque ſententia eſt probabilis: dico tamen, ſi quando defendit Rempublicam, exiſtimat quòd & ipſe occidetur, tunc non eſt irregularis, ſi verò exiſtimat, quòd non occidetur, eſto, liceat illi ſe defendere, manet tamen irregularis, quia non ſe defendit.

De eccleſiis, an liceat incendere, cognoſcendo quod eſt eccleſia: dico ſine magna cauſa id non licere. Si verò hoſtes in eccleſia ſe defendant, licet illam incendere: & ſi ibi ſit Sacramentum, non debet niſi pro maxima cauſa id fieri: & licet eccleſia incendio ardeat, Sacramentum tamen non comburitur: ſicut in ſtomacho. Et licet licitum ſit, ad recuperandum damnum belli, bona clericorum ſurripere, bona tamen eccleſiæ non licet, niſi exercitus in extrema neceſſitate fuerit conſtitutus.

Pro defenſione Chryſoſt. reſpondeo, quòd ipſe ſeipſum defendit contra Eraſmum, Homil. in illud Epiſtolæ ad Romanos, Salutate Priſcam & Aquilam: vbi ſic habet. Quid igitur ad hæc dicemus? cur Chriſtus Apoſtolis marſupium, calceos, & tunicas geminatas lege prohibuit, inquit, Chriſtus Apoſtolos non ſemper huic legi neceſſitate aſtringi voluit. Et infrà, Iam forte dicet aliquis, ſi eos abſoluit ab hac lege, quæritur vltra, quare Chriſtus contraria præceperit? nam interdum dicit, ne poſſideatis peram, interdum, qui non habet marſupium, tollat & peram: quare hoc fecit? ſanè dignè fecit pro ſua ſapientia, curaque, quam pro diſcipulis gerebat ab initio vocationis, vt periculum virtutis ſuæ facerent, & in orbem terrarum exituri magis in eo fiderent. Verum vbi potentiam ſuam agnoſcere cœperunt, voluit vt ipſi domi virtutis ſpecimen aliquod præberent: nam in initio nihil eos pati ſinebat, poſt verò tempore quo permiſit eis vt marſupium haberent, & peram, & calceos, liquidum eſt cur eos periclitari & affligi ſinat: nempe, vt mercedem aliquam habeant. Et adducit exemplum de aue, & pullis, quos dum viderit creuiſſe, primum circa nidum volitare docet, deinde adminiculo ſuo totos deſtituit: ita faciebat & Chriſtus: in Palæſtina enim quaſi in nido nutriebat diſcipulos, & eos volare docuit, præſens, & geſtans, tandem permiſit eos volare in totum orbem, dato eis mandato, ne ſibi ipſis deeſſent.

Theophilactus in expoſitione eiuſdem loci inquit, In principio curam habens diſcipulorum tanquam infirmorum, faciebat eis omnia neceſſaria affluere abundè circa ipſorum curam, nunc autem opus eſt eis vt curent ea quæ virorum ſunt, & prouideant ſibiipſis.

Ad ea verò quæ contra Patres inducta ſunt reſpondeo, verba eorum, non ita eſſe accipienda, ac ſi ſentiant, bellum Chriſtianis omnibus eſſe illicitum: ſed ſolis illis viris, qui diuino cultui totos ſeſe dederunt, & perfectionem habent poſitam in obſeruatione conſiliorum; & ad hunc ſenſum referenda ſunt verba Chryſoſtomi, & Ambroſij: cùm enim Apoſtoli in vertice puritatis Euangelicæ conſiſterent, non licebat eis arma induere, enſe accingi, in gladium manus inijcere, & alieno ſanguine conſpergi. Et hinc Origenes dixit, ſermonem Chriſti ad gladium adhortantis, peſtiferum eſſe iis, qui eum iuxta literam intelligunt, & arbitrantur Chriſtum præcepiſſe Apoſtolis, vt ſeipſos in prælium armarent, cùm id viros arcem totius perfectionis tenentes, non deceret.

Ad Eraſmum reſpondemus, ex his quæ enumerat quædam eſſe præcepta, quædam verò conſilia. Præcepta ſunt aliquo pacto & in communi: Diligere inimicos & amare, hoſtes perſecutores auxilio orationis non deſtituere, pacem & beneuolentiam eorum optare & perquirere, quæ facultatem pugnandi nec adimunt, nec ſemper impediunt: iuſta enim & vere Chriſtiana bella ſunt, quæ pro defenſione iuſtitiæ, & adeptione pacis geruntur, iuxta illam Auguſt. Regulam. Bellum geritur vt pax acquiratur. Eſto ergo bellando pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Conſilia verò ſunt, non reſiſtere malo, non defendere malum pro bono, offerre dexteram maxillam ferienti, tunicam rapienti, pallium vltrò dimittere, & id genus alia plurima, quæ extra diſcrimen neceſſitatis non ſunt operis præcepta, ſed affectus in præparatione animi ſeruanda: vt, ſcilicet, ſemper ſimus parati non reſiſtere malo, ſed vincere in bono malum, & pro maleficio beneficium rependere, ſi opus fuerit, verum ſi aliter expediat, vel propter bonum commune, vel eorum qui nos oppugnant, tunc Auguſtinus, in Epiſtola ad Marcellinum, ait, Agenda ſunt multa etiam cum inuitis, quoniam nihil eſt infœlicius fœlicitate peccantium, quia pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hoſtis interior, roboratur.

Ad id verò quod obiicit, Chriſtiano, orationibus & precibus pugnandum, fatemur iuſto bellatori neceſſarias in primis eſſe orationes, & ſupplicationes toto pectore ad Deum emiſſas: quia vt nobilis ille Machabæus dixit, Non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt: ſi tamen neceſſitas vrgeat, capienda ſunt arma, quia Moyſe orante in monte, exercitus Malechitarum à Ioſue pugnante ſuperatur: quod conſonum eſt Euangelio, Ioannes enim militibus percunctantibus, quid eis ad ſalutem expediret, non dixit: Militiam deſerite, ſed tantum, *contenti eſtote ſtipendiis veſtris, & neminem concutiatis.* Et Centurio cùm imperium Chriſti oſtendere conaretur, id [illegible]t ex imperio quod ipſe in milites ſuos habebat, & Chriſtus collaudata fide illius, non ei imperauit militiam deſerere, quod ſine dubio feciſſet, ſi bella gerere non liceret. Et Herodianis reſpondit, *reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari,* &c. Rectè igitur Auguſtinus Epiſtola 5. ad Marcellinum, de Chriſtiano bello diſſerens, ita habet, Nam ſi Chriſtiana diſciplina omnia bella culparet, conſilium ſalutis petentibus in Euangelio, diceretur, vt abiicerent arma, quod tamen non docuit, ſed quòd contenti eſſent ſuis ſtipendiis. Et Epiſtola 50. ad Bonifacium Comitem id aſſerit, & probat exemplo Dauid, & Centurionis, & concludit, pacem habere voluntatis eſt, bellum autem debet eſſe neceſſitatis: non enim pax quæritur, vt bellum exerceatur, ſed bellum geritur, vt pax acquiratur.

Lucæ 3.
Matth. 8.
Matth. 22.
Auguſtin.

DECIMVM-NONVM QVÆSITVM.

An clericis poſſeſſiones rerum temporalium habere liceat.

A CHryſoſtomus Homil. 86. in illud, *Acceperunt triginta argenteos, & dederunt eos in agrum figuli*, Matth. 27. deplorat calamitatem eccleſiæ, ex eo, quod paſtores villas, poſſeſſiones, aurum, & argentum poſſideant. Sic enim habet, Veniat in mentem vobis octo millia Leuitarum Iudæos alere ſolitos fuiſſe, & cum his viduas, & parentibus orbos: nunc autem agros, domus, locationes ædificiorum, vehicula, equos, mulas, multaque alia huiuſmodi, propter vos, & veſtram crudelitatem eccleſia poſſidet: & infrà, Modo duo mala committuntur: nam & vos, quaſi nihil dare debeatis, nihil confertis: & ideo ſacerdotes aliena pertractant, quod à ſacerdotio eſt alienum. Et in illud Lucæ, Vade vende vniuerſa quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me, &c. Opportunè, inquit, nunc ad eccleſiæ præſides, propter latas eccleſiæ poſſeſſiones, & meritò dici poteſt: non enim ſequi Chriſtum aliter poſſumus, niſi omnis craſſioris & ſæcularis curæ ſimus expertes, nunc verò pro dolore vindemiæ ac meſſis, Dei ſacerdotes venditioni ac emptioni fructuum aſſiſtunt, &c. Hanc eandem ſententiam lucidius repetit, Homil. 15. in priorem ad Timotheum, ſi placuerit, vide ibi.

Lucæ 18.

Hieronymus in libello de vita Clericorum ad Nepotianum ſubſcribit ſententiæ Chryſoſtomi, qui ſic habet, Clericus qui Chriſti ſeruit eccleſiæ, interpretetur primo vocabulum ſuum, & nominis diffinitione prolata, nitatur eſſe quod dicitur: ſi enim cleros Græce, ſors, Latine appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia ipſe Dominus ſors & pars clericorum eſt, qui autem pars Domini eſt, vel domini partem habet, talem ſe exhibere debet, vt & ipſe poſſideat Dominum, & poſſideatur à Domino: qui Dominum poſſidet, & cum propheta dicit, Pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere poteſt: quòd ſi quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus; Verbi gratia, ſi aurum, ſi argentum, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem. Et concludit, habens victum & veſtitum, ſeruiens altari, his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar.

Diſputant Doctores Scholaſtici de hac quæſtione, 4. ſent. diſt. 15. circa [illegible]ſtitutionem bonorum eccleſiaſticorum, & S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 6. & 7. qui omnes conueniunt in hac aſſertione. Epiſcopi & clerici licitè poſſunt proprium aliquid poſſidere de bonis quæ illis iure hæreditario, ſeu donationis, ſeu quouis alio titulo ſæculari, euenerint. Aſſertio eſt plana & manifeſta; De bonis verò quæ titulo eccleſiaſtico illis obtigerint, probatur Concluſio ratione S. Thomæ, artic. 6. Ad ea quæ ſunt ſupererogationis, nemo, niſi ſpecialiter ſe ad illud voto aſtringat, conſtringitur: ait enim Auguſtinus Epiſtola ad Paulinam, & Armentarium, Quia vouiſti, iam te obſtrinxiſti, & aliud tibi facere non licet. Sed nec Epiſcopus, nec clericus voto paupertatis ſe obſtrinxerunt, ergo ſecundum leges dignitatis Epiſcopalis, & ſacerdotalis, non arcentur, quo minus dominio rerum fungi poſſint. Iuxta hanc rationem eſt aduertendum, quod cùm Epiſcopus, vel clericus votum religionis non emittant, fit vt neque faciant votum ſpeciale caſtitatis, neque paupertatis, præter id, quod ſacerdotio eſt adiunctum, ſed Epiſcopus promittit obedientiam Papæ, & fidem huic eccleſiæ, clericus Prælato ſuo: à quo vinculo Epiſcopus diſſolui nequit, niſi ipſius Pontificis authoritate: & parochus niſi authoritate Epiſcopi. Ex quo conſtat, Epiſcopo, quatenus Epiſcopus eſt, neque clerico repugnare proprium poſſidere, non ſolùm hæreditario, vel quouis alio ciuili iure, verum neque eccleſiaſtico: non enim ex parte dignitatis ei repugnat iuſtum ſtipendium pro ratione ſuæ functionis percipere, cuius ſit verè Dominus, ſicut olim erant Sacerdotes & Leuitæ. Ex quibus fateſt conſtitutum, dignitatem Epiſcopalem, vel Sacerdotalem non eſſe paupertatis ſtatum, atque adeo, neque illis repugnare habere dominium rerum quæ poſſident.

Aduertendum tamen eſt, hæreſim antiquam fuiſſe, nullum eccleſiaſticum ſalutem poſſe conſequi, ſi proprium poſſideret, de qua meminit Auguſtinus libro de hæreſibus, cap. 40 & S. Tho. 3. Contra gentes, cap. 27. quam hæreſim poſt ſu-

B ſcitauit Vuicleph, & nunc hæretici nouiſſimi in gratiam Principum, ſuadentes illis, vt eccleſias diſſipent, & facultates & poſſeſſiones eccleſiæ & clericorum in fiſcum redigant, & in proprios vſus vertant. Hanc autem hæreſim, ex ſacris literis conſtat merito eſſe damnatam. 1. Roma 4. *Vbi non eſt lex, neque præuaricatio legis*, ſed non aſſignabitur lex, quæ coërceat perſonas eccleſiaſticas vt proprium non poſſideant, ergo. Secundo quia 1. Timot. vltimo, Paulus non damnat diuites: quinimò Eccleſiaſ. 31. abſolutè dicitur, *Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula*. Tertio, quia multi viri ſanctiſſimi de eccleſiaſticorum numero aliquid proprium poſſederunt, vt Athanaſius, Ambroſius, Auguſtinus, qui diuites fuerunt. Quarto, quia iſte error damnatus eſt Concilio Conſtantienſi, Seſſione 8. & eſt articulus 10. ex damnatis contra Vuicleph. At aſſerunt hæretici, ſaltem proprium poſſidere non eſt antiquum in eccleſia. Falſitas

Rom. 4.

1. Timot. vltimo.

Eccleſ. 31.

C huius aſſertionis conſtat ex Can. Apoſtolorum, cap. 39. 40. & 41. Et Pius Papa, qui fuit anno 150. poſt tempora Chriſti, edidit Canonem de redditibus eccleſiæ, & habetur 12. quæſtio. 2. cap. prædia. Et Calixtus Papa, qui fuit circa annum Domini 218. edidit Decretum de hoc, vt refert Euſebius li. 3. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ; Non ergo nouum; ſed antiquum eſt, eccleſiaſticos proprium poſſe poſſidere.

Dubium tamen graue eſt, an bonorum eccleſiaſticorum habeant verum dominium? De quo S. Thom. art. 7. Et omiſſis controuerſiis & opinionibus Doctorum, tam iuris Canonici, quàm Theologorum: reſpondemus cum ſanct. Thoma illius portionis, quæ particulariter applicata eſt Epiſcopo, & idem eſt de parochis, perinde videntur domini, atque aliorum bonorum, quæ titulo ſæculari poſſident. Pro cuius explanatione duo oportet prænotare: vnum, de diuerſis bonis eccleſiæ: alterum de variis ſtatibus eius.

D Quantum ad primum, quatuor ſunt bonorum temporalium genera, quibus fruuntur clerici, & olim in penu eccleſiaſtico reponebantur. Eorum prima pars erat applicata clericis & pauperibus, qui illis alebantur, iuxta illud, quod ſcriptum eſt, non fuiſſe quemquam egenum inter illos, nam qui fidem ſuſcipiebant, poſſeſſiones vendebant, & exponebant ante pedes Apoſtolorum, & diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat: & cùm eccleſia ſuccreſceret non ſolùm precia, ſed etiam poſſeſſiones eccleſiæ conferebant, vt de Conſtantino Cæſare conſtat. Poſt verò Pontifices cœperunt prædia & agros, quos vendere ſolebant, matricibus eccleſijs tradere, & ex ſumptibus earum viuere, vt conſtat ex Decretis Melchiadis Papæ, Can. Futuram. 12. q. 1. & Vrbani, Can. ſtatim proximo. Alia ſunt bona quæ poſtmodum offerri eccleſiæ cœperunt, non

Act. 4.

ſolum

ſolum in fabricæ aut pauperum ſubſidium, ſed tanquam ſtipendium alicuius perpetuæ capellaniæ, vt ſunt anniuerſaria quæ in eccleſijs Cathedralibus adhuc perſeuerant. His adiuncta ſunt alia bona in particulari, applicata ſedi Epiſcopali, vt caſtra, & vaſalli. Tertium genus eſt quotidianum ſtipendium, oblationeſque vel pro ſacris celebrandis, vel quæ ſacerdoti offeruntur. Quartum genus eſt, quota decimarum iuri clericorum addita.

Quantum ad ſecundum aduertendum eſt, quòd in principio naſcentis eccleſiæ omnes cœperunt in communi viuere: qui decentiſſimus ſtatus eccleſiæ erat, ſi perdurare potuiſſet, cuius ſpecimen in aliquibus eccleſijs cathedralibus & collegiatis vſque adhuc durat. Et quando omnia erant communia, facultati Epiſcopi erat commiſſa diſpenſatio eorum, vt clero, fabricæ, & pauperibus, ſecundum indigentiam cuiuſque illa diſtribueret, & ſibi neceſſaria perciperet: vt habetur 12. q. 2. Can. Epiſcopus, & Can. ſtatim proximo. At verò aucto clericorum numero, vix illa vita communis tolerari potuit: vnde tempore Auguſtini in lite erat, ipſo iudice, An deberent ſacerdotis initiari, niſi qui vellent in communi viuere: cùm autem clerici per ſe vitam degerent, cœperunt Epiſcopi infideliter bona illa communia diſtribuere, ratione cuius, Pontifices in quatuor portiones diuiſerunt: Epiſcopo vnam, clero alteram, fabricæ eccleſiæ tertiam, ac deinde quartam pauperibus: quæ diſtributio facta eſt anno Domini quadringenteſimo ſeptuageſimo, tempore Hieronymi, & Auguſtini. His ſuppoſitis, ad dubium propoſitum reſpondeo vnica concluſione.

Cõcluſio. Poſt factam eccleſiaſticorum fructuum diuiſionem, Epiſcopus vere eſt dominus portionis quæ ſibi contingit, neque vllo iuſtitiæ vinculo quicquam illius, pauperibus aut cuiuis alteri debet. Et ſuadetur aſſertio, quæ eſt ſanct. Thomæ,

1. Ratio. primo ex ipſa iuris diuiſione, quia diuidere eccleſiaſticos fructus in quatuor partes, nihil aliud effingi poteſt fuiſſe, quàm cuilibet ſuæ partis dominium adiudicare, ergo ſicut fabrica & pauperes dominium habent ſuæ partis, ſic Epiſcopus & clerus habebit ſuæ: neque diſcrimen vllum excogitari poteſt. Et ita tenet Gloſſa, ſuper Can. duo ſunt. 12. q. 1. & facit ad id, cap. peruenit, extra, de fideiuſſoribus, tibi præcipitur de beneficiorum fructibus ſatisfieri clerici debitoribus, quòd ſi non eſſent domini fructuum, id non præciperetur.

Secunda. Secundo, quia ſi per illam diuiſionem non eſſet clero dominium aſcriptum, fruſtra eſſet facta talis diuiſio: cùm ergo non ſit fruſtra facta, concluditur ita dominium ſuæ ſortis eſſe applicatum clero, ſicut & fabricæ.

Tertia. Tertio, in cunctis Reipublicæ magiſtratibus creandis, illa ſemper habetur ratio, vt ſtipendia diſcernantur iuſta, quorum domini fiunt, cùm ergo clerus præſtet poteſtati ciuili, iniqua eſſet eius conditio, ſi non eſſet ei decretum ſtipendium, cuius vere eſſet dominus. Neque obſtat quòd Epiſcopus ſit pater pauperum, nam vt Paulus ait, Diuites huius ſæculi tenentur in pauperes eſſe benefici. Et ſi in ſimilitudine perſiſtere velimus: pater verè eſt dominus omnium quæ filiis tribuit.

Quarta. Quarto, ſi clerus dominium fructuum eccleſiaſticorum non haberet, ſequeretur inde, nullam certam partem ei eſſe applicatam, ſed tantum indultum, vt pro ratione ſui ſtatus de fructibus viuat, & quod ſupererit rigore iuſtitiæ egenis tanquam veris dominis conferat, quod tamen inopinabile eſt, cum quota qua indiget, & quantum diſtribuere teneatur, neque excogitari poteſt, neque regula comprehendi. Nam ſi dicatur ad prudentiam boni viri id eſſe deferendum: inter bonos & prudentes eſt opinionum varietas.

Quinta. Quinta, ſi clerò adimatur dominium fructuum eccleſiaſticorum, eadem ratione fabricæ & pauperibus, quod tamen defenſores contrariæ ſententiæ non admittunt: quod ſit eadem ratio, ex eo conſtat, quia ita illis addita eſt ſua pars, ſicut fabricæ & pauperibus ſua.

Sexta. Poſtremo, quia ſi clerus non acquirit dominium ſuæ partis, ſed pauperibus debetur, conſequens ſit, aliter facientes, ad reſtitutionem teneri, quod conſequens vix poteſt admitti. Valeat, verbi gratia, Epiſcopatus Lucenſis quatuor millia ducatorum, qui eſt vſus communis fructuum ipſius, quorum Epiſcopo ad ſuſtentationem ſuæ familiæ, & decentiam ſtatus, neceſſaria ſunt tria millia, fac reliqua mille, quæ pauperibus debebat, illis præſenti anno ſubtraxiſſe, & in alios vſus diſpendiſſe: tunc anno ſequenti vnde reſtituet? nam tribus pro ſua ſuſtentatione indiget, alia mille quæ ſuperſunt, pauperum ſunt: nihil ergo habet vnde reſtituat. Et in ſumma, ſi, quod Epiſcopo quotannis redundat, pauperum eſt, lege iuſtitiæ, vnde quæſo, quod pauperibus ſemel ademit, poſtea reſtituet? maximè ſi nulla habeat bona patrimonialia? & aſtringere illum, ad hoc vt minuat ſtatum, vt pauperibus diſtribuat, non eſt conceſſu dignum, neque rationi conſonum. Ex his conſtat reſponſio ad aliam quæſtionem.

Vtrum illi, quibus Epiſcopus ſua bona diſtribuit, ſiue conſanguinei fuerint, ſiue alij extranei, ad reſtitutionem teneantur: illi namque qui Epiſcopum non faciunt dominum, affirmant, niſi tanquam pauperes illa receperint, reſtituere tenentur. Attamen dicimus, quod quamuis tales contra præceptum miſericordiæ nimia parcitate eleemoſynarum mortaliter delinquant, ſi tamen ſua bona aliter profundant etiam in malos vſus, vere dominia transferunt: quocirca, qui illa recipiunt, ad reſtitutionem non tenentur. Simile eſt, dum quis cuipiam extremè laboranti non ſubuenit, & id quod illi præbere tenebatur, alteri diuiti prodige contulit: neque qui recipit, neque ipſe qui negauit, vllatenus ſit reſtituendi reus. Aduertendum tamen maxime, quod S. Thom. art. 7. ad ſecundum, tenet, videlicet, ſi de eo, quod vſui Epiſcopi vel alicuius clerici eſt deputatum, velit aliquid ſibi ſubtrahere, & conſanguineis vel alijs dare, non peccat, dummodo illud faciat moderate, vt non indigeant, non autem vt ditiores inde fiant: quo expreſsè affirmat, ex bonis eccleſiaſticis ditare conſanguineos, eſſe mortale. De bonis patrimonialibus, vel titulo ſæculari acquiſitis, libere poteſt diſtribuere. Idem tenet Caietanus in Summa, verbo, Beneficium eccleſiaſticum, & Syluester, verbo, Clericus, §. 4. & Adrianus in 4. de reſtitutione bonorum eccleſiaſticorum. Et eſt communis ſententia Theologorum. Et Auguſtinus Sermone 37. ad fratres in Heremo, ait ad illos, Teſtes eſtis, quòd nullum conſanguineum ditauerim, nam tales ſunt in damnatione Iudæ & Iieci. Et Ambroſius, libro de officio inquit, Hæc eſt approbanda libertas, vt proximos ſeminis tui ne deſpicias, ſi egere cognoſcas, non tamen vt illos ditiores fieri velis, ex eo quòd tu potes offerre inopibus. Ex hac doctrina ſequitur, Epiſcopum, de per ſe loquendo, ſi ex deputatis ſuo vſui aliquid ſubtrahat, augere poſſe ſtatum nepotis, vel conſanguinei: niſi in quibus ſit extrema vel grauis neceſſitas: & quia moraliter nunquam graues neceſſitates deſunt in viduis & pupillis & multis alijs ciuibus, inde fit regulariter, iſtos qui ſtatum conſanguineis augent, mortaliter peccare, ſi iura primogenitorum creent: ſed moderate illis ſtatum mutare poſſunt, vt abſque neceſſitate deinceps vitam ducant.

Dubium tamen eſt, habito, eccleſiaſticos proprium poſſidere, & habere verum dominium, an ſtrictiori vinculo teneantur pauperibus

1. Concluſio. ſubuenire quam laici? De hoc ſit prima concluſio, Cæteris paribus, grauius peccant Epiſcopi & clerici ſua bona prodigè conſumentes, quàm laici. Primò, auarè retinendo, quia parentes debent theſaurizare filiis, eccleſiaſtici verò alieni debent eſſe à liberis, neque debent hæredes quærere. Secundo, prodigè conſumendo, quia debent eſſe laicis in exemplum in omnibus, maximè in eleemoſynis largiendis. 2. Concluſio. Secunda concluſio, De per ſe loquendo, ſcandalo ſecluſo, & graui neceſſitate non imminente, eccleſiaſticus non peccat mortaliter ſua bona prodige conſumendo. Probatur primo, quia prodigalitas de ſe, tantum eſt veniale, vt tenet ſanct. Thom. 2. 2. quæſt. 119. Eadem enim eſt ratio ex ſuppoſitione de bonis eccleſiaſticis, quæ eſt de bonis patrimonij. Secunda, quia eſt regula Theologica, quod id quod non eſt contra præceptum, neque contra dilectionem Dei, vel dilectionem proximi, non eſt mortale: B prodiga autem conſumptio non eſt contra aliquod iſtorum, ergo. 3. Concluſio. Tertia concluſio, Non ſtrictiori vinculo eccleſiaſtici tenentur ad reſtitutionem, quàm ſæculares prodigè ſua bona conſumentes. Probatur primo, quia in vtriſque eadem eſt ratio dominij & iuſtitiæ, ſed ſæcularis ad reſtitutionem non tenetur, ergo neque eccleſiaſticus. Secundo, quia ſancti ita laicos appellant diſpenſatores bonorum quæ illis Deus donauit, ſicut eccleſiaſticos: ſed laici non tenentur, ergo. Tertio, quia eadem eſt ratio portionis titulo eccleſiaſtico applicatæ Epiſcopo, vel clerico, quæ eſt de bonis patrimonialibus, & quaſi patrimonialibus: ſed de his ſecundum omnes Theologos, poteſt ita liberè donare ac diſtribuere, ſicut ſæcularis quicunque: ſi autem bona quæ titulo ſæculari poſſidet male diſtribuat, reſtitutioni non ſunt obnoxia, ergo neque ea quæ titulo eccleſiaſtico acquiſiuit. Quarto, quia portio illis applicata conceditur illis ad ſibi neceſſaria in vſum qualitercumque, ergo ſi illa diſtribuant, ad reſtitutionem C non tenentur. Quæ diximus, intelligenda ſunt de Epiſcopis ac clericis præſertim quibus animarum cura incumbit, & de monaſteriis religioſorum quibus prouentus redundant. Neque ob id quòd ad reſtitutionem non teneantur debent maximè Epiſcopi conſcientias pacatas habere, ſi remiſſiores ſint in eleemoſynis erogandis, arbitrantes debitæ conſcientiæ ſuæ ſubuenire, ſi in mortis articulo Sacramento pœnitentiæ eiuſmodi culpas abluant: nam præceptum miſericordiæ, quod ſub reatu mortalis criminis obligat, ſatis omnes deberet exterrere, vt fidem Deo illæſam ſeruarent. Præterquam, quod quamuis lex iuſtitiæ eos ad reſtitutionem non obliget, debent eorum confeſſarij, tam durante vita, quam in mortis articulo, eis quos pauperum negligentes nouerint, per modum Sacramentalis ſatisfactionis, largiſſimas eleemoſynas imponere, vt eodem propemodo res incidat, ac ſi lege iuſtitiæ ad reſtitutionem tenerentur. D

Modus eleemoſynarũ Deo gratiſſimus. Modus autem eleemoſynarum Deo gratiſſimus eſt, vt in præſentes pauperes diuites ſint benigni, iuxta id Domini, Pauperes ſemper habebitis vobiſcum, diuites admonens, vt cura eorum pauperum nos angat, qui nobiſcum ſunt: futuris enim miſeris Deus per futuros miſericordes proſpiciet. Nec eo inficias quin vbi hoſpitalia conſtructa non ſunt, poſſit Epiſcopus fabricis vacare, & eccleſiarum ruinas reficere, ac collegia pauperum ſcholarium erigere & dotare. Huiuſmodi enim opera laudabilia ſunt & Deo grata. Nomen autem ſuum perpetuo celebrare in ædificiis ampliandis, & nepotum iure augendo, pauperibus oblitis & fame pereuntibus, hoc non ſolùm vanum, ſed perniciosum, & Chriſto ingratiſſimum eſt.

A Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondemus, quòd qui pio animo eius dicta perpenderit, agnoſcet eum non damnaſſe in clericis diuitiarum poſſeſſiones, ſed inclementiam & crudelitatem diuitum ſui ſæculi, qui vt ſe liberarent à moleſtia inueniendi, prouidendi ac diſtribuendi ea quæ vſibus quotidianis clericorum & pauperum erant neceſſaria, omiſſo eo ad quod tenebantur, onus omnino recuſabant. Hoc ergo eſt quod Chryſoſtomus reprehendit, & maxime, quia cùm ſæculares nollent huic oneri ſe ſubmittere, clericos cogebant hæc onera ſubire, & ob curam corporalem pauperum, dimittere ſpiritualium ac ſacerdotalium functionum officia, quod & Apoſtoli conquesti ſunt, dicentes. Non eſt æquum nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Diuites ergo ſui temporis idcirco Chryſoſtomus vituperat, non quòd diuitiarum poſſeſſionem damnet, ſed quod animo parum beneuolo & grato dediſſent, eo ſcilicet fine, vt ſe tædio ac faſtidio alendi B clericos & pauperes exoluerent.

Ad beatum Hieronymum reſpondet S. Thom. artic. 6. ad ſecundum argumentum, & reſpondet tripliciter: Primus modus eſt myſticus, vt ſub nomine auri & argenti prohibiti ſunt prædicatores, ne imitantur ſapientiæ & eloquentiæ huius ſæculi. Secundus modus eſt Auguſtini libro de conſenſu Euangeliſtarum, ſcilicet, vt illud, Nolite poſſidere aurum, &c. non habeat vim præcepti, ſed permiſſionis, ac ſi dixiſſet, non opus eſt vobis auro & argento, permittitur tamen vobis tanquam operariis victum ſuſcipere: *dignus eſt enim operarius mercede ſua.* 1. Cor. 9. Tertia reſponſio eſt Chryſoſtomi, vt intelligatur prohibitio illa peculiariter facta diſcipulis, dum ad prædicandum Iudæis mittebantur, tum vt populus ille facilius alliceretur, tum etiam vt ipſi firmiorem haberent fiduciam, quòd diuina ſubſidia non eſſent eis defutura. Ex quo neque ipſi, neque eorum ſucceſſores propriis ſumptibus C tenentur Euangelium prædicare. Ex hac ſolutione apparet ſanct. Thom. negare Apoſtolos fuiſſe profeſſos paupertatem, quod falſum eſſe conſtat ex illo, *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Matth. 19. Ad quod reſpondemus D. Thomam hic non diſputare de Apoſtolis, vtrum tria vota monaſtica emiſerint, tanquam exemplaria futurarum religionum, id enim affirmat 2. 2. q. 88. art. 4. ſed modo tantum de illis diſſerit, quatenus Apoſtoli & Epiſcopi erant, cui ſtatui non neceſſariò eſt annexa paupertas.

Dubitatio. Scrupulus alter eſt hic, quia affirmat quod poteſt Epiſcopus habere dominium, non ſolum rerum alio de iure acquiſitarum, verum ſtipendij eccleſiaſtici, quod ſuæ functioni deputatum eſt. Reſpõſio. Pro ſolutione notandum eſt, quòd Deus dicitur pars Cleri, non vt dicat reſpectum ad aliam partem ab ipſo clero poſſeſſam, ſed ſicut vnus hæres D poſſidet partem hæreditatis, quæ ſibi eſt tota ſubſtantia: dicitur autem pars reſpectu alterius, quæ alteri hæredi obuenit: exempli gratia, Debet clericus contentus eſſe Deo, quem poſſidet, vt cum illo nihil aliud poſſideat, non quòd nequeat poſſidere famam, honorem, ſalutem, & alia bona temporalia, ſed quod reliqua omnia ad nutum eius poſſideat, ita tamen, quòd ſtudium erga Deum, nullatenus per curam aliarum rerum diminuatur, hoc enim eſſet aliquid extra Deum poſſidere: qui verò ſic Deum poſſidet, Deus eſt, ſua pars, & tota ſua poſſeſſio, reſpectu reliqui vniuerſi, quod aliis poſſidendum relinquit.

VIGE-

VIGESIMVM QVÆSITVM.

An Chriſtus prius fuerit lancea percuſſus quam mortuus.

CHryſoſtomus Homil. 89. in illud, *Heli, heli, Lamazabathani*, Poſt expoſitionem horum verborum ſic habet, Putauerunt enim Heliam ab eo vocari, & aceto illum potauerunt, alius autem accedens lancea latus eius aperuit: deinde appoſita narratione horum verborum, iterum ex eodem Euangeliſta ſubnectit, Ieſus autem clamans voce magna, emiſit ſpiritum. Ex hac lectione occaſionem ſumpſit Cornelius Agrippa, libro de vanitate ſcientiarum, cap. 100. vt affirmaret Matthæum Euangeliſtam erraſſe, cùm dixit Chriſtum lancea percuſſum, anteaquam expiraret, contra Ioannis authoritatem, qui eum poſt mortem lancea percuſſum narrauit. Cæterum cùm hæc lectio nuſquam reperiatur apud Matthæum, neque in exemplaribus Latinorum, neque Græcorum, fateri oportet verba hæc vna cum expoſitione Chryſoſtomi iniuria ſcriptorum fuiſſe, tranſpoſita: quod conſtat ex Homil. 84. in Ioannem, explicans illud, Vnus militum lancea latus eius aperuit. Vbi expreſſe aſſerit, quod poſtquam Chriſtus expirauit, vnus militum aperuit eius latus. Forſan Agrippa huius aſſertionis ſumpſit occaſionem non ex Matthæi Euangelio, vbi nulla eius rei fit mentio, ſed ex deliramentis Petri Ioannis Minoritæ, qui, vt in libro aduerſus hæreſes teſtis eſt Guido Epiſcopus Elnenſis, hunc errorem ſtulto zelo primus inculcauit, is enim, cùm paſſionem & mortem Chriſti pro concione enarraret, finxit Chriſtum adhuc viuentem lancea vulneratum, vt ex maiori dolore vulnerum Chriſti populum ad lachrymas maiores concitaret. Quam ſententiam cùm poſtea pertinaciter defenderet, Concilio Viennenſi damnatus eſt.

VIGESIMVM-PRIMVM QVÆSITVM.

An ea, quæ mater Iacobi & Ioſeph ab Euangeliſta dicitur, mater Chriſti fuerit.

CHryſoſtomus Homil. 89. in illud, *Maria Iacobi & Ioſeph mater, &c.* Matth. 27. in explanatione huius loci habet nonnulla verba ſignificantia, Mariam, quæ hic ab Euangeliſta appellatur mater Iacobi & Ioſeph, eſſe Mariam Chriſti matrem. Quæ ſententia cùm facile inflecti queat ad hæreſim Heluidij, aſſerentis Mariam virginem poſt partum Chriſti alios filios peperiſſe, aſſerendum eſt exemplaria illa ab hæreticis deprauata. Et firmiter tenendum, quod eccleſia vniuerſalis tenet, ſcilicet, Mariam Iacobi & Ioſeph alteram fuiſſe à Maria virgine Chriſti matre. Quòd ſi quis quærat quomodo Euangeliſtæ non meminerint ita ſpecialiter narrationem facere aſſiſtentiæ Mariæ virginis circa ſepulchrum, & curam corporis ipſius, ſicut de Maria Iacobi & altera Maria, & de Maria Magdalenæ, reſpondemus, quod conſulto ea quæ de ſe nota erant tacuerunt, nam ea quæ matrum ſunt euidenter demonſtrauit, & ideo neque planctum eius ſcripſerunt: ſatis enim abundè fecerunt, pronunciantes, quòd filium docentem ſequebatur.

A

VIGESIMVM-SECVNDVM QVÆSITVM.

An vllus abſque lectione diuinæ ſcripturæ ſalutem aſſequi poſſit.

CHryſoſtomus in illud, *Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum*, Lucæ 16. Concione 3. de Lazaro, & in pleriſque aliis Homiliis, cohortans auditores ad lectionem ſacrorum voluminum, habet aliqua ex quibus hæretici ſuadere conantur ſcripturas ſacras in linguas omnium gentium oportere transferri, vt ab omnibus legi & intelligi ſine labore poſſint. Sunt autem propoſitiones ab hæreticis ex Chryſoſtomo decerptæ tres.

Prima, in tertia Concione de Lazaro, vbi ſic
B habet, Eminus venientia diaboli ſpicula extinguamus, depellamuſque per aſſiduam ſcripturarum lectionem, neque enim fieri poteſt vt quiſquam ſalutem aſſequatur, niſi perpetuo verſetur in lectione ſpirituali. Hanc propoſitionem duplici argumento ſuadeo. Primo ex neceſſitate inſtrumentorum in quacunque arte. Sic enim inquit, An non vides fabros ferrarios, artifices, fabros argentarios, & omnes qui quamcunque exercent artem, omnia artis inſtrumenta habere parata? quod ergo illis ſunt inſtrumenta, ſic & nobis omnis ſcriptura diuinitus reuelata: & quemadmodum illi quidquid faciendum ſuſcipiunt, per ſua inſtrumenta perficiunt, ita & nos animam noſtram corrigimus, & inueteratam per ſcripturam renouamus. Secundo Homil. in Ioan. 16. ſic inquit, Si Gentiles, vt contra noſtram religionem loquerentur, tantopere vigilarunt, qua nos venia digni erimus, niſi huiuſmodi contra nos inſultus propulſare calleamus? Hoc nobis præcipit Petrus,
C *Parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationem* 1. Pet. 3.
reddere de ea quæ in vobis eſt, ſpe.

Secunda propoſitio eſt, quod diuinæ ſcripturæ lectio, non ſolum ad Theologos, clericos, & monachos pertinet, ſed etiam multo magis ad laicos, præſertim negotiatores & artifices. Hanc oſtendit concione tertia de Lazaro, ſic enim habet, Ne quis mihi dixerit, ego publica & forenſia gero negocia, artificium exerceo, vxorem habeo, non eſt meum legere ſcripturas, ſed eorum qui mundo dixerunt vale. Et concludit, Nos velut in medio mari fluctuantes, innumeriſque velimus nolimus peccatis obſtricti, ſemper opus habemus perpetuo iugique ſcripturarum ſolatio. Et Hom. 2. in Matth. hoc ipſum confirmat, & ait, Lectio ſcripturarum magis vobis eſt neceſſaria quàm monachis.

Tertia propoſitio eſt, Nemo aut negotiorum occupatione, aut librorum inopia, aut Diuini elo-
D quij obſcuritate excuſari poteſt à lectione Diuinarum ſcripturarum. Duas priores partes ſuadet Homil. 10. in Ioan. in hæc verba, Quid igitur à vobis contendimus, vt in vna dierum hebdomadæ ſaltem in Sabbatho curæ vobis ſit Euangelicas lectiones legere: quòd ſi qui ſunt qui negocia, occupationeſque cauſantur, in hoc non parum errant, quòd ita ſemper ſæcularibus negocijs affixi ſint, vt ne minimum quidem in his quæ maximè neceſſaria ſunt ſtudium impendant. Eſt & alias his oſcitantibus inepta excuſatio, inopia videlicet librorum: diuitibus ad hoc reſpondere ridiculum eſt, cum pauperibus libet paruper iocari, atque ita ab eis percunctari placet, nunquid omnia artis ſuæ habeant inſtrumenta? & ſi inopia his comparandis non impediuntur, abſurdum ergo eſt paupertatem cauſare. Tertiam partem habet Hom. iam citata de Lazaro, & Homil. 3. in poſte-

riorem ad Theſſalonicenſes Epiſtolam, indicat A ſcripturas adeo eſſe dilucidas vt qui eas legunt, prædicatorum & Doctorum explanatione non egeant: ſi placet tibi ibi lege.

Doctores Scholaſtici de his quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem aſſequendam diſputant, 3. ſent. diſt. 25. & Thom. 2. 2. q. 2. art 5. 6 & 7. & omnes conueniunt ſimpliciter eſſe neceſſaria ad ſalutem, fidem & opera, pro omni tempore & ſtatu. De fide Roma. 1. conſtat, quia *ſine fide impoſsibile eſt placere Deo*, & rurſus, *iuſtificati ergo ex fide & gratia, eſtis ſaluati per fidem, & iuſtus ex fide viuit*. De operibus conſtat ex Iacobo, Math 19. Fides ſine operibus mortua eſt: & ex Matthæo, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*: & ex diffinitione Can. 20. Concilij Tridentini, Si quis hominem iuſtificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad obſeruantiam mandatorum Dei & eccleſiæ, Anathema ſit, Seſſ. 6. Dubium. In ſpeciali tamen dubium eſt, quæ ſint illa quæ in lege naturæ neceſſario erant credenda. B Dico, quòd credere tenebantur illa credibilia quæ Paulus in epiſtola ad Hebr. 11. Hebræos aſſignat, inquiens, *Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quod inquirentibus ſe, remunerator eſt*, Et Doctores ſacri aſſerunt, quòd qui vera fide Deum eſſe fatentur, credunt etiam & fatentur animam hominis eſſe immortalem: nam cùm intelligant quòd ſunt plures qui in præſenti ſæculo Deum corde vero & puro diligunt, qui nedum in præſenti ſeculo præmiantur, ſed in anguſtijs & afflictionibus vitam præſentem finiunt: cùm ergo nullum bonum ſit irremuneratum, huiuſmodi autem iuſti in præſenti ſeculo coronam laborum ſuorum non receperunt, præmiandi ergo ſunt in futuro ſeculo, non autem præmiari poſſent niſi anima eſſet immortalis, ergo in illa confeſſione fidei, quòd Deus eſt, & quòd remunerator eſt, includitur confeſſio hæc, Animam hominis eſſe immortalem. Ex quo infertur, C omni tempore, & in omni lege, neceſſarium fuiſſe credere, animam eſſe immortalem: Quod ex eo conſtat: quia fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum: qui verò non credit animam eſſe immortalem, qua ratione præmium à Deo poterit ſperare, & ſine hujuſmodi fide quo pacto Deo placere poterit? Tum etiam, ſine huiuſmodi fide, quòd anima eſt immortalis, quo medio homo allici poſſet & inſtitui ad exercitium virtutis? Sed declinarent in illud Sapientiæ, nomine reproborum dictum, Coronemus nos roſis antequam marceſcant, nullum ſit pratum quod non pertranſeat luxuria noſtra, comedamus & bibamus, cras enim moriemur: quoniam hæc eſt pars & ſors noſtra. Et hæc duo credere, non ſolùm fuit neceſſarium in ſtatu naturæ corruptæ, ſed etiam in ſtatu naturæ integræ. Et de Angelis affirmat S. Thom. 2. 2 q. 5. art. 1. quòd fuit in illis neceſſaria fides, vt in Deum conuerterentur.

D Secundo, fuit neceſſaria fides creationis, id eſt, quòd ab vno Deo & ab vna prima cauſa, vnde ſunt creata, procedunt, ratione cuius, homo tenetur Deum ſupra omnia condita colere, & eidem gratias agere, quia ſine hac cognitione non debite coleremus Deum, neque homo poſſet allici ad virtutem colendam. Tertio, fuit neceſſaria fides redemptionis, iuſtificationis, & glorificationis, ſine hac enim cognitione, ſcilicet, quòd eſt remiſſio peccatorum, & quòd poſt præſentem vitam præmium ſperare debemus, hac cognitione de medio ſublata, vix eſſet qui Deum coleret, & qui propter bonum honeſtum & decorem virtutis, præmio, de medio ſublato, arduis & difficilibus ſe ſubmitteret.

Quantum ad opera, lex naturalis ſpecialiter in ſe includebat hæc quatuor principia practica. Primum principium generaliſſimum omnium præceptorum, conuenit homini quatenus eſt ens: & A vt ſic, allicit ad hoc quod eſt bonum & appetendum, & proſequendum, malum reſpuendum & fugiendum: & hoc præceptum eſt commune cunctis mundi rebus: & ideo, finis omnium appetibilium in quem ſuaſibilia omnia tanquam in primum principium reducuntur, ſicut in ſpeculabilibus, quodlibet eſſe, aut non eſſe, vt autor eſt Ariſtoteles 4. Meta. tex. 9. Ex hoc primo principio ſtatim oritur ſecundum principium practicum, quod proprium eſt omnibus entibus, ſuum eſſe conſeruare: omnia enim appetunt ſe conſeruare, & ſuis contrarijs reſiſtere; & ratio eſt: quia omnia quidquid appetunt, ſub ratione boni, vel veri, vel apparentis: res vniuerſæ id ſolum bonum appetunt quod illis eſt vere bonum: homo verò illud eſt quod licet ſenſui eſt bonum, rationi tamen cedit in malum, hæc enim ſua natura eſt deſcendendo. Tertium principium legis naturæ conuenit homini in quantum animal eſt, quod B attinet ad commixtionem maſculi & fœminæ: hic enim exiſtit animalibus peculiaris appetitus, conſeruandi ſpeciem, vt in plantis, & in cunctis animalibus experimur. Ex his trahitur aliud peculiare hominis principium, in quantum eſt rationalis, qua vtique ratione, habet inclinationem ad cognitionem Dei, ac virtutis bonum: ex quo ei rurſus conuenit deſiderium & appetitus ad ſocietatem, & ciuilitatem, vnde oritur peculiare illud principium: Id facias aliis, quod tibi fieri vis, Idque neque facias quod non tibi vis fieri. Ex quibus colligo, quod ſi in lege naturæ cognitum eſt bonum eſſe optandum & amplectendum, malum verò refellendum, quia impedit ne ad fœlicitatem perueniamus: & quod id teneamur alijs facere quod volumus nobis fieri: qui contra hæc principia deliquerunt, & illa ſunt tranſgreſſi in legem naturæ peccauerunt.

In lege verò veteri ſcripta, præter ea quæ fuit C neceſſarium cognoſcere in lege naturali, maioribus fuit neceſſarium credere explicite aduentum Meſſiæ, minoribus credere implicitè; quod ex eo conſtat: quia cæremoniæ & ſacrificia legis hoc proteſtabantur. Ex quibus conſtat, tam lege naturali, quàm lege ſcripta, ad ſalutem conſequendam omnes homines teneri id credere: quòd ſi aliqui non crediderunt, illis id imputandum eſt, quia illud quod in ſe erat, & ad quod tenebantur non præſtiterunt: quòd ſi præſtitiſſent, illis hoc Deus reuelaret; Tum etiam, quia non ſolùm damnati ſunt propter peccatum infidelitatis, ſed etiam propter plura alia, quibus contra jus naturale turpiter peccauerunt: nam, vt habetur Sapientiæ 2. *Excæcauit eos malitia eorum*. Sapien. 2.

Dubium tamen eſt quo præcepto teneamur credere, diuino vel humano? Reſpondeo per propoſitiones. Prima eſt, credere hoc quod eſt: Deus eſt, & 1. Propoſitio. remunerator eſt, de iure diuino eſt & naturali: & D ideo in omni tempore & in omni ſtatu fuit neceſſarium illa credere. Sed rogas, quid eſt quòd amplius tenemur explicite credere? Secunda propoſitio, de iure diuino tenemur credere Chriſtum eſ- 2 Propoſitio. ſe Deum. Probo: quia hoc ipſemet Chriſtus & Apoſtoli prædicarunt. Item quòd mortuus eſt, & reſurrexit, quia iſta in eccleſia ſunt triuialia & notiſſima. De iure etiam diuino tenemur myſterium Trinitatis credere. Probo: quia iſta ſunt verba profeſſionis Chriſtianæ, profitemur enim Patri, Filio, & Spiritui ſancto, obedientiam, ſicut monachus prælato ſuo. Tertia propoſitio, Eccleſia poteſt 3. Propoſitio. nos obligare ad fidem aliquorum quæ in ſcriptura non ſunt explicata, nec antea iure naturali credere tenebamur. Quòd ſi quæras, quæ ſint iſta: Dico, quæ Chriſtus Dominus ſub præcepto conſtringit nos credere: quæ autem ſunt hæc, & quomodo hoc diſpenſationi eccleſiæ commiſit, quando Marci vltimo dixit, *Ite docete omnes gentes*. Marc. vlt.

Et

[Ioan. vlt.] Et Ioannis vltimo. *Paſce oues meas.* Simile eſt de præcepto confeſſionis, quod eſt de iure diuino, ſed quando & quomodo, manſit in arbitrio & diſpenſatione eccleſiæ. ſic ergo Chriſtus Dominus quæ eſſent credenda arbitrio eccleſiæ iudicandum commiſit. [Notandū.] Notandum tamen, quod aſſeruimus, minoribus & ſimplicibus ſat eſſe myſteria fidei implicitè credere. Hoc Doctores Scholaſtici variè explicant, ſed Patres antiqui credere implicitè, aſſerunt eſſe credere aliquam propoſitionem, in qua omnes aliæ propoſitiones credendæ virtute quadam continentur: vti in articulo hoc. Credo quod Deus eſt, omnes articuli diuinitatis, virtute includuntur: & in hoc, quod remunerator eſt, omnes articuli humanitatis. Tenentur etiam omnes Chriſtiani credere non tamen ſub conditione, puta ſi verum eſt quod eccleſia credit: hoc enim modo Lutherus credit: ſed abſolutè Chriſtianus quilibet tenetur credere quod eccleſia credit.

De myſterio autem incarnationis eſt dubium peculiare. An in omni ætate explicitè & in ſpecie fuerit neceſſarium illud credere? De hac re [1. Propoſitio.] ſit prima propoſitio, In lege naturæ ſufficiebat iſta cognitio ſpecialis, ſcilicet, Deus eſt, & remunerator eſt, cui omnes famulatum, obedientiam, & reuerentiam exhibere tenentur, & ad hoc cognitione naturali ſolum tenebantur, quia altiora his cognitione naturali attingi non poterant: & ideò Paulus inquit, Accedentem ad Deum, oportet credere quia eſt, inſinuans vltra hæc, ampliorem cognitionem habere non potuiſſe. [2. Propoſitio.] Secunda propoſitio, in illa cognitione naturali incarnationis myſterium implicitè continebatur. Probo: quia in illo ſtatu homines explicitè non poterant cognoſcere quomodo futura eſſet redemptio, an per Angelum, vel per hominem: ſolum ergo tenebantur myſterium incarnationis implicitè credere.

Quantum ad opera, ſuggeſtione diuina per Moyſen & Aaron legi naturali decem præcepta decalogi ſuperaddita ſunt: ad quæ cætera præcepta quæ implicitè continentur, reducuntur, vt [1. Præceptum.] exemplis patebit. Cùm enim primo præcepto decalogi, alienorum deorum cultus damnatus ſit, cuncta quæ ad idolatriam & ſuperſtitionem ſpectant, ad ipſum referuntur: quale eſt illud Deu- [Deut. 18.] teronom. 18. *Non inueniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam ſuam, ducendo per ignem, nec ſit maleficus, neque incantator, neque qui Pithones conſulat, neque diuinos, & quærat à mortuis veritatem.* [Secūdum.] Et quia ſecundo mandato periurium cauetur, eodem reducitur prohibitio [Leuit. 24.] blaſphemiæ, quæ Leuit. 24. extat, vbi blaſphemus præcipitur lapidibus obrui? Et prohibitio falſæ doctrinæ Deuteronom. 18. vbi falſi prophetæ [Tertium.] refelli iubentur. Ad tertium præceptum de ſabbathi ſanctificatione reducuntur cuncta cære- [Quartum.] moniarum inſtituta. Ad quartum de honore parentibus deferendo, referuntur omnia quibus iubemur ſeniores & magiſtros honeſtare, quale eſt [Leuit. 19.] illud. Leuit. 19. *Coram cano capite ſurge & honora perſonam ſenis.* [Quintum.] Ad quintum quo homicidium condemnatur, reducuntur omnia iura quibus proximi læſio prohibetur: quin verò & internum odium, qualia ſunt eiuſdem capitis. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui, & ne oderis fra- [Sextum.] trem tuum in corde tuo. Ad ſextum quod adulterium prohibet, reducitur omne luxuriæ genus, in primis ſimplex ſcortatio, nefandum crimen, at- [Deut. 24.] que beſtialitas, ſecundum illud Deut. 24. *Non erit meretrix de filiabus Iſraël, neque fornicator de filiis Iſraël.* Et [Leuit. 18.] Leuit. 18. *Cum maſculo non commiſcueris, cum omni pecore non coibis.* [Septimū.] Ad ſeptimum quo furtum prohibetur [Deut. 18.] affine eſt illud Deut. 18. quo prohibetur, *non fænerabis fratrem tuum ad vſuram,* & prohibitio fraudis, Deu- [Deut. 25.] teronom. 25. *Non habebis in ſacculo diuerſa pondera.* Ad [Octauum.] octauum quod prohibitio eſt falſi teſtimonij, refertur prohibitio falſi iudicij atque omnes ſpecies mendacij, & detractionis, legitur enim Exod. 23. [Exodi 23.] *Neque in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ vt à veritate denies.* Et infrà, mendacium fugies. Et Leuit. 19. *Non eris criminator & ſuſurro in populis.* [Nonum & decimum.] Ad poſtrema duo, vtpote quibus omnis cohibetur ſiniſtra cupido, non eſt aliud quod referatur. Lex verò Euangelica, vltra ea quæ ſunt de iure naturali, & vltra moralia legis ſcriptæ, ſolum nos aſtringit ad præcepta fidei & eccleſiæ & vſum ſacramentorum. Si ergo omiſſio lectionis diuinæ delecta eſt, id erit ſolum ratione negligentiæ & omiſſionis curæ propriæ ſalutis. S. autem Thom. 2. 2. q. 54. art. 3. inquit, Negligentiam dupliciter poſſe eſſe peccatum mortale, ſcilicet, vel quando prætermittitur actus ſeu circumſtantia neceſſaria ad ſalutem vel ex contemptu. Exercitum verò lectionis ſacræ in præcepto non eſt, neque eſt circumſtantia ad ſalutem neceſſaria: ſi enim talis eſſet, maxima pars fidelium damnaretur; Neque affirmandum eſt, quod quis ex contemptu medicinam adeo ſalubrem animæ contemnat. Lectio ergo ſacris, his, qui præcepto ad illam non aſtringuntur, ſub conſilio eſt, & in præceptum non cadit.

Pro Chryſoſtomi defenſione reſpondemus, vt alibi ſæpe monuimus, Concionatorum verba non ſemper eſſe eo rigore accipienda quo primum ad aures auditorum perueniunt: multa enim per hyperbolem ſæpe enunciant, occaſione locorum, temporum, ac perſonarum, adducti, & curſu orationis rapti: hoc & Chryſoſtomo contigit, potiſſimum de hoc argumento loquenti: cùm enim animaduerteret multitudinem hominum theatris, ſpectaculis, & fabulis poetarum intentam, & diuinas ſcripturas omnino contemnere, deſiderabat omnes, ſi fieri poſſet, eſſe Theologos & præceptores: ſicut olim Moſes dicebat. Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det ei Dominus Spiritum ſuum? Ob id ergo omnes indiſcriminatim hortabatur ad diuinarum ſcripturarum lectionem.

Proinde cùm apud ipſum legimus ſtudium diuinæ ſcripturæ eſſe omnibus neceſſarium, & magis pertinere ad laicos, quàm ad monachos, ipſius verba non ita accipienda ſunt, ac ſi ſentiat quod illiterati homines ſaluari nequeant: hoc enim eſſet regnum cœlorum inſipientibus ac rudibus claudere: ſed credendum eſt, eum per lectionem ſacram, intellexiſſe præcepta Decalogi & Symbolum, quibus prorſus ignoratis, certum eſt neminem conſequi vitam æternam.

Quod autem ait, diuinas ſcripturas ſic eſſe perſpicuas, vt à quouis intelligi queant, non referendum eſt ad myſteria recondita, neque omnibus neceſſaria, velut ſunt ex parte, Pauli Epiſtolæ, de quibus Petrus ait, Chariſſimus frater noſter Paulus, ſecundum datam ſibi ſapientiam, ſcripſit Epiſtolas, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. Non ergo ad hæc referenda ſunt verba Chryſoſtomi, ſed ad prima rerum credendarum principia, & præcipua bene viuendi præcepta, cognitu facilia, vt ſunt morales ſententiæ, & ſacræ quædam hiſtoriæ formandis moribus vtiles: de his ergo adhortationes Chryſoſtomi intelligendæ ſunt.

Ad id verò, quod hæretici contendunt, vertendas eſſe diuinas literas in maternam cuiuſque nationis linguam, quia hoc olim factum eſt, nam Chryſoſtomus Dauidicos Pſalmos in linguam Armenicam tranſtulit, Hieronymus vtrumque teſtamétum in linguam Dalmaticam, & Chryſoſtomi temporibus omnis Græca eccleſia diuinos libros vulgari lingua legebat: Reſpondemus, quòd

multa olim eccleſia permiſit, quæ ſanctiſſimè hodie omnia ſublata ſunt, vt ex ſanctione Eliberitini Concilij conſtat. Dabatur enim olim Euchariſtiæ Sacramentum in manus omnium fidelium, ſed deprehenſis multis, qui id tractarent indigne, & ad magicas vanitates occultatum, domum furtim aſportarent, conſulto conſuetudo illa abolita eſt; Sic ergo accidit de libris vulgari idiomate redditis, experimento enim cognouimus, plurimam ſimplicium turbam ex hac occaſione in deteſtabiles errores corruiſſe. Cohibenda eſt igitur huiuſmodi licentia, tam propter ſcripturæ Diuinæ reuerentiam, quàm propter animarum ſalutem, ne contra Saluatoris præceptum, ſanctum detur canibus edendum, & margaritæ ante porcos ſpargantur. Et ideo curandum eſt, ne Diuinæ literæ paſſim omnibus committantur, ſed his duntaxat, qui rectà fide in Deum & probatis moribus præditi ſunt: quemadmodum ſacroſancta Synodus Tridentina in Indice prohibitorum voluminum Regula quarta deſcribit, vide ibi & conſule ad octauum hoc ſecundo tomo Chryſoſtomi.

VIGESIMVM-TERTIVM QVÆSITVM.

An qui Chriſti prædicationem præceſſerunt, reſurrectionem ſperauerint.

CHryſoſtomus concione 1. de Lazaro, in illud, *Erat quidam mendicus nomine Lazarus.* Lucæ 16. non longe à fine, inquit, Lazarum nihil de reſurrectione potuiſſe ſperare, quia qui tempus Euangelicæ gratiæ præceſſerunt, nullam habuerunt reſurrectionis notitiam. Sic enim habet, Poſſum & aliud his omnibus addere, videlicet, quòd Lazarus ne de reſurrectione quidem quicquam potuerit philoſophari, ſed huius vitæ res credebat vitæ fine terminari; erat enim ex eorum numero qui gratiam Euangelij præceſſerunt. Et infrà, Nam ille tale nihil vnquam philoſophari potuit, eo quod nondum aduenisset tempus huiuſmodi dogmatum.

Diſputant Doctores Scholaſtici de Spe, 3. ſent. diſtinct. 26. & S. Thom. 2. 2. q. 17. & 1. 2. q. 62. & q. 65. artic. 5. & communis Schola Theologorum tenet, Patres antiquos in fide, ſpe, & charitate, ſalutem eſſe conſecutos, & ſine his tribus virtutibus Theologicis nullus vnquam ad patriam peruenit, & S. Thom. artic. 5. diffinit, charitatem eſſe non poſſe ſine fide, & ſpe. Probat, ſuppoſito quòd charitas non ſolum ſignificat amorem quo amamus Deum, ſed mutuam amicitiam quo amamus & amamur à Deo, vt conſtat ex illo Ioannis, Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo: ſed iſta amicitia & familiaritas in via eſſe non poteſt ſine fide & ſpe, quia niſi crederemus amico, & ſperaremus in ipſum, nulla eſſet familiaritas, neque amicitia inter amicos. Charitas ergo ſine fide & ſpe eſſe non poteſt. Aduertendum autẽ, quòd cum S. Tho. inquit, charitatem eſſe amicitiam quandam qua amamur à Deo, non intelligit, quod Deus formaliter nos diligat per habitum charitatis, qui eſt in nobis, neque per illum nos acceptet ad gloriam, ſed quod charitas ſit amor quo nos diligimus Deum, & in ſe includit, quòd & nos ab ipſo diligimur, ſicut amicitia quæ eſt inter duos amicos, vterque diligit alterum, ſed non per eundem actum. Hæc ſententia S. Thom. nedum eſt vera apud Theologos, ſed etiam apud Philoſophos, Cicero enim dicit, non poſſe eſſe amicitiam inter homines & Deum, niſi ipſi crederent, & ab illo aliquid ſperarent.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondemus ſicut ſuperius de fide reſpondimus, quòd Patres, qui præceſſerunt Chriſti aduentum, non habuerunt ſpem reſurrectionis ita claram & diſtinctam ſicut nos fideles habemus, poſtquam Chriſtus Dominus à mortuis reſurrexit. Et Paulus oſtendit argumentis vrgentiſſimis, *quòd ſi Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus.* 1. Cor. 15.

TERTIVS TOMVS.

1 *An Angeli ex Euangelicis ſcripturis aliquid didicerint.*
2 *An punctuatio particulæ, ſine ipſo factum eſt nihil, tolerari poſſit.*
3 *An Dei eſſentia ab vlla creatura conſpici queat.*
4 *An ſalutis initium ſit in nobis.*
5 *Maria an de Chriſto decentem opinionem ſemper habuerit.*
6 *An iuramentum omne, etiam in cauſa vera & iuſta, peccatum ſit.*

PRIMVM QVÆSITVM.

An Angeli ex Euangelicis ſcripturis aliquid didicerint.

CHryſoſt. Homil. 1. in illud, *In principio erat verbum.* Ioan. 1. ait, Angelos ex prædicatione Ioan. Euangeliſtæ multa didiciſſe, quæ antea ignorabant, qui ſic habet, Ioannes nihil nobis humanum, ſed à Spiritus ſancti profundis & abditis theſauris omnia proloquitur: quæ neque Angeli priuſquam hic diceret, nouerunt, namque & ipſi nobiſcum didicerunt per Ioannis vocem, & per nos didicerunt, quæ cognouimus. Quod B. etiã Paulus his verbis ſignificauit, *Vt innoteſcat nunc principatibus & poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiã multiformis ſapientia Dei:* Ephes. 3. ſi igitur Principatus & Poteſtates, Cherubin & Seraphin, hæc per Eccleſiam didicerunt, plane conſtat, ipſos Angelos ſumma cum attentione eius ſeſe auditores exhibuiſſe: quippe idcirco non parum honoris conſequimur, quod nobiſcum Angeli didicerunt, quæ neſciebant. Eiuſdem ſententiæ eſt Origenes, Homil. 23. in Lucam. Hieronymus li. 2. in Epiſt. ad Epheſ. ediſſerens locum citatum Pauli Epheſ. 3. videtur ſentire, Angelos ante paſſionem & reſurrectionem Chriſti non cognouiſſe myſterium Verbi Incarnati, & humanæ redemptionis Sacramentum; Sic enim habet, Crux Chriſti non ſolùm nobis, ſed & Angelis cunctiſque in cœlo virtutibus aperuit Sacramentum quod ante neſciebant. Denique ad cœlum cum corpore reuertentem mirantur, & dicunt, *Quis eſt iſte qui aſcendit de Edom, ſeluida veſtimenta eius ex Boſra?* Isa. 63. Et in alio loco, *quis eſt iſte Rex gloriæ?* Psal. 23. quaſi interrogantes quæ antea neſciebant.

Doctores Scholaſtici de hac quæſtione diſputant 2. ſent. diſt. 11. & S. Thom. 1. p. q. 106. ar. 4. & q. 107 ar. 1. & de veritate, q. 9. art. 5. Et quòd Angeli in cognitione proficiant, & vnus Angelus alteri loquatur, eſt communis conſenſus Scholæ Theologicæ. Circa modum verò cognitionis & locutionis Angelorum, ſunt variæ ſententiæ Doct. Scholaſt. Et diſtinctior cæteris eſt ſententia S. Thom. q. 107. art. 1. quæ eſt, vnum Angelum loqui alteri hoc ipſo, quod ſuos conceptus ordinat ad illum. Hic modus conformis eſt noſtro modo loquendi, Deo enim loquimur per hoc quod conceptus noſtros in illum dirigimus: eodem igitur modo Angeli ſibi inuicem loquuntur: Hæc autẽ conceptuum ordinatio per liberam voluntatem vniuſcuiuſque Angeli fit: vult enim quod vnus Angelus eius conceptum cognoſcat, & alterum lateat: ex quo conſtat, Angelum quemlibet quoad manifeſtationem, eſſe dominum ſuorum conceptuum.

Sententiæ variæ circa modum illuminationis Angelorum.

Circa illuminationem etiam Angelorum, eſto, omnes Scholaſtici conueniant in concluſione S. Thom. quæſt. 106. ſcilicet, aliquos Angelos illuminari ab alijs, quia rem occultam alijs manifeſtant: circa modum tamen illuminationis variæ ſunt Doctorum Scholaſticorum ſententiæ. Nam Durandus diſp. 11. quæſt. 2. recitatis varijs modis illuminationis Angelorum, tutatur vnum Angelum non illuminari ab alio, ſed à ſolo Deo. Tamen contrarium tenendum eſt cùm S. Thom. & communi Theolog. ſententia, eſt enim expreſsè contra Dionyſium, 7. & 8. cap. Cœleſtis Hierarchiæ, vbi aſſignat hos actus, quibus Angeli ſuperiores, inferiores illuminant, ſcilicet, illuminare, purgare, & perficere. Illuminant docentes quæ neſciebant, purgant ab ignorantia, perficiunt clariori & diſtinctiori notitia, quam antea habebant. Alij verò Scholaſtici aſſirmant, Angelos inferiores à ſuperioribus illuminari, eo quòd ſuperiores in intellectu inferiorum producunt virtutem aliquam, vel qualitatem, quam lumen dicunt: ſicut B S. Thom. in intellectu beatorum lumen gloriæ conſtituit, vt Deum videre poſſint. Contrarium tamen aſſerit S. Thom. loco citato, ſcilicet, Angelos inferiores à ſuperioribus nihil omnino recipere, ſed eos tantum intelligere faciunt quæ antea ignorabant. Et hoc idem tenet de veritate, quæſt. 9. artic. 5. Et hoc conſtat: Angeli enim non poſſunt quicquam agere niſi per motum obiecti, ita quod obiectiuè ſolum moueat: non igitur quando illuminant, qualitatem aliquam producunt, per quam inferior Angelus quod ignorabat cognoſcat: illuminantur ergo Angeli, eo quòd ſuperiores faciunt inferiores cognoſcere quæ antea ignorabant. Simile eſt de phantaſmatibus & ſpeciebus intelligibilibus, quæ in intellectu poſſibili reſeruantur, quæ tamen ad intelligendum non ſufficiunt, niſi ab intellectu agente illuminentur. Hoc ergo modo aſſerimus Angelos inferiores à ſuperioribus illuminari; Vel illuminantur per modum doctrinæ, quia à ſuperioribus de his quæ ignorabant, C docentur.

Ex his ad quæſtionem propoſitam de Incarnationis myſterio, & de alijs fidei arcanis ad quæ *1 Pet. 4.* S. Thom. artic. 4. reſpondet ex illo Petri, *Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes;* multo igitur magis S. Angeli, qui ſunt in pleniſſima participatione diuinæ bonitatis, quæ à Deo percipiunt ſubiectis impartiuntur: non tamen recipitur ab inferioribus ita excellenter, ſicut eſt in ſuperioribus: & ideò ſuperiores ſemper remanent in altiori ordine, & perfectiorem ſcientiam habentes: ſicut vnam & eandem rem plenius intelligit magiſter quam diſcipulus, qui ab eo addiſcit. Et reſpondet ad Magiſtrum Sent. verba eius non ſic debere intelligi, ac ſi inferiores Angeli penitus ignorauerint myſterium Incarnationis, ſed quia non ita plenè cognouerunt ſicut ſuperiores, & in eius cognitione poſtmodũ profecerunt, dum myſterium illius impletum fuit. Quam ſenten- D tiam etiam habet D. Auguſtinus in locum citatum Epheſ. 3. vbi ſic habet, Non latuit Angelos myſterium Regni cœlorum, quod opportuno tempore reuelatum eſt pro ſalute noſtra, illis ergo à ſæculis innotuit ſupra memoratum myſterium, quia omnis creatura non ante ſæcula, ſed à ſæculis eſt.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondemus, illis Angelis, qui maioris dignitatis ſunt, & per quorum miniſterium illa myſteria nunciata ſunt, ex parte fuiſſe cognita à ſæculis, vtpote familiaribus & nuncijs: illis verò qui minoris dignitatis ſunt, aliquo modo & ex parte fuiſſe incognita, vſque quo impleta ſunt, & per eccleſiam prædicata, & tunc perfectè ab omnibus Angelis fuiſſe cognita. Et in hoc ſenſu defendi poſſunt ſententiæ Chry- A ſoſtomi & Hieronymi, Angelos in cognitione diuinorum myſteriorum, ſecundum proceſſum temporis, profeciſſe.

SECVNDVM QVÆSITVM.

An punctuatio particulæ, ſine ipſo factum eſt nihil, tolerari poſſit.

CHryſoſtomus Homil. 4. in Ioannem, in hanc periodum, *Sine ipſo factum eſt nihil,* Ioan. 1. videtur damnare, vt hæreticam, lectionem eorum, qui legunt, ſine ipſo factum eſt nihil. & deinde poſito puncto, aggrediuntur aliam clauſulam, dicentes, Quod factum eſt in ipſo vita erat, Ait enim, Cùm dixerimus, ſine ipſo factum eſt nihil, non id perfecto puncto notamus, vt hæretici opinantur. Hi enim cùm velint Spiritum ſanctum creatum eſſe, ſic legunt, Quod factum eſt in ipſo vita erat: verùm nulla profecto ratione hæc intelligi poteſt B oratio.

Theophilactus in commentariis Chryſoſtomi conſentit cum illo, ait enim, Macedoniani, qui Spiritum ſanctum negant Deum, hanc particulam ſic legunt: Et ſine ipſo factum eſt nihil. deinde facto puncto, legunt quaſi ab altero principio, quod factum eſt in ipſo, interpretantur locum illum iuxta ſuam mentem, dicentes, quòd hoc loco Euangeliſta de Spiritu ſancto diſſerat, dicens, quod factum eſt in ipſo, hoc eſt Spiritus ſanctus, conantes oſtendere Spiritum ſanctum eſſe creaturam, & annumerare cum his quæ facta ſunt. Nos autem non ſic, ſed puncto facto, poſtquam dixit, quod factum eſt, legimus vt principium nouum, in ipſo vita erat. *Macedoniani.*

Euthimius eis ſubſcribens, rationem reddit, & ait, quòd ea lectio non ſit recipiẽda his verbis, quæ Spiritui ſancto reſiſtunt, eiuſque naturam diminuunt poſt id quod dicitur, ſine ipſo factum eſt nihil, diſtinctionem ſtatuunt, deinde quod ſequitur C ſimul legunt, quod factum eſt in ipſo vita erat, vt Spiritum ſanctum eſſe demonſtrent. His tamen facilè refelluntur: Primum, quia pars illa, quod factum eſt, indiſtinctè poſita, omne quod factum eſt indicat: deinde quia vita etiam dicitur eſſe ſubdit, quòd vita erat lux hominum: & poſt paululum de Ioanne loquens, hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine. Manifeſtum eſt autem quòd Ioannes non de Spiritu ſancto, ſed de Filio tulit teſtimonium, vt ex ſequentibus conſtat.

Doctores Scholaſtici de cauſa peccati, iuxta expoſitionem Auguſtini & eccleſiæ Latinæ quæ ſequitur punctuationem quam Chryſoſtomus damnat, & eſt expoſitio communis, ſine ipſo factum eſt nihil, id eſt, peccatum, diſputant 2. ſent. diſt. 37. & S. Thom. 1. 2. quæſt. 79. artic. 1. & 2. & de malo, quæſt 3. artic. 1. & ad quæſtionem, An Deus ſit cauſa peccati? reſpondet hominem dupliciter eſ- D ſe cauſam peccati ſui & alieni: vno modo directè, quia peccat: alio modo indirectè, quia tenetur & poteſt impedire, & non impedit. Primo modo & directè, Deus non eſt cauſa peccati, quia repugnat Deo peccare. Secundo modo, nec Deus indirectè eſt cauſa peccati, non quia nos permittit peccare, ſed quia id propter maius bonum ſinit: & ideò peccatum non ei imputatur. Et artic. 2. affirmat, quòd Deus eſt cauſa actus peccati. Hæc eſt vna quæſtio ſæpè in ſcholis agitata, & vix diffinita, ſemper enim ſcrupulus manet quanam ratione ſtare poteſt, Deum cauſam eſſe illius entitatis, ſ. odij proximi, in quantum eſt quædam actio & quodam ens, & tamen non ſit cauſa peccati. Quæſtio ſane eſt in qua plus ſcitur quàm explicari queat. Ex varijs ſententijs quæ circa hanc quæſtionem verſantur, Caietani ſententia videtur rem magis *Caietani.*

 attingere,

attingere, inquit enim, quòd Deus eſt cauſa materialis peccati, non autem formalis, quod eſt de mente S. Thom. probat: quia peccatum non ſolùm dicit ordinem ad rationem, id eſt, priuationem rationis, ſed dicit etiam ordinem ad cauſam efficientem: itaque peccatum dicit actum procedentem ex cauſa deficiente à ſua regula: quemadmodum claudicatio eſt actus procedens à tibia deficiente: dato ergo, quòd Deus & Petrus concurrant ad entitatem homicidij, defectus Petro attribuitur & non Deo, quia Deus in tali operatione non deficit, ſed Petrus, quia tenebatur actum elicere conformem ſuæ regulæ, quod quia non fecit ideò deficit. Et hoc duobus exemplis patet: Primum eſt, quia vt S. Thom. 1. part. quæſt. 13. tenet, in Deo non eſt contingentia, nihil enim contingenter agit, eſto, liberè agat: in contingentibus verò ſæpe defectus committitur, ex quo monſtruoſitas contingit, talis non Deo, ſed creaturæ attribuitur, quia Deus in ſuis actibus deficere non poteſt: & quia creatura deficit, ideò illi tanquam cauſæ deficienti attribuitur. Secundum exemplum eſt de nauta, cuius abſentia eſt cauſa ſubmerſionis nauis, quando tenetur & poteſt, & non facit, ideò ſubmerſio nauis ei imputatur. Deus verò, etſi poſſit effectum peccati impedire, quia tamen non tenetur, ideò defectus peccati ei non attribuitur. Et ſolutio hæc eſt S. Thom. artic. 2. ad ſecundum.

Dubium tamen eſt, dato ex omnium Theologorum ſententia certum eſſe, Deum non eſſe cauſam peccati, qua certitudine hoc certum eſt, an ſit certum certitudine fidei? Et hoc non eſſe tanquam de fide certum apparet, quia Magiſter ſententiarum in confirmationem huius aſſertionis non adducit locum aliquem ſcripturæ, qui tamen in ea peritiſſimus erat; neque etiam alij Doctores verbum ſcripturarum expreſſum ad id inducunt.

Sap. 11. S. Thom. adducit illud, *Nihil odiſti eorum quæ feciſti*;
Sap. 14. odit autem Deus peccatum ſecundum illud, *Odio eſt Deo impius & impietas eius*: ergo Deus non eſt cauſa peccati. Et perditio tua ex te Iſrael, tantum ex me auxilium tuum. Probant etiam Doctores ex Auguſt. lib. 83. Quæſtionum, quæſt. 3. vbi inquit, quòd Deo autore nullus ſit deterior. Sed omnes iſti loci facilem gloſſam patiuntur, interpretando de ſubiectis quæ Deus creauit, nullum enim illorum odio habet. Et ſententia Auguſtini ſimiliter facilè exponi poteſt, quòd Deus nullum mouet, neque inclinat ad malum, & ideò ſi quis ſit deterior, ſua culpa eſt, quia non vult in bonum niti. Ex quibus videtur, hanc aſſertionem, Deus non eſt cauſa peccati, non eſſe certam ſaltem certitudine fidei: nihilominus eſt vera. Et licet formaliter in ſcripturis ſacris non habeatur: ſat tamen eſt, quòd in conſequentia formali & Syllogiſtica ex contentis in ſcriptura euidenter deducatur, vt S. Thom. deducit ex illo, Nihil odiſti eorum quæ feciſti. Cæterum, vt dubium principio propoſitum eluceſcat, has ſubiungo propoſitiones.

1. Propoſitio. Aſſertio hæc, Deus non eſt cauſa peccati, in ſenſu hoc, id eſt, quòd Deus non peccat, de ſe eſt manifeſta: implicat enim, quòd Deus offendat. Tum etiam quia Deus obligari nequit, obligatio enim includit, quòd quis ſub pœna culpæ aliquid facere teneatur.

2. Propoſitio. Sed an ſit peccati cauſa quia concurrit ad peccatum, ſit ſecunda propoſitio, Deus immediatè & effectiuè concurrit ad totam entitatem peccati contra Durandum, aſſertio hæc in vera Theologia eſt per ſe nota, ſicut iſta, Deus eſt omnipotens, quia omnia creat, ſuſtinet, & verbo virtutis ſuæ portat, & gubernat. Et Durandus deceptus eſt in hoc, quòd ſi Deus concurrit ad entitatem peccati, peccat. & inſtantiæ ſunt manifeſtæ, Deus concurrit immediatè cum igne ad calefaciendum, ergo calefacit: ſimiliter Deus concurrit im-

A mediatè cum ſole ad vniuerſum illuminandum, ergo Deus vniuerſum illuminat: quæ tamen propoſitiones impropriæ ſunt, quia licet Deus dederit igni virtutem calefaciendi, & cum igne ad calefaciendum concurrat, Deus tamen non dicitur calefacere, ſed ignis, neque illuminare, ſed ſol: & ideo, licet Deus cum cauſis ſecundis immediatè concurrat, defectus eſt in cauſa ſecunda & particulari, & non in Deo.

3. Propoſitio. Tertia propoſitio, Deus non eſt cauſa quòd homo peccet, videlicet quòd homo adulteretur, quod proximum occidat, quod alienum rapiat: & hic eſt ſenſus in quo quæſtio præſens à Doctoribus diſputatur: an Deus ſit cauſa quod ego occidam, cùm ego manum mouere non poſſim, quin Deus mecum effectiuè concurrat? cum ergo ita ſit, cur ergo Deus non erit cauſa peccati? & tamen abſque aliqua approbatione & ſuaſione quilibet pius homo aſſereret, quod iſta eſt vera, Deus non eſt cauſa peccati, id eſt, non eſt cauſa quod ego peccem, neque quod occidam B proximum, neque quod alienum rapiam. Sed dubium eſt de ratione, quanam ratione ſtare poteſt, Deum mecum concurrere ad homicidium, ego autem ſim cauſa homicidij, Deus autem cauſa non ſit quod ego occidam.

4. Propoſitio. Sit ergo quarta propoſitio, ratio quam aſſignat Ocham, Gabriel, & cæteri Nominales, ſcilicet quia Deus præcepto non tenetur, friuola eſt: idque ex eo patet, quia dato, quod Deus mecum diſpenſaret in præcepto, Non occides, vel licentiam concederet vt Petrum occiderem, ſi hoc ſtante ego Ioannem mouerem ad Petrum occidendum (cui occidere non licet) certè ego eſſem cauſa peccati, quia moueo & induco Ioannem ad hoc quod occidat, & peccet: dato ergo, quod quis ad aliquid prohibitum non obligetur, ſi tamen mouet & inſtiget ad peccandum, erit cauſa quòd homo peccet: quinimo poteſt quis aliquando eſſe cauſa peccati, licet non peccet, vt verbi gratia, ſi quis deprehendat adulterum in C flagranti delicto, & amicus cum ignorantia inuincibili ſuadeat illi quòd adulteram & adulterum occidat, exiſtimans, quòd ſicut lex impunè id permittit, ſic & innoxius ſit apud Deum: talis cauſa fuit peccati, & tamen non peccat, quia ſuppono, quòd inuincibiliter ſit cauſa ſufficiens vt à culpa excuſari queat. Idem eſt de inuaſore, ſi conſeruare potuit vitam ſine hoc quòd occideret, & alter ex ignorantia inuincibili ſuadeat quòd occidat. Simile etiam eſt de fure nocturno, in quo caſu poteſt quis eſſe cauſa peccati, & tamen non peccat, quia ignorantia inuincibili excuſatur. Non ergo requiritur quòd obligetur ad hoc quòd quis peccet, & ad hoc quòd ſit cauſa peccati: ſat enim eſt quòd ſit cauſa mouens & inducens ad hoc, quòd alter peccet.

5. Propoſitio. Quinta propoſitio, Ratio Scoti & Gregorij videtur probabilis, ſcilicet, Deum non eſſe cauſam peccati, quia liberè concurrit cum libero arbitrio ad peccandum, ita quòd in noſtra D poteſtate manet id facere, vel non facere, & Deus ſemper eſt paratus auxilium præſtare ad hoc quòd homines non peccent. Simile eſt; Tenetur Petrus ire ad ſacrum, ſi de facto iubetur, ibit, ſin autem, domi manebit: ſum ego paratus auxilium præſtare, rogo vt eat, ſuadeo, contemnit, & ire non vult, nunquid ego ero cauſa delicti illius? neutiquam. At dices ſi de facto iuuarem, iret ſacrum audire, fateor, ſed tamen per me non ſtetit quin ad eccleſiam veniret, rogaui, ſuaſi, vi non teneor trahere, illi ergo imputetur, non autem mihi. Similiter ergo videtur de Deo, & ideò iſta ratio videtur ſufficiens, quia in mea poteſtate & libertate eſt, facere vel non facere, cum Dei auxilio, qui ſemper eſt paratus. Et ſimpliciter & abſolutè, id eſt verum quod id poſſumus, quod per amicos poſſumus, Deus autem ipſe amat nos.

Alius modus reſpondendi eſt, quòd Deus eſt a-

gens

A gens vniuerſale & etiam particulare, & quando concurrit concurſu generali habet ſe vt agens vniuerſale, & quando concurrit concurſu particulari, habet ſe vt agens particulare: & licet concurrat concurſu generali vt agens vniuerſale, liberè tamen concurrit, & ille concurſus dicitur materialis. Exemplum eſt de ſole, qui naturaliter illuminat, & tamen licet haberet voluntatem, & liberè illuminaret, ſua tamen natura illuminare illi ineſſet. Sic & Deus, dato quod liberè cum creaturis concurrat, ſua tamen natura habet cum illis generali concurſu concurrere: adeò, vt non concurrere miraculum eſſet. Simile etiam eſt, ſi ſol, ſicut concurrit ad motum naturalem & localem, concurreret ad motum progreſſiuum, non diceremus ſolem eſſe cauſam quòd ego occidam, quia eſt cauſa naturalis, ſic ergo dicimus quòd licet Deus concurrat mecum ad occidendum, non eſt cauſa peccati, qui ſolum concurrit tanquam cauſa generalis, & ac ſi naturaliter concurret.

B Modus vltimus reſpondendi eſt forte melior cæteris, ſuppoſito de ratione libertatis & voluntatis hominis eſſe, poſitis omnibus requiſitis ad agendum, in poteſtate voluntatis eſt agere & non agere, etiam Dei concurſu poſito. Quo ſuppoſito, modus exponendi quo pacto Deus non ſit cauſa peccati, facilis eſt: fingamus enim Dei concurſum eſſe aliquam qualitatem in me vel in voluntate mea exiſtentem: talis qualitas non me neceſſitat ad agendum: poſſum enim illa vti & non vti, & cum illa qualitate poſſum occidere, & ſine illa non poſſum: ſed quia in poteſtate mea eſt illa non vti, ſi occido, ego ſum cauſa peccati, & non qualitas illa: ſicut quia dedit manus, & manu occido, non dicitur Deus cauſa homicidij: ſicut ergo hoc falſo ſuppoſito, Deus non dicitur cauſa peccati, ita neque modo in rei veritate: ille enim concurſus licet non ſit qualitas aliqua, Deus tamen in concurſu cum creaturis ita omnino ſe habet ac ſi eſſet qualitas quædam in me, & in quocunque ſingulari exiſtens: oportet ergo, quòd Deus actu me C moueat vt ego agam, & licet ille concurſus non me moueat ſine hoc quod ego agam, ita quòd illo poſito in ſenſu compoſito, non poſſum non agere, ex natura tamen rei non infert mihi neceſſitatem, ſimpliciter enim poſſum non vti illo, & non agere, & ita in poteſtate mea eſt efficere quòd Deus non concurrat: & ſi non concurrit, non ergo eſt cauſa quòd ego peccem. Et ſi de peccatis contra præcepta negatiua hoc eſt verum, facilius eſt hoc intelligere de omiſſionibus, non enim Deus eſt cauſa, quòd ego non audiam aut faciam ſacrum, ipſe enim paratus eſt vt mecum concurrat, quòd ſi nolo, mihi imputatur.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondemus, non eſſe mentem ipſius, neque eorum qui eum ſequuntur, eos eſſe hæreticos, qui punctum ſtatuunt poſt particulam, nihil, ſed qui eo fine id faciunt vt Spiritus ſancti diuinitatem negent. Nam D Auguſtinus & omnis Latina Eccleſia punctuationem hanc ſequitur, vt punctum ſtatuant poſt particulam, nihil, quæ punctuatio germana eſt, & intentioni Euangeliſtæ congruit. Verum enim & Catholicum eſt nihil, id eſt, peccatum, quantum ad formale, ſine ipſo factum eſſe: quia ſimpliciter & abſolute iſta eſt vera & Catholica, Deus non eſt cauſa peccati. Finiens hanc particulam inchoat ſequentem, ſcilicet, quod factum, quæ etiam de fide eſt, quia in re idem eſt ac ſi diceret, omnia per ipſum facta ſunt. Quod ſequitur, in ipſo vita erat, & etiam eſt de fide, quia in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus.

A

TERTIVM QVÆSITVM.

An eſsentia Dei ab vlla creatura conſpici queat.

CHryſoſtomus Homil. 14. in Ioannem iuxta illam periodum: *Deum nemo vidit vnquam*, duo colligit: Primum, quòd natura, ſubſtantia, & eſſentia Dei à nulla creatura poteſt intuitiua mentis viſione conſpici, ſed ſola cogitationis & imaginationis abſtractione poteſt cognoſci. Secundum eſt, quòd ante Incarnationem filius Dei fuit Angelis inuiſibilis. Conſule de hac quæſtione primum tomum ad quintum.

QVARTVM QVÆSITVM.

An ſalutis noſtræ initium ſit ex nobis.

B CHryſoſtomus Homil. 17. in Ioannem, exponens hoc, *Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes, dixit eis, quid quæritis?* creditur eſſe in ea ſententia, quòd initium ſalutis noſtræ ita ſit nobis à natura inſitum, vt ſine præuenientis gratiæ auxilio poſſimus proprijs viribus iuſtificationem adipiſci, quòd Pelagianorum dogma ſapit: de quo vide ſuprà tomo ſecundo, quæſt. 13.

QVINTVM QVÆSITVM.

Maria non de Chriſto ſemper decentem opinionem habuerit.

CHryſoſtomus Homil. 20. in Ioann. circa hæc verba, *Deficiente vino, dicit, vinum non habent*, Ioan. 2. aſſerere videtur, Mariam virginem non ſemper habuiſſe de Chriſti diuinitate decentem opinionem: & obiicit, eam in nuptijs in Cana Galilææ C humano quodam inanis gloriæ affectu intempeſtiuè miraculum à filio poſtulaſſe. De quo conſule primum tomum, ad decimum.

SEXTVM QVÆSITVM.

An iuramentum omne etiam in cauſa vera & iuſta, ſit peccatum.

CHryſoſtomus locis pene innumeris ſentire videtur, iuramentum rem eſſe illicitam, atque ita Chriſtianis interdictam, vt nuſquam eis, neque etiam in cauſa iuſta iurare liceat. Hanc ſententiam aſſerit in Geneſim Homil. 15. his verbis; Chriſtianus iuramenta modis omnibus fugiat, audiens ſententiam Chriſti, qui dicit, Dictum eſt antiquis, non peiurabis, ego autem dico vobis, non iurandum omnino, ne igitur dicat aliquis in re iuſta iuro, neque enim in re iuſta, neque iniuſta, iurare li-
D cet. Idem affirmat in illud Matth. 5. *Ego autem dico vobis, nolite iurare omnino.* Et Homil. 9. in actus Apoſtolorum, decernit eſſe impios & dignos vt ab Eccleſia arceantur, qui in forenſibus actionibus & contractibus & fideiuſſionibus aut iurant, aut ab alijs iuramentum exigunt. Et Homil. in Pſal. 5. ſic habet, Iurare ex diabolo eſt: dicente Chriſto, Quòd enim his amplius eſt, à malo eſt. Et Homil. 19. ad populum Antiochen. Audiſti, inquit, Chriſti ſapientiam dicentem, Quòd non peiurare tantum, verumetiam quomodocunque iurare diabolicum eſt, & tota maligni machinatio. Et lib. 1. aduerſus vituperatores vitæ Monaſticæ, ait, Si iurare diabolicum eſſe comperitur, quia animaduerſione plectendi ſunt qui iurant. Et lib. 1. de compunctione cordis, Si verè iurare crimen eſt, & præuaricatio mandati, periurium vbi ponemus?

Matth. 5.

Et

A Et ad ea quæ ſibi obiiciebantur reſpondet, Primum argumentum erat, Quia ſi iuramentum eſſet de ſe malum, Deus non iuraſſet: & tamen ad Abraham dicit, Per meipſum iuraui dicit Dominus. Et Pſal. 109. Pſal. 105. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum*. Reſpondet in Pſal. 109. Quòd Deum non proprie, ſed metaphorice & improprie intelligendum eſt iuraſſe: ſicut ira in Deo, ira non eſt, ſed ius puniendi ſine animi perturbatione: ſic etiam de iuramento, Deus enim non iurat, ſed dicit quòd omnino futurum eſt. Similiter reſpondet Homil. 47. in Gen. Hebr. 11. & in Epiſtolam ad Heb. 11. quod Deus non iurauit Abrahæ, non enim ſunt iuramenta quæ dixit, ſed promiſſiones quas more humano iuramenta appellat, condeſcendens infirmitati hominũ qui ea quæ ſine vlla dubitatione credi volũt ſe eſſe facturos, adhibito iuramento promittunt. Secundum argumentum. Si iurare eſſet malum, non præcepiſſet nobis Deus per Ieremiam iurare per Deum verum. Reſpondet Homil. 17. in Matth. Iuramentum in lege veteri non fuit præceptum, ſed duntaxat permiſſum: B ſicut repudium propter infirmitatem eorum, nẽ aut ſimulachra colerent, aut per ſimulachra iurarent: quare ſicut nunc repudium adulterium iudicatur, ita & iuramentum quod olim permiſſum, nunc in lege Euangelica ex malo eſſe creditur, & plurimum mali in ſe habet. Ad tertium, quod eſt, quia ſæpe iuramentum eſt neceſſarium ad componendas ciuiles & eccleſiaſticas controuerſias, non ergo à bono viro deteſtandum, ſed præſtandum. Reſpondet Homil. 8. ad populum Antiochen. & Homil. 17. in Matth. ait, Quid igitur ſi aliquis exigat iuramentum, & neceſſitatem iurationis imponat. Reſpondeo, Sit tibi timor Dei omni neceſſitate violentior, ſi enim velis huiuſmodi occaſiones ſemper afferre, nihil de his quæ ſunt imperata cuſtodies.

Origenes tract. 35. in Matth. conſentit Chryſoſtomo, ſic enim habet, Non oportet, vt vir qui vult ſecundum Euangelium viuere, adiuret. Alterum, C ſimile eſt enim quod Dominus in Euangelio dicit, Ego autem dico, non iurare omnino, & non adiurare omnino. Si enim iurare non licet quantum ad Chriſti mandatum, verum eſt, quia neque adiurare alterum licet.

Hieronymus idem aſſerit c. 5. Commentariorum in Matth. vbi ſic habet, Nolite iurare omnino, &c. Iudæi iurare permittebantur in Deum, non quod hoc recte facerent, ſed quòd melius eſſet id Deo exhibere quàm dæmonibus. Euangelica autem veritas non recipit iuramentum, cùm omnis ſermo fidelis pro iureiurando ſit. Et cap. 4. Commentariorum in Ieremiam exponens illud, Iurabis in veritate, dicit Dominus, &c. ait, Iurabis pro confeſſione dicitur, & ad condemnationem Idolorum, per quæ iurabat Iſraël. Item in commentarijs ſuper 8. Zachariæ c. ait. In præceptis quæ ad vitam pertinent & ſunt perſpicua, non debemus D quærere Allegoricam, ne iuxta Comicum, nodum quæramus in ſcirpo.

Ambroſius in expoſitione Pſalm. 118. ſuper, Iuraui & ſtatui, idem aſſerit: Ideo, inquit, Dominus qui venit docere paruulos, imbuere nouos, formare perfectos, ait in Euangelio non iurandum omnino, quia infirmis loquebatur, denique non ad ſolos Apoſtolos loquebatur, ſed ad turbas. Voluit enim te non iurare, ne periures. Et infrà, Iuret ergo ille quem ſacramenti ſui pœnitere non poterit, & quid iurauit Dominus? quia Chriſtus in æternum ſacerdos eſt: nunquid incertum? nunquid impoſſibile quod iurauit Dominus? noli ergo vſurpare exemplum ſacramenti, qui implendi ſacramenti non habes poteſtatem. Subſcribunt his plures alij Patres ex antiquis.

Theophilactus, c. 5. Commentariorum in Matt. Iurare, inquit, & adiicere amplius quàm etiam, vel A non, à diabolò eſt. Porrò ſi dixeris, quòd & lex Moſi mala erit, quia iurare iubet, diſce quòd tunc non erat malum iurare: poſt Chriſtum autem malum eſt, ſicut & circumcidi, & in ſumma, quidquid eſt Iudaicum: ſugere enim puero conuenit, viro verò minime.

Diſputant Doctores Scholaſtici de iuramento, 3. ſentent. diſtinct. 39. S. Thom. 2. 2. quæſt. 89. artic. 2. vbi quærit, an ſit licitum iurare? & reſpondet, nihil prohibere aliquid eſſe ſecundum ſe bonum, quod tamen cedit in malum eius, qui non vtitur eo conuenienter: ſicut ſumere Euchariſtiam illum qui indigne ſumit: ſic ergo iuramentum ſecundum ſe eſt licitum & honeſtum, quod patet ex origine, & ex fine: ex origine quidem, quia iuramentum ortum habet ex reuerentia quam Deo exhibemus, oſtendentes qualem exiſtimationem de ipſo habeamus, nempe quod ea cognoſcat de quibus apud nos controuerſia eſt: & quòd mentiri non poteſt: & ob id iurantes, Deum B inuocamus teſtem eorum quæ dicimus; ex fine verò, quia neceſſarium eſt iuramentum ad iuſtificandas hominum actiones, & ad finiendas inexplicabiles controuerſias quæ humano iudicio diſſolui non poſſunt. Aliquando tamen cedit in malum iurantis, ex eo quòd male vtitur eo, & ſine neceſſitate, & cautela debita iuri. Concluſio hæc S. Thom. eſt de fide: & aſſertio contraria eſt hæretica: Vualdenſes enim, Albanenſes, Vuiclephiſtæ, pſeudoapoſtoli, & nuper Lutherani, & Anabaptiſtæ, Chriſtianis omne prorſus iuſiurandi genus interdixerunt; contra quos eſt expreſſum Dei verbum Deuter. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, & per nomen illius iurabis*. Deut. 6. Et Matth. 5. *Redde Domino iuramenta tua*. Matth. 5. Et in Euangelio ſæpe Dominus affirmat inquiens, Amen amen dico vobis, quæ verba iuramentum ſonare videntur. Et Paulus, *omnis controuerſiæ finis ad confirmationem veritatis eſt iuramentum*. Hebr. 6. Et ipſe Apoſtolus in Epiſtolis ſuis ſæpe iurauit, ait enim, *In veritate dico vobis fratres, quia non mentior*. Rom. 9. C Et ad Corinthios ait, *Viuit Dominus quia non mentior*. 1. Cor. 11. Et idem ad Galat. 1. & Philippen. 1.

Epheſina Synodus quarta, idem decreuit, diffiniens vt Neſtorius palinodiam ſuæ hæreſis caneret: & quia verbis eius fidem ſatis non dederunt, exegerunt ab eo iuramentum his verbis, Conſequens eſt, etiam iureiurando fateri te, quòd anathematizes tua polluta ac profana dogmata, ſentias autem & doceas, quæ nos credimus & ſentimus. Et in eadem Synodo Victor quidam Cyrilli amicus, falſo accuſatus, non prius purgari potuit quam ſublatis in cœlum manibus, per ſacroſanctum baptiſma, & veneranda Chriſti myſteria ſe innocentem iuraſſet. Et in Concilio Conſtantienſi, poſtquam inter cæteras Vuicleph hæreſes, etiam articulus tollens omnia iuramenta damnatus eſſet, decretum eſt à patribus, vt ad confirmationem fœderis, quòd pro euerſione ſchiſmatis D inierant Romanorum & Aragonum Reges, iuramentum ab omnibus qui tunc in Concilio aderant, flagitaretur: quòd & illico iurantibus omnibus expletum eſt.

Auguſtinus ſermone Domini in monte, & ſuper Epiſtolam ad Galat. 1. & ad Rom. 1. & Matth. 5. inquit, Si autem quæritur, vtrum iurare ſit malum: dicimus aliquando malum eſſe, aliquando non. Sponte enim & ſine neceſſitate, vel falſum iurare, peccatum grande eſt, ex neceſſitate autem iurare, ſcilicet, vel ad aſſerendum innocentiam, vel ad fœdera pacis confirmanda, vel ad perſuadendum auditoribus quod eſt eis vtile, malum non eſt: quia neceſſarium ei eſt: iuramentum enim faciendum eſt in neceſſarijs, cùm pigri ſunt homines credere quod eis vtile eſt; iuratio bona non eſt, non tamen mala cùm eſt neceſſaria, id eſt, non eſt appetenda ſicut bona, neque tamen

fugienda

fugienda tanquam mala, cùm eſt neceſſaria.

Animaduertendum hic primum omnium, præceptum ſecundum de non aſſumendo nomen Dei in vanum, non eſſe prorſus negatiuum, ita vt nullatenus iurare liceat, ſic enim præceptum hoc excludit iurandi abuſum, vt ſimul implicet iurandi religionem: ideò ſicut deierans hanc tranſgreditur prohibitionem, ſic legitimè iurans, virtutem exercet quæ ad hoc reducitur præceptum: & quòd legitimè iurare religio ſit, patet Deuter. 6. Dominum Deum timebis, ac per nomen illius iurabis. Et Ieremiæ 5. non quæritur Deus, quòd filij Iſrael iuraſſent, ſed quod iuraſſent in his qui non erant dij. Iurare ergo, ſi legitimè fiat, virtus eſt religionis, qua profitemur Deum ſupremum fontem veritatis, cuius teſtimonio omne verum conſtat. At dices, Dominus ſimpliciter omne iuramentum prohibuit dicens, Nolite iurare omnino. Hieronymus reſpondet, Dominum non prohibuiſſe omnino iurare, ſed iurare per creaturas, idolatrarum more, qui in ipſis diuinum numen eſſe putabant. Sed re vera ſenſus ſimplex eſt vt iacet, vt neque per Deum, neque per creaturas iuremus, niſi vbi ratio naturalis, religioque popoſcerit, vt patet ex verbo Iacobi 5. Ante omnia fratres mei nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum: hoc eſt neque per Deum, neque per creaturam. Ad intelligentiam ergo mandati Chriſti notandum eſt, præcepta omnia Decalogi, & cuncta moralia quæ in illis implicitè continentur, nihil aliud eſſe quàm explicationes naturalis iuris: quapropter, luce naturæ veniunt illuſtrandæ, verbi gratia, præcepit, Non occides, illic non prohibetur niſi homicidium, quod contra ius naturale eſt. Vnde quòd iudex reum patibulo affixit, vel quiſque ſe legitimo tutamine defendens aggreſſorem occidit, quia ius naturale alterum iubet, alterumq; permittit, nulla fit mandati exceptio: quia neque illos caſus vetabat. Pari modo dicens Chriſtus, nolite iurare omnino, neutiquam nobis interdixit niſi iuramentorum abuſum: nam vbi ratio iuſiurandum exigit, naturale ius eſt mandati interpres. Adiicit autem omnino ad abſtergendum ignorantiam, ne quis falſo crederet, iurare per creaturas etiam vane, non eſſe periurium, itaque verbum illud, omninò, non excluſit caſus omnes iurandi, ſed formas vniuerſas vane iurandi, ideò ait, Neque per cœlum, &c.

Secundo etiam animaduertendum, iurandi officium per ſeipſum non eſſe virtutem, velut eſt charitas & iuſtitia, ſed neceſſitas illud conſtituit intra lineam virtutis, vt inquit S. Thom. loco citato, ſcilicet, iuramentum ſecundum ſe licitum eſſe, ſecundum ſuos indiuiduos comites, ſcilicet, veritatem, iuſtitiam, & neceſſitatem. Si enim ſtatus innocentiæ perduraſſet, quia nulla fuiſſet fraus, neque eſſet virtus iurare: ſed quia inde deiectus, factus eſt omnis homo mendax, fideſque humana adeo eſt debilitata, vt per ſe non ſatis ſit ad animum creditoris confirmandum, ideo beneficio Dei conceſſum eſt nobis iuramentum ad corroborationem fidei noſtræ. Vnde quòd Dominus ait, Sit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non: id eſt, quod verum eſt ſimpliciter affirmate, quod falſum, ſimpliciter negate, ſinceritatem in qua Deus naturam noſtram creauit, & quam nos ſemper deberemus imitari, deſignat. Quod autem ſubiecit quod amplius eſt, à malo eſt, Auguſtino interprete, non ſonat malum culpæ, quaſi nunquam iurare liceat, ſed malum pœnæ culpæ originalis, per quam homines auctoritatem ſuam perdiderunt, vt non illis habeatur citra iuramentum integra fides; quocirca iuramentum, (vt ait Auguſtinus) à iure dicitur,

Auguſt.

nam qui iurat, ius veritatis Deo reddit, vel ex eo, quod id quod iuratur, pro lege habendum eſt, ac velut ius ſic ſanctè ſeruandum, eo quod Deum ipſum pro teſte veritatis conſtituit. Ex quo fit quod Deo ipſi iniuria fiat, ſi poſt iuramentum teſtimonium aliud exquiratur. Vnde Paulus, *Iuramentum eſt omnis controuerſiæ finis ad confirmationem.* Quare Iuriſconſultus in titu. de iureiurando, ff. maximum, inquit, remedium expediendarum litium in vſum venit iuriſiurandi religio. Et lib. de Officijs Cicero, Nullum vinculum ad adſtringendam fidem, iureiurando, mares arctius eſſe voluerunt.

Supereſt, vt explicemus comites, qui iuramentum inter lineam virtutis & honeſtatis cuſtodiunt: qui ſunt tres, quos Hieremias c. 4. aſſignat, vbi ait, Iurabis, viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia. Vbi Hieronymus, animaduertendum inquit, quod iuſiurandum hos habet comites, veritatem, iudicium, atque iuſtitiam: ob idque vbicunque aliquod iſtorum abfuerit, periurium eſt, tametſi diuerſa ratione. Enimuero iuſiurandum cui deeſt veritas, maximè & propriè eſt periurium. Cui deeſt iuſtitia, licet ſit verum nihilominus eſt iniquum, & ſubinde periurium: nam qui rem iniuſtam ſub iuramento pollicetur, id iurat quod non debet implere, & eadem ratione fit periurus, ſiue poſtea adimpleat, ſiue ſecus. Iuramentum quod abſque diſcretione & iudicio fit, quamuis ſit verum, ac de re iuſta, eſt nihilominus temerarium, quod ob peiurandi periculum, nomen etiam meretur periurij. Hoc ſuppoſito, notandum eſt, quòd vbi aſſumptio diuini nominis vana prohibetur, tres gradus vanitatis certo ordine ſubnotantur. Vanum enim eſt, quod fit fruſtra, hoc eſt, quòd ſuo caret fine. Iuramentum in ſuo primo gradu vanitatis, ſi falſum eſt, caret veritate, quæ ſubſtantia & fundamentum eſt iuramenti: & ideò ſic eſt vanum vt auellanæ teſta nucleo vacua. Iuramentum autem iniquum, nempe cùm iuraſti facturum rem iniuſtam, vt homicidium, aut furtum, ideò vanum eſt, quòd ornamento iuſtitiæ vacat, quocirca, non ſolùm non obligat, imò peccatum eſt illud adimplere, & ideò iniquitas eius de qualitate iuſtitiæ quæ eſt in obiecto penſanda eſt: vt ſi iuraſti peccatum mortale patrare, iuramentum eſt mortale, ſiue adimpleas, ſiue non perpetres. Si autem iocosè mentiri iuraſti, iuramentum eſt veniale, eo quòd illud implere non peius quàm veniale eſt. At dices, ſi non impleat, falſum iurauit, iurare autem falſum in quocunque indiuiduo mortale eſt, ergo iuramentum de veniali erit mortale. Minor negatur: nam non implere iuramentum promiſſorium, tunc eſt peccatum, quando eſt obligatorium: quando verò non obligat, quia tunc nullatenus peccat, non inde penſanda eſt malitia iuramenti, ſed ex ipſo actu iurandi, qui ſi eius obiectum peccatum eſt veniale, non erit peior quam veniale. At verò iuramentum temerarium, ſcilicet, quòd verum eſt, & de re iuſta, ſed iudicio & prudentia vacat, ea ratione vanum eſt, quòd neceſſitate caret, quæ efficit iuramentum eſſe virtutem: ſed ob hoc ſolum dicitur periurium, quòd qui vane iurat in periculo verſatur iurandi falſum. Ex his grauitatem culpæ horum trium graduum peiurandi rimari quiſque facilè poteſt. In primis periurium primi generis, hoc eſt aſſertorium iuramentum falſi, non modo ex genere, ſed ex ratione obiecti, mortale crimen eſt in quocunque indiuiduo: quòd genere ſuo mortale ſit, commune eſt illi cum reliquis Decalogi mandatis: nam cùm omnia ad iuſtitiam pertineant Reipublicæ neceſſariam, fit, vt obſeruantia omnium ſit de neceſſitate ſalutis: at verò quod in quocunque indiuiduo ſit etiam mortale, ſingulare eſt illi inter omnia. Etenim licet furtum genere ſuo ſit mortale, attamen leuitate materiæ, vt ſi obolum fureris, ſit veniale: falſum tamen iurare, etiam in re minima, vt ſi peieres te non habere pomum,

Ierem. 4.

Tres gradus vanitatis.

Ordo grauitatis inter varia periuria.

quod

A quod ſinu tenes, quacunque neceſſitate id iures, etiam pro ſalute totius mundi, peccatum nihilominus mortale eſt: nam tam falſum eſt te non habere pomum, quam ſi iuraſſes rem aliam grauiſſimam falſam: adducere autem Deum in teſtem falſi, mortalis irreuerentia eſt. Iuramenti autem promiſſorij grauitatem iam diximus ex obiecto eſſe penſandam. Iuramentum verò temerarium quod ideò vanum eſt, quòd citra neceſſitatem & circumſpectionem fit, genere ſuo non eſt mortale, ſed tantum veniale, vt ſi dum in conſpectu omnium pluit, iuramento affirmes id: aut cum res eſt leuiſſima, quàm credere, aut non credere, nihil refert: aut dum alius citra iuramentum fidem tibi adhiberet. In iuramentorum autem frequentia præſentiſſimum eſt periculum peierandi, ob idque omni cura & vigilantia cauenda eſt immanis iſta beſtia: nam qui peccat ex habitu, ex malitia peccat: & frequentia iurandi nedum culpam leuat, ſed grauat. Hinc fit, quòd qui mendacijs aſſuetus eſt, B & iuramenta paſſim multiplicat, vt in plurimum iurando mortaliter peccat ratione periculi cui ſe exponit, ſcilicet, id quod falſum eſt iuramento affirmandi: qui enim amat periculum peribit in illo. At verò per falſos Deos iurare, quantumcunque veritas & humana iuſtitia inſit, peccatum eſt idolatriæ. Vti autem infidelium iuramento, vt ait ad Publi. Auguſtinus in caſu neceſſitatis, licitum eſt.

Pro defenſione Chryſoſtomi, & cæterorum Patrum, ſi æquo animo expendamus mentem eorum, cognoſcemus illos non voluiſſe adimere Chriſtianis iuramenti religionem, ſed tria potiſſimum circa iuramenti ritum prohibere voluiſſe. Primo, ne quis vllo modo blaſpheme & impie iuraret per creaturas, quaſi in eis exiſtimans aliquid diuinitatis latere, & cultum creatori debitum eis impendere. Et ſic Hieronymus interpretatur verba Chriſti, Nolite iurare omnino, vt diximus tollere voluiſſe conſuetudinem prauam iurandi per C Elementa. Secundo, ne quis faciliter, & ſine neceſſitate Deum iuraret, ne ex facilitate ad conſuetudinem, ex conſuetudine ad contemptum iuramenti, & ad periurium deſcenderet: & ideò Dominus dixit, Sit ſermo veſter, eſt, eſt, &c. Et quod amplius eſt, à malo eſt, hoc eſt à malo originalis culpæ, vel à malo, hoc eſt à mala conſuetudine eius qui frequenter iurat, vel à malo eius, cui iuratur, qui fidem dictis ſine iuramento præſtare non vult. Et ad hunc finem referenda ſunt quæ Chryſoſtomus per exceſſum orationis & reprehenſionis ardorem, aduerſus iuramenta protulit, cupiens radicitus euellere inueteratam Græcorum licentiam. Tertio, admonere voluerunt ne quiſque ex his qui ſummum Chriſtianæ perfectionis ſtatum profitentur, vlla de cauſa, vel etiam iuſta, Deum in controuerſijs incidentibus inter ipſos perfectos iuraret, quia Chriſtus hoc conſuluit, vt perfecti etiam in proprijs cauſis ab omni iuramento abſti- D nerent: quod olim ſeruarunt Eſſæi, vt Ioſephus ſcribit, qui iuſiurandum quaſi periurium vitabant, exiſtimantes inter perfectos iuramentum omnino cauendum. Tum etiam, quod oporteret quidquid perfectus affirmet, iuriſiurandi vim habere, & quia his mendacijs argui videtur cui ſine Deo non creditur teſte. Et in hoc ſenſu interpretandi ſunt Ambroſius, & Theophilactus.

QVARTVS TOMVS.

1 *An damnandi ſint qui diuina myſteria ſcrutantur.*
2 *An Circumciſio gratiam conferat.*
3 *An peccatum Adæ ad poſteros tranſierit, tam culpa quàm pœna.*
4 *An abſtinentia Iuramenti, & dilectio inimicorum, ſint conſilia, vel præcepta.*
5 *An paſſiones naturales fuerint in homine ante peccatum.*
6 *An lex Moyſis minora præcipiat quàm lex naturæ.*
7 *An Cœli ob peccatum Adæ corruptibiles effecti ſint.*
8 *An pœna damni grauior ſit quàm pœna gehennæ.*
9 *An merita præuiſa ſint cauſa prædeſtinationis.*
10 *An Philoſophi ex viribus naturalibus adimpleuerint præcepta diuina.*
11 *An Chryſoſtomus cognouerit Purgatorium eſſe.*
12 *An preces publicæ in lingua vulgari dicendæ ſint.*
13 *An omnes homines die iudicij morientur.*
14 *An liceat viuos vel mortuos anathemate plecti.*
15 *An neceſſe ſit Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie laicis exhibere.*
16 *An Petrus cæteris Apoſtolis ſuperior.*
17 *An electio ſit ex meritis præuiſis.*
18 *An lapſis neganda ſit pœnitentia.*
19 *Originale quam pœnam attulerit.*
20 *An ſancti ſint à nobis inuocandi.*
21 *An ſit orandum pro Cathecumenis decedentibus abſque baptiſmo.*
22 *An Deo ſit pœnitentia tribuenda.*
23 *An ſingulis hominibus ſinguli Angeli deputentur.*
24 *An ſit faſcinatio.*
25 *An in ſcriptura diuina omnia ſint clara & plana.*
26 *An Biblia lingua vulgari ſint legenda.*
27 *An Epiſcopus & presbyter ſint idem.*
28 *An clerici poſſunt proprium poſſidere.*
29 *An liceat priuatæ perſonæ blaſphemum punire.*
30 *An in Chriſto ſint duæ perſonæ.*
31 *An ſæculares & Monachus ſint pares obligatione & delictis.*
32 *An initium ſalutis ſit ex nobis.*
33 *Sanctorum animæ an adhuc beatæ, an non.*
34 *An ſufficiat ſoli Deo confiteri.*
35 *Animæ ſanctorum an videant Deum ante diem Iudicij.*

PRIMVM QVÆSITVM.

An damnandi ſint qui diuina myſteria ſcrutantur.

CHryſoſtomus in fine, Homil. 2. in Epiſtolam ad Roman. in illa verba, *Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem*, inquit, quòd D ſi periculoſum eſt ea indagare quæ præcepit, & curioſos homines vltimum manet ſupplicium, quam tandem defenſionem habebunt hi, qui longe iſtis occultiora ac magis verenda ſcrutari præſumunt? hoc eſt quo pacto, & qua ratione Deus filium genuit? & quæ ſit illius ſubſtantia? Et Homil. 8. in Epiſtolam ad Roman. Quòd ſi hæc inferiora ſcrutantes ac exquirentes, honorem Deo non damus, multo magis ortum Domini ſuperuacanea curioſitate indagantes, tanquam qui contumelijs Deum affecerimus, extrema paſſuri ſumus. Si enim figurã reſurrectionis diſcutere nefas eſt, multo magis arcana illa horrẽda, ac reuerentiã plena. Occaſione horũ verborum ſumpta, nouelli hæretici Theologos Scholaſticos inſectantur, & temeritatis cauſa accuſant, quòd ſacratiſſimæ Trinitatis penetralia, & fidei myſteria Deo reſeruata,

ingredi

ingredi audeant, ſcrutantes in quibus perſona vna ab alijs differat, & in quibus conueniat, certa aſſeueratione diffiniant.

Diſputant Doctores Scholaſtici de materia huius quæſtionis 3. ſentent. diſtin. 24. & S. Thom. 2. 2. quæſt. 2. artic. 10. vbi quærit, An ratio inducta ad ea quæ ſunt fidei, minuat meritum fidei: & reſpondet, quòd ratio humana, inducta ad ea quæ ſunt fidei, dupliciter ſe poteſt habere ad voluntatem credentis. Vno modo ſicut præcedens, ſic, vt niſi ratione humana induceretur, promptus non eſſet ad credendum: & ratio humana ſic inducta diminuit meritum fidei: tenetur enim homo ſic eſſe affectus, vt ea quæ ſunt fidei credat, non propter rationem humanam, ſed propter authoritatem Diuinam. Alio modo ratio humana ſe poteſt habere ad voluntatem credentis conſequenter: cùm enim homo habet propriam voluntatem ad credendum, diligit veritatem creditam, & ſuper ea excogitat, & amplectitur ſi quas rationes ad hoc inuenire poteſt: & quantum ad hoc, ratio humana non excludit meritum fidei, ſed eſt ſignum maioris meriti. Et hoc ſignificatur Ioan. 4. vbi Samaritani ad mulierem, per quam ratio humana figuratur, dixerunt, *Iam non propter tuam loquelam credimus*. & 1. Pet. 3. dicitur, *Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos reddere rationem de ea quæ in vobis eſt, fide & ſpe.* Non autem Apoſtolus ad hoc nos induceret ſi per hoc fidei meritum diminueretur.

Ioan. 4.

1. Pet. 3.

Ex hac doctrina S. Thom. colligi videtur, in credendo minus meritum Theologum quam ruſticum habere: quod ex eo conſtat, quia minorem difficultatem habet ad credendum quàm ruſticus: difficultas autem auget meritum. Ad ſecundum reſpondet ſanct. Thom. quòd ſi rationes inductæ ſunt demonſtratiuæ, minuitur quidem ratio fidei, ſed non meritum, fides enim eſt de non viſis: & cum meritum ſit in voluntate, & Theologus, eſto, non videret, paratus eſt credere, ideò meritum fidei in illo non minuitur. At dices ſaltem Theologus facilius credit quàm ruſticus. Propter hanc rationem nouelli hæretici pertinaciter affirmant, nihil conducere, imò obeſſe rationes ad ea quæ ſunt fidei, inquirere. Et hinc damnant Theologiam Scholaſticam. Nos verò aſſerimus, quòd licet ex difficultate obiecti ruſticus amplius mereatur, Theologo tamen ex multis alijs meritum auctius accreſcit. Pro quo notandum eſt, actum aliquem dupliciter poſſe eſſe difficilem, vno modo ex parte obiecti, vtpote in pane & aqua ieiunare, quod difficilius eſt quam ieiunare, vt in vſu communi eſt, alio modo ex parte ſubiecti, quia talis inique affectus eſt ad bonum honeſtum. Difficultas ergo quæ ex parte ſubiecti ſe tenet, non auget, ſed meritum minuit: ea verò quæ eſt ex parte obiecti meritum auget: cùm ergo ruſtici difficultas ſe habeat ex indiſpoſitione ſubiecti, hinc fit ipſum minus mereri Theologo: & cùm Theologus ex fidei affectione ad inquirendas rationes mouetur, hinc fit quod ſicut dilectio creſcit, ſic & meritum augetur. Item quia ſæpe illis ſe offerunt rationes quæ apparenter videntur oppoſitum articuli concludere, quibus dum non acquieſcit, ſed intellectum in obſequium fidei captiuat, meritum eius creſcit. Conſtat enim, quod quanto Theologus articulos fidei altius rimatur, tanto ſibi difficiliores apparent. Tum etiam, quia nullæ rationes citra demonſtrationem adductæ ad articulum probandum tollunt rationem fidei, & inde fit, quòd neque meritum, obiectum enim, ſcilicet, non viſum, ſemper manet idem, & licet eſſet demonſtratio, & tolleret rationem non viſi, & rationem fidei, non tamen tollit meritum, propter animi præparationem, quam ad credendum habet.

Ad hæc aduertenda eſt doctrina S. Thom. in ſolutione ad tertium argumentum, vbi docet impedimenta quæ occurrunt circa articulos fidei, ſiue exteriora ſint, ſiue interiora, augere meritum: ſicut & impedimenta, quæ ſe circa actus virtutum offerunt ex parte voluntatis, augent meritum: verbi cauſa, Petrus & Paulus parati ſunt pro fidei confeſſione mori, Petrus martyrium patitur, Paulus paratus fuit mortem pati, nihilominus paſſus non eſt: merito eſſentiali ambo æqualiter merentur: ratio eſt, quia ſecundum S. Thom. doctrinam actus exterior ſupra interiorem nouum meritum non auget. At quæres, an ſicut illi qui paſſus eſt pro Chriſto omnis culpa & pœna remittitur, ſimiliter & alteri qui non paſſus eſt remittatur? Doctores aliqui tenuerunt etiam huic qui non patitur remitti omnem culpam & pœnam. Ratio eſt, quia etiam de hoc verum eſt dicere, *maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*: cùm igitur talis quantum ex parte illius fuit, animam pro Chriſto ſufficienter poſuit, meritò ergo dignus eſt vt priuilegio hoc gaudeat. Nihilominus contraria aſſertio probabilior videtur, nempe quòd affectio voluntatis reſpectu remiſſionis pœnæ, non tantum operetur ſicut ipſa paſſio actualis martyrij. Ratio huius eſt: quia pœnæ remiſſio ad gloriam eſſentialem quid accidentale eſt, ſicut & martyrum aureola, quam non habent, neque donatur niſi ſolum his qui de facto pro Chriſto mortem ſubeunt. Simili ergo ratione nec pœna in totum remittetur, niſi de facto pro Chriſto patiatur. Ad hæreticos qui Theologos Scholaſticos inſectantur & damnant, quia myſteria diuina rationibus Theologicis ſcrutantur, in quorum damnatione eſt etiam Eraſmus, qui ſuper Commentarijs diui Hieronymi, ſæpe eos mordet. Reſpondemus, ſat eſſe contra illos damnationem Luciani Monachi, qui ſimul cum ſuis annotationibus ſuper Chryſoſtomum à Synodo Tridentina reprobatis, ſimul & inſectatores Theologiæ Scholaſticæ meritò damnati ſunt.

Ioan. 14.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondemus, eius verba in eos potiſſimum ferri, qui ambitioſa, & inani quadam curioſitate, & arroganti ſupercilio, huiuſmodi rimantur myſteria, non autem aduerſus pios, & Catholicos Theologos qui hæc ad Dei gloriam, & ad fidei defenſionem, ad hæreticorum euerſionem, humili ac venerando ſtudio, occulta myſteria perſcrutantur.

SECVNDVM QVÆSITVM.

An Circumciſio gratiam conferat.

CHryſoſtomus Homil. 7. in Epiſtol. ad Roman. in illud, *Circumciſio quidem prodeſt ſi legem obſerues*, Roman. 2. ſic inquit, Licebat Paulo aliter ipſam circumciſionem excludere, ac dicere, quid eſt circumciſio? num illius eſt meritum qui eam habuerit? num bonæ mentis atque propoſitæ demonſtratio? Etenim in ætate immatura fit, & qui in ſolitudine vixerunt multos annos incircumciſi manſerunt. Et aliundè multis argumentis oſtendi poteſt, ipſam non admodum neceſſariam eſſe, verumtamen non inde ipſam repudiat. De hac quæſtione vide in primo tomo ad ſeptimum quæſitum.

TERTIVM QVÆSITVM.

An peccatum Adæ ad poſteros tranſierit, non culpa, ſed pœna.

CHryſoſtomus ediſſerens hunc locum, *Sicut per vnum hominem peccatum intrauit in mundum*, & alios huic affines, tria de peccato originali videtur

tur ſentire. Primum eſt, peccatum Adæ ad poſteros tranſiſſe non culpa, ſed pœna, quia vnuſquiſque ex ſuo ſcelere ſceleratus efficitur. Secundum eſt, pœnam peccati huius non eſſe animæ damnationem, ſed ſolam corporis infirmitatem, corruptionem & mortem: animę autem mors illos conſequitur qui ex libera electione voluntarie peccant: mors verò corporis peccantes & non peccantes comprehendit. Tertium eſt peccatum primi parentis nihil nobis detrimenti attuliſſe, ſed maxima lucra.

Primam & ſecundam aſſertionem aſſerere videtur Homil. 10 in Epiſtolam ad Romanos, his verbis: Quid igitur ſibi vult in quo omnes peccauerunt? Reſpondetur, quòd illo lapſo, & illi item qui de ligno non comederunt effecti ſunt ex illo tempore omnes mortales. Et infra videtur quæſtionem non paruam habere, quòd dictum eſt multos ob vnius inobedientiam peccatores extitiſſe, &c. Et ſubdit quid igitur hoc loco verbum hoc, peccatores, ſignificat? mihi videtur tantundem ſignificare quantum illud, ſupplicio obnoxij ac mortis rei, quòd porrò Adam mortuo, omnes ſunt mortales effecti: rurſum in enarratione primæ Epiſtolæ ad Corinth. Homil. 39. explicans ea verba c. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificabuntur: idem confirmare videtur, ita inquiens, Si hoc de corpore dictum eſſe velimus, conſtabit oratio, Noë enim, Abraham, Iob, & multi alij mortui ſunt: ſi autem de iuſtitia & peccato, nequaquam. Et Homil. 17. in cap. 6. eiuſdem Epiſtolæ, oſtendit mortem animæ non exprimi parentis culpa, ſed ex actualibus duntaxat cuiuſque peccatis accidiſſe. Et Homil. 24. in Epiſtolam ad Epheſ. exponens poſtrema verba vltimi capitis, idem apertius refert. Huc etiam pertinent quæ in Homil. quæ inſcribitur ad Neophitos tradere exiſtimatur, eius verba ſic habent, Vides quot ſunt baptiſmatis largitates. Sed multis quidem videtur baptiſmi gratiam in peccatorum tantum remiſſione conſiſtere: nos autem baptiſmi honores iam computauimus decem. Hac de cauſa & infantulos baptizamus, quamuis non ſint coinquinati peccato, nempe vt eis addatur ſanctitas, iuſtitia, adoptio, hæreditas, & fraternitas Chriſti, vt eius membra ſint omnes, & ſpiritus habitatio fiant. Ex quibus dictis duas priores propoſitiones videtur affirmaſſe.

Tertiam propoſitionem ſuadet his verbis, Quòd porrò Adam mortuo, omnes ſimus mortales effecti, aperte & multis demonſtrauit. Quod autem in quæſtionem cadit, eſt, qua id de cauſa factum ſit? quòd ſi quis veſtrûm quærat diſcere, id dicemus quòd non ſolùm nihil nocumenti accepimus à morte huius mundi, & condemnatione ſi ſapuerimus, ſed mortales effecti lucrum etiam fecimus: primum hoc videlicet, vt mortali in corpore non peccemus: deinde vt infinita habeamus philoſophiæ argumenta. Nam vt & modum ſeruemus, temperantes, compoſiti, ac ſedati ſimus, itemque vitioſitate, omni libertati, & præſentanea & expectata mors ſuadet, cum hiſce autem ſeu potius ante hæc ipſa & plura alia attulit bona, &c. hucuſque Chryſoſtomus.

Eraſmus in annotationibus quinti capitis ad Roman. & Iacobus Faber in Apologia ſuorum Commentariorum in Paulum, ex prædictis Chryſoſtomi teſtimonijs nituntur defendere id quod ipſimet in expoſitione quinti capitis ad Rom. de peccato originis perperam ſcripſerunt, affirmantes peccatum originis nihil aliud eſſe quàm obligationem humani generis ad mortem corpoream ex noxa primi parentis contractam.

Diſputant Doctores Scholaſtici de hac quæſtione, 2. ſenten. à diſt. 30. vſque ad 35. & S. Thom. 1. 2. quæſt. 81. 82. & 83. & ad quęſtionem propoſitam reſpondet vnica concluſione affirmatiua, quæ eſt. [A] Secundum fidem tenendum eſt, quòd omnes præter Chriſtum ex Adam deriuati, culpam originalem contrahunt. Probat ex illo Roman. 5. Mors in omnes homines pertranſijt in quo omnes peccauerunt, & quia alioquin non omnes indigerent redemptione, quæ eſt per Chriſtum, quod eſt erroneum: aduertendum tamen multos, etiam ex Thomiſtis exiſtimare, D. Thom. hoc articulo aſſerere, eſſe de fide, beatam Virginem in originali culpa fuiſſe conceptam, quod tamen falſum eſt. Sed S. Thom. concluſio eſt beati Pauli, ſcilicet, omnes in Adam peccauerunt, quæ lex vniuerſalis eſt, quòd omnes ab Adam per carnis generationem propagati in originali culpa ſunt concepti. Quòd verò ex priuilegio particulari, quis liber ſit ab illa lege. S. Thom. non damnat tanquam ſit contra fidem, ſed tanquam opinionem probabilem tenet: & hoc patet exemplo: nam illa lex, Non videbit me homo, & rurſus viuet, vniuerſalis eſt, & tamen [B] de Moyſe & Paulo Doctores ſacri affirmant, eos Deum vidiſſe, qui licet poſtea viuerent quia id fuit ex priuilegio ſpeciali, lex in ſuo rigore vniuerſali permanſit: & ideò quòd in nobis ſacramentum baptiſmi operatur, id in beata Virgine ſpeciale priuilegium effecit. Quod ante Concilium Mileuitanum diffinitum eſt, ſcilicet vel omnes ab Adam deſcendentes in peccato originali eſſe conceptos, & nuper Concilio Tridentino, ſeſſion. 5. [Concil. Trident.] ſub Paulo III. Si quis Adæ præuaricationem, ſibi ſoli & non eius propagini aſſerit nocuiſſe, & acceptam à Deo ſanctitatem & iuſtitiam quam perdidit ſibi ſoli & non nobis etiam eum perdidiſſe: aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudiſſe, non autem & peccatum, quod mors eſt animæ, anathema ſit: cùm contradicat Apoſtolo dicenti, *Per vnum hominem* [Rom. 5.] *peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt.* [C]

Poſtquam diffiniuimus peccatum Adæ per originem in omnes homines pertranſiſſe, aſſertionemque hanc eſſe de fide, & Concilium, & S. Tho. id diffiniunt ex Paulo ad Rom. 5. per vnum hominem, &c. quæritur, an ſint alij loci ex quibus hæretici poſſint conuinci? Auguſtinus multa congregauit contra Pelagium, qui hanc hæreſim profitebatur, & præcipue ſeptimo tomo lib. 1. aduerſus Iulianum, & Pelagium. Et Paulus alijs etiam locis idem affirmat, & eodem cap. inquit, Vt quid enim Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus ſecundum tempus pro impijs mortuus eſt, & commendat charitatem ſuam in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, pro nobis mortuus eſt. *Et eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.* [Epheſ. 2.] Et conſtat, quòd non loquitur de inimicitia quæ eſt & contrahitur per actuale peccatum, aliàs non pro omnibus qui ante [D] vſum rationis diſcedunt, mortuus eſſet. Et Pſal. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* [Pſal. 50.] Et plures alij loci ſunt in ſcriptura qui id manifeſtant, & probant, quidquid hæretici ganniant.

Circa modum verò, quo originale traducitur, plures aſſignant Doctores Scholaſtici modos. Clarior cæteris eſt, ſuppoſito, quòd duplex eſt proceſſus naturæ: aliquando enim perſonam natura inficit, aliquando verò naturam perſona. Adam autem aliquando fuit tota natura, eo modo quo omnes homines qui fuerunt, ſunt, & erunt, ſi omnes ſimul eſſent, vnica natura dicerentur: ſicut nunc & collectio ciuium Lucenſium totam poſteritatem repræſentat, ſic & Adam: quia ciues qui nunc ſunt omnem poſteritatem obligare poſſunt, ſicut de facto præſentes pro ſe & pro ſibi ſucceſſoribus ſe aſtringunt, & ſicut ſe omnes

obligant,

Digitized by Google

obligant, ſic & alios, ac ſi vnuſquiſque in particulari ſe aſtringeret. Similiter ergo & Adam, quia cùm aliquando fuit tota natura, ſicut ſe, ita & totam poſteritatem potuit obligare. Secundo ſupponendum eſt, quòd Adam originalem iuſtitiam ſuſcepit nomine totius naturæ, hac lege, quòd ſi ipſe eam ſeruaſſet, omnis eius poſteritas in ea ſucceederet, & hoc ex natura generationis, non quòd generatio iuſtitiam produceret; ſed quia erant filij Adæ, ideò Deus illam donabat. Similis conditio fuit ſi amiſiſſet, vnde quia pactum fecerat pro ſe, & pro ſua poſteritate, ideo ratione generationis, quia peccandò iuſtitiam originalem amiſit, ſicut pro ſe, ita & pro nobis eam perdidit. Simile eſt, ſi Rex daret donum alicui pro ſe, & ſua poſteritate, talis ſi in Regem peccaret, dominium perderet pro ſe, & ſua poſteritate. Et quia culpa infecit naturam Adæ, illa infecta, quando parentes traducunt liberos, proles infecta naſcitur ab illo ſuppoſito Adæ infecto. Hoc ergo modo intelligit ſanct. Thomas originale traduci. Et quia peccatum Adæ fuit voluntarium, & ipſe gerebat vicem naturæ, ideo in nobis etiam voluntate interpretatiua eſt etiam voluntarium, ſicut è conuerſo per Chriſtum Dominum omnes in gratiam venimus, in peccato enim prius eramus quia Deo ingrati, quia filij Adæ: ſicut ſi ciuitas aliqua iniuriam Regi inferat, poſteri omnes Regi ſunt ingrati: ſimiliter ergo de Chriſto Domino, quia ipſe fuit Deo gratiſſimus, ideo filij eius iam grati ſumus Deo. Et hoc eſt quod Paulus inquit, Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines pertranſiit. Et infrà, Sed non ſicut delictum ita & donum, ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt, multò magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Chriſti in plures abundauit, hoc eſt, ſicut per vnum hominem ingrati facti ſumus, ſic & per alium grati. Et hoc eſt quod alibi Paulus dicit, Cuius gratia vos eſtis ſaluati. Hoc eſt, illa gratuitas Chriſti fuit cauſa quòd nos eſſemus grati.

Originale an vere & proprie ſit peccatũ.

Dubium tamen eſt, an hoc quod ex Adam contrahimus vere & proprie ſit peccatum, & an ſit vera & propria culpa? Videtur enim quod non ſit vere & ſimpliciter peccatum, quia non eſt voluntarium ſimpliciter in paruulo, licet in primo parente voluntarium fuerit. Communis Schola Theologorum tenet originale eſſe veram culpam, & vere & propriè peccatum, & non ſolùm obligationem ad pœnam. Nam Durandus illud quod aſſerit, 2. diſt. 30. quæſt. 2. quod originale in paruulo non eſt propriè peccatum, neque vere & propriè culpa, eſt erroneum: quia aſſerere quòd propriè non eſt peccatum, idem eſt ac ſi diceret, quòd non eſt peccatum: ſicut aſſerere quòd propriè non eſt homo, eſt dicere, non eſt homo: & aſſerere, hoc abſolutè non eſt tale, eſt dicere, quod non eſt tale: ſi ergo originale propriè non eſt culpa, ergo non eſt culpa: ſed Paulus vocat culpam: tenendum ergo eſt ſimpliciter vere & propriè eſſe culpam & peccatum. Et in puero aſſerimus originale ſimpliciter eſſe voluntarium voluntate propria, quia eſt eadem cum voluntate primi parentis, ſicut peccatum quod eſt in manu, eſt voluntarium ſimpliciter, non voluntate ipſius manus, ſed totius ſuppoſiti: idque ſufficit vt in puero ſit vere peccatum: ſat enim eſt ad id, voluntatem primi parentis legem iuſtitiæ originalis pro ſe & ſua poſteritate ſuſcepiſſe. Secundo dico, ſat eſſe ad hoc quòd originale in puero ſit voluntarium, primum parentem fuiſſe autorem totius naturæ, & voluntarie peccaſſe: & illud idem quod in primo parente formaliter fuit voluntarium, interpretatiuè eſt voluntarium in puero. Sicut baptiſmus in puero eſt voluntarius, quia interpretatiuè conſentit in voluntate parentum. Et quod originale ſit paruulo voluntarium, & vere & propriè ſit peccatum, diffiniuit S. Synodus Trid. ſeſſ. 5. in Decreto de peccato originali. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione, non imitatione transfuſum omnibus ineſt, vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aſſerit tolli, quàm per meritum vnius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos Deo reconciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio: aut negat ipſum Chriſti Ieſu meritum per baptiſmi ſacramẽtum in forma Eccleſiæ ritè collatum, tam adultis quàm paruulis applicari, anathema ſit. *Quia non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Vnde illa vox, *ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et illa, *Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

Concil. Trident.

Acto. 4.

Ioan. 1.

Galat. 3.

Ad maiorem huius materiæ intelligentiam, quia multi intelligere nequeunt quomodo originale traducatur, explicabo comparatione quam Paulus facit ad Roman. 5. Redemptio Chriſti ſic ſe habuit in ordine ad nos, cùm inimici eſſemus Dei, qui cùm tantum Patri placuit, factum eſt quod omnes fratres Chriſti eſſemus, & Dei amici facti ſumus, quia ille fuit Deo Patri chariſſimus: ſicut inter homines accidit, quòd quia aliquis eſt Regi gratus; omnes eius conſanguinei ſunt eidem grati: ſic & in præſenti, quia Chriſtus Patri fuit gratus, nos Deo gratos efficit, & in baptiſmo Chriſti fratres & filij Dei efficimur: è contrà accidit aliquem tantum regi diſplicere, quòd omnes eius conſanguinei illi ſunt ingrati: ſic ergo nobis in Adam accidit. Deus enim tam gratum illum condidit, quòd ſi non Dei præceptum tranſgrederetur, nos omnes, eius poſteritas, in gratia naſceremur & in amicitia Dei, ſolum quia filij Adæ: ſed quia præuaricatus eſt pactum quod cum Deo virtualiter pepegit, tantum Deo diſplicuit, quod omnes naſcamur Deo ingrati, & in ira eius: & hæc eſt vera offenſa & culpa poſitiua. Simile aliud eſt poſtquam quis peccato actuali peccauit, tranſeunte peccato actuali, anteaquam pœniteat, manet in illo culpa aliqua, & ex hoc quod peccauit verè eſt in peccato, & manet in vera offenſa & in inimicitia Dei, nõ ſolum negatiuè, ſed poſitiuè etiam ſi dormiat, ſicut ergo ex peccato actuali iam præterito manet in nobis offenſa quædã qua Deo diſplicuimus, & ſumus Deo ingrati, & Deo indigni, non ſolum negatiuè, ſicut qui Regẽ nunquã nouit, ſed poſitiuè, quia cùm cognoſceret, eum offendit: ſic ergo & nobis euenit. Et ideo Paulus ait, *Cùm inimici eſſemus, & pro iuſto vix aliquis moritur, pro iniuſtis & inimicis quis ponet vitam?* Hæc ergo inimicitia & iniuſtitia verè & propriè vocatur peccatum: potuit enim Deus legem facere, quod quidquid noſter primus parens faceret, nobis imputaretur, & ſic factum eſt.

Rom. 5.

Rom. 5.

Ad quærelam communem ſæcularium, quæ eſt, cùm Deus ſit piiſſimus & miſericors, quæ ergo eſt ratio quare originale iſti puero imputetur, etiam cùm ipſe non deliquerit. Dico primò, quòd lex quam Deus cum illo pepegit non eſt iniuſta, quia licet Deus ſit miſericors, eſt etiam iuſtus, & ſicut ordinauit quòd originale in poſteros traduceretur, ſic diſpoſuit, quòd ſi non peccaret, in iuſtitia originali naſceremur. Secundò dico, quòd ſi morbus ex culpa ſucceſſit, remedium in omni ſtatu virtute paſſionis Chriſti adhibuit. Tertiò dico, quòd homini ſupernaturale eſt Deum videre: & ſicut brutis non fit iniuria ex eo, quòd illis denegat Deus gloriam, non enim illis eſt debita: ſic homini, eſto, permittat quòd in originali oriatur: ſed donum Dei maximum eſt, ſtatim quòd naſcitur remedium baptiſmatis inuenire, quo ſi tingatur ex opere operato abſq; vlla diſpoſitione, ex parte pueri iuſtus efficitur: non ergo fit iniuria homini, cũ ex ſuis naturalibus gloria con-

ſequi non poſſet. Simile eſt ſi in naturalibus relinqueretur, quæ iniuria illi fieret? verè nulla. Si enim duo pueri diſcedant vnus in puris naturalibus, alter in originali, tales poſt præſentem vitam eodem omnino modo ſe haberent, dato ergo Deus legem illam ſtatuerit, quòd peccatum Adæ nobis inhæreat ex illo pacto, nihil peius haberemus, quam ſi in puris naturalibus diſcederemus: ſolum hæc eſſet differentia, quòd in nobis pœna diceretur, non autem in illis qui in puris naturalibus naſcerentur. Ex quibus conſtat Deum ex hoc pacto & lege, non debere alicui rigidum videri: eſt enim in omnibus ſuis operibus ſicut iuſtus, ſic & miſericors.

At quia circa quidditatem originalis culpæ ſunt variæ controuerſiæ inter Scholaſticos Doctores, quid tanquam verius & probabilius amplectendum ſit, ſequentibus propoſitionibus expono.
1. Propoſitio. Prima propoſitio fundamentalis ſit, In Adam per eius peccatum, nulla qualitas fuit in eo genita, nec morbida, nec non morbida, neque in corpore, neque in anima, neque habitus aliquis, neque aliud quicquam: ſed natura ſic fuit relicta ac ſi in puris naturalibus eſſet creatus. Et probatur ratione communi, quia pluralitas ſine neceſſitate ponenda non eſt: ſed omnibus ſecluſis ſaluantur, quæ fides de originali tradidit, quòd ex eo patet, quia vires inferiores, & appetitus ſenſitiuus ſine ordine rationis in obiectum delectabile fertur ſecundum vltimum ſuæ potentiæ: talis ergo qualitas vel habitus non eſt neceſſario ponendus. Secundo, quia Adam per priorem culpam non amplius infecit carnem quàm per ſecundam, ſed per ſecundam non eſt genita morbida aliqua qualitas, neque infectum eſt corpus, ergo neque per primam: maxime quia talis imaginatio fundamentum non habet in ſcriptura. (Lucæ 10.) Et quod adducitur de homine vulnerato tam in naturalibus quàm in gratuitis, dicimus primò, quòd originale ipſum eſt præuaricatio iuſtitiæ, & vulneratio naturæ abſolutè conſideratæ: natura enim noſtra cùm ſit naturalis, eius viuere eſt ſecundum rationem, & quòd non viuat ſecundum rationem, vulnus eſt naturæ. Secundò dicimus, quòd natura vulnerata dicitur, quia ex actibus peccati mali habitus generantur, per quos natura pronior ſit ad peccandum. At dices, ſi originale non eſt qualitas aliqua, vnde ergo habet rationem peccati? Dicimus, quod ex eo, quia dicit priuationem iuſtitiæ, poſitis enim duobus, altero in puris naturalibus, & altero in originali, nihil aliud eſt in vno, quod non ſit in altero: niſi quòd in iſto eſt peccatum, in altero verò non, quia in iſto eſt priuatio iuſtitiæ originalis, in altero non.
2. Propoſitio. Secunda propoſitio, Fomes concupiſcentiæ carnalis, languor animæ, tyrannis carnis, idem omnino ſignificant, & pro eodem ſupponunt, & non dicunt qualitatem aliquam, ſed potentias ipſas cum deordinatione ad rationem: quia hæc deordinatio prouenit à carentia iuſtitiæ originalis, ideo dicitur fomes peccati, lex membrorum, concupiſcentiæ carnis, &c. Propoſitio hæc probatur ex eo, quia totus effectus concupiſcentiæ carnis & legis membrorum, ſaluari poteſt ſine hoc, quòd quodlibet illorum ſit aliqua qualitas, non ergo ſunt potentiæ.
3. Propoſitio. Tertia propoſitio, fomes, concupiſcentia carnis, lex membrorum, & ſimilia non diſtinguntur realiter à potentiis naturalibus, ſed ſunt ipſæ potentiæ inordinatæ & repugnantes rationi, quæ in rigore ſunt nomina diſpoſitionis, quia tollunt harmoniam quæ erat inter ipſas potentias & diſpoſitiones, & iuſtitiam originalem, cuius ratione diſpoſitiones has ſtatui innocentiæ contrarias, concupiſcentiam carnis, & legem membrorum nuncupamus. Probatio huius propoſitionis eſt eadem cum

A præcedentibus, quia ſuperfluit ponere aliquid diſtinctum realiter ab ipſis potentiis ad hoc quòd caro aliquid aduerſus ſpiritum concupiſcat, & lex membrorum realiter contra rationem. Tum etiam, quia appetitus ſenſitiuus de ſe fertur in bonum delectabile, ratio & voluntas in bonum, honeſtum, & ſpirituale. Iſta tamen aliquando inter ſe repugnant, quæ repugnantia impediebatur per iuſtitiam originalem, illa ergo remota, ſine aliqua qualitate manet contrarietas inter appetitum ſenſitiuum & voluntatem. Ex quo inferimus, quod quando ſanct. Thom. ait quæſtione 83. articulo 3. originale eſſe habitum, non vocat habitum qualitatem aliquam diſtinctam à potentia, ſed deordinationem ipſam virium inferiorum: habitus enim ſecundum ſanct. Thom. eſt diſpoſitio inordinata contra rationem: iuſtitia enim originalis erat ordo ille inter vires animæ, originale ergo erit illa deordinatio, cùm
B diffiniri debeat oppoſito modo ad iuſtitiam originalem.
4. Propoſitio. Et ideò ſit quarta propoſitio, originale eſſentialiter non eſt concupiſcentia, neque fomes, neque illa inordinata diſpoſitio potentiarum. Probo: quia totum hoc homini eſt naturale, originale autem naturale non eſt, ſed delicti pœna. Tum etiam, quia ſimul eſt & culpa, repugnantia autem iſta non eſt culpa.
5. Propoſitio. Quinta propoſitio, originale eſſentialiter eſt priuatio iuſtitiæ originalis, neque oportet addere, debite ineſſe, vt Anſelmus ait. Si enim quis crearetur in puris naturalibus, non eſſet in originali, & tamen iuſtitia non eſt ei debita: & ſi illa particula eſt addenda, oporteret, adhuc addere, non per libidinem.
6. Propoſitio. Sexta propoſitio, originale non dicit ſolam priuationem, vt inquit ſanct. Thom. loco citato, ſed de materiali dicit concupiſcentiam, & fomitem, & alia ſimilia, de formali verò dicit priuationem iuſtitiæ originalis. Sicut beatitudo licet ſupponat pro viſione, tamen non ſtat quòd ſit vi-
C ſio ſine fruitione. Ex quibus conſtat, quòd non oportet ponere qualitates illas, vt Gregorius Ariminenſis & aliis imaginantur: nam inter hominem creatum in puris naturalibus, & hominem natum in originali, non eſt alia differentia, niſi quæ eſt inter hominem nudum & hominem ſpoliatum: & in re originale eſt potentia ipſa deſtituta iuſtitia originali. Vnde ſi diffinire eſſentialiter deberet, apta diffinitio eſſet hæc, originale eſt auerſio quædam à Deo, & indiſpoſitio ad gratiam, & vitam æternam, propter peccatum primorum parentum.

Dubium tamen eſt, an originale ſolum dicat priuationem iuſtitiæ originalis, an vltra addat priuationem gratiæ gratum facientis? Pro quo intelligendum eſt, iuſtitiam originalem, non ſolum dicere gratiam gratum facientem, ſed addere ordinem inter vires inferiores & rationem. Ex quo li-
D quidò conſtat perperam loqui qui beatiſſimam Virginem affirmant conceptam in iuſtitia originali, & quamuis appetitus in illa non inſurgebat contra rationem, id ideo fuit, quia erat omnino extinctus, vel dono ſpeciali ligatus. Ad dubium ergo dicimus, originale non ſolum dicere priuationem iuſtitiæ originalis, ſcilicet, illius doni, ſed etiam gratiæ. Probo: quia eſt verè peccatum, & poſitiuè cauſat inimicitiam, conceptus enim in peccato verè & poſitiuè eſt Deo inimicus. Opponitur ergo originale gratiæ gratum facienti, & priuat dono iuſtitiæ originalis.

Pro defenſione Chryſoſtomi ipſe pro ſe reſpondet Homil. 12. in Epiſtolam ad Rom. vbi ſic habet, Quando peccauit Adam, tum & illius corpus mortale effectum eſt ac patibile, receptis naturæ vitiis permultis equo præterea grauiori, atque effræni reddito: at Chriſtus vbi aduenit per baptiſmum nobis illum leuiorem fecit. Et

Homil.

Homil. 11. in eandem Epiſtolam, Corpus noſtrum ante Chriſti aduentum facile expugnabatur, vnà enim cum morte magnum etiam affectuum veluti examen introierat, itaque corpus non valde agile erat ad eum curſum qui ad virtutem ferret, ſed effreni equi ritu currebat aberrabatque. Et Homil. 13. in eandem Epiſtolam ait, In homine vna cum morte & affectuum turba introiit, cùm enim corpus mortale effectum eſt, tum denique neceſſario admiſit concupiſcentiam, & iracundiam, & dolorem, & cætera omnia quæ magna admodum conſtantia ac ſapientia indigebant. Et Homil. 40. in priorem ad Corint. manifeſte pronunciat, in baptiſmi regeneratione auferri peccatum originale, quod ipſe radicale peccatum vtpote à radice primi parentis creatum, appellat, ſic dicens, Deus in regenerationis lauacro mentem gratia tangit, radicale peccatum euellit, & hominem, qualis erat iam olim dum conderetur, imò illuſtriorem facit.

Auguſtinus refellens Iulianum, quod ex ſuperioribus Chryſoſtomi dictis peccati originalis traducem euertere conaretur, volumine primo, aduerſus eum pro defenſione Chryſoſtomi hæc ſcribit. Ita ne nobis verba S. Ioannis Epiſcopi audes opponere, abſit, abſit, hoc malum de tanto viro credere, aut dicere, ab ſit inquam, vt Conſtantinopolitanus Ioannes loquens de baptiſmate paruulorum, qui paterni chirographi libertatem habent per Chriſtum tot ac tantis coepiſcopis ſuis maximeque Romano Innocentio. Carthaginenſi Cypriano Capadoci Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Mediolanenſi reſiſtat Ambroſio, quod enim illi ſenſerunt, hoc ſenſit, hoc credidit, hoc docuit Ioannes Chryſoſtomus; & ideo inquit Auguſtinus, cùm dixit neminem peccato primorum parentum peccatorem conſtitui, & à regno ſecludi, ſignificare voluit, quòd Adæ poſteri non ea ratione peccatores ſint, quia primi tantum parentes actualiter peccauerint, ſed quòd etiam ipſi poſteri in ipſo Adam, & vnà cum ipſo Adam peccauerunt, quatenus omnes ob humanæ ſpeciei participationem vnus idemque homo ſunt cum progenitore Adam, & concludit; nullus enim, vt rectè dixit Chryſoſtomus, ex alieno, & à ſe non participato ſcelere ſceleratus exiſtit.

Ad illud verò quod in Homilia ad Neophitos dixit, nimirum, infantes, neque eſſe peccato coinquinatos, neque in remiſſionem peccatorum baptizari, reſpondet Auguſtinus loco citato, hanc ſententiam Chryſoſtomi fuiſſe à Pelagianis corruptam, aut malè verſam: illi enim pro eo quod Chryſoſtomus dixit, infantes non habere peccata, poſuerunt, infantes non eſſe coinquinatos peccato: vt magis loqui videretur de vno illo peccato ex Adam traducto, quàm de aliis. Quibus verbis, inquit Auguſtinus, non negat Ioannes paruulos coinquinatos eſſe peccato, ſed aſſerit eos peccata actualia non habere, neque propter illa baptizari, ſed ſolum propter originale. Et per hæc ad primum & ſecundum quæ contra Chryſoſtomum adducta ſunt reſponſum eſt.

Ad tertium, ſcilicet, quòd nihil nobis detrimenti accidit ex Adæ condemnatione, ſed ampliſſima & innumera emolumenta, reſpondemus, verba Chryſoſtomi ſic eſſe accipienda, vt intelligamus eum non loqui de condemnatione ſpirituali animæ ad mortem æternam, ſed de condemnatione corporeæ mortis, quæ plura lucra nobis attulit. Quòd ſi quis contendat, ipſius verba etiam ad damnationem animæ extendi, dicemus ea interpretanda eſſe eo ſenſu quo beatus Gregorius pronunciauit fœlicem fuiſſe primi parentis culpam, quia talem ac tantum meruit habere redemptorem.

QVARTVM QVÆSITVM.

An abſtinentia iuramenti, & dilectio inimici, ſint conſilia, vel præcepta.

CHryſoſtomus Homil. 12. in Epiſt. ad Rom. in expoſitione loci huius. *Vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate literæ*, Rom. 7. ſic habet, Quo tempore Adam peccauit, tum eius corpus mortale factum eſt & paſſibile, ac plurimos inde morbos accepit, vnde & ponderoſior & effrænatior equus redditus eſt: verum Chriſtus adueniens, moderatiorem eum nobis per baptiſma reſtituit, pennis ſpiritus eum alleuans, & accommodans, vnde neque eadem nobis & antiquis ſtudia propoſita ſunt, quòd non tam facilis curſus eſſet: quam ob rem quoque non tantum petit à nobis vt mundi ſimus à cæde ſicut ab eis petebat, verum etiam ne iraſcamur, nec ſolum ab adulterio, ſed ab impudico etiam aſpectu abſtinere nos iubet: & non modo à periurio, ſed etiam à quouis iuramento nos prohibet: atque vna cum amicis & inimicos diligere præcipit: ſicque & in omnibus aliis rebus curſus nobis longiores inſtituit: at niſi parcamus, gehennam minatus eſt, oſtendens hæc ipſa non magnificentiæ aut liberalitatis certantium eſſe, quemadmodum virginitas & paupertas, ſed quòd omnino perfici debent, vrgentia enim & neceſſaria ſunt, & quiſquis eam non fecerit vltimas pœnas daturus eſt. Hæretici à Concilio Tridentino damnati in cenſura librorum, & contra eos qui Theologos Scholares mordent, ex his verbis Chryſoſtomi contra eos inſurgunt, eo quòd inter Euangelica conſilia collocauerint abſtinentiam à iuramento, & dilectionem inimicorum, quæ Chryſoſtomus ita demonſtrat eſſe præcepta neceſſaria & vrgentia, vt extrema ſupplicia luiturus ſit qui ea non peregerit.

Diſputant Doctores Scholaſtici de hac quæſtione 3. ſent. diſt. 30. & S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 8. & 9. & art. 8. quærit, an teneamur inimicos diligere, & reſpondet per quatuor concluſiones. Prima, inimici vt inimici, non ſunt diligendi. Secunda concluſio, dilectio inimicorum eſt neceſſaria in vniuerſali, hoc eſt quando proximum diligimus, non debemus inimicos excludere dicendo, Diligo Proximum, ſed non inimicum: nam hoc eſſet inimicum odiſſe. Tertia concluſio, Non eſt de neceſſitate charitatis inimicos diligere in particulari, ſcilicet, Petrum diligere actu & effectu vt inimicus eſt, tamen neceſſarium in præparatione animi hunc actum habere, vt ſi inimicus extremam neceſſitatem paſſus fuerit, de facto illi ſubueniam. Quarta concluſio, Diligere inimicum in particulari pertinet ad perfectionem charitatis. In nono articulo quærit, an teneamur aliquando benefacere inimicis. Reſpondet affirmatiuè, Nam ſi tenemur habere actum interiorem, & etiam exteriorem. Et ponit tres concluſiones. Prima, Sicut tenemur non excludere inimicos à dilectione in communi, & in vniuerſali, ſic neque à beneficio communi, vt ab oratione. Vt ſi populo orante peccatorem inimicum ab oratione excluderem. Secunda concluſio, In particulari non tenemur inimico beneficia exhibere, ſed bene parati eſſe, quòd ſi extremè indiguerit, illi ſubuenire. Tertia concluſio, Beneficium ſpeciale inimico conferre, pertinet ad perfectionem charitatis.

Aduertendum illud quod Matth. 5. habetur, Diligite inimicos veſtros, efficere poſſe ſenſum de conſilio & etiam de præcepto, vt S. Thom. expoſuit, in illo enim c. Chriſtus Dominus multa poſuit de conſilio, & plurima etiam de præce-

pto: nam dixit, Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non occides, quod eſt de præcepto: ideo enim in principio dixit, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Alia tamen ibi poſuit, quæ ſolum ſunt de conſilio: & ideò Dominus dixit, Eſtote ergo perfecti, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Ex quo conſtat verba Chriſti Domini quantum ad vltimas concluſiones S. Thom. poſſe facere ſenſum de conſilio. Sic enim intelligitur illud, Eſtote perfecti: poſſunt etiam facere ſenſum de præcepto, quantum ad priores concluſiones, ſcilicet in communi & in vniuerſali.

Secundo, aduertendum eſt, præceptum hoc affirmatiuum de proximi amicitia includere negatiuum, ſcilicet non odio habebis inimicos, & hoc obligat ſemper & ad ſemper: odio enim habere inimicum, eſt vel optare illi malum, vel irrogare illi iniuriam, & quodlibet iſtorum, ex genere ſuo peccatum mortale eſt, & ideo ſemper tenemur proximum non odio habere, & ab oratione communi non excludere. Quantum verò ad actum poſitiuum illius præcepti, ſolum tenemur in neceſſitate.

Dubium tamen eſt, an expectanda ſit extrema neceſſitas vt inimicis benefaciamus? Reſpondeo, Extremam neceſſitatem non eſſe expectandam, quia tunc vt in plurimum ſubuentio nihil vel parum illi proderit, maximè ad conſeruationem vitæ: & ideò in graui neceſſitate ſubuenire tenemur. Et eadem neceſſitas quæ me obligat ad ſubueniendum amico, eadem aſtringor ſubuenire inimico, non tamen æqualiter, ſed ordine charitatis ſeruato. Sed dices, animi præparatio qua ratione me aſtringet? quo pacto paratus teneor eſſe? Dico non teneri quempiam habere actum quo ſubueniet in neceſſitate, ſed ſolum habitualiter, id eſt, quod nunquam neceſſitas occurret quin ſubueniat.

Dubium etiam eſt, an quæ debemus omnibus, ſint eadem & communia, vel aliqua vni, & alia alijs, verbi gratia, ſi ciuis eſt mihi inimicus, non tamen eſt conſanguineus, caſu ſit mihi obuius in itinere, non ſaluto illum, nihil ad rem, quia non teneor omnes quibus in itinere obuio, ſalutare: ſed eſt inimicus & conſanguineus quem ſalutare conſueui, quando contingit, quòd eſſet mihi obuius, an tenear quando eſt mihi inimicus illum alloqui? Dico eadem non eſſe omnibus æqualiter debita, & ideo ſi conſanguineum inimicum non ſalutarem, peccatum eſſet, licet non ſemper mortale. Habetur hoc ex illo Matth. 5. Diligite inimicos veſtros, ex quo intulimus, quòd quantum ad communia & vniuerſalia non debemus inimicos excludere, ſicut Pater noſter cœleſtis qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos; Sicut ergo Deus ſolem & pluuiam non tollit ab inimicis, quia communia ſunt omnibus: ita neque nos communia debemus ab inimicis ſubtrahere. Sed an ſi inimicus ſalutet me, teneor reſalutare? Doctores plures affirmant ita eſſe, quia ſalutatio eſt quid commune. Sed contrarium, ſecluſo ſcandalo, eſt valde probabile, quia ſalutare non eſt commune, quia tamen vt in plurimum ſcandalum ſequitur ſi non reſalutem, ne aliis præbeam occaſionem ſcandali, conſultius eſt omnem ſalutantem reſalutare. Sed an teneat iniuriam remittere inimico? Diſtingunt Doctores, quia ſi iniuriam remittere, ſit odium interius, & rancorem amouere, teneor, eſto, is qui me offendit, non petat veniam. Quod conſtat ex illo Lucæ 6. *Dimittite, & dimittetur vobis.* Et Matth. 18. *Remittite, & Pater meus remittet vobis.* Quantum ad damnum tamen quod mihi intulit, non teneor remittere, ſed poſſum contra illum in iudicio agere, donec mihi ſatisfaciat ratione damni quod intulit, & iudex pœnas iuris in illum exequatur. Sed an liceat ſigna rancoris inimico oſtendere? Dico id non licere, ſicut enim non licet odium interius habere, ſic nec oſtendere ſigna quæ ſunt manifeſtatiua & poſitiua interni odij. Alia verò ſigna quæ odium non exprimunt, ſed tantum oſtendunt, nolle cum illo conuerſari, id peccatum non eſt. Notandum tamen contra excuſationem communem eorum qui inimicitiam cum aliquo longo tempore conſeruant, qui dicunt, ego non habeo odium contra perſonam Petri, ſed deteſtor malum & iniquitatem eius, quòd eſt valdè difficile odiſſe malum, & iniquitatem inimici, & non perſonam: nam ſemper manent ſcrupulus, ſunt enim adeò coniuncta perſona & iniquitas inimici, quòd vix vnum poteſt ab alio ſeparari, nam conſcientia mille teſtes. Etenim cùm quis dicit, non opto malum Petro, ſed abhorreo maligna opera ipſius, Deus illi parcat, ſemper conſcientia fere contrarium clamat.

Lucæ 6. Matth. 18.

Dubium vltimum in hac materia eſt, an liceat mala precari inimicis? Ad hoc per ſequentes concluſiones ſatisfacio. Prima concluſio. Optare inimicis mala ſpiritualia, nullo modo licet, grauiſſimum enim peccatum eſt optare illis peccata, vel damnationem; Ratio eſt: quia iſta in bonum finem ordinari nequeunt, & ideo ſimpliciter hoc non licet, de per accidens bene licet, vt optare mortem Turcis, qui hoſtiliter nos debellant, ex qua morte ſequitur damnatio illorum. Secunda concluſio. Licet optare inimicis paupertatem, & quòd cadant ab honore. Ratio eſt: quia ego mihi ipſi poſſum iſta optare, & inimicus ſibi, ergo & ego illi. De morte eſt dubium, ſi non ſit hoſtis, an liceat illam optare inimico. Tertia concluſio. Dico quòd eadem eſt ratio de bonis temporalibus, & de vita, nam vita inter bona temporalia computatur, vnde quando bona temporalia ſunt mihi nocumento, vel Reipublicæ, vel illi qui ea poſſidet, tunc licet illa mala optare, quia ſunt nocumenta, & impediunt conſecutionem boni finis: hac ergo ratione licet illis optare mala temporalia, vt à malo reſipiſcant, & conuertantur in bonum, aliàs enim ſi non ſunt nocumenta nobis, nec Republicæ, neque ipſi inimico, optare illis mala non licet, id enim peccatum eſt. Et idem eſt de vita: nam ſi eſt hoſtis, qui patrem meum occidit, licet mihi optare illi mortem à iudice, quia licet accuſare, & deſiderare quod iudex munus ſuum exequatur: & ſi non timeo ab illo mortem, non mihi licet optare illi mortem priuatam, ſi tamen eſt hoſtis à quo timeo mortem & more humano vitam non poſſum ſaluare, tunc ſi nulla pateat via qua poſſim vitam conſeruare, licet mihi illi optare mortem, quia hoc ad defenſionem reducitur, defendendo autem me, poſſum illum occidere, poſſum ergo optare quòd Deus illum de medio tollat, vt vitam propriam ſaluem.

1. Concluſio.

2. Concluſio.

3. Concluſio.

Pro defenſione Chryſoſtomi ex doctrina poſita conſtat ſolutio, & quatenus tangit obligationem iuramenti, communis doctrina Theologorum eſt, per creaturas quaſi eis diuinam reuerentiam exhibentes, nullo modo iurare licet; In dubiis & ambiguis ſimiliter iurare non licet, ne temerè iuremus; Inter perfectos, & Religioſos, & qui ſtatum perfectionis Chriſtianæ profitentur, in cauſis inter ipſos verſantibus nullo modo iurare licet. Duo priores gradus vim habent præcepti: tertius aſſignatur inter conſilia perfectis tradita, vt Bernardus inquit Sermone 65. ſuper Cantica Canticorum inuehens contra quoſdam hæreticos, dicentes non eſſe licitum iurare, eſſe tamen licitum peierare: ſic ait, Patet vos & ſuperſtitioſè obſeruare de iuramento, & flagitioſè præſumere, & de periurio ob peruerſitatem quod ad

cautelam

cautelam conſultum eſt, videlicet non iurare, hoc iſti mandati vice tam contentioſe obſeruant, & quod immobili iure ſancitum eſt non peierandum, ſcilicet hoc tanquam indifferens pro voluntate diſpenſant, de quo vide ſuprà tomo 3. ad 6. quæſitum. Ad id verò quod de inimicis diligendis inductum eſt, oſtendimus dilectionem in communi & vniuerſali indifferenter omnibus & omni tempore amicis & inimicis exhibendam eſſe. Dilectionem verò in particulari inimicis eſſe exhibendam tempore neceſſitatis: at verò extra neceſſitatem inimicos actu & affectu diligere perfectionis eſſe charitatis. Primus & ſecundus gradus cadunt ſub præceptum, vltimus eſt in conſilio. Et iuxta hanc doctrinam interpretandus eſt Chryſoſtomus primo loco de compunctione cordis vbi ait, Dilectionem inimicorum non eſſe cohortationem, ſed iuſſionem. Soluitur etiam ex hac doctrina dictum illud Auguſtini quòd Lutherani aduerſus Scholaſticos allegant ex Sermone eius de tempore, 61. vbi ſic habet, Dominus in Euangelio vt inimicos diligere debeamus non dedit conſilium, ſed præceptum. Aliud eſt conſilium, aliud eſt præceptum, conſilium datur, vt virginitas conſeruetur, vt à vino & carnibus abſtineatur, vt vendantur omnia, & pauperibus erogentur: præceptum datur, vt iuſtitia cuſtodiatur, vt homo diuertat à malo, & faciat bonum. Et ſic præcipit Dominus, diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, ſcilicet, in communi, & in caſu neceſſitatis.

QVINTVM QVÆSITVM.

An paſſiones naturales fuerint in homine ante peccatum.

CHryſoſtomus Homil. 13. in illa verba, *Ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato.* Rom. 7. aſſerere videtur, paſſiones naturales concupiſcibilem & iraſcibilem non fuiſſe in homine ante peccatum, ſed ſtatim poſt peccatum ex neceſſitate mortalitatis intraſſe in hominem, ita enim ait: In homine vna cum morte & affectuum turba introiit, cùm enim corpus mortale effectum eſt, tum neceſſario admiſit concupiſcentiam, iracundiam, & dolorem, &c. Et infrà, Iſti enim affectus haudquaquam erant, ſed illorum immoderatio effrænata hoc efficiebat. Et Homil. 18. in Geneſim, aſſerit concupiſcentiam rei venereæ ſubintraſſe in hominem poſt peccatum, cùm antea nulla fuiſſet; eius verba ſic habent, Ante inobedientiam primi parentes Angelicam vitam imitabantur, & nullus de re venerea ſermo erat, quomodo enim potuit cum neque corporalibus neceſſitatibus obnoxij fuerint? itaque ab initio virginitas palmam principatus accepit, ſed poſt quam per deſidiam peccatum intrauit, & aditus patefactus eſt his quæ peccati ſunt, & illa quidem auolauit, vtpote, ab his qui indigni tanta virtutis magnitudine facti erant, ſubintrauit autem rei venereæ lex. Et infrà: Poſtquam enim per inobedientiam intrauit peccatum, & ſententia mortales illos fecit, conſequenter omnipotens Deus ſecundum ſuam ſapientiam, humani generis durationem gubernans, conceſſit per coitum auctum iri noſtrum genus. Hæretici ex adductis impingunt Chryſoſtomo, quòd contra communem Theologorum diffinitionem docuerit, affectus mortalium inordinatos, & innatam concupiſcentiam peccati, non eſſe peccatum.

Diſputant Doctores Scholaſtici de hac quæſtione 2. ſentent. diſtinct. 30. & S. Thom. 1. par. quæſt. 95. artic. 2. vbi ſuppoſitis diſtinctionibus, reſpondet per tres Concluſiones, ſupponit enim duplices paſſiones eſſe, alias de bono obiecto, vt amor & gaudium: alias de malo, vt timor & dolor. Prima Concluſio. In illo ſtatu non potuerunt eſſe paſſiones de malo obiecto, probat ex Auguſtino, 14. de Ciuit. Dei, vbi ait, Omnes illæ paſſiones quæ reſpiciunt malum, in Adam non erant, vt timor & dolor. Secunda Concluſio, in illo ſtatu bene poſſent eſſe paſſiones de bono obiecto, vt gaudium & amor. Tertia Concluſio, paſſiones quæ fuiſſent in Adam de bono obiecto, fuiſſent valde ordinatæ, in illo enim ſtatu innocentiæ appetitus inferior, erat rationi totaliter ſubiectus, vnde non erant in eo paſſiones animæ, niſi ex rationis iudicio conſequentes, & hoc relinquit ſanct. Thom. tanquam per ſe notum, quia hæ ſunt naturales, & nullum malum in homine ponunt.

Doctores Scholaſtici loco citato, contendunt contra S. Thom. nullum inconueniens eſſe, aſſerere, in ſtatu illo eſſe poſſe paſſiones de obiecto malo, poſſet enim puer vnus alterum percutere, & mater de tali malo filio illato naturaliter triſtaretur. Sententia tamen S. Thom. probabilior eſt, nam alij inconueniens reputant, in ſtatu illo damna & corporalia mala reperiri, ſimiliter ergo inconueniens eſſe reputare deberent, eſſe paſſiones. Probo: quia iſte paſſiones licèt non multum lædant, fœlicitatem tamen minuunt. Ad rationes illorum dico, quòd Deus ne eſſent talia nocumenta prouideret, & ſic nec paſſiones inſurgerent. Dubium maius eſt, an in ſtatu illo poſſent eſſe paſſiones de obiecto bono, præuenientes vſum rationis? & quòd in illo ſtatu non eſſent, ratio eſt: quia cùm tales paſſiones eſſent imperfectiones, non ergo in ſtatu illo ſe compatiebantur. Tum etiam, quia appetitus rationi erat ſubditus, & vires inferiores rationis & ideo affirmandum eſt & tenendum, quòd in illo ſtatu non fuiſſent paſſiones vſum rationis præuenientes, ſed omnes fuiſſent volitæ & ordinatæ: ſicut de Chriſto Domino affirmamus, in illo non fuiſſe paſſiones naturales, ſed propaſſiones, quia omnes erant deliberatæ & imperatæ à ratione. Et hæc ſententia videtur eſſe de mente ſancti Thomæ. Nec valet, paſſiones illæ ſunt indeliberatæ, ergo peccata eſſe nequeunt, & ex conſequenti, neque eſt inconueniens in illo ſtatu fuiſſe. Dico, quòd licet peccata non ſint, ſunt tamen imperfectiones, & ideo negamus illas in illo ſtatu fuiſſe. Ex quo deduco, ſtatum illum Adæ quo ad hoc, perfectiorem fuiſſe ſtatu cuiuſuis ſancti, etiam in gratia confirmati, quia in tali poſſunt eſſe motus primo primi, non autem in Adam.

Dubium tamen eſt Adam per quid eſſet præſeruatus ab huiuſmodi motibus primo primis? Scholaſticorum Doctorum ſententia loco citato eſt, quod præſeruatus eſſet ab illis per iuſtitiam originalem exiſtentem in eſſentia animæ, & per alias qualitates in ſingulis potentiis exiſtentes, per quas ſingulæ potentiæ rationi ſubdebantur. At nos dicimus, non opus eſſe in ſingulis potentiis qualitates huiuſmodi collocare, ſed ad hoc, vt omnes vires inferiores ſubditæ eſſent rationi, ſufficiens erat ſola iuſtitia originalis exiſtens in eſſentia animæ cum cæteris virtutibus communibus: nam ſicut per iuſtitiam originalem homo Deo erat ſubditus, ſic & omnes potentiæ, & vires inferiores ſubditæ erant rationi.

Pro defenſione Chryſoſtomi primo ad hæreticos reſpondeo, eos perperam exponere ſancti viri dictum, quod quidem referendum eſt non ad affectus mortalis hominis poſt lapſum Adæ corruptos, ſed ad illos adhuc integros affectus quos homo in ſua prima formatione acceperat. Secundo, ad alia dicta Chryſoſtomi dico, non eſſe intelli-genda

genda de ipſis naturalibus affectibus qui homini ante peccatum fuerunt in prima naturæ ſuæ conditione inditi, ſed de perturbatione & exceſſu affectuum, qui peccatum ſecuti ſunt. Vnde, prudenter Chryſoſtomus non dixit, poſt peccatum introiſſe affectus, ſed affectuum turbam, hoc eſt, perturbationem & exceſſum. Poſſunt etiam hæc ipſa verba aliqua ex parte ad vſum & exercitium naturalium paſſionum referri, nam rei venereæ vſum & ſtimulos ac dolores ſenſuum poſt Adæ lapſum incepiſſe conſtat.

SEXTVM QVÆSITVM.

An lex Moyſi minora præcipiat quàm lex naturæ.

CHryſoſtomus Homil. 13. in Epiſtolam ad Rom. in enarratione huius clauſulæ, *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum*, Rom. 7. inquit, tantam fuiſſe Dei indulgentiam, vt in lege Moyſis minora ac leuiora præcepta dederit quàm in lege naturæ. Quam ſententiam duplici argumento demonſtrat, his verbis, Deus in lege ſcripta homines non ad ſummam pertraxit politiam, ſed permiſit pecuniis illos frui, pluribus vxoribus vti non prohibens, & iræ gratificari quod iuſtum eſſet, & voluptatum moderatarum vſum habere, denique tanta erat indulgentia, vt ſcripta lex minora exigeret etiam quàm naturalis lex dictaret: nam naturæ lex virum vnum mulieris vnius conſuetudine contentum eſſe iuſſit, quod & Chriſtus indicans ait, Qui ab initio fecit, marem & fœminam eos fecit. At Moſis lex neque hanc repudiari, nec illam repudiatæ in locum admitti prohibuit, neque duæ quominus eodem haberentur tempore interdixit. Præter id autem, videas qui ante Moſis legem vixére, ſub naturali lege eruditi, eos plura præſtitiſſe, quàm Moſis lege contenta eſſent.

Diſputát Doctores Scholaſtici de materia huius quæſtionis, 2. ſent. diſt. vltima, & S. Thom. 1.2.q. 98.art.5. vbi reſpondens quæſtioni, An omnes homines obligabantur ſeruare veterem legem, reſpondet ſuppoſito, quod lex vetus ſuperaddebat quædam propria præcepta ſuper præcepta legis naturæ, duabus concluſionibus. Prima concluſio eſt, Quantum ad illa quæ vetus lex continebat, de lege naturæ totus orbis tenebatur eam ſeruare, puta decem præcepta Decalogi, quæ ex iure naturali ſequuntur, lex autem naturæ omnes obligat. Secunda concluſio, quantum ad ea quæ ſuperaddebat legi naturali, vt ſunt cæremonialia & iudicialia, ſolus ille populus tenebatur: data enim lege, conceſſum eſt prærogatiua ſpecialia vt ille populus cæteris gentibus ſuperemineret ratione ſanctitatis Patriarcharum & Prophetarum, tum etiam ob reuerentiam Chriſti qui in lege veteri includebatur: ſicut modo clerici prærogatiuam quandam habent ſupra laicos, & religioſi inter ſæculares. Vnde, ſicut totus populus nunc non tenetur legibus clericorum, ita & tunc nec totus orbis legibus Iudæorum tenebatur.

Circa primam concluſionem, dubium eſt, An Gentiles tunc ad decem præcepta tenerentur eodem modo quo Iudæi? S. Thom. videtur affirmanter reſpondere. Sed nos dicimus quantum ad genus obligationis, totum orbem teneri ſub pœna mortalis: ius enim naturæ omnes obligat, præcepta enim illa ſunt de grauiſſimis rebus, & inferuntur ex iure naturali, ergo omnes obligant ſub pœna mortalis. Eſt tamen duplex differentia. Prima, Gentiles aliquod illorum præceptorum forſan poterant inuincibiliter ignorare, vt an fornicatio ſimplex peccatum eſſet, quod paganus ſtando in lege naturæ ignorauit, vel ſumere alienum in graui neceſſitate, quia hæc non euidenter deducuntur ex principiis naturalibus: Iudæi tamen id non poterant inuincibiliter ignorare, quia lex iam erat illis expreſſa. Secunda differentia quia Iudæi grauius peccaſſent quàm Gentiles, etiam quàm illi qui non ignorabant; Ratio eſt: quia præceptum diuinum aliquid addebat ſupra ius naturale. Et hoc eſt quod Paulus inquit, Lex ſubintrauit vt abundaret delictum.

Circa ſecundam concluſionem, dubium eſt, An Gentiles legem Iudæorum poſſent recipere? Dico duo, primum, leges cæremoniales Iudæorum poterant recipere tanquam leges poſitiuas proprias, & in ſuis ciuitatibus illas ſtatuere: ſed tunc non eſſent illis leges diuinæ, neque circunciſione illis deleretur originale, quia ad illum effectum ſoli populo Iudæorum fuit lex data, & illis qui in ſuam coloniam tranſirent. Secundò dico, quòd Gentiles ſi velint ad coloniam Iudæorum tranſire, & legem ſcriptam recipere, poterant: quia ita diſpoſitum eſt Exodi 12. Sed an legem Iudæorum poſſent in partem recipere, & non in totum? Verbigratia. An poterant circunciſionem, tanquam legem diuinam, recipere, & tamen quo ad omnes alias cæremonias non tenerentur? Ad hoc dico, eſſe valde probabile, & veroſimile, poſt legem datam nullum circuncidi potuiſſe tanquam de lege diuina, & vt populus Iudæorum faciebat, quin ad totam legem Iudæorum teneretur, quod ex Paulo conſtat, qui ad Galatas, qui circuncidi volebant ait, Quòd talis *debitor eſt vniuerſæ legis*. Tum etiam, quia ſicut nunc baptiſmus eſt profeſſio totius legis Chriſtianæ, ita & tunc circunciſio: baptizatus autem ad totam Euangelicam legem tenetur, ergo & circunciſus ad totam legem ſcriptam tenebatur.

Exod. 12.

Galat. 5.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondemus, quòd quando inquit, lex Moſis minora præcipit quàm lex naturæ, intelligi debet, quo ad vim punitiuam: multa enim impune permittebat, quæ tamen apud Deum culpa non carebant. Et ideo Chryſoſtomus prudens dixit, quòd lex vetus permiſit illos pecuniis frui, & libellum repudij dare, & ſcribere, ſicut & lege etiam Euangelica lupanaria permittuntur ad maiora mala euitanda: vnde ſicut lex Euangelica illa quæ permittit non approbat, ſic & lex vetus.

SEPTIMVM QVÆSITVM.

An cæli ob peccatum Adæ corruptibiles & diſſolubiles effecti ſint.

CHryſoſtomus Homil. 14. in Epiſtolam ad Roman. in enarratione huius clauſulæ, *Vanitati creatura ſubiecta eſt non volens*, ſentire videtur, elementorum & cœlorum corpora ob primi hominis peccatum facta eſſe corruptioni & interitui obnoxia, quodque incorruptionem & immortalitatem recipient in reſurrectione vltima. Verba eius hæc ſunt, Quid hoc ſibi vult, vanitati creatura ſubiacet, corruptibilis effecta eſt, inquit, cuius rei gratia, & quamobrem? Propter hominem: nam poſtquam corpus tuum mortale feciſti, atque paſſibile, terra ipſa quoque maledicto ſubiecta, ſpinas protulit & tribulos: quòd autem & cœlum vnà cum terra ſeneſcens tandem in meliorem ſtatum ſit transferendum, audi Prophetam dicentem, *Domine ab initio tu terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli, tu autem permanes & ipſi peribunt, & omnes vt veſtimentum veteraſcent, & tanquam veſtem mutabis eos & mutabuntur*. Eſaias quoque eadem aſſerit dicens, Suſcipite cœlum, & reſpicite terram, quoniam cœlum vt fumus deficiet, terra ſicut

Pſal. 101.

Eſa. 51.

veſtimen-

veſtimentum ſeneſcet, qui autem ipſam incolunt inſtar illorum peribunt. Vidéſne vt vanitati ſeruiat vniuerſitas, & quo pacto liberanda ſit à corruptione? ille enim ait tanquam veſtem mutabis eos, & mutabuntur. Eſaias autem dicit, Qui verò terram incolunt, inſtar illorum, peribunt, non penitus abolenda ſignificans, ſed temporalis eorum interitus erit per quem etiam ad immortalitatem tranſibunt, quemadmodum & natura omnis condita. Et infra concludit, Quid doles in rebus aduerſis? An non tu tui ſolius cauſa pateris? Mundus autem propter te omnis, & ſi mundus ipſe ſperat atque confidit, ſcilicet, quòd in melius commutabitur qui propter te conditus eſt, multo magis & tu ſpem alere debes, ob quem mundus bonis illis fruetur: ſic & parentes facere conſueuerunt vbi filius in altiori gradu collandus ſit, ſeruos enim nouis & ſplendidioribus veſtibus induunt, ad gloriam eius, ſic igitur & Deus fabricam hanc induet immortalitate in libertatem gloriæ filiorum. Hom. 10. ad populum Antioch; appoſuit verba his conſona, dicens: Deus mirabilem & magnum fecit mundum, ſed corruptibilem & marceſcibilem, & ipſius imbecillitatis multas miſcuit demonſtrationes: Dauid enim demonſtrans quod etſi pulchrum & magnum, tamen eſt corruptibile: ſic inquit, *Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut operturium mutabis eos, & mutabuntur.* Et de ſole inquit, idem, *Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit, vt gigas ad currendam viam.* Vidiſti ipſe pulchritudinem? vidiſti magnitudinem? vide & imbecillitatis eius demonſtrationem: Nam de hoc Sapiens dicebat, *Quid lucidius ſole? & hic deficiet.* Et infra, Non de cœlo & terra ſigillatim vobis dicemus, ſed de omni pariter creatura, de qua Apoſtolus, Omnis creatura corruptioni nunc ſeruit, ſed expectat quod liberabitur à ſeruitute corruptionis, quando reſurgemus.

[Pſal. 101.] [Pſal. 18.] [Eccleſ. 17.] [Rom. 8.]

Ambroſius lib. 1. Hexameron, cap. 6. refellens eos qui cœlos ponunt incorruptibiles, & ex quinta quadam ſubſtantia conſtantes, ita ſcribit, Aethereum corpus cœli ſtellarumque philoſophi arbitrati ſunt quintam quandam naturam corporis eſſe, quo diuturnam cœli putarent manſuram eſſe ſubſtantiam. Sed non iſta opinio propheticæ potuit obuiare ſententiæ, quam diuina Ieſu Chriſti maieſtas in Euangelio comprobauit. Dixit enim Dauid, *Principio tu terram fundaſti Domine, opera manuum tuarum ſunt cœli,* &c. Quod adeo probauit in Euangelio Dominus, vt diceret, *Cœlum & terra tranſibunt, mea autem verba non tranſibunt.* Nihil ergo agunt qui propter cœli aſſerendam perpetuitatem, quintum corpus Aethereum introducendum putarunt. Præterea B. Petrus Epiſtola 2. de cœlis, hoc teſtimonium reliquit, *Adueniet dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient, terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera exurentur.* Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus, expectantes aduentum Dei Domini, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. Nouos verò cœlos & nouam terram, iuxta promiſſum ipſius, expectamus. Ad hæc dilectus in Apocalypſi. *Vidi cœlum nouum, & terram nouam, primum enim cœlum & prima terra abiit.* Et Iſaias, *Leuate in cœlos oculos veſtros, & videte ſub terra deorſum, quia cœli ſicut fumus liqueſcent.* Et rurſus, Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam. Ex quibus apparet, quòd ob peccatum Adæ cœli corruptibiles & diſſolubiles erunt.

[Pſal. 101.] [Lucæ 21.] [2. Petri 3.] [Apoc. 21.] [Eſai. 51.]

Clemens volumine 2. Recognitionum introducit Petrum Apoſtolum duos cœlos docentem, vnum ſuperius, & inuiſibile, perpetuum, & æternum, quod ſpiritus beati incolunt: alterum inferius, viſibile, varijs diſtinctum ſyderibus, corruptibile, & in conſumatione ſæculi abolendum, vt velamine eo amoto, cœlum illud excelſius his appareat, qui eius conſpectu digni ſunt. Deinde lib. 3. einſdem operis introducit Simonem Magum ſententiæ eius repugnantem, & inquit, At Simon ait, reſponde mihi, & dic ſi viſibile iſtud (vt vis) cœlum reſoluetur cur ex initio factum eſt? Reſpondit Petrus, Propter vitam præſentem hominum factum eſt, ne quis forte indignus habitationem cœleſtium, & Dei ipſius ſedem videret, quæ his ſolis qui mundo corde ſunt videnda præparantur. Simon ait, Si conditor bonus eſt, & mundus bonus, quomodo bonus bona diſſoluet aliquando? Si autem quaſi malum deſtruit, quomodo non videbitur malus, qui malum fecit? Petrus ad hæc, Audi cœlum illud, quod viſibile eſt, & pertranſit, ſiquidem propter ſemetipſum factum eſſet, reſolui minime deberet: ſi verò propter aliud, & non propter ſe factum eſt, neceſſario ſoluetur, vt illud pro quo factum videtur, appareat. Sicut, verbi gratia, dixerim, teſta ouorum quamuis pulchre facta & diligenter formata videatur, neceſſe eſt tamen eam frangi & reſolui, vt inde pullus procedat, & illud pro quo totius oui forma expreſſa videtur, appareat: ita ergo & huiuſmodi neceſſe eſt tranſire ſtatum, vt ſtatus ille ſublimior regni cœleſtis effulgeat.

Hieronymus lib. 14. in Eſaiam refert hanc opinionem Clementis à quibuſdam fuiſſe comprobatam præſenti Petri teſtimonio. *Cœli qui nunc ſunt, & terra reſeruata igni, & elementa ardentia ſoluentur.* Itemque Pauli authoritate dicentis, præterit figura mundi huius contemplantibus nobis non quæ videntur, ſed quæ non videntur: quæ enim videntur temporalia ſunt, quæ non videntur, æterna. Et rurſus Eſaiæ vaticinatio clamantis, Cœli ſicut fumus liqueſcent. Quod Aquila & Simmachus verterunt, Cœli comminuentur in nihil, & in ſalis modum conterentur, & euanaſcent, & notat Hieronymus, hanc fuiſſe philoſophorum quorundam opinionem exiſtimantium omnia quæ cernimus igne peritura. Euſebius lib. 15. Euangelicæ præparationis ſcribit hanc fuiſſe Stoicorum doctrinam, in quibus omnium vetuſtiſſimè Zeno, Cleantes, & Chryſippus, tradiderunt, omnia poſt longos æui circuitus in ignem æthereum reſoluenda.

[2. Petri. 3.] [2. Cor. 7.]

Oecumenius propoſitum Petri locum in Collectaneis ſuis examinans, contrariam affirmat, ſ. Cœlos neque perituros, neque abolendos, ſed tantum flammarum exuſtione purificandos: vt ſic purgati incorruptibiles & immortales fiant. Sic enim habet, Porrò, quòd huius vniuerſi fiat corruptio, nòn ſolùm Chriſtianis, verum etiam Græcorum ſapientibus videtur, quemadmodum Heraclito Epheſio, & Empedocli. Aetneo. Sed dicet aliquis, & quæ fuit ratio vt conderetur, ſi rurſus oportebat ad nihilum redigi mundum? Dicimus, quòd non penitus ad corruptionem tendet mundus, ſed ad renouationem: ſicut igne fundere ſolemus res quaſdam corporeas, non vt abſolutum interitum eis tribuamus, ſed vt puritatem ac ſinceritatem eis præſtemus.

Auguſtinus in lib. 20 de Ciuitate Dei, cap. 24. aſſerit ſuperiores cœlos nec ſupremo illo incendio purgandos, neque ab ignibus attingendos, ſed tantum cœlos aereos, & elementa duntaxat conflagratione ignis renouanda. Exponens enim locum Petri adductum, ſic ait, In epiſtola Petri Apoſtoli vbi aqua inundatus qui tum erat perijſſe dictus eſt mundus: ſatis clarum eſt quæ pars mundi toto ſignificata eſt, & quatenus periiſſe dicta ſit: & qui cœli repoſiti igni reſeruandi in diem iudicij. Et perditiones impiorum, in eo quòd paulò poſt ait, Veniet dies Domini vt fur, in quo cœli

magno impetu tranſcurrent, elementa autem A
ardentia reſoluĕtur, &c. Poſſunt illi cœli intelligi
perituri, quos dicit repoſitos igni ſeruandos, & ea
elementa accipi arſura quę in hac ima mundi parte ſubſiſtunt procelloſa & turbulenta, in qua eoſdem cœlos dixit eſſe repoſitos, ſaluis illis ſuperioribus, & in ſua integritate manentibus, in quorum firmamentô ſunt ſydera conſtituta.

Doctores Scholaſtici diſputant materiam hanc 4. ſent. diſtinct. 47. & S. Thom. in ſupplemento 3. partis, 4. diſtinct. 47. & in qq. diſputatis quæſtio. 5. ad quintum, ſextum, & ſeptimum. Et ad quæſtionem: An motus cœli quandoque deficiet? Reſpondet, quòd ſecundum documenta ſanctorum, affirmandum eſt, motum cœli aliquando ceſſaturum, quamuis magis fide teneatur, quàm ratione demonſtrari poſſit. Suadetur tamen, quia natura nunquàm inclinat ad motum propter mouere, ſed propter aliquid determinatum, quod ex motu conſequitur: ſicut natura grauis incli- B
nat ad quietem in medio, & per conſequens ad motum qui eſt deorſum, ſecundum quod tali motu in talem locum peruenitur: cœlum autem non peruenit ſuo motu in aliquod vbi, ad quod per ſuam naturam inclinetur, quia quodlibet vbi, eſt principium & finis motus: vnde ſuus motus non poteſt eſſe naturalis, quaſi ſequens inclinationem ſuæ naturæ: ſicut eſt ignis cuius motus naturalis eſt ſurſum ferri: & ideo principium motus & quietis cœli, eſt ſubſtantia aliqua ſeparata vt Deus vel intelligentia. Et quia omne agens propter finem agit, conſiderare oportet, quis ſit finis motus cœli: & conſtat, quod non ponitur motus cœli propter aliquid vilius, nam cùm finis ſit vnde ratio ſumitur, oportet finem præeminere his quæ ſunt ad finem, generatio autem iſtorum inferiorum non eſt finis motus cœli, ſed effectus eius vel terminus, quia cœlum his inferioribus præeminet, & motus eius motionibus & mutationibus horum. Neque ponitur C
finis motus cœli propter aliquid infinitum, nihil enim mouetur ad id, quod eſt impoſſibile ipſum conſequi, pertingere autem infinitum impoſſibile eſt. Et ideo ſententia communis eſt, quòd motus cœli eſt propter implendum numerum electorum. Anima verò rationalis nobilior eſt ipſo cœlo, impleto ergo numero electorum, motus cœli ceſſabit.

An verò ceſſante motu cœli, remaneat actio & paſſio in ipſis elementis, reſpondeo, quòd motus cœli cùm ceſſet, ceſſabit actio & paſſio in elementis, quæ motus communicat, & ad generationem attinet, & tranſmutationem materiæ: nam ſicut habetur in libro de cauſis, Quando cauſa prima retrahit actionem ſuam à cauſato, oportet etiam quòd cauſa ſecunda in virtute cauſæ primæ, retrahat actionem ſuam ab eodem, eo quod cauſa ſecunda agit: cùm autem omne agens agat D
ſecundum quod eſt in actu, corpora autem inferiora minus habent de actualitate quàm corpora cœleſtia, eo quòd materia ſubſtans vni formæ, remanet in potentia ad aliam formam, corpora verò cœleſtia non ſunt in potentia ad aliam formam, quia ea potentialitas eſt terminata per formam quam habet; Subſtantiæ verò ſeparatæ ſunt perfectiores in actualitate quàm corpora cœleſtia, quia non ſunt compoſitæ ex materia & forma, ſed ſunt per ſe ſubſiſtentes: quæ tamen deficiunt ab actualitate Dei qui eſt ſuum eſſe. Elementa ergo agunt in virtute corporum cœleſtium, & corpora cœleſtia in virtute ſubſtantiarum ſeparatarum: vnde ceſſante actione ſubſtantiæ ſeparatæ, oportet quòd ceſſet actio corporis cœleſtis, & ea ceſſante, oportet quod ceſſet actio corporis elementalis in operibus potentiarum animæ. Hoc videre poſſumus, Senſus enim communis vna eſt ei conueniens actio ſecundum naturam propriam, alia ſecundum quod continuatur rationi & imaginationi in qua eſt aliquod iudicium. Similiter & ignis ſuo calore tranſmutat materiam ex virtute corporis cœleſtis, & corpora viſibilia multiplicant ſuas ſpecies in medio virtute luminis, cuius fons eſt in cœleſti corpore, vnde ſi actio vtraque corporis cœleſtis ceſſaret, nulla actio in iſtis inferioribus remaneret, ſed ceſſante motu cœli, ceſſabit prima actio per quam tranſmutatur materia, quam ſequitur generatio & corruptio. Ex quo fit conſequens, quòd ceſſante motu cœli, non erit actio & paſſio in elementis, & per conſequens neque generatio, neque corruptio.

Sed an plantæ, & bruta animalia, & corporea mineralia, remaneant poſt finem mundi, reſpondeo, in illa mundi innouatione nullum corpus mixtum remanere præter corpus humanum, Pro cuius probatione ſupponendum eſt, prius conſiderandam eſſe rationem cauſæ finalis, deinde principia materialia & formalia, poſtmodum verò cauſas mouentes, vt philoſophus docet 2. Phyſic. Finis autem mineralium corporum, & plantarum, & animalium duplex poteſt conſiderari, vnus in quantum ſunt quidam particulares effectus cauſarum vniuerſalium, qui non pertinent ad perfectionem vniuerſi ſimpliciter, ſed in quantum ſub motu primæ cauſæ exiſtunt, & ab intelligentia mouente cœlum, & ideo ceſſante motu & mutabilitate vniuerſi, oportet, quòd omnia prædicta ceſſent: alius finis eorum quæ Deus condidit, eſt homo, quia philoſophus in ſua Politica dicit, ea quæ ſunt imperfecta in natura, ordinantur ad perfecta ſicut ad finem, vnde animalia cùm habeant vitam imperfectam reſpectu vitæ humanæ, quæ ſimpliciter perfecta eſt: & plantæ reſpectu animalium, ſunt enim propter animalia præparatæ eis in cibum, animalia verò propter hominem neceſſaria ei ad cibum, & ad alia auxilia humana: iſta autem neceſſitas eſt durante vita animalis hominis, quæ in illa rerum innouatione tolletur, quia corpus non reſurgit animale, ſed ſpiritale, 1. Corinth. 15. Et ideo tunc etiam animalia & plantæ ceſſabunt. Hoc idem inuenitur ex conſideratione cauſæ mouentis: eſſe enim plantarum & animalium, quoddam viuere eſt, quod in rebus corporalibus ſine motu non exiſtit: vnde ceſſante motu cordis, animalia deficiunt, & planta, ceſſante nutrimento. In his autem rebus non eſt aliquod principium motus non dependens à primo mobili, quia ipſæ animæ animalium & plantarum totaliter ſubijciuntur impreſſionibus corporum cœleſtium, vnde motu cœli omnino ceſſante, non poterit in eis motus remanere neque vita. Ex quo patet, quòd in illa mundi innouatione res prædictæ non poterunt remanere.

Sed an corpora humana motu cœli ceſſante maneant? Reſpondemus, quod cùm ad perfectionem vniuerſi & naturæ hominis attineant, ea manere poſt finem mundi motu cœli ceſſante, non eſt inconueniens. Vnde ſanct. Thom. 1. p. q. 77. ar. 8. probat, intellectum & voluntatem neceſſe manere in anima à corpore ſeparata, & ipſo corrupto, quia comparantur ad ſolam animam ſicut ad ſubiectum, & tales neceſſe eſt quod corpore deſtructo in anima maneant. Secus eſt de potentiis ſenſitiuis, quæ ſunt in coniuncto principio ſicut in ſubiecto, deſtructo autem ſubiecto non poteſt accidens remanere, ſed tantum manet in anima ſicut in principio vel radice. Et ideò falſum eſt quod quidam dicunt, actus potentiarum ſenſitiuarum remanere in anima ſeparata, quia talium potentiarum nulla eſt actio niſi per organum corporeum.

Pro defenſione Chryſoſtomi dicimus primo, Doctores Scholaſticos ſecutos fuiſſe ſententiam Auguſtini, vtpote rationabiliorem & magis conſonantem verbis Petri, qui ſeipſum explanans, oſtendit, ſe non loqui de cœlis ſydereis, ſed aëreis, & terris, quæ olim inundatione diluuij perierant, inquiens, Cœli prius & terra per aquam perierant, atque in hunc ſenſum expoſuerunt quod in præmiſſis Diuinæ ſcripturæ oraculis dictum eſt, cœlos ſeneſcere, atteri, liqueſcere, diſſolui, mutari, tranſire, deficere, & perire.

Secundo dicimus, duplicem eſſe mutationem, ſenium, & interitum, vnum, quod res mortales corrumpit & abolet, qualis in cœlis non eſt, alterum ſimilitudinarium, quod ceſſationem à priſtino vſu, & iuxta Hieronymum, commutationem in melius deſignat, ſeneſcent igitur & interibunt, non ea vetuſtate qua animalia & plantæ ad interitum tendunt, ſed ceſſatione vſus, quia vt diffiniuimus, eorum ceſſauit vſus, hominibus enim in ęternam fœlicitatem aſſumptis, nullus erit amplius vſus motus cœleſtis lucis atque caloris, quibus vita mortalium fouetur.

Tertio dicimus, quòd interibunt mutationis & renouationis interitu, eo modo quo Hieronymus lib. 18. in Eſaiam expreſſit his verbis, Ipſi peribunt, tu autem permanes, &c. In quo perſpicuè demonſtratur, perditionem & interitum, non abolitionem in nihil, ſed commutationem ſonare in melius, neque enim illud quod in alio loco ſcriptum eſt, *Luna fulgebit vt ſol, & ſeptuplum lumen accipiet,* &c. (Eſa. 30) interitum ſignificat priſtinorum, ſed commutationem in melius. Quod vt intelligi poſſit, noſtræ conditionis ponamus exempla. Infans cum in puerum creuerit, & puer in iuuenem, & iuuenis in virum, & vir in ſenem, nequaquam per ſingulas ætates perijt: idem enim eſt qui prius fuit, ſed paulatim immutatur, & ætati priſtinæ periiſſe dicitur. Quod intelligens & Paulus Apoſtolus inquit: præterit figura huius mundi; conſideremus quod dixerit, figura præterit, non ſubſtantia. Hoc idem ſignificat & Petrus dicens, Latet eos hoc volentes, quoniam cœli erant ab initio, & terra de aqua & per aquam, per quæ prior mundus diluuio perijt, cœli autem qui nunc ſunt, & terra eadem ratione ſeruantur igne. Quod quo ſenſu accipiendum ſit poſtmodum docet, Nouos autem cœlos & nouam terram videbimus. Non dixit alios cœlos & aliam terram videbimus, ſed veteres & antiquos in melius commutatos.

OCTAVVM QVÆSITVM.

An æterna gloriæ priuatio gehenna pœna ſit grauior.

CHryſoſtomus Homil. 14. in verba illa, *Secundum Deum poſtulat pro ſanctis,* Rom. 8. non longè à fine, ad peculiarem ſibi ſententiam recurrens ait, diuinæ gloriæ priuationem & damni pœnam quauis gehenna grauiorem: & alienationem ab æterna quiete quibuſlibet ſupplicijs deteriorem. Vide ſuprà ſecundo tomo ad quintum quæſitum.

NONVM QVÆSITVM.

An prædeſtinatio ſit ex meritis prædeſtinatorum præuiſis.

CHryſoſtomus Homil. in Epiſtolam ad Rom. hunc locum, *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui,* pertractans, inſinuare videtur æternam Dei erga ſuos dilectionem, electionem, prædeſtinationem, & temporalem vocationem, oriri ex meritis electorum ab æterno in diuina præſentia præuiſis. Vide ſuprà ſecundo tomo, ad decimumtertium. Et aduertendum, quod Concilium Tridentinum (Concil. Trident.) Seſſion. 6. cap. 12. circa temerariam præſumptionem prædeſtinationis his verbis diffiniuit. Nemo quoque, quamdiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ prædeſtinationis myſterio vſque adeò præſumere debet, vt certo ſtatuat ſe omnino eſſe in numero prædeſtinatorum, quaſi verum eſſet quòd iuſtificatus aut amplius peccare non poſſit, aut ſi peccauerit, certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat: nam (niſi ex ſpeciali reuelatione) ſciri non poteſt, quos Deus ſibi elegerit.

DECIMVM QVÆSITVM.

An præcepta legis diuinæ ex ſolis naturalibus viribus poſsint impleri.

CHryſoſtomus Homil. 3. in priorem ad Corinth. hunc locum, *Obſecro vos per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti.* 1. Corinth. 1. enarrans, ſentire videtur, quòd multi Gentilium philoſophorum ſola naturali ratione adducti præcepta legis diuinæ, non ſolùm impleuerint, ſed etiam tranſcenderint. Sic enim habet, Nónne Deus legem tulit & ſcriptam & naturalem? nónne filium miſit? nónne ſigna fecit? nónne cœli regnum pollicitus eſt? nónne præcepta eius adeo leuia ſunt? vt multi philoſophica tantum ratione ea exceſſerint.

Doctores Scholaſtici quæſtionem hanc diſputant, 2. ſentent. diſtinct. 28. & ſanct. Thom. 1. 2. quæſt. 109. artic. 4. vbi ad quæſtionem, An homo per ſua naturalia ſine gratia præcepta legis poſſit adimplere, ſuppoſita diſtinctione, reſpondet per tres Concluſiones. Dupliciter enim præceptum adimplere poſſumus, vno modo quantum ad operis ſubſtantiam, hoc eſt quando quis opus iuſtum facit, vtpote parentes honorando, & ſic eſt prima Concluſio. Quòd Adam in ſtatu naturæ integræ omnia mandata legis potuit quantum ad ſubſtantiam adimplere. Secunda Concluſio, Homo in ſtatu naturæ corruptæ ex naturalibus non poteſt omnia adimplere. Probat ambas concluſiones, Quia præcepta omnia ſunt de lege naturæ, quando ergo natura erat ſana & integra, homo ex naturalibus poterat omnia adimplere, nunc verò quia natura eſt infirma, & vires eius ſunt diminutæ, licet poſſit ſingula, omnia tamen adimplere non poteſt. Secundo modo, conſiderare poſſumus adimpletionem mandatorum quantum ad modum agendi & operandi, & ſic conſiderando eſt tertia concluſio. Quantum ad modum agendi, id eſt, vt in charitate fiant, hoc modo in nullo ſtatu potuit homo ex naturalibus aliquod mandatum Diuinum adimplere. Ratio eſt: quia illud eſt opus ſupernaturale, ſi ergo vires naturales excedit, ergo ſine auxilio Diuinæ gratiæ adimpleri nequit. Circa hanc tertiam aſſertionem eſt dubium, videtur enim quòd Adam ex naturalibus poterat in charitate mandata omnia adimplere, poterat enim ex naturalibus Deum perfectè diligere, Deum autem perfectè diligere, idem eſt, quòd charitatem habere, reſpondeo ſecundum S. Thom. nomine charitatis intelligi habitum infuſum, qui verè nos Dei amicos efficit, & ideò licet Adam dilectione naturali quæ amorem dicit cum adimpletione præceptorum, potuit Deum perfectè diligere, charitatem tamen ſimpliciter & abſolutè, quæ in finem ſupernaturalem hominem ordinat, ex ſuis naturalibus habere non potuit.

Dubium maius eſt circa primam & ſecundam Concluſionem de præceptis fidei & ſpei, quæ ope-

ra ſupernaturalia eſſe videntur: an quantum ad ſubſtantiam homo ſine gratia poſſit illa adimplere. Et quia de hoc ſunt variæ ſententiæ Doctorum Scholaſticorum, ideò reſpondeo per ſequentes propoſitiones.

1. Propoſitio. Prima propoſitio. Non eſt idem præceptum fidei adimplere, & ſufficienter ad ſalutem credere, probatur enim, non poſſumus ſufficienter ad ſalutem credere, niſi per habitum fidei infuſum: illum autem ex naturalibus non poſſumus habere, hic enim fuit error Pelagij qui prius affirmauerat, quòd ex operibus naturaliter poteramus gratiam habere, poſt verò à Patribus & Concilijs conuictus id retractauit. Deinde verò aſſeruit, quòd ſaltem ex naturalibus iuſtificationem inchoare poſſumus, puta credere, & propter meritum fidei gratia nobis confertur. In quo errore fuit aliquando Auguſtinus: ſed poſtea lib. 1. Retractat. retractauit, affirmans, quòd nedum credere, ſed neque inchoare ex naturalibus poſſumus, iuxta ſententiam Apoſtoli, 2. Corinth. 3. *Non ſufficientes ſumus cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*. Et ad Epheſ. 2. *Gratia eſtis ſaluati per fidem, & non ex vobis, Dei enim donum eſt*. Et Ioann. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum*. Ex quibus concluditur, quòd ex naturalibus non poſſumus ſufficienter ad ſalutem credere.

2. Cor. 3. Epheſ. 2. Ioan. 6.

2. Propoſitio. Secunda propoſitio, de modo credendi, hoc eſt, quòd fide viua & formata credamus, præceptum non habemus. Ratio eſt: quia præcepta non dantur de habitibus, & maxime ſupernaturalibus, ſed ſolum de actibus. Quinimò, Caietanus articulo hoc, aſſerit, non adimplere nos præceptum per infuſionem habitus, ſed per hoc quòd Deus nos efficit habiles & diſpoſitos ad hoc quòd ſufficienter ad ſalutem credamus.

3. Propoſitio. Tertia propoſitio, præceptum aliquod & ſpeciale eſt de ſuſcipienda fide, aſſertio hæc conſtat ex illo Matth. vltimo, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur: vbi præceptum de fide & ſpe manifeſtè traditur.

Matth. vlt.

4. Propoſitio. Quarta propoſitio, præceptum hoc ſpeciale de fide ſuſcipienda, quantum ad ſubſtantiam, ſine auxilio ſpeciali etiam manens in peccato, poteſt quis adimplere, ita quòd nouum peccatum excuſet, verbi cauſa; eſt hæreticus qui fidei habitum non habet, negabat articulum Trinitatis, vel Euchariſtiæ, occurrit caſus præcepti, dolet & confitetur articulum quem negabat, talis per actum credendi adimplere poteſt præceptum fidei, eſto, non habeat habitum infuſum: quinimò is qui nunquam fuit Chriſtianus ſi concionantem audiat, aſſentiri poteſt articulis fidei, licet baptizari & Chriſtianus fieri recuſet. Paruulus etiam ex parentibus Iudæis vel Gentilibus qui baptizatus non eſt, tamen inter Chriſtianos nutritus, vix poſſet Euangelio non credere quod diuulgari ſæpè inter Chriſtianos audiuit, licet propter metum vel finem alium temporalem baptizari recuſet.

5. Propoſitio. Vltima propoſitio, adhuc actum iſtum quantum ad ſubſtantiam ſine reuelatione illi vel alteri facta qui eum doceat, quis habere non poteſt: ſi enim Deus myſteria fidei orbi non reuelaſſet, nullus ex naturalibus credere poſſet. Ex quibus conſtat, quòd quis in peccato mortali manens, poteſt quantum ad ſubſtantiam præceptum fidei, ſicut & charitatis, vt aſſeruimus, adimplere. Et idem de præcepto ſpei affirmamus. De præcepto Sacramentorum eſt etiam dubium, ex eo, quia vſus & opera eorum videntur eſſe ſupranaturalia, vt eſt præceptum de Baptiſmo Euchariſtiæ & Confirmatione. Reſpondeo dubitationi huic, in communi & vniuerſali, nullum eſſe præceptum, nec de Sacramentis, neque de quauis alia materia, quòd quo ad ſubſtantiam ſine gratia non poſſit adimpleri: conſtat enim poſſe quempiam baptizari ſine intentione recta ſuſcipiendi baptiſmum, concubinarium tamen manentem, in quo obicem ponit gratiæ, & tamen præceptum baptiſmi adimplet. Idem etiam eſt de confeſſionis præcepto, ſtat enim quòd quis confiteatur cum obice alicuius mortalis, qui tamen auditur ab eccleſia, vel ſaltem cum ignorantia vincibili, quia exiſtimat ſe ſufficientem examinationem delictorum ſuorum feciſſe, qui tamen de facto non fecit, tum ſine gratia præceptum adimplet. Et idem omnino eſt de præcepto ſumptionis Euchariſtiæ in die Paſchatis ſancto.

Dubium maius eſt de præcepto contritionis, ſuppoſito quòd tale præceptum ſit, nec tamen ſine gratia adimpleri poſſe, quia contritio eſt dolor perfectus de peccatis reconcilians peccatorem & illum efficiens Dei amicum. Ad hoc reſpondemus primo, iſto modo accipiendo contritionem, non eſſe ſpeciale præceptum de contritione amplius quàm de habenda gratia, ſed tantum eſt neceſſarium neceſſitate finis, hoc eſt ad beatitudinem conſequendam. Secundo dico, licet eſſet tale præceptum, non tamen eſſe generale omnibus, quia poſſet quis adeo iuſtus & ſanctus, vt peccata non committeret, de quibus conteri tenetur. Et licet Doctores Scholaſtici contra hanc doctrinam affirment, eſſe præceptum de habenda gratia, & peccatum nouum illam non conſeruare: ſed nos dicimus, per hoc, quòd quis gratiam perdat, non peccare, ſed ſolùm quia contra aliquod præceptum delinquit. Et cæteri Doctores Scholaſtici in hoc differunt à ſancto Thoma, quia ſine diſtinctione aliqua affirmant, quòd poteſt homo bene moraliter agere, & adimplere ſingula, & omnia præcepta, & ſingula, & omnia præcepta euitare.

Ex quibus fit conſequens, quòd in omni lege etiam naturæ, potuerunt omnes homines ſalutem obtinere, dixi in lege naturæ, non tamen per eiuſdem naturæ vires, nam Dei gratia ſemper eſt res ſupernaturalis, quam idcirco ſine fide aliqua intellectus & ope diuina voluntatis motrice nemo vnquam adipiſci valuit. Et in hoc ſenſu intelligitur Dionyſius, ca. 9. cœleſtis Hierarch. vbi ait, multos Gentiles per Angelum fuiſſe in Deum reductos. Et Eccleſ. 17. In vnamquamque gentem propoſuit Deus rectorem, ac perinde ea quæ ad ſalutem ſufficiebant: nam in omni lege voluit omnem hominem ſaluum fieri, vſque ad Euangelicam, quæ omnibus eſt neceſſaria. Igitur ſi de Socrate, Platone, Ariſtotele, Catone, Seneca, & id genus Ethnicis præcipuis inter homines, explorare quis cupit, fuerint ne ingreſſi ſalutis viam, perpendendum primum eſt, an aliqua vitia admiſerint tam aperte cum naturali ratione repugnantia, vt nulla ignorantia excuſari poſſint: nam cùm tales inuenerimus, impietas eſt ſuſpicari fuiſſe ſalutem conſecutos: quare nullus idolatrarum excuſari potuit, neque eorum qui adulteria, furta, ac peiora flagitia ignorarunt. Secus ſi in aliqua ignorantia inuincibilis de facto reperta eſt, ſicut fortè Socrates, qui etſi venenum potauit quod re vera illicitum eſt, potuit tamen ignorantia excuſari, credens legem illam qua damnatus erat, fuiſſe iuſtam. Et ideò dicendum de Seneca, cui data fuit à tyranno mortis optio. At neque Catonem, neque aliorum quempiam qui mortem ſibi intulerunt, legitima ignorantia excuſat, quia lumen naturæ planè docet, nemini licere ſibi mortem inferre. De Platone lib. 8. de Ciuitate Dei diffiniemus, quid ſecundum ſententiam veterum Patrum ſentiendum ſit.

Quid ſentiendum de ſalute Philoſophorum.

Pro Chryſoſtomi defenſione aduertendum primo, quòd Auguſtinus libro de Hæreſibus, cap. 88. aſſertionem Chryſoſtomi videtur collocare inter

primos

primos ac præcipuos Pelagianorum errores, aſſerens, Pelagianos in tantum fuiſſe inimicos gratiæ Dei, quæ diffunditur in cordibus noſtris, vt ſine hac poſſe hominem credere, & facere omnia diuina mandata crediderint. Sunt qui exiſtiment verba Chryſoſtomi per hyperbolem dicta, vt ab eo qui exemplo ſolertiæ Gentilium, vellet ſocordiam Chriſtianorum confundere, & deſides eorum animos ad executionem Euangelicæ legis prouocare. Secundo, poſſumus eius verba ſic interpretari, vt dicamus, philoſophos non omnia, ſed quædam præcepta diuina impleuiſſe, & exceſſiſſe quo ad ipſam operam actionem, & externam rei geſtæ executionem: nam multi Gentiles abiectis prorſus diuitijs, paupertatem voluntariam elegerunt, & multi virginitatem ita ſeruarunt, vt occidi maluerint, quam ipſam perdere: & in hoc ſenſu intelligendus eſt Chryſoſtomus, philoſophos his actionibus exterioribus exceſſiſſe. At ſi eadem hæc opera conſideremus iuxta internum modum agendi, & rectum operandi finem, qui à nobis ſecundum regulam Chriſtianæ charitatis exigitur, negandum eſt eos nedum exceſſiſſe, ſed philoſophica tantum ratione, neque præcepta legis impleſſe: nequaquam enim credendum eſt, philoſophos talem animi caſtitatem, qualem à nobis exigitur, aſſecutos, quibus iniungitur, vt non ſolùm fornicatio, ſed ne immunditia quidem nominetur in nobis. Habuerunt illi portiunculam quandam caſtitatis, & carnis abſtinentiam, vt tantum à coitus libidine ſe coercerent: hanc autem internam mentis & corporis perfectam puritatem, non ſolùm corpore, ſed neque cogitatione aſſequi potuerunt.

VNDECIMVM QVÆSITVM.

An Chryſoſtomus Purgatorium agnouerit.

CHryſoſtomus Homil. 9. in priorem ad Corinth. explanans hunc locum, *Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* 1. Corinth. 3. ſic ſcribit, Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, hoc ſignificat, quod ipſe non ita peribit, quemadmodum opera, in nihilum rediens, ſed manebit in igne: ſalutem igitur rem hanc appellat, inquit, non ſimpliciter, propterea addit, quaſi per ignem. Etenim nobis conſuetudo dicendi eſt, in igne ſalua eſſe quæ non comburuntur, neque in cinerem conuertuntur. Noli igitur cùm ignem audis, in nihilum redire ardentes arbitrari. Quod ſi ſalutem tale ſupplicium appellat, noli admirari, ſolet enim in male ſignificantibus rebus, bonis vti nominibus, & in bene, malis, vt exempli gratia, captiuitatis nomen malæ ſignificationis nomen videtur, ſed in bona eo Paulus his verbis vtitur, *In captiuitatem redigentes intellectum in obſequium Chriſti:* 2. Cor. 10. contra in re mala, præclaro vtitur verbo, *Regnauit peccatum.* Rom. 5. Atqui regni nomen laudabilius eſt. Itidem hoc in loco, cùm inquit, ſaluus erit, nihil aliud quàm ſupplicij incrementum ſignificat, quaſi dicat, Ipſe perpetuò in ſupplicio permanebit, quibus verbis videtur purgatorium negare.

Diſputant Doctores Scholaſtici de purgatorio, 4. ſentent. diſtinct. 19. & ibidem ſanct. Thom. 1. 2. quæſtio. 89. artic. 2. circa quam quæſtionem, hæc perſtringam: Primum, an purgatorium ſit? Secundum, quo loco ſit? Tertium, an ibidem animæ purgentur? Quartum, quanto tempore ibi morentur. Circa primum, Purgatorium eſſe oſtendam ex verbo Dei expreſſo. Secundo, ex diffinitionibus Conciliorum, & traditione eccleſiæ. Tertio, ex ſententijs Patrum. Quarto, rationibus Theologicis, & ſolutione rationum hæreticorum. Et primo, purgatorium eſſe ſatis, conſtat ex illo, 1. Cor. 3. *Si quis ſuperædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fænum, & ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit, dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit: ſi cuiuſque opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet: ſi cuius opus arſerit detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Hoc autem poſtremum verbum intelligi nequit de opere quod arſurum eſt in inferno, quia inde nulla eſt redemptio, neque vllus inde ſaluus euadere poteſt, intelligitur ergo de homine illo, cuius peccatum in gehennæ purgatorio purgabitur, vt ſic purgatus in regnum recipiatur. Ideo ſanct. Thom. loco citato 1. 2. quæſt. 89. articulo 2. exploſis interpretationibus falſis diffinit, quòd verba Pauli non poſſunt alium ſenſum recipere, quàm quòd per aurum, argentum, & lapides pretioſos, intelligantur bona opera, quæ ſupra fundamentum fidei ſecundum diuerſos virtutis gradus extruuntur: per lignum autem, fænum, & ſtipulam, venialia peccata, quæ etiam ſuos habent gradus: nam ſicut hæc ſaluo ædificio comburi poſsunt, ita & veniales culpæ in purgatorio, ſalua fide firmata, ac perinde perſona. Secundus locus manifeſtus eſt, 2. Machab 12. 2. Mac. 12. vbi de fortiſſimo Iuda legitur, qui poſtquam cadauera quæ in prælio ceciderant ſepeliuit, collatione facta duodecim mille drachmas argenti miſit Hieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſe cogitans, vbi concluditur, quòd ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis orare, vt à peccatis ſoluantur. Hoc teſtimonium adeò eſt euidens, vt hæretici aliter illud refellere nequeant quam negando librum illum eſse Canonicum, Attamen licet viſque ad tempus Hieronymi ſub iudice lis fuerit, eccleſia tamen ſemper eum habuit vt Canonicum. Vnde Auguſtinus lib. 18. de Ciuitate Dei, cap. 36. ait, quòd libros Machabæorum non Iudæi, ſed eccleſia pro Canonicis habet. Et Hieronymus in prologo ſuper ſecundum eorum librum, ait, quòd licèt non habeantur in Canone Hebræorum, tamen ab eccleſia adnotantur inter hiſtorias diuinorum voluminum. Tertius locus eſt ex illo Matth. 12. Matth. 12. *qui dixerunt verbum contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei in hoc ſæculo, neque in futuro,* vbi Gregor. quarto lib. Dialogorum adnotauit aliqua leuia peccata remitti in futuro ſæculo per ignem purgationis, & refertur diſtinct. 25. Can. Qualis. Et rurſum in eodem Matth. Matth. 5. *Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo, ne fortè tradat te aduerſario iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris:* Amen dico tibi non exibis inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem. Beatus Ambroſius, & Doctores ſacri hunc carcerem purgatorium intelligi aſſerunt. Item, Thob. 4. *panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue,* vt ſcilicet, pauperes inde refecti, pro defuncti ſalute Deum deprecentur. Et Paulus, Philip. 2. *In nomine Ieſu omne genu flectetur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Palam eſt (quantum ad hos attinet) qui ſubtus terram in gehenna ſunt, quòd neque genua flectant nomini Ieſu, quin contra potius ipſum iugiter blaſphement. Et Ioann. in Apocalyp. Apoc. 5. *Et omnem creaturam quæ in cælo eſt, & ſuper terram, & ſubtus terram, & mare, & qui in eo ſunt, omnes audiui dicentes, Benedictio ſedenti in throno, & agno, benedictio & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum.* Triplicem hic ponit ordinem laudantium Deum, ſcilicet in cœlo beatorum, in terra iuſtorum, ſub terra purgandorum: damnati enim nedum laudant Deum ſedentem in throno, nec benedicunt, quin potius blaſphemant.

Secundo medio probatur Purgatorium eſſe, ex diffinitione Conciliorum. In Carthaginenſi Con-

cilio

Digitized by Google

cilio 1. & decreto Gelaſij & Innocentij primi, & Concilio Florentino, & Epheſino, inter Armenorum inſtructiones, vna eſt hæc, quòd qui in hac vita purgare peccata ſua non potuit, poſt tranſitum hinc conflagratione ignis purgatorij purgabitur, iuxta quod eccleſia in libris pſalmorum multa orthodoxa deſumit ad orandum pro mortuis, vt illud, De profundis clamaui ad te Domine, &c. & Circumdederunt me dolores mortis, & dolores inferni circumdederunt me. Inferni autem nomine non ſolum damnatorum locus, verum & quo iuſti etiam deſcendunt deſignatur, iuxta illud Geneſ. 37. Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Concilio etiam Conſtantienſi errores omnes Ioannis Hus, & Vuicleph, fuerunt damnati, quos Lutherus ſecutus eſt. Et inter articulos damnatos à Leone contra Lutherum hic eſt 4. & 37. & 38. Et nunc tandem Concilio Tridentino, Seſſione 6. Canon. 30. Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc ſæculo, vel in futuro in purgatorio, anteaquam ad regna cœlorum aditus patere poſſit, anathema ſit. Et rurſum Seſſi. 25. Decreto de purgatorio ſic diffinit, Cùm Catholica Eccleſia Spiritu ſancto edocta ex ſacris literis, & antiqua Patrum traditione in ſacris Concilijs, & nouiſſimè in hac Oecumenica Synodo docuerit, purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragijs, potiſſimum verò acceptabili altaris Sacrificio, iuuari, præcipit ſancta Synodus Epiſcopis, vt ſanam de purgatorio doctrinã à ſanctis Patribus, & ſacris Concilijs traditam, à Chriſti fidelibus teneri, doceri, & vbique prædicari diligenter ſtudeant. Et infrà. Curent autem Epiſcopi, vt fidelium viuorum ſuffragia, miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſynæ, aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus defunctis fieri conſueuerunt, ſecundum eccleſiæ inſtituta, piè ac deuotè fiant.

Concil. Trident. (margin)

Tertio medio id ſuadetur, ex communi conſenſu ſanctorum Patrum, Origines Homil. 6. ſuper Exodum, diſcutiens locum Pauli adductum, exponit, dicens, quòd Dominus purgauit filios Leui, ſed inquit, Cùm illuc venitur, ſi quis multa bona opera, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igne reſoluitur ac purgatur, & totum remanet aurum purum: & ſi quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, vt amplius decoquatur, vt ſi purum aliquid eſt auri, purgatum tandem reſideat: quod ſi aliquis illuc totus plumbeus venerit, fiet de illo hoc quod ſcriptum eſt, Demergetur in profundum tanquam plumbum in aqua validiſſima.

Origenes Homil. 6. (margin)

Chryſoſtomus, vt conſtet de purgatorio catholicè ſenſiſſe, & ea quæ nos diffiniuimus affirmaſſe, amplius eſt excutiendus, Hom. enim 32. in Matth. Cur poſt mortem, ait, tuorum pauperes conuocas? cur presbyteros vt pro eo velint orare obſecras? non ignoro te reſponſurum, vt defunctus requiem adipiſcatur, vt propitium iudicem inueniat. Et infrà, Nam ſi multæ barbaræ gentes vna cum defunctis res eorum cremare ſolent, quanto æquius tu defuncto filio tua tradere debes, non vt in aërem redigatur, ſed vt glorioſum magis illum reddas? Putas eum maculis inquinatum abijſſe: da ipſi ſua, vt illis ſe à maculis detergat; opitulemur igitur defunctis fratribus, pro ipſis memoriam faciamus. Nam ſi Iobi illius liberos patris victima purgauit, quid dubitas à nobis quoque ſi pro dormientibus offeramus, ſolatij quiddam illis acceſſurum? gratificari Deus propter alios alijs ſolet.

Hom. ead. (margin)

Homil. 13. in Epiſtolam ad Philippen. & Homil. 69. ad populum Antiochenum, Defleamus ait, illos mortuos, iuuemus eos pro viribus, procuremus illis aliquid auxilij, &c. Modicè quidem attamen viuemus, eos, quomodo, qua ratione peccantes adhortemur, & alios vt pro illis orent? pauperibuſque indeſinenter pro illis eleemoſynas demus. Habet res iſta nonnihil conſolationis: audi quippe quid Deus dicat, Protegam ciuitatem iſtam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Si memoria duntaxat iuſti tantum valuit, quando & opera pro tali viuunt, quid non poterunt? Non fruſtra ab Apoſtolis ſancitum eſt vt in celebratione venerandorum myſteriorum memoria fiat eorum qui hinc diſceſſerunt. Et Homilia 4. in Epiſtolam ad Hebræos, Dic mihi quid ſibi volunt in funere lampades iſtæ feſtiuæ? nónne ſicut athletas eos (defunctos) producimus? Quid etiam hymni? nónne vt Deum glorificemus, & Deo gratias agamus? Quid iam coronauit diſcedentem? quid iam à laboribus liberatum, de ſeruitute ducens apud ſe habet? nónne propter hoc pſalmi & hymni? nónne propter hoc pſalmodia iſta gaudentium? Et poſt pauca quid pſalmi illo tempore, *Reuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Et iterum, *Tu es refugium meum à tribulatione mea quæ circumdedit me,* intelligis quid ſibi volunt pſalmi iſti, &c. Et iterum pro qua re dic mihi presbyteros vocas & pſallentes? nónne vt conſolationem recipias? nónne vt honores decedentem?

4. Reg. 19. — Pſal. 114. — Pſal. 31. (margin)

Hieronymus in poſtremis verbis, lib. 18. ſuper Eſaiam refert quoſdam verba Pauli, 1. Corinth. 3. ſic intelligentes, vt colligerent quòd etiam ignis quo in inferno puniuntur peccata mortalia, quod intelligebat, per ligna, fœnum & ſtipulas, non ſit æternus; ſed tranſitorius, vt tandem damnati ſalui fiant. Contra quod ait, quod ſicut diaboli & omnium negatorum ac impiorum, qui dixerunt in corde ſuo non eſt Deus, credimus æterna tormenta, ſic peccatorum, & impiorum, & Chriſtianorum, ſcilicet, per fidem formatam, quorum opera in igne probanda ſunt atque purganda, moderatam arbitramur & mixtam ſententiam clementia iudicis.

Auguſtinus ſermone de commemoratione animarum, & de fide & operibus, & in Enchiridio, cap. 69. & refertur diſt. 25. quin aliud, ait, quòd qui in alium ſæculum diſtulit fructum conuerſionis, prius purgabitur igne purgationis qui non eſt æternus; & libro de cura pro mortuis agenda idem confirmat.

Ratione hoc idem probatur, ſuppoſito, iuſtitiam Chriſti non ſic nobis imputari, ac ſi nos illam exhibuiſſemus, illud enim eſt hæreticorum fundamentum ad negandas ſatisfactiones, & ſubinde purgatorium: nam ſi cùm primum quilibet poſt baptiſmum lapſus reunitur Chriſto, ſitque eius membrum, imputatur ei eius paſſio, veluti dum legitime baptizatur, profectò, nec vlla amplius ſatisfactione opus eſt in hac vita, neque purgatione in altera, ſed veritas Catholica eſt, quod ſolum in baptiſmo, vbi regeneramur in Chriſto, & commorimur, ac ſepelimur in illo, fit nobis illa pleniſſima paſſionis communicatio. Deinde non applicatur nobis niſi per pœnitentiam, & alia Sacramenta, quæ habent certum gradum gratiæ, ac perinde certum ſatisfactionis, aut ſecundum menſuram noſtrorum operum quæ Diuina ope maiora eſſe poſſunt & minora, quod negare, eſt facere omnes iuſtos æquales in ſanctitate, quæ eſt Lutherana blaſphemia. Hoc autem conſtituto, palam conſequitur, non ſemper per contritionem, aut Sacramentum pœnitentiæ remitti totam pœnam temporalem. Ex quo ſubinfertur, quod neque illud quod relinquitur, ſemper in hoc ſæculo per ſatisfactionem in integrum deletur. Præterea, cùm peccatum veniale natiuum etiam habet reatum pœnæ, & eiuſmodi peccata ſimul poſſint eſſe cum

gratia

gratia, ſit conſequens vt non omnis qui ex hac vita diſcedit prorſus ab his pœnarum maculis purgatus diſcedat. Hinc ergo argumentum inſurgit, Paradiſus cœleſtis, vbi diuina præſentia conſpicitur, ferre nequit, vt quiſpiam maculoſus in eum ingrediatur, vnde Eſa. 35. Via ſancta vocabitur, non tranſibit per eam pollutus: & Apocalyp. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. Sic & ad Epheſ. 5. ait Paulus de eccleſia ſponſa Chriſti, quæ illam ſanctam Ciuitatem ingreſſura eſt, quod Chriſtum eam ſanctificauit, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata: vbi denotatur, quòd non ſit cœlum ingreſſura, donec ſine macula ſit & ruga, ſicut de lauacro baptiſmi emerſit. Neceſſarius ergo eſt locus per quem fœlices animæ tranſeuntes à quocunque inquinamento quod diuinis oculis indignum eſt, purgentur. Et huic veritati concinit Malachias cap. 3. vbi ait, ipſe (ſcilicet Chriſtus) quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia.

Eſai. 35.

Apoc. 21.

Ad rationes hæreticorum. Argumentantur enim Lutherani ex illo Apocalyp. 14. Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit ſpiritus vt requieſcant à laboribus ſuis, ſed qui in charitate decedunt in Domino moriuntur, ergo nullus ei reſtat labor, atque adeo neque purgatorium. Reſpondetur verbum illud Apocalypſis ſic intelligendum, quòd morientes in Domino ſtatim ceſſant à labore merendi & demerendi quem habent in via, non tamen omnes à labore paſſionis qua vrgentur. Secundo argumentantur, quia nullibi in ſacra pagina legitur vbinam ſit locus purgatorij, nam illis verbis Matth. 25. ibunt in ignem æternum, ſolum ignis damnatorum deſignatur. Argumentum hoc petit quod ſecundo loco propoſuimus. De quo variæ fuerunt Doctorum ſententiæ: quidam enim opinati ſunt, lege communi vnumquemque illic purgari vbi deliquit, ſed hoc probabile non eſt, eo quod homo pro multis peccatis poteſt ſimul puniri, quæ diuerſis locis commiſit. Alij dixerunt, omnes puniri lege communi in aëre, vel in elemento ignis, eo quòd ſtatus eorum medius eſt inter noſtrum & beatorum, ſed neque hoc probabile eſt, quia non puniuntur pro charitate, qua nos excedunt, ſed pro peccato, quod in eis eſt infimum. Dicendum ergo, quod licet de hoc teſtimonium ſcripturæ non habeamus, neque ſit ratio conuincens, ex natura tamen rei ducuntur coniecturæ, quod lege communi eodem igne crucientur quo damnati in inferno: tum quod in ſcriptura non eſt alia mentio quàm ignis inferni: tum etiam quòd cùm in purgatorio fiat peccatorum punitio ſicut in inferno, videtur eidẽ igni competere. Neque opus eſt plures multiplicari, poſtquam non aliter differunt quàm quod vnus eſt æternus, alius eſt temporalis: vnde Greg. 4. lib. Dialog. Sicut ſub eodem igne aurum rutilat & palea fumat, ita ſub eodem igne peccator crematur, & electus purgatur. Eſt autem ille ignis corporeus, quandoquidem & corpora poſt reſurrectionem comburit, qui diuerſis nominibus iuxta atrocitatem quam exercet, nuncupatur, iuxta illud Pſalmiſtæ, ignis, ſulfur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. At verò quia pœna purgatorij ſolum eſt ad purgandum quod proprium eſt ignis, illa pœna ſoli igni tribuitur. Eſt igitur in medijs terræ viſceribus, nam & nomen inferni locum infimum ſonat, & vbique in ſacra pagina legitur in infernum deſcenſus, vt de Dathan & Abiron, Numer. 16. quòd deſcenderint viuentes in infernum. & Pſal. 54. vbi Pſalmiſta iniquis maledicens, ait, Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes. & Iob. 14. Vt in inferno protegas me. Et Dauid, Deus redimet manum meam de manu inferi, hoc eſt, de purgatorio & lymbo, quapropter ſinus purgatorij paulò eſt eleuatior quàm locus damnatorum, nempe vbi certa ſpes eſt beatitudinis, cui loco ſupereminet lymbus puerorum, quo ignis non attingit, nam ſupremus ſinus Abrahæ, hoc eſt, Patrum lymbus, iam ab orbe redempto vacuus eſt.

Tertio loco propoſuimus an animæ alibi quàm in purgatorio purgentur? Ad quod dico, de lege communi animas in purgatorio purgari, nam ex diſpenſatione ſpeciali probabile eſt, vt Hugo ait, in his locis, aliquando puniri vbi culpas commiſerunt. Et Gregor. in Dialogis narrat de quodam Epiſcopo Germano Capuano, quod purgabatur in balneis, quæ quidem diſpenſatio nonnunquam fit, vel ad viuorum inſtructionem, vel ad mortuorum ſubuentionem, vt viuentibus eorum pœnæ innoteſcant, qui ſuis ſuffragijs eos adiuuent. Adhibenda eſt tamen cautela, cùm anima alicuius defuncti viuentibus apparet, quia frequenter Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis, & falſo ſæpenumero mentitur, quia mendax eſt, & pater mendacij.

Ad vltimum quod propoſuimus, quanto tempore quis ſit in purgatorio: ratio dubitandi eſt, quia cùm peccata venialia tam leuibus ſatisfactionibus in hac vita purgentur, & pœna mortalibus remiſſis, non multum duris expietur, vt ieiunijs, eleemoſynis, orationibus, flagellis, & ſacrificijs, quomodo ſtat tantam pœnarum acerbitatem eiſdem peccatis in purgatorio eſſe decretam. Dico in primis pœnam hanc ſponte aſſumptam, quia voluntaria & meritoria eſt, majorem habere virtutem, quàm quæ à Deo infligitur in purgatorio: illa enim tantum eſt afflictiua & purgatiua, & nullatenus meritoria. Secundo dico, fortè Dei clementiam non ferre multo tempore amicos ſuos à ſuo conſpectu cohibere, & ideò ſapientiſſima eius prouidentia fuit, illas pœnas ad eos purgandos inſtituere, quæ breui tempore poſſent animas illinc purgare. Quapropter Doctores aliqui affirmarunt, nunquam aliquem in purgatorio viginti annis detentum, alij nec decem. Ratio eſt: nam cùm nemo illic ſit niſi Dei amicus, contritio eius: & poſt Chriſtum paſſum, ſacramenta, & ſuffragia, & bona opera quæ egit, ad cumulum ei ſatisfactionis accedunt. Nec credibile eſt, vt quos pœnarum accumulatione liberare Deus breuius inde potuit, temporis prolixitate detineat. Aduertendum tamen, quòd licet quis huic ſententiæ conſentiat, publicè tamen prædicari non conuenit, quia retrahit fideles à ſuffragijs defunctorum, & quod penitus ignoramus, tutius eſt vt Dei iudicio, qui omnia nouit, relinquamus.

Pro defenſione Chryſoſt. vidimus ex locis eius quæ adduximus ſententiam eius eſſe quam eccleſia Catholica tenet, veroſimile tamen ſit, Chryſoſtomum fuiſſe hoc loco abuſum, non vt expoſitioni Latinorum quam neque fortè viderat, contradiceret, ſed vt hinc arriperet occaſionem deterrendi quoſdam, qui id temporis credebant gehennæ ſupplicia aliquando, iuxta Origenis dogma, finem habitura.

A

DVODECIMVM QVÆSITVM.

An miſſa & publicæ preces lingua vulgari ſint dicendæ.

CHryſoſtomus Homil. 35. in illa verba, *Si orem lingua ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt, cæterum qui ſupplet locum idiotæ quomodo dicet amen ſuper tuam benedictionem, quoniam quid dicas neſcit,* 1. Corint. 14. Si inquit, Idiotam promiſcuam plebem vocat. monſtratque non leue incommodum eſſe, ſi, amen, dicere non poſſit, ſi enim peregrina lingua gratias agas, quam neque intellexiſſe, nec cæteris interpreteris, ſubiicere, amen, plebeius non poteſt. Et illud in ſæcula ſæculorum, qui finis precum eſt, audiens non dicet, amen.

Baſilius in libro quæſtionum ex varijs ſcripturæ locis, quæſt. 278. ſic loquitur, Quomodo ſpiritus a- B licuius, vt ait Paulus, orat, mens verò infructuoſa eſt. Reſpondeo, hoc de his qui in lingua audientibus ignota orationes edunt dictum eſt, quia cùm ignota fuerint præſentibus verba orationis, infructuoſa eſt mens orantis, cùm nemo vtilitatem capiat, cùm verò præſentes intellexerint orationem prodeſſe audientibus, potentem tunc is qui orat fructum habet, quòd hi qui vtilitatem capiunt meliores reddantur.

Caietanus in Commentarijs ſupra locum citatum Pauli, inquit, Ex hac Pauli doctrina habetur, quod melius ad ædificationem eccleſiæ eſt, orationes publicas, quæ audiente populo dicuntur, dici lingua communi clericis & populo, quàm dici Latine.

Communis conſenſus Doctorum ſacrorum & Scholaſticorum eſt in contrarium. Hoc enim dogma inuentum eſt à Luthero, qui hac vafritie, plebeios, ac rudes homines Theologos magnos effi- C cere contendit: in quo adeo profecit, vt qui in ſua ignorantia facile in fide eccleſiæ ſuſtinebantur, nunc in ſua iſta mirabili ſapientia, mirabiliter à Chriſti gremio exciderint. Quòd ergo conſilium hoc à ſpiritu veritatis non veniat, illud ſatis argumentum erat, quòd ab his profectum eſt, qui ſpiritu erroris aguntur. Tum etiam, quia merito damnandi ſunt qui ex ſuo capite moliuntur euertere & abrogare vetuſtiſſimam eccleſiæ traditionem, non ſolùm longa conſuetudine receptam, ſed & prudenti ratione firmatam. Viſum eſt enim antiquis eccleſiæ Patribus & Paſtoribus, vt Miſſarum & diuinarum laudum officia, his potiſſimum linguis celebrentur, quibus primum editæ ſunt ab earum authoribus, nempe à ſanctis Apoſtolis, eorumque diſcipulis, ac ſucceſſoribus, cùm ob eximiam, quæ illis debetur obſeruantiam, tum ob maiorem ſacrorum myſteriorum venerationem, D ne poſſint in foro & in compitis diuinæ ſcripturæ oracula, & myſtica Sacramentorum verba omni reuerentia & ſilentio digna, irridere, & in ludibrium vertere profani & impuri homines. Vnde Canticorum 4. eccleſia, & ſcriptura his titulis inſignitur: Hortus concluſus, & fons ſignatus, quia myſteria eccleſiæ non ſunt vulgaribus hominibus manifeſtanda, ne detur ſanctum canibus, aut margaritæ lutulentis ſuibus conculcandæ proiiciantur: ſignatus eſt iſte fons, qui tectus eſſe debet, ne veneno hæreticorum inficiatur, quod Spiritus diuinus nobis adumbrauit, Geneſ. 29. vbi habetur, quòd puteus grandi lapide claudebatur, & deuoluebatur à paſtoribus, vt oues adaquarentur, & poſtea rurſus imponebatur puteo grande illud operculum, ſignificans, ſcripturam ſacram non vulgari lingua tradendam, ſed à prædicatoribus tantum aperiendam.

A Tridentinum Concilium huic peſti ſubueniens, ſeſſion. 22. cap. 8. ſic diffiniuit, Etſi Miſſa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire viſum eſt patribus, vt vulgari paſſim lingua celebraretur. Quamobrem retento vbique cuiuſque eccleſiæ antiquo, & à ſancta Romana Eccleſia omnium eccleſiarum matre & magiſtra probato ritu, ne oues Chriſti eſuriant, néve paruuli panem petant, & non ſit qui frangat eis, mandat ſancta Synodus Paſtoribus, & ſingulis curam animarum gerentibus, vt frequenter inter miſſarum celebrationem vel per ſe, vel per alios, ex iis quæ in miſſa leguntur aliquid exponant, atque inter cætera ſanctiſſimi huius ſacrificij myſterium aliquod declarent, diebus præſertim Dominicis & feſtis, & Can. 9. Si quis dixerit Eccleſiæ Romanæ ritum, quo ſubmiſſa voce pars Canonis, & verba conſecrationis proferuntur, damnandum eſſe, aut lingua tantum vulgari Miſſam celebrari debere, aut aquam non miſcendam eſſe vino in B calice offerendo, eo quòd ſit contra Chriſti inſtitutionem; anathema ſit.

DECIMVM-TERTIVM QVÆSITVM.

An animæ ſanctorum ante diem iudicij ſint beatæ.

CHryſoſtomus in Homil. 39. in illud Apoſtoli, *Si in hac vita tantum in Criſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.* 1. Cor. 15. Videtur incidere in errorem Armenorum & Anabaptiſtarum, qui dicunt, nullam animam ante diem iudicij fore beatam ea beatitudine quæ in viſione & fruitione diuinæ eſſentiæ conſiſtit. Eius ſententia ad verbum expreſſa hæc eſt, Quid ais Paule? ſupererit C ne fiducia ſola, ſi corpus non excitetur? an non animus ſuperſtes erit? erit, & immortalis quidem; quamquam verò vel ſexcenties ſit, vt ſane eſt immortalis, tamen ſine carne ipſa admirandis illis bonis non fruetur, quemadmodum neque pœnis punietur: omnia enim coram tribunali Chriſti manifeſtabuntur, inquit Paulus, vt vnuſquiſque ferat quæ per corpus ſiue bona, ſiue mala fecit: nam ſi corpus non reſurgat, anima noſtra incoronata iacebit, & extra cœleſtem beatitudinem erit. Et Homil. 28. ad Hebr. 11. in hæc verba, Hi mercedem non receperunt ne ſine nobis conſumerentur, &c. nondum, inquit Apoſtolus, receperunt mercedem, ſed adhuc permanent, & ita mortui, & in tanta tribulatione necdum receperunt mercedem, intelligite & vos, quale & quantum eſt Abraham ſedere, & Apoſtolum Paulum, expectantes, vt poſſint tunc mercedem recipere, tunc prædixit eis Saluator non dare mercedem, ſicut D pater bonus & amator filiorum, dicit ſe non daturum comedere, niſi venerint etiam alij fratres: tu autem anxius es, quia nondum mercedem accipis, quid itaque faciet Abel, qui adhuc ſine corona ſedit? quid Noë? quid cæteri, qui te & alios, qui poſt te futuri ſunt præſtolantur? Et infrà, Si enim corpus vnum omnes ſumus, maior ex hoc efficitur corpori iocunditas, cùm ſemel & communiter coronantur, & non per partes, ſimul enim glorificari magna iocunditas eſt.

De loco autem, in quo animæ nondum coronatæ detineantur, in commentarijs ſuper illud ad Hebræos, cap. 5. Accedamus ergo cum fiducia, &c. Et indicare videtur, quod in ſinu Abrahæ maneant. Sic enim habet, Nemo nunc de ſeipſo deſperet, tunc deſperationis tempus erit, cùm thalamus fuerit clauſus, cùm intrauerit Rex videre diſcumbentes, cùm venerit ad ſinum Abrahæ,

qui

qui eo fueritis facti digni: nunc autem adhuc permanet agon, adhuc palma pendet. Et Homil. trigeſimatertia ad populum Antiochenum, Eleemoſyna, inquit, non ſinit nos eo decidere, vbi diues ille, neque audire verba illa tremenda, ſed in Abrahæ ſinum nos deducit. Et Homilia quinquageſimatertia in Matth. Miſericordia, inquit, non patitur eo nos detrudi, vbi diues ille cruciatur, ſed in ſinum Abrahæ certo itinere ducit. Et Homil. quadrageſima in Geneſim, Audi, inquit, quod omnes iuſti ab illo tempore Abrahæ vſque nunc, & vſque ad conſummationem ipſius Abrahę, opus orationis faciunt vt in ſinum Patriarchæ occurrant. Et Homil. 24. in priorem ad Corinth. inquit, Si hinc Euchariſtiæ ſacrificio communiti migranimus, maxima cum fiducia, ſanctum aſcendemus veſtibulum, tanquam aureis veſtibus vndique contecti.

Tertullianus libr. 4. aduerſus Marcionem, ait, vnde apparet ſapienti cuique, qui aliquando Eliſeos campos audierit, eſſe aliquam localem determinationem, quæ ſinus dicta ſit Abrahæ, & recipiendas animas filiorum eius etiam ex nationibus, & ex fide Abrahæ, qua Deo credidit. Eam ſinum dico Abrahæ, etſi non cœleſtem, ſublimiorem tamen inferis, refrigerium præbituram animabus iuſtorum, donec conſummatio rerum reſurrectionem omnium plenitudine mercedis expugnet. Et libro de Anima, capit. antepenultimo, Nemini, inquit, ante reſurrectionem, ex his quæ in vita geſſit præmium redditur. Et ibidem, ſi Chriſtus forma humanæ mortis apud inferos functus, non antea aſcendit in ſublimiora cœlorum, quam deſcendit in inferiora terrarum, vt illic Patriarchas & Prophetas compotes ſui faceret, ſuperbe iudicant, qui exiſtimant ſeruum ſupra dominum, & diſcipulum eſſe ſupra magiſtrum. Et paulò infrà, Nulli patet cœlum terra adhuc ſalua, ne dixerim clauſa, cum tranſactione enim mundi reſerabuntur regna cœlorum. Et addit: Habes etiam de paradiſo à nobis libellum, quo conſtituimus omnem animam apud inferos ſequeſtrari in diem Domini; & capit. vltimo eiuſdem operis hæc intulit, Omnes ergo animæ penes inferos velis ac nolis ſunt, & ſupplicia iam illic & refrigeria, &c.

Origenes Homil. 7. in Leuiticum, Nondum, ait, Sancti receperunt lætitiam ſuam, neque Apoſtoli quidem, ſed & ipſi expectant, vt & ego lætitiæ eorum particeps fiam, neque enim decedentes ſancti continuo integra meritorum ſuorum præmia conſequuntur: ſed expectant etiam nos, licet morantes, licet deſides, non eſt enim illis perfecta lætitia, donec pro erroribus noſtris dolent, & lugent noſtra peccata, ſicut Paulus dicit, Nondum aſſecuti ſunt promiſſiones, Deo pro nobis aliquid melius prouidente, ne ſine nobis perfectionem conſequerentur. Vides ergo quia expectat adhuc Abraham, expectat Iſaac & Iacob, & omnes Prophetæ expectant nos, vt nobiſcum perfectam beatitudinem percipiant. Et lib. 2. Periarchon, non longè à fine, eandem ſententiam confirmat, & lib. 4. Periarchon de loco animarum ſanctarum, inquit; Qui de hoc mundo ſecundum communem iſtam mortem recedunt, pro actibus ſuis & meritis diſpenſantur prout digni fuerint iudicati, alij quidem in locum qui dicitur infernus, alij in ſinum Abrahæ per diuerſas manſiones.

Ambroſius lib. 2. de Cain & Abel, c. 2. Soluitur, inquit, à corpore anima, & poſt finem vitæ huius adhuc tamen futuri iudicij ambigua ſuſpenditur. Et lib. de bono mortis, cap. 10. ſcriptura Eſdræ 4.
Eſdr. 4. Habitaculum animarum promptuaria nuncupat, & occurrens querelæ humanæ, eo quod iuſti, qui præceſſerunt, videntur longitudine temporis debita ſibi remuneratione fraudari, mirabiliter ait, coronam in diem Domini ab omnibus expectari, vt victi erubeſcant, & victores palmam victoriæ adipiſcantur. Et eodem c. locum, quem animæ corporibus exutæ petunt, appellat infernum, qui non videtur.

Auguſtinus in enarratione Pſalm. 36. ait, Poſt vitam nondum eris vbi erunt ſancti, quibus dicitur, Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi, nondum ibi eris, quis neſcit, ſed iam poteris ibi eſſe vbi illum quondam vlceroſum pauperem diues ille ſuperbus in medijs tormentis videt longe requieſcentem in illa requie, certè ſecure expectabis iudicij diem. & libro 12. in Geneſ. ad literam c. 9. inquit, Pars illa ciuitatis Dei, quæ coniungenda immortalibus Angelis, ex mortalibus congregatur, nunc vel mortaliter peregrinatur in terris, vel in eis qui mortem obierunt ſecretis animarum receptaculis ſedibuſque requieſcit. His ſimilia ait in illud Pſal. 36. Adhuc puſillum, & non erit peccator.

Theophilactus ad Hebr. 11. Sancti, ait, nihil adhuc cœleſtium promiſſionum ſunt aſſecuti, tametſi fuiſſe conſtat nonnullos, vt Dauidem regem his terræ bonis affectos, aut tamen præſentia hæc ipſi inquirimus, ſed quæ in cœlo ſunt certiores & beatiores promiſſiones. Hoc idem habet in commentarijs ſuper 23. c. Lucæ, exponens illud, Hodie mecum eris in paradiſo.

Bernardus enarrans hunc locum, vidi ſub altare Dei animas interfectorum, Apocalyp. 6. & in ſermone 4. feſtiuitatis omnium ſanctorum aſſerit, animas ſanctorum vſque ad diem iudicij quieſcere ſub altare Dei, hoc eſt, in ſola viſione humanitatis Chriſti, donec veniat tempus in quo filius Dei poſt vniuerſalem reſurrectionem oſtendat ſeipſum illis in forma Dei, vna cum Patre & Spiritu ſancto: ſic enim ait, In hunc ergo locum (hoc eſt Abrahæ ſinum) Saluator deſcendens contriuit portas æreas, eductoſque vinctos de domo carceris, iam tum quidem ſub altare Dei collocauit, abſcondens eos in abſcondito tabernaculi ſui, donec veniat tempus in quo procedant completo iam numero fratrum, & percipiant regnum paratum ab origine mundi: Et paulò pòſt addit, Porrò altare Dei de quo nobis ſermo eſt, ego pro meo ſapere nihil aliud arbitror eſſe quàm corpus ipſum Domini ſaluatoris, de quo dictum eſt in Euangelio, Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Et infrà, Oſtendit enim tunc ſe nobis filius, vt pollicitus eſt ſemetipſum, non in forma ſerui, ſed in forma Dei. Rurſum in ſermone 3. eiuſdem feſti obiter explicans Dauidicum illud: Quam dilecta tabernacula tua Domine, concupiſcit anima mea in atrijs domus tuæ, &c. Tres inquit eſſe animarum ſtatus. Primus in tabernaculis, ſecundus in atrijs, tertius in domo Dei, hoc eſt in beatitudine, in quam ſine corporibus non intratur. Sic enim habet, Aduertiſtis, ni fallor, ex his quæ præcedenti ſermone ſunt dicta, tres eſſe ſanctarum animarum ſtatus. Primus videlicet in corpore corruptibili, ſecundus ſine corpore, tertius in beatitudine conſummata. Primus, in tabernaculis, ſecundus in atrijs, tertius in domo Dei. Et poſt pauca ſubdit, in illam beatiſſimam Dei domum animæ nec ſine nobis intrabunt, nec ſine corporibus ſuis, id eſt, neque ſancti ſine plebe, neque ſpiritus ſine carne.

Ioannes XXII. videtur ſententiæ horum Patrum ſubſcripſiſſe, & decreto ſanciuiſſe ſic eſſe credendum, vt referunt Guillelmus Ochan in opere nonaginta trium dierum, & Adrianus Papa VI. qui lib. 4. ſentent. in fine quæſtionis de Sacramento Confirmationis inquit, nouiſſime fertur de Ioanne XXII. quod publice docuit, declarauit,

&

&ab omnibus teneri mandauit, quod animæ purgatæ ante finale iudicium, non habent ſtolam, quæ eſt clara & facilis viſio Dei. Et fertur vniuerſitatem Pariſienſem ad hoc induxiſſe, quod nemo in ea poſſet gradum in Theologia adipiſci, niſi prius iuraſſet hunc errorem ſe defenſurum. Irenæus, Iuſtinus, Lactantius, Theodoretus, & alij antiqui his ſubſcripſerunt.

Doctores Scholaſtici diſputant de materia huius quæſtionis, 4. ſentent. diſtinct. 49. & ſanctus Thom. 4. contra Gentes, c. 91. & 1. 2. quæſtion. 4. artic. 5. vbi ſequentes Concluſiones nobis proponit, ſuppoſita diſtinctione beatitudinis perfectæ & imperfectæ. Prima concluſio, Beatitudo imperfecta, qualis in hac vita haberi poteſt, non poteſt eſſe ſine corpore. Probat, quia conſiſtit in cognitione intellectus ſpeculatiui vel practici, vt Ariſtot. 1. Ethicor. dicit, ſed cognitio intellectus pro iſto ſtatu dependet à phantaſmatibus corporis, ergo ſine corpore eſſe non poteſt. Secunda concluſio, Ad beatitudinem perfectam, qualis in patria poſſidetur, non requiritur corpus, probat authoritate Pauli 2. Corinth. 5. quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur à Domino; & quæ ſit ratio peregrinationis, oſtendit, ſubdens, per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem: animæ autem ſanctorum ambulant non per fidem, ſed per ſpeciem, Dei eſſentiam videntes, in quo eſt beatitudo, ergo; Ratione id etiam probat: nam intellectus ad ſuam operationem non indiget corpore niſi per phantaſmata, manifeſtum eſt autem quòd diuina eſſentia per phantaſmata videri non poteſt. Cùm ergo hominis beatitudo perfecta in viſione diuinæ eſſentiæ conſiſtat, non dependet à corpore, vnde ſine corpore poteſt anima eſſe beata. Tertia concluſio, Ad perfectionem illius beatitudinis aliquo modo requiritur corpus, tanquam ad bene eſſe illius.

Aduertendum, errorem, quem impugnat ſanct. Thom. Concluſio 2. fere à tempore Apoſtolorum fuiſſe in eccleſia: nam Tertullianus, Irenæus, & Lactantius circa tempora Apoſtolorum fuerunt, quo tempore multi fuerunt in illo notabili errore, quod ſcilicet Chriſtus Redemptor noſter poſt ſex millia annorum in corpore glorioſo erat venturus, & Hieruſalem erat renouaturus, & ibi cum iuſtis mille annis erat regnaturus; Occaſionem hujus erroris ſumpſerunt ex illo Apocalyp. 21. Vidi cœlum nouum, & terram nouam, & ciuitatem nouam ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cœlo. Quem locum literaliter & groſſo modo intelligebant. Ex hoc errore, vt ego conijcio, inciderunt in alium, quòd ſcilicet animæ vſque ad illud tempus quo erant corpora aſſumpturæ, in cœlum non aſcendebant, ſed quidam illorum affirmarunt, vt vidimus, quod detinebantur in Lymbo, alij in paradiſo terreſtri, Bernardus quod ſunt in cœlo, ſed non fruuntur diuinitate, cuius viſio beatificat, ſed ſolum humanitate Chriſti, poſt diem verò iudicij finalis, oſtendet ſe Chriſtus beatis, non in forma ſerui, ſed in forma Dei, & tunc perfectè erunt beatę cum eſſentia Dei, & pręſentia Trinitatis fruentur.

Concluſio ſanct. Thom. eſt de fide, & Catholica, quam probo primo ex verbo Dei expreſſo, 2. Corinth. 5. dum ſumus in corpore, &c. & Philip. 1. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto; Quid ſit autem eſſe cum Chriſto explicat 1. Theſſalon. 4. quod ſcilicet eſt beatitudine ipſius Chriſti frui, dicens: Et ſic ſemper cum Domino erimus. Sunt etiam in Euangelio loca expreſſa, vt eſt illud Lucæ 23. Hodie mecum eris in paradiſo, quod intelligi non poteſt niſi de beatifica viſione. Et Lucæ 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, ſcilicet, morti corporali, recipiant vos in æterna tabernacula ſua. Item Actuum 7. Stephanus dicit, Ecce video cœlos apertos, &c. inſinuas, quod ſtatim illic eſſet recipiendus. Sunt etiam ad hoc ſanctorum Patrum teſtimonia. Origenes Homilia tertia in Apocalyp. expreſſè aſſerit, quod hi qui de corpore exierunt, ſi munda habuerunt corda, merentur ſtatim Deum videre, quia diuina illa & ſpiritualia non videntur per corpus, ſed animæ intellectu. Et Auguſtinus lib. 9. Confeſſionum cap. 3. ait: Quidquid ibi eſt, quod ſinus Abrahæ vocatur, iam non audit me, ſed anima iuſti bibit ad fontem aquæ viuæ, quantum capere poteſt. Et in lib. Supputationum loquens ad ſanctos, Fœlices, inquit, ſancti Dei, beati omnes, quia de pulchritudine Dei iam ſatiamini, de cuius beatiſſima viſione ſemper gaudetis. Et Gregorius in Dialogis hæc ſæpe repetit. Et Concilium Oecumenicum Florentinum ſic decreuit, Diffinimus illorum animas qui poſt baptiſma ſuſceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutas prout ſuperius dictum eſt vbi ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum Dominum trinum & vnum ſicuti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas. Innocentius etiam III. & Benedictus XI. idem ſuis Decretalibus Epiſtolis definierunt, & cum illis Benedictus XII. in ſua Extrauaganti, quæ incipit, Animas purgatas, quòd animæ ſanctorum vtriuſque teſtamenti, poſtquam iam ſunt purgatæ, ante reſurrectionem corporum ſunt in beatitudine in conſortio ſanctorum Angelorum, & contemplantur eſſentiam Diuinam poſtquam Chriſtus Dominus in cœlum aſcendit: & ex illa viſione & fruitione beatificantur, cùm ergo Pontifices ij hoc tanquam Catholicum diffinierunt, conſtat ſecundam concluſionem ſancti Thom. eſſe de fide.

Origenes. August. Gregor.

Rationes etiam ſunt, quæ concluſionem conuincunt eſſe Catholicam. Prima eſt S. Thom. Si animæ ſeparatæ non viderent Deum, maximè quia ad hoc corpus requiritur, ſed ad intellectionem corpus non requiritur, niſi propter phantaſmata, Deus verò non videtur mediantibus phantaſmatibus, ergo. Secunda ratio, Beatitudo eſt merces, vt patet Matth. 5. Merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sed Leuitic. 19. Deus præcipit ne merces mercenarij maneat apud ipſos vſque mane, ergo beatitudo ſtatim poſt meritum confertur: ſic in hac vita tempus merendi finitur, ergo præmium ſtatim poſt mortem confertur. Et confirmatur, quia Deus opera gratiæ ordinatè & propter finem debitum facit, ſed nullus eſt finis neque ratio quare animæ corpora expectent ad videndum Deum, ſtatim ergo vident. Tertia ratio, Nam ſi animæ ſanctorum vſque ad diem iudicij Deum non ſunt viſuræ, parum nobis profuiſſet Chriſtum Dominum tanto tempore ante diem iudicij mortuum fuiſſe, idem enim eſſet ac ſi per vnum annum ante diem iudicij fuiſſet mortuus, eodem enim modo animæ iuſtorum detinerentur, ſicut & animæ ſanctorum Patrum, conſequens autem eſt erroneum, quia contra illud Matth. 3. pœnitentiam agite, & appropinquabit regnum cœlorum: appropinquare autem quid aliud eſt, quàm cœlorum regnum aperiri. Et extra de baptiſmo & eius effectu, diffinitur cap. maiores, quòd baptiſmus aperit regnum cœlorum. Tum etiam, quia lex noſtra dicitur lex gratiæ: quæ omnia oſtendunt animas iam ad veram amicitiam Dei admiſſas, & Deum ipſum videre. Quarta ratio, quia Apoſtoli in die iudicij ſeſſuri ſunt ad iudicandum, ſed niſi eſſent beati, iudices eſſe non poſſent, ergo:

1. Ratio. 2. Ratio. 3. Ratio. 4. Ratio.

item

item quia maneret illis ſpes contra illud Pauli 1. Corinth. 13. Charitas numquam excidit, fides vero & ſpes quæ nunc manent, euacuabuntur.
5. Ratio. Quinta ratio, quia Deus pronior eſt ad miſerandum quam ad puniendum, ſed diuitem epulonem ſtatim in inferno puniuit, vt patet Lucæ 16. ergo iuſtos ſtatim præmiat.
6. Ratio. Vltima ratio eſt argumentum de illis qui in tempore paſſionis in corporibus cum Chriſto reſurrexerunt, ſi poſtea mortui non ſunt, vt communis Theologorum opinio tenet, vident ergo iam Deum poſtquam habent corpora, & ſi illi vident, cur non iuſtorum animæ? aliàs non eſſet æqua ratio iuſtitiæ.

Dubium tamen eſt, an poſt reſurrectionem corporis beatitudo eſſentialis in beatis augeatur, & perfectius quam nunc, Deum videant? S. Thom. reſpondet 4. ſenten. diſt. 49. quæſt. 1. art. 4. per tres propoſitiones. Prima, beatitudo, animarum erit maior extenſiuè, hæc patet, quia gloria animæ redundabit in corpus, & dotes in corporibus extendentur. Secunda, animæ beatorum habebunt, maius gaudium accidentale, hæc etiam eſt nota, quia gaudebunt corporibus glorificatis. Tertia, poteſt etiam dici, quòd beatitudo animæ augebitur intenſiuè, quia anima habebit tunc perfectius eſſe, ergo & perfectius operabitur. Hoc tamen articulo S. Tho. retractauit hanc vltimam propoſitionem. & ratio eſt quam hic aſſignat: quia intellectus in ſua operatione non dependet à corpore, & ideo tam perfectè intelligit ſine corpore, ſicut illo glorificato. Eſt etiam hoc contra Doctores Scholaſticos, qui contrarium affirmant; & eſt ratio Theologica, nam vel animæ habent totum præmium eſſentiale quod meruerunt, vel minus, ſi totum, augeri ergo non poteſt, nam præmium iuxta quantitatem meriti eſt: ſi minus, quare Deus illas præmio priuat, poſtquam intellectus poteſt recipere. Et confirmamus: quia viſio beatifica proportionata eſt lumini gloriæ, ſed lumen gloriæ non augebitur, ergo neque viſio. Tum etiam, quia hi qui ſunt in inferiori Hierarchia cum Angelis, tranſirent ad ſuperiorem, quia poſt corpora ſumpta clarius viderent. Vltimo, quia anima Chriſti in Limbo non tam perfectè Dei eſſentiam videret, ſicut quando erat in corpore, quod tamen aſſerendum non eſt. Ex quibus conuincitur ſententiam quam S. Tho. retractauit eſſe tenendam.

Pro defenſione Chryſoſtomi teſtimonia ſequẽtia apertiſſime prædicant ſententiam eius, ſanctorum animas ſtatim vt ex hac vita migrauerint eſſe beatas, & diuini conſpectus gloria potiri, nam illud
Sapien. 5. Sapien. 5. *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt*, &c. Et Homilia ſpeciali, inquit, Iuſti in aliam vitam tranſlati, beati ſunt, eo quòd ad Chriſtum abierunt, & propinquius ad Regem, non per acceſſum & fidem, ſed facie ad faciem. Et Hom. 69. ad populum Antiochenum, Iuſti, ait, cum hinc migrauerint, fœlices omnino ſunt, ad Chriſtum enim tranſierunt, illic cum Rege ſunt, & illinc propinquius, non per fidẽ, ſed facie ad faciem. Hom. 16. in Epiſtolam ad Rom. Mors, ait, non ſepararat nos à Chriſto, ſed ad eum chorum coniungit qui cum Chriſto eſt, gloriaque illa facit. Et Hom. 32. in Epiſtolam ad Rom. Pauli, inquit, vocem audiamus, vt poſtquam acceſſerimus, athletam hunc videre mereamur, illic enim ipſum omnino videbimus, vbi Cherubin Deum glorificant, vbi Seraphin volant. Et ho. ad Phil. 4. ſuper illud Philip. 1. Quid eligã ignoro, ait, Quid inquis Paule? cum hinc abiẽs in ipſum cælum migraturus ſis, atq; cũ Chriſto futurus, ignoras quid eligere debeas? Et Ho. de cruce & latrone, Paradiſum inquit, quinq; & eo amplius annorũ millibus precluſum, hodie nobis Chriſtus patefecit, & latronẽ in paradiſum introduxit. Et ne putes eum loqui de paradiſo terreſtri, poſt intulit, Chriſto non iniuriæ fuit, ſacram ingredienti patriam facere ingreſſus ſui latronem participem, nam ſecum eum perduxit non confundens paradiſum, ſed honorem præſtans, nam cum publicanos & fornicarios ad cælorum regnum introduxit, non cælorum regnum inflammauit. Et paulò infra, Vidiſti latronem, & latronem vtrumque furacis vitæ, ſed non eis ſimilis dominatur euentus, vnus beatitudinem cœli hæreditario iure promeruit, alter ad gehennam mittebatur & pœnam.

Pro defenſione cæterorum Patrum animaduertendum, Beatorum diuina viſione fruentium duos eſſe beatitudinis ſtatus, vnum animæ ſine corpore vſque ad vniuerſale iudicium, quem veteres varijs nominibus appellarunt, ſinum Abrahæ, paradiſum terreſtre, altare exterius, ſub altare Dei, ſanctorum veſtibulum, atria Dei, promptuaria animarum, abdita receptacula, animarum cuſtodiam, ſecuritatis requiem, arrabonem regni, ſtolam albam, adepta repromiſſionis, & alijs huiuſmodi; alterum verò eſſe ſtatum animæ, reſumpto corpore poſt iudicium, quem ſimiliter diuerſis appellationibus nuncupauerunt: Domum Dei, altare interius, ſuperaltare, ſublimiora cælorum, conſummationem gloriæ, reſurrectionis gloriam, perfectam lætitiam, immortalitatis præmium, bonorum omnium terminum, futuram gloriam, coronarum tempus, fruitionis regnum, & cæteris his ſimilibus. Proinde cum apud priſcos Doctores eccleſiæ legimus iuſtorum animas in ſinu Abrahæ, aut in paradiſo terreſtri, aut ſub altare Dei, & ibi expectare futuræ gloriæ præmia, non ideo ſuſpicandum eſt, ſanctorum animas carere gloria viſionis & fruitionis Diuinæ, ſed intelligendum eſt, eas nondum potiri perfecta & conſummata illa fœlicitate, quam poſt corporis reſurrectionem expectant, & in hunc ſenſum interpretandæ ſunt ſententiæ Chryſoſtomi, Ambroſij, & Auguſtini. Quòd ſi aliqua dicta eorum nequeant huiuſmodi interpretationem pati, aduertendum, hunc errorem nil officere eruditioni & pietati illorum, cum Eccleſiam temporibus illorum, nondum aliquid certi in hoc articulo ſtatuiſſe ſit credendum.

Et ne ſcrupulus in animo alicuius reſideat, ob decretum Ioannis Papæ XXII. aduertendum, non eſſe omninò certum quod illi Ochan, & Adrianus, forte imponunt, nam Benedictus XI. in Decretali ſua epiſtola aſſerit, cum nihil de hac re potuiſſet diffinire, mortis præuentione, ſic dicens. Cum dudum tempore fœlicis recordationis Ioannis XXII. prædeceſſoris noſtri inter nonnullos etiã theologicæ facultatis magiſtros ſuper viſione animarum iuſtorum hominum, poſt mortem ſuam an Diuinam eſſentiam videant ante iudicium generale, & ſuper nonnullis alijs orta eſt materia quæſtionis, cumque idem prædeceſſor noſter ad deciſionẽ cõcertationum huiuſmodi ſe pararet in ſuo Conſiſtorio publico, tam fratribus ſuis ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, quam prælatis & magiſtris in Theologia, qui multi aderant præſentes, iniũgendo diſtrictius, vt ſuper materia de viſione prædicta deliberatè vnuſquiſque diceret quod ſentiret, tamen morte præuentus ſicut Domino placuit illud perficerẽ nequiuit.

DECIMVMQVARTVM

QVÆSITVM.

An omnes homines die iudicij moriantur.

CHryſoſtomus Ho. 42. In illum locũ *Omnes quidẽ reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur*. 1. Corin. 15. hunc locum contrario ferè ſenſu legit, hoc modo. 1. Co. 15.
Omnes quidẽ non dormiemus, ſed omnes immutabimur.

A

à Praga vtramque poteſtatem, ſcilicet, ſoluendi & ligandi, tam in Sacramento, quàm extra, negant, contendentes Eccleſiam non habere poteſtatem conferendi Indulgentias, quod pertinet ad authoritatem ſoluendi, neque facultatem excommunicandi, quod attinet ad poteſtatem ligandi, vt ex Concilio Conſtantienſi, ſeſſione 8. & 19. conſtat. Et poſtmodum in Bulla Martini V. vbi de ambobus articulis fuerunt damnati, Eaſdem hæreſes ſuſcitauit Lutherus, cuius articulus 23. inter eos qui à Leone X. condemnati ſunt, ſic habet: Excommunicationes ſunt tantum pœnæ externæ, nec priuãt hominem communibus ſpiritalibus Eccleſiæ orationibus. Ratio eius eſt: quoniam homo per fidem, ſpem, & charitatem, fit membrum Chriſti; hæc autem ſpiritualia bona non eſt in poteſtate Eccleſiæ tollere, quia non perduntur niſi per proprium conſenſum hominis in peccatum: cum autem qui verum Chriſti membrum eſt, non poteſt Eccleſia orationibus ſuis aut alijs ſuffragijs ſpoliare. Vnde in articulo 24. addit excommunicationem plus eſſe diligendam quam timendam, cum ſit medicinalis. Contra hos ſtatuimus ſequentes Concluſiones.

Lutherus

B

Prima, Eccleſia per autoritatem clauium facultatem habet excommunicandi, hoc eſt, priuandi hominem non ſolum cœtu fidelium, verum & communibus bonis ſpiritualibus, & orationibus, & ſuffragijs. Ad cuius intellectum notandum, quòd homo dum per baptiſmũ efficitur Eccleſiæ membrum, admittitur in Eccleſiæ gremium, & in communionem fidelium. Communio autem dicit rationem conferẽdi & ſuſcipiendi aliquid inter plures, & hoc conſiſtit in communicatione bonorum tam internorum & ſpiritualium, quam externorum & corporalium: bona verò interna & ſpiritualia, ſunt in duplici differentia: quædam enim ſunt in quibus conſiſtit ſubſtantia vitæ ſpiritualis, vt gratia, charitas, fides, ſpes, & reliquæ virtutes, quæ eadem charitate & gratia informantur: alia

C

verò ſunt accidentalia, ſcilicet, quibus homo ad eandem gratiam adipiſcendam & colendam adiuuatur, atque inter iſta, primum eſt communio meritorum, ob id enim quòd ſumus membra eiuſdem corporis, meritum vnius alteri prodeſt, non quòd meritum eſſentiale vnius, poſſit alteri communicari, poteſt tamen, ſi pro illo oret, pro eo ſatisfacere, ob id etiam quòd Deus propter meritum vnius membri, gratius audit orationes alterius, & eis ſuffragatur, iuxta illud Pſalm. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua, ſicuti Regi ob gratiam vnius ciuis gratiores illi ſunt alij eiuſdem ciuitatis. Vnde Deus Abrahæ dicebat, quòd ſi eſſent in Sodomis quinquaginta, aut triginta, aut certe decem viri iuſti, toti vrbi peperciſſet. Et hæc communio ex-

Gen. 18.

D

plicatur in ſymbolo, vbi credimus. Sanctorũ communionem, præcedens enim articulus, Credo ſanctam Eccleſiam, pertinet ad fidem, & ſubſequens, Sanctorum communionem, ad charitatem, qua viua, Chriſti membra conglutinantur. Deinde ſunt orationes & ſuffragia communia, quibus Eccleſia adiuuat ſuos filios, ac demum Sacramentorum participatio. Eſt autem inter illa priora bona ſubſtantialia & alia accidentalia, duplex diſcrimen. Primum, quod illa ſolum pendent ex Deo & Domino ipſo, qui illis bonis vtitur, gratiam enim & gloriam ſolus Deus dat, ideo qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: quocirca talis non indiget applicatione Eccleſiæ; Neque vlla poteſtas poteſt illa bona ab homine auferre, ſed ſolus Deus, & ille peccando ea perdit. Alia verò bona vt orationes, & ſuffragia, ſunt quæ Eccleſia inſtituit & decreuit, atque per eius applicationem membris eius proſunt. Secundum diſcrimen conſequitur ex hoc, quòd illa non niſi iuſtis competunt, hæc vero etiã peccatoribus, ideo Eccleſia ſuis

A

orationibus & ſuffragijs illis opitulatur vt à peccato exeant. Ex his ſumitur ratio ad noſtram concluſionem. Et primo, quòd Eccleſia poſſit hominem priuare communione Sacramentorum, quòd fit per excommunicationem, ſiue maiorem, ſiue minorem, Res eſt clara: nam cum omnes Chriſtiani ſint Eccleſiæ, & eius prælatis ſubditi, & quodcumque peccatum mortale ſit obex gratiæ, quæ per Sacramenta confertur, iure propter delictum inobedientiæ, quod genere ſuo eſt mortale, poteſt Eccleſia inobedientem à Sacramentorum ſuſceptione prohibere. Quod verò poſſit etiam priuare bonis ſpiritualibus, quæ ex eius inſtitutione procedunt probatur: nam poſtquam illa ex eius applicatione pendent, poteſt eum qui à ſua obedientia eximitur, illis priuare. At dices, ſupplicium eſſe nimis rigidum vt hominem illis ſubſidijs deſtituat, probatur, non eſſe niſi ſalutare, condecens enim fuit iudicium Eccleſiæ quæ miniſtra eſt Dei ſimilitudinem præſeferre iudicij diuini. Deus autem peccatores vt eos ad ſe trahat dupliciter corripit. Primo, ſalutaribus monitis alliciendo, vt medicus lenitiuis em-

Ratio.

B

plaſtris, deinde vrgente magis calamitate aliqua, inſtar potionis, ac demum, ſi opus eſt, putre membrum ne alia inficiat, reſecando, nempe deſtituendo homines ſalutaribus auxilijs ex culpa ipſorum, vt ſuam fragilitatem cognoſcant. Hæc duo poſtrema in excommunicatione reperiuntur: nam erubeſcentia excluſi eſt ei calamitas & ſupplicium. Deinde priuare eum ſuffragijs & Sacramentis, eſt eum deſerere, vt ſic derelictus ſuam inopiam ſentiat, & ad cor redeat. Hanc authoritatem tribuit Chriſtus Matth. 18. vbi inſtruens in Petro omnes, quemadmodum deberent fratrem corripere, ait, Si correptus non audierit eccleſiam, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus: & ſubdit, Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo. Et hoc quod ait, ſicut ethnicus

C

& publicanus, notatur non ſolum ex externo conſortio Chriſtianorum debere eſſe ſemotum, verum à communibus orationibus & ſuffragijs ac ſacramentis: nam eccleſia hæc non impartitur niſi his qui ſunt ſui gremij. Vnde Auguſtinus de ethnico ibidem ait, Noli eum reputare in numero fratrum tuorum, quod & notatur in verbo ſubiuncto, quæcumque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælo: nam excludere hominem tamquam ethnicum, non ſolum eſt à terrena communicatione repellere: ſed etiam ab ſpiritualibus ſubſidijs, quæ vim habent apud Deum in cælo. Ideo illic Chryſoſtomus, vide, inquit, qualiter duplicibus colligauit neceſſitatibus, ſcilicet, pœna, quia hic projicitur ab eccleſia, & habetur ſicut ethnicus, & ſupplicio futuro, quòd eſt etiam ligatum in cælo, hoc eſt, peccati reus, niſi eccle-

Auguſt.

Chryſ.

D

ſiam audierit. Eadem anthoritate vſus eſt Paulus in illum inceſtuoſum qui nouerca abutebatur, *Iudicaui enim*, inquit, *eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Quare vt hic S. Thom. & Doctores exponunt, veluti Chriſtus Apoſtolis poteſtatem tradidit eijciendi dæmonia, ita è conuerſo tradere homines dæmonijs, à quibus torquerentur, quando eſſent Eccleſiæ inodientes, vt metu illo reſipiſcerent. Quocirca, in primitiua eccleſia ad confirmandam fidem Spiritus ſanctus ſuper baptizatos viſibiliter deſcendedat, ita fortaſſe tunc rebelles viſibiliter Satanæ torquendi tradebantur. Vel forte excommunicatus dicitur Satanæ traditus, quia auxilijs eccleſiæ deſtitutus, in magno verſatur periculo, vt iterum atque iterum incurſu dæmonum in peccatorum barathrum præcipitetur. At forſan Lutheri patronus dicet hic, Paulus non ait tradidiſſe Satanæ animam Corinthij, quia ipſe per peccatum iã eam tradiderat, ſed in interitũ

1. Cor. 5.

Cor. 5.

A carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat; ideo illinc non ſignificatur ſeparatio quoad bona ſpiritualia, ſed ex verbis Pauli contrarium colligitur, nam etſi anima per peccatum tradatur Satanæ, Paulus tamen aliud genus traditionis inſinuat, quia cum ait, In interitum carnis, illecebram carnalem ſignificat, qua ille inceſtum commiſerat. Traditio ergo illa fuit vt ille vehementius dæmonis incurſibus perculſus, tamquam ab Eccleſia deſtitutus, rediret ad cor: & hoc ſignificat cum ait, In nomine Domini Ieſu Chriſti, vbi notatur virtus ſupernaturalis clauium, quæ cum ſit ſpiritualis, ad animam penetrat, eam ſpiritualibus auxilijs priuans: & ideo ſubdit, *Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit, expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio*, ne familiam Chriſtianam contaminet. Eandem etiam excommunicandi authoritatem Apoſtolus exercuit aduerſus Himeneum, & Alexandrum, quos tradidit B Satanæ, vt diſcerent non blaſphemare, & ad Titum, *hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correctionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus.* Et Ioannes in Canonica, *Eſt peccatum ad mortem, non dico pro eo vt oret quis:* cuius communis expoſitio eſt, vt pro excommunicato non ſit orandum, vt S. Thom. de malo, quæſt. 3. art. 13. exponit: ſed de euitatione excommunicati quantum ad commercia externa intelligitur illud, *Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non adſerat, nolite recipere eum in domum nec Aue dixeritis: qui enim dicit illi Aue, communicat eius operibus malignis.* Ex his ſequitur vt quæramus.

1. Cor. 5. — Ad Tit. 3. — 1. Ioan. 5. — 2. Ioan. 1.

Vtrum excommunicatio ſit ex iure Diuino? apparet enim formam excommunicationis in ſcriptura nullibi eſſe expreſſam, e contra videtur ex præmiſſis locis deſignari. Sunt qui cenſeant quoſdam iure diuino eſſe excommunicatos propter illud Pauli, hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correctionem deuita, veruntamen hoc non eſt verum, quia ſecundum formam C quæ eſt in vſu Eccleſiæ nemo eſt in Euangelio excommunicatus: ideo dicamus, quòd poteſtas excommunicandi iure diuino eſt tradita eccleſiæ, vt oſtenſum eſt: attamen forma ipſa & effectus, ſcilicet, priuare hominem participatione Sacramentorum, orationibus & ſuffragijs eccleſiæ, non eſt expreſſum in Euangelio, quia Chriſtus ſub hoc nomine, neminem excommunicari iuſſit: ſed tamen eccleſia poteſtatem ſibi diuinitus conceſſam optime ſic interpretata eſt: ideo vſus excommunicandi quem ſeruat eccleſia hac ratione, eſt de iure diuino, quod habet fundamentum in Euangelio. Ad hæc, huius eccleſiaſticæ cenſuræ, in antiqua lege figura præfuit, & exemplum: figura, quia leproſi excludebantur à caſtris: ſi enim ac cauendam corporalem contagionem illud tunc permittebatur, multo ergo me- D lius ad cauendam ſpiritualem labem hæretici: & hac ratione alij rebelles ab eccleſia pelluntur. Præceſſit etiam exemplum, quia propter delicta etiam excludebantur à Synagoga, vt patet Ioan. 9. vbi Iudęi diffinierunt, quòd ſi quis Chriſtum confiteretur, extra Synagogam fieret, quamuis illa non proprie eſſet excommunicatio vt noſtra, quoniam illic nulla erat ſpiritualis virtus clauium, & ideo ſacerdotes nullum poterant ſacrificijs communibus priuare: & ideo, qui negant eccleſiam per excommunicationem priuare excommunicatum à fructu ſuffragiorum, dicentes ſolum priuare ab externa communione, re ipſa negant virtutem ſpiritualem clauium: nam id ſæcularis Princeps facere poteſt relegando in exilium aliquem, & prohibendo ne quis cum illo communicet. Tum etiam, quia nec excōmunicatio eſſet maxima pœna, quæ eſt in Eccleſia, vt Hugo ait, Can. corripiantur, 24. quæſt. 3. Com-

A probatur hæc veritas Patrum teſtimonijs: Cyprianus epiſt. 11. lib. 2. Epiſtolarum, vbi docet pœnam excommunicationis in Euangelio ſucceſſiſſe pœnæ legis veteris mortis temporibus. Adnotandum enim eſt, quod cum lege veteri præter ſupplicia de iure gentium pro multis criminibus Deus iure Diuino poſitiuo ſtatuerit pœnam capitis, in Euangelio tamen Chriſtus nullam pœnam capitis ſtatuit, ſed Principibus ſæcularibus commiſit gladium, qui iure gentium illis conuenit ad vlciſcendum crimina. Eccleſiæ autem ſolum reliquit gladium ſpiritualem. & ratio eſt: quia circumciſio tunc carnalis erat, nunc vero vt ait Apoſtolus, circumciſio eſt mere ſpiritualis per baptiſmum; vnde cum lata eſſet lex quòd quicumque ſacerdotem non audierit, morte morietur, loco illius in eccleſia reliquit excommunicationem, vt gladius olim ferreus, in Euangelio eſſet ſpiritualis, & B hi ſunt duo gladij, ſcilicet, ciuilis & ſpiritualis, quos dixit Dominus ſatis eſſe familiam Chriſtianam gubernandam: vnde deriuatum eſt, vt poteſtas ſpiritualis dicatur gladius; & hac ratione Auguſtinus loco citato diſtinguens maiorem & minorem excommunicationem, ait, Quòd corripiantur ſubditi minoribus vel amplioribus excommunicationibus pro culparum diuerſitate, quoniam pœna quæ per Epiſcopale iudicium fit, nulla maior eſt, & ſubdit vt paſtores ſeparare curent morbidum pecus ab ouibus ſuis ne per plures ſerpant diurna contagia.

Cyprian. — Coloſſ. 2. — Deut. 17. — Luc. 22. — Auguſt.

Eſt ergo Lutheri irriſio, qua ait, excommunicationem non eſſe timendam, quod ex damnato ſuo prædeceſſore Ioanne Vuicleph in Concilio Conſtantienſi ebibit. Idem affirmauerat, ſcilicet excommunicationem prælatorum non eſſe timendam, ſed peccata per quæ homo à Deo excommunicatur, quibus conſentit Eraſmus in Colloquijs de fide, dicentes, quòd huiuſmodi ex- C communicationes territant pueros, nō autem fortes viros, quia tantum eſt pœnæ malum, non culpę: nam cum triplex ſit bonum, honeſtum, vtile, & delectabile, priuatio boni honeſti eſt malum culpæ, boni vero vtilis, & delectabilis, eſt malum pœnæ; excommunicatio ergo eſt malum culpæ: quare quæcumque culpa etiam venialis, eſt maior quam excommunicatio; Eſt tamen malum pœnæ priuatio dulciſſimæ & vtiliſſimæ communionis Eccleſiæ, & tunc eſt effectus peccati, ſcilicet, pœna eius. Tum etiam per accidens cauſa aliorum peccatorum, nam qui Eccleſiæ præſidijs deſtituitur in præcipitio eſt dilabendi. Et nihilominus ſic malum quoddam, vt tamen intentione Eccleſiæ referatur ad bonum excommunicati, iuxta id Pauli, vt ſpiritus eius ſaluus fiat in die Domini: ei tamen qui non reſipuerit, vertitur in perniciem, ideo Auguſtinus in loco citato appellat eam D maximam pœnam, & lib. 1. contra aduerſarium legis, & prophetarum, cap. 17. exponens illud, Quæcumque ligaueris, &c. ait, grauius eſſe hominem excommunicare, quàm ſi gladio feriretur, flammis exureretur, feris ſubijceretur. Et Sermo. 68. de verbis Apoſtoli, & refertur 11. quæſt. 3. Canon. Omnis Chriſtianus, inquit, Qui à ſacerdote excommunicatur, Satanæ traditur, quia extra eccleſiam diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus, ideo nihil ſic debet timere Chriſtianus quam ſeparari à Chriſto. Et Hieronymus exponens illud Pauli, Tradidi eum Satanæ: vides, inquit, quia & modo non ſolum per Apoſtolos ſuos tradidit Deus delinquētes in manibus iniquorum, ſed etiam per eos qui eccleſiæ præſunt, & non ſolum poteſtatem habent ſoluendi, ſed etiam ligandi: vbi multa de forma excommunicationis ſubnectit. Et 24. qu. 3. reſecandæ ſunt putridæ carnes. Idem Hieronymus, Et ſcabioſa ouis à cauilis repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora, ardeant, corrumpātur, putreſcant,

Eraſmus. — Auguſt. — Hieron.

ſcant,& intereant. Et Ambroſius lib.2. de officijs, cap.17. Omnia,inquit,tentanda priuſquam ad hoc diſciplinæ genus veniatur, cũ dolore enim amputatur etiam quæ putruit pars corporis, nihil denique antiquius & firmius in eccleſia eſt,quam excõmunicandi authoritas,qua Synodus Nicæna c. 5.& 12.vſa eſt aduerſus Arrium,& Synodus Calcedonẽſis, & aliæ antiquiſſimæ & celeberrimæ aduerſus alios hæreticos.Atque adeò concluſio aſſerta,non ſolum eſt vera, ſed & Catholica, & non ſolum in Canonibus eccleſiæ,verum & Euangelica & Apoſtolica doctrina fundata,& ideo Concilium Tridentinum,ſeſſ.25.c.3.tantum reformauit excommunicationis abuſus.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondemus primo, quod locus qui ab hæreticis ſolet adduci ex Sermone qui incipit, Nuper ad vos tomo 5. neque Chryſoſtomi eſt,neque eius redolet phraſim, nam Homil.5.ſuper primam epiſtolam ad Timotheum, & Homil. 15. ſuper primam ad Corinth. & Homil. 4. ſuper epiſtolam ad Hebr. & refertur Can. Nemo contemnat,11. q.3. aperte docet,eos qui non audiunt eccleſiam, eſſe excommunicandos. Secundo dicimus, quod id quod videtur affirmaſſe Homil. hac,quæ de Anathemate inſcribitur, credendum eſt eam protuliſſe aduerſus quoſdam temerarios & indoctos, qui cum neque eſſent eccleſiæ Paſtores, neque vllam haberent excommunicandi poteſtatem, tamen odio & contentione inducti, dogmata ab ipſis non intellecta vna cum authoribus eorum temere damnabant, & anathemate notabant: quòd ipſa verba Chryſoſtomi aperte indicant, quæ ſic habent, Hem expecto viros qui nullum ex ſacris literis germanum ſenſum, imò nihil omnino ſacrarum literarum tenent, & vt pleraque tranſeam,non erubeſco dicere furibundos, nugaces, contentioſos, qui neque ſciunt quæ dicunt, neque de quibus affirmant; in hoc vno tantum audaces,quòd dogmata ſtatuunt, & anathema declarant ea quæ maxime ignorant. Et infrà, Quis tu tantæ authoritatis qui tantam tibi vſurpas anathematizandi potentiam? Cur dignitatem tantam aſſumis, quæ Apoſtolis tantum communicata,& his qui illorum idonei ſunt ſucceſſores?&c.

Ad Dilemma quod hæretici aduerſus doctrinam quam ſtatuimus, obijciunt, ad priorem partem, nempe,Aut is quem anathematizas viuit,aut obijt: ſi viuit impie agis, qui eum qui conuerti poteſt, ab eccleſiæ corpore abſcindis. Reſpondeo, Chryſoſtomum hoc dicto non damnare anathematis pœnam, qua eccleſia viuentes coercet,ſed eorum impiam mentem, qui finem pium anathematis peruertebant. Cum enim eccleſia excommunicatione affectu pio vtatur tamquam pharmaco ſalutari,vt excommunicatus culpam ſuam agnoſcat,& ad eccleſiam,de qua eiectus fuerat ſupplex reuertatur,crudeles illi eo fine homines anathematizabant,vt irreuocabiliter ab eccleſia eijcerent, non vltra recipiendos.Et merito ob hoc ait Chryſoſtomus crudelitatem huiuſmodi redarguens, Impie agis,qui eum qui à malo in bonum ſe poteſt vertere,crudeliter abſcecas.

Ad ſecundam partem Dilemmatis, ſcilicet, ſi obijt, multo crudelior es, qui in eum qui ſub humano iure non eſt, pœnam inferre niteris, ſimiliter reſpondetur, Chryſoſtomum eos refellere,qui mortuos, anathematizarent intentione diuerſa à traditione eccleſiaſtica: nam cum eccleſia dum hæreticos anathematizat, eorum animas non excommunicat,qui ipſa morte diabolo ſunt traditæ, ſed quia in erroris pertinacia migrarunt, & pronunciat eas excluſas à cœtu fidelium, & ideo cadauera & cineres eorum,qui in pertinacia hæreſis deceſſerunt, ad euidentiorem rei demonſtrationem, arcet ab eccleſiaſtica ſepultura, vt viuentes ab hæreſibus deterreat. Chryſoſtomus igitur non hunc ritum eccleſiæ,ſed imperitos illos accuſat:qui quaſi ius haberent in mortuos, exiſtimabant anathematizationibus ſuis animas defunctorum ex loco quietis & ſalutis deturbare, & in locum damnationis æternæ deijcere. Furorem ergo eorum & ſæuitiam Chryſoſtomus compeſcere contendit.

DECIMVMSEXTVM QVÆSITVM.

An neceſſe ſit Euchariſtiam laicis ſub vtraque ſpecie exhibere.

CHryſoſtomus Homil.18.in illud, *Oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis veſtræ oſtendite*, 2.Corinthior. 8.indicare videtur Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie panis & vini laicis exhibendam, ſic inquiens, Eſt autem vbi nihil differt ſacerdos à ſubdito, vt quando fruendum eſt horrendis myſterijs, ſimiliter enim omnes vt illa percipiamus digni habemur, non ſicut in veteri lege partem quidem ſacerdos comedebat,partem autem populus, & non licebat populo participem eſſe eorum quorum particeps ſacerdos: ſed nunc non ſic, verum omnibus vnum corpus proponitur, & poculum vnũ. Hieronymus videtur conſentire Chryſoſtomo in Commentarijs Malachiæ,c.1.vbi inquit, Sacerdotes qui Euchariſtiam conficiunt & ſanguinem Domini populo diſtribuunt,&c. His accedit decretum Gelaſij Papæ,quod habetur diſtinct.2.c. comperimus,his verbis,Comperimus, quòd quidam ſumpta tantummodo ſacri corporis potione, à calice abſtineant, qui procul dubio,quoniam neſcio qua ſuperſtitione videntur aſtricti, aut integra Sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, diuiſio enim illius myſterij,ſine grandi ſacrilegio non admittitur, &c. His teſtimonijs innituntur nunc Lutherani ad aſſerendum Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie omnibus Chriſtianis neceſſario eſſe tradendam.

Doctores Scholaſtici diſputant quæſtionem hanc,4.ſent.diſt.12.& S.Thom.3. part.q.80.art.12. & ad quæſtionem,an liceat corpus Chriſti ſumere ſine ſanguine, diſtinctione præmiſſa, duabus reſpondet concluſionibus. Hoc enim ſacramentum conſiderari poteſt ex parte ipſius, & ex parte ſumentium. Ex parte ipſius eſt prima concluſio, Sacerdos conficiens de neceſſitate Sacramenti, atque adeo præcepti,tenetur vtramque ſpeciem ſumere. Probat, quia Sacramentum, quantum ad integram ſignificationem, non niſi in vtraque ſpecie perficitur: eſt enim conuiuium ex cibo & potu conſtans: munus autem ſacerdotis eſt ſacramentum conſecrare & perficere, ergo ſicut non poteſt corpus ſine ſanguine conſecrare, ita, neque vnum ſine altero ſumere.Secunda concluſio, Ex parte ſumentium prouide in quibuſdam eccleſijs obſeruatur,vt ſæculari populo ſanguis ſumendus non detur,ſed tantum corpus, ſanguis verò à ſolis ſacerdotibus ſumatur. Probat concluſionem, quia ad ſumptionem huius ſacramenti, maxima exigitur, tum reuerentia,tum cautela, ne quid accidat quod in iniuriam tanti myſterij cedat,quod in ſumptione calicis præſertim contingere poſſet:nam ſi incaute ſumeretur,facile poſſet effundi:igitur cum creſcẽte familia Chriſtiana, ſenem debilitas, & iuuenum imprudentia,& paruulorum temeritas commiſceretur,difficile eſſet tantum diſcretionis & cautelæ vbique adhiberi,vt non crebro periculum effuſionis immineret:conſultiſſimum ergo fuit populum à ſanguinis populo arcere.

De antiquitate huius hæreſis varij Doctores ſentiunt

tiunt. Communis tamen Theologorum ſententia tenet, quòd originem traxit à Bohemis. Et Dionyſius de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 13. de eius ritu ſic habet, Velatum enim & non diuiſum panem reuelans, & in multa diuidens, & vnionem calicis omnibus diſpertiens, &c. quæ quidem conſuetudo in eccleſia nonnullis ſæculis durauit, vt eſt videre apud Cyprianum epiſtola 2. vbi ait, quòd martyribus dabatur ſanguis, vt acriores eſſent ad pugnam. Et ſermone de lapſis, ſubdit hiſtoriam de conſecrato ſanguine, quem ipſe puellæ in os infudit. Et in hiſtoria Laurentij legimus, dixiſſe Sixto, Experire vtrum idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem. Ex quo colligimus diaconos tunc miniſtraſſe ſanguinem populo. Et lib. 9. Hiſtoriæ Tripartitæ, cap. 30. refertur Ambroſium hæc verba dixiſſe Theodoſio in obiurgationem eius, Quomodo huiuſmodi manibus ſuſcipies ſanctum Domini corpus? qua temeritate ore tuo populum ſanguinis pretioſi percipies? Ritus ergo ille non modo inter hæreticos, verum inter Catholicos multo tempore inualuit: adeo vt temporibus Sanct. Thomæ, nondum fuerit abolitus: dicens enim in quibuſdam eccleſiis prouide ritum noſtrum obſeruari, inſinuat, quandoque fuiſſe vniuerſalem. Et B. Rhenanus in annotationibus in Tertullianum libro de Corona militis, refert Benedictinorum, & Carthuſianorum ritum fuiſſe miniſtrandi ſanguinem laicis, quem e calice fiſtula argentea, vel aurea ſumebant. Poſtea vero temporis cum ritus noſter tamquam tutior & cautior creſceret, Vuiclephiſtæ, & ciues Pragenſes, cæperunt edicto publico proclamare, neceſſariam eſſe communionem ſub vtraque ſpecie, noſtrumque morem hæreticorum eſſe, quorum error damnatus eſt Concilio Conſtantienſi, Seſſ. 13. vbi habetur, conſuetudinem hanc noſtram ad euitandum aliqua pericula & ſcandalum rationabiliter introductam: licet in primitiua eccleſia huiuſmodi ſacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie: cum firmiſſimè credendum ſit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinem, tam ſub ſpecie panis, quam ſub ſpecie vini, veraciter contineri. Qua diffinitione Concilij non obſtante, Lutherus omnium hæreſum ſentina, in Bohæmorum errorem iuratus, apud Germanos eundem ſuſcitauit.

Concil. Trident.

Contra quos nuper Concilij. Trident. Seſſ. 21. Can. 1. 2. & 3. in hæc verba ſic diffiniuit, Si quis dixerit ex Dei præcepto, vel neceſſitate ſalutis omnes & ſingulos Chriſti fideles vtramque ſpeciem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramenti ſumere debere, anathema ſit.

Secundo, Si quis dixerit, ſanctam Eccleſiam Catholicam non iuſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, vt laicos atque etiam clericos non conficiẽtes ſub panis tantummodo ſpecie communicaret, aut in eo erraſſe, anathema ſit.

Tertio, ſi quis negauerit totum & integrum Chriſtum omnium gratiarum fontem & authorem ſub vna panis ſpecie ſumi, quia vt quidam falſo aſſerunt, non ſecundum ipſius Chriſti conſtitutionem ſub vtraque ſpecie ſumatur, anathema ſit. Ex qua diffinitione duas colligimus concluſiones.

Concluſio prior eſt. Communio ſub vtraq; ſpecie non eſt adeò condemnata, vt ſit omnino contra ius diuinum, nam verba Euãgelica ſuperficie tenus id videntur ſonare, & præterea conſuetudo antiqua eccleſiæ: quo fit, vt priuilegio eiuſdẽ eccleſiæ poſſit nunc etiã quibuſdam illuſtribus indulgeri, vt Principibus, & Regibus, & Cardinalibus non ſacerdotibus, vt poſſint cum omni decentia & cautela ſanguinem ſumere. Secunda concluſio, Eccleſia conſultiſſimè ac ſanctiſſimè, vt Concil. Trident. diffiniuit, interdixit populo huiuſmodi ſanguinis com-

A munionem. Et ideo meritò qui dixerit Concilium id non potuiſſe aut debuiſſe diffinire, manifeſtus hæreticus eſt. Si enim verum eſt quod Apoſtoli illam formam ſolennem baptiſmi, baptizandi in nomine Domini Ieſu, ex rationabili cauſa mutarunt, nihil ergo mirum, ſi eccleſia hunc ritum emendauerit: licet diſcrimen ſit, quòd mutatio formæ, cum ſit de eſſentia ſacramenti, abſque reuelatione ſpeciali fieri nequiuerit, hæc autem mutatio non eſt niſi de vſu ſacramenti, qui non eſt de eius eſſentia. Et idem etiam eſt de ritu, & vſu ſacramenti matrimonij, quem nunc mutauit eccleſia, & diffinitio Concilij Tridentini, cum clandeſtina matrimonia irritauit; Quia ergo huiuſmodi ritum & vſus, non eſt de eſſentia ſacramenti, ideo abſque noua reuelatione per generalem prouidentiam id facere potuit, ſicut olim eccleſia ſanxit, vt fideles abſtinerent à ſuffocato, & ſanguine, & conſuluit, vt Chriſtiani bona ſua ad pedes Apoſtolorum B afferrent, quæ quidem pro ratione temporum mutata ſunt.

Prima ratio conuincens mutationem vſus ſanguinis fuiſſe decentiſſimam, eſt, quam S. Thom. adducit de periculo effuſionis ſanguinis. Secundo, accedit periculum corruptionis, quia ſacramentum hoc pro infirmis paratum eſſe debet, vt de conſecratione diſt. 2. Can. Presbyter, iubetur: vinum autem facillimè aceſcit, & corrumpitur. Tertia ratio eſt, quòd multis vinum horribile eſt, & nauſeam mouet, & infirmis hauſtus ſæpe noxius eſt. Quarto, quia poſſet prouincia tanta vini inopia laborare, vt non poſſet pro populo copia haberi: qui caſus ſufficiens eſſet, licet ritus antiquus ſtaret in eccleſia, vt Papa interpretaretur, quod ſolus ſacerdos corpus cum ſanguine conſecraret & ſumeret, & populus ſolum corpus ſine ſanguine ſuſciperet. Quinto, & id fuit condecens, ad repellendum errorem C eorum, qui cenſebant non totum Chriſtum ſub vtraque ſpecie contineri, ſed corpus ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini. Similiter eccleſia, ad propulſandum Hebionitarum hæreſim, dicentium ſeruandas eſſe Iudaicas cæremonias, inſtituit, vt conſecraretur in fermentato: in his enim quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, aut de eſſentia ſacramentorum, conſultiſſimè eccleſia temporum rationes obſeruat. Sexto, vt inter ſacerdotes & populum hac dignitate diſcriminetur, non enim decet in hoc ſacramento pares eſſe; habet quippe ſacroſancta Euchariſtia & rationem ſacrificij, & rationem ſacramenti, & quatenus ſacrificium, eſt oblatio, qua ſacerdos, nomine populi, Chriſtum hoſtiam viuam ſanctam & immaculatam Deo offert: nam etſi plebs tamquam aſſiſtens ſuo ordine dicatur offerre, ſacerdos tamen eſt qui conſecrat, & ſacrificium perficit, & ideo debet paſſionem ipſam D perfectiſſimè repræſentare, in qua ſanguis à corpore fuit effuſus, & ideo ad vtrumque tenetur, tum cõſecrare, tum perinde ſumere. Gratiam verò quã vſus ſacramenti ſuſcipientibus digne, communicat virtute corporis abundè participiant, nam ſub ſpeciebus panis ſimul etiã & ſanguinem ſuſcipiũt. At vero quoniam Lutherus vtrumque negat, ſcilicet, & Miſſam eſſe Sacrificium, & munus ſacerdotis omnibus Chriſtianis æqualiter conuenire: nos contrariũ manifeſtè oſtendimus, ex concordia veritatis & figurarum: nam Geneſ. 14. legitur, quòd Melchiſedech ſacerdos, Chriſti typus, panem & vinum offerebat. Et in eſu agni paſchalis, aut in mãna, quibus in figuram huius ſacramenti, populus paſtus eſt, nulla fit mentio vini, ſed tantum cibi. Et dum Chriſtus Dominus tamquam præambulũ huius ſacramenti quiq; panibus turbam ſatiauit, nulla fit mentio potus aut vini. Et S. Tho. 4. ſent. diſt. 11. q. 2. art. 1. ait, In veteri lege qui animalia ſacerdotibus in ſacrificium offerebant, partem eorum quandoque ſumebant: de liquidis autem libaminibus obla-

Figuræ.

bus oblatis, vt de vino & oleo, vt legitur Leuit. 23. nihil populus ſumebat, ſed in ſolum vſum ſacerdotum cedebant. Tum etiam, quia ſi panes propoſitionis, qui erant ſuper altari in templo, populus ſemel in hebdomada ederet, ſanguinem tamen ſacrificiorum vt Leuit. 3. legitur, ſolus ſacerdos tractabat, liniens altaris cornua.

Hæreticorũ oppoſitiones.

Aduerſus hanc Catholicam veritatem hæretici opponunt, primo de loco illo Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in nobis, vbi cum ſub eodem tenore caro & ſanguis nominetur, vtrumque neceſſarium iubetur.

1. Oppoſitio.

Ad hoc plerique reſpondent, locum hunc non intelligi de ſacramentali manducatione, ſed per metaphoram de incorporatione in Chriſtum per fidem, cui reſpondet in gloria eſus & potus per viſionem: iuxta verbum ipſius, Ego diſpono vobis Regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo, ſicut Chriſtus dicitur panis Angelorum. At vero proculdubio locus hic de manducatione ſacramentali intelligitur: nam quamuis à principio locutus fuerit de huiuſmodi manducatione per fidem, poſtmodum vero & potiſſimè illis verbis de ſacramentali loquitur, quod Auguſtinus optime nouit, nam Pelagianos reuincens, eo quòd aſſererent pueros ſine peccato naſci, & ſine illo ſacramento eſſe dignos vita æterna, ipſos ex hoc verbo redarguit, Niſi manducaueritis, &c. non habebitis vitam in nobis, & ideo concludit ſacramentum hoc eſſe de neceſſitate ſalutis, ſaltem voto, quod includitur in baptiſmo.

Auguſt.

Et ideo reſpondeo primo, quod illud, Niſi manducaueritis, &c. Dictum eſt eccleſiæ in communi, hoc eſt, niſi manducaueritis, vt eccleſia diſpoſuerit carnem & ſanguinem, eccleſia vero diſpoſuit quod ſacerdotes ſumant corpus & ſanguinem, plebs ſolum corpus, ſed quia ſingulis dictum eſt, non habebitis vitam in vobis; ideo ſecundo reſpondeo, quòd ſub ſpeciebus panis caro ſimul & ſanguis ſumitur, vt Synodus Conſtantienſis innuit: nam licet ſanguis illic non ſit niſi ex naturali concomitantia, tam verè tamen eſt ibidem, ſicut corpus, & ideo vtrumque ſimul ſub qualibet ſpecie ſumitur, nam ſub forma panis comeditur corpus, ſumitur & ſanguis: quare Chriſtus non dixit, niſi manducaueritis carnem ſub ſpecie panis, aut biberitis ſanguinem ſub ſpecie vini, ſed ſimpliciter, niſi manducaueritis, &c. vt manducatio referetur ad res, quæ ambæ ſub vtraque ſpecie continentur.

2. Oppoſitio.

Secundo loco obijciunt locum illum Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem, vnde duplex formant argumentum, prius ex forma præcepti, poſterius ratione exempli, quia dedit diſcipulis corpus, & ſeorſum ſanguinem, dicens, vt Matth. refert, Bibite ex hoc omnes. Ad hoc reſpondeo primo, verbum illud, facite, multiplicem habere ſenſum, nam per illud inſtituit Chriſtus diſcipulos ſacerdotes, adeoque præcepit eis iuxta diſpoſitionem eccleſiæ celebrare, & populo ſacramentum diſpenſare, ac ſubinde populo iuſſit, ſecũdum eiuſdem eccleſiæ diſpoſitionem ſacramentum ſumere: quemadmodum quando Ioan. 20. Tradidit eis Spiritum ſanctum, tamquam facultatem remittendi peccata in virtute præcepit Chriſtianis vt ea confiterentur. Secundo reſpondeo, quod ſi attendamus rigorem verborum, vt ſonant, quando tradidit corpus, vt eſt apud Lucam, dixit, Hoc facite, poſt calicem verò id non adiecit. Vnde & Paul. 1. Corinth. 11. pariter in traditione corporis commemorat dixiſſe, Hoc facite, ſed in porrectione calicis nõ ait, niſi, Hoc facite quotieſcumque bibetis in meam commemorationem, vbi non ſubiungitur vniuerſale præceptum bibendi, quod omnes liget, ſed ſecundum eccleſiæ ritum. Vltimo reſpondeo, quod quamuis Chriſtus præcepto illo

A vniuerſalem fidelium eccleſiam comprehenderit, nihilominus Apoſtolis eccleſiam tunc repreſentantibus poſitum eſt, & ideo in communi eſt intelligendum ſecundum eccleſiæ diſpoſitionem, vt concilia diffinierunt: & Chriſtus, Apoſtolis quos ſacerdotes inſtituebat, vtramque ſpeciem communicauit, & ideo illud, bibite omnes, non ad omnes fideles, ſed præcisè ad Apoſtolos, & perinde ad ſacerdotes refertur; Nec ritus iſte nouus eſt in eccleſia, nam diſcipulis euntibus in Emaus, vt Luc. 24. legitur, in fractione panis ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum communicauit, vt Auguſt. ſermone feriæ ſecundæ paſchatis exponit. Item Actu. 2. legitur, quod tunc fideles erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & in communicatione fractionis panis, & in orationibus, quod Doctores aliqui interpretantur de fractione ſacramenti: & in hiſtoria Iacobi Apoſtoli legitur, quòd cum mortuo Chriſto iuraſſet ſe non comeſturum panem, quouſque reſurrexiſſet, apparuit ei Dominus, deditque panem qui creditur ſacramentalis, vbi nulla fit mentio vini: & in oratione Dominica petimus

B panem quotidianum, quod plurimi de ſacramento explicant. Vſus etiam eccleſiæ fuit apud quoſdam, vt parochiani farinam conferrent, qua panis fieret pro omnibus conſecrandus, & non vinum, in cuius memoriam relicta fuit diſtributio panis benedicti in eccleſia ſine vino. Denique Pius Papa, decimus à Petro, circa annum Domini 160. vt refertur de Conſecratione, diſt. 2. Can. Si per negligentiam, cauit, vt ſi ſanguis ſuper terram ſtillaret, ſacerdos quadraginta diebus pœniteret, & ſi ſuper altare, quatuor diebus, vbi de ſæcularibus nihil meminit: quod eſt indicium, iam tunc inchoatum morem ſubtrahendi ſanguinem populo.

Vltimum argumentum ſumitur ex detrimento gratiæ, nam cum ſanguis virtutem in ſe contineat conferendi gratiam, ſicut & corpus, apparet diſtinctum gradum gratiæ infundi per ſanguinem, ab illo qui infuſus eſt per corpus, quo ideo non debet populus priuari. Ad hoc bifariè ſolet reſponderi:

C primum, nõn eſſe abſurdum concedere auctiorem gratiam ſub vtraque ſpecie ſacerdotibus conferri, quam populo ſub vna, nam cum effectus ſacramẽti abunde per ſumptionem corporis conferatur, Eccleſia nullam iniuriam facit ſæcularibus, dum ſanguinem illis ſubtrahit. Hæc tamen ſolutio ſuſtineri non poteſt. Primo, quia eſt contra diffinitionẽ Concilij Conſtantienſis, ſeſſ. vltima, vbi diffinitur, non conferri gratiam maiorem ſub vtraque ſpecie quam ſub vnica. Secundo, quia ſi ſolutio ſtaret, vtique hæretici contenti eſſent. Tertio, quia expreſſe eſt contra ſententiam D. Tho. 3. parte, qu. 79. ar. 7. ideo ſecundo & verius reſpondetur, tantam, imò eandem præcisè gratiam conferri ſacerdotibus ſub ambabus ſpeciebus, quam populo ſub altera: & ſic

D docet Caietanus artic. 12. quæſtionis 80. ſcilicet, quòd gratia non minus confertur virtute illius rei quæ ſub ſpeciebus continetur, per concomitantiam, quam virtute illius quæ continetur ex vi conſecrationis; quocirca, quando poſtmodum ſacerdos ſanguinem ſeorſum ſumit, quia eius effectum iam ſumpſerat, non amplius recipit, ſicut ſi vnam hoſtiam poſt alteram ſumeret. Addit tamen Magiſter Soto, in locum citatum; Si vero dum ſumebat corpus forte non erat digne diſpoſitus, vt gratiam ſuſciperet, & diſpoſitus eſt in ſumptione ſanguinis, tunc eamdem virtutem ſanguinis ſimul & corporis recipiet. Salua tamen gratia ſapientiſſimi ac religioſiſſimi viri, contrarium aſſertionis eius exiſtimo verum. Primò, quia ſi cum ſumebat corpus non erat dignus, indigne ergo manducauit, & ideo ſibi iudicium. Secundo, quia ſi corpus Dominum, ſicuti eſt medela animæ, venenum eſſet, corporaliter illum occideret, igitur ſpirituali-

Digitized by Google

ter occidit. Tertio, quia ſub diſtinctis ſpeciebus diſtincta gratia concederetur, quod eſt contra diffinitionem Concilij Conſtanienſis. Quarto, quia id eſſet occaſio vt peccatores cum conſcientia mortalis ad Euchariſtiam accederent. Quinto, quia ſi hoc datur, debet etiam concedi ſpecies panis in ſtomacho operari eundem effectum, quem operarentur ſi digne ſumerent. Sexto, quia ſimpliciter & abſolute panis hic non eſt mortuorum, ſed viuentium, vel ſaltem cum ignorantia inuincibili ad panem Dominicum veſcendum accedentium. Vltimò, quia idem ſacramentum eidem ſub vnica & eadem actione eſſet cauſa mortis dum corpus ſumit indigne, & cauſa vitæ dum ſanguinem iam contritus ſumit, quæ rationes ſuadere videntur contrarium prædictæ aſſertiones.

Pro defenſione Chryſoſtomi, & Hieronymi reſpondeo, quòd quamuis primo aſpectu verba eius videantur Græcis & nouis Lutheranæ ſectæ hæreticis fauere, ab vtriſque tamen triplici diſcrimine differunt. Primo, quia quod Gelaſius & cæteri Pontifices de ſumenda Euchariſtia ſub vtraque ſpecie iniunxere, hi etiam laicis præceptum eſſe volunt, contra decreta & titulum quo ſolis ſacerdotibus comprehenduntur: & contradicentibus hiſtoricis aliquot, qui affirmant ſanctionem à Gelaſio datam hoc cauere, vt ſacerdotes neque Euchariſtiam ſub vna tantum ſpecie conſecrarent, neque ſub vtraque ſpecie populo diſtribuerent. Secundò, quòd Chryſoſtomus, Hieronymus, & alij quidam eccleſiarum paſtores ex indulgentia & benigna diſpenſatione populo conceſſerunt, iſti in præceptum & obligationem vertunt. Tertio, quòd illi anteaquam contrarium eade re ſtatuiſſet eccleſia, aut permiſerunt, aut conceſſerunt, iſti vero etiam poſt Synodicas & Oecumenicas prohibitiones ita neceſſarium faciunt, vt diffiniant ac decernant ex Dei præcepto & ex neceſſitate ſalutis omnibus fidelibus Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie ſumendam, & eos grauiter peccare, qui alteram ſine altera ſumant, quos merito Conſtantienſe Concilium, & Tridentina Synodus damnant.

DECIMVMSEPTIMVM QVÆSITVM.

An Petrus Paulo ac cæteris Apoſtolis fuerit dignitate ſuperior.

Galat. CHryſoſtomus in commentario epiſtolæ ad Galat. *Deinde poſt annos tres aſcendi Hieroſolymam vt viderem Petrum.* Galat. 1. Quid hoc, inquit, Pauli animo poſſit eſſe modeſtius poſt tanta taliaque beneficia, cum nihil opus haberet Petro, nec illius egeret, ſed honore par eſſet illi, (nihil enim hic dicam amplius) tamen aſcendit velut ad maiorem ac ſeniorem, ſoluſque Petri conſpectus commouit illum, vt eo proficiſceretur. Ad eandem ſententiam alludere videtur Hom. in epiſtolam ad Rom.
Rom. 18. 18. inquiens, Neque enim ſi populum ſuum Deus repulſurus fuiſſet, Paulum ſibi ex Iſraelitis elegiſſet, cui omnem prędicationem, cui res orbis, myſteria cuncta, vniuerſamque diſpenſationem concederet.

Hieronymus conſentire videtur Chryſoſtomo, nempe quod Petrus authoritate dignitate non fuerit Paulo ſuperior, in expoſitione tituli
Galat. 1 huius, *Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem,* &c. Galat. 1, ſic ſcribens, Poteſt oblique in Petrum, & in cæteros dictum accipi, quod non Apoſtolis ei ſit traditum Euangelium, ſed ab ipſo Ieſu Chriſto, qui & illos & Apoſtolos elegerat: quod manifeſtius facit, dum ab eis qui videbantur eſſe aliquid, nihil in ſe collatum refert; & ipſi Petro in faciem reſtitiſſe ſcribit. Et infra, exponens illud Euangelium, Ab homine non accepi, neque didici: idem repetit. Item ſuper illud ex cap. 2. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum, &c. loquens ſub perſona Pauli, ait, ego in nullo ſum Petro inferior, quia ab vno Deo ſumus ambo in miniſterio ordinati. Et lib. 1. aduerſus Iouinianum indicare videtur Petrum parem poteſtatem habere cum cæteris Apoſtolis, his verbis, Eccleſia licet fundetur ſuper omnes Apoſtolos, & cuncti claues regni cælorum accipiant, & ex æquo ſuper eos eccleſiæ fortitudo ſolidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt conſtituto capite ſchiſmatis tollatur occaſio. Et in epiſtola ad Euagrium, videtur Romano Pontifici quemlibet Epiſcopum æquare, ait enim, Vbicumque fuerit Epiſcopus ſiue Romæ, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Alexandriæ, eiuſdem meriti, eiuſdem eſt ſacerdotij: potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel ſubliniorem, vel inferiorem Epiſcopum facit: cæterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. His dictis Chryſoſtomi & Hieronymi abutuntur noſtrorum temporum hæretici aduerſus Petri primatum, contendentes labefactare ſupremam poteſtatem Petri, ad primatum Apoſtolicæ ſedis Romanæ ſupra cæteros Apoſtolos ac Epiſcopos.

Diſputant Doctores Scholaſtici de hac quæſtione, 4. ſententiis diſtinct. 18. & Caietanus inter ſua opuſcula. Eckius in opere quod de hac re non minus egregium quam amplum edidit. Et quoniam materia hæc de poteſtate eccleſiaſtica, & in quo primo reſideat, nimis lata ac diffuſa eſt, aliqua ex illis, ſequentibus propoſitionibus exponam. Prima propoſitio, Tota poteſtas eccleſiaſtica tam ordinis, quàm Iuriſdictionis fuit in Petro Apoſtolo ſibi à Chriſto domino collata. 1 Propoſitio.
Hæc patet Matth. 16. *Tibi dabo claues Regni cælorum:* vbi Dominus totam & integram poteſtatem Petro promiſit, non ergo dubium quia quod promiſerit, impleuerit, dato ergo quòd ignoremus, quando vel vbi Dominus impleuerit, Catholico tamen ſat eſt ſcire & cognoſcere, quòd ſi Dominus promiſit, id opere adimpleuit. Matth. 16
Et de hac propoſitione controuerſia non eſt. Secunda, in omnibus Apoſtolis fuit poteſtas eccleſiaſtica ordinis & Iuriſdictionis: hæc etiam manifeſta eſt ex illo Matth. 18. vbi omnibus dictum eſt, *Quodcumque ligaueritis,* &c. & quodcumque ſolueritis. Et Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem quotieſcumque feceritis,* vbi omnes ſacerdotes ſunt conſtituti. 2. Propoſitio. Matth. 18
Dubium tamen eſt, an omnes Apoſtoli poteſtatem immediate à Chriſto acceperint, vel an à Petro ad ipſos deriuata ſit. Et dubium eſt tam de ordinis poteſtate, quam iuriſdictionis: & de ordinis poteſtate, quia Iacobus maior ordinatus eſt Epiſcopus Hieroſolymitanus à Petro, Iacobo, & Ioanne, vt habetur, cap. porrò, diſtinctio. 66. & Paulus & Barnabas videtur quòd ab alijs Apoſtolis poteſtatem ordinis ſuſceperunt: habetur enim Act. 13. dixit Spiritus ſanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabam, &c. & ſequitur, imponentes eis manus, dimiſerunt eos. His tamen non obſtantibus ſtatuitur tertia propoſitio, Omnes Apoſtoli poteſtatem ordinis immediate acceperunt à Chriſto, hæc patet Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem. 3. Propoſitio.
De poteſtate vero iuriſdictionis dubium eſt grauius. Nam Turrecremata lib. 2. cap. 24. defendit non omnes Apoſtolos poteſtatem iuriſdictionis ſuſcepiſſe à Chriſto, ſed Petrus eam accepit, & ab ipſo in alios eſt deriuata: & ea quæ adducit ſolum Turrecremata.

concludunt aliorum Apoſtolorum authoritatem ſubiectam eſſe authoritati Petri, & ei ſubordinatam. Ratio vero eius hæc eſt, quia ſi Chriſtus dominus poteſtatem iuriſdictionibus omnibus Apoſtolis tradidit, dedit ergo ſubditos & inferiores: tunc ſic, aut diuiſit inter eos prouincias, & hoc credendum non eſt, quia neque in Euangelio neque in ſacris literis habetur; aut dedit illis poteſtatem ſupra totum orbem, quod neque vero ſimile eſt, tunc enim plures ſuper eoſdem ſubditos eãdem poteſtatem haberent, quod tamen eſt contra illud Domini Lucæ 11. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur: & Principum pluralitas in eadem prouincia & Republica confuſionem parit. Tum etiam quia ſi Petrus maioris poteſtatis & authoritatis non eſſet quam cæteri Apoſtoli, tunc omnes eſſent æquales, quod tamen hæreticum eſt, quia tunc Petrus princeps Apoſtolorum non eſſet, & contra diffinitionem Oecumenici

Concil. Floren.

Concilij Florentini Seſſ. vltima, ſic enim habet. Diffinimus ſanctam Apoſtolicam Sedem & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe B. Petri Principis Apoſtolorum, & verè Chriſti Vicarium, totiuſque eccleſiæ caput.

4. Propoſitio.

Hoc tamen non obſtante, ſtatuitur quarta propoſitio, Apoſtoli à Petro nullam poteſtatem acceperunt, ſed totam habuerunt à Chriſto. Probatur hæc aſſertio contra Turrecrematam, & plures alios Doctores, qui plus debito authoritatem ſummo

1. Ratio.

Pontifici tribuunt, ſicut etiam alij Concilio. Primo, quia omnibus Apoſtolis dictum eſt Matt. 18. Quodcumque ſolueritis, &c. Et Ioannis 20. Quorum remiſeritis, &c. & Marc. vltimo, Euntes in vniuerſum mundum prædicate Euangelium, &c. Prædicare autem, poteſtas iuriſdictionis eſt. Et rurſum Ioan. 20. Sicut miſit me Pater, ita & ego mitto vos: non dicit Petrus mittet vos, ſed ego mitto vos. Si ergo à Chriſto ſunt miſſi, & hoc cum poteſtate & authoritate, dicit enim, ſicut miſit me

2. Ratio.

pater, ergo. Secundo arguitur quia Chriſtus Dominus duodecim Apoſtolos inſtituit, ad authoritatem autem & Apoſtolatus miniſterium ſpectat plenam poteſtatem habere, ergo eos miſit cum plenitudine poteſtatis, antecedens patet Matth. 6. & Luc. 10. & Marc. 3. & minor probatur ex doctrina S. Thom. in illum Epheſ. 4. Et ipſe poſuit in eccleſia quoſdam Apoſtolos, &c. vbi inquit, Quod ad officium Apoſtolatus tria requiruntur. Primum authoritas populum fidelem gubernandi. Secundo, docendi authoritas. Tertio, miraculorum poteſtas. Sed quia iſta Apoſtolis omnibus ſunt data, vt patet Lucæ 9. Marc. vlt. dedit eis poteſtatem vt dæmonia eiicerent, & vt languores curarent, & miſit eos prædicare; & Marc. vltimo, Euntes in vniuerſum mundum docete omnes gentes, &c. Si ergo æqualiter omnibus Apoſtolis iſta tria miniſteria tradidit, quæ ad officium Apoſtolatus ſpectant, non ergo à Petro, ſed à Chriſto po-

3. Ratio.

teſtatem immediate acceperunt. Tertio probatur, quia certum eſt, quod cæteri Apoſtoli non minorem poteſtatem acceperunt quam Paulus, Paulus vero poteſtatem non accepit à Petro, ſed à Chriſto, ergo & cæteri Apoſtoli; minor habetur ad Galat. 1. & 2. vbi inquit, Hi qui aliquid eſſe videbantur nihil mihi contulerunt, ſed qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum operatus eſt mihi; non enim ſegregatus ſum in Euangelium ab hominibus, nec per homines, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Et quod Apoſtolus de ſe affirmat, idem de cæteris Apoſtolis tenendum eſt. Sed offert ſe ſtatim dubium, quam poteſtatem Apoſtoli à Chriſto receperint, numquid æqualem? an Petrus maiorem acceperit? De hoc ſit quinta propoſitio, Apoſtoli om-

5. Propoſitio.

nes extenſiuè æqualem acceperunt poteſtatem à Chriſto, hoc eſt, quòd ſicut Petrus poteſtatem accepit in totum orbem, ſic & Apoſtoli item extenſiue, id eſt, quantum ad actus omnes, ſic quod quidquid Petrus in totum orbem poterat, ſimiliter & quicumque alius Apoſtolus: hoc patet, quia Marci vltimo, omnes in vniuerſum orbem ad prædicandum miſſi ſunt. Et Ioannes vigeſimo, Sicut miſit me pater, & ego mitto vos: Chriſtus verò in vniuerſum orbem eſt miſſus. Tum etiam quia vniuerſaliter omnibus dictum eſt, quorum remiſeritis peccata, & non ſoli Petro. Ad hæc, quia omnibus æqualiter data eſt vniuerſalis poteſtas, ad tres illas functiones, & actus, quos requiri diximus ad miniſterium Apoſtolatus, ſcilicet gubernandi, & docendi fidelem populum, cum miraculorum poteſtate. Secundo id probatur ex geſtis ipſorum Apoſtolorum, legimus enim, quod vbicunque erant, omnia quæ ſpectabant ad vniuerſalem poteſtatem eccleſiaſticam, exercebant. Et hoc ex Paulo conſtat, qui ad Galat. primo & ſecundo, pro virili authoritatem ſuam defendit, oſtendens parem ſe habere poteſtatem cum Petro: & idem iudicium eſt de cæteris Apoſtolis, quia poteſtatem maiorem non habuit, quam illis data fuit quod etiam ex Cypriano conſtat in epiſtola ad Nouatianum de nouitate eccleſiæ, & habetur 24. quæſt. 1. capit. loquitur Dominus, vbi inquit, Erant vtique cæteri Apoſtoli quo Petrus pari conſortio prædici & honoris & poteſtatis. Sed hoc videtur eſſe contra Petri primatum, ideo ſtatuitur

6. Propoſitio.

Sexta propoſitio, Petrus inter omnes Apoſtolos authoritate & poteſtate princeps fuit, & ſupremus. Probatur hæc aſſertio, primum Matth. decimo & duodecimo, vbi habentur Apoſtolorum nomina, quæ ſunt hæc, primus Simon qui dicitur Petrus. Et Lucæ ſexto, idem habetur, & Marci tertio, eodem ordine nominantur. Ex quo ſic arguitur, Petrus dici non potuit primus, niſi authoritate vel vocatione: vocatione autem primus, non fuit, nam vt Ioan. primo habetur, Andreas fuit primo vocatus, qui fratri ſuo Simoni dixit, Inuenimus Meſſiam, & duxit Petrum ad Ieſum. Si ergo vocatione non fuit primus, ſequitur quòd authoritate & dignitate primus fuerit. Secundo probatur Math. decimoſexto, Chriſtus pro confeſſione heroica fidei, Apoſtolis alijs præſentibus ei dixit: Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum: Ex quo liquido conſtat, quod aliquid ſpeciale Petro conceſſit, quod alijs non tradidit, vt ex promiſſione ipſa conſtat: hoc autem non videtur quid eſſe poſſit, niſi ſuprema dignitas & authoritas. Item Lucæ vigeſimoſecundo. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Si ergo curam fratrum ei commiſit, id arguit poteſtatem ſupra cæteros ſupereminentem. Item Ioann. vltimo, alijs Apoſtolis præſentibus ter interrogauit illum, dicens: Petre diligis me plus his? & tandem dicit illi, paſce oues meas. Ex quo manifeſte conſtat, quod pro maioris dilectione aliquid Petro, quòd non alijs Apoſtolis conceſſit. Dubium tamen eſt, ſi ita eſt, quòd Petrus authoritate & poteſtate cæteris Apoſtolis fuit ſuperior, quomodo igitur ſtat, omnes Apoſtolos æqualem poteſtatem habuiſſe cum Petro? Reſpondeo extenſiuè, æqualem poteſtatem & authoritatem fuiſſe in omnibus: Petri vero authoritas intenſiue in quatuor fuit ſuperior & maior. Primò, quia Petri poteſtas ordinaria erat, cæterorum vero quaſi delegata: erat enim tanquam delegata, vt poteſtas Vicarij eſt delegata ab Epiſcopo, & ei ſubordinata, licet Epiſcopus ei concedat poteſtatem omnem quam ſupra oues ſibi commiſſas habet. Secundò, quia Petri poteſtas, quoad extenſionem perſeueratura erat in eccleſia aliorum autem Apoſtolorum, ipſis defunctis, quoad ex-

tenſionem ceſſauit. Epiſcopus enim poteſtatem & authoritatem tantum in ſua diœceſi exercere poteſt, Petri vero ſucceſſor extendit ſe in totum orbem. Tertio, quia licet authoritas & poteſtas aliorum Apoſtolorum in totum orbem ſe extenderet, non tamen ſupra ſe inuicem erant, nec ſupra Petrum: ſicut Epiſcopus Lucenſis non poteſt Epiſcopo Aurienſi aliquid imperare authoritate coercitiua: Petri vero poteſtas ſupra cæteros Apoſtolos erat: ideo ſi Iacobo præcepiſſet vt Hieroſolymis maneret, obedire tenebatur, & idem de alijs Apoſtolis. Quarto, quia in cauſis maioribus & grauibus Petri authoritas ſupra cæterorum poteſtatem præualuiſſet: vtpote ſi Petrus & Paulus de re aliqua contendiſſent, & Petrus tanquam de fide id diffiniſſet, Petri diffinitioni ſtandum fuiſſet. Septima & vltima propoſitio, Præter Apoſtolos nullos alius poteſtatem & authoritatem habuit immediate à Chriſto. Probatur hæc aſſertio, quia locis omnibus quibus poteſtatem eccleſiaſticam Chriſtus tradidit, diſcipuli ibi non erant, ſed ſolum Apoſtoli, vt patet Matth. 16. & 18. & Lucæ 22. & Ioan. 20. & vlt. Tum etiam quia Ioſephus, quia cognominatus eſt & Barnabas, vnus erat ex diſcipulis, vt Actuum 1. patet, qui tamen poteſtatem à Chriſto non accepit: legitur enim Actuum 9. quòd erat Leuita & diaconus, & hoc poſt aſcenſionem Domini erat, & ſi illi Chriſtus poteſtatem non dedit, creditur neque alicui alij dediſſe. Etiam de Philippo Actuum 8. conſtat, quòd prædicauit Samaritanis, & tamen S. Thom. 4. diſtinct. 2. qu. 2. art. 4. ad primum argumentum, & quodlibeto 10. aſſerit illum Philippum, qui prædicauit Samaritanis, & baptizauit illos, non fuiſſe Philippum Apoſtolum: ratione probatur, quia ibi legitur ipſos Samaritanos per prædicationem & Philippi baptiſmum, Spiritum ſanctum non recepiſſe, & credibile non eſt, quòd fuerit aliquis extra diſcipulorum numerum, & poſt Apoſtoli ſunt miſſi vt Spiritum ſanctum acciperent, compertum ergo eſt fuiſſe ex diſcipulis. Et Actuum 6. & 21. legitur Philippum iſtum fuiſſe vnum ex ſeptem diaconibus, & cum non ſit verò ſimile, quòd Chriſtus illum ſolum diaconum inſtituerit, non ergo poteſtatem aliquam à Chriſto accepit. Et idem de alijs ſeptuaginta duobus exiſtimandum eſt.

7. Propoſitio.

Dubium tamen eſt, an iure diuino in Eccleſia ſit vna ſuprema poteſtas, quæ authoritate & poteſtate à Chriſto Domino ſuccedat. Ad quod affirmatiue reſpondeo vnica Catholica concluſione de fide. In eccleſia catholica dignitas Pontificis Maximi ſupereminet cæteris dignitatibus eccleſiaſticis authoritate & poteſtate, & hoc de iure diuino. Quod conſtat Matth. 16. vbi Petrum fundamentum inſtituit eccleſiæ, dicens ei: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, &c. Sunt qui verbum illud, Super hanc pétram, non ad Petrum referant, ſed vel ad Chriſtum, qui lapis eſt angularis totius eccleſiaſtici ædificij, de quo 1. Corinth. 3. ait Paulus: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus; Vel ad ipſam confeſſionem Petri, Tu es Chriſtus filius Dei viui, quæ prima petra eſt, & articulus, cui fides noſtra ſubnititur. Alij, Tibi dabo claues regni cælorum, non Petro ſingulariter dictum exiſtimant, ſed vel toti Apoſtolorum collegio, vel eccleſiæ in communi. Sed contextu Euangelico attentius inſpecto, ad Petrum ſingulariter totum pertinere conſtat, nam Chriſto interrogante Apoſtolos, quem dicunt homines eſſe filium hominis, non omnes, ſed ſingulariter Petrus reſpondit, Tu es Chriſtus filius Dei viui. Vnde cum poſtmodum Petrus omnium nomine fidem cunctorum confiteretur dicens, Nos credimus & cognouimus quia tu es Chriſtus: reſpondit Ieſus, Nonne ego vos duo-

A decim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt? Quaſi dixiſſet, Non ſatis omnium pectora inſpexiſti, vt pro omnibus reſpondeas. Quocirca Leo Papa ſermone 3. de paſſione Domini, Vnus, inquit, de toto mundo eligitur Petrus, qui cunctis eccleſiæ Patribus præponatur; & aſſignans rationem ait, Quia primus eſt in Domini confeſſione, ideo primus eſt in Apoſtolica dignitate & poteſtate: Confeſſio ergo Petri prærogatiuæ ſingularis ſibi conceſſæ, cauſa fuit. Et hæc eſt ſententia Clementis Papæ in epiſtola prima ad Iacobum fratrem Domini, vbi Petrum fundamentum fidei à Chriſto poſitum eſſe oſtendit, cuius ideo ore cognominatus eſt Petrus, nam primum, inquit, Petro Deus Pater filium reuelauit, cui & Chriſtus beatitudinem contuſit: quod & nomen ipſum Petri pandit; quid enim in cauſa eſſe potuit, quòd ſolum Simonem Petrum nuncupauerit, niſi vt de petra fidei, quam ore protulerat, nomen duceret, quo deinceps appellaretur: & ideo fateamur confeſſionem illam, Tu es Chriſtus, primam eſſe fidei petram: nam ſi quis primum agnouerit Chriſtum eſſe Deũ,

Leo Papa.

Clemens Papa.

B qui mentiri inquit, ea quæ ipſe nos docuit firma fide tenebit. Verumtamen non dixit, Super hanc petram ædificabo fidem meam (quamquam & hoc veriſſimum ſit) ſed eccleſiam, hoc eſt Politiam, & Rempublicam meam, quæ Prælatorum adminiſtratione gubernatur, atque ſuper vno ſummo Prælato fundari debet: fuit ergo legitimus ſenſus, eo quod tu me confeſſus es filium Dei, atque adeo primam petram & fundamentum, vt vere ſum, eccleſiæ, quam fabricare intendo, ego te viciſſim Petrum (id eſt petram, inſtituo, qui vice mea petra eccleſiæ ſis, & fundamentum in terris. Ideo cum Dominus dixit: Tu es Petrus, verbum illud, Tu es Petrus, ad Petrum ipſum refertur, ac ſi dixiſſet, Tu es petra, & ſuper hanc petram, &c. & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam (ſcilicet eccle-

C ſiam) ſuper te fundatam: & ſicut ego habeo clauem Dauid, qui cælos clauſos aperiturus modo ſum, eorundem cælorum ego tibi claues concredam, vt quidquid tu vice mea ſolueris ſuper terram, ſit ſolutum in cælo, & quidquid ligaueris ligatum. Atque huius ſententiæ ſunt Patres antiqui, qui eiuſdem eccleſiæ columnæ & fundamentum fuerunt: Origenes Homil. 5. ſuper Exod. Magno illi inquit, Eccleſiæ fundamento, petræque ſolidiſſimæ, ſuper quam Chriſtus fundauit Eccleſiam ſuam, vide quid dicatur. Modicæ fidei, quare dubitaſti? Cyprianus in Epiſtola ad Iulianum ſuper Petrum inquit, Chriſtus ædificauit eccleſiam ſuam, vnde vnitatis haberet originem. Et Hieronymus ſuper eundem locum, Matth. Quid eſt inquit, quod ait Chriſtus, & ego dico tibi, quia tu mihi dixiſti, Tu es Chriſtus filius Dei viui, & ego dico tibi, non ſermone craſſo,

Origen.

Cyprian.

Hierony.

D neque vllum opus habente, ſed dico tibi, quia meũ dixiſſe feciſſe eſt, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Idem Ambroſius in ſermone de natali Petri & Pauli, & in Sermone de fide Petri, & multis alijs locis. Auguſtinus in Sermone de cathedra Petri, & Sermone 26. de Sanctis. Audiſtis, inquit, frequenter ipſum Petrum à Domino petram nuncupatum, ſicut ait, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, ſi ergo Petrus petra eſt, ſuper quam ædificatur eccleſia, recte pedes ſanat. Extant decreta Leonis citati, Anacleti, Can. In nouo. 21. diſtin. quæ aſſerta confirmant.

Ambroſ.

Auguſt.

Locus alius confirmans authoritatem ſummi Pontificis ſupremam eſſe de iure diuino, eſt, qui habetur Ioan. vltimo, non enim temere Chriſtus Petrum interrogauit, Diligis me plus his? ſed qui aliquid ſingulare ei præ alijs committere volebat, nempe Chriſtiani orbis gubernaculum, ob id enim examen eius præmiſit, an dignior reliquis eſſet, quo præmiſſo, ſubiungit, quia diligis me plus his,

paſce

paſce oues meas, hoc eſt (interprete Chryſoſtomo illic) præpoſitus & caput eſto fratrum, vt ipſi te in loco meo aſſumentes, vbique terrarum te in throno tuo ſedentem prædicent & confirment; Qua de cauſa, fidem Petri, eccleſiæ appellat Lucæ 22. vbi ſe cernens eum à reliquis ait: Ego rogabo pro te, vt non deficiat fides tua, tu autem aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Accedit ad hoc, quod in Concilio Nicæno, & alijs antiquis, ſummus honos Romano Pontifici eſt delatus. Et

Cyrillus.

B. Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus, inter ſua decreta. Vt membra, inquit, maneamus in capite noſtro Apoſtolico throno Romanorum Pontificum, à quo, noſtrum eſt quærere, quid credere, quid tenere debeamus, ipſum venerantes, ipſum rogantes, præ omnibus, quoniam ipſius ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, diſponere, ſoluere, & ligare, loco illius qui ipſum ædificauit, & nulli alij quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi, tamquam ipſi Domino Ieſu Chriſto obediunt. Idemque Anacletus Can. In ſancta, diſt. 22. Ex qua doctrina conſtat ſolutio diffinitionis Concilij Florentini: Conſenſimus enim diffinitioni illius, ſcilicet, Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ſucceſſorem eſſe Petri, verum Chriſti vicarium, & totius eccleſiæ caput: & addidimus diffinitionem hanc tamquam de iure diuino eſſe habendam.

Ex diffinitis fit conſequens, in facultate eccleſiæ non eſſe poſitum, ſic gubernationem Chriſtianæ Reipublicæ mutare, vt non ſit in ea Papa, ſed vt diœceſes per Epiſcopos & Archiepiſcopos & Patriarchas gubernarentur, quoniam Papam Chriſtus diuino iure ſibi ſubrogauit Vicarium, qui cum de iure diuino ſit inſtitutus, ideo de medio eum tollere eccleſia non poteſt, ſed tenetur illum tanquam caput ſuum colere. Quòd ſi arguas, ſi eccleſia non eligeret eum, nullus eſſet Papa: poſſet autem eccleſia pro bono pacis, aut alia iuſta cauſa, nullum creare, ergo hoc eſt in ſua facultate poſitum. Reſpondeo conceſſa maiori, nam electio Papæ ad eccleſiam pertinet: & ideo, niſi ea ipſum legitime creaſſet, nullus eſſet: ſicut nullus eſſet Epiſcopus, neque presbyter, niſi eius authoritate ordinibus initiatus, attamen eccleſia nullo iure poſſet ab electione Pontificis abſtinere, ideo Spiritus ſanctus eam non permittit in talem erroris foueam incidere. Quòd ſi quæras vtrum poſſet ſaltem duos aut tres Romanos Pontifices eligere, quorum alter occidentali eccleſiæ, alter vero Orientali præſideret? Non enim defuerunt quibus hoc probabile ſit iudicatum: vt ſi inter Romanam & Conſtantinopolitanam eccleſias diſſideret, quod aliter diſſidium pacari non poſſet, quam ſingulis earũ ſingulos concedendo Pontifices, apparet enim inſtitutionem talem iuri diuino non aduerſari, quia vterq; eſſet Vicarius Chriſti, alteri minime ſubditus; nihilominus reſpondetur huiuſmodi aſſertionem nedum eſſe erroneam, ſed etiam hæreticam, quoniam Chriſtus vnam Monarchiam inſtituit, cui vnum ſui vicarium prætulit, ſicut ipſe vnicus eſt Rex regni cælorum, quem ideo conſtituit eſſe ſummum caput, cui vniuerſalis eccleſia pareret: repugnat autem duos eſſe, & vtrumque ſummum. Sed fortè quis arguat, quamuis conſtet Chriſtum Dominum perſonam Petri ſibi ſuo loco ſubſtituiſſe paſtorem, non tamen inde palam colligitur inſtituiſſe eius ſucceſſores vt apicem illum authoritatis & poteſtatis ſemper tenerent: Reſpondeo verba ipſa, Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam; & tibi dabo claues, &c. & paſce oues meas, palam demonſtraſſe illa ratione, eccleſiam fundaſſe, vſq; ad poſtremã diem orbis duraturam, vt ſicut Petrus, ſic & eius ſucceſſores vice Chriſti fungerentur, atque adeò vnuſquiſque eorum ſummum in eccleſia faſtigium teneret. Poteſt tamen ſuos legatos ad diuerſas eccleſias delegare cum plenitudine poteſtatis, vt ſæpe accidit, non tamen poteſt ſupremam poteſtatem à ſe abdicare, quin illos valeat amouere, & ſi ab illis appellaretur, cauſas cognoſcere & diffinire.

An duo Pontifices poſſint eccleſiæ præeſſe.

Legati P. pæ.

Dubium autem eſt, an Epiſcopus Romanus iure diuino Papa eſſe debeat? Caietanus cap. 5. Apologiæ de primatu Papæ id conſtanter affirmat, ex hiſtoria illa in qua habetur, quòd cum Petrus carceribus liberatus ab Vrbe exiret, obuians Chriſtus ei dixit, Vado Romam iterum crucifigi: quam hiſtoriam Innocentius, cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, ad idem propoſitum allegauit. Inde colligit Caietanus, diuinitus fuiſſe Petro mandatum, vt ad vrbem reuerſus, illic vitam finiret, atque adeò morte ſua ſummum Epiſcopum orbis ſibi commiſſum ſtabiliret, eſſe Epiſcopatum Romanum. Hæc ſubtiliter dicit, cui ſi quis adhæreat, nihil fortè periculi ſubeſt. Attamen hiſtoria illa quam Ambroſius libr. 5. Epiſt. refert, non tanta pollet authoritate vt rei tanti momenti ſolidum ſit fundamentum: quare neque Innocentius vt ſacram refert. Præterea, quamuis hiſtoria infirma non eſſet, collectio tamen non eſt ſatis firma: nam etſi inde vtrumque colligatur, voluntatem Chriſti Domini fuiſſe, vt Apoſtolus Romam ſuo ſanguine conſecraret, tenuiſſima tamen eſt illatio, vt ſubinde voluerit ſedem Romanam ſi eſſe ſedem ſummi Pontificis, vt nulla ratione eccleſia poſſit iſta duo ſeiungere. Ideo ad quæſtionem dico, primum, rem eſſe maximè decẽtiſſimam, vt Romana ſedes Petri ſanguine decorata, ſit ſedes ſucceſſorum Petri, id quod hactenus omnium Conciliorum ſanctionibus, & Pontificum Decretis, qui hucuſque præceſſerunt confirmatur: & hoc eſt quod Innocentius voluit docere. Sed hac non obſtante veritate, nulla ex Euangelio prohibito planè colligitur, quo minus conſtitutione eccleſiæ fieri poſſet, vt Epiſcopus orbis ſedem ſuam ab Vrbe demutaret, imo vt nullam particularem eccleſiam ſibi applicaret, cuius diceretur antiſtes, ſed eſſet vniuerſalis Epiſcopus, cui omnes particulares ſubijcerentur. Primum, quia in hoc more, exemplum Apoſtolorum referret, qui in quantum Apoſtoli, fuerunt Epiſcopi vniuerſales totius orbis, quamuis in orbem nutu Spiritus ſancti fuerint diſperſi. Secundò, quia cum Petrus quando inſtitutus fuit à Chriſto vniuerſalis eccleſiæ caput, nulli fuerit particulari addictus, nulla ratio conuincit, vt per eius mortem iure diuino aſtrictus fuerit eccleſiæ Romanæ; quapropter, ſicut ipſe Antiochiæ ſeptem annis ſedit, & poſtmodum ſe Romam contulit, ſic & vnus ſuorum ſucceſſorum Auinione ex cauſa iuſta pluribus annis fuit commoratus, & licet poſtea Romam redierit, non tam videtur ius diuinum quòd prohibeat ex cauſa tum iuſta tum honeſta, poſſe ſedem mutari. Tridenti vidi & legi librum integrum, partem Caietani ſuſtinentem: rem tamen non nimis vrgebat. Sed cum eccleſia hactenus de hac re nihil diffinierit, ſententiam hanc diffinitionibus, & Romani Pontificis ſubijcio.

1. Ratio.

2. Ratio.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondeo, quòd ipſe verborum ſenſus & occaſio palam arguunt, Chryſoſtomum hic non loqui de primaria Petri authoritate ac iuriſdictione ſuper omnes Apoſtolos, & in omnem eccleſiam: ſed de honore Apoſtolatus & dignitate Euangelicæ prædicationis, & in hoc, inquit, quod Paulus Petro non fuit inferior: nam de Petri Monarchia faciens mentionem Homilia 55. in Matth. ait, Eccleſiæ, quæ tot tantiſque fluctibus irrumpentibus immobilis manet, paſtor & caput piſcator homo eſt. Pro defenſione Hieronymi aduertendum, ex dictis, triplicem in Petro fuiſſe poteſtatem, nimirum Ordinis, Apoſtolatus, ac Regiminis: ſi Apoſtolatum ſpectemus, hoc eſt docendi officium, & Euangelicæ prædicationis curam

quo ac

quo ad hæc, inquit Hieronymus in Commentarijs A ad Galat. Paulum non eſſe inferiorem Petro, quia ſicut Petrus electus eſt à Deo, vt euangelizaret Iudæis, ſic Paulus vt Gentibus. Si verò reſpectum habeamus ad poteſtatem quæ in Sacramento ordinis confertur, palam eſt, (vt contra Iouinianum & Euagrium ſcripſit) omnes Epiſcopos pares eſſe. Si verò de poteſtate Regiminis, & de illa primaria ſuper omnes Epiſcopos & eccleſias authoritate, ſit ſermo, optime contra Iouinianum, & contra Luciferianos, & alibi ſcripſit, Petrum inter duodecim Apoſtolos electum, & caput omnium conſtitutum, vt eius ſuprema authoritate contentiones eccleſiæ dirimantur, & omnis ſciſmatum occaſio tollatur.

DECIMVMOCTAVVM QVÆSITVM.

An electio ſit ex meritis præuiſis.

CHryſoſtomus Homilia 1. in verba illa, *Elegit nos ante mundi conſtitutionem.* Epheſ. 1. ait, quod quemadmodum homines eligunt ſibi optima, multo magis & Deus. Et Homil. 2. ad Epheſ. ſuper illud, Prædeſtinauit nos, addit, prædeſtinauit ſeu prædiffiniuit homines ſecundum opera quæ præuidit in eis quos elegerat, vnde electionis gratia non ſolum eſt ex Deo, ſed ex nobis eſt. Quæ ſententia Pelagianum quid reſipere videtur. De hac quæſtione vide ſupra, 2. Tomo Chryſoſtomi ad decimumtertium.

DECIMVMNONVM QVÆSITVM.

An lapſis pœnitentia deneganda ſit.

CHryſoſtomus Homilia 2. in illud, *In laudem gloriæ gratiæ ipſius*, Videtur vna cum Nouatianis C pœnitentiam lapſis denegare, ſic inquiens, Deus ad ſalutem prouehit illos, qui vbi ſemel amici ipſius facti ſunt, perſeuerant: quòd ſi denuo ad priores recurrant inimicitias, omnia fruſtra & incaſſum, non enim alterum regenerationis lauacrum conceditur, neque rurſus ſupereſt ſecundaria reconciliatio, ſed terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Et paulo poſt, Oſtendit tibi Deus lumen verum, quòd ſi ipſo depulſo, tenebras rurſus incurris, quis tibi relinquitur excuſationi locus? quam ſperes veniam? ne vna quidem ſperanda eſt deinceps. Et paulo infra, Si neceſſitatem pateris peccandi, aut vim, veniam vtique aſſequeris, ſi autem per ignauiã aut torporem laberis, non item.

Diſputant Doctores Scholaſtici quæſtionẽ hanc D 4. diſtinct. 14. & S. Thom. 3. part. quæſt. 84. artic. 10. & ad quæſtionem, (impugnatis hæreſibus,) reſpondet vnica concluſione, dicens: Manifeſtum eſt, quòd pœnitentia eſt pluries iterabilis, probat authoritate Euangelica Lucæ 6. Eſtote miſericordes, ſicut Pater veſter miſericors eſt. Dominus autem miſericordiam ſine numero ſuis diſcipulis iuſſit, dicens Petro Matthæi 18. quærenti, quoties fratri in ſe peccanti noxam condonaret, reſpondit, non ſolum vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties, vbi numerus finitus pro infinito ponitur: pari ergo modo nobis peccantibus Deus quoties pœnitentiam egerimus, ignoſcit, præſertim cum nos petere doceat, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Deinde probat ratione duplici contra duas contrarias hæreſes: vide ibi. Primus author hæreſis huius, ſcilicet, lapſis non patere remedium pœnitentiæ, fuit Hæreſiarcha ille vetuſtiſſimus Montanus, vt author eſt Hieronymus, lib. 2. contra Iouinianum, à quo poſtmodum Nouatus Romanus presbyter hæreditauit, A vt libr. 6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ refert Euſebius, capit. 34. deinde Chatari Nouatum ſectantes, vt lib. de hæreſibus, cap. 38. ait Auguſtinus, vnde ſuperbiſſimum & odioſiſſimum nomen ſibi arrogarunt, vt propter munditiam, quia nunquam peccabant, Chatari, id eſt, mundi dicerentur; tametſi Hieronymus ſuper Pſalm. 95. Nouatianos non prorſus dixerit omnium peccatorum pœnitentiam de medio tollere, ſed aiebant, inquit, de mendacio, periurio, & de furto, quia minora ab eis exiſtimabantur, pœnitentiam poſſe haberi; Cæterùm de fornicatione & homicidio minimè. Hæc autem hæreſis adeo illo ſæculo execrabilis fuit, vt plerique Patres contra illam ſcripſerint, vt Chryſoſtomus lib. de Reparatione lapſi, & Cyprianus in Sermone de lapſis, & Hieronymus ad Damaſum, & Ambroſius duobus libris de Pœnitentia, & Auguſtinus inter Quæſtiones noui & veteris teſtamenti, q. 22. & libro de vera & falſa pœnitentia. Fuit error B hic condemnatus, primo in Concilio Romano, 60. Epiſcoporum, & Concilio Nicæno, cap. 8. & in Concilio Lateranenſi, quo diffinitur, quòd lapſus poſt ſuſceptionem baptiſmi per pœnitentiam poteſt etiam reparari, & Concilio Florentino pœnitentia annumeratur inter ſeptem Sacramenta. Et licet Tertullianus libro de Pœnitentia videatur Nouatianis conſentire, verum inferius dictum corrigit.

Euſeb. Auguſt. Hieron. Chryſoſt. Concilia.

Vltra Concilia, rationibus probo, hæreſim hanc merito ab eccleſia eſſe damnatam. Primò, quia ſi hæreſis hæc vllum haberet probabilitatis colorem, homines abijceret in deſperationis periculum, & ideo funditus ex humanis mentibus eradicanda eſt. Secundò, teſtimonijs diuinis Deus enim in hunc finem & Angelos & homines condidit, vt eos ſua diuinitate bearet, & ob id 1. Timoth. 2. ait Paulus. Vult omnes homines ſaluos fieri, niſi per C ipſos ſteterit. & cum ſua natura infirmus ſit & labilis, Dominus in infirmitate illi ſubueniens, pœnitentiæ remedium inſtituit, quo poſſet mutata mente à malo in bonum conuerti. Vnde ſicut in ſæculari vita corporis generatio non eſt niſi vna, ſic & regeneratio per baptiſmum vnica tantum eſt: quia vero ſanatio eſt à frequentibus morbis, ſic & in vita ſpirituali baptiſmus non iteratur, pœnitentia vero toties quoties morbus mortis expoſtulat. Tertiò, fragilitas humani generis id exigit: nam poſtquam iuſtitiam originalem amiſit, ſic manſit vulnerata, vt frequenter homines collabantur, quod Dominus Thren. 8. in cauſam indulgentiæ adduxit, vbi ait, Nequaquam maledicam terræ propter homines, ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: Naturalis ergo pronitas ad malum frequentationem pœnitentiæ requirit, quod Dauid Pſal. 50. in cauſam ve- D niæ deprecandæ allegabat, dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, quarum impulſu ſæpe proſternor. Quartò, ex natura ipſa pœnitentiæ ſacramenti colligitur eius repetitio, nam qui negat pœnitentiam poſt baptiſmum, omnino negat Sacramentum pœnitentiæ: & ideo pœnitentia quæ eſt Sacramentum in ſui ratione & diffinitione includit remiſſionem peccatorum, quæ poſt baptiſmum committunt: igitur ſi ſemel poſt baptiſmum lapſo pœnitentia non negatur, eadem ratione nec ſi ſeptuagies ſepties labatur; nam eadem eſt ingratitudo in omnibus, & licet creſcat in poſterioribus, alia tamen ratione priora poſſunt eſſe grauiora. Quintò, qui negat pœnitentiam toties iterandam, quoties quis peccat, radicitus ius naturæ tollit: natura enim admonet, vt quoties homo deliquerit, redire ſtudeat in viam: quòd ſi per Dei auxilium, vt fides docet, homo nequit, ſublata ergo pœnitentia, cum nulla ſit reliqua ſpes veniæ, nemo curaret reſipiſcere, & ſic in hac vita homo diabolus fieret. Vltimò quia infernorum miſeria in hoc ab hac no-

ſtra huius

Digitized by Google

ſtra huius ſæculi militia differt, quod quamdiu hic viuimus, patientia Dei Rom. 2. ad pœnitentiam nos adducit, iterum atque iterum nobis parcendo, ſed eos impœnitentes, qui longanimitatem patientiæ eius contemnunt, ira Dei in infernum adducit, vt pœnitentiæ via illis claudatur.

Eandem Catholicam veritatem Deus mentibus noſtris impreſſit, Ezech. 18. vbi ait, *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis* (non ait illis aut illis, ſemel aut bis, ſed quotieſcumque) *vita viuet, & non morietur.* Et ſubdit, *Nunquid voluntatis meæ eſt mors hominis, dicit Dominus, & non vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat.* Et cap. 33. iuramento id firmat, *Viuo ego, dicit Dominus meus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat.* Si verò vt hæretici aiunt, lapſis non pateret reditus, falſum vtique eſſet iuramentum Dei, dicentis, nolo illorum mortem: quem errorem, vt à nobis auferat, replicat inquit, Conuertimini, conuertimini à vijs veſtris peſſimis, hoc eſt quantumcunque ſcelera & flagitia cumulaueritis. Et ſubiungit, Impietas impij non nocebit ei in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua, licet millies id fecerit. Et Ierem. 18. ſine perſcriptione alicuius termini. *Si pœnitentiam*, inquit, *egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus illam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei.* Et tandè ſicut nobis baptiſmus eſt, quo originale remittitur, ita Hebræis fides per circuncisionem applicata: ſed illos relapſos Deus ad pœnitentiam admonebat, & veniam pollicebatur, ergo & nobis baptizatis per pœnitentiæ ſacramentum reconciliatio conceditur.

Ezech. 18. — Ezec. 33. — Iere. 18.

Exempla huius rei ſunt quamplura, Gen. enim 4. legitur, quòd Deus Cain ad pœnitentiam fratricidij induxit, quod poſt remiſſionem originalis patrauerat: & in lege Euangelica Petrus qui, vt ait Auguſtinus, baptizatus tunc erat, poſt trinam negationem pœnitentiam adeptus eſt. Et Paul. 1. Corinth. 5. Fornicarium baptizatum Satanæ tradidit, vt pœnitentiam ageret, de quo ait epiſtola 2. cap. 2. *Ego quod donaui, ſi quid donaui propter vos in perſonam Chriſti.* Nouatiani concedunt, vt ait Ambroſius, ſacerdotes ſuper baptizatos ſemper habere poteſtatem ligandi, cum ergo Deus qui ad miſerendum propenſior eſt, quam ad puniendum, ſimul coniunxerit, quodcunque ligaueritis erit ligatum, &c. quodcunque ſolueritis erit ſolutum, abſurdè negant ſimul etiam habere poteſtatem abſoluendi à peccatis, quam non niſi per Sacramentum pœnitentiæ exercere valent. Accedit & parabola de filio prodigo, Luc. 15. qui totam paternam ſubſtantiam diſſipauerat, & tamen conuerſus ad Cor, & ad patrem reuerſus, apertis viſceribus ſuſceptus eſt. Item Matth. 12. vbi Dominus ait, *Omne peccatum remittetur omnibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur.* Quis autem ſit ſpiritus blaſphemiæ explicat dicens, Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur. Omne ergo peccatum remitti poteſt, præter peccatum in Spiritum ſanctum, quod eſt deſperatio, vel perſeuerãtia in mortali vſque ad mortem. Et Ioan. Can. cap. 2. Filioli mei hæc ſcribo vobis, vt non peccetis, ſed ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum, & ipſe eſt pro peccatis noſtris propiciatio, & non pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi. Multi alij loci ſunt in ſcriptura, ſed hæc ſatis. Ex quibus colligitur regula Theologica, quòd nunquam per Deum ſtat, quo minus peccator quantumuis ſceleratus, cum ipſo reconciliari valeat, nulli enim auxilium neceſſarium denegat, quod ad reconciliationem ſufficit, vt cõſtat ex illo Apoc. 3. *Ego quos amo arguo & caſtigo:* æmulare ergo, & pœnitentiam age: ecce ſto ad oſtium & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, cœnabo cum eo, & ipſe mecum. Ex quo diuinum illud Axioma colligitur, Perditio tua ex te Iſrael (hoc eſt, tu es illius cauſa) ex me autem auxilium tuum. Tandem memoriæ commendandum, quòd cum hoc tam maximum beneficium Deus nobis in bonum noſtrum contulerit, nos illo perniciosiſſime abutimur, quia tam certa ſpes veniæ ſecuriores nos reddit, vt in peccatorum volutabro diutius reuoluamur. Sed caueant ſero pœnitentes incertum exitum, quo ſæpe iratum Deum experiuntur.

Gen. 4. — Luc. 15. — Matth. 12. — Apoc. 3.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondeo, quòd ipſe libro de reparatione lapſi, & Homil. 2. in illum verſiculum Pſalmi 50. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, ſufficientiſſimè mentem ſuam explicuit, nam cum peccatores ad pœnitentiam animaret, in multis Homilijs ſæpiſſimè in illam vocem prorupit, Peccaſti, pœnitere, millies peccaſti, millies pœnitere; Quam vocem non defuerunt qui damnarent, ſed in eorum damnationem, vt ex doctrina adducta conſtat. Dicta vero Chryſoſtomi facile eſt reconciliare: nam cum Homil. 2. ad Epheſ. affirmat lapſis pœnitentiam eſſe denegandam, non ſunt intelligenda verba hæc de pœnitentia priuata, ad quam frequenter inuitat peccatores, ſed de pœnitentia ſolenni, quæ ſecundum antiqua iura non iterabatur, vt ait Auguſtinus epiſto. 54. ad Macedonium, ne medicina pluries iterata vileſceret, vt habetur de pœnitentia, diſtinct. 3. Quando verò in multis Homilijs aſſerit, Millies peccaſti, millies pœnitere, de priuata ac ſecreta pœnitentia loquitur: & hanc peccantibus millies, in remedium millies offert, non vt eis licentiam delinquendi præbeat, ſed vt eos ab omni occaſione deſperandi liberet: quod ipſe eadem Hom. 2. declarat, dicens: Hæc dico, non vt negligentes vos faciã, ſed vt ad ſidem vos ſalutaris expectationis adducã, ne vnquam deſperetis de vobis, ſed ſemper de Dei miſericordia confidatis: deſperandum enim de illo tantum eſt, qui de ſeipſo deſperauit.

VIGESIMVM QVÆSITVM.

An originale attulerit nobis mortem animæ ſicut corporis.

CHryſoſtomus Homilia 24. enarrans illud Pauli, *Qui diligunt Dominum Ieſum Chriſtum in corruptione*, aſſerere videtur, peccatum Adæ, in quo naſcimur, intuliſſe nobis mortem corporis. Peccata verò actualia poſt baptiſmum commiſſa offerre nobis mortem animæ; inquit enim, Corruptibile eſt nobis corpus, verum incorruptibilis anima, ne itaque & ipſam corrumpamus, hoc primum illud peccatum fecit, quod autem poſt lauacrum committitur & animam corrumpere poteſt, & captu facilem reddere vermi immortali. Quod vero originale corpus & animam, & eius vires ſuperiores & inferiores læſerit, vide ſupra, tomo 4. ad tertium quæſitum.

VIGESIMVMPRIMVM QVÆSITVM.

An Sancti ſint à nobis orandi.

CHryſoſtomus in fine Homil. quæ de profectu Euangelij inſcribitur, quæ extra ordinem cæterarum eſt, in hunc locum Pauli, *Siue occaſione, ſiue veritate Chriſtus annuntiatur.* Philip. 1. Explodere videtur interceſſiones & patrocinia ſanctorum, ſic enim ſcribit: Cæterum non opus tibi patronis apud Deum, neque multo diſcurſu, vt blandiare alijs: ſed licet ſolus ſis patroniſque careas

& per teipſum Deum depreceris, omnino tamen voti compos eris: Neque enim tam facile Deus annuit, cum alij pro nobis orant, vt cum ipſimet oramus, etiam ſi plurimis pleniſſimus malis. Et paulo poſt, Vis diſcere quod etiam per nos ipſos orantes apud Deum plus efficimus, quam dum alij pro nobis orant: Clamauit Cananæa, & vt acceſſerunt diſcipuli dicunt, dimitte eam, quia clamat poſt nos: & ad illos quidem dixit, Non ſum miſſus niſi ad oues domus Iſrael; quando ipſamet acceſſit, & perſeuerauit clamans, Domine etiam catelli edunt de menſa dominorum, tunc beneficium dedit, & ait, Fiat tibi ſicut vis. Vides quomodo repulit cum alij precarentur, vbi vero ipſamet pro dono clamauit, annuit.

Doctores Scholaſtici diſputant hanc quæſtionem 4. ſententi. diſtinct. 15. & alij diſtinct. 45. S. Thom. 2. 2. qu. 85. art. 4. & ad quæſtionem, an ſolus Deus debeat orari. Reſpondet orationem dupliciter ordinari ad aliquem: vno modo quaſi per ipſum implendam, alio modo ſicut per ipſum impetrandam. Primo modo ſoli Deo orationem porrigimus, qua omnes orationes noſtræ ordinari debent ad gratiam & gloriam conſequendam, quæ ſolus Deus dat, ſecundum illud Pſalm. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Secundo vero modo orationem porrigimus ſanctis Angelis & hominibus, vt eorum precibus & meritis orationes noſtræ ſortiantur effectum. Probat ex illo Iob. 5. Voca, ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorũ conuertere. Et Apoca. 8. vbi habetur, Aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo. Hoc etiam patet ex modo quo eccleſia orat: nam à Sancta Trinitate petimus vt noſtri miſereatur, à cæteris autem Sanctis, vt orent pro nobis.

Primum ſe offert locus Iob. 5. excutiendus, Voca ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere. Apparet enim ex hoc loco ſanctum Thomam non concludere intentum, verba enim illa non ſunt Iob, ſed Eliphad Themanites, qui erronea multa aſſeruit, quale eſt illud, Circa cardines cæli perambulat, vbi expreſſe Dei prouidentiam negat. Tum etiam quia id dixit Iob irridendo. Sed reſpondeo, quòd etiam hoc admiſſo, locus vrget maximè. Putat enim Eliphad Themanites Iob ob ſua ſcelera à Deo flagellari, ideo quaſi irridendo ei dicit: quòd ſe ad ſanctos conuertet: quaſi inſinuans nullum ſanctum pro eo oraturum, cum iuſtè patiatur. Quidquid ergo Eliphad ſenſerit, ſat eſt, Iob ſanctos oraſſe, quod ex hoc loco ſufficiẽter elicitur. Error iſte, quòd ſancti non ſunt à nobis orandi, fuit Vigilantij, poſt fuit Vuicleph, & Bohæmorum, & noſtris temporibus Lutherani illũ ſuſcitarunt. De Deo quòd ſit à nobis orãdus, ex ſcriptura euidenter notum eſt, nam Patriarchæ & Prophetæ Deum orauerunt: & Chriſtus Dominus nedum orauit, ſed etiam nos orare docuit: & eccleſia Chriſti ſponſa quotidie & frequentiſſime orat: & huiuſmodi orationes ſalutares eſſe diffinit. Naturalis etiam ratio hoc idem dictat eſſe, ſcilicet ſuperiorem orandum, in cuius poteſtate eſt noſtris ſubuenire miſerijs, hic autem Deus eſt.

De Angelis ſtultum & abſurdum eſſet negare quod Deum orent & pro hominibus intercedant: nam in Zacharia legimus, Angelum afflictioni populi Dei miſertum, ſic Dominum rogaſſe, *Domini exercituum vſquequo tu non miſereberis Hieruſalem & vrbium Iuda, quibus tu iratus es?* Qui reſponſum clemens accepit à Domino, quod populo annunciaret. Et in Daniele habetur, *princeps Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primus venit in adiutorium meum.* Cuius loci vera expoſitio eſt, quòd Princeps Regni Perſarum erat Angelus cuſtos prouinciæ Perſarum: Angelus autem telis materialibus reſiſtere non poterat: reſtitit ergo orationibus, Deum deprecando, vt Regnum & prouinciam ſibi commiſſam cuſtodiret. Daniel etiam 7. habetur, *Acceſſi ad vnum de aſſiſtentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his.* Thobiæ 12. dixit Angelus ad Thobiam, Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & eleemoſynam dabas, ego orationem tuam obtuli Domino: quid autem eſt Angelum orationem noſtram Deo offerre, niſi illum ſimpliciter orare, vt ſupplicationi & petitioni eius condeſcendat. Neque Angelus id ipſi Thobiæ narraſſet, ſcilicet, orationem eius Domino obtuliſſe, niſi vt ſignificaret modum, quo ipſe Thobias vota ſua fuerit conſecutus, mediante ſcilicet, opere ipſius Angeli. Et in Geneſ. Iacob dixit Angelo: *Non dimittam te vſq; dum benedicas mihi.* Et in Matth. *Angeli eorum ſemper vident faciem patris.* Cuius expoſitio eſt, vt illos cuſtodiant, vindicent, & à Deo impetrent quod illis ad ſalutem expedit. Et Paul. ad Hebræ. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.*

Zach. 1. Dan. 10. Dan. 7. Thob. 12. Gen. 32. Hebr. 1.

Quod vero ſancti defuncti pro nobis intercedant, & eorum orationes Deus exaudiat, habetur Ierem. 15. *Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum.* Moyſes autem & Samuel functi erant vita: ſupponit ergo quòd iam defuncti Deum orabant. Et in Ezech. *Si Noe, Iob, & Daniel oraſſent pro eis, non eos ſaluarem.* Conſtat tamen prophetas illos ſanctos defunctos fuiſſe, & tamen inde apertè colligitur, ſanctos illos ſolitos eſſe Deum orare, & à Deo exaudiri. Præterea legimus in libris Machab. quòd Ieremias (cum defunctus eſſet) orabat aſſiduè Dominum pro populo Dei, dediſſeque ei gladium dicens: Accipe ſanctum gladium, munus à Deo, in quo deijcies aduerſarios populi Iſrael, ſicut & factum eſt. Item in Exodo, *Recordare Domine Abraham, Iſaac, & Iacob.* Et in Pſalmo. *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.* Et Matth. Multa corpora ſanctorum ſurrexerunt, & venerunt in ſanctam ciuitatem, ſed non ob aliud venerunt, niſi vt homines viuentes de neceſſarijs ad ſalutem inſtruerent: gerebant ergo curam illorum. Et Lucæ 17. Diues in inferno orabat Abraham, ne eius fratres in locum quo cruciabatur venirent. Si ergo diues in inferno orabat, à fortiori ergo beati & ſancti orabunt pro his qui Deo charitate ſunt coniuncti. Et in Apocal. *Vſquequo Domine ſanctus & iuſtus non vindicas ſanguinem noſtrum.* Si ergo ſancti vindictam contra inimicos orant, quid prohibet quo minus pro amicis orent? maximè cum de multis ſanctis viuis legamus, eos Chriſtum & Deum pro alijs oraſſe, eoſque exauditos eſſe. A fortiori ergo credendum eſt, de ſanctis defunctis cum Chriſto regnantibus, quòd pro nobis orant, & exaudiũtur. Et ideo cum ſcriptura diffinitum ſit, Deum, Angelos, & ſanctos defunctos orandos, merito error Lutheri damnatus eſt Concilijs Carthaginenſi, Can. 13. & Mileuitano, & Bracharenſi ſecundo, & Toletano 5. Can. 9. & nuper Concilio Tridentino Seſſ. 25. titulo de inuocatione, & veneratione, & reliquijs ſanctorum. Sic enim habet, Illos vero qui negant ſanctos æterna fœlicitate in cælo fruentes inuocandos eſſe: aut qui aſſerunt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, vt pro nobis etiam ſingulis orent, inuocationem, eſſe idolatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduerſarique honori vnius mediatoris Dei & hominum Ieſu Chriſti, vel ſtultum eſſe in cælo regnantibus voce, vel mente ſupplicare, impie ſentire, &c.

Ierem. 15. Ezech. 14. 1. Mach. 5. Exod. 32. Pſal. 131. Matth. 27. Luc. 17. Apoca. 7.

Dubium tamen eſt, quomodo beati orationes, quas ad ipſos dirigimus, cognoſcant. Caietano & alijs viſum eſt, illos eas formaliter cognoſcere in verbo, & principio ſuæ beatitudinis omnes orationes noſtras cognouiſſe. Oppoſitum tamẽ tenendũ eſt cum Sanct. Thom. qui in iſto articulo 4. tenet, quòd eas nõ cognoſcunt formaliter, ſed cauſaliter,

hoc

Digitized by Google

hoc eſt, quod cauſat in illis cognitionem orationum & petitionum Deus, eis reuelando. Et quod hoc ita ſit, probatur; Quæro quando ego loquor cum Petro, nunquid poteſt verba quæ ego profero ſine Dei concurſu intelligere? certum eſt quòd nō, ſed Dei concurſus ſemper eſt quolibet inſtanti paratus, ergo ſancti non ex ſuis naturalibus, ſed per Dei auxilium ſpeciale ſtatim quod illos oramus & orationes & petitiones noſtras agnoſcunt. Et Caietanus, & qui illum ſequuntur in hoc decepti ſunt: exiſtimant enim quòd ea quæ Deus cognoſcit reuelare moratur, ac ſi conditionis eſſet humanæ: quod non ita eſt, ſed cum cognoſcit, ſtatim reuelat.

De exiſtententibus in purgatorio dubium eſt, an ſint à nobis orandi; Videtur enim quòd ipſi pro nobis orent. Maiorem enim charitatem ibi habent, quam cum eſſent in via. Reſpondeo, non eſſe à nobis orandos; Ratio eſt: quia orationes noſtras non intelligunt, neque neceſſitates, quas patimur, ſciūt, cum beati non ſint, & ideo licet ipſi pro nobis orēt, nos non debemus ipſos orare, ſed pro illis orare, & eos ſuffragijs iuuare.

B

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpondemus, ipſum nec ſomniaſſe, ſanctos à fidelibus non eſſe inuocandos, ſed aduerſus deſides inuehebatur, qui ſuæ ſalutis omnino in peccatis dormientes, obliti erant. Contra quos Hom.8. in Matth. inquit, Si negligentes fuerimus ac deſides, neque per aliorum quidem merita poſſumus ſaluari, &c. hæc autem dicimus, non vt pro peccatoribus ſupplicandum eſſe ſanctis negemus, ſed ne noſmetipſos in ocium ac deſidiam reſoluamus, & dormientes ipſi, alijs tantummodo noſtra curanda mandemus. Et idem cōfirmat Homil.5. in Matth. ait enim, Etiam ſi Abraham Patriarcha pro his ſupplicet, qui in ſuis vicijs permanēdo, immedicabiliter ægrotāt, abibit Deus, relinquens rogantem, ne vocem pro talibus interuenientis exaudiat. Et Hom.43. in Geneſ. Quando, inquit, quod ex nobis eſt, ſi mala ferimus, & accidit interceſſio ſanctorum, plurimum nobis confert, quòd ſi ipſi negligentes fuerimus, ſpem ſalutis noſtræ in ſolis ipſis collocauerimus, nihil amplius nobis prodeſt, non quòd infirmi ſint iuſti, ſed quia propter noſtram deſidiam nos ipſos perdimus. Et Hom.1. in priorem Epiſtolam ad Theſſal. ait, His itaque cognitis, neque ſanctorum preces contemnamus, neque totum in illas proijciamus hoc quidem ne temerè inſidijs opprimamur, illud verò ne extra multum lucrum & profectum excidamus, ſed oremus etiam vt pro nobis precentur, manumque porrigant, vt virtutis ſtudio ipſi adhæreamus, vt bona diligentibus Deum promiſſa, conſequi valeamus, &c.

C

VIGESIMVM SECVNDVM QVÆSITVM.

D

An pro catechumenis abſque baptiſmo decedentibus orandum ſit.

CHryſoſtomus Homilia tertia in illud, *Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto.* Philipp. 1. indicare videtur, quod pro Catechumenis abſque baptiſmo decedentibus non ſit orandum. Sic enim ſcribit, Deum placamus pro defunctis orantes, verum iſtud quidem de illis dicimus, qui in fide deceſſerunt. Catechumenos verò neque iſto ſolatio dignamur, ſed omni huiuſmodi deſtituti ſunt auxilio, vno quidem dempto, quonam illo? pauperibus illorum nomine dare licet, vnde illis nonnihil refrigerij accedit.

Diſputant Doctores Scholaſtici materiam quæ tangitur in hac quæſtione, 4. Sentent. diſtinct. 3. & diſtinct. 4. S. Thom. 3. part. quæſtio. 66. artic. 11. vbi quærit, an conuenienter deſcribantur tria baptiſmata. Nam an cathecumenus ſine baptiſmate aquæ diſcedens, ſalutem conſequatur, eſt quæſtio facti, quæ pendet ex hoc, an baptiſmate pœnitentiæ & flaminis deceſſerit baptizatus? Et reſpondet S. Thom. duabus Concluſionibus. Prior, Tria ſunt peccati remedia, quæ vocantur baptiſmata, nempe baptiſmus aquæ, martyrium, & pœnitentia, ſeu quiuis actus ſufficiens peccata remittere. Et martyrum nuncupatur baptiſmus ſanguinis, ab effectu effuſionis. Motus verò cordis appellatur baptiſmus flaminis, à cauſa, quia flamine Spiritus ſancti inſpiratur. Baptiſmus aquæ à ſua materia ſumit nomen fluminis. Poſterior concluſio, baptiſmus tam ſanguinis quam flaminis ob id nominatur baptiſmus, quòd vterque ſupplet vicem baptiſmi aquæ. In quo inſinuat, ſimpliciter & abſolute baptiſmum aquæ cenſeri baptiſmum, reliqua non ſic, ſed propterea baptiſmata appellari, quia vicem baptiſmi ſupplent. Probat ambas concluſiones. In litera vide. Et confirmatur doctrina S. Thom. authoritate Auguſtini libr. 4. de baptiſmo Auguſt.
contra Donatiſtas, cap. 22. Et refertur de Conſecratione, diſtinct. 4. cap. baptiſmi vicem. Baptiſmi enim vicem, inquit, aliquando implere paſſionem. De latrone illo, cui non baptizato dictum eſt, hodie mecum eris in paradiſo, B. Cyprianus non leue documentum aſſumit, quod etiam atque etiam Cyprian.
conſiderans, inuenio non tantum paſſionem pro nomine Chriſti id quod baptiſmo deerat poſſe ſuppleri, ſed etiam fidem confeſſionemque cordis, ſi forte ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtijs temporum ſuccurri non poteſt. Hæc S. Thom.

Doctrina trium baptiſmatum ſolennis eſt, non modo inter Scholaſticos, verum inter patres antiquos, qualis eſt Auguſtinus loco citato, & de fide ad Petrum, libr. 6. quod refertur. Canon. firmiſſime, de conſecratione diſtinct. 4. & libr. 13. de Ciuitate Dei, capit. 7. & Hieronymus ſuper illud ad Epheſ. 4. Vna fides, vnum baptiſma, & Gregor. Nazianus Orat. 2. de Epiphanijs, & Cyrillus ſuper Leuit. 2. libro: & Bernardus epiſtola 60. atque Hugo libro 2. de ſacram. parte 6. cap. 7. & Valden. tomo 2. de Sacramentis, cap. 96. & 97. Et hoc in ſcriptura fundamentum habet. Hier. Greg. Nazianzen. Bernard.
De baptiſmo paſſionis Apocal. 7. *Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni.* Appc. 7.
Lucæ 12. Baptiſmo habeo baptizari. Et Marc. 10. *Poteſtis baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari.* De baptiſmo flaminis Eſai. 4. *Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius, in ſpiritu iudicij* (ſcilicet diſcretionis cordis) *& ſpiritu ardoris.* Et Actuum 1. *Vos autem baptizabimini Spiritu ſancto, & igne, non poſt multos hos dies.* Luc. 12. Marc. 10. Eſaiæ 4. Act. 1.
Doctrina hæc inde traxit ortum, quòd baptiſmus in Euangelio ad remiſſionem originalis culpæ inſtituitur; Niſi quis renatus fuerit, &c. & Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Hinc hæretici colligebāt præter baptiſmum aquæ, in re nemini patere remiſſionem originalis, atque adeò nec ſalutem. Contra quos ſancti Euangeliorum interpretes, ne negare contra Euangelium viderentur actiones illas, quæ per ſe ſine baptiſmo ad remiſſionem originalis ſufficere poſſunt, & illius ſacramenti vicem ſupplere: & ideo appellari baptiſma, qualis eſt conuerſio in Deum, adueniente vſu rationis, vbi includitur votum baptiſmi, vel formaliter, vel (vt communis ſchola Theologorum tenet) virtualiter: vt quando eſt ignorantia inuincibilis baptiſmi, ac præcipuè martyrium, & denique omnis actus, qui originale peccatum ſufficiēs eſt remittere, atque adeo qui baptiſmi votū formaliter & virtualiter includit, appellationē baptiſmatis meretur. Vnde Auguſtinus & cæteri Doctores poſt illū, cōtra hæreticos ſic arguebāt. Deus neminem ad impoſſibile obligat, ergo licet præceptū baptiſmi quantumuis ſtrictum poſuerit, nihilominus

vbi nulla

vbi nulla adeſt baptiſmi poſsibilitas, vel vbi inuincibiliter ignoratur, voluntas obtinendi remiſsionẽ peccatorum, pro baptiſmi facto in aqua à Deo reputatur: nam qui dixit, Niſi quis renatus fuerit, &c. pariter dixit, Si impius egerit pœnitentiã, vitam viuet, Ezech. 18. Et quod ad martyres attinet, ſimiliter dixit, Maiorem charitatem nemo habet, quã vt ponat animam ſuam quis pro amicis ſuis.

Atqui Cornelius, vt legitur Act. 10. antequam baptizaretur à Petro, in gratia erat, quia eius eleemoſynæ iam Deo placuerant. Et Paulus ante quam baptizaretur ab Anania, conuerſus fuerat baptiſmo flaminis. Et eod. c. 10. ait Petrus, Quis prohibere poteſt vt baptizentur hi, qui Spiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos. Baptiſmus ergo flaminis cũ voto realis baptiſmi, antea quã ſit copia aquæ, ſanctificat. Ecce ergo cur baptiſmo hoc congruit priuilegium. Nam cætera ſacramẽta non ſunt inſtituta ad remiſsionem originalis, ſed ad alios effectus gratiæ conferendos. Patet deinde, quod baptiſmus ſanguinis & flaminis ſolum illi ſunt actus principaliter charitatis, qui baptiſmi votum quodammodo includunt, quare contritio Chriſtiani peccatorum actualium, non tam propriè dicitur baptiſmus flaminis, quam virtus pœnitentiæ. Ideo Cyrillus eleemoſynã & alias actiones miſericordiæ, quibus peccata dicuntur remitti, non vocat baptiſmata, ſed remiſsiones peccatorum: tametſi largo & nomine extenſo, non modo tales contritiones, verum omnes motus charitatis dici queant baptiſmata.

Tridentina Synodus Seſſ. 7. Cano. 5. diffinit doctrinam hic poſitam: ſic enim habet, Si quis dixerit, baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit. Et Can. 4. de Sacramentis in genere: Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis nõ eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua, & ſine eis, aut eorum voto per ſolam fidem homines à Deo gratiam iuſtificationis adipiſci, licet omnia ſingulis neceſſaria non ſint, anathema ſit. Ex qua diffinitione aduertendum, quod licet baptiſmus flaminis & pœnitentiæ in caſu ſuppleat aquæ baptiſmum, ſed poſt huius diffinitionem concedi non debet, quod de facto quis ſalutem conſequatur ſine aliquo actu fidei explicito. Nam decreto Seſſ. 5. ſic diffinitur, Fides noſtra Catholica ſine qua impoſsibile eſt Deo placere: fides autem noſtra explicita eſt. Et infra Can. 3. Si quis originale peccatum, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aſſerit tolli, quam per meritum vnius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, aut negat ipſum Chriſti Ieſu meritum per baptiſmi ſacramentum tam adultis quam paruulis applicari, anathema ſit. Quia non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vnde illa vox, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et illa, Quicunq; baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Item, quia remedia ſalutis magis expreſſa & explicata ſunt in lege Euãgelica, quàm in lege naturæ, aut ſcripta erãt: ſed in omni lege accedentem ad Deum ſaltem oportuit credere, quòd eſt, & quòd ſe inquirentibus remunerator ſit: ſi ergo tũc neceſſarius fuit actus aliquis expreſſus fidei, à fortiori ergo nunc lege Euangelica, in qua ea quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria planiora ſunt. Quòd ſi quis quærat quis actus ſit iſte? reſpondeo, quòd ſaltem credere Chriſtum Dominum eſſe verum Deum & hominum mediatorem: & ſi tempus ei conceditur vitæ, & cæteri articuli illi proponantur, tenetur illos explicitè credere: ſi vero de facto, anteaquàm baptiſmum ſuſcipiat, ex vita migrauerit, ſalutem potuit conſequi, & de facto ſaluari. An vero pro ſalutem ſit conſecutus, quæſtio eſt facti, & Deus ſcit. An vero pro illo ſit orandum, iam eccleſia diffiniuit, non eſſe pro illis orandum, Concilio Bracharẽſi primo, ſeſſione 35. ſic enim habet, Placuit vt cathecumenis ſine redemptione baptiſmi defunctis, ſimili modo, non oblationis oratio, vel commemoratio, neq; pſallendi impendatur officium: nam & hoc per ignorantiam vſurpatum eſt. Et de Palude, 4. diſt. 4. qu. 3. cõcluſ. 1. affirmat, quòd tales priuantur eccleſiaſtica ſepultura. Et de conſecratione, diſt. 4. Can. Cathecumenum, ex profeſſo verbis Auguſtini ad Fortunatum probatur, quòd ſi cathecumenus per baptiſmum flaminis potuit gratiam conſequi, à fortiori per baptiſmum ſanguinis. Sed ad quæſtionem facti videtur, quòd eccleſia aliter ſentiat de illis, quàm de baptizatis baptiſmate regenerationis, cum eos priuet his ſuffragijs externis & eccleſiaſtica ſepultura, de quibus tamen non repugnat iudicium id haberi, quod de deſcendente maiori excommunicatione excommunicato, formamus, quem eccleſia priuat per viam punitionis, eccleſiaſtica ſepultura, qui tamen potuit in Deum conuerti, & ſalutem conſequi. Similiter ergo de cathecumeno ſine baptiſmo decedente.

Pro defenſione Chryſoſtomi ex dictis patet reſponſum, nam cum Priſci Patres animaduertiſſent, quoſdam cathecumenos, ex ignauia & ſocordia, baptiſmatis ſacramentum vſque ad extremam diem vitæ differre, abſtulerunt eis ſacrificij oblationem publicam, & funeris honorẽ, vt hac ignominia deterriti, ad baptiſma properarent. Et hoc eſt quod Bracharenſe Concilium diffiniuit. De priuatis vero & ſecretis orationibus Concilium nihil diffiniuit. Ideo Chryſoſtomus primo loco aſſerit cathecumenos eſſe priuatos publicis & ſolennibus precationibus eccleſiæ. Ex priuatis vero aſſerit, quod poteſt illis aliquid refrigerij accedere, ſicut & qui excommunicatus deceſſit, ſi poſt mortẽ ab excommunicatione abſoluatur, & corpus eius eccleſiaſticæ ſepulturæ tradatur, aliquid refrigerij illi accedit.

VIGESIMVMTERTIVM QVÆSITVM.

An ſacra litera Deo patientiam tribuant.

CHryſoſtomus Homilia ſecunda in Epiſtolam ad Coloſſenſes in illa verba, *Ad omnem patientiam & longanimitatem*, Coloſſ. 1. explicans hãc clauſulam, ait, nuſquam in ſacris literis Deo tribui patientiam, ſed crebro longanimitatem, verba eius hæc ſunt, Longanimes erga eos ſumus, quos vlciſci poſſumus, patientes vero erga eos quos vlciſci non poſſumus: propterea patientia Deo nunquam tribuitur, longanimitas vero ſæpiſſime. Quemadmodum hic ipſe Beatus alibi ſcribens dicit, an diuitias bonitatis eius patientiæ & longanimitatis contemnis? Rom. 2.

Diſputant Doctores Scholaſtici in 4. ſent. diſt. 16. de materia huius quæſtionis, vbi de partibus ſatiſfactionis, per patientiam vero triſtium, Deo ſatisfacimus. Et S. Tho. 2. 2. qu. 136. art. 5. vbi quærit, an patientia ſit idem quod longanimitas? Et reſpondet, quod ſicut magnanimitas dicitur per quam aliquis habet animũ tendendi in magna, ſic longanimitas dicitur per quam quis habet animum tendendi in aliquid quod in longum diſtat: & ideo ſicut magnanimitas magis reſpicit ſpem tendentem in bonum, quàm audacia, vel timor, quæ reſpiciunt malum, ſic & longanimitas. Vnde longanimitas maiorem conueniẽtiam videtur habere cũ magnanimitate quã cum patiẽtia: ſed poteſt cõuenire cum patientia duplici ratione. Primo, quia patiẽtia, ſicut & fortitudo, ſuſtinet aliqua mala propter aliquod bonum, quòd ſi ex propinquo expectetur, facile eſt ſuſtinere, ſi autem in lõginquum differatur, difficilis eſt expectatio: mala autem in præſenti ſuſtinere difficilius eſt. Secundo, quia hoc ipſum quod eſt bonum ſperatum differri, natum eſt cau[ſare] triſtitiã, ſecundum illud, *Spes quæ differtur affligit animam.* Prou. 13.

Vnde in

A Vnde in ſuſtinendo huiuſmodi affectione poteſt
eſſe patientia, ſicut in ſuſtinendo quaſcumq; alias
triſtitias. Sic ergo ſecundum quod ſub ratione mali
contriſtantis, poteſt comprehendi dilatio boni
ſperati, quæ pertinet ad longanimitatem, & labor
quem homo ſuſtinet in executione continuata
boni operis, quod pertinet ad conſtantiam, tam
longanimitas quam conſtantia ſub patientia
comprehenduntur. Vnde Tullius diffiniens pa-
tientiam dicit, Patientia eſt honeſtatis ac vtilita-
tis cauſa voluntaria, ac diuturna perpeſſio rerum
arduarum ac difficilium. Quod dicit, difficilium
pertinet ad grauitatem mali, quod propriè reſpi-
cit patientia, quod vero additur, diuturna, pertinet
ad longanimitatem, ſecundum quod conuenit
cum patientia.

Dubium eſt, an in Deo ſit patientia. Ratio dubi-
tandi eſt, quia plura diuinæ ſcripturæ teſtimonia
Deum patientem appellant, eius patientiã & co-
Pſal. 85. mendant: vt illud. *Et tu Domine Deus patiens, & mul-*
Pſal. 144. Eccleſ. 1 *ta miſericordiæ, & verax.* Et ruſum. *Dominus patiens,*
& multum miſericors, & de patientia eius, centies
peccator facit malum, & à Deo per patientiam
Rom. 9. expectatur. Et ad Rom. *Suſtinuit Deus in multa pa-*
tientia vaſa aptata in interitum. Et Petrus, *expectabant*
1. Petr. 3. *Dei patientiam in diebus Noe.* Tertullianus fecit li-
brum de patientia Dei, & valde eius patientiam
exagerat, per hoc quòd patiens peccata non punit.
Et Auguſtinus libro de patientia, multa de eius pa-
tientia adducit. Contra quòd hæretici ſtatim inſur-
gunt, aſſerentes abſurdum eſſe in Deo patientiam
ponere, cum curam horum inferiorum non ha-
beat. Duo huic dubio reſpondemus, primo, pro-
priè & in rigore loquendo, in Deo non eſt patien-
tia. Probo, quia obiectum & materia patientiæ eſt
triſtitia, ſed propriè loquendo in Deo non eſt triſti-
tia, ergo neque patientia. Secundo dicimus meta-
phoricè in Deo eſſe patientiam, ſicut & pœniten-
tiam, hoc eſt, quo ad eius effectum. Effectus enim
Dei eſt peccatores, cum eos poſſet iuſte punire,
patienter ferre, ſicut accidit inter homines. Vn-
de ſimilitudo metaphorica in hoc ſtat, quòd ſicut
homo iuſtus triſtitiam patienter fert, ſic & Deus
hominum ſcelera. Obiectum vero proprium
patientiæ eſt tam remittere triſtitiam, quam eam
temperare.

Dubium aliud eſt, cum obiectum patientiæ ſit
arduum & difficile, ſicut de facto eſt omni tẽpore, &
aduentu triſtitiam remittere & temperare, an hoc
homo ex ſuis viribus naturalibus valeat? an ad hoc
indigeat ſpeciali auxilio? Huic dubitationi ſatisfa-
cimus per ſequentes concluſiones. Prima, virtus nõ
eſt, niſi circa ſuum obiectum vertetur firmiter, & in
omni euẽtu. Hæc patet, dato enim quòd quis faciat
vnum actum fortitudinis, fortis non dicitur, ſic er-
go & in actibus omnium aliarũ virtutum, nam pro-
pter vnum actum virtutis quis ſtudioſus nõ dicitur.
Secunda concluſio, patientia, vt virtus ſingularis,
verſatur generaliter circa triſtitiam, ex quacumq;
cauſa proueniat, ſiue ex bonorum ſpiritualiũ amiſ-
ſione, ſiue ex amici vel parentis morte. Tertia con-
cluſio, Triſtitia prouenire poteſt ex quocumq; na-
turali malo, ſiue ſit malum lędens, ſiue ex amiſſione
alicuius boni proueniat, vt ex amiſſione honoris,
famæ, vel diuitiarum. Quarta concluſio, Ferre tri-
ſtitiam de per ſe non eſt bonum, niſi propter ali-
quod aliud bonum. Hoc ex Euangelio patet, Si quis
te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei & alte-
ram. Triſtitiam illam & iniuriam ferre, de ſe bonum
non eſt, niſi propter fœlicitatem, aut aliquod aliud
bonum honeſtum percuſſus triſtitiam illam fer-
ret. Ex his reſpondeo ad propoſitum dubium. Et
quæro prius, quòd quis ſit paratus omnia triſtia &
aduerſa ferre, & bona omnia naturalia admittere,
vnde hoc illi prouenit? Si dicas ex bono æquanimi-
tatis, & propter pacem mentis & cordis, tum am-
plius quæro? æquanimitas illa bonitatem vnde ac-
cipit? vtiq; à fine & bono ſupernaturali. Quod ſi ar-
guas, In Platone, Catone, Diogene, & alijs Philoſo-
phis, erat virtus patientiæ, in lumine naturali: pa-
tienter enim triſtia, quæ ex amiſſione bonorũ tem-
poralium procedunt, ferebãt, neque tamen bonũ
ſupernaturale cognoſcebant. Dico ad hoc primò,
in lege naturali patientiam numquam fuiſſe per-
fectè cognitam: & ſi fuit cognita, vſque ad legem
Euangelicam non fuit in executione, & exercitio
poſita: non fuit enim tunc aliquis qui mortẽ fuerit
perpeſſus propter gloriam & Dei honorem, ſicut
martyres paſſi ſunt, vel non omnino cognoſceba-
tur, bonum eſſe triſtitiam ferre. Secundo dico, quòd
philoſophi ſi triſtia patienter ferebãt, erat propter
bonum quod lumine naturali cognoſcere potue-
runt, ſiue hoc eſſet bonum aliquod honeſtum, vel
præmium, quod poſt hanc vitam ſperabant, qui ani-
mum cognouerũt eſſe immortalem: & propter hoc
B virtutem patientiæ in materia aliqua ſpeciali ha-
buerunt, In omni tamen caſu, & in omni euentu
quod ad virtutem perſeuerantiæ pertinet, quia hoc
excedit vires naturales, ſiue Dei ſpeciali auxilio,
neutiquam valuerunt.

Pro defenſione Chryſoſtomi aduertendum, no-
men hoc patientiæ, in ſcriptura duo ſignificare,
virtutem, ſcilicet, qua aduerſa fortiter tolerãtur: &
hæc in Deũ non cadit, quia capax calamitatis non
eſt: & expectationem qua errantes ad reſipiſcentiã
longo tempore expectare ſolent. Et hæc, inquit
Auguſtinus libro de patientia, propriè Deo cõue-
nit. Sic enim inquit, Patientia Dei prædicatur, non
in hoc, quod malum aliquod patiatur, ſed in hoc,
quòd expectat malos vt conuertantur. Diffinii-
mus tamen, quòd in rigore propriè patientia Deo
non conuenit, ſed metaphoricè. Chryſoſtomus ve-
C ro ad priorem ſignificationem reſpiciens, rectè ad-
notauit nullibi in ſanctis libris patientiæ nomen
Deo attribui, quia nec triſtitiæ, nec calamitatis ca-
pax eſt, metaphoricè vero admittendum eſt, in
Deo eſſe patientiam.

VIGESIMVMQVARTVM

QVÆSITVM.

An ſingulis hominibus ſinguli Angeli ſint deputati?

CHryſoſtomus Homil. 3. in illud, *Pacificans per*
ſanguinem crucis quæ ſuper terram ſunt & quæ in cæ-
lis. Col. 1. indicare videtur, non eſſe ſingulis homi-
nibus ſingulos Angelos ad cuſtodiam deputatos,
D ſed tantum fidelibus in Chriſtum credentibus: ſic
enim ait, Primum iuxta numerum gentium erant
Angeli, nunc verò nõ ſecũdum numerum gẽtium,
ſed ſecundum numerum fideliũ. Vnde liquet? Au-
di Chriſtum dicẽtem, Angeli eorum ſemper vidẽt
faciem patris, qui in cælis eſt. Etenim vnuſquiſque
credentium Angelum habet, nam & ab initio quiſ-
que virorum celebrium ac probatorum Angelum
habebat, quemadmodum Iacob dicit, Angelus qui
paſcit me, & qui liberauit me à iuuentute mea.

Doctores Scholaſtici de cuſtodia Angelorũ di-
ſputant 2. ſen. di. 11. & S. Th. 1. p. q. 113. & art. 4. quæ-
rit. An omnibus hominibus Angeli ad cuſtodiã de-
putẽtur. Reſpondet affirmatiue, & probat ex Hie-
ronymo, qui exponens illud Mat. Angeli eorum in
cælis, &c. dicit. Magna eſt dignitas animarũ, vt vna-
quæque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui,
Angelum delegatum. Et ratione, quia homo in ſta-
tu vitæ illius conſtitutus eſt quaſi in quadã via, qua
debet tendere ad patriam, in qua multa pericula
homini imminent, tum ab interiori, tũ etiam ab ex-
teriori, ſecundum illud Pſ. In via hac qua ambula-

bam abſconderunt laqueum mihi. Et ideo ſicut hominibus per viam non tutam ambulātibus dantur cuſtodes, ita & cuilibet homini, quamdiu viator eſt, cuſtos Angelus deputatur: quando autem iam ad terminum viæ peruenerit, iam non habebit Angelum cuſtodem, ſed habebit in regno Angelum corregnantem, in inferno dæmonem punientem.

Dubium eſt in quo gradu fidei ſit certum, homi-
Pſal 90. nes cuſtodiri ab Angelis. Reſpondeo, id eſſe certum certitudine fidei. Probo ex illo Pſalm. *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.* Quem locum licet tentator de Chriſto induxerit, ab omnibus tamen Doctoribus de hominibus exponitur. Nam cùm Chriſtus Dominus cuſtos ſit Angelorum, cuſtodia Angeli non indiguit. Et cum Euangelium dicat, quòd apparuit Angelus confortans eum, vt ad prælium, quod iamiam imminebat, vt cato rationi eſſet conformis, more humano loquens, humanitatem Domini, quaſi derelictam, confortabat. Et Matth. 18. habetur, *Angeli eorum vi-*
Matth 17 *dent faciem patris mei, qui in cælis eſt*, Vbi Hieronymus,
Eſa. 62. Magna eſt dignitas animarum, &c. Et Eſai. *Super te Hieruſalem conſtitui cuſtodes.* Quem locum Doctores ſacri exponunt de Angelis, quos Dominus pro auxilio ſpeciali fauore ſuper Hieruſalem conſtituit. Sed an ſingulis hominibus ſinguli Angeli ad cuſtodiam deputentur? Reſpondeo, id certum eſſe ex ſententia Hieronymi, Auguſtini, & ex communi Schola Theologorum: & Sanct. Thomæ articulo 2. qui optima ratione probat, quæ eſt, quia Angelorum cuſtodia eſt quædam executio Diuinæ prouidentiæ circa homines: prouidentia autē Dei aliter ſe habet ad homines, & aliter ad creaturas corruptibiles: homo enim non ſolum eſt incorruptibilis quantum ad communem ſpeciem, ſed etiam quantum ad propriam formam, quæ eſt anima rationalis: quod de alijs rebus corruptibilibus dici non poteſt; manifeſtum eſt autem quòd prouidentia Dei principaliter eſt circa illa quæ perpetuo manēt: ſed ſecundum Gregorium, Diuerſi ordines deputantur diuerſis rerum generibus: puta poteſtatem, ad arcendos dæmones: virtutes, ad miracula facienda. Rationabile ergo eſt, quòd diuerſis hominibus, diuerſi Angeli ad cuſtodiam deputentur. Sed nūquid hoc eſt de fide? & qui contrarium aſſereret nūquid hęreticus eſſet? Reſpondeo, non eſſe de fide in primo gradu, quòd ſingulis hominibus ſinguli Angeli deputentur: eſſet tamen temerarium, quia eſt contra communem ſententiam Doctorum Sacrorum & Scholaſticorum. Quinimo apud Gentiles etiam cuſtodes animarum concedebantur, quos ipſi Genios appellabant.

Dubium tamen eſt, ſuppoſito ex S. Thom. art. 3. quòd Angeli cuſtodes ſunt ex infimo ordine Angelorum, videtur quod non omnes homines ſingulos Angelos cuſtodes habeant. Probo, quia plures homines erunt quam ſunt Angeli infimi ordinis: quod ex eo conſtat, quia tot homines ſaluandi ſunt, quot Angeli ceciderunt, ſed plures Angeli ceciderunt quā ſunt in infimo ordine, vt Apoc. 6. habetur, Draco de cælo cadens traxit ſecum tertiam partē ſtellarum: ſi ergo plures ceciderunt quā ſunt in infimo ordine Angelorum, ergo ſinguli homines ſingulos Angelos cuſtodes non habent. Reſpōdeo ad hoc, & dico primo, Vnum Angelum multos homines cuſtodire ſucceſſiuè, & iſto modo pluſer ſunt Angeli ordinis inferioris, quàm homines ſaluandi, qui eodem tempore ſimul viuunt. Secundo reſpōdeo, negando plures homines eſſe quam ſint Angeli inferioris ordinis, quia multi affirmant non eſſe neceſſarium, ſedes ruinæ, quo ad numerum reparandas fore, ſed ſolum quoad ſpeciem. Sed quia communis ſententia Theologorum tenet, ſedes ruinæ, etiam quoad numerum reparandas, ideo prior ſolutio ſufficienter argumentum ſoluit: ſci-

A licet, quòd quia ſucceſſiue vnus Angelus plures homines poteſt cuſtodire, ideo non concluditur plures eſſe homines iuſtos quam ſint Angeli infimi ordinis. Et ideo bene ſtat quòd ſingulis hominibus ſinguli Angeli deputentur. Ex qua doctrina infertur, primum parentem in ſtatu innocentiæ Angelum habuiſſe cuſtodem: nam licet ei in ſtatu illo pericula non imminerent, poterat tamen peccare, vt de facto peccauit: & quia Dominus illum peccaturum ſciebat, ideo ei Angelum cuſtodem dedit. Secundo, infertur, Beatiſſimam virginem Angelum cuſtodem habuiſſe, & forte de ſuprema Hierarchia eum habuit.

Dubium tamen eſt de Antechiſto, & de omnibus reprobis, & dānandis, an Angelos cuſtodes habeāt? Reſpondet Sanctus Tho. art. 4. ad tertium, quòd ſicut præſciti & infideles non priuantur cuſtodia Angelorum, ſic nec Antechriſtus exteriori auxilio toti naturæ humanæ diuinitus conceſſo, ſcilicet cu-
B ſtodia Angelorum, per quam etſi non iuuentur, quantum ad hoc quòd vitam æternum bonis operibus mereantur, iuuantur tamen, quantum ad hoc, quòd ab aliquibus malis retrahuntur, quibus & ſibi ipſis, & alijs nocere poſſunt. Nam & ipſi dæmones arcentur per bonos Angelos, ne noceant quātum volunt. Et ſimiliter Antechriſtus cuſtodia Angelorum non tantum nocebit quantum vellet. Tum etiam, quia licet ſint præſciti, Angelus tamen cuſtos ignorat damnationem, & quia neſcit eum quē cuſtodit eſſe damnandum, ideo cuſtodit. Tum etiam cuſtodit à maioribus peccatis, quæ committere poſſet, vel à malis corporalibus, quæ ei poſſent accidere.

Dubium tamen eſt, an ſicut ſingulis hominibus ſinguli Angeli in cuſtodiam deputantur, ſic etiam ſinguli dæmones ſingulis hominibus ad inſtigan-
C dum ad malum, & accuſandum, deputentur. Dicimus non oportere fateri illud, Deo tamen permittente, ex malitia prouinciæ vel ciuitatis deputantur Angeli aliqui in punitionem talis prouinciæ vel ciuitatis, vel ad certas aliquando perſonas. Et hoc patet ex illo Danielis 10. vbi habetur, quod Angelus Perſarum reſtitit alteri Angelo, ne regno ſibi commiſſo noceret. Qui Angelus ſecundum Hieronym. malus Angelus erat. Ex quo elicitur, Deo permittente, fatendum eſſe, quòd ſicut cuilibet prouinciæ, & ciuitati, & cuilibet homini deputati ſunt Angeli in cuſtodiam, ſimiliter in pœnam peccati deputantur ſinguli dæmones in punitionem.

Dubium tamen eſt, an vni homini plures Angeli deputentur; Sanct. Thom. partem affirmatiuam aſſerere videtur, nam Archangeli Principibus & magnatibus deputati ſunt. Detur ergo particularis homo, qui Angelum cuſtodem habeat, & poſtmo-
D dum in ſummum Pontificem eligitur, tunc datur ei Archangelus, & ſic plures Angelos habet cuſtodes. Dico ad hoc primo, id concedere, non eſſe inconueniens, vel ſecundo id concedere non eſſe neceſſarium, ſed ſufficit quod vnus vnum cuſtodiat, in quacumque ſublimi dignitate ſit conſtitutus. Vel tertio dico, illi, qui ad maximam dignitatem eſt aſſumendus, à principio ſuæ natiuitatis non Angelum, ſed Archangelum in cuſtodem dari.

De cultu Angelorum eſt dubium quouſq; ſe extendat? & an poſſit homo quotānis Angelo ſuo cuſtodi miſſam celebrare. Magiſter Victoria aſſerit Pariſijs diſputatā fuiſſe iſtā quæſtionem. Et aliqui ſuſtinuerunt partem negatiuam, ex illo Apoca. 19. Vide ne feceris, cōſeruus enim tuus ſum & fratrum tuorum, Deum adora. Ex alia parte alij affirmant fortiter, quia ſunt ſancti: ſi ergo ſancti ſunt colendi, cur non & Angeli? Tum etiam, quia cuſtodiunt nos, & pro nobis intercedunt pluſquam aliqui ſanctorum. Si ergo ſancti ſunt colendi, ergo & Angeli. Dico ad hoc primum, licitum eſſe ſanctos Ange-

los co-

Digitized by Google

los colere, & plurimum etiam venerari. Hoc ex vſu Eccleſiæ conſtat, quia ſanctos Angelos orat, & eorum feſta colit. Et adductum ex Apol. non obſtat, nam ille locus exponitur primo, quod Angelus ille prohibuit ſe adorari cultu latriæ, qui ſoli Deo debetur: & ideo merito tali cultu ſe adorari prohibuit. Sed quia Ioan. bene ſciebat cultum latriæ ſoli Deo deberi, ideo ſecundo & apparentius dico, Angelum dixiſſe propter dignitatem Apoſtolatus, & honorem ſancti Ioannis, ideo ſic dixit, Conſeruus tuus ſuum, quaſi inſinuans, ſanctitate mihi æqualis es: & ideo ex vrbanitate quadam Angelus id aſſerere potuit. Tum etiam ob reuerentiam humanitatis in vnitatem ſuppoſiti diuini aſſumptæ. Et ideo licet ante Domini incarnatione Angeli ab hominibus adorarentur, poſt Chriſtum tamen Dominum incarnatum, id non ſunt paſſi, & hoc eſt quod Apocalip. 19. ſignificatur. Quantum ad cuſtodienda feſta Angelorum ſeruandus eſt mos eccleſiæ. Et conſultius eſt feſta reſtringere, quàm ampliare.

Sed an Angelus deputetur homini ad cuſtodiam à principio ſuæ natiuitatis? Reſpondet Sanct. Thomas affirmatiue. Probat, quia beneficia quæ dantur homini diuinitus, ex eo quòd eſt Chriſtianus, principium habent à tempore baptiſmi, ſed ea, quæ prouidentur homini à Deo, in quantum habet animam rationalem, ex tunc ei exhibentur, ex quo naſcendo talem naturam accipit: tale autem beneficium eſt cuſtodia Angelorum, ideo ſtatim à natiuitate habet homo Angelum ad ſui cuſtodiam deputatum. Concluſio hæc S. Thom. eſt communis, & ab omnibus recipitur loco citato. Et ad argumentum quod ſtatim ſe offert. Quia homo, quouſque ad vſum rationis perueniat male operari, & delinquere non poteſt, ergo vſque dum ad vſum rationis perueniat, Angelo cuſtode non eget. Reſpondeo, licet ita ſit, quòd donec perueniat ad vſum rationis, peccare non poſſit, ſunt tamen rationes propter quas oportet puero Angelum eſſe deputatum. Primò, vt parentes eius moneat, ad hoc, quòd curent, vt ſacramenta ei miniſtrentur. Secundo, vt eum à dæmonibus & maleficijs defendat. Tertio, vt eum à periculis naturalibus imminentibus cuſtodiat. Sed numquid quando mulier eſt prægrans, ſunt ibi duo Angeli cuſtodes, an vnus? Reſpondet Sanct. Thom. ad tertium, quòd puer quamdiu eſt in materno vtero, non totaliter eſt à matre ſeparatus, ſed per quãdam colligationem eſt quodammodo adhuc aliquid eius, ſicut fructus pendens in arbore eſt aliquid arboris; & ideo probabiliter dici poteſt, Angelum qui eſt in cuſtodia matris, cuſtodire prolem in matris vtero exiſtentem.

Vltimo dubitatur, an Angelus cuſtos quandoque deſerat hominem? Reſpondet Sanctus Tho. articulo 6. totaliter, numquàm hominem ab Angelo deſeri, ſed ad aliquid interdum eum dimittit, prout ſcilicet non impedit quin ſubdatur alicui tribulationi, vel etiam quin cadat in peccatum ſecundum ordinem diuinorum iudiciorum. Et ſecundum hoc Babylon, & domus Iſrael ab Angelis derelictæ dicuntur, quia Angeli earum cuſtodes impedierunt quin tribulationibus ſubderentur. Circa hanc doctrinam aduertendum, quòd licet homini quandoque multa eueniant, hoc tamen non eſt ex culpa Angeli cuſtodis, & ideo ſi aliquando nos deſerunt, id non eſt ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid, hoc eſt, quoad periculum certum, vel malum certum, & hoc ex diuina diſpoſitione: aliquando etiam in pœnam delictorum præcedentium. Et hoc ſenſu exponendi ſunt loci illi Ierem. 51. *Curauimus Babylonem, & non ſanata, derelinquamus eam.* Et Eſai. 5. conquerens de vinea, ait: *Auferam ſepem eius, & erit in conculcationem omnibus beſtijs terræ.* Et notandum, quòd Angelus cuſtos non ſemper nobis in terra adeſt, ſed quandoque in cælum conſcendit, & tamen propterea non deſinit nos cuſtodire, quia in cælis quæ hic aguntur cognoſcit: & ſi oportuerit ſubito deſcendit, & miniſterium ſibi commiſſum exequitur. Sententia beati Chryſoſtomi ſuſtineri non poteſt, quia aduerſatur ſententiæ omnium Doctorum Sacrorum & Scholaſticorũ.

Hier. 51. Eſai. 5.

VIGESIMVMQVINTVM QVÆSITVM.

Biblia an lingua vulgari omnibus ſint legenda.

CHryſoſtomus Homil. 9. in illa verba, *Sermo Chriſti inhabitet in vobis.* Coloſ. 3. inquit, Videte obſecro ſæculares omnes, comparate vobis Biblia, animæ pharmaca, ſi nihil aliud vultis, vel nouum Teſtamentum acquirite, Apoſtolorum acta, Euangelia, his incumbite: imo non incumbite ſolum, ſed aſſumite omnia illa, quæ mente continere. Lutherani obijciunt hunc locum Epiſcopis Catholicis, qui non omnibus concedunt lectionem vulgarem Bibliorum, quæ Chryſoſtomus omnibus ſæcularibus emenda monet. Vide ſupra hoc tomo 4. ad 12. quæſitum.

VIGESIMVMSEXTVM QVÆSITVM.

Epiſcopus an presbytero ſit maior.

CHryſoſtomus Homil. in priorem ad Timot. 2. in illa verba, *Diaconos ſimiliter & pudicos,* 11. tomo 2. aſſerit inter Epiſcopum & ſacerdotem nullum fere eſſe diſcrimen, ſic enim inquit, Poſtquam de Epiſcopis dixit, omiſſo presbyterorum ordine, ad diaconatum tranſit: cur id quæſo? quia ſcilicet inter Epiſcopum & presbyterum intereſt ferme nihil, quippe & presbyteris eccleſiæ cura commiſſa eſt, & quæ de Epiſcopis dixit, etiam presbyteris congruunt, ſola quippe ordinatione ſuperiores illis ſunt, atque hoc tantum pluſquam presbyteri habere videntur.

Hieronymus in Comentario epiſtolæ ad Titum, dilucidans hunc locum, Vt conſtituas per ciuitates presbyteros, titulo 1. Epiſcopum & ſacerdotem aſſerit vtrumque idem eſſe. Cuius verba ſunt hæc, Diligenter verba Apoſtoli attendamus dicentis, Vt conſtituas per ciuitates presbyteros: idem eſt enim presbyter quod Epiſcopus, & antequã diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent: & diceretur in populis, ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur: poſtquam vero vnuſquiſque, eos quos baptizabat ſuos putabat eſſe, non Chriſti; in toto orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris electis ſuperponeretur cæteris, vt ſchiſmatum ſemina tollerentur. Et diſcant hanc nõ meam, ſed Apoſtoli eſſe ſententiam: legant eius verba ad Philippenſ. dicentis: *Paulus & Timotheus ſancti qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis & diaconis, gratia & pax.* Philip. 1. Philippis vna eſt vrbs Macedoniæ, Cæſareæ, in vna ciuitate plures vt nuncupantur Epiſcopi, eſſe nõ poterant: ſed quia eoſdẽ Epiſcopos illo tẽpore & presbyteros appellabant, propterea indifferenter de presbyteris, quaſi de Epiſcopis eſt locutus. Et in actibus Apoſtolorum, Attendite vobis & vniuerſo gregi: *in quo poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos.* Act. 20. Et hic diligẽtius obſerua, quomodo vnius ciuitatis Epheſi presbyteros poſtea Epiſcopos dixerit: Hæc diximus, vt oſtenderemus apud veteres eoſdem fuiſſe presbyteros quos epiſcopos. Et vt Epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine quam diſpoſitionis Dominicæ veritate presbyteris eſſe maiores: & in communi debere eccleſiam regere.

Ambroſius in Commentarijs Epiſtolæ ad Epheſ. in cap. 4. eiſdem ſuffragatur, ita ſcribens, Non per omnia conueniunt dicta Apoſtoli ordinationi quæ nunc in eccleſia eſt, quia hæc inter ipſa primordia ſunt ſcripta, nam & Timotheum Epiſcopum à ſe creatum, presbyterum vocat: quia primi presbyteri epiſcopi appellabantur, vt recedente eo, ſequens ei ſuccederet. Denique apud Ægyptum presbyteri conſignant, ſi præſens non ſit Epiſcopus: ſed quia cœperunt ſequentes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata eſt ratio, proſpiciente Concilio: vt non ordo, ſed meritum crearet Epiſcopum multorum ſacerdotum iudicio conſtitutum, ne indignus temere vſurparet, & eſſet multis ſcandalum.

Doctores Scholaſtici diſputant de hac quæſtione, 4. ſentent. diſt. 24. & S. Thom. 2. 2. quæſt. 184. artic. 6. & quæſtionis propoſitæ ſunt duo ſenſus; Vnus, vtrum re vera vllum ſit diſcrimen inter Epiſcopum, ſimplicem ſacerdotem, vllo iure, ſiue diuino, ſiue humano? Alter verò, vtrum hoc diſcrimen ſit de iure diuino? Et ideo quæſtioni duabus concluſionibus fiet ſatis. De priori ſenſu ſoli hæretici inficiantur: Vuicleph ait, nullum eſſe prorſus diſcrimen, ſed promiſcuè omnes ſacerdotes eſſe Epiſcopos, atque quemlibet poſſe confirmare, & ordinare, & habere plenam iuriſdictionem in ſua parœcia. Eundem errorem ſequuntur Lutherani, imo nequiorem, quia omnes quos ciuilis Reſpublica creat paſtores, cenſet eſſe presbyteros, & Epiſcopos. Probant ſuam perfidiam. Primo, ex Apoſtolo 1. ad Tim. 3. vbi dicens, epiſcopum oportere eſſe irreprehenſibilem, &c. omnes presbyteros comprehendit. Et è conuerſo ad Titũ. 1. in illis verbis, Huius gratia reliqui te Cretæ, vt conſtituas per ciuitates presbyteros. Nomine presbyterorum Epiſcopos intelligit. Secundo, id confirmant authoritate Hieronymi ſuper eundem locum ad Tit. Et refertur Can. Olim. diſtin. 95. Olim enim inquit, idem erat presbyter qui & Epiſcopus. Contra hanc hæreſim ſtatuitur.

Vuiclep.

Prima concluſio. Quidquid ſit de iure diuino, certiſſimum tamen eſt ſaltem Apoſtolorum traditione diſcrimen eſſe inter Epiſcopos & ſimplices presbyteros. Quod & Hieronymus loco citato affirmat, ſubdit enim antea quam diaboli inſtinctu ſtudia vel ſchiſmata, &c. vbi expreſsè affirmat Epiſcopos inſtituto Apoſtolorum præpoſitos eſſe presbyteris. Et ſuper Eſa. lib. 2. inquit, Inter ſenes & Principes hoc diſcrimen fuiſſe reor in veteri populo, quod nunc eſt inter presbyteros & epiſcopos. Vafricies Vuicleph fuit reſcindere pro ſe vnam partem verborum Hieronymi, olim erat idē presbyter qui & epiſcopus, & alteram diſſimulare, vbi adiecit, Toto deinde orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris ſuperponeretur omnibus. Manifeſta ergo hæreſis eſt eccleſiaſticam Hierarchiā cōfundere, aſſerendo nullum eſſe diſcrimen inter presbyteros & Epiſcopos. Et eodem commento negant poteſtatem Maximi Pontificis. Auguſt. namque lib. de hæreſibus hæreſi 53. Ærium quemdam commemorat, qui cū presbyter eſſet, doluiſſe fertur, quòd non potuerit eſſe epiſcopus, quamobrem in Arrianorum hæreſim lapſus, proprium adhibuit dogma, quòd presbyter ab epiſcopo nulla differētia deberet diſcerni: quod & Vuicleph accidit. Alter ſenſus eſt, vtrum ſemper iure diuino inter epiſcopos, & ſimplices presbyteros fuerit diſcrimen. Verba Hieronymi inſinuare videntur, quòd hoc diſcrimen non ſit de iure diuino, ſed ex traditione Apoſtolorum. Nihilominus ſubiungitur.

Auguſt.

Secunda concluſio, Diſcrimen hoc & præeminētiam inter epiſcopos, & ſimplices presbyteros, non ex ſola traditione Apoſtolorū ſuſcepit eccleſia, ſed iure diuino ex inſtitutione Chriſti. Hæc eſt ſentētia S. Tho. loco citato, & omnium ſanctorum Patrum, & Doctorum, & Dionyſij Apoſtolorum diſcipuli de eccleſiaſt. Hierar. ca. 5. vbi ponit tres ordines Hierarchicos: vt ſunt purgantium tantum, nēpe Diaconorum: quibus conuenit cathecumenos cathechizare: & illuminantium, ſcilicet, presbyterorum adminiſtrantium baptiſma, pœnitentiam, Euchariſtiam: & perficientium, ſcilicet epiſcoporum, quibus conuenit confirmare, ordinare, & prædicare. Et cum iſtæ functiones ſint de iure diuino, palam docet, eodem iure fuiſſe diſtinctos. Et ad hoc eſt vrgētiſſimum argumentum, quia multa poſſunt epiſcopi facere, ad quæ presbyterorum facultas non pertingit: adeò vt ſi presbyteri id tentarent, nihil facerent, idque præcipue in ſacramentis, ergo illa diſtinctio eſt de iure Diuino. Antecedens probatur, quia Epiſcopi poſſunt confirmare: & tamen ſi presbyter id tentaret, nihil faceret. Et idem mos, ait Euſebius Papa, tempore Apoſtolorum erat celebris. Et eadem ratione ſi ſimplex ſacerdos conferret maiores ordines, nullum perficeretur ſacramētum. Et idem eſt de conſecratione chriſmatis, & tēplorum. Eccleſia verò non poteſt ſic poteſtatem ſacramentorum variare, ergo illa deſcendit de iure diuino. Si ergo ſacerdos de iure diuino poſſet omnia perficere quæ Epiſcopi, nequiſſet Eccleſia facere, vt ſacramenta confirmationis, & ordinis, per ipſos adminiſtrata, non eſſent valida. Quinimò de iuriſdictione arguitur. Si quilibet ſacerdos ſimplex tam plenam haberet iuriſdictionem iure diuino in ſua parœcia, quàm Epiſcopi, iniuria eis irrogaretur ab eccleſia, ſi prohiberet ne excommunicandi ius, aliaque iudicia tam plenè exercerent, quam Epiſcopi. In hoc autem non ſolum nulla eis fit iniuria, imò optimus lucet ordo, ergo à iure diuino inſtitutū eſt. Ex quo cōcludimus non differre Epiſcopū à presbyteris ſolo merito, & electione, vt hæretici contēdunt, ſed inſtituebātur conſecratione, & manuum impoſitione. Quod ex dictis Pauli ad Titum, & Timotheum, palam fit, nam Apoſtoli per impoſitionem manuum Epiſcopos creabant.

Dionyſius

Euſebius Papa.

Vnum tamen argumentum dictis obuiare videtur quod format Duran. diſt. 23. quæſt. 5. quia in Euangelio nullibi legitur, Epiſcopos ſeorſum à presbyteris ordinatos, ergo diſcrimen non eſt de iure diuino. Antecedens probatur, Chriſtus nunquam ordinaſſet Apoſtolos Epiſcopos anteaquam eos ſacerdotes feciſſet, fecit tamen eos ſacerdotes in cœna, quibus poteſtatem remittendi peccata cōtulit poſt reſurrectionem, dicens, Quorum remiſeritis peccata, &c. Et poſtmodum vero, non legitur ſuperiorem eis Epiſcoporum dignitatem contuliſſe, ergo presbyter & Epiſcopus iure diuino non non differunt. Reſpondetur primo, multa, vt ait Ioannes, feciſſe Chriſtum quæ Euangeliſtæ ſcripto non mandarunt. Secundo, quòd Chriſtus per poteſtatem excellentiæ, prætermiſſo ordine, qui nunc ſeruatur, potuit Apoſtolos, cum eos ad Apoſtolatū aſſumpſit, epiſcopos, creaſſe, quantum ad eorum peculiares functiones, licet poſtmodum virtutem conſecrandi & abſoluendi contulerit. Certo enim certius eſt, ſiue ante ſacerdotium, ſiue poſtea, Apoſtolos in Epiſcopos fuiſſe à Chriſto inſtitutos, quādoquidem ſumma eis eccleſiæ gubernatio incumbebat. Apoſtolis autem Epiſcopi ſucceſſerunt. Auguſtinus enim in lib. de quæſtionibus noui & veteris Teſtamenti, cap. 97. nemo, inquit, ignorat Epiſcopos Saluatorem eccleſijs inſtituiſſe: ipſe enim priuſquam in cælos aſcenderet, imponens manum Apoſtolis, ordinauit eos Epiſcopos. Hoc Apoſtolus Sancto ſpiritui deputat, cum dicit, Attēdite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Domini Ieſu. Et Anacletus Papa Petri diſcipulus in epiſtola de Patriarchis, & Primatibus, & reliquis Epiſcopis, quæ refertur Can. in nouo. 21 di. & Iſidorus in Sy-

Auguſt.

Anacletus

nodo

Beda.

modo aiunt, Apoſtolis ſucceſſiſſe Epiſcopos,& ſeptuaginta duobus diſcipulis, ſimplices presbyteros, quo diſcrimen inter presbyteros & Epiſcopos iure diuino fundatum, docent. Et Beda lib.3. ſuper Lucam cap.15.ſicut duodecim,inquit,Apoſtolos formam Epiſcoporum exhibere, ſimul & demonſtrare, nemo eſt qui dubitet, ſic & ſeptuaginta duos figuram presbyterorum geſſiſſe, ſciendum eſt. Tametſi primis eccleſiæ temporibus, vt Apoſtolica ſcriptura teſtis eſt, vtrique presbyteri, & vtrique vocabantur Epiſcopi: quorum vnum ſcientiæ maturitatem,aliud induſtriam curæ paſtoralis ſignificat. Sunt ergo iure diuino Epiſcopi à presbyteris prælatione diſtincti. Vnde Apoſtolus ad Epheſ.4. Poſtquam dixit quod Chriſtus quoſdam dedit Apoſtolos,quoſdam Prophetas, &c. adnotandum reliquos presbyteros ſubiungit, alios Paſtores,alios Doctores, &c.

Synodus Tridentina ſeſſ.23.Can.7. hanc doctrinam confirmauit ſic diffiniens. Si quis dixerit,Epiſcopos non eſſe presbyteris ſuperiores,vel non habere poteſtatem confirmandi,& ordinandi,vel eã quam habent, illis eſſe cum presbyteris communem,vel ordines ab ipſis collatos ſine populi, vel poteſtatis ſæcularis conſenſu, aut vocatione, irritos eſſe,aut eos,qui nec ab eccleſiaſtica,& canonica poteſtate rite ordinati,neque miſſi ſunt,ſed aliunde veniunt,legitimos eſſe verbi, & ſacramentorũ miniſtros,anathema ſit. Supereſt ad obiecta in cõtrarium reſpondere,nam ad Timoth. 4. nomine Epiſcorum,presbyteros intelligit. Nam cum dixiſſet, oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe,&c.nulla facta presbyterorum mentione, ad diaconos ſe transfert,quos ait debere eſſe pudicos, non bilingues,&c. ergo vniuerſos presbyteros Epiſcopos appellauit. Et Philip.1.Paulus & Timotheus omnibus ſanctis,qui ſunt Philippis,cum Epiſcopis& diaconibus.Gratia vobis & pax. Si autem medius eſſet ordo presbyterorum, illos non prætenijſſet. Et ad Tit.1.admonet,Titum,vt per ciuitates presbyteros conſtituat,nomine illo intelligens Epiſcopos. Et 1. Timot.5.dicens,quòd qui bene præſunt presbyteri duplici honore digni ſunt, Epiſcopos quoque ſignificat. Et Actuum 20.presbyteris loquens,ait, Attendite & vniuerſo gregi,in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos; Epheſi autem non erant plures Epiſcopi.

Ad hæc reſpondet S.Tho.loco citato,2.2.q.184. artic.6. quòd de Epiſcopo & presbytero poſſumus loqui vno modo,quantum ad nomen: quoniã olim omnes promiſcuè vocabantur & Epiſcopi & presbyteri. Nam presbyteri,vt Auguſtinus 19. de Ciuitate inquit,idem eſt Græcè,quod Latinè, ſeniores, quod nomen aptiſſime congruit Epiſcopis. Et Epiſcopus etiam Græcè idem eſt quòd ſuperintendẽs, ſeu vigilans: quæ etiam appellatio presbyteris accommodatur;ſiquidem omnis,cui animarum cura incumbit,debet ſupra gregem vigilare: ſed re vera inter ipſos presbyteros erat in diœceſi vnus, iuxta Chriſti inſtitutum, præpoſitus, qui erat Epiſcopus. Quare licet honoris gratia presbyteri omnes dicerentur Epiſcopi: & ne Epiſcopi ſuperbirent, etiam dicebantur presbyteri: nihilominus in re erat diſtinctio. Et ita Paulus,non dignitatem,ſed ſola nomina, ait, Epiſcopis & reliquis presbyteris fuiſſe communia.

Pro defenſione Chryſoſtomi,& in communi pro Doctoribus,qui videtur presbyteros æquaſſe Epiſcopis. Reſpõdeo, eos non intellexiſſe de poteſtate iuriſdictionis, qua Epiſcopus presbytero lõge maior eſt ſed ſacramento ordinis, quo presbyter ab Epiſcopo,non differt. Neq; quicquam amplius habet Epiſcopus quã ſacerdos, idem enim vtrique eſt ſacramentũ,& eadem vis ſacramenti, idem character,& eadem gratia: licet ad plura ſe extendat poteſtas Epiſcopi , tam ordinis quàm iuriſdictionis, quam poteſtas presbyteri. Et ideo Chryſoſtomus aſſerit presbyteros non differre multum ab Epiſcopis,ſed ſola intronizatione Epiſcopi ſuper reliquos presbyteros aſcenderunt. Si ergo aſcenderint, conſequitur quòd licet omnis Epiſcopus ſit presbyter,non tamen omnis presbyter eſt Epiſcopus. In ſolutione vero & defenſione Hieronymi maior eſt difficultas. Non enim ait,quod ſolo nomine presbyter & Epiſcopus ſunt idem, ſed quòd idem omnino erant, neque aliud habebat Epiſcopus quam presbyter. Et ad rem ſubiungit,quod Epiſcopi noverint,ſe magis conſuetudine, quam diſpẽſationis Dominicæ veritate,presbyteris eſſe maiores. Et in epiſtola ad Euandrium, eandem ſententiam confirmat,exiſtimans tempore Apoſtolorum non nomine tantum,ſed re,eundem fuiſſe Epiſcopum,qui erat presbyter. Ex quibus conſtat Hieronymum in ea fuiſſe opinione, quòd primitus de iure diuino nullum erat diſcrimen: cuius contrarium concluſione ſecunda ſufficienter probauimus. Et pro reuerentia, quæ illi debetur, dicimus ad contundenda Epiſcoporum ſupercilia, illum exceſsiſſe zelo diuini amoris & honoris ardentem: quod in Doctorum ſacrorum ſcriptis ſæpe reperimus. Ambroſio idem omnino reſpondendum. Et quòd ait, Apud Ægyptum presbyteri conſignant, hoc eſt confirmant,ſi non ſit præſens Epiſcopus: dicimus ſimpliciter id falſum eſſe,neq; vnquam fuiſſe presbyterum ſine noua conſecratione Epiſcoꝑum. Quo circa ſi Ægyptij illum ritum ſeruant,errore tenentur.

VIGESIMVM SEPTIMVM QVÆSITVM.

An clerici, præter victum & veſtitum, debeant aliquid poſsidere?

CHryſoſtomus Homil.15.in priorem ad Timot. in illud, *Dignus eſt operarius mercede ſua.* 1.Tim.5. inquit Leuitis ex lege conſtituti fuerant redditus decimarum, primitiæ, vota,& alia plurima: verum illis lege iſta merito permittebãtur præſentia tantum,& terrena,quærentibus: Ego eccleſiæ præſules audenter dixerim, nihil, præter victum & veſtitum habere oportere, ne ad iſta trahantur deſiderio. De hac quæſtione vide ſup.2.tom.ad 19.

VIGESIMVM OCTAVVM QVÆSITVM.

An perſona priuata liceat blaſphemantes punire.

CHryſoſtomus Hom.1.ad populum Antiochenum,poſt expoſitionem loci huius, *Modico vino vtere.* 1.Tim.5. ſermonem ad blaſphemantes conuertens, aduerſus blaſphemos, inter cætera, ſic prorumpit, Sed poſtquam de blaſphemia nobis verba ſunt facta,vnam vos omnes petere volo retributionem pro concione hac atque ſermone: vt in ciuitate blaſphemantes mihi, caſtigetis. Etſi quempiam in biuio, & foro, Deum blaſphemantẽ audieris, accede, increpa: & ſi verbera infligere oporteat, ne recuſes: ipſius faciem alapa percute, contere os ipſius,percuſsione manum tuam ſanctifica. Et ſi vlli accuſauerint,& ſi in carcerem traxerint,ſequere. Et ſi pœnas iudex pro tribunali depopoſcerit, dic cum libertate, quòd angelorum regem blaſphemauit. Si enim regem terræ blaſphemantem punire oportet,multo magis illum contumelia afficientes.

Doctores Scholaſtici diſputant.4.ſent.diſtin.15. de obligatione reſtitutionis dãni illati per iniuriã. Et S.Thom.2.2.q. 60. arti.2. cuius concluſio eſt. Ad

Digitized by Google

poteſtate iuriſdictionis. Aliæ rationes tantum conuincunt, quod ſit quidem decens, vt qui alios iudicat, talem ſe gerat, quales vult eſſe ſubditos, quos condemnat.

2 Propoſitio. Secunda propoſitio, quod peccator peccatorem damnet, peccatum veniale eſt. Hæc propoſitio eſt Caietani Quodlibeto ſecundo, quæſt. 14. Ratio eius eſt: quia contra rationem videtur, quod is qui alium damnat de leuiori delicto, alienus ſit ab omni culpa. Secundo, quia deficere ab ordine, aliquo modo eſt à lege deuiare, ſed ordo naturæ & charitatis eſt, quòd vnuſquiſque in iudicando prius à ſe quam ab alio incipiat. Tertio, quia quicumque alium iudicat, profitetur ſe nudum eſſe à crimine: & ideo ſi nõ eſt, talis eſt quodammodo hypocrita, quem taxat illic Chriſtus, Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo nõ vides? hypocrita, eijce prius trabem, &c. Sed quia iniuriam nõ facit, nõ peccat mortaliter. Illud autem Apoſtoli Rom. 2. In quo alterum iudicas, &c. intelligi debet, non quòd ſimile peccatum committat, ſed quòd alium condemnabo, oſtendit ſe dignum eſſe, qui ſimili ſententia condemnetur, iuxta verbum Domini Lucæ 19. Ex ore tuo te iudico ſerue nequam.

3. Propoſitio. Tertia propoſitio S. Thomæ eſt, quòd publicus peccator alios condemnans, mortaliter propter ſcandalum peccat. Nam tunc iuſtitia in vilipendium venit apud populum, nempe qui videt non habere eandem vim in iudice, quam exercet ipſe in ſubditos.

4. Propoſitio. Quarta propoſitio, licet genere ſuo peccatum ſit mortale, poteſt nihilominus ex leuitate materiæ fieri veniale: & ideo dicit S. Tho. ſi ſit in grauioribus criminibus, & præcipuè ſi ſit in ſimilibus, vt ſi eſſet ipſe publicus latro, & latrunculos perſequeretur, aut publica admitteret adulteria, & adulteros iudicio premeret. Nã ſi eſſet, verbi gratia, fornicarius, & latrocinia, & homicidia vlciſceretur, non eſſet mortale ſcandalũ: imo quando crimen non eſſet infame, nullum eſſet ſcãdalum, vt ſi præ auaritia non largiretur, quando dare tenetur.

Pro defenſione Chryſoſtomi reſpõdemus, quòd iſto loco, ſicut & in pluribus alijs, zelus ardẽs Diuini honoris, & odium blaſphemiæ acerrimum, coegerunt virum Dei charitate flagrantem, excedere metam. Vt iuxta vetus prouerbium, multa peteret, vt ſaltem pauca obtineret: & iniqua interdum poſtularet, vt æqua reciperet.

VIGESIMVMNONVM

QVÆSITVM.

An in Chriſto duæ ſint perſonæ.

CHryſoſtomus Homil. 3. in illa verba, *Vnxit te Deus Deus tuus*. Hebr. 1. videtur duas in Chriſto ponere perſonas, quod nefas eſt dicere, & ſentire. Sic enim habet, Quid eſt quod dicit, Deus Deus tuus, hic Iudæos, & Paulum Samoſatenum, & Arrianos, & Marcellum, & Sabellium percuſſit, quo modo? Iudæos quidem, oſtendens eis duas perſonas, Deum & hominem.

Doctores Scholaſtici diſputant hanc quæſtionem 3. ſent. diſt. 6. & S. Thom. 3. p. quæſt. 4. art. 2. vbi quærit, an filius Dei aſſumpſerit perſonam? Et reſpondet negatiuè. Et probat ex Auguſtini libro de fide ad Petrum, vbi dicit, quòd Deus naturam hominis aſſumpſit, non perſonam; aſſumi autem aliquid dicitur ex eo, quòd ad aliquid ſumitur, vnde illud quod aſſumitur oportet præintelligi aſſumptioni, perſona autem non præintelligitur in humana natura aſſumptioni, ſed magis ſe habet vt terminus aſſumptionis: ſi enim præintelligeretur, vel oporteret quod corrumperetur, & ſic fruſtra eſſet aſſumpta; vel quod remaneret poſt vnionem, & ſic eſſent duæ perſonæ, vna aſſumens, & alia aſſumpta, quod eſt erroneum. Vnde relinquitur, quod nullo modo filius Dei aſſumpſit humanam perſonã, quia ſi perſonam aſſumpſiſſet, in Chriſto eſſent duæ perſonæ, quod eſt hæreticum. Tum etiam, quia humanitas in Chriſto non conſtituit proprium ſuppoſitum, ſed ſuſtentatur in alieno, hoc eſt, in diuino, vt patet in inſerto, ergo ſicut Chriſtus non eſt duo ſuppoſita, ita neque duæ perſonæ.

Dubium tamen eſt, quæ perſona ſit iſta quæ reſultat ex vnione humanitatis ad Verbum; Dicunt quidam, perſonam diuinam eſſe quæ inde reſultauit. Ratio eorum eſt: quia in Chriſto Domino vnicum tantum ſuppoſitum eſt, ſi autem humana perſona reſultaret; eſſent duæ perſonæ, quod hæreticum. Tum etiam, quia perſona humana intrinſece ex humanitate conſtituitur, humanitas verò in Chriſto intrinſece non fuit, ſed extrinſece, ergo in Chriſto non fuit perſona humana, ſed tantum diuina. Hoc tamen non obſtante, dico, ſtultum eſſe, negare Chriſtum eſſe perſonam humanam, & ideo aſſerendum eſſe, Chriſtum eſſe perſonam diuinam & humanam, & ex illa vnione hoc reſultauit; Quòd Chriſtus eſſet perſona humana, probatur clariſſimè, quia ex illa vnione reſultauit veriſſimus homo, ergo vera perſona humana: & contrarium eſt negare ipſum verum hominem fuiſſe. Et cõfirmatur; habebat veram humanitatem, ergo erat verè perſona humana. Et ad argumentum in contrarium negamus ſequelam, ſcilicet, quod incidamus in errorem aſſerentium in Chriſto eſſe duplex ſuppoſitum, quia hæretici in Chriſto Domino conſtituebãt duas perſonas realiter diſtinctas. & ſic aſſignabant perſonam vnam diſtinctam, quæ humanitatẽ cõſtituebat, & aliam perſonam diſtinctã, quæ cõſtituebat diuinitatem, nos verò in Chriſto non duas perſonas, ſed duas naturas, & vnam perſonam tantummodo aſſignamus, & iſtã, quę ſit ſimul diuina & humana, non autem duo ſuppoſita: quia ad pluralitatem perſonarum naturarum pluralitas nõ ſufficit, ſed requiritur pluralitas ſuppoſitorũ. Et ſuppoſito quod eſt de fide in Chriſto tantum eſſe vnicã perſonam, quæ eadem eſt diuina & humana, in ar. 3. affirmat tamquam de fide eſſe tenendum. Et huius oppoſitum inquit eſſe erroneum, ſcilicet, in Chriſto tantum eſſe vnum ſuppoſitum. Probat ex authoritate Fœlicis Papæ & martyris, quæ introducitur in Synodo Epheſina, Credimus in Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, &c. Et ratione, quia homo idem eſt quod habens humanitatem, Verbum autem quod habebat, non aſſumpſit, ſed humanitatem ipſam, ergo non aſſumpſit hominem. Tum etiã quia id quod aſſumitur, præſupponitur & præintelligitur ad aſſumptionem, ſicut id quod mouetur præſupponitur ad motum: ſi ergo ſuppoſitum aſſumatur, ſuppoſitum eſſet prius aſſumptione, & ſic eſſet principium aſſumptionis, quod tamen falſum eſt, quia ſolum eſt terminus. Item, quia ſi in Chriſto eſſent duo ſuppoſita, quodlibet illorum per ſe ſubſiſteret, & ſi per ſe ſubſiſtit, per ſe ſonat, & ſi per ſe ſonat, ergo eſt perſona. Ad hæc, multiplicato ſuperiori, multiplicatur inferius, ſuppoſitum verò & perſona habent ſe tamquam ſuperius & inferius, ergo multiplicato ſuperiori, quod eſt ſuppoſitum, multiplicabitur inferius, quod eſt perſona, & ex cõſequenti eſſent duæ perſonæ. Præterea, quia ſuppoſitorum dualitas damnata eſt Conſtantinopolitano Concilio, ſexta Synodo, & Concilio Epheſino, & Calcedonenſi, contra Neſtorium damnata eſt in Chriſto perſonarum pluralitas, qua admiſſa, pluralitas ſuppoſitorum manifeſtè inde ſequitur. Et Damaſc. ait, quod in Chriſto ſunt duæ naturæ, & vnica tantum hypoſtaſis, quod tamquam de fide tenendum eſt.

Difficultas tamen eſt circa doctrinã quã conſtituimus, quia Doctores omnes ſacri (maximè B. Au.) paſſim

paſſim affirmat, quòd Verbum aſſumpſit hominem, S.Thom.qu.4.art.3.ad primum argumentum dicit ſanctos interpretandos & exponendos eſſe. Aſſumpſit hominem, id eſt, naturam hominis, vel aſſumpſit hominem, id eſt, vt eſſet homo. Sed ſuppono hominem poſſe capi dupliciter. Primo modo concretiuè pro ſuppoſito humano, & iſto modo nō ſunt intelligendi ſancti, quando dicunt, quòd Verbum aſſumpſit hominem; nō enim aſſumpſit hominem in concreto. Secundo modo, homo poteſt capi abſtractiuè, hoc eſt, pro natura humana in abſtracto, & in hoc ſenſu ſancti intelligi debent. Et confirmatur hoc ex modo loquendi communi, dicimus enim, Prætor aſſumpſit perſonam Regis, id eſt, dignitatem & figuram eius, ita ſancti dicunt, Deus aſſumpſit perſonam hominis, id eſt, naturam eius. Poſſunt etiam ſancti, quando dicunt Deum aſſumpſiſſe hominem, exponi, vt verbum illud, hominē, capiatur, vt importat terminum, ſed non vt importet medium, hoc eſt, quòd mens ſanctorum eſt, cum dicunt, quòd aſſumpſit hominē, hoc eſt, quòd Deus factus eſt homo. Ita S.Thom. & Caietanus loco citato. Vltimo dico, quòd licet ſancti pro reuerentia, quæ illis debetur, exponendi ſint, paſſim tamen vtendum non eſt illa propoſitione, neque illo modo loquendi: ſed hæc propoſitio, Verbum aſſumpſit hominem, ſimpliciter & abſolute neganda eſt, & ſi aliquando illa vtamur, tantum ſit ad exponendos ſanctos.

Quæſtione 17. S.Thom. art.1. ſuppoſito, in Christo Domino tantum eſſe vnicum ſuppoſitum, & vnicam perſonam, & duas naturas diſtinctas realiter, & naturam humanam non prædicari de diuina, quærit an Chriſtus, ſit vnus, vel plura. Et reſpondet, quòd licet in Chriſto includantur duo, non tamen concedendum eſt quòd Chriſtus eſt duo, ſed vnum. Addit tamen, hæreticos ponentes in Chriſto duo ſuppoſita, fateri Chriſtum eſſe duo. Aduertendum eſt pro quæſtione tractanda, hanc quæſtionem poſſe duplicem habere ſenſum. Primus eſt, an Chriſtus ſit plura diuiſiuè, ita vt ſeorſum quodlibet illorum ſit, ſicut Deus eſt tres perſonæ ſimul, & illarum quælibet eſt Deus, ita quòd eodem modo Chriſtus ſit plures, ſcilicet, diuinitas & humanitas, & ſeorſum quælibet earum ſit ita, vt ſeorſum ſit humanitas, & ſeorſum diuinitas. Et in hoc ſenſu quæſtio hæc apud Patres antiquos fuit diſputata ſtatim in eccleſiæ initijs. Sed nunc in Concilijs cōcluſio negatiua tamquam de fide eſt diffinita, & in hoc ſenſu articulo hoc 1.S.Tho. quærit, an Chriſtus ſtus ſit vnum, vel plura. Secundus ſenſus eſt complexiuus, an Chriſtus ſit plures, & ſeorſum nulla illarum collectiuè, ſed complexiuè, ſicut Petrus eſt materia & forma complexiuè, & nullum illorum ſeorſum. Et in hoc ſenſu Doctores Scholaſtici diſputant. Et licet affirment contrariam ſententiam. S.Tho. Contra illos concluſionem negatiuam conſtituimus Chriſtus non eſt plura, neque diuiſiuè, neque complexiuè, ſed tantum eſt vnus. Concluſio hæc diffinita eſt in Concilijs Epheſino, Calcedonenſi, Conſtantinopolitano, & Nicæno. Vbi habetur, Credo in Ieſum Chriſtum vnicum filium eius. Quæ quatuor Concilia Diuus Gregorius tamquam quatuor Euangelia veneratur. Ratione ſic probo, Primo, quia ſi Chriſtus eſt plura, quæ ſunt iſta plura? Si dicas, quòd diuinitas & humanitas, arguitur ſic, Chriſtus in abſtracto non eſt humanitas, neque diuinitas, quia iſta propoſitio, Chriſtus eſt humanitas, aut iſta, Chriſtus eſt diuinitas, diuiſiuè falſa eſt. Neque etiam cōplexiuè eſt plura, quia ſequeretur Chriſtum non eſſe Deum, ſi Chriſtus eſt humanitas & diuinitas ſimul, quia quando aliquid ſimul eſt plura, ſeorſum non eſt vnum. Secundo, quia ſi Chriſtus eſſet duo, vel aggregatum ex duobus, ſequeretur quòd Chriſtus eſſet compoſitus: nam ex eo dicimus quòd Chriſtus compoſitus eſt, quia habet duo diſtincta, quæ ipſum componunt. Tertio, quia hoc aggregatum ex diuinitate & humanitate eſt Chriſtus, ergo Chriſtus in triduo incœpit eſſe, & deſijt eſſe, hoc autem concedere nullo modo ſuſtineri valet, quia falſum eſt. Quarto, quia ſequitur quòd Chriſtus non eſt Deus, ſequela probatur, quia per te Chriſtus eſt aggregatum ex duabus naturis, ſed huiuſmodi aggregatum non eſt Deus, vt aggregatū ex mundo & Deo, non eſt Deus, ergo, Vltimo, quia ſicut album eſt corpus habens albedinem, ita Chriſtus eſt filius Dei habens humanitatem ſibi vnitam, ſed album non eſt aggregatum ex corpore & albedine, ergo neque Chriſtus ex natura diuina & humana. Minorem probo. Dato enim oppoſito arguitur ſic, Socrates eſt album, & albū eſt corpus, & albedo, ergo Socrates eſt corpus & albedo, & aggregatum ex vtroque, ergo Socrates eſt ſubſtantia & accidens: & per cōſequens accidens eſt de eſſentia ſubſtantiæ: quod ſuſtineri nequit. Et ideo tenendū eſſe cum Sancto Thoma, Chriſtum plura non eſſe, neq; diuiſiuè, neque complexiuè. Et oppoſitum aſſerere erroneum eſt. Et qui contrarium affirmarūt, decepti ſunt in hoc, quòd in omnibus entibus naturalibus ens ſit ſuæ partis ſimul, ſic exiſtimarūt in Chriſto, quod tamen in eo locum non habet, vt ſufficienter oſtendimus.

Pro defenſione Chryſoſtomi, ſuſcipio eſt hunc locum in codicibus Græcis eſſe deprauatum, & pro eo quod eſt, Deum & hominem, legendum eſſe, Deum & Deum. Occaſio ſuſpicionis eſt duplex. Prior eſt, quia Theophilactus ſic ſcribit, Hoc aduerſus Iudæos, & Sabellium, & Marcellum pugnat, tamquam duas perſonas indicans Deum & Deum. Altera eſt, quòd conduplicatio particulæ, Dei, aptiſſimè congruit cum propoſita Pauli ſententia, in qua geminato nomine Dei, dicitur, vnxit te Deus Deus tuus, ad expreſſionem duarum perſonarum, reclamantibus Iudæis, Sabellio & Marcello, qui vnam tantum Deitatis perſonam agnoſcunt. Quòd ſi quis contendat legendum eſſe duas perſonas Deum & hominem, exponi debet, vt per hominem intelligamus ſignificari perſonam Chriſti, quæ ſimul eſſet perſona Dei & hominis, vt expoſuimus: per Deum vero perſonam Patris, & Spiritusſancti.

TRIGESIMVM

QVÆSITVM.

An Seculares & Monachi eodem genere peccati æqualiter peccent.

CHryſoſtomus Hom.7. in illam periodum, *Accedamus ergo ad thronum gratiæ*. Heb.4. ſentire videtur, quòd excepta fornicatione quæ in Monachis grauior eſt, tam grauia eſſe ſæcularium omnia peccata quam Monachorum. Verba eius hæc ſunt. Sed quid ad nos, labores, lectiones, vigiliæ, ieiunia, inquis, qui non ſumus Monachi, hæc mihi dicis? Dic Paulo, cum dicit, Vigilantes in omni patientia, & oratione: cū dicit, carnis curam ne feceritis in concupiſcentijs. Non enim Monachis tantū ita ſcripſit, ſed omnibus qui erant in ciuitatibus. Non enim ſæcularis debet aliquid amplius habere Monacho, quā cum vxore cohabitare tantum, hic enim habet veniam: in alijs autē nequaquam, ſed omnia æqualiter, ſicut Monachi, agere debēt. Hoc ipſum lib.3. aduerſus vituper. vitæ monaſticæ clarius ita ſcribit. At inquies, nō ambo ex eadē altitudine decidūt, ita neque eadē vulnera ſuſcipiunt, fallis teipſum prorſus ac decipis, eadem namque ab vtriſq; totius vitæ ratio requiritur, eiſdem pro culpis pœna vna omnibus debetur: imo vero vt aliquid ex nobis adde-

re au-

re audeamus, magis ſine vlla ſpe veniæ peccauit, qui ex ſæculo id ſcelus admiſit, &c.

Doctores Scholaſtici de hac quæſtione agunt, 2. ſentent. diſtin. 44. & S. Thom. 2. 2. qu. 186. & ad quæſtionem, an religioſus eodem genere peccati grauius peccet quam ſæcularis, reſpondet quatuor cõcluſionibus.

1. Concluſio. Prior, ſi religioſus peccet contra votum religionis, puta ſi fornicetur, vel furetur, grauius peccat quam ſæcularis. Probat, quia talis non ſolum facit contra præceptum diuinæ legis, ſed etiam contra votum: quia fornicando facit contra votum continentiæ; & furando, contra votum paupertatis. Ex quo deducitur opera præcepti cadere ſub voto. Conſtat enim vitare furtum & fornicationem non eſſe bonum conſilij, & ſupererogationis, ſed legis & præcepti.

2. Concluſio. Secunda concluſio, ſi religioſus peccet ex contemptu, grauius peccat quam ſæcularis. Probatur: quia talis eſt magis ingratus diuinis beneficijs, quibus eſt ſublimatus ad ſtatum perfectionis, ſicut Apoſtolus dicit ad Hebr. 10. quod fidelis grauiora meretur ſupplicia, ex hoc quòd peccando, filium Dei conculcat per contemptum. Vnde & Dominus conqueritur Hierem. 11. Quid eſt, quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?

3. Concluſio. Tertia concluſio, peccatum religioſi poteſt eſſe grauius peccato ſæcularis propter ſcandalum, quia ad vitam eius plures reſpiciunt: vnde dicitur Hiere. 23. In prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij, & confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua.

4. Concluſio. Quarta concluſio. Si vero religioſus non ex contemptu, ſed ex infirmitate vel ignorantia aliquod peccatum, quod non eſt contra votum committit in occulto, leuius peccat eodem genere peccati quàm ſæcularis, quia peccatum eius, ſi leue ſit, quaſi abſorberetur ex multis operibus bonis quæ fecit, & ſi ſit mortale, facilius ab eo reſurgit, id eſt, propter intentionem quam habet erectam ad Deum, quia ſi ad horam intercipiatur, de facili ad priſtinum reparatur. Vnde ſuper illud, cum ceciderit iuſtus, non collidetur, dicit Orig. Iniuſtus ſi peccauerit, non pœnitet, & peccatum ſuum emendare neſcit: iuſtus autem ſcit emendare, ſcit corrigere. Sicut ille qui dixerat: Neſcio hominem, paulo poſt cum reſpexit eum Dominus, flere cœpit amariſſimè. Et ille qui de tecto mulierẽ vidit, & concupiuit, ſtatim dixit: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Secũda ratio eſt, quia iuuatur à ſocijs ad reſurgendum, ſecundum illud Eccleſ. 4. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur: væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe.

Aduertenda doctrina, quam ponit in ſolutione ad tertium argumentum, quod eſt, Præſens vita ſine peccato non tranſigitur, ſecundum illud Iacobi, In multis offendimus omnes, ſi ergo peccata religioſorum eſſent grauiora peccatis ſæcularium, ſequeretur quòd religioſi eſſent peioris conditionis quã ſæculares, & ſic non eſſet ſanum conſilium ad religionem tranſire. Reſpondet, quòd iuſti non de facili peccant ex contemptu, & ſi aliquando cadant in aliquod peccatum ex ignorantia vel infirmitate, de facili reſurgunt: ſi autem perueniant ad hoc quod ex contemptu peccent: efficiuntur peſſimi, & maximè incorrigibiles, ſecundum illud Hierem. 2. Confregiſti iugum, dirupiſti vincula, dixiſti: Non ſeruiam in omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternabaris meretrix. Vnde Auguſtinus dicit in epiſtola ad plebem Hypponenſem, Ex quo Deo ſeruire cœpi, quomodo difficilè ſum expertus meliores, quam qui in monaſterijs profecerunt, ita non ſum expertus peiores, quàm qui in monaſterijs ceciderunt. Ex qua doctrina colligitur, quòd ſecundum Auguſtinum, & Thom. religioſi peſſimi, deteriores ſunt quibuſcunque ſæcularibus quantumuis ſceleratis, quia ſunt incapaces correctionis.

Pro defenſione Chryſoſtomi ſufficit ſolutio S. Thom. nunc aſſignata, ſcilicet, monachorum, qui poſtquam ceciderunt, incorrigibiles facti ſunt, peccata grauiora eſſe, quam ſæcularium. Secundo dicimus, Chryſoſtomum per hyperbolem enunciaſſe ad depellendam ignauiam, & ſocordem opinionem quorundam ſæcularium exiſtimantium, orationes, ieiunia, ac vigilias, monachis duntaxat à Chriſto impoſita. Tertio dicimus, quòd Chryſoſtomus reſpiciens ad crimina, quæ religioſus committit ex fragilitate vel ignorantia, aſſeruit eſſe leuiora quam ſæcularium delicta propter rationem S. Thom. Et quòd de his ſit locutus ex verbis eius conſtat, inquit enim, magis ſine vlla ſpe veniæ peccauit ſæcularis, qui mulierem reſpicit, & concupiſcit, quam monachus: neque enim par facinus admittere videtur qui vxoris ſolatio ſubnixus, decore mulieris irretitur, atque is qui huiuſmodi auxilio, & infirmitatis remedio deſtitutus, hac interdum peſte corripitur.

TRIGESIMVM PRIMVM

QVÆSITVM.

An ſalutis initium ſit ex nobis.

CHryſoſtomus Homilia 12. ad Hebr. explicans hunc locum. *Adhuc enim in lumbis patris erat*, Heb. 7. videtur initium noſtræ ſalutis voluntati humanæ tribuere diuinam gratiam præuenienti, inquit enim, Oportet nos quippe eligere primũ quæ bona ſunt, & tunc ipſe quæ ſua ſunt introducat, non antecedit noſtras voluntates, ne lædatur liberum arbitrium: cum autem nos elegerimus multa, tunc nobis affert auxiliationem. Hoc ipſum quam plurimis locis repetit. Vide ſupra tom. 2. ad decimumtertium.

TRIGESIMVM SECVNDVM

QVÆSITVM.

An animæ ſanctorum adhuc ſint beatæ.

CHryſoſtomus Homil. 28. in Epiſtolam ad Heb. enarrans hunc locum, *Circuierunt in melotis in pellibus caprinis*. Indicat ſanctorum animas ante diem iudicij non frui diuina viſione. Vide ſupra, in tomo 4. ad decimum tertium quæſitum.

TRIGESIMVM TERTIVM

QVÆSITVM.

An ſufficiat ſoli Deo confiteri.

CHryſoſtomus Homil. 31. in hunc locum, *Non inuenit pœnitentiæ locum*, Hebr. 12. alludit ad dogma eorum, qui exiſtimant peccata ſoli Deo confitenda, & non ſacerdoti, ait enim: Non tibi dico, vt te prodas in publicum, vt te apud alios accuſes, &c. Vide tom. 1. ad duodecimum quæſitum.

QVINTVS TOMVS.

An Iudæi agnouerint Chriſti Deitatem.

AD QVÆSITVM.

An Iudæi Chriſtum & eius Deitatem agnouerint.

Chryſoſtomus tom.5. demonſtratione aduerſus Gentiles, quòd Chriſtus ſit Deus conuertitur ad Iudæos, & ait, Nam quot ſunt, qui nullis vnquam auditis legibus, honeſte ac legitime vixerunt: cùm interim quidam à pueritia enutriti legibus, vſque ad ſenectam nunquam tranſgredi illas ceſſarunt. Hæc & apud veteres contigerunt. Nam Iudæi licet ſigna & miracula plurima haberent, nunquam tamen per ea meliores euaſere. (Ionæ 3.) Niniuitæ vna tantum voce audita, vitam mutarunt à peccatis liberati. Explicans illud Matth. 21. hic eſt hæres, inquit, quòd principes Iudæorum non per ignorantiam, ſed per inuidiam filium Dei crucifixerunt, cognouerunt enim eum eſſe filium Dei, intellexerunt eum eſſe illum, cui (Pſal. 2.) Pater per prophetam dicit, Poſtula à me, & dabo tibi hæreditatem meam.

Diſputant Doctores Scholaſtici 3. ſent. diſt. 22. & S. Thom. 3. part. qu. 47. Et ad quæſtionem, an Chriſti perſecutores eum cognouerint. Reſpondet ar. 5. ſequentibus concluſionibus. Prima concluſio, Maiores Iudæorum cognouerunt Chriſtum eſſe Meſſiam promiſſum in lege. Secunda concluſio, Licet Iudæi cognouerint Chriſtum eſſe Meſſiam, non tamen cognouerunt, eum eſſe filium Dei naturalem. Tertia concluſio, Maiores Iudæorum non excuſantur ab occiſione filij Dei, quia ignorantia illorum fuit affectata: videbant enim euidentia ſigna diuinitatis ipſius, ſed ex odio & inuidia Chriſti, eam (Ioan. 15.) peruertebant, & verbis eius, quibus ſe Dei filium fatebatur, credere noluerunt. Vnde ipſe de eis dicit, Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Et poſtea ſubdit, Si opera non feciſſem in eis, quę nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et ideo ex perſona eorum accipi poteſt id, quod habetur Iob 21. Dixerunt Deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quarta concluſio, Minores de populo, id eſt, turba, non cognouerunt eum eſſe Meſſiam, neque filium Dei, licèt enim aliqui eorum in eum crediderint, multitudo tamen non credidit. Quinta concluſio, aliqui de populo bene affecti ex auditu cognouerunt eſſe Meſſiam, & propter ſignorum multitudinem, & propter efficaciam doctrinæ: qui tamen poſtea, vt habetur Ioann. 7. decepti fuerunt à ſuis principibus, vt eum non crederent, neque filium Dei, neque Meſſiam. Et ideo Petrus eis dixit, Scio quod per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri, quia ſcilicet per Principes ſeducti erant.

Concluſiones S. Thom. ſunt examinandæ. Et contra primam, ſcilicet quod maiores Iudæorum cognouerunt Chriſtum Dominum eſſe Meſſiam in lege promiſſum, ſunt argumenta. Primum, quia 1. ad Cor. 2. habetur, Sapientiam loquimur inter perfectos. Et ſubdit, Nam ſi cognouiſſent, non vtique Regem gloriæ crucifixiſſent. Videtur ergo quòd illum non cognouerint. Secundo arguitur, quia ſi maiores cognouiſſent Chriſtum Dominum eſſe Meſſiam in lege promiſſum, ex eo maximè eſſet, quia ex miraculis, & ſcripturis, & ex prophetijs in Chriſto adimpletis, hoc cognouerunt: hoc autem non. Maior eſt nota. Et minor probatur, quia maiora & excelſiora ſigna poſt mortem erant adimplenda, vt conſtat ex ſignis reſurrectionis & aſcenſionis, ergo non cognouerunt. Tertio, diſcipuli, qui edocti fuerunt à Chriſto, non cognouerunt myſteria verbi Dei, neque illum eſſe Meſſiam, ergo neque maiores Iudæorum. Et quod amplius vrget, quia Paulus in ſcholis Iudæorum enutritus ait 1. ad Timoth. 1. Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci, in incredulitate mea. Et Petrus Actuum 3. ad populum ita loquitur, Scio fratres quòd per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri. Vltimò, quia Chriſtus Dominus Mat. 26. à Pilato adiuratus, an filius Dei eſſet, reſpondit, Videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli. Quod cum Iudæi audiſſent, dicunt, Blaſphemauit, quid adhuc egemus teſtibus? Caietanus in hac re dubius manet, & aſſignat duas ſolutiones. Prima, quod inter maiores Iudæorum differentia erat, nam quidam illorum ſcripturas præcallebant, alij verò, licet ex maioribus eſſent, legem tamen ignorabant: Illi qui legem & ſcripturas intelligebant, Chriſtum eſſe Meſſiam in lege promiſſum, cognouerunt, alij vero illum ignorarunt. Secundo aſſerit, quòd Meſſiam dupliciter potuerunt cognoſcere. Primo modo in particulari, firmiter aſſentientes, iſte eſt Meſſias in lege promiſſus: alio modo potuerunt eum cognoſcere non in particulari, neque in rei facto, ſed quod habuerunt, & viderunt myſteria, & ſigna tam aperta, quod facile potuerunt cognoſcere. Et hoc, inquit, eſt, quod Apoſtolus vocat cognoſcere. Hæc tamen ſolutio minime placet, eſt enim contra S. Thom. qui differentiam aſſignauit inter modum, quo cognouerunt Chriſtum eſſe Meſſiam, & eſſe filium Dei naturalem. Et ita tenendum eſt, quòd maiores illorum cognouerunt Chriſtum Dominum eſſe Meſſiam in lege promiſſum. Et iſta eſt ſententia Auguſtini ſuper Ioann. loco citato, & Chryſoſtomi ſuper illud Matth. 21. Hic eſt hæres, & Bedæ Lucæ 23. in illa verba, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, & Hieronymi in Math. 21. Denique eſt opinio communis Doctorum ſacrorum. Et probatur ex parabola Matth. 21. vbi miſsis ſeruis, occiderunt eos, & deinde, cognito hærede, cum dicere deberent, Hic eſt hæres, venite adoremus eum, dixerunt, Venite occidamus eum. Quæ parabola, ſecundum Hieronymum & Auguſtinum, in ſenſu literali de Chriſto Domino & Iudæis intelligitur, Cognouerunt ergo eſſe Meſsiam, & occiderunt. Secundo, quia cognouerunt ſcripturas, & prophetias omnes, & myſteria de Chriſto, aliqua tamen illarum intelligi non poterant niſi de Chriſto, vt patet Eſai. 9. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius: & Zachariæ 9. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator, ipſe pauper aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ, & Geneſ. 49. Non auferetur ſceptrum de tribu Iuda, & Dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.

Ad argumenta reſpódetur primo, quòd in principio maiores cognouerunt, Chriſtum Dominum eſſe Meſsiam, poſt vero illos malitia excæcauit, & ideo ab illa priori cognitione receſſerunt. Secundo dico, quòd de facto cum cognitione quòd erat Meſsias eum occiderunt, vt ex parabola Matth. 21. Hic eſt hæres, conſtat. Tertio dico pro intelligentia Pauli, quod ſi dęmones cognouiſſent eſſe Meſsiam, & ſimul eſſe Deum, ad occiſionem Dei non anhelaſſent: ſi enim Deum eſſe cognouiſſent, cognouiſſent, & cognoſcerent, redemptorem eſſe generis humani: & ex hac ſecunda conditione ab occiſione Chriſti ceſſarent. Et ita Paulus non dicit, Quia ſi cognouiſſent Deum, non crucifixiſſent, ſed, quia non cognouerunt ſapientiam abſcōditam. Ex quo

conſtat

Google

conſtat ad primum argumentum, quòd Paulus loquitur de ignorantia redemptionis, & fructus paſſionis, & non de Deo, neque de Meſſia. Ad ſecundum reſpondetur concedendo maiorem. Et dico, quòd licet cognouerint aliqua, quæ nec dici, neque affirmari poterant niſi de Chriſto redemptore noſtro, non tamen omnes ſcripturas, neque omnes prophetias cognouerunt, donec Spiritus ſanctus aduenit, qui eas Apoſtolis manifeſtauit. Ad tertium, non contentio cum Theologis aſſerentibus maiores Iudæorum non cognouiſſe Chriſtum Dominum, neque Meſſiam, neque Deum eſſe. Hoc enim falſum eſt, quia de facto cognoſcebant: non tamen cognoſcebant myſteria omnia, & ſigna quæ de Chriſto erant, & ordinabantur ad redemptionem generis humani. Ad Paulum, Miſericordiam conſecutus ſum, qui ignorans feci: reſpondetur, quòd Paulus tunc non erat de maioribus. Secundo dicit S. Thom. quòd id fecit ex ignorantia Dei, hoc eſt, quòd licet cognouerit eſſe Meſſiam, non tamen eſſe Deum. Similiter reſpondetur ad aliud Actor. 3. quod id fecerunt ex ignorantia Dei. Ad aliud de interrogatione Pilati, reſpondetur, quòd Iudæi maiores non cognouerunt myſterium ſecundi aduentus, quando iudicaturus veniet: ex hoc tamen nihil contra nos, quia ignorabant ex affectata ignorantia: ſat eſt quòd cognouerunt aliqua, quæ intelligi non poterant, niſi de Chriſto & Meſſia.

Contra ſecundam concluſionem, quæ eſt, Licet maiores cognouerunt Chriſtum Dominum eſſe Meſſiam, non tamen cognouerunt filium Dei naturalem eſſe. Arguitur primo, quia Iſaiæ 9. habetur, Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, &c. & ſubdit, Vocabitur Deus fortis. Tunc ſic, Iudæi omnes prophetiam illam intelligebant eſſe de Chriſto: & ait, quod vocabitur Deus fortis, cognoſcebant ergo eſſe Deum. Secundo Hierem. 23. Ecce dies veniunt, & ſuſcitabo germen iuſtum, hoc autem eſt nomen quod Hebræi Iehouah, & Tetragrammaton dicunt, quòd ſoli Deo conuenit, ergo cognouerunt eſſe Deum. Tertio, quia in illa parabola Matth. 21. Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, cognouerunt eſſe hæredem: hæredem autem cognoſcere non poterant, niſi filium Dei cognouiſſent, ergo. Quarto, dæmones cognouerunt Chriſtum eſſe Deum, ergo: antecedens patet Marci 5. Quid tibi & nobis fili Dei, ſcimus quod ſis ſanctus Dei. Vbi Chryſoſtomus & Theophilactus dicunt. Quòd ſis ſanctus Dei, id eſt, peculiaris ſanctus Dei, hoc eſt, filius Dei. Et Lucæ 4. habetur, Exibant dæmonia clamantia, & dicentia, Hic eſt filius Dei. Et quod amplius vrget eſt, quia increpans eos Chriſtus, nolebat eos loqui, quia ſciebant eum eſſe filium Dei. Quinto, quia miracula quæ faciebat, & modus quo ea operabatur, ipſum eſſe filium Dei euidenter demonſtrabant. Et probatur ex illo Ioã. Si opera non feciſſem, quæ nullus alius fecit, excuſationem haberent. Vltimo, quia ipſe de ſe affirmabat ſe eſſe filium Dei, & in confirmationem miracula faciebat, ergo euidenter id cognouerunt. Et ita Chryſoſtomus & Beda aſſerere videntur, quòd dæmones & maiores, non ſolum cognouerunt Chriſtum Dominum Meſſiam eſſe, ſed etiam eſſe Deum. Sed Auguſtinus libro de quæſtionibus noui & veteris Teſtamenti, quæſt. 66. Hieronymus, Caietanus, S. Thom. & Liranus, in illum locum Matth. 21. tenent, quòd cognouerunt eum eſſe Meſſiam, non tamen intellexerunt eſſe Deum. Et ita tenendum eſt. Et quòd ita ſit, probo, quia dæmones non cognouerunt eum eſſe Deum, & filium Dei naturalem, ergo neque maiores Iudæorum. Antecedens patet Mat. 4. Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Et Matth. 27. mulier Pilati fatetur, ſe multa paſſam in ſomnis: & ideo miſit ad virum ſuum, & dixit ei, ne virum iuſtum occideret. Somnium autem illud dæmonis erat, qui ſententiam mortis Chriſti mutare intendebat, & hoc non quia ſciret Chriſtum Dominum eſſe Deum, ſed quia ex ſignis id ſuſpicabatur.

Ad argumenta in contrarium. Ad primum dico, Eſaiam non dicere quòd erat Deus, ſed vocabitur Deus. Secundo dico cum S. Thom. articulo 5. ad ſecundum, Deum dici aliquando per naturam, vt Deus pater: aliquando per gratiam, vt illud, ego dixi, Dij eſtis vos. Hoc ergo pacto, ſcilicet, per gratiam, & adoptionem, Iudæi & dæmones Chriſtum eſſe Deum cognoſcebant: ſed an eſſet per naturam Deus, & filius Dei naturalis, ignorabant. Et ſimiliter reſpondetur ad ſecundum ex Hieremia inductum. Ad tertium reſpondet S. Thom. art. 5. ad primum, parabolam ſufficienter verificari, in quantum Chriſtum eſſe Meſſiam cognouerunt. Sed contra hoc eſt ratio, quia nos ex eo dicimus, quòd hæreditas Chriſto debebatur, quia filius Dei erat & tamen hoc Iudæi cognouerunt, ſed reſpondeo eſſe ita: ignorabant tamen, an filius Dei naturalis eſſet, per gratiam vel adoptionem. Sanctus Thom. 1. parte, quæſt. 64. art. 1. ad quartum, negat antecedens, & ad illud Marci 5. & Lucæ 4. dico, Dæmones ſuſpicatos fuiſſe vehementer, quòd Chriſtus Dominus filius Dei eſſet, & ideo dubitanter loquebantur: vt ex mendacio veritatem elicerent. Ad aliud quòd dæmones ſciebant eſſe Deum, dico primo, intelligi debere, ſciebant, id eſt, eſſe Chriſtum, vel Meſſiam. Secundo dico, quòd ex eo dicuntur ſcire, quia facile poterant cognoſcere. Tertio dico cum Caietano, particulam, quia, illic capi pro quod, hoc eſt, nolebat eos loqui quod ſcirent, quia non eſt Deo grata laus in ore mendacis. Ad quintum reſpondeo, eos ex miraculis, & ex modo faciendi, cognoſcere facile potuiſſe, Chriſtum eſſe Deum, non tamen habebant euidentiam, an alius, vt puta Angelus in eo miracula illa faceret, & ita euidenter non cognouerunt. Ad vltimum dico dupliciter. Primo, quòd non erat illis euidens, alium in eo miracula illa non poſſe facere, aut Angelum, vel virtute donimiraculorum ſpecialiter illi communicata. Secundo, quia in ſacris literis euidenter non inuenitur, quòd miracula faceret, vt ſe eſſe filium Dei oſtenderet, licet ex ſcripturis fere euidenter id deducatur. Et ita doctrina Sancti Thomæ tanquam vera, & ſcripturæ ſacræ conſona, amplectenda eſt. Et quod Caietanus aſſerit, Iudæos peccaſſe non ſolum peccato occiſionis Meſſiæ, ſed etiam peccato occiſionis Dei, eſt conſonum doctrinæ ſanctorum Patrum, quia niſi inuidia & malitia excæcaſſet, ex vita Chriſti immaculata, & ex miraculis & ſcripturis, facile Chriſtum Dominum eſſe Deum cognoſcere poterant.

Et hæc vltima aduertentia eſt circa ea quæ
B. Chryſoſtomus, tum doctiſſime,
tum ſanctiſſime, in vtilitatem
Eccleſiæ Catholicæ
ſcripſit.

Virtutem nec eſſe rem moleſtam, neq; acquiſitu difficilem.
Multo facilius eſſe bene viuere, quàm male.
Parua, leuiaq; peccata maiori ſtudio vitāda eſſe, quā magna.
Nullum ſupplicium mala conſcientia atrocius.
Neminem lædi poſſe niſi à ſemetipſo.
Melius eſſe iniuriam pati, quàm inferre.
Multos iniuſtè lædere, neminem verò iniuſtè lædi.
Ignominiam huius mundi eſſe gloriam, gloriam verò mundi ignominiam.
Vitam hanc non eſſe vitam, ſed mortem.
Mortem eſſe vita meliorem.
Maximum fieri in tribulationibus & tentationibus lucrum.
Quòd omnia ſupplicia, mortalibus à Deo immiſſa, magna ſint Diuinæ pietatis beneficia.
Eleemoſynam eſſe artem omnium quæſtuoſiſſimam.
Solitudinis, & monaſtica vita commoda omnibus felicitatibus potiora.
Quòd regnū Dei priuari peius ſit, quàm gehennæ ſupplicium.
Quòd nolle omnia ſcire, ſumma ſapientia ſit.
Quòd Chriſti Diuinitatem etiam abſq; vllis Diuinarum literarum teſtimonijs clariſſimè, ac fortiſſimè aduerſus omnes gentes demonſtrare poſſumus.

His atque eiuſmodi verè aureis digreſſionibus auditorum animos mirum in modum inflammans, rapiens, eleuans in amorem diuinarum rerum, & elatos in eum transformans, deniq; omnes ſermones concludit in breues precationes, gratiarū actiones, & laudes benignitatis, & miſericordiæ Chriſti; cui ſimul cum Patre & Spiritu ſancto honorē, gloriam, & imperium precatur in ſæcula. Quamquam autem in cunctis penè homilijs eadem moralia loca ſæpius repetita inculcet, ea tamen verborum & ſententiarum varietate eaſdē cogitationes tractat, atque retractat, vt noua ſemper ac diuerſa dicere videatur. Hactenus docendi modus Chryſoſtomo proprius.

Solet etiam Chryſoſtomus, vt in eius ſcriptis apparet, ſupra omnes Eccleſiaſticos Scriptores abundare ſimilibus, collationibus, & metaphoris ad illuſtrationem, & delectationē rerum explicandarū admirabili artificio concinnatis; nuſquā tamen delectandi gratia vtitur vel ſententiarū argutijs vt Ambroſius; vel poëtarum illecebris, & eorū ſalibus, vt Hieronymus: vel facetijs & iocis, quemadmodum Tertullianus: ſed affectu potius paternæ charitatis, & pio quodā iuuandi ſtudio mirificè delectat auditores; quos vt maiori cū attentione detineat, orationis curſum frequentibus dialogiſmis, percontatiūculis, & exercitatiunculis interrūpit, ſæpe repetens huiuſmodi voces. Quidnā eſt hoc? cuius rei gratia hæc dicta ſunt? Audiſtis quæ hic locutus eſt? Vidiſti, quomodo nihil præcipit graue? Vidiſti continētem eius animum? audiſti fiduciā? audi etiam ingentem charitatem. Perſpexiſti celſitudinem philoſophi? perſpice finē. Intuere quæſo, hominis virtutē. Vides quomodo hoc facillimum eſt? Cogita obſecro, hæc verba. Inſpice, quod nō ſimpliciter, ac temere hæc dicta ſint. Papè qualis eſt hæc doctrina, & quam eſt omnibus mortalibus neceſſaria. Papè quot bonorum plena eſt hæc ſententia. Magna nobis in his verbis prudentia, & attentione opus eſt. Conſidera mihi beatos illos viros ô dilecte. Diſce hic quāta ſit virtus. Vbi nunc ſunt qui hęc irrident? Audiāt hoc, qui non credunt. Vellē hic adeſſent omnes, qui noſtra vituperant. Libenter interrogarē eos, qui hæc non credunt, num, &c. Ne te conturbent, ô dilecte, quæ audis. Ne mireris dilecte, quòd hoc dixerit. Ne mihi dixeris te hæc non intelligere. Age & hoc etiā conſideremus. Quod dicere ſemper ſoleo, id nunc quoq; inculcare non deſinā. Quibus ſanè tropis attentionem reuocans, tardos excitat, feſſos adiuuat, & ad finem vſque orationis ſuſtentat.

Obiecta Chryſoſtomo, quæ vel ſoluuntur, vel explicantur.

IAm verò antequam legitimos fœtus Chryſoſtomi indicemus, expedit, vt quænam ipſi obiecta A ſunt, ita ſoluantur, aut explicentur, vt cum ad eos verſandos Lector acceſſerit, nihil ſit, quod ipſum remoretur, aut ſuſpenſum, vel adeo alienum à tanti Patris exiſtimatione detineat. Porro quæ illi obiecta fuerint, ſiue de Actis ipſius, ſiue de Apparatu, vel exordio Concionum, ſiue de ratione Diuinam ſcripturam interpretandi, ſiue de quibuſdam ad dogmata fidei ſpectantibus, hæc fere ſunt, quæ ſequuntur.

Obſtrepebant æmuli, & Eudoxia Imperatrix, quod liceter, & dure vitia increparet, dignitatis Imperatricis rationē non haberet, Synodo, quæ Chalcedone coacta fuerat, intereſſe noluerit, vitā inhoneſtè ageret, & eiuſmodi aliqua, quibus inſignis hic athleta exilio, calumnijs, & vexationibus exercebatur ad coronas immarceſcibiles. At zelus ille erat cum eximia ſpiritus prudentia cōiunctus, quo ſuas oues curabat, infectas ſecernens, ne totum Ouile corrumperent. Synodus verò, cui noluit intereſſe haud rite coacta, ſed Pſeudoſynodus fuerat (non quidem illa, quæ inter quatuor Oecumenicas numeratur) Acta item de Quæſtionibus habitis in B cauſſa Chryſoſtomi diximus ſupra à Theodoro Diacono Romano ex Oriente allata ad Innocentium huius nominis primum Pontificē Max. qui & illum defendit ſuperſtitem, & vbi diem obijt, præcepit, vt nomen Chryſoſtomi reſtitueretur in Diptycha, & Arcadium Imp. & Eudoxiam Auguſtos & Epiſcopos ſceleris cōplices excommunicauit. Honeſtatem autē, continentiā, & caſtitatem eius vitæ membra ipſa penè demortua, dum adhuc viueret, Hortationeſque perpetuæ ad eas virtutes, aſſidua corporis mortificatio, ſumma vigilantia, quodq; eſſet abſtemius. Mors deniq; ipſa, quam præceſſit ingens crux, & cum cruce germina conuerſionum variorum populorum, indicarunt. Atqui cum plerique alij, tum quatuor præcipui Apoſtatæ fuerunt, qui aduerſati ſunt Chryſoſtomo, Acacius Berœenſis, C Seuerianus Gabalenſis, Antiochus Ptolemaidis, & Cyrinus Chalcedonis Epiſcopi, vt ſolum hoc nomine poſſit intelligi tenebris cum luce veritatis nullum eſſe commercium. At & miracula, quæ cōſecuta ſunt poſt Chryſoſtomi mortem, quodque Theodoſius Imp. Parentum ſuorum veniam ad ſepulchrum eiuſdem Byzantium miro cum honore, & ſignis reducti eum Orbis totius Doctorem, ac ſpiritualem Parentem ſolitus ſit appellare; Denique quòd mille, & ducentis plus minus annis, qui ab eius morte effluxerunt, Nominis eius in vniuerſa Catholica Eccleſia celebritas, & ſcripta ſteterint, quæ hodieque vndique conquiruntur vt integriora emittantur, pluſquam ſatis teſtantur, eum fuiſſe Virum Dei, digniſſimum autem cuius ſcripta verſentur præſertim à Paſtoribus, & Concionatoribus: cum & Paſtoris veri fuerit imago, & ipſo primo ſui D Epiſcopatus triennio, quāquam haberet quod ageret contra hæreticos, cōtra improbos aliorū mores, contra Epiſcopos potius Aulicos, quam ſynceros, contra Tyrannos, contra Barbaros, cōtra Idololatras, contra ipſam Imperatricem, vt diximus, numquam tamen ſtudium tantæ diœceſeos, nec cōcionandi, nec patiendi intermiſit.

De exordijs Concionum non diffitetur Chryſoſtomus in Præfatione Sermonis, *De ferendis reprehenſionibus*, ſe fuiſſe reprehenſum ab ijs, qui prolixiora interdum eius exordia, ægrè ferebant, feſtinantes ad propoſitæ lectionis intelligentiam. Sed & qua erat animi demiſsione, atque prudentia, cordatè reſpondit inquiens. *Reprehendūt nos amicorum quidam, quòd productiora Sermonum initia faciamus: quibus ſiue iniuſtè tacent, ſiue iuſtè ſententiam ferant, ob hanc reprehenſionē gratiam habemus.*

Quin & Metaphraſtes in vita ipſius ſcriptū reliquit, quòd cū ſublime aliquādo dicendi genus arripuiſſet, atq; ob eā cauſſam à ſimplicioribus minus intelligeretur, redargutum fuiſſe à pia muliercula,

quòd

Digitized by Google

quòd eius orationes eſſent infrugiferæ, ipſum e veſtigio mutaſſe iuuenilis animi, cuius eſt alta petere, inſtitutū dictionemque faciliorē inis auribus accōmodaſſe. Qua ex parte illud eſt cōſecutus, vt ab omnibus faciliimè audiretur, atq; publicis, frequentibuſq; acclamationibus, Os Aureū diceretur. Quod perinde ad inditum Diuinitus nomen, veluti egregius titulus, in eius ſcriptis hactenus perſeuerat.

Accuſarunt autem nonnulli antiquiores (ait Photius) *Diuinum Ioannem, quòd ex Geneſeos exegeſi & in his potiſſimū, quæ de opificio ſex dierum enarrauit, nimium ſimplex ſit, atq; omnino deſtitutus omnibus illis ſpeculationibus, quibus Origenes, Hippolytus, Euſebius, Baſilius, cæteriq; ex Sanctis noſtris Patribus eruditiſſimi in Hexaemeron præſertim abundāt, qui ſanè mihi Ioannis mentem tenere non videntur. Is enim ad ſimplicitatem Moyſaicæ narrationis reſpiciens, relictis intempeſtiuis theorijs, facilitate, & humilitate ſermonis maluit ſequi Moyſem qui non, vt quidam ſatis ineptè putant, De Mundi opificio ſcribens, obſcuriſſimas res, & obſcuriſſimis verbis diſſerere ſtatuit: ſed rudis, hebetiq; populo ſimpliciſſimè, & clariſſimè ea tantum ob oculos ponere voluit, quæ craſſa multitudinis ingenia comprehendi poſſent. Sicut & ipſe Ioannes in explanatione Hexaemeri hiſce verbis indicauit: Moyſes in exordijs ſuarum narrationū paruitati noſtræ ſe attemperans, nihil de inuiſibilibus diſſeruit virtutibus, Non enim dixit: In principio fecit Deus Angelos & Archangelos, ſed cælum & terram: quia in principijs & prælудijs craſſioribus loquuturus eſt Iudæis, qui toti præſentibus rebus inhiabant, neq; ſpirituale quicquam comprehendere poterant: itaq; eos à ſenſibilibus, & creaturis, ad cognoſcendum vniuerſi Creatorem inducit. Non enim dicebat: vt ſolida paſcerentur cibo, quibus adhuc lactis alimonia opus erat, nam quemadmodum magiſtri literarum, puerulos de gremio matris acceptos, & ignaros omnium, atq; incapaces ſublimiorum, primis tantummodo imbuunt elementis; deinde eos alijs tradunt magiſtris, qui eos perfectioribus inſtituāt diſciplinis, ita Moyſes ignaram omnium & rudem hominū naturam, &, vt ita dicam, nuper à lacte depulſam, primis diuinæ cognitionis imbuit elementis, præparans eam ad præſtantiores magiſtros, Paulū nempe, & Ioannē; qui pueros primis rudimētis imbutos, ad maiora & excelſiora deducūt, ſuperimponētes iam poſito fundamento celſa totius ædificij faſtigia.*

Quòd autem ad dogmata, ſiue ad alia quædā pertinet, Chryſoſtomus à cenſura Eraſmi vindicatur à Iacobo Billio, cap. 9. prioris libri Obſeruationum ſuarum ſacrarum; Deinde ca. 14. alter locus in Homiliam 9. in 2. Epiſtolam ad Corinthios: Præter Eraſmi in Chryſoſtomo lapſus aliquot notantur cap. 19. vbi affirmatur, præſertim in octo prioribus in poſteriorem ad Corinthios Epiſtolam homilijs, Eraſmum centum quinquaginta errores admiſiſſe: Deinceps c. 24. emendat quædā in Homilijs Chryſoſtomi in Acta Apoſtolorum à variorum Interpretum erratis. Præterea ca. 33. loca aliquot indicantur Chryſoſtomi Homil. 3. in Epiſt. ad Epheſios in quibus Interpres Græca non eſt ſecutus.

Sed poſtea ſecundo libro earundem Sacrarum Obſeruationum, in Concionibus Chryſoſtomi in Iob, correxit idem Billius quædam, quæ non tam Interpreti Periono tribuenda cenſuit: quàm Græco Bibliothecæ Regiæ libro, quo illum valde interdum corrupto vſum eſſe comperit.

Hæ verò, quas diximus, Billij Sacræ Obſeruationes, adiectæ ſunt ad calcem Epiſtolarum Iſidori Peluſiotæ, ab eodem Billio è Græco in Latinum verſarum, quæ ſimul prodierunt Pariſijs ann. 1585. apud Guilielmum Chaudier, quemadmodum alibi ſupra non ſemel diximus, quæ & inſerere non fuiſſet inutile, quando non omnibus Obſeruationes illæ ſunt ad manum: ſed rati id aliquibus haud probatum iri, omiſimus.

Cæterum, D. Chryſoſtomi ſentētia, quod vnum tantum eſſet cælum, Hom. 4. in Geneſ. etſi videtur aduerſari omnibus Theologorum, & Philoſophorum Scholis, his tamen verbis non damnari ait D. Thom. in 1. par. qu. 68. art. 4. Theologos, ac Philoſophos, qui cælum ſydereum, hoc eſt totum illud cæleſte corpus, quod hunc inferiorem Mundum, ſiue elemētorum globum complectitur, in multos particulares cælos, ſiue orbes, diſtinguunt, ſed hæreticos quoſdam, ac Philoſophos, qui extra hunc totum ſydereum globum, alios ſydereos cælos, & mūdos alios eſſe tradiderunt. Quin Chryſoſtomus Hom. 6. & Hom. 13. in Gen. quod cū aliquibus antiquis Diodoro Tarſenſi, & Auguſtino crediderit ſtellas in cælo infixas, D. Thomas, 1. p. q. 69. art. 4. nititur Chryſoſtomi ſententiam ad aſtronomicā normam dirigere, inquiens, eius verba eſſe de Planetis intelligenda, qui iuxta Ptolemæum intra cōcauitates ſuorum orbium proprio motu rotantur.

In eadem verò Chryſoſtomi Homil. in ſexta in Geneſim, ab Oecolampadio, verſa cautè legendus eſt Oecolampadius. Nam & vbi de ſatisfactione tertia parte Sacramenti euertenda agit Oecolampadius, detorſit Chryſoſtomum, in margine apponens de ſuo hæc verba: *Si Deo ſufficit, vt deſiſtamus à peccatis, vbi manent ergo ſatisfactiones, & indulgentiæ!* Sed impius non potuit, aut noluit intelligere, Chryſoſtomum, qui paſſim ſatisfactoria pœnitentiæ opera inculcat, intellexiſſe, ſufficere quidem Deo, vt ad præſtandā nobis tam culpæ, quam pœnæ æternæ remiſſionem deſiſtamus à peccatis iam ſacerdoti confeſſis, ſed manere tamen ſatisfactiones, & indulgentias ad pœnas temporarias. — *Ho. 6. in Geneſ.*

At in Homilia decimaoctaua in Geneſim, cum Chryſoſtomus, vti & Procopius, opinatus fuiſſe (re nondum in Scholis plenius cribrata) quòd ſi Adam non peccaſſet, generatio non fuiſſet, id iam magis expenſum eſt cum ab alijs, tum à Sixto Senenſi Annot. 20. & 21. libri quinti Bibliothecæ Sanctæ; Qui & Annotatio. 72. eiuſdem libri putat, quòd Chryſoſtom. 22. in Geneſ. negauerit Angelos appellatos fuiſſe filios Dei, ſecutum fuiſſe editionem LXX. In qua pro eo quod nos habemus iuxta Hebraicam veritatem, *Cum veniſſent Filij Dei, & ſtarent coram Domino, adfuit & Satan inter eos*, & in Iob, ca. 38. de Angelis additur, *Cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes Filij Dei*, Septuaginta habent, ὅτε ᾔνεσάν με φωνῇ μεγάλῃ πάντες ἄγγελοί μου, hoc eſt, *quando laudabant me voce magna omnes Angeli mei.*

Præterea, Chryſoſtomus Hom. 26. in Gen. locum illum, *Reuerſa eſt Columba portans ramū oliuæ* exponens non intellectus eſt à Chryſoſtomi interprete, qui κάρφος vertit ſiccum, quaſi ſiccus eſſet ramus oliuæ, & non viridis, κάρφος autem ſignificat non ſolū *Siccum*, ſed *Feſtucam*, ſicuti debebat verti.

Erat autem Chryſoſtomi locus in man. ſ. codice Sanctis Pagnini, qui extabat Lugduni, qui habebat inſertam periodum, quæ Abrahamum peccaſſe Infidelitate indicabat. Hom. 40. in Gen. Sed à ſtudioſo aliquo in margine poſitam, & inde incuria ab alio in contextum inſertam rectè cogitauit Sixtus Senenſ. Anno. 98. li. 5. Biblioth. Sanctæ. Riſum porrò Abrahæ oſtendit Auguſtinus, fuiſſe gratulationem exultantis, non irriſionem diffidentis, libr. de Ciuit. Dei, 16. ca. 26.

Quòd etiam Chryſoſtomus Hom. 22. in Gen. viſus eſt negaſſe Angelos non poſſe coire cum feminis, quodque alij & Ioan. Caſſianus idem ſenſiſſe viſus ſit, quòdque ex Concilio Ancyrano hæc eadē ſententia videatur improbata, Sixtus Senenſ. declarat quomodo intelligendum ſit, verè autem Dæmones incubos, & ſuccubos extare, ac poſſe humano ſemine aliunde ſurrepto coire, ac gignere, ex Aug. 15. de Ciuitate Dei, c. 23. & Innoc. 8. Decretal. aduerſus maleficam mulierum hæreſim. Vide autē Martinum Delrium ſuis in Tomis eruditiſſimis Diquiſitionum Magicarum.

At quòd Chryſoſtomo ex Hom. 29. in Gen. obiectum fuerit, quod circumciſionē infantibus nullā gratiā cōtuliſſe intellexerit, ne cum ipſa quidē fide in Chriſtū venturū, nō negandū eſt, quia cū veteres & recentiores Theologi deinceps aliter ſenſerint,

ſe item

Digitized by Google

ſe item in hanc ſententiam venturum fuiſſe, ſi eos audiuiſſet. Vide autē Sixtū Sen.li.5. Bibl. Sāctæ Annot.96. & li.6.232. qui etiā expendit, nū quæ Chryſ. Hom.32. in Gen. dicit de Abrahamo, & Sara cū illā hortatus eſt ad negandū ſe eſſe coniugem ipſius, & hoc vocauerit fabulā, quodq; hanc, quàm dixit fabulam, laudibus efferat, quodq; Sara ſeruādi mariti cauſſa ſe expoſuerit adulterio licite, defendi debeat, an potius contrariū cum D. Auguſtino, & alijs ſentiendum ſit. Ibid. lib.5. ann.89.

Idem quoque Sixtus e Chryſoſtomi Hom.49. in Gen. quòd ſcripſerit Mariam Beatiſſimā Virginem non laboraſſe infidelitate, ſed ad quandam hæſitationem ex vehementi admiratione naſcentē id retuliſſe, oſtendit annot.104. eiuſdem lib.5. li. item 6. annot.58.138.139.140.185.

Sane verò quoniam cum illud Pauli ad Corinthios, nomine ligni, fœni, ſtipulæ, interpretatus eſt peccata mortalia, vt etiam fecit Theophylactus, (quæ tamen interpretatio non videtur probabilis) Bellarminus Card. inquit ita expoſuiſſe, (etiāſi alibi planiſſimè aſſerat Purgatorium) vt hæreſim Origenis refelleret, quæ docet pœnas Gehennæ non eſſe æternas, vt patet ex ipſa Homilia. Vide Bellarminum, libr.1. de Purgatorio, c.4. Contro.5.

Cæterum, Chryſoſtomus cum viſus eſt nimium libero arbitrio deferre, id fecit ex cōtentione diſceptandi cum Manichæis, & Gentilibus, qui hominē aſſerebant vel natura malum, vel fati violentia ad peccandum impelli. ſicuti Anianus in præfatione Commentariorum Chryſoſtomi in Matthæum adnotauit. Vide autem Franciſcum Soarez in 3. libr. De Diuinis auxilijs, cap.13. multa ex Chryſoſtomo proferentem, quibus oſtendit primum locum ſibi gratiam in hominis conuerſione vendicare.

Veruntamē cum & Chryſoſtomus, & Caſſianus, atque alij videatur bono viro licere mentiri aliquādo, D. Auguſtinus legendus eſt, c.2. libri de mendacio ad Coſentium: nam is hoc in Priſcillianiſtis hæreticis damnat, & in epiſt. ad Hieronymum dolet, eā ſententiam aliquando fuiſſe defenſam. Quomodo autem defendantur aliquatenus, qui ſecus ſentiūt, vide Sixt. Senenſ. annot. c.7. Bibl. Sanctæ lib.5.

Quòd autem pertinet ad Chryſoſtomi Tractationem de Anathemate, quæ Tractatio perperā ab aliquibus malè ſanis, eſt prænotata hac inſcriptione, *Quòd neq; viui, neq; mortui anathemate plectendi ſint*, ea defenda eſt, quandoquidē Chryſoſt. nunquā id ſenſit.

Quæ & abeſt ab omnibus manuſcriptis Codicib. Græcis, quæcunq; extant, ſiue apud Græcos, ſiue in Vaticana, Sfortiana, Colonienſi, Anglica, & alijs Bibliothecis. Sane in Anglica qui ſextus eſt ſermo de incomprehenſibili, [illegible], omnino diuerſum habet initium, nempe, [illegible], hoc eſt, *Rurſus ꝑ curſū curſus, rurſus corona auditorum imminuta eſt*. At huius tractationis verba ſic incipiunt. *Nuper ad vos de incomprehenſibili cognitione Dei diſſerens, tā Scripturarū teſtimonijs*, &c. Neque vero ficta hæc Homilia, cohæret cum argumēto ſuperiorum, nec adeo Grçcā dictionē ſapit. Quin ipſe Theodorus Gaza homo Græcus (quippe Theſſal.) atque in Bibliothecis Græcorū, quam qui maxime verſatus, cū quinq; ſermones de incōprehenſibili abs ſe è Græco factos Latinos Alphonſo Regi Neapolis dicaſſet, nullam huius mentionem fecit in ſua Præfatione. Nimirum aliquis anathemate percuſſus, ſiue hæreticus eam cōmentus eſt, vt Pont. Max. iudicium ſubterfugeret, neſcius extare diuinū quod aduerſus ſe iam ſcriptum erat in cælo.

Atqui cum alibi aut ſemel (Chryſ.) docuiſſet quā timendū ſit anathema, quod & Apoſt. in ſuis cōſtit. *Gladiū ignis* vocarunt, planiſſime id oſtēdit 80. Hō. ad pop. Ant. cuius inſcriptio eſt; *quod pro defunctis lugendū non eſt, ſed orandū*. Si quis autē, inquit, arrogās, cōtemnit, audiat Chriſtū nūc quoq; dicentē: *Si quis in te peccauerit, vade & corripe eū inter te & ipſum ſolū: ſi vero nō audierit aſſume tecū vnum, vel duos: ſi autē & ita cōtradicat, dic Eccleſiæ: ſi vero Eccleſiā non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus*. Sed ſi cōtra me peccantē, poſtquā me nō audierit, ita præcepit auerſari: in ſe ipſum, & in Deū peccantē, qualiter habere debeo, vos iudicate. Vos enim nō nos cōtēnatis tā molliter in nos inſurgētes. Si quis autem noſtra contēnit vincula, rurſus eū Chriſtus corrigat dicēs: *Quæcunq; ligaueritis ſuper terrā erunt ſoluta & in cælis*. Nā etſi nos quoq; miſeri, & vilipendēdi & cōtēptu digni (ſicut verè digni ſumus) non tamē nos ipſos vlciſcimur, nec iſtā vindicamus, ſed veſtræ curā gerimus ſalutis: reueremini precor, & confundimini. Si quis enim amicū tolerat acrius æquo inſurgentē, intentionē cōſiderās, quod beneuole, non inſolēter hoc agit, multo magis Doctorē increpantē, non authoritate tyrannica iſta dicentē, neq; quaſi Principis loco conſtitutū, ſed Curatoris: nec enim poteſtate oſtentare volētes hæc dicimus. Quomodo namq; qui nec in eorū experientiā valemus, ſed dolentes pro vobis atq; gemētes? ignoſcite mihi. NON ENIM QVI LIGAT EST HOMO, SED CHRISTVS, QVI NOBIS TALEM CONTVLIT POTESTATEM, ET TANTI DOMINOS HONORES CONSTITVIT, ac paulo poſt, Si quis autē hæc contēnat, iudicij tēpus aderit, quod eū doceat. Hæc ita multo poſt. Ratio vero tibi ponetur apud eū, qui me ligare præcepit. Et paucas poſt lineas. Sicut bonū quidē nō percutere, quod tamē ſi accidat vulneri bonū eſt medicinā imponere, itidē & hic.

Porrò non me fugit Gabrielem Vaſquez noſtrū, expendere quædā, quæ Sixtus de Chryſoſtomo affert, quamobrem legi poterit eius Diſputatio 91. nu.44. primi Tomi in primā partē Summæ S. Tho. Neque item me fugit, in Tomis Chryſoſtomi nouiſſime Pariſijs editis, cenſuras eſſe additas de ijs, quæ Sixt. Senen. in ſua Bibliotheca Sancta adnotauit ad huius Sanctiſſimi Patris varia loca. Quare & eæ perlegi poterunt. Nos verò in ijs quæ ſequuntur, duos legitimos libros Chryſoſtomi recenſebimus, nonnulla adijciemus, quæ liquidiorem aliquam ad eos perlegendos præferent facem.

De Operibus D. Ioannis Chryſoſtomi, quæ cenſentur eius eſſe legitima.

AC quidem ſcimus Caſſiodorum in præfatione libri Diuinarū Lectionum, & Suidā, atq; Nicephorum teſtatos eſſe, plures libros fuiſſe à Chryſoſtomo conſcriptos, quā qui modo extant. Caſſiodorus enim, *Ferunt* (inquit) *itaq; Diuinas Scripturas Veteris, nouiq; Teſtamenti ab ipſo principio vſque in finem Græco ſermone declaraſſe Clementem Alexandrinū, cognomento Stromateum, Cyrillum eiuſdē Ciuitatis Epiſcopum, Ioannē Chryſoſtomum, Gregorium, & Baſilium*. Et in Ioan. Chryſoſt. 34. Hom. in epiſt. Pauli ad Hebræos, Latinitate donatas Mutiani viri diſertiſſimi Opera ſe vſum ſcribit Caſſiod. Inſtit. Diu. Lectionū ca.8. & 11. Vide in verbo, Mutianus. Niceph. item Calliſtus ſcribit ſe legiſſe libros mille Chryſoſtomi. Et Suidas aſſerit eū tot exaraſſe Volumina, vt ea nec numerari poſſint. Photius autē in Bibl. ſua Grçca meminit Serm. 22. In Aſſumpt. In Pentec. Ser.26. in Gen. Ser.61. in Acta Apoſt. In epi. D. Pauli. In Pſal. Epiſtolarū dum exularet, In Paulū Serm.1. In quadraginta mart.1. De Spiritu S. 1. Sermonū aliorū 13. Scholij in mortem. Sed quænam modo extent, ſiue edita, ſiue m.s. hæc nō ſine aliquo labore perquiſiuimus, quæ ſunt.

Commentarij continui, ſiue narrationis integræ in Geneſim Homilijs ſexaginta ſeptem comprehenſi, qui cum alibi, tum item in Anglicis Bibliothecis olim à Catholicis m.s. Græcè repoſiti aſſeruantur adhuc Diuino iudicio, vt hæreſes ibi enatæ quales ſint, quaſi digito & ore tanti Patris monſtrētur. Eam verò Geneſim cur ita ſit interpretatus, reddidimus ſupra rationem ex Photio, vbi de obiectis Chryſoſtomo locuti ſumus.

A Sane vna cum his Commentarijs extat Viennæ Auſtriæ in Bibl. Imp. m.s. Græce coniuncta explicatio Theodori martyris, vti paulo poſt dicemus: Incipiunt autem Commentarij Chryſoſtomi, [illegible], hoc eſt, *Gaude, & lætare videns hodie hanc Dei Eccleſiam.*

Scripſit autem Chryſoſtomus præter has Homilias, iterum in varios Octateuchi locos alias vndeviginti Homilias.

In Gen. c. 1. De principio Geneſeos, homil. 1. quæ incipit, *Iucundum quidem nautis.*

In idem de principio Geneſeos, homilia 1. *Multa quidem.*

In idem, cur homines à beſtijs lædantur, cum Deus eas homini ſubeſſe voluerit, homilia 1. ex qua D. Auguſt. lib. 1. aduerſus Iulianum, teſtimonium de peccato originali inducit contra Pelagianos.

B In Geneſ. 3. de Deo, in paradiſo deambulante, homil. 1. *Audiſtis antea.*

In Geneſ. 11. De confuſione linguarum, hom. 1. ex qua Theodoretus fragmentum recitat in Dialogo, qui inſcribitur *Inconfuſus.*

In Geneſ. 14. de Melchiſedech, hom. 1. cuius meminit Chryſoſtomus in præfatione enarrationis in Pſalm. 41.

In Gen. 17. De mutatione nominis Abrahæ, hom. 1. *Haud difficile foret.*

In Geneſ. 37. De Ioſephi continentia, homilia 1. *Mihi quidem ſemper.*

In Leuit. cap. 7. De veſtitu Sacerdotali, hom. 1. *Regni Chriſti Euangelium prædicauerunt prophetæ.* Cuius auctoritate vtitur Epiphanius Diaconus in ſecūda Synodo Nicœna actione 6.

C In 1. Reg. cap. 1. De fide Annæ, homil. 1. *Nulla profeſto res.*

In idem iterum, hom. 1. cuius meminit Chryſoſt. in præfatione præcedentis homiliæ.

In idem de Anna, & Samuelis educatione, homil. 1. *Niſi videor.*

In 1. Reg. cap. 2. In principio Cantici Annę, hom. 3. Videlicet, De prima Cantici particula, *Confirmatum eſt cor meum in Domino*, homil. 1.

De ſecunda Cantici particula, *Exaltatum eſt cor meū in Domino*, homil. 1.

De tertia Cantici particula, *Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos*, homil. 1. *Qui theſaurum effodiunt.* In qua teſtatur Chryſoſtomus, ſe primam, & ſecundam homilias, quæ nunc deſiderantur, ſcripſiſſe.

In Reg. 1. 13. & ſequentia capita homilias 4. quarum prima incipit, *Quoties diutina.* Secunda, *Vos quidem.* Tertia, *Equidem arbitror.* Quarta, *Non parum ciuitatem.*

In 2. Paralip. c. 26. ſuper *Elatum eſt cor Oziæ*, homil. 2. Quarum prima incipit, *Benedictus Deus.* Secunda verò, *Agi expoſitioni de Ozia.*

A In Iob, cap. 1. 2. & 3. homil. 5. Lælio Tiphernate interprete, quarum prima incipit, *Magnus ad nos hodierna die certator.* Secunda, *Magnum rerum pondus.* Tertia, *Iam nos omnes.* Quarta, *Vbique quidem.* Quinta, *Propoſuimus igitur.*

Homilia eiuſdem de Peccato & Confeſſione edita eſt Moguntiæ apud Ioannem Albinum, an. 1606.

De Pſalmis Dauidicis.

IN Pſalmos autem, quos Chryſoſtomus Commentarios perpetuos ſcripſit, vtinam hoſce integros haberemus: nam & ab aliquibus Græcis fuiſſe prælatos reliquis Chryſoſtomi ſcriptus refert Suidas.

B Sane quæ Pariſijs Latina editio prodijt ann. 1588. teſtatur non contemnendam illorum partem Grecè extra in Bibliothecis Galliæ. At quod Angli quidam nouiſſime Folio euulgato de Operibus Chryſoſtomi, quæ ſunt apud eos, ſperarunt, ſe cum ex alijs, tum e Palatina, quæ eſt Heildebergæ, poſſe aliquid aſſequi pluſquam, ſiue alibi, ſiue in Anglia relictum fuerat à Catholicis, neſciuerunt etſi extent Opera pleraque Chryſoſtomi in Bibliotheca Palatina Græcè m-s. deeſſe tamen Commentarios in Pſalmos.

C Quin & ijdem Angli fatentur, in ijſdem Angliæ Bibliothecis hodieque aſſeruari Commentarios in ſexaginta dumtaxat Pſalmos ſequentes 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 41. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 95. 100. 108. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. in reliquos autem deſiderari, quod ex alijs Bibliothecis ſperent poſſe ſuppleri, ex Viennenſi potiſſimum, & Vaticana. Sed neque Catalogus ad nos miſſus ex Viennenſi quidquam habet eiuſmodi: ac ſi qua præter hæc, quæ hic inſerimus, dum Apparatum hunc adornamus, ſubinde ad nos peruenerint, ea poſt finem tertij Tomi Deo iuuante ſubdemus.

Interim quod inter Opera Chryſoſtomi Volumen Homiliarum, ſiue Expoſitionum in Pſalmos ex varijs diuerſorum Auctorum Sermonibus contextum, & à Gentiano Herueto Latinè redditum, ex quibus tam ex ſtyli, quàm ex veterum Patrum indicio, ipſius (vt inquit Sixtus Senenſis,) eſſe creduntur, hæc ſunt.

De Pſalmorum vtilitate, homil. 1. *Quemadmodum cibo vita.*

In Pſalm. 3. homilia 1. *Ducibus exercitus.* Huius exordium citat Damaſcenus in libr. 3. contra Iconomoſticos.

In Pſalm. 4. homil. 1.	*Non hæc dicit Propheta.*
In Pſalm. 5. homil. 1.	*Videamus primum.*
In Pſalm. 6. homil. 1.	*Quando furorem, & iram audiueris.*
In Pſalm. 7. homil. 1.	*Oportet quidem.*
In Pſalm. 8. homil. 1.	*In priore Pſalmo dixerat.*
In Pſalm. 9. homil. 1.	*Longus eſt hic Pſalmus.*
In Pſalm. 10. homilia 1.	*Magnæ ſunt vires ſpei.*
In Pſalm. 11. homil. 1.	*Ardua quidem res eſt virtus.*
In Pſalm. 12. homil. 1.	*Non eſt hoc paruum bonum.*
In Pſalm. 38. ſuper illud,	*Veruntamen fruſtra conturbatur omnis homo viuens*, hom.
1. quæ incipit.	*Piſcatorem ſinus altus.*
In Pſalm. 41. hom. incipiens,	*Vos quidem nos nuper admirabimini.*

Theodoretus in Polymorpho producit teſtimonium Chryſoſtomi ex expoſitione Pſal. 41. quod in hac homilia non reperitur.

In Pſalm. 43. homil. 1. incipiens,	*Hunc Pſalmum dicit quidem Propheta.*
In Pſalm. 44. homil. 1.	*Vellem nunc adeſſe omnes Iudæos, & Gentiles.*
In Pſal. 44. ſuper, *Aſtitit regina*, hom. 1.	*Suaue quidem eſt pratum, & hortus.*
In Pſalm. 45. hom. 1.	*Soluta vtitur philoſophia.* Hanc citat Euthymius in Comment. Pſalmorum.

In Pſalm.46. homilia 1. *Hic etiam Pſalmus idem tangit argumentum.*
In Pſalm.47. homilia 1. *Hic quoque ſignificat liberationem.*
Hanc citat Euthymius in Comm. Pſalmorum.
In Pſalm.48. homilia 1. *Magna quadam & arcana.*
Hanc citat Euthymius in Commentario Pſalmorum.
In Pſalm.48. ſuper illud, *Noli timere, cum diues factus fuerit homo*, homil. *Agricola quidem.*
In Pſalm.49. homilia 1. incipiens, *Ipſe quoque dixit alibi.*
In Pſalm.50. homilia 2. quarum prima *Pictores imitantur.*
Secunda autem incipit, *Reliquias externa menſa.*
In Pſalm.100. homilia 1. *Nos verſus dilectiſſimi.*
In Pſalm.108. homilia 1. *Magna hic nobis prudentia opus eſt.*
Hanc citat Euthymius in Commentario Pſalmorum.
In Pſalm.109. homilia. *Exurgamus quaſo, & animum intendamus.*
In Pſalm.110. homilia. *Quid ex toto?*
In Pſalm.111. homilia. *Mihi videtur huius pſalmi proœmium.*
In Pſal.112. homilia. *In ſcripturis ſape verba fiunt.*
In Pſal.113. homilia. *Magnam hic teſtatur Dei benignitatem.*
In Pſal.114. homilia. *Et quiſnam eſt, inquit.*
In Pſal.115. homilia. *Huius dicti beatus Paulus.*
Hanc citat Euthymius in Commentario Pſalmorum.
In Pſalm.116. homilia. *Cuius clarum eſt.*
In Pſalm.117. homilia. *Dictum quidem Pſalmi.*
In Pſalm.119 homilia. *Aliorum quidem Pſalmorum.*
In Pſalm.120. homilia. *Vide rurſus animam.*
In Pſalm.121. homilia. *At nunc multi verbum agrè ferunt.*
In Pſalm.122. homilia. *Proſunt nonnunquam.*
In Pſalm.123. homilia. *Quod ſape dixi, hoc quoque nunc dico.*
In Pſalm.124. homilia. *Cur non dixit abſolutè, ſicut moni?*
In Pſalm.125. homilia. *Nomen captiuitatis eſt quidem.*
In Pſalm.126. homilia. *Hic Pſalmus dictus eſt de ſtatu rerum.*
In Pſalm.127. homilia. *Vide quomodo ab eo incipit.*
In Pſalm.128. homilia 1. *Hic quoque Pſalmus.*
In Pſalm.129. homilia 1. *Quid eſt, De profundis?*
In Pſalm.130. homilia 1. *Quid hoc eſt? Paulus dicit ſtultum eſſe.*
In Pſalm.131. homilia 1. *Alij quidem volunt ſolum conſeruari.*
In Pſalm.132. homilia 1. *Multa quidem res ſunt pulchra.*
In Pſalm.133. homilia 1. *Pſalmos de gradibus.*
In Pſalm.134. homilia 1. *Ad hoc rurſus hortatur.*
In Pſalm.135. homilia 1. *Poſtquam dixit ſuperius.*
In Pſalm.136. homilia 1. *Magnum eſt his viris.*
In Pſalm.137. homilia 1. *De hoc ſape vobiſcum.*
In Pſalm.138. homilia 1. *Quid dicit? Nouit Deus.*
Hanc citat Euthymius in Commentario Pſalmorum.
In Pſalm.139 homilia 1. *Vbi nunc ſunt qui dicunt, quare ſunt fera?*
In Pſalm.140. homilia 1. *Huius quidem Pſalmi verba.*
In Pſalm. 141. homilia 1. *Vides quomodo vbique*
In Pſalm.142. homilia 1. *Eſt quidem precatio, qua fit per verba.*
Hanc citat Euthymius in Commentario Pſalmorum.
In Pſalm.143. homilia 1. *Quid dicis? Deus me docet bellare?*
In Pſalm.144. homilia 1. *Hic pſalmus eſt diligentiſſime attendendus.*
In Pſalm.145. homilia 1. *Vnde deſijt, illic rurſus incipit.*
In Pſalm.146. homilia 1. *Superius quidem in 144. Pſalmo dixit.*
In Pſalm.147. homil.1. *Non ad ciuitatem, ſed ad eos.*
In Pſalm.148. homilia 1. *Eſt hoc ſanctis in more poſitum.*
In Pſalm.149. homilia 1. *Si ſpectetur quidem anagoge.*
In Pſalm.150. homilia 1. *Vel hoc dicit de populo.*
In Sap.cap.3. homilia 1. *Iuſtorum autem anima.*

De ſcriptis Chryſoſtomi in Eſaiam, & alios.

In Eſaiā prophetā fama eſt Chryſoſtomum integros cōpoſuiſſe Cōmentarios; ex quibus nūc tenemus à principio libri vſque ad dimidium octaui capitis continuæ iuxta hiſtoricū, & myſticum ſenſum explanationis fragmentum Godefridi Tilmanni induſtria Latinè verſum. cuius initium eſt, *Quanam potiſſimum virtute propheta hic cateris praluxerit.*

Habemus itē Chryſoſtomi in Eſaiæ c.1. De pœnitentia, quòd omniū peccatorū maculas, & veſtigia aboleat, hom.1. quæ incipit, *Etſi à vobis aliquantum temporis abfui.* Et eſt eadem cum illa, quæ in decē Chryſoſtomi homilias De pœnitentia inſcribitur tertia.

Item in Eſaiæ c.6. De viſione ſedentis in throno hom.3. quarum prima incipit, *Conſpicio vos.* Secunda. *Gaudeo conſpiciens.* Tertia. *Praclarum nobis theatrum.*

In Ieremiæ caput vltimum De Hieruſalem deuaſtatione hom.1. cuius recordatur Chryſoſtomus in

A præfatione Homiliæ ſuper illud, *Oportet hareſes eſſe.*

In Ionam homil.1. incipientem, *Factum eſt.* quæ collecta eſt ex homil. prima Auctoris. De pœnitētia.

Item in ſecundo Machabæorum, cap.7. de agone 7. Machabæorum hom.1. *Quam ſpecioſa & grata.*

Hæc ſunt, quæ ex monumentis Chryſoſtomi in vetus teſtamentum vſque ad tempora Sixti Senenſis, nimirum ad annum vſque 1564. in lucem prodierunt: Quæ verò in nouum teſtamentum, aut paſſim euulgata habentur, aut apud veteres auctores citata inueniuntur, infra ſequuntur, videlicet.

In Matthæi Euāgelium ab initio vſque ad finem continuæ explanationis Homiliæ 91. Aniano diacono, & Georgio Trapezuntio tranſlatoribus: quarum prima incipit. *Oportebat quidem nos.*

Dicitur etiam præter has homilias ſcripſiſſe in varios ſparſim Matthæi locos Sermones varios: ex quibus duo maximè celebrantur, De martyrio

videlicet Ioannis Baptiſtæ in 14. Matth. caput. Horũ alter, qui nunc extat, ſic incipit, *Heu me quid agã? vnde ſermonis exordium faciam?* Alterius verò, quem nũc deſideramus, initiũ eſt, *Rurſus Herodias inſanit.* Huius ſermonis occaſionem Socrates in hiſtoria Eccleſiaſtica refert his verbis: *Eudoxia Auguſta ob deiectam ſtatuã ſuam à Chryſoſtomo, Synodum contra eum parauit. quod ille ſentiens, homiliam in Eccleſia protulit, qua de iniuſta Auguſtæ perſecutione prætextu exponendi ſæuitiam Herodiadis in Ioannem Baptiſtam grauiter conqueſtus eſt, ſic exorſus: Rurſus Herodias inſanit, rurſuſq; turbata denuò ſaltat, denuò caput Ioãnis in diſco accipere cõcupiſcit, &c. qua oratio adeò Auguſtæ furorem exacerbauit, vt illum ſtatim in exilium pelleret.* Hæc Socrates.

Extat itẽ in illud Matth. 25. *Quòd vni ex minimis meis feciſtis,* hom. 1. quæ incipit, *Prata & nemoroſa loca.*

Item in Matth. 26. De proditione Iudæ, homil. 1. quæ incipit, *Paucis hodie neceſſarium.*

In Marcum quoque, & Lucam relictos fuiſſe à Chryſoſtomo celebres commentarios, teſtes ſunt Euthymius, & Suidas, quos noſtra nondum vidit ætas, ſuperſunt tamen ex variis in Lucam locis ipſius Homiliæ ſex, videlicet.

In Luc. 16. De diuite & Lazaro, hom. 4. Quarum prima incipit, *Heſternum diem.* Secunda, *Admiratus ſum.* Tertia, *Haud mediocrem vtilitatem.* Quarta, *Quòd ſupereſt de Lazari parabola.*

Item in Luc. 18. De Publicano & Phariſæo, hom. 1. quæ incipit, *Quemadmodum nubium concurſus.*

Item in Luc. 23. De cruce & latrone hom. 1. quæ incipit, *Hodierna die.*

In Ioannis Euangelium habemus perpetuæ ac perfectæ enarrationis Homilias eiuſdem numer. 83. ex verſione Franciſci Aretini: quarum prima incipit, *Qui agonum certamina.*

Feruntur & in varia huius Euãgelij capita Homiliæ aliquot extra numerũ prędictarũ, de quibus vna tantũ in Ioan. c. 2. De nuptiis in Cana celebratis auctoris eſſe putatur, cuius initium eſt. *Hirundinum pulli.*

In Actus Apoſtolorum habemus continuæ, & integræ expoſitionis homilias 55. incerto interprete: quas licet Eraſmus in dubiũ verterit, nemini tamen dubiũ eſſe poteſt, quin Chryſoſtomi ſint: nam præterquam quòd frequentes interrogatiunculæ, dialogiſmi, & digreſſiones locorum communium ſub finem homiliarũ oſtendunt opus eſſe Chryſoſtomi: ipſe etiam auctor homilia nona profitetur ſe eſſe Epiſcopum, & homilia vndecima indicat, ſe Epiſcopũ eſſe vrbis ampliſſimæ, in qua degant ſupra centum millia pauperũ quotidiana eleemoſyna indigentiũ, qualem certe credibile eſt Chryſoſtomi temporibus fuiſſe Conſtantinopoli. Idemq. in homil. 9. 10. 11. & 12. legem illam de non ferendis iuramentis, vni tantum Chryſoſtomo peculiarem, continuò inculcat, addens etiam ſe illos ab Eccleſia eiecturum, qui huic à ſe promulgatæ legi non paruerint, & quouis modo iurauerint. Et homilia 41. indicat ſe vixiſſe temporibus Iuliani Imperatoris, denique homil. 52. nominis ſui obiter mentionẽ facit his verbis: *Nomen habere Principis, non eſt eſſe Principem. multi enim vocantur magnis nominibus, vt Petrus, Iacobus, & Ioannes: ſed non propter nomina ſunt id, quod vocantur; quemadmodũ & ego, licet vocer Ioannes, nõ tamen ſum Ioannes.* Sed & Ioannes Damaſcenus in tertio libro De fide, & Oecumenius in Catena explanationum in Actus, teſtimonia horum ſermonum proferunt, ceu ex verò, & germano Chryſoſtomi Opere, cuius initium eſt, *Plurimi ſunt, qui adeo hunc librum ignorant.*

Supereſt itẽ poſt Serm. in 9. c. Actuum de conuerſione Pauli, hom. 1. quæ incipit, *Reprehendunt nos.*

In omnes Pauli Epiſtolas compoſuit Chryſoſt. magnum, & inſigne homiliarum Volumen, cuius mentionem faciens Georgius Patriarcha Alexandrinus in vita Chryſoſtomi à ſe edita, ſic ſcribit: *Diuinus Ioannes, cũ Pauli Epiſtolas, quas præ cæteris Diuinis libris vehementi complectebatur amore, explanare cœpiſſet, & in eas ad funalis cerei lumen ſingulis noctibus narrationes multas conſcripſiſſet, iamq; eas maxima ex parte interpretatus eſſet, nocte quadam in cubiculo ſuo ſedens, & expoſitioni incumbens, humano quodam tædio angi cœpit, dicens. Et quis nouit, Deo ne accepta ſint hæc, & gratiam ab eo relatura? atque vtinam citra notam reprehenſionis enarrata ſint hæc, ſcopumne attigi ſapientis iſtius, ac tanti viri? Hac de re vt argumento quopiam redderetur certior: ſupplex efflagitauit Deum. Et ecce nocte eadem, arreptis in manus chartis, cum preſſius incumberet ſcribendis in Apoſtolum commentationibus, venit ad eum Paulus Apoſtolus, in aurei eius expoſitionem immurmurans quem Proclus cubicularius ad fores cubiculi excubans per foramen quoddam ianuæ proſpectãs, manifeſte vidit immittentem os ſuum deorſum verſus in aurem Ioannis dexteram, & familiariter dictantem ea, quæ Ioannes ſcribebat. Forma autem, habituſque Apoſtoli erat omni ex parte ſimilis imagini Diui Pauli; quam Chryſoſtomus, ad viuum depictam in cubiculo ſuo ſumma cum veneratione ſeruabat.* Hæc Georgius.

Catalogus autem Homiliarum huius Voluminis hic eſt.

In Epiſtolam ad Rom. homiliæ 32. Germano Brixio interprete; quarum prima incipit, *Continuò audiens.*

In Epiſt. ad Cor. 1. homil. 44. Franciſco Aretino interprete; quarum prima incipit, *Intuere vt ſtatim.*

In Epiſt. ad Cor. 2. hom. 30. quarum prima incipit, *Dignum eſt quærere primum.*

In Epiſt. ad Gal. continuatæ expoſitionis commentarius in nullas homilias diuiſus: cuius initium eſt, *Multa proœmium.*

In Epiſt. ad Epheſ. hom. 24. quarum prima incipit, *Vide, vt illud, Per, Deo patri tribuit.*

In Epiſt. ad Philip. homil. 16. quarum prima incipit, *Philippenſes.*

In Epiſt. ad Coloſſ. hom. 12. quarum prima incipit, *Omnes quidem ſancta.*

In Epiſt. ad Theſſ. 1. hom. 11. quarum prima incipit, *Quanam ratione Philippenſibus.*

In Epiſt. ad Theſſ. 2. hom. 5. quarum prima incipit, *In priore Epiſtola.*

In Epiſt. ad Timot. primam hom. 18. quarum generale argumentum incipit, *Vnus ex Apoſtolis.*

In Epiſt. ad Tim. 2. hom. 10. quarum prima incipit, *Quanam ratione etiam ſecundam.*

In Epiſt. ad Tit. hom. 6. Ambroſio Camaldulenſe Interprete, quarum prima incipit, *Vnus ex Pauli ſociis.*

In Epiſt. ad Philemonem, hom. 3. Ambroſio Camaldulenſe Interprete, quarum prima incipit, *Primum neceſſarium eſt.*

In Epiſt. ad Hebr. homil. 33. quarum prima incipit, *Romanis ſcribens.* Has Conſtantinus Presbyter poſt mortem Chryſoſtomi præceptoris ſui, ex enarrationibus eius diſperſis in vnum integræ enarrationis corpus collegit. Mutius verò Scholaſticus Latinas fecit.

Extant præter hunc iam deſcriptũ homiliarum ordinem, etiam aliæ in varios Epiſtolarum Pauli locos Homiliæ viginti, videlicet.

In locum ad Rom. c. 16. *Salutate Priſcam & Aquilam,* hom. 1. *Nonne docti eſtis.*

In locum 1. Cor. 7. *Mulier alligata eſt legi,* De libello repudij, homilia 1. *Pridem vobis B. Paulus.*

In locum 1. Cor. 10. *Nolo vos ignorare, quòd patres ſub nube fuerunt,* homil. 1. *Nauta eam maris partem.*

In locum 1. Cor. 7. *De Virginibus præceptum,* &c. de Virginitate, lib. vnus, cuius auctor ipſe meminit, homil. 19. in priorem ad Corinth.

In locum 1. Cor. 11. *Oportet hæreſes eſſe,* hom. 1. *Concionem veſtram.*

In 1. Cor. 16. *De collatione in Sanctos, & eleemoſyna,* hom. 1. *Exurrexit hodie.*

In illud 2. Cor. 11. *Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ,* homil. 1. *Omnes equidem amo.*

In illud ad Philip. 1. *Siue occaſione, ſiue veritate Chriſtus annuncietur,* homil. 1. *Cum pridem Phariſæi.*

In illud 1. Tim. 5. *Vino modico vtere,* hom. 1. *Audiſtis Apoſtolicam vocem.*

In illud 1. Tom. 6. *Præcipe diuitibus non ſublime ſapere*, hom. 1. *Quid dicam, aut quid loquar?*

In illud ad Philem. 1. *Paulus vinctus Chriſti*, homil. 1. *Principiis quidem prudentiam*.

In illud ad Hebr. 10. *Sponte peccantibus nobis*, hom. 1. *Omnes arbores*.

Item de laudibus Pauli homiliæ nouẽ, Aniano interprete, multa tam de Pauli Epiſtolis, quã de his, quæ Lucas de Paulo in Actibus ſcribit, explicantes: quarum prima incipit, *Nihil prorſus errauerit*.

Extat item præter iã enumeratas lucubrationes tranſlatio vtriuſque teſtamenti in linguam Armenicam, qua nunc Armeni vtuntur, Chryſoſtomi, vt ipſi credunt, induſtria, & ſolicitudine edita. Meminit huius trãſlationis Georgius Patriarcha Alexãdrinus in vita Chryſoſtomi, referens, cum cum in Cucuſum Armeniæ oppidũ exularet, incolas eius regionis ad Chriſtũ perduxiſſe, ac ſubinde curaſſe, vt Pſalmi Dauidis vna cum ſanctis Euangeliis, atq; aliis veteris inſtrumenti hiſtoriis Armenicè verterentur, quò facilius Diuinæ Scripturæ cognitionem gentes prouinciæ illius obtinerent.

Editiones variæ, ſiue Latinè, ſiue Græcè Operum D. Ioan. Chryſoſtomi.

Inter antiquiores autem Chryſoſtomi editiones numeranda eſt, quæ Baſileæ, cum nõdum hæc Ciuitas hæreſibus aſperſa fuiſſet, prodiit ex Officina Iacobi de Pfortzen, anno 1504. Deinde quæ apud Cratandrum Germanũ, an. 1522. & apud Gromorſum Pariſienſem an. 1524. Quas ſubſecutę ſunt variæ variis in locis, apud Frobenium, Tomis quinq. an. 1533. apud Heruagium aliqua an. 1536. cũ Frobenius quædam ſeparatim edidiſſet an. 1526. 1526. 1527. quæ ipſi ſuppeditabantur à diuerſis. Qui poſtea item an. 1547. ea omnia quæ nactus erat, emendatiora, & auctiora ſe excudiſſe exiſtimauit. Vt mittamus, quæ ab Oporino Baſileæ Orationes Græcè & Latinæ De Prouidẽtia, De auaritia, De ingluuie, De anima, De pulchritudine, & vxore, De diuitiis, & paupertate, De Eccleſia Dei non contemnenda, & myſteriis, De humilitate animi, De aduerſa valetudine: quive Coloniæ cum Homiliis Maximi Taurinenſis, & Lipſiæ an. 1538. Sermones quatuor De patientia Iob, & decem de Pœnitentia. Quæ item de laudibus D. Pauli Homiliæ ſeptem excuſæ ſunt Latinè cum Operibus Bedæ, quoniam hæc omnia idem Frobenius colligere potuit.

Sed & cum Gentianus Heruetus Protheoriam Chryſoſtomi in Pſalmos, atque tam huius, quàm Baſilij Ritus ſanctiſſimi ſacrificij Altaris, ſiue Miſſæ e Græco Sacerdotali in Latinam linguam tranſtuliſſet, vterque hic labor Venetiis anno Dom. 1548. impreſſus eſt.

Liber de Virginitate Iulio Pogiano Interprete Antuerpiæ an. 1565. Qui tamen poſtea ibidem an. 1575. prodiit Græcè primum, & Latinè editus Interprete Ioanne Liuineio Gandenſi. Porrò eiuſdẽ Chryſoſtomi Sermones aliquot: De patientia Iob, & Homiliæ 4. De pœnitentia Homiliæ decem Latinè. Coloniæ apud Theodorũ Baum, an. 1568. Libri autem ſex de Sacerdotio, Germano Brixio interprete vna cum libro S. Ambroſij de dignitate Sacerdotali, Louanij an. 1568. Eiuſdem de orando Deum libri duo, Græcè Coloniæ an. 1573. & Antuerpiæ an. 1579. In Euangelium Chriſti ſecũdum Matthæum, Marcum Lucam, & Ioannẽ Commentarij ab Arianorum fæcibus repurgati & ſub minori forma editi Pariſiis apud Ioannem Roigny, an. 1576. Sed de his vide, quæ diximus, vbi locuti ſumus de Operibus falsò aſcriptis Chryſoſtomo. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtãtinopolitani Opera locis innumeris (vt præfert inſcriptio) ad collationem exemplarium vtriuſque linguæ, nunc primum reſtituta & aucta Philippi Montani opera & induſtria. Pariſiis apud Gulielmum Merlinum, an. 1570. Ioannis Chryſoſtomi Sermones in Epiſtolã D. Pauli ad Philippenſes Flaminio Nobilio interprete. Notationes in eiuſdem Patris ſententias, quæ interpretis, aut exemplarium vitio pias lædere aures poſſunt. Romæ apud Ioſephum de Angelis an. 1578. Eiuſdem aduerſus gentes demonſtratio, quod Chriſtus ſit Deus, Ingolſtadij an. 1579. & Bononiæ Italicè reddita, atque excuſa.

Præter ea ſequentis prænotationis prodierunt D. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Opera omnia, locis pene innumeris ad collationem exemplariũ vtriuſque linguæ nũc primum natiuę integritati magno cum fœnore reſtitutorum. In quibus quid hac poſtrema editione, Iacobi Billij, Gentiani Herueti, Flaminij Nobilij, Franciſci Zini, & Io. Champaigne opera præſtitũ ſit, ex Sebaſtiani Niuellij, apud quem edita ſunt Pariſiis an. 1581. Epiſtola ad Cardinalem Pelleuæũ, in Operum limine, & ex ſingulorum Tomorum Catalogo, cognoſcere licebit.

Præfixus eſt priori Tomo, Operum omnium Index locupletiſſimus; alter locorum Sacræ Scripturæ à D. Ioan. Chryſoſtomo explicatorum: alter rerum & verborum, inſigniorumque ſententiarum, quæ in Chryſoſtomi Operibus continentur, per locos communes digeſtus.

Philippi item Montani Armenterienſis Tractatio initio adiuncta eſt, de recognitionis vtilitate, ac neceſſitate: qua etiam Baſilienſis editionis, & quorundam lapſus notat.

Præterea D. Io. Chryſoſtomi vita per Palladium Diaconum, Caſſiodorum Senatorem, Leonem Imperatorem, Suidam, & Simonem Metaphraſtem, conſcripta.

Item ſequentia adiuncta ſunt, quæ ſeorſim prius erant impreſſa.

De virginitate, lib. 1. primum editus Romæ an. 1562.
De prouidentia, oratio.
De diuitiis, & paupertate.
De auaritia, oratio.
De non contemnenda Eccleſia Dei, & myſteriis, oratio.
De ingluuie, & ebrietate, oratio.
De anima, oratio.
De humilitate animi, oratio.
De aduerſa valetudine, & medicis, oratio.
De muliere, & pulchritudine, oratio.
De iuramento, oratio.
Aduerſus eos, qui in deliciis agunt, oratio.
Quod vbi ira, ibi non ſit Spiritus ſanctus.
De oratione.

Denique addita ſunt, quæ ſequuntur, nunc primum edita.

Epiſtolæ duæ ad viduam iuniorem.
Epiſtolarum liber ad varios.
In Sanctum martyrem Ignatium laudatio.
In Principes Apoſtolorum, oratio Encomiaſtica.
In Sanctos duodecim Apoſtolos, hom.
Diſſimilia ex D. Chryſoſtomo collecta.
Adagia, ex eodem.
Notationes in Beati Chryſoſtomi ſententias.
Locorum ambiguorũ pia & germana explicatio.
Florum D. Ioan. Chryſoſtomi Index, & Epitome.

Poſt hanc verò editionem, Eiuſdem Orationum primum editarum Decas Græcolatina per Ioannem Iacob Beurerum Friburgi, an. 1585.

Eiuſdem Homiliæ ſex ex manuſcriptis codicibus in lucem editæ Græcè Oxonij, an. 1586. Quæ tamen expediet, vt expendantur, num ad ſanorum exemplarium normam ſint editæ.

Eiuſdem Homiliæ in Euangelium. Matth. 83. nunc primum Græcè editæ, & adiuncta Latina interpretatio recognita, apud Simon Sermartel, Bipliopolam Tullenſem, an. 1591.

S. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Cõſtantinopolitani Sermo in S. Paſcha, primum Græcè,

Ad populum Antiochenum (inquit) Conciones habuiſſe Chryſoſtomum, quibus cum conſolatus eſt profectò ad Imperatorem placandum Epiſcopo Flauiano teſtatur Nicephorus, lib. 12. cap. 43. Multæ ſunt, inquit, eius, quas hoc argumento compoſuit orationes, quas *ἀνδριάντας* hoc eſt, Statuas inſcripſit. Reperiuntur etiamnum in veteribus Græcis manuſcriptis codicibus eius concionum Tomi, quorum alij *μαργαρίτας* alij *ἀνδριάντες* inſcribuntur, ſed in his XXI. tantum exprimis illis quas habet Tomus 5. Latinæ editionis offendimus in Bibliotheca Regia Medicæa, ſit vt non immeritò coniiciamus reliquas ferè omnes vſque ad octogeſimam ex aliis auctoris huius Commentariis & Homiliis eſſe conſarcinatas & ex diuerſis quaſi laciniis conſutas, ſelectis moralibus ſingularum concluſionibus & in vnum concionis corpus aggregatis. Exempli cauſſa vigeſimaſeptima ab initio vſque ad illa verba *Poſuimus legem*, ex homilia 11. in Acta Apoſtol. quæ ſequuntur vſque ad *Opus eſt autem*, ex homilia 10. in Acta, reliqua vſque ad finem ex homilia 12. in eadem Acta decerpta ſunt, in quibus & locus ille Zachariæ 5. *de falce volante* tractatur in eandem ſententiam, qua in hac, aduerſus iuramenta. Latinam interpretationem Bernard. Brixiani paucis in locis recognitam, & immutatam iis in locis, quæ manifeſtè à Græco diſcrepabant, quæque Sigiſmundus Gelenius intacta reliquerat; ſed & no-

A ſtras ad finem ſingularum homiliarum Notas adiunximus. Antiquiſſimam Brixiani editionem vidimus impreſſam Baſileæ ex officina Iacobi de Pfortzen, anno Chriſti 1504. ſed hic cum veteres editiones citamus alias duas minus antiquas indicamus apud Cratandarum Germanum 1522. & Gromorſum Pariſienſem 1524. recentiorem poſt Gelenij recognitionem anno 1570. apud Merlinum, & Niuellium.

Quanquam verò libellus, ſiue Lucubratio illa Chryſoſtomi: *Quod nemo læditur niſi à ſeipſo*, ſit legitimus fœtus ipſius, id quod Epiſt. 4. ad Olympiadem ipſe teſtatur, incautè tamen prænotata fuit nomine Homiliæ, quippe quæ non habita fuit in Eccleſia, B ſed exarata in cubiculo, & adeo poſtrema ſuarum lucubrationum, quam & Beniamin vocauit videlicet *dexteræ Filium*, nimirum efficaciſſimam ad erigendum quemlibet, qui tantum non abyſſo afflictionum obrueretur.

At illa quæ item Sixtus Senenſis perperam aſcripta Chryſoſtomo notauit, hæc ſunt.

In Gen. cap. 2. homilia 1. quæ incipit, *Dignitas humanæ originis.*

In Gen. cap. 2. homilia 1. incipiens, *Deus inſtitutor Mundi*: quæ collecta eſt ex centonibus Auguſtini; ſuntq; in ea duo integra capita, ex libro de Eccleſiaſticis dogmatibus tranſcripta, nempe trigeſimum primum, & trigeſimum ſecundum.

In Gen. cap. 2. homilia 1.	*Iubetur Adam.*
In Gen. cap. 3 homilia 1.	*Deus ſine initio.*
In Gen. cap. 3. homilia 1.	*Quoties mecum temporis.*
In Gen. cap. 3. homilia 1.	*Chriſtiana cum hoſte.*
In Gen. cap. 15. homilia 1.	*Fides eſt religionis.*
In Gen. cap. 25. homilia 1.	*Portabat Rebecca.*
In Gen. cap. 37. homilia 1.	*Filij autem Iacob.*
In Exo. cap. 17. homilia 1.	*Stabat Moyſes.*
In Iud. cap. 11. homilia 1.	*Deus qui voluit.*
In 1. Reg. 13. homilia.	*Dominus Deus cum Dauid.*
In 2. Regum 7. homilia 1.	*Imitatores Chriſti.*
In 2. Regum 17. homilia 1.	*Perdidit Abſalon.*
In 3. Regum 17. De Helia, homilia 1.	*Glorioſus olim.*
In idem. homilia 1.	*Cum geſta peccata.*
In 4. Regum 2. De aſcenſione Heliæ, homilia 1.	*Apud quoſdam veteres.*

Hanc Beda in Quæſtionibus libri Regum putat eſſe Chryſoſtomi; ſed ſtylus reſipit auctorem eius homiliæ, cuius initium eſt, *Exulta cælum, & lætitia eſto terra*, quæ ponitur inter pſeudepigrapha Hieronymi, in die Dominicæ Reſurrectionis, & inter Sermones Euſebij Emiſſeni.

In 4. Reg. 5. De Naaman. homilia 1.	*Cum Naaman.*
In 4. Reg. 6. De Heliſeo, homilia 1.	*Etſi frequenter.*
In Iob cap. 1. homilia 1.	*Veruntamen fratres chariſſimi.*
In Iob cap. 1. homilia 1.	*Athletam incertamen.*
In librum Pſalmorum Præfatio, incipiens;	*Poſt Moſem.*
In lib. Pſalm. Præfatio altera incipiens.	*Omnis ſcriptura.*
In Pſalm. 1. homilia 1.	*Beatitudo eſt omnium.*
In Pſalm. 2. homilia 1.	*Quemadmodum qui in Solem.*
In Pſalm. 9. homilia 1.	*Creatoris omnium rerum.*
In Pſalm. 9. homilia 1.	*Deus generis noſtri.*
In Pſalm. 13. homilia 1.	*Quemadmodum cum Dominus.*
In Pſalm. 14. homilia 1.	*Eſt pulcher Pſalmus.*
In Pſalm. 22. homilia 1.	*Circulo conſecrata.*
In Pſalm. 24. homilia 1.	*Viatores arcta, & anguſta via.*
In Pſalm. 25. homilia 1	*Filij lucis.*
In Pſalm. 26. homilia 1.	*Ex plenitudine verbi.*
In Pſalm. 29. homilia 1.	*Celebritas confeſſionis.*
In Pſal. 33. homilia 1.	*Sermo Diuinus.*
In Pſal. 37. homilia 1.	*Sæpe à nobis.*
In Pſal. 38. homilia 1.	*Et quomodo poteſt Pſalmus.*
In Pſal. 39. homilia 1.	*Nec hunc quidem Pſalmum.*
In Pſalm. 40. homilia 1.	*Nonnulli quidem.*
In Pſalm. 40. homilia 1.	*Etiamſi propheta.*
In Pſalm. 41. homilia 1.	*Hic Pſalmus eſt.*
In Pſalm. 42. homilia 1.	*Cohæret priori.*
In Pſalm. 68. homilia 1.	*Qui orationibus.*
In Pſalm. 71. homilia 1.	*Dominus virtutum.*
In Pſalm. 84. homilia 1.	*Omnis, qui ſe agnoſcit.*
In Pſalm. 00. homilia 1.	*Pſalmum nonageſimum.*

In Pſalm.93. homilia 1.	*Aduerſus fluctus.*
In Pſalm.95. homilia 1.	*Egregium vereq; mirandam.*
In Pſalm.96. homilia 1.	*Ictus à vipera Paulus.*
In Pſalm.106. homilia 1.	*Spiritus ſanctus.*
In Pſalm.115. homilia 1.	*Narratur quòd apicula.*
In Pſal. 118. homilia 1.	*Benignitas Dei.*
In Pſal.118. homilia 1.	*Veritatem prædicandam.*
In Pſal.121. homilia 1.	*Dominus noſter.*
In Pſal.142. homilia 1.	*Iudicia Domini, ſicut abyſſus multa.*
In Eſaiæ cap.1. homilia 1.	*Si volueritis, & audieritis.*
In Eſa.9. homilia 1.	*Chriſtus vnà cum Patre.*
In Eſa.42. homilia 1.	*Vita innouata.*
In Eſa.62. homilia 1.	*Quoniam tempus venit.*
In Ierem.1. homilia 1.	*Magnum Ieremiæ meritum.*
In Dan.3. De tribus pueris, homilia 1.	*Trium puerorum ſermo.*
In Dan.13. De Suſanna, homilia 1.	*Diuinæ lectiones.*
In Zach.6. homilia 1.	*Nobilis genere.*

Hos hucuſque (ſubdit Sixtus Senenſis) enumeratos ſermones, quanquam ipſi eruditi ſint & digni, qui à ſtudioſis auidè legantur, multis tamen non ſpernendis coniecturis apparet non eſſe Chryſoſtomi, ſed aliorum auctorum; quibus neque candor, neque illa perpetua orationis facilitas ineſt, quam in Chryſoſtomo miramur. ſed ſermo commaticus, conciſus, & affectione duriuſculus, ſimilitudinum & collationum, quæ præcipua ſunt Chryſoſtomi ornamenta, nihil habens. contra verò abundans ſimiliter reſpondentibus vocibus, & ſimiliter terminantibus ſententiis; veluti illud eſt, quod in expoſitione Pſal. 33. legitur, *Eia fratres mei, hic modo reſpondere volo: quanti modo dicunt nolo, qui iam dicebant volo.* itemque illud, *Oracula ſanctæ lectionis, quæ ſonant in auribus veſtris, nidum faciant in cordibus veſtris.* à quibus dicendi formis maximè abhorret Chryſoſtomus. Continent etiam aliqui ex hiſce ſermonibus notas quaſdam, ex quibus facilè ſuſpicari queas, auctorem illorum non ſcripſiſſe Græcè, quales ſunt nonnullæ orationis figuræ, quæ aptari non poſſunt ad Græcum ſermonem; & ſimiliter interpretationes aliquæ vocabulorum, ceu etymologia Meridiei, quam habes in homilia Pſalm.90. videlicet, *Meridies dicitur, quia diuidit diem: meros enim pars eſt diuiſa diei.* & in homilia Pſalmi 118. *Veritas tres ſunt ſyllabæ, & ſeptem literæ: quia in ſeptima die requieuit Deus ab operibus ſuis.* Sunt præterea homiliæ iſtæ contra Chryſoſtomi conſuetudinem deſtitutæ exordiis in ingreſſu orationis, ſine moralibus adhortationibus ante finem, & abſque vllis doxologiis, ac precationibus in concluſione ſermonis, ſed & loci communes de peccato originali, de prædeſtinatione, de præſcientia, de induratione, de gratia & merito in quibuſdam ſermonibus pertractati, Auguſtino magis peculiares videntur, quàm Chryſoſtomo, qui vt ab his ſemper abſtinet, ita nuſquam citare ſolet nomina Eccleſiaſticorum Doctorum: ex quibus tamen nonnulli in his ſermonibus nominatim inducuntur, vt Hippolytus, & Cyprianus, citatur item Ioannes Euangeliſta ſub appellatione Theologi. quod ſane cognomen neſcio an alicubi Chryſoſtomus tribuerit Ioanni: quem tamen ſæpe *tonitrui filium* vocare conſueuit. Neque prætereundum arbitror, quod auctor hic lectiones ſcripturarum, quæcumque illæ ſint, diuidit & exponit per verſiculos, interdum quoque numeratim diſtinctos, crebrò illud repetens, *Verſiculum quem modo audiuimus.* Item, *Sequitur alter verſiculus.* Item, *Reuertamur ad propoſitos hiſtoriæ verſiculos.* & rurſus, *Viſo iam primo verſu, atque item ſecundo, videamus & tertium.* quam diuidendi formulam nullibi in Chryſoſtomi ſcriptis reperies. Hic accedit, quòd auctor ſæpe, relicto hiſtorico ſenſu, citra vllam occaſionem ad allegoricos, & anagogicos ſenſus deuoluitur: quod rariſſime facit Chryſoſtomus, & non niſi neceſſitate adactus. Cæterum, quiſquis ille fuerit horum ſermonum ſcriptor, apparet eum eſſe vetuſtum, tum ex antiqua tranſlatione ſcripturarum ab eo expoſita, quod non leue indicium eſt vetuſtatis, tum ex paſchali baptiſmate, alijſque antiquis Eccleſiæ ritibus; quos commemorat temporibus ſuis in obſeruatione fuiſſe. Hactenus de pſeudepigraphis, ad vetus Teſtamentũ pertinentibus; nunc ea, quæ ad nouum ſpectant, enumerabimus.

Poſt Opus imperfectum in Matthæum, habetur inter Opera Chryſoſtomi Farrago diuerſorum ſermonum in varios quattuor Euangeliſtarum locos; quorum alij deſumpti ſunt ex homiliis Chryſoſtomi, alij ex iam memorato opere imperfecto, alij verò eſſe putantur eiuſdem auctoris, cuius in Marcum habemus quatuordecim ſermones: qui, quantum ex eius ſcriptis deprehenditur, monachus fuit ſub poteſtate Epiſcopi conſtitutus: & ad monachos edidit explanationes ſuas, frequentibus intermiſtas allegoriis, & interdum violentis, quod ipſe non ignorans homilia 9. in Marcum ſe his verbis excuſat: *Putatis nos vim facere ſcripturæ: & forſitan aliquis dicat in tacita cogitatione, iſte ſemper allegorias ſequitur & vim ſcripturæ ſanctæ facit, &c.* Huius igitur, atque aliæ aliorum Homiliæ hæ ſunt:

In Matthæi caput ſecundum: De aduentu Magorum. homilia incerti Monachi: quæ incipit, *Hoc futurum Eſaias.*

In Matth.2. De fuga pueri in Ægyptum, homilia incerti Monachi. *Hunc ergo puerum.*

In Matth.2. De cæde infantium, homilia incerti Monachi. *Dedicatur nouus.*

In Matth.2. De reditu pueri in Iudæam, homil.1. incerti Monachi. *In eo quod dixit.*

In Matth.4. De tentatione Chriſti, homil.1. incerti Monachi. *O incomparabilem.*

In Matth.5. De Beatitudinibus, homil. incipiens, *Non tantum corpora*, quæ eſt pars hom.15. Chryſoſtomi in Matthæum.

In Matth.5. De maximo & minimo in regno cælorum, hom.1. incerti Monachi. *Cum nobis pro officio.*

In Matth.5. De dilectione inimicorum, hom. incerti Monachi. *Per omnia vult nos.*

In Matth.6. De Oratione Dominica, homilia, *Dominica Oratio.*

In Matth. 6. De ieiunio, homil.1. Incerti Monachi. *Sicut in ſuperioribus.*

In Matth.6. De cauendo ieiunio hypocritarum hom. incerti Monachi. *Series lectionis.*

In Matth.7. De cauendis pſeudoprophetis, homil. incerti Monachi. *Omnibus notum eſt.*

In Matth.9. De nauicula, homil. *Chriſtum in humanis actibus.* Eſt autem Petri Chryſologi.

In Matth. 9. De conuerſione Matth. homil. *Multæ tempeſtates.*

In Matth.14. De Ioannis decollatione, homilia. *Hodie nobis Ioannis virtus.* Eſt item Petri Chryſologi.

In Matth.15. De Cananæa, homil. *Miratur Euangeliſta.* habetur inter opera Origenis.

In Matth.18. De neceſſitate ſcandalorum, homil. incerti Monachi. *Videtur quidem.* A
In Matth.18. De correctione fraterna, hom. incerti Monachi. *Exercitia legis.*
In Matth.18. De correctione fraterna, homil *Magnum quiddam, &c.* Quæ ſumpta eſt ex explanatione Chryſoſtomi in Matth. hom.62.
In Matth.19. De repudio, homil. *Iuſtus Dominus.* Quæ eſt in opere imperfecto, hom.32.
In Matth.19. De Petro Chriſtum interrogante, hom. *Quoniam poſſibile.* Eſt pars homil. 33. Operis imperfecti. B
In Matth.20. De aſcēſu Chriſti in Hieruſalem, hom. incerti Monachi. *Poſtquam virgini.*
In Matth.20. De Chriſto aſcendente Hieroſolymā, homiliā incerti Monachi. *Proximè eum.*
In Matth.21. De Chriſto aſinis inuecto, homil. *Pote tei ipſa.* quæ eſt in Opere imperfecto, hom.37.
In Matth.21. De ficu arefacta, hom. incerti Monachi. *Si ad arborem.*
In Matth.22. De cenſu, hom. *Omnis malitia.* quæ eſt pars homiliæ 42. Operis imperfecti.
In Matth.22. De dilectione Dei & proximi, homiliar *Frequenter Iudæi.* quæ eſt altera pars eiuſdem homiliæ. C
In Matth.26. De cœna Domini, hom. incerti Monachi. *Ad hodiernum.*
In Matth.26. De cœna Domini, hom. incerti Monachi. *Secundum Saluatoris.*
In Matth.27. homil. incerti Monachi. *Euangelica Series.*
In Matth. 27. homil. incerti Monachi. *Sufficiant quidem.*
In Marci, c.1. De principio Marci, homil. incerti Monachi. *Animal illud.* D
In Mar.1. De Ioan. Baptiſta. homil. eiuſdem. *Nunc veniamus.*
In Mar.1. De Ieſu veniente à Nazareth Galilææ, hom. eiuſdem. *Videte vnitiones.*
In Mar.1. De Chriſto degente cum beſtijs, hom. eiuſdem. *Quoniam præterita Dominica.*
In Mar.1. De Chriſto ingrediente Capharnaum, homilia eiuſdem. *Felix, & pulchra mutatio.*
In Mar. 1. De ſocru Simonis, homilia eiuſdem. *Inſtruxerat Dominus.*
In Mar.5. De ſanguiniflua, hom. eiuſdem. *Interrogat circumſpiciens.*
A In Mar. 8. De panibus, homil. eiuſdem. *In ſuperiori parte.*
In Mar.9. De transfiguratione, homil. eiuſdem. *Iurat Chriſtus.*
In Mar. 10. De cæco, homil. eiuſdem. *Quoniam ſanctus presbyter.*
In Mar.11. De Chriſto aſinis inuecto, hom. eiuſdem. *Iſte qui ligatus.*
In Mar. 11. De ficu arefacta, homil. eiuſdem. *Ingreditur Dominus.*
B In Mar.11. De eiectione vendentium, hom. eiuſdem. *In Euangelio ſecundum Ioannem.*
In Mar. 13. De die iudicij, homil. eiuſdem. *Euangelica lectio.*
In Lucæ cap. 1. De natiuitate Ioan. Bapt. hom. eiuſdem. *De Sol.*
In Luc. 2. De ortu Chriſti, hom. eiuſdem. *Ioſeph autem non audebat.*
In Luc.10. De eo, qui incidit in latrones, hom. eiuſdem. *Tunc dixit Dominus.*
C In Luc. 15. De duobus filiis homilia *Omnium quidem de ſcripturis.* Ferebatur autem inter Opera Hieronymi, tametſi nec Hieronymi eſſet.
In Luc. 16. De diuite homilia incerti Monachi. *Quoniam dixerat.*
In Luc.19. De Zachæo, homilia incerti Monachi. *Si per Chriſtum.*
In Ioannis c.1. De verbo filio Dei, incerti Monachi, hom. *Si credis quòd Deus.*
In Ioan.1. De Ioanne Baptiſta, homil. eiuſdem. *De Ioanne dicitur.*
In Ioan.4. De veris adorantibus, homil. eiuſdem. *Innumera beneficia.*
D In Ioan.11. De Lazaro, homil. *Grandi fratres.* creditur eſſe Chryſologi.
In Ioan.15. Super, Vos amici mei eſtis, hom. incerti Monachi. *Dominus Chriſtus in Euam.*
In Ioan. 20. De Maria flente ad monumentum, homil.2. Quarum vna incipit, *Maria veniens:* altera, *Licet omnes.*
In Ioan. 20. De Thoma, homil.1. *Hoc ergo hodie.*
In 1. Cor.13. De Fide, Spe, & Charitate, homil.1. *Apoſtolus Paulus loquitur.*
In 1. Cor. 15. Super illud, Cum ſubiecta fuerint illi omnia, hom.1. *In heſterno fratres.*

GERARDI VOSSII

COMMENTARII

IN SANCTI

IOANNIS CHRYSOSTOMI

Homiliam in Principes Apoſtolorum, Petrum & Paulum, eorumdemq; glorioſiſſimum Martyrium.

ARGVMENTVM.

Editi ſunt hi cõmentarij Romæ anno 1580.

HAC Homilia ſiue Oratione, Diuus Chryſoſtomus vitam ſimulac Martyrium Principum Apoſtolorum Petri & Pauli, nobis luculenter admodum enarrat, & ex mutua comparatione, res ab iis ſtrenuè geſtas fortiterque toleratas amplificando mirè prædicat atque exornat: dum illius quidem Crucem fixam, ac in eam aſcenſionẽ promptam, crucifixioniſque figuram non rectam, ſed capite in terram deuoluto deſcribit: Huius autem Miraculoſam capitis obtruncationem (quod ex ipſius collo, lactis magis quam ſanguinis vnda dicatur fluxiſſe, multique Barbari ex eius inſpectione ſtatim ſint conuerſi) recenſet. Atque ex hac quidem Oratione, ſi aliunde vnquam, ſatis ſuperque liquet, quãtus laudum Petri & Pauli celebrator, eorumdemque Vitæ ſimul & Martyrij admirator, Diuus hic noſter Chryſoſtomus exſtiterit.

Habetur hæc homilia tom. 5. fol. 689. A col. 2.

Certare inter ſe cælum terramq; conſpicio, &c.]

Quemadmodum priſci gentilium Oratores, antequam cauſſam ordirentur, & facti narrationem (in hoc Citharœdos imitantes) aggrederentur, ad facilius ſibi auditorum ſuorum animos conciliandos, ferè ſuaui quapiam Præfatione præloquebantur, & principium à re aliqua inſigni ſuoque inſtituto accommoda ducebant: Sic Diuinus hic noſter Orator Chryſoſtomus, priuſquam aureo illo ſuo verborum flumine de re ipſa ſibi propoſita dicere incipiat, & in Laudes Principum Apoſtolorum Petri & Pauli prorumpat: quò verbis ſuis maiorem faciat fidẽ, ipſumque ſui lubentius audiant, dulci Præfatione eaque peropportuna vtitur: pro facti ſui locupletiſſimo teſtimonio cælum & terram adducens, à quibus Orationem ſuam orditur, & ſic artificioſa quadam partitione adhibita, ad rem ipſam, Encomium dico Apoſtolici ordinis Principum Petri & Pauli, valde accõmodè accedit: eandemque ferè rationem in aliis ſuis Homiliis ſequitur.

Ibid. C.

Petrum è piſcatoribus, Paulum verò è pellionibus elegit, &c.]

Acto. 18. Acto. 20. 1. Theſ. 2. 2. Theſ. 3. 1. Cor. 4.

In Actis Apoſtolorum habemus, Paulum ſuis manibus operatum, fuiſſeque artis Scenofactoriæ: Præterea nihil aliis ſubtraxiſſe vtilium, quò minus annũtiaret iis, ac doceret eos publicè & per domos, teſtificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Denique ait ſe argentum & aurum nullius concupiuiſſe: *quoniam* (inquit) *ad ea quæ opus mihi erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrarunt manus iſtæ, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos ac meminiſſe verbi Domini Ieſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quàm accipere, &c.* Quin & conditionem ſimul ac artem huius Apoſtoli optimè deſcribit idem Chryſoſtomus & alibi, vbi ſic habet: Paulus cum arte illa viliſſima tantam potuit inſpirare virtutem, quantam ipſe rerum teſtatur effectus, homo etenim ignobilis, abiectus & circumforaneus, qui artem exercebat in pellibus in tantum virtute progreſſus eſt, vt vix triginta annorum ſpatio, & Romanos, & Perſas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Æthiopas & Sarromatas, & Saracenos, & omne prorſus humanum genus ſub iugum mitteret veritatis. Reſponde igitur: Vnde iſte opifex vilis ac publicus ſtans in loco artis ſuæ ac ſcaſellum manu gerens, ita vt ipſe philoſophatus ſit, & alios docuerit philoſophari, gentes ſcilicet Vrbes ac Regiones, nec vim in ſe ſermonis oſtendens. Audi enim ipſum loquentem: Etſi imperitus ſermone, nec pecunias poſſidens, hoc ſiquidem ipſe teſtatur: *Vſque ad hanc horam*, inquiens, *& eſurimus & ſitimus & nudi ſumus, & colaphis cædimur:* Et quid dico pecunias? cùm ille ſæpe neceſſarium quidem non haberet cibum, nec quo ſe circumdaret, indumentum. Quod autem profeſſione clarus non fuerit, ipſe ſuis oſtendit diſcipulis, dicens: *Quoniam manebat apud Aquilam & Priſcillam, quod eiuſdem artis eſſent, erant enim ſcenofactoriæ artis.* Non igitur à proauis nobilis, quippe qui tam vilis artis fuiſſe oſtenditur, non à patria non à gente, &c. ita in Homilia quarta in laudes Pauli, Chryſoſtomus: Qui & de eodem, Homilia quinta ſub initium, ſic ſcribit: Non erat iſte mortalis, non ignobilis; nonne pauper & quotidiano opere victum quærens: Nonne corpus habuit cunctis naturæ neceſſitatibus obnoxium, &c. Et in oratione, Quod Chriſtus eſt Deus, vtriuſque magnorum illorum Apoſtolorum profeſſionem & artem, vno verbo complectitur, dicens: Romæ quæ inter alias Vrbes maximè regia eſt, omnibus poſthabitis ad ſepulcra Piſcatoris & Pellionis currunt Reges, &c. Hæc Chryſoſtomus. Et quoniam Petri profeſſio (quæ in piſcatione conſiſtebat) clara nimis eſt ex Euangelio, vti ex illo Matthæi 4. vbi Chriſtus ambulans iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in Mare (erant enim piſcatores) & ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum, &c. & ex pluribus locis aliis: Pauli verò profeſſio & ars non item ex Euangelio conſtet, viſum fuit idcircò de ea hic agere fuſius.

Acto. 20. Chryſoſt. hom. 4. de laudibus Pauli. — Exercitiũ Pauli. — 2. Cor. 11. 1. Cor. 4. — Acto. 18.

Hinc Piſcatori conſiſus Dominus, dixit ad eum: Vade, &c.

Ibid.

Vides quomodo id quod electionis apparet, ex his artibus exiſtat: Ceterùm quod intelligitur, vehementer ſit admirabile, quandoquidem & Dei eſt Electio. Nam quoniam Iudæorum gloria (vt hic enarrat Chryſoſtomus) obruebatur, piſcatori commiſit Chriſtus, vt ſcrutaretur profunda maris, quod percipitur intelligentia, dicens ad eum: Vade ad mare, & mitte hamum, &c.

Paulus in ſublimibus Aquila, Lyra ſpiritus,
Hirundo atque Cicada, &c.

Venuſtam & accommodam Comparationem hic Diuus Chryſoſtomus inſinuat, quam ideo viſum mihi fuit latius explicare, quòd permultum ad Laudes Pauli faciat. Comparat autem Paulum Aquilæ: Nam ſicut huius natura eſt, humilia deſerere, alta petere, & cœlorum vicina conſcendere: Ita & Paulus hic noſter, mundum hunc abiectum ſpernens, alta paradiſi petiit cœlorumque faſtigia penetrauit: & licet humi ambularet, ea tamen quæ in cælis ſunt, mente animoque ſemper verſabat. Præterea quemadmodum Aquila relictis terrenis ſordibus; ſublimè volans purioris aëris ſublimitate perfruitur: Ita & Paulus fæces terrenorum peccatorum deſerens, cogitationes in ſublimioribus ac cœleſtibus totas defigebat, & purioris vitæ ſimplicitate gaudebat. Denique, ſicut Aquila prouocans ad volandum pullos, & ſuper eos volitans (vt eſt Deuter. 37. cap. in cantico Moyſis) ita Paulus expandit alas prædicationis ſuæ cunctis, vt omnes Chriſto lucrifaceret.

Lyræ Paulus comparatur & rectè: Nam quemadmodum in lyra, quot ſunt fides, tot reſonant voces; Ita in Paulo, vt eius erant varia dona ſpiritus: ſic

quoque

quoque vniuerſæ ex eo diſtillabant humanarum mentium curationes atque medelæ. Et ſicut Lyra inſtrumentum muſicum eſt, quo gentiles Deorum, magnorumque Principum decantare ſolebant laudes: ita Paulus mellifluo vocis ſuæ oraculo, quod erat lyra ſpiritus, Chriſti myſteria, gentiumque vocationem perſonabat.

Hirundini Apoſtolus aſſimilatur: Quoniam ſicuti Hirundo ſub initio veris ad nos tranſuolans amœnioris temporis prænuntia, in tectis nidificat, & loca quæ inhabitat à venenis immunia ſeruare dicitur: ita Paulus ima impietatis caligine decuſſa, Chriſtoque agnito: è veſtigio omnibus poſthabitis, ſeſe gregi Dominico aggregauit, fermentum phariſaicum atque Iudaicum extirpauit, & Eccleſiam ſponſam Chriſti à telis hoſtium vindicans, purum ac nudum Chriſtum prædicauit, legemque gratiæ cunctis annunciauit, & ab Hieruſalem vſque ad Illyricum, vniuerſa Chriſti Euangelio repleuit. (Rom. 15.) Nam cùm prius à lumine aberrans, ſupra modum perſequeretur Eccleſiam Dei, & expugnaret illam, proficeretque in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos ſuos in genere ſuo abundantius, exiſtens paternarum traditionum æmulator, (Galat. 1. Act. 8. 9. & 21. c.) ex blaſphemo factus eſt verbi diuini aſſertor, ex perſecutore gentium doctor: violentiſſimus ſiquidem perſecutor, repentè à Chriſto factus eſt ardentiſſimus prædicator. Et ſicut Hirundinis ea natura eſt, vt inceſſanter volitet, dum ſemel apto tempore anni volitare cœpit: Ita profectò Paulus, poſteaquam ex Chriſtianorum perſecutore, factus eſt Euangelij prædicator, illud veluti indefeſſa quædam Eccleſiæ Hirundo (vt non multò poſt loquitur Chryſoſtomus) cunctis annunciauit, prædicauit.

Cicadæ Paulus comparatur, & ſatis ſi natura eius inſpiciatur accommodè. Quemadmodum enim illius natura eſt, ſemper maximè verò ſæuiente æſtu canere: Ita Paulus, ſummo feruore animi pietatiſque zelo, nullas perſecutiones, nullorum minas, flagra ſiue tormenta quæcunque tandem pertimeſcens, audacter atque intrepidè Chriſtum eiuſque Euangelium vbique prædicauit, ita quidem aſſiduè, vt ne vnum quidem diem paſſus ſit in otio atque quiete pertranſire, hic in prædicandi ardore ipſo igne vehementior, illic indeſinenter benefaciendo omnibus: Et ſimulatque ſalutifero ex fonte conſcendit, plurimamque in ſe flammam ipſe ſuccendit, non pericula timuit, non irriſiones erubuit & opprobria Iudæorum, neque ſermonem ſuum ab illis reſpui indignanter tulit: Quin potius ſumma conſtantia, quaſi pro vno quodam totius mundi grege inuigilans, omnes gentes à tyrannide Diaboli, ad Chriſtum reduxit, impietatem Iudæorum atque gentilium quaſi fornicationem mentium vno fidei mucrone confodit, & ad vnam fidem Chriſti diuerſos populos attraxit, gentilium abominationes diſſipauit ac perdidit, Chriſtique ortum voce ſonora ſpirituque æſtuanti, cunctis omninò Gentibus indefeſsè occinuit.

Paulus & Petrus, iugati Boues Eccleſiæ, &c.

(Ibid.) Quomodo glorioſi hi Apoſtoli, veluti duo quidam boues, ſimul idem iugum traxerint, pulcrè idem hic Chryſoſtomus declarat dicens, eos ſimul æquè pro Eccleſia laboraſſe, inſignemque operam toti terrarum Orbi nauaſſe, & loco iugi, Crucem, labores atque agones ſubiiſſe varios, periculaque plurima: pro ſeſſore autem iumenti, Saluatorem ipſum portaſſe & prædicaſſe cunctis: pro iugi vinculo, vniuerſam veteris ac noui teſtamenti ſcripturam: Et pro iugi ſtimulo, Spiritus ſancti gratiam, quæ & res gentium proſtimulet corroboretque, & illorũ laborem ſimul ac prædicationem confirmet.

Paulus vas Electionis, &c.

(Ambroſ. ſerm. 68 de Natal.) De hoc ſi placet audi Diuum Ambroſium: Paulus, inquit, à Domino vas electionis eſt nominatus. Nam bonum vas in quo pretioſa mandatorum Chriſtiani præcepta conduntur. bonum vas de cuius plenitudine, ſubſtantia vitæ populis ſemper erogatur & plenum eſt. Optima Apoſtolorum nomina, petra & vaſculum, neceſſaria domui Saluatoris. domus enim fortitudinis, petra conſtruitur, vtilitate vaſis ornatur. Petra ad firmitatem ne labantur ſuſtentat populos, vas ad cuſtodiam, ne tententur operit Chriſtianos, &c. (SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.) Et hæc de Apoſtolorum nominibus ex Ambroſio. Quomodo verò ex Perſecutore, cooptatus fuerit in vas electionis, præclarè ex actis Apoſtolicis docet D. Hieronymus: Paulus, inquit, cum interfuiſſet neci Stephani martyris, & acceptis à Pontifice templi Epiſtolis, ad perſequendos eos qui Chriſto crediderant, Damaſcum pergeret: reuelatione compulſus, ad fidem quæ in actis Apoſtolorum ſcribitur, in vas electionis de perſecutore tranſlatus fuit, &c. (Act. 9. 22 & 26. Hieron. in Catal. Script. Eccleſ.)

Qui tricubitalis eſt & cælum contingit, &c.

(Ibid.) Hoc non tam παροιμιακῶς ceu per modum Prouerbij, quàm verè de exigua ſtatura Pauli dici, conuincitur vel ex ipſo Paulo, qui ad Corinthios ſcribens, de ſeipſo confitetur; quod *præſentia corporis eius infirma ſit, & ſermo contemptibilis, &c.* (2. Cor. 10 cap.) Ad quem ſanè locum reſpexiſſe videtur ipſe Chryſoſtomus, trium cubitorum ſtaturam, hoc eſt infirmam ſiue exiguam ſatis Paulo attribuens, quæ τρίπηχυς ceu tricubitalis ideò ab eo appellatur. Quin & Sententiæ huic adſtipulatur, ſubſcribitque in Eccleſiaſtica ſua hiſtoria Nicephorus, Paulum corpore fuiſſe paruo & contracto & quaſi incuruo atque paullulum inflexo, (Niceph. l. 2. c. 37.) expreſſis verbis dictitans: plureſque eiuſdem ſunt ſententiæ, quam etiam nonnullæ antiquiores picturæ Vrbis Romæ, haud obſcurè repræſentant. Vnde perſpicuum euadit, quantum errent illi, qui neſcio quam giganteam formam huic S. Apoſtolo in pingendo affingunt: niſi tamen planè παροιμιακῶς (neque nimis grandem, neque nimis exiguam, at ſanè communem & mediocrem ſtaturam intelligendo) id à Chryſoſtomo forſan dictum velimus: quemadmodum alibi vocat & Eliam prophetam, trium cubitorum hominem: ſicuti videre licet in Homilia illa in SS. Petrum Apoſtolum & Eliam Prophetam, quæ apud Simeonem Metaphraſten ipſi Chryſoſtomo adſcribitur. Quoniam ita quiuis etiam homo in comparatione ad Cœlum, dici haud iniuria τρίπηχυς id eſt, tricubitalis merebitur: ſed optimè meo quidem iudicio, ſententiam Chryſoſtomi explicuerimus: ſi vtrumque in voce τρίπηχυς, diuerſo tamen reſpectu, intellexerimus. Verùm hæc altiori iudicio ſecum expendant docti.

Qui tertium cælum peruaſit, & Paradiſum ingreſſus eſt, &c.

(Vide fol. 650. A. col. 1. Chryſoſt. homi. 2. de laudibus Pauli.) Præclarè hoc ipſum & alibi, ſub hac verborum forma, amplificat idem Chryſoſtomus: Conſideremus ergo quantis illum honoribus, etiam ante tempus reſurrectionis extulerit. In paradiſum rapuit, & in tertium cælum ſublimauit, ineffabilis arcani participem effecit, taliumque myſteriorum conſcium, quæ nulli hominum fas fuerit confiteri. Nec immeritò: nam Paulus in terris gradiens, ſic ſe gerebat in cunctis, quaſi angelorum ſocietate frueretur: Nam paſſibili adhuc colligatus corpori, illorum perfectione gaudebat, tantiſque fragilitatibus ſubditus, in nullo inferior ſupernis virtutibus apparere certabat, &c. Idem de Pauli in tertium cælum raptu, refert D. Euſebius Emiſſenus, inquiens: (Emiſſen. in vita Petri & Pauli, quæ habetur in libro homiliarum de Sanctis.) Petro quidem claues regni cælorum, Domino committente, creduntur: ſed Paulo ſiue in corpore ſiue extra corpus, vſque ad thronum tertium ſublimato, cælorum ſecreta reſerantur: Et in paradiſo, arcana quoque verba quæ non licet homini loqui, panduntur. Quæ cùm ita ſint, penè ſupra hominem eſt, cui creduntur eloquia homini non loquenda, &c.

Petrus firma fidei Petra, &c.

Petrus pro ſoliditate deuotionis eccleſiarum nuncupatur Petra, ſicut ait Dominus: *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*: Petra ſiquidem dicitur, eo quòd primus in nationibus fidei fundamenta poſuerat, & tamquam ſaxum immobile totius operis chriſtiani compagem molemque contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur: Et Petra per virtutem Dominus nuncupatur, ſicuti ait Apoſtolus: *Bibebant autem de ſpirituali conſequenti eos Petra; Petra autem erat Chriſtus.* Rectè conſortium meretur nominis, qui conſortiũ meretur & operis, &c. Ita Ambroſius, qui in Hymno illo, quem Auguſtinus lib. 1. Retractationum cap. 21. citat, de eodem ſic habet: Hoc (id eſt) gallo gallinaceo canente, ipſa Petra Eccleſiæ culpam diluit, &c. Vbi non ſolum Petrum vocat petram ſimpliciter, ſed & Petram Eccleſiæ, atque adeò ipſam Eccleſiæ petram, &c. Baſilius in Concione de pœnitentia. Petrus petra eſt propter Chriſtum petram, largitur enim Ieſus ſuas dignitates: Petra eſt, petram facit, &c. Vnde idem Chryſoſtomus Homil. 27. ex variis in Matthæum locis, ſic enarrat: Princeps Apoſtolorum Petrus, ſuper quem Chriſtus fundauit Eccleſiam, verè immobilis petra & firma confeſſio, &c. Auguſtinus Pſal. 69. Petrus Chriſtum confeſſus erat filium Dei, & in illa confeſſione appellatus erat petra, ſupra quam fabricaretur Eccleſia, &c. Ita Greg. Nazianz. in Oratione, de modo & ratione in diſputationibus ſeruanda. Epiphanius in ancorato. Paulinus ad Seuerũ Epiſt. 4. Maxim. Taurin. Epiſc. in Natali Petri & Pauli, hom. 1. Cyrill. in Ioannem, lib. 2. cap. 2. Proſper de vocatione gentium, lib. 2. cap. 28. Greg. Magnus, lib. 6. Epiſt. 37. Damaſcen. in Hiſtoria Ioſaphat & Barlaam. Theophylact. in cap. 22. Lucæ Euthym. in 16. Matthęi. Concilium Chalcedonen. in Act. 3. Et hæc obiter præſentis loci occaſione, adducere viſum eſt.

Qui claues Regni cælorum ab ipſo Domino accepit, &c.

O præmium Vicario Chriſti conſtituto dignum, & à Pontificum Maximo Pontifice profectum: vt enim quanta confeſſionis eius eſſet magnitudo conſtaret, Chriſtus ob hanc ei conceſſit, vt antè claues regni cœlorum acciperet, quàm ipſe cæli ianuas introiret. Sed quid Clauium appellatione, niſi Eccleſiæ catholicæ principatum deſignauit: cùm & frequens in Euangelio, per Regnum cælorum, catholica Eccleſia intelligatur: vti cùm Regnum cælorum in Euangelio perhibetur ſimile decem virginibus, quinque fatuis & quinque prudentibus, &c. Petro autem ſingulariter id concreditur, quia cunctis Eccleſiæ Rectoribus Petri forma proponitur, manetque Petri priuilegium, vbicumque ex ipſius æquitate fertur iudicium, neque nimia eſt ſeueritas aut remiſſio, vbi nihil erit ligatum nihilue ſolutum, niſi quod Petrus antè ligauerit aut ſoluerit, &c. Et hæc ex Leone Papa, in ſerm. de Apoſtolis Petro & Paulo.

Supernarum quidem rerum claues accipientes, &c.

Ambo claues à Domino perceperunt: Scientiæ iſte, ille potentiæ: diuitias immortalitatis ille diſpenſat, ſcientiæ thezauros ille largitur. Petro ſicuti bono diſpenſatori, clauem regni cæleſtis dedit: Paulo tamquam idoneo doctori, magiſterium Eccleſiaſticæ inſtitutionis iniunxit, ſcilicet vt quos iſte erudierit ad ſalutem, ille ſuſcipiat ad quietem, & quorum corda Paulus patefecerit doctrina verborum, eorum animabus Petrus aperiat regna cælorum. Clauis autem dicenda, quòd ea ad fidem peccatorum, dura reſerantur, mentium ſecreta panduntur, & quidquid intrinſecus clauſum tenetur, in palam rationabili manifeſtatione producitur. Clauis inquam eſt, quæ & conſcientiam ad confeſſionem peccati aperit, & gratiam ad æternitatem myſterij ſalutaris includit, &c. Atque illud dogma Ambroſij exiſtit: Vnde quomodo vtrique Principum Apoſtolorum claues fuerint concreditæ, perſpicuum euadit abundè.

Petrus ſua ipſius vmbra paralyticos ſolidauit, & mortem deſtruxit. Paulus veſtimentis ſuis, &c.

Acta Apoſtolorum, monumentaque Patrum, varia Petri & Pauli commemorant miracula: vti de claudo illo à Petro admirabili quodammodo, ſanitati reſtituto. Ananiæ atque Sapphiræ morte ineuitabili illata. Tabitha puella vitæ reſtituta. Cornelio Centurione ad fidem conuerſo. Ænea triginta octo annos cum lecto affixus eſſet, ſolo verbo ſanato, &c. [Acto. 3. & 4, 5. Acto 9. Acto. 10. Acto. 9.]

Fama quoque inauditorum anteà miraculorum Pauli valde increbuit, adeò vt ſudaria quædam & ſemicinctia (tenues ſcilicet faſciæ) quæ corpus eius attigiſſent, cùm morbos curarent tum dæmonibus formidoloſæ eſſent. [Acto 19.] Eutychum etiam mortuum [Acto. 20.] Troade (cùm è feneſtra verborum Pauli ſuauitate delibutus, dormiens excidiſſet) Paulus vitæ reſtituit: Vipera venenoſa, ſuo ictu (quod multis admirationi erat) Paulo non nocet, cùm ſerpentem è manu dependentem, excuſſum in flammam coniicit. [Acto. 28.] Aliaque præclara à Paulo in Meliſſe ſunt edita miracula, cùm vehementes febres, & dyſenteria, quæ mala Publij patrem dudum vexabant, ſolo Pauli attactu pelluntur. [Ibidem.] Alij præterea quam plurimis afflicti morbis, mox omni dolore atque cruciatu liberati, priſtinæ valetudini reſtituti ſunt.

Lubet & hoc admirandum commemorare quod Theodoritus in ſua Religioſa hiſtoria, (quam φιλόθεον, ſiue Θεοφιλῶν ἱςορίαν inſcribit) [Theodoret.] in vita Symeonis Monachi, obiter recenſet, quomodo cùm vmbra Domini nunquam fecerit miraculum: magni Petri vmbra & mortem fregit, & morbos exegit, & dæmones fugauit. Sed hæc Dominus per ſeruos ſuos miracula fecit, ſecundũ illud: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet & maiora his faciet, &c. Ioan. 14.

Qui infinita mala propter Eccleſiam ſuſtinuiſtis, carceribus incluſi, &c.

Lucas in Actis, multa admodum pericula Petri & Pauli percurrit, in quæ perſæpe inciderunt: Ac Petri [Acto. 4. 5.] quidem, quo pacto manibus in eum coniectis, poſitus ſit in cuſtodiam, quod populum doceret & Ieſu reſurrectionem à mortuis annunciaret, vnde & minis prohibitus loqui amplius in nomine Ieſu, ipſe interim cum fiducia locutus eſt verbum Dei, &c. [Acto. 5.] Flagris & contumeliis exceptus, quòd loqueretur cum aliis in nomine Ieſu, gauiſus eſt à conſpectu Concilij, quod dignus haberetur pro Chriſto contumeliam pati, &c. Inter multa, lubet & hoc commemorare: quomodo ab Herode Agrippa captus ſit, & [Acto. 12.] in carcerem coniectus, ac quattuor militum quaternionibus traditus, qui eum ſeruarent, & quod dies eſſent Azymorum, volens poſt Paſcha eum producere populo, atque ita mortem præſentem conſtituerit: non aliò ſpectans, quàm vt Iudæorum in eo votis ſatisfaceret, exſpectantium Petro ſublato, ſe facilè & alios Apoſtolos ſuperaturos, &c. verùm Dominus hæc præuidens, miſit Angelum ſuum qui Petrum è vinculis liberauit, & de manu Herodis, & de omni exſpectatione plebis Iudæorum eripuit, &c. vide Actorum caput 12. Licet ex eodem quoque actorum libro diſcere de Paulo, quomodo virgis cæſus ſit, & in carceres coniectus, apud Epheſios periclitatus, Hieroſolymis captus, & in caſtris flagellis cæſus ac torturæ ſubiectus: [Acto 16. 19. 21, 22. 23. 24. 20. & 27. cap.] in eum quo pacto variæ factæ ſint coniurationes & accuſationes delatæ, ipſeque naufragia paſſus ſit, &c. Atque hæc ferè ſunt, quæ de malis atque periculis Petri & Pauli, Actorum liber enarrat. De Paulo autem qui plura noſſe velit, Epiſtolas eius percurrat: & Homilias Chryſoſtomi, maximè de laudibus Pauli 3. 4. 5. 6. 7. & octauam ſedulò fideliterque legat.

Vide fol. 690. col. a

A

Gaudeat Petre qui Ligno crucis fruitus es, & ad magiſtri ſimilitudinem, &c.

Petrus crucis ſicut Saluator exitum tulit, & à dominicæ deuotionis ſimilitudine, nec morte diſcretus eſt: ſcilicet vt quem imitabatur fide, imitaretur & paſſione. Cœterùm non recta figura, ſicut Dominus noſter, ſed capite in terram deuoluto crucifigi voluit: atque iſtud ſummam eius in magiſtrum reuerentiam ſignificat, cùm ſemper ſummus ille Apoſtolus Magiſtro ſuo reuerentiam & primatum, vt par erat, tribuerit, ſuamque humilitatem illius ſublimitati atque potentiæ ſubiecerit: atque hinc ſe planè reputabat indignum, vt ſic crucifigeretur, vti paſſus erat Dei filius. Ita habet Egeſippus, in vita Petri & Pauli, lib. 3. de excidio Hieroſolymitano cap. 2. Ita Ambroſ. ſerm. 68. de Natali Apoſt. Pet. & Pauli. Maximus ſerm. 1. in Natali eorumdem. Hieronymus in lib. de viris Illuſtribus, in vita Petri. Theodoritus in Oratione περὶ τῆς ἀγάπης recenter à nobis conuerſa & in lucem edita. Ita ſentit & Gaudentius Epiſcopus Brix. lib. 3. Sermonum D. Zenonis num. 47. Aurelius Prudentius in ſuo Periſtephano, de paſſione Petri & Pauli. Iſidor. Iſpal. Epiſcop. de Patribus noui Teſtamenti, in vita Petri. Metaphr. ſerm. de adoratione Catenarum & gladij Sancti Petri. 16. Ianuarij.

Egeſipp. Ambroſ. Maxim. Hieron. Theodor. Gaudent. Metaphr. Iſid. Iſpal. Prudent.

B

Ibid. A.

O claues illos beatos qui membra illa ſanctiſſima penetrarunt, &c.

D. Petrũ clauis Cruci ſuæ fuiſſe affixum copioſe demõſtratur

Quod S. Petrus clauis affixus fuerit cruci, & non funibus alligatus, ſicuti quidam volunt, ex hoc loco Chryſoſtomi cuiuis euadit perſpicuum: Dicit enim manifeſtè, quòd claui membra Petri penetrarint. Cuius auctoritas ſi non ſuffecerit, probatur etiam eadem veritas in primis ex communi modo loquendi Patrum, conformiter aſſerentium, Petrum auerſis veſtigiis cruci fuiſſe affixum, & non funibus alligatum: ſicuti quidam hactenus exiſtimarunt, fictitiis picturis potius quàm veris hiſtoriis perſuaſi. Hoc addo, quòd veteres picturæ ſiue ſculpturæ Romanæ, vbique clauorum fixuram in Petro crucifixo referant: ſicuti in Vaticano apparet, ex figura illa Peſiſi ſuper ciborium quod vocant Sacelli magnorum Apoſtolorum Petri & Pauli, vbi eorum recondita ſunt corpora: & in porta illa ærea porticus Baſilicæ eiuſdem S. Petri de vrbe, olim Eccleſiæ eidem tempore concilij Florentini ab Eugenio IV. affixa: in qua martyrium Petri & Pauli ex auctoritate & traditione antiquiorum, miro quodammodo, cum fixura Clauorum in manibus & pedibus Petri, reperitur inſculptum. Eandem quoque crucifixionem videre licet Romæ (vbi verè Petrus crucifixus eſt) & in aliarum Baſilicarum ſiue Eccleſiarum picturis atque ſculpturis antiquioribus, quibus multum ſanè tribuendum cenſeo. Quod ſi communis illa Patrum loquendi ratio, ac picturarum & ſculpturarum antiquiorum conſuetudo alicui fortè non ſuffecerit, vniuerſi cœtus orthodoxorũ Patrum ſententiæ, conformiter illud tradentium, credat neceſſe eſt. Ita enim ex multis ſentit Egeſippus vetuſtiſſimus auctor (qui tempore Aniceti fuit, immo Apoſtolicorum temporum teſte Hieronymo vicinus) lib. 3. eiuſdem de excidio Hieroſolymitano cap. 2. Ita Ambroſius ſerm. 68. de Petro & Paulo: Et in Oratione eiuſdem de tradendis Baſilicis, quæ habetur lib. 5. Epiſtolarum ſuarum, idem traditur. ſic D. Maximus Epiſcop. Taur. ſerm. primo, de Natali Apoſtolorum eorumdem. Gaudentius lib. 3. ſermonum Zenonis nu. 47. Prudentius in ſuo Periſtephano, de paſſione Petri & Pauli. Bernardus ſerm. 2. in Vigil. magnorum Apoſtolorum Petri & Pauli. Ita quoque Diuus Hieronymus lib. de viris illuſtribus in vit. Petri & Pauli. Et Iſidorus Epiſcopus Iſpalenſis in vit. Petri: ac Damaſus Papa in ſuo Pontificali, in vita eiuſdem. Qui omnes conformiter tradunt, Petrum auerſis veſtigiis capite in terram deuoluto, fuiſſe cruci ſuæ affixum: atque illa affixio ſiue crucifixio (vt ita loquar) proculdubio penetratione clauorum per manus & pedes eius, quemadmodum clarè, hic teſtatur Chryſoſtomus, facta eſt: ſicuti etiam ex vi verbi προσηλωθῆναι, à nobis in ſcholiis noſtris in Theodoriti Orationem περὶ τῆς ἀγάπης, clariſſimè oſtenſum eſt. Hinc quoque Simeon Metaphraſtes in illis, quæ huic de Apoſtolis Orationi, vel de ſuo vel ex Chryſoſtomo, in fine eiuſdem annectit, ſic habet: ſit mihi enſis ille pro corona, & claui Petri pro lychnitibus gemmis infixis in orbem diadematis, &c. Et in oratione de certaminibus, laboribus, & peregrinationibus, ac conſummatione magnorum Apoſtolorum Petri & Pauli, idem Metaphraſtes quaſi circa medium, de eodem ſic enarrat: Petrum illum magnum Domini Apoſtolum inuerſum cruci affigunt: quamobrem cum & Clauorum dolores ſimiliter atque Chriſtus Deus noſter, ipſe quoque ſuſtinuiſſet, puram & immaculatam ſuam animam, in manus Dei depoſuit, &c. hæc ille. Atque ex his & aliis veritati ſubſiſtentibus hiſtoriis, conſtat Petrum clauis fuiſſe cruci ſuæ affixum: funibus verò, aut alio quouis modo eum alligatum eidem fuiſſe, minimè comperio.

Nota.

C

D

Egeſip. Ambroſ. Maxim. Gaudent. Prudent. Bernard. Hieron. Iſid. Iſpa. Damaſ. Pap.

A

Symeon Metaphr.

B

Ibid. A.

Beatus autem Paulus cui caput enſe præciſum eſt, &c.

D. Paulũ non ſecuri, ſed enſe cæſũ eſſe conuincitur.

Ex hoc loco Chryſoſtomi manifeſtiſſimè conuincitur eorum error, qui volunt Paulum non gladio ſed ſecuri percuſſum, quomodo etiam hactenus perperam nimis eius decollationem depingere ſolebant plurimi, fictis potius traditionibus, pingendique conſuetudinibus, quàm veris Hiſtoriis innitentes. Vt autem cuiuis perſuaſiſſimum ſit, enſe ſiue gladio & nequaquam ſecuri, Paulo fuiſſe caput præciſum: Vides hic conſequenter tribus vicibus ab auctore meo, enſis ceu gladij mentionem fieri, neque id caſu aut temerè: ſed quod res ita geſta ſit crede. Cuius etiam veritatem confirmant omnes illi Patres atque ſcriptores, quos iam breuiter ſuper fixura clauorum, quibus Petri membra cruci affixa erant, adduximus: pluresque alij, immo quorum Authenticæ ſunt hiſtoriæ, omnes ita ſentiunt. Et cùm hæc communis ſit Patrum ſententia: ſi qui ex vno aut altero Apocrypho forſan magis quàm vero ſcripto, hanc noſtram Hiſtoriam infringere auſi ſint, nihil effecerint. Quare hinc velim admonitos omnes Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptores, pictores ac ſculptores & ſtatuarios, vt in decollatione S. Pauli exprimenda, deinceps veritatẽ rei geſtæ (quam hinc diſcere poterunt) ob oculos habeant, neque temerè amplius, ac falſo ſecurim pro enſe ſiue gladio affingant reponantque.

C

Ibidem.

Qualis locus tuum Paule ſanguinem excepit, qui lacteus apparuit, &c.

D

Occaſionem ex Græco Latinam faciendam typiſque committendam præſentem hanc orationem de magnis illis Apoſtolis, vel ſolus hic locus Chryſoſtomi (quod pro ſanguine, lac è collo Pauli, deſecto capite defluxerit) dedit: Cùm enim nonnulli Miraculum illud aut Apocryphon haberent, aut ſanè à Chryſoſtomo (eò quod inter impreſſa eius hactenus opera nuſquam reperiretur) id poſitum negarent: ideoque perperam in octaua Apoſtolorum Petri & Pauli, de menſe Iulio, ſub nomine Chryſoſtomi in Breuiario Romano, ex decreto Sacroſancti Concilij Tridentini reſtituto, & Felic. recor. Pij V. Pont. Max. iuſſu nouiſſimè edito reponi, cenſerent: factum eſt vt ego, ſuper veritate eiuſce requiſitus, Illuſtriſſimum ac Reuerendiſſimum Cardinalem Sirletum Romæ conſulerem: & quia diuina ei eſt rerum lectarum memoria, & cuiuſuis generis antiquiorum librorum, maximè verò manuſcriptorum, hactenuſque nondum editorum ſuppellex, cum rogitarem: num eiuſmodi miraculum ſeſe apud Chryſoſtomum quem familiariſſimum

habet

habet, vſpiam legiſſe meminiſſet, aut inter manuſcripta illius opera nondum edita, contineri ſciret: ipſe ſibi tempus cogitandi, ac inquirendi ad biduum aut triduum, vt mihi & aliis fieret ſatis, tribui concedique iuſſit: quo elapſo, mihi ad eum redeunti protulit manuſcriptum quoddam huiuſce Orationis ſub nomine D. Ioannis Chryſoſtomi exemplar, in quo dicti miraculi enarrationem è verbo ad verbum, ſicut in Breuiario reperitur, deſcriptam oſtendit. Vnde quoque factum eſt, vt ego tamquam diuturnam quandam ſitim explere cupiens, ad eam ipſam Orationem, cum vno adhuc aut altero exemplari, Romæ quoque poſtea oblatis collatam, ex Græco Latinam faciendam, & in lucem ſub nomine veri ſui auctoris Chryſoſtomi proferendam, animum adiecerim: idque vel hac potiſſimum de cauſſa, vt illi qui prædicti miraculi enarrationem non Chryſoſtomo, ſed Metaphraſti hactenus attribuerunt, diſcant minus leuiter, deinceps ſuper dictis ac ſcriptis Patrum iudicium ferre: norintque hinc quod illorum pace dixerim, ſe neque Chryſoſtomi, vt & multorum aliorum, omnia vidiſſe: neque ipſum Metaphraſten rectè legiſſe, qui præterquam quod in fragmento huius Orationis quam integram non protulit (vt in prima hac noſtra editione ex Autographis deſumpta patebit) ſingulare atque inſigne hoc miraculum non recenſet, etiam multa alia quæ hinc verè Chryſoſtomi cognoſces, omittit: cuius rei haud leue mihi præbuere teſtimonium plerique codices tam in Germania, quàm Italia ante hac viſi, ac potiſſimum Romæ, antiquiſſimum quoddam inter alia, manuſcriptum Exemplar Bibliothecæ Vaticanæ Græcum ipſius Metaphraſtis, atrio 2. Pluteo 1. in parte ſuperiori, numero 528. poſitum: in quo nulla prorſus fit lactis mentio: vt verba ipſa fol. 77. columna 2. ſub finem commonſtrant. Quæ ſigillatim atque minutim adducere viſum eſt, vt modeſtè atque ſyncerè potius quàm curioſè, de ſcriptis Patrum, multi antiquitate membranis adhuc contenta, minus ſeſe oblectantes, ſuas proferre ſententias, in poſterum diſcant. Et vt de tanti huius miraculi veritate, conſtet omnibus: Teſtes profero omni exceptione maiores: pro Latinis, Sanctum vnum Ambroſium ſerm. 68. de Natal. Apoſtolor. Petri & Pauli, hoc ipſum atteſtantem: Et pro Græcis, diuinum hunc noſtrum Chryſoſtomum, præſenti hac Oratione, quam ſub eius nomine damus, eiuſce miraculi veritatem aſſerentem: quos duos vel ſolos tanquam Coryphæos, in eodem ponendo miraculo, imitati ſunt & poſteriores.

Ambroſ. Chryſoſt.

Nota.

Miraculoſus autem ille Lactis e ceruice Pauli effluxus, qui vere integritatis ac innocentiæ illius ſignum dici poteſt, ferientis Barbari animum melle quouis (vt optimè hic refert Chryſoſtomus) dulciorem reddidit, eiuſque ad Chriſtum conuerſionis cauſſa extitit, & triginta quinque adhuc alios ſeruos, omni cum promptitudine atque alacritate, Chriſto Domino ſubdidit. Ita Chryſoſtomus inter Græcos, Ambroſius inter Latinos, aliique poſteriores tenent traduntque.

Perfecto octo & ſexaginta annorum vitæ curſu, quieuit, &c.

Habes hic inſignem Diui Pauli octo & ſexaginta annorum ætatem, à Chryſoſtomo expreſſam: ad quam etiam facilè perueniſſe Paulum, vel ex eo conuincitur, quòd ſeipſum in Epiſtola ad Philemonem, πρεσβύτην, hoc eſt ſenem (licet enim verbo eius vti) appellat. Volens ſiquidem Philemonem in ſuam ſententiam pertrahere Paulus, rogat eum inter alia, vt talis ſit, ſicut Paulus iam ſenex. ita Chryſoſtomus Homil. 2. ſuper eandem Pauli Epiſtolam. Grandis enim fuit Pauli præſentis honor & gratia: Pauli inquam, poſt ætatem ſenectutis expreſſam, &c. vide Chryſoſt. homil. 3. ſuper eandem ad Philemonem epiſtolam, &c.

Ceterùm quod nonnulli permoti verbis Actorum, vbi Paulus adoleſcens appellatur, volunt Paulum nequaquam ad tantam ætatem perueniſſe: præſertim cùm poſt conuerſionem ſuam, triginta quinque annos dumtaxat ſuperuixerit: & in lapidatione Stephani, teſtes dicantur depoſuiſſe veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis qui vocabatur Saulus, vt eſt in actis Apoſtolicis. Breuiter vt multis ſatisfiat, & auctoris mei ſuper certa illa Diui Pauli ætate, quam primò omnium ab eo poſitam atque expreſſam reperi, ſententia ſaluetur: quæro ex contrariæ ſententiæ aſſertoribus (qui vel in eo ſolo omnem difficultatem mouent, quòd Paulus dicatur adoleſcens fuiſſe in lapidatione Stephani) cuiuſmodi adoleſcentem ipſi tum fuiſſe Paulum exiſtiment? quindecimne, aut viginti annorum dumtaxat? ita proculdubio dicent: Sed ego ætatem eius potius ſcripturæ vſu, quàm noſtro loquendi more limitando, multò tunc maiorem fuiſſe, facilè oſtendero. Non enim in his & ſimilibus ipſius vulgi, ſed vſitata ac veneranda Scripturæ ſeruanda eſt appellandi conſuetudo: Quomodo etiam Iſaac Geneſ. 24. Puer vocatur, cùm Rebeccam in vxorem duceret, quando tamen ex verbis etiam Scripturæ Geneſ. 25. vel ad litteram, conſtat eum fuiſſe annorum quadraginta. Quid, quòd eodem loquendi modo, tres illi Sidrach, Miſach, & Abdenago in fornacem miſſi, etiam pueri appellantur, cùm tamen eoſdem viros fuiſſe conſtet, vt patet Danielis 3. vbi non ſemel virorum appellatio iiſdem attribuitur. Nunquid & Chriſtus ipſe diſcipulos ſuos pueros appellauit, Ioannis vltimo, vbi ſic eos compellat: Pueri nunquid pulmentarium habetis, &c. cùm tamen dubitandum non ſit, Petrum qui inter illos erat, ſi non plurium, ſaltem non pauciorum annorum tunc quadraginta fuiſſe, ſicuti ex eodem hoc cap. Ioannis ex Chryſoſtomo aliiſque demonſtrabimus alibi. Et quid mirum, ſi dicamus eodem loquendi modo, à Luca in actis Apoſtolicis Paulum, dum lapidaretur Stephanus, dictum adoleſcentem, licet tres & triginta, ſi non plures, tum habuerit annos: quam ſanè ætatem, facilè ab eo, in paſſione Stephani, fuiſſe completam, ſi ex ante dictis, à ſimili, ſatis probatum non ſit: probabo duplici alia ratione, etiam in eodem Actorum libro fundata: primum quidem ex eo quod Act. 8. Saulus dicitur deuaſtaſſe Eccleſiam, & viros ac mulieres per domos intrans, traxiſſe tradidiſſeque in cuſtodiam, &c. Quodque Act. 9. dicitur adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini, petiiſſe à Principe Sacerdotum Epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas, vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hieruſalem: tum quòd poteſtatem habuerit à principibus Sacerdotum, alligandi omnes qui inuocabant nomen Domini, &c. Et cùm hi omnes actus ſint viri potius quàm adoleſcentis aut pueri, ſicuti nos communiter illorum appellatione vtimur: certum eſt Paulum tum virum & non adoleſcentem, noſtro loquendi modo fuiſſe. Huius vt maior tibi à nobis fiat fides, probatur idem ſecundo, vel ex eo quòd Paulus etiam priuſquam conuerſus eſſet, à Luca vir appelletur, vt eſt Acto. 9. ſi rectè obſeruaueris, vbi Ananias reſpondit: Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Hieruſalem, &c. Cuius autem ætatis vir fuerit, tu ipſe ex actis & factis eius antecedentibus coniice: mihi quidem ex his quæ adduximus, euidenter ac neceſſario concludi poſſe videtur, Paulum in lapidatione Stephani, ſi non plurium, ſanè non pauciorum annorum 33. eſſe potuiſſe, vt & vſus loquendi Scripturæ intelligatur, & ſententia auctoris mei ſaluetur. Sed iam quoque conſideremus, quot adhuc annos poſt ſuam ad Chriſtum conuerſionem ſuperuixerit Paulus, quod vt liquido conſtet, vniuerſum tempus vocationis ſiue conuerſionis, ac prædicationis eius vſque ad Martyrium ipſius, attendamus

Act. 7. ca.

Nota.

Acto. 7.

Nota.

neceſſe

Iſid. Iſp. in vita Pauli de patr. noui teſtam.

A neceſſe eſt: primumque ponamus cum Iſidoro Iſpal. Epiſcopo, aliiſque tempus inter paſſionem Domini, & Pauli conuerſionem ſtatuentibus, inter hoc & illud, biennium interſluxiſſe: cùm communis hæc ſit omnium ſententia, Stephanum leuitam ac Protomartyrem (cuius martyrio intererat Paulus, tunc adhuc Saullus) à Iudæjs non longè poſt Aſcenſionem Domini lapidatum eſſe, eodem ſcilicet anno, & Paulum ſecundo poſt Aſcenſionem Domini anno, conuerſum: ſtatuamuſque cum Euſebio Pamphili, quem in hanc partem citat Metaphraſtes, Paulum viginti & vnum annum prædicaſſe pietatem in Chriſtum, & alios duos annos Cæſareæ tranſegiſſe in carcere, quibus & coniungit Euſebius duos priores annos quos egit Romæ, & vltimos decem, vt eius quoque prędicationis & vocationis vniuerſum tempus ſit triginta quinque anni. Atque hunc eundem annorũ numerum, à Paulo poſt vocationis tempus vſque ad Martyrium, completum ponit & D. Hieronymus, ſic de eo ſcribẽs: Hic ergo decimoquarto Neronis anno,

Actor 9. Metaphr. in com. de certaminibus peregrin. & laboribus ac cõſummat. Petri & Pauli ſub finem.

B eodem die quo Petrus Romæ pro Chriſto capite truncatus, ſepultuſque eſt in via Oſtiẽſi, anno poſt paſſionem Domini trigeſimo ſeptimo, &c. Et ne hic aliquam ſubeſſe exiſtimes diſcrepantiam, animaduerte Metaphraſten ex ſententia Euſebij, computare annos quibus poſt conuerſionem ſuam ſuperuixit Paulus, atque ità 35. ſtatuere, cùm ſecundo poſt Aſcenſionem Domini anno, conuerſus ſit: Hieronymum autem à die Paſſionis Domini, & ſic 37. ponere, ex quibus ſi biennium illud tollas, 35. remanebunt. Quibus ſic poſitis, euidenter concludo ex tribus illis & triginta, ſi non pluribus annis, quos ante conuerſionem ſuam habuit Paulus, & alijs 35. quibus poſt conuerſionẽ ſiue vocationem ſuam ad Apoſtolatum, vſque ad tempus martyrij ſui ſuperuixit, ſaluari ſententiam Chryſoſtomi, ac S. Paulum cùm pateretur, non potuiſſe pauciores annos ſexaginta octo habuiſſe. Eodem etiã modo, Lectori vt per omnia ſatisfiat, ætatem Petri, ex firmis coniecturis veriſque rationibus atque auctoritatibus, tempore ſui martyrij fuiſſe octuagenariã, breui ſpero demonſtrabimus alibi.

Hieròny. in vita Pauli de viris illuſt.

Noll.

D. Paulus non poſſ... [illegible]

Eſt autem Beatus Petrus à Bethſaida Galilæa, &c.

Ibid. Patria Princip. Apoſt. Pet. & Pauli. Ioan. 1.

C Hic breuiter Principis Apoſtolorum, & Doctoris gentium deſcribitur patria: erat ſiquidẽ Simon Petrus Filius Ionæ, prouinciæ Galilææ ex vico ſiue oppidulo Bethſaida (vnde & Philippus oriundus erat) frater Andreæ Apoſtoli, Apoſtolorum Princeps, & fortiſſimus fidei agonotheta. Paulus autem qui anteà Saulus dictus erat, de tribu Beniamin oppido Iudææ Giſcalis fuit, quo à Romanis capto, cum parentibus ſuis Tarſum Ciliciæ, cõmigrauit. Vnde & in Actis Paulus ſe hominem Iudæũ à Tarſo Ciliciæ, non ignotæ ciuitatis municipem appel-

Acto. 21. & 22.

D lat. De quo Hieronym. in Catal. ſcript. Eccleſiaſt. Quoad verò nomina Patris & Matris Pauli, ea memoriæ non eſſe proditã, alibi notat Chryſoſtomus, aſſerens tamẽ Iudæum fuiſſe patrem eius & ciuem Romanum, Hebræum de tribu Beniamin, & Iſraelitam ex ſemine Abrahæ, vt ex actis Apoſtolicis. & ipſius Pauli epiſtolis maximè euadit perſpicuum.

Chryſoſt. in 1. Cor. c. 5. ho. 13. Rom. 11. 2. Cor. 11. Philipp. 3. Ibid.

Obdormiere autem in magna Vrbe Roma veteri, vigeſimo nono die menſis Iunij, &c.

Ex hoc loco, & diem & locum martyrij glorioſorum Apoſtolorum Petri & Pauli diſce, neque abſque cauſſa factum puta, quod glorioſiſſimi illi Chriſtianæ fidei principes, vno die (qui vt hic docerit à Chryſoſtomo, erat vigeſimus nonus menſis Iunij) vno loco, vnius tyranni tolerauere ſententiam: Vno die paſſi ſunt vt ad Chriſtum pariter peruenirent. vno in loco, ne alteri Roma deeſſet. ſub vno perſecutore, vt æqualis crudelitas vtrumque conſtringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perſecutor pro virtute decretus eſt. Et

Cur Petr. & Paulus vno & eodem die, in vna vrbe, & ſub vno tyranno paſſi ſint.

A in quo tandem loco martyrium pertulerunt? In vrbe Roma quæ principatum & caput obtinet nationum: ſcilicet vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis, & vbi gentilium principes habitabant, illic Eccleſiarum principes morarentur. Ambo inquam vno die paſſi ſunt, ſcilicet vt quos vna fides ſeruitio deuinxerat, vna dies martyrio coronaret, &c. Atqui hæc ex doctrina Ambroſij, ſerm. 68. Maximi homil. 5. in Nat. Petri & Pauli, Iſid. Iſpalen. in vita S. Pauli, lib. de Patrib. nou. teſt. & aliorum. Quod autem in vrbe Roma, vno eodemque non ſolum die ſed & anno ſimul Petrus & Paulus paſſi ſint, rationibus ſimul ac auctoritatibus quampluribus iiſque irrefragabilibus, à nobis demonſtrabitur alibi.

Ambroſ. Maxim.

In magna Vrbe Roma veteri, &c.

B Dicit (in Roma veteri) Chryſoſtomus, ad diſtinctionem Romæ nouæ, quæ eſt Conſtantinopolis, quem modum loquendi ferè ſeruatum videmus ab antiquiſſimus ſcriptoribus Eccleſiaſticis Græcis, Græcorumque conciliis. Vnde ad hanc differentiam modumque loquendi alludens alibi Chryſoſtomus, de loco ſepulturæ S. Petri ſic enarrat: Conſentaneum inquam fuit ſeipſum, his qui per eum Chriſto crediderant diſtribuere atque impertiri, & Romæ quidem veteri, venerandi ſui corporis depoſitionem ac ſepulturam largiri, huic autem Regali & nouæ vrbi (de Conſtantinopoli loquitur) eorum quæ paſſus eſt ſymbola atque inſignia relinquere, & ſacratiſſimi corporis loco, ſuauiſſimarum catenarum munere, vrbem hanc afficere, &c. Ita Metaphraſtes, in oratione quam ſub nomine Chryſoſtomi circumfert, de laude Catenarum & gladij S. Petri Apoſtoli 16. Ianuarij.

Differẽtia inter Romam veterem & nouam.

Chryſoſt.

Sub iniquiſſimo Imperatore Nerone è medio ſublati, &c.

Cum nomen Chriſti per populos magis magiſ-

Gre. Tur. lib. 1. hiſt.

C que dilataretur à glorioſiſſimis Apoſtolis, oritur contra hoc antiqui ſerpentis inuidia, & totis ſe Imperatoris præcordiis ſæua immittit malignitas. Nam Nerò ille luxurioſus, varius atque ſuperbus, virorum ſuccuba, & rurſus virorum appetitor, matris, ſororum, ac proximarum quarumcumque mulierum ſpurciſſimus violator, ad complendam malitiæ ſuæ molem, primus contra Chriſti cultum, perſecutionem excitat in credentes, primumque Petri & Pauli tanquam ducum & ſigniferorum in populo Dei necem expetiuit, ac hunc quidem capite deorſum deuoluto, cruce: illum verò enſe, interficiendum curat. Sed quanam cauſſa commotus? In cauſſa ob quam eos martyrio ſubiecerit crudeliſſimus Nero, omnes in eo conueniunt, quòd impiá atque iniuſta exſtiterit: ſed diſcrepantia exiſtit, quòd alij velint Neronem id temporis

Sueton. in vita Neronis.

Euſeb. Cæſar. li. 2. hiſt. Eccleſ. c. 25.

D in eos fuiſſe commotum, propter fœminas quæ in Dominum crediderant, & pudicè caſteque viuere ſtatuerant, neque cum eo amplius congredi ſuſtinebant, ſed ab immundo illo congreſſu ſeſe penitus liberabant. Alij in id cauſſam crudelitatis illius referunt, quod illi inter cetera mirabilia, etiam Magum illum Simonem Orationibus ſuis, de vacuo aëris præcipiti ruina proſtrauerint, illumque in multis confuſum reddiderint, cùm & eo potiſſimum conſilio, Petrum Romam acceſſiſſe ſcribat Clemens, qui eo quarto loco ſucceſſiſſe creditur: vt magi illius (quæuis impiò de ſe iactantis & inter alia mortuorum reſuſcitationem) errores refutaret. Ita ſentit Egeſippus celebris & antiquus admodum auctor lib. 3. eiuſdem, de excidio Hieroſolymitano cap. 2. Ita Maximus Epiſcopus Taur. ſerm. 1. de Natali Petri & Pauli, clariſſimè tenet. Ita Gregor. Tur. lib. 1. hiſtor. Nicephorus lib. 2. hiſtor. Eccleſiaſticæ, cap. 16. & 17. cum plurimis aliis, quos hic longum foret nimis recenſere, ſuſtinent. Sed quoniam iam coronis huic commenta-

Lin. Pap. de Paſſ. Pet. & Pauli, Marcel. lus in vita Petri. Chryſoſt. in Orat. aduerſus eos qui prohibent fieri Monachos. Ita Metaphraſtes in comm. de peregr. & conſum. Petr. & Pau.

riolo noſtro in Magnos illos duos Apoſtolos, imponenda eſt: hoc ſolum reſtat conſiderandum, quem exitum, quemue impiæ illius ſuæ tyrannidis fructum conſecutus ſit Nero, eiuſque præſtigiator flagitioſiſſimus Simon Magus.

Quis fuerit exitus ſiue interitus tam Neronis, quàm Simonis Magi.

Matt. 21.

Cum verum ſit malos male perdi (vt eſt in Euangelio) id ſi in aliis, ſanè in teterrimo illo Reip. buſto Nerone, eiuſque præſtigiatore Simone Mago omnium vitiorum ac turpitudinum lerna, locum habuit: quorum illi, cùm quattuordecim annos præter paucos admodum menſes imperium adminiſtraſſet, ad ſummam eius inſaniam hoc fuit reliquum: vt mente per intemperiem captus, manus tandem ſibiipſi afferret, &c. Ita Nicephorus. Huius quoque funeſtum exitum exponens Gregorius Turonenſis, ſic de eo commemorat: Cùm Petrum cruce, Paulum gladio interficiẽdos iuſſiſſet Nero, excitatam ſuper ſe ſeditionem fugere tentans, quarto ab Vrbe lapide propria ſe manu interfecit, &c. Haud diſſimile de eiuſdem interitu, narrat etiam Suetonius in vita Neronis. Et Tacitus, vitam eius lib. 13. 14. 15. & 16. percurrens. Ita quoque de eodem habet Paulus Oroſius lib. 7. cap. 7. Et poſt hos D. Honorius Auguſtudunenſis presbyter, in ſpeculo ſuo Eccleſiaſtico, ſermone quodam de Petro & Paulo, hoc amplius referens, quòd Nero poſt internecionem Apoſtolorum, à populo Romano propulſatus, in ſiluis deliteſcens, à lupis deuoratus ſit. Vtut ſit, probroſa eius mors exſtitit, & funeſta: cùm & à Romanis profligatus ſit, & ſibi ipſi violentas manus intulerit. Sed iam eius præſtigiatoris, mortis quoq; genus expendamus, vt funeſto impiorum exitu terreantur mali, & hinc conſolationem aliquam accipiant boni: Simon magus præſtigiator Neronis & ſeductor populi, dæmonum ope in cælum euolare contendens, ne hac ſpecie Chriſtianus populus deluderetur, precibus Petri effectum eſt, vt implicatus remigiis alarum quas ſumpſerat, præceps in terram corruerit, non tamen ſtatim exanimatus, ſed fracto debilitatoque crure (vt eſt apud Egeſippum) Aritiam conceſſit, ibique mortuus eſt. Ita quoque aduerſus Simoniam hæreſim ſenſiſſe videtur Epiphanius: ita habet & Maximus Epiſcop. Taur. ſerm. 1. de Natali Apoſtolorum. Quin & hunc, ſecundo poſt eius ex aëre lapſum die, demum interiiſſe, refert alibi Metaphraſtes, in hæc verba: Simon Magus lapſus ab aëre, ad terram fertur caſu miſero & miſerabili, & contrito toto infelici corpore, ſecundo poſt die miſeram emittit animam, acribus cruciatus doloribus, &c.

Niceph. lib. 2. c. 37 & lib. 2 cap. 5. — Gre. Tur. lib. pri. Hiſt. in vit. Petri — Suet. Tacit. Oros. Honor. Auguſtu. — Ita cõmunis hiſtoriæ habet traditio. — Interitus Simonis Magi. — Egeſip. lib. 3. c. 2. Epiphan. Maxi. Tau. — Metaphr. de certa laborib. peregrin. & conſummat. Petri & Pauli.

Alij autem volunt illum non ſuperuixiſſe, ſed ſtatim ex illo caſu periiſſe, atque ita ſentit Nicephorus, ſic de eo ſcribens: Simon ſe Chriſto æquiparans, in cælum volare, dæmonibus cum quibus ſe permiſerat ducentibus, conatur. At Petri oratione Simon dæmonum ope in cælos euolans, ſtatim præceps deorſum verſum fertur, & humi alliſus mortuuſque rumpitur, &c. De eo verò Honorius Auguſtud. loco antè citato ſic enarrat: Simon, inquit, Magus promittens ſe cælum aſcenſurum & Neronem ad ſe de terris auocaturum, ſi ei alta turris fiat, ex qua cælum petat, cùm id inter peccatores fieri non conueniat. Iuſſit igitur Nero, aduocata multitudine artificum, ligneam turrim exſtrui, ad quod ſpectaculum totus populus Romanus confluxit. Simon verò laureatus cœpit volare, atque à dæmonibus portatus aëra penetrare, quos Petrus adiurat, & ne eum vlterius ferant, per Chriſti nomen imperat: mox ab eis relictus cecidit, & in multa fruſta diſſiliit, &c. Hæc ille. Ceterùm grauior antiquiorque ac proinde & verior habenda eſt ſententia priorum, aſſerentium Simonem

Niceph. lib. 2 hiſt. Eccl. c. 36 — Honor. Auguſtu.

A

Magum non ſtatim atque corruiſſet mortuum, ſed poſt ſuum illum caſum Aritiam conceſſiſſe, ibique acribus cruciatum doloribus fuiſſe extinctum: an autem ſub Claudio aut potius Nerone (quia dubitant nonnulli) priuſquam cõcludamus, videndum certique quid ſtatuendum nobis erit.

Simon Magus Aritiæ interiit.

Quòd Simon Magus ſub Nerone veriùs quàm Claudio perierit oſtenditur.

Tametſi non deſint qui ſub Claudio potius quàm Nerone, Simonem Magum buſtum Chriſtianæ Reip. peſtilentiſſimum, periiſſe contendant: me tamen vt contrarium magis verum credam, grauiſſima longeque clariſſima, quæ in medium proferre viſum eſt, conuincunt teſtimonia, principalioreſque in ſolum Neronem conueniunt cauſſæ. Et vt hoc primum, fide digniſſimorum teſtium comprobem auctoritatibus: Egeſippus inſignis & vetus auctor, loco ſupra citato, ſcribit Neronem ſimulatque intellexiſſet exitialem amici ſui Simonis Magi caſum, cauſſas quæſiiſſe Petrum & Paulum occidendi, &c. In huius confirmationem accedit, quod Damaſus Papa in ſuo Pontificali recenſet, Petrum cum Simone Mago multas diſputationes habuiſſe, tam coram Nerone Imperatore quàm coram populo, & quos beatus Petrus ad fidem Chriſti aggregabat, ille per magias & deceptiones ſegregabat, &c. Non potuit igitur coram Nerone Imperatore diſputare, quem tu ſub Claudio qui Neronem in Imperio præceſſit, mortuum arbitraris.

B

Egeſippus lib. 3. de excidio Hieroſol. cap. 2. — Damaſ.

Quin & Maximus Taur. Epiſcopus affirmat Petrum à Nerone occiſum, quòd inter cætera mirabilia, etiam Magum orationibus ſuis de aëris vacuo præcipiti proſtrauerit, &c. Gregorius autem Turonenſis refert, quòd Nero ſecum habuerit Simonem Magum virum totius malitiæ omniſque magicæ artis Magiſtrum, quo eliſo per Apoſtolos Domini Petrum atque Paulum, commotus in eos, Petrum cruce, Paulum gladio interfici iubet, &c. Atqui hæc Nerone imperante geſta eſſe quis dubitat. Huc accedit quod Nicephorus Caliſtus non obſcurè de eodem, in hæc verba recitat: Nerone imperante Simon Magus Romæ miracula per impoſturas & præſtigia edebat, &c. Et alibi apud eundem ſic reperitur: Diuus Petrus orbe peragrato, ſub Neronis Imperio Romam venit, ad Simonem Magum perturbatorem Euangelij Chriſti coarguendum, &c. Eiuſdem quoque eſt ſententiæ D. Honorius Auguſtud. vbi ſupra, qui inter alia habet, quod Nero ob caſum atque interitum Simonis magi, quem à Petro aiebat procuratum, furore repletus, iuſſerit Apoſtolos ſuppliciis interire, qui ilicò carcerali cuſtodia, nouem menſibus macerantur, &c.

C

Maxim. ſer. 1. in Natali Pet. & Pauli — Gre. Tur. — Niceph. lib. 2. hiſt. Eccl. c. 27 & lib. 2. cap. 37. — Hon. Auguſtud.

Sed & principaliores cauſſæ ſi quærantur, in ſolum Neronem conuenire reperientur: Neque enim ob Chriſti doctrinam, veteres ſcribunt Petrum à Nerone interemptum: ſed quod in Chriſti doctrina, & Magum vnicas Neronis delicias, planè confuſum reddiderit ac quaſi ad necem coegerit: tum quod duas eius amiciſſimas pellices ab illo impuriſſimiſque eius libidinibus, ad fidem in Chriſtum pietatemque traduxerit. Quæ vni Neroni Imperatori ſæuiſſimo conuenire, ibit inficias peritorum Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ nemo. Quod ſi quis refragetur, illi ex ſacra vetuſtate, pro priori parte, teſtes oppono omni exceptione maiores, Egeſippum antiquiſſimum & celeberrimum auctorem lib. 3. de excidio Hieroſolymitano cap. 2. Maximum Epiſcopum Taur. ſerm. 1. de Natali Petri & Pauli. Gregor. Turon. lib. 1. Hiſtor. Niceph. lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 16. & 17. alioſque complures, quos hic citare in re clara & certa, longum aut potius ſuperuacaneum foret nimis. Poſterioris ſententiæ auctores ne putentur deeſſe, etiam dabo

D

Nota. — Egeſipp. Maxi. Tau. Gre. Tur. Niceph.

aliquot

Lin. Pap. Marcell. Chryſoſt. Metaphr.

aliquot antiquitate ſimul & auctoritate celebres, Linnus Pap. de paſſ. Petri & Pauli. Marcell. in vit. Petri: & poſt hos Chryſoſt. in Orat. aduerſus eos qui prohibent fieri Monachos, Metaphraſt. in Comment. de peregrinat. & conſummat. Petri & Pauli. Ex quibus omnibus infero atque concludo, Simonem magum vnicas delicias Neronis, imperante ipſo Nerone, & non Claudio (vt quidã malè legentes, aut potius intelligentes ſacras Hiſtorias volunt) interiiſſe. Atque hic finis prioris Commentarij noſtri in magnos illos Apoſtolos Petrum & Paulum, eſto.

GERARDI VOSSII

COMMENTARIVS

IN SANCTI PATRIS NOSTRI

IOANNIS CHRYSOSTOMI

Archiepiſcopi Conſtantinopoleos Homiliam in Sanctos duodecim Apoſtolos.

ARGVMENTVM.

IN hac Homilia quæ ipſis feriis Pentecoſtes videtur habita, Chryſoſtomus aureo quodam verborũ flumine, tractat de vocatione ac electione duodecim Apoſtolorum, eorumdemque ad prædicandum verbum Dei per ſingulas quaſque orbis terræ prouincias diſperſione, infidelium ad Chriſtum per eos cæteroſque diſcipulos conuerſione, forti eorumdem aduerſus Barbaros certamine, & de plurimis miraculis quibus adhuc viui claruerunt. Denique pulcra Petri & Pauli ponitur ὁμοιότης, & ad eoſdem inſtituitur Apoſtrophe, varia elegantique ſanè Antitheſi & Paronomaſia (quæ in Græco melius quàm latino perſpicitur) cum amplificatione admodum accommoda, illuſtrata.

Artem ipſorum in id quod eſt diuinius commutauit, inquiens: Venite poſt me, & faciam vos piſcatores hominum, &c.

Habetur hæc oratio tom. 5 fol. 600. d Matt. 4.

Ecce qui prius piſces capiebant ſuis arundinibus, ſecuti Chriſtum mox piſcatores euaſere hominum, artemque ſuam vilem atque humilẽ, cum profeſſione ſublimi atque diuina commutant: Ex piſcatoribus ſiquidem facti ſunt doctores, vt ſcilicet reti verbi (ſicuti alibi enarrat Chryſoſtomus) comprehendant homines de hoc mundo falſo & fluctuabundo, tempeſtuoſo & inſtabili, perfido & ſemper periculoſo, neminique vnquam tuto, vbi homines non ambulant ſed feruntur inuiti quaſi nolentes: Nam violentia diaboli concupiſcentias multas inoperans, eis mentitur ſe: quia cum delectatione compellit in mala. Vbi homines alterutrum ſe comedunt, ſicuti piſces ſemper fortiores, deuorantes infirmiores: vt tranſlati viuant in terra, corporis Chriſti facti membra in terra fructifera, in terra dulci ſemperque tranquilla, vbi non eſt tempeſtas ad demerſionem: vbi fortes ad tentationem fidei, & patientiæ fructificationem: vbi homines ambulant, non feruntur, vbi ſe alterutrum non comedunt habitantes, ſed fouent, &c. Hæc Chryſoſtomus. In mediis autem occupationibus exiſtentes illos poſt ſe venire iubet, oſtendens ſui ſequelam cunctis rebus mundi præponendam, cùm nemo (vt alio quodam in loco idem habet Chryſoſtomus) queat terrenis frui, & perfectè ad cæleſtia peruenire. Itaque Apoſtoli ſuam vocationem minimè negligendam cenſentes, omnibus relictis ſecuti ſunt Chriſtum, non arundine, ſed ſermone atque prædicatione (vt eſt in conſequenti ſerie huius Orationis) hominum greges ſapienter expiſcantes.

Chryſoſt. hom. 7. & 4. ſuper Matthæũ in 2 expoſitione.

Chryſoſt. ho. 14 in c. 4. Matt.

Petrus hinc Romam erudit, Paulus inde mundo Euangelium annuntiat, Andreas Græcia ſapientes corrigit, &c.

Vide fol. 691. col. 1. A.

Egregia ſanè munium Apoſtolicorum partitio, eorumdemque per orbem diſtributio. Etenim cùm Apoſtoli, accepto per Spiritum Sanctum dono variarum linguarum, diſtributis ſibi terrarum partibus, vniuerſum mundum prædicatione Euangelij imbuendum ſuſcepiſſent: Beatiſſimus Petrus Apoſtolici ordinis Princeps, ad arcem Romani deſtinatur imperij, ſcilicet vt lux veritatis quæ in omnium gentium reuelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus diffunderet, &c. Itaque cùm prius Antiochenæ Eccleſiæ aliquot annos præſediſſet, inde ad magnam & antiquam vrbem Romam, ad expugnandum Simonem Magum, ſecundo Claudij anno perrexit, vbi & eundem poſtea eiicit, ibidemque Cathedram Epiſcopalem totos 25. annos tenuit, cruceque in Vaticano vitam cum morte commutauit, octogenarius (vt alibi demonſtrauimus) exiſtens.

D. Petrus Romam venit.

Petrus octogenarius.

Paulus qui antea Saulus, Apoſtolus gentium, extra numerum duodecim, de tribu Beniamin, & ex oppido Iudææ Giſcalis, Iudæorum aduocatus, à Chriſto de cælo vocatus, fulminiſq; ictu in terram proſtratus, qui viſum deperdens cecidit, eodemque recuperato ſurrexit, ex perſecutore factus vas electionis, & ex lupo agnus, inter Apoſtolos vocatione nouiſſimus, & prædicatione primus: hic toto orbe peragrato, Chriſtique nomine gentium populis ad quos adhuc prius non peruenerat patefacto, poſt innumerabiles labores, variaſque perſecutiones hinc à gentibus, inde à Iudæis ſuſceptas, vltimo Romæ vno eodemque tempore ac die, cum Petro auerſis veſtigiis in Crucem adacto, ſub iniquiſſimo Nerone, gladio plexus, & in via Oſtienſi ſepultus eſt, perfecto annorum octo & ſexaginta numero.

Act. 9. 22 & 26. Hiero. de ſcriptor. Eccleſiaſ.

Ætas Pauli.

Andreas frater Petri, Græciæ ſapientes correxit, multis prædicationibus, vitæque innocentiæ exemplis, ac variis miraculis clarus, tandem ab Ægea proconſule Achaiæ, ob prædicationẽ Euangelij comprehenſus, in vincula coniicitur, deinde grauiſſimè cæſus in Cruce ſuſpenditur, in qua adhuc biduum ſuperuiuens, ea quæ Chriſti ſunt non ceſſauit populum edocere. Ita de S. Andrea ſcriptis prodidere Presbyteri & Diaconi Eccleſiarum Achaiæ, qui plenè vitam & paſſionem eius conſcripſerunt. Bernard. in ſerm. in vigilia S. Andreæ. Ado Epiſcop. Treu. in Martyrol. pridie Cal. Decemb.

Presb. Acha. Bernard. Ado Treu.

Simon Iacobi frater & Iudæ, ad Barbaros profectus, eos (vt hic enarrat Chryſoſtomus) Deum edocuit, Ægyptoque idolis deditæ, verum Dei cultum & fidem prædicauit, cunctiſque in ea prouincia idolis expugnatis, Hieroſolymam reuerſus eſt, & Iacobo fratri ſuo defuncto Epiſcopus ſuffectus, plenus ætate annorum 120. forti animo crucem tulit, in illa Magiſtro & conſobrino aſſimilatus, ſub Traiano Cæſare, ſpiritum Deo reddidit. Euſeb. Cæſar. lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 32. Iſidor. Iſpal. de patribus noui teſtam.

Ætas Simonis Apoſt.

Euſeb. Iſidor.

Thomas lateris cicatricem in corpore Chriſti explorans, de ipſius reſurrectione mundum certiorem reddidit, veritatemque Euangelij quam ſenſibus ipſis erat expertus, prædicauit Parthis, Medis, Perſis, ac Æthiopibus (quos & ſacro, vt hic ait Chryſoſtomus, dealbauit baptiſmate) & id genus Barbaris aliis, ipſis quoque Indis ſuperioribus, apud quos prædicationem ſuam vſque ad titulum ſuæ paſſionis perducens, lanceis transfixus occubuit, & Calaminæ (quæ eſt ciuitas Indiæ) Apoſto-

latus

latus honorem, Martyrij corona decorauit, ſuorumque laborum præmia recepit, vbi & cum honore ſepultus eſt. vide Iſidorum de vita & obitu Sanctorum, cap. 76. Ruffinum, lib. 11. cap. 5. Sophronium de viris illuſtribus cap. 8.

Iacobus Maior in iis quæ fidei ſunt & Religionis Chriſtianæ, Iudæam erudit, tribubuſque quæ ſunt in diſperſione gentium atque Hiſpaniæ, & occidentalibus locis Euangelium prædicat, luceque prædicationis effulget. Qui denique in Marinarica Achaiæ ab Herode tetrarcha gladio cæſus occubuit, ibidemque ſepultus creditur. Vide Euſeb. lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 9. ac Clementem Alexandrinum in ſeptimo diſpoſitionum ſuarum libro. Iſidorum de vita & obitu Sanctorum quorumdam vtriuſque teſtam. cap. 73. Bedam in Martyrol. 26. Maij. Sophr. de viris illuſtribus cap. 5.

Euſeb. Cæſar. Clem. Iſidor. Beda. Sophron.

Marci thronum ab Alexandriæ quæ eſt ad Nilum ſalutari, hic inquit Chryſoſtomus: Quoniam Marcus aſſumpto Euangelio quod ipſe conſcripſerat, & D. Petrus approbauerat, perrexit in Ægyptum, & primus Alexandriæ Chriſtum adnuntians, Eccleſiam tanta doctrina vitæque continentia conſtituit, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui facile coëgerit. Octauo Neronis anno naturæ conceſſit, & Alexandriæ ſepultus, ſibi ſuccedente Aniano. De hoc lege Euſeb. lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 15. & 16. D. Hieronym. de viris illuſtribus cap. 18. & Iſidor. de vita & obitu SS. Patrum cap. 85. & Bedam in Martyrologio.

Euſeb. Hiero. Iſidor. Beda.

Lucas Euangeliſta, medicus Antiochenus, Pauli diſcipulus & indiuiduus eius peregrinationis comes, Euangelij prout à Paulo aliiſque Apoſtolis illud audierat, & Apoſtolicæ Hiſtoriæ, ſecundum quod rem geri viderat, conſcriptor. Qui poſtquam ſummo cum labore atque vigilantia, Euangelicæ prædicationis opus exercuiſſet, octuageſimo quarto ætatis ſuæ anno, mortalem hanc vitam cum immortali ſemperque beata commutauit. vide Hieronymum in libro de viris illuſtribus cap. 17. & Iſidor. de ortu & obitu quorumdam Sanctorum vtriuſque teſtam. cap. 80.

Aetas Lucæ. Hieron. Iſidor.

Matthæus Apoſtolus & Euangeliſta, primus ſcripſit Euangelium, vitam & doctrinam Chriſti complectens, litteris & ſermone Hebræo: mox Æthiopibus prædicauit, vnde magos expulit victos, Egippi regis filium Euphronem à morte ſuſcitauit, eiuſque filiam Iphigeniam virginem caſtam Chriſto conſecrauit, cuius nuptias Hirtacus tyrannus concupiſcens, Apoſtolum illas impedientem, è medio tollendum & à tergo ante altare gladio incautè tranſverberandum curauit: ſicque S. Matthæus vndecimo calen. Octobris, munus Apoſtolicum Martyrij gloria cumulauit, dierum plenus (vt vult Metaphraſtes) exiſtens. De quo Euſeb. lib. 3. Hiſt. Eccleſ. cap. 24. & 39. Hieron. de viris illuſtribus cap. 4. Iſidor. de vita & obitu Sanctorum cap. 75.

Metaphr. in vit. Mat. 16. Nouem.

Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta, nouiſſimus ab Aſiæ Epiſcopis rogatus, conſcripſit Euangelium, diuinitatis Chriſti ampliſſimum teſtimonium, quod quidem tam alto aggreſſus eſt initio, vt totus mundus penè capere nequeat, quæ ipſe parua admodum depinxit pagella. Compoſuit & Apocalypſin, velamenta ſiue Prophetias ſecretiſſimis myſteriis pleniſſimas, ſibi in pathmos inſula à Spiritu Sancto manifeſtatas, vbi plura ferè myſteria quàm verba continentur. Qui exilio cruciatus inter Græcos, inter Latinos Romæ feruentis olei dolio decoctus, at non læſus, plenus dierum adhuc Epheſios in fidei veritate (vt de eo hic refert Chryſoſtomus) confirmauit: Et ſexageſimo octauo poſt Paſſionem Domini anno ſecundum Hieronymum, obdormiuit.

Hieron. lib. de vir. illuſt.

Bartholomæus Lycaoniam in ſortem prædicationis accepit, eamque maiori temperantia imbuit, Indis Euangelium ſecundum Matthæum interpretatus. In Albano maioris Armeniæ ciuitatē, vbi Palæmonis Regis filiam dæmoniacam curauit, Regis Aſtiagis iuſſu, ab iniquiſſimis poſtquam actus fuit in crucem, adhuc viuus excoriatus, & denium capite plexus eſt: ſicque ad gloriam immortalitatis & felicitatis æternæ migrauit. De hoc plura qui volet, videat Hieron. de vir. illuſtr. cap. 7. Iſidorum Epiſcopum Iſpal. de Patrib. noui teſtamenti, antiquioreſque alios Martyrologos.

Metaphr. in S. Bart. Hieron. Iſidor.

Philippus Bethſaidæ Galilææ natus (vnde & Petrus) ceteris putatur iunior: Is Gallis dicitur prædicaſſe Euangelium, Barbaraſque gentes tenebris ac tumenti Oceano vicinas, ad ſcientiæ lucem fideique portum deduxiſſe, & Scythas à ſerpente ſiue Dracone vexatos liberaſſe: Ad vltimum Hierapoli, quæ eſt ciuitas Phrygiæ, crucifixus lapidatuſque eſt ab Hebionitis, ibique ſepultus. De quo Euſeb. lib. 3. hiſt. Eccl. cap. 31. Iſidor. de Patrib. vet. ac nou. teſt. c. 75. Atque hæc pro inſtituto auctoris mei, de Apoſtolis ſimul & Euangeliſtis, qua fieri potuit breuitate, à me obiter dicta ſint. quibus grate frueris Lector, donec maiora & pleniora tibi de omnibus ſimul Apoſtolis atque Euangeliſtis, ſicuti Deo adiuuante decreuimus, prompſerimus.

Ioan. 12. Euſeb. Iſidor.

Huic claudus appropinquans, ſanus & integer pedibus rediit; in illum paralyticus incidens, lectum portare iuſſus eſt, &c.

De Petri & Pauli miraculis, habes hiſtoriam in actis Apoſtolorum, vbi traditur quomodo per manus Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe, vnde & magis augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum, ita vt in plateas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis: Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Hieruſalem, afferens ægros, & vexatos à ſpiritibus immundis, qui curabantur omnes. Atqui hæc de Petro, Actorum quinto capite leguntur. Alibi habes, quo pacto Lyddæ Æneam ab octo annis in grabato iacentem paralyticum ſanarit, ſolo verbo dicens, Ænea, ſanet te Dominus Ieſus Chriſtus: Surge & ſterne tibi. Et continuo ſurrexit, &c. Et in Ioppe, Tabitha mortua ad vitam à Petro ſolo verbo (ſurge) reuocata eſt, &c. Et alibi in nomine Ieſu, claudum à Natiuitate, conſolidatis baſibus è plantis eius, rectè ambulare fecit, &c. Reliqua vide ſupra.

Miracula Petri & Pauli. Acto. 5. Act. 9. c. 4. Acto. 9. Acto. 3.

Quin & Paulus (vt eſt in eodem Actorum libro) claudo cuidam Lyſtris ex vtero matris ſuæ, qui nūquam ambulauerat, ſanitatem & integritatem pedum reſtituit, magna voce dicens, Surge ſuper pedes tuos rectus. Et exiliit, & ambulabat. Alibi quoque puellam quandam habentem Spiritum Pythonis, ab immundo illo ſpiritu liberauit, inquiens: præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea. Et exiit eadem hora, &c. Apoſtolica etiā acta tradunt, quomodo à corpore Pauli ſudaria & ſemicinctia, ſuper languidos delata ſint, & receſſerint ab eis languores, & ſpiritus nequam egreſſi, &c. Hinc & multi credentium veniebant, confitentes & annuntiantes actus ſuos, &c. Denique Troade, cūm quidam adoleſcens nomine Eutychus ſuper feneſtram ſederet vt Paulū audiret: quo diutius diſputante, ſomno oppreſſus cecidit de tertio cenaculo deorſum, ſublatuſque eſt mortuus, ad quem deſcēdens Paulus, illum ad vitam non citra maximam omnium conſolationem, reuocauit, &c. Viperam etiam citra nocumentum è manu ſua excuſſit, & Publij patrē à dyſenteria & febribus liberauit, &c. Et hæc ſunt miracula omnia quæ Diuo Petro & Paulo in actorum libro, attributa reperi, de quibus & in commentario ſuperioris orationis in Petrum & Paulum, à me actum eſt.

Acto. 14. Acto. 16. Acto. 19. Acto. 20. Acto. 28. Ibidem.

Fol. 691. col. 1. A.

Paulus ex lupo factus eſt agnus, ex vepribus racemus, ex zizaniis frumentum, ex inimico amicus, &c.

Egregia ſanè Antitheſis eſt Paranomoſiæ coniuncta, cui non minus lepidè quàm artificioſè, hic Oratorum more inſiſtit Chryſoſtomus, qui eodem ornamenti genere etiam in aliis ſuis homiliis, ad dilatandam illuſtrandamque orationem (in quod vim ſuam exerit contrariorum collatio) non citra feſtiuitatem vti ſolet libenter: in quo & illum meritò alij concionatores ſtudioſè imitari deberent, tanquam optimum dicendi Magiſtrum. Ceterùm Antitheſis huius loci, in Græco facilior audituque ſuauior quàm Latino, quod conferendo Græca cum Latinis, verum eſſe deprehendet vtriuſque linguæ peritus Lector.

Aug. ſer. 14. de ſanctis qui eſt ſer. 1. de Conuerſione B. Pauli Apoſtoli.

Quomodo autē Paulus ex lupo factus ſit agnus, &c. præclare in quodam ſermone diſſerit Auguſtinus, vbi ſic habet: Paulus ex perſecutore Chriſtianorum, annuntiator factus eſt Chriſti, percutiens cum Chriſtus & ſanans, occidens & viuificans, occiſus agnus à lupis, & faciens agnum de lupis, prædictum enim erat in præclara illa prophetia, cùm Iacob Patriarcha benediceret filios ſuos, præſentia tangens & futura proſpiciens, quod in Paulo contigit: erat autem Paulus ſicut ipſe teſtatur, de tribu Beniamin, &c. Sed videatur conſequenter D. Auguſt. admodum pulcrè eandem Hiſtoriam enarrans, & D. Paulo applicans.

Ibid.

Qui cum Petro Redemptorem ſortitus es in ſepulcro, & cum ea hanc quoque non ſpreuiſti Sychem, &c.

Vult Chryſoſtomus dicere, Paulum & Petrum vno tempore migraſſe ad Dominum, quem ſimul ſortiti ſunt vereque poſſederunt in morte ſiue ſepulcro ſuo: Nō autem videtur rectè intelligi poſſe de ſepulcro Domini, ad quod quidem Petrum poſt reſurrectionem veniſſe certum eſt, Paulum autem (qui Chriſtum in carne non viderat) iſthuc cum Petro veniſſe, ſicque Redemptorem in ſepulcro ſortitum eſſe, minimè conſtet. Niſi aliam velimus ſequi lectionem, pro λυτρωτὴν hoc eſt, Saluatorem, Ρώμην, id eſt, Romam ponendo, ſicuti in alio quodam manuſcripto exemplari legi: vt ſit ſenſus facilior, hic ſcilicet, quòd Paulus cum Petro Romam ſortitus ſit, in vel ad ſepulcrum: vbi ſimul paſſi ſunt & ſepulti, hic quidem in Vaticano, alter autem in via Oſtienſi. Quod quoque non obſcurè innuit adiectâ clauſula, Et cum eo hanc quoque non ſpreuiſti Sychem: per Sychem intelligendo locum paſſionis & ſepulturæ, Romam ſcilicet, alludens ad locum ſepulturæ Iacob, qui in Sychem erat, vt ex illo Actorum patet: Et deſcendit Iacob in Ægyptum, & defunctus eſt ipſe, & Patres noſtri, & tranſlati ſunt in Sychem, & poſiti ſunt in ſepulcro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Emor filij Sychem, &c. De eodem ſepulturæ loco, legitur Geneſios 23. & 25. cap. quòd erat in ſepultura duplici in agro Ephron, ab Ephron comparata, vbi & Abraham cum vxore Sara ſepulti ſunt, &c.

Act. 7.

Vide fol. 891. Col. 1. A.

Qui ratione Beniamin, Ioſeph frater fuiſti, & ratione Theclæ, filiorum Pater atque Magiſter, &c.

Paulus Apoſtolus ex tribu Beniamin, minimi natu fratris Ioſeph, perhibetur fuiſſe: ratione cuius & ipſum modo quodam loquendi, fratrem Ioſeph nuncupare videtur, quòd is maximè etiam fratri ſuo Ioſeph carus eſſet. Cuius Hiſtoria legitur Geneſios 42. 43. 44. 45. & demum 49. vbi de eo dicitur: Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam: & veſperi diuidet ſpolia, &c. Quod etſi quidam ad Hieruſalem referant, quæ fuit in ſorte Beniamin, quæ dicitur lupus rapax, eo quòd ſanguinem Prophetarum & ipſius Chriſti fuderit, & mane egreſſionis de Ægypto, prædam id eſt, legem qualem à Deo exortam accepit, & adhuc eam comedit; at in veſpera mundi, diuidet ſpiritum viuificantem, à littera occidenti, &c. Non deſunt tamen qui illud de Paulo intelligendum velint, qui fuit de Beniamin: quique prius fideles perſecutus, poſtea fidei eloquia Dei & gradus Eccleſiæ legitimè diſpenſauit: & ſicut illa tribus multum fuit bellicoſa, ita Paulus ex maximo Chriſti perſecutore, ardentiſſimus eius factus eſt amator, & ſancti ipſius Euangelij ſtrenuus prædicator. Porro quod Chryſoſtomus ratione Theclæ, vocat Paulum filiorum Patrem atque Magiſtrum, id facit, non quòd liberos ſecundum carnem habuerit, ſed quia Theclam ex illuſtribus parentibus Iconij natam, in Chriſto parturierit, eamque fidei præceptis inſtituerit, vt omnibus fidei conſtantia, vitæ morumque integritate præluxerit, & inſigne ſui exemplum reliquerit. hinc ratione illius, modo loquendi accommodo, Chryſoſtomus ſuum Paulum, filiorum patrem atque Magiſtrum nuncupat, &c.

Matth. 23.

Act. 9. 22. & 26.

Nota.

Ambroſ. lib. 2. de virgin. Ado in ſuo Mart.

Ibid. B.

Vt ille quidem Cruci affixus, hic verò truncatus capite, vt qui vnam fidem prædicauerint, vnumque curſum conſummarint, &c.

Quod in ſuperiori oratione de martyrio Principum Apoſtolorum Petri & Pauli fuſius dicitur, in hac Homilia breuioribus attingitur: Circa quod, id dumtaxat cum Euſebio adnotandum duxi, crudeliſſimum Neronem (quandoquidem ſeſe apertum diuinitatis pietatiſq; hoſtem profitebatur) primum ipſorum Apoſtolorum, quippe qui Duces & ſigniferi erant in populo Dei, expetiiſſe neces: dum Paulum (vt hic recenſet Chryſoſtomus) capite, Petrum autem Crucis patibulo, impius condemnat impiè. Et hæc quidem in Vrbe Roma geſta fuere, quemadmodum in ſuperiori Apoſtolorum Petri & Pauli Encomio conteſtatum eſt ſatis: ipſorumque monumenta atque trophæa quæ magna ibidem ſunt, vel ipſi ſenſui viſus quantumuis excutienti, clariſſimè oſtendunt. Quod etiam Caius ille antiquiſſimus ſcriptor cum Zephyrino Epiſcopo Romano, aduerſus Proculum quendam Catafrygam diſputans confirmat, & hæc de Apoſtolorum Martyrij loco ac tempore luculenter enarrat: Ego, inquit, Apoſtolorum habeo trophæa quæ oſtendam. ſi enim procedas ad viam regalem quæ ad Vaticanum ducit, aut viam Oſtienſem, inuenies trophæa defixa, quibus ex vtraque parte ſtatutis, Romana communitur Eccleſia. Quod autem eodem tempore paſſi ſint (vt fuſius à nobis ſpero demonſtrabitur alibi) Dionyſius Corinthiacus Epiſcopus, cùm in Vrbe poſitus eſſet, & ſcriptis diſputaret, teſtimonium præbet, inquiens: Sed & vos habentes commonitionem à Petro vel Paulo, plantationem Romanæ, & Corinthiorum Eccleſiæ, coniunxiſtis: Ambo ſiquidem ſimul aduentantes, & in noſtra Corinthiorum Eccleſia docuerunt, & per omnem Italiam atque in hac Vrbe ſimul docentes, etiam martyrio pariter vno eodemque tempore coronati ſunt. Atque hæc vel ob id referuntur, vt Hiſtoria cunctis ſit confirmatior ac certior. Vide Euſeb. Eccleſiaſt. Hiſt. lib. 2. cap. 25. Quoniam verò vltima illa conſummatio glorioſorum horum Apoſtolorum, multum conſolationis omnibus meritò afferre poterit piis, viſum eſt priuſquam finem Commentariis meis imponam, pro præſentis loci occaſione incidenter de ea cuiuſmodi fuerit, paucula quædam ex priſcis Scriptoribus in medium adducere.

Euſeb. lib. 2. Eccleſ. hiſt. c. 25.

Caius. Zephyri.

Dionyſ. Corint.

Euſeb. Cæſar.

De vltima glorioſorum Apoſtolorum Petri & Pauli conſummatione.

QVandoquidem ex duabus hiſce auctoris mei Chryſoſtomi orationibus, noſtriſque in eaſdem illuſtrationibus, cuiuis perſpicuum eſſe poteſt, quibus quantiſque perſecutionibus glorioſi illi principes terræ Petrus & Paulus conflictati ſint, vt ad glorioſam Martyrij palmam inuicti pariter peruenirent: tum quanto animi ardore atque conſtantia non minas iudicum, non contumeliam, non mortem denique ipſam curantes, Chriſtum prædicarint, ſuoque vel ſanguine ſacrum Chriſti Euangelium Romanis ſignatum reliquerint. Iam reſtat, vt breuiter commentariis finem imponendo, explicemus, vltimæ illorum conſummationis, atque ab hac fragili & ærumnoſa vita ad cæleſtem illam longè feliciorem ſemperque beatam, emigrationis rationem: Quæ quantum ex antiquiorum monumentis colligere potui, ferè talis exſtitit.

Petro ad Vaticanum ducto vt ibi crucifigeretur, Paulus eodem tempore ac die ad viam Oſtienſem rapitur. Petrus loco & morte minus honorifica, nam Cruce & ad Neronis circulum, vbi probroſa morte affici communiter ſolebant multi, necatur. Paulus verò tanquam ciuis Romanus nobiliori morte ac loco moritur: ſiquidem gladio peremptus eſt, quo ſupplicij genere multabantur nobiles, & in via Oſtienſi. Petrus cum ad ſupplicij locum, qui in Vaticano monte erat, magna cum populi comitante caterua perueniſſet, intimo quodam animi affectu, his qui eum ſecuti ex pietate erant, valefaciens: Crucem primum adorat, ſeque in ea Dominum ſequi paratiſſimum offert, non tamen recta ſicut Dominus noſter crucifixus erat figura: ſed potius pedibus in altum erectis, & capite in terram deuoluto; In qua ſic clauis affixus, ipſe populum lacrymabundum conſolari, ac Chriſtum pro ſua Eccleſia deprecari non deſtitit. Poſt multas autem voces conſolatorias datas, variaſque ad Deum preces fuſas, mox vt populus ille totus qui ad Martyrij locum piè conuenerat, magna voce ad vltima illa verba Apoſtoli ſui, Amen. reſpondiſſet: Petrus ex hac lacrymarum valle, magna negotiatione perfecta, lætus ad Chriſtum migrauit, eique ſpiritum ſuum reddidit. Cuius corpus Marcellus cariſſimus eius diſcipulus è veſtigio nullius exſpectans ſententiam, propriis manibus vna cum S. Clemente, de Cruce depoſuit, illudque nitidiſſime vino ac lacte ablutum, myrrha diuerſoque aromatum genere optime condiuit, & iuxta locum in Vaticano, vbi crucifixus erat, ſepeliuit. Sed quo pacto Paulus ad Martyrij locum perrexerit, illudque ſubierit, tum quomodo ſe ante mortem, in morte, & poſt mortem geſſerit, ediſſere. Paulus ex altera parte (vt vera Hiſtoria referatur) cùm ad locum ſupplicij properaret, tranſiens per portam Oſtienſem, ſibi obuiam habuit præcipuam quandam matronam Romanam, nomine Perpetuam altero oculo cæcam (vt habet antiquiſſimum quoddam

Nota.

Ita conformiter habet hiſtoria cõmuniſque Patrum aſſenſus.

Linus in paſſione Petri. Marcellus in vita Petri. Metaphr. in vita eiuſdem.

Ita antiq. græcum Anon.

A Card. Sirleti manuſcriptum exemplar græcum anonymum continens acta & Martyrium magnorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ante hac non editum, iam vero recens per nos conuerſum, & propediem ſpero in lucem edendum) quam tamen communior ſcriptorum ſentẽtia tenet fuiſſe Plautillam ſororem D. Clementis: nonnulli etiam, vt Dionyſ. Areop. in quodam ſcripto ſuo agens de Martyrio D. Pauli, eiuſque in hoc ſequaces, D. Antoninus, & plerique alij eam Limobiã nuncupant, fortè quòd duplex hoc ei nomen impoſitum fuerit: Vt vt appellata ſit, hoc vnum certum eſt, hanc fuiſſe glorioſis hiſce duobus Apoſtolis deditiſſimam diſcipulam, veræque religionis ac pietatis feruentiſſimam cultricem, quam intuens Apoſtolus, hac ſua compellat voce: Vale Plautilla æternæ ſalutis filia, tuum mihi commodato præbe peplum quo caput tegis, quo ſudarij vice mihi morituro B obuelem oculos, illud ego tibi paullò poſt reſtituam. Quod cum ab illa Paulus accepiſſet, recta ad Martyrij locum (qui antiquitus Maſſa aquæ ſaluiæ vocabatur tribus ab vrbe millibus diſtans) perrexit: vbi oculis manibuſque in cælum ſublatis, cùm Orientem verſus non citra lacrymas diutius oraſſet, Deoque gratias egiſſet, dedit pacẽ, ſiue panem (vt quidam volunt) fratribus qui eum ſecuti erant, ita iis valedicens. Interea flexis genibus, perpetuæ ſiue Plautillæ velo ſibi ad oculos appenſo, ac ſigno S. Crucis muniens, ceruices ſuas percuſſori præbuit, in hæc extrema verba prorumpens: Domine Ieſu in manus tuas commendo ſpiritum meum. atque ſic caput ei abſciſſum eſt, ſtatimque ex ipſius collo pro ſanguine lac manauit, ac ſudariolum in ipſo ictu ſanguine plenum explicuit, eoque modo obuolutum ab ipſo Paulo ad perpetuam aut ſi mauis Plautillam delatum eſt, quod ita roſeo perfu- C ſum ſanguine, ipſa palpebris ſuis admouit, eiuſque contactu miraculoſe viſum recuperauit, illudque ipſa in verum hoc modo reſtituti ſibi pepli ac recuperati viſus teſtimonium, reuertentibus militibus exhibuit, non citra admirationem multorum. Ipſum autem caput, tertio è terra nomen Ieſu clara voce perſonans reſiliit, & in quoui ſaltu fons è terra miraculosè ſcaturiit, ita vt tres inſignes iique limpidiſſimi fontes, non abſque miraculo, ſingulis trinis ſaltibus pullularint: In cuius facti memoriam, ædificata ibidem reperiuntur tria ſacella, alterum altero depreſſius, & ſingula ſingulos fontes continentia, à quibus & tota Eccleſia trium fontium ſeu ad tres fontes, appellationem ſuſcepit, & ad hoc vſque tempus ſemper obtinuit retinetque. Cui loco à multis Pontificibus diuerſæ conceſſæ ſunt indulgentiæ. Atque hæc de vltima conſummatione magnorum Apoſtolorum Petri & Pauli obiter à nobis dicta ſint, quæ vna cum aliis quæ D damus ad inſignium iſtorum athletarum Chriſti geſta ac facta laudibus celebranda, admirationique eorumdem trophæa cunctis proponenda, placido gratoque animo ſyncere Lector accipe, & hos tibi pro veris patronis delige ac imitare. Quod ſi obtinuero, ſatis hiſce lucubrationibus meis apud te profeciſſe videbor.

Lin. de Paſſ. Pauli & com. trad. hiſt. Dion. areop. Antonin. part. 1. tit. 6 cap. 1.

Ita Lin. de Paſſ. Paul. & com. m. hiſtoria traditio.

Ita vetus illud græcum Anon. & comm. traditio. Metaphr. in vita Pauli.

De hoc vide portam æneã Baſil. S. Petri. Ita antiquũ illud Anon.

Ita pia veterum traditio. fonteſque adhuc hodie in Eccleſia trium fontiũ Romæ ſcaturientes teſtantur.

FLO-

Digitized by Google

FLORILEGIA,

SIVE FLOSCVLI

Ex S. Ioannis Chryſoſtomi operibus

hinc inde decerpti, & per Theodorum Magiſtrum, vt in quibuſdam codicibus reperimus, ſiue quem alium collecti, & in locos communes digeſti.

EX CODICE MANVSCRIPTO

In Monaſterio S. Iacobi Moguntiæ inuento editi, & Latinitate donati, opera Balthaſaris Etzalij Bremenſis, Societatis IESV, in Collegio Moguntino linguæ ſanctæ Profeſſoris.

DE DILECTIONE.

HOMILIA I.

Ex editione Græcolatina Moguntiana an. 1603. apud Io. Albinum.

CVM benignus Deus noſter omnes mutuo vinculo connectere vellet, chariſſimi, eiuſmodi rebus impoſuit neceſſitatem, vt ſemper vnius vtilitati alterius quoque emolumentum coniunctum eſſet. Agricola ſiquidem non illud tantummodo ſeminat frumentum, quod ſibi ſufficiat; ſic enim & ſeipſum & alios aliquando perditum iret. Miles quoque non vt ſeipſum conſeruet, ſed vt ciuitates quoque in tuto collocet, periculis exponitur. Præterea mercator non tantum mercium ſolum apportat, quantum ſibi ſatis ſit, ſed etiam, quod multis aliis ſufficiat. Nam cum aliter homines proximi commodis ſtudere nollēt, niſi in eiuſmodi neceſſitate Deus illos cōſtituiſſet, idcirco hac ratione connexas inter ſe res voluit, vt nos ad proprium commodum pertingere non concedat, niſi per aliorum perrexerimus vtilitatē. Nec enim ſalutem conſequi licet, ſi quis hoc careat: ſed licet ſummam ſecteris philoſophiam, alios verò pereuntes nihil cures, nullam tamen apud Deum fiduciam habiturus es. *Si enim facultates meas diſtribuero*, inquit diuinus Apoſtolus, *& tradidero corpus meum ita vt ardeat, charitatem verò non habuero, nihil mihi prodeſt.* Si verò intelligere velis, quantum præſidium ſit, ſi quis fratres, licet alioqui infideles, amplectatur: ſi item quis manſuetus ac mitis ſit, moreſque ſuaues oſtendat, audi quid idem hic beatus Apoſtolus Paulus ad Iudicem infidelē, vt iudicaretur, ingreſſus, dicat. *Beatum me æſtimo*, ait, *quod apud te iudicandus ſim.* Hæc verò non dicebat illi adulans: abſit, ſed quod illum hac manſuetudine lucrari vellet: Ac ideò etiam illū ex parte lucratus eſt, & iudicem cepit, qui eouſque damnatus eſſe putabatur. Quam victoriā ipſe iudex iam ſubactus, illuſtri voce, omnibus præſentibus confitetur dicens: in modico perſuades mihi, chriſtianum fieri. Quid igitur Paulus? Optarem ego quidem non ſolum te, ſed etiam omnes qui adſunt hoc fieri, quod ego ſum. Cum ergo ille quidem tantam expoſcat menſuram, nos verò ne illud quidem, quod minus eſt, præſtemus, quam veniā merebimur. Nec vero abſurdum tibi videatur, alium rogare: Hoc ſiquidem ineffabilis Sapiētiæ Dei opus eſt. Si enim cum mutua ope egeamus, nos tamen indigentiæ neceſſitas ad amicitiam non induceret, ſed ſe ſolo vnuſquiſque noſtrum contentus viueret, an non veluti immanſuetæ quædam beſtiæ eſſemus? Vi ac neceſſitate quadam nos inuicem ſubiecit Deus, & nos tamen quotidie inter nos confligimus. Si igitur frenum iſtud Deus nobis detraxiſſet, quis facilè ſui proximi amicitiā deſideraret? Hac enim de cauſſa vnam domum, mundum hunc, Deus nobis tradidit, vnamque lucernā, ſolem, nobis accēdit: vnum

Ex epiſt. 1. ad Cor.

1. Cor. 13

Act. 26

Ex interp. Euang. ſecundum Ioann.

A item tectum ſuper nos expandit, cœlum videlicet, & vnam menſam, id eſt, terram, conceſſit. Ac diuiti quidem nihil plus aut præſtantius; nec pauperi vilius quid, aut minus largitus eſt; vt magnam nimirum ac indiuulſam inter nos haberemus vnitatem, nec quiſquā dicere poſſet, hic aut ille amicus meus non eſt, neque cognatus, neque vicinus: neque vllum mihi cum illo commerciū eſt: quomodo illum conueniam? quomodo alloquar? Non enim qualem amicus erga amicum oſtendere debet propinquitatem, talem nos quoque inuicem habere familiaritatem oportet, ſed qualem membrum ad membrum habet. Et quemadmodum dicere non poſſes, vnde mihi cum illo familiaritas aut cognatio? ridiculū enim illud foret; ita nec de fratre tuo hoc dicere poteris. Quamuis enim neq; cognatus ſit neque amicus, at homo tamen eſt, eandē tecum

B communem habens naturam, eundem dominum, & in eodem mundo natus. In pecuniis quidem eos, qui nihil debent, laudamus: in charitate autem eos amplectimur & admiramur; qui ſibi perpetuò debitores ſunt. Obſequamur itaque, & nos ipſos aliis coniungamus, ac ſi quis deficere velit, tu ne fractus cedito, neque abſurdum illud verbum dixeris: Si me diligit, diligo; ſi verò nō diligit me dexter oculus meus, ipſum eruo: ſed potius cum diligere te non vult; maiorem in ipſum oſtendito dilectionē, vt ipſum allicias: membrum enim eſt: membrum autem cum neceſſitas aliqua à reliquo corpore præcidendum ſuadet, omnia molimur, vt illud iterum connectamus, maioremque tunc curam adhibemus. Et verò amplior tibi merces erit, ſi diligere nolentem attraxeris? Si verò ad prandium inuitare iubet, non eos, qui reddere nobis valeant, quo ſcilicet retributio maior fiat: multo magis in amicitia id facere neceſſe eſt. Qui enim cum diligitur, te viciſſim diligit, ille vices tibi reddidit: qui verò, cum

C diligitur, te non diligit, ille Deū pro ſe debitorem conſtituit. Et præterea, cum te diligit, non indiget res multa diligentia: cum verò te minimè diligit, tunc tuo opus habet adminiculo. Ne igitur cauſam diligentiæ, cauſam facias negligentiæ; neque dicas, quoniam iam languet, ideò ipſum negligo: nam lāguor iſte charitatis refrigeratio eſt: tu verò, quod refrigeratum eſt, foueto. nam vehementer amari velle, oritur ex eo, quod quis alium vehementer amet. Cum enim non admodum erga aliquem affecti ſumus, non etiam ſingularem ipſis expetimus amicitiam, quamuis magnus, quamuis conſpicuus ille ſit: Cum vero ardenter quempiam ſyncereque diligimus, etiamſi homo tenuis & abiectus ſit qui amatur, honorificentiſſimum tamē illud ducimus, quod in ipſo nobis extat cauſa amoris. Si autem fratre non vti nouiſti, quomodo rectè vti poteris alieno? Si proprium tuum membrum tractare neſcis, quomodo externum tibi conciliare & coniungere

D poteris? Non vis apud alios malè audire? Ne igitur tu malè de aliis loquaris. Laudari cupis? lauda igitur & tu alios. Miſericordiam conſequi optas? ſis & tu miſericors. Veniam obtinere deſideras? ipſemet ergo aliis veniā dato. Non vis vt bona tua diripiātur? aliena ergò rapere noli. Tales erga proximos noſtros ſimus, quales ipſos erga nos eſſe optamus. Sicut enim anima ſine corpore non appellatur homo, neque etiam corpus abſque anima: ita nec charitas erga Deum, niſi proximi dilectionem coniunctam habeat. Viſne hunc aut illum demereri? non prohibeo; ſed vide ne ad alterius moleſtiam id fiat: nō enim vt cōtra nos mutuò pugnemus, nobis magiſtri dati ſunt, ſed vt omnes mutuo vinculo nobis cōiungamur. Quare igitur ſolus es? quare nō multos tibi efficis amicos? Quare nō charitatis author ſis? Quare amicitiā, ſummam virtutis laudem, non comparas? Sicut enim ex conſenſu & pacto improbos aliquos eſſe vehementius Deū exaſperat: ita in concordia bonum eſſe, magis delectat. Ne ſis

Ex hom. in illud, Ne timueris cū diues factus fuerit homo.

Ex interp. epiſt. ad Cor.

Ex interp. Euang. S. Ioan.

cum multis impius. Ante habitacula & omnia alia, para tibi amicos. Si homo pacificus filius Dei eſt, quanto magis, qui amicos facit? Si ille Dei filius appellatur, qui alios ſolùm reconciliat: quo ille non erit dignus præmio, qui reconciliatos amicos facit? Si enim diabolus omnibus inimicos fieri nos iubet, Deus illos contrà amplecti & diligere mandat: Et ille quidem luto & lateribus (hoc enim ſunt diuitiæ) affixos ne noctu quidem vel modicum reſpirare ſinit: hic verò ſuperuacanea iſta & inutili cura nos liberat, colligere verò theſauros in cœlis iubet; non cum alterius quidem iniuria, ſed ex propria iuſtitia: Ac rurſus, ille poſt multos labores & ærumnas, cum ibi punimur, & mala propter violatas Dei leges patimur, non ſolùm non defendere nequit, ſed etiam flammam auget; Hic verò qui poculum frigidæ aquæ dare nobis præcepit, nunquam iſtius mercedem & retributionem nos perdere ſinit, ſed liberaliſſimè remuneratur: quomodo non extremæ dementiæ fuerit, tam clementem tantiſque bonis abundantem dominum non amare, ſed ingrato & improbo tyranno, qui neque in hac neque in altera vita ſibi obſequentibus & coniunctis quicquam prodeſſe valet ſeruire? Ne igitur moleſte feratis quæ à me dicta ſunt. Ego enim non tantùm, cum me laudat amicus, ſed cum corrigendi cauſa me reprehendit, tunc maxime ipſum me diligere dixerim. Etenim omnia ſimpliciter laudare, & quæ rectè facta ſunt & quæ ſecus, non amantis, ſed impoſtoris & deriſoris eſt: laudare verò, cum quid rectè fit & opportunè, ac reprehendere cum aliquid delinquitur, id nimirum amici & benefici eſt hominis. Non igitur hoſtem cum me laudat, amplector; ſed amicum qui me arguit, approbo. Ille, etiam ſi me amet, mihi ingratus eſt: hic verò, licet vulnus infligat, amabilis tamen eſt. fideliora enim ſunt, inquit, vulnera amici, quam ſpontanea oſcula inimici. C Amicus enim ſiue iuſtè ſiue iniuſtè incuſet, probro tamen non afficit: ſed id facit, me corrigere volens: hoſtis verò etiam ſi iuſtè corripiat, non tamen emendandi cauſa, ſed cōuiciandi libidine accuſat. Nihil igitur cum concordia comparandum, dilectiſſimi: ſic enim ſinguli multorum inſtar erunt. Si enim vnanimes fuerint, duo aut decem; iam vnus nō eſt vnus, ſed ſinguli illorum quaſi decem fiunt, ac ſi inimicum habeant, qui illorum vnum inuadat, ille non ſecus, ac ſi decem adortus fuiſſet, ita capitur. Si fortè vnus illorum egeſtate prematur, in egeſtate tamen non erit: à majore enim parte indigentia velut vmbra occulitur. quilibet illorum viginti manus habet, & viginti oculos, & totidem pedes, animas quoque decem poſſidet. Nō enim ſuis ſinguli tantùm operantur, ſed etiam iis quæ ſunt reliquorum. Si verò etiam centum fuerint, rurſus eodem modo ſe res habet. D Idem & in Perſia & Romæ eſſe poteſt: & quod natura nequit, id charitatis vis potuit. Si itaque mille tibi ſint amici aut bis mille, cogita quantum rurſum exuperatura ſit illorum poteſtas. Admirabile enim hoc eſt, quòd ex vno mille facere poſſit charitas. Quam igitur ob cauſam hanc charitatis facultatem nobis nō comparamus & nos in tuto collocamus? Quouſque ad vnum aut duos illam reſtringimus? Quamuis enim pauper alioqui ſit, qui amicos habet, multo tamen diuitibus opulentior eſt. Nam quæ ipſe de ſe ipſo dicere non præſumit, ea amicus pro ipſo dicet: & quæ ſibi ipſe amicus tribuere nō poteſt; per alium tribuit. Fieri etiam non poteſt; vt aduerſi quid eueniat ei, qui tot ſatellitibus cuſtoditur. Non enim ita ſynceri & fideles ſunt Regis ſtipatores, ſicut iſti. Illi ſiquidem coactione & timore cuſtodiam præſtant; hi verò beneuolentia & amore. Et Rex quidem cuſtodes ſuos metuit, amicus verò plus amicis quam ſibi ipſi confidit. Ac præterea; quinam adeò firmus eſt, adeò prægrandium lapidum

A coagmentatione munitus, & hoſtium incurſibus inexpugnabilis murus, ſicuti eſt mutuo amore ſeſe proſequentium, atque in concordia ſibi deuinctorum congregatio? hæc enim etiam diaboli inſultus repellit. Et meritò illud quidem. qui enim ſe inuicè contra ipſum conſociant & inſtruunt, illius molitionibus inſuperabiles fiunt, atque illuſtria charitatis erigunt trophæa. Et quemadmodum fides in lyra, licet multæ ſint, ad vnam tamen conſonantiam ſpectantes, ſuauiſſimum carmen reſonant: ita qui in vna voluntate coniuncti ſunt, canorum charitatis ſonitum reddunt. Nihil enim dilectione dulcius eſſe poteſt. Quid igitur amicus ſyncerus non præſtet? quam voluptatem, quod emolumentum, quam ſecuritatem non adferat? Etiamſi ſexcentos theſauros dixeris, nihil tamen cum ſyncero amico conferendum dices. Et ſicuti fulgida corpora colorem in vicina loca emittunt: B ita amici quoque, quò locorum perueniunt, ſuam beneficentiam veluti ſpargunt. Melius igitur eſt in tenebris vitam agere, quàm amicis carere. Non enim ita febris corporum naturam perurere ſolet, ſicut animos abſentia eorum, quos amamus. Talis enim res eſt charitatis dilectio, vt eos, qui nobiſcum vnà non ſunt præſentes, ſed diſiuncti, interim à nobis deſiderantur, quotidie apparere nobis faciat: Et à præſentibus quidem omnibus cor amantis auertit, & cum deſiderato coniungit. Si verò quis, cum dilectum videt, imò etiam cum illius recordatur, animo erigitur & mente ſublimis fit, omniaq. leuiter fert, iſta recordatione oblectatus: quando aut triſte aliquid ſentiet, aut formidabile ac periculoſum quid extimeſcet ille, qui in mente habet ac memor eſt illius, qui vere nos diligere dignatus eſt? Nunquam ſanè. Si enim, cum ab hominibus præpotentibus diligimur, omnibus terribiles & metuendi ſumus, multo magis ſi à Deo diligamur. Quamuis igitur aut opes, aut corpus, aut animam ipſam pro charitate iſta impendere oporteat, ne parcamus. Nec enim ſufficit, quod verbis dicamus nos diligere: ſed rebus ipſis id demōſtrare oportet, cum ille non verbis duntaxat, ſed rebus ipſis ſuam in nos charitatem oſtenderit. Si enim in potentum ædibus famulus quis, vbi res domini ſui probè curauerit, non quæ ſua ſunt, domini ſui fecit, ſed quæ ſunt domini, ſua fecit, & perinde ipſius rebus vtitur ac ſuis, multique è domeſticis magis ipſum quàm herum timent, & quia ſua ipſius negotia ſpreuit, non ſpreuit ſua, ſed maiora adeptus eſt: multo magis in ſpiritualibus id verum erit. Ne igitur res noſtras curemus, vt res noſtras curemus: ſed eas deſpiciamus, vt eas poſſideamus. Si enim eas nihili pendamus, Deus illas curabit: Si vero nos illas curemus, Deus eaſdem deſpiciet. Si itaque quis ſyncerè diligere velit, & charitatis vim D cognoſcere, ad huius alumnum, beatum Paulum dico, currat, & docebit ipſum, quātus ſit labor, quātoque animo opus ſit, vt dilecti ſeparationem quis ſuſtineat. Iſte enim, iſte inquam, qui veluti carne exuta & corpore depoſito, nuda propemodum totum terrarum orbē anima peragrauit, qui omni ex animo perturbatione eliminata, incorporearum virtutum liberam doloribus naturam imitans, alia omnia facile ferēbat, perinde ac ſi in alieno corpore & carceres, & vincula, & exilia, & flagella, & minas, & mortē, omneque ſuppliciorū genus pateretur, ab vna vero ſibi dilecta anima ſeparatus, adeo cōfuſus & conturbatus fuit, vt in qua dilectū viſurū ſe ſperabat, nō inuento eo, protinus è ciuitate proſiliret. Quid hoc ô beate Paule? tu vinctus quidē compedibus, & in carcere poſitus, & flagella incumbentia ſuſtinens, & ſcapulas ſanguine habens circūfuſas myſteria docebas, ſacro baptiſmate initiabas, & ſacrificium offerebas, nec vnicū ſaluandum deſpiciebas, in Troadem vero profectus, cum terram expurgatam, & ad ſatus excipiendos

Ex epiſt. de perfecta charitate.

Ex epiſt. ad Theſſ.

Ex Euan. ſecūdum Ioan.

Ex epiſt. 2. ad Cor.

Ex epiſt. ad Tim.

præ-

A præparatam inueniſſes, tam præclarũ ex manibus lucrũ abieciſti, & confeſtim inde exiliiſti? Vtique inquit. magna enim mœroris vi occupatus fui, & vehementer mentem perturbabat Titi abſentia: atq. ita me vicit & ſuperauit, vt me id facere cogeret. Videſne quomodo maximum ſit negotiũ, dilecti ſeparationem placide ferre poſſe? quàm graue ſit & acerbũ? quã excelſo opus ſit & forti animo? Non enim diligentibus ſatis eſt, animo duntaxat amore copulatũ eſſe, neque hoc illis ad conſolationẽ ſufficit, ſed corporali etiam indigent præſentia: ac ſi iſta deſtituãtur, haud exigua pars lætitiæ præciſa eſt. Papæ, quam ignitus eſt charitatis amor. En, Paulus qui contra ignem imperterritus erat, adamantinus ille, firmus, immotus, inflexibilis, dicens: quis ſeparabit nos à charitate Chriſti? tribulatio, aut anguſtia, aut fames, aut perſecutio, aut nuditas, aut periculum, ant gladius?

Ex 1. ad Theſ.

B Qui terræ & mari ſe opponit, qui adamãtinas portas mortis irridet, hic vt charorum vidit aliquorum lachrymas, ita confractus & contritus eſt, vt affectum iam non occultaret, ſed continuo diceret: Quid facitis plorantes & cor meum affligentes? Quid quæſo inquis? num adamantinum illum animum lachrymæ frangere potuerũt? Vtique dicit. magna enim charitatis eſt vis: ipſa me ſuperat & vincit. Etenim aduerſus omnia reluctor, ſola charitate excepta. Quis non obſtupeſcat? Quis non miretur? Imo vero quis dignè ſatis admiretur & obſtupeſcat generoſam illam & ad cœlos pertingentem animã, quod ligatus & carcere concluſus à tanta diſtantia Philippenſibus literas ſcriberet? Noſtis enim quantum ſpatium interſit inter Macedoniam & Romam. At neque viæ longitudo, neque temporis diuturnitas, neque negotiorum multitudo, neque periculũ & ſibi cõtinuo ſuccedẽtia mala, neque aliud quicquam dilectionem & memoriam diſcipulorum exemit, ſed omnes illos in mente continuit.

C Non ita manus illius catenis conſtrictæ erant, ſicut diſcipulorũ deſiderio animus cõiunctus & affixus fuerat. Et quẽadmodum Rex aliquis conſcenſo ſub auroram ſolio, vbi in regali aula conſedit, ſexcentas protinus ex omni loco recipit epiſtolas: ita porro ille in carcere velut in regia quadam aula conſidens, multo frequentiores accipiebat & tranſmittebat literas eorum, qui cunctis ex locis ad ipſius ſapientiam de omnibus negotiis ſuis omnia referebant. Et tanto quidẽ plura negotia adminiſtrabat quã Rex, quanto amplius illi imperium creditũ fuerat. Eiuſmodi enim eſt vis charitatis, vt non præſentes duntaxat, & qui propinqui nobis ſunt atque videntur, ſed etiam longe diſtantes complectatur, cõglutinet & coniungat, vtque nec temporũ diuturnitas, neque viarum diſtantia, nec quicquam eiuſmodi rerum, animæ amicitiam dirimere poſſit & diuellere. Et vero ita diligere amantem oportet, vt ſi etiã anima ab ipſo peteretur & fieri poſſet, non deneget.

D Nihil enim cum ſyncero amico conferendum. Exultat enim amicus, dum eum cernit, quẽ diligit, lætitiaq. perfunditur: connectitur etiam illi nexu quodam animæ, ineffabilem habente voluptatem. Ac ſi recordatus illius tantummodo fuerit, mox cogitatione aſſurgit & eleuatur, ac in ſingulos dies ipſum vidẽs, non ſatiatur, nec quicquam habet, quod alterius non ſit: eadem illi, quæ ſibi, optat. Noui ego quẽdam, qui, cũ ſanctos viros pro amico interpellaret, rogabat, vt pro illo primum, deinde pro ſe orarent. Noui etiã Paulum, qui non rogatus libenter animam ſuã dabat, & in gehennã incidere pro ſibi dilectis optabat. Sic nimirum ignito affectu diligere oportet, ne quis debitorem illum habere videatur. Qui enim diligit, non imperare ſolum, ſed etiam ſibi imperari vult: magis optat ſubditus eſſe, quàm aliis pro poteſtate iubere. Qui diligit, mauult beneficium tantum conferre, quàm accipere: Debitorem enim habere amicum potius cupit,

A quam ſe illi debere. Qui diligit, ille & gratiam conferre vult amico, & gratiam tamen conferre non vult videri: & ipſe author beneficentiæ eſſe vult, & author tamen eiuſdem eſſe videri nõ vult. Nec tamen mihi hic ſimpliciter amicos intelligite menſæ ſocios, & qui ſolo nomine amici appellantur. Si quis amicum habeat, qualem dico, verba facilè intelliget. Vita præſentis amicus dulcior eſt. Multi itaque poſt amicorum mortem nõ amplius viuere optauerunt: reuera enim amicus ipſa luce deſiderabilior eſt. Melius enim nobis foret ſolem extinctum eſſe, quam amicis eſſe priuatum. Non pauci enim Solem videntes in tenebris ſunt: qui vero abundè habent amicos, in anguſtia minimè eſſe poſſunt. Si tamen cuiuſquam amicitia tibi obſit, prorſus eam à te reſcinde.

Ex ſum. ſecundũ Math.

B Si enim nõ raro aliquã è membris noſtris reſecamus, cum inſanabilia ea ſunt ac cæteris noxia, multo magis in anima id faciendum eſt. Nihil enim tam pernicioſum eſt, quam improba ſocietas, quæ enim neceſſitas non poteſt, illa perſæpè tum ad perniciem, tum ad vtilitatem poteſt amicitia. Qui porro cum hoſtibus Regis amicitiã init, Regis amicus eſſe nequit. Longè vero præſtãntius eſt odium, quod propter Chriſtum ſuſtinemus, quam amicitia, quam propter Chriſtum habemus. Cum enim propter Deum diligimur, nos debitores illi ſumus honoris, cum vero odium ſuſtinemus, ille nobis honorem debet. Quicunque igitur non propter Chriſtum cõtemnimus pecunias, ſed potius propter nos, horreamus, cum mente recolimus illud, quod B. Paulum ad Chriſtum amandum permouit. Ille ſiquidem non Chriſtum, propter ea quæ Chriſti ſunt, ſed hæc propter illum diligebat, atque vnum hoc timebat, ne charitate erga Chriſtum excideret: hoc enim illi gehenna ipſa formidabilius erat: ſicut in dilectione manere regno deſiderabilius.

C Cum igitur ille ob Dei amorem etiam in gehennam incidere eligat, ſi vtraque hæc ipſi proponerentur, nos verò ne præſentem quidem vitam deſpiciamus, nunquid vel calceis ipſius digni ſumus, qui tantum à magnanimitate ipſius diſtamus? Ob hãc cauſam etiam Chriſtus dicebat, qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam: &, qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt.

Ex epiſt. ad Cor.

Grandis enim huic facto labor ineſt, & qui ipſam propemodum naturam tranſcendat. Atque hoc probè nouerunt illi, qui hiſce coronis digni ſunt habiti. Nullus enim ſermo id exprimere poterit, adeò generoſi opus eſt animi, & ſupra modum admirabile. Nihilominus tamen hanc tam præclaram rem remota charitate nihil magnoperè nobis conferre aſſerit Paulus, etiamſi paupertatem coniunctam habeat. Quam igitur ob cauſam ita locutus ſit, id iam oſtendere conabor, vbi illud

D prius quæſiuero, quomodo ille, qui vniuerſas ſuas facultates egenis diſtribuit, nõ habere poſſit charitatem. Nam vt ille, qui paratus eſt vt ardeat, quique dona gratis data habet, non diligat, fieri fortaſſe poteſt: at qui non ſolum facultates ſuas elargitur, ſed etiam fruſtatim diſtribuit, quomodo non diligit? Quid igitur dicẽdum eſt? An, quia id, quod non eſt, tanquam id quod eſt, ſuppoſuit? quod quidem ſemper facere conſueuit, quando exceſſum ſeu exuperãtiam aliquam vult exprimere: vt cum ad Galatas ſcribens inquit; Licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquã quod euangelizamus vobis; anathema ſit: Et verò neque ipſe, neque angelus hoc facturus erat: ſed vt rei exuperantiam oſtenderet, poſuit etiam illud, quod omnino futurum non erat. Et rurſum, quando ad Romanos ſcribit & inquit: neque angeli, neque principatus, neque poteſtates poterunt nos ſeparare à charitate Chriſti: neque enim id angeli erãt facturi; ſed etiam hic, quòd non eſt, ſupponitur.

Quemadmodum & in ſequentibus, cùm dicit, ne-
que creatura alia, etenim nulla alia eſt creatura:
ſed totam ipſam complexus fuit: atque omnia tum
ſupera tum infera edixit. At nihilominus etiã hic,
quod non eſt ſecundum ſuppoſitionem dicit, quo
excellentiſſimum ſuum amorem declaret: id nimi-
rum, quod & hoc loco inquiens, quod licet quis
omnia ſua det, ſi Chriſtum nõ habeat, nihil ei pro-
ſit. Aut igitur hoc dicere vult: aut quia vult, vt dan-
tes conglutinentur accipientibus, & non nudè ſine
affectu dent, ſed vt miſericordia & commiſeratione
flectantur, vt mitigentur, & eleemoſyna à Deo le-
ge ſancita eſt. ſiquidem ſine iſta pauperes alere
Deus potuit: ſed vt nos charitatis vinculo conne-
cteret, atque vt erga nos mutuo incaleſcamus, illos
à nobis ali mandauit. Idcircò etiam alibi dicit: me-
lior eſt ſermo bonus quam donum. Et ecce ſermo
præſtantior, quam datum bonum. Et ipſe dicit: mi-
ſericordiam volo & non ſacrificium. Cùm enim
ita fieri ſoleat, vt in quos beneficia contulerimus,
eoſdem amore amplectamur: & qui beneficia acce-
perint, ergo benefactores ſuos meliùs afficiantur,
ille amicitiæ conſtituens vinculum, hoc ita lege
confirmauit. Atque vt noueritis quam res præcla-
ra ſit, verbis ipſam depingamus, quãdo eam rebus
ipſis nuſquam apparentem cernimus: & conſide-
remus, ſi ipſa vbique locorum abundè foret, quan-
ta bona fierent. Neque enim legibus, neque car-
ceribus vllis opus eſſet; non punitionibus, nõ ſup-
pliciis, nec vlla eiuſmodi re. Si enim omnes dilige-
rent & diligerentur, nihil iniuriæ quiſquam alteri
inferret. ſed & cædes, & pugnæ, & bella, & ſeditio-
nes, & rapinæ, bonorum direptiones, ac vniuerſa
demum eiuſmodi mala è medio tollerentur, & ſolo
nomine nota foret improbitas. Hoc porro mira-
cula minimè efficiunt, ſed potius vana gloria & ar-
rogantia incautos efferunt. Et quod in charitate
planè ſtupendum eſt, alia quidem omnia bona
coniuncta habent quædam mala; veluti cum quis
paupertatem colit, non rarò ob idipſum inflatur: ſi
quis dicendi peritus ſit, etiam inſana gloriæ cupi-
ditate laborat: humilis verò frequenter ob hoc ip-
ſum in conſcientia ſuperbit. At verò charitas ab
omni eiuſmodi corruptela libera eſt & exempta.
Neque enim contra ſibi charum hominẽ aliquan-
do ſeſe quis extulerit. Nec tamen mihi vnum ali-
quem proponas amantem, ſed indifferenter om-
nes, & tunc charitatis virtutem perſpicies. Imò
verò, ſi placet primum vnum aliquem qui diligi-
tur, & vnum qui diligit, ponas, diligentem inquam,
ſicut oportet. Etenim eiuſmodi homo non ſecus
terram incolet, quàm ipſum cœlum, vbique ſcili-
cet tranquillitate fruens, & innumeras ſibi ipſe
coronas contexens. Talis enim ab inuidia, ab ira &
liuore & arrogantia, ab inani gloria & praua cupi-
ditate, ab omni turpi amore, omnique vitio immu-
nem ſuam animam conſeruabit. Quemadmodum
enim nemo ſeipſum malum effecerit: ſic nec iſte
ſuos proximos. Qui verò talis eſt, cum ipſo Ga-
briele, in terra verſans, erit. Ac talis quidẽ eſt qui
charitatem habet. Qui verò miracula facit, & ſci-
entiam ſummam habet abſque illa, etiamſi innu-
meros excitet mortuos: nihil tamen illi magnope-
re proderit, dum videlicet ab omnibus ſeparatus,
nulli conſeruorum ſe coniungere ſuſtinet. Hac
porrò de cauſa etiam Chriſtus Dominus ſynceræ
erga ſe charitatis ſignum eſſe aſſeruit, proximum
diligere. Inquit enim, ſi me plus diligis, Petre paſce
oues meas. Vides quomodo hic denuò inſinuaue-
rit, diligere, martyrio eſſe præſtantius? Equidem
ſi filium quis haberet perarum, pro quo etiam vi-
tam profunderet, ac deinde quis patrem quidem
eiuſmodi amaret, filij verò planè rationem nullam
haberet, ille vehementer patrem exacerbaret, vt
qui proprium amorem ob filij contemptum non
agnoſceret. Quod ſi in patre & filio hoc euenire

A ſolet, quanto magis in Deo & hominibus? Omni-
bus ſiquidem patribus filiorum ſuorum amantior
Deus eſt. Atque idcirco, cum dixiſſet: primum &
maximum mandatum eſt, Diliges dominum Deum
tuum, ſubdidit, ſecundum verò, & non conticuit,
ſed adiecit, ſimile huic: diliges proximum tuum,
ſicut teipſum. Et vide, quomodo eadem propemo-
dum excellentia etiam hoc præceptum exigat. De
Deo enim loquens, ait, Ex toto corde tuo: de pro-
ximo verò, Sicut te ipſum: quod æquale eſt illi,
Ex toto corde tuo. Et quidem ſi ſtudioſè hoc ob-
ſeruaretur; non ſeruus, non liber eſſet: non prin-
ceps, non ſubditus, non diues, non pauper, non
paruus, non magnus: nec etiam diabolus vnquam
cognitus fuiſſet: qui non dico de hoc tantum, ſed
& ſi etiam alius aliquis talis, imò ſi & centum, &
ſexcenti eiuſmodi forent, nihil tamen poſſent, illa
exiſtente. Facilius enim fœnum ignis inſultum
B ſuſtinuerit, quàm diabolus flammam charitatis:
Ipſa eſt muro fortior, adamante firmior, & ſi quam
aliam fortiorem illa materiam dixeris, omnia lon-
gè ſuperat firmitudo charitatis. Hanc neque diui-
tiæ, neque paupertas vincit: imò ne paupertas qui-
dem vlla ibi fuerit, aut nimiæ opes, vbi charitas
erit, ſed ea duntaxat, quæ ab vtroque ſunt, bona:
Ex illis ſiquidem abundantiam aſſequimur, ex hac
verò tranquillitatem: ita vt neque diuitiarum cu-
ras, neque egeſtatis metum ſuſtineamus. Et quid
dico quæ ex illa proueniunt lucra? Ipſum enim
diligere ſecundum ſe quantum ſit, animaduerte.
quantam lætitiam adfert? In quanta animam con-
ſtituit gratia? id quod ipſa maximè habet eximiũ.
Etenim reliquæ partes virtutis dolorem aliquem
habent coniunctum, vt ſunt ieiunium, ſobrietas,
vigilantia, æmulatio, deſiderium, deſpicientia:
C Charitas verò, vnà cum lucro etiam ingentem ha-
bet voluptatem, dolorem verò, nullum. Et hæc
quemadmodum impigra quædam apis vndequa-
que quæ vtilia ſunt colligens, in amantis animam
reponit. Ac ſi priuatus aliquis ſeruiat, liberum ta-
men ſeruitium exhibet. Qui enim amat, non tam
imperare quàm ſibi imperari gaudet. Et ipſum qui-
dem imperare per ſe dulce eſt: charitas tamen re-
rum naturam commutat, ac omnia bona in mani-
bus habens opitulatur, quauis matre benignior,
omni regina opulentior, hæc, quæ laborioſa ſunt,
leuia facillimaque reddit: virtutem nobis expedi-
tam, vitium autem difficillimum efficiens. Conſi-
dera verò, quòd, cùm ſumptus facere hominibus
moleſtum eſſe videatur, ipſa hoc ipſum iucundum
efficiat. Auferre res aliorum dulce apparet: at ipſa
hoc iucundum videri non permittit, ſed facit vt
veluti rem ærumnoſam fugiamus. Rurſus vitupe-
rare omnibus dulce eſſe videtur: ipſa verò hoc
quidem acerbum efficit, laudare verò dulce. Nihil
D enim nobis ita gratum eſt, ac laudare, quem dili-
gimus. Rurſus, ira voluptatem quandam habet: ſed
in charitate nequaquam: quin omnes illius nerui
ſuccisi ſunt. ac ſi fortè amantem amatus contri-
ſtet, ira tamen nuſquam apparet, ſed lachrymæ &
obteſtationes & ſupplices preces: tantum abeſt, vt
exaſperetur. Et ſicubi peccantem cernat, luget &
contriſtatur quidem: ſed ipſe tamen dolor ali-
quam etiam voluptatem adfert. Charitatis ſiqui-
dem & lachrymæ & mœſtitiæ, omni riſu gaudioq́.
ſuauiores ſunt. Non ita certè recreantur ridentes,
ſicut qui propter amicos plorant. Quod ſi mini-
mè credis, cohibe illorum lachrymas, & compe-
ries, quòd haud aliter affligantur, quàm ſi atrocia
quæque paſſi eſſent. Sed obſcœna voluptas, di-
cet aliquis, eſt in amando. Apage, & malè lo-
qui deſine ô homo: nihil enim ab eiuſmodi volu-
ptate tam immune eſt, quam vera charitas. Nec
enim mihi popularem & ſordidum illum amo-
rem dixeris, & qui vitium potius eſt, quam chari-
tas: ſed eam dilectionem quam Paulus requirit,

A quæ eorum, quos amplectitur, commodum ſpectat; & videbis, quod eiuſmodi ipſos parentes amore vincant. Et quemadmodum qui pecunias amant, eas expendere nequaquam volunt, ſed malunt in anguſtiis eſſe, quam videre pecunias diminui: ſic ille qui erga quempiam benè affectus eſt, innumera mala perferre mauult, quam ſibi dilectum detrimentis affici videret. Quid ergò, dicit aliquis, ſi inimici fuerint & gentiles, an non odiſſe oportet? Oderis quidem, verùm non ipſos, ſed doctrinam illorum: non hominem, ſed improba facta, & peruerſam mentem. homo ſiquidem opus Dei eſt, error verò opus diaboli. Si enim hoſtes Dei odio proſequi oporteat, non impios modò, ſed peccatores etiam odiſſe oportebit, atque ita ipſis beſtiis peiores erimus, omnes ſcilicet auerſantes, & veluti Phariſæus ille, ſuperbia inflati. Verùm non ita Paulus cenſuit: ſed quomo-
1.Theſſ.5 do? *Corripite*, ait, *inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes.* Quid igitur
B 2.Theſſ.3 vult, cùm inquit; *Si quis non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate: & ne commiſceamini cum illo?* Maximè quidem de fratribus iſtud dictum eſt: non tamen ita ſimpliciter, ſed & hoc ipſum cum aliqua manſuetudine. Nec enim ab his ſequentia diſtraxeris, ſed & quæ ſubiiciuntur, apponas. Nam vbi dixiſſet, ne commiſceamini: adiunxit, Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. Vidéſne, quomodo opus malum, & non hominem, odiſſe iuſſerit? Diaboli enim illud opus eſt, ab inuicem nos diuellere. Et magnoperè ille ſemper ſtuduit charitatis nexum diſſoluere, vt correctionis viam interciperet, ac illum quidem in errore: te verò in perfidia & odio retineret: atque hac ratione tandem viam ad illius ſalutem veluti muro intercludat. Cùm enim & medicus ægrotantem odit ac fugit, æger verò medicum auerſatur, quando tandē ægrotans reualeſcet, ſi videlicet neque hic illum accerſat, neque ille
C hunc adeat? Quam verò ob cauſam ipſum auerſaris & fugis? An quia impius eſt? atqui ob idipſum accedere oportet & mederi, vt morbo afflictum erigas. Si verò deſperatè laboret, tu, quod tuum eſt, facere iuſſus es: nam & Iudas incurabili morbo laborabat, nec tamen Deus illi curam adhibere omiſit. Ne igitur & tu defatigeris. quamuis enim magna adhibita diligentia ab impietate ipſum minimè liberes, mercedem nihilominus, perinde ac ſi liberaſſes, recipies, & vt ille manſuetudinem tuam miretur, efficies; atque hac ratione omnis gloria in Deum redundabit. Etiamſi enim miracula facias, nunquam tamen ita gentiles ſuſpicient, quam ſi mitem te ac manſuetum, morumque ſuauitate vtentem conſpiciant. Nec verò & hoc vulgare & exiguum officium eſt: multi enim prorſus ab improbitate deſiſtent. Nec enim quicquam eſt, quod ita allicere homines poſſit, ſicuti
D charitas. In illis quidem (ſignis dico & miraculis) inuidia te perſequentur homines, in charitatis autem officio & te obſeruabunt, & amore complectentur: dum verò amant, etiam veritati progredientes inhærebunt. Quod ſi non confeſtim quis fidelis euadat, ne obſtupeas, nec præceps ſis, nec ſimul omnia requiras, ſed illum interea, donec approbet, amare ſinas, & eò paulatim progrediens pertinget. Cum igitur virtutum opifex ſit charitas, omni diligentia eam animis noſtris inſerere ſtudeamus, vt nobis quam plurima bona proferat, vtque affluentem aſſiduè ipſius fructum, qui perpetuò floreat, & nunquam marceſcat, habeamus: Hac enim ratione etiam ſempiterna bona conſequemur. Quæ nos omnes conſequi contingat, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri & ſancto ac bono Spiritui gloria, in ſecula ſeculorum.

AMEN.

DE ORATIONE.

HOMILIA II.

MAGNVM quoddam bonum eſt oratio, ſi grato animo fiat; ſi, inquam, nos ipſos aſſuefaciamus, vt non ſolum accipientes, ſed etiam non accipientes, gratias Deo agamus. Ille ſiquidem aliquando dat, aliquando non dat. Ac vtrumque quidem vtiliter: adeò vt ſiue accipias, ſiue non accipias, acceperis tamen, dum non accepiſti; & ſiue impetres ſiue non impetres, impetraueris tamen dum non impetraſti. Nonnunquam enim non accepiſſe vtilius eſt. Niſi enim ſubinde præſtaret nos petita non conſequi, omnino nobis daret. Vtiliter autem fruſtratum eſſe, eſt obtinuiſſe. Nec porrò indignè feramus, quod tardiùs nobis, quæ petimus, dentur; ſed ob idipſum magnam tolerantiam & æquanimitatem oſtendamus. Nunquid enim etiam antequam peteremus, dare nobis Deus non poterat? Sed idcirco expectat, vt occaſionem à nobis accipiat iuſtè nos dignandi ſua prouidentia. Siue igitur poſtulata conſequamur, ſiue non conſequamur, in oratione perſeueremus: Nec ſolùm cum impetramus, gratias àgamus, ſed etiam cum non impetramus. Nam fruſtrari, cum Deus ita vult, non deterius eſt, quàm aliquid conſecutum eſſe. Nec enim nos ſcimus, quæ nobis conducunt, ſicut ipſe nouit. Quamobrem ſiue aliquid conſequamur ſiue non conſequamur, gratias agere debemus, & cum gaudio ſuſcipere quæ ipſi placita fuerint. Nec enim Deus quaſi preces noſtras abnuens, ſed perſeuerantiam noſtram ſapienter quærens, noſque ad ſe attrahere volens, ſæpè cunctatur. Quoniam & benignus in liberos pater ſæpè, cùm à filio rogatur, non annuit: non denegare volens, ſed perſeuerantiam filij per hoc eliciens. Nam quòd orans exaudiatur, primò quidem ex eo oritur, quòd quis dignus ſit qui accipiat: deinde quod iuxta Dei leges oret: tertio quòd frequenter: quarto quòd aſſiduè, & nihil temporale petat: quinto quòd vtilia quærat. Quemadmodum igitur ex iſtis rebus fit, vt preces exaudiantur, ſic ex aduerſo fit, vt non exaudiantur, etiamſi qui petunt iuſti ſint. Quid enim Paulo iuſtius erat? quia tamen inutilia petebat, exauditus non eſt. *Propter quod ter Dominum rogaui*, inquit, *& dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea.* Quid verò iterum Moyſe iuſtius? Sed neque ille exaudiebatur, dicente Deo; Sufficiat tibi. Cùm enim peteret, vt in terram promiſſionis ingrederetur: atque hoc non expediret; Deus non permiſit. Præter hæc verò etiam aliud eſt, quod facit ne preces exaudiantur: ſi nimirum in peccatis permanentes oremus: Quod de Iudæis quoque ad Ieremiam Deus dicebat, *Ne ores pro populo iſto*: an non vides quid iſti faciant? Non deſtiterunt, inquit, ab impietate, & tu pro ipſis preces offeres? At non exaudiam te. Rurſus ſi contra inimicos oremus, non modò non audimur, ſed Deum etiam irritamus. Medicina enim eſt oratio: ſed ignoremus, quomodo adhibere medicinam oporteat, virtutem etiam ipſius nunquam percipiemus. Tantum igitur orationis perſeuerantia bonum eſt, quemadmodum ab illa Chananæa diſcimus: quoniam quod Apoſtolis rogantibus Chriſtus non conceſſit, ipſa perfecit, & ſua tolerantia ad opus perduxit. Nam pro noſtris delictis, à nobis potius, qui rei ſumus, quam ab aliis pro nobis, vult rogari. Hominibus enim cum ſupplicamus, & pecuniarum expenſis, & ſeruili adulatione, multoque circuitu & aduocatione opus habemus. Sæpe enim non continuò beneficium conferre domini ſolent, aut colloqui; ſed neceſſe eſt, prius miniſtros & rei familiaris diſpenſatores, ac procuratores ipſorū,

Ex ho. 1 in ſtatua

Ex cō. i Exacuet

Ex expoſ Pſalm. 7

2. Cor. 1

Ierem. 7

Ex cō. i Euang. ſecundum Mat.

pecuniis & verbis, omnique ratione demereri, vt deinde per illos petita quis accipere valeat. Apud Deum verò non ita res habet: nec enim mediatoribus indiget cum rogatur; nec ita cum per alios rogatur ad beneficentiam procliuis eſt, quàm ſi per noſipſos rogetur. Multa enim Deus vult vt ab ipſo poſtulemus: & magnam pro hac re habet gratiam. Solus enim iſte debitor, cum ab eo aliquid exigitur gratiam habet, & quæ mutuo non dedimus, præſtat. Et ſiquidem vehementer vrgere videat exigentem, etiam quæ à nobis non accepit, ſoluit: Si verò ſegniter, etiam ipſemet cunctatur; non idcircò quidem quod dare nolit, ſed quod gratum ei ſit à nobis poſtulari. Nec enim odio quodam aut nos auerſans, dare petita differt, ſed cunctanter dando nos apud ſe aſſiduè retinere volens. Quemadmodum etiam patres filios ſuos tenerè amantes faciunt: illi ſiquidem filiorum ſegniorum aſſiduitatem ipſa dationis procraſtinatione velut arte quadam moliuntur. Exauditus es? Propter hoc gratias age, quod exauditus ſis. Non es exauditus? perſeuera vt exaudiaris. Nil tibi opus interceſſoribus, nec magno circuitu, nec vt blandimentis alios tibi concilies; ſed quamuis deſertus ſis, quamuis ſine patrono, ſi ipſemet Deum precatus fueris, omnino impetrabis. Si enim inter homines, licet infinities offenderimus, ſi tamen ſub auroram, & media die & veſperi in illorum conſpectum veniamus qui nobis offenſi ſunt, ipſa aſſiduitate & perpetuò aſpectus occurſu facilè illorũ odium diſſoluimus, multo magis apud Deum id fieri poterit. Non enim ita annuere conſueuit, cum ab aliis pro nobis rogatur, quam ſi nos ipſimet oremus, licet innumeris malis referti ſimus. Audiant qui ſegniter orant, quique tarditatem in dando grauiter ferunt. Cùm enim dico, precare Deum, ora eum, ſupplica illi; ait: rogaui ſemel, iterum, tertio, decimo, vigeſimo, & necdum accepi. Ne deſiſtas, donec acceperis: imò ne tunc quidem, ſed etiam tum perſeuera. Et ſi nondum acceperis, pete vt accipias: cum verò acceperis, gratias agito, quod acceperis. Multi in Eccleſiam ingrediuntur, innumeros orando abſoluunt verſus: & egrediuntur & neſciunt quod dixerint: Labia mouentur, auditus verò non percipit. Tu non audis orationem tuam, & Deum vis illam exaudire? Genua, inquis, flexi: At mens tua extra volitabat. corpus intra erat, & animus tuus extra. Os tuum preces recitabat, & mens tua numerabat fœnora, commercia, commutationes, poſſeſſiones, amicorum congreſſus. Diabolus enim cum nequam ſit, & nouerit quòd orationis tempore res magnas conficiamus, tunc nos aggreditur (ſæpè enim in lecto ſupini iacemus & nihil cogitamus; venimus ad orandum, & mox infinitæ cogitationes ſeſe ingerunt) vt nos fructu illius vacuos, & penitus in irritum laborare faciat: Ac non rarò abſoluta oratione diſceſſimus tanquam qui nec auditu perceperimus, quæ dixerimus. Cum igitur hoc animaduerterimus, confeſtim ipſam reſumamus: at ſi hoc ipſum denuò nobis contingat, etiam tertio & quarto eam recitemus, nec prius ab oratione deſiſtamus, donec integram ipſam ſobria mente & attenta cogitatione corã Deo effundamus. Quod ſi diabolus ſentiat, non ante nos ceſſare, quàm ſtudioſè & aduigilante animo ipſam dixerimus. Ceſſabit nobis vltra inſidias ſtruere, ſciẽs, nihil amplius ex inſidiis emolumenti ſe habiturum, quàm vt nos eandem orationem frequenter repetere compellat. Si enim hominem adeuntes tantum adhibeamus ſtudium, vt perſæpè ne propè quidem aſtantes conſpiciamus, ſed mentem noſtram contendamus, ſolum illum, quem accedimus, imaginemur; multo magis nos coram Deo hoc facere oportet precibuſque eſſe intentos, nec huc atque illuc cogitationem circumducentes. Si enim lingua quidem verba proferat, mens verò foris circumuagetur res domeſticas circumſpectans, aut forenſia negotia ſibi cogitatione formans, nulla nobis reliqua erit vtilitas, ſed maior condemnatio. Si enim hominibus quidem tanto aſſiſtimus tempore, militantes & ærumnas ferentes, ſeruilia munia obeuntes, & ſæpè circa finem ipſa ſpe excidentes; Domino noſtro à quo omnino remunerationem longè laboribus maiorem eſt accipere, debita cum ſollicitudine aſſiſtere non ſuſtineamus? Et quanta hæc punitione digna? Etiamſi enim nihil accepturi eſſemus, nunquid non ipſum aſſiduè cum ipſo colloqui, innumerorum bonorum inſtar eſt?

Ex com in Euan. Io.

Enimuero magnum bonum eſt oratio, & per ipſam cum Deo colloqui. Si enim virtute præditum hominem quis alloquens, non exiguam inde percipiat vtilitatem; quantis ille bonis fruetur, qui Deum alloqui dignus habitus eſt? Quomodo igitur non abſurdum fuerit, ſeruos iubere, vt toto tempore nobis ſeruiant, nos verò minimum ocij Deo tribuere? non noſti tu vtilia homo: frequenter pernicioſa & pericuſoſa petit: ſed ille magis curam gerens tuæ ſalutis, non ad tuam petitionem reſpicit, ſed antequam petas, quid tibi conducat, prouidet. Nam ſi patres carnales, non prorſus quæ filij petunt, concedunt: non quod petentes aſpernentur, ſed quoniam eorum maiorem curam gerunt: multo magis Deus id facit, qui & plus diligit & exactiùs omnibus, quid nobis proſit, perſpectum habet. Cùm ergo defatigatus orando fueris, & non acceperis, cogita tecum quoties audiueris pauperem te inuocantem, & non exaudiueris: & ille indignatus non eſt, nec te contumeliis affecit. Ac tu quidem ex crudelitate hoc facis, Deus verò ex benignitate. Si ergo tu conſeruum propter crudelitatem non audiens, te accuſatione dignum non cenſes; dominum propter benignitatem ſeruum non audientem accuſas? Si ergo beatus Dauid, cum Rex eſſet, & innumeris immerſus curis, & vndique diſtractus, ſepties in die Deum inuocabat: quæ nobis excuſatio & venia eſſe poſſit, qui tantum habemus ocij, nec aſſiduè ipſi ſupplicamus; atque hæc, cum tantum lucrum percepturi ſimus? fieri enim non poteſt, hominem eo, quo par eſt, ſtudio orantem, & continuè Deo ſupplicantem, aliquando peccare. Qui enim mentem ſuam accendit, animumque erexit, ac in cœlum ſeipſum tranſtulit; & ita dominum ſuum inuocauit, ſuorumque peccatorum recordatus, de ipſorum remiſſione ei locutus eſt, & propitium, ac mitem fieri rogauit, ab ipſa in his ſermonibus mora, omnem deponit ſecularem curam, & ſpe eleuatur, & humanis perturbationibus ſuperior efficitur. Non enim ita fontes aquarum hortos florentiores reddũt, ſicut plantam orationis fontes lachrymarum irrigantes ad maximam excreſcere faciunt altitudinẽ, & orantem coram Domino conſiſtere faciunt: hinc enim maximè etiam fit vt exaudiatur. Quoniam ſi corpore in terra proſtrato, & ore incaſſum nugante, mens totam domum & forum peruagetur, quomodo talis dicere poterit, quod in conſpectu Dei orauerit? In conſpectu enim Domini orat, qui totam animam ſuam colligit, & nihil habet cum terra commune, ſed in ipſum ſe transfert cœlum, atque omnem ex animo expellit humanam cogitationem. Sic enim orantem oportet orare, vt totam ſuam mentem colligens & contendens, animo dolente Deum inuocet, & neque prolixos extendat ſermones, neque in longum orationem producat, ſed pauca & ſimplicia verba dicat. Non enim in verborum multitudine, ſed in mentis ſobrietate poſitum eſt, vt quis exaudiatur. Atque hoc ex precibus Annæ matris Samuelis videre eſt. Illa quippe dicit, Adonai Domine Deus Sabaoth, ſi reſpiciens reſpexeris ad humilitatem ancillæ tuæ, & dederis ancillæ tuæ ſemen viri, dabo ipſum in conſpectu tuo dicatum, vſque ad diem mortis ipſius, & vinum & ſiceram non bibet, & ferrum non aſcendet ſuper caput ipſius. Qualis hæc verborum multitudo? Nihilominus, quoniam cum attentione & ſobrietate hanc orationem fecit; omnia quæ voluit, perfecit, & deficientem naturam correxit, & matricem concluſam aperuit, & in multam ſeipſam

Ex com. in hexaem. — *Ex com. in Euang. S. Ioan.* — *Ex ho in S. Apoſt. Paulum.* — *Ex com. in epiſt ad Theſſ.* — *Ex ho. 5. in Proph. Annam.* — *Ex hõ. 1. in Proph. Annam.* — *Ex ho. 2. in Proph. Annam.*

induxit

induxit fiduciam, ex ſterili petra abundantem ſegetem metens. Oportet igitur orantem nec longos extendere ſermones, & aſſiduè orare. Breues enim & frequentes orationes fieri & Chriſtus & Paulus præceperunt, paruis ex interuallis. Nam ſi ſermonem in longum extenderis, in negligentiam frequenter lapſus, multam diabolo ſubrependi & ſupplantandi & cogitationem abducendi facultatem dederis, ab his quæ dicuntur. Si verò continuas & crebras orationes facias, & totum tempus frequentia interpollans, facilè modeſtiam exhibere poteris, & ipſas orationes cum multa perages ſolertia.

Ex com. in epiſt. 1. ad Epheſ.

Vis orationis vigilantiam diſcere, ſolertiam & aſſiduitatem? abeas ad Annam, diſce quid illa fecerit. Surrexerunt inquit, omnes à menſa, & illa ſtatim non ad ſomnum conuerſa eſt, non ad requiem. Vnde mihi etiam ad menſam ſedens ſobria fuiſſe, nec vllis cibis onerata videtur: nec enim tot emitteret lachrymas. Si enim nos cum ſobrij ſumus & ieiuni, vix ita oramus, imò B verò nunquam ita oramus: multo magis illa poſt menſam ita non oraſſet, niſi etiam in menſa ieiunantibus ſimilis fuiſſet. Reuereamur viri mulierem; reuereamur, inquam, qui pro regno ſupplicantes oſcitamus, pro filio precantem & lachrymas fundentem. Et hic quoque mihi pietatem mulieris conſidera: Vox, inquit, eius nō audiebatur, labia verò ipſius mouebantur. Sic qui obtinere aliquid vult, ad Deum accedat, non ignauus, non oſcitans, non deficiens, neque ſe ſcabens aut negligenter agens. Nunquid enim etiam ante orationem deſiderium mulieris nouerat? Sed ſi ante petitionem dediſſet, non apparuiſſet mulieris ſtudium, non virtus fuiſſet manifeſta, non tantum inde premium acquiſiuiſſet. Sed & ipſius ſapientiam videamus: poſtquam enim eam Heli ſacerdos ebriam exiſtimauit, vide quid ad ipſum dicat: Ne des ancillam tuam in filiam peſtis; quoniam ex multitudine ſermones meos extendi vſque nunc. C Hoc verè contriti cordis eſt, cum iniuria nos afficientibus offenſi non ſumus, nec indignamur; ſed etiam nos excuſamus. Nihil enim ita cor ſapiens facit ſicut tribulatio, & ſecundum Deum luctus. Opus eſt itaque nos & menſam auſpicantes & finientes Deo gratias agere.

Ex ho. 2. in Proph. Annam.

Qui enim ad hoc paratus eſt, nūquam in ebrietatem incidet aut vinolentiam: nunquam crapula diſrumpetur: ſed orationis expectationem pro freno ſenſibus impoſitam habens, cum debita modeſtia ex omnibus appoſitis ſumet; & multa quidem animam, multa verò corpus benedictione implebit. Menſa namque ab oratione ſumens initium, & in orationem deſinens, nunquam deficiet; ſed fonte largiùs, omnia nobis bona adferet.

Ex ho. in illud dictum: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum.

Ne tantum itaque prætermittamus emolumentum. Abſurdum enim eſt, ſeruos quidem noſtros, ſi aliquando partem aliquam appoſitorum à nobis accipiant, & gratias nobis agere, & cum benedictione recedere, nos D autem tot bonis perfruentes, nec tantum honoris Deo rependere. Propterea enim multa tam in communibus, quàm in priuatis rebus præter ſententiam nobis eueniunt, quoniam non circa ſpiritualia primum, tùm verò circa ſecularia negotia ſtudium exhibemus. Nónne ſcis, quòd ſi veniens Deum adoraueris & præſentis hic occupationis ſis particeps, magis tibi illa, quæ in manibus habentur, facilia reddantur? ſed ſeculares habes curas? Propter has ſaltem huc occurre, vt allecta per hanc exercitationem Dei beneuolentia: ita tutus prodeas; vt ipſum habeas auxiliatorem, vt ſuperna currente manu, dæmonibus inexpugnabilis fias. Nam ſi preces conſequaris ſpirituales, ſi communis orationis particeps fias, ſi Dei compares auxilium, ſi ipſius armis munitus ita progrediaris; iam neque diabolus ipſe contra te reſpicere poterit, nedum homines improbi, qui iniuria te afficere & calumniari ſtudent. Quod ſi è domo in forum egreſſus, & huiuſmodi armis nudus inuentus fueris, omnibus inſidiantibus expugnabilis eris. Neque mihi quiſpiam dicat, fieri non A poſſe, vt homo ſecularis, foro affixus, continuè per diem oret, & ad eccleſiam excurrat: Poteſt enim, & quam facillimè.

Ex ho. 5. in Proph. Annam.

nam licet in eccleſiam currere facile non ſit, pro foribus illic conſtitutus, & foro affixus orare poteſt. Et hoc multi fecere frequenter; & clamante intus magiſtratu, comminante, contendente, furente, pro foribus ſtantes ſigno muniti, & pauca verba mente orantes, ingreſſi mutauerunt, eum atque mitigauerunt, & mitem ex fero reddidere; nihilque aut à loco, aut à tempore, aut à ſilentio ad orationem iſtam impediti ſunt. Nec enim tam voce opus eſt, quàm cogitatione: neque manuum extenſione, quam animi intentione: neque figura, ſed intellectu. Quoniam & Samuelis mater Anna, non quia claram & magnam edidit vocem, propter hoc audiebatur; ſed quia intus in corde multum clamabat: ait enim: Vox eius non audiebatur, & exaudiuit eam Deus. Ne igitur nos excuſemus dicentes, non eſſe facile quempiam orare ſecularibus nego- B tiis implicitum, & prope ſe oratoriam domum non inuenientem. Nam vbicumque ſis, potes altare tuum conſtituere. Nihil enim locus prohibet, nec impedit tempus. Sed etſi genua non flectas, etſi pectus non percutias, nec manus in cœlum extendas, ſi mentem ſolum feruentem exhibeas, orationem perfectam conſummaueris. Licet enim, & forum petentem, & ſolum ambulantem, prolixas orationes facere. Licet & in officina ſedentem & pelles ſuentem animam domino dedicare. Licet enim ſeruo & ementi, & aſcendenti, & deſcendenti, & culinæ aſtanti, cum ad eccleſiam ire non poterit, orationem facere prolixam & ſolertem. Non enim locum Deus veretur, ſed vnum ſolum exquirit, feruidam mentem & continentem animam. Nam & Paulus non in oratorio, ſed ſupinus in carcere iacens, neque erectus ſtans neque genua flectens: Non enim ſinebat lignum, quo pedibus vinctis tenebatur: quo- C niam iacens ſtudioſè orauit, carcerem concuſſit, & labefactauit fundamenta, carceriſque cuſtodem ligauit, & poſt hæc ad ſacram initiationem deduxit. Et Ezechias haud rectus ſtans neque genua flectens, ſed ſupinus propter ægritudinem in lectulo iacens, cum ad parietem ſeipſum conuertiſſet, quoniam Deum feruenter & caſto animo inuocauit, & prolatam reuocauit ſententiam, & magnam ſibi conciliauit beneuolentiam, atque ad priſtinam rediit ſanitatem. Et latro in cruce diſtentus, paucis verbis cæleſte regnum aſſecutus eſt: Et Ieremias in cæno & in lacu; & in lacu feriſque Daniel, & Ionas in ipſo ceti ventre Deum deprecati, imminentia mala vniuerſa diſſoluerunt, & cœleſtem gratiam ſibi conciliauerunt.

Ex ho. in explic. hiſt. Chananææ.

Quid igitur orans dicere debes? Quod Chananæa. Sicut enim illa dicebat: miſerere mei, filia mea malè à dæmonio vexatur; ita & tu dicito: Miſerere mei, anima mea malè à dæmonio D vexatur. Magnus ſiquidem dæmon peccatum: dæmonium habens, miſericordiam inuenit; peccans odio habetur. Miſerere mei, breue verbum, & clementiæ pelagus continet. vbi enim miſericordia, ibi ſunt omnia bona. Etiamſi extra Eccleſiam ſis, clama, & dic: miſerere mei; & ſi non mouens labia, ſed mente clamans: nam & tacentes Deus exaudit. Non quæritur locus, ſed loci principium. Hieremias in cœno erat, & Deum exorauit: & Iob erat in ſterquilinio, & Deum reddidit propitium: Ionas etiam in ventre ceti, Deum facilem habuit.

Hier. 38. Iob 2.

Etiamſi in Balneo ſis, ora, vbicunque ſis, ora. Templum es, ne locum quæras. Mare erat ante Iudæos, & poſt terga Ægyptij; & medius Moyſes, nihil loquens (multa enim in oratione anguſtia) & dicit ei Deus: *quid clamas ad me?* Et tu igitur, cum tibi aduenerit tentatio, ad Deum confuge, Dominum inuoca. Nunquid enim homo eſt, vt locum petas? Deus ſemper prope eſt. *Adhuc loquente te dicam: Ecce adſum.* Nondum orationem feciſti, & ipſe medicinam præbet. † Si enim mentem puram ab impuris

Exod. 14.

Eſa. 14.

Exhext.

affectionibus habeas, licet in foro ſis, ſiue in via, ſiue in Iudicio conſtitutus, ſiue in diuerſorio, ſiue in officina ſtans, ſiue vbicunque tandem ſis Deo poteris inuocato petitionem obtinere. Quid enim manuum in oratione vult extenſio? Hæ multis ſceleribus miniſterium exhibent: & idcirco iubemur eas extollere, vt orationis miniſterium ſit eis vinculum nequitiæ, & à malitia abductio: vt cum rapturus es, aut alterum oppreſſurus vel percuſſurus, recorderis, quod has pro patronis ad Deum ſis emiſſurus, & per has ſpirituale illud ſacrificium oblaturus: quodque ipſas non cōfundere, nec actionis prauæ miniſterio fiducia priuare debeas. Eas igitur emunda per eleemoſynam, per clementiam, per indigentium tutelam, & ita eas ad orationem offer. Si enim illotis illis ad orationem vti non velis, multò minus in peccatis eas extendens fueris iuſtus. Si, quod minus eſt, illotis manibus orare times, multo magis quod grauius eſt expaueſce. Illotis enim manibus orare non adeò abſurdum eſt: eas autem innumeris criminibus contaminatas habere, hoc multam indignationem affert & exitium.

Ex hom. de non maledicendo.

Vis diſcere quanta ſit orationis in Eccleſia factæ potentia? Vinctus aliquando fuit Petrus, multiſque circundatus erat catenis: oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia pro eo, & ſtatim eum à carcere liberauit. Quid igitur hac oratione potentius fuerit, quæ columnam & turrim Eccleſiæ adiuuit? Et catechumenis quidem permiſſum hoc nondum eſt, quoniam necdum ad hanc peruenêre fiduciam: vobis autem & pro terrarum orbe, & pro Eccleſia, quæ vſque ad terminos terræ extenditur, & pro gubernantibus ipſam & præſidentibus orationes facere præcipitur.

Ex expoſ. ep. 2. ad Theſſ.

Cum animi igitur alacritate obedite, opere teſtantes, quod magna vis eſt orationis in Eccleſia à populo concorditer oblatæ. Nam cum inter homines, populo ſontes viros, cum ad mortem trahuntur, petente, Rex multitudine motus ſententiam deponat, multo magis Rex cœleſtis à vobis placatus petita præſtabit. Non audiſtis, quod *ita* Petrus de carcere ereptus ſit, quoniam erat oratio prolixa quæ pro eo fiebat? Quanto maius eſſe noſtra creditis exiguitate, ad Deum pro tanto accedere populo & ſupplicare? Nam ſi pro meipſo precari fiduciam non habeo, multo minus pro aliis: beneplacentium enim hoc eſt. Cum igitur etiam ipſe offenderim, quomodo pro alio deprecabor? Quod enim vnus pro multis oret, res magdæ eſt fiduciæ, multæque indigens libertatis: Multos autem ſimul cōgregatos pro vno ſupplicationem facere, nil graue videbitur.

Ex ho. 3. de incō-prch. Dei natura.

Oratio quidem domi etiam fieri poteſt: ſic autem, vt in eccleſia, non poteſt; vbi tanta patrum multitudo, vbi clamor ad Deum vnanimiter emittitur. Non ita Dominum per te ſolum orans audiris, ſicut cum fratribus tuis. Hic enim maius quid eſt vnanimitas videlicet & conſonantia, charitatiſq. vinculum, & ſacerdotum orationes. Propterea namque ſacerdotes præpoſiti ſunt, vt multitudinis orationes, cum ſint infirmiores, horum velut potentiorū precibus ſe coniungentes, pariter cum illis in cœlum aſcendant. Si namque Petrum Eccleſiæ adiuuit oratio, & illam ex carcere columnam eduxit, quomodo tu quæſo, ipſius potentiam contemnis? Quemadmodum enim charitatis virtus interuallo non arcetur, ita nec orationis efficacia: ſed ſicut illa inter ſe diſtantes coniungit, ita & hæc procul poſitos plurimum adiuuare poterit.

Ex orat. cōtra nolentes (?) ob ſeruat.

Nam & Moyſes, quanquam corpore pugnantibus non aderat, non tamen minus quàm pugnantes, ſed & multo plus ad illam contulit pugnam, manuum extenſione ſuorum extollens vires, & tremendas faciens aduerſariis.

Ex 1. ep. ad Cor.

Nullum enim officium adeò magnū fuerit, niſi aliis etiam lucrum communicarit. Siue enim ieiunus maneas, ſiue humi dormias, ſiue fauillam comedas, ſiue lugeas continuè, & nulli proſis alteri, nil magnum efficis. Nam & à Moyſe multa magnaque miracula & ſigna ſunt edita: ſed nihil ipſum tam magnum effecit, quam illa beata vox, quàm ad Deum emiſit dicens: Si dimittis quidem eis peccatum, dimitte: ſin autem minus, & me dele. Et verò Dauid hoc ipſum oſtendens, aiebat: Ego paſtor peccaui, & ego malum feci: & hi, grex, quid fecerunt? Fiat manus tua ſuper me & ſuper domum patris mei. Magna quidem & hæc, & angelica conuerſatione digna. Pauli verò dicta multum hæc ſuperexcedunt. Gloria namque futura optauit excidere pro aliorum ſalute. Ionas verò, quoniam propriam vtilitatem quæſiuit, etiam de vita periclitatus eſt: & ciuitas quidem ſtabat, ipſe verò ſubmergebatur.

Ex ſerm. in Apoſt. Paulum.

Magna quidem & reliqua Moyſi virtutis merita: ſummum tamen & ſanctæ illius animæ culmen: quoniam ex libro deleri elegit pro Iudæorum ſalute. Pauli verò votum ex multa ſuperauit abundantia. Nam ille quidem cum aliis perire malebat, hic autem non ſimul perire, ſed ſoſpitibus aliis, ab æterna ſolus gloria excidere optabat.

Ex com. in epiſt. 1 ad Theſ.

Bonum eſt igitur Sanctorum exoratione frui: ſed cum & nos ſumus cooperatores: quod ſi non affuerit, nihil aliorum prodeſt auxilium, verùm etiam cum illo perimus. Quid enim Iudæis profuit Hieremias? Nónne ter ad Deum acceſſit, & ter audiuit: ne ores neque preceris pro populo iſto, quoniam te non exaudiam? Quid Sauli profuit Samuel, ad vltimum vſque diem orans, & pro eo lugens? Quid autem & Iſraelitis profuit? nónne dicebat, Abſit autem à me hoc peccatum in Domino, vt ceſſem orare pro vobis? nónne cuncti perierunt? Nā Deum audi dicentem per Prophetam: *Si ſteterint Noë, Iob, & Daniel, non liberabunt filios ſuos & filias,* quoniam nimium inualuit illorum malitia. (Ezech. 14) Quid ergo? nihil profunt orationes? Profunt & quam plurimum: ſed cum nos quoque cooperamur. Et ſi ſcire cupis quantum contulerint, cogita mihi Cornelium & Tabitham. audi quoque Deum dicentem: protegam ciuitatem iſtam propter me, & propter Dauid puerum meum. Sed quando? Tempore Ezechiæ iuſti. Alioqui ſi malorum quoque valebant preces, quare non etiam cum Nabuchodonoſor veniret, Deus hoc dixit, ſed ciuitatem tradidit? quoniam magis inualuerat peccatū. Et hic ipſe rurſum Samuel pro Iſraelitis orauit, & obtinuit: ſed quo tempore? cum & ipſi Deo grati fuerunt, tunc hoſtes in fugam conuertit. Et quid mihi opus eſt, dicet aliquis, aliorum oratione, cum ego Deo placeo? Quid ais homo? Paulus non dixit, quid mihi opus eſt oratione: nec Petrus dixit, quorſum mihi oratio, licet orantes eo digni non eſſent, imò nec pares: & tu dicis, quid mihi opus eſt oratione? Petrus non dixit, quid mihi opus eſt oratione? *Oratio,* inquit, *fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo;* & ſtatim liberauit eum ex vinculis: & tu dicis, quid mihi opus eſt oratione? (Act. 12.) Propter hoc indiges, quoniam te indigere non credis.

Ex hom. in ſtatuas

Nam ſi Deus noſtrum in orationibus torporem & negligentiam exquirat, & quod in ipſius conſpectu poſiti & orantes ipſum, neque tantum ei exhibemus honorem, quātum dominis ſerui, quantum ducibus milites, quantum amicis amici: amicum enim alloquens hoc cum attentione facis: Deo autem pro peccatis occurrens, pro tot criminibus veniam petens, & remiſſionem rogans tibi fieri, torpes: & genibus tuis humi poſitis, circa forum & domum mentem tuam vagari frequenter permittis, ore tuo fruſtra nugante & incaſſum: nec hoc ſemel & bis, verum & frequenter patimur. Si hoc tantum exquirere Deus voluerit, nunquid veniam habebimus? nunquid excuſationem aſſequi poterimus? Non, arbitror ego. Si verò curioſos aſpectus noſtros Deus examinet, & prauas concupiſcentias quas in mente habemus, turpes & impuras cogitationes admittentes ex incauta oculorum vagatione: ſi detractiones, quibus per ſingulos dies alter alterum vituperat, in medium producat; & intempeſtiua iudicia quibus proximum condemnamus, nullum habentes negotium, doloſque quos alter in alterum ſtruimus, nunc

quidem

quidem præſentem laudantes fratrem, & tāquam amicum alloquentes, abſentem vero criminantes: nunquid pro his rationes reddere poterimus? Quid verò loquar inuidiam, per quam bene ſe gerentibus frequenter inuidemus, non inimicis tantum, verum etiam amicis: & aliis mala patientibus, lętamur, & propriæ ærumnæ putamus conſolationem alienas calamitates? [Ex cō. in Euang. ſecundū Ioan.] Nam ſi ſecularibus & præſentibus abſtinere iubemur: quomodo miſeri non ſumus & infelices, hæc à Deo poſcentes, qui præcepit etiam habentes abiicere? Si verò non pro fidelibus tantum, ſed etiam pro infidelibus orare iubemur, cogita quantum mali ſit, contra fratres imprecari. [Ex com in epiſt. 1 ad Tim.] Quid agis homo? Ad Deum accedis, vt propitium reddas, & imprecaris alteri? Niſi dimittas, nec tibi dimittetur: & tu non ſolùm ipſe nō dimittis, ſed & Deum, ne dimittat, expoſcis? Si non dimittenti non dimittitur, etiam Dominum, ne dimittat, oranti, quomodo dimittetur? Si enim inimicos habere dedecus eſt, ipſis imprecari cogita quātum ſit malum. [Ex cō. ad epiſt. 2. ad Cor.] Cum enim te purgare debeas, quòd inimicos habeas, tu ne ipſos etiā accuſas? Et quam veniam conſequeris, etiam maledicens, ac tali in tempore, quo nō mediocri tibi opus ſit miſericordia? Nam & pro tuis oraturus peccatis acceſſiſti. Noli igitur alienorum recordari, ne propria commemores. Si enim dixeris, percute inimicum, os tuum obſtruxiſti, & linguæ iam abſtuliſti libertatē. Primum quidem, quoniam iudicem ſtatim ab ipſis exordiis irritaſti: Deinde, quoniam contraria petis, & orationis formæ repugnantia. Nam ſi pro remiſſione peccatorum accedis, quomodo de punitione verba facis? Contrarium enim facere oportebat & pro aduerſantibus ſupplicare, vt cum fiducia pro nobis quoque poſſemus orare. Si igitur anima imprecante nihil ſceleſtius, nec lingua talia loquente quicquam impurius, quamobrem omnia non expedis, vt orans nihil dicas, quod tuum irritet Dominum: Homo es, fera ne fias. Propterea tibi factum eſt os, non vt mordeas, ſed vt medearis. Recordare quid te monuerim, inquit Deus, vt parcas & remittas: tu verò etiam me rogas meorum fieri mandatorum euerſionis participem, & deuoras fratrem, & linguam cruentas, ſicuti furentes ex propriis artibus dentes. Quomodo diabolum lætari credis atque ridere, cum talem audierit orationem? quomodo irritari Deum, & auerti ſimul & odiſſe, cum talia rogaueris? Conſidera, ad quem accedas homo, cōtra inimicos tuos. Numquid enim alium accedis Deum? Illum accedis, qui dixit; orate pro inimicis veſtris. Quomodo igitur aduerſus eos clamas? Quomodo Deum rogas, vt propriam diſſoluat legem? Non eſt iſta ſupplicis forma. Nemo rogat vt alius pereat, ſed vt ipſe ſaluetur. Quid igitur ſupplicis quidem habitum induis, verba autem habes accuſatoris? Et cum pro nobis quidem oramus, ſcalpimus nos & oſcitamus: cùm verò aduerſus inimicos, vigilantes hoc agimus. Quoniam enim diabolus nouit, quod in noſipſos enſem agimus, tūc nos nō circumfert neq, diſtrahit, vt magis nobis noceat. Sed iniuriam, inquis, paſſus ſum, & affligor. Itaque contra diabolum ora, qui nos ſuper omnes afficit iniuria. hic enim & inimicos parit. Sin autem aduerſus inimicos oraueris, orationem quam ille quærit, orabis: Sicut econtra, ſi pro inimicis aduerſus iſtum. Hic enim eſt impacatus hoſtis: at homo, quęcunque faciat, amicus eſt & frater. Quid igitur verè inimicum omittens, membra propria mordes? Hæc ergo ſcientes, dilectiſſimi, ſtudeamus iuxta mandata & volūtatem Domini conuerſari, vt cœlorum quoque regnum conſequamur, in Chriſto Ieſu Domino noſtro: cui gloria & imperium cum Patre & ſancto Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

DE POENITENTIA.

Homilia III.

PRopterea de pœnitentia continuè. *Habetur ex interpretatione Ber. Brixiani ſuprà in hoc tomo.* Propterea de pœnit.

DE IEIVNIO ET Temperantia.

Homilia IV.

VIs intelligere quantum hominibus ornamentum ſit ieiunium, quanta munitio, quantum præſidium? Conſidera mihi beatum illud & admirandum genus monachorum. Hi enim vitæ huius tumultus fugientes, & ſurſum ad montium cacumina feſtinantes, compoſitiſque in tranquilla ſolitudine, velut in tuto portu, tuguriis, ieiunium tanquam totius vitæ comitem & conſortem, aſſumpſerunt. Idcirco ipſos ex hominibus angelos effecit: nec illos ſolùm, ſed quoſcunque in vrbibus ſui cupidos inuenerit, ad idem philoſophiæ culmen exaltat. Illud etiam qui antehac deſidioſi & molles erāt, ſub maternas manus hodie reduxit. Quod ſi tantum in vobis ſtudium excitauit, dum adhuc in expectatione eſt, quantam in vobis pietatem efficiet, vbi aduenerit & præſens adfuerit? Si huic voci Adamus obediuiſſet, non illam ſecundam audiuiſſet dicentem, terra es & in terram reuerteris. [Ex hom. in proph. Ionas. & Daniel & 3 pueros.] Sed quoniam huic obſequi noluit, hinc mors, triſtitia, ſollicitudines, vitaque omni morte grauior exiſtit. Et quemadmodum per iniuriam contempta, mortem contemptori attulit: ita viciſſim cum honore excepta, pro morte vitam reuocauit. Magnam enim illam & admirandam Niniuitarum vrbem, quæ humi proſtrata, & inclinato ad barathrum capite iacebat, & iamiam deſuper imminentem acceptura erat plagam, veluti cœlitus aduentans quædam virtus, ex ipſis tortoris manibus eripuit, vitæque reſtituit. Videamus itaque quomodo Niniuitæ ieiunauerint, & qua ratione à diuina ira liberati ſint. Homines, inquit, & iumenta, oues & boues ne paſcantur. Quid quæſo dicis? Etiam bruta animantia ieiunāt, & equi & muli ſacco induuntur? [Ex hom: in ſtat.] Planè inquit. Quemadmodum enim diuite aliquo homine mortuo, nō famulos dumtaxat & famulas, ſed equos etiam ſacco indutos cognati ad ſepulchrum ſequi iubent, quò videlicet calamitatis magnitudinem indicent, & ad commiſerationem omnes permoueant: eadem ratione, cum vrbs illa interitura eſſet, animalia rationis expertia ſacco cooperiunt, & inediæ iugo grauant. Brutæ, inquit, animantes ratione cognoſcere iram Dei nequeunt. per famem igitur eam diſcant. Ad quas enim punitionis aliqua pars peruentura eſt; eaſdem ieiunij quoque participes fieri oportet. Quod ſi forte aliqui ex hoc cœtu, corporis imbecillitate prohibeantur, quò minùs ieiuni maneant; illos ego moneo, vt & infirmitati corporis ſolatiū quærant, & diſciplina hac ſpirituali ſeipſos non priuent, ſed tanto maius ſtudium & ſollicitudinem oſtendāt. [Exhortatio.] Ea enim de cauſa à cibis Deus abſtinere iubet, vt videlicet carnis laſciuiam refrænantes, ad mandatorum Dei perfectam obſeruationem domitam ipſam reddamus. Si verò nullum ex ieiunio adiumentum nobiſipſis allaturi ſimus, ob corporis imbecillitatem: ac inſuper maiorē ſocordiam oſtenſuri, maximis vtique detrimentis afficiemur. Nam cum nihil nobis proſit ieiunium, ſi interim facienda omittamus; multo magis damnum

patie-

A

patiemur, ſi ieiunij remedio non valentes vti, ſegniores nos ad implenda mandata Dei exhibeamus. Ac ſi illi, qui ſecularia tractant negotia, nunquam munus aliquod capeſſunt, niſi proueniens ex eo lucrum perſpexerint: multò magis conueniēs eſt, vt nos idipſum factitemus, nec ieiunij hebdomadas leuiter prætereamus, ſed ſuam quiſque conſcientiam perſcrutemur & rationem examinemus, videamuſque, quid hac quidem hebdomade emendatum ſit, & quid illa: quid augmenti in ſequentem conceperimus, & quantum in noſtris affectibus correxerimus. Niſi enim res hoc modo noſtras inſtituerimus, & tantam propriarũ animarum curam egerimus, nihil prorſus emolumenti ex ieiunio atque abſtinentia, quam ſuſtinemus, conſequemur. Quamobrem ſi ob corporis debilitatem ieiunus totam diem permanere nequeas, nemo verè prudens te ob id accuſare poterit. Mitem enim ac benignum habemus Dominũ, & qui nihil, quod vires noſtras ſuperet, à nobis requirit.

B

Neque enim ſimpliciter ciborum abſtinentiam ac ieiunium à nobis exigit fieri, neq; ob id, vt impaſti maneamus ſolum: ſed vt noſipſos à mundanis negotiis auertentes, omne otium ſpiritualibus rebus impendamus. Quod ſi ſobrio animo vitam noſtram perageremus, atque erga res ſpirituales omnem ſollicitudinem oſtēderemus; ad cibum quoque capiendum non niſi vt ſatisfaceremus neceſſitati, accederemus, & in bonis operibus omnem vitam conſumeremus, non magnoperè ieiunij adiumento nobis opus foret.

Ex ho. in prophet. Ionam & Daniel, & 3. pueros.

Sed quoniam mollis atque ignaua eſt humana natura, & voluptati ac diſſolutioni potius dedita: idcircò velut amantiſſimus quidam parens, ieiunij remedium benignus Dominus nobis excogitauit, quo videlicet & voluptatum illecebræ in nobis exciderentur, & curam, quam pro rebus ſecularibus gerimus, ad ſpiritualium operum exercitationem transferemus.

C

Sed inueniuntur multi homines, qui contra ieiunium ceu beſtias pugnaturi, ita helluatione ſeſe armant, ac ſeipſos diſcerpentes, ſibique caliginem offundentes magna cum dementia ieiunij placido ac ſereno aſpectui occurrunt. Ac ſi quidem interrogauero, quam ob cauſam hodie ad balneum curris? reſpondes, vt mundo corpore ieiunium ſuſcipiam. Et ſi rurſus quæſiero, quare te inebrias? iterũ reſpondes: quoniam ieiunium iam ingreſſurus ſum. Quomodo verò non abſurdum eſt, puro quidem corpore, impuro autem ac temulento animo pulcherrimum ac honeſtiſſimum ieiunium excipere? Aſſuefaciamus igitur nos tantum comedere, quantum ad vitæ conſeruationem neceſſarium eſt; non autem eſcis diſtendamur & grauemur. Nec enim ideò facti ſumus aut viuimus, vt comedamus & bibamus, ſed vt viuere poſſimus, manducamus. Non enim vita propter alimentum, ſed alimentum propter vitam à principio factum eſt: ad neceſſitatem, fratres, non ad voluptatem vitę ſumptus comparatus eſt.

D

Ex ho. in diuitem & Lazarum.

Abiecto igitur eo, quod naturæ ſuperfluum eſt, neceſſarium duntaxat amplectamur. Quid enim menſa illa ſanctius eſſe poſſit, vbi temulentia quidem & edacitas, omniſque luxuria ſubmota exulat, & loco illius admiranda quædam de diuinorum mandatorũ cuſtodia contentio introducta eſt? Et vir quidem vxorem obſeruat, ne in periurij barathrũ incidat: cuſtodit autē virum vxor: & mulcta grauiſſima transgreſſori conſtituitur: vbi præterea nec herum à famulis reprehendi pudet; nec dominum domeſticos corrigere piget.

Ex ho. in illud ſimile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui volebat ponere rationē cũ ſeruis ſuis.

Eiuſmodi domum ſi quis eccleſiam diceret, nihil à vero aberraret. Vbi enim tanta ſobrietas viget, vt pro diuinis legibus in tempore ſolliciti ſint, atque omnes præſentes de hoc inter ſe certent & contendant, ibi omnē diaboli malignam poteſtatem propulſatam, Chriſtum verò in tam præclara ſuorum ſeruorũ contentione præſentem adeſſe, manifeſtum eſt. Sed magna inquit, peccato

A

Ex comment. Euan. ſecundum Ioã.

coniuncta eſt voluptas: virtuti autem labor & ſudor non exiguus. Et quæ tibi, quæſo, gratia habebitur, aut vnde mercedem accipies, ſi res cum labore coniuncta non fuerit? Etenim non paucos oſtendere poſſum, qui feminis commiſceri naturaliter horrent. hos igitur caſtos appellabimus, aut coronis dignos cenſebimus? Neutiquam. Caſtitas enim continentia quædam eſt, & cum impugnantes voluptates ſuperamus.

Ex ſerm. quam ſit vtile prophetias de Chriſto & gentib & Iudæorum ruina obſcuras eſſe.

Sæpè enim perturbationum fluctus, marinis æſtibus immaniores, mentem noſtram obruunt. atque ingentem ei inferunt confuſionem. Sed qui ignauus eſt & negligens, continuò ingruente tempeſtate tumultuatur, conſternatur, turbatur, ſubmerſam ab affectionibus animam & naufragium patientem circumſpectat: fortis autem & animoſus tanquam rectore nauis in gubernaculis, ita ratione ſupra affectiones cōſtituta, non ante omnia tentare deſiſtit, quàm nauiculã ad tranquil-

B

lum philoſophiæ portum direxerit. Nec porrò feminarum conuerſationibus robur noſtrorũ molliri, neruoſque infringi patiamur: grandis enim ex ea re, & ineffabilis in noſtros animos irrepit malitia. Et quid quod amore ebrij eam non animaduertamus? Etenim vel hoc ipſum omnium eſt grauiſſimum, quod ne quidē intelligamus, nos adeò eneruari & cera ipſa molliores euadere.

Ex com. Euang. ſecundum Math.

Quemadmodũ enim aliquis leonem ſuperbum & terribilem comprehenſum, villis ipſius detonſis, dentibus euulſis, & vnguibus reſciſſis, turpem & deridiculũ reddit, & pueris ſuperatu facilem; qui ante formidabilis atque intolerabilis erat, ſoloque rugitu omnia concutiebat; eadem ratione etiam feminæ, quoſcũque ceperint, diabolo obſequentes & captu faciles reddunt; molliores magis præcipites, impudentes, veſanos, iracundos, temerarios, importunos, ignauos, crudeles, ſeruili ingenio, illiberales, improbos, garrulos: & vt ſummatim dicam, quoſlibet mulíebres & prauos affectus ipſorum mentibus imprimunt.

C

Fieri igitur non poteſt, eiuſmodi cũ tanta affectionum ſimilitudine feminis cohabitantem, & in earum conuerſatione viuentem, non circulatorem aliquem aut futilem hominē eſſe. Si enim locutus aliquid fuerit, totum de tela & lana erit, linguá iam ſimili muliebriũ ſermonum colore infecta: Si verò quid agat, planè ſeruili modo id facit, longè à Chriſtiana libertate ſeipſum abducens, atque ad res magnas gerendas factus inutilis. Si igitur planũ nobis facere velis, quòd ſcurrilia loqui minimè gaudeas; eadem audire etiam ne ſuſtineas. Iam verò, quando tandem labores pro continentia ferre poteris, ſi riſu, verbiſq; obſcœnis paulatim diffluas? Bene enim nobiſcum agi putandũ eſt, ſi pura ab omnibus iſtis anima, religioſa ſit & caſta.

Ex ho. in Oziam.

Nec mihi quiſquam dicat: Saluari non poſſum, niſi dimittam vxorem, niſi dimittam liberos, niſi dimittã occupationes.

D

Nunquid enim coniugium tibi impedimento eſt? Adiutrix tibi data eſt mulier. Nunquid enim matrimonium inimicum aut malum? At potius malũ quoddam eſt fornicatio. Ego meo periculo ſpondeo tibi ſalutem. Quod ſi improba ſit vxor, ne hoc in excuſationem adducas: ſiquidem & ipſius Iob vxor maligna erat & peruerſa, eique vt Deum blaſphemaret, ſuadebat. Quid igitur? num turrim illã concuſſit? num adamantem illũ ſubegit? petrámne illam ſuperauit? nequaquam, ſed illa quidem incurrit, turris autem firmior facta eſt: fructus quidē decerptus eſt, ſed arbor non concuſſa: folia deciderunt, & radix immota permanſit.

Ex ho. in Oziam.

Quemadmodum ergo rector nauis, qui in portu naufragium faceret, nullam veniam conſequeretur: ita etiam homo qui ex coniugio cautelam obtinuit, ſi aliena violet matrimonia, aut aliam quamlibet feminam curioſè aſpiciat, neque apud homines, neque apud Deum vllã habere poterit veniam, etiamſi millies naturæ cupiditatem prætendat. Quæ enim ex eiuſmodi libidine voluptas oriri poſſit, ſi timor adſit, ſi ſollicitu-

do

Ex epiſt. 2 ad Olympiam.

do & periculum, ſi carcerum & ſuppliciorum metus, ſi iudicis ira & gladius, & tortor, & infernus, & exilium cogitetur? Enimuero homo talis etiam vmbras & parietes, ipſoſque lapides tanquam vocem emittentes, ita ſuſpectos habet & veretur; omnia inquam timet & formidat, tantorumque malorum expectatione in animo mordetur. Non igitur impedimentum eſt coniugium, ſed cuſtodia potius eſt continentiæ. Eiuſmodi enim res eſt virginitas, tantoque opus habet labore, vt cum è cœlo Chriſtus ex hominibus angelos facturus veniſſet, vt hic ſupernam ciuitatem plantaret, ne tunc quidem eam præcipere ſit auſus, aut inter leges referre: ſed mortem quidem (qua quid grauius eſſe poſſit?) pro ſe oppetere, crucem quoque continuè ferre, & inimicis benefacere iuſſit; virginitatem autem ſeruare nequaquam lege ſanciuit, ſed in auditorum libera voluntate manere reliquit, dicens: Qui poteſt capere capiat. Enimuerò magna huius rei eſt dignitas, & admodum occultus iſte virtutis ager. Atque hoc etiam illi manifeſtum faciunt, qui in veteri teſtamento multa alioqui præclara geſſerunt. Magnus enim ille Moyſes caput illud prophetarum, familiaris Deo amicus, qui tanta vſus eſt dicendi libertate, vt ſexaginta hominum millia, qui culpabiles erant, punitioni & diuinitus immiſſæ plagæ ſubtraheret; ille talis tantuſque vir, mari quidem præcepit, & pelagus diuiſit, & ſaxa dirupit & aërem mutauit; qui Nili aquas in ſanguinem conuertit, & omnem creaturam transformauit, aliaque decem millia admiranda, & multa virtutis opera monſtrauit: ad hæc verò certamina ne oculos quidem intendere potuit, ſed coniugio eiuſque præſidio opus habuit: nec auſus eſt in virginitatis pelagus ſeſe dare, eiuſdem fluctus reueritus. Et patriarcha, ille filij ſacerdos, crudeliſſimum illum in naturam affectum ſuperare valuit, filiumque occidere potuit, & puerum Iſaac in ipſo ætatis flore, in ipſo adoleſcentiæ vigore, vnigenitum, legitimum, & præter omnem expectationem ſibi datum, eumque in montem educere potuit, gladium arripuit, & per iugulum adegit, adegit & cruentauit, ſed tamen qui tale & tantum facinus perficere potuit, vt naturæ excederet limites, ad virginitatis certamina ſe accingere non eſt auſus; ſed & ipſe iſthæc certamina timuit; & connubij ſolamen amplexus eſt. Iob etiam vir iuſtus, qui diaboli faciem contudit, qui dum feritur non ferit: qui omnia tentationum genera ſuſtinuit, & harum ſingula cum quadam exuperantia, (quæcunque enim acerba eſſe videntur & ſunt, ea omnia in vnum ipſius corpus effuſa, atque in eiuſdem animam inſperſa ſunt) ille igitur cum talis & tantus vir eſſet, qui tot naturæ tormenta proculcauit, ille idem inquam non eſt auſus in hanc pugnam ſeſe dimittere: ſed & coniuge vſus eſt, & tot liberorum factus parens. Nequaquam enim cœlibatum lege iuſſit Deus: Quem decet gloria & honor, & adoratio, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Ex hom. in eos qui non rectè vtuntur dicto apoſtolico, aiente, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus an. nunc.

DE PROSPERITATE & aduerſitate.

Homilia V.

Ex interp. Pſal. 2.

VVLGVS hominum, cum diuitiis abundant, cum celebres fiunt, cum ad voluntatem omnia illis fluunt, cum hoſtes ſuos ſibi ſubiecerunt, tum ipſorum Deum meminiſſe arbitrantur: Atque hac de cauſa etiam ignorant quando ipſorum obliuiſcatur. qui enim memoriæ ſignum non nouerunt, ipſum quoque obliuionis neſciunt. Memoriā ſiquidem nihil ita apud Deum parit, quam virtutis ſtudium: Sicut econtra obliuionem nihil aliud, quàm peccatis obnoxium eſſe. Et tu ergo homo, cum in periculis verſaris, ne dixeris, Deus oblitus eſt mei; ſed tum, cum in peccatis es: & maximè cum omnia felicia tibi eueniunt. Sobria enim & vigilans anima, non ſolùm quando res proſperæ ſuccedunt, probitatem ſuam, & candorem oſtendit, verū etiam cum contraria aliqua rerum viciſſitudo conſequitur, parem gratiarum actionem offert, nihil ab eiuſmodi rerum mutatione facta mollior & remiſſior. Sicut enim abundantium aquarum curſus, vbi affluentem aquam ſuſceperit, bullas excitat, quarum aliæ quidem ſimul ac enatæ ſunt rumpūtur; aliæ verò plus intumeſcentes paulo poſt & ipſæ eliduntur: ad eūdem modum huius vitæ pelagus, alios vixdum oſtenſos abſcondit; alios verò diutiùs ſuperſtites eoſdem tandem ſubmergit.

Excomm. in Gen.

Et quid turbaris, inquit, ſi quidam eiectus, quidam introductus eſt? Chriſtus crucifigebatur, & Barabas latro noxæ eximebatur, prælatuſque eſt homicida Seruatori. Et cum in deterius res aliquando mutantur, mox adulatorum auferuntur laruæ; tunc chorus deprehenditur ſimulatorum, & rei ſimulatio: omnium ora aperiuntur dicentium: ſceleſte, improbe, peruerſiſſime, nonne heſterna die iſti aſſentabaris? nonne manus ipſius exoſculabaris? Laruæ erant illæ: venit tempus opportunū, & abieci laruā, ingeniumque prodidi.

Ex epiſt. ad Olympiad.

Multi etiam laborantibus quidem condolent amicis; benè verò audientibus minimè collætantur, & illud quidem, Gaudere cum gaudentibus, non minimum eſt ex iis quæ rectè & cum laude fiunt: imò & longè maius illo, flere cum flentibus, & adeſſe periclitantibus. Multi enim in diſcrimine quidē verſantibus compericlitati ſunt, laudem verò conſecutis non ſunt collætati; imò etiam ægre tulerunt: atque ita grauiora cum ſuſtinuiſſent, in leuioribus defecerunt.

Ex ho. in epi. ad Ro.

At tres pueri ne in fornacem quidem coniecti pietatis in Deum obliti ſunt. Propterea etiam ad inſtar muri factus eſt illis ignis, & flāma veluti veſtimentum, & tanquam fons, ipſa fornax; quæ cum antè reuinctos ſuſcepiſſet, ſolutos reddidit: accepit mortalia corpora, & velut ab immortalibus abſtinuit: Non agnouit naturam, ſed pietatem reueritus eſt. ligauit tyrannus pedes puerorum, ligarunt ipſi poteſtatem ignis. O nouum & inauditum miraculum! vinctos ſoluit flāma, atque ipſa deinde à vinctis ligatur. Ipſam enim rerum naturam adoleſcentum pietas immutauit, aut potiùs non mutauit, ſed, quod multò mirabilius erat, natura manente, vim ipſius cohibuit. Non enim ignem extinxit, ſed ardentem languidum reddidit. Et, quod planè mirabile ac inuſitatum eſt, iſtud non in corporibus Sanctorum iſtorum duntaxat, ſed & in eorundem veſtimentis factum eſt.

Ex hom. in Stat.

Et ſicuti Pauli aliorumque Apoſtolorum veſtes morbos, dæmoneſque expulerunt, & vmbra Petri mortem abegit, ſic & puerorum iſtorum calceamenta vim ignis extinxerunt. Quibus hoc verbis explicem, neſcio: maius enim eſt miraculum hoc, quàm vllo ſermone explicari poſſit. Extincta enim vis ignis, nec tamen extincta erat. Quando enim cum corporibus agebat Sanctorum iſtorum, extincta erat: quando verò vincula diſrumpenda erant, minimè extincta erat. Vincula igitur dirupit, & calcaneos non attigit. Vides quam vicinus fuerit, & nequaquam abductus ignis, nec tamen in vincula graſſari auſus ſit? Sed quare igitur vinxit, cum eos in fornacem coniicere vellet? Nimirum, vt illuſtrius euaderet miraculum: vt ne exiſtimes, oculorum eſſe illuſionem, qui videbantur. Si enim ille ignis non fuiſſet ignis, nequaquam vincula abſumpſiſſet, nec foris ſedentes corripuiſſet. Iam verò in eos qui foris erant, ſuam vim oſtendit; in eos verò qui intus erāt, obſequium ſuum monſtrauit. Et tyrannus quidem, vbi pueris nihil mali accidere conſpexit, aduerte quomodo mutatus fuerit. Serui Dei altiſſimi, inquit, egredimini

mini, adeſte. Nonne paulò antè dicebat: Et quis eſt Deus qui vos de manibus meis valebit eripere? quidnam contigit? Vnde iſta mutatio? Foris enectos cernis, & eos, qui intra fornacem ſunt, vocas? Vnde ſubiit tibi eiuſmodi inquirere? Videſne quantopere Rex immutatus ſit? Ac Deus quidem ideò hæc omnia ita euenire permiſit, quæ tyrãnus voluit, quo manifeſtum faceret, neminem eos lædere poſſe, quos ipſe protegit. Etenim in Iob id ipſum præſtitit. Permiſit diabolo, vt omnem ſuã in illo poteſtatem oſtenderet: & poſtquam is omnia tela ſua exhauſiſſet, neque vllus inſidiarum relinqueretur modus, tunc è certamine Athletam eduxit; vt illuſtris & planè indubitata fieret victoria.

Ex hom. in diuitē & Lazarum.

Propter hanc etiã cauſam Lazarum in ſinu Abrahæ videbat diues; vt quemadmodum grauiorem ille ſenſerat dolorem, quod in ianua diuitis iacens bona aliena intueretur: ita porrò huic grauior eſſet pœna, Lazari videre delicias, quam gehennæ flammis cremari: atque ità non natura ſolùm tormentorum, ſed etiam illius honoris comparatione intolerabilius ſuſtineret ſupplicium. Et quemadmodum Deus Adamum è paradiſo eiiciens ante hortum collocauit, vt iugis aſpectus affectum renouans maiorem amiſſorum bonorũ pararet cognitionem: ſic etiam diuitem ex aduerſo Lazari cõſtituit, vt cognoſceret, quibus bonis ſeipſum priuaſſet. Et quam ob cauſam non ad Lazarum, ſed ad Abrahamum diues preces fudit? Puduit ſcilicet ipſum, & erubuit, dum omnia ſecundum res vitæ huius æſtimans, illũ omnino acceptæ iniuriæ memorem exiſtimaret. Si enim ego, inquiebat, tanta rerum fruens copia, nec vlla laceſſitus iniuria, tot malis oppreſſum hominem deſpexi, & ne micas quidem impertitus ſum: multo magis ipſe tantopere antea contemptus mihi benefacere abnuet. C Abrahamum itaque inuocauit, quem ignorare putabat, quæ contigiſſent; neſcius quod non ex ſe diceret patriarcha quæ dicebat, ſed diuinas ei recitaret leges. Digitum etiam deſiderabat illum, quem linguis canum frequenter obiici paſſus eſt. Sed vide interim S. Abrahami charitatem. Non aiebat: inhumane, crudelis, ſceleſte, cum tantis incommodis affeceris hominem, humanitatis iam & veniæ & miſericordiæ meminiſti? non pudet te, neque erubeſcis? nihil iſtorum dicebat. ſed quid? fili, accepiſti bona tua. Animam enim afflictam, dicit, ne ampliùs contriſta: ſufficit illi ſupplicium: ne illius adhuc calamitatibus inſultemus: quod in mea eſt poteſtate, inquit, hoc tibi do: hinc verò iſtuc migrare non eſt noſtrum. Cernis quanto ille fruatur honore & dignitate, qui antè iuxta portam deſpectus, inops, aſſiduè cum fame luctans, ab vlceribus obſeſſus, canibus obiectus iacebat? Libenter enim iſta continuè repeto, vt nemo eorum, qui aut D egeſtate aut morbis affictantur & inedia, ſeipſum ceu miſerum & infelicem deſpiciat: ſed cum patientia & gratiarum actione omnia perferens bona ſpe ſuſtentetur, dũ ineffabiles illas retributiones laborumque remunerationes expectat, quas omnes nos obtinere contingat, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem decet gloria, poteſtas, honor, & adoratio, cum Patre & ſancto Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

De Doctrina & Correptione.

HOMILIA VI.

Ex hom. 4. de incompr.

NVper quidem contra eos agebamus, qui oratione deſerta, per illud tempus extra Eccleſiam verſantur: iam verò cum iis expoſtulaturus ſum, qui in eccleſia ſunt; non quia intra eam manent, ſed quia manentes nihilo melius ſeſe habent, quàm qui foris A commorantur; dum nimirum tremendo illo tempore inter ſe confabulantes diuinos ſermones contemnunt. Quid facis, ô homo? videſne tot de fratribus tuis captiuos hic propè aſtantes? ſceleſta enim & immanis catena eſt dæmonum exagitatio, omnique ferro grauior; & tu de rebus inconuenientibus interim colloquia miſces? At non aſpectus ſolus ſufficiebat, vt timore percelleret, atque ad condolendum aliis permoueret? En frater tuus in carcere eſt, & tu in ſocordia. Quam tandem, obſecro te, veniam habebis, qui adeò ſine affectu es, adeò inhumanus, adeò crudelis, fratri tuo condolere non vis? at tibi ipſi ſaltem metuas & exurgas. Non times, ne fortè dum aliis colloqueris, dum otio & deſidia langues, dum ſecurus agis, dæmon aliquis inde proſiliens, animā tua otioſa & ſcopis purgata inuenta, magna cum ſecuritate domum tuam ſine oſtio repertam inuaB dat? Nónne vniuerſos homines in communi fontes lachrymarum illo tempore emittere oportebat, ac madidos vultus, omniumque fletum apparere, & gemitus fieri ab eccleſia vniuerſa? Poſt participationem myſteriorum, poſt vſum lauacri, poſt coniunctionem cum Chriſto factam; lupus ille ex grege agnos rapere, & in ſua poteſtate retinere potuit; ac tu tam grande malum cernens non lachrymaris? Et quomodo iſta excuſatione ſunt digna? Si vicini tui ædes incendio correptas videres, etiamſi omnium mortalium tibi infeſtiſſimus eſſet, dic quæſo, an non ad incendium reſtinguendum accurreres, metuens, ne paulatim progreſſa flamma etiam tua veſtibula apprehendat? Idem ergo tuis quoque fratribus miſerè à dæmonibus exagitatis facito: Rogus enim quidam eſt & immane incendium dæmonum vis. Obſerua porrò animam tuam, ne dæmon progrediens eam ocC cupet: ac ſi præſentem cernas, magno ſtudio ad dominum confugito, vt dæmon videns ardentem & excitatum animum tuum, inacceſſam ſibi deinceps mentem tuam exiſtimet. Si enim oſcitantem & otio diffluentem, ac veluti deſertum hoſpitium conſpiciat, ſubitò inuadet: Si verò paratum te, alacrem & velut è cœlis pendentem videat, ne quidem intueri te in poſterum audebit. Quamuis igitur fratres tuos deſpicias, at tibi ſaltem parcas, & improbo dæmoni acceſſum ad animam tuam obſtruas. Nihil enim viam ad nos ita intercludere illi ſolet, ſicut oratio & prolixa precatio. Si verò intelligere velis, quantum bonum ſit, vna cum propria ſalute etiam alios homines Deo lucrifacere poſſe, audi Prophetam in perſona Dei dicentem: *Qui ſeparat*, inquit, *pretioſum à vili, tanquam os meum erit.* Quod autem dicit, hunc ſenſum habet: Qui ab errore ad veritatem proximum velut manu ducit; aut à peccato ad virtuD tem, quantum homo valet, viam ei monſtrat, ille me imitatur. Si enim ipſe, cum Deus eſſet & ineffabilis illius eſſentiæ particeps, crucem ſibi amplexus, & alia omnia humana propter nos & ſalutem noſtram ſuſtinuerit; quid nos non teneremur præſtare iis, qui eandem nobiſcum naturam habent, & membra noſtra ſunt, quo eoſdem è faucibus diaboli eripere, & ad virtutis iter traducere valeamus? Si enim in ſenſibilibus epulis ita res habeat, vt homines familiaribus ſuis & amicis aliquid aſſeruantes, maximum id charitatis indicium exhibeant: multò magis eximiam nobis laudem pariet, ſi in ſpiritualibus id præſtemus. Etenim ſi quis proximum ſuum docere ſtudeat, non tam beneficio illum afficit, quam ampliorem ſibi retributionem procurat, & duplex lucrum conſequitur, quia videlicet maiorem à Deo remunerationem obtinet, & præterea conando erudire fratrem, à ſe dictorum reminiſcitur memoriamque renouat. Si enim quis poſita filij aut amici, aut cognati in animi ſtatua, præſentem eſſe putet, ac

Ex com. in Gen.

Iere. 15.

Ex hom. in ſtat.

Ex hom. in ſtat.

per

per mortuum illam effigiem ſibi imaginetur eum, qui tam pridem abijt: multo magis nos per diuinas ſcripturas Sanctorum præſentia fruimur, habẽtes non corporum quidem, ſed animorum ipſorum imagines expreſſas: ſiquidem dicta ipſorum imagines quædam ſunt eorundem animorum. Quemadmodum igitur medici infirmos lectulis affixos non cogunt domum ſuã apportari, ſed ipſi inuiſunt, vt illorum morbis medeantur, ad illos currunt: ita tu quoque pro viribus labora, atque omnẽ diligentiã & curam adhibe, vt fratres animo ægrotantes liberare poſſis, memor, admodũ breuem eſſe hanc præſentem vitam. Quod ſi illa lucra non cõſectemur, nulla in altero ſeculo nobis ſperanda reſtat ſalus. Sæpe vna anima lucrifacta innumerorũ aceruum peccatorum ſoluere valet, & in illo die nobis eſſe piaculũ. Si enim Tabitha illa, quæ viduas veſtiuit, earumq; inopiam ſubleuauit, à morte ad vitam denuò rediit, eorumq; quibus ipſa miſericordiam impertiuerat, lachrymæ animam defunctæ ad corpus reduxerunt, cum mortuorum reſurrectio nõdum apparuiſſet: quid hominum opera tua conſeruatorum lachrymæ efficere nõ poſſint? Sicut enim iſtã viduæ circunſtantes à morte ad vitam reuocauerunt: ita te quoque circumſiſtentes qui hic ſeruati fuerint, efficient, vt magnã experiaris humanitatem, teque ab inferni flammis eripient. Nam ſi pro pecuniarũ ſumptibus & largitionibus tot coronæ, tanta merces, tanta fiat retributio: quomodo non plurima bona, pro allato animabus auxilio, nobis reddentur? Nemo rectè ſuum commodũ quærere poteſt, abſq; proximi ſui ſalute. Siquidem Paulus, inquit, nemo quod ſuum eſt, quærat, ſed ſinguli quæ ſunt alterius: probe ſciens, quod proprium cuiuſq; emolumentum in proximi vtilitate contineatur. Sicut enim qui iniuriã aliis inferũt & aliena diripiunt; vbi illuc abiuerint, & eos qui talia ſunt paſſi, conſpexerint (omnino enim videbunt eos, vt ex hiſtoria de diuite & Lazaro manifeſtum eſt) nec os aperire, nec verbulum efferre & ſeſe defendere poterunt, ſed ingẽti pudore & deſperatione pleni ex illorum cõſpectu ad ſupplicia abibunt: ſic qui alios erudiunt & admonent, vbi illos viderint qui illorũ opera ſeruati ſunt, ſibi in altero ſeculo patronos eſſe, magna fiducia replebuntur. Nec mihi quiſquam dicat: quid mihi cũ illo eſt negotij? peregrinus eſt & ignotus. Quandiu enim fidelis fuerit, & eorundẽ tecum myſteriorum particeps, atque ad eandem tecum Eccleſiam conuenerit, omnibus & fratribus & cognatis tibi cõiunctior eſt. Quemadmodum enim non qui furantur ſolum, ſed etiam qui, cum poſſint, non impediunt, eaſdem pœnas dant: ita etiam nõ ſolum impij, ſed etiã qui ab impietate eos abducere poſſunt, id tamen facere renuunt, idem omnino cum ipſis ſupplicium luent. Quilibet igitur ex nobis vnum aliquem fratrem recuperet, diligenter adlaboret, anxius & ſollicitus ſit, vt ad craſtinã congregationem magnam cum fiducia, munera Deo offerentes conueniamus, munera, inquam, omnibus pretioſiora, animas nimirum eorum reducentes, qui in errore verſati ſunt. Etiamſi iniuriã ferre oporteat, etiamſi vulnera accipere, etiamſi aliud quidlibet ſuſtinere neceſſe ſit, omnia tamen faciamus, vt recuperare tandem illos poſſimus. Nam etiam illi, qui aduerſa valetudine affligantur, non raro calcitrare & cõtumelias dicere ſolent: ſuſtinemus nihilominus iſta, nec eiuſmodi cõuitijs mouemur, vnum duntaxat in optatis habentes, vt nimirum hominis ita indecorè ſe gerentis ſanitatem videamus. Quomodo igitur non abſurdum fuerit, eos qui corporis incolumitati proſpiciunt, tantum adhibere ſtudium, & diligentiam: tot vero animabus miſerè pereuntibus, ignauum eſſe, & nihil grauius nobis contingere exiſtimare, dum mẽbra noſtra computreſcunt? Quid agis ô homo? Videſne,

Ex hom. contra Iud.

Act. 9. v. 36. Ex hom. 5 contra Iud.

dic mihi, fratrem tuum ad præcipitium ferri, ſuæq; curam abieciſſe ſalutis, & quid faciendum ſit non intelligere, et tamen manum non porrigis? nõ incuſas, non arguis, ſed mauis ipſum non offendere aut moleſtus videri, quam ſalutem eiuſdẽ procurare? & quam apud Deum veniã aut excuſationẽ es habiturus? Non audiſti quid olim Iudæis præceperit Deus? vt iumẽta videlicet inimicorũ ſuorum errantia non negligerent; aut ſi cecidiſſent, præterirent. Ergône Iudæis quidem præcipitur, ne inimicorum ſuorum iumenta negligant: nos verò fratrum noſtrorum animas quotidie ſupplantatas deſpiciemus? Et quomodo nõ extremæ crudelitatis & feritatis fuerit, ne tantã quidẽ curam nos impendere hominibus, quãtam illi beſtiis? Nimirum vna hæc res omnia euertit, hæc vitam noſtrã perturbauit, quod neque cum corripimur, fortiter feramus, neque corripere ipſi alios velimus. Idcirco enim moleſti aliis ſumus, cũ reprehendimus; quoniam cum ab illis reprehendimur exaſperamur. Si enim vidiſſet frater tuus ſe ad te laudari, cũ te reprehenderet, ipſe quoque eandem tibi pro reprehenſione gratiã referret. Fratrẽ corrigere deſideras? lachrymas profunde, preces Deo offer, ſeorſum illũ acceptum admone, conſilium da, obſecra, charitatẽ tuã erga lapſum oſtẽde: perſuadeas illi, te non oſtentandi & inſultandi libidine, ſed cura quadã & ſollicitudine cõmotum de errore ipſum commonefacere: amplectere pedes ipſius, ne erubeſcas, ſi quidem reuera ipſi medicinã adferre & ſanare velis. Hæc enim etiã medici frequenter facere conſueuerũt, dum ægrotos, moroſos fortè ac implacidos deoſculantur, & rogãtes eis perſuadere conantur, ne ſalutarem medicinam repudient. Quamuis mortẽ ſubire pro correctione fratris neceſſe eſſet; nihil tamen reformides: martyriũ tibi hoc eſt: ſiquidem & Ioannes martyr erat: & quidẽ nec ſacrificare idolis, nec eadẽ adorare iuſſus eſt, ſed pro ſacris legibus, quas violari cernebat, caput ſuum depoſuit. Tu igitur ſimiliter vſque ad mortẽ pro veritate decerta, & dominus pro te propugnabit. Sufficit homo vnus zelo inflammatus, ad vniuerſum populum corrigẽdum. Et ne mihi aliquis dicat, nihil mihi cum fratre commercij eſt, cum ſolo diabolo nihil cõmercij habemus, cum hominibus verò multa habemus cõmunia. Nam eiuſdẽ nobiſcum naturæ ſunt participes, eandem terram incolunt, iiſdẽ alimentis nutriuntur, eundẽ habẽt Dominum, eaſdem leges acceperũt. Ne igitur iſta dixerimus, ſed quã par eſt, pro fratrib. noſtris ſollicitudinẽ oſtendamus. Quomodo enim nõ abſurdũ eſt, nos quidẽ, ſi pugnam fortè in plateis ortam videamus, accedere & pugnãtes inter ſe recõciliare (& quid dico pugnã? ſi vel aſinũ lapſum cõſpiciamus, cuncti manus porrigimus, eumq; eleuare cõtendimus) fratrũ verò pereuntiũ nullã rationẽ habere, quomodo id nõ nefariũ eſt? Noli igitur deſiſtere, fratrẽ tuũ, quem ad exitiũ ruere cernis, cohortari, etiamſi cõuitia in te iaciat, etiamſi contumeliis te afficiat, etiamſi inimicũ ſe fore tibi cõminetur, etiamſi quiduis aliud intentet: omnia forti conſtantiq; animo perferas, quo ſalutẽ ipſius lucrifacias. Si hic tibi inimicus fiat, Deus amicus tuus erit, & amplis in illa die bonis te remunerabitur. Magnũ quidẽ bonũ eſt, inopia preſſorũ miſereri, ſed nihil tale tamen, quale eſt ab errore alios auocare: Nihil enim cũ anima conferendũ, ne mũdus quidẽ vniuerſus. Quãuis igitur immẽſam pecuniæ vim pauperibus elargiaris, nihil tamẽ tale præſtabis, quale ſi vel vnã animam conuertas. Qui enim illud facit, Paulũ imitatur & Petrum, non pericula quidẽ, ſicut illi, ſubeundo, famẽ item & corruptionẽ atq; alia incommoda perferẽdo (tempus enim iam pacis eſt) ſed alacris ad omnia & prompti animi ſigna oſtendendo. Et quid dico Petrũ & Paulũ? Os Chriſti erit. qui enim ſeparat pretioſũ à vili, inquit,

Ex homil. in Act.

Ex hom. contra Iud.

Ex hom. ad Cor.

tanquam

tanquam os meum erit. Licet igitur etiam domi ſe-
dentibus iſtum piſcatum exercere, ſi quis amicum
aut cognatum aut familiarem habeat, hæc faciat, &
ſimilis erit Petro & Paulo. Et quãuis nec hodie per-
ſuaſeris nec vllo tempore, vt obtemperet, induxe-
ris, tu tamen perfectam mercedem conſequeris: &
ſi non omnibus è multis tamen aliquibus perſua-
dere poteris. Quoniam & ipſi apoſtoli, etſi nõ om-
nibus perſuaſerint; quia tamen ad omnes ſermonẽ
habuerunt, mercedem quoque pro omnibus rece-
perunt. Noli igitur, cum multos docere & inſti-
tuere non potes, etiam paucŭlos contemnere: noli
maiora deſiderando à minoribus teipſum abſtra-
here. Si centum conuertere nõ poſſis, decẽ tamen
curam impende: & ſi decem nequeas, ne quinque
contempſeris: ac ſi nec iſtos conuertere valeas, v-
num negligere ne velis. Non enim iuxta eorũ qui
emendantur, ſummam, ſed iuxta mentem corrigẽ-
tium Deus coronas definire conſueuit. Enimuerò
B nõ ideò culpabiles ſumus, ſi auditoribus, quæ pro-
ponimus, nõ perſuadeamus, ſed ſi illos monere ne-
gligamus: hortari enim ſolum noſtrarum partium
eſt: illorum verò obtemperare. Et quemadmodum
nobis non admonentibus, illiſq. interim innumera
rectè gerentibus, tota merces ipſis ſolis reponetur,
nobis verò nihil emolumẽti inde accedet: ita ſi vi-
ciſſim nobis adhortantibus ipſi nõ pareant, omnis
pœna eoſdem comprehendet: nobis verò crimen
non erit, ſed amplũ à Deo præmiũ tribuetur. Qui
enim ſibi dicẽti faciles attentoſq. habet auditores,
facilè illorum obedientia dicendi laborem ſolatur:
ſi verò quis aſſiduè verba faciens non audiatur, ac
interim à dicendo non deſiſtat, is vtiq. maiore ho-
nore dignus fuerit, eo quod Deo ita videatur, &
quod nemine etiã obſequente, omnes ſui muneris
partes impleat. Sed quamuis tamen nobis maior ex
C veſtra inobedientia merces exiſtat; eã nihilominus
imminui potius deſideramus, ſalutemq. veſtrã au-
geri, quòd magni præmij loco gloriam veſtrã duca-
mus. Si itaque quempiam ſiue animæ ſiue corporis
medela indigentẽ cõſpicias, ne apud te dixeris, quã
ob cauſam iſte vel iſte hunc non curauit? aut: ego
ſingularis ſum, vxorẽ & liberos habeo: ſacerdotũ
iſta ſunt, monachorũ ſunt. Dic mihi, obſecro, ſi au-
rũ alicubi poſitum inuenias, diciſne apud teipſum,
quare ille aut iſte hoc aurum non ſuſtulit? Minimè
verò: ſed aliis omnibus illud præripere ſtudes. Idẽ
igitur tibi animus ſit, ſi quãdo lapſos errore fratres
videris: curamq. eorum veluti theſaurũ inuentum
reputes: qui enim ſeparat pretioſum à vili, inquit,
tanquã os meũ erit. Et quidnam cũ iſta re conferri
poterit? Quod enim neq. ieiuniũ, neque humi dor-
mitio, neque aliud quicquã præſtare nobis poteſt,
hoc procurata fratris ſalus efficere poteſt. Nec ego
iſta enuncio: ipſemet Deus hoc aſſeruit inquiens:
D quod ſi vel vnum aliquem liberaueris, tanquã os
meũ, erit os tuũ. Ne igitur prætereuntes dicamus,
quænam commiſerint, ſed ſtudium diligentiamque
adhibeamus, vt ipſos corrigamus: nec illud cõſide-
remus, vtrum magnus ſit peruerſorũ numerus: ſed
potius cogitemus, qua ratione eos ab errore abdu-
camus. Etenim ante peccatũ fratres obfirmare ne
labantur, nõ exiguam nobis incolumitatem cõpa-
rat: erga verò errore iam lapſos magnam oſtẽdere
ſollicitudinem, & ipſum non mediocrem laudẽ pa-
rit. Ac medici quidẽ, ipſis quoque rectè valentibus
ea indicant, quæ ſanitatẽ conſeruare, omnemq. de-
pellere languorem valeant: illos autem, qui rebus
his neglectis in aduerſam valetudinem inciderũt,
minimè negligunt, ſed tunc vel maximè curã ſuam
ac induſtriam demonſtrant, vt eos à morbis liberẽt.
Et tu igitur, ſi quãdo fratrem corrigere neceſſe ſit,
etiamſi vitã profundere oporteat, ne recuſes. Do-
minus noſter propter nos mortem ſubiit: & tu ne
verbum quidem emitteres? Et quam habebis ve-
niã, quamve adferes excuſationem? Quomodo an-

A te tribunal Chriſti cum fiducia cõſiſtes, quæſo, qui
iam tot animarum interitũ nihil penſi habes? Vti-
nam mihi nouiſſe illos liceat: veſtram vtique non
expertem operam, ſed ipſe quam citiſſimè emẽda-
rem. Age porrò, ſi iuſta ſententia aliquem cõdem- Ex hom.
natum ad ſupplicia duci videres, eumque è carnifi- contra
cis manibus eripere valeres, nónne quiduis face- Iud.
res, vt à vinculis eum liberares? Fratrem igitur cũ
conſpicias, non à carnifice, ſed à diabolo ad bara-
thrum perditionis trahi, ne cõſilium quidẽ adferre
digneris, vt ipſum ab immani illa bellua eripias? Et
quam veniam tãdem huius impetrabis? Sed fortior
te eſt ac potentior? Mihi illum manifeſtum ob ocu-
los ſtatue: caput mihi potius auferri patiar, quam
permittere, vt ſacra veſtibula ingrediatur. Quomo-
do enim nõ abſurdum eſt, pueros quidem cum ve- Ex epiſt.
xatione ac moleſtia ad negotia principio inducere, ep. 1. ad
quæ exordia quidem habent laborioſa, finem verò Corinth.
B vtilem ac bonum; nos verò contrario modo in ſpi-
ritualibus rebus affectos eſſe? Enimuerò ſi quis ex- Ex hom.
traneus aliunde ad nos veniret, & tum religionis in Osiā.
diſciplinæque Chriſtianæ negotia, tum politiæ no-
ſtræ confuſionem probè intelligeret, neſcio quoſ-
nam alios magis, quàm nos ipſos, hoſtes Chriſti iu-
dicaturus eſſet. Ita enim vitæ noſtræ rationem in-
ſtituimus, perinde ac ſi de induſtria viam mandatis
ipſius contrariam ambulare decreuiſſemus. Cum
enim, quæ facere nobis præcipit volentibus leuia
ſint ac facilia, quæ verò prohibet, aſpera difficilia-
que exiſtant: cumque interim nos quæ prohibita
ſunt, faciamus; quæ verò præcepta, negligamus;
nónne nos ei obnitentes tanquam hoſtes iſta com-
mittere dicent? Sed quemadmodum bonis in more
poſitum eſt, ea proximis ſuis ſuadere, per quæ ipſi
probi euaſerunt: ita improbi illarum rerum proxi-
mis authores eſſe conſueuerunt, per quas ipſi facti
C ſunt peruerſi. vnum enim & idem improbitatis il-
lorum genus eſt: & loco conſolationis pœnæ ſuæ
ducunt aliorum perditionem. Quis noſtrũ quæſo, Ex In-
cum domi fuit Chriſtianum aliquem libellũ in ma- ſcript.
nus ſumpſit, & quæ in eo continentur, euoluit, ſcri- Euang.
pturamq. ſcrutatus eſt? nemo facile reperietur, qui S. Ioan.
hæc dicere poſſit. Calculos quidẽ & teſſeras apud
proximos reperiemus, libros verò aut nuſquam,
aut apud paucos: Et hi quidem non habentibus ni-
hilo ſunt meliores: quòd eos colligatos & in arcu-
lis repoſitos perpetuò ſeruent, quodque omne ip-
ſorum ſtudium ſit, vt ſubtilis ſit membrana, ele-
ganter efformatæ litteræ: nullum autem, vt legant.
Non enim hi propter vtilitatem & vſum ſibi libros
compararunt, ſed vt opulentiam ſcilicet & ambi-
tionem ſuam oſtendant, tantum illis ſtudium po-
ſuerunt. Tanta eſt hæc vaniſſima iactantia. Neminẽ
enim ambitioſum dicere audio, quod ea, quæ in
eiuſmodi libellis continentur, calleat, ſed quod au-
D reis literis intus ſint perſcripti. Eunuchus ille bar-
barus & innumeris curis implicatus currui inſidẽs
legebat, licet non intelligeret, quæ legebat. Si ve-
rò tantum etiam in via legendi ſtudium oſtenderit,
cogita quantum domi agens impenderit: Si tem-
pus illud, quo iter faciebat, ſine lectione abire non
patiebatur, quanto magis, dũ domi ſederet? Si, cum
nihil intelligeret, nunquam à lectione ceſſauit,
quanto magis poſtquam doctrina imbutus fuit.
Quemadmodum enim famem ſentire bonæ vale-
tudinis corporis indicium eſt: ita diuinos ſermones
ſtudioſè libenterque audire, ſanitatis animæ maxi-
mũ argumentum merito quis fecerit. Qua enim de
cauſa vobis tam frequenter quæſtiones proponi-
mus, earũ verò ſolutionẽ nõ adferimus? Nimirũ vt
vos aſſuefaciamus, non ſemper præmanſum cibum
capere, ſed vt ſubinde etiam ipſimet reſpõſionem
ad propoſitam ſententiam inferatis. Atque hac in
re columbas imitamur, quæ pullos ſuos, quandiu
quidem in nido manent, proprio ore ſuo nutriunt:
cùm verò ipſos ex nido iam exigere poſſunt,

alaſque

a laſque firmatas conſpiciunt,non ampliuſ id dein-
de faciunt, ſed granum quidem in ore portantes,
pullis oſtendunt: quibus auidè expectantibus & ac-
cedentibus, matres eſcam in pauimentum dimittē-
tes,ipſos per ſe colligere monēt.Eodem igitur mo-
do & nos facimus, ſpirituale videlicet nutrimētum
ore tenentes & conuocantes, vt vobis pro conſue-
tudine ſolutionē indicemus: Quando verò iam ac-
ceſſiſtis, & vos accepturos ſperatis, verba omitti-
mus, vt ipſi per vos intellectum ſeu ſenſum perci-
piatis.Et ſicuti citharœdi digitos diſcipulorum ſuo-
rum accipientes,eos vocibus formandis ſenſim ap-
tant, & ad peritè tangendum inſtruunt, vt ex mutis
tum digitis tum fidibus eos qualibet voce ſuauiorē
& dulciorem ſonum efficere doceant:ita nos quoq;
facimus.Nam quemadmodum in cithara aliqua, fi-
des ipſas quidem nō artifex pulſat, tum imperitus:
& hic quidem contriſtat moleſtiaque afficit audito-
rem, ille verò demulcet & oblectat: & ijdem quidē
digiti eademque fides ſunt, ſed non eadem peritia;
ita in diuinis quoque ſcripturis res ſeſe habet.multi
ſiquidem diuina eloquia ſeu oracula aggrediuntur,
ſed non omnes tamen lucrum inde reportant, nec
omnes fructum percipiunt. Cauſa verò eſt, quoniā
ea quę dicta ſunt,nec intellectu penetrant,nec arte
inſtructi citharam capeſſunt: Quod enim in citha-
ræ pulſu ars eſt,id in diuinis legibus eſt operum de-
monſtratio. Et quemadmonum aduerſa valetudine
laborantibus non oportet breuem & opere ſubita-
rio paratam menſam apponere, ſed præparare ſtu-
dioſè cibos neceſſe eſt; vt ſi æger hoc nolit, aliud
ſumat;& ſi illud non admittat,aliud capiat;& ſi hoc
reijciat,aliud acceptet; atque hac ratione, diuerſi-
tate ciborum,moleſtiam vincamus, varieq; inſtru-
cta menſa animi moroſitatem deliniamus: eodem
modo in ſpirituali epulo agendum eſt, cum imbe-
cilles ſumus,quo ſcilicet ex multis varijſque exem-
plis facilior vobis vtiliū electio fiat. Ne igitur gra-
uiter adhortationem meam feratis.ſi enim quid in-
dignè ferendum alicui erat, mihi maximè erat, qui
toties verba ad vos faciens non audior;nequaquam
autem vobis,qui ſemper quidem auditis, nunquam
tamen obtēperatis. An neſcitis,quod diuinam diſ-
ciplinam negligentes propter contemptum & hu-
manæ naturæ dignitatē perdiderint. Altiſſima voce
propheta Iſaias in ciuitatē Iudæorum metropolim,
Hieroſolymam dico,hominibus frequentē ingreſ-
ſus,in medijs plateis ſtans vniuerſo populo circūſi-
ſtente clamabat (volens oſtendere eum qui diuina
oracula non auſcultaret, hominem non eſſe) veni
& non erat homo: vocaui,& non erat, qui audiret.
Cum igitur veniſſet, & nemo eſſet qui audiret, ad
elementa ſermonem conuertit, & ait: Audi cælum,
& auſculta terra. ego enim,inquit,ad homines miſ-
ſus ſum,ad homines,inquam,mente perditos:quo-
niam verò neque rationem, neq; ſenſum habent,
ideò ad elementa ſenſu carentia verba facio,in eo-
rum accuſationem qui intelligentia præditi ſunt,
dignitate verò iſta non vtuntur.Et Ieremias in me-
dia Iudæorum turba ſtans,in ipſa vrbe,tanquā nul-
Ierl.c.6. lo præſente,ita clamabat. *Cui loquar, & quem conteſta-
bor?* Quid dicis? Tantam hominum multitudinē vi-
des,& adhuc quæris,cui loquar? Vtique,inquit, hæc
enim turba multitudo eſt corporum auditu caren-
tium.Incircuncisæ enim aures eorum, & audire nō
poſſunt. Si igitur Prophetæ eos homines, qui præ-
ſentes quidem adſunt, non tamen ſtudioſè ijs quæ
dicuntur, auſcultant, homines eſſe negent; quid
nos de illis dicemus, qui non ſolum non audiunt,
ſed ne quidem intrare hæc ſacra limina volunt?
Non enim ſi quis corpore humano & voce prædi-
tus ſit,ille homo eſt;ſed ſi quis animum hominis &
affectum habeat.Scio quod non pauci illibēter ſer-
monem de correptione audiāt:Sed quid prodeſt, ſi
taceamus?Etiamſi enim ſiluero, nec quicquā ver-
bis mouero,fieri tamē nō poteſt,vt eiuſmodi ſilen-

A tio vos à pœnis liberem:ſed cōtrarium omnino in-
de euenit.auget ſupplicium talis taciturnitas& diſ-
ſimulatio;nec vobis dumtaxat, ſed etiam mihi pœ-
nam acceſſit.Quid porrò boni nobis verba confe-
runt,cum ad opera nihil proſunt & iuuant,imò etiā
obſunt & retardant? Quid prodeſt ſermone aliquē
exhilarare,& opere contriſtare?delectare auditum,
& pœnis afficere animam? In hac igitur vita triſti-
tiam inferre neceſſe eſt, ne extremū in altera lua-
mus ſupplicium, & intolerabilem ſuſtineamus pœ-
nam. Non igitur moleſte grauiterque ferre dicta
oportet,ſed ſuſcipere & laudare.Si verò aliqui for-
tè infirmiores ſint,& hāc noſtram defenſionē non
æquo animo ferant, illis ego reſpōderim, me non
leges proprias vobis exponere, ſed cælitus delapſas
prælegere litteras,atq; omnino eſſe neceſſe illi,cui
tale miniſterium creditū eſt, aut omnia illis litteris
cōtenta liberè dicere(ſi modo vtilitatem auditorū,
& nō delectationem,vbique exquirat) aut auditorū
inimicitias ſuſpicando,&propriam & aliorum ſalu-
tē per ineptam illam beneuolentiā prodere. Quod
B enim de diuinis aliquid mandatis celare, cū dicēti,
tum auditoribus admodum periculoſum ſit: & ma-
giſtri, niſi omnia Dei præcepta citra præuaricatio-
nem exponant, homicidij rei iudicentur. Paulum
rurſus teſtem vobis conſtituo. Idcirco autem præ
omnibus ſemper ad ſanctam illam animam me cō-
fero,quoniam Pauli verba oracula quædam ſunt &
diuinæ leges,cum non Paulus ſit, qui loquitur, ſed
Chriſtus qui animam illius monet, atque per eum
omnia loquatur,quæ ille dixit. Quid igitur,inquit?
Mundus ego ſum à ſanguine omnium. Quare? Non enim Act.20
ſubterfugi, quo minus annunciarem vobis omne 27.
conſilium Dei. Si ergo ſubterfugiſſet, quo minùs
annunciaret, non fuiſſet mundus à ſanguine, ſed
veluti homicida iudicatus fuiſſet. Et meritò ſanè.
homicida enim ſolum corpus interimit & præſenti
morti tradit. qui verò ad gratiam concionatur, &
C ſegniores reddit auditores,ille animas perdit,eaſq;
ad ſempiternas pœnas ac cruciatus trāſmittit. Quis Ex interp
igitur adeò crudelis & inhumanus, quis adeò rigi- ep 2. ad
dus eſt,& affectuum expers,vt aſſiduè de ira Dei di- Cor.
centem & diſſerentem accuſare audeat, cum is, ſi
taceat,talem pœnam toleraturus ſit? Equidē ſi ego
tacens peccata ſilentio occultare poſſem, meritò
quilibet indignè ferret, & iuſte conquereretur,
quòd non tacerent. Iam verò, cum nobis tacenti-
bus omninò neceſſe ſit tibi manifeſta fieri delicta,
quidnam emolumenti ſilentium meū adferre poſ-
ſit? Qui ad auditorum commodum reſpicit,etiam ſi
ſeipſum laudibus efferat, non ſolum reprehendē-
dus non eſt, ſed corona etiam dignus: ac ſi quidem
taceat,vitio illi vertendum eſt. Etenim ſi Dauid de
Goliath tacuiſſet, minimè ipſum ad pugnam exire
permiſiſſent,neque illuſtre illud ſtatuere trophæū.
Idcirco etiam ad vos iam frequenter ſermonē ha- Ex interp
D bui,& iam prædico non amplius adhortās,ſed præ- epiſto ad
cipiens,& denuncians(qui vult audiat,qui verò nō Coloſſ.
vult,negligat)quod ſi in his quæ à vobis perpetrā-
tur,ſceleribus perſeueretis,non patiar, neque ad-
mittam vos,neque vos hæc limina tranſire conce-
dam. Ad quidem morbo laborantium multitudine
indigeo? Duodecim erant diſcipuli,& audi quid ad
illos Chriſtus dicat: vultis& vos abire? Si enim ſem-
per aſſentemur, quando tandem amiſſa reparabi-
mus,quando proderimus? ſed multæ,inquit, ſunt
aliæ ſectæ,& ad alias ſentētias tranſeunt. At frigida
eſt hæc ratio,melior enim eſt vnus qui facit volun-
tatem domini,quam decem millia iniquorum. Et
tu verò,dic mihi, vtrum malles decē millia habere
ſeruorū fugitiuorū, & furum, ac vnum bonū & be-
neuolū? Qui vult,exiliat;nō tolero quemquā. Hæc
verba omnia euerterūt;vt habeat, inquiet aliquis,
& ad diuerſam ſectā ſeſe transferat: imbecillis eſt,
animā nonnihil inflecte. At quouſque? quamdiu?
ſemel,iterum,& tertio?an perpetuò?En ſpondeo &

A contestor ſecundum beatum Paulum, quoniam ſi iterum veniã, non parcam. Etenim, quãdo ego coram tribunali Chriſti iudicabor, vos quoq; procul ſtabitis, & gratia apud vos parta, me rationẽ reddẽte.

Ex hõ in Serpu.

Præſtat igitur dolore verborum delinquẽtes pũgi, vt à rerũ turpitudine liberẽtur. Nõ ignoro, omnes nos reprehenſione aliquo modo dignos eſſe, quodq; nemo noſtrũ gloriari poſſit, ſe cor mundum habere: ſed nõ iſtud adeò malũ eſt, quòd mundum cor nõ habeamus, ſed quod nõ habentes, ad eũ nos cõferamus, quòd ipſum mundũ efficere poteſt. Noui quod verba iſta mordeant: ſed quid faciam? Si nõ acerba medicamenta adhibeamus, vulnera nõ tollentur: ſin adhibeamus, dolore nõ ſuſtinetis. Auguſtiæ mihi ſunt vndique. Sed manũ pauliſper cohibere neceſſariũ eſt: ſufficiunt enim dicta, ad obtẽperantiũ correctionẽ. Quod ſi inemendabiles perſeueremus, in ipſas Iudicis manus trademur.

Ex hom. in Stat.

Quam verò horribile ſit incidere in manus Dei viuentis, ſatis cognitũ vobis eſt. Et quidem qui nihil prorſus rectè geſſit, omnino torpet, ac deſes citò animum deſpõdet: qui verò cõſcius ſibi eſt, quod vel vnum

B aliquod præceptũ impleuerit, is cõcepta ex eo bona ſpe, maiore iterũ ſtudio ad reliqua procedit: additoq; deinde alio, ad aliud progredietur. Si enim in diuitijs ita ſe res habet, vt quo quis plures accumulauerit, tanto plures ſemper cõcupiſcat, multò magis in ſpiritualibus id cõtingere, quis animaduerterit. Quocirca vos oro atq; obteſtor, vt horũ meorũ verborũ, non iſto ſolum præſenti die memineritis, ſed etiã domi veſtræ, & in platea, & vbicumq; tandẽ verſemini. Vtinã verò mihi vobis ſemper præſentẽ eſſe liceat: nec prolixa iſta reprehenſione quicquã opus foret. Quoniã verò id fieri non poteſt, verba mea loco mei memoriæ vobis inhæreant: & cũ mẽſæ aſſidetis, me ad vos ingredi arbitremini, vobiſque aſtãtem ea quæ modo hic dico, inculcare. Vbicumque enim de me apud vos ſermo habebitur, ante

C omnia huius præcepti memineritis, atq; has pro mea erga vos dilectione, mihi vices rependite. Atq; hoc quidem nõ ſolũ his, qui maledictis alios laceſſunt, ſed ijs etiã, qui alios differentes audiunt, ſuadeo, vt aures ſuas diligenter muniant, ac prophetam imitentur dicentem: detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar. Et dic ad delatorem; ſi quidẽ laudare aliquem & commendare tibi animus foret, aperirem aures meas, ſermonemque tuum libens amplecterer: ſi verò vituperare velis, dictis tuis aditum præcludo, non enim ſtercus & ſordes ſuſcipere poſſum. Quod enim mihi emolumentum fuerit, audire hunc aut illum improbum eſſe? Quin grauiſſimum potiùs damnũ & ſumma calamitas inde naſcitur. Quam enim habituri ſumus excuſationẽ aut veniam, ſi res noſtras minimè conſiderantes, tã anxiè inquiramus & curioſè ſcrutemur alienas? Præſtat vtique benè ignorare, quàm malè diſcere. Qui

D enim cauſam plane neſcit, citius ad veriſimilẽ cauſam pertingere poteſt: alius verò quoniam veram cauſam non nouit, dum ſibi aliam fingit, quæ non eſt, haud facilè veram cauſam capere poterit; ſed maiore labore ac ſudore indiget; vt priorem ex animo tollat. Si fortè aliquem videas ſacra vaſa præparantem, aut alium Eccleſiæ, circa parietes & pauimentum, ornatum; noli id, quod prope iam paratũ eſt, vendi aut deſtrui iubere, ne mancam ac mutilam reddas animi ipſius prõptitudinem. Si verò quis te interroget priuſquã parauerit; pauperibus vt eroget, maneas. Deſpicias autem vitæ huius delectamenta, tanquam non permanentia: & ſimiliter triſtia, tãquam quæ nihil nobis obſint. Quemadmodũ enim qui in aliena regione cõmorantur, omnia faciunt & moliuntur, vt felicem in patriam reditum parent, & indies ſollicitantur, vt patriam videãt: Ita qui futura bona amore cõplectitur, neq; præſentis vitæ moleſtijs deprimetur, neq; commodis extolletur, ſed vtraque inſtar iter facientis tranſcurret. Sic

A igitur & nos affectos eſſe oportet: & quamuis paucos annos hic viuere cõtingat, multi tamen, ob futurorum deſiderium, nobis videri debent. Hæc autẽ dico, non quod præſentem hanc vitã incuſem; abſit: nam & hæc ipſa Dei quoddam opus eſt: verum vt ad futurorum vos amorem incitem, ne nimio affectu præſentibus inhæreatis, aut corporibus affixi, inſtar illiberalis vulgi affecti ſitis, qui ſi vel infinitos annos viuant, paucos tamen eſſe dicunt. Quibus quid veſanius eſſe poſſit? ſiquidem cælo propoſito ac cæleſtibus bonis, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, vmbris inhiant; & dum aſſiduis fluctibus, tempeſtatibus ac naufragijs exercentur, tranſmittere tamen Euripum huius præſentis vitæ nolunt. Verùm non ita beatus Paulus: ſed is feſtinabat & contendebat: atque vnica tantum res ipſum retinebat, hominum ſcilicet ſalus, & ne regno Dei exciderent: quod nobis omnibus adipiſci contingat, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſæcula ſæculorum, AMEN.

B

De humilitate animi.

HOMILIA VII.

CVm peccatum cum animi humilitate, &c. *Habetur iam ex interpr. Mart. Cromeri, fol. 563. col. 2. B. huius tom.* Cum peccatum cum animi humilitate.

De anima.

HOMILIA VIII.

QVi bonis operibus ornati ſunt. *Habetur ex eiuſdem Cromeri interpretatione, fol. 592. col. 2. B.* Qui bonis operibus nitent.

De non contemnenda Eccleſia Dei, & ſanctis myſterijs.

C

HOMILIA IX.

PErpauci nobis hodie adſunt. *Habetur ex eadem interpretatione, fol. 590. col. 2. B.*

De Prouidentia.

HOMILIA X.

QVam ob cauſam non ab initio. *Habetur ex interp. Viti Amerbachij, fol. 582. col. 1. A.*

De diuitijs & paupertate.

HOMILIA XI.

CVm præter meritum. *Habetur ex interp. Cromeri, fol. 584. col. 1. A.*

D

De ingluuie & ebrietate.

HOMILIA XII.

VVultis videamus. *fol. 587. col. 1. A.*

De aduerſa valetud. & medicis.

HOMILIA XIII.

CVm in aduerſam valetudinem incideris. *Vide fol. 595. col. 1. B.*

De muliere & pulchritudine.

HOMILIA XIV.

MVlti ex ijs qui meretric. *Habes eam ex interpret. Cromeri, fol. 590. col. 2. D.*

De Aua-

De Auaritia.

HOMILIA XV.

QVanam de cauſa. *Ibidem.*

DE SVPERBIA ET *inani gloria.*

HOMILIA XVI.

SI hominem inflatum reprimere velis,ne longos
moueto ſermones, ſed in memoriam ipſi ſolum
reducito naturam, & acriter ipſum obiurgato ita
Eccl. 10. dicens: *Quid ſuperbit terra & cinis?* Quod ſi poſt mor-
tem hæc eſſe dicat,viuentem ipſum ad modeſtiam,
reuoca,& doce quod terra & cinis ſit: Iam enim ſe
hæc eſſe ignorat. Aſpice decorem corporis, aſpice
potentiam,adulatorum obſequium, paraſitos aſſe-
ctantes. Veſtibus indutus eſt pretioſis,magna pote-
ſtatis amplitudine munitus eſt: Imaginatio ipſum
decipit, naturæque vt obliuiſcatur efficit; ſolum
mortis ſpectaculum expectat: Non venit ad ſe-
pulchra & loculos maiorum. Ad præſentia dumta-
xat reſpicit, ne quicquam futurorum cogitat. Igi-
tur ipſum hic iam doceas, quia terra & cinis eſt, vt
viuens medicinam accipiat. Qui enim dixit, quid
ſuperbit terra & cinis; ſubijcit, quoniam etiam in
vita abiecta ſunt intima ipſius; intima vocans viſ-
cera;ventrem illum ſtercoribus, multaque immũ-
ditia & fœtore plenum. Vide vilitatem & imbecil-
litatem eſſentiæ. Ne expectes diem mortis,vt tuam
diſcas infirmitatem: Adhuc viuentem mihi homi-
nem perſcrutare,& ad viſcera ipſius animo deſcen-
de, & vniuerſam noſtram vanitatem conſpicies,
Sed ne animo concide. neque enim odio noſtri,
Eſai. 14. ſed parcens,hoc modo Deus fecit, magnas humili-
tatis animi cauſas nobis præbens. Si enim homo,
cùm terra ſit & cinis dicere auſus eſt, *in cælum con-
ſcendam:* quo non animo erupiſſet, ſi naturæ fræ-
num non haberet? Cum igitur videris aliquem in-
flatum,ceruicem erigentem,ſupercilia contrahen-
tem,curru vehi,minantem,in carcerem conijcien-
tem,infeſtantem,morti tradentem; dic ad ipſum:
Quid ſuperbis terra & cinis? Quoniam etiam in vi-
ta ſua abiecta ſunt intima ipſius. Hæc non de homi-
ne priuato ſolùm dicta ſunt, ſed & de illo ipſo, qui
in regio ſolio conſidet. Ne enim purpuram aſpexe-
ris,neque diadema,neque veſtimenta aurea:ſed na-
turam ipſam excutias,& harum rerum fundamen-
tum videbis eſſe terram. Omnis enim gloria homi-
nis tamquam flos fœni. Cuius cauſa altum ſapis, ô
homo!& propter quid? Deſcende ab inani iſto fla-
tu:conſidera naturæ vilitatem. Terra & cinis es; ci-
nis & puluis;fumus & vmbra & flos herbæ. Cum ta-
li verò natura viuens,altum ſapis,dic mihi? Et quid
magis ridiculum eſſe poteſt? At multis dominaris
hominibus? Sed quid prodeſt,ſi hominibus quidem
domineris,affectionum verò tuarum captiuus ſis&
ſeruus? Quemadmodum ſi quis domi quidem à ſer-
uis vapularet,vulneraque acciperet,extra autem in
forum erumpens ob aliorum dominatum ſeſe ef-
Ex euãg. S. Ioan. ferret. Omnium affectionum ſeruus es, & gloriaris,
quòd ijs,qui eiuſdem tecum ſunt generis, domine-
ris. Vtinam illis domineris & horum ſis æqualis. Si
enim,qui in veris bonis ſuperbit,dignus eſt accuſa-
tione,omnemque illorum mercedem perdit, quo-
Ex epiſt. ad Hebr. modo non omnium erit riſu digniſſimus, qui in ijs,
quæ nihil ſunt, ſeſe extollit,& propter præſentem
gloriam ſeipſum inflat? Miſer & ærumnoſe, dum
anima tua grauiſſimo morbo contabeſcit, dumque

A extrema paupertate laboras, animo efferris, quod
tot auri habeas talenta? quòd turbam mancipio-
rum? Atqui hæc non ſunt tua. Quod ſi verbis meis
fidem non adhibes, ab experientia rerum præce-
dentium diſcas. Si verò ita ebrius ſis, vt neque his
quæ cæteris contingunt,erudiare;paululũ expecta,
& ex ijs quæ ad te pertinent, cognoſces,quod nihil
tibi iſta conferant;quod animo deficiens,& nullius
horæ,neque breuis momenti,poteſtatẽ habens,in-
uitus præſentibus iſta tranſmittas; & ſæpe quidem
his,quibus tu minimè cupis:ſed coactus illis cõce-
des,quos iſta prius ne aſpicere quidem volebas. Ho-
minum enim ſubſtantia aliud nihil eſt, quam cinis
& puluis & fumus & vmbra,& ſi quid iſtis vanius eſt,
Quid enim dic mihi,magnum putas? quãnnã exi-
ſtimas magnam dignitatem eſſe? Num cõſulis? ni-
hil enim hac dignitate maius eſſe vulgus arbitra-
tur. Eo igitur, qui in tanto ſplendore conſtitutus
eſt,qui in tãta admiratione eſt, nihilo minus habet
B is,qui conſul non eſt:ſed in ipſa eadem ille quoque
dignitate eſt. Similiter enim vterq; paulò poſt non
eſt. Quando fuit,& quanto tempore, dic mihi? per
duos dies? Hoc etiam in ſomnijs fit. Sed ſomnium
eſt,inquit. Et quid tum poſtea? Quæ enim per diem
fiunt,nonne ſomnium ſunt,dic mihi? Quare non
iſta potius ſomnium dicimus? Quemadmodũ enim
ſomnia,poſtquam dies illuxit, nihil eſſe deprehen-
duntur:ſic nocte adueniente,illa quoque nihil eſſe
arguuntur. Et ſicut de die nemo gaudet ijs quæ no-
ctu fuerunt, ita nec fieri poteſt, vt quis nocte ijs
fruatur,quæ in die ſunt. Cõſul factus es? Et ego no-
cte. Aſt ego (inquis) de die, & tu de nocte. Sed quid
tũ poſtea. Neque ſic plus aliquid habes quàm ego,
niſi forte quod dicatur,hic Conſul eſt : eatenus ex
verbis voluptatem amplius capere facit. Quomodo
facit:Si dicam hic conſul eſt, & indulgeam verbo;
C nonne ſimul dictum eſt,& receſſit? eodem modo ſe
etiam res habent; ſimul ac conſul apparuit, non
amplius eſt. Sed ponamus etiã annum & tres & qua-
tuor: vbi ſunt qui decem annis conſules fuerunt?
nuſquam. At Paulus non ita. Semper enim etiã vi-
uens,ſplendidus erat. non per vnum diẽ,non duos,
non decem aut viginti: non etiam annos decẽ aut
viginti, ſed & mortuus eſt, & quadringenteſimum
deinde annum ſuperauit, & etiamnum ſplendidus
eſt,multoq; ſplendidior quam cum viueret. Et hæc Ex Heſ.
quidem in terra: quẽ verò in cælo habet ſplendo-
rem,quis ſermo oſtendere poterit? Et quemadmo-
dum videre eſt fluctus maris,iam quidem in immẽ-
ſam altitudinem eleuari, ſubitò verò rurſus depri
mi:ad eundem quoq; modum eos,qui ſuberbiã per-
ſequuntur,videmus modò efferentes animũ, & ſu-
percilia contrahentes,rebuſque præſentis vitæ ge-
ſtientes:repentè verò humiliari & ad extremã ino
D piam deuenire. Hos B. quoque Dauid inſinuans di-
xit: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, aut
cum multiplicata fuerit gloria domus ipſius Bene
dixit,ne timueris. Ne te turbet, inquit, diuitiarum
abundantia,& gloriæ ſplendor; videbis enim non
multò poſt,humi iacentem,inutilem,mortuũ, pro-
iectum,vermium eſcam factum, nudum ab omni-
bus iſtis ſtantem, nec quicquam omninò ſecum aſ-
portare potuiſſe; (non enim ſimul peregrinantur
cum ijs qui hinc decedunt) ſed omnia hic reliquiſ-
ſe,ſolaque malitia collectiſque ſibi ex peccatorum
ſarcinis circumdatum. Meritò ſanè ab antiquis di-
cta eſt inanis gloria:inanis enim eſt intus, nõ quic-
quam vtile habens:ſed ſicuti laruæ ſplendidæ qui-
dem & amabiles eſſe videntur, intrinſecus autem
inanes ſunt (idcirco etiã faciebus corporis vt ve-
nuſtiores ſint,neminem tamen vmquam ad ſui ad-
ſpectus amorem allexerunt) ſic etiam, imò miſerius
quid eſt,apud vulgò quæſita gloria. Nihil enim ita Ex interp. euang. S. Ioan.
Dei benignitatem abalienat, & gehennæ incendio
tradit,ſicut ſuperbiæ tyrannis. Hæc enim ſi nobis
adſit, ſiue temperantiam, ſiue virginitatem, ſiue

A

ieiunium, ſiue preces, ſiue eleemoſynam, ſiue quiduis aliud præſtemus, tota noſtra vita fit impura. Immundus enim, inquit, apud Deum eſt omnis arrogans. Tantum malum eſt inanis gloria. Quoniā nō modò eos, quos ſemel cepit, ad vitium impellit, ſed etiam vnà cum virtutibus exiſtit. Et cum nos inde eijcere nequit, in ipſa eadem virtute magnum damnum operatur, moleſtias quidem ſuſtinere cogens, fructibus verò priuans. Non enim qui vtramque * deſiderat, vtramque conſequi valet. Licet quidem vtramq; conſequi; ſi non vtramque, ſed vnam quæ ex cælo eſt, concupiſcamus: qui verò vtrumq; amat, vtramque adipiſci nequit. Qui enim ideò quod gloriam apud homines venetur, aliquid boni operatur, ſiue iſta frui valeat ſiue non; ſufficientem hic accepit mercedem; nec vllam ibi recipiet pro eo retributionem, Quamobrem: Quia præueniens ſeipſum priuauit Iudicis liberalitate, præferens humanam gloriam iuſti Iudicis calculo. Qui verò hoc ipſum dumtaxat ſpirituale aliquod opus peragit, vt ſoli illi placeat peruigili oculo, huic & theſaurus inexpugnabilis manet, & virtutis integritas; bonaque ex eo ſpes multam iam ipſi ſuggerit conſolationem: ac præterquam quod in tuta penu illa aſſeruetur ei retributio, hominum quoque ſequetur bona exiſtimatio. Tunc enim ipſam abundantius aſſequemur, ſi eam deſpiciamus, ſi eā nō quęramus, ſi eam nō ſectemur. Enimuerò in ludis Circēſibus, qui equos agitant, vniuerſo populo plaudente, & ſexcentas fauſtas acclamationes profundente, non cōuertunt ſe, nec voluptatē aliquam ex læta illorū acclamatione percipiunt: ſed ad vnum ſolum reſpiciunt, Regem ſcilicet in medio cōſidentem, & ad nutum illius attendentes totā contemnunt multitudinem, ac demū gloriantur, cum ipſos ille coronatos honorauerit. Quid igitur illis miſerius fuerit, qui ad oſtētationem hominum, virtutem exercent, & ieiunijs exterminant faciem, precesque in biuijs faciunt? quoniam labores quidē ſuſtinent, retributione verò omni carent. Quid facis ô homo? an alij rationem es redditurus de factis, & aliū inuocas teſtē eorum quæ fiunt? alium habes iudicem & alium cōſtituis ſpectatorem? Nō vides aurigas, qui ciuitate vniuerſa ſupernè conſidente, in æquorū certaminibus, totam ſtadij percurrentes partē, ibi contendunt æmulorum ſuorū currus ſubuertere, vbi viderint Regē ſedentem: & tot oculis vnum exiſtimant oculum fide digniorem? Tu verò ipſum angelorum regē, qui tuis curſibus agonotheta adeſt, cernens, illo relicto ad cōſeruorum confugis oculos? Propter hoc equidem, poſt infinitas luctas, poſt multos ſudores ſine corona recedis, & abſq; præmio ad certaminis præſidem abis. Quomodo enim non abſurdum eſt, famulum quidem omnia quæcumque agit, ad placitum heri ſui facere, & nihil magis requirere quàm huius aſpectum, neque aliorum oculis ad actionē attrahi, etiam ſi magni ſint, qui ſpectant, ſed vnum ſolum obſeruare, vt herus ſpectator ſit: nos verò talem habentes dominum, alios requirere ſpectatores, qui prodeſſe quidem nihil, nocere autem ex aſpectu poſſunt, omnemq; laborem noſtrum inanem reddere. Quod ſi in recto facto quis ſuperbiens totum perdidit: quanta pœna dignus non fuerit, qui cum peccatis iſtud facit? Peccantem enim inſuper etiam animo efferri, longè grauius eſt, quàm peccare. Si gloriari in illis, quæ verè bona ſunt, inſipientia eſt, quanto magis in iſs, quæ nihil ſunt? Etenim nihil ita ſceleratos facit & dementes, ſicuti ad vulgi opinionem intentum eſſe: nec quicquam ita probos & conſtantes facit, quàm eandem contemnere. Idcirco etiam forti admodum opus eſt animo ei, qui tantum impetū & violentiam ſpiritus ſuſtinere debet. Etenim ſi proſperè viuat, ipſe ſe omnibus alijs præponit: ſin cōtraria ſuſtineat, defodere ſeipſum vult, ab ægritudine ſubuerſus. Et aduerte quod dico. Rex Ozias aliquando metas tranſgreſſus, & modum regiæ poteſtatis tranſiliens intrauit in templum, cum authoritate incenſum adolere volens. Quid igitur Sacerdos? non licet tibi, ait, incenſum adolere: limites tranſilis? non conceſſa quæris, idcirco etiam quæ accepiſti, perdis: non eſt hoc tuum, ſed meum, Non ego tuam purpuram rapui, ne meum tu rapias ſacerdotium. Ille verò non obediuit, ſed arrogātia inflatus templum ingreſſus eſt, aperuit ſancta ſanctorum, volens incenſum offerre. Quoniam igitur Sacerdos ſpretus fuit, & ſermo ſacerdotij conculcatus, nec quicquam iam vlterius potuit, niſi reprehendere, libertatemque oſtendere, ille verò arma mouebat, & opum ſuarum abundantia vtebatur, Sacerdos, inquit: Ego quod meum eſt, feci, nihil vltra poſſum; adiuua ſacerdotium Domine quod conculcatur, cuius nunc leges violantur, & iura ſubuertuntur. Et vide quid accidat. continuò erupit lepra in fronte ipſius: vbi impudentia erat, ibi & pœna. Vidiſti Dei in puniendo clementiam? Non fulmen demiſit: non terram concuſſit; non conturbauit cælum, ſed erupit lepra: & non alio in loco, niſi in fronte: vt tamquam in columna literæ eſſent poſitæ, & veluti lex in ſublimi loco, quæ dicerent: ne feceritis talia, ne talia patiamini. Quid igitur ceruicem extendis, dic mihi? quid in ſummis vnguibus incedis? quid ſupercilium cōtrahis? quid pectus inflas? crinem non potes facere album aut nigrum, & tamquam omnium habens poteſtatem, ita ſuperbis? Forte velles tibi etiam alas eſſe natas, vt non ambulares in terra. Quomodo te appellabo, & demoliar tuam arrogantiam? Appellabo te cinerem & puluerem, & fumum & ſordes? Sed nondum exactè ſimilitudinem aſſecutus fuero. Videris mihi ſtupæ combuſtæ aſſimilis eſſe. Illa etenim dum tumere videtur poſt incenſionem, & aſſurgere, exiguum manus attactum ſi ſuſtineat, tota depreſſa eſt, & quouis cinere vilior apparet. Et quemadmodum aquarum bullæ, dum in altum eleuantur, perquam facilè rumpuntur; ita qui inani gloria inflantur, facilè pereunt. Nullum enim ſuperbiæ æquale malum. Nam & cum diabolus antea non eſſet talis, hoc modo diabolus factus eſt. Et cum primus homo iſta ſpe à diabolo inflatus eſſet, præcipitatus & mortalis factus eſt. Sperans enim ſe Deum fore, etiam id quod habuit, perdidit. Quod ideò etiam Deus ei exprobans, mentemque ipſius perſtringens dixit; *ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis.* Ac ſi diabolus exigua poteſtate contra beatum Iobum accepta, radicitus domum ipſius conuulſit, corpus commanducauit, ſubſtantiam perdidit, liberos obruit, carnem perforauit, vxorem adhibuit, amicos, inimicos, famulos, vt talia dicerent, promptos effecit: ſi non innumeris cohiberetur vinculis, quomodo non omnes vaſtaſſet? malicioſa enim eſt hæc & inſatiabilis bellua; & niſi aſſiduè frænaretur, omnia ſubuerteret & confunderet. Idcirco ipſi Dominus, vtpotè benignus, non contra omnes poteſtatem dat. Quem decet gloria & imperium nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Marginal notes: gloriā cæleſtem & terrenam. — Ex interp hexaem. — B — Ex hom. in Oziā. — C — Ex interp euang. S. Ioan. — D — Ex interp ep. ad Rō — Ex interp. epiſt. 1 ad Corinth. — Ex interp eu. S. Mat — Ex ora in Oziam. 2. Paral. 2. — Ex interp ep. ad Rō — Ex interp eu. S. Mat — Geneſ. 3. — Ex interp Pſalm. 23

HOMILIA XVII.

De Inuidia.

Ex 1. ep. ad Cor.

NIhil ita nos ab inuicem ſeparare & diuellere conſueuit, ſicut inuidia & liuor, grauis ille morbus, omnique carens venia; ipſa quoque omnium malorum radice, auaritia, longè ſæuior. Auarus enim tunc lætatur, cum ipſe aliquid accipit: inuidus autem cum alius nihil accipit, delectatur; ſuum exiſtimans beneficium aliorum infœlicitatem. Quo quid inſanius

eſſe

eſſe poſſit? Propria enim mala negligens aliorum bonis contabeſcit, inacceſſum ſibi ipſi faciens cælum: & verò ante cælum ipſum etiam, præſentem vitam iniucundam & acerbam. Non enim ita lignum & lanam inſidens tinea & vermis corrodere ſolet, ſicut inuidiæ febris ipſa inuidentium abſumit oſſa, animique labefactat moderationem. Non errauerit quis, ſi belluis & dæmonibus, peiores inuidos appellauerit. Belluæ enim, cum alimento indigent, aut cum prius à nobis ſunt concitatæ, tum demum ſeſe contra nos armant: hi verò beneficijs etiam affecti, frequenter eodem modo, quo iniuria ſe afficientes, benefactores tractauerunt. Et dæmones in nos quidem implacabile odium habent: ijs autem, qui eiuſdem generis ſunt cum ipſis, non inſidiantur: hi verò neque naturæ communitatem reuerentur, neque propriæ ſaluti parcunt; ſed ante illos, quibus inuident, ſuas ipſi animas pœnis afficiunt, omni tumultu & triſtitia eas temere & ſine cauſa complentes. Eiuſmodi quid eſt inuidia, vt ea peius vitium non facile fuerit. Etenim adulter voluptatem ſaltem aliquam percipit, & breui tempore
B
perficit peccatum ſuum: Inuidus autem ſeipſum prius quam cui inuidet, punit & cruciat, nec vmquam à peccato deſiſtit, ſed in eo faciendo eſt aſſiduus.

Ex inter. euang. S. Matth.

Quemadmodum enim porcus luto, & dæmon pernicie noſtra gaudet: ita hic quoque proximi lætatur malis: ac ſi quid triſte accidat, tunc refocillatur ac reſpirat, alienas calamitates ſuam iucunditatem, ſuaque mala aliorum bona ducens. Et ſicuti ſcarabæi aluntur ſtercore; ita etiam iſti alienis aduerſitatibus; communes quidam inimici & hoſtes naturæ. Et alij quidem bruti animalis, cum mactatur, miſerentur: iſti verò hominem cernentes beneficio affici, efferãtur, & tremũt & expalleſcũt. Et quid hac inſania peius eſſe poſſit? Cur expalleſcis,

Ex interp ep. ad Rõ

dic mihi, & tremis & ſtas trepidus? Quid mali accidit? An quia clarus eſt frater, & ſpectabilis & probus? Non igitur coronari te oportebat & gaudere,
C

Ex interp ep. ad Phi

Deumque laudibus celebrare, quòd membrum tuum illuſtre & conſpicuum videas? An verò doles quod Deus laudibus cumuletur? vide quò bellum tendat. Non hoc me turbat, inquit, ſed per me Deum cuperem celebrari. Gaude igitur, cum frater tuus benè audit, & denuò per te Deus laudibus celebratur. Etiamſi enim hoſtis eſſet & inimicus, Deus autem per ipſum celebraretur, amicum facere ob hoc oporteret. Tu verò ex amico inimicum facis, quoniam Deus per hunc nominis illius ſplẽdorem laudibus colitur. Et quomodo aliter bellum contra Chriſtum oſtendiſſes? Propterea ſiue ſigna quis faciat; ſiue virginitatem, ſiue ieiunium, ſiue humi dormitionem oſtenderit, ac per eiuſmodi virtutem ad Angelos vſque peruenerit, inuidiæ verò ſubiectus ſit affectui, omnibus eſt execrabilior. Si enim amicos diligere, nihil nos amplius Ethnicis habere ſinit; vbi ille ſtabit, qui etiã amicis inuidet?
D
Etenim inuidere peius eſt, quàm bellũ inferre. Qui enim bellum infert, ſublata belli cauſa, inimicitias quoq; diſſoluit: At inuidus numquã amicus fuerit. Et ille quidem manifeſtũ certamẽ oſtẽdit: hic verò obſcurum. Atque ille rurſus frequẽter iuſtam cauſam belli dicere habet: hic verò nihil, quam inſaniam mentemque ſatanicam. Et ſicut qui iniuria afficit, non lædit, ſed læditur: ita qui proximo inſidias ſtruit, ſeipſum interimit. Ac veluti cum proximos lædimus, nos ipſos lædimus: ſic etiam cum illis benefacimus, nobis ipſis benefacimus. Nam qui malè audit, falsò tamen, non ſolum læſus non eſt, ſed & maximã habet mercedẽ. Non enim qui mala patitur, ſed qui facit, hic ſupplicio dignus eſt: ſi ille non iuſtas maledicentiæ anſas præbeat. Et ſicut fieri non poteſt, vt ab omnibus benè audiat virtute pręditus; ita non poteſt fieri, vt ab omnibus malè audiat, niſi multas ex multis rebus ipſe ſibi præbeat

Ex interp Pſal. 49.

occaſiones. Quæ verò publicè fiunt maledicta fre-
A
quenter improbos & impudentiores faciunt homines. Pleriq; enim peccantium, quãdiu vident, ſe latere poſſe, facile redire in animo conſtituunt: cum verò ſuam apud vulgum exiſtimationem amiſerint, & in deſperationem incidunt, & impudentes euadunt. At enim iniuriæ aliquid ab ipſo accepiſti. Quid igitur teipſum quoque iniuria afficis? Qui enim ſuam iniuriam vlciſcitur, contra ſeipſum gladiũ impellit. Si igitur & tibi ipſe benefacere, & illum vlciſci velis, loquere honorificè de eo, qui te offendit: Si verò male de eo loquaris, non habeberis dignus fide, de inimicitijs ſcilicet ſuſpectus. Etenim inimicitiæ, dum audientium cogitationibus occurrũt, non permittunt ea, quæ dicũtur in eorum auribus reponi. Ne igitur maledicas, ne teipſum quoq; contamines: neq; ſordes cũ luto & opere lateritio texas, ſed necte ex roſis & violis, cæteriſque floribus, coronas. Neq; ſtercus ab ore profer, quẽadmodum ſcarabæi, tales enim ſunt vituperatores: ipſi primò graueolentiã percipiunt. Omnes enim cõuitiatorem auerſantur, tamquã putidum ſeu rã-
B
cidum quid olentem; velut hirudinem quandã, aut ſcarabæũ, qui fimo alitur, aliorũ ſcilicet magis: qui verò os fauens & bona verba dicens habet, hunc veluti commune mẽbrum, tamquã fratrẽ germanum recipiunt. Quid enim Abeli nocuit Cain? nõne illum quidem citius ad regnum inuitus tranſmiſit, ſeipſum verò innumeris malis confodit? Quid Iacobo dãni attulit Eſau? nónne ille quidem diues erat, atq; innumerabilibus perfruebatur bonis; hic verò paterna etiam domo ejciebatur? Fratres porrò Ioſephi, quòdnam grauius malũ ipſi intulerunt? maximè cum ad ſanguinem vſq; peruenerint. Nõne illi quidem famem paſſi ſunt, & extrema pericula adierunt: hic verò rex vniuerſæ Ægypti factus eſt? Quanto enim magis inuides, tanto maiora bona ei, cui inuides, procuras. Deus enim eſt, qui omnia inſpicit: ac ſi iniuria affici videat eum, qui iniuriam
C
nulli infert, magis extollit, clarumq; reddit: atque hunc in modum te caſtigat. Quod ſi inimicis inſultantes nõ permittit impunitos tranſire, multò magis eos, qui inuident his, qui nihil nocuerũt. Si enim qui amicũ diligit, nihil plus habet Publicanis, quã ille experietur clementiam, qui innocentem odio

Ex interp euang. S. Ioan.

proſequitur? Quare igitur doles, ô homo! proximi bonis? Nã ſi dolere oportet, ob ea: quæ nos patimur mala, dolere oportebat, non ob quæ alios probos haberi videmus. An ignoras, omni venia hoc ipſum peccatũ carere? Ac meritò illud quidẽ. Etenim fornicator cupiditatẽ prætendere poteſt, fur inopiã, & homicida irã, frigidas quidem cauſas & minimè iuſtas: habẽt tamen quas dicãt: tu verò quã cauſam cõmemorabis, dic mihi? nullã niſi vehementẽ tuã improbitatẽ. Si enim inimicos diligere iubemur, quã perſoluemus pœnam, ſi amicos quoque odio proſequamur? Nã ſi is, qui amantes ſe diligit, nihil
D
melius ſeſe habet quã ethnici, quã habebit veniã, qui nullam iniuriam inferentes vexat? Dæmon inuidet quidem, ſed hominibus, dæmonũ verò nulli. Tu verò homo cum ſis, hominibus inuides? Et quã veniam conſequeris? Malum quoddam inuidia eſt, graue inquam malum; propriamq; iubet deſpicere ſalutẽ. Sic enim Saul malũ dæmonem contra animam ſuã acceſſiuit: & poſtquam acceſſiſſet medi-

Ex interp ep. 2. ad Cor.

cũ inuidia proſequebatur. Talis enim res eſt inuidia. Sciebat ſi ſanatũ, & perire malebat, quã celebrẽ videre eum, qui ſe ſanaſſet. Et ſi vultis, declarabo vobis quibus. David Saulẽ beneficijs affecerit, & quibus hic illũ deinde remuneratus ſit. Cũ aliquã-

Ex interp ep. 1 ad Cor.

do Iudæos bellũ grauiſſimũ occuparet, omneſque conſternati & in metu eſſent, nec quiſquam proſpicere auderet; ſed in extremis tota ciuitas eſſet, & mortem ſinguli ante oculos viderent, omneſque indies morituros ſe exiſtimarent, ingreſſus ille ab ouibus ad aciem, bellum quod omnibus inſtabat in ſe ſuſcepit; idque nullam videns neceſſitatem

A ſibi incumbentem, imò etiam multos habens ſibi obſtantes (etenim & frater eum increpabat, & Rex ad immaturam ætatem reſpiciens retinebat, & manere iubebat) in ſe calefactus ad barbaros accurrit, tantamque erga Regem curam oſtendit, vt etiã ante bellum & victoriam in facie ipſum iacentem erigeret, dicens: ne concidat cor Domini mei propter ipſum: quia ſeruus tuus ibit, & pugnabit cum alienigena iſto. An hoc parum eſt, rogo? quòd qui nulla neceſſitate vrgeretur, animam ſuam impenderet, atque ob illorum commodum, à quibus nullo vmquam beneficio eſſet affectus, in medios inſiliret hoſtes? An non ipſum poſt hæc oportebat Domini titulo inſignire, & communem ciuitatis ſeruatorem appellare, vt qui omnium vitam, adiuuante Dei gratia, conſeruaſſet? Quod enim aliud maius iſto beneficium erat? Non enim in pecunijs, nec in honore & potentia, ſed ipſa ſua anima beneficium hoc contulit, & ab ipſis eum reuocauit portis mortis: perque illum de cætero Rex viuebat, (1. Reg. 18) regnoque perfruebatur. Quibus igitur poſtea eum remuneratus eſt? B Si enim quis rectè factorum magnitudinem reſpiciat, licet coronam à ſuo capite ablatam Dauidis capiti impoſuiſſet, nondum iuſtum reddidiſſet præmium, ſed plus debuiſſet. Hic ſiquidem & vitam & regnum ipſi largitus eſt; ille verò ſolo regno cedere deberet. Videamus tamen quæ ſint ipſius remunerationes. Poſtquam barbaro caput abſtuliſſet, & ſpolia habens redijſſet, exiuerunt chori mulierum cantantes & dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia. Et iratus eſt Saul, & reſpiciebat Dauidem à die illa. Cuius quæſo gratia? Si enim mirabile quid dicere oportet, Sauli potius quàm Dauidi dederunt, hæc dicentes: & contentum ipſum eſſe oportebat, quòd millenos ſaltem ei dediſſent. Quid ergo indignatur, quod denos millenos illi dederint. Si enim aliquid ad hoc bellum feciſſet, & aliquam ſaltem exiguam partem contuliſſet, rectè hæc dicerentur, quod Saul C mille, & Dauid decem millia. Cum verò ipſe quidẽ metuens & tremens ſederit, in ſingulos dies moriturum ſe exiſtimans? Dauid vero totum confecerit: quomodo non abſurdum erat, eum qui nihil ad pericula propulſanda contuliſſet, indignari quod non potiorem lætæ acclamationis partem tulerit? Si enim indignari oportebat, Dauidem certè oportebat, quod cum ipſe totum laudabiliter geſſiſſet, alium habere laudis partitorem. (Ex interp. Hexem.) Sed eiuſmodi res eſt inuidia: non ſuſtinet benignè aliorum aſpicere fœlicitatem: ſed proximi proſperitatem, ſuam infœlicitatem eſſe arbitratur, boniſque proximi contabeſcit. (Geneſ. 26) Quale quid Rex Gerarorum paſſus eſt; dũ videret Iſaaci quotidie augeri facultates, timebat, & inde diſcedere iuſtum cogebat. Sed æquum eſt, ipſa ſacræ Scripturæ verba audire. Seminabat autem, inquit, Iſaac in terra illa, & inuenit in illo anno hordeum centuplum. D Vides liberalitatem Domini? Vides beneficentiæ amplificationem? Sed videamus etiam Regis inuidiam, quæ naſcebatur ob abundantiam iuſti. Recede, inquit, à nobis, quoniam potentior nobis factus es. Et reuera potentior erat; quippe qui ſupernum in omnibus auxilium haberet, & à dextera Dei protegeretur. Quo igitur expellis iuſtum? An neſcis, quia quocumque ipſum contingat abire, in ijs quæ Domini ſui ſunt, eum eſſe neceſſe ſit? Licet enim in ipſum ſolitudinem abire coëgeris, æquè potentem Dominum habet, quàm ibi fuit, vt multo illuſtriorem eum reddat. Per contraria enim maximè contrario frequenter adminiſtrat. Ipſum decet gloria, imperium, honor & adoratio, cum Patre & ſancto Spiritu, in ſæcula. Amen.

De Odio & Inimicitijs.

Homilia XVIII.

Si quis à proximo ſuo iniuriam acceperit, in memoriam reuocet Dauidem; atque ita animo imprimat, vt, quouſque vixerit, recordatione huius (Ex interp. epiſt. 1. ad Theſſ.) mitiſſimi & manſuetiſſimi viri iracundiæ pelagus poſſit diſſipare. Quid enim eſt, quòd fratrem tuum pro inimico reputes? Affecit te iniuria? at nihil damni intulit. Aut fortè pecuniarum cauſa ipſum velut hoſtem obſeruas? ne quæſo, ne iracundiæ funes reſecare differas, moræ enim moras pariunt: & ſi hunc diem adijcias, magis erubeſcas; & ſi craſtinum, maius erit dedecus; ſi verò etiam tertium appoſueris, maior tibi vltrà cunctanti pudor erit. Concedite mihi obſecro, vt liberè iſta dicam, efficite vt inaudiam ex continua iſta doctrina, vos aliquid profeciſſe: diſcedentem hinc quempiam B ſtatim ambabus inimici manibus apprehenſis, ipſum brachijs conſtrinxiſſe, exoſculatum eſſe, lachrymas profudiſſe: licet enim vel bellua ille ſit, etiamſi lapis, aut aliud quiduis, eiuſmodi, tamen benignitate emollitus manſueſcet. Ac tu quidem hoc facto teipſum à culpa liberabis, illum verò ad beneuolentiam reductum lucrifacies. Et ne mihi dixeris, ſceleſtum inimicum habeo, improbum, perditum, inemendabilem, nec illum reconciliare valeo. Qualẽcumque enim dixeris, deterior Saule nõ erit; qui ſemel ac iterum & ſæpius à Dauide ſeruatus eidem ſæpiſſimè inſidiatus eſt: & cum adhuc beneficijs ab eo cumularetur, in malitia retinenda perſtitit. Quid enim habes, quod adferre poſſis? an quod ſolum tuum arando abſciderit? quod agro damnum intulerit? quod ædium limites tranſierit? quod mancipia tua interuerterit? quod ignominia te affecerit? C quod aliena inuadens te ad paupertatem redegerit? Atqui nondum animam tibi auferre conatus eſt, idque ſemel & iterum & frequenter; & quidem tot acceptis beneficijs: neque in manus tuas ſæpè incidens ſeruatus eſt. Et vt hoc ita ſit, adhuc tamen Dauid præcellit; quippe qui imperfectioribus, & nihil eiuſmodi exigentibus legibus innutritus, ad apicem legis gratiæ contendens te anteuerterit. Ac tu quidem haud rarò præteritarum rerum cauſa conceptam iram foues: hic verò etiam dum impendentia mala metuit, probeque nouit, nuſquam in ciuitate ſibi locum fore, ſed vitam planè miſeram, ſi hoſtem incolumen dimitteret, nihilominus ſuam pro inimico ſollicitudinem non deſeruit, ſed omnia humanitatis officia illi exhibens contra ſeipſum hoſtem nutriuit. Qui igitur quæſo, eſt, quod obijcias, dum inimico non vis reconciliari? Quanam tanta affecit te iniuria? Pecunijs fortè D te ſpoliauit? At ſi generoſo animo iſtam rapinã feras, tãtam mercedem accipies, quantam ſi in pauperum manibus repoſuiſſes, accepturus fuiſſes. Idem enim eſt, ſiue quis egenis elargiatur pecunias, ſiue ob Dei amorem inſidias non moliatur, aut etiam maledicat illi, qui alienis inhiat. Cum enim eadem vtrobique impendij ſit intentio, manifeſtum eſt, eandem quoq; fore coronam. Sed fortè vitæ tuæ inſidias ſtruxit, ac te occidere conatus eſt? At ſi inſidiatorem & couſque te hoſtiliter inſectantem in benefactorum numero cenſeas, Deumque, vt veniã ipſi dare dignetur, orare non deſinas, pro martyrio tibi hoc reputabitur. Ne porrò hoc attendamus. quod Deus inhibuerit, ne Dauid, dum à Saule exagitaretur, interficeretur: ſed quod duplici tripliciuè martyrij corona, ob eas, quas pertulit, inſidias, ornatus fuerit. Etenim, qui Dei amore hoſtem ſeruauit, illum, inquam, qui ſemel atque iterum & ſæpius haſtam in caput ſuum contorſit, & cum in ſua poteſtate illum haberet, à nece tamen eiuſdem abſtinuit,

ſtinuit, non ignarus, fore vt poſtquam ei perperciſſet, denuo ſe inuaderet; illum perſpicuum eſt, decies millies voluntate mortuum eſſe: decies millies vero propter Deum mortuus, multas martyrij laureolas obtinet. Et quod S. Paulus dicebat, hoc ipſum hic noſter animo verſabat,& quotidie mortem propter Deum oppetebat. Cum enim ſibi perniciem molientem interficere poſſet, propter Deum noluit, ſed potius ſingulis diebus pericula ſubire, quam iuſta etiam cæde patrata, à tot mortibus liberari elegit. Quod ſi ad vitam vſque etiam inſidijs graſſantem vlciſci atque odio proſequi nefas ſit, multò minus eum oportebit, qui alia quauis nos in re externa iniuria affecit. Vis porro intelligerè, facilè eſſe, ſi modo velimus, omnem hominem malè erga nos affectum, quantumuis improbus quis & perditus ac incorrigibilis fuerit, reconciliare? Quid quæſo leone ferocius? illum tamen homines manſuetum reddunt, & naturam ars coërcet, ac quauis oue mitior & lenior euadit, qui alioquin omnibus beſtijs ſæuior eſt& anguſtior, iamque per medium forum ambulans nemini vllum terrorem ob manſuetudinem incutiat. Quam igitur excuſationem habebimus, quā veniam ſperabimus, ſi belluas quidem domemus, homines interim numquā nos mitigare, aut vt benè erga nos afficiantur, efficere poſſe dicamus? maxime cum māſuetudo præter naturā beſtiarum, ferocitas autē ab hominū natura aliena ſit. Cū igitur natura ſuperiores ſumus, quid nos excuſabit, ſi liberā volūtatem nos corrigere poſſe negemus? Quod ſi fortè inſanabilis videatur alicuius morbus, cogita, quāto maior labor in medicādo fuerit, tāto tibi perſeueranti,& deſperatè laborantem curanti ampliorem mercedem futuram. Sed quidnā tam graue in te admiſit inimicus, quod tantoperè reconciliationē ipſius refugias? Maledixit tibi? Adulterum, fornicatorem appellauit? At quid tum poſtea? Siquidem vera objicit, emenda: ſin falſa, irride. Si tibi eorum, quæ objicit, cōſcius ſis, reſipiſce: ſin minus contemne. Imò non ſolū irride& contemne, ſed etiam & exul- Matth. 5. ta, iuxta dictum domini. *Cùm enim, inquit, exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tamquam malum, propter filium hominis mentiētes, gaudete in illa die & exultate, quoniā merces veſtra multa eſt in cælo.* Si verò, quod res eſt, dixerit, ac tu quidem æquo animo iſta verba tuleris, nec viciſſim illum contumelia affeceris, aut conuitia dixeris, ſed vehementer ingemueris, ac delicta tua dānaueris, non minorem, quā prior ille, mercedem conſequeris. Frequēter enim quæ laudādo & gratificando nō effecerūt amici noſtri, hæc præſtiterunt inimici maledictis laceſſendo; etſi vera objiciant. Illi enim, vt cōſentaneum eſt, gratificantes, ſiue etiam aſſentātes ſuperbiæ malum in nobis augent: hi verò odio perciti crimina exprobrant,& nos ad vitiorum correctionem compellunt, fitque odiū maximæ vtilitatis occaſio. Ne igitur dicamus, exacerbauit me quidam, aut, aliquis me perpulit, vt verba pudenda dicerem. Nos vbiq; iſtorum cauſa ſumus. Si enim rē benè inquirere, & æſtimare velimus, non ſolum inimicus, ſed ipſe etiā diabolus ad iram permouere nequaquā poterit. Quod quidē ex illa de Dauide hiſtoria perſpicum eſt. Cum enim is ad Saulem dixiſſet: en orā chlamydis tuæ in manu mea,& reliqua, quæ ibi ad Saulē pro ſui defenſione dixit; mox ille: num tua hæc vox eſt, fili mi Dauid. Proh quāta repentè ob verborū lenitatē in hoc efferato homine facta eſt mutatio! Qui enim numquā vel nudo illū nomine vocare dignatus eſt, imò etiā ipſius allocutionem deteſtatus, nunc in ſuā familiā referens, filiū eundem appellat, atq; ad ipſum vocis ſonū mox incaleſcebat. Et quemadmodū pater aliquis fera filij ſui aliūde redeūtis voce audita nō ad aſpectū ſolùm, ſed etiam ad ipſam vocē excitatur: ad eundē modum Saul poſtquam verba Dauidis ingreſſa inimicitias illi animo exemiſſent, de cætero iuſtum agnouit,& affectu vno depoſito, alium aſſumpſit. Eiecta enim ex animo ira, beneuolentiā ac commiſerationem ſuſcepit. Quid igitur Dauide aut beatius aut ſublimius? Hic ſiquidem ex homicida patrem fecit, ex lupo ouem. hic fornacem iracūdiæ largo rore cōplexit, tempeſtatem tranquillam reddidit,& omnem furoris feruorem reſtinxit. Ne igitur illud ſolum cogitemus, chariſſimi, vt nihil ab hoſtibus damni patiamur, ſed ne mali quicquam ipſis inferamus:& nihil mali patiemur, etiamſi innumeras feramus moleſtias. Sic nec Dauid cum in exilium actus & exagitatus grauiſſimis inſidijs appeteretur, quicquā mali tulit; ſed hoſte ipſo clarior & auguſtior, adeoq; omnibus hominibus & Deo ipſi gratior euaſit. Quod enim damnū tulit, cum à Saule tam multa perpeteretur? an non in hodiernū vſq; diem tū in terra notus tum in cælo clarus decantatur? An non ineffabilia illa bona & cæleſte regnum ipſum manet? Quid vero cōmodi reportauit miſer ille & infœlix, qui tantopere Dauidi inſidiatus eſt? nónne & regno excidit,& vna cum filio miſerabili morte perijt, atq; ab homibus inſuper accuſatur? Et quod hiſce omnibus grauius eſt, æterna nunc luit ſupplicia. Si quando igitur inimicū tuum videas, aut mente cogites; nec dicas, hæc & illa paſſus ſum; hæc & illa audiui; ne videlicet hac ratione irā incēdas & inflammationē vehementius augeas: ſed quæcunq; moleſta audiueris aut paſſus fueris, omnia oblitioni trade. ſi verò in mentē tibi venerint, diabolo hęc imputa: ac interim reputa, quod nonnūquam benè tibi dixerit aut fecerit,& cōtinuò diſſolues inimicitiam. Si etiā cum aliquo expoſtulare aut diſceptare velis, depoſito ante affectu, iraq; compreſſa, ita demum coargue & rationes exige: ita enim facilè ſuperare poteris. Etenim cū iraſcimur, neque dicere neq; audire quicquam rectè valeamus: à perturbatione verò liberi, nec ipſi vmquā verbum aſperum efferemus, nec grauatè alijs auſcultabimus. Non enim tā eorum, quæ dicūtur, natura, quā præconceptum animo odiū, exaſperare nos conſueuit. Et veluti cum nox eſt frequenter præſentem nō cognoſcimus amicū, die autem facto, procul etiā hunc conſpicientes nouimus; ita in odio atq; inimicitijs cōtingere ſolet. Quādiu enim alienis ab inuicē ſumus animis,& aliorū voces audimus,& vultū animo corrupto intuemur: poſtquā vero irā depoſuimus, mox hoſtilis antea & triſtis vultus, gratus & amabilis apparet. Si verò aduerſarius crimē aliquod, cuius tibi cōſcius es, obiecerit; tu verò hoc audito, illū nō vituperaueris, ſed amarè potius ingemiſcens Deum oraueris, mox omne delictū depoſuiſti. Et ne putes, nos leuiter te cōſolari, teſtimoniū ex diuinis literis afferemus. Phariſæus erat,& Publicanus: hic ad extremā malitiā progreſſus, Ille verò Iuſtitiæ ſtudioſus erat: Et ambo ad tēplum aſcenderūt, vt orarēt. Tunc ille ſtās dicebat: gratias tibi ago Deus, quod Luc 18. nō ſim ſicuti cæteri hominum, raptores, iniuſti, aut etiā ſicut Publicanus iſte. Publicanus verò à longè ſtans, illū non viciſſim cōtumelia affecit, nō maledicta regeſſit; nec abſurdū quid dixit, qualia iudices nos mutuo cōuiciantes dicimus; ſed amare gemens pectuſq; tundēs hoc vnum dixit, O Deus propitius eſto mihi peccatori:& deſcendit iuſtificatus. Vidiſti quam ſubitò? Accepit probrū, & abſterſit probrū, agnouit delicta,& depoſuit delicta; factaq; eſt criminis accuſatio, abolitio criminis;& hoſtis etiam inuitus fit benefactor. Quid quæſo iſto beatius fuerit? quid ad peccatorum remiſſionem facilius? Quantū laborandum Publicano fuiſſet; ieiunando, vigilando, humi cubando, facultates pauperibus erogādo, longoq; tempore in cinere & ſacco ſedēdo, vt peccata à ſe amoliri poſſet. Iam verò nihil horum fecit, ſed nudo verbo totam malitiam& probra exuit: conuitiaque illius, qui ei inſultare videbatur, abſq; Exort. ad Monach. ſudore & labore, longaque mora, iuſtitiæ coronam ei attulerunt. Ideò etiam Deus pro inimicis orare

præcepit,vt non ſolum illis debita cōdonemus,ſed
inter præcipuos quoque amicos eos numeremus.
Quod ſi nihil quidem iniuſtè agas, alios autẽ auer-
ſeris,nec libenter videas,vulnuſq; in animo tuo in-
ualeſcens habeas; nondum præcepto ſatisfeciſti,
quod Chriſtus dedit. Quomodo igitur Deũ, vt tibi
placatus ſit,rogas;cũ ipſe alijs qui in te deliquerũt,
nondum ſis placatus? Quod ſi cognoſcere lubet,
Deum inimicis noſtris non parcere, nobis etiã pro
ijſdem orantibus,ſi per clementiam noſtram futuri
ſint deteriores,antiquam vobis narrabo hiſtoriam.
Ex ho.in Statuas. Oblocuta fuit olim Moyſi ſoror ipſius Maria. Quid
ergo Deus? lepram ei immiſit,& immundã fecit, li-
cet cætera iuſta & proba eſſet. Moyſem igitur iniu-
ria affectũ,& pro ea orantẽ ſupplicantem, vt irã re-
mitteret,nõ tulit Deus: ſed quid,inquit? Si partem
haberet,& à conſpectu ſuo eã eieciſſet,an nõ tuliſ-
ſet correctionem? Tuam quidẽ probo lenitatem &
clementiam,me vero pœnã ei remittere non opor-
tet. Memento igitur terribilis iudicij,in quo nuda &
aperta ſunt omnia: Conſidera, quòd quæ modò oc-
B culta ſunt,tunc omnia manifeſtentur. Si itaq; pro-
ximo delicta condones,quæ tunc reuelanda erunt,
hæc eadem ibi vniuerſa euaneſcent;ac de nullo eo-
Ex inter. euang. S. Matth. rum,quæ perpetraſti,appellatus,abibis. Maiora igi-
tur accipis,quã des. frequenter enim eiuſmodi deli-
quimus,quæ nemo alius præter nos,nouit. Cũ ergo
cognoſcamus,quod in illa die omnia noſtra facino-
ra in conſpectu hominũ, in communi totius orbis
terrarum ſpectaculo,ſint futura,nónne acerbius à
propria conſcientia, quã quouis tormento preſſi &
exagitati cruciabimur? Atqui hanc tantã ignomi-
niam,hæc tanta crimina diluere licebit, ſi proximo
tuo ſimiliter errata cõdonaueris. Quod ſi libet,vim
huius mandati percipite. Si ſteterit, inquit Deus,
Moyſes & Samuel,non eſt anima mea ad ipſos:& ta-
men quos neq; Moyſes,neq; Samuel ab ira Dei eri-
pere valuerunt, illos hoc præceptũ liberare potuit.
C Atq; idcirco eos, quibus iſta dixit, aſſiduè adhorta-
batur inquiens; vnuſquiſque malitiam fratri ſuo in
cordibus veſtris dimittite: Et,malitiam proximi ve-
ſtri ne reputate. Si verò etiam inimicos diligere iu-
beamur, quaſnam pœnas dabimus, ſi eos qui nos
amore cõplectuntur,auerſemur? Si is,qui diligentẽ
Ex interp. ep. ad Ro. ſe diligit,nihil plus habet Publicanis,vbi ſtabit qui
nihil iniuſtè agentem odio habet? Quomodo verò
gehennã effugiet,qui ipſis Ethnicis extitit deterior?
Si is, qui fratrẽ non amat, licet pecunias exhauriat,
aut martyrio clareſcat, nihil proficit;cogita, quãto
ille ſupplicio dignus ſit, qui nihil iniuſtè operatum
hoſtiliter infeſtat. Si Deus non ignoſcat peccata il-
lis,qui contra ſe cõmiſſa non condonant:quam ve-
niam dabit illis, qui innocentes iniuria afficere au-
dent? Quid ergo temerè nos inuicẽ impugnamus?
quid mutuis bellis nos perſequimur, quibus etiam
odientes diligere præceptũ eſt? Quid dicis ô homo?
D inimicũ habes,nec erubeſcis? An non ſufficit nobis
diabolus, quod etiã conſanguineos prouocemus?
vtinã nec ille nos impugnare voluiſſet: vtinam neq;
ille calumniator eſſet. An ignoras quanta poſt paci-
ficationẽ ſequatur voluptas? Quid enim ſi in odio
non ita appareat? Si verò dicas,exæſtuare te dũ in-
iuriæ meminiſti: recorderis, ſi boni aliquid ab ipſo
tibi præſtitum ſit ab eo, qui triſtitia te affecit;& rur-
ſus,quãtis tu alios malis affeceris: ſic enim cõtinuò
odium iſtud dimittes: nullũ enim tantũ malũ paſ-
Ex interp. euang. S. Matth. ſus es,quantũ ipſe tibi cõflaſti. Quomodo enim ve-
niam conſequeris,quã alijs non tribuis? Ipſi genti-
les,qui nihil magni expectabant,in malorũ tolerã-
tia ſæpè magnum ſtudiũ collocarũt: & tu, pro quo,
cum inimicus eſſes,Chriſtus animã ſuam dedit,nec
occidi recuſauit,quique cum tanta ſpe hinc migra-
turus es,inimicitias diſſoluere metuis & refugis? Et
quod ipſum quidem tempus facit,tu facere propter
diuinam legẽ non audes: ſed ſine vllo præmio po-
tius, quam pro præmio affectum vis extingui? neq;

A enim ſi tempus hoc fecerit amplius quid tibi erit,
ſed graue potius ſupplicium, cum, quod tẽpus præ-
ſtitit, hoc vt tu faceres, Dei lex tibi non perſuaſe-
rit. Ob hoc enim maximè inenarrabilem tibi parat
mercedem,vt ipſum anteuertas. itaque ſi non niſi
rogatus alteri reconcilieris,iam non tuo, Dei man-
datum ſeruandum ſtudio, ſed alterius diligentia
aſcribetur amicitia: ideoque illo præmia capiente,
tu ſine corona diſcedis. Latrones ſi quibus conſue-
ſcant, iam non amplius latrones ſunt illis, quibuſ-
cum cõſueuerint;ſed menſa immutat mores,& qui
belluis erant immaniores,quibus manſuetiores ef-
ficit: Nos vero tantæ participes menſæ, qui ? tales talem eſcã cõmunem habemus.
communes habemus delicias, in nos mutuò arma-
mur? Et quomodo non beſtijs ipſis deteriores fue-
rimus? Propter hanc itaque cauſam nos quidem
infirmiores,ipſe verò communis omnium noſtrum
inimicus indies fortior euadit: Non enim nos inui-
cem contra illum munimus, ſed cum ipſo contra
nos mutuò ſtamus,atque eodem ad eiuſmodi prælia
ductore vtimur. Cuius nos militiam effugere con-
B tingat,gratia Ieſu Chriſti: quem decet gloria, Im-
perium,honor & adoratio,cum Patre & ſancto Spi-
ritu, in ſæcula. Amen.

De Triſtitia & Mœrore.

Homilia XIX.

INdidit Deus naturæ noſtræ, triſtitiam, non vt Ex ora ad Stagir.ũ.
ſimpliciter & intempeſtiuè, etiam in rebus ad-
uerſis ea vtamur,neque vt nos ipſos perdamus,ſed
vt maxima ex eadem conſequamur commoda.
Tempus enim triſtitiæ eſt, non quando mala pati-
mur,ſed cum male agimus. Nos verò ordinem per-
uertimus, & tempora permutauimus: & cum qui-
dem infinita mala fecimus,ne quidẽ ad breue tem-
pus animo contrahimur:ſi verò exiguũ quid ab ali-
C quo patiamur,animo concidimus, vertigine corri-
pimur,& liberari è præſenti vita optamus,ignoran-
tes,quod tribulationes & tentationes, quæq; nobis
contingunt triſtia, non minus quã bona, Dei curã
nobis cõmendent. Et quid dico tribulationes quæ
hic ſunt? Nec enim minus gehennę comminatio,
quã regnum cælorũ ipſius clementiã demonſtrat. Ex interp. Pſal. 124.
Nam ſi gehennã non minaretur,fortaſſe quis non
aſſequeretur bona cæleſtia. Neq; enim ſola bono-
rum promiſſio ad virtutẽ nos exhortari ſufficit,niſi
etiam malorũ metus impellat eos, qui ſegnius eam
colunt: Præſertim cum ideo triſtitia & mœror facta
ſint; non vt morte aut pecuniarum iactura, aut alia
aliqua eiuſmodi re doleamus,verũ vt ad peccatorũ
demolitionem ipſa vtamur. Etenim miles,qui mor-
tem timet,nihil vnquã præclari efficiet. Qui itaque
ijs dolet,non propter quæ punitur,ſed quibus pec-
cans Deum irritat,atq; inimicum reddit;ille & ma-
D ximè ipſum nobis reconciliat,& propinquũ nobis
eſſe facit. Propterea enim in præſentem vitam pro-
ductus es,ô homo! non vt in ocio viuens educeris,
neque vt nihil patiaris mali, ſed vt paſſus illuſtrior
ſis. Non enim viri generoſi eſt ocium quęrere & de-
licijs perfrui;ſed deſiderium potius eſt vermis nul-
la ratione vtentis,quam rationem habentis. Et ora
quidẽ,vt ne incidas in tentationẽ. Sin fortè intra-
ueris,ne grauiter & ægrè feras,nec tumultueris aut
turberis, ſed omnia fac, quo illuſtrior euadas. An
non vides militũ fortiſſimos, quomodo tuba vocã-
te ad trophæa reſpiciant, ad victorias, ad maiores
ſuos,qui præclarè ſe geſſerunt? Et tu igitur tuba in-
ſonãte ſpirituali,ſta leone validior:intra,ſiue ignis
ſiue ferrũ. Sciunt etiã elementa animoſos reuereri;
ſciunt & ipſæ beſtiæ ita generoſos timere;ſiue à fa-
me,ſiue etiã à natura efferentur,omniũ obliuiſcũ-
tur,& affectum ſuperant. Chriſtianũ igitur ſi quid
contriſtet, duas duntaxat materias triſtitiæ habere Ex interp. Pſal. 124.
oportet: cum ſcilicet an ipſemet, aut proximus

Ex ora. ad Stagirium

Deum offenderit. Qui maledicta ſuſtinent, non A oportet anxios eſſe & tremere; ſed eos, qui maledicunt. Neq; enim illi excuſare ſe coguntur, de detractionibus quas audiuerunt, ſed hi de maledictis quibus vſi ſunt: his enim totum periculum impendet. Igitur male audientes ſecuros eſſe oportet; cú rationem reddituri non ſint de alterius maledictis. Qui vero maledixerunt, eos anxios eſſe & tremere oportet, quippe qui ad formidabile illud tribunal pro his trahendi ſunt. Ideoque ne doleamus nos malè audire, ſed ſi meritò malè audiamus. Si enim

Ex interp. eu. S. Mat.

in nequitia vitam agamus, licet nullus ſit qui maledicat, omniũ tamen miſerrimi ſumus: At ſi virtuti ſtudeamus, quamuis totus terrarũ orbis maledicat,

Ex hõ. de prouid.

omnium tunc feliciſſimi erimus. Nam ſi mẽs nobis benè conſtituta ſit, etiamſi infinitæ vndiq; excitentur tempeſtates, in tranquillitate tamen, & in portu ſemper ſedebimus: quemadmodum illa non bene habẽte, etſi nobis omnia ſecundis prouehantur vẽtis, nihil tamen naufragium patientibus meliùs habebimus. Hoc in alimentis quoque videre eſt. Si enim corpus ventriculi forte ſit & robuſtum, omne B quod ſuſceperit, ſiue durum ſit, ſiue per ſe rude & incõfectum, in purum ipſum cõmutat ſuccum, naturali temperamento alimenti vitium ſuperante. Si verò robur ipſius remiſſum & ſolutũ ſit, etiamſi cibum omniũ optimum ſuccum habentẽ ei obtuleris, in peſſimũ tamen hunc tranſmutauerit, & corruperit, imbecillitate virtutem ipſius labefactante. Anima enim quæ dolore cruciatur, nubeque occupatur triſtitiæ, nequaquam cum alacritate poteſt vel audire vel referre aliquid eorum quæ vtiliter dicuntur. Nam dolẽtium animi longos extendere ſermones nolũt: ſed ſicuti nubes aliqua dẽſa facta, ſoliſq; radios intercludẽs totos ipſos retrò auertit: ita etiam triſtitiæ nubes, ſi animo noſtro obſtet, non permittit ei facilem ſermonis eſſe tranſitũ, ſed magno cũ impedimento eum intus ſtrangulat & cohi-

Ex hõ. in Statuas.

bet. Atq; hoc non in loquentibus modò, ſed etiam C in audientibus fit. Quemadmodũ enim ex dicentis animo nõ permittit ſermonem expeditè exilire: ita nec in audiẽtium mẽtem cum ſua virtute illabi cõcedit. Etenim amici Iob, vbi eum acceſſiſſent, vidiſſentque ipſius tragœdiam domus, & iuſtum in illo ſterquilinio ſedentem, vlceribuſq; plenum, tum veſtimenta diſciderunt & plorauerunt, atq; in ſilentio aſſederunt; oſtẽdentes, nihil vtilius eſſe circa initiũ, ijs qui dolore cruciantur, quam quies & ſilentium. Diſce itaque, quòd is, qui tentationẽ fieri permiſit, tempus quoq; liberationis à tẽtatione nouerit (potens enim eſt Deus omnia diſſoluere mala, ſed donec conuerſionem factam viderit, tribulationẽ nõ finit) & admirare eos qui tentantur, fortique animo tentationes ſuſtinẽt: vtputa tres pueros quos nemo miratus eſſet, non eſſe combuſtos, ſi procul à fornace Babylonica fuiſſent. Quod enim omnes ob- D ſtupefecit, illud eſt, quod tanto tempore in igne verſati, lætiores euaſerint, quàm qui in eo minimè fuiſſent. Atque eodem modo de Sanctis dicendum; quod ſi nulla ipſis immiſſa eſſet tentatio, nequaquã eos, quod tam conſtanter tulerint, ſuſpexiſſemus. Enimuero dum innumerabilibus agitarentur vndique fluctibus, melius habebant, quam qui pura trãquillitate fruebantur. Quod ſi nihil fuiſſet, quod eos cõtriſtaret, non magnum illis fuiſſet, iugiter poſſe gaudere: quod verò multis, quæ in mœrorem eos conijcere potuiſſent, imminentibus, omnibus ſuperiores eſſent, atque in medijs moleſtijs lætitia afficerentur, hoc nouum & inuſitatum eſt. Etenim mors non videtur omnibus eſſe intolerabilior, ſed hujus expectatio eos nõ tantum nõ contriſtat, ſed vehementius etiam exhilarat. Nouerũt enim quod mortis aduentus laborum finis ſit; quodque benig-

Ex hex.

nus Deus ſeruos honorare, eiſque aliorum etiam ſalutem donare conſueuerit. Quemadmodum etiã cum S. Paulo fecit, qui totius terrarum orbis magi-

A ſter erat, qui vbique doctrinæ ſuæ radios emittebat. Cum enim hic Romam abduceretur, graui tẽpeſtate in mari exorta, omnibuſque, qui in naui erant, ſaluti ſuæ metuentibus, nec vllam ſpem bonam propter æſtus magnitudinem habentibus, omnibus conuocatis inquit: *Bono animo eſtote, viri; amiſſio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquam nauis.* Aſtitit enim mihi hac nocte angelus Dei cuius ſum, & cui deſeruio, dicens, Ne timeas Paule; donauit enim tibi Deus omnes qui nauigant tecum. Huius

Act. 27.

Ex epiſt. ad Titum

aſſidue recordemur. Nihil enim tantopere nos iuuat, quã iugiter beneficiorum Dei, tum communium, tum priuatorũ, meminiſſe. Si enim benefactorum amici recordati, aut iucundo verbo vel re audita, incaleſcimus: multo magis, ſi cognoſcamus quanta in pericula inciderimus, quodq; ab omnibus nos Deus exemerit, prõptiores in virtutis ſtudio erimus. Quemadmodũ ipſe quoq; Paulus. Cuius famem quidem & ſitim, & naufragia, & timores, & inſidias, & carceres, aliaq; omnia quæcũque præconij Euangelici cauſa B. Paulus ſuſtinuit, nihil opus B eſſe arbitror commemorare. Sufficit enim horum vnumquodque & vehementer conturbaſſe & fregiſſe ſanctam illam Animam. Cum verò dicit, Quis infirmatur & ego non infirmor, quis ſcandalizatur, & ego non vror? hoc eſt quod omnium maximè ipſi aſſiduam intolerabilem exhibuit animi ægritudinem. Si enim ob vnumquemque eorum, qui ſcandalizabantur, ipſe vrebatur, non potuit reſtingui incendium ex ipſius anima. Nec enim deerant qui ſcandalizarentur, ignique materiam præberent. At verò Iudæos infideles videre, quam vel exiguam triſtitiæ & doloris requiem habere potuit?

Ex ora. ad Stagir. 2. Cor. 11.

Optabam enim, inquit, *anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui mihi cognati ſunt ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ.* Quòd verò dicit, eiuſmodi eſt. Optabilius erat mihi in gehennam incidere, quam Iſraelitas infideles videre. Qui verò gehennæ pœnas elegit, vt Iudæos omnes adducere poſſet, hunc manifeſtũ C eſt illud non conſecutum acerbiorem egiſſe vitam ijs, qui in inferno ſunt. Ad quem etiam illud dictum eſt, *Sufficit tibi gratia mea: virtus enim in infirmitate perficitur*. Hoc eſt, ſufficit tibi quod mortuos excites, quòd cæcos cures, quòd mundes leproſos, aliaque miracula edas; ne quæras etiam abſque periculis & timore eſſe, & ſine moleſtijs prædicare. Sed doles & triſtaris? Ne opineris id meæ imbecillitatis eſſe, quòd multi ſunt, qui inſidias tibi moliuntur, & verberant & eijciunt, & flagellis cedunt. Quin hoc ipſum meam potentiam oſtendit. virtus enim mea, inquit, in infirmitate perficitur, cum perſecutionẽ patientes perſequentibus ſuperiores euaditis: cum exagitati vincitis exagitantes: cum ligati ligantes conuertitis. Verum graue quidem eſt, à quouis etiam malè audire: ſi verò aliquis ex ijs, qui benefi-

Rom. 9.

Ex interp. epiſt. 2. ad Cor. 2. Cor. 12

Ex ora. 3. ad Stag

D cia acceperint, hoc faciat, collataque in ſe beneficia vituperet, & crimini obijciat: tunc verò; tunc contumelia fit non ferenda, tantamque cum triſtitia iram quoque adducit, vt vel ſuffocare iniuria affectum queat. Certè qui à viro magno iniuriam tulit, ei non paruo honori eſt ipſa malefacientis excellentia: qui verò à vili abiecto, maiorem ſuſtinet dolorem, & intolerabilem reputat calamitatem. Sed non aliud attende, an nos aliqui cauillentur, ſed an rectè & meritò. Et ſiquidem rectè, illis etiam non ridentibus, non lachrymemur: ſin immerito: licet omnes rideant, ipſi quidem nos beatos prædicemus, illos verò, velut omnium miſerrimos, nihilque ab inſanientibus differentes, deploremus: Etſi dolentibus nihil moleſtius ſit, quam ſermo ad animum mordendum idoneus. Hæc tum vobiſipſis, tum alter alteri quotidie loquimini, cum tempus opportunum habetis. Si enim rogare aliquem volens, licet rationi conſentanea petere velit, temporis commoditatem expectat, vt illum, qui petita dare debet, mitem & be-

Ex hõ. ad infideles partem.

Ex int. ep. ad Cor. Ex hõ. in Statuas.

nè affectum conueniat; multo magis dicentem tempus quærere idoneum oportet. Sic enim pro nobis inuicem ſolliciti eſſe debemus, ſicut pro nobiſipſis; & parcere proximis, quemadmodum ſcilicet nobis quoque Deus. Nemo enim ita ſibi parcit, ſicuti nobis omnibus Deus: qui multo magis quàm nos ipſi, deſiderat, vt nihil mali patiamur. Quem decet gloria, imperium, honor & adoratio, nunc & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

De Ira & Furore.

HOMILIA XX.

Ex interp. Euãg. S. Ioan.

VIs diſcere quantum malum ſit iraſci? Aſta pugnantibus in foro. In teipſo enim dedecus nõ facile cernere poteris, tenebras iam offuſas habente & ebrio: Sed cum à perturbatione liber fueris, tunc potius tua contemplaberis. Cum enim circa pectus conſurgit & ſæuit, os ignem ſpirat, flammam oculi emittunt, tumet vndique facies: manus immoderatè extenduntur, pedes ridiculè ſaltant, in cohibentes inſiliunt; nec quicquam diſtant ab inſanientibus, imo nec à feris aſinis, calcitrantes, mordentes. Tam fœdus & malè compoſitus eſt homo iracundus. Sed tumet, inquit, pectus, & iniurijs, mordetur. Scio & ego, ob id enim eos, qui vincunt, ſuſpicio. Si enim velimus hunc animi morbum repellere, poſſumus. Quare enim magiſtratibus nobis inſultantibus, eundem non patimur? Quia æqualis huic affectioni metus nobis aſtat. Quare etiam famuli, infinitis licet à nobis contumelijs afficiantur, cum ſilentio tamen omnia tolerant? Quia & ipſi idem impoſitum habent vinculum. Iam vero hominum quidem gratia etiam non ferenda ferimus, & ad iniurios & contumelioſos dicimus: quidam me iniuria affecit, non tu: erga Deum vero non tantam habebimus reuerentiam? Dicamus etiam ad animam noſtram: Deus iam nos lædit, qui tacere iubet: ne inſultemus, neque Deus vilior ſit hominibus. Cum igitur aliquis te contriſtauerit, cogita quæ tu in Deum peccata admiſeris, & quod tua erga illum manſuetudine mitius ſis redditurus iudicium, cum rationes erunt reddendæ: Ait enim, dimittite & dimittetur vobis. Ad hæc vero, illud quoque conſidera, an aliquando ad immanitatem efferatus teipſum viceris, & an aliquando à perturbatione in tranſuerſum actus fueris: & vtraque deinde confer tempora. quando teipſum laudaſti? túncne, cum ſuperatus es, an vero cum teipſum viciſti? Nónne tunc quidem etiam nobis ipſis frequenter maledicimus, & multa nobis ſubit pœnitudo, tum propter verba, tum propter opera? cum vero ſuperauimus, voluptatem capimus; gloriamur, quando vicimus. Victoria enim ex ira parta, eſt par pari non referre (extrema ſiquidem hæc clades eſt) ſed ferre placidè, ſi quis mala vel patiatur, vel audiat. Ne repugnes his, qui te hortantur, vt taceas, dicens: non patiar, vt ille me irriſo, ita abeat. Non enim tunc irridebit te; ſed, ſi vindictam expetiueris. Quod ſi tunc quoque irriſerit, tanquam ſtultus id faciet. Tu autem cum vincis, ne teſtimoniũ quæras ſtultorum; ſed prudentum ſufficiens eſſe puta: magis vero ad Deum reſpice, & te laudabit. Quem vero ille ſuſpicit, non debet ab hominibus honorem quærere. Et ſi pecunias quis multas habeat & poſſeſſiones, ita ipſis vtatur, tanquam aduena, & paulo poſt eaſdem, volens nolens, relicturus. Et ſi iniuria quis læſus ab aliquo ſit, ne perpetuò iraſcatur, imò vero nec ad tempus. *Sol ne occidat ſuper iracundiam veſtram.* Etenim integras domos ſubuertit, antiquas familiaritates diſſoluit, & inconſolabiles tragœdias excitauit iſte morbus. Si igitur quis te infeſtet, ne ad ipſum reſpicias, ſed ad dæmonem hũc commouentem, atque vniuerſam iram contra illum effunde: eius verò, qui ab illo concitatur, miſe-

Ex ho. in Pater no.

Epheſ. 4.

rere. Si enim mentiri à diabolo eſt, multo magis ſine cauſa iraſci. Iraſci ſanè non contingit, ſi nemo ſit, qui nos irritet, concupiſcere verò neceſſe eſt, forma ad hoc mouente etiam non apparente. Si te iniuria quis affecerit, cogita pœnam qua punitur; & non modo iram non concipies, ſed & lachrymas emittes. Nemo enim contra febri laborantem exacerbatur, aut contra æſtuantem, ſed tales omnes miſeratur, & lachrymatur. Si tamen etiam vlciſci velis, taceas & opportunam ei plagam dediſti: Si verò morſus, contumelioſè eum tractes, planè efficis, vt quæ dicuntur eſſe exiſtimentur. Quare enim diues aliquis ridet, ſi quis eum pauperem appellet? quia nullius ſibi paupertatis conſcius eſt. Si igitur ob vituperia riſerimus, maximum dabimus iudiciũ, eorum, quæ dicuntur, nos conſcios eſſe. Contumelijs te quis affecit? roga Deum, vt citò ei fiat placatus. frater tuus eſt, membrum tuum eſt. Sed multum, inquit, mihi inſultat. Enimuerò propterea maior eſt merces. Propterea maximè iram dimittere oportet, quoniam diabolus eum vulnerauit. Ne igitur obiurgaueris, teque cum ipſo pariter proſtraueris. Quouſq; quidem ſtas: illum etiam cõſeruare potes: ſi verò te quoq; deieceris, viciſſim contumelias inferendo, quis iam vos eriget? illéne qui vulneratus eſt? ſed non poterit, cum iaceat: an tu, qui cum illo pariter cecidiſti? & quomodo, qui tibi ipſi non ſufficis, alteri manum porriges? Sauciauit illum diabolus, ne tu quoque ſauciaueris; quin & prius iaculum extrahe. Si enim hoc modo inter nos conuerſemur, citò omnes ſani erimus: At ſi cõtra nos mutuò armemur, ne diabolo quidem ad noſtrum interitum opus eſt. An prior damno affectus es? At miſerum non eſt mala pati, ſed mala agere. Ne enim dixeris, nihil eſt mali, ſed neſcio quem contumelia afficiam. Ob hoc grande malum eſt, quoniam nullum eſſe videtur. Quæ enim nihil videntur eſſe, facilè etiam contemnuntur: quæ verò cõtemnuntur illa quoque augentur: quæ verò augentur, illa etiã inſanabilia fiunt. Nihil igitur mali te facere exiſtimas, cum fratrem accuſas? Quomodo ergo appellas fratrem? Si vero frater non eſt, quomodo dicis, Pater noſter? Illud enim Pater noſter, multarum perſonarum ſignificationem habet. Non enim poteſt patrem vocare benignum Deum, qui animum habet ferum & inhumanum: nec enim conſeruat ſigna & notas illius bonitatis, quę in Patre cæleſti eſt, ſed in ſpeciem ferinam ſeipſum tranſmutauit, diuinaque nobilitate excidit. Si enim quis ſaltet inſtar tauri; aut calcitret ſicut aſinus, aut cameli more malorum recordetur; aut veluti vrſus, guloſus ſit; rapiat ſicut lupus, inſtar ſcorpij feriat, ſubdolus ſit vt vulpes, & tanquam equus fœminarum amore inſaniens, ad mulieres hinniat; quomodo talis poteſt dignam filio ſurſum emittere vocem, & patrem ſuum vocare Deum? Quid ergo talis dicenda eſt? An beſtia? At beſtiæ vno ex iſtis vitijs tenentur: iſte verò omnia in ſeipſo collegit, & illarum ſtultitia factus eſt ſtultior. Etenim ipſæ beſtiæ, natura licet feroces, humanam tamen induſtriam nactæ, frequenter manſuetæ fiunt: iſte vero, cum ſit homo, & naturalem illarum feritatem in manſuetudinem cõtra naturam commutet, quam excuſationem habebit, quod naturalem ſuam ipſius manſuetudinem, in eam, quæ contra naturam eſt, feritatem abducat? Et animal quidem natura ferum, manſuefacit; ſeipſum vero natura manſuetum, ferum reddit: Et leonem quidem manſuetum & manu tractabilem facit, proprium verò animum leone reddit ferociorem. Leonem cicurat & hominem facit; ſeipſum verò negligit, ex homine in leonem degenerantem. Illi donat, quæ ſupra naturam ſunt: ſibi verò nec ea, quæ ſecundum naturam ſunt, comparat. Quod ſi nihil ita ſimilem Deo reddit, quam iniuriam accipientem, ad veniam iniuſtè agentibus dandam facilem eſſe; quanta pœna illi digni non fuerint, qui

Ex inter. Euang. S. Ioan.

Ex interp. ep. ad Eph.

poſt

poſt hæc omnia non ſolum ipſis non remittunt, ſed Deum etiam pro inimicorum vltione rogant, & contra eos interpellant? Quàm verò ſalutis ſpem de reliquo habebunt, ſi etiam tunc, cum placare ipſum oporteret, eum exacerbant, ſupplicis quidem habitum induentes, belluæ autem vocem emittentes, & contra ſeipſos tela maligni exacuentes? Si enim ne tum quidem, cum miſericordia tibi opus eſt, iram remittis, ſed maximè ipſius memor es, idq; non ignorans, quod contra teipſum gladium impellas, quando tandem humanus fieri poteris? Accepiſti iniuriam, & eum, qui intulit, vlciſci cupis? Beneficijs eum affice, & vltus es. *Ex interp ep. ad He.* Si enim vlciſcaris, ſimiliter & te & illum vituperabunt omnes: ſi verò toleres; te quidem ſuſcipient, de illo autem malè loquentur. Quod verò maius malum & acerbius contingere inimico poſſit, quam videre, inimicum omnibus eſſe admirationi, plauſuque excipi; ſe verò in oculis inimici ab omnibus vituperari? Beſtia quædam eſt ira, facilè exiliens: atque idcirco infinitis nobis opus eſt vallis & ſeptis ad eam ſuperãdam & cohibendam. Ideò enim hanc maximè partem ex oſſibus, veluti ex quibuſdam lapidibus, Deus nobis condidit; poſito ei firmamento, vt ne aliquãdo ea dirupta & diſciſſa, facilè totum animal læderet. Ignis enim eſt, inquit, & grauis procella; nec facilè alia totius corporis pars iſtam violentiam ſuſtinuerit. Non ita matrum viſcera diſcerpere interiora poſſunt, ſicut ira ferreis vnguibus ſemper incidens vniuerſa perdit. *Ex inter. euang. S. Matth.* Non enim corpus ſolum vaſtat, ſed ipſam quoque animæ lædit ſanitatem. Cum igitur quis venerit & dixerit, quod aliquis te vituperauerit, & apud omnes malè de te loqui pergat, lauda apud præſentes vituperantem: & licet vel maximè imprudentes fuerint, te quidem laudabunt & admirabuntur; illum verò ceu quauis beſtia ſæuiorem, odio proſequentur: quoniam hic quidem nulla laceſſitus iniuria te contriſtauit, tu verò etiam iniuriam paſſus, contraria ei retribuiſti. Ad hæc verò, omnia, quoque dicta vana eſſe oſtendere poteris. Qui enim dum mordetur, exacerbatur. At qui irridet, hoc ipſo omni ſuſpicione apud præſentes ſeſe liberauit. Quod ſi illum quoque vlciſci deſideras, & hoc ex abundanti conſequetur, Deo ſcilicet ipſum, ob ea quæ dixit puniente; & ante pœnam dum tua illa philoſophia ei velut opportuna quædam plaga exiſtit. Nihil enim ita caſtigare ſolet eos, qui nos vituperant, quam ſi nos dum vituperamur, vituperia irrideamus. Si verò vituperatus viciſſim vituperes, ſuperatus es; non quidem ab homine, ſed quod turpius eſt, ab affectu illiberali, ira ſcilicet commotus. Si verò tacueris, viciſti, & citra laborem trophæum erexiſti, & infinitos habebis qui te coronent, conuitiumque mendacij condemnent: Qui enim contradicit, tanquam moleſtè ferens contradicere videtur: qui autem moleſtè fert, ſuſpicionem præbet, quod eorum quæ narrantur, ſibi conſcius ſit. At ſi irriſeris, & riſu calculum contra te ſuſtuliſti, & ignominia te afficienti hinc maiorem dolorem excitaſti. Non enim tantopere gaudet ſe non vituperari; quàm moleſtè ferat, ſe mordere non poſſe. Si igitur eo, quod maximè deſiderat, ipſum deſtitueris, totum ei eripuiſti; deſpiciendum illum attenuans & mordẽs. *Ex hõ. in Statuas.* Non enim tam illuſtres Reges facit victoria ab hoſtibus reportata, quam iram & furorem ſuperaſſe. Ibi enim armorum & militum facinus bellicum fuit: at hic apertè tua eſt victoria. Et ibi quidem, victoriæ alios habes participes; hic verò ſolus trophęum ſtatuiſti. *Ex interp Pſal. 7.* Cum igitur contumelia te quis affecerit, generoſo fer animo: ſeipſum enim læſit, non te. Si dexteram percuſſerit, ne repugnes: ille enim eſt, qui feritur; te quidem manu, ſeipſum verò animo percutiens. Quod ſi difficilia iſta tibi videantur, cogita ſi furioſus aliquis veſtem tuam vndique laceraſſet, quem ſis dictutus malis affici; téne qui paſſus es; an illum

qui fecit? perſpicuum eſt, quod illum. Ergóne cu
tibi veſtis diſcinditur, grauiora paſſus eſt ille, q
hoc fecit; cum verò cor diſrumpitur (hoc enim i
facit) illum non exiſtimas maiora mala paſſun
quàm te, qui ne tantillum quidem ſuſtinuiſti?
malum pro malo reddere non oportet, multo ma
gis malum erit, pro bono nullo etiam malo præce
dente, malum reddere. Sed quidam inquit, impro
bus eſt, neque contriſtauit, & multa iniuria affeci
Víſne illum vlciſci? ne vicem reddas, impunitum
relinque: age gratias. Illa enim ipſa verè vltio eſ
quæ & ipſi damnum, & tibi vtilitatem adfert. Ex e
enim gaudium naſcitur. Cum enim tali ſumus an
mo, vt neminem vlciſcamur, ſed omnes benefici
proſequamur, vnde quæſo, mœroris ſtimulus irre
pere poterit. Qui enim ita mala perpeti gaudet, v
etiam benefactis mala inferentem remuneretu
quomodo de cætero contriſtari poterit? Qui
enim quæſo mali tibi contigit? Morbus ne inuaſit
at nihil hoc noui: mortale enim & patibile corpu
habemus. An penuria mancipiorum? ſed & hæ
comparari & amitti poſſunt, & hic remanent. A
inſidiæ & calumniæ? At non nos in his lædimur ſe
illi, qui eas ſtruxerunt: Anima enim, inquit, qu
peccauerit, ipſa morietur. Peccauit autem non qu
iniuriam accepit, ſed qui iniuriam intulit. Nihil er
go tantoperè ſtudeamus, chariſſimi, quàm ab ira li
beri eſſe, & eos qui nobis infenſi ſunt, reconciliare
ſcientes, quod nec oratio, nec eleemoſyna, nec ie
iunium, nec myſteriorum participatio, nec aliu
eiuſmodi rerum, in illa die nobis patrocinari pote
rit, ſi iniuriarum memores ſimus. Non igitur qui
errauerit, ſi hoc peccatum omnium eſſe grauiſſi
mum oſtendat. Nihil enim ita Deus odio proſequi
tur & auerſatur, ſicut hominem iniuriæ memorem
& retinentem iram. Quomodo enim Dominum ti
bi mitem & facilem eſſe cupis, conſeruo tuo diffi
cilis & inexorabilis exiſtens? Sed iniurius in te fui
conſeruus tuus? Et tu in Deum frequenter iniu
rius es. Quæ verò æqualitas eſt inter conſeruun
& Dominum? Et ille quidem ex perturbation
fortè, & iniuria laceſſitus atque exacerbatus iniu
riam intulit: tu verò Deum contumelia afficis
nulla prouocatus iniuria, nec læſus; ſed indies ab
eo beneficia accipiens. Et quam habituri ſumus
excuſationem, aut veniam? Cogita igitur, quòd ſ
exactè Deus examinare velit quæ in ipſum committuntur, nullum diem ſuperuicturi ſimus. Iniquitates enim, inquit, ſi obſeruaueris, Domine
Domine quis ſuſtinebit? Quia tua eſt gloria in ſæcula ſæculorum. AMEN.

De Imperio & Poteſtate.

HOMILIA XXI.

Fertur beatus Conſtantinus, cum fortè ſtatua ipſius lapidata eſſet, & multi illum incitarent, vt requiſitos iniuriæ illatores, ad pœnam depoſceret, dicentes, quòd totam ipſius faciem lapidibus iactis vulneraſſent, manu ſua faciem palpaſſe & placidè ſubridendo dixiſſe: Ego verò nuſquam in fronte plagam video: ſed ſanum eſt caput, & ſana tota facies. Atque hac ratione rubore ſuffuſos & pudefactos ab iniquo conſilio auertit. Quod ſi apud homines tantam gloriam ob illud dictum obtinuit, quod bonis apud benignum Deum fruetur? Verè enim Rex ille eſt, qui iræ & inuidiæ voluptatique dominatur, atque omnia Dei legibus ſubijcit; mentemque liberam conſeruans, voluptatum imperium animæ præualere non ſinit. Talem ego libenter & terræ & mari, ciuitatibus quoque, populis & exercitibus imperantem viderem. Qui enim rationem affectionibus præfecit, ille facilè etiam hominibus iuxta diuinas leges præfue-

rit, vt

A rit, vt ſubditis inſtar patris ſit, moderatiſſimeque cum ciuitatibus agat. Qui verò hominibus quidem imperitare videtur, iræ verò & ambitioni & voluptatibus ſeruit, primo quidem ridiculus ſubditis eſſe videatur, quod auream gemmiſque ornatam coronam ferat; Temperantia verò coronatus non ſit: quodque purpura totum quidem corpus fulgeat, animam verò habeat incultam. Ad hæc verò neque, quomodo adminiſtret imperium, ſciet. Qui enim ſibijpſi imperare nõ potuit, quomodo is alios moderari legibus poſſit? Neque hoc animis cogitemus, quomodo honores & poteſtatem adipiſcamur, ſed vt virtute ac ſapiẽtia præditi ſimus. Magna enim potentia facere ſuadet, quæ Deo diſplicent: & admodum forti animo opus eſt, vt quis collato ſibi honore, dignitate ac poteſtate vtatur, vt oportet. Qui dignitate caret, ille vel inuitus Sapientiæ ſtudio incumbit: qui verò ea potitur, ei idem euenire ſolet, ac ſi quis virgini formoſæ ac decoræ cohabitans, leges accipiat, vt haudquaquam impudice in illam oculos conijciat. Eiuſmodi enim res eſt poteſtas.

B Ac idcircò multos, eoſque inuitos, ad iniuriam inferendam expulit, iram excitauit, & frænum linguæ abſtulit, & portam oris patefecit, animam inſtar vẽti cuiuſdam iactans, & in extremam malorum profunditatem nauim demergens. Honoris enim magnitudo, ijs qui non conuenienter viuere volunt, augmentũ eſt ſupplicij. In magna enim exiſtimatione eſſe & fœlices ſucceſſus apud populum habere, quantò clariorem facit, tanto maiora pericula & curas habet. Talis enim reſpirare & conſiſtere omninò non poteſt, qui tam ſæuum & moleſtum habet dominum. Et quid dico conſiſtere & reſpirare? Etiamſi talis infinita habeat recta facta, difficulter tamen in regnum ingreditur. Nihil enim ita inſolẽter efferre ſolet homines, ſicut vulgi exiſtimatio. Ferre enim cõtemptum, præclarum & generoſum eſt; at gloriam obtinere animo indiget forti & valde magno, vt qui honore fruitur, non extollatur.

C Si tamen honorem deſideras adipiſci, honorem reſpue, at ſi honorem ſecteris, honorem perdes. Vmbra enim gloriæ eſt ipſa gloria. Nemo videns pictũ panem, picturam guſtat, licet decies millies eſuriat. Qui igitur in præſenti omnia recepiſſe ſe fatentur, in futurum ſeipſos omninò deſertos faciunt.

Ex hõ. in adoleſcentiorem viduam.

Sic etiam Adamus ſpe maioris honoris, præſenti quoque excidit. Et multi perſæpe, ampliora deſiderantes, ſimul præſentia amiſerunt: & quæ omnia hic ſeſe obtenturos ſperabant, etiam partẽ non ſunt cõſecuti. Res enim humanæ, quo magis elatæ fuerint & ſplenduerint, tanto maiorem ruinam faciũt: nec ſubditorum tantum, ſed etiam eorum qui illis imperant. Neque enim priuatam domum tantis plenam periculis quis inuenerit, quantis regum palatia referta ſunt malis. Ob hoc igitur, quæſo, proximo inuides, quòd cum honore multaque dignitate

D frui conſpicis? Ergo non animaduertis, quàm facilè res iſtæ marceſcant, quantumque inde malũ oriatur? Quod enim ex iſtis omnium miſerrimum eſt, damna, quæ inde promanant, perpetuò manent; ipſa verò voluptas, antequàm apparuerit, euãuit. Sed multum apud imperium habentem valet: depopulatur diripitque omnia, vbi vult, & inimicos moleſtia afficit, aſſentatoribus benefacit, & ingẽti pollet potentia? Quid igitur mali facere poteſt? dignitatem fortaſſe abrogabit? Et quid tum? Si enim iuſtè quidem id fecerit prodeſt, cum nihil tantoperè Deum offendat, quàm ſi quis honoribus afficiatur: Si verò iniuſtè, rurſus crimen in illum & non in hunc redundat. Qui enim immeritò aliquid paſſus fuerit, & fortiter tulerit, maiorem apud Deum ſibi acquiſiuit fiduciam. Nam qui magiſtratibus obedit, ille non magiſtratibus, ſed Deo, qui lege eiuſmodi res ſanciuit, obedit: & qui illis non obtemperat, Deo repugnat. *Non enim eſt poteſtas*, inquit, *niſi à Deo*. Etenim magiſtratus eſſe, & hos quidem imperare, alios verò ſubditos eſſe, & non promiſcuè omnia inſtar fluctuum ferri, populis huc illuc circumactis, diuinæ ſapientiæ opus eſt. Ideo horum quoque, ſi contemnantur, acerrimus vindex eſt. Nec enim vulgarem pœnam de te ſumet, ſi iſtos ſpreueris, ſed longe maximam. Nec quicquam te contradicentem eripiet: ſed & apud homines grauiſſimum ſubibis ſupplicium, & Deum vehementius irritabis.

Rom. 13.

Ex ora. in Statuas.

Vt enim ſi nauim rectore deſtituas, nauim ipſam ſubmerſeris: & ſi ducem ab exercitu abſtrahas, milites victos hoſtibus tradideris: ita ſi ciuitatum rectores tollas, ipſis beſtijs alieniorẽ à ratione vitam viuemus. Quod enim in ædibus lignorum colligationes ſunt, hoc in ciuitatibus ſunt magiſtratus. Si igitur Princeps in omnibus inculpatus ſit, tunc quanta vult poteſtate, vniuerſos ſibi ſubditos punire, ijſdemque indulgere poterit. Sontes enim non punire, & ignoſcere ijs qui facinora nulla venia digna admiſerunt, vix vnius aut alterius hominis eſt: & maximè ſi Rex ſit, cui iniuria infertur.

vel ſi abſolutũ imperium habeat.

B Et verò timore ciuitatem ſubijcere facile eſt: at omnes ſibi amare coniungere, &, vt bene erga imperium affecti ſint, perſuadere, res eſt, quam difficulter quis conſequatur ſiue infinitas quis pecunias expendat, ſiue innumeros moueat exercitus, ſiue quiduis aliud faciat, haud facilè tamen tot hominum affectum ad ſe trahere poterit. Nihil ita commendat principem, ſicut erga ſibi ſubiectos amor. Patrem enim non ſola generatio facit, ſed etiam amor poſtquam genuerit. Si verò vbi natura eſt, requiritur dilectio; multo magis vbi gratia.

Ex expoſi. ep. ad Co.

Maior omnino Sacerdotij eſt poteſtas, poteſtate Regia, & tanto quidem maior, quod Regi corpora credita ſint, Sacerdoti verò animæ. Et ille quidem pecuniarũ reliquatores liberat, hic verò reliquatores peccatorum: ille cogit, iſte hortatur: ille arma ſenſibilia, hic arma ſpiritualia habet, ille contra barbaros bellum gerit, hic contra dæmones. Idcirco & in

Ex hõ. 5. in Oziã.

C veteri lege ſacerdotes ipſos reges vngebant, & iam ſacerdotis manibus Deus caput ſubiecit; erudiens nos, quòd hic maior ſit Princeps quàm ille: non minus à meliore benedicitur. Ingreſſus enim eſt aliquando Rex Ozias in templum Domini adolere volens incenſum: & ſecutus eſt eum Azarias ſacerdos, non vt regem, ſed vt ſeruum fugitiuum & improbum expulſurus: itaque cum vehementia quadam irrupit; non ſecus ac generoſus aliquis canis in impuram beſtiam inſiliens, vt illum dominicæ æde exigeret. Non attendit imperij faſtum: non audiuit Salomonem dicentem; terror Regis ſicut rugitus leonis; ſed ad verum cælorum Regem reſpexit, atque huius timore ſeipſum muniens, tyrannum inuaſit. Sed ingrediamur & nos, ſi videtur; vt videamus, quid cum Rege loquatur. Non licet tibi, inquit, Ozia, adolere Domino incenſum. Non

Hebr. 7.

Prou. 20.

D appellauit illum Regem, cum ipſe prior ſeſe hoc honore exiuiſſet: qui enim peccatum facit, ſeruus eſt, quamuis infinitas in capite geſtet coronas: Qui verò iuſtitiam facit, etiamſi omnium abiectiſſimus fuerit, regia tamen dignitate Regem ipſum ſuperat. Et attende quod dico. Regem aliquando Iudæis creari oportuit, quoniam qui ante fuit, regno indignus erat. Mittitur igitur Samuel ad Ieſſe, & ait illi: miſit me Deus, vt vnum ex filijs tuis Regem conſtituam. Ieſſe eo audito, primum producit filium, idoneum hunc arbitratus ad dignitatem tuendam. Apage, inquit, cum iſto: non elegit hunc Dominus. Adducit ſecundum: ſed neque iſte eſt. Adducit tertium, neque iſte. Quartum, quintum, ſextum, neque iſte. Et iam abſolutus fuit filiorum chorus; & quæſitus nondum inueniebatur. dicit ergo illi, habéſne alium adhuc filium? Erubuit pater; &, vnum, ait adhuc habeo filium paruum, abiectum, paſtorem. Quid ergo? Regem facere intẽdis, & minorem meliorẽ ducis præſtantiore? Homo hominẽ ſpernit; Deus vero coronat: Non enim ſicut vi-

1. Re. 16.

debit

debit homo, Deus videbit: homo enim faciē, Deus verò cor intuetur. Numquid enim corporis molē quærimus? imò animi generoſitatem deſideramus. Et quare non dixit Deus nominatim, abi & vnge mihi Dauidem in Regem, ſed vnum ex filijs Ieſſe? vt ne Dauidi accideret quod Ioſepho. Vt enim illi, ſcientes eũ, qui in Regem quærebatur, ei inſidiati ſunt: ita metuendũ erat, ne & illi idem molirentur. Ignorantia ergo Dauidi mater ſecuritatis fuit. Venit igitur Dauid, & vngitur oleo, & abijt regia poteſtate præditus: non lorica, nō clypeo protectus, nec haſta, ſed omnibus reb. potentius diuinum habens ſuffragium. Et bello vrgente abijt, vt aciem videret, inuenitq; barbarum quēdam, ad ſingulare certamen hoſtes prouocantem, & nemo audebat proſilire, neq; contra eum prodire. Subſiſtit ergo & inquit: quis eſt hic incircūciſus, qui exprobrauit aciē Dei viuentis? & dicunt ei; vnde iſta tibi ſuperbia? Ille verò, non eſt hæc ſuperbia, ſed fides: Non lorica, ſed religione me armo: non conſidero ipſius magnitudinem, ſed mentis inopiam: Non hoc reſpicio, quod grandis ſit nauis, ſed quòd rectore careat. Quid igitur fratres? Rurſus inuidia: rurſus liuor. Cui reliquiſti pauculas oues illas? nouimus ſuperbiam & nequitiam cordis tui; quia vt videres prælium deſcendiſti. Ipſe autem reſcindens vlcus ab illis diſceſſit; & vt ad alteram partem prælij venit, inquit, quid habebit homo ille, qui auferet caput iſtius? Ipſi verò introducunt eum ad Regem. Vidit ergo Dauid Regem animo concidiſſe, cōſternatum & trementem, aitque ad ipſum: Quare concidit vultus Domini mei? (& quidem opportunè ſeruitium profitetur) quis eſt iſte? nónne ibo & auferam caput ipſius? Quid igitur Rex? Ex quomodo poteris, cùm puer ſis paruus, ipſe verò bellator ab adoleſcētia ſua? non credit Rex. cogitur Dauid facinora ſua recenſere. Ego, inquit, puer eram paruus, oues patris mei paſcens, & quādo veniebat leo vel vrſus & tollebat ouē de grege meo, perſequebar illos, & eruebā ex ore ipſorum; & percutiebam leonem & vrſum. Erit igitur iſte tamquā vna ex beſtijs illis. Quare exprobrauit exercitui Dei viuētis? Et dixit Saul ad Dauidē, Vade, & Dominus ſit tecum. Dedit autem ipſi Rex arma ſua, & non potuit illa ferre. Quare? Ne ſcilicet armis aliqua pars victoriæ & rectè factorum aſcriberetur: ne Rex diceret; arma mea vicerunt. Abijcit igitur arma, & induit fidem: emittit lapidem: cecidit Philiſtæus. non enim corporis naturali robore, ſed virtute Spiritus victoriam retulit. Cucurrit deinde, & arrepto gladio ipſius, caput eidem amputauit. Ac ita impletum eſt, quod ſcriptum eſt: In operibus manuum ſuarum cōprehenſus eſt peccator.

Ex expoſ. ep. ad Rō.

Si ergo gloriam ames & honorem, nō ædes tuas aut equum, ſed animum exornes & cures oportet. Quoniam nihil te abiectius fuerit, quàm ſi animum inanem geras, ac interim ędium & equorum ornatum oſtentes. Sed & hæc & illa mihi ſunt, inquit. Quid dicis? An non iſta proferre, nec inter equos lapideſq; Chriſtum numerare metuis? Ignoras ne quod corpus ipſe formauerit, & animā dederit, & orbem vniuerſum attribuerit? tu verò ne exiguam ei reddis gratiarum actionem? Et tu quidē, cum anguſtam domunculam elocaſti, magna cura & ſtudio mercedem exigis: dum verò tota creatura ipſius frueris, mundumq; iſtum inhabitas, nec paruam quidem mercedē perſoluere dignaris?

Ex hō de incompr.

Et qua excuſatione dignus fueris? Sicut ille qui lapidē ſurſum iacit, cæleſte quidem corpus diffindere nequit; nec altitudinem illam attingere poteſt, ſed in ſuo potius vertice vulnus accipit, dum in ipſum proijcientem lapis recidit: ita etiam qui beatam illā Dei eſſentiam blaſphemat, ei quidem nullum vnquam damnum inferet, vt quæ longè maior ſit & excelſior, quam quæ detrimētum vllum accipere queat: ſed potius in proprium caput gladium exacuit, in benefactorem ſuum factus ingratus. Audiant, qui

A beatam illam diuinitatis eſſentiam curioſe ſcruta
tur, & incomprehenſibilem illam naturā compr
henſibilem aſſerunt; vt cognoſcant, quod nec a
geli eſſentiam homo poſſit ſine timore intueri. Sa
ctus ille propheta Daniel, ille Dei amicus, qui m
gnam apud ipſum libertatem & fiduciam habeb
tres dierum hebdomadas ieiunauit, & panem de
derabilem non comedit, & vinum & caro in os i
ſius non intrauerunt; ſed neque vnguento vnct
fuit: & cum aptior eſſet anima ipſius ad eiuſmo
viſionem ſuſcipiendam, per ieiunium ſcilicet e
peditior facta, tunc angelum conſpexit, & di
Conuerſa ſunt interiora mea in viſione mea, & ſ
ritus non remanſit in me, neque fortitudo; & g
ria mea in corruptionem cōmutata eſt. Cum eni
formoſus eſſet iuuenis, timor autem angeli præſe
tis ipſum morientibus ſimilem reddidiſſet, mag
coloris pulchritudine diſſipata, perdito venuſtat
decore, ac decente aſpectus colore vniuerſo co
B ſumpto; idcirco, inquit: conuerſa eſt gloria mea i
corruptionem. Erexit ipſum igitur angelus: ſurre
xit verò ipſe tremebundus: & cum angelus ipſi l
qui inciperet, denuò in terram cōcidit. Et ſicuti q
metu examinantur, poſtquam erecti ſunt, & ad
redierunt, & ſuſpexerunt, adhuc nobis illos ſuſt
nentibus, & frigidis aquis faciem illorum conſpe
gentibus, interim ſæpe in ipſis manibus noſtris d
ficiunt: ita & Prophetæ accidit. Anima enim timor
perculſa, & intuitum præſentiæ conſerui ſui nō f
rens, nec lumen illud ſuſtinere valens, tumultu
batur, ſeipſam à vinculo carnis, tanquam à cate
quādam liberare contendens: Sed ille cohibeba
Quod ſi Daniel, quem leonum oculi reuerebātu
Daniel, qui in corpore humano humanas vires ſ
perauit, & qui Sapientiæ Iuſtitiæq; laude, multorū
que aliorum rectè factorum teſtimonio notus era
C conſerui præſentiam non ſuſtinuit, ſed exanim
iacebat: qui illis accidet, qui tantum adhuc à virt
te iſtius iuſti abſunt, & tamen ipſum angelorū D
minum curioſè ſcrutantur, & eſſentiæ ipſius ex
ctam cognitionem pollicentur, ſupremæ, inqua
illius, & primæ eſſentiæ, quæ tot myriades ſuper
angelorum quorum vnum intueri Daniel non v
luit? Sicuti enim inacceſſos ſolares radios non i
cæcus, ſicut videns aliquis, cernit; ſic nos immēſa
Dei naturam, non ita ſicuti angelicæ virtutes nou
mus; & tanto quidem minus, quanto puriores ipſ
ſapientiores & perſpicaciores ſunt humana natur
Quantum enim inter cæcum & videntem diſcrim
eſt, tantum eſt inter angelos & nos. Quando erg
prophetam dicentem audis; Vidi Dominum, ne ſu
ſpiceris, quod ipſam eſſentiam viderit, ſed demi
ſionem quandam: & hanc verò obſcurius, quā ipſ
ſupernæ virtutes. Id verò etiam de Apoſtolis man
feſtum eſt. Aſcendit enim, inquit, Ieſus in montē, &
D transfiguratus eſt coram illis. Quid eſt transfigura
tus eſt? modicum quid diuinitatis patefecit, & inha
bitantem Deum monſtrauit. Et reſplenduit facie
ipſius tanquam ſol, & veſtimenta ipſius facta ſun
alba ſicut lux. Voluit Euangeliſta oſtendere ipſiu
ſplendorem, & ait: reſplenduit: Reſplenduit? quo
modo? valde, ait, reſplenduit: Et quam quæſo ve
hementer? Tanquam ſol. Tanquam ſol, inquis? Vti
que. Quam ob cauſam? Non aliud habeo aſtrum tā
illuſtre, tam ſerenum. Candidus erat ſicut nix. non
aliam habeo materiam candidiorem. Quod enim
non ita fulſerit ex eo, quod ſequitur, oſtenditur: E
diſcipuli ceciderunt in terram. Quod ſi ſplenduiſ
ſet vt ſol, diſcipuli non procidiſſent in terram
quotidie enim ſolem videbant, & tamen non cade
bant. Sed quia ſolem ſplendore longè ſuperabat &
niuem, idcirco non ſuſtinentes tantum fulgorem
in terram conciderunt. Sed quo me vertam? Homo
ſum, & ho minibus loquor, terreſtrē habeo linguā
veniam Deum rogo. Nec enim arrogantia quadam
talibus vſus ſum vocibus, ſed ob imbecillitatem

& inge-

& ingenium linguæ noſtræ. Ignoſce Domine: non enim faſtu vſus iſta profero verba: ſed quia alia nõ ſuppetunt. Nec porrò in vilitate vocabuli ſiſto, ſed veluti ala intelligentiæ ſurſum aſcendo. Hanc verò ob cauſam etiam iſta attulimus, & hiſtoriam beati Danielis vobis prælegimus, & continuò oſtendebamus expalleſcentem, trementem, animo deficientem, conante anima corporis vinculum diſrũpere, vt ſatis abundeque cognoſcatis, quicunque Deum comprehenſibilem eſſe dicitis, quod non Dei ſolum, ſed etiam angeli aſpectum nemo ſuſtinere poſſit. Sicut enim columba cicur & manſueta in domuncula quapiam degens, ſi quando metum aliquem ſentit, trepidans in tectum euolat, ac per feneſtras exitum aliquem quærens, à certamine liberari deſiderat: ita nimirum ſancti illius anima ex corpore aſcendere properabat, & exire feſtinabat. Et ſane exiuiſſet atque auolaſſet, corpuſque inane reliquiſſet, niſi Angelus confeſtim præoccupatam illam à diſcrimine liberaſſet, & ad proprium hoſpitium reduxiſſet. Quòd ſi iuſtus ille, qui tantam habebat fiduciam, angeli aſpectum non tulit; quid illis continget, qui tam longè ipſo ſunt inferiores, & non angelum, ſed ipſum angelorum dominum curiosè ſcrutantur? Ille leonum furorem cõpeſcuit: nos verò ne vulpes quidem ſuperare poſſumus. Ille draconem per medium dirupit: nos verò etiam minuta reptilia metuimus. Et ſi tantus ac talis vir, Angelum ad ſe venientem videns graui corripiebatur vertigine, quam excuſationem habebũt, qui ad beatam illam naturam irruere conantur? Hanc ob cauſam Paulus obſtupeſcens dicebat: O altitudo diuitiarum & ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Non dixit, incomprehenſibilia, ſed inſcrutabilia. Quòd ſi inſcrutabilia ſunt, multò minus comprehendi poterunt. Et inueſtigabiles viæ eius. Viæ eius inueſtigabiles ſunt, & ipſe erit comprehenſibilis? Quid dicis: Inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius, & quæ præparauit diligentibus ſe, in cor hominis non aſcenderunt? magnitudo eius terminum non habet, & ſapientiæ ipſius nõ eſt numerus; omnia incomprehenſibilia ſunt; & ipſe ſolus comprehenſibilis erit? Et quomodo hoc non ſummæ dementiæ fuerit? Quis autem vos ob vecordiam iſtam & extremam inſaniam non deploret? Quam nos pro viribus abijcere ſtudeamus chariſſimi: ſemper Paulus ante oculos noſtros ſtare putantes cum ſtupore clamantem & dicentem: Quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Ipſi gloria in ſæcula, AMEN.

De Patientia.

HOMILIA XXII.

PRoponamus vobis chariſſimi, *Habetur tom. 1. ex interp. Lelij Tifernatis, homil. V. de patientia Iob.* Proponamus igitur.

De Eleemoſyna.

HOMILIA XXIII.

SErmo de eleemoſyna, dilectiſſimi; non ad diuites ſolùm, ſed etiam ad pauperes pertinet: Etiãſi quis ex mendicato viuat, ad ipſum tamen hic ſermo ſpectat. Nullus enim adeò eſt pauper, licet admodum pauper ſit, vt duo ei minuta non ſuppetant. Licet igitur etiam ex paucis pauca dantem locupletes vincere, plus dantes. Sicut & illa vidua. Neque enim ex eorum quæ dantur, menſura; ſed facultate & intentione dantium magnitudo eleemoſynæ iudicatur. Non enim hoc attendere oportet, quòd duos obolos penderit vidua, ſed quod hos tantùm habens, his non pepercerit, ſed vniuerſam ſubſtantiam contulerit. Non igitur abundantia, ſed animi promptitudine nobis opus eſt. Quemadmodum enim hac præſente, nihil paupertas obfuerit: ſic abſente ea, nihil nobis profuerit abundantia bonorum. Ideò enim diuites improbi magis quam pauperes punientur, quòd nec in abundantia mites fuerint. Nec enim mihi dicas, quia eleemoſynam dederunt, niſi enim pro dignitate dederint facultatum, nec ſiquidem pœnam effugient. Non enim datorum menſura eleemoſyna æſtimatur, ſed animi obſequio. Et fieri poteſt, dicet aliquis, vt diues ſaluus fiat? & maximè. Abraham diues erat. Vidiſti ipſius diuitias? Vide eiuſdem quoque hoſpitalitatem. Circa meridianum tempus apparuit ei Dominus, ad quercum Mambre ſedenti, & tres viri. Et ſurgens (quia non putabat Deum eſſe, qui aderat; quomodo enim?) adorauit, & inquit; ſi dignum me iudicaſtis, vt ingrediamini in tabernaculum tignorum meorum. Vidiſti quid in meridie fecerit ſenex? Non ſub tecto ſedet, ſed tanquam peregrinus & viator, diues ille & nobilis, relinquens domũ, vxorem, liberos, ſeruos, exiuit piſcatum, ſagenam explicans hoſpitalitatis, ne fortè peregrinus aut viator domum præteriret. Et vide quid faciat. Non cõmittit famulo; quamuis trecentos, decem & octo haberet (ſciebat enim negligens eſſe famulorum genus, ne fortè famulus obdormiſceret, & peregrinus prætergrederetur, & perdamus, inquit, capturã: ſed ipſemet ſedebat, calidos radios, quaſi rorem in æſtu, ſuſcipiens: eratque ipſi loco vmbræ hoſpitalitatis ſtudium. Ecce Abraham: ecce diues. Viſne omnino etiam videre pauperem? & reſpondere & colloqui? Et ſurrexit, inquit, Abraham, & adorauit, nec ſciens quinam eſſent aduenientes. Si enim ſciuiſſet, nihil admiratione dignum feciſſet, quoniam coluiſſet, ſed ignoratio aduentantium maius ipſius oſtendit hoſpitalitatis ſtudium. Et vocat etiam Saram participem hoſpitalitatis faciens: communia, inquit, ſint, vt coniugij, ita & virtutis bona: feſtina, & commiſce tria ſata ſimilæ. Quæ non dixit tale quippiam: num per iſtas ſpes cõſecuta ſum, vt molitricem & panificam faceres, tantas diuitias habẽtem? Trecentos decem & octo famulos habes, nec iuſſiſti vt illis hoc iuberes, ſed me in hoc miniſterium conijcis? ſed audit illud, Feſtina, & præceptum rapit. Vbi nunc ſunt mulieres? num talia mandata ſuſcipiunt? Excute mihi manum ipſius, & videbis eam foris auro † exornatam, interius autem vrbiũ obſidionem habentem. Quot pauperum prędas tua fert manus? Excute mihi manum tuam: oſtende quo ſit induta auaritia. Excute manum Saræ; quo induta? hoſpitalitate, eleemoſyna, charitate, pauperum amore. Feſtina, & miſce tres menſuras ſimilæ. Et ipſe cucurrit ad armentum boum. Partiũtur laborem, vt partiantur coronam. Deinde mactauit vitulum: Simul curſor factus eſt ſenex. non enim ei laxatum eſt carnis robur, ſed confirmabatur in ſapientia ipſius animus. Vicit naturam alacritas animi. herus trecentorum decem & octo famulorum portare vitulum non grauabatur, ſed per cogitationem & animi promptitudinem ſubleuabatur. Curſus ſeni propoſitus erat. Quantus labor? ſed tamen laborem non ſenſit, propter ſpem lucri. Quid ergo peregrinus? Tempore hoc veniam, & erit Sarę filius. Vidiſti qualem fructum produxerit menſa? quam bonum? quam citum? quam maturum? quam vua fuerit maturitate nigreſcens & perfecta? Tales ſunt hoſpitalitatis fructus. Ne igitur facultates noſtras imminui exiſtimemus, cùm eleemoſynam damus. non enim minuitur, ſed augetur: non conſumitur, ſed affluit & abundat; & eſt res iſta veluti negotiatio quædam & ſatio; imò verò his ambabus aliquid quæſtuoſius & ſecurius. Mercatura enim tum ventis, tum fluctibus maris & naufragijs multis eſt obnoxia, & ſemina ariditati & imbrium vi, cæteriſque aëris inæqualitatibus. Quæ verò in Domini

Ex interp. euang. S. Matth.

Geneſ. 18

† forte legendum πολυάρκειαν, ſufficientiã multam. Vide obſer. in fin.

A manus deponitur pecunia, omnibus inſidijs ſu-
perior eſt, nec quiſquam rapere è manu ſuſcipien-
tis valet, quæ ſemel data ſunt: ſed permanent, mul-
tumque nobis & immenſum fructum præſtant,
meſſemque tempore ſuo diuitem adferũt. Si enim
homo iſta accipiens, non contemneret, ſed gratias
Ex hexaë. Prou. 19. referret, multò magis Chriſtus id faciet. Qui enim
dat, cum etiam nihil accepit; quomodo, poſtquam
acceperit, non dabit? Audi Salomonem. Qui miſe-
retur, inquit, pauperis, fœneratur Deo. Vidiſti fœ-
noris naturam nouam & admirabilem? Alius eſt
qui fœnoris debitorem ſeipſum conſtituit. Quare
non dixit, Qui miſeretur, dat Deo; ſed, Fœneratur?
Ne vulgarem retributionem exiſtimares. Nouit
ſcriptura auaritiam noſtram; attendit quod inex-
plebilis noſtra cupiditas potiora commodo reſpi-
Vſuram. ciens * abundantiam quærat; & nequaquam velle
pecuniam habẽtem pauperi mutuo dare, ſine cau-
tione, aut hypotheca, aut pignore, aut fideiuſſione.
Et quoniam nouit Deus, neminem abſque his mu-
tuum dare, neque humanitatis rationem habere,
ſed ad ſolum lucrum reſpicere: ijſdẽ verò omnibus
B pauperem eſſe deſtitutum: nec hypothecam habe-
re, cum nihil poſſideat: nec ferre pignus, cum iam
exhauſtus ſit: nec expromittentem exhibere; quod
ob egeſtatem nulla ei fides habeatur: cum videret,
hunc quidem propter inopiam, pecuniam verò ha-
bentem, propter inhumanitatẽ periclitari; medium
ſeipſum interpoſuit; ſponſorem quidem pauperi,
Ex ep. ad Rom. mutuũ verò danti, pignus. Qui miſeretur pauperis,
fœneratur Deo. Iã verò cum mutuũ dare oportet,
ſollicitè inquirimus, qui multa dent, eoſq; qui grati
ſint, circumſpicimus: hic autem contrarium faci-
mus. Memorem beneficiorum Deũ, & centuplũ re-
tribuentem dimittimus; eos verò, qui ne ſummam
quidẽ capitalem nobis ſunt reddituri, quærimus.
Quid enim nobis venter, qui pleraq; conſumit, re-
tribuet? Stercus & corruptionem. Quid verò inanis
C gloria? inuidiam & liuorem. Quid item tenacitas?
curã & ſollicitudinem. Quid porrò luxus & laſci-
uia? gehennã & venenoſos vermes. Hi enim diuitũ
ſunt debitores, has pro capitali pendentes vſuras;
præſentia ſcilicet mala & futuras calamitates. Qua-
re igitur non das ei qui certò daturus eſt, & plura
daturus? Fortè quia poſt multum temporis dat. At-
Matth. 6. qui etiam hîc dat. verax enim eſt, qui ait: *Quærite re-
gnum cælorum, & hæc omnia adijcientur vobis*. Præter hæc
verò, id quod poſt longum tempus recipias, diuitias
quoque tibi auget: nam vſura multiplicatur & cre-
ſcit. Etenim hæc fœneratores agere videmus cum
his, qui in fœnus accipiunt; vt ſcilicet promptius
illis mutuò dent, qui poſt longum tempus ſoluũt.
Qui enim ſummã continuò reddit, vſuræ intercidit
curſum: qui verò longiori tẽpore retinuit, quæſtum
etiam maiorẽ fecit. Ergóne in hominibus moleſtè
D *Ex hõ. ad Pœn.* nõ ferimus dilationẽ, ſed de induſtria etiã quæri-
mus, vt ea maior fiat; erga Deũ verò animo ita pu-
ſillo & illiberali ſumus? Qui miſeretur pauperis,
fœneratur Deo. Et fœneraris à me, domine, paupe-
ri datã eleemoſynã? Vt igitur aliquãdo iſta reddas,
da mihi remunerationis tẽpus: cõſtitue retributio-
nis terminum. Quando & vbi debitum recipiã? Cũ
Matt. 25. *ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, & conſtituerit
oues quidem à dextris, hœdos autem à ſiniſtris & dicet ijs, qui
à dextris ſunt: venite benedicti Patris mei, poſsidete paratum
vobis regnum à conſtitutione mundi*. Pro quibus? *Quia eſu-
Ex interp. euang. S. Matth. id eſt, aliorum operum actionũ. vt phraſi Hebr. riui, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi bibe-
re: nudus eram, & operuiſtis me*. Et quare? ô Domine!
aliarum † viarum non meminiſti, ſed eleemoſynæ
tantum? Non iudico, inquit, peccatũ, præter inhu-
manitatem: nõ iudico eos qui delinquerũt; ſed qui
pœnitentiam non egerunt. Propter inhumanitatẽ
vos condemno; quia tantũ habentes, & tale ſalutis
remedium, eleemoſynã inquam, qua vniuerſa de-
lentur peccata, tantum beneficium prætermiſiſtis.
Non enim ad hoc pecuniam accepiſti, vt in luxum

A profundas, ſed vt in eleemoſynam impendas. N
quid tua ſunt quæ habes? pauperum bona tibi ſu
credita: ſiue iuſtis ex laboribus, ſiue ex paterna h
reditate poſſideas. Ne enim idcirco, quod mag
cum humanitate de tuis dare iuſſus es, exiſtimes
eſſe tua, nec excellentiã humanitatis, materiam f
cias ingratitudinis. An enim auferre iſta Deus no
potuit? Sed tamen non facit, ſed poteſtatem ti
dat, liberalitatis in egenos exercendæ. Qua igit
de cauſa non dediſti? An te recepturum diffidis?
quomodo hoc rationi conſentaneum fuerit? Q
enim non danti dat, quomodo non multò mag
dabit, poſtquam acceperit? Propterea enim plu
quã alios te Deus habere permiſit, non vt in forn
cationes & ebrietatem, in edacitatem & veſtiũ l
xum, aliamq; molitiem expendas, ſed vt egenos
eroges. Si enim aliquid vltra neceſſitatẽ in teipſu
impenderis difficillimas ibi rationes daturus e
Sed ſcio multos eo feritatis deueniſſe, vt propte
exiguam ignauiã fame laborantes deſpiciant pa
peres, atq; eiuſmodi ad eos dicere: non adeſt mi
iam famulus: procul à domo abſum: nemo ex pra
B ſentibus mihi notus eſt. O crudelitatem! ô iniuri
Etiamſi decem ſtadia ambulare oporteret, nec i
tamen ſegnis eſſe deberes: maior enim eſt merce
Etenim ſi dederis, pro ſolo dato mercedem recipi
ſi verò ipſemet iueris, huius quoque tibi rurſ
propoſita eſt merces. Quoniam verò Abrahã pa
triarcham ob hoc potiſſimum miramur, quod tre
centos decem & octo vernaculos habẽs, nulli iſt
rum mandauerit, ſed ipſe ad armenta cucurrerit
tulumque rapuerit: Ne igitur & te pudeat ma
tua pauperem curare. Chriſtus non erubeſcit m
num extendere, & accipere per pauperem: & tu e
tendere manum dareque pecuniam erubeſcis?
quomodo hoc non dignum pudore? Si enim poc
lum frigidæ aquæ ſolum, regnum cælorum conc
liat: quantum quæſo adferet fructum, ſub idem t
ctum induxiſſe, menſæ participem feciſſe & ref
C ciſſe pauperem? Ne igitur nos pudeat curæ paup
rum: neque ipſis per noſipſos officia impẽdere d
trectemus. Sanctificantur enim manus noſtræ p
eiuſmodi miniſteriũ, ac ſi ad orationem eas ab i
cura extendamus, videns eas Deus, magis placatu
& petitionẽ dat. Etenim pecuniam dare fortè m
torum eſt; at per ſeipſum curam impendere eg
nis, idque alacriter & ſtudioſe facere magni eſt
ſapientis animi. Si tibi quem videris, in rebus ad v
tam hanc ſpectãtibus, opitulari, aut in iudicio op
ram præſtare, aut alia eiuſmodi in re ei occurris,
magna cum beneuolentia amplecteris, & man
deoſcularis, & pecuniam expendis, famulorum
munera obis: Cum verò Chriſtum ingredien te
cernis, piger es, & ſubterfugis ipſius obſequiu
Si non tamquam Chriſtum ſuſcipis peregrinu
D non ſuſcipies: ſi verò veluti Chriſtum ſuſcipis,
te pudeat Chriſti lauare pedes. Sed quamdiu pr
poſitæ ſunt nundinæ, emamus eleemoſynas: im
verò eleemoſynis comparemus nobis ſalutẽ. Ch
ſtum veſtis, cum pauperem veſtis. Si enim pocul
frigidum mercedem habet, veſtimentis & pecuni
quæ ex liberalitate dantur, merces non deberetu
imò verò magna eis debetur merces. Si enim cu
datio ſine ſumptu ſit, tanta eſt beneficentiæ grati
quantam neceſſe eſt à iuſto iudice mercedem r
cipere, vbi veſtium copia, pecuniæ erogatio, ali
rumque bonorum eſt abundantia? Scio quod h
ſimilia frequenter didicimus, rarò ſaltẽ operemu
Etenim magnæ eſt ſtultitiæ, agrum quidem eme
volentem terram fertilem quærere: cum verò p
terra cælum proponatur, & promptum ſit, prædi
tibi comparare, manere in terra, atque huius labo
res ſuſtinere. Dic mihi quæſo, ſi quis tibi dicere
poſt annum ruituram hanc vrbem: aliam ve
quandam non item: numquid domos extrueres
ea quæ caſura eſſet? ne igitur ædificemus in h

mund

mundo: cadet enim longe poſt, & peribit. Et quid dico cadet? antequam cadat, nos interimus, & grauia atque indigna patiemur. Ædificemus verò potius ædificium noſtrum in cælis, vbi nihil opus erit opificibus aut ſtructoribus, ſed pauperum manus eiuſmodi ſtructuras extruunt; nec hoc ſolũ, ſed cæleſte etiam regnum procurant, fiduciamque præbent apud Deum. tanta eleemoſynæ eſt excellentia. Et quemadmodum Regina ingrediente nemo ex portarum cuſtodibus examinare audet, quæ ſit, aut vnde; ſed omnes cum gaudio ſuſcipiunt: ita nimirum eleemoſyna ſui operatores iuxta regium thronum cõſtituit. Amat enim ipſam Deus, & ſemper prope iſtum aſtat, & pro quibuſcumque gratiã poſtulauerit, continuò impetrat. Tanta eſt eleemoſynæ præſtantia, vt non ſolùm delicta expiet, ſed & mortem ipſam depellat. At quis, inquit, eleemoſynam faciens, morte ſuperior factus eſt? Enimuerò omnes videmus ſub mortis imperio poſitos. Verùm ne turberis, ſed ipſis ex rebus diſce, quomodo eleemoſynæ virtus huius ſuperauerit imperium.

Act. 9.

Tabitha quædã mulier fuit: hæc opus faciebat per ſingulos dies, vt eleemoſynæ copiã colligeret: Et veſtiebat, inquit, viduas, & aliam omnem abundantiam eis ſuggerebat. Factum eſt, autẽ, vt ipſa infirmaretur & moreretur. Quid igitur obſequiũ ipſius expertæ, & in corporibus ab ea protectæ viduæ? In tempore benefactrici ſuæ gratiam rependunt. Circumſtantes enim Apoſtolũ, oſtendebãt veſtes, & quæ cum ipſis fecerat; lachrymaſq; profundebant, atq; hunc ad miſericordiam trahebant. Quid ergo Petrus? Poſitis, inquit, genibus orauit; & conuerſus ad corpus dixit, Tabitha ſurge. Illa verò aperuit oculos ſuos, & videns Petrum, reſedit. Dãs autem ei manus, erexit eam: & cum vocaſſet viduas & aſtantes, & exhibuit eam viuentem. Vidiſti quanta ſit erga viduas beneficentiæ merces? Quid enim quæſo, tantum hæc vidua tribuit, quantum ei ipſæ retribuerunt? Eleemoſynæ enim magnitudo non datorum multitudine, ſed dantium promptitudine æſtimatur.

Ex hõ. in viduã eligendam.

Veræ magna poſſunt Sanctorum pedes, domum ingrediẽtes. Ipſum pauimentum ſanctificant, theſauros innumerabilium adducunt bonorum: naturam vitiatam corrigunt: famem ſoluunt: magnamq; inuehunt abundantiam. Etenim

3. Re. 17.

Heliæ pedes domum viduæ ingreſſi, nouam quandam & admirabilem beneficentiæ oſtenderunt rationem: agrum ex viduæ domo fecerunt, & ex hydria aream. Nouus quidam ſationis & meſſi tunc factus eſt modus. Quomodo? Seminauit vidua in os iuſti: & quæ iniecta fuerunt cum magna abundantia ex hydria metens collegit. Seminauit farinam, & meſſuit farinam. Non indiguit bobus, & iugo, & aratro, & ſulco: nec etiam pluuia, & aere, & falce, nec area aut manipulis: neque ventis paleas à frumento diſcernentibus. neq; mola conterente: ſed vno tẽporis momento horũ omnium conſummationẽ in hydria inuenit. Talia ſunt ſanctorum munera: eiuſmodi largiũtur pedes ſanctorum: imò verò his etiam plura. Et niſi prolixum nimis facerem ſermonem, frequẽter iſtiuſmodi enumerarẽ dona. Verũ quemadmodũ hæc magni æſtimantes eiuſmodi dona ferunt; ita aſperantes magnam ſibi pœnam, ignemque acceſſunt ineuitabilem.

Ex orat. quod nõ oportear ad ſpectacula accedere & in Abrahã.

Sed ille, dicit aliquis, erat Petrus, & ille Helias erat. Quid quæſo dicis? Et Petrus & Helias erat: an non eandẽ habebant naturã? nónne per eandẽ viã in vitam producti ſunt, qua nos? nõne ijſdẽ alimentis enutriti ſunt? nónne ijſdem rebus ſunt vſi? nónne quidam ipſorum etiam vxores & liberos habuerunt? quidã verò etiam ad victũ comparandum artes? alij verò in ipſum quoq; malitiæ barathrũ ſunt immerſi? Sed magnam, dicis, conſecuti ſunt gratiam. Verùm, ſi quidem mortuos ſuſcitare, oculos aperire cæcorum, mundare leproſos, claudos erigere, dæmones eijcere, alioſque eiuſmodi ſanare morbos iuberemur, opportuna nobis eſſet excuſatio: cum verò de vitæ inſtituto & conuerſatione examen propoſitum ſit, de obedientiæ item exhibitione, vitiorumque emendatione, quamnam hæc ad illa rationem habere poſſunt? Etenim Chriſtus non ijs, qui ſigna tantum fecerunt, dat præmia, ſed his qui præceptis ipſius obtemperauerunt.

Matt. 25.

Venite, inquit, *benedicti Patris mei; poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi*: non quia miracula edidiſtis; ſed quia eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me. Quamuis igitur illum in officio continuerit gratia, nihil tamen id nobis obeſſe, ſed nec excuſare nos poterit, cum factorum rationẽ dabimus. Recta enim vitæ conuerſatio etiam citra ſigna coronas recipiet: vita verò ſcelerata ne cum ſignis quidem pœnam effugere poterit.

Ex interp. euang. S. Matth.

Tales itaque perſequamur virtutes, quæ vna cũ noſtra ſalute, proximis etiam prodeſſe queant. Eiuſmodi eſt eleemoſyna. Hinc & oratio, & ieiunium, omniſque alia virtus neruos habet. Quamuis enim ieiunaueris abſque eleemoſyna, ne quidem pro ieiunio hoc reputabitur, ſed aluum explente & ſeſe inebriante tanto peius, quanto grauius vitium eſt crudelitas quam luxus. Et quid dico de ieiunio? Etiamſi temperans ſis, etiamſi virginitatem ſerues; extra ſponſi thalamum ſtabis, ſi eleemoſyna careas. Iam verò, quid virginitati æquale? quæ ne in nouo quidem teſtamento ſub legis neceſſitatem, ob excellentiã ſuam, venit. Quod ſi virgines eijciantur, quando eleemoſynam cum ea, qua par eſt, abundantia, nõ habent; quis abſque hac veniam obtinere poterit? Non eſt quiſquam, non eſt: ſed perire omnino neceſſe eſt eam non habentem.

Ex interp. ep. ad Ro.

Si enim in rebus huius vitæ nemo ſibi ſoli viuit, ſed & artifex & miles & agricola & mercator, ad communem vtilitatem & proximi commodum conferunt omnes: multò magis in ſpiritualibus hoc facere oportet. Hoc enim maximè eſt viuere. Qui igitur ſibi ſoli, viuit, omneſque deſpicit, inutilis eſt; & neque homo, neque de genere noſtro. Qui itaque diues fieri deſiderat, ille pauper fiat, vt euadat diues: expendat, vt colligat: diſpergat, vt congreget. Quod ſi noua hæc & admirabilia videntur, ſeminantem aliquem cõſidera & cogita, quod nec ille plura congregare alia ratione poſſit, niſi præſentia ſpargat. & quæ parata habet, proijciat. Quare enim egenis non præberes? Liberorum me chorus circumſtat, inquis, & diuites eos relinquere deſidero. Quare igitur pauperes eos facis? Si enim vniuerſa ipſis reliqueris, periculoſæ iterum cuſtodiæ bona tua commiſiſti: ſi verò Deum ipſis coheredem reliqueris & procuratorem, immenſum ipſis theſaurum reliquiſti. Si itaque liberis tuis magnas relinquere velis diuitias, Dei ipſis relinque prouidentiam. Qui enim, nihil te conferente, animam & corpus formauit, vitamq; largitus eſt, ſi tantam te oſtendere videat liberalitatem, quomodo non omnes ipſis aperiret diuitias? Si enim Helias exigua nutritus farina, quoniam vidit, quod ipſum mulier illa filijs ſuis præferret? areas & torcularia in domo viduæ fecit: cogita Heliæ Dominus quãtam oſtẽſurus ſit liberalitatẽ.

Ex ora. in Statuas.

Si liberos tuos opulentos relinquere velis, Deum ipſis relinq; debitorem. Ipſi enim ſi pecuniam acceperint; ne quidem vbi & quando dare debeant, nouerint: ſi verò tu præueniens, eam Deo mutuam dederis, tutus iam & à furibus intactus manet theſaurus, & admodum prompta erit compenſatio. Etenim, gratiam nobis habet, & cum debet, & cum ſoluit, Deus; ſuoſque fœneratores libentius videt, quam qui nihil ei fœnerarunt: & quibus maximè debet, hos maximè amat. Igitur ſi amicum eum habere deſideras, debitorem conſtitue. Non enim ita gaudet fœnerator, habens debitores, ſicut oblectatur Deus, creditores habens. Et quibus nihil quidem debet, eos quoque refugit; quibus vero de-

bet,

bet, his vltro etiam occurrit. Quid igitur homini- A
bus depoſita tradis? ſtat Chriſtus paratus ſuſcipere
& cuſtodire: nec vero cuſtodire ſolum, ſed etiā au-
gere, & magno cum augmento tibi reſtituere. Ex
ipſius manibus nemo rapit. Nec verò ea tantū con-
ſeruat, ſed etiam de hoc ipſo omnia tua ſoluis peri-
cula. Apud homines quidem, qui depoſita ſuſci-
piunt, beneficium ſe nobis præſtare exiſtimant,
quod à nobis accepta cuſtodiant: Apud Chriſtum
verò è contra fit. Nec enim beneficium dediſſe, ſed
accepiſſe ſe profitetur, cum ea à te ſuſcipit. Et qui-
dem qui depoſita accepit, mercedem etiam à te po-
ſtulat: Chriſtus verò etiam pro hoc mercedem po-
tius tibi dat. Propterea enim pecuniā iuſſit te Deus
dare alteri, vt eam tu habeas. Quouſq; enim tu ſo-
lus habueris, nec ipſe habeas: ſi verò alteri tradas,
tunc tu quoque recepiſti. Quemadmodum enim ſi
puero quis paruū argenteum nummum det, vt dili-
genter cuſtodiat, ne liceat ſurripere, volenti: ſic
Deus quoq; facit. Da, inquit, egeno, ne quis eam ti-
bi auferat, vtputa calumniator, aut diabolus, aut
fur, aut poſt omnes, ipſa mors. Quādiu enim ipſe eā
Ex ep. ad Rom. — retines, ſecurè non tenes: ſi verò mihi, inquit, per B
pauperes dederis, totam tibi ego diligēter cuſtodio.
Non enim vt auferam, accipio, ſed vt auctiorē red-
dam; vt diligentius cuſtodiam; vt in illud tempus
tibi eam conſeruem, quo nullus fœnerator, aut cō-
miſerans erit. Quid fruſtrà laboras, ô diues! paupe
rum res in theſauris tuis abſcondens? Quare in-
dignaris cum à te aliquid petitur, tamquam de tuis
expendens? patria bona volunt, non quæ tua ſunt:
quæ tibi propter ipſos ſunt credita, non quæ tecum
nata. Quæ accepiſti, da; & vſum lucrifacias. ſufficit
tibi quæ ad dandum ſis deſtinatus, non ad accipien-
dum. Quare terræ theſaurum tradis? da manui meę,
inquit. Non videtur tibi terra fidelior eſſe terræ
Ex epi. 2. ad Cor. — Dominus? Dedi, inquit. Verum, ceſſare non opor-
tet iſta facere: tunc enim ſolum excuſaberis, ſi non
habeas. licet decem millibus, dederis, adhuc autem C
ſuperfuerint eſuriētes, nullam habes excuſationē.
Ne igitur diues altum ſapiat, quod multa, det neq;
Ex ep. ad Rom. — pauper animo concidat, quaſi pauca præbens: fre-
quenter enim hic illo plura dedit. Multum enim &
parum, non datorum menſura cenſetur, ſed facul-
tate ſubſtantiæ eorum qui dant. Tu verò paraſitos
Ex epi 2. ad Cor. — quidem alens & adulatores, velut ex fontibus pro-
fundens, ita gaudes: ſi verò pauperem videas, tunc
Ex interp euang. S. Ioan. — paupertatis tibi timor incumbit. Da egēti, & ne des
ſaltatori, ne vna cum pecunia tua, ipſius quoq; ani-
mam perdas. Tu enim cauſa es perditionis illius,
per intempeſtiuam tuam liberalitatem. Si enim ſal-
tatores ſciuiſſent, inſtitutum ſuum inutile ſibi fore,
iam olim eiuſmodi res ſectari deſtitiſſent. Nouit cæ-
cus, miſericordiam conſequens, in cæleſte re-
gnum manu ducere, & qui in parietes impingit,
atque in foueas incidit, hic in cælum aſcendendi D
viam parat. Si non ad oſtentandum te hominibus
eleemoſynam facias, licet totus orbis ſciat, nemo
tamen ſcit: quoniam non hac intentione feciſti.
Non enim dixit, ne omninò coram hominibus fa-
ciatis, ſed appoſuit, vt ab illis videamini. Proh quā-
Ex epi 2. ad Cor. — ta paupertatis eſt dignitas! Dei, inquit, perſonā: ab-
ſconditur in paupertate Deus; & pauper quidem eſt
qui manum protendit, Deus verò, qui accepit. Si ti-
bi triſte quid accidat, ſtatim da eleemoſynā: gratias
age, quod tibi contigerit; & videbis, quantum gau-
dium ſuccedat. Lucrum enim ſpirituale, licet exi-
guum ſit, tantum tamen eſt, vt quoduis damnū cor-
porale tegat. Et ſi non creditis, probate & videbitis
Ex interp ep. ad Ro. — gloriam Dei. Sed ô ſocordiam! ô ingratitudinē! quo-
niam continuè quidem in peccatis & ſceleribus vi-
uimus: Si verò exiguum quid boni faciamus, impro-
borum ſeruorum more, multa velut arte caupona-
ria inquirimus, & diligenter perſcrutamur de retri-
butione, an aliquam mercedem res ipſa habeat. Et
quidem magna eſt merces, ſi non ſpe mercedis fa-

A cias: omnia enim propter Chriſtum, & non ob ſpe[m]
mercedis facere oportet. Si enim qui ab initio no[s]
fecit, Deus, nullo à nobis ante exiſtente, bono, tāt[a]
nobis continuò largitus eſt; quid tot tantiſq; labo-
ribus perfunctis, & propter ipſum paſſis nō largie[-]
tur? Et nos quidem, pro nobiſipſis ægrè vel exigu[am]
pecuniam deſpicimus: ipſe verò pro nobis etiam fi[-]
lium ſuum dedit. Et pro hominum quidem amiciti[a]
etiam multa ſubire pericula non recuſamus: pr[o]
Dei vero amore ne pecuniam quidem proijcimus.
Et quomodo non indignum eſt, quod, cum Chri[-]
ſtus quidem etiam animam pro nobis poſuerit, &
pretioſum ſanguinem effuderit propter nos, q[ui]
neque ipſius amantes, neque boni fuimus: nos ne[c]
pecuniam profundamus ipſius cauſa, ſed deſpicia[-]
mus nudum & peregrinum, qui pro nobis mortuu[s]
eſt? Et quis tandem à futuro ſupplicio nos eripie[t]?
Si enim non Deus, ſed ipſi nos puniremus, nónn[e]
contra nos ipſos ſententiam tuliſſemus? nónne no[s]
ipſos igni gehennæ damnaſſemus, deſpicientes fam[e]
tabeſcentem eum, qui animam pro nobis poſuit? T[?]
B quid dico de pecunia? Si vel decem millia animar[um]
haberemus, nónne omnes pro eo ponere oporte[-]
ret? Si quis ex nobis ad mortem duceretur, & ei pro[-]
poneretur, vt ſi omnes opes abijceret, liber eſſe[t],
beneficium vtique hoc exiſtimaret: iam verò cū a[d]
gehennam ducamur, & liceat vel dimidium dand[o]
euadere, eligimus potius ſubire pœnas & noſtra te[-]
merè retinere, vt noſtra perdamus? Et quā habebi[-]
mus excuſationem, quam veniam, qui & huius alte[-]
rius vitæ bonis noſipſos priuamus, cum vtriſque ſe[-]
curè frui liceret? Si pro dignitate ſæculari ſępe vn[i-]
uerſam ſubſtantiam ſuam quis dederit, pro dignita[-]
te inquam quæ hic manſura eſt, & ne hic quidē lon[-]
go permanet tempore (multi ſiquidem longè an[te]
obitum hoc principatu exuti ſunt; alij verò propte[r]
hunc, vita quoque ipſa) & hæc tamen ſcientes, om[-]
nia propter ipſam nouent: ſi itaque propter eam t[ot]
tantaque homines faciunt, quid miſerius fuerit n[o-]
C bis, qui pro permanente illa, & quæ auferri non po[-]
teſt, ne pauca quidem dimittimus, neque ea damu[s]
quæ paulo poſt vel inuiti hic ſumus relicturi? quā[e]
hic non fuerit inſaniæ, ea, quæ etiam inuitis auferū[n-]
tur, cum ea ſponte dare liceat, & ſecum ſumere, n[o]
velle? Verùm, noſtris quidem famulis & mulis [&]
equis aurea colli monilia circundamus: Dominu[m]
autem nudum circumeuntem, & ſub dio agente[m]
manumq́ue extendentem deſpicimus; ſæpe etia[m]
crudeli intuemur oculo. Quid iſta inſania peius e[ſ-]
ſe poteſt? quando enim Deus ad nos pauperes mi[t-]
tit, de ſuis ipſis dare iubens, nos verò præterqua[m]
quod nihil damus, contumelia etiam affectos eij[ci-]
mus, cogita quot turbinibus, quótve fulminibus d[i-]
gnam rem faciamus. Si enim famulus tuus à te iu[ſ-]
ſus, ad alium famulum pecuniam tuam habente[m]
abeat, accipere ab eo aliquid, & non ſolum vacu[is]
D reuertatur manibus, ſed contumelijs etiam aff[e-]
ctus, quid non faceres illi qui hunc iniuria affeci[ſ-]
ſet? quam non de eo pœnam ſumeres? quippe cu[m]
tu iam ille ſis iniuria affectus. Quod ſi apud hom[i-]
nes ita ſe res habet, quanto magis apud eum qui
hominum & cunctorum eſt Dominus? Si peten[ti]
nihil dare velis pauperi, quare etiam probris incr[e-]
pans animam ipſius vulneras? Nunquid enim, ſi t[a-]
lia auditurum ſe ſperaſſet, ad te acceſſiſſet? Sed im[-]
pudens eſt, inquit, & incurſans vociferatur. Qu[id]
dicis? Quoties menſa iam appoſita, miniſtrantem t[i-]
bi famulum accerſens, vbicunque tardius iueri[t],
omnia ſtatim propter exiguam moram euerti[s],
quanquam probè ſcias te, ſi non continuò, at pau[-]
lo tamen poſt voluptate potiturum: pauperem v[e-]
rò propter maiora timentem & trementem (nequ[e]
enim à cunctatione, ſed à fame omnis illi m[o-]
tus) hunc temerarium & impudentem appe[l-]
las? & quomodo hoc non extremæ eſt impude[n-]
tiæ? Si tu exiguam aliquam guttam de tecto dec[i-]

dentem videns, & famulos aduocas & opifices, totamque ſubuertis domum: quomodo pauperem in pannis & fœno ac luto iacentem, atque omnem algorem ſuſtinentem deſpicis? Quęnam beſtia his rebus non frangatur? quis adeò crudelis eſt & inhumanus, vt per hæc mitior non fiat? Sed enim ſunt nonnulli qui eouſque crudelitatis deuenerunt, vt non ſolum non miſereantur & lacrymas fundant, calamitateſque ſubleuent; ſed etiam contumelioſè illos tractent & dicant, digna ipſos pati. Quare, dic mihi, digna patiuntur? An quia nutriri volunt, & non laborare fame? Non, inquit, ſed quia otioſi ſunt. Tu verò, nónne torpeſcens voluptatibus indulges? Nónne etiam frequenter opus, quouis otio pernitioſius facis, rapinas exercens, violenter alios opprimens, & auaritiæ ſtudens? præſtaret, te quoque tale otium agere. Longè enim melius eſt, hoc modo otioſum eſſe quam alienis inhiare & rapere. [Ex interp euang S. Matth.] Cum igitur videris pauperem, & dixeris: enecor, quòd iuuenis, ita ſanus, nihil habens, ali velit, cum otioſus ſit: hæc quæ dixiſti, ad teipſum dicas, imò verò, concede illi, vt liberè tibi hæc dicat; enecor quod cum ſanus ſis & otioſus, nihil facias eorum, quæ præcepit Deus. Et tu quidem de otio eum accuſas; ipſe verò te etiam de malis operibus, quòd alienis rapias, quod inhies, aliorumque domos ſubuertas. Sed multa, inquis, mentitur & fingit. Verùm, hinc quoque miſericordia dignus eſt, quod in talem inciderit neceſſitatem, vt nec horum ipſum pudeat. Nos verò, non modò non miſeremur, ſed etiam verba illa crudelia opponimus, dicentes: nónne ſemel atque iterum accepit? Quid ergo? non oportet ipſum rurſus nutriri, quoniam ſemel nutritus eſt? Quare non tuo quoque ventri has leges ponis, eique dicis, repletus es heri: ne iam quæras: ſed hunc quidem ſupra modum diſrumpis, illum verò mediocria petentem auerſaris? Et quomodo ipſemet orans exaudiri deſideras? Qui enim in angu- [Ex ep. ad Hebr.] ſtia poſitum deſpicit, nec de ſuis aliquid dat, quomodo de ipſius bonis accipere petet? Nunquid igitur reprehenſione hæc digna ſunt, quod cum quis noſtros paraſitos quidem alit & adulatores, damnum id minimè exiſtimamus: ſi verò pauperem accedere videamus, fame & algore attritum, non modò ipſum deſpicimus, ſed ſtatim etiam inſultamus? Quare igitur non operatur? dicet aliquis: quare otioſus alitur? Tu verò, num operando habes, quæ poſſides? Nónne ex paterna hæreditate accepiſti? Quod ſi etiam opereris, ideóne alteri conuitiaris? Sed impoſtor eſt. Quid dicis? panis & veſtimenti cauſa impoſtorem appellas? Sed ſtatim, inquis, illud vendit. Tu verò, tuáne omnia benè diſpenſas? Quid autem? nónne omnes propter otium pauperes fiunt? nemo propter naufragium? nemo propter iudicia? nemo propter furtum? nemo propter morbum? nemo propter pericula? nemo propter aliam cladem, & ſtatus afflictionem? Verũ, cum aliquem eiuſmodi deplorantem audimus, & magna voce clamantem, nudumque in cælum reſpicientẽ, continuò impoſtorem, deceptorem & diſſimulatorem vocamus. An non pudet te aliquem impoſtorem appellare? Nihil dederis & nihil inſimulaueris pauperem. Sed habet, inquis, & pauperem ſe fingit. Hoc tuum eſt crimen; non illius. nouit ſe ad crudeles accedere, & ad beſtias potius quam ad homines, & licet miſerabilia proferat verba, neminẽ tamen moueri: atque ideò ſpeciem miſerabiliorem induere cogitur, vt tuum animum emolliat. O crudelitatem! ô ſæuitiam! ô inhumanitatem? Cum pauperem liberali habitu accedentem conſpicimus, iſte impoſtor eſt, mox aliquis dicit; atq; vt ex nobilibus eſſe videatur, ſic homines adit: Si verò nudum cernamus & pannis obſitum, & hunc quoque improbamus. O improbam hanc feritatem! Si quidem velis, da: ſi verò nolis, dimitte. Quare miſer es & ærumnoſus? Quare nec ipſe miſereris, & volentes auertis? Si enim ex te aliquis audierit, quod hic impoſtor ſit, ille ſimulator, neque his dat, neque illis: omnes enim tales eſſe ſuſpicabitur. Et cuius cauſa, dicit, extrema membra fœdata aut mutilata denudant? Tui cauſa, Si miſericordes eſſemus, nihil illis opus foret his artibus: ſi primo congreſſu perſuaderent, tam multa non excogitaſſent. Quis enim ita miſer eſt, vt publicè cum vxore, omnibus ſpoliata, & liberis lamentari velit? qua paupertate hæc deteriora non fuerint? Et tamen non modò miſericordiam non conſequuntur, ſed à nobis etiam tanquam impudentes criminantur. Et tu quidem dum aliena rapis, non impudens; ille verò propter panem egenus impudens cenſebitur? Omni petenti te, da: & mutuum à te accipere volentem ne auerſeris. Quomodo enim abſurdum non eſt, quod tu quidem helluans teque ſaginans, & in profundam veſperam compotationem protrahens, ac mollibus te inuoluens ſtragulis vitam tranſigas: pauperem verò nudum & trementem & eſurientem deſpicias? Et quid dico de nuditate & tremore? quando etiam nonnulli liberos immaturam agentes ætatem excæcare coacti ſunt, vt ſtuporem noſtrum ferirent. Quoniam enim videntes, nudique circumeuntes, neque ob ætatem, neque ob miſeriam crudeles attrahebant, appoſuerunt tantis malis aliam grauiorem tragœdiam, vt famem ſoluerent; tolerabilius eſſe arbitrantes, communi hoc lumine priuari, & conceſſo omnibus ſolis radio, quàm cum perpetua fame luctari, & miſerrimam ſuſtinere mortem. Verè magnum quid eſt homo, & res pre- [Ex epi 2 ad Cor.] tioſa, vir miſericors. Eleemoſyna enim eſt, ſi promptè fiat, ſi liberaliter: ſi te non accipere putes: ſi ſis tanquam beneficium accipiens, ſi veluti lucrans & non pendens: quoniam hoc beneficium non eſſet. Nam qui alterius miſeretur gaudere, & minimè grauatè facere debet. Quomodo enim non abſurdum, ſi alterius ſoluens triſtitiam, ipſemet triſteris? Si enim animo diſcrucieris, quod mœrore alium liberaueris, extremæ crudelitatis & inhumanitatis indicium profers. Præſtaret enim non liberare, quam hoc modo liberare. Quid verò etiam omninò afflictaris, ô homo? ne pecunia tibi imminuatur? Planè ſi eiuſmodi tibi mens eſt, ne quidem des: Si non confidis, tibi multiplicatum iri in cælis, ne præbeas. Sed fortè in hoc ſæculo retributionem deſideras? & quare hoc? Sine eleemoſynam: eſſe eleemoſynam, & non mercaturam. Quin & multi hîc receperunt: ſed non ita tamen receperunt, vt hac ratione plus haberent ijs, qui non receperunt. Qui verò hîc quærunt & recipiunt, mercedem illic imminuunt. Ne itaque dicamus, illum improbum eſſe & beneficio indignum, alium, neſcio quem, vilem & abiectum. Ne dignitatem reſpicias ope indigentis, ſed neceſſitatem tantum. Licet enim vilis ſit & abiectus, licet contemptus, ita tamen Chriſtus mercedem tibi imputat, ac ſi ipſemet beneficio per illum eſſet affectus. Petrus & Ioannes aſcendebant ali- [Ex ora. in inſcriptionem Act. Apoſt. Act. 3.] quando ad templum orare; & ecce claudus ex vtero matris ſuæ baiulabatur, & iacebat ad portam templi. Et cum eos vidiſſet, intendebat in ipſos, ſperans ſe eleemoſynam accepturum ab illis. Quid ergo Petrus? Reſpice, inquit, in nos; * ſufficiens habes ex aſpectu indicium paupertatis: nihil verbis opus, aut reſponſo: veſtitus oſtendit inopem. Quid ergo hoccíne totum officium eſt Apoſtolici muneris circa egenum, vt paupertatem non ſubleuet; vt ei dicas, aurum & argentum non habeo? Expecta paulisper, & videbis maiores diuitias. Argentum & aurum, inquit, non eſt mihi: quod verò habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti ſurge & ambula. Vidiſti inopiam pecuniæ & diuitias gratiarum? Vide porrò ipſius benignitatem. Reſpice, inquit, in nos. Non contumelijs eum affecit, non

[* quaſi diceret.]

conui-

A conuitiatus eſt, non repulit quod nos frequenter cum ijs facimus, qui nos adeunt rationes ab ipſis expoſcentes, ad opus aliquod eos dimittẽtes. obijcientes, quod dormiant. Hoccine, ô homo! edoctus es? Non iuſſus es otium obijcere, aut vitiũ accuſare neq; ſegnitiem exprobrare, ſed ſubleuare paupertatem, & miſeriam curare, manumque iacentibus porrigere. Ne igitur vitam & actiones curioſe ſcruteris, cum eleemoſynam es daturus: hoc enim extremæ eſt ineptiæ, pro vno pane vniuerſam perſcrutari vitam. Et ſi enim homicida ſit, etſi latro, etſi quidlibet, ille mendicans, an ideo paucis nummis indignus tibi eſſe videtur? ſed Dominus quidẽ tuus ipſi ſolem oriri facit; tu verò quotidiano victu indignum iudicas? An ignoras, hac de cauſa etiã Abramum potiſſimum maiori in admiratione eſſe, quod ignorans, quinam eſſent, qui ad ſe venerant, ijs tamen viſis, exilierit, & in occurſum feſtinauerit, atq; in terram adorans dixerit: *Domine, ſi inueni gratiam coram te, ne tranſeas puerum tuum*. Ne igitur tu quoque anxie inquiras: propter Chriſtum enim ſuſcipis. Si enim curioſe ſemper ſcrutari velis, ſæpe probum etiam virum præteribis, quam ex hoc habuiſſes, B mercedem perdes. Neque etiam domeſticorum fidei tantum habeamus curam, alios verò negligamus: ſed ſi quem malis premi viderimus, aliud nihil inquiramus. Ipſum enim mala pati, ius auxilij habet. Sed neſcio vnde iſta inualuerit conſuetudo: cum ſæcularem quidem cernimus in calamitate poſitum, manum non porrigimus: circa eos verò, qui in montibus morantur, ſtudium noſtrum oſtendimus. Siue Græcum, ſiue Iudæum, ſiue alium quempiam in miſeria videris, benefacere ei oportet. Etenim ſi ſolos monachos inquiris, ijſque ſolis benefacere deſideras, atque illos rurſus curioſè ſcruteris, vtrum dignus ſit, vtrum ſit iuſtus, vtrum ſigna faciat, & manum non porrigas, eleemoſynæ emolumentum abſtuliſti: & hoc verò ipſum per tempus iterum tolles. C Si enim aſinum, cum ſuffocari eum vides, erigis, nec multum ſciſcitaris cuius ſit; multò minus in hominem anxie inquirere oportet, quis nam ſit, vtrum Græcus ſit, an verò Iudæus, ſed, an auxilio egeat. Si enim bonis abundantem aut nomine celebrem videres, rectè hæc diceres: cum verò malis eum affligi cernas, ne dixeris, quia malus eſt & improbus. Crudelitatis ſiquidem hoc & inhumanitatis, maximæque arrogantiæ eſt argumentum. Ideò Eleemoſyna, (id eſt, miſericordia) dicitur, vt & dignis & indignis præbeamus. Si enim indignos curioſè inquiramus & ſollicitè ſcrutemur; ne digni quidem aliquando nobis facilè ſeſe offerent: ſi verò indignis etiam demus, omninò etiam digni, & omnibus illis æquiparandi ad manus noſtras venient. Si enim dignitatem perquirere velimus conſeruorum noſtrorum, diligenterque perſcrutari, D idipſum etiam nobiſcum Deus facturus eſt: & qui rationes à conſeruis expoſcere quærunt, ipſi cæleſti clementia excident. Qui enim liberalitatem exhibet, cum non oportet expetere rationes vitæ, ſed paupertatem corrigere & indigentiam explere. Cum itaque pauperem videris, ne præterieris, ſed ſtatim cogita quiſnam eſſes: ſi tu loco illius eſſes. Cogita ipſum ſimilem tibi liberum eſſe, & eiuſdem tecum ſocietatis, omniaque tecum communia poſſidere; teque ipſum frequenter ne eodem quidem cum canibus tuis loco habere: ſed hos quidem ſatiari, hunc verò ſæpè eſurientem dormire: & qui è ſeruis tuis liber eſt, magis factus eſt neglectus. Sed illi tibi amiſſa reparant? Ego itaque oſtendam, & iſtum amiſſa tibi reparare, multoque magis, quàm illos. Opitulabitur enim in die iudicij, & ab igni te eripiet. Quid tale ſerui tui facere poſſunt? Quando Tabitha defuncta fuit, quis eam ſuſcitauit? ſeruine circumſtantes, an pauperes? tu vero nec liberum æquali cum ſeruis conditione dignaris, qui vel ſolo habitu & aſpectu ad liberalitatem te flectere poſſit. Et quomodo Deum rogas, vt in periculis conſtitutum te eripiat, ſi tu eum, qui nihil in te admiſit, dolentem & plangentem, atque à fame & frigore vexatum deſpicias? Quomodo te, qui in eum peccaſti, impunitum dimittet? Qui enim obturat aures ſuas ne audiat pauperem, ipſius preces Deus non exaudiet. Tales itaque erga conſeruos ſimus, qualem erga nos Dominum eſſe volumus. Eleemoſyna maius quoddam eſt ſacrificium, quàm oratio & ieiunium: & aliaque multa; modo ea iuſto ex lucro, & eiuſmodi laboribus, fiat; atque ab omni auaritia, rapina & violentia munda ſit. Tales oblationes admittit Deus: cæteras verò auerſatur & odit. Non enim vult ex alienis calamitatibus honorari: ſed immundum ac prophanum eſt eiuſmodi ſacrificium, Deumque potius irritauerit quàm placuerit. Eleemoſyna enim ideò ſic dicta eſt, vt conſeruorum miſereamur, non vt pœnis afficiamus. Qui verò quæ aliorum ſunt, aufert & alijs dat, non miſertus eſt, ſed magis ſupplicio affecit, & iniuriam B non vulgarem intulit. Qui diues eſſe vult, pecunijs opus habet: qui non deſiderat diues fieri, ſemper eſt in abundantia. Non enim diuitem eſſe, ſed diuitem fieri non velle, hoc diuitiæ ſunt, cuiuſmodi ego dico. Eſt diues qui omnium bona rapit; & eſt diues qui ſua pauperibus erogat: ille quidem in congregando, hic verò in expendendo diues: Et ille quidem terram ſeminat, hic verò cælum colit. Sed quanto cælum eſt præſtantius terra, tanto infirmior eſt illius copia, quam huius. Et quod mirabile eſt, rapacem non modo, qui iniuria ſunt læſi, ſed etiam nihil iniuriæ paſſi: illum oderunt, iniuria ſcilicet affectis condolentes. Si verò etiam cadat, innumeri ſtatim ab omnibus clamores: ſceleſtus, improbus, perditus: omneſque ipſi inſultant. In miſericorde verò, non modò qui C miſericordiam ſunt conſecuti, ſed etiam qui illam non ſunt experti, eum amant, in ſe collatum reputantes beneficium, quod alijs præſtitum eſt. Si verò & triſte quid ei acciderit, omnes orant, vt Deus ipſius miſereatur; vt faciat illi bene; vt bona ipſi conſtanter maneant. Vidiſti, quomodo malitia eos quoque ſibi habeat infenſos, qui iniuriam non acceperunt; miſericordia verò etiam hos, quibus impenſa non eſt, amatores habeat. Primò igitur à rapina ceſſa, & tum demum eleemoſynam oſtende. Cohibe manus tuas ab auaritia, & ſic eas ad eleemoſynam faciendam adducas. Quòd ſi ijſdem etiam pauperes ſpoliemus, licet datis de illorum bonis veſtiamus, non tamen ſic ſupplicium euademus. Materia enim miſericordiæ materia ſit omnis iniquitatis. Melius enim eſt non miſereri, quàm hoc modo miſereri. Nam ſi Cain viliora offerens, D Deum irritauit, quomodo non irritabit, qui etiam aliena donat? Eleemoſyna optima quædam ars eſt, & eorum qui eam faciunt, patrona. Chara enim eſt Deo, niſi iniuria à nobis violetur: violatur autem, ſi illam ex rapina faciamus. Si ergo pura ſit: magnam præbet illis fiduciam, qui ſurſum eam mittunt, & pro ijs, quæ offenderunt, orat. Tanta enim eſt ipſius vis. Ipſa dirumpit vincula, ſoluit tenebras, reſtinguit ignem, eoſque, qui ipſam faciunt, Deo ſimiles efficit. Eſtote, inquit, miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Ne porrò negligamus præſentis vitæ opportunitatem, ſed fortiter inhæreamus noſtræ ſaluti. Licet enim, licet inquam etiam ad extremum ſpiritum Deo placere. Licet verò ex teſtamento laudem conſequi; non quidem ſicut viuentes; licet tamen. Qui verò iſtud, & qua ratione? Si Deum vna cum tuis hæredem ſcripſeris, deque tota hæreditate ipſi quoque partem aſſignaueris. Non nutriuiſti eum viuens? at defunctus ſaltem, cum non amplius Dominus es, de tuis ipſi impertiaris. Maioris quidem

Marginal notes: Geneſ. 18 — Ex int. ep ad Hebr. — Ex hom. 2 in diuitẽ & Lazarũ — Ex int. ep ad Hebr. — Act. 9 — Ex int. euang. Ioan. — Ex ep Hebr.

A & amplioris eſt præmij, ſi viuens ipſum nutrias: ſi tamen hoc non præſtiteris, ad ſecundum ſaltem venias. Si verò etiam hoc facere dubites, cogita quod pater ipſius eidem te cohæredem fecerit, & dimitte illam inhumanitatem. Quam enim conſequeris veniam, ſi præterquam quod viuens ipſum non intraueris, ne quidem ad ipſum abiturus, de bonis iſtis, quorum non amplius es Dominus, vel exiguum quid largiri velis; ſed adeò inimico & infeſto ſis animo, vt ne de tibi inutilibus, ei aliquid impertiaris? (Ex ep. ad Rom.) Non vides, quot homines nec tali morte digni ſunt habiti, ſed rapti deceſſerunt? Tibi verò, vt de bonis propinquis tuis ſtatueres & loquereris, omniaque tua domeſtica negotia componeres, facultatem conceſſit. Quam igitur excuſationem habebis, ſi & hanc ab ipſo conſecutus gratiam, hoc beneficium neglexeris, & ne per neceſſitatem quidem benignus fieri volueris. Præſtantíus illud quidem, multamque conferens gratiam, viuentem ſubleuare paupertatem: Si verò illud nolueris, at moriens ſaltem generoſum quid facias. Non quidem magnæ eſt generoſitatis: vtique tamen eſt. B Etſi enim primam ſedem cum agnis non ſis habiturus, parum tamen non eſt, illos ſaltem ſequi, & cum hircis non ſtare. Quòd ſi nec hoc quidem facias, quæ te oratio liberabit? Cum enim viueres, veluti immortalis, ita bona tua tenebas: iam verò poſtquam te mortalem eſſe didiciſti, nunc ſaltem illam tuam dimitte ſententiam, & tanquam mortalis de rebus tuis ſtatue. Quamuis enim graue ſit quod dicendum eſt, & horrore plenum, neceſſe tamen eſt dicere. Numera inter ſeruos tuos, Dominum. Libertate donas ſeruos? libera Chriſtum à fame, & neceſſitate, & carceribus, & nuditate. Horruiſti hoc audiens? Atque magis horrendum, ſi idipſum non facias. Et hic quidem verbum illud te obſtupefecit: cum verò illuc perueneris, & quæ his longè ſunt grauiora, audieris, & crudeliſſima videris ſupplicia, quid dicturus es? ad quem confu- C gies? quem inuocabis adiutorem & auxiliatorem? Nunquid Abraham? ſed non audiet. an verò patrem? an auum? verum nec horum quiſquam poteſtatem habebit, licet admodum ſanctus ſit, ſententiam illam relaxandi. Sed inhumanus es, & crudelis & immiſericors. reuerere dignitatem petentis. At non te placat dignitas? ad calamitatem tamen inflectere. Sed neque calamitas ad miſericordiam te inflectit? da propter petitionis facilitatem. Quod ſi neque authoritas, neque rei neceſſitas, neque dandi facilitas tibi quicquam perſuadere poſſit, propter promiſſorum ſaltem magnitudinem da egeno. Quæ enim erit venia his, qui poſt tantam cohortationem egentes deſpiciunt? Audiant qui ſacris imbuti ſunt. Quando tu alendus es, ipſe ne propriæ quidem carni ſuæ parcit: quando te portare neceſſe eſt, non parcit vel ſanguini: D Tu verò nec panem impertiris, nec potum? Et quam veniam habebis, illa accipiens; & vilibus rebus tantoperè parcens? Nunquid enim ſi propter Chriſtum non moriaris, immortalis eris? Hæc ille à te petit, quæ ipſo etiam non petente, daturus es; eò quòd ſis mortalis. Hæc te voluntate tua facere vult, quæ vel neceſſariò te facere oportet. Quæ pati omninò eſt neceſſe, propter me pati velis. Hoc vnum propoſitum ſit, & ſufficientem habeo obedientiam. Nunquid tolerabilia hæc, quòd Deus quidem etiam filium ſuum pro te tradiderit, tu verò nec panem cum ipſo communices, qui pro te traditus eſt, qui pro te occiſus eſt? Propter te pater ei non pepercit; idque cum verus eſſet filius: tu verò fame contabeſcentem negligis; idque cum de bonis ipſius expendere, & propter te erogare debes? Et quid hac iniquitate peius fuerit? Traditus eſt propter te: circumit eſuriens propter te: de ipſius das bonis, vt tu commodum ſentias, & ne ſic quidem das? Et quibus lapidibus ſtupidior non fueris,

A ſi tot rebus te trahentibus, in diabolica iſta perſeueres crudelitate? Si enim non rependas mihi, ait, tanquam aliquid pro te paſſo; propter egeſtatem miſerearis; Si vero propter egeſtatem miſereri nolis, propter morbum tamen flectere, propter vincula emollire. Si verò nec iſta humanum te faciũt; propter petitionis facilitatem ſaltem annue. nihil enim petit pretioſi, ſed panem & tectum, verborumque conſolationem. Quòd ſi poſt hæc omnia immitis eſſe pergas, propter regnum ſaltem eſto benignior. Sed neque illius rationem habes? ad ipſam ſaltem naturam inflectere, nudum videns; atque illius recordare nuditatis, qua ego propter te nudatus fui in cruce. Si verò illud nolis, huius certè memineris, quam in pauperibus patior. Non dico, Tolle meam paupertatem; nec, Dona mihi diuitias: ſed panem peto & veſtem, & famis ſolatium exiguum. Etſi in carcerem incidero, non cogo te vt vincula ſoluas & excutias; ſed vnum duntaxat requiro, vt vinctum propter te videas, & magnam ſatis recepero gratiam. Poſſum enim etiam abſque iſtis te coronare; ſed debitor tuus eſſe volo, vt fru- B ctum aliquem & fiduciam tibi corona adferat. Propterea quoque, cum meipſum alere poſſim, mendicans tamen circumeo, & ſtans ad fores tuas manum extendo, à te petens nutriri. Atque hac in re mihi placeo, vt tunc in vniuerſi terrarũ orbis ſpectaculo te proclamem, cunctiſque audientibus, nutritorem meum oſtendam. Et vos quidem ſi à quopiam alamini, ob hoc erubeſcitis, & occulitis: Ego verò quoniam vehementer vos amo, vobis etiam tacentibus, multa cum laude publicè factum pronuncio: nec me dicere pudet, vos nudum me operuiſſe, eſurientem nutriuiſſe; ſed magis hiſce glorior, vt vos hæredes regni cæleſtis efficiamini. Hæc igitur cogitantes, chariſſimi, ſtrenuè in ſalutem noſtram incumbamus, vt æternis quoque bonis potiamur, in Chriſto Ieſu Domino noſtro; cui gloria in C ſæcula ſæculorum. AMEN.

De Peccato & Confeſſione.

HOMILIA XXIV.

PEregrinatúſne eſt aliquando ex vobis aliquis in Palæſtina? (Exord. in epiſt. ad Theſſal.) Ego verò exiſtimo. Quid ergo? Teſtimonium dicite vos, qui loca illa vidiſtis. Eſt ibi regio magna & fertilis. Imò verò fuit: iam autem non eſt. Ipſa igitur olim tam florida, & cum omnibus regionibus certans, & abundantia paradiſum Dei præcedens, cunctis ſolitudinibus magis eſt deſolata. Et arbores quidem etiamnum ſtant & fructum habent: ſed fructus iræ diuinæ quædam eſt monitio. D Stant quidem mala punica: & tum arbor tum fructus eleganti ſunt aſpectu: ignorantique magnas ſpes exhibent: Si verò in manus ſumantur, confracta, in ijs, quæ intus latent, fructum quidem nullum, puluerem verò multum oſtendunt. Eiuſmodi eſt vniuerſa terra illa. & ligna & lapides, aër quoque & aqua in partem venerunt talis calamitatis. Et videre quidem eſt terram, ſed nihil habentem terræ: Arbores & fructus, nihil tamen arborum & fructuum, ſed cinerem omnia: aërem & aquam; ſed veri aeris & aquæ nihil. Etenim & hæc in cinerem redacta ſunt poteſtate illius, qui ea fecit. Quemadmodum enim corpore aliquo incenſo, figura quidem & forma in aſpectu ignis remanet, virtus autem non item: eodem modo illa. Nunquid & hæc verborum ſunt comminationes? An moleſta ſunt iſta? Illa igitur moleſta non ſunt, ſi dicas, non eſſe gehennam? Tu quidem iſta dicere cogis, qui non credis: tu me ad hos deduxiſti ſermones. Si enim verbis Chriſti credidiſſes, non iam cogerer ex ipſis rebus petitam adducere ſcientiam.

Qui ve-

Qui verò propter vnum peccatum tantam effundit iram, & neque Abrahæ ſupplicibus placatur precibus, neque ipſius Lot; tot à commiſſis à nobis criminibus parcet? Reuera riſus iſta ſunt, & nugæ & error deceptioque diabolica. Quod ſi videre placet, etiam ex illis, qui Deo & credunt & auſcultant, vitam autem non rectam agunt, aliquos luere pœnas, audi Paulum dicentem: Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Si verò tantum fornicatio potuit, quid noſtra non facient delicta? Quòd ſi nullas fortè iam pœnas perſolueris, nihil mireris. Illa enim gehennam ignorabant, vnde pręſentibus caſtigabantur ſupplicijs: tu verò ſi quæ commiſeris, licet nulla hic pœna afficiaris, omnia illic lues. Etſi enim eadem quæ illi, peccata admiſerimus, maiori tamen ſumus, quam illi digni ſupplicio. Quare hoc? Quia abundantiorem conſecuti ſumus gratiam. Si verò & in pluribus & grauioribus, quam illi offendamus, quod non ſubibimus ſupplicium? Si enim peccantes & dicentes, impunitos nos manere, deteriores non fieremus, Deus ſaltem pœnam remitteret. Sed probè nouit, non minus damni nobis peccatorum noſtrorum impunitatem, quam ipſamet afferre peccata. Idcirco pœnam iniungit, non ſolùm, vt propter pręterita puniat, ſed etiam vt ad futura emendet. Atque hoc verum eſſe, audi quid Deus ad Moyſen loquatur: dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos. Dimitte me, inquit, non quod Moyſes eum retineret, nihil enim locutus fuit ad ipſum, nam in ſilentio coram eo ſtabat: ſed occaſionem ei prębere volens pro illis ſupplicandi. Idipſum nos quoque frequenter facimus; cum famulos animaduerſione digna committentes nec pœnis afficere, nec pœnarum metu volumus liberare, amicos monemus, vt è manibus noſtris eos eripiant, quò & timor in ipſis creſcens maneat, & plagas noſtras effugiant. Tale quid etiam in Iona factum videre licet. Factum eſt, inquit, Verbum Domini ad Ionam Prophetam dicens, Surge & vade in Niniuem ciuitatem grandem, & prædica in ea: Adhuc * tres dies, & Niniue ſubuertetur. Audiens autem Ionas deſcendit in Ioppen, vt fugeret in Tharſis à facie Domini. Quò fugis, ô homo! Dominum fugis, dic mihi? Parumper igitur expecta, & re ipſa diſces, quod nec famulantis maris effugere manus valeas. Vix enim hic nauim ingreſſus erat, & illud fluctus eleuauit, & in magnam altitudinem ſe erexit. Et quemadmodum proba aliqua famula, ſi fortè conſeruum aliquid de herilibus bonis furatum & fugientem deprehenderit, non prius deſiſtit, ſexcenta his, qui illum ſuſceperunt, faceſſere negotia, donec ipſo recepto abeat: eodem modo etiam mare conſeruo inuento & cognito, innumeras exhibet nautis moleſtias, conturbans, mugiens; non in carcerem rapiens, ſed vnà cum hominibus nauim ſubmergere comminans, niſi conſeruum ſibi reddant. Dum iſta fierent, miſerunt, inquit, vaſa in mare: nauis verò non leuabatur. Onus enim totum adhuc intus remanſit, corpus ſcilicet Prophetæ, graue pondus, non ob corporis naturam, ſed ob peccati grauitatem. Nihil enim tam graue & portatu difficile quàm peccatum & inobedientia. Et quemadmodum in iudicio, cum accuſatores adſunt, & teſtes adſtant, fiuntque probationes, non ante iudices ſententiam proferunt, quàm ipſe reus criminis ſui factus ſit accuſator: ita nimirum in his viris & Propheta videre licet. Miſerunt, inquit, ſortem: tradiditque poſtea ſors reum ſententiæ. Hi verò ne ſic quidem ipſum apprehenſum ſubmerſerunt; ſed tanto tumultu & perturbatione vrgente, & mari nullam quietem relinquente, imò etiam furente & clamore eos obruente, continuoſque excitante fluctus, ipſi tanquam multa quiete fruerentur: ita ſcilicet iudicio in naui conſtituto, & ſermonem cum eo communicarunt, & defenſione dignati ſunt, omniaque exacte perſequuti erunt, perinde ac ſi rationes cuipiam dare deberent, quomodo ſententiam tuliſſent: & neque mari reclamante, neque ſorte contra teſtificante, neque ipſo peccatum proprium confitente, ſuffragium dabant. Vnde igitur tanta fuit prouidentia? Ex Dei diſpenſatione. Deus enim iſta fieri permittebat; Prophetam benignum & manſuetum eſſe, & per hæc docens, & tantum non clamans ad eum, & dicens; imitare nautas, homines barbaros & rudes. Ipſi quidem ne vnam quidem deſpiciunt animam, neque vnum tuum corpus contemnunt: tu verò integram ciuitatem, tot continentem hominum myriades, quantum in te eſt, tradidiſti. Et illi quidem inuento eo, qui paratorum illis malorum cauſa extitit, neque ita ad ſententiam condemnatoriam prorumpunt: tu verò nullam habens contra Niniuitas cauſam, eos demerſiſti & perdidiſti. Sed vulgus hominum propriorum quidem delictorum patroni ſunt; alienorum verò accuſatores. Et multi frequenter dicunt, malo loco eſſe rerum noſtrarum & ciuitatis ſtatum; cauſamque ex imprudentia dominantium eſſe perhibent. Ego vero dico; non magiſtratus imprudentia, ſed noſtrum peccatum, illud omnia ſubuertit, illud omnes calamitates inuexit: nec aliunde rerum triſtium examina nobis ſuperfuſa ſunt. Siue igitur Abraham aliquis ſit, ſiue Moyſes, ſiue Dauid, ſiue Salomon ſapientiſſimus, ſiue omnium hominum vitioſiſſimus, ſi nos malè ſimus affecti, non alia tamen eſt malorum cauſa. Etenim nos ſecundum cor noſtrum accipere magiſtratus, nihil aliud eſt, quàm quia ante peccauimus, atque ideò eiuſmodi nacti ſumus præſidem. Quòd ſi etiam valdè iuſtus fuerit, & tam iuſtus, vt ad Moyſis vſque virtutem pertigerit, non tamen ſola illa ipſius iuſtitia, immenſa ſubditorum abſcondere poterit delicta. Imò verò ſi vultis, oſtendam vobis, quomodo etiam vnius ſæpè peccatum bonorum ſubditorum ſuperet libertatem. Ioſue filius Nun olim adortus eſt Iericho, & nouam illam moliens obſidionem, mœnibus iam ruituris, ad populum inquit: anathema eſt ciuitas hæc, & omnia quæ in ea ſunt, Domino Sabaoth: Cauete igitur vobis ab anathemate, ne fortè animo cogitetis, vt de eo aliquid accipiatis, & conterat vos Deus. Quid igitur poſt hæc? Conciderunt mœnia, & in obſidentium manus ciuitas vniuerſa deuenit. Omni igitur populo præceptum hoc obſeruante, vnius tranſgreſſio in vniuerſam multitudinem Dei exſuſcitauit iram. Peccarunt, inquit, filij Iſraël peccatum magnum! & tamen vnus erat qui peccauerat, Achan ſcilicet. Quomodo igitur peccauerunt filij Iſraël? Et iratus eſt, *inquit, Dominus filijs Iſraël. Miſit verò Ioſue viros ex Iericho in Hai. Et aſcenderunt quaſi tria millia virorum; & fugerunt à facie virorum Hai, & occiderunt ex eis triginta & ſex viros. Vide peccati vnius vltionem: vide plagam inconſolabilem. Vnus peccauit, & vniuerſum populum mors & anguſtia inuaſit. Quid igitur hoc? ô bonorum amator Domine! Tu ſolus iuſtus es, *& recta ſunt iudicia tua*: tu vnicuique ſecundum opera ſua iudicium tribuis: Tu, hominum amator, dixiſti in ſuo vnumquemque moriturum peccato, nec alium pro alio ſupplicia luiturum: Quæ igitur hæc iuſta tua ſententia? Bona ſunt omnia tua Domine, & valde bona, & ad vtilitatem noſtram diſponuntur, Quare autem pro alterius pœna alijs pœnam intuliſti? Lues quædam eſt, inquit, peccatum publicetur per pœnam omnibus, ne omnes corrumpat. Vides quomodo vnius peccatum vniuerſo populo ſupplicium comparauerit? Vide porro etiam ignominioſam & grauem mortem. Et duxit ipſum, inquit, Ioſue in vallem Achor, & filios ipſius, & filias ipſius, & vitulos ipſius, & iumenta ipſius, & oues ipſius & tabernaculum ipſius, & cuncta quæ ipſius erant; & lapidauerunt ea omnis Iſraël lapidibus.

Ex orat. Quod periculoſū ſit & dicẽtibus & audientibus ad gratiā cõcionari. 1.Cor.10

Exod. 32

Ion.1.&3 *ſecundum lxx. interp.

Pſalm.118

Ex interp. epiſto. 2 ad Cor.

A Ne igitur ſecuri ſimus, ſi iniuria affectus Deus æquo animo ferat: ſed ob hoc ipſum ſimus ſolliciti. Si enim apud homines, cum quis in dexteram maxillam percuſſus, etiam ſiniſtram præbet, magis vlciſcitur, quam ſi infinitas plagas dediſſet: & ſi is, cui maledicitur, non modo non viciſſim maledicat, ſed etiam benedicat, grauius percuſſerit, quam ſi innumeris probris & maledictis aliũ proſcidiſſet: multo magis apud Deum ſibi timere debent ij, qui aſſiduè peccant, nec quicquam mali patiuntur. Etenim in malum capitis ipſorum, immenſum illis aſſeruatur ſupplicium. Non enim malum eſt peccanti, quod caſtigetur; ſed ſi talis exiſtens non caſtigetur: Quemadmodum ægrotanti remedia non adhibeantur. Si enim exigua ſint & vilia noſtra rectè facta, magna verò peccatorum moles: deinde verò proſpero rerum ſucceſſu fruamur, nec quicquam patiamur mali; à bonorum etiam retributione vacui & nudi omnes diſcedemus, vt qui omnia hic receperimus. B Quemadmodum etiam, ſi magna multaque fuerint noſtra rectè facta, exigua verò & leuia peccata: deinde mali quid ſuſtinuerimus, & ipſa parua hic deponemus delicta, & puram perfectamque bonorum ibi accipiemus remunerationem.

Ex interp. epiſt. 2 ad Cor.

Ne igitur graue exiſtimemus quod peccantes caſtigemur, ſed ſi non caſtigemur. Si enim nec Deus nos puniret, ipſimet tamen à nobis pœnas ſumere deberemus, qui tam ingrati erga benefactorem extitimus. Dicam nouum quid & admirabile. Maior accedit illi conſolatio, qui poſtquam tam benignum Deum ad iram concitauit, caſtigatur. Qui enim in amiciſſimum iniurius extitit, tunc maximè recreatur, ſi à ſeipſo pœnas expetat, maloque afficiatur. Non videris eos, qui legitimos ſuos amiſerunt filios, quomodo ob idipſum plangant, & capillos vellant; quod non nonnihil ſolatij ea res habeat, ſi ſeipſos pro dilectis pœna C afficiant? Si ergo, cum nullo etiam amiciſſimos affecimus malo, ſolatium nobis adfert, mœrorem percipere, propter ea quæ illi paſſi ſunt; nónne multo magis nos recreabit, ſi ipſis ad iram à nobis concitatis & iniuria affectis, pœnas demus, & non vera punitione caſtigemur? Cuilibet manifeſtum eſt. Illis enim qui quantumlibet amat, minime moleſtum eſt, ideò mali quid pati, quod quem amát, irritauerint; ſed illud præ omnibus, dilectum irritaſſe. Ac ſi iſte iratus, non puniret, amplius amantem diſcruciaret; ſi verò pœnam expetat, magis conſolabitur. Si quis amet Chriſtum vt amare oportet, ne ipſo quidem condonante, impunitum ſe mouere patietur. Maximum enim ſuſtinet ſupplicium, qui ipſum ad iram prouocauit. Etenim nemo eſt, nemo inquam ſiue pater, ſiue mater, ſiue amicus, ſiue quiſquis tandem qui tantopere nos amauerit, ſicuti qui nos fecit, Deus. Quod ſi ægri- D tudines animi commemores & dolores, vitæque miſerias, cogita quantopere ipſum quotidie offendas, & vltra non miraberis, etiamſi his plura ſuperueniant mala: ſed ſi vel aliquo fruaris bono, tunc & mirare & obſtupeſce. Iam verò ingruentes quidem videmus calamitates, offenſiones autem, quibus indies offendimus, non videmus; ac proinde turpiter hallucinamur. Igitur, ſi vel vno die tantum diligenter noſtra reputaremus peccata, probè agnoſceremus, quot malorum rei eſſemus. Propterea autem præcipua irrepſerunt ſcelera, quoniam minoribus debita correctio non adhibetur.

Ex interp. ep. ad Gal.

Hinc præpoſteræ mutationes & varietates: hinc continuæ & immaturæ mortes, quoniam veluti iam ante cælum occupaſſemus, ita animis affecti ſumus: & veluti nunquam morituri, rapimus; & alienis inhiamus, quaſi nunquam rationem reddituri. Et neque Dei verbum, neque res ipſæ nos emendant: ſed fruſtrà ſunt omnia: nec quicquam noſtram penetrat duritiem. Nemo terrena deſpicit: nemo in cælum oculos tollit: ſed ſicut porci deorſum re- A ſpiciunt, ad ventrem inclinati, & in cœno ſeſe volutantes, ita plerique hominum pernicioſo cœno ſeipſos defœdantes, non ſentiunt. Melius enim eſſet immundiſſimo luto eos contaminari, quam peccatis. Qui enim ab illo defœdatur, breui tempore abluere, & ſimilis fieri poterit ei, qui nunquam in cœnum illud lapſus eſt: Qui verò in perditionis incidit barathrum, fœditatem accepit, quæ non aqua emundatur, ſed longo eget tempore, exactaque pœnitentia; lachrymis item & planctu, & abundantiori ardentiorique fletu, quam mortuis illis, qui nobis ſunt amiciſſimi, oſtendamus.

Ex interp. ep. ad He.

Quemadmodum enim nemini prodeſt, quod purpura Regis indutus, & armis cinctus ſit, nullum verò habeat ſubditum, ſed omnibus inſultare & iniuriam inferre volentibus ſit expoſitus: ita etiam Chriſtianum nihil iuuat, ſi fide quidem & baptiſmi dono ſit præditus, omnibus verò affectibus ludibrium ſit propoſitus: B Sed ſicuti ille non modo nihil ad honorem ſuum ex iſta veſte acquirit, ſed hanc etiam per proprium dedecus contumelia afficit; ſic fidelis quoque vitam viuens perditam, non modo nulla hinc reuerentia dignus, ſed etiam magis ridiculus erit. Ne igitur ignominia vitam noſtram afficiamus; ne vitam viuamus deriſione dignam: neque contaminemus corpus fornicatione. Quomodo enim in Eccleſiam ingredi poteris, poſtquam cum ſcortis es conuerſatus? quomodo manus illas ad cælum extendere, quibus meretricem comprehendiſti? Quomodo mouere linguam, & eo ore preces fundere, quo ſcortum deoſculatus es? Quibus oculis honeſtiores amicos ad hoc reſpicientes intueberis? Et quid dico de amicis? etiamſi enim nemo huius rei conſcius exiſtat, tu tamen præ omnibus teipſum erubeſcere & uereri cogeris & proprium corpus plus omnibus execrari. Niſi enim hoc ita C ſit, cuius cauſa poſt peccatum illud ad balneum curris? Nónne quia teipſum quouis cœno immundiorem arbitraris? Quam igitur Deum ſententiam laturum exiſtimas, quando tu præuaricatus eiuſmodi de factis tuis opinionem habes? Si quidem igitur corporale quid ſordes illæ eſſent, merito balnearum expurgationibus teipſum abſtergeres: quoniam vero animam defœdans immundam totam reddidiſti, eiuſmodi iam quæras purgationem, quæ illius extergere maculam poſſit. Quod niſi faciamus, licet omnes fluuiorũ percurramus fontes, nec exiguam tamen peccati ſubducere partem valebimus. Si in ciſtam aliquam, vbi veſtimenta herilia repoſita eſſent famulus quis veſtem ſeruilem, & ſordibus multiſque pediculis plenam ſimul repoſuiſſet, nunquid, dic mihi, ignominiam illam leniter tuliſſes?

Ex ora. in Dauidē & Saulē.

Quid vero, ſi quis in aureum vas, quod aſſiduè vnguenta continere ſolet, ſtercus & ſordes infudiſſet, nónne etiam vulnera ei infligeres, qui hoc D peccatum commiſiſſet? Ergóne ciſtarum quidem & vaſorum veſtiumque tanta nobis eſt cura, animam vero noſtram omnibus iſtis viliorem æſtimabimus? Et vbi vnguentum illud ſpirituale infuſum eſt, diabolicas pompas, & auditiones ſcortorum commercio plenas inijciemus? Et quomodo, rogo, Deus iſta feret? Cum enim ibi per ſpectaculum abductus fueris, ac caſtimoniæ omnis inimicus factus, rediens vxorem videris, triſtiori omnino vultu eam aſpicies, qualis nam ſit. A laſciuo enim captus ſpectaculo, caſtam quidem & honeſtam, totiuſque vitæ conſortem ſpernis, contumelia afficis, innumeris probris oneras: ad ſceleſtam vero & impuram illam hiante ore reſpicis libidinẽ, à qua vulnus accepiſti, & ſonitum vocis inſidentem habens, animæque inſonãtem: & habitũ, & aſpectum, & motus, & omnia fornicationis ſimulachra, nihil eorum, quæ in domo ſunt, cum voluptate aſpicis. Quemadmodum enim qui capitis grauedine & temulentia tenentur, temerè huc illuc circumferuntur, & in foſſas ac præcipitia, etiamſi quiduis ſubſtratum ſit, incautè

inci-

incidunt; ſic etiam qui ad peccatum prorumpunt, & veluti graui quadam ebrietate peccati, deſiderio tenentur, quid faciant, neſciunt. nihil aut præſentium aut futurorum præuident. Eiuſmodi enim res eſt peccatum: poſtquam factum atque omnino abſolutum eſt, tunc dolores excitat animæ, quæ ipſum peperit, modo legibus noſtræ natiuitatis contrario Etenim nos, ſimul ac nati ſumus, dolores ſoluimus: illud verò quamprimum eſt natum, mentem quæ ipſum peperit, doloribus diſrumpunt. Quãdo enim peccatum committimus, à voluptate ebrij, non ita ſentimus: cum vero iam factum eſt, finemque accepit, tum vero maximè voluptate omni extincta, acerbius pœnitudinis ſubintrat ſtimulus: & dum peccatum fit, & antequam fiat, atque etiam poſtquam factum eſt, vehemens aſtat conſcientia noſtra teſtis. Eiuſmodi ſunt peccantium mores, omnia ſuſpecta habẽt, vmbras timent, omnem ſtrepitum metuunt, & quemlibet ſe audire putant: multos enim non raro vidi ad aliud currentes miniſterium, dum me ad ipſos accedere exiſtimarent. Alijs etiam alia inter ſe colloquentibus, ij qui peccati ſibi conſcij ſunt, de ſe loqui illos putant. Tale enim quid eſt peccatum: nemine arguente prodit, nemine accuſante, condemnat, & formidoloſum timidumque reddit eum, qui deliquit. Sicut econta facit. Iuſtitia. Audi & peccatoris timiditatem & confidentiam Iuſti. *Fugit*, inquit, *impius*, *nemine perſequente*. Quomodo nemine perſequente fugit? Intus habet, qui ipſum exagitat accuſatorem, conſcientiam ſcilicet: atque hunc vbique circumfert: Et ſicuti fugere ſeipſum nequit, ita nec illum, qui intus eum exagitat. Verum non ita iuſtus: Sed quomodo? *Iuſtus vt leo confidit*. Talis erat Helias. Vidit is Regem ad ſe venientem: & dicente illo, *Quare peruertis Iſrael? Non ego*, inquit, *peruerto, ſed tu, & domus patris tui*. Reuera Iuſtus vt leo confidit. Quẽadmodum enim leo contra vilem aliquem catellum, ſic iſte contra Regem inſurrexit. Et quidem purpuram ille habebat: ſed habebat hic meloten purpura illa honorabiliorem. Illa enim purpura grauem illam famem peperit: iſta vero melote calamitates ſuſtulit; hæc Iordanem diuiſit, hæc Eliſæum duplicem fecit Heliam. Quod igitur immundos ſeipſos exiſtiment, qui in fornicatione voluntantur, admodum laudo & amplector: quod vero non ad conuenientem purgationis modum veniant, ob hoc eos accuſo, & reprehendo. Optimum igitur eſt, abominandi iſtius ſceleris nec experientiam quidem ſenſiſſe. Si autem forte quis lapſus fuerit, talia prius adhibeat medicamenta. (pollicitus, non vltra ſe in illud velle incidere) quæ peccati abſtergere naturam valeant. Igitur, ſi delinquentes iam commiſſa quidem damnemus, rurſus vero ad eadem animum adijciamus, nihil expiationes nobis proderunt. Qui enim abluitur, & in eodem iterum cœno ſeſe volutat: qui item deſtruit, quod extruxit, & rurſus extruit vt deſtruat, nihil plus lucratur, quam inutiles labores & ærumnas. Si enim indies delinquamus, noſtramque feriamus animam, nec vnquam ſentiamus, ſicuti qui continua vulnera accipiunt, deinde contemnunt, febres & mortes ſibijpſis accerſunt, ita ſanè nos ex continuo iſto ſtupore ineuitabile nobis ſupplicium conciliamus. Nihil enim ita hominem perdit, quam Dei timorem reliquiſſe: Sicuti nihil ita cõſeruabit, quam iugiter illuc reſpicere. Si enim hominem coram videntes, ſæpè tardiores ad peccata ſimus, & æquiores famulos reuerentes, nihil abſurdi facimus, cogita quanta fruemur ſecuritate, ſi Deum ante oculos habeamus. Optimum igitur eſt, nihil omnino delinquere, proximum vero, vt, qui delinquunt, animaduertant & corrigantur. Si vero etiam hoc nobis deſit, quomodo Deum rogabimus peccatorum remiſſionem, qui nullam iſtorum rationem habemus: Si enim tu, cum præuaricatus es,

Ex Euig. S. Ioan.

Ex hom. in Stat.

Prou. 28.

Ibid.

3. Re. 18.

A
hoc ipſum agnoſcere nolis, quod peccaueris, p
quibuſnam peccatis Deum orabis? An pro his, q
ignoras? Et quomodo beneficij cognoſces magn
tudinem? Graue quidem malum eſt, turpia fac
re, facientem autem erubeſcere, dimidia expar
malum. At ſi quis etiam in hoc glorietur, id extr
mæ eſt dementiæ. Qui enim, poſtquam deliqu
peccatum ſuum damnat, aliquo tempore ſe rec
perare poterit: qui vero laudibus improbitate
proſequitur, ille ſeipſum pœnitentiæ remedio p
uauit. Quemadmodum igitur non ſolum qui ma
agunt, ſed etiam qui hoſce laudant, eandem cu
illis, aut etiam grauiorem, pœnam habent: ita e
qui bonos collaudant & admirantur, particip
ſunt earum, quæ illis repoſitæ ſunt, coronarum. N
igitur quia peccans non doles, peccatum conte
nas, ſed ob hoc ipſum potius ingemiſce, quod pe
catorum dolorem non ſentias. Non enim hoc i
de fit, quod peccatum non remordeat, ſed qu
ſtupida peccans anima & ſenſus expers facta ſ
Quod ſi ob aliena delicta non doleas, reprehẽſio
dignus eſt, qua venia ille dignus erit, qui etiam
B
propria nullo dolore tangitur? Si Paulus propriu
negligit commodum, vt aliorum inueniat: quan
non digni fuerimus ſupplicio, ſi ne à propria qu
dem recedere velimus pernicie? Maius hoc e
quod aliorum vtilitas inueniatur, & vt libenter n
biſcum alios quoque ſaluos faciamus. Propter h
alæ ſunt paſſeribus, vt laqueum fugiant: propt
hoc data eſt omnibus ratio, vt peccata euitent. Se
ignorare te dicis peccata. At quomodo id ratio
conſentaneum eſt. Si enim in alienis peccatis & l
ges ſcribis, & pœnas decernis, & ſedulus es iude
qualem habere poteris excuſationem, ſi in quib
ipſe delinquis, te facienda ignorare dicas? Adult
rium commiſiſti tu, & ſimiliter ille: Quare igitur i
lum quidem caſtigas, te vero venia dignaris?
enim malum eſſe adulterium ſciebas, nec aliu
C
quidem pœnis afficere oportebat: ſi vero aliu
quidem punias, te vero exiſtimas pœnam effuge
debere, quomodo rationi conſentaneum fuer
pro ijſdem peccatis non eaſdem etiam pœnas d
re? Quod enim in alium fers iudicium, inquit, e
dem te iudicabit Deus. Et audi Paulum dicente
Exiſtimas hoc, ô homo, qui iudicas malè agentes, & facis e
quia tu effugies iudicium Dei? Iudicium tuum non e
fugiſti, & iudicium Dei effugies? Et quomodo h
rationi congruum fuerit? Non enim eſt idem, a
quem peccare tantum, & alium peccaſſe ſimul
puniuiſſe, ac in eadem rurſus incidiſſe. Si enim
illum caſtigas, qui minora commiſit crimina; lic
teipſum pudefacere debeas: quomodo te, qui ma
ra admiſiſti, atque à propria mente damnatus e
non grauius accuſabit & condemnabit Deus, q
non habet, vnde pudefacere ſeipſum poſſit? Quo
D
ſi dicas, ſcire quidem te, quod pœna ſis dignus, i
terim propter Dei manſuetudinem nihil pendas,
quod non ſtatim in te animaduertatur, confidas: t
mere potius & tremere te ob hoc oporteret. Quo
enim nondum pœnas dederis, id non tibi accid
vt nullas des pœnas, ſed vt grauiores luas, ſi ſi
emendatione perſeueres. Et quidem ſi vehemen
ter quis peccauerit, fecerit autem hoc occultè, n
cuiquam offenſioni fuerit, leuioribus mulctabit
pœnis quam ille, qui imparia admiſit, ſed palam
cum multorum offenſione. Vilis enim homo
abiectus, licet ſupplantatus fuerit & ceciderit, no
tantum communitati adfert damnum: Qui vero i
faſtigio virtutis, tamquam in ſublimi loco, magn
cum ſplendore conſiſtit, cunctiſque notus ac m
nifeſtus, atque apud omnes in admiratione eſt,
malis tentatus ceciderit, ingentem ruinam & iact
ram facit: non tantum quia è ſublimi lapſus eſt, ſ
etiam quia multos in ſe reſpicientes ſegniores re
didit. Et quemadmodum in corpore, alio quide
membro vitiato, non tantum oritur damnu

oculis vero excæcatis aut capite læſo, vniuerſum A
corpus ſit inutile, eodem quoq; modo de ijs, qui
multa præclare & cum laude geſſerunt, dicēdum:
ſi obſcurati fuerint, ſi maculam aliquam incurre-
rint generale & intolerabile reliquo corpori ad-
ferre nocumentum. Ne igitur iudicis time inſidias,
Ex orat. ſed peccati vim exhoreſce. Homo te non lædit, ſi
Quod ex tu teipſum non læſeris. Ac ſi à peccato immunis
tra eccle- ſis, licet infiniti impendeant gladij, Deus tamen te
ſiã iguen eripiet. Sin peccati tibi ſis conſcius, licet in paradi-
tus à mo ſo fueris, expelleris. In paradiſo erat Adamus, &
rum pro. eiectus eſt: in ſterquilinio erat Iob, & coronatus
abſtractus fuit. Quid illi profuit paradiſus? quid huic damni
ſit. attulit ſterquilinium? Illi nemo inſidias ſtruxit &
ſupplantatus eſt; huic diabolus inſidiabatur, & co-
ronatus eſt. Nonne pecunias ei abſtulit? attamē ip-
ſius in Deum pietatem non diripuit. Nonne cor-
pus ipſius dirupit; ſed theſaurum tamen non inue-
nit. Hanc mihi, obſecro, legem obſeruate, & genua
veſtra amplectar, ſi non manu, attamen animo, la- B
chrymaſque effundam. Hanc mihi legem ob-
ſeruate, & nemo vnquam vobis officere poterit.
Vidiſti Prophetam illum, Dauidem dico, pugnan-
tem, cadentem, ſurgentem & vincentem? Vidiſtis
peccatum incumbens, & per pœnitentiã iugulatũ?
Videte ipſum etiam poſt acceptam Spiritus gratiã,
poſt libertatem apud Deum, poſt bonorum operũ
copiam, poſt tanta denique trophæa, proclaman-
Pſalm 50 tem & dicentem: *Miſerere mei Deus, ſecundum magnã
miſericordiam tuam. Dixiſti, Magnam; dic porro, quã-
ta? Quod magna, ſit, noui: metiri vero aut conpre-
hendere nequeo: Super pelagus clementiæ Domi-
ni meipſum expandi. Et quid ais quæſo? Audiuiſti
2.Reg.12 Prophetam dicentem: *Dominus quoque transtulit pecca-
tum tuum: quid vltra quæris? Non hoc ſolum, quæro,
ait, ſed pulchritudinē meam quæro, libertatē meã
quæro: Amplius laua me ab iniquitate mea. Vides- C
ne quid quærat? Et adhuc maiorem quærit ſplēdo-
rem, maioremq; puritatem. Et quidnam præſtas, ô
Dauid, quia iſta petis? Quid præſtem? Quoniam ini-
quitatem meam ego cognoſco. hoc præſtas? & quis
eſt homo, qui iniquitatē ſuam non cognoſcat? Imo
inquit, quot ſunt qui peccant, audacter libereque
agunt? quot ſunt qui proximos ſuos opprimunt, &
non lugent? Ego vero iniquitatem meam cognoſ-
co, & peccatum meum contra me eſt ſemper. O
generoſam animã! obliuioni peccati memoriã non
tradit, ſed ipſum iã remiſſum in conſcientia ſua, ve-
luti in effigie quadã pinxit. Et vide, quid accidit. Si
tu illius memineris, Deus eiuſdem non meminit: Si
vero tu oblitus fueris, Deus reminiſcitur. Mali quid
egiſti? memineris tu vt Dominus tuus obliuiſcatur.
Feciſti aliquid boni? obliuiſcere, vt Dominus tuus
illud cōmemoret. Nō enim tu tua rectè facta ſic re-
cēſes, ſicut ille. Et quomodo, audi. Si pauperi dede-
ris, interrogatus reſpōdes, vidi pauperē eſurientē, D
& nutriui ipſum: non vero ita Dominus tuus, ſed
quomodo? Eſurientem me vidiſtis & nutriuiſtis.
Poſtquã igitur peccaueris, ne expectes donec alius
te accuſet, ſed priuſquam accuſatus fueris, tu tua
facta condemna: Nam ſi alius poſtea te arguerit, nō
iam tuæ confeſſionis, ſed illius reprehenſionis bo-
num opus eſt, ipſa emendatio. Non enim hoc eſt
confiteri, cum quis, poſtquam reprehenſus eſt, ſeip-
ſum accuſat, ſed ſi ſeipſum primo accuſet, neque
Ex orat. aliorum expectet reprehenſiones. Etenim Petrus
cōtra Iud poſt grauem illam negationem, poſtquam peccatũ
ſibiipſi in memoriam reuocaſſet, nulloq; accuſante
& delictum percenſuiſſet & amarè fleuiſſet, ita ne-
gationem illam abſterſit, vt & primus inter Apo-
ſtolos factus ſit, & vniuerſum terrarum orbem ſuæ
curæ commiſſum habuerit. Si porro Sacerdos pec-
cata in Deum perpetrata ſoluendi poteſtatem ac-
cepit, multo magis quæ in hominem fiunt, auferre
& obliterare poterit. Princeps etiam hic eſt & prin-
ceps Rege honorabilior. Etenim, ipſum Regiũ ca-

A put ſacræ leges Sacerdotis manibus ſubiecerunt: &
ſi forte boni aliquid deſuper fieri neceſſe ſit, Rex
ad Sacerdotem, non Sacerdos ad Regem cōfugere
ſolet. Idcirco non angelos ex cælo Deus deducens
humano generi magiſtros fecit, ne ob ſuæ naturæ
excellentiam, & humanæ imbecillitatis ignoratio-
nem nimis immodicas in nos facerent objurgatio-
nes: ſed homines mortales dedit magiſtros & Sa-
cerdotes, homines inquam infirmitate circũdatos,
vt, dũ ijſdem & docens & diſcentes obnoxij eſſent,
hoc ipſum dicentis linguæ velut frænum quoddã
eſſet, quod reprehenſiones vltra modum facere
non fineret. Quam vero ob cauſam hæc dixi? Vt
ne dicatis, Quia tu mundus es à delictis & liber à re-
prehenſionis dolore, magna cum inſolentia gra-
uiorem nobis infers ſectionem. Ego enim primus
ſectionem percipio, quoniam ijſdem criminibus
obnoxius ſum. Omnes enim pœna digni ſumus,
nec quiſquã cor mundum ſe habere gloriabitur.
B Non igitur in alienis philoſophans malis, nec ex
inhumanitate quadam, ſed ex magna ſolicitudine
vos reprehendo. In illis quidem, qui corporibus
medentur, ita ſe res habet, vt qui ſectionē infert,
nullum illius ſenſum percipiat: qui vero ſecatur,
ille ſolus eſt qui doloribus dirumpitur: In his vero
qui animas curant, non ita eſt (ex meipſo, niſi fal-
lor, alios æſtimo) ſed prior ille dolorem percipit,
qui dicit, cum cæteros reprehendit. Non enim ita
dolemus cum ab alijs reprehendimur, quàm cum
alios ob peccata quibus ipſimet obnoxij ſumus,
reprehendimus. Vultis ne intelligere quantũ offi-
cium ſit, ſuorũ reminiſci peccatorũ? Cum pecunias
expendimus, continuo poſtquam e lecto ſurrexi-
mus, antequã in forum nos cōferamus, aut vllum
ſiue priuatum ſiue publicum aggrediamur nego-
tium, famulo accerſito, rationes exigimus expēſa-
C rum, vt videamus, quidnam male, quid vero rectè
ſit expenſum, & quantum ſuperſit. Ac ſi parũ ſu-
pereſſe aduertamus, omnibus modis lucri occaſio-
nes cōminiſcimur, ne incauti fame pereamus. Hoc
igitur in noſtris quoq; agamus negotijs: aduocata
cōſcientia noſtra rationē ei conficiamus, verborũ,
actionum, & cogitationum: examinemus, quid vti-
liter, quid vero cũ noſtro damno inſumptum ſit:
quod verbũ male expēſum, in cōuitia, in turpilo-
quia, in cōtumelias: quæ cogitatio oculum in laſci-
uiam cōmouerit; quis ſermo cum noſtra pernicie
in opus deductus ſit ſiue per manus, ſiue per lin-
guam, ſiue per ipſos oculos: & operam demus, vt ab
intempeſtiuo illo impendio deſiſtamus: pro ijs vero
quæ ſemel male expenſa ſunt, aliud reponamus
lucrum: pro verbis ſcilicet temerè prolatis preces,
pro laſciuis obtutibus eleemoſynas, ieiunia. Si ve-
ro ineptè ſumptus facere, & nihil reponere veli-
mus, neq; bonum in theſauro nobis recondere, ad
D extremam redacti paupertatē, imprudētes in æter-
num ignis ſupplicium nos tranſmittemus. Quãto
igitur melius eſt, temporariam compunctionem &
luctum cum ſempiternis bonis, & voluptate finem
non habente, commutare, quam breui hac & tem-
porali vita riſu tranſacta, illud perpetuo puniendũ
abire? Si enim Paulus, (qui tantus & talis erat, ve- 2.Cor.12
luti alatus vniuerſum orbem terrarum percurrit,
& neceſſitatibus corporalibus ſuperior factus, atq;
arcana illa verba audire dignus habitus eſt, quæ
hucuſque nemo audiuit) ſcribens dixit, *caſtigo cor-* 1.Cor.9.
*pus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte, cum alijs prædica-
uerim, ipſe reprobus efficiar,* quid nos dicturi ſumus, qui
peccatorum ſarcinis grauamur, & magnam præte-
rea ſocordiam oſtendimus? Numquid enim indu-
cias habet hoc bellum? Semper ſobrium eſſe & vi-
gilare, nec vmquam ſecurum eſſe oportet, quo-
niam nec tempus inſidiarum noſtri aduerſarij cer-
tum ac definitum eſt.

De ſu-

De futuro Iudicio,

Homilia XXV.

Ex hom. Quodpœna ſit ſempiterna.

MVlti homines ex ijs, qui apud nos ſunt, carni affixi, & præſentibus rebus ſeruientes, nihil eſſe futura exiſtimant, & Dei clementiam prætendentes, nullam eſſe pœnam aut ſupplicium dicunt. Si igitur Deus eſt clemens, vt ſane eſt, omnino etiã iuſtus erit. Si vero iuſtus, quomodo iuſtum non fuerit, eum qui innumeris iam inde ab initio affectus eſt beneficijs, deinde animaduerſione digna admiſit, & neque minis, neque beneficentia factus eſt melior, puniri? Si enim Iuſtitiam exquiras, ab initio potius & continuo ſecundum Iuſtitiæ rationem nos oportebat. Etenim benignitatem adhuc aliquam haberet, ſi hoc quoque paſſi eſſemus, quod factum non fuit. Si enim quis innocentem iniuria afficiat, ſecundum Iuſtitiæ rationem, omnino dat pœnas: ſi vero quis benefactorem, qui nullum beneficium accepit, innumera vero præſtitit, & ſolus cauſſa, vt eſſemus, extitit, non iniuria tantum afficiat, ſed indies etiam ſuis factis contriſtet, qua venia talis dignus erit? Quomodo, dic mihi, non metuis, tam temeraria loqui, dum inquis? Benignus eſt Deus & non punit? At ſi puniuerit, non iam benignus erga

Ex hom, Quod omnes ante tribunal Christi ſtabimus

te inuenietur. Quare enim dic mihi, puniri non vis, cum delinquis? Nónne omnia tibi prædixit? Nónne comminatus eſt? nónne tibi ſuccurrit? nónne innumerabilia pro ſalute tua præſtitit? Si igitur improbi non puniuntur, alius forte iterum dicet, nec probos coronari: & vbi clementia & iuſtum Dei iudicium? Nolite igitur voſipſos, ó homines, decipere, diabolo obſequentes. Illius enim cogitationes iſtæ ſunt. Si enim iudices & domini ac magiſtri bonos quidem remunerantur, malos vero pœnis afficiunt, quomodo rationi conſentaneum fuerit apud Deum contraria fieri, atque ijſdem probos ac improbos dignos cenſeri? Quando vero etiam mali ab improbitate diſcedent? Cum enim pœnam expectantes, à ſcelere non deſiſtant, ſi iſto quoque liberentur timore, ac non ſolum in gehennam non abijciantur, ſed regnum quoque obtineant, vbi improbè & nequiter agentes ſtabunt? Audiui nonnullos, peccandi cupidos, dicentes, quod ad hominum timorem Deus gehennam comminatus ſit. abſit enim, aiunt, vt qui miſericors eſt, pœnis aliquem afficiat, maximè ex ijs, qui eum agnoſcunt. Dicite ergo mihi, qui Deum mendacem facitis, quis

Gen. 7.

vniuerſum terrarum orbem temporibus Noë vndis obruit, & immane illud naufragium molitus eſt, totiuſque generis noſtri internecionem effecit?

Gen 19.

Quis fulmina illa & igneos turbines terræ immiſit

Exod. 14

Sodomorum? Quis vniuerſam Ægyptum ſubmerſit? Quis ſexcenta illa millia in deſerto conſumpſit? Quis congregationem Abiron exuſſit? Quis

Num. 16.

terræ mandauit, vt os aperiret, & Core ac Datham deglutiret? Quis ſeptuaginta millia vno quaſi temporis momento tempore Dauidis proſtrauit? Quis centum illa octuaginta quinque millia in vna no-

2. Reg. 24

cte, vt eſt in prophetia Eſaiæ, interfecit? Quotidia-

Eſai. 37.

nas vero calamitates quot peccantes feramus, non vides? Quomodo igitur rationi conſentaneum fuerit, hos quidem puniri, hos vero non puniri? Si enim Deus iniuſtus non ſit, vt reuera iniuſtus non eſt, omnino etiam tu pœnas dabis, qui peccas: Si vero Deus non punit, quia clemens eſt, ergo nec iſtos pœnis affici oportebat. Iam vero propter hæc verba veſtra, multos etiam in hac vita Deus punit, vt ſi verbis comminationis non credatis, ſaltem re ipſa illato ſupplicio fidem adhiberetis. Nunquid contradicentibus perſuademus; ſermonem de gehenna non eſſe fabulam? Tam enim eſt verus, vt non ſolum nos, ſed etiam poëtæ & philoſophi & oratores de futura remuneratione diſſeruerint, &

A in inferno improbos pœnis affici dixerint. Quan
uis enim hæc ita, vt reuera ſunt, dicere non potu
rint, ſolis quippe cogitationibus & ijs quæ ap
vos audiuerunt, commoti, coniecturam tamen a
quam iudicij acceperunt. Cocytos enim quoſda
commemorant, & Pyriphlegethontas fluuios,
Stygis aquas, ac Tartarum, tantum à terra diſta
tes, quantum hæc à cælo, multoſque ſupplicij m
dos: Ac rurſus Elyſium campum, & beatorum in
las & florida prata, & magnam odoris ſuauitate
leniterque ſpirantem auram: choros etiam ibi exc
centes quoſdam, & candida amictos veſte, aliqu
item cantantes hymnos: Et in vniuerſum, tum pr
bis tum improbis repoſitam eſſe poſt diſceſſum
hac vita, retributionem. Ne igitur gehennæ fide
abrogemus, ne in eam illabamur. Qui enim nõ c
dit, ſegnior fit: qui vero ſegnis eſt, prorſus in ipſ
abibit: Sed & indubitanter credamus, & aſſidue
ea colloquamur: & non facilè delinquemus. Ei
modi enim ſermonũ memoria, veluti acerba qu
dam medicina omne vitium abſtergere valebit,
continuè animæ noſtræ inſederit. Si crudelis ſi
B inmiſericors, recordare virginum illarum, quæ l
padibus ipſarum, eo quod oleum non haberet, e
tinctis, ſponſi thalamo excluſæ ſunt, & ſtatim ben
gnus eſſe incipies. Si rapere volueris, audi iudice
dicentem: *Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum*
tenebras exteriores: & iſtam cupiditatem expelles.
te inebriare cupias, audi diuitem dicentem, mit
Lazarum, vt extremo digito torridam meam ref
geret linguam, petitionem tamen nõn impetran
& ſtatim ab hoc affectu ceſſabis. Si ignem improb
libidinis ſentias, cogita illum ſupplicij ignẽ, & e
tinctus iſte recedet. Conſidera vero, etiamſi ign
non eſſet, quanta ſit pœna, à Deo repelli & ignom
nioſum abſcedere. Credite, malum hoc verbis e
plicare non poteſt. Si enim illi, qui lumen ſolis n
vident, vitam non tolerant quauis morte acerbi
C rem, quid illo nos lumine priuatos, pati credẽdun
Quare vero etiam viuimus & ſpiramus & ſumus
aſpectu illo non potituri ſimus, ſi tunc Dominu
noſtrum videre nemo ſit nobis conceſſurus? Si
illis, qui ingenuè educati ſunt, in carcere quis co
iectus, ſolum fœtorem, & in tenebris iacere, ac cu
homicidis vinctum eſſe, quauis morte acerbius p
tat: cogita, quid futurum ſit, ſi cum totius orbis te
rarum homicidis illic comburamur, nec vident
nec alijs apparentes, ſed in tanta multitudine n
ſolos eſſe exiſtimantes. Nam tenebræ & obſcuri
ne proximos quidem nos cognoſcere permittu
ſed ita quilibet affectus erit, ac ſi ſolus ipſe hoc
ſtineret. Quamuis enim ignis dicatur, tenebro
tamen eſt, & lucem non habens. Atque hoc
quod maximè nos turbat & infeſtat, quod & veh
menter exurens non extinguatur, & lucem nul
D habeat. Quod ſi ſolæ tenebræ per ſe tantoperè an
mas noſtras vexant & conturbant, quid igitur er
ſi cum tenebris & tanti ſint dolores, & incendi
Nec enim cum gehenna ignis appellatur, ſimile
huic ignem putes. Hic enim ſi quid arripuerit, c
burit & ceſſat: ille vero ſemel apprehenſos perp
tuo vrit, & nunquam quieſcit. Atque idcirco etia
inextinctus vocatur. Perpetuitate enim indue
vult peccatores, non ad illorum honorem, ſed
perpetuam illius ſupplicij habeat occaſionem. S
hæc quidem in gehenna, & his longè acerbiora. I
ſa vero bonorum amiſſo tantum habet doloris, t
tam tribulationem & anxietatem, vt etiamſi nul
ſupplicium hic delinquentibus repoſitum eſſet, i
ſa per ſe, acerbius quam gehennæ tormenta, an
mas noſtras diſcruciare & conturbare ſufficer
Quod ſi vero in carcerem ingredientes, & hos q
dem ſqualidos, illos vero catenis conſtrictos fe
reis, alios autem in tenebris concluſos cernent
frangimur, horremus, omnia facimus, vt ne in h
uſmodi miſeriam & tribulationem incidamus:

A ipſimet ad gehennæ cruciatus ligati abducamur, qualéſnam futuri, aut quid facturi ſumus? Nõ enim ex ferro ſunt vincula illa, ſed ex igne, qui nunquã extinguitur: Nec ex æqualibus aliqui, qui nobis adſtant, quos frequenter etiam mitigare licet, ſed angeli mali, qui nulla commiſeratione tanguntur: quos propter iniurias Domino à nobis illatas iraſcentes obtueri nemo poterit. Non licebit, ſicuti hic, videre, hos quidem pecuniam, illos autem victum, alios conſolatorios adferre ſermones, & ſolatium accipere, ſed omnia ibi ſine venia erunt, ſiue Noë fuerit, ſiue Iob, ſiue Daniel, & ſuos pœnis affici viderint, aſſiſtere & manum porrigere non audent. Etenim naturæ ibi cognationem tolli contingit.

Ex interp Euang. S. Ioan.

Quoniam enim iuſti malorum filiorum reperiũtur parentes, & parentum improborum filij boni, ſynceram illis dilectionem eſſe oportet, & non cognationis naturalis neceſſitate fractos hos bonis illis frui, atque hanc extingui, dico eoſque cum Domino contra propria viſcera iraſci. B Nemo igitur bona ſperet, niſi boni quid egerit, etiamſi innumeros è maioribus ſuis habeat iuſtos. Si enim conceſſum nobis tempus in id, quod opus eſt, non impenderimus, omnes illuc abibimus, intempeſtiui ſumptus extremas pœnas daturi. Si enim qui pecuniam ad mercaturam faciendam mutuam accepit, deinde vero abliguriuit, creditore poſtulabitur & pœnas luet, quanto magis ille, qui fruſtra hanc vitam conſumpſerit? Et quemadmodum nos à famulis noſtris non ſolum expenſarum, ſed etiam acceptarum pecuniarum rationem poſcimus, vnde, & quantum, & à quibus & quomodo pecunias receperint: ita nimirum Deus, & ſumptuum & cenſuum rationes tam à diuite quam à paupere exiget. A diuite quidem, vtrum ex iuſtis prouentibus, an ex rapina & auaritia diuitias collegerit: vtrum in ſcorta an pauperes pecunias inſumpſerit: vtrum in victum & luxuriam & ebrietatem, an vero in oppreſſorum auxilium. C A paupere, An fortiter & grato animo, an vero iniquè paupertatem tulerit: an non indignatus fuerit, an non diuinam prouidentiam accuſauerit, cum ſeipſum in egeſtate, alium vero in delicijs viuentem, nec diuitijs indigentem videret. Nec vero diuites & pauperes ſolum, ſed & principes & iudices ſtrictè examinabuntur: an iuſtitiã peruerterint, an ad gratiam aut odium lites agentibus ſentẽtiam dixerint, an adulatione adducti contra fas iudicium tulerint. Quãto enim maiorem ad magiſtratus amplitudinem vnuſquiſque conſcẽdit, tanto exactior ab eo exigetur ratio. Et abſurdæ quidem huius vitæ voluptates nihil ab vmbris & ſomnijs differũt. Antequam enim peccatum conſummatũ ſit, voluptas extinguitur: quæ vero pro his imminent pœnas finem non habent. Et quidem quod delectat, momẽtaneum eſt: quod vero cruciat, æternum.

Ex hom. in illud Simile factum eſt regnum cælorum homini patri fam.

Ex euan. S. Ioan.

Hac porro D de cauſa, Deus aſſiduè nobis de gehenna loquitur, vberem ex illis minis atque timore fructum percipiamus. Si enim in ipſum peccatores abijcere volẽs huius minas non prædixiſſet, multi forſitan in illã decidiſſent. Si enim etiamnum timore animas noſtras concutiente, nonnulli ſunt, qui ita facilè peccant, ac ſi ea non eſſet, ſi horum nihil dictum eſſet, nec intentatæ minæ, quod malum non perpetraſſemus? Non igitur hoc crudelitatis, ſed miſericordiæ potius & clementiæ opus eſt. Etenim ſi ſubuerſionẽ illam apud Ionam, Deus cõminatus non eſſet, ſubuerſio impedita non fuiſſet. Si non dixiſſet, Niniue ſubuerteretur, non ſtetiſſet Niniue. Et ſi minis gehẽnæ non eſſemus territi, omnes fortè in gehennam præcipitaremur. Si enim nulla Deo cura eſſet, ſiue peccemus ſiue rectè viuamus, cum aliqua fortè ratione diceretur, non eſſe pœnam: cum vero tantam diligentiam adhibeat, vt ne in peccata prolabamur, ac tam multa excogitet, vt mandata ipſius rectè impleamus, manifeſtum eſt, quod peccantes puniat, rectéque viuentes coronet. Sed vide mihi multorũ

A iniquitatem. Etenim hic quidem Deum incuſant, quod frequenter leni ſit animo, multoſque ſceleſtos, libidinoſos, auaros, vt nullas ſoluant pœnas, negligat: ibi rurſus, ſi pœnas illis minetur, acerbi & graues ſunt accuſatores. Iam vero, ſi hoc cõtriſtet, illud certè amplecti & admirari oportebat. Sed ô dementiam! ô animum peccandi cupidum & libidinoſum! quia verborum minas deſpicientes, re ipſa pœnam ſunt ſubituri.

Ex interp Euang S. Matth.

Nemo enim eorum qui peccata hic non diſſoluerunt, defunctus, rationes pro his effugere poterit: ſed quemadmodum ex carceribus aliqui vna cum catenis in iudicium adducuntur, ita qui hinc diſcedunt varijs circundati peccatorum catenis, ad terribile illud tribunal deducuntur.

Ex orat. ad The. lapſum,

Si igitur fortè in balneo, æquo vehementius parato fueris, tunc mihi illum gehennæ ignem tecum reputa. ſi iterum fortè à graui aliqua febri exuraris, ad illam flammam cogitationem transfer, & facilè teipſum erigere valebis. Si enim ita nos balB neum aut febris turbat & exagitat, vbi in fluuium illum igneum, qui ante formidabile illud tribunal rapitur, inciderimus, quid nobis tãdem animi erit? Et quidem qui cum multis operibus bonis ac malis abit, aliquod habebit in pœna & tormentis illis ſolatium: qui vero illis quidem deſtitutus eſt, hæc autem ſola affert, dici non poteſt, quanta ſit paſſurus in ſempiternum coniectus ſupplicium. Etenim oppoſitio quædam erit actionum prauarum & earum quæ tales non ſunt. Ac ſi iſtæ quidem libram deorſum traxerint, non parum ſalutis authori ſuo parient: & tantum præualebit damnum ex prauorum operum actione, quantum è priore loco ipſam detraxerit: Si vero illæ ſuperauerint, in gehennæ ignem abducunt, eo quod non tanta ſit rectè factorum multitudo, vt contra vehementem illum impetum conſiſtere poſſint.

Ex interp epiſt. ad Epheſ.

Nihil enim omniC no bonorum, licet exiguum fuerit, à iudice ibi negligetur. Si enim pro delictis, & verbis ac cogitationibus ſupplicium luere debemus, multo magis rectè facta, ſiue magna ea fuerint, ſiue parua, reputabuntur. Non igitur ſufficit, à vitio ceſſaſſe, ſed & multa bona feciſſe opus eſt. Quoniam à vitio idcirco abſtinendum eſt, vt à gehenna liberemur: vt vero regnum obtineamus, virtuti inhærendum. Etenim in externis rebus id moris eſt, non illum, qui nihil mali egit, coronare, (hoc enim ei ad effugiendum pœnas duntaxat ſufficit) ſed qui multa benefacta præſtitit. At enim, dum cogito, quod ad effugiendam gehennã vitiorũ declinatio ſatis ſit, ſubijt mihi terribilis quædam comminatio, non illis, qui mali quid ſunt auſi, ſupplicium intendens, ſed eos qui de bonis aliquid neglexerunt, pœnis afficiens.

Matt. 25.

Quæ igitur eſt iſta? *Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare.* Qui D enim de his, quæ ipſi habuerunt, egentibus nihil impertiti ſunt, eos non ſolum bonorum priuatione puniri, ſed etiam in gehennæ ignem amandari credimus. Docemur ergo, benè agentes bonis cæleſtibus fruituros: qui vero nullum quidem vitiũ, de quo accuſari poſſint, habent, interim in bono aliquo deficiunt, hos cum mala agentibus, ad gehennæ ignem abducendos.

Ex hom. in pater noſter.

Si enim in terra dominantium leges quis tranſgrediens, pœnas ſubit indeprecabiles, multo magis intolerabilibus ille tradetur tormentis, qui cæleſtis Domini mandata aſpernatur. Scio quod de gehenna diſſerere, verbis odioſum videatur, magnumque dolorem generet: ſed quantum mordet conſcientiam, tantum vtilitis etiam eorum animis affert, qui mordentur. Si enim ea nobis ibi dicerentur, ſicut in Lazari hiſtoria diuiti, reuera lamentari, plorare & lugere oporteret, nullum iam pœnitentiæ nobis tempus relictum eſſe. Quoniam vero iſta audimus, dum hic ſumus, vbi & reſipiſcere licet, & commiſſa crimina abſtergere, magnamque parare fiduciam, atque ex ijs malis, quæ alijs euenerunt, metu concepto reſi-

piſcere,

A ſcere, gratias benigno Deo agamus, qui per aliorum pœnam noſtram ſegnitiem excitat, & nos dormientes expergefacit. Et quam ob cauſam aliqui quidem hic puniuntur, aliqui vero illic, & non omnes hic? Quia ſi hoc eſſet, omnes forte perirẽt. Omnes enim pœna digni ſumus. Rurſus, ſi nemo hic puniretur, ſegniores plerique fierent, multique forte dicerẽt, non eſſe prouidẽtiam. Si enim iã, dum multos ex improbis caſtigari vident, multas eiuſmodi dicunt blaſphemias ſi hoc factum non eſſẽt, quid non dixiſſent? quo vero inſaniæ nõ grogreſſi eſſent? Idcirco Deus hos quidem caſtigat, illos vero non caſtigat. Quoſdam enim caſtigat, vt illorum exſcindat vitia, & leuius ibi ſupplicium reddat, aut etiam omnino eos liberet, atque vt in prauitate vitam agentes per iſtorum vltionem moderatiores afficiat. Alios non caſtigat: vt, ſi quidem ſibi attendentes, pœnitentiam agant, Dei æquanimitatem reueriti, & à pœnis in hac vita, & à ſupplicijs in altera liberentur: Si vero ita perſeuerent, nihil ex Dei clementia facti meliores, maius, propter nimium ipſorum contemptum, ferant ſupplicium. Si enim delinquentes à Deo B honoremur, cum potius mulctandi eramus, idipſum nos vel maxime in ignem conijcere poterit. Nam ſi ſola æquanimitate quis fruens, eadem vt par eſt, vſus non fuerit, grauius ille habet ſupplicium. Si quis vna cum animi lenitate etiam honores maximos obtineat, deinde in nequitia perſeueret, quis à pœna illum eripiet? Quemadmodum vero pro delictis nullas hic dare pœnas, grauiorem ibi reddit pœnam: ita peccantes magna frui indulgentia & facultate, peccantibus occaſio & materia fit maioris pœnæ. Qui enim in multis offendunt, nec tamen caſtigantur, trepidare & metuere debent: nam per impunitatem, & Dei tolerantiam, ſupplicia ipſis augentur. Si igitur aliquem iniuſtè diuitem fieri, & proſpero vti rerum ſucceſſu videris, ne beatum dixeris, ſed talem defleas: ipſi ſiqui- C dem diuitiæ augmentum ſunt pœnæ. Quemadmodum enim qui multa peccauerunt, nec tamen pœnitentiam agere volunt, ſibijpſis theſaurum iræ congeruntita qui, præterquam quod impuniti maneant, proſperitate etiam vtuntur, maius ſuppliciũ ſuſtinebant. Non enim omnium peccatorũ eædem ſunt pœnæ, ſed multæ & diuerſæ, pro ratione ſcilicet temporum, & perſonarum dignitatum ac prudentiæ. Etenim ſi duo ſint improbi, non eadem vitæ conditione viuentes, ſed alter quidem in diuitijs ſit, alter in paupertate, non eodem modo ibi punientur: ſed grauius, qui ditior eſt. Ideo enim Deus non ab omnibus hic pœnas ſumit, ne reſurrectionem fore diffidas, aut de iudicio deſperes, eo quod omnes hic rationem reddant: nec omnes impunitos abire permittit, nec rurſus ſine prouidẽtia omnia exiſtimes. Nonne ergo etiam nunc multi ſimi- D lia faciunt illis, qui prius ob delicta ſunt puniti? Et maximè. Si enim non carnalem, vt Cain, ſed ſpiritualem occideris fratrem, nõne idem feciſti? Quid enim, ſi non gladio, ſed alio modo? Nemo igitur nunc fratri inuidit? nemo in pericula coniecit? Sed pœnas hic tales non dederunt. Atque daturi ſunt. Si enim qui neque ſcriptas audiuit leges neq; Prophetas, nec magna vidit ſigna, tam ſeuerè punitur? eritne, qui poſterius iſta fecerit, & ne quidem tot exemplis emendatur, impunitus? Et vbi Dei iuſtitia? Verum & ipſi filij Heli, quoniam ante incenſum comederunt, vna cum patre grauiſſimis pœnis ſunt affecti. Nullus igitur extitit negligens circa filios pater, neque improbi filij? ſed nemo perſoluit pœnas. Quando igitur perſoluent, ſi gehenna non ſit? Quid vero Ananias & Sapphira, poſtquã de ijs quæ dedicauerunt, furati ſunt, & cõtinuo ſupplicio ſunt affecti? nullusne ex illo tempore hoc fecit? Quomodo igitur non eaſdem pœnas dederunt? Numquid perſuademus eſſe gehennam, an

1. Reg. 2.

Ex interp euang. S. Matth.

pluribus nobis opus erit exemplis? Vellem & ego ipſe, nullam eſſe pœnam: & omnium maximè ego. Quid ita? Quia ſinguli quidem veſtrum pro ſua quiſque anima ſolliciti ſunt, at ego etiam dignitatis huius rationes ſuſtineo. Omnium igitur maximè ego hanc effugere nequeo. Non ſolum itaque cum beneficia conferet, ſed etiam cum caſtigat, bonus & clemens eſt Deus. Etenim caſtigationes ipſius & vltiones maxima ſunt pars beneficentiæ, quando & medicus, non ſolum cum ægrotum in viridaria & prata, aut in balnea & aquarum lauacra, educit, ſed etiam cum impaſtum manere iubet, & tunc peræque medicus eſt, humanitatemque ſuam amplius oſtendit. Si igitur aliquem videris virtuti deditum, & innumeras ſuſtinentem tentationes, beatum illum prædica, magni æſtima, quippe cui & peccata omnia hic diſſoluuntur, & multa tolerantiæ ibi parantur præmia. Hominum enim aliqui hic ſolum puniuntur; aliqui vero hic nihil tale ſuſtinent, ſed omnem ibi recipiunt vltionem: quidam denique & hic & ibi pœnis afficiuntur. Quos igitur ex triplici iſto genere beatos iudicatis? Probe noui, quod primos, qui ſcilicet hic caſtigantur & peccata deponunt: ſecundos verò poſt illos quoſnam? Vos fortaſſe eos qui nihil hic patiuntur, ſed ibi omne ſuſtinent ſupplicium. Ego vero non hos, ſed eos, qui & hic & ibi pariter caſtigantur. Qui enim hic ſupplicium luit, pœnam ibi ſentiet leuiorem: qui verò totam ibi ſuſtinere pœnam cogitur, indeprecabilem habebit pœnam. Quare enim Deus, quæ facturus eſt prædicit; Vt ne faciat, quæ prædicit. Idcirco gehennam minatus eſt, ne in gehennam ableget. Terreant vos verba, inquit, & non res ipſæ contriſtẽt. Bonæ ſunt promiſſiones tuæ, Domine: bonum eſt & regnum tuum quod ſperatur, & iterum gehenna quam minaris. Bene enim regnum inuitat, vtilem vero gehenna incutit timorem. Minatur enim Deus gehennam, non vt in gehennam abijciat, ſed vt à gehenna liberet. Si enim punire voluiſſet, nõ ante fuiſſet minatus, vt cautiores facti ea, quæ minatus eſt, effugeremus. Minatur ſupplicium, vt ſupplicij periculum fugiamus: terret ſermone, ne re ipſa caſtiget. Qui enim non ſperat reſurrecturum ſe neque factorum rationem ei redditurum, ſed omnia noſtra præſenti vita concludi exiſtimat, nec quicquã prçterea eſſe, ille nec virtutem colet, nec à vitio abſtinebit: ſed ſeipſum turpibus cupiditatibus tradet, & omne genus nequitiæ tentabit. Qui vero iudicium futurum eſſe ſibi perſuadet, & terribile illud tribunal ante oculos habet, & ſeueras rationes, veriſſimamque illam ſententiam, omnibus modis temperantiæ & æquitati alijſque virtutibus inhærere, Intemperantiam vero & temeritatem, atque omnia alia flagitia effugere conabitur. Non enim tantum efficere ſermo poterit, quantum timor efficit. Gehennæ enim metus regni coronam nobis adferet. Scio quod multi ſolam gehennam horreant: Ego vero amiſſionem gloriæ cæleſtis, pœnã multo acerbiorem eſſe dico, quam gehennam. Quod ſi vobis explicari non poſſit, nihil id mirum, non enim illorum bonorum felicitatem nouimus, vt miſeriam quoque priuationis ipſorum exactè videamus. Quoniam Paulus probè hæc perſpecta habens, nouit, quod gloria Chriſti excidere omniũ eſt acerbiſſimum: Et hoc ſciemus tunc, cum in ipſum periculum inciderimus. Sed ne vmquam hoc nobis contingat, ô vnigenite Dei filij, nec vllum inexpiabilis iſtius pœnæ vmquam periculum faciamus: intolerabilis enim eſt & gehenna & pœna illa: ſed licet ſexcentas gehennas dederis, nihil tale dixeris, quale eſt à beata illa gloria repelli, Chriſto exoſum eſſe, audire, Quia non noui, vos, accuſari, quod eſurientem vidẽtes ipſum, non nutriuerimus. Etenim. infinita ſuſtinere fulmina præſtaret, quam placidum illum vultum nos

Ex hom. 3 in Diuitẽ & Lazarũ

auerſan-

A auerſantem cernere,& dulcem illum oculum non ſuſtinere,vt nos reſpiciat. Cum enim ipſe me, inimicum adhuc, & ſe odientem atque auerſantem ita conſectatus ſit,vt nec ſibijpſi parceret,ſed ſeipſum in mortem daret: ſi poſt omnia illa ne pane quidem eſurientem ipſum dignabor, quibus deinde oculis ipſum aſpiciam? Dic mihi porro, ſi quis polliceretur,quod te ſenem factum & in paupertate viuentem repentè iuuenem efficere,atque in ipſum ætatis florem reducere, valdeque robuſtum ac formoſum præ omnibus reddere,totius quoque terræ imperium per mille annos donare velit,quid

premiſſo

pro iſto † propoſito & facere & pati non velles? Chriſto autem non iſthæc, ſed his longè maiora promittente,quæ præparauit diligentibus ſe,quantas non dignum eſt abijcere opes? imò vero quot animas abijcere dignum non eſt! Sed quoniã corporeis oculis iſta videre non licet, cogitatione ſurſum aſcende, & ſuper cælum conſiſtens, in illud, quod hoc altius eſt, reſpice cælum, in immenſam altitudinem,in lumen illud inacceſſum,in angelorum turbas, & rurſus apprehenſa harum rerum

B imagine è ſublimi deſcende, & ea, quæ ſunt circa Regem in terra degentem, depinge, veluti homines aurum geſtantes, iugum mulorum candidorũ auro ornatorum,deauratum vehiculum, laminaſque aureas circumquaque agitari:dracones itẽ in veſtibus formatos ſericis,& aſpides,aureos habentes oculos,equos inſuper aurum geſtantes, aureaque fræna:atque his diligenter in vnum collectis, rurſum ab his ad ſuperiora mentem transfer, diẽque illum quo Chriſtus adueniet, tecum reputa. Non enim mulorum tunc videbis iugum,nec aurea vehicula,nec dracones vel aſpides,ſed totum quidem aperiri cælum, deſcendere vero vnigenitum Dei filium,non viginti aut centum ſatellitibus ipſum ſtipantibus,ſed millenis,& denis millenis angelis atque archangelis:omniaque metu & tremo-

C re tunc plena erunt,dum cuncti homines,qui vmquam,à tempore Adami,vſque ad illam diem, extiterunt,è terra reſurgent & rapientur:cumque ipſe tanta cum gloria apparebit,vt ſol & luna totum lumen ſuum ab illo ſplendore ſuperatũ, occultẽt,

Ex interp. euang. S. Matth.

& vnicuiq; reddet iuxta opera ſua. Sed plerique ex illis,qui à ratione ſunt alieniores,ſolatium aliquod afferre exiſtimant, cum omnibus in gehenna puniri. Etenim ineptus hic ſermo eſt,dicere. Sicuti omnes,ita & ego. Conſidera mihi eos,qui pedũ dolore tenentur:qui cum doloris acerbitate torquẽtur,licet infinitos monſtraueris, qui grauiora patiantur,animo tamen non percipiũt. Doloris enim vehementia otium habere mentem non ſinit, vt de alijs ſecum cogitet, ſolatiumque inueniat. Ne igitur nos frigida iſta ſpe lactemus. Conſolationem enim ex proximi calamitatibus percipere, in me-

D diocribus malis contingit; ſi vero cruciatus præualeat,& fluctuatione intus omnia ſint plena, atque anima iam ne ſeipſam quidem cognoſcere poſſit,

Exorat. ad Theo. lapſum.

vndenam ſolatium percipiet? Si quis in theatrũ te deduceret,vbi omnes aureis induti veſtibus conſiderent, & in media multitudine alium quempiam oſtenderet,ex puris margaritis tum veſtimenta cũ coronam in capite geſtantem, deinde te in illius multitudinis ordinem referre promitteret, nonne omnia faceres,vt promiſſum illud conſequereris? Iam vero theatro in cælis,non ex talibus rebus, ſed ex ijs quæ verbis explicari non poſſunt,(de Rege enim ne dicere quidem licet)nobis compoſito,tantis noſipſos bonis priuabimus,ne vel exiguo tempore laboremus? Si enim infinitas mortes quotidiè ſuſtinere neceſſe foret, ſi ipſam etiam gehẽnam, vt Chriſtum in gloria ſua venientem videre, & in illum Sanctorum chorum conſcribi liceat, nonne omnia illa tolerare oporteret? Sed plerique ex ijs quorum mens à ratione abhorret, ſatis ſibi educunt,ſi à gehenna liberentur. Ego vero pœnam gehenna longe grauiorem dico, in gloria Chriſti non eſſe; & qui inde excidit, hunc ego non tam propter gehennæ mala, quam quod à Domino repulſus ſit,lugere debere exiſtimo. Hoc enim ſolum in pœnæ ratione omnibus eſt acerbius. Si eo, quo par eſſet,amore Chriſtũ amplecteremur , cognoſceremus vtique quanto grauius ſit gehenna, amicum offendere: Quoniam verò non diligimus,magnitudinem etiam huius pœnæ ignoramus. Atque hoc eſt quod maximè deploro & lugeo. Si enim homo eſſet,qui ita amat, Rex autẽ, qui ſic amatur, an nõ amoris magnitudinem admiraretur? Vehemẽter ſanè; Cum vero res contra ſe habeat, ac immẽſa illius ſit pulchritudo & gloria & diuitiæ, qui nos diligit,magna vero noſtra vtilitas, quomodo non infinitis digni ſumus pœnis,qui tam viles & abiecti à tanto & tam admirabili ſupra omnem modũ diligimur & ipſius dilectionem, qui nihil nobis præferre voluit, contemnimus? vnicum enim habebat filium, vnigenitum & verum,& neque huic propter nos pepercit nos vero Sathanæ præcepta ipſi præferimus. Nũquid igitur non merito gehen-

na,& cruciatus, vel duplo vel triplo vel infinitis partibus maior fuerit; Ne porro mea lamenta reprehendite:dilectiſſimi: non enim lamentari malũ

Ex ep. ad Rom.

eſt,ſed lamentationibus digna facere; neque malũ eſt lugere,ſed male agendo cauſam luctus eſſe. Ne pœnis afficiaris,& non lugebo: ne præcipiteris in gehennam,& non lamẽtabor. Melius enim eſt nos in his diſcruciari,quàm illo tempore ſupplicijs affici. Tu vero,ſi corpus ægrotet omnes vt tibi condoleant,rogas,tibique non condolentes crudeles exiſtimas: anima vero pereunte, mihi dicis, vt non lugeam? Sed nequeo:pater enim ſum,& pater liberorum amans. Vtinam animi mei ardorem cernere poſſetis,& cognoſceretis vtique, quod quauis muliere immaturam ſuſtinente viduitatẽ vehemẽtius ardeam. Nulla mulier ita virũ ſuum luget, nec pater filium, ſicuti ego hanc apud nos turbam, cum profectũ in vobis nullum video. Sed omnes ad calumnias & accuſationes, omneq; tempus in accuſando conſumitur. Vidiſtiſne aliquando eos,qui ad mortem abducuntur? qualẽ ipſis vſq; ad portã pergentibus animum eſſe putatis? quot non deteriorẽ mortibus facere & pati nõ vellent, vt caligine illa & nebula liberarẽtur. Audiui ego multos, cum per Regis clemẽtiam iã abducti, retrouocati eſſent, dicẽtes,quod nec homines viderint vt homines cõturbata iam, & obſtupefacta atque extra ſe rapta anima. Si igitur tanto nos timore mors corporalis percellit;quid facturi ſumus,cum mors æterna aduenerit;cum terram dirumpi,cum cælum cõtrahi, & ipſum omnium Regem aduẽtare viderimus,quis nobis quæſo tunc animus erit? Si,cum alij necãtur, ob mortem hanc à ſomno nihil differentem,ita illi affecti ſunt quos ea non attingit,vt præ timore & anxietate cõſternatam & fractam habeãt animam; quæ noſtra erit conditio. quando ipſi in grauiora coniecti, æternis pœnis cruciabimur? Non poteſt malum hoc,non poteſt verbis explicari. Ita eſt,dicit aliquis.ſed benignus eſt Deus, & nihil horũ futurum eſt. Fruſtra ne igitur ſcripta ſunt? Non, inquit;ſed tantum ad comminationem, vt reſipiſcamus. Si igitur nõ reſipiſcamus,ſed improbi maneamus,nõ inferet pœnas? Ergo nec bonis reddet pręmia. Imo inquit: hoc enim decens eſt, etiam vltra meritũ benefacere. Ergo hæc omnino vera ſunt; quæ vero de pœnis,non omnino;ſed comminationis ſolum & metus cauſa ſunt. Quid ergo? Audiuiſti de diluuio? Numquid & illa comminationis cauſa ſunt dicta? Nonne re ipſa euenerunt & facta ſunt? Et illi quoque multa eiuſmodi dixerunt;& dũ centum annis arca fabricaretur & iuſtus clamaret, nemo erat qui crederet, ſed quia non crediderunt verborum minis, reipſa ſupplicium ſuſtinuerunt: Cuius nos periculum effugere pro viribus ſtudeamus;

mus; quo & præſentem vitam feliciter peragamus,
& futura bona conſequamur, gratia & benignitate
Domini noſtri Ieſu Chriſti; cum quo, Patri gloria
ſimul & ſancto Spiritui, nunc & ſemper, & in ſæcu-
la ſæculorum. AMEN.

De virtute & vitio.

HOMILIA XXVI.

SVnt quidam. *Habetur ſupra ex vulgata Interpre-
tatione. Fol.* 307. *col.* 2. C. *Sermo de virtutibus &
vitijs.*

De liberorum educatione.

HOMILIA XXVII.

B Rogo vos atque obteſtor, dilectiſſimi, mag-
nam liberorum noſtrorum geramus curam, &
vbique ipſorum animæ ſalutem quæramus. Imitare
beatum Iobum, qui filijs, etiam ob peccata quæ co-
gitatione fiunt, timens, pro ipſis offerebat ſacrifi-
cia, magnamque ipſorum rationem habebat. Imi-
tare Abrahamum, qui & ipſe non pecunijs & opi-
bus congregandis ſtudebat; ſed de diuinis legibus,
qua ratione ipſarum cuſtodiam ad ſuos poſteros in-
tegram tranſmitteret, cogitabat. Dauid quoque, dũ
è vita decederet, filium ſuum accerſens, perampla
hæreditate ei iſthæc mandabat & protinus dicebat:
Si volueris, fili, iuxta leges domini viuere, nihil tibi
accidet inexpectatum, ſed res omnes ad voluntatẽ
tibi fluent, magnaque frueris ſecuritate: Si vero ab
illo excideris auxilio, nihil tibi regnum atq; ampla
iſta poteſtas proderit. Vbi enim pietas in Deũ non
C eſt, ipſæ quoque quę habentur opes, cum periculo,
ſummoque dedecore pereunt: Hæc vero vbi habe-
tur, mox etiam quæ modo deſunt, accedunt. Quo-
circa cogitare parentes oportet, non quomodo fi-
lios auro & argento diuites faciant; ſed qua ratione
& pietate & ſapientia virtutumque poſſeſſione om-
nibus euadant locupletiores: ne multa deſiderent:
ne ſecularibus & ſtultis cupiditatibus capiantur &
geſtiant. Illorum quoque introitus & exitus, con-
uerſationes inquam & congreſſus, accuratè inqui-
rere oportet, ſcientes, quod ſi iſta neglexerint, nul-
la apud Deum venia ſint digni habẽdi. Si enim cu-
ræ pro alijs geſtæ à nobis expoſcẽda ſit ratio (vnuſ-
quiſque enim, inquit, nõ quæ ſua ſunt, quærat, ſed
quæ ſunt alterius) quanto magis illius quam pro
liberis noſtris habuimus? Tu vero, vt equũ habeant
bonum, vt ſplẽdidas ædes, vt ſumptuoſum agrum,
nihil non agis & moliris: vt vero animus ſit bonus,
vt pia voluntas, nullam habes rationem. Iam vero,
D poſſeſſiones ipſæ licet multæ ſint & amplæ, ſi tamẽ
deſit induſtrius aliquis, qui cum virtute eas admi-
niſtrare poſſit, vniuerſæ euaneſcunt, & vnà cum
ipſo intereunt. Si vero generoſus & ſapientia præ-
ditus ſit animus, etiamſi nihil domi repoſitum ſit,
omnium tamen bona ſecure poſſidere poterit. At
vero eiuſmodi quid non paucis parentibus circa
liberos vſu venit, dũ inordinatè ac diſſolutè viuen-
tes caſtigare, verbis reprehẽdere, aut cõtriſtare fi-
lios nolunt. Vidi ego ſæpe in flagitis deprehenſos
in carcerẽ abripi, & à carnificibus capite plecti. Si
enim non ipſemet corrigas, ſi tu non modereris, il-
le ſe improbis & perditis hominibus coniungens,
nequitiæque illorum particeps factus, ſub publicas
redigitur leges, ac palam omnibus inſpicientibus,
pœnas luit. Et quidem cum ipſo damno maior ig-
nominia naſcitur, omnibus ſcilicet, illo è medio
ſublato, eiuſmodi patrẽ digito mõſtrantibus, & forũ
penitus ipſi inacceſſum facientibus. Quibus enim,
obſecro, oculis ſibi obuiantes homines, poſt eiuſ-
modi filij opprobrium & calamitatem obtueri po-

A terit? Quid iſta inſania pernicioſius fuerit? Nõ pu-
det te, neque erubeſcis, dic mihi, cum in filium illũ
tuum Iudex animaduertit, & caſtigando emendat;
atque aliena ille opus habet correctione, qui tanto
inde ab initio tempore tibi cohabitauit: nõ te ob-
uelas & occultas? audes denique, dic mihi adhuc
pater appellari, ita prodito filio, & neceſſario ipſi
prouentu non illato, ſed vt omnibus vitijs perde-
retur, neglecto? Et ſeruum quidem fugitiuum vidẽs
colaphis cedentem filiolum, acerbe fers, iraſceris,
indignaris, & bellua ferocius in percutientis faciẽ
inſilis: Diabolum vero quotidie cernens filio cola-
phos infringentem, dæmones inquam, in ſcelera
ipſum inducentes, dormis tamen, nec doles, neque
aduerſaris, neque truculentiſſimæ beſtiæ eripis fi
filium? Et qualem tu experieris humanitatẽ? Quo-
modo enim non abſurdum eſt, te quidẽ, cum à dæ-
mone exagitatur tuus filius, ad omnes ſanctos cur-
rere, eoſque qui in verticibus montiũ degunt, fati-
B gare, vt à furia illa ipſum liberent: peccato vero
quod quouis dæmone pernicioſius eſt, aſsiduè ip-
ſum infeſtãte, nihil plus facere? Et vero è dæmone
vexari adeò graue nõ eſt; (neq; enim in gehennam
præcipitare dæmõ omnino poteſt: quin, ſi ſobrij ſi-
mus, coronas nobis tentatio iſta feret ſplendidas &
præſtantes, ſi inquã grato animo eiuſmodi inſultus
feramus.) At qui cũ peccato vitam agit, fieri non
poteſt, vt vnquã ſaluetur; ſed neceſſe eſt eum & in
hac vita contumelius obnoxium eſſe, & rurſus è
vita decedentem æternas pœnas luere. Sed quam
tandem excuſationem adferes? Ad non ab initio
(inquit) tibi feci puerũ cohabitare? conſtitui vero te
ipſius magiſtrum, & Præfectum, & curatorem, & du-
cem? An non integram ipſius poteſtatem in manus
tuas tradidi, nonne tenerũ illum adhuc cõformare
iuſsi & aptare? Quã igitur habebis veniã, ſi permiſe-
C ris ipſum reluctari? Quid igitur erit quod dicas? nũ
quia effrenatus & intractabilis eſt? atque ab initio
oportebat te omnia iſta aduertere, & cũ freno du-
ctilis planeque puer eſſet, illum frenare, ſolerte
inſtituere, & ad omnẽ honeſtatem conformare: at-
que animi illius motus ſubigere, cum facilior cul-
tura erat. tunc ſpinas oportebat exſcindere, cum
teneriore exiſtẽte ætate, facilius eas euellere lice-
bat: ſic enim incuratæ affectiones atq; auctæ, vſqu
adeo indomitæ non euaſiſſent. Quam igitur excu-
ſationem habebimus, quando Deus filiorum iniu-
ria nos afficientiũ, ne vitæ quidẽ parcit (qui male
dixerit patri ſuo vel matri, inquit, morte moriatur
nos vero ob iniuriam Deo illatam, etiam indigna-
ris nolumus? Ego, inquit, iniuriam tibi inferentem
etiam occidere nõ recuſo, tu vero leges meas pro-
culcantem nec verbo contriſtare audes? Et quo-
modo hæc venia digna ſunt? Ne igitur filiorũ cu-
ram prætermittamus, ſcientes eos, ſi rectè in diui-
D nis rebus ſeſe habeant, etiam in præſenti vita ho-
noratos & nobiles futuros. Eum ſiquidem, qui c
virtute & æquitate vitam hanc tranſigit, omnes re-
uerentur & honore proſequuntur, licet omnium
alioqui ſit pauperrimus. Sicut è diuerſo improbum
auerſantur & odio proſequuntur, etſi magnam fa-
cultatum copiam poſsideat. Qui enim liberos ſuo
negligunt, quamuis cæteroqui boni & modera-
ſint, ob hoc tamen peccatum extremam ſubibun
pœnã. Quod ſi clarè perſpicere velitis, nos, lice
omnia noſtra rectè adminiſtremus, liberorũ vero
negligamus ſalutẽ, grauiſsimas pœnas daturos, di-
ligenter ijs quæ dicturus ſum, attendite. Sacerdo
quidã erat apud Iudæos, homo modeſtus & probus
(Heli nomẽ huic erat) duorum filiorũ pater. is cer-
nens, filios ad vitium tendere, non cohibuit, no
vetuit; imo cohibuit & vetuit, at hoc non qua pa
erat, diligẽtia faciebat: Nã pœna nulla illos coe
cuit, ſed verbis dũtaxat & admonitionibus ab ha
nequitia illos abducere nitebatur, atque eiuſmo
ad ipſos verba aſsiduè habebat: Ne filij, ne feceri

ita; nc

A ita;non enim eſt bona fama,quam ego de vobis audio. Et quidem ſatis idonea erant iſta verba,ad corrigendum illos:ſed quia non totũ,quod tenebatur, præſtitit,idcirco tum ſibi,tum filijs ſuis Deũ inimicum reddidit: & dum filijs ſuis intẽpeſtiue pepercit,filiorum iuxta,propriã perdidit ſalutẽ. Et præter ignauiam quidem in caſtigandis filijs,aliud nihil habebat Deus,quod ſeni obijceret. Quod ſi leuius delinquẽtem adeo cum vniuerſa domo Deus ſubuertit,num grauius peccãtes impunitos dimittet?Si ſacerdotẽ illum,ſeniorem,nobilem,&qui viginti iã annis ſine culpa Hebræorum genti præfuerat,nihil iſtorum liberare valuit; ſed quia filiorum accuratam rationem non habuit,valde miſerabiliter interijt; ac huius quidem negligentiæ culpæ, omnia illa, velut immanis quidam fluctus, obruit, vniuerſaq; recte facta obſcurauit: quæ nos pœna manebit,qui & à virtute ipſius lõge abſumus, & liberis noſtris nõ modo nõ proſpicimus,ſed & quo-

interp ad Rõ

B uis barbaro crudelius erga illos nos gerimus?Quẽadmodum enim quis in proprijs peccatis ad defenſionem & veniam cõfugere nequit,ſic nec parẽtes pro filiorũ delictis. Et merito quidẽ. Si enim à natura peccatũ hominibus ineſſet,rectè ad defenſionem quis confugeret:Quoniam vero libere &mali ſumus & boni;quamnã ille ſpecioſam cauſam adferat qui chariſſimum ſibi peruerti & improbũ fieri permittit?Ne igitur diuitias ita filijs tuis relinque, vt deſeras virtutem. Extremæ ſiquidẽ eſt dementiæ, ſuperſtites quidem non facere ipſos omnium bonorum dominos;defunctos vero magnam facili iuuentuti præbere licentiam. Nam dum adhuc viuimus, etiam rationes ab illis poſcere poterimus, maleque facultatibus vſos caſtigare & refrenare: mortui vero,ſi vna cũ noſtra & adoleſcentiæ ſolitudine etiam ex diuitijs licentiam ſuggeramus; in infinita præcipitia miſeros illos & ærumnoſos adi-

C genus. Ne igitur hoc cogitemus vt opulentos ipſos, ſed vt virtute præditos relinquamus. Si enim in diuitijs habeant fiduciam,nihil aliud curabunt; vt qui morum improbitatem pecuniæ abundantia facile obumbrare poſſint. Si vero viderint, ſe iſto ſolatio deſtitutos,omnia molientur, vt virtute magnum ſuæ egeſtati ſolamen conſequantur. Ne igitur ante priuata aut publica negotia aggrediamur, quam animos ipſorũ rectè efformemus. Si vos liberos veſtros benè inſtituatis,ipſi quoq; ſuos erudiẽt, & hi rurſum ſuos docebunt; atque ita vſque ad aduentum Chriſti res procedens, ijs, qui radicẽ præbuerunt,integram adferet huius rei mercedem. Si enim rectè educaueris filium,ita & hic filium ſuũ,& iſte ſuum;veluti catena quædam & ſeries reipublicæ optimæ ſemper progredietur,à te ducto &exordio & radice,tibique habitæ pro poſteris curæ fructus proferet. Qui vero patres filiorum moderatio-

interp Epiſt. ad Corinth

D nem & temperantiam negligunt, liberorum ſunt interfectores:atque ideo illis crudeliores, quod ad interitum & mortem animæ hæc res tendat. Vt igitur,ſi equum videas,ad præcipitium ferri, frenum inijcis,& retractis iubis,vt cohibes,crebroq;flagellas,quæ pœna quidem eſt,ſed mater tamen ſalutis: ita cum filijs quoque tuis agas, quando delinquũt. Liga peccantem donec Deũ placaueris:ne dimiſeris ſolutum,ne amplius Dei ira vinciatur. Si enim tu illũ ligaueris,non vltra ligabit illũ Deus:ſi vero tu non ligaueris,infanda illum manent vincula. At ſatis longo tempore,inquis,pœnas dedit quãto,dic mihi?annum vnum,duos,aut tres? Verum ego nõ temporis diuturnitatem quæro,ſed animi emendationem.iſtam igitur oſtende. Si compunctus ſit, ſi mutatus,& totum confectum eſt:ſin minimè iſtud, nihil iam tempus prodeſt. Nec enim an ſæpè obligatum ſit vulnus,ſed an aliquid ligamen profuerit, quærimus. Ac ſi quidem vel breui tempore iuuerit, non amplius apponatur:ſin vtilitatis nihil attulerit, etiam poſt decem annos apponatur:Atque hic

A ſit terminus,quo vinctus ſoluatur, eiuſdem ſcilicet commodum. Nihil enim adeo commẽdat imperiũ habentem,quam amor in ſubditos. Nec enim patrem ſola generatio facit, ſed etiam generationem ſequens amor. Quod ſi,vbi natura eſt, dilectio neceſſaria eſt;multo magis vbi gratia. Et tu vero puer, tamquam famulus ijs ſeruito,qui te genuerũt. Quid enim rependes illis,qualia ipſi tibi? vt enim viciſſim illos generes,fieri non poteſt. Sed & ſi pater reprehendat fratrem tuum,iraſcere & tu cum illo; ſiue tamquam de fratre ſollicitus, ſiue tamquam parẽti condolens. Si enim videat, qui deliquit, quod à patre quidem increpetur,te vero aſſentatorem habeat, ſegnior euadit: ac tu interea non illi ſolum damnum,ſed etiam vindictam tibi ipſi accerſis. Qui enim vulnus curari prohibet,huic non minor pœna debetur,quàm ei qui illud inflixit:imo & maior. Non enim æquale eſt ſauciare,& obſtare, ne quod ſauciatum eſt ſanetur. hoc enim omnino mortem

B adfert,illud vero non penitus enecat. Ne porro genitos noſtros deſpiciamus:& ſi illos forte contemnamus, magiſtratus metuentes, omnino æquiores ſimus. quod ſi & hos impij deſpuamus,conſcientię numquam euadere reprehenſionem poterimus. At ſi hanc quoque paruipendamus & reijciamus, hominum ſaltem opinionẽ timentes, meliores ſimus. Si vero nec hanc vereamur, legum ipſarum imminens metus vel inuitos nos emendare poterit. Quemadmodum enim dum improbi puniũtur, cæteri corriguntur:ſic etiam aliquibus cum laude aliquid gerentibus,multi ad parem æmulationẽ incitantur. Et puer quidem,quouſq; ſub terribili magiſtro vitam agit,quamuis temperatè modeſteq; ſe gerat,quamuis placidè viuat;nihil tamen illud mirum eſt:pædagogi enim timori illam adoleſcentis moderationem omnes imputant. Si vero illa ne-

Ex 2. epi. ad Cor.

C ceſſitate ſublata,in eadem maneat morum grauitate,tunc etiam prioris ætatis temperantiam ipſi omnes aſcribunt. Quapropter magiſtros potius quam patres inquirere & deſiderare oportet. Per hos ſiquidem viuere dumtaxat,per illos vero benè viuere contingit. Ne glorieris quod patrem ſanctũ nactus ſis:hoc enim ipſum te magis condemnabit, ſi domeſticũ generoſitatis exemplum habens, teipſum maiorum tuorum virtute indignum geſſeris. Magnum bonum eſt,in proprijs rectè factis ſpẽ ſalutis habere. Nec enim vllus vmquam amicus ibi opitulabitur. Si enim hic inquit Ieremiæ; ne ores pro populo iſto,hic,inquã, vbi in noſtra poteſtate eſt,vt conuertamur,multo magis in altera vita. Maiorum igitur laudes, ſi quidem illorum participes ſimus,etiã noſtræ ſunt;ſin ſecus,nihil nobis cõducunt,imo potius nos cõdemnant. Atque iſtud qua ratione fiat,audi. Abſolon filius erat Dauidis, iuuenis, proteruus,perditus hic ſeditionem in patrem

D concitauit,ipſoque è regno eiecto,omnia, quæ patris erant,inuaſit. qui quidem nec naturam, nec educationem,nec ætatem,nec præcedentia reuerebatur, ſed ita erat crudelis atq; immitis, adeoque beſtia magis quàm homo,vt omnibus iſtis obſtaculis perruptis, naturæ legibus impudenter inſultaret,turbiſq; ac tumultu omnia compleret. Si enim tamquam parentem reuereri nolebat, at tanquam ſenem oportebat. Si vero & canitiem deſpiciebat, tamquam benefactorem erubeſcere debuit: ac ſi ne iſtud quidem,certè vt talem,à quo nullam iniuriam accepiſſet. Verum,ambitionis libido omnem hunc pudorem profligauit, & ex homine beſtiam fecit. Ac beatus quidem iſte parens & nutritor, vagus & exul per deſertum errabat; ac veluti profugus aliquis, exilio, cæteriſque malis huic annexis multatur;ille vero bonis paternis luxurioſè immodiceq; abutebatur. Rebus igitur ad hunc modum conſtitutis,& agminibus penes ipſum diſpoſitis,ac ciuitatibus Tyranno ſubiectis, Chuſi vir bonus & Dauidi amicus, in iſta temporum viciſſitudi-

ne,ami-

ne, amicitiam erga illum conſtanter retinuit: videſque ipſum per deſertum effuſum errare, tunicā ſcidit, cinerem inſperſit, ingemuit, amarè denique & miſerabiliter exclamauit: Et quia opis nihil præſtare poterat, ex lachrymis petitam cōferebat cōſolationem. Nec enim temporum & potentiæ erat amicus, ſed virtutis: atq; ideo regno mutato, ipſe amicitiā minimè mutauit. Videns itaq; Dauid hæc facientem, aiebat ad illum; iſta quidem amici ſunt, & ſincerum in nos affectum habentis, nihil tamen nobis conferunt: videndum potius, quid nam cōſilij ineundum; & conſiderare, qua ratione mala iſta diſcutiantur, vtque exitum aliquem periculorum inueniamus. Hæc cum dixiſſet, eiuſmodi conſilium illi ſuggerit; abi, inquit, ad filium meum, & aſſumpta amici perſona, diſturba illius conſilia, & Achitophelis conſilium irritum fac. Occupauerat autem Achitophel tyrannum, vt qui ipſi familiaris eſſet, & vir alioqui in rebus bellicis ſtrenuus, in ductando vero exercitu, belli & pugnæ tempore peritus; propter quod etiam Dauid illum magis, quam tyrannum timebat, tam erat callidus in conſilijs. His igitur auditis Chuſi obſequebatur, nec quicquam illiberale aut inſtrenum animo cogitabat; neque dicebat; quid ſi capiar? quid ſi deprehendatur res conficta? Vafer eſt Achitophel, fortè etiam hoc arguet & manifeſtum faciet, atque ego temere & irrito conatu peribo. Nihil eiuſmodi animo verſans in exercitum inſilijt, atque vniuerſum negotium in Deum reijciens, in media ſeipſum pericula immiſit. Vt vero ciuitatem intrauit, videns aduentantem tyrannum, acceſſit. Hic vero repentè eo viſo & dominandi cupiditate ebrius, non curioſè explorauit, quid adferret boni, ſed ipſum irridēs & probris inceſſens, abi, inquit, ad ſocium tuum; nomen patris, ob nimium odium & inimicitias appellare nolens. Chuſi vero nihil conturbatus, aut commotus, quid inquit? Quando Deus erat cum ipſo, ego quoque ab ipſo ſtabam; cum vero iam tecū ſit, conſentaneum eſt, vt & ego res tuas curē. Extulit hæc res tyrānum & inflauit, nec quicquam circumſpectè ſcrutatus. (homo enim leuis credit omni verbo, contrarijs præcipitatus) confeſtim illum in familiares ſuos adſciuit, atq; precipuorum amicorū numero aſcripſit. Sūma, Deus ipſemet negotia diſpēſabat, & ea quæ gerebantur, dirigitur. Igitur conſilio de bello propoſito, atq; alijs alia cōſulentibus, eſſent ne continuo inſidiæ parandæ hoſti, an vero aliquantiſper morandum; progreſſus in medium Achitophel acer in conſilio dando & ſentētia dicēda, hoc conſilij afferebat: afflictum, inquit, atq; conſternatum tuum patrem opprimamus, eumque, ne exigua quidem mora relicta, interficiamus. Si enim imparatum illum iam inuadamus, nullius erit res laboris. His auditis, tyrannus etiam Chuſi accerſit, qui ſimulata amicitia ad ipſum venerat, & ait: communicemus etiam cum iſto ſermonem hūc; (quod quidem minimè ſecundum curſum humanum cōtigit, ſubito ſcilicet venientem ipſum ita honorare, fideque dignum exiſtimare, vt eundem etiam ad conſilium de tantis negotijs adhiberet: Sed quod antè dixi, vbi Deo duce aliquid geritur, etiam difficilia fiunt facilia) & introducitur Chuſi: cui liberè rem communicat Tyrannus, & quæ menti ſuccurrerent, dicere iubet. Quid igitur Chuſi? Numquam, ait, ſic errauit Achitophel. Vidiſti hominis prudētiam? non continuo ei ſententiam excutit, ſed cum aliquo præconio. Primo enim illum admiratus, tamquam qui præcedentibus temporibus rectè cōſuluiſſet: deinde præſentem ipſius reprobat ſententiam; quaſi diceret, miror, quomodo lapſus nūc fuerit: nec enim conſultus mihi videtur iſte modus. Etenim ſi iam patrem tuum aggrediamur, velut vrſus quidam inſaniens, furore plenus, & vita veluti deſperata in feruenti ira pugnans, nullam ſalutis rationem habebit, ſed ingenti cum vehemētia in nos irruet. Si vero parumper moremur; & ampliore cum apparatu & maiore cum ſecuritate illum aggrediemur, ipſoque citra laborem velut in ſagena facillimè comprehenſo, redibimus. Laudat conſilium hoc Abſolon, & vtilius ſibi eſſe affirmat. Iſta interim Chuſi dicebat tempus Dauidi dare volens, vt conſiſteret aliquantulum & reſpiraret, atque exercitum congregaret. Hac igitur ratione reiecto Achitophelis conſilio, per quoſdam viros occulte miſſos omnia Dauidi ſignificabat, & quod conſilium ſuum, victoriam Dauidi allaturum, tyrannus ſua authoritate comprobaſſet. Atque ita etiam accidit. Cum enim modicum tempus conceſſiſſent qui cum tyranno erant, inſtructus Dauid eos aggreſſus eſt, & trophæum erexit. Quod Architophel ob multam peritiam & calliditatem cernēs, atque hinc exitum intelligens, quod pernicioſum Abſoloni eſſet conſilium, non ferens conceptum ex hac re dolorē, abijt, & aptato laqueo ſe ſuſpendit, atq; hoc modo vitam finiuit. De Achitophele igitur & Abſolone dictum illud eſt; cōuertetur dolor eius in caput ipſius. In vtriuſque ſiquidē caput vltio deſcendit. ille enim laqueo adhibito vitam abrupit: Abſolon vero ſe quidem ipſe non ſtrangulauit, ſed inuitus ſuſpenſus eſt. nec ſubito ſublatus, ſed velut in carcere prius alligatus & ligno affixus eſt; Deoque ſententiam deſuper ferente, ad multum tēporis pependit, à propria inſuper conſcientia flagellatus. Atque vt noueris iſtam rē non humanitus cōtigiſſe, ſed planè diuino iudicio eueniſſe, capilli ipſum ligno alligarunt, animal brutū tradidit: & pro funibus quidem ipſa coma, pro patibulo arbor, & pro milite mulus fuit. Et vide tamen Dei clementiam. multo enim tempore eū dimiſit, ad pœnitentiam ipſum inuitans, & vt paternā dulcedinē experitur, fecit. Et ſanè niſi bellua fuiſſet, & ſaxeam animam habuiſſet; ſuffeciſſent vtiq; iſta omnia, quæ ipſum, ab importuna illa demētia auocarent; menſa, inquam, in qua cum patrem ſaleveſcebatur: domus, conſeſſus, vbi ſermones ad illum habebantur: alia omnia, in quibus ipſi talis homicidij reo parens conciliabatur. Præter hæc erant etiā alia, quæ ipſum emollire poſſent, accommoda. Audiuit enim quod exul & vagus oberraret; quod extrema pateretur incōmoda. Quomodo vero non intellexit, quod etiam victoria obtenta, omnium miſerrimam vitam viueret, execrabilis & ſceleſtus ob trophæum? Accedit, quod ſene iam patre, & ſpe in foribus poſita, ne modicum quidem tempus expectaret. Vbi nunc ſunt qui paupertatē ſuā deplorant? qua quæſo egeſtate, quo morbo, quod dolore iſta non ſunt grauiora? Iſte tamē iuſtus nihil eiuſmodi ſibi ipſe locutus eſt, neque indignè tulit, dicens: bonas potius reciperem retributiones, qui in lege domini meditor die ac nocte. Qui paulò antè in tanta dignitate poſitus eram, nunc omnium factus ſum abiectiſſimus: qui hoſtibus meis peperci, in manus flagitioſi pueri trador. nihil penitus eiuſmodi dicebat aut cogitabat: ſed omnia ſapienter ferebat, vnicam conſolationem, in his quæ ei cōtingebant, iſtam habens, quod ſibi certò perſuaderet, Deo conſcio, vniuerſa iſta accidere. Et quēadmodum tres pueri in camino exiſtentes dicebant: & ſi non fecerit, notum ſit tibi Rex, quod Deos tuos non colemus, & auream ſtatuam quam erexiſti non adorabimus; Si vero quis ad illos dixiſſet, & quanam ſpe mortem oppetitis, quid expectantes, quidve ſperantes poſt mortem, poſt ignem (nec dum enim reſurrectionis erat ſpes) audiuiſſet ab illis, quia hæc maxima nobis remuneratio eſt, quod propter Deum moriamur: Sic etiam iſte ſummum ſibi duxit ſolatium, quod Deus iſta perſpecta habens non impediret. Si enim amans quiſpiam millies pro amata occidi optet, quamuis nihil poſt fata ab illa ſperet; multo magis conuenit, nos non ob ſpem regni, nec ob ſpem aliquam fu-

turorum

turorum bonorum, ſed propter Deum ipſum iſta perferre. Quoniam ipſum decet gloria in ſæcula ſæculorum. AMEN.

De iuramentis.

HOMILIA XXVIII.

VIrtutem animi ne negligamus, chariſſimi. Quis enim dolor, obſecro te, iram contriſtāti remittere? Dolor potius eſt, iniuriæ meminiſſe & non conciliari. Quæ labor, nemini maledicere? Quæ difficultas ab inuidia & contentione ac liuore liberari? Quæ moleſtia proximum diligere? Quantus labor, non iurare? Sæpius enim ira & furore detenti iurādo affirmauimus, numquā velle nos lædentibus reconciliari: deinde vero, ira extincta, reconciliari cupientes, iuramentorum neceſſitate veluti laqueo detenti, idipſum facere nolumus: Vnde è duobus alterum nobis euenit, vt aut conciliati peieremus; aut non conciliati odij pœnis obnoxios nos conſtituamus. Quomodo enim abſurdum non eſt, veſtem quidem habentes reliquis meliorem, eadem continuè abuti non ſuſtinere, Dei vero nomen vbique temerè, & vt fors obtulerit, traducere? Nec porro quoduis peccatum eandem fert pœnam, ſed quæ facilè corrigi poſſunt, maius ſupplicium nobis conciliant. Qui enim iurant, nullam poſſunt prætendere excuſationem, præter contemptum. Noui quidem quod moleſtus & oneroſus eſſe deinceps videar, dum vos aſſidua videor cohortatione fatigare. Sed tamen non ceſſo: vt vel hanc meam quaſi impudentiam reueriti à praua
Luc. 11. iurandi conſuetudine deſiſtatis. Si enim iudex ille improbus & crudelis, viduæ importunitatem reueritus, mores mutauit: multo magis vos id faciatis: maximè cum vos exhortans non ſui cauſa, ſed propter ſalutem veſtram hoc præſtet. Quin & propter meipſum me id agere non negauerim. Veſtra enim cōmoda, mea propria rectè facta exiſtimo. Si enim neque gehenna eſſet, nec vllum ſupplicium; ego vero vos adiens beneficij loco à vobis id petijſſem nonne mihi annuiſſetis? nonne petitionem tam facilem, hoc modo petenti gratiā, conceſſiſſetis? Cū vero Deus idipſum petat, & quidem propter vos, qui datis, non propter ſe qui accipit, quis adeò ingratus, quis ita miſer & infelix eſt, vt Deo beneficium petenti dare nolit? Vos itaque adhortor, vt caput Ioānis reſectum, & calido adhuc cruore ſtillans accipientes, ſic domum quiſque ſuam redeatis; illudque ante oculos videre vos putetis vocem emittens & dicens: odio habete iugulatorem meū, iuramentum. Sæpè enim artifex quiſpiam iureiurando diſcipulo dixit, non prius permiſſurum, vt comedat & bibat, donec datum ſibi opus integrum perfecerit. Idipſum quoque ſubinde pædagogus erga adoleſcentem, & erga ancillam domina fecit: Et neceſſe tamen eſt, veſpera adueniente & opere nondum completo, aut hos, qui non abſoluerint, fame perire; aut iurantes omnino peieraſſe. Non raro etiam domi prandium nobis facientibus, & ſeruorum aliquo delinquente, illum flagellaturum ſeſe vxor iurauit: mox contrarium iurauit maritus, & reſtitit contendens, nec id permittens. Hic quicquid fecerint, neceſſe omnino eſt periurium conſtitui. Quidquid enim fiat, alter ipſorum periurij reus erit: quin prorſus ambo ſimul. Idque qua ratione fiat, dicam: mirabile enim hoc eſt. Iuratus flagellaturum ſe ſeruum vel ancillulam, deinde prohibitus, & ipſe peierauit, quia non fecit quod iurauit; & prohibentem, ac iuramenti veritatem impedientem periurij crimine alligauit. Nō enim peierantes tantum, ſed alijs quoque neceſſitatem hanc afferentes eorumdem criminum rei ſunt. Quomodo verò abſurdum non eſt, famulum quidem audere dominum ſuum nomine proprio compellare, nec temerè & quocumque modo: angelorum vero dominum leuiter & magno cū contemptu vbique circumferre? Vis diſcere qua ratione à praua iurandi conſuetudine liberari poſsis? Ego modum te docebo, quem ſi obſeruaueris, omnino victor euades. Si igitur teipſum, aut etiā alios aliquos graui hoc morbo captos, eoſque aſsiduè admonitos, nec tamen emendatos videris; iube vt incœnati dormiant: atque hanc tibi pariter & illis mulctam impone: mulctam dico, quæ non damnum, ſed lucrum adfert. Lingua enim quæ hoc modo aſsiduè torquetur, nemine etiam ſuggerente, ſufficientem accipit admonitionem: & licet omniū ſtupidiſſimi fuerimus, pœnæ tamen illius magnitudine toto die commonefacti, alio conſilio aut adhortatione non indigebimus. Sicut enim ſeruus, Eccleſ. 23
inquit, interrogatus aſſiduè, a liuore non minuitur: iuxta lat.
ſic omnis iurans & nominans (ſemper nomen Dei) in toto à peccato non purgabitur. Ipſi igitur nobis perſuadeamus, iurandi fugere conſuetudinem, & in melius facere commutationem. Etſi enim & heri & ante illam diem, de iſta materia apud vos diſſeruerim: nec hodie tamē deſiſtam, nec craſtina die nec ſequenti, hæc monere. Et quid dico craſtina die & ſequenti? donec vos emendatos videro, non ceſſabo. Eadem enim aſſiduè ſuggerere, non dicentis, ſed auditorum, perpetua doctrina indigentiū, culpa eſt. Quid enim facilius quàm non iurare? Conſuetudo dumtaxat eſt illa correctio; labor corporis non eſt. Qui iam præuenit, ſeſeque correxit, increpet poſt ſe relictum, vt amplius illum cauillis excitet: Qui vero tardior fuit, & necdum ſe emendauit, præcedentem conſideret, cumque propediem aſſequi contendat. Nec mihi quis dicat: Quid ſi neceſſitatem quiſpiam iurandi nobis imponat? quid vero ſi non credat? Maximè equidem vbi lex violatur, nullam neceſſitatis facere mentionem oportet: vna enim ineuitabilis eſt neceſsitas, Deum nō offendere. Cæterum illa dico, vt interim ſuperflua iuramenta præſcindamus, ea inquam, quæ temerè & ſine neceſsitate quæ domi, quæ in amicis & famulis fiunt. Ac ſi iſta ſuſtuleris, in illis me deinceps non indigebis. Illud enim os quod timere & fugere iuramenta didicit, ſi vel decies millies quis coegerit, numquam admittet vt in illam conſuetudinem incidat. Fertur quidam externorum oratorum abſurda cōſuetudine dexterum humerum inter ambulandum mouiſſe: quam tamen conſuetudinem ſuperauit, cultris acutis vtrique humero impoſitis, vt vulneris timore membrum illud, ſi moueretur, compeſceret. Hoc igitur & tu in lingua tua facito, & loco cultri ſupplicij metum ei imponas: ſic enim omnino vinces. Fieri enim haud poteſt; haud, inquam, fieri poteſt, vt qui curam ſtudiumque adhibent, atque hoc efficere contendunt, aliquando vincantur. Quæ enim nobis reliqua eſt excuſatio, aut quæ venia, ſi poſt tantam admonitionem & iuramentorum vitio perſeueremus: Quomodo igitur nos ab incumbentibus malis liberari poſcemus, ſi vel vnum mandatum perficere nequeamus? Quomodo vero bonam commutationem ſperabimus? Quomodo etiam preces fundemus, aut qua lingua Deum inuocabimus? Quo pacto enim non abſurdum eſt, Rege quidem mandante, difficillima etiam ſubire; Deo vero nihil graue aut difficile præſcribente, contemnere, & prauam conſuetudinem prætendere; Ne quæſo, ne vſque adeo noſtrā ſalutem negligamus; Timeamus Deum, ſicuti hominem timemus. Turpe enim eſt, regias tam exactè ſeruare leges, diuinas autem & è cælis deſcendentes præter rationem contemnere, Qua verò de cauſa non iurantem ſolum, ſed eiuſdem quoq; domum Deus falce deſtruit? Quia ſcilicet grauiſsimorum peccatorum ſupplicia Deus perpetuo vult remanere, vt poſteri omnes modeſti & ſobrij reddantur. Etenim periurum vita functum ſepeliri, terræque

mandari

A mandari viſceribus neceſſe eſt. Ne igitur cum ipſo ſimul corpore malitia ſepeliretur; domū ipſam tumulum fecit, vt omnes, qui tranſirent, eam videntes & cauſam ſubuerſionis cognoſcentes, peccati imitationē fugerent. Hoc in Sodomitis quoque factum eſt. Cū enim in deſiderio ſuo in inuicem exarſiſſent, ipſa quoq; terræ natura exuſta eſt; omnique voce clarius, omnia deinceps ſæcula, terræ illius facies admonet, tantum nō clamans & dicens: Nolite talia facere, ne talia quoq; patiamini. Quid agis ô homo? Apud ſacram mēſam iuras, & vbi Chriſtus iacet immolatus, ibi fratrem tuum mactas? Et latrones quidem in vijs mactant; tu vero corā matre filium mactas, execrabiliorem, quam ipſe Cain, cædem faciens? Ille ſiquidem in deſerto fratrē præſenti morte mactauit; tu vero in medio Eccleſiæ fratrē morte iugulas æterna. Nūquid ad hoc Eccleſia facta eſt, vt ibi iuremus? Ad hoc ſcilicet eſt facta, vt preces in ea offeremus. Anne idcirco ſacra menſa aſtat, vt iureiurando alterutrum obſtringamus? Ideo aſtat, vt peccata noſtra ſoluamus, nō vero vt ligemus. B Tu vero, ſi aliud nihil, librum ſaltem illū reuerere, quem ad iuramentū porrigis; & euangelium, quod in manus accipis, alterū iurare iubēs, eumq; reuoluens & attendens quid ibi Chriſtus de iuramentis præcipiat, perhorreſce & deſiſte. Quid ergo ibi de iuramentis inquit? *Ego autem dico vobis, nō iurare omnino.* [Math. 5.] Tu vero eam legem, quæ iurare prohibet, iuramentum facis? O iniuriam, ô iniquitatem! Idem enim facis, ac ſi quis legiſlatorem occidere prohibentem, eundem ſocium aſciſceret, & homicidam fieri iuberet. Sicut igitur pugna exorta, licet ſæpè contumelijs afficiamur, fortiter tamen ferimus, & ad inferentem dicimus: Quid tibi faciam? Ille me læſit, patronus tuus, ille manus meas cohibet; Atque hoc ad ſolatium nobis ſufficit: eodem modo, ſi iuramentum à quopiam exigere velis, temetipſum inhibe & reprime, & dic ad eum, qui iuraturus eſt: Quid tibi faciam? C quia Deus præcepit nec iurare, nec ad iuramentū adigere: Ille me iam inhibet. Satis hoc eſt ad legiſlatoris honorem, ad tuam ſecuritatem, & illius, qui iurare debet, timorē. Date mihi ergo, huc aduenientes dicere: In nulla ciuitate id videre eſt, quod Antiochiæ: Mallēt enim homines ciuitatem illam inhabitantes ſibi linguā prius exſcindi, quam iuramentum ex ore emittere. Si enim qui vnum aut duos lucrifecerit, tantam à Deo accepturus eſt mercedem: quanta in præmia non conſequentur, qui vniuerſum orbem erudiūt? Sed fortè ex conſuetudine frequenter ad malignum illud verbum proferendum lingua prorūpit. Verum, cum impetum ceperit, antequam verbum extuleris, vndique dentibus ipſam validè mordeas. Melius enim eſt, eam ſanguine iam perfluere, quam tunc aquæ guttam deſiderare, nec obtinere ſolatium poſſe. An non animaduertis, te ad præcipitiū D ferri, & teipſum in profundum extremæ perditionis deijcere, dum benefactorem, dum ſeruatorem & curatorem tuum maledictis inſectaris? Numquid enim cum maledicta profers, leuius negotium reddis? Imo vero auges, doloremque efficis acerbiorem. Idcirco enim diabolus innumera mala inuehit, vt in illam foueam te deturbet. Ac ſi quidem te maledicta proferre videat, dolorem auget, maioremque reddit, vt punctus iterum ſtomacheris. Sin fortiter te illa ferentem conſpiciat, & quanto malum fit grauius, tanto magis Deo agentem gratias continuo abſiſtit, vtpote qui temerè fruſtraque deinceps inſidias tendat. Et ſicut canis ante menſam ſtans, ſi hominem comedentem ſubinde aliquid de appoſitis in menſa cibis proijcere videat, aſſidue manet; ſi vero ſemel & iterum aſtiterit & nihil accipiens abierit, deſiſtit porro, tamquam temerè & fruſtra expectans: Ad eundem modum diabolus, aſſiduè ad nos intentus eſt; cui ſi tamquam cani, maledictum obieceris, eo arrepto, iterum inſidiabitur.

A Si vero in gratiarum actione perſeueres, fame ipſum enecabis, cito abiges, & reſilire facies. Et quod iſta hoc modo ſeſe habeant, veterem hiſtoriā narrando oſtendam. Inuadentibus aliquando hoſtibus Iudæos, & Ionatha (filius iſte erat Saulis) aliquos quidem trucidante, aliquos vero in fugam conijciente, [1 Reg. 14.] volens Saul huius pater, amplius contra reliquos exercitum excitare, & facere ne prius deſiſterent, quam omnes opprimerent; contrarium, quam voluit, fecit; iuratus neminem, vſque ad hoſtium vltionem ſuorum, comeſturum panem. Quid igitur hac re ſtultius fieri poſſet? Labore enim fatigatos & vulneribus confectos milites cum refocillare debuiſſet, & recentiores hoſtibus immittere, ipſis hoſtibus grauius eos habuit, per iuramenti neceſſitatem fami grauiſſimæ eos tradens. periculoſum quippe de ſeipſo quempiam iurare, ſæpius enim à rerū circumſtantia impedimur: aliorū autē ſententiam iuramentorum ſuorum neceſſitati alligare, lōge periculoſius: id quod Saul tunc inconſiderate fecit. Syluā tranſibat exercitus fauum habentem, B & fauus ante faciem populi erat: ingreſſuſque eſt populus ad fauum, & tranſibat loquens. Vidiſti quanta vorago? Menſa extēporanea: vt & accedendi facilitas, & nutrimenti ſuauitas, & latēdi ſpes ad iuramentorum præuaricationem ipſos inuitaret. Etenim Ionathas, qui non audierat patrē ſuum iurantē, extendit ſummitatē ſceptri, quod in manu ſua habebat, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuam in os ſuum, & reſpexerunt oculi ipſius. Vide quem malignus ad periurium impulit: non vnum ex militibus, ſed ipſum iurati Regis filium. Nec enim periurium tantum patrare volebat; verum & filij parabat cædem, & naturam ipſam contra ſeipſam diuidere nitebatur; quodque olim feceratin Iephte, hoc & poſtea facturum ſe ſperabat. Etenim ille Deo pollicitus, ſe primum ſibi occurrentem poſt belli victoriam iugulaturū, in C filij necē incidit; filiolam enim primo ſibi occurrētem mactauit. Et quid dico filij cædem? Excogitauit enim malignus ille, & hac ſceleratiorē denuo reperiri cædem. Si enim ſciens peccaſſet, & iugulatus fuiſſet, filij cædes tantum id erat: nunc autē ex ignorantia præuaricatus (nec enim audiuit iuramēta) deinde interfectus, duplicē patri mœrorē attuliſſet. Poſtea conſpicatus quidam militum, ait: iuratus adiurauit pater tuus populum, Qui comederit panem hodie: & diſſolutus eſt populus. Et dixit Ionathas: * diſſoluit & perdidit pater meus vniuerſos. [*Lat. Turbauit pater meus terram.] Temerato igitur iureiurando, omnes tacebant, & nemo reum in medium producere audebat. Non modicum autē & hoc aliud crimen factum eſt. Non enim tantum peierantes, ſed etiam conſcij & obtegentes criminibus communicant. Et dixit ſacerdos: Accedamus ad Deū. Et interrogauit Saul Deū: D An deſcendam poſt alienigenas, & trades ipſos in manus meas? Et non reſpondit ei in die illa Dominus. Reſpice benignitatem & manſuetudinē clementiſſimi Dei. Non enim fulmen immiſit, neque terrā concuſſit: ſed quod erga amicos amici faciūt, ſi contumelijs affecti fuerint, hoc & in ſeruū Dominus fecit. Et dixit Saul: Adducite omnes tribus populi, & videte per quē acciderit peccatū hoc hodie. Viuit dominus ſaluator Iſrael, quia ſi † reſpōderit cōtra Ionathan filium meum, morte morietur. [†Lat. per ſemeth. ſi ſilio m. ſi factū eſt.] Et nondum comperto, quis peccaſſet, iudicium fecit; & reum neſciens, tulit ſententiam: factuſque eſt pater filij carnifex, & antè examinationem damnationis ſententiam pronunciauit. Et quid opus multis? Sorti rem commiſit. Et dixit Saul: iacite ſortem inter me & Ionathan. dixitque Saul ad Ionathan: Annuncia mihi, quid feciſti? cui Ionathas, Guſtans guſtaui, ait, ſummitate ſceptri, quod habebam in manu mea, parum mellis, & en ego morior. Quem non flexiſſent, quem non ad miſericordiam adduxiſſent verba iſta? Conſidera

quantam procellam deinde Saul ſuſtinuit, cum ipſius viſcera diſſecarentur, & vtrimque profundiſſimum appareret præcipitium. Sed tamen nec ſic emendabatur: ſed quid inquit? Hæc faciat mihi Deus, & hæc adijciat, quoniam morte morieris hodie. Et dixit populus ad Saül: Hæc faciat nobis Deus, & hæc & addat, ſi morte morietur qui fecit ſalutem magnam in Iſrael: viuit dominus, ſi cadet capillus de capite eius in terram, quia miſericordiã Dei fecit in die hac. Ecce & populus ſecundum iurauit, & regi contrarium iurauit. Neceſſe iam ſcindi iuramentum: omnes enim hos verè iuraſſe, fieri non poteſt. Si enim voluiſſet Rex reſiſtere, & ad iuramentum procedere, reſtitiſſet populus, & tyrãnis crudeliſſima facta fuiſſet: & rurſum, ſi voluiſſet filius propriæ parcens ſaluti, ſeipſum exercitui dedere, patricida ſtatim extitiſſet. Vides & tyrannidẽ, & filij cædem, & bellum ciuile, & pugnam & iugulationes, & cruorem, & infinita cadauera ob vnum iacere iuramentum? Vidiſti quantam perditionis voraginem iuramentum parauit? Ne igitur nos quoque & conſimilia illis patiamur, ab improba iuramentorum conſuetudine deſiſtamus, quo Dei fauorem nobis hic conciliemus, & præſentem vitam ſecurè peragamus, ac futura bona adipiſcamur, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti: cui gloria & imperium, cum & Patre & ſanctiſſimo ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

De Simplicitate, ſiue manſuetudine, & Iniuriarum memoria.

HOMILIA XXIX.

DE manſuetudine diſſerere volentes, chariſſimi, quemnam alium in medium adducere oportet, quam qui teſtimonium deſuper accepit, atque in hac re ſumma in admiratione habitus fuit? Ait enim: Inueni Dauid filium Ieſſæ, virum ſecundum cor meum: qui non modo inimicis cibum & potum præbuit, ſed etiam frequenter periclitantes à morte eripuit. Tanto enim odio Saul ipſum proſecutus eſt & auerſatus, poſt innumera licet beneficia, poſt ſplendida trophæa, & paratam ex Goliath ſalutem, vt ne nominis quidem illius meminiſſe vellet. Feſto enim aliquando imminẽte, dum dolum contra ipſum ſtruxiſſet, & graues inſidias molitus eſſet; iam vero eum nõ adeſſe cerneret; vbi eſt, inquit, filius Iſai; & cum flagitium, quod de eo diceret, non haberet, generis obſcuritatem in medium protulit; hac ratione claritatem ipſius obſcuraturum ſe ſperans. Hic vero in ſpelunca dormientem ipſum inueniens, non eum appellauit filium Cis, ſed dignitatis nomine: abſit, inquit, vt manum meam mittam in Chriſtum Domini. Adeo mundus erat ab ira, atque omni iniuriarum memoria Chriſtum domini vocat eum, à quo tantas iniurias acceperat, qui ſanguinem ipſius ſitiebat, qui poſt infinita beneficia ſæpè interficere ipſum conabatur. Non enim reſpiciebat, quid ille pati dignus eſſet; ſed, quid & facere & loqui ſeſe deceret, conſiderabat. Quid hoc eſt? Hoſtem veluti in carcere comprehendiſti, triplici detentum vinculo, loci anguſtia, adiutorum ſolitudine, & neceſſitate ſomni, nec pœnam aut ſupplicium de eo ſumis, ſed dicis: Abſit, vt mittam manum meam in Chriſtum Domini? Vtique, inquit. Non enim quid ille pati mereatur, ſed quid facere me deceat, nũc expendo. Vos igitur ipſum fortaſſe miramini, quod nullius præteritorum malorum mẽmor fuerit: ego vero propter aliud multo magis ipſum obſtupeſco. Qualenam illud? Quod nec futurorum timor eum impulerit, vt hoſtem interimeret. Perſpicuè enim nouerat, fore, vt è manibus ſuis elapſis denuo contrà ſe erigeretur, ſed elegit, potius ipſemet, dimiſſo illo iniquo, pericula ſubire, quàm ſecuritati ſuæ proſpiciendo, hoſtem obtruncare. Et neque præteritorum memoria, neque metus futurorum, neque exhortatio exercitus, neque loci ſolitudo, neque facilitas cædis, neque aliud quidlibet ipſum ad homicidium excitauit: ſed tãquam benefactori cuidam, & qui magna ipſi bona præſtitiſſet, ita inimico ſibiq; infeſto pepercit: oraq; veſtimenti præciſa, & aquę lenticula ſublata, procul receſſit; & ſtãs clamauit, illiq; incolumi ſeruato hæc oſtendit. Nec ad oſtentationem aut ambitionem hæc faciebat, ſed reipſa perſuadere voluit, quod temerè & fruſtra ſe tamquam hoſtem ſuſpectum haberet: atque per hoc ad amicitiã eum attrahere enitebatur. Illum enim qui tantum inimicus eſt & moleſtias infert, non vlciſci, nihil mirandum hominem vero multis magniſque beneficijs affectum, deinde pro benefactis illis & ſemel & iterum & ſæpius molitum interficere benefactorem, in manus capere, & neci tradere poſſe, dimittere tamen atque ab aliorum etiam inſidijs eripere: idque cum ijſdem denuo ſit inſidiaturus, quemnam ſummum philoſophiæ gradum non habet: Quid vero ad improbitatem, in his quæ Saul erga Dauidem oſtendit, addi poſſit? Quia hoſtibus nuper ab eo repulſis, & ciuitate ſeipſam recreante, atque omnibus ob partam victoriam hoſtias immolantibus, ipſe benefactorem & ſeruatorem ſuum, omniumque illorum bonorũ cauſam interficere aggreſſus eſt: Et nec beneficentiæ prætextus furentem illum ac inſanientem continuit: ſed & ſemel & iterum & frequenter iaculatus eſt, ipſum occidere cupiens: & talia pro illis periculis reddebat præmia. Dauid enim pſallebat manu ſua, inquit; & haſta in manu Saul: & tulit Saul lanceam, dixitque: infigam in Dauid. Et declinauit Dauid à facie ipſius, & infixit lanceam in parietem. (1.Re.19.) Quem quæſo etiam eorum, qui egregiè philoſophari norunt, iſta ad furorem non efferrent? Verũ iſte fugere potius elegit, & patria exulare domo, erronem, profugumque agere, & in calamitate neceſſarium ſibi parare victum, quàm Regi cædis occaſionem dare. Nec enim eo ſpectabat, vt ſeipſum vlciſceretur, ſed vt illum ab eo malo liberaret. Idcirco ab oculis inimici ſeſe ſubduxit, vt tumorem ſubduceret, ſiſteret inflammationem, & inuidiam mitigaret. Satius enim eſt, inquit, me miſerum eſſe, innumeraſque pati calamitates, quàm hunc apud Deum ob iniuſtam cædem condemnari. Quid igitur æquale fuerit generoſo illi & adamãtino animo; quando pro diuitijs paupertatem ſolitudinem pro patria, labores quoque & pericula pro delicijs & ſecuritate elegit, vt inimicum ab odio, quod in eum habebat, liberaret? Cui tam efferato & agreſti hæc non perſuadeant, inimicitias deponere & ab inuidia ceſſare? ſed crudelem tamen illũ & inhumanum nihil horum adduxit, vt ad benignitatem flecteretur: ſed perſequebatur & vbique circumibat, quærens eum, qui nihil iniuriæ intulerat, ſumma vero iniuria affectus infinita ipſi pro his bona præſtiterat. Ac imprudens in ipſa deinde Dauidis incidit retia. Erat enim, inquit, ibi ſpelũca, & ingreſſus eſt Saul, vt exoneraret aluum; Dauid autẽ & viri ipſius in interiore ſpelunca ſedebant. (1.Re.24.) Dixeruntq; viri Dauid ad ipſum: Ecce dies, ſicut dixit dominus, Tradam inimicum tuum in manus tuas, facieſque ei quod placitum eſt in oculis tuis. Et ſurrexit Dauid, abſtulitq; oram chlamydis Saulis clanculum. Et poſt hæc percuſſit Dauidem cor ipſius, quod abſtuliſſet laſciniam chlamydis, dixitque ad viros ſuos: Auertat à me dominus, ne faciam verbum hoc domino meo, mittamque manũ meam ipſum, quia Chriſtus Domini eſt; ac diceret: propitius ſit mihi Dominus: etiamſi ipſemet vellem, numquam tamen me hoc facere permittat, nec ad peccatum iſtud deuenire ſinat.

Quid

Quid hac anima manſuetius eſſe poſſit? Numquid
hominem iſtum dicemus, qui in humana natura
angelicam oſtendit conuerſationem? Sed non pa-
terentur diuinæ leges? Quis enim, obſecro te, citò
eiuſmodi à Deo optare velit? & quid dico optare?
Quis imò contra moleſtos ſibi non precari facilè
ſuſtineat? Vidiſti Dauidis tēſa retia, & prædam in-
terceptam, venatorem ſtantem, & omnes adhor-
tantes vt gladium in hoſtis pectus immergeret?
Nūc mihi ſpecta philoſophicā animi moderatio-
nem: ſpecta mihi luctā, victoriam, coronā. Etenim
ſtadium quoddam erat ſpelunca illa, & lucta quæ-
dam mirabilis dictuque incredibilis facta eſt. Lucta-
tus enim eſt Dauid, pugilem egit iracundia, certa-
minis præmium Saul poſitus erat, Agonotheta erat
Deus. Non enim aduerſus ſeipſum modo, propriā-
que cupiditatem ei bellum erat, ſed & aduerſus
milites qui aderant. Etenim ſi animo voluiſſet mo-
derari, & parcere ei, qui læſerat, conſentaneū erat,
vt & illos metueret, ne fortè ipſum in ſpelūca cō-
trucidarent, tamquam perditorem & proditorem
B ſalutis ipſorum, & qui communem hoſtem ſerua-
ret. Probabile enim erat eos talia indignabundos
dicere: Errones exuleſque nos facti ſumus, domo,
patria cæteriſque omnibus eiecti ſumus, omniumq;
difficultatum tuarum conſortes facti ſumus: & tu
malorum iſtorum authorem in manus traditum
cogitas dimittere, ne nobis vmquam à calamitati-
bus liceat reſpirare? & inimicum ſtudes ſeruare,
vt amicos prodas? Et quo pacto iſta ſunt æqua?
Nam ſi tuam ipſius ſalutem negligis, noſtræ certè
parcas animæ. Non dolent tibi anteacta, neq; me-
mor es eorum, quæ ab ipſo perpeſſus es mala? Ve-
rum nihil horum iuſtus ille reputabat; vnum illud
ſpectabat, quomodo clementiæ redimiri corona
poſſet. Neque perinde mirum fuiſſet, ſi ſolus & abſ-
que comitibus exiſtens infeſtanti ſe peperciſſet, at-
que nunc eſt, quod idem alijs præſentibus fecerit:
C alijs inquam, non hominibus æquis & moderatis,
ſed militibus, & bellum gerere edoctis, & qui mul-
tis difficultatibus iam in deſperationem erant ad-
ducti, à quibus paululum reſpirare cupiebant; qui-
que non ignorarent, totam malorum diſſolutionē
in hoſtis nece ſitam eſſe: nec malorum dumtaxat
diſſolutionem, ſed & plurimorum adeptionem bo-
norum. Nihil enim obſtabat, quo minus illo occi-
ſo regnum ad hunc tranſiret. Attamen cum eſſent
tam multa, quæ milites irritabant, tantum valuit
generoſus ille, vt omnes iſtos vinceret, & vt hoſti
parcerent, perſuaderet. Magnum quiddā eſt, pro-
prias aliquem affectiones ſuperaſſe: longè verò
maius, alijs quoq; perſuadere potuiſſe, vt eandem
reciperent ſententiam. Iā vero multi ſunt inimici,
qui per philoſophiā affectus moderatos habere vi-
dentur, qui, licet ipſimet hoſtem interficere nō ſu-
ſtineant, ab alijs tamen cum interficiendi ſunt, ob-
D ſtare nolint. Non ita Dauid: ſed perinde ac ſi depo-
ſitum quoddam accepiſſet, de quo rationem redde-
re deberet, ita non modo ipſemet hoſtem nō atti-
git, ſed alios quoq; interimere volentes prohibuit,
pro hoſte corporis cuſtos factus, & ſatelles optimus.
Non igitur aliquis errauerit, ſi Dauidem potius
quam Saulem in diſcrimen tunc incidiſſe dixerit.
Non enim vulgare certamen ſuſtinuit, omnibus
modis ab illorum inſidijs ipſum liberare ſatagens.
Neque ita timuiſſet, ſi ipſemet iugulari debuiſſet,
quam metuebat ne quis militum iræ indulgēs ho-
minem perderet. Idcirco etiam talem concinnauit
defenſionem. Et illi quidem accuſabant, accuſa-
batur vero dormiens: defenſionem agebat hoſtis,
Deus vero iudicabat, & Dauidis ſententiam ſua
authoritate comprobabat. Nec enim abſque Dei
nutu furentes illos ſuperare valuiſſet; ſed Dei gra-
tia erat, quæ illius inſidebat labijs, & verbis illis
quandam perſuadendi vim addebat. Numquid &
hinc maximè propter animi magnitudinem quis

A ipſum miretur, quod inimicum in manus nactus,
cum dormiret & immotus permanens nihil quic-
quam moliri poſſet, non ſolùm ipſemet nō inter-
fecit, ſed etiam interficere volentes impediuit?
Quomodo ipſos veriſimile eſt iam illi obtempera-
re, quantam beneuolentiam erga ipſum habere? ſi
enim vel infinitas poſtea animas habuiſſent, nōne
omnes pro ſuo imperatore impendiſſent, vbi reip-
ſa, ex ſollicitudine quam pro hoſte gerebat, ipſius
erga familiares beneuolentiā didiciſſent? Qui enim
erga eos, à quibus moleſtia affectus eſt, mitis & mā-
ſuetus eſt, nōnne magis in bene erga ſe affectos ta-
lis eſſe debebat? Nōnne opportune quis hinc oſtē-
derit, maius trophæū erexiſſe Dauidem, cū peper-
ciſſet Sauli, quam cū Goliath proſtrauiſſet, ac bar-
bari caput amputaſſet? Siquidē hæc illa magnificē-
tior erat victoria & glorioſius trophæū. Illic enim
& funda & lapidibus & acie indigebat: hic verò cū-
cta ratione peragebantur, & ſine armis parata vi-
ctoria, atque incruentum trophæum erectum eſt.
Poſtquam igitur præclaram hanc & admirabilem
B victoriā ſibi peperiſſet, ſurrexit tandem à ſomno,
horū certaminū materia, Saul, & egreſſus eſt, à ſpe-
lunca ignarus omnium, quæ circa ſe geſta eſſent.
Egreſſus eſt autē poſt illum & Dauid, liberis dein-
ceps oculis cælum intuens: egreſſus eſt, non caput
barbari geſtans, ſed animi commotionem mortifi-
catam, ſed irā eneruatam: poſtquam innumera ho-
ſti dediſſet vulnera; poſtquā Saulem ſeruaſſet, & il-
lum reuera hoſtem diabolum multis plagis confi-
xiſſet. Egreſſus eſt, dexteram cum capite coronatā
habens: dexteram dico illam, quæ gladium purum
educere, enſemque Deo nullo ſanguine contami-
natum oſtendere, denique aduerſus tantum iracū-
diæ impetum reſiſtere potuit. Egreſſus eſt tanto
cum ſplendore, quanto tres pueri ex illo camino.
Quemadmodum enim illos non exuſſit ignis: ita
hunc nō inflammauit rogus iracundiæ. Et illis qui-
C dem foris nihil ignis, in quo verſabantur, nocuit:
hic verò intus habens carbones accenſos, & foris
diabolum videns caminum incendentem, & ab ini-
mici conſpectu, & ab adhortatione militum, à faci-
litate perficiendi cædem, à ſolitudine eorum qui
Sauli poſſent auxiliari, à præteritorum malorum
memoria, à futurorum periculorum trepidatione;
ſiquidem & hæc & ſarmentis, & reſina & ſtupa, ac
ceteris omnibus, quibus caminus ille Babylonius
incendebatur, lucidiorem excitabant flammam,
tamen nō inceſus eſt Dauid, neque vllo pacto ſic
affectus fuit, quemadmodum conſentaneum erat
illū tot malis irritatum affici; ſed purus & integer
exiuit. Egreſſus itaq; Dauid poſt Saulem clamauit
dicens: Dominem mi Rex. Et reſpexit Saul poſt
tergum ſuum, inclinauitque Dauid ſe pronus in
terram & adorauit ipſum. Numquid iſta minorem
adferunt laudem, quam inimicum ſeruaſſe: Quo-
D niam idem qui ſeruauerat, ſeruatum nunc adorat;
appellat regem, ſeipſum ſeruum vocat, omniaque
facit vt faſtum illius atque arrogātiam reprimere,
iram mitigare & inuidiā tollere poſſit. Sed excuſa-
tionem quoque ipſam audiamus. Cur audis verba
populi dicētis: Ecce Dauid quærit animam tuam?
Ecce viderunt oculi tui hodie, quòd tradiderit te
Dominus in manus meas in ſpelunca; & nolui in-
terficere te, ſed peperci tibi, & dixi: non inferam
manum meam in dominum meum, quia Chriſtus
Domini eſt; & ecce oram chlamydis tuæ in manu
mea, quam ego abſtuli, nec interfeci te. Neque
enim, ſi non fuiſſem, inquit, proximus, ac corpori
tuo vicinus ſtetiſſem, potuiſſem veſtimenti ampu-
tare partem. Etenim ſi non amputaſſet, nō potuiſ-
ſet aliūde fidē inimico facere. Quomodo enim poſt
tot beneficia, nihil commeritum oppugnās, ſuſpi-
cari potuit, quod alter iniuria læſus, in manus lędē-
tem nactus, ei peperciſſet? Iā vero indubitatū ſuæ
erga ipſum prouidentiæ argumentū exhibuit, ip-

A ſumque inimicum, & iudicem & teſtem vocat ſuæ ſollicitudinis, ita dicens: cognoſce & vide hodie, quod non ſit in manu mea iniquitas: tu vero conſtringis animam meam, vt eam capias. Vſque adeo faſtus expers erat, & ab omni inani gloria immunis, atque ad vnum ſolum reſpiciebat, Dei ſcilicet iudicium. Ait enim. Iudicet Deus inter me & te. Hoc vero dixit, non quod puniri hominem cuperet, aut pœnas de illo ſumere, ſed vt formidinem illi injiceret venturi iudicij commemoratione: quia nequaquam auſus eſſet appellare iudicem illum, qui decipi nequit, & in ſe damnationẽ accerſere, niſi certiſſimum habuiſſet, ſe ab omni inſidiarum crimine purum & immunẽ eſſe. Quis non obſtupeſcat, quis non miceretur generoſum illum & adamantinum animum? Multa ſiquidem magnaque poterat Sauli enumerare beneficia. Poterat, ſi voluiſſet, dicere: Cum bellum barbaricum, veluti diluuium quoddã, vniuerſam ciuitatem eſſet diſſipaturum, conſternatis vobis ac metu trepidantibus, inque dies ſingulos mortem expectantibus, ego tranſiẽs, nemine B compellente, imo & te prohibente & retinente, me non continui, ſed pro cæteris omnibus inſilij, & ? bellum ſuſcepi, & caput amputaui: & velut torrẽtis impetum, barbarorum illorum inſultum repuli, rempublicam vacillantem ſtabiliui: ac per me tu quidem regnum & vitã, cæteri vero omnes præter vitam, ciuitatem ac domos & vxores obtinent. Ac poſt illud rurſus trophæum, & alia bella, quæ fortiter ac feliciter geſſerat, illo non inferiora. Et quod, cum ſemel atque iterum, imo ſępius ipſum è medio tollere conatus eſſet, lanceamque in caput illius torſiſſet, malorum non meminerit, atque alia multo plura & maiora. Verum nihil horum dixit, ſed tãtum ea, quæ illo die acciderant, in ſui defenſionẽ adduxit, ita dicens: Cognoſce & vide hodie, quod non ſit in manu mea malitia neque iniquitas: tu vero conſtringis animam meam, vt eam accipias. Quem, quæſo, verba iſta frangere nõ poſſint? Quia C beneficia ipſi exprobrare non volebat, ſed ſolum vt perſuaderet, ſe vnum ex eorũ numero eſſe, qui ipſum amarent & reuererentur, nõ qui inſidias aut rebellionem molirentur. Et tu ergo, ſi quando in manus inimicum tuum nactus fueris, ne hoc cogites, vt ipſum vlciſcens & infinitis contumelijs afficiens ejcias: ſed vt ipſum cures, vt ad manſuetudinem ipſum adducas, nec prius omnia facere & dicere deſiſtas, donec crudelitatem ipſius lenitate ſuperes. Id quod Dauid quoq; præſtitit: qui dum hoſtem contra ſalutem ſuam armari videret, atq; ob hoc omnia mouere, non modo efferatus nõ eſt, ſed magis etiam ei condoluit: quoq; maiores inſidias ei ſtruxit, tanto magis ipſum defleuit, nec ante deſtitit omnia facere, donec ipſum quoque cum fletu & lachrymis ad excuſationem excitaret. Poſtquã enim Saul audiuiſſet dicentem ipſum: Domine mi Rex, D non ſuſtinuit abſque lachrymis vocem illã audire, ſed ingemuit, amaram edidit vocem, & eiulabat vehementer, dicens: Iuſtior tu es, quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona, pro inſidijs, pro cæde, pro innumeris illis malis: ego vero tibi reddidi mala: nec ita factus ſum melior, ſed poſt beneficia illa in malitia perſtiti. Tu vero ne ſic quidem mutatus es, ſed more tuo perrexiſti, atque iterum nos inſidias molientes beneficijs afficiens, quæ hodie mihi bona præſtitiſti, mihi indicaſti: quod ſcilicet in manus tuas Dominus me concluſerit, tu vero me non interfeceris. Quid Dauide beatius fuerit, qui breui tẽporis momento ita inimicum trãsformauit, & animã ſanguinis & cædis ſitientẽ nactus, in lachrymas & vlulatus repentè coniecit! Non ita Moyſen, admiror, quod ex prærupta petra aquarum fontes eduxerit, quam iſtum ſuſpicio, quod ex talibus oculis ſcatebras deduxerit lachrymarũ. Ille ſiquidem naturã vicit: hic vero voluntatẽ liberã ſuperauit. Ille virga percuſſit lapidem: hic ſermone cor pulſauit, nõ

vt triſtitiam inferret, ſed vt mundum & manſuetũ efficeret. Quantumcunq; igitur illum ob propriã manſuetudinem laudibus effero, magis tamen hũc propter mutationem Saulis admiror. Siquidẽ multo minus eſt, proprijs dominari affectibus, quã aliorum vincere furorẽ, quam cor ita intumeſcens cõpeſcere, & ex tanta tempeſtate, tam quietũ facere, oculoſque vnde homicidium emicabat, calidis implere lachrymis. Atq; hoc eſt ſtuporis ac miraculi plenum. Etenim ſi Saul fuiſſet homo æquus & moderatus, non adeo magni erat negotij ad propriam ipſum reducere virtutem. At efferatum, & ad extremam prouectum malitiã, iamque ad cædem properantem breui tẽporis momento ſic afficere, vt omnem illam amaritudinẽ euomat ex animo, quẽ non obſcuret omnium, qui vnquã philoſophię doctrina clari extiterunt? Laude quidem ſummaq; admiratione dignum eſt, quod enſem in ipſum nõ immerſerit, neque hoſtile caput amputauerit: quod vero liberam ipſius mutauerit voluntatẽ, eamq; meliorem reddiderit, & ad propriã reduxerit manſuetudinem, quid quæſo ad ſummam philoſophiam reliquum fecerit? Sed pleriq; hominum, non ſolũ ſeipſos à conuerſatione inimicorũ abſtinent, imo ne vultum quidem illorũ intueri aut vocẽ audire volunt. Verum non hoc pacto Dauid: ſed & inimicum ſeruauit, & prior honore affecit, hoc modo alloquens, Domine mi Rex. Et non hoc ſolũ, ſed in faciem quoq; procidens ſuam, ipſum adorauit: & honoratus in eo, dum ille diceret, fili mi Dauid, iterũ maiorem honorẽ exhibuit, dicẽs: Seruus tuus, Domine mi Rex. Quis maiorem hac manſuetudinem dicere poſſit? Ille vſque ad vitam ipſam beneficijs affectus in cognationem benefactorem aſciuit: hic qui beneficia exhibuerat, dominũ appellat illũ, in quẽ beneficia cõtulerat, Filiũ me vocauit, ait, ego vero ſatis habeo & cõtentus ſum, ſi pro ſeruo me habeas, tantũ vt iram deponas, tantum vt ne quid de me ſuſpicere mali, & ne inſidiatorem aut hoſtẽ me exiſtimes. Et vide quantũ fecerit lucri. Priuſquã enim hoc dixiſſet, non iã ſuſtinuit ille ſine lachrymis hanc vocem audire, ſed plorauit amare: animi ſanitatem & ſapientiam, quam Dauid inſeruerat, lachrymis declarans. Quot coronis non dignus fuerit Dauid, cum adeo ſua manſuetudine & modeſtia Saulem ſuperauerit, vt ei propriam cõdemnare crudelitatem, virtutemque illius celebrare perſuaſerit? Si enim, inquit, quis inimicum ſuum in tribulatione conſtitutum inuenerit, & in via bona ipſum dimiſerit, Dominus ei bona retribuet, ſicuti tu mecum feciſti hodie. Et ecce agnoſco quod regnans regnabis, quodque regnum Iſrael conſtituetur in manu tua. Et nunc iura mihi per Dominum, quod nõ obliturus ſis ſemen meũ poſt me, & non extincturus nomen meum de domo patris mei. Et vnde quæſo, hoc noſti? Penes te ſunt exercitus: penes te ſunt pecuniæ, arma, ciuitates, equi, milites, omnis deniq; vis regij apparatus: hic cõtra deſertus ac nudus, nec ciuitatẽ, nec domum nec familiã habens. Vnde igitur, dic mihi, iſta loqueris? nimirũ ex ipſis Dauidis moribus. Neq; enim nudus & extorris & deſertus, me armatum, tantaque circumuallatũ potentia ſuperaſſet, niſi Deum haberet adiutorem. Porrò qui Deum habet ſecum, omnibus eſt potentior. Vides ad quantam philoſophiam Saul poſt inſidias deductus ſit? Vides, qui fieri poſſit, vt quis omnem exſpuat malitiam, immutatuſque ad meliora ſe recipiat? Quotnam coronis in ſingulis hiſce verbis dignus fuerit Dauid? Quãquam enim os Saulis iſta ſonabat, ſapientia tamen Dauidis ea in animum illius inſeruerat. Iura mihi per Dominum, quod non delebis ſemen meum, nec obliterabis nomen meum de domo patris mei. Preces iam Rex priuato offert: & diademate cinctus ſupplicem agit pro filijs ſuis, exulem rogans: & iuſiurandum exigit, non diffidens

ipſius

ipſius moribus, ſed quot malis ipſum affecerit, reputans. Iura mihi, te non aboliturũ ſemen meum poſt me. Hoſtẽ filijs ſuis relinquit tutorem, ſuoſque poſteros in illius manibus deponit; tantum non dexterá ipſorum verbis iſtis apprehendens, & Deũ ſequeſtrem inducens. Quid igitur Dauid? Num vel leuiter diſſimulatione vel ironia ad hæc vſus eſt? nequaquã: ſed protinus annuit, quodq; petebatur, cõceſſit, ac mortuo Saule, nõ modo illos non occidit, ſed & plura tunc præſtitit, quam pollicitus eſſet. Siquidem filium eius cũ eſſet claudus ac debilis cruribus, in ſuam ipſius domũ induxit, ſuæq; mẽſæ fecit participem, ſummoq; dignatus eſt honore: nec erubuit, nec occultauit, nec ſe regiam mẽſam claudicatione pueri dehoneſtate arbitratus eſt: ſed in eo ſibi cõplacebat potius & gloriabatur. Quis enim eorum, qui cum eo cœnabant, dum filium videret Saulis, qui tot malis Dauidem affecerat, tanto in honore apud ipſum haberi, etiamſi feris omnibus immitior eſſet, non cũ omnibus inimicis ſuis, pudore ac rubore ſuffuſus, in gratiam redibat: Si enim B alibi cibũ ei dari iuſſiſſet, certumq; victus modum ordinaſſet, valde magnũ erat: ſed ad ipſam recipere menſam eximiæ cuiuſdã eſt philoſophię. Etenim pleriq; hominum non viuẽtes ſolum vlciſcuntur hoſtes, ſed etiã ipſis defunctis, in illorum liberos, iram quam in illos habebant, effundunt. Verũ, nõ ita Dauid, ſed & viuentem inimicum ſeruauit, & illo defuncto, beneuolentiam, quam erga illum geſſerat, filijs exhibuit. Quidnam iſto viro beatius fuerit? quia non tunc ſolum, cum inimicum ſub pedibus ſuis, captiuo miſerius iacentem videret, eidem pepercit: ſed etiã poſt ſalutem iſtã inſidias ſibi molientem interficere volentem in manus nactus, cũ eum ſimul & totum exercitum cædere poſſet, ſaluum & incolumem tamen dimiſit: & quamuis non ignoraret, quã inſanabili laboraret morbo, & quod nequaquam ab inimicitijs, quas erga ſe habebat, deſiſteret, ſeipſum ab oculis illius ſubduxit, & apud C barbaros veluti ſeruus vitam agebat, inhonoratus, pudefactus, ex labore & ærumna neceſſarium ſibi

2. Reg. 1.

victum parans. Nec hoc ſolum admirandum, ſed etiam quod in acie ipſum cecidiſſe audiens tunicam diſciderit, cinere ſe conſperſerit & planctu planxerit, quali quis plangeret, filio ſuo vnigenito & naturali amiſſo: aſſidue interim nomen ipſius & filij ſimul inclamans, encomia componens, amarã emittens vocem, & vſque ad veſperam ieiunus permanens, locíſque illis quæ ſanguinẽ Saulis exceperant, maledicens. Montes, inquit, Gelboe, nec ros nec pluuia cadãt ſuper vos: mõtes mortis: quia ibi† ſublata ſunt tabernacula potentium. Odi & locum ipſum, inquit, propter mortuos, ibi proſtratos: ne igitur poſthac pluuijs deſuper irrigemini, quando ſemel amicorum meorum ſanguine malè irrigati eſtis. Et aſſiduè vero ipſorum nomina verſat, ita inquiens: Saul, & Ionatham amabiles & decori, in vita ſua non diuiſi, etiam in D morte ſua diſiuncti non ſunt. Quoniam enim præſentia illorum corpora non licuit amplecti, nomina eorum amplexus eſt, ſuum dolorem hiſce modis quatenus licuit, leniens, & calamitatis magnitudinem mitigans. Non enim dici poteſt, inquit, quod filius orphanum ſe eſſe lugeat, neque quod pater orbitatem ſuam deploret: ſed quod nemini, inquit, contingit, illis contigit: ſimul & vno die è vita abrepti ſunt, alter alteri ſuperſtes relictus eſt, quod vitam iniucundam ſibi ob talem diuulſionem fore exiſtimaret. Nunc mihi quiſque recordetur inimici & qui ipſum læſit, dolore adhuc in animo æſtuante, atque hunc viuum tueatur, & vita functum deploret: etiamſi quid ferendum ſit incommodi, ne offendat eum qui læſit, omnia & faciat & patiatur, magna à Deo expectans præmia. Nihil enim ſecurius eſt, quam hoc pacto inimicis parcere, neque periculoſius quic-

† ſublatum eſt præſidium.

A quam, quam ſuam perſequi iniuriam & ſeſe vlciſci velle. Qui enim occiderit, ſeipſum ſæpè condemnabit, & ſceleratam habebit conſcientiam, in ſingulos dies & horas ab illo peccato veluti ſtimulis punctus. Qui vero pepercerit, & breui tempore æquo animo tulerit, lætabitur poſt hæc & delicijs perfruetur, ſpem bonam expectans, præmiaque iniuriarum obliuionis à Deo ſperans. Ac ſi fortè in periculum inciderit, magna cum fiducia è Deo retributionem poſcet. Atque hoc ex ijs, quæ inter Dauidem & Saulem contigerunt, videre eſt. Etenim hic dum occidere vellet, nudus, inermis, ab omnibus deſtitutus, ac veluti captiuus traditus, ita in ſpelunca iacebat: ille vero vbique cedens & locum dans, & ne iuſtam quidem de eo vindictam ſumere volens, abſque machinis & armis, abſque equis & militibus, hoſtem in manus nactus eſt: & quod maius omnibus eſt, Deum ad maiorem beneuolentiam flexit, & magna mirandaque pro ſua erga inimicum ſollicitudine accepit præmia. Quam igitur non habebi- B mus veniam, dum præteritorum peccatorum memores ſumus, & eos, qui nos læſerunt, vlciſcimur, quando inſons ille, tanta quidem paſſus, plura vero & grauiora ſibi mala euentura expectans, ita inimici parcere ſaluti cernitur, vt potius eligat ipſemet periclitari, & in timore ac tremore vitam agere, quam eum, qui innumeras ei exhibiturus erat moleſtias, iuſte occidere? Præclarum quidem eſt, iniuriam non inferre: longè vero præclarius iniurias inferentem non vlciſci. Et lex quidem hanc menſuram tunc dedit, iubens *oculum pro oculo, & dentem pro dente* excutere, nec iſta erat legis tranſgreſſio. Sed tam ſapientiæ amans erat Dauid, vt non ſolum legem non tranſgrederetur, ſed etiam ex magna quadam abundantia eam ſuperaret, metas, vt dici ſolet, tranſiliens. Non enim ſibi ad virtutem ſufficere exiſtimabat, niſi C etiam iuſſa longo interuallo ſuperaſſet. A nobis autem non hoc ſolum requiritur, vt iniuriam non reddamus, ſed etiam, vt benefaciamus. Ait enim: *Orate pro perſequentibus vos: benefacite his qui oderunt vos.* Quamnam ergo nos veniam habebimus, & quam excuſationem, qui poſt Chriſti aduentum non peruenimus ad menſuram eorum, qui in veteri teſtamento vixerunt? idque cum à nobis longè maiora exigantur. *Niſi* enim *abundauerit*, inquit, *iuſtitia veſtra pluſquam phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Quemadmodum enim non eſt æqualis is, qui ſe in lege rectè gerit, ei, qui in ijſdem rectè ſe geſſit ante legem: ita nec qui in gratia, ei, qui ante legem, imo vero ei qui ſub lege: ſeb ab ipſo tempore magnum diſcrimen naſcitur. Audi enim, quid dicat Petrus ad Chriſtum: ſi peccauerit in me frater meus, quoties dimittam ei? vſque ſepties? ſimul interrogat & promittit: & ante- D quam diſcat, liberaliter donat. Cum enim magiſtri mentem probè perſpectam haberet, quod ad clementiam potius eſſet inclinata, placere magiſtro volens, ait: vſque ſepties? Deinde, vt noueris, quid interſit inter hominem & Deum: & quomodo diſcipuli liberalitas quouſque etiam perueniat, cum magiſtri comparata abundantia, omni paupertate ſit vilior: & ſicut eſt gutta ad infinitum pelagus, ita noſtram bonitatem ad immenſam illius eſſe benignitatem: cum ille dixiſſet, ſepties, & magna donare ſe, ſingularemque liberalitatem oſtẽdiſſe exiſtimaret, Chriſtus inquit: Non dico, vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties: quod facit quadringenta & nonaginta. Et ne putes, difficile eſſe hoc præceptum. Si enim paratus ſis, toties peccata in te commiſſa deſpicere, ſemel & iterum, & tertio veniam dando exercitatus, nullam deinceps difficultatem in hac philoſophia ſenties, ſemel meditatus, vt frequenter ignoſcas, nec proximi peccatis offendaris. Sed & ſi iniu-

Ex interp Pſalm. 7.

Deut. 19.

Matth. 5.

Matth. 5.

Ex hõ. in parab. de eo qui decẽ millia talẽta habebat. Matth. 18

ſi iniuſtam quis patiatur rapinam, atque pro hac iniuria gratias agat Deo, innumera per illam gratiarum actionem præmia conſequetur. Nihil enim ita Deo iucundum eſt, quam malum pro malo non reddere. Quod ſi quis dicat: Quomodo ergo infirmior iniuria me afficientem vlciſci potui? Illud ſponderim, quod facere id potueris, iniquè ferẽdo, ſtomachando, contra lædentem te orando, imprecando ipſi innumera mala, apud omnes deniq; criminando. Hæc enim in noſtra poteſtate ſunt poſita. Qui igitur hæc non fecerit, mercedem accipiet illius, qui vltus nõ eſt. Manifeſtum enim eſt, quod, ſi illud quoque potuiſſet, id tamen non feciſſet. Cũ igitur inimicum in manus tuas incidiſſe videris, ne tunc exiſtimes vltionis tempus eſſe, ſed ſalutis & incolumitatis. Tunc enim vel maxime parcere inimicis oportet, cum poteſtatem in eos nacti ſumus. Ac ſi hoc pacto noſtras res adminiſtremus, proximorumque noſtrorum ſalutem adiuuemus, cito & illis ipſis iucundi erimus & amabiles: & quod maximum eſt omnium; recondita illa bona adipiſcemur, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cui gloria, imperium, cum Patre ſancto ac viuifico ſpiritu, nunc & ſemper, & in infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio de Laudibus S. Pauli Apoſtoli, compoſita à Theodoro, Magiſtro, ex diuerſis orationibus S. Patris noſtri Ioannis Chryſoſtomi.

Homilia XXX.

IN ſcriptionis quidem actuum Apoſtolicorum totum debitum vobis perſoluimus. Conſequens porro erat, vt principium etiam libri aggrederemur & diceremus, quid nam ſit illud, Primum quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cæpit Ieſus facere & docere. Sed Paulus non ſinit nos hoc ordine conſequentiæ vti: ad ſeipſum & ſua præclara facta linguam noſtram vocat. Deſidero enim ipſum videre Damaſcum introduci, ligatum, non catena ferrea, ſed voce dominica. Deſidero etiam videre captum piſcem hunc magnum, qui vniuerſum mare æſtu extulit: qui innumeras tẽpeſtates aduerſus Eccleſiã excitauit. Deſidero captũ illum videre, non hamo, ſed ſermone Dominico. Vt enim piſcator aliquis in excelſa rupe ſedens, & tollens arundinem, ex alto hamum in mare demittit: ſic etiam Dominus noſter, dum ſpiritualem veritatem aperuit, velut in ſublimi cælorum rupe ſedens, & quaſi hamum vocem illam demittens, & inquiens, Saule, Saule, quid me perſequeris? immanẽ hunc piſcem piſcatu cepit. Quis enim crudelem illum & inhumanum, perſecutorem ac blaſphemũ, & vſque adeo Eccleſiam vaſtantem, vt etiam per domos vagans & viros & mulieres protraheret, cõfunderet & perturbaret omnia, ſuſtinuiſſet, niſi Rex noſter derepente ipſum accerſitum tranſmutaſſet, & ad ſeipſum reduxiſſet? Etenim diſcipuli, quocumque illum perueniſſe ſciebant, timore correpti horrebant, neque audebant aduerſis oculis illum intueri: atque eundem timorem oſtendebant, cum iam è contrario amicus factus eſſet. Quod ſi iam conciliatum ipſum metuebant, quid non faciebant cum aduerſarius adhuc & hoſtis eſſet? At ego quid agam? neceſſe eſt fugere tam violentum virum: ne iterum occupatum me à propoſito abducat. Non enim ignoratis, quod alibi ſæpe mihi progredienti & iam ad alia conuerſo obuius factus, in medio ſermone me retinuerit, atque ita rapuerit, vt in ipſo perſuaderet etiam finire orationem. Hic igitur beatus Paulus, qui vniuerſum orbem illuminauit, vocationis ſuæ tempore, aliquando excæcatus eſt: ſed cæcitas ipſius totius orbis terrarum facta eſt colluſtratio. Quoniam malè videbat, bene illum Deus viſu priuauit, vt ſcilicet vtiliter viſum reciperet. & quia ſupra modum Eccleſiam perſequebatur, adeoque truculentus & inhumanus erat, acrius frenum accipit, ne animi alacritatis impetu ductus, dicta contemneret: & vt intelligeret quem oppugnaret, quem non ſolum punientem, ſed & benefacientem ſuſtinere nequibat. Non enim caligo ipſum excæcauit, ſed nimia lux ipſum obſcurauit. Si bellum barbaricum nos circundaret, & in prælio hoſtes innumera nobis facesſerent negotia: deinde dux exercitus barbarici infinitas adhiberet machinationes, & omnia noſtra labefactaret, magnoque tumultu & turbis compleret, vrbem noſtram euerſurum ſe comminans, ignique traditurum, ſeruitutem inſuper nobis intendens, ſubito à Rege noſtro ligatus in vrbem captiuus duceretur: numquid omnes cum vxoribus & liberis ad ſpectaculum illud proſiliremus? Cũ igitur iam quoque bellum exortum ſit, Iudæis tumultuantibus & omnia turbantibus, & contra Eccleſiæ tranquillitatem multas machinas adhibentibus: hoſtium vero caput ſit Paulus, & rebus & verbis plus omnibus præſtans, omnia perturbans & confundens, hunc vero dominus & Rex noſter Ieſus conſtrinxerit, & ligatum captiuum duxerit, non exhibemus vniuerſi ad hoc ſpectaculum, vt captiuum illum duci videamus? Etenim ipſi angeli è cælis aſpicientes ipſum ligatum introduci, exultabant: non quidem, quia ligatum ipſum videbant, ſed quia intelligebant quot homines à vinculis ſoluturus eſſet: non etiam, quia manuduci ipſum conſpiciebant, ſed quia conſiderabant, quam multos ille à terra eſſet manuducturus: non denique gaudebant quia oculis captum cernebãt, ſed quia ſecum reputabant quam multos è tenebris educturus eſſet. Propter hanc cauſam & ego omnibus alijs relictis, ad Paulum exilire contendo. Paulus enim & Pauli deſiderium nos hunc ſaltum ſaltare coegit. Quis loquetur potentias tuas Domine, quia Paulum latere non permiſiſti, quia talem virũ orbi terrarum oſtendiſti? Laudauerunt te vnanimi conſenſu omnes angeli, cum aſtra conderes & ſolem: ſed non ita, ſicuti cum toti orbi terrarum Paulum exhibuiſti. Idcirco ſplendidior facta eſt terra ipſo cælo, quando & hic ſolari lumine ſplendidior eſt. Et iſte quidem ſol nocti cedit? ille vero diabolũ ſuperauit. Hic in ſublimi decurrens, deorſum ſuos radios mittit? ille vero inferius oriens, non dimidium cæli & terræ lumine repleuit, ſed ſimul ac os aperuit, etiam ipſos angelos magna voluptate perfudit. Si enim vno peccatore pœnitentiam agente, gaudium ſit in cælis, ipſe vero prima concione quinque hominum millia venatus ſit, quanta lætitia ſupernas virtutes non repleuit? Et quid hæc ita ſimpliciter dico? Sufficit Paulum loqui, & cælos exultare atque lætari. Quid enim calidius quã huius viſcera, qui vbique per orbem terrarum circumcurrebat, trahebatur, lapidibus petebatur, vt ligatos ſolueret, & ad ſeipſum traduceret? Non enim veluti pugnans negotia confecit, ſed tamquam ad promptam & expeditam victoriam veniens, ita erigebat trophæa, euertens, deijciens, deſtruens diaboli munitiones, & dæmonum machinas, & vix mora interpoſita auolauit, ab his ad illos, & rurſus ab illis ad alios tranſiliens, & velut optimus Imperator ſingulis diebus, imo ſingulis horis trophæa erigens. Cum tunicula enim ſolum ad pugnam progreſſus, populoſas aduerſariorum vrbes capiebat. Pro arcubus vero & haſtis & ſagittis atque omnibus, lingua Pauli erat, tantummodo enim loquebatur, & expugnationes quouis igne vehementius in hoſtes incidentes, ipſos quidem dæmones fugarunt, homines autem, qui ab illis tenebantur, ad ipſum reduxerunt. Quando enim malum illum dæmonem eiecit, virorum maleficorum quinque millia congregati, libros

[Left margin notes:] x orat. ...od vti ...ſicterre ...prehẽſ. — x orat. S. Apo ...ulum.

[Right margin notes:] Ex or. in illud Saulus autẽ adhuc ſpirans minarum & cædis. — Ex interp. epiſt. ad Phil. — Ex interp. epiſt. 2. ad Cor.

A incantationum comburebant, & ad veritatem tranſibant. Et quemadmodum in bello collapſa turri, aut tyranno peſſundato, omnes qui cum ipſo ſunt, abiectis armis ad imperatorem accurrunt, ad eundem modum etiam tunc contingit. ſiquidem eiecto dæmone, obſeſſi omnes etiam libris abiectis, imo vero diſcerptis, ad pedes Pauli accurrebant: hic vero aduerſus orbem terrarum, tamquam contra vnum exercitum, aciem inſtruens, nuſquã ſubſiſtebat, ſed perinde ac ſi alatus eſſet, omnia perfi- [Act. 13.] ciebat. Et iam quidem claudum ſanabat, iam vero mortuum ſuſcitabat, iam alium aliquem, magum ſcilicet, excæcabat: & ne in carcere quidem concluſus quieſcebat, ſed ibi quoque carceris cuſtodẽ ad ſeipſum traduxit, hanc captiuitatem præclaram efficiens. Admirationi nobis eſt Dauid vno dumtaxat lapide Goliath deijciens: ſed ſi quis Pauli præclara facta examinet, puerile opus illud videtur: & quantum diſtat paſtor ab Imperatore, tantum & ille ab hoc abeſt. Hic enim non lapidem iaciendo, inuiſibilem Goliath deiecit, ſed loquẽdo, ſolum vniuerſum diaboli agmẽ diſſoluit. Et quemadmodum

B leo frendens, & flammam ex lingua emittens, ita intolerabilis erat, cum inſtaret: & tranſiliens aſſidue omnem in partem, nunc cucurrit ad hos, nunc venit ad illos, mox tranſiuit ad iſtos, iterum proſilijt ad alios, vento celerius aduenians. Et ſicut vnicam domum, aut nauim vnam, totum orbem terrarum regebat, eripiens eos qui mergebantur, hæſitantes ſtabiliens & confirmans, nautas adhortãs, in gubernaculo ſedens, proram circumluſtrans, funes tendens, remum ducens, velum protrahens, in cælum aſpiciens: omnium ipſe vnus vicem ſubibat: & nauta erat, & rector nauis, & proreta, & velum, & nauis, & omnia ferens, vt aliorum mala diſſolueret. Et velut athleta aliquis luctabatur, currebat, pugnabat: aut ſicut miles mœnia expugnans aut pedeſtri prælio congrediens, ita certaminis omne genus aggrediebatur, & ignem ſpirans omnibus inacceſſus erat, vnico corpore totum or-

C bem terrarum inuadebat, & lingua vna omnes in fugam conuertebat. Non ita multæ illæ tubæ in Hierichuntinæ vrbis muros irruentes eos deiecerunt, ſicut vox Pauli reſonans munitiones diabolicas humi proſternebat, & hoſtes ad ſe transferebat. Per feneſtram ex muro demiſſus eſt, vt humi [Ex orat. 3 ad Stagir] eiectos ab imo ſurſum tranſmitteret. Famem igitur & ſitim, & nuditatem, & naufragia, & timores, & inſidias, & carceres, & verbera & cætera omnia, quæ propter diuini verbi præconium beatus Paulus ſuſtinuit, nihil opus eſſe arbitror commemorare, quorum vel ſingula ad conturbandum & conſternandum ſanctam illam animam ſufficerent. Quãdo vero inquit, Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? hoc nimirum eſt, quod omnium maximè continuum & intolerabilem ipſi peperit mœrorem. Etenim ſi in vnoquoque eorum qui ſcandalizabantur, ipſe

D vrebatur, non potuit incendium iſtud in anima ipſius reſtingui: numquid enim deerant, qui ſcandalizarentur, & igni huic materiam ſubminiſtrarent. Nam qui Iudæos infideles eſſe cernebat, quomodo vel exiguam ab animi ægritudine & dolore requiem habere potuit? Optabam enim inquit, anathema eſſe à Chriſto, pro fratribus meis, qui mei ſecundum carnem cognati ſunt, qui ſunt Iſraelitæ. Quod vero dicit, hunc ſenſum habet. Deſiderabilius mihi erat in gehennam incidere, quam Iſraelitas infideles videre. At qui inferni pœnas elegit, vt Iudæos omnes conuertere poſſet, illum manifeſtum eſt, hac ſpe fruſtratũ acerbiorẽ vitam agere, quam qui gehennæ pœnas ſuſtinent. Papæ [Ex interp epi. 1 ad Theſſal.] quam ignitus charitatis amor. Paulus contra ignẽ imperterritus, adamantinus ille, firmus, immotus, dicens, quis ſeparabit nos à Chriſto? tribulatio, an anguſtia, ne perſecutio, an fames, an nuditas an pe-

A riculum, an gladius? ille, qui terram & mare aggreditur, qui adamantinas mortis portas deridet, idẽ, dum aliquorum charorum lachrymas videret, tantopere fractus & contritus eſt, vt affectum ſuũ amplius occultare non poſſet, ſed protinus diceret, quid facitis plorantes & affligentes cor meũ? O rẽ admirandã! profundiſſimarum vorago aquarũ ipſum nõ confregit, & exiguæ lachrymæ ipſum cõtriuerunt & fregerũt? Quid facitis plorantes & affligentes cor meũ? Quid dicis quæſo te? anne adamantinum illũ animum lachrymæ frãgere potuerunt? Vtiq; inquit, magna enim eſt charitatis vis. [Ex interp epiſt ad Rom.] ipſa me ſuperat, ipſa me vincit. omnibus enim reſiſto, ſola charitate excepta. Audite, quicumq; pecunias propter Chriſtũ, imo vero propter vos ipſos, non contẽnitis, & perhorreſcite, Pauli erga Chriſtum cauſam amoris animo percipientes. Hic enim non Chriſtum propter bona Chriſti ſed hæc propter illum diligebat, & hoc vnũ metuebat, ne charitate ipſius excideret: hoc enim ipſa gehenna formidabilius ei erat: ſicut & regno optabilius, in eadẽ dilectione manere. Quando igitur ille quidem

B ob Chriſti amorem etiam in gehennam conijci paratus eſt, & regno carcere, ſi hæc ambo preponerẽtur, nos vero nec præſentem vitam deſpicimus, iã ne calceamẽtis ipſis digni ſumus, qui tantũ ab animi ipſius magnitudine diſtamus? Si enim qui vnius [Ex interp epi. 1 ad Cor.] domus curã gerens, famulos licet habeat, & procuratores ac diſpenſatores, frequenter tamen à curis reſpirare nõ poſſit, nemine etiã, qui eũ perturbet, exiſtente: Cogita quid ille ſuſtinuerit, qui nõ vnius dumtaxat domus, ſed vrbium, & populorũ & nationum atque adeo vniuerſi terrarum orbis curã habebat, & in tanti quidem momenti rebus, inter tot perſecutores ſolus exiſtens, tã multa perferens, tãque ſollicitus, quam nec pater aliquis pro liberis ſuis fuerit. Si quis ſyncerè diligere cupiat, & virtu- [Ex ep. 2 ad Olym] tẽ charitatis cognoſcere, ad huius alumnum, beatum Paulũ inquam ſe conferat, & ille ipſum docebit, quantũ certamen ſit, ab eo quem quis amat, di-

C uelli, quantoq; ad hoc ferendum opus ſit animo. Hic enim, hic inquam, qui veluti carne exuta, corporeque depoſito, nuda totum fere terrarum orbẽ anima peragrauit, qui omni ex animo perturbatione exterminata, corporis expertium virtutum liberam affectione naturam imitans, cætera omnia facilè tolerabat, perinde ac ſi alieno in corpore & carceres & vincula & exilia & flagella & minas & mortem, ac omne, deniq; ſuppliciorum genus pateretur: ab vna porro ſibi dilecta anima ſeparatus, adeo contriſtatus & conturbatus fuit, vt ex ea ciuitate, in qua ſe dilectum viſurum ſperabat, protinus, eo nõ inuento, exiliret. Quid iſtud eſt, ô beate Paule? tu quidem compedibus vinctus, in carcere poſitus, incumbentia tibi flagella ſuſtinens, & ſcapulas habens ſanguine perfuſas, docebas myſteria, baptizabas, ſacrificium offerebas, & nec vnum, qui ſaluandus erat, deſpexiſti: in Troadem autem profectus, cum terram expurgatam & ad ſatus ex-

D cipiendos præparatam inueniſſes, tam præclarum è manibus lucrum abieciſti, confeſtim inde exilijſti? Vtique inquit: magna enim mœroris violentia occupatus fui, vehementerq; Titi abſentia coarctauit, animum meum, adeoque me vicit & ſuperauit, vt me id facere cogeret. Videſne, quomodo maximus ſit labor, dilecti ſeparationem æquo animo ferre poſſe? quam ſit res grauis & acerba? quã excelſo opus ſit & forti animo? Non enim inuicem ſe diligentibus ſatis eſt, animo dumtaxat copulatum amore eſſe, neque ad conſolandum illos hoc ſufficit, ſed corporali inſuper indigent præſentia: ac ſi iſta deſtituantur, haud exigua lætitia pars præciſa eſt. Vis intelligere quantum ſit ſubſidium, ad [Ex interp epi. 2 ad Cor.] alliciendum fratres, etiam infideles, mitem eſſe & manſuetum; morumque exhibere ſuauitatem? Audi quid Paulus dicat, cum ad infidelem iudicem

Act. 25.

iudicandus accedit. Beatum me æſtimaui, quod apud te iudicandus ſim. Hæc vero dicebat, non illi aſſentans: abſit: ſed manſuetudine illum lucriface-re volens. Vnde & aliquo modo lucratus eſt & iudicem cepit is, qui euſque iudicio damnatus eſſe putabatur: ac victoriam ipſe nuncupatus cõfitetur, clara voce dicens: in modico ſuades me Chriſtianum fieri. Quid igitur Paulus? optarem, inquit, non te ſolum, ſed etiam omnes, qui adſunt, hoc fieri, quod ego ſum. Multa igitur quidem multis in locis miraculorum à Paulo factorum extant monumenta, ſed nihil in illo tam deſiderabile eſt, quã ſtigmata, ſeu cicatrices: Nec ita me lætitia afficit, dum miracula operatur, quam cũ tot malis afficitur: quãdo nimirum cæditur flagellis, trahitur, lapidibus impetitur. *Lapidantes* enim, inquit, *ipſum extra ciuitatem trahebant*. Et iterum: cæſum ipſum, & multis ei plagis impoſitis, miſerunt in carcerem. Quantum gaudium, quanta voluptas, quantus honor, quantus ſplendor ipſum propter Chriſtum ligatum videre! Sed ecce tibi rem mirandam. Et cõtremuit, inquit, carcer, Paulo ligato, & vniuerſorum vincula ſoluta ſunt. Vides ne virtutem vinculorum ſoluentem vincula? Expergefactus autem cuſtos carceris, & videns ianuas carceris apertas, euaginato gladio volebat ſe interficere. Quid igitur Paulus? clamauit voce magna dicens, Nihil tibi mali feceris: vniuerſi enim hic ſumus. Cernis in ipſo vanæ gloriæ contemptũ & modeſtiam & charitatem? Nõ dixit, propter nos iſta contigerunt, ſed tamquam vnus ex captiuis, omnes, inquit, hic ſumus. Si enim tacuiſſet, nec elata voce illius cohibuiſſet manus gladiũ per guttur tranſegiſſet. Clamauit autem Paulus, quia in interiorem carcerem coniectus erat. ex te ipſo hoc feciſti, inquit, vt interius retruderes, qui te à periculo erant liberaturi. Videſne benignitatem & intentam curam Pauli? Maluit ligatus eſſe: & ipſemet ſubire periculum, quam illum videre pereuntem. Et quemadmodum miles aliquis, qui vniuerſum orbem terrarum ſibi infeſtum habet, & inter media hoſtium agmina verſatur, nec quicquã accipit detrimenti, ſic etiam Paulus, ſolus inter barbaros, ſolus inter gentiles, vbique terrarum vbique in mari apparebat. Et ſicut ſcintilla in ſtipulã, aut fœnum incidens, res ſuccenſas in ſuam naturã conuertit, ſic iſte quoque omnes inuadens, veritatem vniuerſos traducebat. Quem non in ſtuporem ageret vinculorum, quibus beatus Paulus circundabatur, potentia? quippe quæ ad ipſius vincti pedes trahebant eos, qui ante eundem ligarãt, & nos illius mancipia efficiebant. Procidebat enim, inquit, cuſtos carceris Paulo ad pedes, & ſolutus vinctis pedibus ſubiacebat, quique ligauerat, is ligatum, vt ſe metu ſolueret, rogabat. Dic age, nonne tu ligaſti? nonne tu in interiorem carcerem miſiſti? Nonne tu cippo pedes ſtrinxiſti? Quid times? Quid turbaris? quid ploras? quid gladium ſtringis? Ignorabam, inquit, quod tanta eſſet vinctorum Chriſti poteſtas. Quid dicis? cælos aperiendi poteſtatem accepit, & carcerem non aperiret? A dæmonibus conſtrictos ſoluebat, & ferreum inſtrumentum ipſum ſuperaret? Qui igitur animas ligatas ſoluebat, corpus ſuum ſoluere non valeret? Qui alios ſuis veſtimentis à vinculis eximebat, & à dæmonibus liberabat, is ſeipſum per ſe non liberaret? Hanc ob cauſam verò primò ligatus eſt, & deinde alios vinctos liberauit, vt intelligas, ſeruos Chriſti, cum vinculis conſtricti ſunt, longe maiorem habere, quam ſolutos, potentiam. Hac enim ratione illuſtrior fortitudo iuſti oſtenditur, quando etiam vinctus liberos ſolutoſque ſuperat. Quando igitur vinctus non ſe ſolum, ſed & alios vinctos liberat, quid proſunt muri? Quid profuit ipſum in interiorem carcerem miſiſſe, quando etiam exteriorem patefecit? Vultis cognoſcere quam ſit res eximia, catena ferrea, propter Chriſtum ſeruili corpori circumpoſita? beatum Paulum audite, hac ipſa in re gloriantem & dicentem, Rogo igitur vos ego vinctus in Domino. Ampla ſiquidem & valida dignitas eſt, & quæ regiam, conſularem atq; omnem omnino dignitatem excellat, propter Chriſtum eſſe ligatum. Nihil enim tam ſplendidum eſt, quam propter Chriſtum vinctus, quam circumdatæ ſanctis illis manibus catenæ. Nimirum hoc longe nobilius eſt & auguſtius, quam Apoſtolum eſſe, quam eſſe diſcipulum, quam eſſe euangeliſtam. Si quis Chriſtum diligit, ille nouit quod dico. Si quis amore Domini velut inſanit & exardeſcit, ille vinculorum poteſtatem intelligit: ille propter Chriſtum vinctus eſſe potius, quam cælos inhabitare elegit. hoc ſiquidem magnificentius eſt, quam ad dexteram ipſius conſidere, honeſtius quoque & beatius, quàm ſedere ſuper ſedes duodecim. Si quis mihi cælum totum largiri velit, aut catenam illam, qua Pauli manus conſtrictæ fuerunt, hanc ego illi præferrem. Si quis me cum angelis in cælo conſtitueret, aut cum Paulo in vincula coniecto, carcerem ego eligerem. Si quis virtutum illarum, quæ ante thronum ſunt, conſortio me iungeret, aut talem captiuum faceret, captiuus talis eſſe mallem. nihil enim præſtantius eſt, quam mala propter Chriſtum perpeti. Si quis mortuos excitandi poteſtatem mihi iam daret, non hanc ego, ſed catenam iſtam eligerem: quandoquidem nihil ea beatius. Optarem nunc illis in locis verſari, in quibus vincula illa manent, & videre catenas, quas dæmones metuunt & perhorreſcunt, angeli vero reuerentur. Si Eccleſiaſticarum rerum cura vacarem, & corpore ſano ac robuſto eſſem, non recuſarem tãtam peregrinationem facere, quo videre ſaltem catenas & carcerem liceret, vbi Paulus vinctus erat. Si Paulum quis mihi concederet è cælo proſpicientem & vocem emittentem intueri, aut è carcere; mallem ex carcere: ad ipſum enim in carcere poſitum cælites perueniunt. O beata vincula! ô beatas manus, quas catena illa Paulo circumdata exornauit! Non tam honorabiles erant ipſius manus, cum claudum illum Lyſtris erigerent, quam cum vinculis circumdatæ eſſent. Si tunc temporis ego vixiſſem, maxime tunc illas amplexatus oculis meis impoſuiſſem; nec exoſculari deſtitiſſem manus illas, quæ dignæ ſunt habitæ, vt pro Domino meo ligarentur. Non tam beatum illum prædico, quod in tertium cælum ſit raptus, atque in paradiſum, quàm quod in carcerem ſit coniectus. Non tã felicem ipſum iudico, quod arcana verba audiuerit, quàm quod vincula tulerit. hæc ſiquidem illis multo ſunt maiora. Optatius enim mihi mala propter Chriſtum perferre, quam à Chriſto honore affici. Iſtud Paulus quoque, vt conſentaneum eſt, animo perpendens, dixit: Si ille pro me ſeruus factus, & gloriam euacuans exiſtimabat nõ maiore ſe in honore eſſe, quam ſi pro me crucifigeretur: quid me pati nõ oportet? Ipſum enim loquentem audi: Clarifica me pater. Quid dicis? Ad crucem duceris cum latronibus & ſepulchrorum effoſſoribus & debitam ſceleris mortem ſuſtines, conſpuendus es & cædendus, atque hæc gloriam appellas? Vtiq; inquit. pro dilectis enim iſta patior, ac merito pro gloria duco. Si igitur Dominus meus miſeros & ærumnoſos diligendo. hoc gloriam appellat, & cæleſtis throni gloriæ præponit, multo magis ego iſtas tribulationes gloriæ mihi ducere debeo. Quare anima Pauli nihil beatius eſt. In quibus enim gloriatur? in vinculis, in tribulationibus, in catena, in ſtigmatibus. Ait enim: alligatus ego ſpiritu vado in Ieroſolymam, quæ in ea vẽtura ſint mihi, ignorãs, niſi quod Spiritus S. per omnes ciuitates mihi proteſtatur, dicens: quoniã vincula & tribulationes me manent. Cur igitur abis, ſi vincula & tribulationes te manent? Propter hoc ipſum, inquit, vt propter Chriſtum vinciar, vtque ipſum cauſa moriar. ego

enim

Margin notes: *Ex interp. epiſt. ad Epheſ.* — *Act. 14. Act. 16* — *Ibidem.* — *Ex interp. epi. 2 ad Cor.* — *Ex ep. ad Epheſios* — *Ex interp. epiſt. ad Coloſ.* — *2. Co. 12.* — *Ioan. 17.*

A enim non alligari tantum, ſed & mori paratus ſum propter nomen Domini mei. Quid igitur eſt hoc? non erubeſcis? non vereris orbem terrarũ vinctus circumire? non times ne quis imbecillitatem Dei tui hinc arguat? ne quis hac de cauſa te accedere nolit? Nõ ſunt eiuſmodi, inquit, vincula: nouerunt enim etiã in Regijs aulis ſplendeſcere. vt vincula mea, ait, in toto prętorio cõſpicua fiãt, & plures fratres in Domino, vinculis meis perſuaſi, amplius verbũ loqui audeãt. Cernis vinculorũ potius virtutẽ, quã ſuſcitationis mortuorũ? Vinctus eſt Romæ, & pleroſq; attraxit: Vinctus eſt Ieroſolymis, & vinctus verba faciens Regem perterruit, & præſidi timorem iniecit. exterritus enim, ipſum dimiſit. Vinctus nauigabat, & naufragium ſoluit, tempeſtatemque impediuit. Ipſum vinculis conſtrictum beſtia illa apprehendit, & rurſus ab eo, nullo illato damno, excidit. Et vide vbique hoc contingere. Flagellis cædebatur, & quidem vehementer cædebatur (multas enim, inquit, imponentes ipſi plagas) & ligabatur, atque hoc itidem vehementer (in

Act. 16.

B interiorem enim carcerem ipſum miſerunt, & cum maiori cuſtodia) atque ipſe inter hæc, mediam circa noctem, quando etiam planè cura ſoluti dormiunt, cantabat, dominumque laudabat. Quid hoc animo firmius & conſtantius? Conſiderabat quod pueri quoq; in igni & fornace cantabãt. Fortè cogitabat, nihil tale ſe paſſum eſſe. Sed opportunè nos oratio ad alia iterum vincula, aliumq; carcerem traduxit. Quid faciam? Tacere volo, ſed non poſſum: talium inueni carcerem, longè illo mirabiliorem, magiſque ſtupendum. Sed mihi, tamquam nouum ſermonem auſpicanti aſſurgite, & recentibus animis adeſte. Præcidere ſermonem volo, ſed non patitur: deſiſtere nequeo, ſilere non poſſum. multa me hic circumfluunt: neſcio quid primo dicam, quid ſecundo. Proinde vos obſecro, ne ordinẽ quis à me requirat: magna enim eſt rerum affinitas.

C Longa fuit Pauli catena, & diu nos detinuit. Sed non idcirco tacebo. Si enim ipſe in carcere non ſiluit, neque inter flagella, egone ſilebo, qui ſedens ipſa die, & multo cum otio loquor? Et quomodo hoc rationi cõſentaneum fuerit? Quis enim non obſtupeſcat & admiretur, imo quis dignè ſatis admirari & obſtupeſcere queat, generoſum illum, & vſque ad cælos ſublimem Pauli animum? Siquidem vinculis conſtrictus & carcere concluſus à tanta intercapedine ad Philippenſes & literas ſcripſit. Non enim ignoratis quantum interuallum inter Macedoniam & Romam interſit. Sed neque longitudo viæ, neque temporis diuturnitas, neque negotiorum multitudo, neque & pericula & continuo ſibi ſuccedentia mala, neque aliud quidlibet amorem & recordationem diſcipulorum ipſi exemit, ſed eos omnes in corde habuit: nec tã manus ipſius conſtrictæ catenis erant, quam animus alligatus & affixus deſiderio diſcipulorum.

D Et quemadmodũ Rex aliquis conſcenſo manè ſolio, in regia aula conſidet, ac innumeras continuo ex omni loco accipit epiſtolas: ſic ille in carcere, velut in regia quadam aula, reſidens longè frequentiores aſſiduè tranſmittebat & recipiebat literas, eorũ ſcilicet, qui vndique gentium ad ipſius ſapientiam de ſuis negotijs accuratè referebant. Et tanto quidem plura, quæ adminiſtraret negotia, quam quiuis Rex habebat, quanto eidem amplius regnum creditum fuerat. O admirandam Pauli poteſtatem! Catena circumdatus erat, & redimitum corona Neronem proſtrauit: detritis & ſordidis pannis amictus erat (quippe qui in carcere degebat) & vniuerſorum oculos magis ad circumiecta ſibi vincula conuertebat, quã veſtis aliqua purpurea. In terra ſtans detinebatur, & deorſum inclinatus erat, & dimiſſo auro in curru, illi attendebant. Ac merito illud quidẽ. Notum enim erat & conſuetum ſpectaculũ, videre Regem bigis albis inſidentem: hoc vero nouũ plane ac inuſitatum, tanta libertate captiuum quempiam cum Rege colloquentem ſpectare, quanta Rex cũ miſero forte & miſerabili aliquo mancipio loqueretur. Turba multa circumſtabat, & omnes ab obſequijs Regi erant: mirabantur tamen non Dominum ſuum, ſed eum, qui dominum ipſorum vincebat. Verum ego non aduertens ab vnguibus leonem commendo, cum ab alijs potius ipſum laudare oporteret. Quæ nam ſunt illa? quomodo nimirũ in ſplendido & magnifico habitu cum cæleſti Rege venturus ſit: quomodo item triſtis & demiſſo vultu tunc Nero ſtaturus. Si enim tanto honore athleta Chriſti fruebatur, cum nondũ coronæ tẽpus adeſſet, quantam gloriam conſequetur, vbi præſes & arbiter certaminis aduenerit? In alienis tunc erat, peregrinus erat & incola, & tantæ tamen admirationi eſt, cũ igitur in proprijs fuerit quo tãdem bono nõ perfruetur? cuius boni particeps nõ erit? quod bonũ non cõſequetur? Nullus vmquam Romanus extitit Imperator, qui tanto, quãto Paulus, honore potitus ſit. Sed Imperator foris alicubi proiectus iacet: hic vero noſter tamquã regnans & viuus medium vrbis occupat. Si vero hic vbi expellebatur & exagitabatur, tantum honorem conſecutus eſt, qualis erit, cum venerit? Si cum tentoriorum artifex eſſet, adeo illuſtris fuit, quid erit, vbi radijs ſolaribus refulgens aderit? Si tanta cum maieſtate in terra ſeruatus ſit, quid erit, cum venerit? Negotia fugere non licet? Vultis oſtendã, honorabiliorem fuiſſe ſcenofactorem illo, qui inter omnes reges maxime homines admirationi fuit? Quid quæſo Alexandro, ſecundum mundi huius gloriã, fuit glorioſius? Quid ſublimius? Numquid multa & magna in vita ſua præclarè geſſit? numquid integras gẽtes & vrbes ſibi ſubiecit, victiſque quã plurimis hoſtibus & certaminibus, trophæa erexit? nõne decimus tertius apud Senatum Romanũ Deus eſſe exiſtimatus eſt? Sed viuũ aliquem, qui Rex ſit & militibus ſtipatus, bella pro animi ſententia gerere, & victorias obtinere, nihil tanta admiratione dignum eſt. At poſt mortẽ & ſepulturam, tãta vbique terrarum & marium ſingulis diebus operari, id ſcilicet maximè ſtupendum eſt. Vbi enim nũc, dic mihi, Alexandri, monumentum eſt? oſtende mihi & indica diem, qua de vita deceſſit. Sed minimè poteris. At vero Pauli ſepulchrum ſplendidum & magnificum, ſi Romam quis perueniat, conſpicere licet, ac diem inſuper mortis celebrẽ, vt qui toti orbi ſolennitatem adfert. Et illius quidem ſepulchrum etiam familiares ignorant: huius vero etiam barbari ſciunt, factumq; eſt monumentum famuli Chriſti ipſis Regum aulis nobilius. Etenim purpura amictus quis ad oſculandum illius ſepulchrum vadit, & faſtu depoſito, ſtat mortuum obſecrans vt ſibi apud Deũ patrocinetur, & qui coronã in capite geſtat, ſcenofactorẽ & piſcatorẽ, & vita iã defunctum, tamquam defenſorem, rogat. Atq; hoc non Romæ ſolum, verum etiam Conſtantinopoli videre licet: Iſtic ſiquidem, non mediocri honore Conſtantinũ Magnum afficere ſe exiſtimaſſet puer, ſi ad limina piſcatoris ipſum conſtituiſſet. Et quod in Regum aulis, Regibus ſunt ianitores, hoc in ſepulchro piſcatorum ſunt reges. Ac illi quidem, velut Domini intus Regiam alicubi occupant: hi vero veluti accolæ & vicini contenti fuerint, ſi vel ianua atrij ipſis tribuatur. Et reges quidem famulorum ac miniſtrorum inſtar ſunt: ſerui vero Regum dignitate ornantur. Si igitur in hoc ſeculo, quæ ſupra naturam ſunt, illis contigerunt, quãta magis in futuro? Quis mihi iam det Pauli corpus brachijs ſtringere, & ſepulchro ipſius affixum hærere, cineremque videre illius corporis, quo vniuerſa loca orbis terrarum peragrauit, quod ea, quæ deerant paſſionum Chriſti, compleuit, quod ſtigmata portauit, quod vbique Euangelium ſeminauit. cinerem quoque illius oris, per quod Chriſtus loquebatur, &

Ex epi. ad Tim.

Ex interp. epi. 2 ad Cor.

Ex commen. epiſt. ad Rom.

A tur,& lumen omni fulgure ſublimius & excellentius effulſit,& vox dæmonibus quouis tonitru terribilior erupuit. Nullum enim nobis tonitru tam formidabile eſt,quam vox illa dæmonibus. Si enim veſtimenta ipſius tantopere exhorreſcebant,quãto magis ipſam vocem? Videre optarem cinerem illius oris, per quod magna & ineffabilia Chriſtus locutus eſt,ac maiora quidem, quod per ſeipſum, quod præclarum & beatum illud verbum protulit,dum inquit,optabam anathema eſſe pro fratribus meis: quo coram Regibus loquebatur & non confundebatur: quo dæmones in fugam vertebantur, non ſolum cum loquentis vocem prope perciperent, ſed cum etiam procul abeſſet: quo vniuerſa in terris moderatus eſt, imo & quæ in cælis ſunt ſicut ipſi placebat,adminiſtrauit,ligãs quos volebat,& ſoluens ibi iuxta datam ſibi poteſtatem. Quis mihi cinerem de corde Pauli oſtendat, quod pro ſingulis pereuntiũ ignẽ patiebatur,quod filios abortiuos ſecundo cum dolore parturiebat? Illud ego vel reſolutum videre deſiderarem, quod cælo B ſublimius,toto orbe latius,radijs ſolis ſplendidius, calidius igni, Adamante firmius erat, quod nouam potius,quã noſtram iſtam vitam vixit: (viuo enim, inquit,non iam ego:viuit vero in me Chriſtus: vnde cor ipſius cor Pauli erat, & tabula Spiritus ſancti,liberque gratiæ)cor quod dignum eſt habitũ,vt Chriſtum diligeret, quantum nemo alius dilexit: quod mortem ac infernum deſpiciebat,&à lachrymis fraternis frangebatur. (Act. 21.) quid facitis, inquit, lachrymantes & affligentes cor meum? Videre optarem cinerem de manibus Pauli,catena conſtrictis, per quarum impoſitionem ſpiritus ille donabatur, quibus diuinæ literæ exarabantur. videte enim,ait, qualibus vobis literis mea manu ſcripſi: manuum inquam illarum, quas cum vidiſſet vipera, in rogũ decidit. (Gal. 6. Act. 28.) Cinerem videre geſtio oculorum illorum, qui benè excæcati ſunt,& ad ſalutem totius terrarum orbis denuo viderunt,quiq; etiam in corpore C Chriſtum conſpicere digni ſunt habiti. Optarem quoq;pedum illorum videre cinerẽ, qui totum orbem terrarum circumcurſarunt, nec fatigati ſunt: qui ligno conſtricti ſunt,quando carcerẽ tremefaciebat:qui terram totam habitabilem & inhabitabilem circuiuerunt. Et quid ſingula perſequi neceſſe eſt? Videre ſpiritualem illum leonem optarem. Sicut enim leo aliquis flammam ex oculis in vulpium greges immittens,ita hic dæmonũ & philoſophorum agmẽ irruit, & tamquã fulminis ictus in diaboli phalãgas impetum fecit. Nec enim acie cum ipſo cõgredi auſus eſt diabolus,ſed adeo extimeſcebat &trepidabat,vt vel vmbra ipſius cõſpecta,aut voce eminus audita, confeſtim fuga ſe proriperet. Cõſiderate & contremiſcite, quale ſpectaculum Roma viſura ſit,quando Paulo cũ Petro derepẽte è ſepulchro reſurgere,& in occurſum Chriſti rapi cõſpiciet. Quale donũ Romæ Chriſto trãſmittet! D Qualibus coronis duabus redimita eſt! quibus aureis catenis præcincta! Non ita nitidum eſt cælum,cùm ſol radios ſuos ſpargit,ſicuti Romanorum vrbs,quocumq;per orbẽ has duas faces emittens. (Ex orat. in S. Apo Paulum.) Quænam oratio præclaris Pauli factis recenſendis ſufficiat? aut quæ lingua huius laudes aſſequi valeat? Quicquid enim prophetæ egregiũ præſtiterunt aut Patriarchæ,aut Sãcti,aut Apoſtoli, aut Martyres,totũ illud hic vnus habet,& tanta quidẽ cum excellentia,quanta nullus illorum bonum illud,quod quiſque obtinebat,poſſedit. Quando igitur vniuerſa hominũ ornamenta vna anima ſimul habet,eaque omnia cum quadam excellentia, nec vero hominũ duntaxat,ſed & angelorum,quomodo ex tanta laudũ magnitudine euademus? Qua igitur condemnatione digni non eſſemus,ſi,cum homo vnus omnia virtutum ornamẽta in ſe collegerit,nos vero ne milleſimam illorum partem imitari ſtudeamus? Propter multa pręclara facta Abraham

A Patriarcha hominibus admirationi eſt, præcipue vero, quod filium propriũ immolare nõ recuſauerit: Iſaac vero propter clementiã, quod dum proprijs limitibus expelleretur ſe nõ vltus ſit,ſed vbique ſuis poſſeſſionibus cederet, donec iniquũ ſuorum aduerſariorũ deſiderium expleret: Iacob vero Patriarcha ob temperantiã & patientiam. Dauid ob manſuetudinẽ:& Helias quod pro Domino æmularetur. Sed quid æquale Paulo fuerit, qui vniuerſa hæc coniuncta,& ea quidẽ excellenter,poſſidet? Is ſiquidem nõ filium immolauit, ſed ſeipſum millies mactauit: nec proprijs duntaxat limitibus exigebatur, ſed & terram & mare, & Græciam & Barbariã, ac omnem deniq; omnino quã ſol aſpicit, terram, veluti alatus quis oberrauit: trahebatur, verberibus mulctabatur, impetebatur lapidibus, ſingulis diebus mortem ſuſtinebat. Neq; bis ſeptem annos ſeruitutis, æſtu diei, aut noctis frigore adurebatur, ſed totam vitã in fame & egeſtate, in catenis & carceribus, in inſidijs & periculis conſumebat. Æquitatis vero & mãſuetudinis partes omnes, qui magis, aut B æquè vtriuſq; huius impleuit, ac Paulus? Si vero & & eiuſdẽ pro Deo zelum conſideres, tantum ipſum videbis vincere Heliam, quantũ hic cæteros prophetas ſuperauit. Sed Ioannes locuſtis & melle ſilueſtri vixit. At hic in medio orbe terrarũ, ſicut ille in ſolitudine, viuẽs, locuſtis quidẽ & melle ſilueſtri non veſcebatur, at menſam longe hac viliorẽ apponebat, neceſſariumq; ei alimentum vix ſuppetebat, propter Euangelij promulgandi ſtudiũ ac ſolicitudinem. Reliquum eſt porro, vt angelis ipſum æquiparemus. Nemo vero orationẽ temeritatis accuſet. Si enim ſcriptura Ioannẽ angelum appellauit, quid miraris, ſi poteſtatibus illis cæleſtibus omnium hominũ præſtãtiſſimum cõferamus? Etenim (Ex orat. in S. Apo Paulum.) quid homo ſit, & quanta noſtræ naturæ nobilitas, quantæq; virtutis hoc animal ſit capax, nemo hominũ magis oſtendit, quã Paulus, & iam perſtat, ex C quo factus eſt, clara voce omnibus, qui noſtrã hanc fabricã reprehendunt, pro Domino reſpondens, & oſtendens, non magnum inter homines & angelos eſſe interuallũ, ſi nobiſipſis attendere velimus. Nõ enim aliam naturã ſortitus, nec diſſimilem animã nactus eſt, nec alium mundũ inhabitauit, ſed eadẽ in terra & regione, ijſdẽ quoq; legibus ac moribus educatus, vniuerſos excelluit homines, qui vnquã ex quo homines nati ſunt, extiterũt: ſicuti mortuus erga mortuum immobilis fuerit, ita planè naturæ impetus ſedans, nulli vnquã vlla in re humana, affectui ſuccubuit. Quid igitur Paulus tot tantiſq; ornatus inclytis factis, & tanquã angelus in terra apparens, quotidie lucrũ facere ſatagebat? quid periculis pro veritate ſeſe opponere, quid mercaturam ſpiritualem ſibi parare, nec vnquam ſubſiſtere ſtudebat? Quam tandẽ nos excuſationẽ habebimus, qui non ſolũ ab omnibus præclaris factis nudi, ſed D tam multis etiam vitijs ſubiecti ſumus, quorum vel vnum ſolũ, ſi nobis inſit, in perditionis voraginem nos deturbare ſufficiat: nec vllam interim curã adhibemus, vt ſaltẽ iſta emendemus, tantum abeſt, vt virtutum opera aggrediamur? An non beatus ille eiuſdem nobiſcũ naturæ erat? In amorẽ enim ſancti viri inardeſco, ac proinde aſſiduè ipſum verſare non ceſſo: reſpicienſq; ad ipſius animam, tanquam ad primigeniã effigiem, conſidero in eo affectionũ contemptum, fortitudinis excellentiam, amoris in Deum feruorem: obſtupeſco, hominem vnum, cũ voluit, vniuerſas ſimul virtutes feliciter conſecutum eſſe, noſtrum vero ſingulos ne quantulamcũque partẽ conſequi geſtire. Quis igitur nos ab ineuitabili pœna liberet, cum tantã virtutis magnitudinem Paulus oſtenderit, qui eadẽ tamen nobiſcũ communi natura præditus, ijſdemq; affectionibus obnoxius erat, & in tãta temporũ difficultate vixit, ac ſic ſingulis propè diebus vexabatur, diſcerpebatur, & publicè ab hoſtibus prædicationis trahebatur. Et

tur. Et ne tamquam à me cõficta audiatis, quæ ſanctus iſte præclara & memorabilia fecerit, animique magnitudinem, quam pro religionis præconio in dies oſtenderit, ipſum dicentem audiatis, oportet: In quo quis audet, (in inſipiẽtia dico) audeo & ego. Conſidera mihi charã Deo animam: non audaciam modò, ſed & inſipientiã negotium vocat: docens nos, ne temerè & ſine neceſſitate, nulloq; vrgente, quæ à nobis facta ſunt, euulgemus, ſi modo aliqui, qui boni quid fecerint, ex nobis inueniãtur. Hebræi ſunt? Et ego. Iſraelitæ ſunt? Et ego. Semen Abrahã ſunt? & ego. (2.Cor 11) In iſtis, inquit, ſeſe efferunt? Ne exiſtiment nos inferiores eſſe: nam & nos hæc cum illis cõmunia habemus. Deinde ſubdit: Miniſtri Chriſti ſunt; vt minus ſapiens dico, plus ego. Hic mihi vide beati iſtius animi integritatẽ: quoniam & audaciã & inſipiẽtiam, quòd à ſe factum eſt, appellauit: & quidem tanta in neceſſitate conſtitutus. Neque ita dictis contentus fuit: ſed quando ſe illos longè excellere monſtrare intendebat, ne quis fortè illũ cæco ſui amore ſuadente iſta proferre exiſtimaret, rurſus, quod à ſe dictum erat, imprudentiam vocat, quaſi dicat, nõ enim ignoro, me rẽ facere, quę vulgo patrocinatur, me vero minus, deceat: Sed grauis neceſſitas, quæ me hic impulit, id cogit. Idcirco mihi, inquit, imprudenter loquenti veniã date. Huius nos ne vmbram quidem imitabimur, qui tanta delictorum onera geſtamus, & ſubinde cum exiguum quid rectè gerimus, etiã illud ipſum in ſecreto mẽtis noſtræ clauſum ſeruare nolumus, ſed gloriam apud homines aucupantes, in vulgus ſpargimus & in medium proponimus, atq; per iſtam importunã loquacitatem nos expectandæ à Deo retributionis ſpe priuamus. Nihil vero eiuſmodi iſte beatus paſſus eſt: ſed poſtquã dixit, Plus ego, enumerat deinceps res fortiter à ſe geſtas, & inquit: in laboribus abundãtius, in plagis ſupra modũ, in mortibus frequenter. Quid dicis? Nouum quid & admirabile eſt, quod à te aſſeritur. Numquid enim mortem ſæpius quis ſuſtinere poteſt? Vtique inquit: etſi enim non reipſa, voluntate tamen & mente poteſt: interim nos docens, quod diſſeminãdi Euangelij cauſa ſeſe identidem periculis expoſuerit, quæ necẽ ei adferre poſſent. Sed diuina gratia in medijs ipſis periculis athletam hunc conſeruabat, vt diſcipuli ampliorem ab ipſo vtilitatẽ conſequerentur. Et quod deinde ſubditur, rurſus omnia propemodum ab eo dicta obſcurat. Quis, inquit, infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego nõ vror? Papæ quantus huius viri eſt amor, quãta vigilantia, quãta ſollicitudo! Quæ mater intimo ita dolore cruciatur, filio febri laborante & lectulo affixo, ſicut beatus iſte? Plus ſcilicet pro ſingulis quouis loco ęgrotantibus ægrotabat, & pro ſcandalũ patiẽtibus vrebatur. Attẽde enim mihi dictionis vim: Non dixit, quis ſcãdalizatur, & ego non contriſtor, ſed vror, inquit, doloris vehementiã nobis exponẽs, & propter eos qui ſcandala patiuntur, quaſi inflammatũ interius ſe cõmonſtrans. Scio quod ſatis multũ orationẽ protraxerim: Sed neſcio qua ratione in rerũ à Paulo præclarè geſtarũ amplitudinẽ incidens, tanquã à vehemẽtiſſimo aquarũ impetu lingua abrepta ſit. Finẽ igitur hic orationi imponẽs, charitatẽ veſtrã obſecro, vt aſſiduè illũ in animo veſtro circũferatis, & hoc perpetuo cogitetis, quod, licet eãdem nobiſcũ naturã ille ſortitus, & ijſdẽ affectionibus ſubiectus eſſet, vitæ quoq; iuſtitutum vile & abiectũ, vtpote pelles cõſuens, coleret, in carcere eſſet poſitus, quoniã tamen ſeſe virtutũ laboribus dare in animum induxit, dignumq; Spiritus ſancti ſuſceptione ſeipſum facere decreuit, vberiorem ex cæleſtis gloriæ cupiditate fructũ perceperit. Quam nos omnes conſequi cõtingat, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti: Cui gloria & poteſtas, cum Patre & ſancto Spiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

In ſanctam Crucem.

Homilia XXXI.

HOc eſt ſignum. *Habetur Tom. 1. Fol. 627. Col. 1.*
Hoc eſt patres.

De Morte.

Homilia XXXII.

MVlta quidem, chariſſimi, animus noſter c
gnoſcere iam & comprehendere feſtina
ac in primis quidem conſummationis tempus. I
circo eos, qui intempeſtiua illa curioſitate lab
rant, reprimens Paulus, inquit: *De temporibus aute*
& momentis fratres, non indigetis, vt ſcribamus vobis. Qu
enim hinc, dic mihi lucri fuerit? Ponamus ſæc
li conſummationem poſt viginti annos futurar
poſt annos triginta, poſt centum: quid hoc
nos? An non vniuſcuiuſque conſummatio eſt v
tæ ſuæ terminus? Quid curioſè ſcrutaris & turb
ris pro communi fine? Sed quemadmodum
aliis, relictis proprijs, pro communibus ſollic
ſumus? atque omnia potius quàm ſua quiſque c
ramus, ita & hic, omittentes ſuum quiſque fine
curare, communem & generalem finem diſce
volumus. Quod ſi intelligere velitis quamobre
finis nobis abſconditus ſit, & quare ſicut fur in n
cte veniat, ego quidem, vt mihi videtur, benè h
habere dicam. Nemo ſanè virtutis vllam curan
tota vita ſua ſuſciperet, ſi finem ſuum ſciret, ſ
cognito quiſque vltimo die ſuo, poſtquam inn
mera mala ante perpetraſſet, tunc demum ad p
nitentiam veniens ita deceſſiſſet. Si enim nun
timore incertitudinis cunctorum animos conc
tiente, omnes vniuerſam anteactam vitam in m
litia conſumentes, ad extrema demum ſuſpir
pœnitentiæ ſeſe tradunt: ſi de iſto quoque adm
dum eſſent † perſuaſi, quis vnquam virtutis cura
haberet? Quin, ſi vnuſquiſque noſſet, omnino
craſtino die moriturum, nihil audere ante diem i
lum refugeret: ſed quos vellet, occideret, & inim
cis vicem rependendo ſeipſum recrearet, atque i
refocillato prius animo ſuo, mortem exciperet
Præterea, neque ipſi ſtrenui viri mercedem aliqu
haberent, contra aduerſa confidentes, quippe qu
morte nondum pręſente, facile audaciam ſumerẽ
Ignauiſſimus etiam quiſq; in ignem ingrederetu
ſi quem fide dignum reperiſſet ſecuritatis promi
ſorem. Qui enim ex vnoquoq; periculo interitur
præſtolatur, & nouit, victurum ſe, ſi quidẽ non pe
peram ſibi conſulat, moriturũ vero, ſi talia audea
maximum alacritatis ſuæ & præſentis vitæ cõtem
ptus iudicium protulerit. Qui enim reuera philo
ſophatur, & futurorum ſpe erigitur, nec mortem
ſed ante oculos mortuum iacere videns, non ita a
fectus erit ſicuti plerique, dum coronas animo ve
ſat. Et ſicut agricola frumentum cernens diſſolu
non idcirco deſperat, nec triſtis efficitur: ita iuſtu
quoque rectè factis abundans & quotidie regnum
expectans, ſi mortem ob oculos poſitam videat, n
angitur animo ſicut vulgus, non tumultuatur, ne
turbatur: Nouit enim quod ijs, qui rectè vixerunt
mors ſit commutatio cum melioribus, & ad præ
ſtantiora profectio, curſuſque ad coronas. Idcirc
ſepulchra ante ciuitates ſunt, ſepulchra ant
agros, & vbique ſchola humanitatis nobis propo
nitur, vt aſſiduè noſtræ admoneamur imbecillita
tis. Feſtinat aliquis intrare ciuitatem impetrantem
diuitijs, potentia, alijſque dignitatibus florentem
& prius quàm videat, quod ſibi imaginatur, aſpici
id quod ſit: Et prius docemur in quid deſinamus
& tunc demum interiora videre phantaſmata. Ne
hoc ſolum, ſed ſæpè etiam vir, cum vxorem ducer

vult,

A vult, legi rem ſubijcit, ſcribit dotalia: & cum nondum coniunctio coniugalis facta eſt, mors ſtatim aſcribitur. Nondum cognouit vxorem, & mortis ſententiam contra ſeipſum & contra illam ante ſubijcit, atque huiuſmodi ſcribit: Si vero mortuus fuerit vir ante vxorem: ſi mulier ante virum, hoc aut illud conſtituitur. Nec de ijs duntaxat qui ſunt & viuunt, mortis calculus fertur, ſed etiam de ijs, qui nõdum in lucem editi ſunt. Quid enim inquit? Si vero natus puer mortuus fuerit. Ecce, nondum fructus, & decretũ cucurrit. Ergone in tabellis naturam quis agnoſcit: ſi vero humanũ qui ei acciderit, aut vxor obierit, obliuiſcitur eorũ quæ ſcripſit, aliaq; verba tragica profert, & hæccine, inquit, me pati oportebat? num iſta mihi euentura, & coniuge orbandum me ſperauit? Quid dicis, ô homo? Abſq; moleſtijs erat & naturæ fine agnoſcebas, poſtquam vero in calamitates incidiſti, legum, naturæ es oblitus? Ad teipſum redi, & conſcientiam perſcrutare: conſidera, quod paulo poſt tibi quoque finis immineat. Sed defunctus, inquis, putreſcit, puluiſque & cinis fit. Ob hoc nimirum vel maxime gaudere oportet. B Etenim cum quis domum conquaſſatam ac veterem ædificaturus eſt, primum inhabitantes eijcit, ac ita domum ipſam diruit & ſplendiorem reædificat. Nec res illa eiectos contriſtat, ſed maiorem etiam illis affert voluptatem. Non enim præſentem illam ædium demolitionem ſpectant, ſed futurum ædificium, quod nondum videtur, animo concipiunt. Ad eundem modum Deus quoque facit: quãdo corpus noſtrum deſtructurus eſt, inhabitantem in eo animam prius inde, veluti ex domo quadam, educit, vt cum aliam magnificẽtiore opere extruxerit, illam ampliori cum gloria denuo introducat. Adamus ſiquidem cum formaretur, neſciuit quod è terra ſuſcitatus eſſet: nec enim antiquiorem corpore animam fecit Deus, ne creationem videret: vnde etiam vilitatem ſuam ignorabat. Cùm porro in reſurrectione ſuſcitatur, nouerit, quia puluere exuto ſuſcitatur. Etſi enim C mortuus ſeipſum non intuetur, ante ſe tamen defunctum in puluerem reſolutum videt, & per ea, quæ cernit, eruditur. Non vidiſti homines audaces & elatos, quomodo in mortibus ad modeſtiam reuocati & repreſſi ſint; Denunciatur mors, & omnium corda metu conſternantur. circa monumenta philoſophamur, quid ſimus, multa garrientes: egreſſi vix à ſepulchris, ſtatim humilitatis obliti ſumus. In exequijs quilibet ad proximum ſuum hoc modo loquitur: ô calamitatem! ô noſtram miſerandam! quid tandem ſumus, quid vocem emittimus, & rapimus, & iniuriarum reminiſcimur? atque ita planè quilibet philoſophatur, ac ſi vitijs penitus renunciare ſtatim velit: & intus quidem cogitationibus philoſophatur, foris autem operibus Deo repugnat. Sed ad propoſitum redeamus. Cur tandem vita functum ita defles? An quod malus eſſet? Atque propter hoc gratias agere oportet, quod vitia ipſius impedita ſint. At frugi & bonus D erat. Et ob hoc lætandum, citò eſſe ablatum illum, antequàm malitia mutaret intellectum. Sed iuuenis erat. Et hac de cauſa gratias age, Deumque qui ipſum accepit, lauda. Sicut enim eos, qui ad magiſtratum vocantur, multi cum fauſta precatione comitantur: ita Sanctos vita decedentes, velut ad maiorem vocatus honorem, cum multa deducere oportet fauſta acclamatione. Non enim dico, ne ob defunctos omnino lugeatis, ſed ne immodicè id faciatis. Si enim cogitauerimus, eum qui deceſſit, mortalem fuiſſe, & à Deo ipſum ablatum eſſe, ſolatium non mediocre capiemus. In his enim indignari, eſt eorum, qui ipſa natura maius aliquid requirunt. Homo natus es & mortalis: quid igitur doles, quod, quæ ſecundum naturam ſunt, acciderint? Anne doles quod comedens nutriatis? quæris ne vt abſque alimento viuas? Ita etiam in morte eſt: cum mortalis natus ſis, immortalitatem ne A quæras. Semel hoc definitum eſt & ſtatutum. Verum cùm Deus vocat, aut accipere aliquid à nobis vult, ne velut improbi famuli, ea quæ Domini ſunt, ſuffuremur. Siue enim pecuniam acceperit, ſiue honorem & gloriam, ſiue corpus, ſiue animam ipſam, ſua accepit: etſi filium tuum acceperit, non tuum filium accepit, ſed proprium ſeruum ſuum. Si igitur nos non ſimus noſtri, quomodo quæ ſunt illius, noſtra erunt? Si enim anima tua non ſit tua, quomodo pecuniæ erunt tuæ? Quod ſi tuæ non ſunt, quomodo quæ non ſunt tuæ, ſecus quam oportet, conſumis? Ne igitur dicas, quæ mea ſunt conſumo, de meis laute viuo: non enim de tuis, ſed de alienis ſit. Dico vero de alienis, quia tu ita vis. Quoniam Deus tua eſſe vult, quæ pauperum nomine tibi ſunt credita: fiunt autem quæ aliena ſunt, tua, ſi in ipſos erogaueris: Si vero in teipſum conſumpſeris, aliena facta ſunt, quæ tua erant. Non vides, vt in corporibus noſtris manus miniſtrant, os mollit, venter ſuſcipit? nónne dicit venter, quoniam ſuſcepi, totum retinere B debeo; & oculus vero, quia totum lumen excipit, an idcirco illud ſolus retinet, & non potius vniuerſum corpus illuſtrat? pedes quoque quia ſoli ambulant, nunquid ſeipſos tantum tranſponunt, & non totum transferunt corpus? Et verò quilibet ex ijs, qui neceſſarium aliquod minus exercent, niſi artis ſuæ commodum alteri quoque impertiri velit, non ſolum alios, ſed & ſeipſum ſimul perdit. Etenim pauperes, ſi veſtram auarorum & diuitum improbitatem vlti fuiſſent, cito vos ad paupertatem redegiſſent, niſi egentibus de ſuis communicare voluiſſent. Sed filium, inquit, perdidi vnicum, multis diuitijs innutritum, præclaram ſpem oſtendentem, illum qui mihi in hæreditatem ſuccedere debebat. Et quid hoc? Noli ingemiſcere, ſed gratias Deo age, & eum, qui accepit, laudibus celebra: ſic enim nihil Abrahamo, quoad hoc, inferior eris. Sicut enim ille Deo iu- C benti dedit, ſic tu quoque illo accipiente, non ingenuiſti. Si enim filium mori cernens, gratias benigniſſimo Deo egeris, non minus recipies mercedem, quàm ille, qui filium abduxit, vt immolaret. Ac ſi ploratus & luctus diſcuſſeris, omneſque ad Dei laudes excitaueris, infinita à cælo & terra præmia percipies, hominibus te admirantibus, plaudentibus angelis & Deo coronante. Et quomodo fieri poteſt, dicit aliquis, vt illum non defleam, à quo iam non amplius pater appellor? Quid dicis? Nunquid enim amiſiſti puerum? nunquid filium perdidiſti? imo vero acquiſiuiſti & firmius obtinuiſti. Non enim patris appellationem perdidiſti; ſed vt amplius etiam voceris adeptus es: quia non filij mortalis, ſed immortalis deinceps pater vocaberis. Nec ideo, quia tibi non adeſt, perdidiſſe te illum exiſtimare debes. Neque enim ſi peregrè abijſſet, à te etiam quoad nomen familiæ vna cum corpore ſeparatus eſſet. Non iſte eſt puer ille qui D iacet, ſed ille qui ad cælos euolauit, curſuque contendit. Si igitur oculos videas depreſſos, os contractum, corpuſque immobile, ne ita cogites: iſtud quidem os non amplius loquetur, oculi iſti iam non videbunt, nec amplius pedes iſti ambulabunt: ſed, os quidem iſtud melius loquetur, maiora videbunt oculi, pedes ſupra nubes eleuabuntur, & corpus hoc, quod corrumpitur, induet immortalitatem, maioreque cum magnificentia filium meum recipiam. Recordare Abrahami patriarchæ, qui filium ſuum Iſaac non quidem morientem vidit, ſed quod acerbius erat & grauius, ipſemet eum interficere iubebatur, nec mandato huic contradixit, nec indignè ferebat, nec denique tale quid locutus eſt: An ob id patrem me feciſti, vt me filij interfectorem faceres? Melius fuiſſet ab initio non dediſſe, quam poſtquam dederis,

Ex hom. de dormiẽtibus

Ex interp. euang. S. Ioan.

Ex ep. ad Theſſ.

Ex hom. de dormiẽtibus

tali modo ipſum denuo ſuſtuliſſe. Eumne accipere vis? Quare mihi præcipis, vt eum iugulem, dexteramque meam contaminem? nonne mihi per hunc filium orbem terrarum nepotibus impleturum te promiſiſti? Quomodo igitur fructus dabis, cũ radicem tollas? Quis talia vidit; quis vmquã audiuit? deceptus ſum ac circumuentus. Nihil tale dixit neque cogitauit. Non aduerſatus eſt imperanti, nõ popoſcit facti rationem: ſed poſtquã audiuiſſet hęc verba, Accipe chariſſimum filium quem diligis Iſaacum, eumq; in holocauſtum, ſupra vnum montium, quẽ dixero tibi, offer, tanta animi alacritate mandatum impleuit, vt plura etiam, quam præcepta eſſent, præſtaret. Nam & vxorem hoc celauit, & ſeruos latuit, infra montem ipſos relinquens. Tecũ igitur perpende, quantum erat ſolum cum ſolo filio, loqui, nemine præſente, cum viſcera iam magis incaluiſſent, & vis amoris eſſe vehemẽtior. Quis ſermo hoc ſatis explicare poſſit? Deduxit puerum ſurſum, pedes implicauit, lignis impoſuit, & gladium arripuit, vulnus inferre paratus erat. Quo modo & ratione dicam, non habeo. ſolus ipſe nouit, qui hæc operatus eſt: oratio ob oculos rem ponere nulla valet. Quomodo manus non obſtupuit? Quomodo neruorum robur ſolutum non eſt? Quomodo ipſum non confudit filij aſpectus? Et erat ſimul videre hunc patrem eſſe, & ſacerdotem, hoſtiamq; abſque ſanguine offerri, holocauſtum ſine igni. Etenim filiũ occidit, & non occidit. Non occidit manu, ſed occidit animi alacritate: vt omnes poſthac doceret, & filiorum naturam, & opes omnes, atque adeo ipſam animam Dei mandatis poſthabendam eſſe. Conſidera enim mihi generoſum viri animũ, quod filium iuſſus ſit mactare illum, vnigenitum, chariſſimum illum, qui præter ſpem ei datus eſſet, quot inſurgentes ſibi habuerit cogitationes: ſed omnes tamen ille ſubegit, omneſque ipſum magis extimuerunt, quam Regem ſatellites: ſoloque aſpectu vniuerſas compeſcebat, nec mutire quidem harum vlla audebat: ſed ita compoſitè conſiſtebant, vt ipſum ornarent potius, quam timore percellerent. Et contemplare mihi conſtantiam. Natura cum armis ſuis humi proſternebatur, & ipſe ſtabat, manum extendens, non habentem coronam, ſed gladium corona qualibet ſplendidiorem: & angelorum applaudebat turba, & Deus ex cælis laudum præconium tribuebat. Quid quæſo huic æquale fuerit trophæo? Si enim athletam, poſtquam vicit, non præco ab inferiori loco, ſed Rex deſuper ipſum victorem in olympis pronunciaſſet, numquid hoc ipſis coronis magnificentius ei viſum fuiſſet, & vniuerſum theatrum attentum reddidiſſet? Quando igitur non homo Rex, ſed Deus, ipſe non in eiuſmodi theatro, ſed in ſpectaculo totius orbis, in angelorum archangelorumque turba ipſum victorem pronunciat, magnifica deſuper voce clamat: Vbi, agè dic mihi, ſanctum iſtum collocabimus? Si enim filios improbos non facile contemnere ſolent parentes, ſed hos quoque luctu proſequuntur, hic cum filius eſſet germanus, vnigenitus & chariſſimus, atque ab ipſo patre mactari deberet, quis eximiam illius animi moderationem verbis aſſequi poterit? O beatam dexteram, quali gladio digna es habita! ô gladium admirandum, in qualem vſum paratus fuit, & quale peregit miniſterium, quali typo ſubſeruijt, quomodo cruentatus eſt, quomodo non cruentatus eſt! Neſcio enim quid dicam, adeo horrendum myſterium erat. Non attigit filij collum neque penetrauit ſancti illius iugulum, neque rubuit iuſti ſanguine: quin potius attigit & penetrauit, & rubuit, & immerſus eſt, & non eſt immerſus. Fortè extra me raptus eſſe vobis videor, qui tam pugnantia loquor. Certè extra me raptus fui mecum reputans iuſti illius miraculum, ſed pugnantia tamen non loquor. Nam manus quidem iuſti, gladium

A infixit in iugulum filij, ſed Dei manus non paſſa eſt, etiam impactam pollui ſanguine pueri. Nec enim Abraham tantum tenebat enſem, ſed etiam Deus. Atque ille quidem impellebat ex animi ſententia: hic vero cohibuit voce. Conſidera vero, dixit, Occide, & continuo armabatur: dixit, Ne occidas, & protinus exarmabatur. Elegit enim potius non appellari pater, vt ſeruum bonum & gratum ſe oſtenderet. Et quoniam reliquit ſua propter Deum, ideo Deus cum illis, ei etiam ſua largitus eſt: & animi promptitudine in præceptum ſtatuit. Et ne nihil illud dixeris, quod aram tantum extruxerit, lignaque impoſuerit, ſed & vocis pueri memineris, tecumque reputa, quanti cogitationum velut globi in ipſum irruerint, flammeis haſtis armati, vndique ipſum confodientes & concidentes, cum filium audiret dicentem: Pater, vbi nam eſt ouis? Quod ſi nunc quoque multi ſe non continent, qui etiam patres non ſunt, quid illi accidiſſe conſentaneum erat, qui ipſum generauerat, qui enutrierat, qui in ſenectute ipſum acceperat, qui vnicum hunc ha-
B bebat, qui videbat, qui audiebat, qui mox ipſum erat occiſurus? Sed nihil iſtorum adamantem illum ſubuertit neque concuſſit: neque dixit, Quid patrem appellas, qui paulo poſt pater tuus futurus non eſt, qui iam hoc honoris perdidit? ſed quid? Deus prouidebit ſibi ouem in holocauſtum, fili. Ambo naturæ nominibus vtuntur: ille patrem appellat: hic filium: vtrimque graue bellũ excitabatur, & magna erat tempeſtas, naufragium tamen nequaquam. Iſaac vero poſtquam audiuit Deum, nihil amplius locutus, nec curioſè ſcrutatus eſt: adeo ſapiens erat puer, in ipſo ætatis flore. Numquid non omnes incaluiſtis? nonne quilibet veſtrum puerum illum mente amplectitur & deoſculatur, ſuſpicit prudentiam, veneratur pietatem? Etenim dum colligaretur & lignis imponeretur, non expaueſcebat, non reſiliebat, nec patrem velut inſanientem condemnabat: ſed
C & vinciebatur, & tollebatur, imponebatur, atque omnia veluti agnus aliquis, ſilentio perferebat; Quin potius ſicut communis omnium dominus, cuius etiam manſuetudinem imitabatur, & figuram ſeruabat. *Tamquam ouis enim ad occiſionem ductum eſt, & velut agnus coram tondente ſe, obmuteſcens.* Eſa. 53.
Nec mihi quis dicat, Abrahamum non doluiſſe, nec quæ patrum ſunt, ſuſtinuiſſe: neque vltra modum oſtendere volens philoſophantem, præcipua laude ipſum priuet. Si enim in maximis flagitijs comprehenſos, & longo tempore vita hac vſos, ignotis, nec vmquam à nobis viſos derepentè conſpicientes per forum ad mortem abduci, animo contrahimur & dolemus, non raro etiam illachrymamur: is, qui filium germanum & chariſſimum, qui præter ſpem qui poſt tantum temporis, qui ad extremam ſenectutem natus erat, hunc iam adultum ſuis manibus mactare & comburere iubetur, quomodo non omni ſupplicio grauio-
D rem tribulationem doloremque ſuſtinuit? Nam ſi vel lapis eſſet, ſi ferrum, ſi ipſemet adamas, poſſetne non flecti, non frangi ad decorum filij aſpectum, ad verborum prudentiam, ad pietatem animi? Audiuit etenim, Deus prouidebit ſibi ouem in holocauſtum, fili mi, nec quicquam ſciſcitatus eſt amplius. Aſpiciebat patrem ſe ligantem, nec reluctabatur; imponebatur rogo, nec reſiluit: videbat gladium contra ſe vibrari, & non eſt territus. Quid hoc animo religioſius eſſe poſſit? Audebit ne ergo adhuc aliquis dicere, nihil Abrahamũ in iſtis omnibus perpeſſum eſſe? Si enim inimicum, ſi hoſtem fuiſſet interfecturus, etiamſi belua eſſet, num iſta ſine dolore perpetraſſet? Non eſt ita, non eſt. Quapropter rogo atque obteſtor, ſi quando filium aut filiam amiſeris, ô homo, ne ita indecenter plores & teipſum dilanies: ſed animo tuo

reputa,

A reputa, Abrahamum filium ſuum occidiſſe, nec lachrymaſſe, aut aſperum etiam verbum emiſiſſe. Et Iob quidem indoluit, ſed tantum, quantum patrem filiorum amantem dolere, conſentaneum erat: ſicut quod nos nunc facimus, inimicorum potius & hoſtium eſt. Neque enim ſi quopiam ad regia palatia deducto & coronato, tu plangeres & lugeres, amicum te illius qui coronatus eſſet, dicerem, ſed inimicum & hoſtem. Sed ignoro, inquis, quonam abiuerit. Quamobrem enim, dic mihi, ignoras? Siue enim recte vixerit, ſiue ſecus, manifeſtum eſt quo ſit abiturus. Idcirco, inquit, plango, quia peccator è vita diſceſſit. At propter hoc vel maximè gaudere oportet, quod in peccatis præpeditus ſit, nec malitiam auxerit: & iuuare quantum fieri poteſt, non lachrymis, ſed orationibus & ſupplicationibus, eleemoſynis atque oblationibus. Non enim fruſtra hoc excogitatũ eſt: Nec temerè qui altari aſſiſtit, dum horrenda myſteria peraguntur, clamat, Pro omnibus in Chriſto dormientibus, & pro his qui memorias celebrant illorum: ſed Spiritus ſancti ordinatione hæc fiunt.
B Nam ſi Iobi illius liberos patris victi purgauit, quid dubitas, nobis quoque pro defunctis offerentibus, aliquid ſolatij illis acceſſurum? Ne igitur morientes temerè deploremus, ſed eos, qui in diuitijs mortui ſunt, nec vllam ſuis ipſorum animabus conſolationem ex diuitijs procurarunt: Qui item facultatem nacti ſunt peccata ſua abſtergendi, & noluerũt, hos deploremus & priuatim & publicè omnes, non vno aut altero die, ſed tota vita noſtra, iiſque pro viribus ſuccurramus. Procuremus ipſis auxilij aliquid, modici quidem, auxilium tamen feramus. Qui vero iſtud, & quomodo? preces nimirum fundentes, & cæteros, vt orationes pro ipſis faciant, hortantes, aſſidue denique pauperibus pro iiſdem dantes eleemoſynas. Habet res
4 Reg. 19 hæc aliquod ſolatium. Audi enim Deum dicentẽ: *protegam ciuitatem hanc, propter me, & propter Dauid ſeruum meum.* Quod ſi ſola iuſti memoria tantum po-
Ex or. de Statuis C tuit, ſi etiam opera pro ipſo fiant, quid non poterunt? Non fruſtra hæc lege ſtatuta ſunt ab Apoſtolis, vt ſub horrendis myſterijs, defunctorum fiat commemoratio. Nouerunt, multũ ipſis lucri inde oriri, multum emolumenti. Quando enim populus vniuerſus ſtat, manus in cælum extendens, cætus item ſacerdotalis, horrendumque ſacrificium proponitur. quomodo Deum non placaremus, pro iſtis orantes? Verum iſtud quidem de illis dicimus, qui in fide diſceſſerunt: catechumenos vero neq; iſto ſolatio digni habẽtur, ſed omni deſtituti ſunt eiuſmodi auxilio, vno quodam excepto. Quonam illo? Pauperibus ſine intermiſſione illorum nomine dare licet: quæ res ipſis non nihil præſtat conſolationis. Non igitur malũ eſt mori, ſed mori male. Vultis vt charitati veſtræ dicam, vnde mortem timeamus? Non vulnerauit nos amor regni, nec futurorum deſiderium nos accendit: quoniã omnia alioqui præſentia deſpiceremus. Qui enim ſemper ge-
D hennam metuit, numquam mortem extimeſcet. Concedite nihil nunc fratres, vt liberè vobis loquar: nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Parui ſiquidem pueri laruam quidem timent, ignem vero non timent: ſed ſi fortè ad lucernam lychnum habentem portentur, manum inconſideratè in lucernam & flammam immittunt: & laruam quidem contemnendam horrent, ignem vero qui reuera metuendus erat, non timent. Dicam, ſi placet, & aliam cauſam, ob quam mortem pauere ſolemus. Vitam accuratam non agimus, nec bonam conſcientiam habemus. Quod ſi eſſet, nihil metu nos percelleret, non mors, non pecuniæ iactura, nec quicquam aliud eiuſmodi. Redde me ſecurum de cæleſti regno, & ſi voles, hodie occidas, & gratiam tibi pro cæde habebo: quoniam citò ad illa bona me tranſmittis. Sed iniu-

A ſta morte occumbere timeo, inquit. Quid ais, quæſo te, iniuſte mori times, ſed iuſte mori velles? Et quis ita miſer eſt atque ærumnoſus, qui cum iniuſte occidi liceat, iuſte mallet? Si enim timenda ſit mors, eam certe timere oportet, quæ iuſte nos inuadit: cum immerito occiſus, per hoc ipſum omniũ ſanctorum conſors fiat. Plerique enim eorum, qui grati Deo fuerunt, iniuſtam ſuſtinuerunt mortem: Et primus Abel. Neque enim hic quicquam in fratrem peccauerat, neque Cain læſerat, ſed quia Deum colebat, ideo occiſus eſt: Deus vero id permiſit. Igitur vel quia eum amabat, vel quia oderat. Perſpicuum eſt quod quia amabat coronamque ei ſplendidiorem facere, ex iniquiſſima illa cæde, intendebat. Videſne quod non iniuſte mori, ſed in peccatis vita defungi timere oportet? Abel iniuſtè occiſus eſt, Cain gemens & contremiſcens vitam agebat. Vter ergo, quæſo te beatior erat, illene qui cum iuſtitia obijt, an qui in peccatis viuebat? ille- Num. 25.
ne qui iniuſte mortuus eſt, an qui iuſte puniebatur? Quid vero homicidio immanius? potuit tamen olim iuſtitiam parere illi, qui hoc perpetrauerat. Et
B quo pacto, audi. Cum Madianitæ aliquando Iudæis Deum inimicum reddere vellent, eaque ratione ſe ipſos victuros ſperarent, ſi Domini beneuolẽtiam ipſos ſpoliaſſent, puellas exornantes & militibus proſtituentes, eos ineſcarunt & ad fornicationem induxerunt. Hoc cum vidiſſet Phinees, manu arripiens gladium, & duos ſcortantes deprehendens, in ipſo ſcelere vtrumque confixit: non quod odio occiſos proſequeretur, ſed vt reliquis parceret. Et factum quidem homicidium erat, quod vero præclarum opus ex eo ſequebatur, omnium fuit pereuntium ſalus. Interemit duos, & infinita millia ſeruauit. Et ſicut medici putrida membra reſecantes, totum corpus conſeruant, ſic ille quoque fecit. reputatumq; eſt illi in iuſtitiam. Ne igitur moriẽtes temere defleamus, ſed eos, qui in peccatis moriuntur. Hi lamentationibus, hi planctu & lachrymis ſunt digni. Quæ enim quæſo te, ſpes eſt, ſi quis cum
C peccatis eo diſcedat, vbi peccata deponere non licet? Quãdiu enim hic erant, magna fortè ſpes erat, ipſos pœnitentiam acturos & meliores futuros: poſtquã vero in infernum abierunt, vbi nihil cõmodi ex pœnitentia percipere eſt (*in inferno* enim, Psalm. 6.
ait, *quis confitebitur tibi?*) quomodo luctu digni non ſunt? Defleamus itaque eos, qui hoc modo ex vita decedunt, non prohibeo defleamus, ſed non præter decorum: non crines euellentes, non nudãtes brachia, nec vnguibus faciem lacerantes: ſed modeſte exiguas lachrymas emittentes. Prodeſt vero hoc nobis. Qui enim illum hoc pacto luget, multo magis ipſe operam dabit, ne in eadem incidat. Iterum Ex interp. epiſt. ad Theſſ.
vero, cum mortuũ per forum videris deferri, filios orphanos ſequi, plangere vxorem viduã, famulos plorare, amicos triſtes incedere, rerum præſentiũ conſidera vanitatem, quodque ab vmbra & ſomnijs illæ nihil differant. Conſidera mihi magnorũ & ſplendidorum hominum ædes, quomodo iam vſ-
D que ad ſolum dirutæ ſint. Cogita quanta olim potuerint, quodq; iam ipſorum ne memoria quidem relicta ſit. Multi enim tyranni ſederunt ſuper pauimentum, non ſuſpectus autem, tulit diadema. Sed Eccleſ. 11 iuxta gr.
non ſufficiunt iſta? Conſidera etiam ante mortem, quando dormis, quanti faciendus ſis. Nõne exigua etiam beſtia te occidere poterit? Multis enim frequenter parua aliqua beſtiola e tecto delapſa oculum abſtulit, aut alterius alicuius periculi cauſa ex- Ex ep. ad Corinth.
titit. Hæc tecum perpende: nec decorem aſpectus humani admireris, nec erectã ceruicẽ, nec mollius veſtimentum, aut equos aut famulos: ſed quẽ exitũ habeant omnia, conſidera. Quod ſi ea, quæ videntur, admiraris, & ego tibi in picturis longè etiam iſtis ſplendidiora dicam. Sed quemadmodum iſta ob aſpectum non miramur, dum ipſorum videmus ſubſtantiam, quia merum lutum eſt, ita etiam illa:

Nam

Nam & illa lutum ſunt: atque adeo priuſquam diſſoluantur & in puluerem redigantur. Oſtende mihi iſtum extentum, aut afflictatum, animo deficientem, & tunc ſermonem tecum conſeram & dicam, Vbi nunc ſunt illi, qui magna cum arrogantia tot ſequentibus famulis, in foro faſtuosè & inſolenter ſeſe inferunt? qui ſericis induti & vnguenta ſpirantes, alentes paraſitos & perpetuo ſcenæ affixi? Vbi nunc cœnarum illarum magnificentia, turba muſicorum, aſſentatorum obſequium, immodicus riſus, animæ quies, cogitationis diffuſio, vita mollis, otioſa & luxu perdita? Omnia abierunt & auolarunt. Quid ex corpore factum eſt, quod tanta cura, tam exquiſita munditia abundabat? Abi ad ſepulchrum, contemplare puluerem, cineres, vermes, † loci deformitatem: contemplare, & amarè ingemiſce. Atque vtinam ad puluerem tantum eiuſmodi damnum pertingeret. Iam vero à ſepulchro & his vermibus transferas mentem, ad vermem illum immortalem, ad ſtridorem dentium, ad extremas illas tenebras, ad ignem inextinctum, ad acerbas illas & intolerabiles pœnas, ad infinita denique ſæcula. Hic enim & bona & moleſta finem habent, & hunc celerrimum: ibi vero vtraque cum æternis ſæculis durant: qualitate autem tantum differunt ab his quæ nunc ſunt, vt dici non poſſit. Quid igitur multus ille ornatus? Quò multa illa mollicies abijt? quo famulorum obſequium, pecuniarum item poſſeſſionumq́ue abundantia? Quiſnam ventus irruens omnia exſuff[illegible]it? Quid vero ſibi vult ſuperfluus ille & inutilis [illegible]rca funera ſumptus, qui magnum quidem funerantibus damnum, defuncto vero nullum affert emolumentum? Quando Dominum audis nudum à mortuis reſurrexiſſe, deſiſte à tua in funere curando inſania. Nec enim Chriſtus, quando dixit: Quia eſurientem me vidiſtis, & nutriuiſtis: ſitientem, & potum dediſtis: nudum, & cooperuiſtis, his appoſuit, Quia mortuum & ſepeliuiſtis: Si enim viuentes nihil plus habere iubet, quã tegumentum, quanto magis defunctos? Quam igitur excuſationem habebimus, quando corpus quidem, quod in ſaniem & vermes reſoluitur, ornamus, Chriſtum vero eſurientem & ſitientem, nudum obambulantem & hoſpitem deſpicimus? Sed in lecto iacens, mortuus, inquit, faſtus ſui opumq́ue fert iudicia: dum veſtis ſplendida imponitur, pauperes ac diuites ipſum deducunt, populi fauſta precantur. Sed & hæc maximè quidem ſunt riſu digna: attamen & hæc veluti flos defluens continuo arguẽtur. Vbi enim limen portarum vrbis tranſgreſſi erimus, & corpore vermibus tradito, reuertemur, iterum te interrogabo, quo tanta illa hominũ turba abijt? quid nunc vociferatio illa tumultus? vbi vero faces illæ, vbi chori mulierum? Nonne ſomnium ſunt iſta? Quid vero ille clamor? vbi multa illa ora, quæ clamabant, & bono animo eſſe hortabantur, quod nemo immortalis ſit? Nec porro hæc non audienti dicenda erant, ſed cum raperet, cum auarè ageret, tunc nonnihil alternantes dicere oportebat, Non confidendum eſſe: neminem eſſe immortalem. Si quis tibi ædes conſtrueret, vbi manſurus non eſſes damnum hoc exiſtimares. Iam vero diuẽs hic fieri deſideras, vnde ſæpe etiam ante veſperam diſcedendum tibi eſt? Cohibe iſtum furorem, compeſce hanc cupiditatem. Illud vero, Bono ſis animo, ei, qui iniuriam patitur. Sed licet & illi hæc nihil proſint, cum ſtadium iam egreſſus ſit, hi ſaltẽ, qui iiſdem morbis tenentur, & ad ſepulchrum comitantur, audiant. Quia enim ante ob pecuniæ ebrietatem nihil iſtorum mente percipiunt, illo ſaltem tempore, cum iacentis etiam aſpectus fidem dictis facit, caſtigentur: intelligentes quod paulo poſt ipſos quoque, illi ſolent, ad rationes illas terribiles, & ad luendum ſupplicium pro malis quæ hic commiſerunt, abducent. Ne igitur & nos eadem cum illis patiamur, pro viribus reſipiſcere & emendare nos conemur, quo futuris etiam bonis potiamur, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Cui gloria & imperium, cum Patre & viuifico Spiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Vultus.

Eiuſdem de Silentio & Secretis. Ex Homilijs in Statuas.

VErbum temerè prolatum integras ſæpe domos ſubuertit, animaſq́ue perdidit & demerſit. Et quidem pecuniæ iacturam reparare licet. Verbum autem ſemel elapſum denuo recuperare nemo poteſt. Audiuiſti verbum, inquit, moriatur tecum: ſupprime, obrue illud, nec exire permitte, nec omnino moueri ſine. Extingue quod dictum eſt, trade obliuioni, vt ne ſimilis fias illis qui audiuerunt. Plerique hominum, cum ſecretum quid dixerint, hortantur audientem & iuramentum ab eo exigunt, ne vlli alteri deinceps dicat: eo ipſo oſtendentes, ſe rem dignam reprehenſione feciſſe. Cum enim talium, vt nulli alteri dicat, moneas, multo magis antea te iſta dicere non oportebat. Nam, ſi verbum alteri euulgari non velis, ipſemet dicere non debes. At ſi alteri ſermonis cuſtodiam commiſeris, ſuperuacaneum & inutile eſt quod facis, admonendo & iuramentum pro eorum, quæ dicta ſunt, cuſtodia exigendo. At iucundum eſt, dicit aliquis, maledicere. Imo iucundum eſt, non maledicere. qui enim maledicit, iam in certamine eſt, ſuſpicatur, metuit, ſententiam mutat, ſuamq́ue ipſius linguam abſumit, timens & tremens, ne apud alios euulgatum verbum grande ſibi periculum adducat. Qui vero penes ſe in bona cuſtodia retinet, magna cum voluptate vitam aget. Nec enim fieri poteſt, vt homo curioſè in alienam inquirens vitam, pro vita ſua aliquando curam gerat. Cum enim omne ſtudium ad alios perſcrutandum ab ipſo impendatur, neceſſe eſt, res ipſius temerè & ſine cura iacere. Qui vero amarè aliena negotia perquirit, pro proprijs delictis nullam obtinebit veniam. Non enim ex aliorum iudicio Deus ſententiam feret. Ipſi gloria & imperium, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

SCHEMATA LOCVTIONVM EX D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, OPERIBVS EXCERPTA.

Angelus.

Ἄγγελος, nuncius, à nunciando, non à natura. Nam angelus à natura angelica quomodo dicere poſſet ad Iob, Saluatus ſum ego ſolus, quum ab interitu alienus ſit? Quid dicit nuncius? Ignis de cælo decidit, & combuſſit oues. Ergo angelus officij nomen non naturæ. Hæc in ſermone Iob & Abraham. Angeli, dicti dæmones, Neſcitis (inquit Paulus) quoniam angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia. De dæmonibus enim ei ſermo eſt, &c. Et de illis loquitur angelis, de quibus Chriſtus inquit, Diſcedite in ignem præparatum diabolo & angelis eius. Et Paulus quod angeli eius transfigurantur, velut miniſtri iuſtitiæ. Hæc in epiſt. ad Corinth. 1. cap. 6. Homil. 16.

Angelos autem ſatanæ, non dæmones aliquos dicit, ſed homines diabolo miniſtrantes, infideles, tyrannos, gentiles, qui continue ipſum tribulabãt, & ſemper inſequebantur. Hæc Chryſoſtomus Homilia 1. ad Antiochenos.

Aqua.

Aqua ſecularia negocia indicat fluxa, mortalia. Venerunt enim, inquit, aquæ vſque ad animam meam, quaſi torrens præterfluens. Petra ſpiritalia ſunt: in petra enim inquit, exaltaſti pedes meos.

Arguere.

Nihil aliud eſt arguere, inquit Chryſoſtomus in c. Matth. 18. Hom. 61. quam in memoriam eius peccata reducere, ac ad eum quæ paſſus ſis exponere. Quod ſi recte ſit, quaſi pars quędam defenſionis eſt, quæ vehementer ad reconciliationem impellit. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe, vel argue eum inter te & ipſum. Hæc ille.

Anathema.

Noſti verbi, inquit, in Sermone de Anathemate, vim? Quamuis inuenies in ſacra ſcriptura, quod dicitur contra Hiericho, Et anathematizabis totam ciuitatem Domino Deo tuo. Et inualuit apud nos omnes conſuetudo, quæ in hodiernum vſque diem, vt anathema dicatur, quod certe loco ſuſpenſum. An hoc tu dicis anathema? ſed hoc plerumque in bonum ſonat, & eſt interdum oblatum Deo. Quid ergo illud quod anathema tu dicis eum, qui oblatus eſt diabolo, nec vltra regionem ſalutis inhabitat, ſed alienus eſt à Chriſto. Hæc ille.

Aemulatio.

Æmulantur vos non bene, ſed excludere vos volunt, vt ipſos æmulemini. Eſt enim bona æmulatio, cum quis ſic æmulatur, vt virtutem imitetur. Eſt & mala æmulatio, cum quis ea facit, vt recte agentē depellat à virtute. Hæc in epiſt. ad Gal. cap. 4.

In aurem & tenebris dicere.

Itaque, ſunt cum audis Chriſtum dicentē, Quod audiſtis in aurem, prædicate ſuper tecta: & quod audiſtis in tenebris, dicite in luce. Non intelligis, quaſi præcipiat relictis foris & triuijs, eos ſuper tecta debere prædicare, ſed cum dicit, ſuper tecta, & in luce, fiduciam & libertatem publice prædicandi inſinuat. Cum vero dicit, in aurem & in tenebris, ſignificat, vt vbique terrarum narrent, &c. Hæc in Homilia in Priſcillam & Aquilam.

Arena.

Arena eſt res mobilis & fluens, quæ ſine dubio inſtabilitatem atque inconſtantiam deſignat animorum. Item in capite Matth. 7. Hom. 20. Si enim conſtantia fidei dicitur petra, recte & inconſtantia infidelitatis arena vocatur, id eſt idololatria, quæ per varias idolorum culturas ſemper diſperſa eſt.

Ædificare ſupra petram, vel ſupra arenam, vt eſt in Euangelio, non vt arenam vel petram intelligamus, neque vt ædificium ex lapidibus & lignis conſideremus extructum, neque vt flumina, & imbres, & ventos qui impingunt in domos illas materiales putemus, ſed vt hæc e[illegible]ntelligamus, vel virtutem animi, vel ignauiam. Hæc Homil. 29. Quod nemo læditur, niſi à ſemetipſo.

Et in cap. Matth. 7. Homilia 20. Ædificati autem fuerunt ſuper arenam, id eſt, ſuper inconſtantiam infidelitatis. Aut certe ſuper arenam, id eſt, ſuper carnales homines ac infideles. Ideo tales homines arena dicuntur, non terra: quoniam terra quidem fructum facit, arena autem ſterilis manet. Item & in cap. Matth. 12. Homil. 30. Arenoſæ terræ comparantur increduli.

Abbreuiari dies.

Et niſi Deus breuiaſſet dies illos, inquit Matthæus, non fieret ſalua omnis caro. Abbreuiabuntur dies, vt atrocitas tribulationum breuiata compendio temperetur. Breuiatos autem dies intelligimus, non menſura, ſed numero. Sicut enim longitudinem dierum, quam dicit propheta, Domum tuam decet ſanctitas in longitudinem dierum, non per longos dies intelligimus, ſed multos: ſic & breuiati dies, non breues dies ſunt intelligendi, ſed pauci. Hæc in cap. Matth. 24. Homil. 49.

Adorare.

Adorantis officium omnibus conſtat, Adorare enim creaturæ, adorari non creaturæ, ſed Domini eſt. Vide Chryſoſt. in cap. Ioan. 4. Homil. 32.

Adoleſcentula.

Adoleſcentulæ, vel puellæ nōmine, virginem appellare conſueuit. Idque non in fœminis ſolum, verum etiam in viris ſæpe ſignatum eſt. Inuenies, inquit, & virgines, ſenes cum iunioribus. Ac rurſus de puella loquens, quæ virginitatem corporis violenter oppreſſa, perdiderit: Si, inquit, proclamauerit adoleſcentula, id eſt, virgo. Hæc in capite Matth. 1. Homil. 5.

Apoſtoli nomina.

Columnæ dicuntur, quoniam virtute ſua eccleſiæ robur ſunt. Fundamentum autem, quia in confeſſione ipſorum fundata eſt eccleſia, dicente Domino: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c.

Portus autem, quia tempeſtates impias repreſſerunt.

Gubernatores, quoniam orbem terrarum viam rectam docuerunt.

Paſtores, quoniam lupos abegerunt, & oues conſeruauerunt.

Aratores, quoniam ſpinas eradicauerunt.

Vinito-

Vinitores,quoniam labruſcas eradicauerunt, & femina pietatis plantauerunt.

Medici,quoniam vulnera noſtra curauerunt.

Piſcatores,doctores,nubes,pugnatores,& coronas geſtantes,duces & athletæ.Hæc in ſermone 26. de Penthecoſte.

Benedicere.

SEd ſi vis hunc ipſum probare, carnes eius tange: ſi in faciem benedicat tibi, id eſt, maledicat: etenim ſcriptura benedictis maledicta velauit.Hæc de patientia Iob Homil.4.

Cubiculum cordis.

CVbiculum, eſt cor vel intellectus interior, id eſt, ſpiritualis, ſicut ſcriptum eſt, Quare dicitis in cordibus veſtris, & in cubiculis veſtris compungimini.

Crucem ſuam tollere.

Crucem ſuam tollit,qui paratus eſt ad omne periculum propter Deum, ſi neceſſarium fuerit, vſque ad mortem,magis quam relinquere Chriſtum. Hæc in caput Matthæi 10.Homil.26.

Confiteri.

Confitebor, inquit Matth. 11. capite, tibi pater Domine cęli & terræ,&c.Quod enim hic confiteor dixit, idem valet quod gratias ago. Confeſſio non ſemper pœnitentiam, ſed & gratiarum actionem ſignificat.Hæc in Matth.Homil.39.

Conſcientia.

Facies ſpiritualis animæ,eſt conſcientia eius,vel cor, ſicut oſtendit Propheta dicens: Tibi dixit cor meum, Dominum requiram:&,Exquiſiuit te facies mea.Non enim facies carnea Deum quęrit,ſed conſcientia.Item quoniam facies conſcientia appellatur,oſtendit Iacob,cùm fuiſſet luctatus cum homine: Vidi Dominum facie ad faciem,& ſalua facta eſt anima mea. Vere enim tunc facie ad faciem,Deum non vidit, quia in ſchemate hominis luctatus eſt contra eum Deus. Nam ſchema corporale velamentum eſt Dei, non proprietas Dei. Sed mente vidit Deum.Vnde & Iſrael vocatus eſt,id eſt,mens videns Deum. Si autem facies eius Deum vidiſſet, vtique ſic vocandus fuerat, facies Deum videns. Quid ergo? facies animæ conſcientia appellatur. Hæc in cap.Matth.6. Homil.15.

Calciamentum.

Venit fortior me poſt me,cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calciamentorum eius. Videtur quidem eſſe humilitatis indicium, quaſi dicat, non ſum dignus ſeruus eius eſſe. Hæc Homil.14.in Euang.ſecundum Marcum.

Calix.

Pſal.115. *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Hoc loco, calix paſſionem Chriſti nobis declarat, qui orauit, Pater,ſi poſſibile eſt,tranſeat à me calix iſte. Habemus in ſcriptura & multos alios calices. Eſt quidam aureus calix Babylonis,è quo biberunt Gentes,& inebriatæ ſunt. Habet & Babylon ſuum calicem aureum, ſed bonam potionem in calice non habet. Aureus calix Babylonis, erat nitor, & elegantia verborum Gentilis ſapientiæ: quoniam intra ſe habebat letiferum poculum, idololatriæ dogma.

Canes.

Scriptum eſt enim, Ne miſeritis margaritas meas ante porcos, & ne detis ſancta mea canibus. Cum autem porcos audis & canes chariſſime,ne de brutis animalibus æſtimes dici. Porci enim ſunt, qui vitam ſuam cœnoſæ libidini, & voluptatibus ſæculi mancipąrunt. Canes vero omnes hæretici, qui contra creatorē ſuum blaſphemiarū extendūt eloquia.Hæc in Hom.33.de Cruce Dominica.

Canis & porcus ambo quidem immunda animalia ſunt: ſed canis ex omni parte immundus eſt: nam nec ruminat,nec vngulam habet fiſſam.Porcus autem ex parte immundus eſt. Nam quoniam vngulam habet fiſſam ,mundus eſt, quoniam au-

A tem non ruminat, immundus habetur. Propte quod canes puto intelligendos gentiles, vel ha reticos omnino immundos. Hæc in caput Ma thæi 7. Homilia 17.

Caro.

Hoc autem (inquit Paulus)eo fratres dico, quo caro & ſanguis regni Dei,&c.Carnem namque hi opera illa mala appellat, quod ipſum etiam alib ſæpe facit,velut cum ait,Vos vero non eſtis in ca ne. Et iterum: Qui in carne ſunt, Deo placere no poſſunt.Et alibi in Epiſtolam ad Galat.cap.1.Car concupiſcit aduerſus ſpiritū: Solet appellare ca nem,non corporis naturā, ſed prauam voluntat veluti cum dicit:Qui vero in carne ſunt, Deo pla cere nō poſſunt. Placere in carne,eſt probari apu homines.Quoniam enim apud Iudæos probro d batur,quod à patrijs conſuetudinibus deſciſcere Hæc in cap.6.Epiſt. ad Galat.

B Scripturæ quoque mos eſt, carnem vocari ca nales: ſicut & virtute præſtantes, carnis expert nominat,quemadmodum Paulus dicit: Vos autem non eſtis in carne, non quod non carne circūdat ſed quia circundati ſuperiores erant carnalibus a fectibus & ſenſibus.Nam ſicut dicebat: Vos aute non eſtis in carne, eo quod carnalia deſpicieban ita & de illis dicitur,quod ſint carnes,eo quod ca nalibus rebus continuo erant occupati.Hæc in c put Geneſ.6.Homil. 22.

Caupones.

Non enim ſumus ſicut cæteri cauponantes ve bum Dei. Nam hoc eſt cauponari, vbi quis adult rat vinum, vbi quis pecunia vēdit, quod gratis d nari oportuit, quandoquidē hic mihi videtur ill taxare de quæſtu,& quod dicebam, rurſus ſubind care,quod ſua miſcerent diuinis. Quod reprehe dens & Eſaias dicebat: Caupones tui miſcent vir

C aqua.Quanquam enim hoc de vino dictū eſt,ha tamen aberrauit, ſi quis ad doctrinam transfera Hæc in Epiſt.ad Corinth.1.cap.2. Homil.2.

Chriſtus.

Chriſti nomen frequens eſt apud Paulur Chriſtus quoque eſt ab vnctione nomen deriuan Ieſus dictus eſt homo, Dominus: verbum dicitu quia de Deo eſt Dei verbum: filius, quoniam patre: vnigenitus, quoniam ſolus de ſolo: De quoniam creator.

Conſummari peccata.

Quid eſt hoc (inquit aduerſus Iudæos oratio ſecunda) donec conſummentur peccata? Mul inquit, peccant, ſed malorum finis tunc erit, cu dominum ſuum occiderint, & hoc dixit Chriſtu

D Implete menſuram patrum veſtrorum, Seruos o cidiſtis, addite & herilem ſanguinē, Chriſtus di implete. Propheta ait, donec conſummentur de cta,& ſignentur peccata.

Credere Chriſto.

Credere Chriſto,obedire eſt Chriſto:qui aute non confitetur, aut non conuerſatur ſecundu verbum eius, ille nec obaudit Chriſto, nec credi propterea tam ille quam iſte non intrabunt in r gnum cælorum.Et voluntatē Chriſti facere quo eſt idem quod credere in Chriſtum.

Cæli cælorum.

Dicunt qui Hebraicæ linguæ gnari ſunt, Ca nomen plurali numero ab Hebræis vocari, qu conſitentur qui & Syrorum linguam ſciunt. Et n mo ea lingua dicit cælum, ſed cæli. Et idcirco ſ dictum eſt, quod à beato Dauid dictum, Cæli cæl rum,non quod multi ſunt cæli(non enim hoc n docuit beatus Moyſes)ſed quia mos eſt linguæ H braicæ, vnam rem nominare plurali numero. H in cap.Geneſ.1.Homil.4.

Carbones.

Congerere carbones ignis nihil aliud eſt, n magis reum facere ante Deum?ſi ergo qui benef cit inimico,magis illum reum facit ante Deum,c

ſequenter & qui prius rogat inimicum ſuum, reum illum facit ante Deum. Hæc in cap. Mat. 5, hom. 12.

Per dexteram & ſiniſtram.

NEſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Sed non hic dominus de humani corporis manibus, quibus nec videndi, nec loquẽdi eſt vllus eſt ſẽſus: ſed in manu dextera aut ſiniſtra homines ſignificãtur. Deniq; ſcriptũ legimus in libro Regũ manum homines ſignificari, cũ dicitur, Nonne decẽ mihi manus ſunt intra hominem? id eſt, decem tribus in Iſrael. Vbi nõ dubiũ eſt in dextera manu homines ſignificari iuſtos: in ſiniſtra vero peccatores intelligi. Secundum quod Salomõ retulit, Partes dexteræ nouit Dominus, peruerſæ autem ſunt, quæ ſunt à ſiniſtris. Hæc Hom. 45. Feria 4. Cinerũ. Item in cap. Mat. 5. Homil. 12. Dextera manus hominis, eſt voluntas animæ: ſiniſtra autem manus, voluntas corporis eſt. Sic & omnes ſancti dextri dicuntur, peccatores autem ſiniſtri. Vnuſquiſq; ergo noſtrum habet dextrum oculum, & ſiniſtrum: dexterum quidem mentẽ animę, ſiniſtrum autẽ mentem carnis. Hæc in cap. 5. Matth. Homil. 12.

Donec.

Sæpe ſcriptura diuina hac vti elocutione conſueuit: vt dicendo, donec, non defunctum aliquod tempus includat. Nam & cum à Noe coruus ex arca eſſet emiſſus: non eſt, inquit, reuerſus, donec ſiccaretur aqua? Et certe nec poſtea inuenitur rediſſe. De ipſo etiam loquẽs Deo, A ſæculo, inquit, & vſq; in ſæculum tu es. Sed nullum hic profecto terminũ poſuit. Rurſus altitudinem pacis annunciãs: Orietur, inquit, iuſticia eius, & multitudo pacis, donec auferatur à Iuda: non tamen vt poſt illam pacem finem ſtatuat huius quod ſpectamus elementi. Ita etiam Matth. 1. cap. donec, poſuit, vt à ſuſpicione illud quod ante partum tempus fuit, abſolueret.

Ebrietas.

Eſt enim ebrietas, inquit, aduerſus Iudæos oratione quinta, & in ira, & in abſurda concupiſcentia, & in auaritia, & in amore gloriæ, denique in alijs innumeris affectibus. Ebrietas enim nihil aliud eſt, quam excidiſſe à recta ratione, deliratioque & ſanæ mentis priuatio. Hæc ille.

Exultare cum tremore.

Seruite Domino in timore, exultate ei cum tremore. Hoccine eſt cum tremore ſeruire ſic diffundi diſcendique, vt nec ipſe ſcias, quæ loquaris in compoſito vocis boatu? Iſtud vero contemptus eſt non timoris, arrogantiæ, non modeſtiæ, iſtud ludentium potius quàm confitentium. Quid eſt ergo ſeruire Domino in timore? cum omne præceptum perfecerimus, cum tremore contractioneque hanc confeſſionem facere, corde contrito, menteque ſubmiſſa preces offerre. Quomodo igitur licet exultare cum timore, ſed etiam cum tremore, qui eſt timoris vehementia, & immodicæ cuiuſdam anxietatis ſignum. Vide latius ipſum Chryſoſt. De verbis Eſaiæ, Vidi Dominum. Homil. 1.

Emmanuel.

Hic enim ab affectu nomen Chriſto impoſitum. Eſt enim mos ſcripturæ euentus rerum ponere nominum loco. Quid enim eſt aliud, vocabunt nomen eius Emanuel, niſi videbunt oculi mortalium Deum inter homines verſantem: qui etſi ante in hominibus fuit, non tamen tam aperte, tamq; manifeſte. Hæc in primum cap. Matth. Homil. 5.

Euangelium.

Euangelium eſt nuncium bonum, Bona autem hominibus nunciantur, quando promittitur eis beatitudo, cæleſtiſque peccatorum remiſſio, adoptio filiorum, mortuorum reſurrectio, & immortalitas vitæ, hæreditas regni cæleſtis, & poſſeſſio gloriæ ſempiternæ, ſocietas angelorum, & communicatio ſpiritus, & fraternitas Chriſti, & paternitas Dei, hæc in cap. Matth. 4. Homil. 9.

Fermentum.

EXpurgate, inquiens, vetus fermentum, & non epulemur in veteri fermento. Sed quamobrem vetus appellat? vel quod talis fuerit prior vita noſtra: vel quod vetus prope interitum eſt, & putridum & turpe, quale eſt peccatum. Etenim alibi inquit, vinum nouum, amicus nouus: ſi inueteraſcet, tunc in lætitia capies. Laudat in amicitia veterem magis quam nouum. Et iterum, antiquus dierum ſedit: & hic rurſum in laude & gloria maxima vetus accipiens. Alio autem in loco in dedecore vetus accipit ſcriptura. Cum enim res variæ ſunt ex multis compoſitæ, & in bonis & malis, ijſdem vtitur, non eadem ſignificatione. Vide item alibi vetus vituperari. Inueterati ſunt & prohibiti ſunt à ſemitis ſuis. Et iterum: Inueteratus ſum inter inimicos meos. Et rurſum: Inueterate dierum malorum ita & fermentum ſæpenumero pro regno cælorum accipitur, quamuis hoc in loco expellatur. Sed illic pro altero, hic pro altero. Item, Frumentum auaricia ſacerdotum. Hæc in epiſt. ad Corin. 1. cap. 5. Homil. 16. Item, Fermentum terræ, Apoſtoli in Serm. 35. de virtutibus & vitijs.

Filij.

Homines quidem dicti filij Dei ſunt, angeli autem nunquam. Atqui de angelis dicit: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis: de hominibus autem, Ego dixi dij eſtis. Et iterum: Filios genui, & exaltaui. Et iterum: Primogenitus meus filius Iſrael. Angelus autem nuſquã vocatus eſt filius Dei.

Frater.

Nolo autem vos ignorare fratres. Diſcipulos fratres vocauit, non à dignitate, ſed charitate, hoc eos appellãs nomine: ſciebat enim, & plane ſciebat charitati conferendum & ſummũ dignitatis genus charitatem. Hæc in ſermone indictum Apoſtoli.

Gladius.

GLadij ſignant manifeſtas inſidias hoc voluit Chriſtus dicere, cum diſcipulis præcipiebat vendere veſtem & emere gladium, videlicet Iudæorum inſidias indicare volebat, hæc & in Homilia in Priſcillam & Aquilam. Gladius quoque dicitur ſermo diuinus: quia ſicut gladius carnes præcidit, ſic & ſermo diuinus concupiſcentias carnales. Hæc in cap. Matth 4. Homil. 8.

Hædi.

Hædi homines peccatores ſunt, in Euangelio Math. cap. 25. quia in capris naturaliter hæc inſunt vitia: Libido præ cæteris animalibus, ſuperbia, rixa: ſemper enim ſe percutientes incedunt, & modo humero pulſante, interdum cornu percutiunt. Item inuidi ſibi alterutro inuident: ſicut ſignificat Salomon de inuidis, dicens: Sicut capra ſic aſpicit ruinam proximi ſui. Conſule latius ipſum Chryſoſtomum in Matth. cap. 25. Homil. 54.

Oues ſunt homines iuſti, propter manſuetudinem, quia ipſi neminem lædunt: propter patientiam, qui cum ab alijs læſi fuerint ſuſtinent. Et ſicut oues quando ligantur, aut tacent, aut in ſimplicitate balant: ſic & ſancti cum læduntur, vt tacent, aut certe in benignitate probati, preces tranſmittunt ad Deum, hæc in eadem Homil.

Honor.

Presbyteri qui bene præſunt, duplici honore digni habentur, 1. Timoth. 5. Honorem hoc loco obſequium dicit, & neceſſarium rerum largitionem. Itaque & cum honore viduas ali pręcipit, ad neceſſarium victũ referatur, vt his quæ vere viduæ ſunt, miniſtrare ſufficiat. Et rurſus: Honora viduas veras, hoc eſt, in paupertate conſtitutas: quanto enim pauperior eſt, tanto magis eſt vidua.

Humiliari.

Humiliari eſt vituperari, accuſari calũniam pati. Exaltari vero, honorari, laudari, glorificari. Sic Chriſtus plus omnibus humiliatus eſt, nonne locũ

habet

habet terram? nonne ab omnibus accuſatur & arguitur? Homo cum eſſet Paulus, ſemetipſum humiliauit, &c. Homil. 39. ad populum.

Hodie.

Hodie ſemper eſt, donec conſtat mundus: propterea conſolamini voſipſos per ſingulos dies, vſquequo vocatur hodie: hoc eſt, ædificate inuicem, corrigite vos ipſos, ne contingant vobis ſimilia, ne obduretur quiſpiam ex vobis decipiente peccato. Hæc ad Hebræos cap. 3. Homil. 7.

Hebdomas magna.

Magnam vocamus hebdomam, non quod plures horæ in ea ſint, neque quod plures dies habeat. Eſt enim idem numerus in hac alijſque omnibus. Sed ideo appellatur magna, quia magna quædam & ineffabilia bona contigerunt nobis in illa. In illa enim ſolutum eſt bellum diutinum, extincta mors, maledictio interempta, diaboli tyrannis diſſoluta, vaſa eius direpta. Chryſoſtomus quadrageſimam vocat hebdomam magnam.

Item Hebdomades annos ſignificant. Sic in Daniele, Hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ annos quadringētos octoginta tres. Nec enim hic dicit hebdomadas dierū aut menſium, ſed annorum. Hæc aduerſus Iudæos Oratione 5.

Homo.

Hominis vocabulo infirmitas naturę inſinuatur. Sic inquit Paulus: Si & præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Hic Paulus ad naturam & eius infirmitatem cōfugit. Vos qui ſpirituales. Is qui peccat, homo: qui vero bene operantur, ſpirituales dicuntur. Hic virtutis vocabulum poſuit, illic naturæ nomen dixit. Hæc in Homil. de nomine Abram.

Porro morem eſſe quoque ſcripturæ, quod vitijs ſtudentes; & virtutum negligentes, hominum nomine vocare non dignetur, audi Deum loquentē: Non permanet ſpiritus meus in hominibus iſtis, eo quod ipſi carnes ſunt. Vidiſti quomodo ob malitiā carnem eos vocat, & non homines, ſtatim audietis terram eos nominari à diuina ſcriptura, eo quod terrenis cogitationibus pereant, dicit enim, Corrupta autem erat terra coram Deo: Non de terra ſenſibili loquitur, ſed inhabitatores terrā vocat. Alio autem loco, neque terram, neq; carnem nominat, ſed neque eſſe eos putat in præſenti hac vita, eo quod virtute careant. Audi enim prophetā clamātem: Veni, & non erat homo: vocaui, & non erat qui audiret. Non dicit, quia non aderant, ſed quia præſentes nihil meliores erant, quam ſi non fuiſſent præſentes. Et alio quoque loco, Diſcurrite & videte, ſi eſt vnus qui faciat iudicium & iuſtitiam, & propitius ero. Vidiſti quomodo illum ſolum ſcriptura ſancta hominem vocare ſolet, qui virtutem colit: cæteros autem neque eſſe putat, ſed aliquando vocat terram, & aliquando carnem. Hæc in cap. Geneſ. 6. Homilia 23.

Hos anna.

Hos anna quidam interpretantur gloriam, alij vero redemptionem, alij ſaluifica, ſiue ſaluum fac. Nam & gloria illi debetur, & redemptio illi conuenit, quia omnes redemit, & precioſa ſui ſanguinis effuſione ſaluauit. Hæc in Homil. 36. Dominicæ 18. poſt Phentecoſtes.

Imago.

IMaginem interdum pro ſimilitudine, interdum pro re inanimata accipimus, ſicut & ipſe alio in loco ſcribit, dicens: Vir nō debet velatum habere caput, imago & gloria Dei cum ſit. Et rurſum Propheta, veruntamen in imagine pertranſit homo. Hæc in Epiſt. ad Timoth. 2. cap. 3. Homil. 8.

Infirmitas.

Infirmitatis nomen, & in quo ſignificato dictum eſt, dicere neceſſarium. Vna enim dictio, ſed multa eius ſignificata ſunt: nam & corporis aduerſa valetudo infirmitas dicitur. Vnde & in Euangelio dictum, Ecce quem diligis infirmus eſt. De ſancto Lazaro & ipſe dicebat, Infirmitas iſta non eſt ad mortem. Et de Epaphra Paulus, & de Timotheo. Hæc enim omnia corporalem infirmitatem ſignificant. Dicitur item infirmitas, non eſſe ſolidatum in fide ſimpliciter, neque perfectum eſſe. Et hoc ſignificans Paulus dicebat, Infirmum autem in fide ſuſcipite. Et iterum: Ille quidem credit, vt manducet omnia, alius autem infirmus olera comedit, infirmum in fide ſignificans. Ecce duo ſignificata infirmitatis. Eſt & aliud tertium ſignificatum infirmitatis. Quale hoc? perſecutiones, inſidiæ, inſultus, tentationes, aductiones ad tribunal. Et hoc manifeſtans Paulus, Pro hoc ter Dominum rogaui, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, virtus enim mea in infirmitate perficitur. Quid eſt in infirmitate? in perſecutionibus, in periculis, in inſidijs: & hoc manifeſtans dicebat, propterea glorior in infirmitate. Et, Quando enim infirmus ſum, tunc potens ſum, hoc eſt, quando perſecutionem patior, quando expellor. Hæc in epiſt. ad Corinth. 2. Homil. 28. capite decimo tertio.

Iudicare.

Iudicare pro reprehendere, vt, Animalis non percipit ea quæ Dei ſunt, ſpiritalis autē omnia dijucat, & à nemine dijudicatur. Hæc in epiſtolam ad Corinth. cap. 2. Homil. 7. Item Iudicare pro condemnare, vt, Iudicantes duodecim tribus Iſrael? Nihil aliud profecto quam condemnantes. Hæc in cap. Matth. vigeſimum, Homilia 65.

Iuſticia.

Ioſeph autem vir eius, inquit Matth. 1. cap. cum eſſet iuſtus. Iuſtum hic in omni virtute dicit eſſe perfectum. Eſt enim iuſtitia ſpecialis quædam, & ex parte iuſtitiæ, auaritiæ vitio nō teneri: eſt vero iuſtitia altera generalis, quæ ex cunctis omnino perficitur: iuxta præcipue modum ſcripturę ſolet appellare iuſtitiam, vt cum dicit, homo iuſtus, verax, & rurſus, Erāt iuſti ambo in cōſpectu Dei. Hæc in ca. 1. Matth. Hom. 4. Iuſtitia inflari, iuſtitiæ eſt euacuatio. Vide Chryſoſtomum Homil. 10. de Pœnitentia.

Lac.

ET facti eſtis opus habentes lacte, non ſolido cibo. Semper enim lac humilem ſermonē vocat & illic. Debētes enim, inquit, doctores eſſe propter tempus. Et: Lacte potaui vos, non eſca. Lac autem vocat, quia debilibus cōgruit: hoc autem perfectis contrarium eſt, & noxium, vt in iſtis immorentur. Item in cap. Mat. 21. Hom. 38. Omnis, inquit Chryſoſtomus, prima inductio fidei, id eſt, ſimplex doctrina, lac dicitur: quoniam ſicut lac ſine labore, & ſine opere dentium manducantur, & manducantem ſuauitate ſua delectat: ſic & mirabilia nullum laborem videntibus ponunt, ſed videntes admiratione delectant, & ad fidem molliter inuitant. Panis autem perfectioris doctrinam iuſtitię ſignificat, quam accipere non poſſunt, niſi excitati ſenſus circa res ſpirituales.

Lac quoque opus eſt miraculorum, quoniam & ſine labore dentium, & cum ſuauitate comeditur, per quod rudes in fide quaſi pueri ſuſtentatur.

Mel autem eloquia doctrinæ dicuntur, ſicut ait Propheta: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauum ori meo. Hæc in cap. 22. Matth. Homilia 41.

Leo.

Leonem interdum pro regio accipimus factu, Dormiſti enim, inquit, vt Leo, & catulus leonis, quis excitabit eum? Interdum pro rapina, Vt leo, inquit & rapiens, & rugiens. Hæc in epiſtolam ad Tim. 2. cap. tertio, Homilia 8.

Labium.

Et erat omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus. Labium vnum, ſermonē dicit, & idipſum iterum per vocem, ſignificans omnes vſos eadem voce, & lingua. Et quod de loquela dictum ſit, & fuerit omnis terra labium vnum, audi ſcripturam

A alio loco dicentem: Venenum aſpidum ſub labijs eorum. Ita ſolet ſcriptura labiorum nomine loquelam appellare.

Lex.

In lege ſcriptum eſt, Varijs linguis loquar populo huic,& ne ſic quidem audient me, dicit dominus:quamquam in lege ſcriptum non eſt,ſed veterem ſcripturam vniuerſam,prophetas,hiſtorias,legem vocat.Et in epiſt.ad Gala.capite 4.Dicite mihi,qui ſub lege vultis eſſe,legē non auditis.Legem hic vocat,librū conditi mūdi,quod alias crebro facit,vetus omne teſtamentum ſic appellans. Itē legem ſepis nomine vocat ſcriptura, quā ſicut maceriam,& ſepē quandam inter Iudæos & gētes poſuit.Sicut enim vinea,aut hortus,maceria circūdatur:ſic Iudæis lex, vt transgredi non liceret. Hæc Homil.12.De muliere Chananea.Et in cap. primū Matth.Homil.3. Sepem enim ſcriptura,inquit,vocare legem ſolet. Sic Propheta inquit: Suſtulit ſepem eius, B carpuntque quotquot hac faciunt iter. Item, Sepem circumpoſui, & Paulus, interſtitium maceriæ diruit, &c.

Legis & Gratiæ diſcrimen.

Lex non ſolum ideo grauis eſt, quia grauia præcipit obſeruationis mandata: ſed & quia præcipit fieri,& faciendi non præſtat auxilium.Nec ideo ſolum gratia leuis eſt, quia leuia ponit mandata: ſed quod fieri pręcepit,& ipſa in nobis faciendi operatur virtutem.Ecce enim lex præcipit, Diliges amicum tuum,& odio habebis inimicum tuum. Gratia autem iubet,Diligite inimicos veſtros.Nonne grauis eſt gratiæ mandatorum,quam legis? Et tamen facilius eſt nobis per gratiā hæc impoſſibilia adimplere,quam Iudæis per legem illa poſſibilia:quia in gratia Dei totum poſſumus,ſine gratia autem nihil, dicente Apoſtolo,Omnia poſſum in eo qui me cōfortat.Hæc in cap.Matth.11.Homil.28. C

Mel.

Mel voluptatis indicium eſt & ſuauitatis: ſemper enim voluptas mortificat, ſemper voluptas Deo non placet, quodcunque dulcedinem habet, in Dei ſacrificijs nō offertur. Locuſtas & mel quoque quo ipſe Ioannes comedebat:non domeſticū, ſed ſylueſtre,inter feras,&c. Homil.14. De euang. principijs ſecundum Marcum.

Mammona.

Solet ſcriptura ſæpe vocare Deum non à dignitate eius qui ſic appellatur, ſed ab infirmitate ſubditorum, vt quando Mammona Dominum dicit,& ventrem Deum: at non ob hoc ſimpliciter vel vēter Deus,vel Mammon Dominus, ſed illorum qui ſeſe illis ſubmittunt.Et in cap.Matth.6.Homil.16. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire, Deo & D Mammonæ,id eſt,diuitijs,Mammonæ enim Syriaca lingua diuitiæ appellantur.

Maranatha.

Si quis non diligit Dominum Ieſum, ſit anathema,maranatha. Quid eſt autem Maranatha? Dominus noſter venit. Hæc in Epiſtola ad Corinth. 1. cap.16. Homil.44.

Mundus.

Quoniam inquit Paulus, in vobis iudicatur mūdus. Nouit enim malos homines mundum vocare ſcriptura. Et ad Galatas, Per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Mundum hic appellat non cælum neque terram, ſed res temporarias, laudem ex hominibus, famulitium,gloriam, opes. Hæc igitur omnia,quæ vulgo videntur eſſe magnifica,mihi facta ſunt mortua. Item mundus pro terreno loco. Væ mundo ab ſcandalis. Mundum iſtum, terrenum locum dicit: neque vero de cælo & terra intelligere debemus mundum, ſed mundum hic intelligamus terrenum. Ideo quod dixit Dominus, Regnum meum non eſt de iſto mundo. Et in multis locis terrenis mundus interpretatur. Et vos non eſtis de mundo.

A

Myſterium.

Sed loquimur Dei ſapientiam in myſterio. Prædicationis excellentia per myſterium apparet. Sic enim conſueuit appellare ſcriptura, quæ præter ſpem, & præter humanam fiunt opinionem. Quare & alio in loco, Myſterium meum mihi & meis. Et rurſum Paulus, Ecce myſterium vobis dico,omnes quidem reſurgemus,&c. Hæc ad Corinth.cap. 2. Homilia 7.

Miſericordes.

Beati miſericordes, quoniam ipſis miſerebitur Deus. Non tantum ille miſericors eſt, qui miſeretur aut pauperi, aut pupillo, aut viduæ, hæc enim miſericordia & apud illos inuenitur frequenter, qui non cognoſcunt Deum. Ille autem verus miſericors eſt, qui inimico proprio miſeretur & bene facit ei, ſecundum quod ſcriptum eſt, Diligite inimicos veſtros, & benefacite eis, qui vos oderunt.

B

Mundi.

Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.Mundos hic appellat aut vniuerſalem virtutem tenentes, & nullius ſibi mali conſcios, aut cōtinentia conſpicuos. Nihil enim nobis eſt ita opus ad videndum Deum,vt iſtius puritate virtutis,propter quod Paulus ait,Pacem ſectamini,& ſanctimoniam,ſine qua nemo videbit Deum.

Mons.

Mons eccleſia appellatur, de quo dicit Propheta,Mons Dei, mons vber. Aſcendit ergo Chriſtus Matth.5. in montem, vt illic diſcipulis ſuis myſteria traderet veritatis, oſtendens, quoniam omnis qui vult diſcere myſteria veritatis, in montem eccleſiæ debet aſcendere: ſed quia non in omnem montem,ſed in montem vberem.Sunt enim & hæreticorum montes,&c.

C Mons quoque dictus eſt diabolus, non propter altitudinem dignitatis,ſicut angeli ſancti, ſed propter inflationem ſuperbiæ: non propter firmitatem virtutis, ſed propter immobilem & incorrigibilem maliciam ſuam.Hæc in c.Math.21.Hom. 39.

Nominum impoſitio.

NOminum impoſitio Domini ſignū eſt, & præcipuum. Quemadmodum Dominus,qui ſeruum mercatus eſt, oſtendere volens ſe Dominum ſerui,nomen illius immutat:ita Spiritus ſanctus fecit,vbi Paulum captiuum accepit, vocabulum eius mutauit, vt etiam inde diſceret Paulus ſe habere Dominum. Et Dominus volens Adamum docere, quod eum principem & Dominum omnium feciſſet, adduxit ad eum omnia animalia, vt videret quid vocaret ea. Quo monſtrat quod nouum impoſitio dominium teſtetur. Et ab hominibus ita fa- D ctum videre licet, olim talem fuiſſe morem, quod ſeruorum in captiuitatem adductorum nomina mutata ſint,audite quid fecerit Babyloniorum rex. Nam vt captiuos abduxit, Ananiam, Azariam, & Miſaelem, non reliquit eorum nomina, ſed vocauit eos Sedrack,Meſak,& Abdenago. Hæc de conuerſione Pauli Homilia.

Nubes.

Nubes dicuntur prophetæ & apoſtoli: quia ſicut nubes baiulant pluuiam, & effundunt eam ſuper terram: ſic & prophetæ & apoſtoli accipiunt verba à Deo, & effundunt eam ſuper rationabilem terram. Sunt autem nubes, quæ à Spiritu ſancto excitantur:& ſunt nubes quæ à ſpiritu poteſtatis aeris, ſicut dicit propheta, Tenebroſa aqua, in nubibus aeris. Nubes enim quæ à Spiritu ſancto excitantur, candidam baiulant aquam, id eſt, veram & ſanctam doctrinam. Quæ autem à ſpiritu poteſtatis aeris, tenebroſam baiulant aquam, id eſt, falſam & impiam doctrinam, quæ non illuminat,ſed tenebreſcere facit mentes eorum, qui ſuſcipiunt eam.Hæc in cap.Matth.7.Hom.20.

A *Oleum.*

Oleum habent hæretici, de quibus dictum eſt, Muſcæ morituræ exterminant oleum ſuauitatis. Aliud oleum quoque, de quo dictũ eſt, Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Oleum quoq; eſt, quod ſignificabat Eſai. dicens; Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, &c. Vide Chryſ. in Homil. 7. expoſit. Pſalm. 22. Oleum doctrina ſacerdotum, aut cæterarum ſcripturarum. Quoniam ſicut lucerna niſi ei ſubminiſtraueris oleum extinguetur: ſic verbum fidei noſtræ quod credentes accepimus, niſi aſſiduis nutriatur doctrinis, aut meditationibus ſcripturarum extinguitur & non ſatis illuminat animam. Aut oleum dicitur opus miſericordiæ. Quia ſicut oleum lumen lampadis fouet, ſic opera bona ſubminiſtrant confidentiam fidei, vt vigorem accendunt.

Pauper.

Non eſt pauper, qui nihil habet, ſed qui multa
B concupiſcit, Non eſt diues, qui multa poſſidet, ſed qui nullius indiget. Quid enim vtilitatis omnem terrarum orbem poſſidere quidem, & in maiori viuere miſeria, quam qui nihil habet? Voluntates & diuites faciunt & pauperes, non pecuniarum copia, nec egeſtas.

Pauperes ſpiritu, ſunt humiles, & contriti corde. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ cælorum. Spiritum enim hic animam & voluntatem dixit. Hæc ad populum Homilia 73.

Pauper ſpiritu dicitur, qui eſt humilis corde, id eſt, pauperem ſpiritum habens, qui non magna ſapit de ſe: ſicut ex diuerſo, diues ſpiritu, intelligitur magna de ſe ſapiens, & ſuperbus.

Prophetiæ & Vaticinij diſcrimen.

Hoc vatis proprium eſt, mente commoueri, & neceſſario compelli, & trahi tanquam furijs per-
C citum. Propheta autem non eiuſmodi eſt, ſed ſobria mente & modeſta, & firma quæ loquitur omnia, vt decet, nouit. Vide in epiſtol. ad Corinth. 1. capite 12. Homil. 29.

Pietas.

Exerce autem teipſum ad pietatem. Hoc eſt, ad fidem puram, vitamque rectam. Id quippe ſignificat pietatis nomen. Hæc in epiſtola ad Timoth. 1. capite 4. Homil. 12.

Pacifici.

Beati pacifici. Hic non tãtum eos diſſidere prohibet, & inter ſe inimicitias exercere: verum & aliquid maius exigit, vt & alios diſſidẽtes cõciliemus.

Perfecti.

Sapientiam, inquit Paulus, *inter perfectos*. Sapientiã aut prædicationem, & ſalutis modum, hoc eſt, per crucem ſalutem, perfectos vero credentes appellat. Hæc ad Corinth. 1. cap. 2. Homil. 7.

D *Pecunia.*

Pecunia ſpiritualiter homines intelliguntur: quia ſicut nummus habet charagma Cæſaris, ſic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum ſolidus qui non habet charagma Cæſaris, reprobus eſt: ita & homo qui non oſtendit in ſe imaginem Dei, reprobus æſtimatur. Vnde Eſaias dicebat ad Hieruſalem, Pecunia tua reproba eſt, caupones tui miſcent aqua.

Petra.

Petra fortitudo fidei dicitur, propter quã Simon Petrus dictus eſt, ad quem dicit Deus, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Nam petra eſt Chriſtus, cap. Matth. 7. Hom. 20.

Pluuia, pluuia eſt doctrina, quia ſicut pluuia irrigat terram, vt proferat fructum, ſic doctrina hominem irrigat, vt iuſtitiam operetur, ſicut dicit Deus per Eſaiam de tollendà à Iudæis doctrina, Et mandabo, inquit nubibus, ne pluant ſuper eam pluuiã.

Non poſſe.

Chryſoſt. in c. Ioan. 12. Hom. 68. Non potuerunt autem, id eſt, noluerũt. Neque te admiratio capiat. Alibi enim inquit, Qui poteſt capere, capiat, ita nõnunquam poteſtate pro voluntate vtitur, &, Non poteſt mũdus vos odio habere, me autem odio habet, & hoc communi ſermone vſurpatũ videmus, cum quis dicit, Non poſſum aſperum hominem diligere, vehementiam voluntatis poteſtatem appellans. & iterum, Non poteſt ille fieri bonus, & propheta, Si mutabit Æthiops pellem ſuam, & pardus varietatem ſuam, & populus hic poterit benefacere, quia didicit mala. Non dicit, quod impoſſibile ſit ei bene operari: ſed quia nolunt, ideo non poſſunt.

Prophetia duplex.

Prophetia alia eſt ex præſcientia, & hæc eſt immutabilis, vt hic ecce virgo concipiet. Alia ex iudicio operum, & hæc ſolet mutari ſecundum quod verba ſonant, non ſecundum intellectum: vt, Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur: ſubintelligimus, niſi pœniteat. Item, quæ eſt ex præſcientia, illa impletur Dei ſolummodo operatione: vt quod virgo pareret. Alia impletur hominũ adminiſtratione, vt de aliquo vt ſit iuſtus. Hæc in cap. Matth. 1. Homil. 1.

Prophetæ.

Prophetæ dicuntur non ſolum qui de Chriſto annunciauerunt, nec qui omnino futura loquuntur, ſed doctores dicuntur Prophetæ. Ergo pſeudoprophetas, pſeudodoctores appellat Matth. 24. cap hæreſum diuerſarum, aut illos quos modo videmus diuerſis argumentis religionis ſpeciem prætendẽtes. Hæc in cap. Matth. 24. Homil. 48.

Racha.

RAcha vulgare verbum erat apud Iudæos quod non ex ira, neque ex odio, ſed ex aliquo motu vano dicebant magis fiduciæ cauſa, quam iracundiæ. Nam vna quæque prouincia habet in conſuetudine aliquod exprobratorium verbum quod non rixæ cauſa, ſed familiaritatis gratia dicere ſolent ad eos, quorum fiduciam habent. Vt pon patronus ſuſcepto liberto ſuo, aut diues pauperi aut Vrbanus ruſtico, contemnens perſonam eius magis quam inimicans. Racha quidem dicitur Hebraice varius, quamuis quantum ad ſenſum verbi vnum eſt dicere fatue & racha. Nam qui vacuu eſt, ille fatuus eſt: & qui fatuus eſt, ſine dubio va cuus, & vtriuſque verbi videtur eſſe iniuria. Ha in cap. Matth. 5. Homil. 11.

Regnum Dei.

Regnum Dei dicitur retributio vel tribulatio quam accipiunt aut iuſti pro mercede iuſtitiæ, au peccatores pro culpa peccati. Regnum Dei dicun tur & ſancti, ſicut ſcriptum eſt, Et colligant ziza nia de regno eius, hoc eſt, de populo Chriſtiano Regnum Dei dicitur & iuſticia, ſicut dicitur, Aufe retur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facien ti fructus eius.

Regnum cælorum.

Incepit Ioannes prædicare inſtare cælorum re gnum: hic autem aduentum Chriſti, abſque dubi & priorem ſignificat, & ſecundum. Hæc in capit Matth. 3. Homil. 10.

Regnum cælorum dicuntur quoque ſcriptu ræ, qui in illis inſertum eſt regnum cælorum. Ve regnum eſt beatitudo cæleſtis. Hæc in capit Matthæi 23. Homilia 44. Regnum cæleſte quo que ſinus Abrahæ appellatum. In cap. Matth. Homilia 27.

Sanctificari.

SEptimum diem Dominus ſanctificauit, hoc eſ ab alijs illum ſegregauit. Eo quod in illo requie uerat ab omnibus operibus ſuis, quę cœperat Deu facere. Hæc in cap. Geneſ. 2. Homil. 10.

Sanctificamus autem Deum in nobis quand ſcientes eum ſanctum, timemus, & ſolicite vig lamus, ne forte violemus ſanctitatem nomin eius in nobis per opera noſtra mala. Hæc in ca Matth. 6. Homilia 14.

Digitized by Google

faciem meam & viuet. Viſum autem hoc loco pro cognitione poſitum arbitrare: haud enim pupillæ, & oculi, & genæ inſunt in virtutibus illis ſupernis: ſed quod viſus in nobis eſt, idem illis cognitio. Quapropter quoties Deum nullum vnquam vidiſſe audis, illud intellige, nullum eſſe qui Deum nouerit, qui Deum cognouerit, qui Dei ſubſtantiam exquiſita ratione perceperit. Hæc de natura Dei Homilia 4.

Vt.

Vt, in ſcripturis plerunque non cauſam ſignificat, ſed magis euentum rerum. Exempli gratia, Venit Chriſtus, & cæcum videre fecit, à quo adoratus eſt. Iudæi autem illo curato faciebant omnia, ſi qua miraculum obfuſcare poſſent, atque ita Chriſtum repellebant, tunc igitur ait, In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Ergo ne ea de cauſa venit, vt illi excæcarentur? Non ideo venit, tametſi ita euenit. Vnde ſub figura redditæ cauſæ narratur euẽtus. Item, lex data eſt, vt impetum peccandi prohibeat, moderatioreſque faciat eos, qui illam acciperent. Sed ob illorum ignauiam diuerſo modo accidit, auxit enim peccata, & dicit Paulus, Lex autem ſubingreſſa eſt, vt peccata augeret: cum tamen ob hoc potius ingreſſa fuerit, vt peccata minueret. Etiamſi ſecus acciderit, ob illorum inſipientiam qui eam accepere. Sic vtique, vt nec hic cauſam reddit, ſed euentum indicat. Hæc in ſermone in dictum Apoſtoli. Et in Epiſt. ad Corinth. 1. cap. 11. Homil. 27. Vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. Non enim propterea factæ ſunt hæreſes, vt probati manifeſtarentur: ſed cum huiuſmodi hæreſes fierent, id contigit.

Verbum.

Verbum Dei ignis eſt, ſicut dicit Dominus, Ignem veni mittere in terram. Item dicente Apoſtolo: Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Hæc in cap. Matth. 24. Homil. 52. Mos quoque ſcripturæ eſt diuinas leges, & præcepta, & prophetias verbum appellare. Hæc in cap. Ioan. 1. Homilia 3.

Ventilabrum.

Ventilabrum eſt iudicium, per quod Dominus ſingulos homines tentat, & cunctorum corda diiudicat. Matth. 3. capite, Habens ventilabrum in manu ſua. Hæc in cap. Matth. 3. Homil. 3.

Zelotypia.

Zelotypus enim ſum, inquit Paulus, erga vos zelo Dei. Non dixit, diligo enim vos, ſed quod his multo vehementius erat, ponit. Zelotypæ enim ſunt animæ, quæ immodico dilectorum amore flagrant, & non aliunde naſcitur Zelotypia, quam ex vehementi dilectione. Item Deus dicitur zelare, non vt affectionem quandam in ipſo ſuſpicetur quiſpiam. Deus enim paſſionibus non eſt obnoxius, ſed vt diſcant omnes, quod propter nihil aliud quam propter eos, quos tam afflictim omnia faciat, non vt ipſe aliquid lucri faciat, ſed vt illi ſeruentur. Hæc in epiſt. ad Corinth. 2. capite 2.

SELECTÆ ALIQVOT SIMILITVDINES SIVE Collationes, tum ex Biblijs ſacris, tum ex veterum Orthodoxorum Commentarijs, per ALARDVM Aemſteldamum tomis tribus accuratius concinnatæ, plurimum allaturæ adiumenti verbi Dei concionatoribus, iutà ac ſcripturæ ſacræ tractatoribus.

IOANNES CHRYSOSTOMVS *Homil. I. De David & Saule.*

QVOTIES diutina quæpiam ac dura inflatio corporibus inhæſit, tum & longo tempore, multoque labore, & multa ſapientia in admouendis remedijs eſt opus, vt collectus tumor, abſque vitæ periculo diſſoluatur. Idem videre eſt in anima. Quoties enim aliquis morbum qui iam radices egit in anima, multoque tempore concretus ſit, radicitus euellere voluerit, non ſatis eſt ad correctionem vnius duorúmue dierum admonitio: verum oportet frequenter, ac diebus compluribus in hac cura verſari: ſi modo non ad ambitionem ac voluptatem, ſed ad fructum, & vtilitatem munus hoc publicum geſturi ſumus. *Morbus animæ.*

Siquidem hoc ſpectat medicus, vt morbo liberet ægrotum, non vtrum merito an immerito ſibi morbum contraxerit. Tu quoque igitur medicus eſto ei qui te læſit, vnum hoc quære, quo pacto illi morbum adimas. *Medici ſcopus.*

Etenim ſi vulgares iſtos principes ab Imperatore deſignatos, etiamſi ſint improbi, ſi fures, ſi prædones, ſi iniuſti, ſi denique quodcunque aliud fuerint, timemus cum horrore, non propter malitiam deſpiciẽtes eos, ſed propter dignitatem illius à quo electi ſunt, reuerentes: Multò amplius id facere cõuenit, in his quos elegit Dominus. *Principũ timor.*

Idem Homilia 11. Magnum eſſe bonum non tantum exercere virtutem, verumetiam laudare, &c.

HOc nimirum & parentes ſæpenumerò faciunt erga filios, dum quiſpiam corripiens filium ſuum corruptum, multaque operatum mala, quamuis ſibi perſuaſum habeat, illum ex propria malitia ad perditos mores exorbitaſſe: frequenter tamen in alios culpam reijcit, ita loquens: Noui non fuiſſe tuum delictum, ſed alij te corruperunt ac ſeduxerunt. Illorum eſt totum hoc peccatum. Nam hæc audiens filius, poterat paulatim à malitia reſipiſcẽs facilius ad bonam frugem reuertendum pudeſit erubeſcitque, hac laude videri indignus. Idẽ fecit Paulus ſcribens Galatis. Poſt multos illos ac prolixos ſermones, poſtquàm non commemorãdas accuſationes, quibus illos accuſarat ſub epiſtolæ finem, volens ab illis amouere culpam, vt aliquantulum à criminibus recreati ad excuſationẽ venire queant, hunc in modum loquitur: Ego confido de vobis, quod nihil aliud ſentietis. Cæterùm qui vos perturbat, feret iudicium quiſquis ille fuerit. *Parens corripiẽs filium.*

Plerunq; enim vulgus hominũ ex ſuo animo de alijs iudicat. Velut qui aſſiduè inebriatur, haud facile credere poſſet, eſſe quempiam hominem ſobriè frugaliterque viuentem. Qui ſcortis indulget, etiã pudicè viuentes habet pro incontinentibus. Rurſus qui res rapit alienas, non facilè perſuadebitur, *Ex ſuo animo de alijs iudicans.*

eſſe homines qui ſua quoque profundant. Similiter & hic ſemel occupatus ira, haudquaquã facilè crediddiſſet eſſe hominem vſque adeò ſuis affectibus ſuperiorem, vt non modò nihil læderet, verùm & eum qui læſerat ſeruaret.

Idem Homilia III. Periculoſum eſſe adire ſpectacula.

Laborans ab oculis. QVemadmodum qui laborant ab oculis, ſi ſpongias ac veſtium cyaneo colore pannos tenentes frequenter in ea intueantur, ex colore nonnullũ capiunt morbi leuamen: ſimiliter & tu, ſi Dauidis imaginẽ præ oculis habeas, & in hanc aſſiduè defigas oculos, etiam ſi milies obtũdet ira, mẽtis oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplar reſpiciens. perfectam conſequeris ſanitatem, puramque animi philoſophiam ac tranquillitatem.

Quemadmodum quamdiu nox adeſt, ſæpe ne præſentem quidem amicum agnoſcimus, at mox vt exortus eſt dies, etiam eminus conſpectum agnoſcimus; Itidem & in iracundia ſolet vſu venire. Iracũdia. B Donec inter nos maleuolum gerimus animum, & vox audita nobis aliter ſonat, & ipſam faciem corruptamente aſpicimus. Cæterùm vbi poſuerimus iram, & vox quæ prius erat inuiſa atque hoſtilis, placida nobis ac iucundiſſima videtur, & aſpectus ipſe prius inimicus & iniucundus, tunc fit amabilis & iucundus. Tẽpeſtas. Idem accidit in tempeſtate. Non patitur nubium concurſus nobis conſpicuam eſſe cæli pulchritudinem, ſed quãuis milies habeamus oculos perſpicaces & acres, nequaquam pertingere poſſumus ad illam ſupernam iucunditatem. Cæterùm vbi iam radiorum calor, perruptis ac diſcuſſis nubibus ſolem oſtendit, rurſus & cæli decorem oſtendit. Simultas. Idem accidit in nobis ira feruentibus, dum ſimultas velut denſa nubes, ante oculos & aures ſtat, facit vt voces aſpectuſque videantur aliter quàm ſunt.

Scintilla ignis. C Quemadmodum enim, inquit, ſi inſles in ſcintillam ignis, excitas incendium, contrà ſi inſuas, extinguis, & vtrunque tibi in manu eſt, quoniam vtrunque, inquit, ex ore tuo proficiſcitur. Idem fit & in inimicitia proximi, ſi inflatos ac vecordes ingeras ſermones, excitas ignem illius, accendis carbones: Sin mites ac moderatos admoueas ſermones, priuſquàm exardeſcat, iram omnem extinxeris. Ne dixeris igitur. Hæc aut hæc audiui, quum hæc omnia ſint in tua poteſtate. Hoc enim pacto iram veluti ſcintillam, vel extinguere, vel accendere, furoremque vel excitare, vel contrà ſedare in te ſitum eſt.

Frequenter enim fit, vt quum eadem conuitia audimus ab amicis iocantibus facetiiſue ludẽtibus, aut à pueris paruulis, non ſolum nullam ſentiamus moleſtiam, neque incrudeſcamus, ſed videamus etiam atque exhilâremur, eò quòd illa nõ audimus animo affectu corrupto, neque mente ita præoccu- D pata. Itidem in inimicis, ſi extinxeris iram, ſi odium eieceris, nihil eorum quæ dicuntur, te poterit offendere.

Patres. Quandoquidem & patres filios delinquentes frequenter ex ædibus exigunt, & à menſa ſubmouent, non vt ſemper illinc exulent, ſed vt hac correptione redditi meliores, cum debita laude in paternum redeant contubernium. Idem ſane faciunt & paſtores, dum oues ſcabie oppletas, à ſanis ſegregant, vt miſero morbo leuatæ, denuò tuto ad ſanas reuertantur, potius quàm ægrotæ, gregem vniuerſum ſuo illo morbo impleant.

Idem Homilia IIII. Cum Presbyter eſſet deſignatus.

ATqui etiam ſi mihi amnium more proflueret oratio, ſiq; verborũ fontes eſſent in ore meo, protinus ex tãtæ multitudinis ad audiendũ cõcurſu, metu ſiſteretur profluuiũ, & in diuerſum fluenta A reſilirent. Nunc verò quum tantum abſumus à fluminum ac fontium copia, vt exiguæ pluuiolæ mediocritatem obtineamus, qui fieri poſſit, vt me non deficiat tam exiguus fluxus, metu arefactus: Idemq; eueniat, quod in corporibus ſolet accidere? Corpora. Quid accidit in corporibus? multa frequenter quæ manu tenemus, quæ digitis ſtringimus, præ metu nobis excidunt omnia, diſſolutis neruis noſtris, corporiſque vigore remiſſo, Itidem mihi profectò nũc metus eſt, ne idem eueniat in animo noſtro, videlicet, ne quæ multo cum labore excogitauimus, quanquã & hæc ſanè perquàm exilia paruique momenti, præ pauore veniãt in obliuionem, & euaneſcant, abeãtque animum noſtrum deſertum relinquentia.

Coronæ. Quemadmodum enim in coronis non ſat eſt flores eſſe puros, niſi pura ſit & manus eas contexens: ſic & in ſacris hymnis oportet non verba tantum eſſe pia, verumetiam animum hymnos concinentẽ. At is mihi impurus eſt, fiduciæ vacuus, vtpote multorum plenus ſcelerum.

Mala beſtia eſt peccatum, non quidẽ in conſerua B corpora malũ proferens, ſed in ipſam Domini gloriam effundes malitiam. Propter vos, inquit, nomẽ meum conuicijs afficitur inter gentes. Eoq; peccatorem tanquã è ſacra patria abegit Propheta, & vltra fines ac pomœria ſubmouit. Muſicus. Atque vt muſicus optimus è cithara bene modulata chordã diſſonam reſecat, ne reliquarum vocũ harmonia vitietur: Sic & peritus artis medicus, membrum putrefactũ amputat, ne hæc lues ad cætera mẽbra ſana tranſiliat. Eundem ad modũ Propheta fecit, dum veluti chordam diſſonam, ac veluti membrum ægrum, ab vniuerſo creaturæ corpore reſecat.

Quandoquidẽ in pretioſis vnguentis, non tantum ſi quis effundat lecythum, verumetiam ſi quis vel ſummis digitis ſuperficiem attingat, & aërem nouo colore tinxit: & quotquot adſunt, ſuauitate fragrantiæ repleuit, Quod & in præſẽntia cõtingit, C non viribus eloquentiæ noſtræ, ſed propter vim ab hoc bene geſtorum.

Idem Homilia VI. Quum Sartoninus & Antelianus acti eſſent in auxilium, &c.

Agricolæ. AN non vides quòd agricolæ vitem putant? ne vim omnem in pampinis & palmitibus, ſed in radice proferat? Idem & tu facito: Amputa folia, omneque ſtudium huc intende, vt quamplurimum fructus ferat.

Stellæ. Si ſtellæ quæ ſunt in cælis perpetuoque lucent, recipiunt nonnullam mutationem, ſol deficiens, luna intereinstan non extremæ dementiæ ſit, terrena pro ſtabilibus fixiſque ducere?

Mare veſaniens. Hominum vita imitatur mare væſaniẽs, quotidie parturiens naufragia, naufragia inquam, tum noua, tum periculoſa. Omnia tumultuũ & turbarũ plena D ſunt, omnia ſcopuli & præcipitia, omnia rupes ſub aquis latentes, & ſinuoſæ cautes. Omnia terrores, diſcrimina, ſuſpiciones, tremores & angores. Sublatum eſt charitatis bonũ, ciuile bellũ habet omnes, ac ne id quidẽ apertũ, ſed obumbratũ. Innumerabiles vbiq; perſonæ, ſimulatęque facies, multa ouium vellere, innumeri vbique lupi ſub his occultari.

Natura humanarum rerum nihilo ſecius ſe habet, quam amnium defluxus, & fumo in aërem euaneſcente fugacior eſt. Et vmbra præcurrente inanior. In his ſi philoſophatus fueris, nec ſuauia te poterunt inflare, nec moleſtia deijcere.

Idem Homilia VII. De fide Annæ.

Venti. QVemadmodũ ventis ex aduerſo inter ſeſe cõcurrentibus, mediamq; ſcapham dum inter ſe depugnẽt, corripiẽtibus, ac multis fluctibus partim à prora, partim à puppi inſurgentibus, gubernator clauo aſſidẽs ſeruat nauim, vndarũ incurſus guber-

nandi

A nandi prudentia depellens: Sic & mulier tum illa, quum ira & angor in animum ipſius facerent impetum rationem illius perturbantes, multoſque fluctus excitarent, non iam biduum ac triduum, aut dies viginti, ſed ad totos annos (nam hoc, vt ait ſcriptura, multo tempore factum eſt) fortiter pertulit tempeſtatem, nec paſſa eſt rationem demergi. Siquidem Dei timor tamquam nauclerus gubernaculis aſſidens, perſuaſit, eam tempeſtatem magno animo perferendam eſſe, nec prius deſtitit mẽtem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum, onere plenam, hoc eſt vterum pretioſo thezauro onuſtum.

Acerba vulnera.

Quemadmodum acerba vulnera ne leuem quidem manus contactum ferunt: Sic & animus perturbatus difficilis eſt ac moroſus, & ad omnia indignatur, quouiſque verbo mordetur & offenditur.

B

Idem Homilia VIII. De Anna, deq; Samuelis educatione.

Amnium fontes.

NEque enim perinde amnium fontes, floridos reddunt hortos, vt plantam deprecationis fontes lachrymarum irrigantes faciunt in ſummam altitudinem excurrere.

Vitis & Vua.

Quemadmodum eodem in loco fixa vitis, in lõgum producit palmites, & vua multo interuallo pendens, cum radice habet commercium; Itidem & in hac accidit fœmina, quæ in vrbe manens vſque ad templum extendit ſuum palmitem, atque illic vuam ſuſpendit maturam: nec interuallum illud vllum attulit impedimentum, quum charitas, quæ ſecundum Deum eſt, puerum matri copularet.

Arbor.

Quamadmodum arbor perpetua irrigatione in magnam excreſcit altitudinem: Sic & hic diuinorũ C eloquiorum doctrina aſſiduè irrigatus, ad virtutis faſtigium peruenit..

Domus vetus ruinam minitans.

An non abſurdum eſt nos domum veterem, ruinam minitantem fulcire, pecunias impendentes, fabros accerſentes, denique nihil non facientes: domum autem Dei (nam Dei domus eſſet adoleſcentis anima) ne vulgari quidem dignari cura? Vide ne idem audias quod olim audiere Iudæi. Nam illi poſteaquam è captiuitate templum materiale conſpicientes neglectum, priuatas ædes ſuas exornarunt, adeo Deum exaſperarunt, vt mitteret eis Prophetam, qui famem minitaretur, magnamque rerum neceſſariarum penuriam, atque hanc comminationis cauſam eloqueretur: Vos quidem in domibus vndique habetis manſiones, domus autem mea deſerta eſt. Quòd ſi illius templi neglectus tantam excitauit iram numinis, multò magis huius templi neglectus ad iracundiam prouocabit Dominum. D Siquidem hoc templum tanto eſt illo honoratius, quò plura habet ſanctimoniæ ſymbola.

Pueri à lacte nuper repulſi.

An non videtis frequenter, quod qui in vrbibus verſantur, pueros nuper à lacte depulſos faciunt Thallophoros, aut agonothetas, aut certaminum præfectos, aut chorearum magiſtros faciunt? Idem & nos faciamus, primis ſtatim annis inducamus eos ad diſciplinam Reipubli. cæleſtis. Siquidem hæc terrena, quum impendium adferat, fructum tamen nullum habet. Nam quæſo te, quis fructus eſſe poſſit è populi applauſu? Simul, vt veſpera nos occuparit, illicò plauſus ille totiusque tumultus emarceſcit, ac feſto peracto, perinde quaſi in ſomnis fuerint deliciati, ita omni voluptate deſtituti conſiſtunt, dum nec à corona, nec à magnifica veſte, nec à reliquo faſtu vniuerſo conceptam voluptatem, ſi quærant, inuenire valeant, quòd omnia illa quouis vento celerius prætercurrant; cæterùm in cæleſti politia omnia ſecus habent, citra impendium lucrũ adferunt, & copioſum & ſtabile.

Educatio. *Gloria mundi inanis.*

Induſtrij agricolæ.

A Quemadmodum induſtrij agricolæ primum ſemen in terram deponunt, cupreſſi aut aliarum arborum ſimilium, deinde vbi conſpexerint è ſemine factam arborem, non relinquunt in eadem terra, ſed inde reuulſam plantulam, in aliud transferunt ſolum, vt terra in recens gremio ſuo exceptam illius radicem, purã & integram vim ſuam proferat ad nouam educationem. Ita & Anna filium præter ſpem proſeminatum in templum tranſtulit è domo, vbi ſunt perpetuæ fontium ſcatebræ & irrigationes ſpirituales.

Idem aduerſus Iudæos Oratione I.

Paſtores.

QVandoquidem & paſtores, quamdiu noxia beſtia moleſta non eſt, ſub ilicem aut populum porrecti, fiſtula canunt, ſinentes oues liberè pro ſuo arbitratu paſcere. Verùm ſimulatque ſenſerint alicunde luporum incurſionem imminere, B mox abiecta fiſtula, fundam arripiunt, & omiſſo calamo, fuſtibus & ſaxis obarmant ſeſe, proque ſeptis conſiſtentes, magno longoque eiulatu vociferantes, frequenter ipſo clamore feram priuſquam irrumpat, abigunt. Itidem & nos facimus. Superioribus enim diebus in ſcriptura velut in prato ludentes, choreaſque ducentes, nihil in oratione attigimus contentioſi ſermonis, eò quòd nullus eſſet qui nobis obturbaret, aut moleſtus eſſet. Cæterũ quoniam hodie lupis omnibus ſæuiores Iudæi oues nobis circumuallaturi ſunt, ad pugnos & pugnam accingamur oportet, ne quid nobis ereptum cedat in prædam ferarum.

Lupi Iudæi.

Ne verò mirum vobis videatur, ſi quum ieiuniũ illud poſt decem & eo amplius dies venturum ſit, nos ab hoc ſtatim tempore munimus & armamur animas noſtras.

Diligẽtia agricolæ.

C Quandoquidem & inter agricolas qui vigilantes induſtrij ſunt, quum habent vicinum torrẽtem, qui vexat lęditque ſegetem, non quum ſuo tempore torrens inundat, videlicet hyeme, ſed tempus illud præuertentes, & ripas obſepiunt, & aggeres erigunt, & foſſas agunt, denique modis omnibus ſeſe præparant aduerſus torrentis futuram violentiam: dum enim tranquillus eſt ſtagnans, atque anguſtus, facile eſt illi admoliri manus; verum poſteaquàm increuit, multoque aquarum impetu fertur violente, non perinde facile eſt exundantibus obſiſtere. Eoq; multo antè tempore præueniũt illius irruptionem, vndequaque præparãtes quicquid agros poſſit tutos reddere. Eundem ad modũ & milites, & nautæ, & agricolæ, & meſſores facere conſueuerunt. Equidem & milites priuſquam veniat pugnandi tempus, & thoracem abſtergunt, & ſcutũ ſi quid deſit circumſpiciũt, & frenos apparãt, & equos omni diligentia nutriunt, cæteraque omnia D rectè diligenterque curant. Similiter & nautæ priuſquàm nauem in portum detrahant, & clauum apparant, & inſtaurant latera, & remos dolant & vela conſarcinant: denique quicquid præterea ad totius nauis armaturam pertinet diligenter accurant. Quin & meſſores conſimili modo multis ante diebus & falces acuunt, & aream præparant, boues item & currum, breuiter quicquid ipſis ad meſſem ac trituram conducibile iudicant. Imò videas homines, ſi quid rerum agendum eſt, prius ad eas apparatum facere, vt quum aduenerit rei gerendæ tempus, facile cõficiant quod eſt opus. Hos igitur & nos imitantes, & multis antè diebus præmunimus animas veſtras, exhortantes vos, vt ipſum hoc Iudæorũ & ſceleratũ ieiunium effugiatis.

ἐπαγωγὴ ſiue inductio Socratica.

Etenim ſi poſtulaſſet, ſimiliter & priſcos omnes, qui ante hos floruerunt, prius ad hoc vitæ inſtitutũ adegiſſet. Quo inquis, igitur cõſilio hæc præcepit? Nimirum veſtræ morem gerens infirmitati, non aliter, quàm medicus, videns hominem febricitantem, moroſum minimeque ſibi tẽperantem, ſi con-

Febricitãs moroſus minimeque ſibi temperans.

A cupiſcat frigidam bibere, ac ni accipiat, periturum ac plane futurum, vt vel ad laqueum fugiat, vel è ſublimi ſe præcipitem det, dum ſtudet maius excludere malum, permittit quod minus eſt, cupiens illum à violenta nece reuocare. Conſimilem ad modum fecit & Deus, qui vidit illos inſanientes, anxios concupiſcentes victimarum oblationem, itáque niſi acciperent quod deſiderabant, paratos vt ad idola ſe deflectant, imò non ſolum paratos, verumetiam eò iam prolapſos, permiſit immolationem victimarum.

Et quemadmodum ſi medicus ille (nihil enim vetat eodem exemplo denuò vti poſteaquam indulſit appetitui laborantis, mox phiala e ſuis ædibus allata præſcribat, vt ex hac ſola bibat aquam deinde perſuaſo ægroto, clàm ijs qui miniſtrat præcipiat confringere phialam illam, vt eum clam, nihilque ſuſpicientem auocet ab illa cupiditate bibendi frigidam. Itidem fecit Deus permittendo ſacrificia.

Medicus. Quemadmodum igitur medicus fracto vaſe B ægrotum cohibet ab intempeſtiuo frigidi potus appetitu, ſic & Deus euerſa ciuitate ipſa, adeoque funditus diruta, vt omnibus facta ſit inacceſſa, Iudæos à ſacrificijs abduxit.

Faber. Quemadmodum faber iactis fundamentis, erectis parietibus, concamerata teſtudine, ipſaq; concameratione in vnum lapidem in medio poſitum connexa, ſi eum tollat; totam ædificij compagem ſoluerit; Similiter Deus, quam eam ciuitatem feciſſet quaſi nodum totius religionis Iudaicæ, ac mox eam ſubuerterit, nónne & vniuerſum eius ciuitatis ſtatum diſſoluit.

Idem aduerſus Iudæos Oratione II.

Vino & potationibus dediti. QVemadmodum enim homines vino & potationibus dediti, ſingulo quoque die ſimul ac ſurrexerunt, obambulant, curioſéque diſquirunt, C vbi compotationes agantur, vbi conuiuia, vbi cœnæ, vbi comeſſationes, vbi temulentia, phialæ, crateres & pocula: Sic & vos quotidie ſimulac ſurrexeritis, curioſè perquitatis, vbi nam futura ſit exhortatio, vbi ſalubris admonitio, vbi doctrina, vbi ſermo ad ſermonem Chriſti conducens.

Probationes. Atqui debebant ipſi docere, futurum vt ciuitas rurſum inſtauretur. Quandoquidem in forenſibus iudicijs videmus ſic fieri probationes. Nam quoties inter illos aliqua incidit controuerſia, & aliter aduerſus alterum agit ex ſcripto: deinde is aduerſus quem agitur, inficiatur ea quæ obijciuntur, cogitur is qui affirmat poſtea teſtes, & alias adferre probationes, quibus doceat non eſſe vera quę ſcripto, continentur, non is qui ſcriptum produxit. Eodem modo conueniebat & iſtos hic facere, nobiſq; in medium producere Prophetam, qui prædixerit omninò futurum vt Ciuitas reſtituatur.

Supplicatio. Nos enim quum videmus qui famulos poſt multa grauiaque commiſſa conieceruut in vincula, D non protinus in principio exordioque punitionis admouemus ſupplicationem, ſed vbi ſciuerimus illos aliquot dies temperatiores eſſe factos: tũc adimus heros, nacti iam & ab ipſo tempore auxilium: Hoc ſane & Propheta fecit: poſteaquàm enim pœnas dederant, haud quaquam dederant dignas admiſſis, attamen iam adit Deum, pro illis verba facturus.

Certamina olympiaca. Abſurdum enim fuerit, alios in certaminibus olympiacis quotidie à medio noctis vſque ad meridiem perdurare, expectantes vt videant, cui ceſſura ſit corona, nudoq; capite excipere ſolis radios, nec prius abſcedere, quã de certamine fuerit pronunciatum: Nos verò nunc quum certamen ſit nõ de tali corona, ſed de corona immortali, defatigari ac tædio affici.

A *Idem aduerſus Iudæos Oratione III.*

Sylueſtres beſtiæ. BEſtiæ donec in ſyluis paſcunt, & ab hominibus negliguntur, mitiores ſunt, minuſq; ſæuæ. Verum vbi venatores eas captas in ciuitates adduxerint, atque incluſas extimularint, vt pugnent cum ijs qui beſtijs obijciuntur, protinus irruentes, vbi carnem deguſtauerunt, & ſanguinem humanum biberunt, poſtea non facile abſtinẽt, à talibus epulis, ſed multa cum auiditate ad eandem decurrunt menſam. Hoc ſanè & nobis vſu venit, quoniã nũc cum Iudæis pugnam ſuſcepimus, & impetu aduerſus illorum impudentes contradictiones facto, rationes illorum ſubuertimus, omnemque celſitudinem erigentem ſeſe aduerſus cognitionem Dei, & cogitationes captiuas duximus ad parendum Chriſto, maior etiam nos cepit aduerſus illos bellandi cupiditas.

Miles. Videtis mihi vocem factam imbecilliorem, idẽque mihi nunc accidere, quaſi ſi quis miles conciſis B aliquot ex hoſtibus, magnoque animo impreſſione facta in hoſtium condenſatam aciem, pluribus proſtratis, mox fracto gladio conſternatus ad ſuos ſeſe referat. Quin potius quod nobis accidit

Vox concionatoris. periculoſius eſt. Nam militi qui fregit gladium, licet ab alio quopiam aſtantium enſem eripere, ſuũque animum exerere, multamque ſtrenuitatem oſtendere. Cæterùm ſi vox laboret, nõ licet ab alio vocem mutuo ſumere. Quid igitur? ſuffugiemus & nos? At non permittit hoc veſtræ charitatis tyrannis ac violẽtiã. Vereor & patris præſentiam, & veſtram reuereor promptitudinem.

Idem Oratione aduerſus Iudæos. IIII.

Imperator. QVemadmodum enim fieri non poteſt, vt Imperator ſit, ſi non ſit exercitus aut diadema, non purpura, non alia quæ regnum commendant: C Ita nec ſacrificus eſſe poteſt ſublata hoſtia, vetita oblatione, ſanctis conculcatis, toto rerum ſtatu abolito.

Male beneque viuentes. Quemadmodum qui iniuria afficiunt, qui vſurpant aliena, qui rapiunt, qui mala innumera proximo inferunt illuc venerint, eoſque viderint qui hac paſſi ſunt: Videbunt enim, videbunt, inquam, omnino (id quod perſpicuum eſt & ex diuite illo & Lazaro) neq; os aperire poterunt, neque habebunt quod dicant aut excuſent, ſed multo pudore repleti, magnaque condemnatione ex illorum aſpectu, ad ignea flumina adducentur: Itidem qui bene viuunt, qui docent, qui inſtituunt, vbi viderint eos quos ſeruauerunt illic, patrocinantes ipſis, multa fiducia replebuntur.

Quemadmodum in pecunijs, qui duos lucratus eſt aureos, procliuus eſt ad decem, ad viginti colligendos congregandoſque: Sic vſu venit & in virtute, qui fecerit bonum opus, officiúmue præſtiterit, extimulationem aliquam aut exhortationem Pſal. 83. b D ad agendum ſumit, vt alia quoque benefacta aggrediatur.

Idem aduerſus Iudæos Oratione V.

Scortatio. ETenim qui mulieris alienæ tenetur amore, qui ſcortis vacat, ebrius eſt. Et quemadmodũ is qui multum ebibit merum ſeſeque ingurgitauit, illiberales voces effundit, aliudq; pro alio videt: Sic & hic veluti mero quopiam ſua cupiditate repletus, neq; ſana profert verba, ſed obſcœna omnia, ſed pernicioſa, ſed illiberalia, riſusque plena, aliaq; pro alijs videt, cæcutiens ad ea quæ cernuntur.

Mente capti & attoniti. Quemadmodũ igitur illud eſt grauiſſimũ in mente captis & attonitis, quòd cũ ægrotẽt, nec hoc ipſum ſentiãt ſe eſſe ægrotos: ſic & Iudæi, nunc quũ ſint ebrij, non ſentiunt tamen morbum ſuum.

Nos

A Nos autem ne remittamus pro fratribus noſtris ſolicitudinem, neque poſthac exiſtimemus vllam illorum curam eſſe importunam: Sed quemadmodum faciunt milites, vbi commiſſo prælio verterint in fugam aduerſarios, ab inſectationes redeuntes, non protinus currunt ad tabernacula, ſed prius ad conflictos locum profecti, tollunt eos qui ex ipſorum numero cæſi ſunt, ac vita quidem defunctos terra occulunt. Cæterum ſi quos viderint inter mortuos ſpirantes adhuc, nec letale vulnus habentes, ijs in tentoria ſublatis, multam adhibent curationem, extracto telo, accerſitis medicis, abſterſo ſanguine, pharmacis porrectis, reliquaq; omni curatione admota ad ſanitatem reducunt. Et nos igitur, quoniam opitulante Dei gratia Iudæos perſequuti ſumus, armatis aduerſus illos vndequaque prophetis, reuerſi ad nos videamus, num qui fratrũ noſtrorum ceciderint, num qui ab ieiunio intercepti ſint, num qui illis in feſto communicarint, ac neminem quidem tradamus ſepulturæ, ſed potius ſublatos omnes curemus.

Milites. — dilectatio proximi.

B Nam ſub externis quidem hoſtibus, qui ſemel conciderit, animamque efflarit, fieri non poteſt vt miles eum recuperet, & ad vitam reuocet. Cæterum in hoc bello prelioque, etiamſi quis letale vulnus acceperit, fieri poteſt, vt auxiliante nobis Dei gratia, eum ad vitã reducamus. Non enim hæc naturæ mors eſt, quemadmodum illa, ſed voluntatis ac propoſiti. Voluntatem autem mortuam licet denuò ſuſcitare, animæque morti datæ, perſuadere licet, vt ad ſuam vitam redeat, ſuumque Dominum agnoſcat.

Hoſtes.

Sed quod dicebant (nam oportet ad id quod propoſitum erat reuerti) ſatis vobis ex his demõſtrauit ratio, quòd non oporteat fratres lapſos negligere neque contemnere, verum perſpicere quidem illis illos ante peccatum, cæterùm etiam poſt peccatum multam erga illos præſtare curam. Itidem faciunt & medici: præſcribunt enim ac pręcipiunt homini- C bus, quę poſſunt illorum ſanitatem tueri, omnemq; morbum excludere: cæterùm vbi neglexerint pręſcripta, & in valetudinem aduerſam inciderint, nõ negligunt eos ipſi, ſed tum maximè multam adhibent ſolicitudinem, quò illos morbo leuent.

Proximorũ cura.

Et tu igitur quum videris aliquem egentẽ curatione, vel corporis animi, ne dicito apud teipſum, Quare ille & ille non curauerunt, ſed à morbo libera, Ne petas ab illis excuſationes negligentiæ.

Si inueneris aurum iacens, non dicis apud teipſum, quare ille aut ille hoc non ſuſtulerunt, ſed feſtinas ante alios rapere: Itidem & de fratribus collapſis cogita, putatoq; te theſaurum repperiſſe, occaſionem illis medendi. Etenim ſi inſtillaueris, illi velut oleum ſermonis doctrinam, ſi obligaueris humanitate temperatiaq; vulneratum, ſi ſanaueris, ille te faciet ditiorẽ quouis theſauro. Qui enim eduxerit pretioſum, ex indignitate, tanquam os meum D erit inquit ille.

Deiectio

Sicut in igni probatur aurum? Sic homo fit acceptus in camino deiectionis.

Famuli & heri.

Si tu famulum tuum flagris cæcideris, & ille triginta aut quinquaginta plagis acceptis, illico prouocet ad libertatẽ, aut deſerat tuum dominiũ, & ad alios quoſpiã ſeſe conferat, qui te oderint, eoſq; in te concitet, dic mihi, num is abs te veniã impetraturus ſit? An quiſquã pro illo poterit eſſe patronus? Nequaquã. Cur ita tandem? Quoniam officium eſt heri punire talem famulum. Non ob id tantum, verumetiam ob hoc, quod ſi fugiendum erat, non ad hoſtes & oſores Domini prioris oportebat fugere, ſed ad amicos & cognatos, Proinde tu quoque ſi videris te puniri à Deo, ne profugias ad inimicos Iudæos, ne magis etiam illum in te prouoces, ſed ad amicos illius, martyres ac ſanctos, qui illi placuerunt, quiq; multam apud illum habent autoritatẽ. Sed quid loquor de famulis & heris?

Sanctorũ interceſſio.

A Filius non poterit hoc facere, nec abnegare cognationem quam habet cum patre. Nam & naturæ leges, & leges ab hominibus inſtitutæ ſic præſcribunt, etiamſi flagris cædat pater, ſi à menſa depellat, ſi ædibus exigat, ſi quocunque modo puniat, iubent omnia fortiter perpeti, nec vllam illi veniam concedũt, ni paruerit, pertuleritque. Etiamſi filius cęſus innumeras querimonias deplorans perferat, hæc verba audit ab omnibus: Pater eſt qui cæcidit ac Dominus, habetque poteſtatem in te quid vult faciendi, & oportet omnia placidè ferre. Ergo famuli quidẽ ferunt dominos, filij parentes frequenter & præter æquum punientes: Tu verò non ſuſtines Deum te corripientem, qui plus habet in te iuris, vtpote verè Dominus, qui plus te diligit quam pater, quiq; nihil per iracundiam, ſed omnia facit in tuam voluntatem: ſed ſi leuis aliquis morbus acciderit, ilico reſiliẽs ab illius dominio, ad dæmones accurris, & ad ſynagogas confugis. Et quam tandẽ poſt hac veniam conſequeris?

Quemadmodum enim poſtquã receperis incan- B tationem ſanuſq; factus fueris, miſerius affectus es ijs qui febri laborant, dum tecum reputas peccati magnitudinem, ſic tamen quoq; etiamſi febriciteris innumeraq; patiaris mala, repulſis impijs illis, quouis ſano melius eris affectus animo, & geſtiente præ gaudio conſcientia, ac laudãte te probanteque & dicente: Euge, euge, heus homo Chriſti ſeruus fidelis vir athleta pietatis, qui malueris moleſtijs immori, quam deſerere tuam pietatem, proximo ſecundum martyres loco ſtabis in illo die.

Quemadmodum enim illi præoptarunt cædi flagris torquerique, vt ad honorem peruenirent: Ita tu quoque hodie præoptaſti flagellari, torquerique à febris vulneribus, quæ ne abijceres pietatem, non incantamentis, non applicaturis ac ſpeciebus iſtiuſmodi nutritus, neque ſenſu prementium dolorum.

C An non vides medicos hoc ipſum facere? Non cogunt ægrotos lecto decumbentes ad ipſorum ædes deferri, ſed ipſi accurrunt ad eos: Hoc & tu facito dilecte: ſciens hanc præſentem vitam eſſe breuem, quodque niſi hæc lucra parauerimus, nullam illic ſumus habituri ſalutem.

Idem aduerſus Gentiles, & in Babylam martyrem.

ENimuero vt ſi adamãtina & incorruptibilia nobis corpora eſſent, neque ſcorpios, neque ſerpentes, neq; ignem manibus formidaremus, complecti: Ita cum animas noſtras tali fide Chriſtus armauit, non eſt quòd timeamus etiã hoſtium tenentes venena, Nobis enim cõceſſum eſt ambulare ſuper ſerpentes & ſcorpios, & omnem diaboli tyrannidem, multò magis & ſuper teredines, ac ſcarabeos. Tam procul eſt ne qua parte nos offendant D inſidiæ diabolicæ, & ita ſe habent res noſtræ.

Nihilominus error gentilis ſuperſtitionis, quamuis à nullo vnquã obturbaretur, & profunda quiete frueretur, à ſeipſo extinctus eſt, & in ſemetipſo in diuerſa corruit. Non ſecus quàm corpora diuturnæ putredini obnoxia, quæ licet à nullo offendatur, per ſe tamen ſponte diſſoluuntur, paulatimque abolentur.

Nondum ſcintilla fidei rectè accenſa erat, & fluuij ac abyſſi vndequaque irruebant. Non ignoratis vtique, quantò facilius ſit plantam nuper terræ impoſitam euellere, quam arborem plurimis annis bene radicatam.

Mea enim ſententia opus eſt, vt quiſquis alios vult reprehendere, animã ſuam ab omni temeritate & arrogantia, quã maximè liberam faciat, vt viã ſuam ſoli, verbis & operibus declaret. Nam & medici oſſa putrida & accenſa ſecturi, non ira ſe replent quando curatum eunt, ſed tunc maximè tranquillitatem animi ſeruare ſtudent, ne fortè ar-

A ti obſit turbatio. Quòd ſi curaturis corpus, tanta opus eſt animi ſedatione, medicum animarum dic quid decet? quanta adeò prudentia expectanda? planè multò maior, etque adeo tanta, quantam videlicet declarauit beatus ille martyr.

Peccati progreſſio.

Quippe anima quæ ſemel peccatum guſtauit, & neque dolore, neque pœnitentia eius tangitur, negligentia ſua facit, vti ſemper morbi creſcat acceſſio. Et quemadmodum in materiam recentem cadens ſcintilla, ſtatim tactam accendit, neque ſubſiſtit, donec quod reliquum eſt paſcatur, & quantò plura comprehendit, flamma, tanto maiores vires ad conſumenda alia concipit, capiturque edacitate lignorum quæ conſumuntur, ſi quid reliquũ, quod & ipſum conſumendum, & iterum alia conſumit, ſemper fortius ſe armante incendio: Sic & natura peccati, vbi cogitationes animi inuaſerit, & nemo eſt qui malum extinguat, procedens vlterius, peior ſemper fit, magisque ac magis indomita. Et ideo poſteriora peccata ferme prioribus ſunt grauiora. Accedit ad hæc, quòd anima poſte- B rioribus peccatis ad maiorem ſemper deſipientiã & inconſiderantiam vergit, viribuſque deſtituitur, In hunc modum plurimi, quia priorem flammam non extinxerunt, in omne peccatorum genus incidere.

Natura peccati.

Sic peccatum, vt dixi, initio ſumpto, niſi ſtatim prohibeatur, tanto procurrit impetu, vt contineri nequeat, non ſecus quàm ferocientes equi, qui freno ex ore eiecto, & aſcenſore excuſſo, moleſti primum ſunt occurrentibus, dein nullo obſtante, ab excelſa petra ſe præcipitant. Et idcirco animas, ſalutis noſtræ inimicus, ita in hanc potiſſimum inſaniam agit, vt medicos repellant, quò deſtitutas à medicis grauioribus & pluribus malis diuexet. Ita enim & corpore ægrotantes: quamdiu ad ſe permittunt accedere medicos, aliquam adhuc ſpem ſanitatis habent, Vbi autem phrenetici facti, illos extrudunt, & dentibus mordent, nolentes à morbis C liberari: tunc tandem incurabiliter laborant, non quòd ea ſit natura morbi, ſed quod ab his deſtituti ſunt, quia morbo liberare poſſunt.

Ferocientes equi.

Corpore ægrotantes

Et fiebant omnia quaſi contra Chriſtianos, vertebatur tamen riſus, nõ in eos qui patiebantur, ſed in eos qui intentabant. Sicut enim inſani, propiores ſemper vlciſci videntur, parietes impetẽdo, & varia in præſentes mala dicendo, & non illos, ſed ſeipſos confundunt: Ita & tunc fiebat. Ducebatur tumulus per totam viam & redibat Martyr quaſi athleta coronam ferens ſecundo, in ciuitatem ſuam in qua & olim coronatus erat.

Inſani.

Sicut, cum à ſpelunca princeps latronum ibidẽ vinctus educitur, & ablatis omnibus quæ latronis erant, relinquitur locus in ferarum latibulum, & viſa locorum diſpoſitione, ex decurſionibus & ambagibus ſecum expendit illius latrocinia & depingit ſpeciem eius qui olim inhabitauit: Ita & hic res ſe habet. Nam quiſquis vel à longe videt columnas, vaditque & limen tranſit, mox apud ſe D cogitat Dæmonis prædas quas abegit, fraudeſque ac inſidias, ac ſtupeſcens tam iram, quam fortitudinem Dei, abit.

Latrones

Idem Sermone in Iuuentinum & Maximum Martyres.

Diuitiæ corruptibiles.

TEmporis acceſſione opes quæ ad corpus ſpectant, facilè intereunt, veſtimenta abſumũtur, domus deſtruuntur, & aurum rubigine cõſumitur: & in ſumma omnis ſenſibilis ſubſtantiæ natura, tẽpore tandem aboletur, & intercidit: At nõ ſic ſe res habet in ſpiritualibus theſauris, de martyribus, inquam, qui ſemper in eodem manẽt vigore, ſemper in eodem iuuentutis flore ſunt, ſemper ſuæ gloriæ fulgorem emittunt & radios.

Plantæ.

Enimuerò ſicut plantæ rigatæ magis creſcunt: Ita & fides noſtra oppugnata magis floret: & ſedi- A tione agitata, incremẽta maiora ſumit. Neque horti aquis irrigat ita germinant & fœcundi ſunt, vt ecclеſiæ, ſi martyrum irrigentur ſanguine.

Illos non indignum fuerit, & columnas, & ſcopulos, & turres, & candelabra, & tauros ſimul appellare. Nam eccleſiam ſicut columnæ ſuſtinent, ſicut turres muniunt, & ſicut ſcopuli omnes vndarum aſſultus repulerunt, multã interim ipſi ſeruãtes tranquillitatẽ, ſicut luminaria tenebras impietatis diſcuſſerunt, & ſicut tauri anima, promptitudineque eadem, ſuaue Chriſti iugum traxere.

Tauri.

Etenim ſicut milites vulnera, quæ in prælijs ſibi inflicta regi monſtrantes fidenter loquuntur: Ita & illi manibus abſecta capita geſtantes, & in mediũ afferentes, quoque voluerint, & apud regem cælorum impetrare poſſunt.

Interceſſio martyrũ pro nobis.

Idem Homilia in Priſcillam & Aquilam.

ET quemadmodum qui artem natandi docent, principio multa diligentia diſcipulos geſtant, B poſt vnum autem & alterum, & tertium diem, ſubtracta illis dextera præcipiunt, vt ſeipſos iuuent, & nonnunquam illos parumper mergi ſinunt, ita & vt multum ſalſuginis ſorbeant: Ita & cum diſcipulis ſuis Chriſtus faciebat. Nam initio nihil eis pati ſinebat, vel paruum vel magnum, ſed vbique aderat muniens & circumuallans eos, facienſque vt omnia vbertim eis affluerent; cum verò tempus eſſet, vt virilitatem ſuam ipſi declararent, ſubtraxit aliquamdiu beneficium, præcipiens eis, vt etiam per ſeipſos multa perficerent.

Ars natandi.

Quemadmodum aues pullos ſuos fouentes, tamdiu in nido ſedent, donec illorum plumæ increſcant, quas dum increuiſſe viderint, eos primũ circa nidum volitare docent, dein adminiculo ſuo totos deſtituunt. Ita faciebat & Chriſtus. In Paleſtina enim quaſi in nido nutricabat diſcipulos, & exin eos volare docuit præſens, & geſtans tandem per- C miſit eos volare in totum orbem, dato eis mandato, ne ſibijpſis deeſſent.

Pulli auium

Et ſicut corpus neruorum debita habitudine carens, multas gignit ægritudines, & vitam facit non diuturnam: Ita eccleſia non circundata forti, & vehementer vrgẽte catena, plurima parturit bella, irã Dei auget, & multarum tentationum eſt occaſio.

Idem Homilia de Reſurrectione.

SIcut athletæ in theatro, & in ſudore, & puluere & æſtu multo, & laboribus & ærumnis pugnandum eſt: Ita & iuſtum hic multa ſuſtinere oportet, & ferre omnia viriliter, ſiquidem præclaras illic accepturus eſt coronas.

Athletæ.

Enimuerò in Olympicis certaminibus, athleta intra ſtadium certat, magiſter autẽ ludi foris conſidens, ſermonibus affert auxiliũ, eatenuſque dũtaxat certamẽ iuuat, quatenus acclamationibus, ſermonibuſq; valet, neque enim vlla ei lege permittitur, manibus illum adiuuare. At ſecus res habet in D pietatis certaminibus: Idẽ enim eſt & athleta, & magiſter ludi, & idcirco non extra caueã ſedet, ſed ingreſſus ad certamina ipſa, firmat cõpugiles dicẽs, Propter quod malis non ſuccumbimus.

Athleta.

Nam ſicut hi qui in corporali certamine pugnant, ante coronam & brauium in meditatione & palæſtra ipſa, magnam accipiunt mercedem, eò quòd corpora ſua firmiora & validiora exercitando faciunt: Ita & nos virtutis certamen certantes, priuſquàm aperiatur cælum, priuſquàm filius Dei adſit, priuſquàm retributiones nobis dentur, magnam mercedem accipimus, eò quòd anima ſapiẽtiæ ſit amantior.

Similiter, ſicut qui mare nauigarunt, & innumeras procellas tulerunt multaſque hyemes perpeſſi ſunt, anteaquàm merces referunt, non paruum

Maris incomoda perpeſſi.

ſuæ pe-

ſuæ peregrinationis lucrum reportant, eò quòd aliquãtò fidentiores ſunt, ac pelagi ſæuitiam minus horrent: námq; intrepidè, & voluptate quadã tráſmarinas peregrinationes aggrediuntur: Ita & qui in præſenti vita, propter Chriſtum multas fert afflictiones, multaque grauia patitur, etiam anteaquàm regni cælorum magnam illam retributionẽ aſſequatur, magna hic potitur fiducia, animamque ſuam ita excelſam efficit, vt poſthac grauia omnia, quaſi è ſublimi derideat.

Miles. Sicut miles ſi geſtarit arma ſeſe grauantia, non eſt terrori hoſtibus, qui ſciunt armaturæ grauitatem, pedũ velocitati, & bellandi vſui obeſſe: Sin leuia acceperit, & tractabilia, ſicut auis aliqua obuiũ ſe feret hoſtibus: ſic & qui carnem ſuam nõ ebrietate, neque indulgentia, neque delicijs incraſſarit, ſed ieiunijs & precibus diuturnaq; afflictionum ſuſtinentia leuiorem & tenuiorem effecerit: Sicut volucris aliqua ſupernè deuolans, ita valido impetu in phalanges demonum irruit, & occurrentes virtutes facilè inuadit, ſibiqúe ſubijcit.

Agricola. Etenim nonnumquã agricola cum ſementem fecit, cũ agrum coluit, cum iam ſegetem increſcere vidit, ſpe tandem & retributione laborum excidit: quia vel grãdo, vel erucæ, vel locuſtæ, vel alia quædam talia acciderũt: & poſt multos labores vacuis

Mercator. manibus domum regreditur. Mercator quoq; poſt longam nauigationem afferens oneratam nauim, ſæpe in ipſo portus hoſtio, irruentibus ventis impingit in ſcopulum, & vix nudo corpore ſaluato egreditur. Et in ſumma, in ſecularibus negocijs omnibus, ſæpe ſub finẽ eiuſmodi calamitates eueniunt: Cæterum non idem in tuis contingit certaminibus, ſed neceſſe omnino eſt, vt qui certauerit, & pietatem ſeminauerit, multoſque labores tulerit finem ipſum aſſequatur. Neque aeris intẽperie, neque ventorum tempeſtate, laborum mercedes ſubuerti ſinit Deus, ſed repoſitæ ſunt illæ in cæleſtibus & indeprædabilibus theſauris.

Semina. Etenim ſemina niſi prius moriantur, & putreſcãt & corrumpantur, non pariunt ariſtam. Sicut igitur qui videt ibi granum quod corrumpitur, & diſſoluitur, non dubitat de reſurrectione, ſed certiſſimam demonſtrationem facit: Nam ſi ita maneret, & non corrumperetur, vel diſſolueretur, certum quòd numquam reſurgeret: Sic cogita & in corpore tuo: cum vides corruptionem, tunc potiſſimum de reſurrectione philoſophare: Nam mors nihil aliud eſt, quàm plena corruptionis conſumptio. Neque enim mors ſimpliciter corpus, ſed corruptionem corporis abſumit. Hoc etiam in metallorum materijs vides euenire: Rudem enim glebam in qua aurum, eius artis gnari. & in conflatorium mittunt, circumponendo ſtannum & aliam materiam, & aurum non proferunt, donec purum excoquatur. Iam ſi tantum poteſt ignis potentia, cur non & diuina?

Arrabo. Nam ſicut in conuiuijs qui acceperit arrabonem, fidem habet, & ſecurus eſt de toto reliquo: Ita & tu cum acceperis arrabonem ſpiritus, dona inquam, non iam dubitare debes de cæteris bonis tibi repoſitis.

Homilia de Profectu Euang.

Nauis. Sicut nauis quæ multos fluctus tranſit, multaſq; tempeſtates effugit, in ipſo autem portu tãdem in ſcopulum impingit, iacturam totius in ſe reconditi theſauri facit. Ita & Phariſæus ille, poſtquã ſuſtinuit labores ieiunij, aliaſq; virtutes omnes, quia linguam non coërcuit, arrogantia ſua in ipſo portu naufragium fecit.

Prædo. Quemadmodum prædo aliquis, domum cunctis dormientibus ingreſſus, vt auferat omnia, ſi quem viderit accendere candelam, illum mox interimit, & lumen extinguit, vt auferre & rapere alia abſque metu poſſit: Ita & Nero tunc latronem & furem quendam agens, dormientibus omnibus, profundoque ſomno grauatis, omnium bona diripiebat, nuptias inuadebat, domos ſubuertebat, nullũque malitiæ genus intermittebat.

Rex. Sicut rex mane ſuper thronum ſuum conſcendens, & in regalibus aulis conſidens, plurimas vndequaq; literas accipit: Ita & ille in carcere, quaſi in regalibus palatijs ſedens, multò plures & accepit & miſit, vndequaque gentibus ad eius ſapientiam confugientibus, & ad eum referentibus de omnibus quæ apud ſe fiebant.

Mente moti. Anima enim quando diuino amore & deſiderio verè corripitur, ad nihil huius vitæ ſe cõuertit, ſed ſicut mente moti contemnunt ignem & ferrum, & feras, & pelagus, & omnia: Ita pij furore quodam, maximè ſpirituali ac honeſtiſſimo inſaniunt, deridentes omnia quæ vident.

In tranquillitate es, ora Deum, vt ipſa tibi tranquillitas ſtabilis maneat: Tẽpeſtatem vides grauẽ, ora Deũ vt auertat ipſam, & ex ipſa tranquillitatẽ faciat: Exauditus es, gratias age, quòd exauditus es; Nõ exauditus es, perſeuera, vt exaudiariaris. Et ſi differt aliquãdo dominus, nõ id odio facit, neq; te auerſatur: ſed differendo, diutius te ſecum ſeruare vult: Sicuti & patres filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud ſe detineant, quos deſides vident dedita opera, morantur aliquid daturi.

Idem ſermone de conuerſione Pauli.

Sol. Quid lucidus ſole, attamen & lux eius deficit? Et profectò ſicut fulgidam illam lucẽ, & fulguroſum iubar, ſæpenumerò ſuperuenientes tenebræ obtegunt: Ita & intellectum noſtrum, quaſi in meridie fulgentem, & perſpicuum, inconſiderantia obrepens tenebroſum reddit.

Nam ſicut in famulis vſu venire ſolet, quòd obſcuri fiant ſi quàmprimum fugam inierunt, ſua nomina mutarint: Ita & in Paulo contigiſſet, ſi mox vt relictis Iudæis ad nos venit, aliud nomẽ ſortitus fuiſſet: nemo enim ſciuiſſet quod perſequutus eſſet ille Euangeliſta.

Enimuerò medicum tunc maximè admiramur, quando febrem cum infeſtior, & flamma morbi cũ vehemẽtior eſt extinguere, & penitus abolere poteſt. Id quod & in Paulo contingit. Vox enim domini quaſi ros quidam deſuper deſcendens, à morbo in ipſo feruore flammæ liberauit.

Etenim qui excindere vult arborem, ramis relictis radicẽ ipſam execat: Ita ſanè & hic adortus eſt diſcipulos, radicẽ prædicationis volens eximere.

Idem ſermone de habenda cura proximorum.

Non ſimplex medicorum cura. Sicut is qui abſque compaſſione vulnera fratrũ ſpectat, nullum inueniet qui ſe dignetur venia, ſi quando & ipſe peccauerit: Ita qui cũ miſericordia lapſum proximi iuſtificat, ſi quãdo & ipſe ſupplantabitur, multos videbit manum porrecturos.

Nam ſi ſemper argueremus impudentiores illi fierent: ſi ſemper obſecraremus, ignauiores redderentur. Quapropter & medici non ſolũ ſecant, ſed & vulnera obligant, neque ſemper amara, ſed nõnumquàm & lenia pharmaca infundunt, vt per priora purificentur ſanies & putredo; per poſteriora autem mitigetur dolor.

Nautarũ ſedulitas. Plerumq; enim nobis dormientibus & negligẽtibus imponit, & idcirco præoccupatus ille magis dignus eſt vt cõdonetur ei, quoniã à tentatore captus eſt. Non enim erat ei manifeſta pugna, neque condictus dies belli, ſed per ignorantiam deceptus & ſuperatus eſt. Sic nautæ quoque faciunt, cum per magnum & ſpacioſum mare nauigant, licet nauis ſecũdo vẽto feratur, licet omni fruãtur ſecuritate: cum tamen viderint alioś vel à longe naufragium

facere,

facere, non ad propriam ſpectantes vtilitatem illorum contemnunt calamitatem: ſed ſiſtunt nauem, & eijciunt anchoram, detrahunt vela, eijciunt funes, proijciunt tabulas, vt ille qui à fluctibus mergitur, fortè aliquo illorum arrepto emergat.

Sicut videri nequit in rota, quæ continuò verſatur, aliqua pars eius, eò quòd crebra circumferẽtia ſemper ſumma fiunt ima, & ima ſumma: Ita & noſtrarum rerum impetus, dum continuò vertuntur, ſumma facit infima, vt videre licet in diuitijs potentijs & alijs.

Idem ſermone de Humilitate, & In Oziam.

Equeſtris certaminis aurigæ.

Annon vides, quid in equeſtri certamina faciãt aurigæ, quomodò prætercurſo totius theatri populo contendant eò loci aduerſariorum currus ſubuertere, vbi regem viderint ſedentem, & vnum oculum tot faciebus digniorem exiſtimant? At tu angelorum regum, agonothetam ipſum in curſu tuo videns, ipſo relicto, conſeruorum aſpectibus te offers, & propter illos, poſt tam multa certamina incoronatus abſcedis, poſt multos ſudores abſque brauio ab agonotheta ipſo vadis.

Schœnobatæ. Orcheſtra.

Nam ſicut ſchœnobatæ, qui in funibus ſurſum deorſumque extentis aſcendere & deſcendere ſolent, ſi parum reſpexerint, præcipites in orcheſtrã decidunt, & pereunt: Ita & in hac via ambulantes, ſi parumper fuerint deſides, in præceps feruntur. Via enim hæc & anguſtior, & directior, nec non & periculoſior, quàm funis ille, imò & multò ſublimior eſt.

Idem IX. ſermone de Ozia.

Nauclerus in portu impingens. Mat. 5. d

Sicut nauclerus in portu naufragium faciens, neutiquã aſſequitur veniã: Ita vir poſt nuptialẽ portũ, aliena coniugia inuadens, vel mulierẽ alienã curioſius ſpectans, nullam habebit defenſionem, tam apud Deum, quàm apud homines, etiamſi ſexcenties naturæ voluptatem prætexat.

Oculis captus.

Sicut enim oculis captus, ab omnibus offendi poteſt facile: Ita & ſuperbus quoque dominum neſciens (principium enim ſuperbiæ eſt neſcire Dominum) etiam ab hominibus facile capi poteſt, vtpote lumine ſummo orbatus.

Piratæ.

Enimuerò & diabolus tũc infeſtat vehemẽtius: & ſicut piratæ nauigãtes in mari, nõ tũc inſidiãtur, cũ è portu vident egrediẽtes. Nã quid prodeſſet inuadere nauẽ vacuã, ſed tunc omnes artes mouent, cũ onuſtæ redeunt. Ita & malignus ille dæmon, cũ nos viderit multa conuexiſſe: nempe ieiunium, preces, eleemoſinas, continentiam, aliaſque virtutes omnes, eſſeq; nauim noſtram gemmis pietatis plenam, tunc vndequaque ſeſe obijcit, vt theſaurum rapiat, & in ipſo portus ingreſſu vincat & ſpoliet.

Idem de Lazaro Concione I.

Quòd ſi poſt noſtram etiam admonitionem in ijſdem vitijs perſeuerarint, nec ſic quidẽ nos deſiſtemus apud vos quod rectũ eſt cõſulere, quádoquidem & aquarum venæ, etiamſi nullus veniat aquatũ, manant tamẽ: & fontes quãuis hauriat nemo, tamen ſcatebras emittũt, & amnes etiamſi nemo bibat, nihilò ſecius fluunt: Sic oportet & illum qui concionatur, quamuis nullus auſcultet, tamen præſtare quicquid in ipſo ſitum eſt.

Aquarũ venæ. Fontes. Amnes.

Qui hodie quod audiuit repulit, cras fortaſſis audiet ac recipiet. Tum qui hodierno craſtinoq; die contempſit, fortaſſis poſt dies complures præbebit animum ijs quæ dicentur. Quandoquidem & illud crebrò fit, vt piſcator, qui per totum diem vacuum attraxit rete, ſub noctem iam abire parans, capto qui ipſum per totum fefellerat diem, piſce, diſcedat.

Piſcator.

Ocium.

Quòd ſi ideo victuri ſumus in ocio, & ab omnibus actionibus videbitur abſtinẽdum, eò quòd ſemper euenit, vt alicubi fruſtremur optatis, vniuerſa nobis perierit vita: nec ſpiritualia modo, verum etiam illa quæ ad vitæ præſentis vſum pertinẽt, ſimul interierint omnia. Etenim ſi agricola protinus ab agricolatione reſiliat, quòd ſemel atq; iterum aut ſæpius acciderit aeris inæqualitas, breui fame peribimus omnes. Itẽ ſi nauclerus ob ſemel atq; iterum aut ſæpius obortã tempeſtatẽ fugiat mare, futurum eſt, vt nemo vehatur pelago, atque hinc rurſum peribunt nobis omnia vitæ commoda. Quòd ſi per ſingulas artes percurrens, iſta quæ nos facere vis, ſuadeas moneaſque, cũcta funditus interibunt, terraque carebit ædificijs ac domicilijs. Itaq; quũ hæc omnia ſciant, etiamſi ſemel atque iterum aut ſæpius fruſtrati fuerint optato negociorum, in quibus verſantur, exitu, denuo pari cum alacritate redeũt ad eadem. Nam & ruricola, vbi ſemel atque iterum ac ſæpius ſemen aruo commiſit, nec votis reſpondet prouentus, rurſus eandem exercet ſegetem, neque rarò fit, vt totius temporis iacturam vno ſarciat anno. Sic & negociator, quamquàm crebrò fecit naufragium, non tamen abſtinet à portu, ſed & poſteà nauim detraxit, & nautas conduxit, & pecunijs mutuò datis eadem aggreditur negocia, idque, quum nihilò magis nunc ſciat quomodo ceſſurum ſit, quàm ſcierat antè. Denique quicumque ſolent aggredi rem quamcumque, ita facere conſueuerunt, quemadmodum faciunt agricolator ac negociator. Et poſt hæc quum illi tantam adhibeãt curam ſtudiumque circa res ad præſentis vſum vitæ pertinentes, quarum exitus ſit incertus: nos ſi loquentes non auditi fuerimus, illico deſinemus? Et quam obtinebimus veniam? Quid excuſationis adferemus? Et tamen illis, ſi non ſucceſſerit, nullus eſt, qui damnum acceptum leniat. Veluti ſi mare nauim fluctibus obruerit, nemo medebitur inopiæ naufragi. Si vis hymbrium effuſa in aruum præfocarit ſementem, cogitur agricola vacuis manibus redire domum. Noſtra verò, quum loquimur aut exhortamur, non eſt eadem conditio.

Agricola. Nauclerus. Ruricola. Negociator. Sc cratica inductio.

Semen.

Imò ſi ſemen per te iactum auditor nõ receperit, nec obediẽtiæ fructũ retulerit, tu tamẽ cõmunicati cõſilij mercedem fers à Deo, nec minus accipies præmij nõ auditus quã accepturus eras, ſi ille obtẽperaſſet. Quod erat in te, præſtitiſti. Cæterũ ad id vt perſuadeamus auditoribus, nõ ſumus obſtricti, ſed tantum vt admoneamus. Noſtræ quidem partes ſunt admonere, illorum verò obtemperare.

Admonitio.

Et quemadmodum, ſi nos admonendi officio functi nõ fuerimus, etiamſi decẽ milia benefactorũ prodierint, ipſis ſolis repoſitum eſt præmiũ, ad nos nihil redibit lucri, quandoquidem non dedimus conſilium: Ita ſi nobis admonentibus illi non auſcultarunt, ad ipſos ſolos redibit omnis vltio; nobis autem nihil, imputabitur, quin potius copioſa merces nobis veniet à Deo.

Parentũ erga filios etiã deſperatos ſolicitudo.

An non vides parentes, quomodo filijs ſuis, licet frequenter deſperatis, aſſident lachrymantes, lamentantes, exoſculãtes, omnia quæ poſſunt admonẽtes, ad ſupremũ vſque halitum. Hoc tu quoq; facito pro fratribus. Et tamen illi nõ poſſunt lachrymis ac lamentis, neque morbum depellere, neque mortem imminentem abigere. Tu vero frequenter poteris animam deploratam, aſſiduitate inſtantiaq; per lamẽta reuocare ac ſuſcitare: Dediſti conſiliũ, nec perſuaſiſti, illachryma, punge frequenter, ac ſuſpira paululum, vt tua ſolicitudo incutiat illi verecundiam, conuertes illum ad ſalutem.

Iumenta.

An non vides quòd iumẽta iugũ ferẽtia, poſteaquã ad præſepe paſta ſunt, hæc agũt, onera geſtãt, ſuumq; explẽt miniſteriũ. Tu verò qui ſublata mẽſa, ad omne opus inutilis es & inidoneus, nũ vitare poteris, quò minus videaris aſinis deterior? Quã ob rem? Quia tum maximè conuenit eſſe ſobrium ac

vigilantem. Nam tempus poſt mēſam, agēdi gratiæ tēpus eſt. Non decet autē agentē gratias ebriū eſſe, ſed ſobrium ac vigilantem. A menſa non ad lectum, ſed ad deprecationem vertamur, ne brutis animantibus ſimus magis bruti.

Latrocinij princeps.

Age ſi quem vidiſſet latrocinij principem graſſantē per vias prætereuntibus inſidiantem, ea quæ ſunt in agris rapientē, in ſpeluncas ac foueas ſubterraneas aurum & agentū defodientē, ac illic, multa recludentem armenta, veſtes ac mancipia multa ex incurſionibus illis poſſidentem, age dic mihi, nū illum beatum diceres propter diuitias illas, an potius miſerum prædicares, propter ſupplicium illi venturū? Atqui nondū comprehenſus eſt, neq; in manus iudicis traditus, nec in carcerem coniectus, neq; accuſatorem habuit, neque in iudicium venit, ſed delicijs indulget, inebriatur, multaq; rerū fruitur abundantia. Attamen non propter præſentia, quæq; videntur iudicamus illum beatū, ſed propter futura, quæq; imminēt, illum miſerum prædicamus. Hoc item de diuitibus & de auaris cogita. Latrones quipiam ſunt, vias obſidentes, res prætereuntium rapientes, velut in ſpelūcis ac foueis ſubterraneis, aliorum facultates in ſuis cubiculis defodiētes. Ne igitur beatos dicamus illos propter præſentia, ſed miſeros propter futura propter formidandum illud iudicium, propter ineuitabiles pœnas.

Nam iſti quidem latrones frequenter ex hominum manibus elapſi ſunt, nihilò minus quum hoc ſciamus, & nobis ipſis deprecamur, & hoſtibus imprecamur iſtorū vitam, vna cū execrabili rerū copia. Atqui ſub Deo vero iudice, nō licet iſtud dicere. Nullus enim illius effugiet ſententiam, ſed omnes omnino qui fraudibus & rapinis viuunt, Dei vindictam ſibi accerſunt, illam immortalem, fineque carentem, quemadmodum diues ille.

Carnificina conſcientiæ ſibi male conſciæ.

Nec enim mihi dixeris illum menſa ſumptuoſa frui, veſtibus circūdari ſericis, mancipiorū greges circumferre, alios ſubmouere in foro, ſed explica mihi iſtius conſcientiam, & videbis intus grauem peccatorum tumultum, iugem metum, tempeſtatem, turbationem, videbis velut in curia mentem ad thronum conſcientiæ conſcendiſſe regalem, & tamquam iudicem quempiam ſedentem, & cogitationes loco carnificum adhibentem, in eculio ſuſpendentem, lateraque conſcientiæ radentē vngulis, pro commiſſis, vehementer inclamantem, quū nemo ſciat, niſi quod ſolus Deus hæc videre nouerit: Etenim qui committit adulterium, etiam ſi millies fuerit diues, etiam ſi nullum habeat accuſatorem, non deſinit tamen intus ſeipſum accuſare: & voluptas quidem temporaria eſt, dolor verò perpetuus, timor vndique ac tremor, ſuſpitio, & anxietas, angulos metuit, vmbras ipſas formidat, ſuos ipſius famulos conſcios, inſcios, illam ipſam quam corrupit, & virum quem affecit contumelia, obambulat amarum accuſatorem circumferēs conſciētiam, quū ſit ſuo iudicio damnatus, nec vel ad breue tempus poſſit reſpirare. Nam & in lecto, & in menſa, & in foro, & in domo, & interdiu, & noctu, & in ipſis frequenter ſomnijs hæc iniquitatis ſimulachra videt, ipſiusque Cain vitam viuit, gemens ac tremens ſuper terram, quum nemo ſciat: intus tamen habet ignem implicitum: Idem patiuntur & qui rapinam exercent, & qui fraude lucrum faciunt. Hoc & ebrioſi: inſumma quotquot in peccatis viuunt.

Adulter. — *Cain.*

Idem de Lazaro Concione II.

Perpetuò ſitiens.

QVemadmodum igitur eum qui perpetuò ſitit, nō dixerimus recte valere, etiāſi copia rerū affluat, etiāſi iuxta fluuios ac fontes accumbat. Quid enim prodeſt illa aquarum copia, quum affectio maneat inſedabilis? Itidē & in diuitibus faciamus, eos qui perpetuò cōcupiſcunt, ſitiuntq; aliena, ne putemus vmquam eſſe ſecuros, nec vlla frui rerum copia. Etenim qui ſuam ipſius concupiſcentiam non poteſt ſiſtere etiamſi cunctorum opibus vallatus ſit, quomodo futurus eſt is vmquam in proſperitate? Eos verò qui quod habent ſuum, boni conſulunt, quique ſua ſorte contenti ſunt, nec alienas circumſpectant facultates, etiamſi fuerint omnium egentiſſimi, omnium opulentiſſimos ducere oportet.

Anademma.

Et quemadmodum eum qui prius in cauea multa vulnera accepit, ac ſanguine cōſperſus eſt, poſt anademare capiti addito, hi qui ante caueam ſtant ſuſceptum, multa cū laude domum deducunt, applaudētes, bene ominantes admirantes: Sic & angeli Lazarum tum deducebant, illius verò animam repetebant metuendæ quædam virtutes fortaſſis ad hoc miſſæ: neque enim ſua ſponte anima ad illā ſecedit viam propterea quòd hoc ne fieri quidem poſſit. Nam ſi ciuitatem ciuitate vertentes egemus deductoribus, multò magis anima à carne diuulſa, & ad futuram tranſiens vitam, opus habebit viæ ducibus. Quapropter frequenter nunc emicat, nūc in profundū demergitur, metuitque & horret quū à corpore diſceſſura. Nam cū ſemper nos ſtimulat peccatorum conſcientia, tum verò maxime illa hora, quum hinc ſumus abducendi ad illa tribunalia, metuendumque iudicium: tum enim ſiue quis rapuit, ſiue fraudauit, ſiue contumelia affecit, ſiue cuiquam præter cauſam inimicus factus eſt, ſiue aliud quodcumque facinus perpetrauit, vniuerſus illic peccatorum cumulus renouatur & oculis exhibetur, mentemque ſtimulat.

In carcere detenti

Et quemadmodum qui tenentur in carcere ſemper quidē deiecti mœrenteſq; ſunt, maximè tamen ſub illum diem quo ſunt educendi, & ad ipſa iudicis fores pertrahendi, & priuſquam periclitantur, ac iudicis vocem intus audiunt, exanimantur metu, nihiloque melius afficiuntur quam mortui: Sic & anima, maxime quidem in ipſo peccati tempore cruciatur & angitur, multò magis quum hinc auulſa abducenda eſt.

Receptor regius.

Quemadmodum enim receptor quiſpiam qui regias pecunias accepit, ſi neglexerit his quibus iuſſus eſt diſtribuere, inq; proprias cōſumpſerit delicias, pœnas dat ac perditur: Ita ſanè & diues receptor eſt quiſpiā pecuniarū, quæ pauperibus diſtribui debebant. Itaque quum in mādatis habeat, eas diſtribuere ſuis conſeruis egētibus, ſi quid amplius quam poſtulet neceſsitas in ſeipſum inſumpſerit, grauiſsimas illic daturus eſt pœnas, Non enim ſunt ipſius quæ poſsidet, ſed conſeruorum illius.

Piſcator.

Quemadmodum piſcator iacto in mare reti, piſcē quidē attrahit, attrahit autem frequenter & aurum & margaritas: Itidem & hic reti captans homines, piſcatus eſt tandem & angelos, quodq; mireris, etiā inſcius. Id quod & Paulus in huius laudibus dixit: Sectate hoſpitalitatem: per hanc enim quidem inſcientes hoſpitio exceperunt angelos.

Idem de Lazaro Concione III.

Auri venæ.

AGe igitur & hodie denuò tractemus idem argumentū, quandoquidē qui in metallis operātur, vbicumq; viderint multas aurivenas, illic fodiūt acrius, nec prius abſiſtūt, quā totū quod reperiri potuit, exhauſerint. Redeamus igitur illuc, vbi ſermonē heri finiuimus, vt illinc eūdē inſtauremus.

Nam & mater amans, quū infantem lactentē parat ad ſolidū cibū adducere, ſi ſimul multū meri infundat ori, nihil prodeſt infanti, refundente puero quod datur, ac tuniculam qua pectus tegitur irrigante: Quòd ſi ſenſim ac paulatim infundat, puer quod traditum eſt abſque moleſtia trāſmittit, Proinde ne vobis idem quod traditū fuerit effluat, non ſemel vobis inſtillauimus doctrinæ poculum, ſed in dies aliquot partiti ſumus, paſſi vos interim

hiſce

A hiſce diebus interquieſcere ab audiẽdi labore, quò ſimul & ea quæ depoſuimus, ſic infigãtur animo veſtræ charitatis, vt excidere non poſſint, & ea quæ dicentur, ſedatis ac vegetis manibus excipiatis.

Exercentes autem omnia artis inſtrumenta habent parata inte graque.

An nõ vides fabros ærarios, aurifices, fabros argẽtarios, deniq; eos qui quancunq; exercẽt, artem, omnia artis inſtrumenta habere parata & integra: quamuis cõpellat fames, quamuis affligat inopia, omnia præoptãtes ſuſtinere potius quã ex inſtrumentis artificij quippiam vendere velint, atq; hinc ali. Itaque multi frequenter potius habuerunt ad vſurã accipere, quã vel minimum aliquid ex artis inſtrumentis oppignerare, idq; iure optimo. Norũt enim quod diuenditis illis, ars vniuerſa ipſis fit inutilis, totumq; quæſtus fundamentũ ſublatum: illis autem manẽtibus, fieri poteſt vt contractũ æs alienum progreſſu tẽporis aliquando diſſoluant, iugiter vtentes artificio. Quòd ſi priuſquã diſſoluerint æs alienum, alijs ea vendant, iam non eſt vnde poſſint ſolatium aliquod famis inopiæque excogitare. B Hoc ſanè animo nos quoque præditos eſſe oportet: quemadmodũ enim illis artis inſtrumẽta ſunt, malleus, incus, forceps: ſic & nobis artis inſtrumẽta ſunt apoſtolorum ac Prophetarum libri, omniſque ſcriptura diuinitus inſpirata & vtilis: Et quemadmodum illi per inſtrumenta quicquid faciẽdum ſuſceperint, perficiunt: Ita ſanè & nos per hos fabricamur, & animam noſtram deprauatamq; corrigimus, & inueteratam renouamus. Atque illi quidem hactenus modò præſtant ſuam artem, vt formam addant rebus: neque enim poſſunt materiam vaſorum tranſmutare, neq; ex argento aurum reddere, ſed harum rerum figuras componunt dumtaxat. Tu vero non ita, ſed amplius quiddam potes. Nam ligneum vas acceptum, poteris aliquando reddere aurum.

Regia arma.

Quemadmodum enim arma regalia repoſita C etiamſi nemo fuerit qui poſſideat, tamen ijs qui habitant in ædibus multam præbent cuſtodiã ac tutamen, dum neq; latrones, neq; parietum perfoſſores, neque alius quiſpiam ſceleratorum audet eã aggredi domum: Sic vbicumque fuerint libri ſpirituales, illinc omnis expellitur vis diabolica, multaque habitantibus accedit conſolatio. Quandoquidem ipſe etiam per ſe librorum aſpectus ſegniores nos reddit ad peccandum.

Hydropi. Vitium ſplenis. Tabum.

Veluti ſi quem videris hydropi, aut vitio ſplenis obnoxiũ, aut tabo quopiã marceſcentẽ, temulẽtiæ ac delitijs indulgentẽ, reddere morbum acriorem, adeò nõ miraris, aut beatũ iudicas eũ ob delicias, vt ob hoc ipſum etiã maximè miſerũ exiſtimes: Similiter & de anima cogitato, vbi videris hominẽ peruersè viuentem, multaque fruentem proſperitate, neque triſte quicquam patientem, ob hoc ipſum magis deplora, quòd quum morbo grauiſſimoque D tabo ſit obnoxius, tamen deterior ſit, morbum delitijs vitaque diſſoluta exaſperans.

Canis aſſiſtens menſæ.

Quemadmodum canis abſiſtẽs menſæ, ſi viderit hominem veſcentem ſubinde aliquid eorũ in mẽſa ſunt ipſi proijcientem, manet aſſiduè: quòd ſi ſemel atque iterum ſic aſtitit, vt diſceſſerit nihil adeptus, protinus abſtinet, veluti qui iam fruſtrà & incaſſum aſſiſtat. Itidem & diabolus iugiter nobis inhiat, ſi quod blaſphemum verbum ipſi ceu cani proijciamus, hoc accepto rurſus aggreditur. Quòd ſi perſeueraueris gratias agere, iugulaueris illum fame, celeriterque abegeris, & aufugere coegeris.

Quid igitur? vt ego, inquis, fiam melior, ille punitur? Nõ propter hoc, ſed propter ſuũ ipſius peccatum punitur. Cæterum attentis ex abundanti fit occaſio ſalutis, dum metu ex his quæ alijs acciderũt concepto, redduntur probiores. Itidem & Domini faciunt, vno ſæpè famulo flagellato multos metu reddunt emendatiores.

Idem de Lazaro Concione. IIII.

Agricola Vindemia.

A QVandoquidem & agricola, poſteaquam totius vineæ vindemiã peregerit, nõ prius deſiſtit, quã angulos etiã minutos acinos decerpſerit. Quũ igitur nunc quoq; videam ſub literis, veluti ſub folijs latere ſenſus occultos, age & hos rurſus diligenter amputemus, pro falce ſermone vtentes. Siquidem vinea poſt fructus ſemel à vindemiatore deſectos, ſtat nuda fructu, nihil habẽs præter folia: verũ ſpiritualis diuinarum ſcripturarũ vinea non itẽ, ſed quamuis quicquid videbatur ſuſtulerimus, tamen adhuc amplius ſupereſt tollendũ. Itaq; cõplures ante nos diſſeruerunt in hanc parabolam, complures fortaſſis & poſt nos diſſerturi ſunt, nemo tamen poterit totas opes eruere. Nam ea eſt huius opulentiæ natura, quò foderis altius, hoc magis exundant diuini ſenſus. Fons enim eſt numquàm deficiens.

Magiſtratus.

B Etenim ſi quum magiſtratus in medio foro reũ adducit, carnifices adhibet, ac tormentis examinat accuſatum, omnes magno ſtudio concurrunt, cupientes audire quid interroget iudex, quid reus reſpondeat. Multò magis hic diligenter auſcultãdum eſt, quid reus, nimirum hic diues, poſtulet, quid cõtrà iuſtus iudex reſpondeat per Abraham. Non enim Patriarcha erat qui iudicabat, quamquam is pronunciabat: Verum quemadmodum in mundanis iſtis iudicijs, quoties fuerint aliqui rei, puta latrones aut homicidæ, his leges procul à conſpectu iudicis occurrentes, nõ permittunt vt audiant vocem iudicantis, qui præter alia hoc quoque honore iudicas illos indignos, ſed medius quiſpiam interpres, & iudicis interrogationes, & rei reſponſiones perfert. Hoc ſanè pacto & tunc factum eſt. Non C Deum pronunciantem, non Deum ipſum loquentem audiuit reus, ſed medius erat Abraham, qui iudicis vocem ei qui iudicabat retulit.

Mundana iudicia.

Diues ac pauper.

Quemadmodum enim conſpicientes in pariete pictum diuitem ac pauperẽ, nec illi inuidemus, nec pauperem deſpicimus, eò quòd quæ videmus, vmbra rerum eſt, non veritas: Sic & diuitiarum, & paupertatis, gloriæ & ignominiæ, aliarumque rerum omnium ſiue triſtium, ſiue lętarum, naturam, ſi per nouerimus, liberabimur à perturbatione, quæ ex harum vnaquaque in nobis gigni ſolet. Hæc enim omnia quauis vmbra fallaciora, neque quicquam habent ſublime, neque præclarum, neque ſplendida glorioſaque attollere, neque humilia contemptaque attollere poterunt.

Gehenna

Curiæ.

Ad hæc quòd ſuperuacanea quærũt qui deſiderãt, vt mortui illinc redeant, præter hæc quæ dicta ſunt, etiã ab huius vitæ curijs demõſtrare licet, Gehẽna nõ videtur incredulis. Nam credentibus eſt D perſpicua manifeſtaq; Curiæ vidẽtur, quotidieque audimus quòd ille ſupplicio affectus eſt, illius proſcripta bona: alius operatur in fodinis, alius exuſtus eſt igni, alius alio pœnæ vindictæque genere perijt, & tamen hæc quum audiunt mali ac facinoroſi maleficique, non emendantur. Multi frequenter in his deprehenſi, poſteaquam effugerunt pœnam, perfoſſoque carcere elapſi ſunt, rurſus eadem aggrediuntur, multò his ſceleratiora perpetrant, Ne igitur quæramus hæc audire à mortuis, quæ multò clarius quotidie nos docent ſacræ ſcripturæ.

Quin & quum perpetratur peccatum, & priuſquam perpetratur, & poſtquam perpetratum, acerbus nobis imminet accuſator, maximè verò poſteaquã perpetratum fuerit. Nam in perpetrãdo ſcelere, quoniam voluptate ſumus ebrij, non perinde ſentimus, cæterum ſimulatque commiſſum eſt, cœperitque finem, tum demum extincta voluptate amarus pœnitentiæ ſtimulus ſuccendit, contra quã accidere ſolet mulieribus parturientibus.

Nam

Mulieres parturientes.

Nam illis ante partum labor eſt ingens, grauiſq́; nixus, diſſecãtes eas doloribus, poſt partũ verò relaxatio dolore ſimul cũ infante egrediente: Verũ hic non item, ſed dum parturimus concipimuſque corruptos affectus, delectamur gaudemuſq́; cæterũ vbi fuerimus enixi malum illum puerum peccatum tum conſpecta fœditate partus, diſcruciamur grauius quam mulieres parturientes.

Paterfiliũ increpãs.

Nam pater vbi ſemel, iterum, ac tertio, deciéſne filium increpauerit, ſi viderit incorrigilem permanere, deſperans abdicat, expellit familia, à cognatione reſecat. At non eodem modo conſcientia, ſed licet ſemel, licet iterũ, licet ter, licet milies admonuerit, tuq́; non obtemperes, monebit iterum, nec deſiſtet vſque ad ſupremum halitum, ſiue domi, ſiue in biuijs, ſiue in menſa, ſiue in foro, ſiue in itinere, frequẽter & in ſomnis peccatorum nobis ſimulachra ſpectraque repreſentat?

Idem Oratione de B. Philogonio.

PRoinde quamuis noſtræ facultates exiguæ ſint minimiq́; precij, attamen quæ poſſumus offerimus. Ea licet nõ reſpondeant magnitudini meritorũ animæ præclari iuſtiq́; Philogonij, tamẽ hoc ipſum celſitudinis illius maximũ fuerit argumẽtum, quòd nec puſilla repellat, ſed idem faciat quod ſolẽt diuites. Siquidẽ illi quũ acceperint à tenuibus exigua, quibus nõ egent, ſua viciſſim apponũt, remunerantes eos, qui quod poterãt obtulerint: Itidẽ & hic, quum acceperit à nobis laudẽ verbis peractã, qua nequaquã eget, redonabit nobis per opera ſua laudationem, qua ſemper vti poſſimus.

Diuites accipiẽtes à tenuibus exigua.

Quemadmodũ enim aliquis ingreſſus vineã, viteſq́; contẽplatus pampinis comãtes, fructu grauidas, macerijs ac ſeptis vndiq; munitas, haudquaquã deſiderat cuiuſquam qui demõſtret vinitoris induſtriã, & agricolæ virtutẽ: Itidẽ & hic, ſi quis ingreſſus conſpiciat vites ſpirituales, veſtrumq́; fructum contẽpletur, nihil opus habuerit, vt ex cuiuſquam oratione diſcat qualis ſit veſter propoſitus.

Vinitoris induſtria.

Idem Homilia I. de verbis Eſaiæ: Vidi Dominum ſedentem, &c.

COnſpicio vos multo ſtudio adnitẽtes, vt ad effectum perducatis quæ heri à nobis dicta ſunt, coq́; nunc haud grauatè ſemen doctrinæ iacimus, quod hinc bona ſpes alit animũ noſtrum. Nam & agricola, quũ non ſine labore quidẽ ſemina depoſuit, ſed videt terrã feracẽ, ſegetemq́; prouẽtu exuberantem, ſuperiorũ laborum obliuiſcitur, atq; ad reliquum operæ conſeruationẽque, lucri expectatione excitatur. Verũ hæc agricolatio quanto feracior, quantoq́; lucroſior eſt? Nã illa quidẽ frugum ſenſibiliũ copiã adferens corporibus reponit alimoniã. Hæc verò dum ſermonũ deponit doctrinã, ſpiritualiumq́; donorum abundantiã adfert, animi diuitias recondit: alimoniã quæ nec conſumi, nec vitiari poteſt, reditus qui neque pereunt, neq; corrumpuntur, ſed arcana quadam prouidentia conſeruantur, quorum vſus fructus mente percipitur.

Lucri expectatione excitatur agricola.

Etenim de hoc vobis hodiernũ ſermonẽ mouere volo, in ſpeciẽ quidem moleſtũ, ceterùm leuem, vtilemq́; veritate. Sic enim & amantes liberorum patres faciunt, non ſolũ ea quæ ad breue tẽpus delectant, verumetiã quæ moleſtiã adferunt, filijs adhibent, quæq́; non ſtatim oſtendunt vtilitatem his qui adhortantur, ſed quęcunq; videntur quidẽ eſſe moleſta, ſalutaria tamen ſunt, ſi perficiãtur, & hæc multa cura docent, diligenterq́; flagitant ab eis vt conſeruentur. Atq; hunc ſermonẽ in longum producimus, ne præſentem laborẽ fruſtra inſinuamus, ne ſuſtinentes vigiliæ neceſſitatẽ inutiliter in puerili certamine verſemur, ne voces in aërem diſſolutæ, ad detrimentum ſonent potius quã ad lucrum.

Amantes liberorũ patres.

Negociator.

Neque enim negociator è longinquo merces importans, vehementem ventorum incurſum, vndarumq́; exorientium procellas ſuſtinens, fruſtra & incaſſum ſuſciperet ejuſmodi labores, verũ ideo maria plena ſunt, & audax eſt aduerſus pericula, locaq; locis cõmutat, maria peragrat, totaſq́; noctes ducit inſomnes, vt negotiatione diteſcat. Quod ſi non contingat, ſed cum lucro etiam ſortis iacturã faciat, ne ſoluere quidem ancoram poterit, nec illa varia perferre diſcrimina. Hoc itaque ſcientes, cũ decente circumſpectione huc accedamus, ne pro peccatorum remiſſione, etiam acceſſionem peccatis adiunctam domum referamus.

Aſſiſtit aliquis terreno regi, omnibuſque modis molitur, vt quam plurimã erga illum reuerentiam exhibeat, quò per hoc maiorem illius erga ſe cõcilict beneuolentiã. Cuius gratia non ſolum ſpecie capitis, verum etiam ipſa voce, ipſa manuum cõpoſitione, ipſa pedum coniunctione, totiuſq; corporis contractione talem reuerentiã conatur oſtendere. Hoc & ab illis incorporalibus virtutibus fit. Quum enim plurimam habeant erga conditorem reuerentiã, & hanc vndiquaq; conentur præſtare: deinde quoniam non aſſequuntur quod appetunt, quod deeſt affectui, hoc velo obtegunt.

Cũ rege terreno colloquens.

Atqui qui cum rege terreno colloquitur, de his tantum verba facit, de quibus ille voluerit audire, & de quibus rex fuerit percontatus. Quòd ſi quis auſit inijcere ſecus quã ipſe velit, extremo ſupplicio afficitur. Tu verò cum rege regum colloquens, cui cum horrore ſeruiunt angeli, omiſſo cum illo ſermone, de luto, de puluere, de telis aranearum loqueris. Nihil enim aliud ſunt huius vitæ negotia. Et quomodo ſuſtinebis illius contemptus pœnam? Quis autem te ab hac vindicta liberabit?

Idem Homil. II. de eo quod dixit Eſaias: Factum eſt anno quo mortuus eſt Oſias rex, Vidi Dominum ſedentem, &c.

Eſuries.

QVemadmodum enim eſurire corporis bonam valetudinem declarat, ſic & ſermones appetere ſpirituales, animæ ſanitatem arguit. Gaudeo quidem igitur propter hoc, cæterũ vereor ne forte non poſſim adferre dignũ iſto veſtro deſiderio. Sic & mater amans quotiens lactentem habet puerum non poteſt illi largiter præbere lactis fontem, attamen quanquam lacte caret, mammã tamen dat. Ille verò acceptam trahit, ſugitque, ore vexatam papillam calfaciens, plus quàm erat elicit alimenti: mater verè dolet quidem dum ipſius diſtẽduntur vbera, nec tamen repellit puerum, mater enim eſt & omnia præoptat perpeti potius quam vt partum ſuum contriſtet. Itaque ſi matres erga fœtus tanta charitate afficiuntur multò magis oportet nos erga veſtram charitatem ſimiliter affectos eſſe. Nam ſpiritus nixus calidiores vehementioreſque ſunt, quàm naturæ.

Mater amans lactentem habens filium. Singula- t is mat- erga fili- charitas

Nam ſi homines ſcelerati dum choreas agunt in foro, in profunda caligine, nocteq́; intempeſta meretricias cantilenas molleſq́; canentes cãtiones, totam ciuitatem nobis aperiũt, & ad ſeſe cõuertunt: nos cæleſtiũ populorum ſupernis choris regẽ vniuerſi celebrantibus nõ accurremus? nõ audiemus diuinam illã ac beatam vocẽ? Et quæ nobis dabitur venia? Attamen quum tantã habeat celeritatem, & oculorum aciẽ anima, non eſt ex ſeſe ſufficiens ad intelligentiã rerum ſpiritualium, ſed opus habet, qui ipſam manu porrecta deducat. Faciamus igitur quod in regum aulis facere ſolent, qui cupiunt eas videre. Quid autem illi faciunt? Vbi quęſierint eum cui claues commiſſæ ſunt, illum adeunt, alloquuntur, ſupplicant: frequenter & pecuniam numerant, vt ipſis gratificetur: Adeamus ergo & nos vnũ eorum quibus cæleſtes portæ cõmiſſæ ſunt, appellemus, ſupplicemus pro pecunia promptã voluntatem, ſyncerumq́; affectum exhibeamus. Et ſi ille

mercedem hanc acceperit, manu noſtra apprehēſa per omnia circumducet, non iſtam ſupellectilem regiam, ſed ipſum regem in throno ſedentem, aſtantibus exercitibus, exercituumque ducibus, aſſiſtentibus innumerabilium angelorum & archangelorum milibus, breuiter omnia diligenter nobis oſtendet quatenus nobis videre fas eſt.

Fodiētes metalla.

Etenim ſi hi qui fodiunt in terris metalla, ne minima quidem fruſta prætereunt, verum vbi nacti fuerint aliquam venam aureā, meatus omnes exactè circumſpiciunt multò magis hoc facere nos oportet in ſcripturis. Et tamen in metallis difficile eſt inuenire quod venātur. Etenim quum & metalla ſint terra, & aurum nihil aliud ſit quàm terra, ipſa quoque naturæ communio ſimilitudoq; celat aſpectum eorum quæ quæruntur. Attamen ne ſic quidem deſiſtunt illi, ſed omnem adhibent diligētiam, quantumuis ſimulatque viderint ſciant, quid verè ſit terra, quid verè ſit aurum. In ſcripturis autē non eſt eadē ratio. Neq; enim proponitur aurū terræ commixtū, ſed purum eſt aurū. Eloquia, inquit, Dei pura, argentum igne exploratum, probatum terra. Siquidem ſcripturæ non ſunt metalla quę indigent operarijs, ſed theſaurum præbent paratum ijs qui quærunt opes in ipſis reconditas.

Aurum.

Teſtamētà tabulæque.

Teſtamenta tabulæque de nuptijs, de debitis, deque reliquis contractibus, niſi in frontiſpicio conſulum annos habeant præſcriptos, nullā ex ſe vim habent. Hoc eſt enim quod illis robur addit, hoc eſt quod controuerſias dirimit, hoc quod à lite liberat, hoc quod ex inimicis facit amicos. Proinde qui talia deſcribunt, non aliter quàm lucerna in cādelabro poni ſolet ſic in frontiſpicio literarum addunt conſulum nomina, vt omnibus quæ ſubijciuntur præluceant. Quæ ſi ſuſtuleris, lumen ſuſtuleris, omniaque tenebris multaq; turbatione compleueris. Propterea, omne dati acceptiq; negotium ſiue cū amicis, ſiue inimicis, ſiue cum famulis, ſiue cū procuratoribus, & æconomicis agatur, hac eget cautione, & vbique menſes, annos, dies ſubſcribimus. Quòd ſi tantū valeat ea res in negotijs temporalibus, in ſpiritualibus multò amplius profuerit: Siquidem hoc declarat prophetias eſſe prophetias. Neque enim aliud eſt prophetia, quam rerum futurarū enarratio. Proinde qui neſcit tēpora eorum quæ dicta ſunt, quæue euenerūt, qui poterit homini contentioſo demōſtrare prophetiæ certitudinem?

Lucerna in candelabro.

Agrorū termini columnæque.

Quemadmodum in agris termini columnæque non ſinunt arua confundi, ſic tempora non ſinunt confundi res geſtas, ſed dum dirimūt alias ab alijs, & in ordinem congruentem digerunt, multa nos liberant turbatione.

Imò potius iam ſilendum eſt, eò quòd neceſſe ſit in immenſum hiſtoriarum pelagus orationem ſoluere. Qui verò per tale mare ſunt iter facturi, neceſſe eſt nō fatigatis, ſed integris remigibus viā capeſſant. Nam hāc ob cauſam paſſim per mare portus inſulæque poſitæ ſunt, vt & gubernator, & vector refocillentur, hic quidem remo depoſito, ille verò exurgens à clauo. His de cauſis diuerſoria & cauponæ vbique per vias excogitatæ ſunt, vt iumēta ſimul cum viatoribus à labore recreentur. Eoq; & doctrinę ſermoni, ſilentij tempus pręfinitum eſt, vt neque nos ipſos deteramus verborum multitudine, neque vos delaſſemus.

Quibus gubernator & vector refocillentur.

Idem Homilia IIII. de verbis Eſaia: Vidi Dominum ſedentem, &c.

Vrinator Margaritæ.

ETenim homo vrinator nullam aliam ob cauſam audet ſeipſum in profundum aquarum demittere, quàm propter margaritas bellorum cauſam. Quanquam non materiam reprehendo, ſed mentem intemperantem. Et tu, vt accipias theſaurum deficere neſcium, planteſque vineam in anima tua, non ſuſtines æſtum neque ſudorem? Non vides iſtos qui ſudent in theatro, quomodo ſudent, nudoque capite ſolis radium excipiant, quò fiant captiui morti, quò ſcorti mancipia? Ad exitium illi laborant, & tu ad ſalutem ſegnis ac remiſſus es?

Sedentes in theatro.

Quemadmodum igitur fit in nauigijs, qui vacuam habent nauem, non metuunt piratarum inſultum: non enim veniunt vt conterant nauem nihil vehentem: cæterùm ij qui nauem habent onuſtam, metuunt piratas: Nam pirata illuc properat, vbi aurum, vbi argentum, vbi lapides precioſi: Sic & diabolus non facile perſequitur peccatorem, ſed iuſtum potius, vbi multæ ſunt opes.

Piratæ.

Idem de verbis Eſaia: Vidi Dominum ſedentem, &c.

Homilia IIII.

Non damnādę ſunt res, ſed is qui re bona male vtitur.

ITaque cum videris ſacerdotem indignū, ne traducas ſacerdotium. Non enim oportet damnare res, ſed eum qui re bona male vtitur, Quandoquidē & Iudas proditor fuit, verum ob id non accuſatur ordo Apoſtolicus, ſed illius animus: nec crimen eſt ſacerdotij, ſed malum animi: Et tu igitur ne ſacerdotium vituperes, ſed ſacerdotem re bona male vtentem. Etenim ſi quis tecum diſputet, dicatque. Vidiſti illum Chriſtianū, reſpondeto, at ego non de perſonis, ſed de rebus tibi loquor. Alioqui quot medici facti ſunt carnifices, ac venena, pro pharmacis dederunt? Non tamen artem vitupero, ſed malè vtentem arte. Quot nautæ malè rexerunt nauigia? verùm non ars nauigandi mala eſt, ſed illorū animus. Si Chriſtianus fuerit improbus, nec incuſes profeſſionem ac ſacerdotium, ſed re bona vtentem male. Regi corpora commiſſa ſunt, ſacerdoti animæ: Rex maculas corporis remittit, ſacerdos autem maculas peccatorum. Ille cogit, hic exhortatur: Ille neceſſitate, hic conſilio: Ille habet arma ſenſibilia, hic ſpiritualia: Ille bellū gerit cum barbaris, mihi bellum eſt aduerſus dæmones.

Nautæ.

Et quemadmodū iure dānatos poſteaquam funē acceperint, educunt funē ore geſtantes: Sic & hic abducebatur, pro fune lepram in fronte geſtās, eò quòd ſacerdotium affeciſſet contumelia.

Funē ore geſtant.

Idem de verbis Eſaia: Vidi Dominum ſedentem, &c.

Homilia V.

Equus ferociens.

TAlis res eſt anima in arrogantiā ſublata: Semel enim deſperata ſalute, nequaquā deſinit furere: Verū habenas laxans irrationabilibus cupiditatibus quouis rapitur, nec aliter quā equus ferociēs, vbi frenū ore, ſeſſorē tergo excuſſit, fertur quouis vēto velocius, omnibus obuijs intolerabilis, diffugientibus cūctis, neque quoquā audente cohibere: Sic & anima quæ Dei timorē ipſam refrenantē excuſſit, vbi rationē habenas moderantem eiecit, ad quæuis maliciæ loca decurrit, donec in exitij barathrum delata, præcipitat ſuam ipſius ſalutem.

Sapientes medici.

Etenim ſapientes medici quoties mēbra putrefacta ſecturi ſunt, aut lapides in meatibus affixos extracturi, aut aliud aliquod naturæ vitiū correcturi, non id faciunt eo qui laborat in angulum abducto, ſed eo in medijs foris depoſito, conglomeratoque prætereuntium ſpectaculo, ita demum admouent manum. Hoc autem faciunt, non quòd velint humanas traducere calamitates, ſed vt vnicuique propriæ ſanitatis commendant curam. Itidem & ſcriptura facit, vbi quem arripuit peccantium, proponit eum in ſublimi ſuggeſto, non in medijs foris, ſed in media terra: & poſteaquam totius orbis circumſteterit theatrum, tum curationem adhibet, erudiens nos, vt circa propriam ſalutem cautiores ſimus. Videamus igitur quo pacto ſacerdos tunc illum corrigere ſit aggreſſus: Non dixit, ô impie, ô ſcelerate, omnia ſubuertiſti, con-

fudiſtique,

ſudiſtique, ad extremam impietatem prorupiſti: neque ſermonem accuſationis in longum produxit: ſed quemadmodum hi qui ſecant, hoc breuiter facere ſtudent, celeritate ſectionis cruciatus ſenſum fallentes: Itidem & hic aſperitatem cohibuit obiurgationis, paucis verbis conſtringens regis iracundiam.

Idem de verbis Eſaiæ, Vidi Dominum ſedentem, &c.

HOMILIA V.

Præclara corpora.

QVemadmodum enim præclara corpora etiam in aduerſa valetudine, multa nobis formæ veſtigia oſtendunt: Sic & ſanctorum animæ, in ipſis etiam erratis ſuæ virtutis ſigna præ ſe ferunt.

Idem contra Gentiles, Quod Chriſtus ſit Deus.

Profana quamuis glorioſa ſimul concidunt omnia.

ET erit requies eius honor, licet diuerſo modo in rebus humanis contingere ſolet. Nam cum hi qui hic in magna gloria, rebuſque florentibus agunt, moriuntur, pereunt cum eis ſimul alia omnia: and quod non ſolum in diuite, ſed & in principe, atque adeò id & in regibus ipſis quis videt: Nam leges eorum irritãtur, ſtatuæ obſcurantur, memoria extinguntur, nomen eorum in obliuionem venit, à cognatis deſpiciuntur: licet pridem mouerint arma, concitarint ſeditiones populorum & vrbiũ, reuocauerint proſcriptos, occiderint dominos, ſimul tamen conciderunt hæc omnia, quamuis glorioſa prius fuerint. At ſecus in cruce euenit. Ante crucem in luctu res erant: Iudas prodidit, Petrus negauit, reliqui profugerunt, Ieſus ſolus inter inimicos comprehenſus eſt, multi qui crediderant retrorſum abierunt. Cæterum vbi occiſus eſt, & mortuus, vt diſcas, quòd non ſit purus homo, non ſolũ res eius non interciderunt, ſed multò clariores illuſtrioreſque, & ſublimiores ſunt redditæ.

Idem in Oziam Sermone.

Ignis.

SIcut ignis mox vt calamum apprehenderit, nõ expectans aliquãto tẽpore, attactam materiam ſua flamma accendit: Ita & concupiſcentiæ ignis, vt primùm formoſitatem & venuſtatem viſu attigerit, animam ſtatim accendit.

Ceruus.

Quemadmodum ceruus telum corpore fixum ferens, licet venatorum manus effugiat, perit tamen tandem: Sic & anima telo concupiſcentiæ, ob intemperatum, & curioſum viſum, fauciata tamẽ ſi diſcedat, perit tamen & corrumpitur. Nam reiecto telo, vbique videt impugnantem, & gerit ſe comitantem.

Matres.

Sicut matres faciunt, quando in gremium pueri poma, vel ſecundarum menſarum tale aliquid mittunt, ſinus eius vndique zona conſtringunt & ſecuros faciunt. Ita & nos faciamus, ſermonem prolixiorem in arctum contrahentes, & in memoriæ promptuario deponentes.

Idem Sermone de manſuetudine.

Solis iubar.

QVemadmodum & ſolis iubar vt primùm apparet, fugat tenebras: Ita manſuetus & benignus ſua præſentia, res turbulentas componit, quietaſque ac tranquillas reddit.

Concordia angelorum cũ hominibus.

Sicut Chriſtus Deus & omnium Dominus, in carne diuina nobis apparens, ſanctoſque angelos cum hominibus concordes effecit, qui quaſi bello quodam à nobis diſſidebant: Ita & manſuetus homo fratres & cognatos, qui inter ſe diſcordes ſunt, conciliat, & reuereri leges, & præceptum fidei, abiectiſque inimicitijs, in gratiam mutuam redire facit.

Idem Sermone de Anathemate.

Regia purpura.

SIcut priuatus homo, regiam ſibijpſi purpuram circumponens, vnà cum omnibus qui ſe iuuant punitur, vt tyrannus: Ita & qui Dominicam fert ſententiam, & hominem facit anathema eccleſiæ, abducit ſeipſum in extremam perniciem, vſurpando dignitatem filij Dei.

Idem de Sacerdotio, Libro II.

Impiè cur ab amari.

NAm ſi quoties videmus ſeruorum pecuariorumve noſtrorum curam à quibuſdam ſuſcipi, ex eo ſtudio aduerſus illa impenſo, colligimus ab ijs nos amari (etiamſi illa ipſa eiuſmodi eſſe ſolent, vt pecunia veneant) qui neque pecunia, neq; alia re vlla, ſed morte propria armentum redemerit, ſuum ipſius ſanguinem gregis precium obtulerit, quanto quæſo præmio gregis huius paſtores ac rectores remuneraturum eũm credimus?

Iudices.

Porrò externi quidem iudices cum facinoroſos homines legis tranſgreſſores fuiſſe deprehenderint, magna præditos authoritate ac poteſtate oſtendunt, eoſdemque vel inuitos ſuos ipſorum mores mutare cogunt. Chriſtiano verò non vim afferre, ſed ſuadere tantùm oportet, atque hac ratione meliorem efficere, quæ emendandum ſuſceperit. Etenim qui oues perdiderit, vel lupis rapientibus, vel latronibus adorientibus, vel lue aliqua, aut alio id genus caſu ſæuiente, fortaſſis veniam nonnullam à Domino gregis impetret, ſin & pœnas ille exiget, damnum ipſum niſi pecunia conſtat. At verò cui homines ipſi, rationalis Chriſti grex concrediti ſunt, hunc primum ouibus perditis, non pecuniarum, ſed animæ propriæ iacturam facere oportet, tum verò & certamen longe maius, ac multò moleſtius ſuſtinere.

Oues perdens.

Paſtor.

Ouium paſtor gregem habet è veſtigio ſubſequentem, quocunque præierit: quòd ſi quę de recta via oues deflectant, ac feraci pabulo poſthabito, ſterilia atque abrupta loca depaſcantur: ſatis habet paſtor altius aliquantulum inclamare, vt palantes atque diſperſas reducat, atq; in gregem cogat. Sin verò à recto Chriſtianæ fidei tramite aberrauerit quis, hic paſtori magnum certè onus incumbit, magnum negotium, magna tolerantia.

Corporũ amore capti.

Quemadmodum qui corporũ amore capti ſunt, donec propinquos eos habent quos amãt, grauius quidem morbi ſui tormentum vimque ſuſtinent, quum autem quàm longiſſime ſeſe ab illorum cõſpectu abduxerint, tum furorem ab animo excutiunt: Sic & qui honoris illius quem dico cupiditate titillantur, dum propius adſunt, malo ferendo impares ſunt: cæterùm cum ſeſe illinc ſummouerint, honoremque deſperauerint, fit vt deſiderium vnà cum expectatione extinguant.

Athleta.

Cum & athleta tantiſper dum domi ſe continet, ac cum nemine manus conſerit, imbecillitatem infirmitatemq; ſuam occultare alijs poteſt: vbi verò nudato corpore in harenam decertaturus deſcenderit, tum facile apparet, quid ille poſſit. Eadẽ ratione qui priuatam hanc & quietam vitam viuunt homines, ſolitudinem habent ſuorum vitiorũ tanquam velamen quoddam: ijdem rurſus cum in medium prodierint, ſolitudinem illam, ſicut veſtem exuere, ac per externos aduentitioſq; motus, ſuos ipſorũ animos omnibus nudos exhibere coguntur.

Filij minuſtrũ affectantes.

Quemadmodum qui principatum affectant filij, moleſto animo intuentur longam patrum ſuorum ſenectutem. Sic ex his nonnulli cum viderint futurum, vt Epiſcopus ad longum aliquid tempus dignitatis ſuæ munere fungatur, quandoquidem interficere nefas, deturbare illum imperio ſatagũt omnes in deturbati locum ſuffici cupientes, ac ſinguli honorem illum ad ſe deferri ſpectantes,

Epiſcopus ſi rem recta ratione ac iudicio aggredi volet, inimici protinus Epiſcopo aduerſantur, donec illum eiecerint, vel ſuos candidatos intromiſerint. Perinde eſſe videas, vt ſi qui gubernator, piratas habeat eadem naui vnà ſecum nauigantes, qui quidem tum ipſi, tum nautis, tum vectoribus aſſidue horiſque ſingulis inſidias ſtruant.

Guber-nator. Piratæ.

Idem de Sacerdotio, Libro III.

Sacerdotij optio.

QVi ſacerdotij optione propoſita (quod quidē regno tantò eſt excellentius, quantū ſpiritus & carnis interuallū eſſe poteſt) ſuſtinebit ne quiſquàm contemptus, ac faſtidij nos accerſere? Qui verò id non abſurdum? eos qui prouincias paruas reſpuunt, vt deliros incuſare? eos vero qui hoc idem in maximè excellentibus factitant, liberare quidem amentiæ crimine, inſolentiæ autem ac ſuperbiæ reos agere? Perinde quaſi ſi quis eum, qui bouillum armentum deſpiceret, qui armentarius eſſet recuſaret, animi quidem inſolentia nequaquā præditum eſſe, mentis autem alienatione protſus laborare criminaretur?

Rex aliquis ſi cui ex ſubditis ſuis honorē hunc impertitus fuerit, vt poteſtatem habeat quoſcunque velit in carcerem conijciendi, eoſdem rurſus relaxandi: Is nimirum beatus ac mirandus iudicio omnium fuerit. At verò qui à Deo tantò maiorem accepit poteſtatem, quantò cælum terra precioſius eſt, quantò etiam animæ corporibus præſtant: Hic itáne vilem à Deo dignitatem accepiſſe nonnullis videri debet?

Ciuitatū principatus.

Proinde naturales parentes ſi eorū liberi principes quoſdam magnateſue offenderint, opem certe nullam illis afferre poſſunt: quomodo ſacerdotes, non principes, reges, ſed ipſum Dominum nobis infenſum ſæpenumero concilient?

Si vſu venit, vt quibus ciuitatum principatus concreditus eſt, ij niſi valde prudentes pariter ac vigilantes fuerint, tum ciuitates ipſas euertāt, tum ſeipſos perditum eant: quanta illum virtute nō ſuę tantum vnius, ſed & cæleſti præditū eſſe conuenit, cui ſorte obtigit, vt Chriſti ſponſam colat ornetque, ſi modo peccandi occaſionem vitare is velit.

Milites generoſiſſimi.

Quemadmodum in prælijs videmus generoſiſſimos quoſque milites alacriter manum cum hoſte conſerere, eoſdemque ſi ita res ferat, fortiter occūbere: Ita oportere puto animatos eſſe, qui ad miniſterij iſtius functionē ſe conferunt: videlicet & cōſecrari, & ſummoueri iuxtà parati ſint.

Quemadmodum ſæuientibus pugnantibuſque inter ſeſe aſperrimis ventis, derepente mare anteà quietum ac tranquillū furit, atq; intumeſcit, eoſq; omnes quos tum vela facere contigerit, perdit: Ita eccleſiæ tranquillitas, perditis hominibus admiſſis, turbulentia, ac naufragijs permultis infeſtatur.

Contumelia affectus.

Quemadmodum neſcio quo pacto fit, vt quem contumelia affeceris, is non ſentiat pecuniarum acceptarum ſubſidiū ob inflictam contumeliæ plagam: Sic quem blande atque humaniter appellaueris, quique idem donū aliquod vnà cum ſui conſolatione à te acceperit, exultat magnopere, ac lætatur, tum verò donum ipſum donantis vultus geſtuſque conduplicat.

Quemadmodum non ex æquo ſe res habet, ſi puella liberalis, an illius ancilla peccet: Sic paria inter ſe non ſunt virginis ac viduæ delicta.

Idem de Sacerdotio, Libro IIII.

QVamobrem enim fit, vt de militia, de mercatura, de agricultura, cæterarumque ad humanum victum pertinentium rerum ratione deliberatio mouenda cum ſit, neque agricola nauigationē, neque miles agriculturam, neque gubernator militiam ſuſcipiat, etiam ſi mortem illis millies commineris. Nempe proptereà illorum vnuſquiſque proſpicit fore, vt periculum ſibi ab imperitia artis incognitæ immineat. Itáne ſi diuis placet, vbi modicis in rebus periclitamur, tanta ipſi vtemur prouidentia, neque cogentium nos violentiæ parendū eſſe putabimus, vbi verò æternum illos induit ſupplicium, qui epiſcopatus adminiſtrationē iuſte pręſtare neſcierit, temere, atque vt caſus tulerit, in tātum nos conijciemus malum periculum, alienæ violentiæ cauſam opponentes?

Faber.

Si quem ipſi ſuſpicemur fabrum eſſe, ad opus vocemus, ſequaturque ipſe: deinde manus admouens materiæ ad ædificandum paratæ, ligna, item lapides auertet, opus autem ſic coagmentet, ſicque domum ædificet, vt ſtatim collapſura ea ſit: numquid ille ſe habunde hac defenſione tutatus eſt, ſi dixerit, ab alijs ſe coactum, non etiam vltrò ad ædificandum acceſſiſſe? Certè nequaquam, Idque iuſtè ac meritò: oportebat enim vel alijs ad id vocantibus pedem retrahere, ac tergiuerſari. Itáne verò qui ligna ac lapides ſubducit faber, huic prorſus nullus ſuffugij locus, quò minus pœnas pendat: Qui verò animas negligenter ædificans perdiderit: hiccine alienam vim, abundans ſibi ſuffugium præſidiumque putabit?

Athletica habitudo.

Si qui ſuum ipſorum corpus ad athleticam habitudinem cura adhibita componunt, neceſſarius eſt vſus & medicorum, & pædrotribarum, & temperatæ dietæ, & exercitationis aſſiduæ, & infinitæ adeo obſeruationis: Quibus ſorte obtigit Chriſti corpus hoc quod dico curandum, ij quibuſnam artibus conſeruare illud ſyncerum atque incolume poterunt, niſi omnifariam animæ curationem congruam, conuenientem, atque humana virtute longe ſuperiorem calluerint?

Ciuitas quamdiu muro vndique cincta eſt, eos irridet à quibus obſidetur, præſidio illo tutiſſima: vbi verò quis murum diruerit, ac portulæ tantùm magnitudinem, tum longe illi abeſt ſepti præſidium, etiamſi firmum alioqui, ac tutum illud maneat. Haud aliter igitur & Dei ciuitas, dum ipſam vndecunque pro muro paſtoris ſolertia atque prudentia cingit, aduerſarijs ſuæ omnes machinæ arteſque in opprobrium riſumque cedunt euaduntque, qui eam incolunt indemnes atque illæſi: ſi eam autem parte aliqua demoliri quis poſſit: vt vniuerſam non diruerit, à parte totum, vt ſic dicam, labefactatur.

Idem de Sacerdotio, Libro V.

Diuites

QVemadmodum quos diuites eſſe iuuat, ſi quādo in paupertatem inciderint, mœrore afficiuntur, & qui delicijs aſſueuere, tenuem ac ſimplicem victum tolerare nunquam poſſint: Ita qui laudum amore capti ſunt, non ſolū cum iniuſte vituperant, ſed etiam cum ab alijs aſſidue non laudantur, quaſi fame aliqua animum conficiunt.

Idem de Sacerdotio, Libro VI.

Optimus nauis gubernator

QVemadmodum qui intra portum ad gubernaculi regimen aſſidet, is non continuo ſufficiēs artis periculum præbet. At verò qui in medio mari collocatus, nauem ſæuiente tēpeſtate eripere potuit, hunc certe nemo eſt, qui non optimum gubernatorem eſſe dixerit. Proinde nec monachum ipſi magnopere ac ſupra modum admirabimur, quòd is apud ſe viuens neque commoueatur, neq; in multa ac magna peccata prolabatur.

Corporis vulnera.

Vt corporis vulnera attritu ipſo fiunt curatu difficilia: Sic natura comparatum videmus: vt animi morbi ſi irrites exaſpereſque, magis ac magis rebellent, atque incrudeſcant, dominorumq; ſuorum peccata augeant.

Quemad-

In caput præcipitati. Quemadmodum fieri videmus, vt qui fluctu rapiente aut alia vi,in caput præcipites feruntur,poſſint quidem interitus ſui finem proſpicere,at ſalutis rationem inire non item: Sic & ipſe ſi in multum illum morborum tumultum irruero, potero quidem ſupplicium meum intueri, in dies magis ac magis ingraueſcens: mihi autem conſtare, quemadmodum & mihi nunc conſto, ac morbos huiuſmodi vndecunque rabientes increpare, non perfacile atque antea.

Idem de orando Deum, Libro I.

Solis radij. QVemadmodum nullo pactò fieri poteſt,vt qui ſolis radijs fruitur non effugiat tenebras: Ita nulla ratione fieri poteſt,quin qui cū Deo conſuetudine agit,deſinit eſſe mortalis:ſiquidē ipſa dignitatis ſublimitas,nos ad immortalitatē träſfert. Etenim ſi qui cum Cæſare miſcēt ſermones, familiariterq; cum eo verſantur,& hoc honoris ab illo ſunt adepti,non poſſunt eſſe pauperes,multò minus fieri poteſt, vt qui Deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes, animas habeant mortales.

Quemadmodum enim corpus hoc noſtrum, ſi non adſit anima, profectò mortuum eſt ac fœtidū: Sic anima niſi ſeipſam incitet ad orandum, mortua eſt ac miſera,& grauiter olens.

Mulier mendica. Quemadmodum enim ſi quis mulierem mendicam, ſordidis pannis veſtiri ſolitam pòſt aureis veſtibus ornatam videret, nequaquam agniturus ſit mulierculam. Ita ſi quis eam ciuitatem prius nouiſſet mendicam, hoc eſt, vacuam omnibus theſauris ſpiritualibus, nimirum ignoraſſet quænam eſſet illa ciuitas, in qua tranſmutanda tantum valuiſſet deprecatio,vt & mores,& vitam reduceret.

Quemadmodum alij quidam reges incolumitatis ſuæ ſpem ponere conſueuerunt in militum peritia, & arte belli gerendi in ſagittarijs, in cataphractis, in equitibus: Ita magnus ille Dauid, ſanctis precibus mœnium vice ſuum cinxit exercitum, nequaquam reſpiciens imperatorum, tribunorum, ac centurionum ferociam, neque pecunias colligens,nec arma comparans, ſed orando diuinam armaturam è cælo deportans.

Idem de Precatione, Libro II.

Ciuitas muris cincta. QVemadmodum ciuitas quæ muris cincta non eſt, facilè venit in poteſtatem hoſtium, propterea quod prorſus abſit id quo fuerat hoſtiū incurſus arcendus. Sic & animam non munitam precibus,diabolus facilè in ſuam redigit ditionem nec multo negocio omni genere ſcelerum implet.

Cum rege colloquentes. Etenim quemadmodum qui cum rege colloquuti ſunt, ab hoc ſermones placidos honoremque ſunt conſequuti, non dignantur in contubernium venire mendicorū & abiectorum hominū. Ita qui cum Deo fabulatus eſt, eiq́ue ſua vota protulit, nequaquàm dignabitur mali & impij ſpiritus familiaritatem admittere. Nam verè profectò quiſquis voluptatibus ſeruit, cum dæmonibus habet familiaritatem,atque eorum inſaniam imitatus eſt. Sicut è diuerſo, qui temperans eſt, ac iuſtitiam exercet,cum angelis habet commercium, & illorum æmulatur dignitatem.

Idem in Geneſin, Homilia I.

Agricola. QVemadmodum agricola vbertim ſeminat, ſicubi viderit agrum repurgatum, & ab herbarum nocumentis liberum: Ita & concionator ſpirituale aruum videns, ſublatis ijs quæ impediunt, ſemen verbi Dei faciat.

Medicus. Valetudinarius. Sicut qui corporali morbo laborant, quamuis ſexcenties medicus remedia adferat,& valetudinarius medicinæ curam reſpuit,& medicus imponens A pharmacum, infirmus autem impatiens doloris illud reijciat, nulla inde vtilitate ſuſcepta: Ita nihil effecerit Eccleſiaſtes, niſi obtemperent auditores.

HOMILIA II.

Theſaurus. SIcut ex theſauro ſi quis vel paruum fructum capere valet, multas ſibi parat diuitias: Ita in ſacra ſcriptura etiam in breui dictione variam ſententiarum vim, & indicibiles diuitias inuenire licet. Eadem ſimilis eſt fonti largis & perennibus ſcaturienti fluentis. Hæc eſt ſpiritualium fontium & fluminum natura, quò quis plus vndæ ſumpſerit, hoc magis ſcaturiant.

HOMILIA IIII.

Aurifodinæ. SI qui in aurifodinis laborant, vbi quaſdam venas diuites conſpicati fuerint, à fodiendo non deſiſtunt, donec quæ obſtant amouerint, & in profundum deſcendentes copiam inde auri percepe-B rint: Multò magis nos non auri ramenta inquirentes, ſed inenarrabilem theſaurum inuenturos ſperantes, decet illum quotidie inueſtigare, & multis diuitijs ſpiritualibus in ſinum collectis, domum redeamus.

HOMILIA VI.

MEdici primùm imponunt cataplaſmata magis efficacia, & dein rupto vulnere, ea quæ leniunt: Sic & patres filios ſuos videntes incompoſitis moribus, prius verberibus corripiunt, deinde admonent & ſolantur. Ita & concionator poſt increpationem conſoletur auditores.

Artificū apparatꝰ. Sic meſſores falces acuunt, aream parant, boues nutriunt, &c. Sic ferè omnes artifices prius apparatum faciunt eorum, quæ rei gerendæ tempus exquirit, vt facilè conficiant peragenda: Sic & concionator. C

HOMILIA XII.

Infirmi. SIcut ad ſolis radios infirmi oculi non audent aſpicere: Ita virtutem malitia contueri non audebit vnquam, ſed dorſo obiecto diſcedet, victamque ſe fatebitur.

Thimiamata. Sicut thimiamata quantò magis digitis atterantur, tantò maiorem natura ſua fragrantiam reddunt: Ita in diuinis ſcripturis vſuuenit: quantò quis illis eſt familiarior: tantò magis videre poteſt latentem in eis theſaurum, pluresq́ue percipere indicibilium eius diuitiarum fructus.

HOMILIA XIII.

NEmo prudens arguerit medicum, qui ſuum egit officium: Ita concionator medicamentum ex ſpirituali doctrina confectum imponit: auditorum poſthac erit curam adhibere, vt emendentur. D

Pueri ſcholaſtici. Vt ſi quis puerum ſuum quotidie in ludum ire videns, & nihil lucri facientem, multo tempore impatienter ferret. Ita & concionator, auditores ſpirituales habens filios in ſchola Dei qua conueniunt, ſi non profecerint: Si autem magiſter pueri egiſſet quod ſui eſt officij, ignauia autem pueri eſſet cauſa omnium: nónne omnem culpam in puerum transferres?

Pretioſi lapides & gemmæ. Si ij qui pretioſos lapides & gemmas quærunt, in mari moleſtiam & laborem ferentes, quò deſideratis potiantur: Multò magis noſtrum fuerit animum intendere, vt qui in profundo latent, lapides pretioſos comprehendamus.

Homilia XIIII.

Eſuries.

SIcut eſurire, ſignum eſt bonæ valetudinis: Ita amare diuina eloquia, ſpiritualis ſanitatis indicium fuerit maximum.

Homilia XVI.

Flagriones & ingrati famuli.

SIcut flagriones,& ingrati quidem famuli, cum non poſſunt à domino ſuo occultari, huc & illuc in angulos domus currere ſolent, metu illorum conſcientia concutiente. Ita & hi nullum inuenientes effugium in ipſa domo, paradiſo inquam verſantur.

Homilia XX.

SI in ſcripturis ſæcularibus, quæ ab hominibus conficiuntur de rebus caducis, ſæpe tempore corrumpuntur, tempore aſſignato, vel vnam procœmij ſyllabam deeſſe, multum momenti fuerit.
B Quantò magis id in diuinis ſcripturis à Spiritu ſancto compoſitis inuenitur? Non enim eſt apiculus vel ſyllaba, in quo non ſit theſausus, modo intentamente omnia conſuleremus.

Theſaurorum effoſſores

Sicut qui ſenſibiles theſauros effodere conantur, non in ſuperficie ſolum fodiunt, ſed in profundum deſcendunt, penitiores terræ ſinus ſcrutantur, tametſi ſæpe poſt labores & ſudores vix paucas portiunculas afferunt. Non ſic in ſpiritualibus, ſed labor hic minor, & magna vbertas. Ita & nos ad ima ſcripturarum deſcendentes, vim in breuiculis verbis latentem inueſtigemus.

Homilia XXVI.

Gubernator.

SIcut gubernator aliquem imminentem clauum magna vigilantia arripiens, nauem ſuam ab irruentibus malitiæ procellis ſubmergi non eſt paſ-
C ſus: Ita hic ſanctus N. virtutis gubernaculum direxit.

Excelſa petra.

Sicut is qui ſuper excelſam petram ſtat, fluctus ridet, quos videt ad fluctus magno impetu rumpere,& protinus in ſpumam ſolui: Ita & ſanctus hic N. virtuti vacuus, in ſecuro conſtitutus loco, nihil inſuaue fert à rebus turbulentis, ſed tranquillus animo,& quietus ſedet.

Marini fluctus.

Quemadmodum marini fluctus videntur nunc quidem in altum extolli, mox autem deprimi: Ita & videmus qui virtutem contemnunt, & malitiam operantur, nunc quidem ſublimia ſapere, & ſupercilia ſurrigere, nunc verò ad profundum inferni deſcendere.

Homilia XXVII.

SIcut qui ſenſibilem curſum magna contentione peragit, nullum currentium videt, ſed animo ſuo ad curſum intento facilè omnia tranſit, feſti-
D nans ad deſtinatum ſcopum: Eodem modo hic N. ſanctus, virtutis curſu vt currat, feſtinat, & à terra in cælum ſcdire concupiſcit.

Fons largis fluens riuis.

Quemadmodum à fonte fluenti riuis, etiamſi omnes hauriant, non ſolum non eminuuntur fluēta, ſed quantò plures hauſerunt, tantò magis natura aquarum ſcaturit: Ita in N. fieri videmus. Multi de N. dixere, adhuc ſcaturigo bonorum operum eius eſt abundantior.

Homilia XXIX.

QVemadmodum naucleri, athletæ & curſores, vbi ad finem veniunt, magis enituntur & vigilant: Eodem modo & nos facere oportet, quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus Dei
A gratiā, nunc maximè & ieiunij curſus intendendus, ac magis continuandæ ſunt preces, faciendaque eſt diligentius pura peccatorum confeſſio.

Incurabilia vulnera.

Quemadmodum incurabilia vulnera, neque auſteris medicamentis cedunt: Ita anima ſemel captiua, ſi ſe peccato cuipiam fecerit obnoxiam, conſiderare non vult quæ ſibi vtilia, etiamſi innumera quis eius inculcet auribus, nihil proficiet, ſed quaſi mortuæ aures ſunt: non quia non poteſt, ſed quia non vult.

Homilia XXX.

Agricola

QVemadmodum ſi agricola craſſum & pinguē agrum inueniat, nihil ſui officij intermittit, ſulcos ſecat, aratrum ducit, ſentes excindit, largiter ſeminat, ſpe paſcitur, quotidie agri fertilitatem cōſiderans, ſementis geminę ſegetem & meſſem expectat: Ita & ſimiliter concionatores, cum viderint alacritatem auditorum increſcere, deſiderium vigere, & ipſi quoq; maiori ſtudio,& promptitudine, quantum vires ſuppetunt, in ædificationem auditorum,& gloriam Dei aliquid adferre debent.

Ægroti. Medici.

B Ægrotos ferunt medici, calcibus ferientes, inceſſentes contumelijs & conuitijs, nec offenduntur, quia nihil aliud quàm ſalutem hominis ægroti quærentes, licet facientis indecora, (quoniam ſæpe lacerant medicorum veſtes) nec ideò à cura deſiſtunt: Sic concionator licet mala perpetiatur ab auditoribus & cætera.

Homilia XXXI.

Medicorum officina. Nūdinæ.

EST Eccleſia Dei mercatus quidam ſpiritualis, medicorumque officina animabus: & par eſt, vt ſicut qui ad nundinas veniunt, inde multis mercibus conquæſitis, redeamus: vel quaſi è medici domo, receptis, quæ animabus noſtris congruent, medicamentis, exeamus.

Puelli ſcholaſtici.

C Sicut abſurdiſſimum eſt, ſi de puellis noſtris, quotidie à ſcholis redeuntibus, petentes, quid amplius diſcendo profecerint (non enim ſineremus eos fortuitò, & abſque vtilitate in ludum ire, niſi fructum inde conſequuturos eos videremus.) Quid nos, qui iuſtam ætatem habemus, in ſcholis ſpiritualibus ſumus, niſi nihil lucri ceperimus animarum?

Sicut medicus, infirmus videns ſuis mandatis non obtemperantem, ſed vacantem ijs quæ morbum faciunt incrudeſcere, ſæpenumerò infirmum relinquit in ſua ægritudine: Ita & N.

Pictores.

Quemadmodum pictores modò hos, modò illos colores, abraſis prioribus imponunt, facturi formoſam imaginem: Sic & concionator, nunc de cælo, gehenna, &c.

Sicut medici, qui non vno curationis modo vtuntur, ſed cum viderint primis remedijs non eſſe depreſſum morbum, alia, atque alia rurſus excogitant: Ita multis medendi generibus vtatur animarum medicus.

D

Homilia XXXVIII.

Ancilla petulans.

QVemadmodum aliquis ancillā habens petulantem vir prudens & lenis, mandata illi dat, ne vnquàm extra veſtibula prodeat, neque cum prætereuntibus conueniat: Ita & miſericors Deus circuncisionis ſignum carni Iudæorū indidit, quaſi pedibus vinculum quoddam, vt domeſticum habentes ſignum, non vltrà doctrina aliorum opus habeant.

Signum vice pignoris.

Et ſicut in humanis negocijs fieri ſolet, quādo non habemus aliquibus fidem, ab ipſis ſignum loco pignus accipimus: vbi perfectum eſt negociū, tollit iterum ſignum: Ita dominus noſter ſciens mentium inconſtantiam, quando ad veritatis lucem ventum eſt, tollit ſignum circumciſionis.

Homi-

Homilia XL.

Morbi ingraueſcentes.

SIcuti moris eſt medicorum, quamuis videant morbos eſſe grauiores, quàm vt arte curari poſſint, non omittunt tamen officium ſuum, ſed omnē ſuam artem proferunt, an forte poſſint ægrum vel longo tempore reparare, vt ſi tamen nil profecerint, maiorem habent excuſationem: Itidem concionator nil prætermittit quod ſui officij eſt, &c.

Homilia XLII.

Floridū pratum.

QVemadmodum floridum quoddam pratum varios & omnigenos flores oſtentat: Ita diuina ſcriptura iuſtorum virtutes nobis demonſtrat, non vt ſicut in illorum florum flagrantia tempore paruo fruamur, ſed vt perpetuam inde vtilitatem recipiamus. Illic manu tantum accipimus flores, & protinus marceſcentes ſuam gratiam amittūt: Hic autem non ſic: ſed quando auribus iuſtorum virtutes accipimus, & eas in ſinus mētis reponimus, per omne tempus, ſi voluerimus, eorum ſuaueolentia frui potuimus.

Legatus ſuſtinet perſonā legantis.

Vt in humanis rebus, quando regum diademate coronatus literas mittit, tunc is qui adfert eas, per ſe nullius momenti eſt, ſed humilis quidam, ſed ad illum non ſpectant, qui literas ſuſcepturi ſunt: ſed propter regis literas, magna reuerentia & ſilentio eas ſuſcipiunt: Sic etiam auditores non ad dicentem reſpiciunt, neque ad tenuitatem eius, ſed quià quæ dicit, à Deo affert, ea collecto animo & attento accipiunt.

Homilia XLIIII.

Conuiuarum ſatietas.

SIcut quum magna ſumptuoſaque fercula apponuntur, conuiuarum ſatietas facit, vt aliquid ſplendori decedat appoſitorum, & magna nōnunquam nullius videatur momenti, eò quòd conuiuæ abſque edendi auiditate aduenerunt.

Famelici & eſurientes.

Qui ſuſceperunt famelicos, & eſurientes, licet tamen proponant menſam ſplendidam, tamen apparebit conuiuis propter appoſita auidè comedentibus: Sic concionator N.

Homilia LIIII.

Iudæi.

IVdæi legi ſtudentes, quaſi candelæ aſſiſtentes, obſeruabant quæ legis ſunt: Sic & nos maiores his veniente ſole iuſtitiæ, relicta vmbra, ad veritatem Euangelij manuducamur.

Homilia LXI.

SIcut oriente ſole tenebræ diſcutiuntur: Ita virtute apparente, omnis è medio tollitur malitia.

Homilia LXII.

Margarita.

QVemadmodum ſi quis margaritam in luto conculcet, eius amplius demonſtrat pulchritudinem: Sic virtus ſanctorum, quocunq, eam proieceris, declarat ſuam virtutem, in ſeruitute, in carcere, in proſperitate.

Homilia LXIII.

Ebrietas.

SIcut ebrius quādo multum vini ingurgitat, nullum ſentit à vino damnum, poſteà autem ſentit quantum ſit damnum, Ita & peccatum, donec conſummatur, obtenebrat mentem, & quaſi denſa nubes, ita mentem corrumpit. Deinde conſcientia inſurgit, & quouis accuſatore mentem grauius arrodit, monſtrans abſurditatem facti.

Homilia LXXIII.

SIcut homo vbicunque fuerit, cæteris animantibus præſtat: Ita doctorem decet ſiue loquatur, ſiue ſileat, ſiue vbicunque locorum fuerit, omnibus alijs hominibus excellere, adeò vt aſpectu, inceſſu, habitu, & alijs, cæteris præſtantior videatur.

Eivsdem Item Alia.

Theatrū.

PRæclarum nobis theatrum obtigit, id eſt, magnificus concurſus. Video enim agrum pinguem decliuem, qui ſtatim ariſtam exhibet, non ſterilem terram, non petroſam, non ſpinoſam, ſed puram. Quia differtum nobis theatrum, mare poſitis vndis tranquillum, & ſedata tempeſtate quietum, & placidum, agè iam nauem detrahamus, veli loco expandentes linguam, pro zephyro, ſpiritus gratiam inuocantes, pro temone clauoque, cruce gubernatrice vtentes.

Medicus.

Quemadmodum ſapienter medici putrefacta membra ſecturi, non id agunt in angulo, ſed aperte, vt omnibus commendent curam ſalutis: hi etiā ſecant celeriter, ſectionis cruciatus ſenſum fallentes: Itidem concionator non protrahat rem culpabilem multis verbis.

Purpura.

Vt qui purpuram tingunt, prius alijs coloribus præparant tincturā, ne flos dilutus & euanidus fiat: Eodem modo prædicator præparat vas cordis mūdum, vt dignum fiat hoc Eccleſia.

Harmonia corporis.

Sicut corpus per neruos ſibijpſi cohæret, & cōpaginatum currit, & ſtat, firmum eſt, viuit: Si autem quis neruos amputet, omnem harmoniam corpori ſoluit: Ita animæ perſtantes in orando, firmæ ſunt, curſum pietatis facilè currunt. Si autem auferātur eis precationes, perinde eſt, ac ſi piſcem ex aqua traxeris: vt illi vita, aqua: Ita animæ preces.

Piſcis ex aqua.

Templa Chriſti homines ſunt. Vt auro, argēto, gemmis, domus regiæ extruuntur: Ita oratione tēpla Chriſti, vt inhabitet in cordibus veſtris.

Athleta.

Vt athleta à paleſtra ad coronam currit: Ita bonus ad orationem. Vt reginam ingredientem orbē, omnes diuitiæ comitantur: Ita oratio quæ in animā intrat, omnes virtutes ſibi ſociat.

Quod in domo fundamentum, hoc in anima oratio.

Hoc orationes ſanctorum hominum ſunt, quod venatori cuſpis vel gladius. Non tam terribiles lupis gladij, quam dæmonibus iuſtorum preces.

Arbores.

Vt arbores quæ radicem altius miſerint, quamuis ſummum ventorum excipiant impetum, non frangi aut euelli poſſunt: Sic orationes quas animus Deo ſuo reddiderit, perquàm tutè affixæ, efferunt ſeſe in excelſum, nulloque peruertuntur aggreſſu cogitationum.

Hymber.

Sicut hymber in ignem cadens, facilè flammas deprimit: Ita concupiſcentias facilè vaneſcere facit ſermo Dei in animam admiſſus.

Infirmitates corporum medicorum artes ſanāt: Animam autem ægrotantem eloquia Dei.

Victores.

In alijs certaminibus laureas referunt qui victores redeunt: At in diſputationibus diuinis ſolis debetur corona, qui ſe rei magnitudine victos ingenuè fatentur.

Lanæ.

Vt lanas, quæ ſubinde in tincturas immergūtur, crebra tinctio profundius operationē recipere facit: Ita opus eſt, vt animæ noſtræ continuò in diuinos ſermones intingantur, vt abluamur quidem à veteri opprobrio, induamur autem nouā pulchritudinem. Lanæ cū intinguntur, nomen naturæ ſuæ amittunt: nō vltrà vocatur lana, ſed purpura, praſinum, coccinum, vel ſimile aliquid. Si tinctio naturę nomen transformat, cur Dei natura non hominē?

Tinctio.

Vt is qui pictura imaginem portauit poſt tinctionem, fulgidam portat & cæleſtem.

Sicut corpus capite, arbor radice, flumen fonte indiget: Ita ſermo procemijs.

Nautæ.

Sicut nautæ hanc potiſſimùm maris amplectūtur partem, ob frequentes refocillationes: Sic ego hāc anni partem præcipuè amo. Non quod liberati ſumus hyeme, ne quòd æſtate perfruamur afflante Zephyro: ſed quia crebri nos excipiunt ſpiritualis portus feſti ſanctorum dies. Non enim portus tam idonei ſunt ad refocillandos nautas, quàm recreātur fideles ſanctorum memorijs.

Nautæ.

Nautas liberant littora ab inūdatione aquarum, multoque impetu marinorum fluctuum: Sāctorum autem memoria fideles ad veſtrorum feſta cōfluentes, à malignis ſpiritibus, immūdis cogitatibus magna animarum reddantur tranquillitate.

Nautæ cātantes.

Sicut nautæ nauigantes pelagus, cantant, cantu laborem mulcentes: Sic & nos donec ad illorum portum veniamus, ſpirituales quoſdam inter nos conferamus ſermones.

Mare portu carens.

Nautæ eam maris partem amant, quæ frequentibus inſulis, & portubus diuiſa eſt. Mare portu carens, licet placidum, nauigantibus timorem incutit. Vbi autem portus littora obuia fuerint, ſecuri nauigant, licet mare tempeſtatibus ſæuiat, facile ab ijs liberari poſſunt, non longè abſente refugio.

Qui ægrum vult reſtituere, non agit ira & verberibus, ſed magis aptat pharmaca, magiſque curat blanda exhortatione.

Pulli hyrundinū.

Hyrundinum pulli in nidulis ſedentes, parētum ſuorum qui ſibi alimenta adferunt, aduētum expectant: & cum illos venire cōſpexerint, leui ala mouent aërem, cantillātes, & ad illorū aduentum applaudentes: Sic & parentes nidulo appropinquātes cauillant: Similiter & vos in nidulo tēpli huius ſedentes, meum aduentū expectantes, leui mentis ala volatis. Nec ego diſſimiliter ſpirituali huic nido appropriaturus, Deum voce præmiſſa glorifico pro filijs me amantibus. Hyrundines alimenta ſua ab ore in os tradunt: Mens noſtra non ſic, ſed ab aure in aurem. Illæ corpus, nos animā: illæ corruptionē, nos incorruptionem.

Apes.

Vt apiculę leuibus pennis arborum & herbarum floribus inſident, latentemq; in floſculis liquorculū innocua deprædatione auehunt, vt tandem dulciſſimos mellis fauos inde cōfectos hominibus præſtent: Ita & Eccleſiæ doctores ſuper amœna, vernantiaq; ſcripturarum viridaria leui ala mentis reſidentes, & in ſitum literæ, ſuccum ſpiritus haurientes, ſoliciti ſunt, vt dulciſſimū mel fidei auditorum cordibus placidè inſtillent. Agè & nos apiculæ mores imitemur ſpiritus ſolis iuſtitiæ radijs feruido in florulentū Pſalmodiæ pratum prouolantes.

Iubar.

Sicut fulgidam illam lucem, & fulguroſum iubar ſæpenumerò ſuperuenientes tenebræ obtegunt. Ita intellectum noſtrum quaſi in meridie fulgentem, & perſpicuum, inconſiderantia obrepens tenebroſum reddit.

Sicut membrum apud ſeipſum cibos reſeruans vicino non communicans, ſeipſum offendit, & reliquum corpus corrumpit.

Quemadmodum ſol lucem præbet corpori. Sic animæ lumen eſt precatio.

Cæcus.

Sicut cæco damnoſum eſt non intueri ſolem: Sic eſt & multò grauius damnum Chriſtiano homini non aſſiduè deprecari.

Nauis Domus.

Non ſecus ac nauem, & domum ea quæ ſubſtrata ſunt validam reddunt, ac ne ſoluantur continent: Ita noſtram vitam orandi ſtudium continet, & vndique firmam reddit, adeò vt abſque hoc nihil boni contingat ad ſalutem conducens.

Arbores.

Sicut arbores non valent fructus producere, niſi bibant humorem radicibus: Sic nec nos pietatis fructibus poterimus eſſe grauidi, niſi precibus irrigemur.

Prędones.

Quemadmodum prædones, & facinoroſi conſpicientes gladium militis in caput ſuum vibrari, reſiliunt: Sic maligni ſpiritus conſpicientes communitos deprecatione, ilico reſiliunt.

Aſſiſtens regi.

Vt quum aſſiſtens terreno regi, omnibus modis molitur, vt plurimam erga illum reuerentiam exhibeat, non ſolùm ſpecie capitis, ſed totius corporis compoſitione, quo per hoc maiorem erga eum illius beneuolentiam conciliet: Sic nos in oratione vndiquaque compoſiti, præſertim intus.

Si hic qui loquitur cum terreno rege, de his tantum mentionem facit, quæ voluerit libenter audire Dominus, multò magis coram omnium Domino de ſalute animæ poſtulandum, &c.

Timiama.

Sicut timiama bene confectum delectat hominē odorantem: Ita oratio iuſti ſuauis ante Dominum.

Quod venatori cuſpis vel gladius, hoc preces homini afflicto: non tam lupis terribiles gladij, quā dæmonibus preces iuſtorū. Hominum quos valde exulcerauimus, iræ quieſcunt, ſi diluculo, meridie, veſperi, apud eos comparemus, & cum eis humili & continua cōſuetudine cōuerſemur: magis multò apud Deum ſi frequens fueris in oratione, licet indignus, dignus tamen eris diutina familiaritate.

Sicut qui viſibili, corruptibili, temporali regi aſſiſtunt, tanquam ſint immobiles, territi, nō oculos huc illucque mittentes, ſed demiſſi: Sic aſſiſtere regi cælorum oportet.

Concha. Margaritum.

Vt in viliſſima concha precioſum latet margaritum: Sub friuola ſiliqua nobile tegitur granum: Sub arida minutaque tunicula, tam miranda ſeminis vis latet: Ita in verbis (vt apparet) ſyllabæ, in ſyllabis & litterarum apices, ingenia diuina ſapiētiæ myſteria condita ſunt. In his inuolucris tegere voluit Deus ſapientiam.

Vt gratius eſt pomum quod tuis manibus ex ipſa decerpſeris arbore: Vt dulcior aqua, quā ex ipſa vena ſubſcatentem hauſeris: Vt iucundius vinum quod ex eo deprompſeris dolio, in quo primùm fuerat conditum: Ita diuinæ literæ, neſcio quid habent natiuæ fragrantiæ, neſcio quid ſpirant ſuum ac genuinum, ſi eo ſermone legantur quo ſcripſerunt ij, qui partim è ſacro hauſerunt ore, partem eiuſdem afflati ſpiritu nobis tradiderunt.

Cæcus.

Sicut oculis captus ab omnibus offendi poteſt facilè: Ita ſuperbus quoque Dominum neſciens, etiam ab hominibus facile capi poteſt, vtpote lumine orbatus.

Medici.

Medici languentes inuiſentes, morborum origines inueſtigant ante morbos, vt à ſummo curare incipiant.

Idem in Matthaeum, in caput I. Homilia I.

SIcut egredientibus Iſrahelitis de Ægypto, exterminata eſt Ægyptus: Sic & ſancti quū de iſto mundo defecerint, caſurus eſt iſte mundus.

Vnguentum.

Sicut vnguentum & in hyeme floridum eſt, & boni odoris, & homines ſuo odore delectat, atque impinguat, quum ex eo vncti fuerint: Sic & iuſtus & in hyeme tentationis immarceſſibilis eſt, & manet fidelis.

Mare.

Sicut mare ſi littora ſua ſupergreſſum fuerit: Ita & homo ſi tranſgreſſus fuerit licentiam maritalem.

Si medicus, qui nullam poteſtatem habet ſalutis humanæ, propter ſolam confectionem herbarum, non erubeſcit medici nomen ſibi imponere: quantò dignius iſte vocatus eſt Saluator, per quem totus mundus ſaluatus eſt?

Homilia II. In caput II.

Cacumē arborum.

SIcut cacumen arborum in excelſo poſitarum, etiamſi leuis aura flauerit, mouetur: Sic & ſublimes homines in culmine dignitatis exiſtentes, etiā leuis nuntij fama conturbat. Humiles autem ſicut in conualle plerunque in tranquillitate cōſiſtunt.

Venti. Quemadmodum certantibus ventis mare concutitur: Sic regibus aduerſantibus ſibi populus regni vexatur.

Oleum. Quemadmodum ſi quis infundat oleum ſuper ignem ardentem, magis creſcit incendium: Sic ardentem zelum Herodis, deluſionis opprobrium amplius excitauit.

Suſpicax rex. Rex quicquid aduerſus regnum ſuum putauerit, totum verum æſtimat. Animus eius ſemper ſuſpectus eſt, regni zelo repletus. Dum omnia timet, omnia ſuſpicatur, facilè credit, quicquid fuerit ſuſpicatus. Sicut vir ſi zelet vxorem, aut vxor virum, omnem auditionem turpem credit de illo, etſi non ſit auditio digna, & idonea, vt credatur, tamen fidem auditionis zelus commendat.

Homilia III. in caput III.

Sol exoriens. SOl appropinquans ad proceſſum, antequàm appareat mittit radios ſuos, & facit albeſcere orientem, vt procedens aurora diei aduentum demonſtret. Sic Dominus natus in mundo, antequàm appareat, ſpiritus ſui fulgore trãſmiſſo illuminauit Ioannẽ, vt præcedẽs ille, aduentũ Saluatoris annũtiet, ne fortè ſubitò veniẽs & dicẽs ſe eſſe filiũ Dei, propter ipſam magnã atque terribilẽ iudicationem rei ipſius magis ſe incredibiliorem oſtenderet.

Indulgentia. Solent reges nato ſibi filio indulgentiã in regno ſuo donare, ſed antè tranſmittunt acerbiſſimos exactores, qui omne quod inuenerint, exigant, ita vt indulgentia ipſa crudelior eſſe videatur quàm ipſa exactio, vt nihil indulgentiæ habeat præter nomẽ, vt lugentes illam homines, & nudi ſuſpiciãt. Deus autem & nato ſibi filio, volens donare in ſæculo indulgentiam peccatorum, præmiſit quaſi exactorem Ioannem exigentem, & dicentem: Facite fructus dignos pœnitentiæ.

Quemadmodum magnum iudicem, aut regem aliquem in expeditione venturum, præparatores præcedunt, ſordida abluunt, diruta componunt, ne forte indecorum aliquid videns rex delicatus abhorreat: Sic & Domino noſtro ad peregrina loca huius ſæculi venturi: præceſſit Ioannes, qui ab humanis cordibus pœnitentiæ ſcopis peccatorum ſordes eijceret. *Rex delicatus.*

Artificiũ Sicut omne artificium corporea viſitatione ſeruatur, & additur: Sic & gratia omnis per exercitationem additur, & per deſidiam minoratur.

Alba veſtis. Nix. Quemadmodum ſi videris albam veſtem, dicis, ſatis candida veſtis eſt ſi vere poſueris eam iuxta niuem, incipit tibi ſordida apparere, & ſi verè ſordida non eſt, tamen quoniam ad ſimilitudinẽ niuis ſordida inuenitur: Sic quãtum ad comparationem Ioannis omnis homo videbatur immundus.

Sicut artifex medicus, ſi viderit ægrotantis colorem, intelligit ſpeciem paſſionis ipſius: Sic & Ioannes mox vt vidit phariſæos venientes ad ſe, intellexit cogitationes eorum prauas.

Pone Ioãnem medicum eſſe, verbũ autem ipſius quaſi ferrum medicinale, quo repletæ peccatis cõſcientiæ præciduntur, confeſſionẽ puta eſſe impuritatis & ſpurcitiæ, quæ intus erat incluſa, baptiſmum eſſe lotionẽ ſordiũ egreſſurã, nunquid facta digeſtione impuritatis iam ſtatim ſanus factus eſt?

Lapis. Lapis quidem durus eſt ad opus, ſed quum factũ fuerit opus ex eo, deficere neſcit: Sic & gentes cum difficultate quidem crediderunt, tamen credentes permanent in æternum in fine.

Focus. Quemadmodum ſi focum poſueris ſuper terrã, comburit ipſas radices herbarũ, & vt in loco illo iã non facilè naſcatur herba: Sic & tentationis ignis poſitus ſuper carnem, comburit radices concupiſcentiarum in ea, vt non facilè concupiſcat.

Sicut paterfamiliãs mittens meſſores, metit feſtucas de agro, & comportat eas in aream, vt illic trituret & ventilet, & diſcernat triticum à paleis. Sic & Dominus mittens Apoſtolos, cæteroſque doctores, quaſi meſſores præcidit omnes gentes de mundo, & in aream Eccleſiæ congregat.

Granum tritici. Sicut granum tritici incluſum in palea, foras nõ egreditur, niſi fuerit trituratum: Sic & homo de impedimentis mundialibus, & de rebus carnalibus quaſi in palea inuolutus, difficilè egreditur, niſi fuerit aliqua tribulatione vexatus.

Granum plenum & inane. Sicut plenum granũ mox vt leuiter percuſſum fuerit, de palea ſua exilit foras: ſi autẽ ſubtile fuerit, tardius egreditur, ſi vacuũ, egreditur nunquam: ſed illic cõteritur palea ſua, & ita cũ paleis foras iactatur: Sic omnes homines in rebus carnalibus delectantur, ſicut grana in palea. Sed qui fidelis eſt, & boni cordis habet medelã, mox vt leuiter tribulatus fuerit, negligens quæ ſunt carnalia, currit ad Deum. Si autem modicè infidelior fuerit, cũ grandi tribulatione vix recedit, & vadit ad Deum. Qui autẽ infidelis eſt, & vacuus quantumuis cõtritus fuerit, ſicut granum vacuum de palea non egreditur. Sic nec ille de carnalibus rebus & impedimentis mũdialibus vnquam egreditur, nec tranſit ad Deum, ſed illic in malis conſtitutus conteritur, vt cum infidelibus quaſi cum paleis foras proijciatur.

Triticũ. Sicut triticum primũ quidem trituratur, & quũ trituratum fuerit, in vno loco iacet cum paleis cõfuſum, poſteà autẽ ventilatur, vt quæ fuerant iam diſiuncta corporibus, ſeparentur & locis. Sic & populus in eccleſia, aut moribus conteritur carnaliũ, animam ſemper vrgentiũ, aut caſtigationibus corporalibus quaſi virgis quibuſdam, aut cõculcationibus iniquorum & ſuperborum, quaſi calcibus irrationabilium iumentorum, vt diſiungantur fideles ab infidelibus per diuerſas contritionum ſpecies.

Nunquid tu potes, quum ſit meſſis tua in agro, triticum à paleis ſeparare? Et ſi tentaueris, nec paleas à tritico ſeparas, & triticum ſimiliter cum paleis perdis: Sic non poterat fieri, vt Deus de Iudæis, aut Gentibus iam electos ſine tentatione diſcerneret, & vocaret.

Palma Athleta. Si palma poſita non ſit in ſtadio, athletam nolentem luctari, culpare non potes quaſi infirmum: Incertum enim eſt, vtrum ideò luctari non velit, quia infirmus eſt, aut quia non videt propoſitam palmã. Quòd ſi palmam viderit, & luctari noluerit, tũc eſt manifeſtum, quia propter deſidiam ſuam noluerit luctari: Sic & Gẽtilis qui reſurrectionis præmia neſcit, nec futurum eſſe iudicium credit, non poteſt cognoſci, vtrum ideò non faciat iuſtitiam quia non amat iuſtitiã, aut quia nullã mercedẽ ſperet de ea: Si vero factus fuerit Chriſtianus, & cognouerit futurum eſſe iudiciũ, tunc peccans manifeſtum eſt, ideò peccare, quia non amat, quod eſt bonum.

Triticũ. Paleæ. Nunquid tu reprehenderis, quando à tritico paleas ſeparas, & ita recondis: Nec enim ratio eſt, vt cum tritico reponas & paleas, quia nec ſunt neceſſariæ tibi ad vſum. Et quomodo Deum culpemus, qui à fidelibus ſeparat infideles, qui non proficiunt ad gloriam eius?

Maſſa tritici. Paleæ. Sicut quando permodica aura eſt, non permundatur tota tritici maſſa, ſed leuiores quædam paleæ modica aura iactantur, grauiores autem remanent, ſimiliter remanent & vacua grana. Neceſſe eſt ergo, vt maior expectetur ventus, vt & grauiores paleæ, & vacua grana iactentur: Sic & quando modica eſt tentatio, illi proijciuntur de Eccleſia, qui multum ſunt infideles. Ideò neceſſaria eſt tentatio maior, vt omnes infideles plenius expellãtur, vt perpurgetur Eccleſia.

Homilia IIII. in caput IIII.

Lucifer. SIcut quum præceſſerit Lucifer, lux nõ expectat occaſum Luciferi, vt ita procedat ſed adhuc eo aſcendẽte egreditur, & ſuo lumine obſcurat illius candorẽ: Sic & Ioanne prædicante ante Chriſtum,

Chriſtus non expectauit, vt curſum ſuum Ioannes impleret,& ſic ipſe veniret ad medium, ſed eo adhuc docente apparuit, vt per comparationem doctrinæ ſuæ, vel operis prædicationem Ioannis,faceret non videri iuſtitiam.

Diues. Pauper.

Quid diues à paupere diuitias quærit? Magis autè pauper à diuite diuitias quęrit? Omne bonũ de cælo deſcendit in terrã,nõ de terra aſcẽdit in cælũ

Sicut dux contra tyrannum deputatus ad bellum, mox vt ſignum expeditionis & profectionis acceperit,feſtinat exire.ſciẽs, quia tarditas eſt proditio prouinciæ. Nam tyrannus ſciens aduerſus ſe principẽ deputatum,& ſi leuius acturus fuerat,crudelius agit:Sic & Chriſtus,ex quo baptiſmatis ſignum accepit, feſtinabat accipere ſpiritum ſanctum,quaſi arma cæleſtia, & exire: ſciens quia tarditas eius interitus erat mundi: Nam diabolus audito,quod filius Dei deſcenderat in hunc mũdum, aduerſus ipſum vehementer feſtinabat omnium hominum corda in peccatis,& infidelitate concludere putans ſe tantum poſſe perdere, quantùm poſſet Chriſtus ſaluare.

Beneficiũ ambiens.

Si quærat homo ab imperatore aliquod beneficium dignitatis, & ipſe non habet tantummodo fiduciam petendi,neq; amicitiam impetrandi, vadit ad fratrẽ imperatoris,aut ad amicũ chariſſimum,vt intercedat ad illũ.Sic dicit illi imperator.Ecce ego hoc beneficiũ non illi do, ſed tibi,hoc eſt, propter te illi do.Nam non illi donatur, cui datur, ſed illi propter quẽ datur:Sic & hic dicit,vt aperti ſunt,id eſt, propter Chriſtum nobis cæli ſunt aperti.

Cæli aperti.

Sicut in cælo celatur Deus, ſic in ſcripturis abſconditur Et ſicut hoc cælum corporale omnes homines vident,non autem aſpiciunt Deum inhabitantem in eo;Sic & ſcripturas diuinas omnes quidem homines legunt,non tamen omnes intelligũt Deum veritatis poſitum in ſcripturis,niſi qui fuerit ſic baptizatus, vt accipiat Spiritum ſanctum.

Homilia V. in caput IIII.

QVemadmodum ſi magiſter militum videat dominantem tyrannum,& det conſilium regi,dicens: Exi obuiam illi,qui totã perit prouincia: nam fortior eſt tua fama,quàm mea virtus.Et ecce rex à magiſtro militum ducitur, & tamen non eſt minor eo qui ducit. Ita Ieſus ductus eſt à ſpiritu in deſertum,&c.

Sicut aurum & argentum combuſtum in fornace ſordibus colatur: Sic homo in fornace tentationis miſſus,depoſitis peccatis ſanctificatur.

Vt athleta ante certamen vngitur, vt luctetur: Sic & homo ſpiritualiter ideo oleo chryſmatis inũgitur, vt contra diabolum quaſi ſpiritualis athleta luctetur.

Quemadmodum ſi laterem aqua laues, numquã mundetur,ſed potius commoto luto, amplius ſordidetur: Ita fieri non poteſt, vt depoſitis ſordibus emundetur, qui totus eſt ſordidus.

Malus. Bonus.

Sicut difficile aliquem ſuſpicatur malum,qui ipſe eſt bonus: Ita difficile aliquem ſuſpicatur bonum,qui ipſe eſt malus.

Stellæ aſpectus.

Si nautæ vnam ſtellam aſpicientes, non dicam ad vnam quamque prouinciam,vel inſulam,ſed ad vnamquamq; ciuitatem,& ad ſingula loca quæ petunt,ſine aliquo errore, aut deuagatione dirigunt curſum; Quantò magis diabolus,qui princeps aeris conſtitutus, totam terram non ſolum ſciebat, ſed etiam videbat, poterat Chriſto ergo ſingula loca digito demonſtrare,& vniuſcuiuſque regni honores & ſtatum verbis exponere?

Homilia VI. In caput IIII.

Beſtia natura ferociens.

SIcut beſtia,quamuis ſit naturaliter ſæua,tamen ſi excitata non fuerit, non ſe facilè ſuper hominem iactat: Si autem homine occiſo, vel aliqua beſtia,ſanguinis acceperit guſtum,iam ſi viderit hominem, ſine mora aliqua irruit ſuper eum: Sic & Herodes,etſi propoſito erat iniquus, tamen poſtquàm propter correptionem adulterij eſt exaſperatus,opus peſſimum auſus eſt facere, & Ioannem recludere in carcerem, ſeipſo iniquior,& audacior quidem fuerat ſemetipſi factus, cum omnibus Iudæis in mortem Ioannis conſentientibus.

Agnitio Dei & Chriſti.

Sicut qui viuunt in agnitione Dei & Chriſti, quamuis agnitio ipſa ſit vita, tamen donec ſunt in ſæculo iſto,non ſunt in vera vita, ſed in vmbra vitę,quoniam per fidem ambulãt & non per ſpeciem & per ſpeculum in ænigmate vidẽt,nõ facie ad faciem; Sic qui in erroribus idolorum viuunt, licet ipſe error ſit mors,tamẽ nondũ ſunt in vera morte,ſed in vmbra mortis,donec in iſto ſeculo ſunt.

Lux ſimul vnà cũ lucifero oriens

Quemadmodum ſi in vno tempore lux cum lucifero oriatur, gratiam luciferi celat: Ita ſi viuo Ioanne prædicare cæpiſſet Chriſtus, ſine dubio vilem feciſſet Ioannem & inuenta fuiſſet prædicatio eius ſuperflua, quantum ad iſtius doctrinam.

Homilia VII. in caput III.

Gemmæ pretioſæ.

SIcut artifex ſi viderit gemmas pretioſas, & non dolatas,eligit illas,non quòd ſint,ſed quod fieri poſſint:habens enim ſcientiam artis,bonum incõpoſitum non contemnit:Sic & dominus videns Apoſtolos,non opera eorum elegit,ſed corda, nec quaſi Apoſtolos elegit eos,ſed quia Apoſtoli poterant fieri.

Sicut qui retia iactat in aquam, neſcit quos piſces comprehenſurus eſt,ſed quos Deus tranſmiſerit,illi intrant in retia.Sed & doctor quando diuini ſermonis retia ſuper populũ iactat, neſcit qui ſunt acceſſuri ad Deum,ſed quoſcumque Deus excitauerit,illi adhærent doctrinæ.

Piſces.

Sicut piſces fortiores ſemper deuorant infirmiores: Ita diabolus cum delectatione compellit homines in mala opera,vt alterutrum ſe comedant.

Quomodo inter cælum& terram aer medius cõſtitutus ſeparat creaturam vtranque vt oſtendat quia inter cæleſtia & terrena nulla poteſt eſſe commixtio:Ita nec inter ſpiritualia & carnalia, vlla eſſe coniunctio poteſt.

Corporale ædificium.

Sicut in corporali ædificio lapis ad lapidem cemento mediante conſtringitur: Sic in ædificio Eccleſiæ Chriſtianus ad Chriſtianum mediante charitate connectitur.

Homilia VIII. in caput IIII.

Rex pugnaturus.

OMnis rex pugnaturus contra aduerſarium regem,prius congregat exercitũ,& ſic vadit ad pugnam:Sic & dominus contra diabolum pugnaturus,prius congregauit Apoſtolos & ſic cœpit per totam Galilæam prædicare.

Coactus exercitus

Rex quidem terrenus congregat exercitum, vt illorum laboribus ipſe gloriam conſequatur:Chriſtus verò congregauit Apoſtolos, non vt illorum laboribus ipſe gloriam conſequatur,ſed vt ſuo labore ipſis victoriam præſtet.

Paterfamiliàs.

Quemadmodum paterfamiliàs ſtudioſus, ſic in domo ſua,quid vnuſquiſq; neceſſariũ habet:Ita & ſacerdos ſingulorũ mores & actus,& conuerſationẽ debet diſcere:vt quale quibuſque medicamentum neceſſariũ fuerit,ſubminiſtret,cui cõſolatio; conſolationem,cui increpatio,increpationem.

Infirmus

Sicut infirmus, qui ipſe venit ad medicum, ex parte iam ſanus eſt: Sic & ipſe peccator, qui venit ad ſacerdotem, & doctrinæ aut pœnitentiæ medicinam quærit,ex parte iam iuſtus eſt.

Sicut gladius carnes præcidit:Sic & ſermo diuinus concupiſcentias carnales.

Sicut

Sicut medicina languenti corpori: Sic verbum Dei prodeſt animæ ægrotanti.

Nouitius medicus oſtẽtator

Sicut nouitius medicus intrans in ciuitatem, & volens oſtentationem dare artificij ſui, omnes venientes ad ſe curat, & non tantùm curat de mercede accipienda, quàm de opinione ſua commendanda: Quum autem manifeſtè fuerit fama eius bona, tunc ſecundum laborem ſuum incipit exigere & mercedem: Sic & Dominus incipiens prædicare, non ſecundum iudiciũ quoſdam, ſed omnes indifferenter ſanabat. Poſtquam verò omnis Iudæa cognouit, beneficia ſanitatũ digno pretio fidei venundabat.

Homilia X. in caput V.

Artifex, Carpentarius, Agricola

OMnis artifex ſecundum profeſſionem ſuam opportunitatem operis videns, gaudet. Carpentarius, ſi viderit arborem bonam, concupiſcit præſcindere eam ad opus artificij ſui: Agricola ſi viderit terram pinguem, deſiderat eam arare. Et quid dico de rationabilibus hominibus? ipſe irrationalis

Equus.

equus de ſtabulo exiliens, ſi viderit campos patentes, rapit frenum, & excitatur ad curſum: Sic & Dominus videns magnam congregationem populi, excitatus eſt ad docendum: Sic & omnis ſacerdos, ſi viderit eccleſiam plenam, gaudet animus eius, & delectatur vt doceat.

Sicut zizaniæ nunquam ſunt minus in agro: Sic non ſunt minus irritatores in mundo.

Sicut ignis de modica ſcintilla magnum conflat incendium: Ita & ſermo malus de leui occaſione magnam ſuccendit inimicitiam.

Si miles periculũ belli ſuſtinet, dũ ſperat victoriæ prædam. Quantò magis vos opprobria mundi non debetis timere, qui regni cæleſtis præmium expectatis?

Homilia X. In caput V.

Oculus.

SIcut oculus, quantò mũdior fuerit, tantò lõgius videt: Sic & anima, quãtò mundior fuerit à ſolicitudine mũdiali, tãto amplius Deo proximior eſt.

Turres.

Sicut de turribus iacula contra omnes hoſtes iactantur: Sic de Propheticis libris contra vanas gentilium fabulas, & contra inſanas hæreticorũ diſputationes, ſalutaria veritatis proponuntur exempla.

Sicut in modio ſi volueris reponere, neceſſe eſt: vt cadat deorſum ad inferiora eius, & tenebroſa, Sic homini carnali, & mundiali, & vacuo, ſi dixeris quod eſt Dei, non illud tenet in ſuperiore parte mentis ſuæ, aut cordis, nec portat illud in ore, ſed confeſtim cadet de mente eius, & condet deorſum in terrena, & tenebroſa, vt nec illi proſit, nec alijs.

Vir ſapiens verbum ſuum, quod dixerit, non relinquit vacuum, & quomodo verba diuina ſine exitu vacua poterunt remanere?

Homilia XI. in caput V.

Aut bonum aut malum,

QVicquid non eſt lumen, tenebra eſt: Sic & quicquid bonum non eſt, malum eſt.

Homilia XII. in caput V.

QVi facit conſuetudinem frequẽter manu ſua percutere, neceſſe eſt, vt aliquando & iniuſtè percutiat: Sic qui facit conſuetudinem iurare in rebus idoneis, frequenter & in rebus ſuperfluis etiam nolens, conſuetudine trahente, periurat.

Nunquid in ignem portat, vnde conflatur incẽdium, alienus eſt ab illo incendio? Aut qui gladium porrigit, vnde homicidium committitur, nónne eſt ſocius homicidij illius? Sic & qui occaſionem periurij præſtat, collega fit periurij eius.

Quemadmodum ſi ignem cum igne coniungas maior flamma ſuccenditur? Ita iracundia per iracundiam non compeſcitur, ſed amplius irritatur.

Ioſeph caſtitas.

Sicut Ioſeph dimiſit pallium in manu meretricis, & fugit cum meliore pallio caſtitatis: Ita & tu proijce pallium in manus calumniatoris, & fuge cum meliore velamento iuſtitiæ, ne forte dum vis vendicare veſtem corporis, pretioſiſſimum animæ veſtimentum perdas.

Vlmus.

Sic vlmus infructuoſa dat humorem viti, vt vitis pro ſe, & pro vlmo proferat fructum: Ita tuæ res proficiant ad pauperis ſuſtentationem in hoc ſæculo, vt & illius ſanctitas proficiat ad tuam ſuſtentationem in illo.

Aſpidis ictus.

Sicut qui ab aſpide percutitur, quaſi delectatus vadit in ſomnum, & ſic per ſuauitatem ſoporis moritur: Sic & qui accipit ſub vſuris, pro tẽpore delectatur, quaſi qui beneficiũ accipit, & ſic per ſuauitatẽ beneficij nõ ſentit, quomodo captiuus efficitur.

Aſpidis venenum

Sicut venenũ aſpidis latenter per omnia mẽbra diſcurrit, & corrumpit: Sic vſura per totas facultates eius diſcurrit, & conuertit eas in debitum.

Fermentum.

Sicut fermentum modicum, quod mittitur in multam farinã, totam conſperſionem corrũpit, & trahit illam, & facit illam totã fermentũ: Sic quum vſura in domum alicuius intrauerit, totam ſubſtantiam eius ad ſe trahit, & conuertit in debitum.

Homilia XIII. in caput V.

Corporis motus

QVando quis corporalibus quidem moribus excitatur, voluntas autem illius non inclinatur, vt faciat opus, quod facere inſtigatur, ſed ſtabili propoſito continentiæ, & ratione iuſtitiæ irrationabiles motus corporis frangit: & ſi corpore cõcupiſcit, anima eius non concupiuit: ſi autẽ conſenſerit explere quod cogitat, tunc verè dicitur animo cõcupiſcere: Sic & caro inimicum ſuum diligere non poteſt, quemadmodum nec poſſibile, vt iniuriam non ſentiat ſibi illatam. Anima autem inimicum diligere poteſt, quia dilectio, vel odium carnis in ſenſu eſt, animæ autem in intellectu.

Filij carnales.

Filij carnales ſimulantur carnalibus patribus in facie, aut in loquela, aut in riſu, aut in aliquo corporis ſigno: Filij autem ſpirituales in ſanctitate.

Filij quidem carnales etſi ſimiles fuerint patribus, laudem nullã merẽtur: & ſi diſſimiles, nullam vituperationem: quia non eſt in poteſtate hominis, qualem accipiat corporis qualitatem. Filij autem Dei, ſiquidem Deo ſimiles fuerint, laudandi ſunt: ſi autẽ diſſimiles, nimis vituperandi, quia in poteſtate vniuſcuiuſque eſt menſura faciendæ iuſtitiæ.

Homilia XIII. in caput VI.

SIcut in loco mundo & ſpecioſo, ſi modica ſordes fuerit, de longe apparet: ſi autem ipſe locus ſordidus fuerit, quantumuis ſtercoris iaceat ibi nõ apparet: nec enim poteſt requiri ſi eſt aliquid ſtercoris, vt totum eſt ſtercus.

Candida & nigra veſtis,

Et quemadmodum in candida veſte macula citò apparet, nigra autem veſtis, & ſi tota ſordidata fuerit, non citò apparet: Sic & cordi mundo ſi ſurreptio inimici ſucceſſerit, mox cor ſuum rectius homo diſcernit, quia à ſpiritu alieno pulſatur: ſi autẽ cor fuerit iniquitatibus plenum, ſuggeſtionem diaboli in ſe facile non intelligit.

Incenſa lampas,

Sicut incenſa lampas abſcondi non poteſt: Sic nec opus iuſtitiæ poteſt celari.

Omnis homo, qui aliquod opus facit, cuius cauſa facit id quod facit, in corde ſuo illius aſpicit & perſonã. Ecce facis epiſtolã, vt aliquẽ ſalutes amicum, quãdiu ſcribis, ſẽper in corde tuo vides illius perſonã amici, propter quẽ ſcribis epiſtolã. Itẽ artifex

Artifex.

tenẽs opus in manu, ſemper eũ præ oculis ſuis habet, qui ei opus cõmiſit faciẽdum, dũ cogitat quomodo illud facere mãdauit: Sic & qui propter Deũ eleemoſynã facit, neminem videt in corde ſuo, niſi perſonam Dei tantummodo, propter quem facit.

Triticũ. Sicut vbicunque fuerit triticum, neceſſe eſt vt inueniatur illic & zizania: Sic vbicunque fuerit bonum Dei, illic erit & ſcandalum inimici.

Mercenarius. Quemadmodum mercenarius malus, qui intra tempus locationis ſuæ comedit omnes mercedes, quum autem tempore completo receſſerit, nudus egreditur: Sic & homo, qui propter homines facit bonum, vacuus vadit ad Deum.

Thymiama. Sicut Thymiama bene confectum, delectat hominem odorantem: Sic oratio iuſti ſuauis eſt ante Deum.

Homilia XIIII. in caput VI.

Terra. Semen. Sicut nec terra ſine ſemine, nec ſemen ſine terra fructificat: Sic nec homo ſine Deo, nec Deus ſine homine iuſtitiam operatur in homine.

Homilia XV. in caput VI.

Oleum lucernæ. Sicut oleum accendit lumen lucernæ: Ita & bona opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam animæ.

Miles. Sicut nec miles ſine armis eſt aliquid, nec arma ſine milite: Sic nec oratio ſine ieiunio, nec ieiunium ſine oratione.

Dulce amaro dilutum. Quemadmodum ſi quis homo in os ſuũ aliquid dulce dimittat cum amaro permixtum, dulcedo illa non dat ſuum ſaporẽ: Ita qui mala non dimittit, & bona ſuſcipit, bonorum ſuorum gratiam perdit.

Pulchra facies. Sicut in conſpectu hominum gratioſa facta eſt facies pulchra: ſic in oculis Dei ſpecioſa eſt conſcientia munda.

Graues oculos habens, Sicut qui graues oculos habet ſi pònas eum in aliquo obſcuro, tenebroſoq́ue loco, melius videt: ſi autem ponas eum in ſole, nihil videt, quia oculus eius non ſuffert ſolis candorem: Sic homo mundialis, qui oculum, id eſt, mentem terrenis deſiderijs ſordidam habet, & turbulentam, ſi ponas eum in rebus mundialibus, ſapit & aſtutus eſt: ſi autem trahas eum ad res ſpirituales, tenebreſcit, ac nihil ſapit, quia mens illius deſiderijs corrupta terrenis, iuſtitiæ bonum non ſentit.

Homilia XVII. in caput VII.

Menſura ſuperflua commota, bona & iuſta. Sicut maior eſt ſuperflua menſura, quam cõmota, & commota maior eſt, quam bona & iuſta: Sic perfectior eſt ille, qui nec iudicat, quã ille qui iudicat & non condemnat: & ille qui iudicat, & nõ condemnat, melior eſt illo, qui condemnat & dimittit.

Medice cura teipſum. Si medico opprobrium eſt, qui nec alterius habet ſanitatem in manu: nec ſuam, ſi velit alios curare, & ipſe debilis ſit, quaſi teſtimonium imperitiæ ſuæ portat in corpore ſuo propriam paſſionem. Quomodo doctori ſit opprobrium, alios velle eruere à peccato, & ipſum in maioribus eſſe peccatis, dum poſſit amplius ſeipſum eruere à peccatis, quàm alios?

Canibus ſanctum dans & porcis margaritas. Sicut ſi canibus dederis ſanctum, aut porcis margaritas, nec ſanctum canes ſanctificat, nec margaritæ nutriunt porcos, ſed ecõtrà canes coinquinãt ſanctum, & porci margaritas ſordidant, vel cõfringunt: Sic ſi hominibus caninos, vel porcinos mores habentibus ſanctũ dederis, aut myſteria ſecreta tradideris, nec ſanctũ illos ſanctificat, nec myſteria veritatis illos illuminat: ſed econtrà ipſi ſanctum coinquinant, & myſteria veritatis blaſphemant.

Margaritæ. Sicut margaritæ incluſæ cochleis poſitæ ſunt in profundum maris: Sic & diuina myſteria in verbis incluſa, poſita ſunt intus in altitudine ſenſus ſcripturarum ſacrarum.

E profundo eruta margarita. Sicut non omnis poteſt ſe mergere, & de profundo tollere margaritas, niſi artifex qui habet vſum rei illius: Sic non omnis homo poteſt deſcẽdere in altitudinem ſenſuũ, & inuenire myſteriorũ abſconditas margaritas, niſi vir ſpiritualis, qui habet exercitationem ſpiritualium narrationũ Dei.

Homilia XVIII. in caput VII.

Pugna. Sicut in bello non omnis qui pugnat, vincit, nemo tamen vincere poteſt, niſi pugnauerit: Sic non omnes qui ſtudent, & legunt, acquirunt ſcientiam ſpiritualem, nemo tamen acquirere poteſt, niſi aut qui ſtudioſus fuerit ad legendum, aut aſſiduus ad audiendum.

Pulſans oſtium. Sicut qui pulſat oſtium, non tantum voce clamat, ſed manu: Sic qui bona opera facit, quaſi manu pulſat Deum operibus bonis.

Cultura vineæ. Vt quum operaris vineam, colligis fructus eius, & delectatus in eis melius operaris. Vides quia ipſa ſe colit fructificando tibi dum colitur? Sic qui opus peccati exequitur, ipſum quum peccatũ ſit ſpiritus immundus, operatur in eo delectationem peccãdi, vt dum delectatur circa peccatum, amplius peccet.

Peccati acceſſio. Sicut qui peccat, dum peccat, magis atque magis tenebreſcit mens eius, & à luce veritatis recedit: Sic & qui iuſtitiam operatur, dum operatur, magis atque magis clareſcit mens ipſius, & ad notitiam ſapientiæ maioris aſcendit.

Odor. Sicut res aliqua ſine odore poteſt eſſe, odor autem ſine re aliqua eſſe non poteſt: Sic opus ſine oratione aliquid eſt, oratio autem ſine opere bono nihil eſt, etſi oras, non ex fide oras.

Lucerna. Oleum. Sicut lucerna non quidem ex oleo accenditur, ſed per oleum nutritur: Sic fides non quidem ex opere naſcitur, ſed per opera enutritur.

Nix, Sol. Sicut ad cõparationem niuis & ſolis, omne mũdum ſordidũ videtur, & omne lucidũ obſcurũ: Ita quantũ ad comparationem Dei, qui ſolus ſingulariter eſt bonus, omnes homines mali videntur.

Rami. Radix. Quemadmodum innumerabiles rami in vna radice: Ita quæcunque lex & prophetæ ſparſim in omnibus præceperunt ſcripturis, in hoc compendioſo cõprehenduntur mãdato: Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite eis.

Via. Porta. Quemadmodum quùm via ducit ad portam, niſi quis ambulauerit per viam, nõ poteſt peruenire ad portam: Sic & qui iuſtitiam faciunt, ipſi ſoli poſſunt cognoſcere Chriſtum, & intrare per ipſum.

Mel dulce. Sicut qui audit, quia mel dulce eſt, nec guſtat de illo, nomen quidem mellis cognoſcit, gratiã autem eius naturæ ignorat: Sic & qui audit, quia Chriſtus filius Dei eſt, iuſtitia autem eius non fuerit vſus, tãtummodò nomen Chriſti cognoſcit, gratiã autem naturæ eius ignorat.

Homilia XIX. in caput VII.

Simia. Quoniam & ſimia hominis habet mẽbra, & per omnia hominem imitatur, nũquid propterea dicenda eſt homo? Sic & hæreſis omnia eccleſiæ habet, & imitatur myſteria, ſed non ſunt eccleſiæ.

Lupus. Ouis. Si quis lupum cooperiat pelle ouina, quomodo cognoſcet illum, niſi aut per vocem, aut per actum? Ouis inclinata deorſum balat, lupus in aëra cõuertit caput ſuum cõtra cælum, & ſic vlulat. Qui ergo ſecundum Deum vocem humilitatis & cõfeſſionis emittit, ouis eſt; qui verò aduerſus veritatem turpiter blaſphemijs vlulat contra Deum, lupus eſt.

Botrus. Sicut botrus multa in ſe grana ligno mediante ſuſpendit: Sic & Chriſtus multos ſibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos.

Arbor. Spinæ. Sub arbore bona & beſtię & animalia requieſcũt, ſub ſpinis autem nullũ animal requieſcere poteſt, niſi tantummodò ſerpentes: Si iuxta fidelem hominem & boni & mali homines pacem habere, ac ſe capere poſſunt: iuxta autem infideles homines nemo pacem poteſt habere, neque requieſcere in eis: niſi tantummodo ſerpẽtes, id eſt, dæmones, qui cubilia habent in pectoribus eorum.

Sicut

Arbores frugiferæ ac ſteriles.

Sicut in horto ſunt multæ arbores fructum vtilem facientes: in ſyluis autẽ non inuenitur bonum faciens: Si autem faciunt, aut inſipidũ faciũt, aut acerbum: Sic in eccleſia, quæ hortus eſt Chriſti, multi ſunt boni. In eccleſijs autem hæreſum quæ ſunt ſyluæ deſertæ, nemo eſt bonus: quia etſi aliquis eſt bonus, propter homines eſt bonus, & non propter Deum.

Radix.

Sicut nihil poteſt ſine radice naſci: Sic nihil poteſt fieri ſine cauſſa.

Agon.

Vt agonem nemo ſuſcipit ſic periculoſum, vnde nullam ſperat palmã: Ita nec infidelis facit bonũ, nullam ſpem retributionis præ oculis habens.

Sũt quos non verè cognoſcit Deus.

Sicut omnes homines naturaliter cognoſcunt Deũ, non autem videntur verè cognoſcere: quia non digne colunt, ſicut ſerui dominũ, ſicut factura factorem: & Sic & Deus naturaliter omnes cognoſcit, ſed non eos videtur verè cognoſcere, quia non eos diligit, quaſi factor facturam, quaſi dominus proprios ſeruos.

Homilia XX. in caput VII.

Pluuia.

SIcut pluuia irrigat terram, vt fructum proferat: Sic doctrina hominem irrigat, vt iuſtitiam operetur.

Nubes.

Sicut nubes baiulant pluuiam, & effundunt eam ſuper terram; Ita & prophetæ, & apoſtoli accipiunt verba à Deo, & effundunt ſuper rationabilem terram.

Pluuia, Ventus.

Sicut non eſt poſſibile, vt ex ſola pluuia fructificet terra, niſi flauerit ſuper eã ventus: Sic non eſt poſſibile vt ſola doctrina corrigat hominem, niſi cooperatus fuerit Spiritus ſanctus in corde ipſius.

Grana arenæ.

Sicut grana arenæ non conueniunt in vnum, neque adhærent adinuicem, ſed ſemper ſunt ſeparata: Sic verba quæ audiuntur, & non conuertuntur in vnam iuſtitiæ maſſam per opus, ſeparata ſunt, & diſperſa.

Validum fundamentum.

Sicut domus quæ habet validum fundamẽtum, ſi pars aliqua parietis, vel tecti ceciderit, ruina eius magna non erit, quia poteſt fieri, vt iterum reparetur. Si autem fundamentum eius caſum fuerit paſſum, tunc eſt ruina eius magna, quia tota venit deorſum: Sic & Chriſtianus ſi aut fornicatus fuerit, aut adulteratus, aut homicidiũ fecerit, cecidit quidem, tamen ruina eius magna non eſt, quia pœnitentia iterum poteſt ſurgere, ſicut Dauid. Si autem de fundamento fidei aliquid fuerit paſſus, id eſt, ſi præuaricatus fuerit, & ad gentiles, aut hæreticos tranſierit, tunc eſt ruina eius magna, quia totus funditus ruit.

Homilia XXI. in caput VIII.

Sapor bonarum rerum.

VT nemo bonarum rerum poteſt ſentire ſaporem, quamdiu delectatur in malis: Sic etſi quiſpiam ſpiritualem doctrinam audit, non intelligit, quia ſenſus eius carnalium vitiorum lepra corruptus eſt.

Medici.

Omnes medici pecunijs: Deus autem ſola oratione placatur.

Homilia XXIIII. in caput X.

Arma.

SIcut homo ſine armis non poteſt aliquid facere contra hoſtem: Ita diabolus ſine homine non valet aliquid contra hoſtes.

Homilia XXV. in caput X.

Sol.

SIcut nullus eſt locus, vbi non appareat ſol, aut non ſentiatur calor eius: Sic nullus erit locus vbi non agnoſcatur Chriſtus, aut non intelligatur diuinitas eius.

Quemadmodum ſi princeps aliquis imperatoris, videns ciuitatem Romanam ab hoſtibus expugnari, quum poſſit liberare eam, & neglexit defendere, ipſe videbitur tradidiſſe, quam potuiſſet liberare, ſi voluiſſet: Ita & tu videns veritatem ab impijs expugnari, quum eam potuiſſes defendere, ſi loqui voluiſſes, tacens expugnaſti, per hoc ipſum, quod compaſſus es expugnari.

Furibundus. Veſtimentum.

Sicut veſtimentum ſuper homines poſitum, ſi quis furibundus ſcindat, illatorem quidem iniuriæ ſentit homo, damnũ autem non patitur in natura: Sic corpus ſuper animam poſitum ſi occidatur ab impijs, anima quidem occiſionis eius ſentit dolorem, dammum autem ſuæ naturæ non patitur.

Vngues.

Sicut vngues quum ſummitatem veſtiunt digitorum, quãdiu præcidantur, dolorẽ faciant corpori, quũ verò præciſæ fuerint, nullus ſenſus corporis inuenitur in eis, ſed ex ipſa natura alteræ nouæ procedunt, vt nullum videatur natura ſuſtinuiſſe diſpendium: Sic corpus donec cæditur, ſentit anima: quum autem occiſum fuerit, nullus ſenſus, aut dolor animæ inuenitur in corpore illo, ſed iterum ſuper animam in tempore opportuno glorioſus illud retexet corpus, vt nullum detrimentum videatur anima perpeſſa, ſed augmentata.

Bos aut equus vſu tantum acceptus.

Si mutuò accipis vtputà bouem, vel equum, nõne aſſidue operaris opus tuum in eum? Dicis enim apud te: Hodie, aut cras tollendus eſt à me, quia nõ eſt meus: Etiam tu in corpore corruptibili natus, quare non ad vtilitatem animæ tuæ vteris temporali corpore tuo, ſciens quia poſt modicum tollendum eſt à te, quia non eſt tuum.

Paſſeres.

Sicut Dei voluntas eſt, vt paſſeres comprehendantur, & ad vſum hominum procedant, quia ad hoc creati ſunt: Sic voluntas Dei eſt, vt homo, qui ſine lege vixit, ſine lege & pereat, & qui Deum non aſpexit, non aſpiciat illum Deus.

Homilia XXVII. in caput XI.

Frugi ſeruus.

SIcut ſeruus poſtquàm commiſſi operis impleuerit penſum, gaudet ante faciem domini ſui apparere: Sic & Ioannes commiſſæ prædicationis myſterio conſummato, lætabatur ad Deum tranſire.

Prouidus pater.

Quemadmodum prouidus pater moriens, filios ſuos conſignat fideli tutori: Ita Ioannes ſciens ſe iam in exitu conſtitutum, volebat diſcipulos ſuos Chriſto adiungere.

Pater moriens.

Sicut pater moriens, ſi viderit filios ſuos bonis moribus ornatos, & omni ſapientia perfectos, quaſi ſecurus moritur, nihil de cæterò timens de illis: Sic & Ioannes volebat diſcipulos ſuos perfectos videre in Chriſto, vt iucundius moreretur.

Homo malignus.

Sicut homo malignus, ſi viderit aliquem orphanum habere ſubſtantiam paternam, ducit eum frequenter ad prandium, donat illi interdum aliquod ſpecioſum veſtimentum, loquitur illi dulces ſermones, donec tollat facultates eius: Sic & diabolus videns hominem habentem in ſe theſaurum cæleſtem, id eſt, animam immortalem à Deo creatã, ſapientiam cæleſtem in arca terrena poſitam, ideo oſtendit illi aurum & argentum, & concupiſcibilia ornamenta, oſtendit illi veſtes pretioſas, & delitioſos cibos, & glorioſos honores, vt per hoc ſubiugatis cum voluptatibus ſuis, auferat ſalutem animę eius, & corrumpat gratiam cordis ipſius.

Stellæ.

Vt multæ quidem ſtellæ ante lucem præcedunt nunciantes lucis aduentum, nulla tamen earum luciferi nomen habere meruit, niſi vna, quæ cum ipſa luce procedit: Sic omnes prophetæ ante faciẽ Chriſti præcedunt, nunciantes aduentum eius ſolus autem Ioannes præcurſor eſt appellatus: quia non ſolum aduentum eius annunciat, ſed ipſum illum digito ſuo oſtendit.

Homilia XXVIII. in caput XI.

Innauigabilis Oceanus.

SIcut qui innauigabilem Oceanum nauigare ſe vſurpat, dum non poteſt eum tranſire, neceſſe eſt vt per eandem viam reuertatur, vnde ingreſſus eſt: Sic & antiqui philoſophi & oratores de Dei natura quærere contendentes, victi ſunt ingenio, defecerunt ſermone, in vltimo nihil ſe amplius inuenire potuiſſe confeſſi, niſi quia Deus incognoſcibilis.

Ponderis faſcis.

Vt ſi ante videris aliquem ponderis faſcem, ſiquidē contendiſti eum tollere ſuper te, & nō potes, laboraſti autem nec tētas, nullum ſentis laborem de pōdere: Ita qui feſtinat adimplere iuſtitiā, & non præualet, is demū laborat. Qui autē non vult facere iuſtitiam, ille non laborat ſub pondere legis.

Iugum Chriſti & diaboli.

Sicut qui iugum ſuſcipiunt Chriſti, Chriſtus eos delectat in ſpiritu, ne fatigentur in bonis operibus: Sic & qui iugum ſuſcipiunt diaboli, diabolus eos delectat, & decipit, ne diſcedāt à malo impij vſque ad mortem ſuam.

Pondus.

Pondus terreſtrium dominorum atterit paulatim vires miniſtrantium: Pondus autem Chriſti magis adiuuat baiulantem, quia non nos portamus gratiam, ſed gratia nos.

Homilia XXIX. in caput XXI.

Aurora, Obſcuritas.

VT ante lucem aurora exit, ante noctem autem obſcuritas. Ita in aduentu Chriſti ante illum prophetæ, & cum illo apoſtoli in ſpiritu ſancto faciebant virtutes. In aduentu vero Antichriſti pſeudochriſtiani, & ante illum, & cum illo in ſpiritu maligno facient virtutes.

Homilia XXX. in caput XII.

Febricitantes.

QVantumuis biberint febricitantes, calore totum conſummante, quod biberint, ſemper adhuc ſitiūt: Ita & maligni homines, quicquid boni viderint, aut audierint, infidelitate votum cōſummante quod vident, & audiunt, ſemper vacui ſunt, tamquam nihil viderint.

Nequicquam ingrata recenſent.

Vt ſi quis exponat tibi res quas non libenter audis, ſi tota die audieris, nihil eorum retines, quæ audiuiſti: Aut ambulans in via, ſi mens tua aliquo cogitatu fuerit occupata, quamuis omnes videas tranſeuntes, tamē neminem vides: Sic & Iudæi frequēter ſigna vidētes, adhuc ſignum petebant, quia hoc videbant, quod videre nolebant.

Meretrix vxor.

Sicut meretrix vxor virum ſuum ſe fingit amare, vere autem amat adulterum, & in facie iſtius quidem eſt, in corde autem alterius: Sic & Iudæi videbantur eſſe Dei cultores: erant autem diaboli amatores.

Septem virtutum ſpecies.

Sicut ex parte Dei, quamuis plures ſint ſpiritus virtutum tamen ſeptem dicuntur; quia ex illis ſeptem omnes ſpecies virtutum procedunt, quos ſpiritus enumerat Eſaias, & Salomon ſignat dicēs: Sapientia ædificauit ſibi domum, & ſubdidit colūnas ſeptem: Sic ex parte diaboli quamuis multi, ſint ſpiritus vitiorum, tamen ſeptem dicuntur, quoniam ex illis principalibus vitijs, vitia vniuerſa naſcuntur.

Homilia XXXI. in caput XIII.

Viator.

SIcut viator in via nihil ſolicitus eſt, niſi quod neceſſarium habet ad vſum: Ita & homo in hoc tranſitu mundi, nihil debet eſſe ſolicitus, niſi quòd opus habet ad vſum.

Acetum. Mel.

Sicut qui in magno vaſe aceti modicam guttam mellis immiſceat, etiam mel perdit, & acerbitas aceti non mutatur: Sic homini in hac malorum multitudine conſtituto, ſi colloquutus fueris iuſti-

A tiæ verbum, & verbum perdis, & ille non temperatur in concupiſcentia mundialium rerum.

Leo. Bos.

Si oſtendis leoni viridem herbam, aut campum bene florentem, non excitas eum in concupiſcentia, quia non habet hoc in natura, vt herbas manducet: & econtra ſi oſtendas boui carnes, non concupiſcit, quia nō bouis natura eſt, vt māducet carnē: Sic & homini mūdiali ſi de bono cæleſti loquaris, non excitatur in concupiſcentia boni.

Pluuia.

Quemadmodum ſi pluuia ſuper lapidem cadat, deſuper quidem ſudat, ab intus autem ſiccus eſt, quia non deſcendit humor in eum; Sic & homini mundiali quando loqueris verbum Dei, tantummodo ſonus verbi deſuper percutit aures eius carnales, in eos autem eius nihil deſcendit.

Latro.

Vt ille latro culpandus, qui parietem perforat, in ſecreta domus parte ingreditur: qui autē inuenit foris expoſitum & proiectum, quomodo quaſi latro culpetur? Sic & diabolus ſi poterat introire in ſecreta pectoris tui, vt à te nolēte raperet verbū Dei, bene culparent: nunc autem quod à te neglectum eſt, & contemptum, hoc ille diripit.

B

Bellum.

Vt qui ad bellum tranſmittitur, ad gloriam paratur: Ita cui tentatio imponitur, correctio oſtenditur ei.

Paterfamilias.

Sicut paterfamilias multa mācipia habens, omnibus quidem mediocrem veſtem dat, mediocrem annonam dat, pro debito dominij ſui, quia nec poteſt eſſe ſeruus eius, niſi ab illo veſtitus fuerit, & nutritus: quibuſdā autē fideliori bus circa ſe, dat meliorē veſtē, & delicatiorem annonam, non propter debitū dominij ſui, ſed propter bonos mores corū: Sic & dominus generalem gratiam, id eſt, intellectū boni & mali omnibus dat pro neceſſitate naturæ, quia nec videmur eſſe homines ad imaginem Dei creati, niſi habuerimus diuinum intellectum. Dignioribus autem dat ſpecialem gratiam, vtputa cognoſcendi myſteria, non pro neceſſitate naturæ, ſed pro remuneratione bonæ voluntatis, aut bonorum operum.

C

Vidēs, & nō vidēs.

Sicut homo, cuius oculi iniquitatem vident, non æquitatem, quantum ad Deum, videns, cæcus dicitur eſſe: & ſicut peccatis viuens mortuus dicitur, quia ille non Deo, ſed diabolo viuit: Sic qui habet intellectum, & bonum non operatur cum eo, quantum ad Deum nec habet.

Homilia XXXII. in caput XIX.

QVemadmodum ſi videas hominem aſſiduè amicitias medicorum colentem, ex ipſa re ſtatim intelligis, quia infirmus eſt: Sic & quū videas ſiue virum, ſiue mulierem de dimittendis vxoribus aut viris legem interrogantes, cognoſce quia vir ille laſciuus eſt, & mulier illa meretrix eſt.

Herbæ.

Sicut herbæ ex humore naſcuntur & creſcunt: Sic homines per amorem incipiunt, & augentur.

Humor.

Vt humor quidē de radicibus aſcendit in herbā, de herba autem non reuertitur in radices, ſed ſurſum tranſmittitur in ſemen: Sic & charitas de parentibus aſcendit in filios, de filijs autē nō reuertitur ad parentes. Ideo parentes quidem diligunt filios, ſed non ſic diliguntur à filijs: quia ſicut herba non deorſum, ſed ſurſum ad ſemen trāſmittit humorem: Sic & homò non ad parentes, ſed ad procreandos filios tranſmittit affectum.

D

Seruus furax & ebrius.

Vt ſi quis habeat ſeruū, qui furatur, & inebriat ſe, cōſiderans Dominus, quia ſi vtrūq; ſibi inſimul mādauerat obſeruare, nihil proficit, mādat illi quidē, vt bibat, quantū vult, ſed publice bibat, vt hoc quidem quod bibit, ſit ſecū nouū bonū, vt paulatim diſcat obedire præceptis: Sic permiſſum eſt dari repudiū, malum quidem, ſed permiſſum à creatione.

Vxor obſtinata.

Sicut vxorē quocumq; modo cōtra voluntatem viri agentē, dignū eſt repellere, nō antē eſt iuſtum quantū ad grauitatē viri, niſi ob cauſſam fornicationis:

Digitized by Google

A

tionis:Sic & Eccleſia quocumque modo contra voluntatem egerit Chriſti,digna eſt abijci,non autem abijcitur propter longanimitatem Chriſti,niſi ſola cauſſa transgreſſionis.

Pugna.

Sicut quidam in pugna cadentes non exanimãt cæteros,ſed dicunt illis ſic datum fuiſſe, rem non applicant pugnæ ſed homini: Quantò magis nos à propoſito continentiæ cadentium negligentiæ imputare debemus,non difficultati virginitatis.

Terra. Pluuia.

Vt terra nõ germinat,niſi pluuias ſuſceperit,nec pluuia fructificat ſine terra: Ita nec gratia ſine voluntate aliquid operatur, nec voluntas ſine gratia poteſt.

Homilia XXXII.in caput XIX.

Cognoſcẽs Deũ.

Sicut præ omni iuſtitia operum, maior eſt iuſtitia cognoſcere Deum:Ita præ omni peccato,magis peccatum eſt idola adorare.

Sarcina. Camelus

B

Quemadmodum ſupra dorſum omnium iumẽtorum non ſtat ſarcina, niſi fortiter fuerit colligata ad ipſum:ſupra camelũ autẽ ſine recolligatione etiã repauſat:nã ipſe gibbus ſarcinam tenet in ſe: aptus eſt enim ad pondera baiulanda:Ita in cæteris quidem peccatoribus, tamẽ cognoſcentibus Deũ, non ſtat ſarcina peccatorum in corde ipſorum,niſi cum magna violentia & virtute diabolus tenuerit in corde ipſorum,alligans eam delectationibus:ipſa enim cognitio Dei excutit à ſe pondera peccatorum.In gentibus autem ſine labore diabolus tenet peccata, quia idololatria ipſa quaſi gibbus retinet in ſe vniuerſa peccata: apta eſt enim ad baiulanda pondera peccatorum.

Animantia prona terrã ſpectantia. Camelus

C

Vt omnia animalia quamuis libenter terram aſpiciunt,ſemper tamen quando volũt, poſſunt tollere collum ſuum ad cælum:ſolus camelus autem numquam poteſt ſurſum tollere collum ſuũ gibbo depreſſus: Sic omnes peccatores libentius quidem terrena adeũt tamen quandocumq;volũt,poſſunt conuertere ſe ad cæleſtem iuſtitiam: Gentes autem nullo modo poſſunt explicare ſe,& ad diuina conuertere,idololatria ſua curuati,& excæcati.

Camelus

Sicut camelus neq;deorſum recto collo aſpicere poteſt,ſicut cætera animalia; neq; ſurſum recto collo aſpicere poteſt,ſicut homo, ſed inter ſurſum & deorſum caput eius pendet in medio; Ita & Gentiles neq; animalibus aſſimilantur ad plenum,neq; hominibus ſimiles ſunt propter humanum,& rationabilem intellectum ſuum. Hominibus non ſunt ſimiles, quia numquàm cæleſtia, ſed terrena ſemper attendunt.

Camelus

D

Quemadmodum camelus nec ad plenũ immundus eſt,nec ad plenũ mundus. Mundus quidem eſt, quia reuocat & ruminat:immundus autẽ, quia non habet duas vngulas fiſſas:Sic & Gentes: quoniam vacuæ ſunt,nec mundæ ad plenum.Mũdæ quidem fuerant,quia & tractabant,quæ Dei erant,id eſt,ruminabant, & conuerſabantur rationabiliter penè ſecundum Deum: ſed conuerſationem, quæ pes eſt,non habent diuiſam in duo, id eſt, in fidem, & in opera,ſed habent opera tantum.

Cameli pes.

Sicut cameli pes ambulantis non diſſipat terrã, ſed quum ſit mollis, concordat ei,& complectitur eam:Sic & conuerſatio Gentium, quamuis non eſſet bona,non erat diſſipans terram,hoc eſt, carnalem naturam, ſed conueniens erat naturæ carnali, & ſecundum voluntatem ipſius erat.

Homilia XXXIII. in caput XIX.

Pater ſenex.

Filij carnales ſi modicum pater eorum fuerit ſenex,tædiantur de vita ipſius,deſiderant eũ maiori:&ſi citò mortuus non fuerit,contemnunt eum quaſi delirum. Filij autem ſpirituales quanto perfectiores fuerint in fide,tantò amplius diligunt doctorem ſuum.

Homilia XXXIIII. in caput XX.

Sicut mercenarius poſitus in vinea,ſi neglexer eam, non ſolam mercedem perdet, ſed etiar deſertæ vineæ exigetur ab eo damnum:Sic & nos neglexerimus iuſticiam nobis commiſſam,non ſo lum nullam mercedem habebimus, ſed etiam diſ ſipatæ iuſtitiæ dabimus rationem.

Qui vineam alicui operandam conſignat, no tantùm propter illius vtilitatem conſignat, quan tùm propter ſuam:Deus autem iuſtitiam ſuam dã in ſenſibus noſtris, non propter ſuam vtilitaten dedit eam,ſed propter noſtram.

Sicut nemo ideo conducit mercenarium, vt ho ſolũ faciat,quòd mãducet:Sic & nos nõ ideo voca ti ſumus à Chriſto, vt hæc ſola operemur,quæ a noſtrum pertinent vſum,ſed ad gloriam Dei.

Sicut mercenarius, qui hoc ſolum facit, quo manducat ſine cauſſa ambulat in domo: Sic & no ſi ſola hæc facimus,quæ ad noſtram pertinent vti litatem,ſine cauſſa viuimus ſuper terram.

Sicut mercenarius ſuum prius aſpicit opus, de inde diaria ſua: Sic & nos ſi mercenarij Chriſti ſu mus, primum debemus aſpicere, quæ ad glorian Dei pertinent,proximique profectum, deinde qu ad noſtram,vtilitatem.

Sicut mercenarius totum diem circa domin opus impendit,vnam autem horam circa ſuũ cibũ Sic & nos omne tempus vitæ noſtræ debemus im pendere circa opus gloriæ Dei, modicam auten partem circa vſus noſtros terrenos.

Sicut ſi mercenarius qua die opus non fecerit erubeſcit intrare in domum,& petere ſibi panem quomodo tu non confunderis intrare in eccleſiam,& ſtare ante conſpectum Dei, quando nihi boni in conſpectu Dei egeris?

Prius in vallibus fit obſcuritas, die declinãte a occaſum.Quãdo ergo colles videris obſcurari,qui dubitat, quin iam nox eſt? Sic primum in ſecularibus,&laicis Chriſtianis incipit prçualere obſcurita peccatorum.Nunc autem quando iam vides,quò ſacerdotes poſitos in ſummo vertice ſpiritualium dignitatum,qui montes & colles dicuntur, apprehenderit iniquitas tenebroſa,quomodo dubitetu quia finis eſt mundi?

Omne animal conceptionis ſuæ ſeruat honorem,& tempus,homo autem ſolus contemnit.

Sicut fori eſt proprium,vt illic omnia venundẽtur,& ementur,&inuicem ſe circumueniant ementes & vendentes: Sic in hoc mundo omnes vendendo & emendo viuunt & inuicem ſibi fraudem facientes,vitam ſuam ſuſtentant.

Sicut quis in itinere cõſtitutus,aut opere quodã ante ſextam quidem non operatur, aut vrgetur, aut ambulat ſciẽs quia ei longus adhuc dies ſupereſt:tranſacta autem ſexta, quum cœperit eſſe octaua & nona,incipit properantius agere,vt opus ſuũ vel iter tempore definito concludat: Sic & Deus vſque ad Abraham,qui fuit in ſexta hora, venit ad homines diſponere teſtamentum: poſt Abraham autem vſque ad tranſmigrationem frequenter properans,vt aduentum ſuum in hunc mũdum, & vocationem gentium definito tempore conſummaret,quaſi veſpere iam propinquante.

Sicut facilius eſt homini pauperi, & in anguſtijs conſtituto diſciplinam tenere:diuiti autem & abũdanti difficile:Sic illis inter gaudia mundi difficile fuit tenere iuſtitiam, nobis autem inter tribulationes mundi facile.

Sicut in corona,quum ſit rotunda,nihil inuenis, quod videatur initium aut finis: Sic inter ſanctos, quantum ad tempus in illo ſeculo, nemo nouiſſimus dicitur,nemo primus.

Homilia XXXV. in caput XX.

Precioſior theſaurus.

VT ſemper precioſior theſaurus in vaſis melioribus includitur: Sic Chriſtus Apoſtolis tantummodò mortis ſuæ annunciauit myſterium.

Vt in ſeculari bello videmus, quia qui vadens ad pugnam, de præda victoriæ cogitat, difficilè vincit: qui autem ſic vadit, quaſi ad mortem, facilè vincit: Sic & nos in hoc certamine ſpirituali viuentes, nõ debemus cogitare, qualem gloriam conſequamur, ſed quomodo euadamus ruinam peccati.

Miles armatus.

Sicut miles ſi toto corpore fuerit armis veſtitus, & vnam partem habuerit nudam, nihil ei prodeſt, quòd totus fuerit ferro veſtitus, ſi per illã vnã partẽ cũ ſagitta percuſſerit, ſed ſic cadit, quemadmodũ ſi totus fuiſſet nudus. Sic & Chriſtianus ſi iuſtitiam fecerit, & ſi in vno peccauerit, ſimiliter peccator ſtatuitur, quemadmodum ſi ſemper peccaſſet.

Lanæ intinctio.

Sicut quum lana intingitur naturalem habens colorem, vt coloretur purpurea, aut alicuius coloris accipiat dignitatem: Sic & nos in mortem deſcendimus corporales, & reſurgimus ſpirituales.

Occupata ciuitas.

Si rex terrenus videret, quod ciuitatẽ illius occupatã teneat hoſtis, quid facere poteſt? nihil, niſi vt ponat arietes, circũcidat exercitum, deſtruat mœnia, quæ fortè ipſe ædificauit, vt tantũmodò hoſtẽ expellat. Sed videamus ſapientiã noſtri regis. Poſtquã vidit caſtra ſua occupari à ſpiritu alieno, ſic hoſtem expulit vt caſtra ſua non læderet.

Pes, oculus.

Sicut pes libẽter ſeruit oculo, quaſi ſibi ſeruienti, ſciens quia niſi oculus ſuo miniſterio fuerit vſus, nec ipſe ſuo poterit vti: & oculus libẽter ſeruit pedi, quaſi ſibi ſeruiẽti: ſciẽs quia niſi pes ſuo officio fuerit vſus, nec ipſe ſuo poterit vti: Sic & ſancti inuicẽ ſibi debent eſſe ſubiecti, vt minori maior non inuideat: quaſi maiori, ſed libenter obſequatur ei, quaſi ſibi ſeruienti in eo ipſo quòd maior: & maior non contennat minorem, quia maior eſt, ſed libenter ei obſequatur, quaſi ſibi ſeruienti.

Homilia XXXVI. in caput XX.

Meſſis fœcunda. Pretioſus cibus.

TEſtimonium ſtudioſi agricolæ eſt meſſis fœcunda: aſſidui autem doctoris documentum, eccleſia plena.

Sicut qui pretioſum guſtauerit cibũ, poſtmodũ ei hæc eſca communis ingrata videtur: Sic & qui de dulcedine Chriſti bene guſtauerit, terrenorum bonorum de cæterò non multum ſentit ſaporem.

Sicut roſa antequam videatur, ſentitur, & antequam inueniatur, tenetur in odoribus ſuis: Sic & dominum tranſeuntem de lõgè, duo cæci antequã viderent, diuinitatis eius fragrantiam ſenſerunt.

In tenebris ambulant.

Sicut qui in tenebris ambulat, ſi ſemel viã perdiderit, interdũ tota nocte ambulat iuxta vias errãs, & nõ inuenit viã, donec ſuperueniat dies: Sic & homines ambulantes in erroribus vel peccatis, poſtquã Dei cognitionẽ ſemel perdiderũt, ad perfectã notitiã veritatis redire nõ poterant, niſi dies ſcilicet, Chriſtus veniſſet, quamuis circa veritatẽ viuebãt.

Homilia XXXVII. in caput XXI.

Naufragium.

SIcut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, vbi tempeſtas voluerit: Sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perdito, per peccatum agit quod non vult, ſed quod diabolus vult.

Populus regem eligens.

Sicut in mundialibus regnis nemo poteſt ſeipſum facere regẽ, ſed populus creat ſibi regem quẽ elegerit: quum rex ille fuerit factus, & confirmatus in regno, iam habet poteſtatem in hominibus, & non poteſt populus iugum eius de ceruice ſua depellere, & ſic voluntas populi poſtea in neceſſitatẽ vertitur: Sic & homo prius quàm peccet, liberum habet arbitrium, vtrũ velut ſub regno eſſe diaboli: quum autem peccãdo ſe tradiderit ſub regno ipſius, iam non poteſt de poteſtate eius exire: & ſic prima voluntas eius in neceſſitatem vertitur.

Aſini ſimplicitas.

Sicut aſinus, ſi quid errat, in ſimplicitate errat, & non aſperitate. Ita & homines qui crediderunt in Ieſum Chriſtum ſiue ex Iudæis, ſiue ex Gentibus, ante Chriſtum non in malitia, ſed in ignorantia peccauerunt.

Equi diaboli.

Sicut peccatores, equi ſunt diaboli: ita & ſancti, equi dicuntur Chriſti.

Nuditas.

Sicut turpitudo nuditatis veſtimento tegitur: Sic naturalia mala carnis noſtræ præceptis & gratia diuina teguntur.

Homilia XXXVIII. in caput XXI.

Stomachus.

QVemadmodum medicus quando primo ingreditur ad infirmũ, ſtatim de ſtomacho eius interrogat, & eũ componere primũ feſtinat: quia ſi ſtomachus ſanus eſt, totũ corpus validum eſt: Ita ſi ſacerdotiũ integrum fuerit, tota eccleſia floret: ſi autem corruptum fuerit, tota eccleſia marcida eſt.

Cor.

Sicut cor ſapientiæ locus eſt: ita ſacerdotes ſunt receptacula ſapientiæ ſpiritualis.

Stomachus.

Sicut ſtomacho miniſtrante vnumquodq; membrum ſuſcipit nutrimentum, & conuertit ipſum in ſe ſecundũ ſuã naturã: vtputa quod ſuſcipit iecur, totum fit ſanguis, quod autem ſuſcipit fel, bilis efficitur totum, quod vero in pulmonem, plegmata fiunt, quod autem in mammillas, totũ efficitur lac Sic ſacerdotibus in eccleſia loquentibus verbũ omnes ſuſcipiunt, vnuſquiſq; autem conuertit illud ſecundum ſuum cor: ita vt vnum idipſum verbũ in cordibus quidem rectis procedat ad vitam, in cordibus autem peruerſis ſuſcitet iracundiam quaſi bilis: in alijs autem operatur dilectionem dulciſſimam quaſi lac: in alijs autem odium, quaſi phlegma nociuum, & expuendum.

Languens ſtomachus.

Sicut in corpore ſi aliquod membrum infirmatũ fuerit non omnino languet ſtomachus, ſi autem ſtomachus languerit, omnia mẽbra inueniũtur infirma: Sic ſi aliquis Chriſtianorum peccauerit, non omnino peccant & ſacerdotes: ſi autem & ſacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum.

Arbor.

Quemadmodum quum videris arborem pallentibus folijs, marcidã intelligis, quia aliquam culpã habet circa radicem: Ita quũ videris populum indiſciplinatum, & irreligioſum, ſine dubio cognoſce, quia ſacerdotium eius non eſt ſanum.

Ambulãs inter duos inimicos.

Quemadmodum qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens, & ſe cõmendare, ſine maliloquio nõ poteſt: neceſſe eſt enim vt & iſti male loquatur, de illo, & illi male loquatur de iſto: Sic qui emit & vendit, ſine mendacio eſſe non poteſt & periurio: neceſſe eſt enim vt negotiatoribus hic iuret, quia nõ tantũ valet res, quantum comparat eã; & ille iuret, quia plus valet res, quam vendit.

Triticum.

Quemadmodum ſi triticum, aut aliquam bladi ſpeciẽ in cribro, dum huc, illucq; iactas id, grana omnia paulatim deorſum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, niſi ſtercus ſolũ: Sic & ſubſtãtia negociatorum, dum vadunt, & veniunt inter emptionem & venditionem, minuitur, & in nouiſſimo nihil illis remanet, niſi peccatum.

Malagma.

Quemadmodum ſolidus, qui non habet malagma Cæſaris, reprobus eſt: Ita & homo qui non oſtendit in ſe imaginem Dei, reprobus æſtimatur.

Imago.

Sicut homo bonus in ſe imaginẽ Dei oſtendit: Sic & homo malus in ſe imaginem diaboli habet:

Colũna.

Quemadmodum columna in templo, ſi ſteterit recta accepto põdere, amplius cõfirmatur: ſi autẽ modicè obliqua fuerit, ſuſcepto pondere non ſolum cõfirmatur, ſed amplius vadit ad latus: Sic & cor & hominis ſi rectum fuerit, videns opera alicuius viri iuſti, aut audiens per doctrinam ſapientiæ

eius,

A

eius, amplius confirmatur: ſi autem fuerit peruerſum cor, videns opera alicuius viri iuſti, aut audiens, non ſolum non confirmatur, ſed magis ad inuidiam excitatur, & magis peruertitur.

Lac. Sicut lac ſine labore, & ſine opere dentiū manducatur, & manducantem ſuauitate ſua delectat: Sic & mirabilia nullum laborem videntibus ponunt, ſed videntes admiratione delectant, & ad fidem molliter inuitant.

Infans. Sicut infanti ſi dederis fragmentum panis, quoniam anguſtas habet fauces, eſſocatur magis quam nutritur: Sic & homini imperfecto in fide, & puero in ſenſibus, ſi altiora myſteria volueris dicere, anguſtam habens fidem & ſenſum, magis ſcandalizatur, quam ædificatur.

Lac. Quemadmodum viro perfecto ſi dederis lac, fauces quidem eius delectat, membra autem eius non confortat: ſi autem panes manducet, nō tantum fauces eius delectat, quam pręſtat ei virtutem: Sic & viro perfecto in fide, & maturo ſenſibus, ſi miracula oſtendas, delectatur quidem aſpectu, nihil autem ei proficit ad ædificationem ſenſus, aut ad notitiam veritatis: ſi autem verbum ſapientiæ ponas ei, & ratione delectatur, & ædificatur in fide.

B

Homilia 39. In caput 21.

Terra. Sicut irrationabilis terra quæ ſecus viam poſita eſt, ſemper conculcatur, & dura eſt, & ſemina doctrinæ in ſulcos ſenſus ſui non recipit, ſed volatiles ſpiritus rapiūt ea: Sic & omnis arbor rationabilis iuxta viam poſita non poteſt eſſe fructifera, id eſt, homo ſecūdum mundum viuens, nunquam poteſt euadere à peccato, vt ſit iuſtus.

Flores. Sicut de gemmis flores procedunt: ità de bonis cogitationibus naſcuntur bonæ voluntates.

C

Sicut flores non poſſunt procedere, niſi fuerit gemma: Sic bona voluntas naſci non poteſt, niſi præceſſerit in homine cogitatio bona.

Poma. Sicut ex floribus poma formantur: Ita ex bonis voluntatibus opera perfecta naſcuntur.

Flos. Sicut ante pomum flos procedit: ita ante opus bonum, bona voluntas.

Arbor iuxta viā conſita. Sicut difficile eſt arborem iuxta viam poſitam fructus ſuos vſque ad maturitatem ſeruare: Sic difficile eſt virum fidelem iuxta iſtum mundum viuentem, id eſt, in actibus eius, iuſtitiam immaculatam vſque in finem ſeruare.

Arbor ſterilis. Sicut melius eſt vt non ſit arbor, quam vt ſit quidem, & fructum nō faciat: Sic melius vt nec ſit homo Dei, quam vt ſit quidem, & conuerſationem non habeat ſecundum Deum.

Obauditus. Qui tuus non eſt ſi tibi non obaudit, non doles: de illo autem qui tuus eſt, grauiter doles, ſi te contemnit, & aliis ſeruit: Sic Deus non tantum de alieno, & apertè diabolo ſeruienti iraſcitur, quam de ſuo diaboli faciente voluntatem.

Tempeſtas. Sicut aſſidua eſt in mari tempeſtas: Sic in iſto mundo, perſequutio Satanæ.

D

Corpus ſanum & debile. Vt corpus ſanum aliquoties percutitur, & non facile vulneratur: corpus autem debile ab intus tacitam habet læſuram, etiamſi modice tactum fuerit, citius diſſipatur: Sic animal liberū & integrum non facile offenditur, animal vero inuidia vulneratum non ſolum cauſa idonea, ſed etiam leuis occaſio incitat in dolorem.

Sagax venator. Sicut cautus venator, beſtiam comprehendere volens, quum viderit præcipitem locū ex vna parte illius, ex altera parte erigit retia, vt ex quacunque parte exilierit, aut in retia incidat, aut in præcipitium cadat: Sic & dominus Iudæis ſimplici interrogatione laqueum poſuit: videlicet vnde eſſet baptiſma Ioannis, ex Deo, an ex hominibus: Vt ſi quidem de cœlo dicerent, in laqueum reprehenſionis inciderent: Quare ergo non creditis ei? Si autem de terra dicerent, quaſi in præcipitium, ſic in periculum mortis incurrerent apud populum, vt lapidarentur.

A

Homilia 40. In caput 21.

Sutoria. Sicut qui ſutoriam, aut quamcunque aliam profitetur artem, etſi ſpecialiter non ſpondeat, tamen per hoc ipſum quod ſutoriam profeſſus eſt artem, & opificium vel magiſterium artis eius aperuit, videtur tacitè omnibus ſpopondiſſe, vt ſine reprehenſione impleat, quam profeſſus eſt artem: Sic ſacerdos, & omnis clericus, & ſi ſpecialiter non promittat, tamen per hoc ipſum quòd doctor conſtituitur aliorum, ſtatim promittere Deo videtur in omnibus obauditurum ſe Deo.

Vinitor. Quomodo vinitor ſtudioſus, qui primum omnes in circuitu infructuoſas ſyluas excidit, & ſic poſteà plantat, ne forte arbores laſciuientes, dum huc & illuc per longa ſpatia ramos ſuos exporrigunt, adhuc tenerum effocent malleolum: Sic Deus Gentes ſine fructu iuſtitiæ cōſtitutas occidit, & ſic collocauit Iſrael, ne forte Gentes indiſciplinatæ dùm in longum terminum ſuæ dominationis extendūt, affligant populum Dei nouitium.

B

Sicut in turri conſiſtentes duo bona conſequuntur, & hoſtium irruptionem ipſi non facile patiuntur, & hoſtes de turri facile conterunt: Sic & qui in fide Chriſti conſiſtunt, vel in lege Dei, & dęmones ſuper ſe irruere non ſinunt, & ſpiritualibus bonorum operum ſagittis eos facile vulnerant.

Ferrum. Sicut duram terram ferrum emollit: Sic & verbum duritiam cordis relaxat.

Raſtrum. Sicut raſtro ferreo herbæ radicitus euelluntur à vinea: Sic & acri ſermone vitia de populo reſecantur.

Colonus. Vt ſicut colonus quamuis de ſuo munera obtulerit domino, quomodo ſi de vinea eius redditus ei obtulerit: Sic ſacerdos non tantum propter iuſtitiam ſuam placet domino, quomodo ſi populum Dei in ſanctitate docuerit: quoniam ipſius iuſtitia vna eſt, populi autem multiplex.

C

Paſſus iniuriam. Qualiſuis alicuius amicus fuerit homo ſi ſemel ab illo fuerit paſſus iniuriam, quantuncūque frangitur eius affectus ſi iterum paſſus fuerit, iterum magis minuitur, & ſi iterum, amplius non minuitur amicitia eius, tamen non additur: Dei autem miſericordia, quanto magis à Iudæis offenditur, tanto amplius addebatur in eis.

Sol in nubibus. Sicut ſole in nubibus cōſtituto, hoc quod eſt dies, non eſt nubium permittentiū eum apparere ſuper terram, ſed virtus ſolis quæ pertranſiens nubes, etiam impedientibus eis apparet: Sic iuſte pronunciauit Iudæorum nō placata, ſed appoſita malignitas: Nimirum quum interrogati à domino, quid facturus eſſet dominus illis colonis, qui patrisfamilias filium occidiſſent, reſponderent: Malos male perdet. Non autē eſt illorum quod iuſte iudicarūt, ſed ipſius cauſæ. Eſt enim cauſa veritatis quæ quaſi violentiam illis facit, vt non poſſint eam celare.

D

Aedificatores. Sicut ædificatores, nodoſos lapides, & habentes torturas ferro dolant, poſtea vero ponunt eos in ædificio, alioqui non dolati lapides lapidibus non cohærent: Sic & eccleſiæ doctores vitia hominum, quaſi nodos acutis increpationibus primum circūcidere debent, & ſic in eccleſiæ ædificatione collocare: alioquin vitiis manentibus, Chriſtiani Chriſtianis concordare non poſſunt.

Artifex. Sicut artifex ex omnibus lapidibus eligit meliores, & ponit à foris in facie ædificii, cæteros autem lapides qualeſcunque intus mittit: Sic Eccleſia meliores Chriſtianos eligit, & ponit in facie Eccleſiæ, id eſt, alios facit ſacerdotes, alios diaconos, cæteroſque Eccleſiæ miniſtros: mediocres autē proficiunt in medio Eccleſiæ, id eſt, ædificij, propter miſericordiam Dei.

Sicut lapides qui ſunt intus in ædificatione, nemo aſpicit, ſed eos qui ſunt foris, omnes conſyderant: Sic ſecularium hominum vitia, neque ſic conſyderantur, neque ſic nocent Eccleſiæ.

A

(Populus.) Sicut foranei lapides intraneos intra ſe tenēt,& conſtringunt: Sic totus populus ſacerdotum, & clericorum meritis ſaluatur.

(Percutiēs lapidem.) Sicut omnis res quæ percutit lapidem, ipſa quidem colliditur, lapidem autem non lædit: Sic & omnis, qui contra Chriſtianitatem agit, ſe quidem corrumpit, Chriſtianitati autem non nocet.

(Ab alto cadens.) Sicut quod de alto cadit, grandem ſonum facit, vt audiant omnes: Sic & qui de alto gradu cadit, ruina illius vbique auditur.

(Vas.) Sicut vas quod leuiter cadit, & læditur, eſt quidem vas ſed ad vſum non proficit: quod autem diſperſum fuerit, nec videtur eſſe vas: Sic Chriſtianus peccator reſurgit quidem, ſed inter ſanctos non ponitur: infidelis autem non reſurget in iudicio.

(Infirmus. & ſanabilis.) Sicut infirmus donec mediocriter habet aliquam paſſionem, & ſperat ſe poſſe curari, ſeruat ſe à nociuis eſcis: ſi autem intellexerit inſanabilem ſe

B

iam eſſe, iam non parcit: Sic & homo donec mediocriter peccat, ſperat ſalutem, quantumcunque poteſt obſeruat ſe à malo: ſi autem grauiter peccando cœperit deſperare, iam nihil dubitat facere, quaſi qui iam peccatis ſuis vincit iudicium Dei.

Homilia 41. In caput 22.

(Fragmentum panis.) Sicut qui mittit in os ſuum fragmentum panis, aut qualemcunque cibum, primùm molit eum dentibus, & ita dimittit eum in ſtomachum: Sic & quum audimus verbum, neceſſe eſt ipſum meditari in ore ſenſus, & videre quid eſt quod dicit, aut vnde dicit, aut propter quam rem dicit.

(Cibus quum.) Quemadmodum qualemcumque cibum, niſi maſticauerimus dentibus, non ſentimus ſaporem eius: Ita & verbum quod audimus, niſi maſticauerimus ipſum tractantes in nobis, non poſſumus in-

C

telligere virtutem verbi illius.

(Cibus.) Sicut cibum poſtquam maſticauerimus, dimittimus in ſtomachum. Ita & verbum poſtquam bene tractauerimus, commendamus ipſum memoriæ tanquam ſtomacho.

(Maſticatus cibus.) Quemadmodum non prodeſt cibus niſi maſticatus, & in ſtomachum deſcenderit: Sic non proficit ad ſalutem verbum, niſi quum fuerit intellectui & memoriæ traditum.

(Cibus.) Sicut cibus nihil prodeſt ſi manducauerimus: & iterum euomimus eum de ſtomacho: Sic nihil in nobis prodeſt verbum quod audimus, & obliuiſcimur ilico.

(Cibus.) Cibus qui in ſtomacho ſtat, ille confortat: Et ſermo qui in memoria manet, ille ſaluat.

(Animalia munda.) Apud Iudæos illa animalia ſunt munda, quæ reuocant cibum, & ruminant: Ergo animal illud eſt mundum, quod maſticat, & tradit vtero, & iterum de vtero reuocat, & ruminat: Et homo ille eſt ſpiritualis & ſanctus, qui audiens verbum, tractat: &

D

quum intellexerit, memoriæ quaſi vtero tradit, & iterum de memoria quaſi vtero reuocat, & ruminat, & retractat.

(Regale prandium.) Sicut regale prandium multis ciborū ſpeciebus ornatur: Ita & hoc conuiuium ſcripturarum diuerſis iuſtitiarum ſpeciebus eſt decoratum.

Sicut viuentis animalis viſcera nemo manducat: Ita viuentium Prophetarum ſermones ſuſcepit nemo, ſed poſt mortem.

Sicut tauri duces ſunt gregis: Ita ſacerdotes ſunt principes populi.

(Nigra veſtimēta.) Quemadmodum ſi aliquis cum nigris veſtimentis inueniatur in nuptiis, ſordidat gloriam nuptiarum: Ita & qui opera habet tenebroſa, & inter Chriſtianos quaſi vnus ex eis conuerſatur, ipſi Chriſtianitati facit iniuriam.

Homilia 42. In caput 22.

(Ligna.) Sicut non poteſt fieri, vt ligna mittendo extinguas ignem: Sic nō poteſt fieri, vt rationem dicendo, places hominum malum.

(Ignis.) Sicut ignis quanto amplius ligna ſuſceperit, in maiorem flammam erigitur: Sic animus malus, quanto magis veritatem audierit, eò amplius in malitiam excitatur.

(Taurus.) Veluti ſi quis taurum validū viribus non poteſt ſubiugare, & vinculo flectere, mollibus manibus nodoſam fricat ceruicem, vt quem virtute tenere non potuit, per blandimentum comprehendat: Sic & Iudæi catenam ſubdolæ laudis portantes in ore, & gladium malitiæ abſcondentes in corde, taurum Eccleſiaſtici gregis dolo laudis comprehendere feſtinabant.

(Diues peregrè profectus.) Quemadmodum diues peregrè profectus, ſi in hoſpitio applicuerit pauperis alicuius, quamuis non poteſt in domo iubere quod volt, quia hoſpes eſt, tamen magnā ſibi fiduciam agendi aliquid vendicat, quia potens: Sic & anima peregrina in hoc regno carnis ingreſſa, quamuis non omnia ſpiritualiter agere poteſt ſecundum ſe, quia extranea eſt in hoc mundo, tamen aliquid ſpirituale vendicat, & in carne, quia nimium potens eſt.

(Peregrinus pauper.) Sicut peregrinus pauper, nihil in hoſpitio diuitis poteſt, primò, quia peregrinus & hoſpes eſt, deinde quia mendicus & pauper eſt: Sic & caro quum in illud ſeculum reſuſcitata migrauerit, nihil omnino poterit ſibi carnale defendere: primùm, quia extranea in illo ſeculo ſpirituali: ſecundò, quia infirma eſt carnis natura.

(Caput. Mēbra.) Sicut caput dignius eſt quàm membra, quum nec membra ſine capite, nec caput ſine membris eſſe poteſt. Sic digniores ſacerdotes, quàm populus, non tamen viliores, quia nec populus ſine ſacerdotibus, nec ſacerdotes ſine populis eſſe poſſunt.

(Caſta mulier.) Sicut caſta mulier, quæ virum ſuum amat, nullum amat alium, ſi autem alterū amauerit, iam non amat virum ſuum: Ita & homo ſi Deum amat, mundum non amat: ſi autem mundum amauerit, iam Deum ex toto corde non amat.

(Regia imago.) Sicut in imagine ſua rex honoratur, vel cōtemnitur: Sic & Deus in homine vel diligitur vel oditur.

Homilia 43. In caput 23.

(Pauperaſcens.) Sicut in ſecularibus in eo quod alter pauperaſcit, alter diteſcit, & niſi alter deſcenderet, alter non aſcenderet: Sic & in ſpiritualibus in eo quod alter confunditur, alius emendatur.

(Aurum. Apes.) Vt aurum eligitur, & vilis terra relinquitur: Et vt apes flores colligunt, herbas relinquunt: Sic & vos ab homine malo doctrinam colligite, conuerſationem relinquite.

(Vermis.) Vt ex veſtimento naſcitur tinea, quæ comedit veſtimentum: Et ex oleribus vermis naſcitur, qui olera vniuerſa corrumpit: Sic & in ſpiritualibus ex ipſo propoſito eorum ſpirituali accipit occaſionem inimicus, vnde eis retia texit.

(Arbor.) Vt in arbore quamuis plurimos ramos producat, tamen omnium ramorum vna dicitur radix: Sic & in mundo quamuis homo hominem generet, tamen vnus eſt pater, qui omnes creauit.

Homilia 44. In caput 23.

(Veſtimenta.) Si veſtimenta empturus, gyras vnum negotiatorem & alterum, & vbi meliores veſtes inueneris, & precio viliori, ab illo comparas: Quomodo non oportet populum circuire omnes doctores, & inquirere vbi ſyncera veritas Chriſti venundatur, & vbi corrupta, & animum confeſſiones cognoſcere, & veriorem eligere pluſquam veſtimentum?

(Viæ ignorantia.) Si propter aliquam vtilitatem, vel neceſſitatem mundialem, proficiſci volueris ad aliquem locum, cuius viam ignoras, nunquid propter ignorantiam viæ diſcedis à profectione propoſita? Non, ſed experiris nunc illam viam, nunc illam: & quos interroges quæris, & quum inueneris, rogas & po-

ſtulas

ſtulas vt ſemitam diſcas: Etſi velis ſcripturarum ingredi veritatem, non petis orationibus, non quæris in ſcripturis, non pulſas bonis operibus, non interrogas ſacerdotes, nunc iſtos, nunc illos, non inueſtigas qui veri ſunt clauicularij ſcripturarum, non qui falſi.

Homilia 45. In caput 23.

Familia.
SIcut familia non regitur ſine flagello: Sic & populus non regitur ſine increpationibus, non gubernatur.

Tentatio.
Sicut omnis tentatio fideles quidẽ ædificat magis, infideles autẽ deſtituit amplius: Sic & omnis increpatio diſciplinæ, religioſum hominem, & Deum timentem meliorem facit: irreligioſum autẽ & malum conturbat, & ad deterius ire compellit.

Vas figuli.
Sicut vas figuli igne probatur: Sic & bonum cor B increpatione cognoſcitur.

Regula humanæ naturæ.
Vt regula eſt humanæ naturæ, vt omnis homo naſcatur duos oculos habens, & quinos digitos: aliquãdo tamen vt manifeſtentur opera Dei, naſcitur homo aut ſex digitos habens; aut oculos omnino non habens: Sic & homo extra regulã naturæ rarò procedit, vt diſſimilis naſcatur filius parentibus.

Arbor.
Sicut arbor in fructu cognoſcitur, & fructus per arborem demonſtratur: Sic parentes cognoſcuntur in filiis, filij per parentes.

Si litiges contra aliquem aduerſariũ, & ſcis quod aliquid cogitat aduerſus te, dicis illi: Fac mihi quod facturus es: Non iubes illi vt faciat, ſed oſtendis te intelligere quod cogitat facere: Sic & dominus ad Iudam dicebat. Quod facis, fac citius.

Meretrix.
Quid prodeſt meretrici, ſi nomen habeat caſtũ? Sic nihil prodeſt peccatori, ſi ſeruus Dei dicatur.

Sicut non omnes qui dominum vocant, domini ſunt, ſed qui faciunt domini voluntatem: Sic non omnes qui in locis ſuis prædicant Apoſtolos, & Prophetas, & martyres, iam per hoc ſunt cultores C eorum, ſed qui opera eorum imitantur, & fidem ſequuntur.

Homilia 46. In caput 23.

Vitioſus ſeruus.
SI tu vitioſum compares ſeruum, & volueris mores ſuos ſcire, nonne pones ante illum ſaccum cum ſolidis, aut aliquem concupiſcibilem cibum, & ſiquidem ſeruus ille incontinens fuerit, & ſine timore porrigat manum ſuam, & accipiat inde, nunquid male feciſti? Aut nunquid tu coëgiſti illum, vt male faceret? Non, ſed propalaſti malitiam eius: Sic & Deus dans hominibus occaſionem peccandi, ſi peccare voluerint, non illos facit peccare, ſed manifeſtat pertinaciam cordis eorum.

Serui peccatores.
Quum ſerui tui peccant, expolias vnum, & iterum parcis ei, dicens: Niſi obſeruaueris, hoc paſſurus es: ſimiliter facis alteri: Non meliorantibus vero eis ſi incurrit vnus, caſtigatur ſecundum peccatum ſuum, & videtur quidem pro omnibus ille ſolus caſtigatus, quia quod aliis eſt promiſſum, illi eſt redditum: Reuera autem non pro aliis, ſed pro ſe caſtigatus eſt, quia ſecundum meritum culpæ ſuæ caſtigatus eſt. Ille enim pro aliis dicitur caſtigari, qui aliis peccantibus ipſe caſtigatur non peccans: qui autem peccans caſtigatur, non pro aliis, ſed pro ſe caſtigatur: Sic & generatio iſta, Iudæorum, ſcilicet pro patribus videtur punita, quia illi territi ſunt, hi puniti. Verè autem non pro aliis, ſed pro ſe ſunt condemnati: quia ſic peccantes iuſtè damnati ſunt.

Benignus rex.
Sicut rex benignus audiens criminoſas perſonas, lege quidem compellente, ipſe mortis ſententiam aduerſus eos dicit, tamen miſericordia inſtigante lachrymas fundit ſuper eos, & vult eos adiuuare, & non poteſt, contradicente ſibi iuſtitia: Sic & Dominus ipſe quidem mortis ſententiam dictabat ſuper Iudæos, dicens: Ecce ego mitto ad A vos Prophetas, & ex ipſis occidetis, vt veniat ſuper vos ſanguis iuſtus. Ecce ipſe eos miſerabili lamentatione plangebat, dicens: Hieruſalem, Hieruſalem. Nam Deus inuitus compellitur cum magno dolore peccatores condemnare.

Pulli gallinacei.
Sicut pulli gallinarum paſtum ſuum quærentes, per diuerſa vagantur, & maternis vocibus congregantur ad ipſam, & iterum ſimpliciter paſcentes diſperguntur, & iterum maternis vocibus congregantur: Sic & populus Dei carnalem voluptatem, & mundialem concupiſcentiam ſequentes, per diuerſos vagantur errores, quos eccleſia mater per ſacerdotes modò increpationibus, modò blandimentis, quaſi quibuſdam vocibus congregare, & allectare feſtinat.

Gallina. Pulli.
Quemadmodum gallina habens pullos, vocando illos non ceſſat, vt aſſidua voce vagoſitatem B corrigat pullorum ſuorum: Sic & ſacerdotes in doctrina ceſſare non debent, vt ſtudio ſuo, & aſſiduitate doctrinarum ſuarum negligentiam populi errantis emendent.

Gallina. Pulli.
Quemadmodum gallina habens pullos, non ſolum ſuos calefacit, ſed etiam cuiuſcunque volatilis filios excluſos à ſe diligit quaſi ſuos. Ita & eccleſia non ſolum ſuos Chriſtianos ſtudet vocare, ſed ſiue Gentiles, ſiue Iudæi, ſi ſuppoſiti illi fuerint, & omnes fidei ſuæ calore viuificat, & in baptiſmo generat, & in ſermone nutrit, & materna diligit charitate.

Corpus exanime.
Sicut corpus anima recedente prius quidem frigeſcit, deinde putreſcit, & ſoluitur: Sic & templum veſtrum Dei ſpiritu recedente ab eo, primum quidem ſeditionibus & indiſciplinationibus replebitur tyrannicis, quaſi Deo iam illud non gubernante, deinde veniet ad ruinam.

Inſanabilis infirmitas.
Sicut ante mortem hominis inſanabilis procedit infirmitas: Sic & ante ruinam hominis, aut loci C alicuius, aut ciuitatis inemendabilia præcedunt peccata.

Pulli gallinacei. Accipiter.
Sicut pulli frequenter à matre vocati, quum nõ obaudierint, neque ſequuti fuerint matrem, matre longius abeunte, aut venit accipiter, & diſpergit eos, aut longius euagantur vt pereant: Sic & domino Iudęos frequenter vocante, quoniam non obaudierunt, neque ſequuti ſunt eum, recedente illo ab eis ad gentes: venit accipiter rex Romanus, & partem quidem eorum comedit fames & gladius, alii autem per ſingulas prouincias diſperſi ſunt, vt perirent.

Membrũ à corpore præciſum.
Sicut membrum à corpore præciſum viuere non poteſt, neque ramus arboris viridis eſſe: Sic & omnes hæretici præciſi à corpore vnius eccleſiæ, nec vitam Chriſti in ſe habere poſſunt, nec viriditatem gratiæ ſpiritualis, ſed eſt eccleſia eorum deſerta.

Homilia 47. In caput 24.

Domus prolapſa. Fundamentum.
D SI pars aliqua domus fuerit deciſa, cũ labore tamen poſſibile eſt vt reparetur: ſi autem ipſum fundamentum fuerit cõquaſſatum, quid faciat paterfamilias, niſi in aliquo loco noua faciat fundamenta, & lapides de priori domo tranſuectans, aliam ſibi ædificet domum? Sic & in ſpiritualibus ſiquidem populares peccauerint, per pœnitentiam corriguntur: ſi autem diſſipatum fuerit ipſum ſacerdotium, quod eſt populi fundamentum, quid faciat Deus?

Homilia 48. In caput 24.

Caſta mulier.
SIcut omnis mulier quamdiu non admonetur à malis hominibus, nõ bene cognoſcitur, vtrum ſit caſta: ſi vero admonita, conſcientiam vel fidem viro ſeruauerit, nunc merito caſta laudatur: Sic eccleſiæ fides nõn bene cognoſcitur, niſi Antichriſti venerint ad eam.

Incendium.
Sicut quum domus incendio comprehenditur, omnes latrones conſurgunt, quærentes vnuſ-

quiſque quod rapiat: Sic quando caſus ſpecialiter tunc Iudæorum, aut generaliter, aut modicum Chriſtianorum fieri cœperit, omnes dæmones ſpirituales latrones inſurrexerunt, per ſuos miniſtros quærentes vnuſquiſque quem perdant.

Phãtaſiæ. Homo circa mortem phantaſias videt: Sic & mundus in exitu ſuo multos parietur errores.

Acutum cernens. Sicut qui corporaliter oculos habet acutos, de longe proſpicit venientem, an amicus eius eſt, an aduerſarius: Sic qui mentem à peccatis habet mundam, de longe conſyderat, homo Dei eſt ille qui venit, aut homo diaboli.

Victus & fugatus rex. Quemadmodum ſi rex in bello victus atque fugatus ab alio rege, indueret indumentum regis illius victoris, & in parte ſua erigat ſimile ſignum ſigno regis illius, vt ille populus victoris ſchema ſui regis aſpiciens, & ſignum partis ipſius, dum putat ſe ad proprium currere regem, incurrat in manus aduerſarij ſui: Sic & diabolus ſubornat miniſtros ſuos ſub nomine Chriſti, vt volentes homines ire ad Chriſtum, ſimilitudine nominis tenebricati, ad diabolum vadant.

Tabernaculum. Tẽpeſtas. Quemadmodum ſi quis in campo quodam tabernaculo circundatus ſit, ſi aliqua ſurrexerit tempeſtas ventorum, ſonum quidem tempeſtatis audit, vexationes ſyluarum videt, ipſe autem flatum non ſentit: Sic qui intra iuſtitiam ſedet incluſus, quando mundus concutitur, rumores turbationum audit, ſecularium miſerationes audit, ipſum autem concuſſio mundi non mouet.

Homilia 49. In caput 24.

Dies mortis. Sicut homo priuſquàm dies mortis eius aduenerit, languere quidem poteſt, mori autem non poteſt: Sic & Iudæa ante Chriſtum vexata quidem eſt, perdita autem non eſt.

Ægrotus. Sicut ægrotus in doloribus poſitus omni homini oſtendenti ſibi aliquid ad remedium, facilè credit, non diiudicans perſonas medicantium, neque diſcutiens artificia eorum: Sic & tunc (nimirum quum exurgent pſeudochriſti (ſancti in neceſſitate perſequutionum poſiti, & quaſi ægroti deſiderantes refrigerium Chriſti, omnibus referentibus aliquid de Chriſto facilè credent.

Fumus. Sicut fumus ante ignem præcedit, ante victoriam pugna: Sic & ante gloriam Chriſti, tentatio Antichriſti.

Aquilarũ filij. Sicut filij aquilarum ad ſolem probantur, vt ſi quidem recto aſpectu potuerint intendere contra radios ſolis, intelligantur eſſe legitimi: ſi autem non potuerint, cognoſcantur adulterini: Sic & filij Dei ad Chriſti iuſtitiam comprobantur: ſi enim potuerint pleno corde iuſtitię verba ſuſcipere, intelliguntur eſſe legitimi: ſi autem non potuerint, cognoſcuntur de diabolo nati.

Paterfamilias moriens. Patrefamilias moriente, tota domus eius turbatur, omnis familia plangit, & conſciſſis tunicis ſuis, nigris ſe operit veſtimentis: Sic & humano genere, propter quod fuerant omnia creata, circa exitum conſtituto, totus cõtriſtatur mundus, vniuerſa cœli miniſteria lugent, & candore depoſito, pro veſtibus, luctuoſis tenebris veſtientur.

Tẽpeſtas. Sicut tempeſtas ſuſcitat nubila, nubila autem cooperiunt ſolem: Sic impiorum perſequutio ſuſcitabit tranſgreſſionem, tranſgreſſio autem Chriſtianitatis obſcurabit candorem.

Vernus flatus. Sicut in vernali flatu arbores laxantur in folia & fructus: Sic perſequutionibus excitantur animæ ad virtutem.

Homilia 50. In caput 24.

Ellernitũ, ſiue ſenex. Sicut quando videmus ſenem hominem, ſcimus quia propemodum moriturus eſt, quando autem, neſcimus: Sic & mundum quando perturbatum videmus, caſurum cognoſcimus, diem autem ignoramus.

Mors quotidiana. Sicut morituros ſe eſſe quotidie audiunt homines, nam quotidie alios mortuos vident, & tamen non credunt ſe morituros: Ita etſi audiunt periturum mundum, tamen non credunt.

Grana. Niſi grana in cortice fuerint molita, & depoſuerint cortices, & furfures, & proceſſerint ſecundum quod ſunt ab intus, quamuis aquam acceperint, non coniunguntur ad alterutrum, vt fiat ex omnibus vnus panis, quamuis & fermentatum acceperint, non fermentantur: Sic & homines niſi moliti fuerint ſub verbo, id eſt, catechizati, vt depoſitis corporibus ſpirituales efficiantur: quamuis & aquam baptiſmatis acceperint, quamuis verbum fuerit in eos miſſum, ſicut fermentum, non conueniunt in idipſum, nec poſſunt ſapere vnum, vt vnum corpus efficiantur, quia moliti non ſunt.

Lapides molares. Sicut inter duos lapides molares teritur triticum, & ſeparatur à cortice ſuo, & fit ſimilago mũda: Sic fideles in medio deſuper quidem vrgente verbo Dei ad fidem, & iuſtitiam, inde autem verbo impio ſe compellente ad infidelitatem atque peccatum, conteruntur, & carnalia ſua vniuerſa deponunt & ſpirituales efficiuntur.

Homilia 51. In caput 24.

Vas plenum. Sicut vas quamdiu plenum eſt de aliquo, non recipit ſupermiſſum: ſi autem vacuum fuerit, recipit omne, quod mittitur. Sic homo quamdiu occupatus eſt malis, non recipit bonum, & quamdiu occupatus eſt bonis, non recipit malum.

Paterfamiliar. Villicus. Coloni. Si paterfamilias ſuper poſſeſſionem ſuam villicum ponit, vt non cum ſingulis colonis habeat cauſſam, ſed de ſolo villico omnium exigat rationem: Si ergo inter colonos aliqua indiſciplinatio fuerit fœda, vnuſquiſque pro ſuo delicto reus efficitur, villicus autem pro omnium delictis. Et ſi bene redditum ſuum reddiderint, vnuſquiſque quidem pro ſua fide laudatur: villicus autem pro fide omnium remuneratur: Sic & Deus in populo, ideo ordinat ſacerdotes, vt actuum eorum ipſi diſcutiant rationem. Ideoque peccante populo vnuſquiſque quidem pro ſuo malo punitur, ſacerdotes autem pro peccatis omnium. Et bene agente populo, vnuſquiſque quidem pro ſuo bono remuneratur, ſacerdos autem pro bonis omnium.

Pluuia. Sicut ſemper pluuia bona eſt, maximè tamen grata eſt tempore ſiccitatis: & viſitatio amicorum ſemper quidem ſuauis eſt, multo tamen ſuauior in tempore luctus: Sic & conſolatio ſacerdotis, & doctrina ſemper opportuna eſt, maxime autem in tempore perſequutionis.

Neceſſarius nauis gubernator. Sicut nauis tunc præcipue gubernatorem neceſſarium habet, quando tempeſtatem patitur, quando autem proſperata eſt, ipſa ſe dirigit: & miles tunc præcipue neceſſariam habet annonam de rege, quando bellum & periculum inſtat: quando autem pax, vndecunque poſſunt ſe milites ſuſtentare: Sic eccleſiæ, præcipue in tempore perſequutionis, doctrinam ſacerdotis neceſſariam habent, quaſi ſpirituales milites ſpiritualem annonam: quando autem ſecuritas eſt, vnicuique naturalis ſufficit intellectus.

Tubicina. Sicut tubicina commiſſo bello pugnantem exercitum circuit, & bellicos cantus in tuba decantans, milites animat ad virtutem: Sic & ſacerdos perſecutione imminente exponens in populo fortiſſimorum martyrum glorioſa pericula, & inenarrabiles regni cæleſtis coronas vincentibus præparatas.

Infantiũ doctrina. Sicut infantibus eſca mutatur ſecundum ætatem: Sic in populo ſecundum virtutem doctrina temperatur.

Homil-

Homilia 52. In caput 25.

Cibus. QVemadmodum quũ manducas,& bibis,non anima mãducat,ſed corpus:res enim incorporalis corporali cibo nõ paſcitur: Sic quum vir mulieri, aut mulier viro coniungitur non anima copulatur, ſed corpus.

Lucerna. Sicut lucerna niſi ei ſubminiſtraueris oleum,extinguetur: Sic verbum fidei noſtræ, quod credentes accepimus, niſi aſſiduis nutriatur doctrinis, aut meditationibus ſcripturarum, extinguitur,& non ſatis illuminat animam.

Oleum. Sicut oleum lumen lampadis fouet. Ita opera bona ſubminiſtrant confidentiam fidei, ac vigorem accendunt.

Obuiam iens. Sicut qui obuiam vadit alicui,in via ſtat,& expectat eum, quamdiu veniat: Ita qui credit in Chriſtum, ſic debet in hoc ſeculo viuere, quaſi peregrinus,& non in ſuis,ſed in tranſitu poſitus.

Lampas. Sicut lampas non ex oleo accenditur,ſed ab igne,per oleum tamen nutritur,& niſi oleum ei ſubminiſtraueris, extinguitur: Sic & fides non ex operibus accenditur,ſed ex verbo Dei,& tamen per bona opera nutritur, & niſi ſubminiſtraueris ei opera bona,deficit.

Sponſus. Quemadmodum ſuperuenturo ſponſo feſtinat ſe ſponſa componere, ne forte ex aliqua parte diſpliceat ſponſo: Ita ſinguli ſemetipſos iudicabunt.

Deformis & languens virgo. Sicut virgo deformis & debilis ,ſine cauſſa ſe componit: Sic & peccatores in fine mundi fruſtra ſe præparabunt.

Rex cum tyranno conflicturus. Sicut rex cum tyranno bellum facturus, ſi voluerit aſpicere exercitum, & conſyderare arma illorum, iubet mitti tubam, vt fiant admoniti. Tunc omnes milites feſtinant arma ſua aſpicere, vbi ſit gladius eius, vbi lorica ſit poſita,vbi lateat ſcutum, & qui ſecuritatis tempore arma ſua ſtuduit immaculata cuſtodire, paratus & lætus currit ad inſpectionem: & qui tempore ſecutitatis gladium ſuum euaginare dimiſerit, aut loricam ſordeſcere, ſcutum frangi aut rumpi,quum audierit tubam,& ipſe quidem excitatus timore feſtinat limare gladium ſuum, detergere loricam, ligare,aut ſtringere ſcutum, ſed non poterit celare negligentiam ſuam, quum vrgeris neceſſitas non permittat longi temporis opus implere: Sic & domino abſente malus ſeruus non aſpicit opera ſua, quid facit, quid non facit, aut quomodo credit: nec cogitat quia venturus eſt dominus eius, & opera perſpecturus, & fidem: Sed quum viderit eum venientem de longe, tunc aſpicit opera ſua, tunc incipit feſtinare, ſed nihil ei proderit feſtinatio,quia multorum dierum negligentia non poteſt vna hora expleri.

Oleum. Sicut infuſo oleo augetur lumen lucernæ: Sic qui ſibi bene conſcius eſt, conſideratione operum ſuorum bonorum ſeipſum confortat.

Male ſibi conſcii. Sicut ſubducto oleo, minuitur lumen lucernæ: Sic ſibi male conſcius, conſideratione operum ſuorum malorum ſe confundit, & infidelitati ſuæ addit adhuc diffidentiam.

Homilia 53. In caput 25.

Semenis neglecta. SIcut qui ſeminandi cauſſa accipiens ſemen, tempore ſeminationis non ſeminauerit, damnum facit domino ſuo, & ſi non perdiderit ſemen, eſt tamen tantum damnum, quantum poterat lucrum facere, ſi opportuno tempore ſeminaſſet: ſic qui accipit fidem Chriſti, & in hoc ſæculo ſeminationis non fuerit operatus iuſtitiam, & ſi fidem ſuam non perdiderit, tamen tantum videtur peccaſſe. quantum potuit iuſtitiam facere, ſi non neglexiſſet.

Pecunia. Sicut pecunia hæc corporalis quidem, ſi ſit in ſacculo incluſa,ipſa eſt ſemper ſola: ſi autem fuerit agitata de manu in manum, vſu ipſo multiplicatur: vnde vſura dicitur ab vſu: ſic & fides Chriſti, ſi quidem ocioſa teneatur in corde, non ſolum ipſa manet, quæ fuit, ſed adhuc minoratur in otio, & torpeſcit, & ſegnis efficitur,& paulatim per actus carnales exinanita ad nihilum vadit: ſi autẽ exercitata fuerit ſcripturis, & loquutionibus aſſiduis ſuſcitata, operibus bonis virtutificata: non ſolum dico multiplicabitur: ſed nunquam deſinet creſcere, donec viuet homo. Vſura.

Homilia 54. In caput 25.

Nox. SIcut in nocte rerum facies non apparet, ſed & gemma quaſi lapis videtur, & lapis quaſi gemma exiſtimatur: Sic & ante aduentum Chriſti, humanorum cordium non apparebat differentia, ſed & mali quaſi boni ſuſtentabantur, & boni quaſi mali contemnebantur.

Hyems. Sicut in tempore hyemis inter virides & aridas arbores diſcretio non eſt, ſed quum venerit tempus illud beatum vernale, diſcernuntur: Ita nunc vnuſquiſque ſecundum fidem ſuam & ſecundum opera ſua manifeſtabitur.

IDEM HOMILIA
In Matthæum. II.

Sanitas. SIcut corpus quod aëris puritate perfruitur, maiore ſanitatis gaudet vigore: Sic fit profecto etiam anima ſapientior quæ ſcripturarum meditatione nutritur. Nonne vides etiam corporis oculos quum in fumo forte remorantur, lachrymas ſemper effundere? Si vero potiantur aëre purgato, & florentibus pratis & hortis virentibus, & fontibus inter amœna lucentibus, & ſaniores eſſe multo vtique maiore acici fulgore rutilare. Talis profecto eſt mentis oculus. Si in pratis ſpiritalis paſcatur eloquij, erit totus ſine dubio purus ac lucidus, & acutius cuncta perluſtrans.

Homilia 3.

Aurum. SIcut aurum, veſtemque precioſam, quum in publico ponimus, plurimos ad inſidias prouocamus. Si vero ea recondamus atque occultamus domi, in tuto cuncta ſeruabimus: Sic ſunt etiam diuitiæ virtutum. Si eas in memoria, quaſi venales aſſidue portemus, armamus hoſtem, irritamus inimicum, & doloſum inuitamus ad furtum. Sin vero nemo id alter ſcierit, niſi quẽ nulla occulta latere poſſunt, tutiſſimo in loco precioſa conſiſtent.

Homilia 4.

Leo. LEonem quidem mitigas reddiſque tractabilem, furorem vero animi tui omni prorſus efficis leone ſæuiorem. Si ſeruus domũ patris nequaquã ingreditur, cum beſtia fueris effectus, quãdo poteris ipſum vel intrare veſtibulum? In mitigãdo leone, quum duo ſint impedimenta vel maxima, quod fera ipſa ratione priuatur,& longe amplius animãtium alterius generis excedit furorem, tu tamen de copia donatæ tibi à Deo ſapiẽtiæ, ipſam ſuperas arte naturam. Qui igitur naturam vincis in beſtiis, cur in teipſo naturæ obfuſcas bonum, dum malum adamas voluptatis? Beſtias feras ad manſuetudinis prouehis dignitatem, teipſum de throno deiiciens & honore regali, ad animalium irrationabilium furorem cogis. Ponamus iram quoque beſtiã quãdam eſſe. Quantum igitur ab aliis erga mitigandũ leonem, ſtudium datur, tantum tu erga iracundiam impende curam, & effice huiuſmodi cogitationem mitem atque manſuetam. Si quidem hæc fera & vnguibus ſæuiſſimis armatur & dentibus: niſi illam ſollicitè manſueſeceris, cuncta ſimul diſperdet & lacerabit. Nullus leo, nulla ſic vipera

Iracũdia. viſcera queunt humana laniare, vt hominis iracundia, ferreis quibuſdam vnguibus vniuerſa cõfodiens. Neque ſolum corpori nocet, ſed etiam ipſius corrumpit animæ ſanitatem: Cunctas ſiquidem eius omnino vires diſcerpit ac deuorat, eamque ad omnia inutilem reddit: *Vermi nutrientes.* Nonnulli hominum vermes quoſdam in inferioribus corporis nutrientes, ne reſpirare quidem ſinuntur vexatis profectò obeſiſque viſceribus: nos tamen venenatam in nobis alentes viperam, iram dico, quæ omnia hominis interiora depaſcitur, quid inquam ſanum aut forte poſſumus cogitare? Quonam modo ab hac tam noxia peſte fugiemus? Si illam vtique potionem bibamus, quæ omnes intra nos vermes, ſerpentesſque mortificet. Et quod namque eſt, inquis, poculum iſtud? pretioſus ſcilicet ſanguis Chriſti, ſi cum fiducia vtique ſumatur. Omnis enim hoc remedio morbus extinguitur.

B

Homilia 5.

Fertilis terra. VBi ſemen eſt, ibi etiam multiplicatio fructuũ conſequitur. Tu vero ſi terram quidem pinguem ac fertilem coleres, & quæ plurimum eſſet opportuna ſeminibus, non tantum illa propria horrea ſeminando vacuares, ſed etiam mutuareris aliunde quod ſereres: maximum namque detrimentum putares, ſi in re tali diligeres parcitatem: In cœlo vero operans, atque ibi fructum requirẽs, vbi nulla aëris inæqualitas, corruptio nulla ventorum, ſed plurimo vbique cum fœnore ſemina iacta proueniunt, cunctaris atque diſſimulas, nec intelligis quia poſſimus & parcendo perdere, & ſpargendo colligere. Sparge ergo ne perdas, noli retinere vt magis congreges.

Homilia 9.

C

QVi theſaurum ſuũ terræ defodiunt, nec illum cuſtodiendum transferant in cœlum, tale quiddam faciunt, quale ſi agricola accipiens frumentum terra fertili ſeminandum, vberẽ quidem *Agricola.* agrum relinquat, in lacum vero frumentum omne demergat, vt eo nec ipſe potiatur, & frumentum ſui corruptione depereat.

Homilia 6.

Ruinoſa domus. ITaque his ſimiles ſumus, qui quum male maceriatam ac ruinoſam videant domum ipſam, qualem reſtituere negligunt, amplos autem ei hortos in circuitu præparant: aut illis qui quamuis morbo conficiantur, cura tamen valetudinis neglecta, aureas ſibi veſtes contexunt: aut mulieri, quæ cum aduerſa valetudine nimium laboret, nullum ægrotationis remedium, ſed ancillas & ornamenta, cæteraque huiuſmodi perſuademus ſibi ſtudeat comparare: Non aliter ſane nos, cũ anima noſtra modo

D

in furore, modo cupiditatis ardore, nunc maledicendi ſtudio, nunc inanis gloriæ iactatione mirabiliter vexetur, ac humi iacens, ac ſecum ipſa diffidens, ab innumeris laceretur feris, non vt ipſam curemus, ſed vt magnificas ædes conſtruamus, & gregem ſeruorum, cæteraque huiuſmodi acquiramus, omni ſtudio atque cura vigilamus: *Vrſa.* Etſi vrſa fugam à cauea cœperit, domos præcludimus, vicos obſidemus, vt inter ſepta nemini noceat: Nunc vero cum nõ vna beſtia, ſed multæ atque obſcœnæ cogitationes omni beſtia ferociores animam noſtram lacerent, nec ſentire quidem videmur, & vrbium ſanè habitatione adeo prouidemus, vt vel in deſertis locis, vel in vallatis atq; munitis atrocem feram coerceamus: in anima vero noſtra, vbi locus conſilij eſt, vbi regia ſedes ad regale ſolium omnia perturbantes magna licentia conſcendunt: propterea ad inferiora depelluntur, quæ ſuperius ſtare debebant: omnia ſimul turbata conquaſſantur, vrbana ſuburbanaque, quæ intus, quæ foris ſunt,

A

ciuitatique ſimiles ſimus, quæ barbarorum incurſu conturbatur, aut auiculis, quæ dracone ad nidum ſerpente trepidæ ac conturbatæ circumuolant.

Homilia 9.

Seruus debitor. POnamus aliquem ſeruum multarum pecuniarum, proprio domino eſſe debitorem, vim quoque perpeti ab iniquis hominibus, hunc ſeruum & aliquanta eorum, quæ habebat amittere. Si igitur dominus valens coercere raptorem, non quidem ſeruo reſtituat erepta, ſed cuncta tamen quæ perdidit ſibi illa computet reddidiſſe, nonne etiam lucra damni occaſione collegit? Quod certè ab omnibus probatur abſque ambiguo. Hoc & in nobis, quum iniuſte aliquid patimur cogitemus, quia ſcilicet pro illatis iniuriis nobis remiſſionem accipiamus omnium peccatorum, aut ſi in vobis tanta delicta non fuerint, clarioribus honoremur coronis.

B

Homilia 8.

Ægrotus. VT ſi quis ægrotum, quem ad ſanitatem reduxit, iubeat illa non facere, ex quibus morbus ille contigerat. Ita etiam poſt baptiſmum, ieiunium contra vitium edacitatis induxit dominus. Nam Adam de paradiſo intemperantia ventris eiecit.

Homilia 14.

Veſtis. SIcut qui præclara veſte indutus eſt, fugit omnem ſordidam rem, ne coinquinet eam, & perdat gratiam candoris eius. Sic qui ſuſcipit Deum in corpore ſuo & ſpiritu, ſollicitus eſſe debet, ne forte contaminet eum, ſciens quia ſi contaminatus fuerit in nobis, ipſe quidẽ in ſua natura manet incontaminabilis, tamen contaminationis iniuriam grauiter iudicabit noſtro interitu.

C

Homilia 10.

Sopor. ALtiſſimo torporis ſopore deprimimur, & illudentia nobis phantaſmata ſomniamus, quaſi nocte omnino profundiſſima ſoporati. Nihil ſiquidem à ſomnij vanitate præſentium differunt rerum figuræ, ſiue illæ triſtes, ſiue ſint proſperæ. Exurgamus igitur à ſomno teterrimæ illius noctis, vt poſſimus ſolem videre: Nemo enim ſolẽ dormiens intuetur, nec radiorum eius decore oculos illuminat, ſed cuncta quæ ſe opinantur videre, figmenta ſunt ſomnij.

Homilia 16.

Itinera. SIcut ex diuerſis itineribus venientes ad vnam manſionem contendunt: Sic & Euangeliſtæ ex diuerſis occaſionibus loquentes, in vnum ſenſum ingrediuntur.

D

Homilia 17.

Puer gladium tenens. QVemadmodum nos quum gladium à puero teneri videamus, etiamſi nondum vulneratum eum cernamus, verberamus tamen, ac ſæpe minantes denunciamus, nequando illum rurſus contingat: Ita etiam Deus inuerecundum coercet aſpectum, ne quandoque in ipſam quoque incidat actionem.

Homilia 28.

Lutum. VT lutum farinam, acetum vinum corrumpit: Ita mali homines bonos, diſcedamus ergo à Babylone.

Rex. Si terrenus forte rex diceret non poſſe diuitum quempiam in ipſius fulgere regno, aut aliquo decorari honore: nunquid non certatim omnes abiicerẽt inhonoratas diuitias? Si ergo apud terrenum regem, honorem nobis auferrent opes, continuo

de

deſpicabiles fierent: rege vero cœlorum inclamante nobis ac dicente, quia difficile ſit nos cum diuitiis, diuinæ illius habitationis veſtibulum intrare: non impendimus omnia?

Homilia 14.

Vinctus.

Sicut cum aliquem videris vinctum ceruice, manibus pedibuſque ferratum, propterea illum maxime miſeraris: Sic etiam cum videris diuitem cũctis rebus omnino circundatum, noli eum propter illa putare locupletem, propter quæ debes infelicem vocare. Præter illa ſiquidem vincula, habet cuſtodem carceris ſæuiorem amorem pecuniarũ, qui ſemel à ſe vinctum, nequaquam de hoc carcere exire permittit, ſed mille illi imponit catenas & oſtia, & ſeras atque cuſtodias, in interiorem illum coniiciens carcerem, etiam delectari his vinculis facit. Etſi intenta mentis acie animum inſpexeris, non modo ligatum, ſed & ſquallentem atque ſordentem, ac vermibus plenum videbis.

Homilia 16.

Acutum videns.

Sicut quanto acutius viderimus, tanto magis diſcimus, quàm longe à cœli regione diſtamus: Sic etiam quanto ſuperius ad virtutis aſcendimus exceſſum, tanto amplius docemur, quàm ſit inter nos & Deum grande diſcrimen.

Homilia 21.

Oculus.

Quod oculus corpori, hoc intellectus animæ. Si enim nequaquam prorſus eligeres ornari auro, & ſerica veſte circundari, oculiſque fœdari, ſed horum proculdubio ſanitatem deſiderabiliorem rebus omnibus iudicares, quæ ſi tibi certe depereat, nihil te iam tota vita delectat: quanto hoc magis pro oculis mentis debes efficere? Sicut enim poſtquam corporalium oculorum lumen extinctum eſt, omnia iam membra in miſeria verſantur: Sic etiam in anima intellectus conſeruemus ſalutem. Si vero cæcamus iſtum, quo aliis quoque debemus lumen inferre: vnde iam ipſi poterimus aſpicere?

Caput fodinæ.

Sicut enim qui caput ipſum fontis obſtruxit, totũ ſimul exiccauit & flumen: Sic etiam qui oculum mentis tenebris obduxit, omnes quoque vitę iſtius actus vna confuſione cæcauit. Si enim lumen tenebræ quantæ erunt?

Lucerna. Gubernator. Dux. Socratica inductio.

Quando enim lucerna extinguitur, quando gubernator mergitur, quandò dux ipſe capitur, quæ tandem obedientibus ſupererit ſpes ſalutis? Intellectum dedit nobis Deus: vt ignorantiam fugemus è mentibus, vt rectum teneamus iuſtumque iudicium, atque ad alia huiuſmodi dirigamur, & contra diuerſarum impugnationum varios incurſus hoc quaſi ſcuto vſi ac lumine, maneamus innocui atque muniti. Nos vero tantum hoc Dei donum temere prodimus propter ſuperflua ac vana prorſus. Quid enim prodeſt auratis armis milites refulgere, cũ ducitur rex ipſe captiuus? Quod lucrum eſt ornatæ depictæque nauis, cum ipſius mergitur gubernator? Quænam illa eſt bene compoſiti corporis pulchritudo, cum facies oculos amiſit?

Medicus.

Quemadmodum igitur ſi medicum (cuius ad aliorum ægritudines depellendas ſanitas neceſſaria eſt) ipſum in ægritudinem mittas, & inde aurato cubiculo lectuloq. argenteo iacere præcipias, nihil proficiet omnino languentibus: Ita etiam ſi mentis principale corrumpens, quo ſcilicet ingruentibus potes viciis repugnare, theſauro feceris aſſidere, nihil omnino profeceris, ſed totam prorſus animam læſeris.

Auarus.

Auarus cæcus eſt. Amor namque pecuniarum pupillam mentis tuæ quaſi quidã malignus humor influxit, denſamque iam nebulam prorſus operatus eſt, ſed & diſrumpi atque diſpergi hanc nebulam facile eſt, ſi ſcilicet radium doctrinæ Chriſti voluerís exhortantem admittere dicentem: Nolite theſaurizare vobis, &c.

Homilia 24.

Vita l dus.

Vita noſtra ludus eſt, & fortè quid deterius. Non enim tendit ad riſum, ſed intolerabilem quoque portabit dolorem eis qui mores ſuos non mature & diligẽter inſtruunt. Quo enim diſtamus à pueris, ludendi gratia caſulas ædificantibus, nos qui ampla prætoria & clara conſtituimus? Quę autem eſt diſſimilitudo inter eorum prandiola, ad ludum parata: & noſtra hæc ſplendide & delicate apparata cõuiuia? Nulla plane, niſi quòd ea quæ nos ad ſupplicium noſtrum ſæpe facimus, illi imitantur ad ludum. Nondum venimus ad maturitatẽ virorum, quò cum venerimus, intelligemus hæc eſſe omnia puerilia.

Pueri

Nam & illos cum ad virilem ætatem tranſimus, ridere conſueuimus ob ea certe ipſa, quæ cum pueri eſſemus, etiam ſtudioſè credebamus eſſe facienda. Nam & teſtas aliquando & lutum ſæpius aggerantes, non minus gloriabamur, quàm hi qui certatim amplas porticus & triclinia gaudent ſuperba conſtruere. Sed tamen peribant illa continuò & corruebant. Et ſicut nos, paruulos de illa flentes deſtructione ridemus. Sic iſti quoque viri nobis de hac ſubuerſione mœrentibus, non modo non rident, ſed deflent. Quouſque luſibus occupamur, ac ſalutem noſtram ipſi deſpicimus ac prodimus? Vt pueri, cum neglectis literis ad huiuſmodi nugas ſua ſtudia conuertunt, duriſſimis verberibus ſubiacebunt: Sic nos quoque, qui in his rebus ſtudium omne conſumimus, cum à nobis ſpiritualium exigetur operum diſciplina, niſi quæ reddenda erunt habuerimus parata, horrenda illa ſupplicia perferemus. Et hęc quidem quibus nunc dediti ſumus, cuncta pariter euaneſcent: quæ verò ex iſtis pœna colligitur, immortalis erit & perpetua. Quod quidem accidere ſolet in paruulis, quorum puerilis illa conſtructio à patre tota ſubuertitur, ipſi etiam verberati poſt luſus ad lachrymas conuertuntur.

Homilia 25.

Ignis.

Sicut qui ignem obligat in veſtimento, illum quidem non extinguit, veſtem autem comburit: Ita etiam qui in virtute poſitos perſequebantur, comprehendebant ac ſæpius colligabãt, illos quidem ex his omnibus reddebant clariores, ſe autem omnino perdebant.

Homilia 27.

Morbo rũ cauſ atque cu ræ.

Quemadmodum medici grauiſſimorum morborum cauſas atque curam diligentius docent, vt in difficilioribus exercitati qui diſcunt, facilè quid ſibi in aliis faciendum ſit intelligant: Sic diuinæ literæ maxima delicta in medium poſuerunt, vt inde minora etiam committentes, facilius rationem curationis inueniant.

Fortis vir.

Ita non aliter factum eſt, quàm cum à barbaro quidam in acie fortis vir dimiſſo telo periculoſe percuſſus, neque id ſemel, ſed iterum, atque grauius perpeſſus, non ceſſerit, ſed vndique ſanguine profuſus, magno in hoſtem impetu ruerit, confeſtimque trucidauerit: Sic etiam Dauid, quantò magis ſaucium dices, tantò maioris illum animi oſtendes, qui poſtquàm ita miſere depreſſus fuit atque deiectus, velociter ſurgere, ac ante primam aciem ſtare, percuſſoremque ipſum humi ſternere potuit: quod quale quantuque ſit, hi maximè non ignorant, qui in ſummas peccatorum ærumnas deciderunt: non enim ita magni excelſique animi ego iudico, ſi cum recte vadas, iter tuum fœlici curſu perficias.

Homilia 29.

Luxu perditus. Dæmoniacus.

Quomodo luxuria corruptus atque petulans, qui ad omnem corporis formam hiſcit, à dæmoniaco differt? non videtur nudus ambulare, ſed corporeis quidem veſtibus amictus eſt, veris autem veſtibus priuatus, ſumma hominis gloria caret, non lapidibus ſeipſum cædit, ſed ſceleribus, quæ lapidibus duriora aſperioraque ſunt. Quis hunc iuuare poterit? Quo fit, vt nunquam ſit in ſeipſo, ſed in ſepulchris verſetur. Sepulchra ſunt meretricum diuerſoria, cum multo fœtore, multa putredine ſunt repleta. Non minæ, non exhortationes ipſum ligare poterunt, omnia hæc vincula ſpernit: Sic auarus, &c.

Homilia 24.

Adoleſcēs ſpectatiſſ.

QVantum malum ſit æternorum bonorum portione priuari, accipe Simile. Ponamus adoleſcentem aliquem eſſe mirabilem, eundemque & cũctis florere virtutibus, & totius tenere orbis imperium, tamque in omnibus eſſe perfectum, vt vniuerſos erga ſe homines patrio ardere faciat affectu. Quid non ergo iſtius patrem pati exiſtimatis libenti animo, ne talis filij priuetur alloquio, quod vero vel exiguum, vel grande malum non eſſe ſubiturum, modo vt illum etiam videat, atque illius præſentia perfruatur hoc de futura gloria cogitemus. Neque enim ſic filius patri etiamſi virtutibus mille decoretur; deſiderabilis eſt, atque mirabilis, vt cœleſtium fructus bonorũ, ac reſolui & eſſe cum Chriſto. Intolerabilis quidem res eſt etiam gehenna, quis neſciat? & ſupplicium illud horribile. Tamen ſi mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus eſt, quale eſt beatæ illius gloriæ honore propelli, exoſumq. eſſe Chriſto, & audire ab illo, Non noui vos, &c. Eſt enim ſatius, mille fulmina ſuſtinere, quàm vultum illum manſuetudinis, pietatiſque plenum, nos tamen aduerſantem videre, & illos totius tranquillitatis oculos nequaquam nos aſpicere ſuſtinentes.

Homilia 30.

Arenoſa terra.

SIcut terra arenoſa, quæ quamuis pluuiam ſuſceperit, tamen quia nullos in ſe tenet humores, ſemper adhuc aret: Sic febricitãtes quantumuis biberint, calore totum conſummante quod biberint, ſemper adhuc ſitiunt: Sic & maligni homines quidquid boni viderint, aut audierint, infidelitate totum conſummante, quod vident vel audiunt, ſemper vacui ſunt, nihil retinent eorum quæ audita ſunt.

Homilia 31.

Concionator.

SIcut gaudet medicus, quando ad eum ægrotantium multitudo proſequitur. Sicut lætatur rex quando eum magni exercitus manu armata circundat: Sic exultat ſacerdos, quando eum audientium populus magnus auſcultat.

Homilia 30.

Dæmoniaci.

NAm æris quidem auidi beneuolos, niſi vtiles ſibi ſint inimicos dicunt: Et liberum hominem ſi poſſent, libenter in ſeruitutem ſuam redigerent. Dæmoniaci verò nihil huiuſmodi faciunt, ſed ipſi ſoli ſuo malo laborant, & illi quidem multas domos euertunt, nomenque Dei propter ipſas blaſphematur. Communis ærumna ciuitatum atque orbis totius: Dæmonibus autem exagitati lachrymas nobis ita mouent, vt eorum facilè miſeriamur. Et iſti non ſentiunt plerunque quod agũt,

A illi præmeditati omnia faciunt, mediis vrbibus bacchantes, ac nouam inſanientes inſaniã. Quando enim omnes ſimul dæmoniaci tantum facinoris committent, quantum Iudas ſolus commiſit? Qui ad extremam iniquitatem turpi pecuniarum ardore deuectus eſt, pariterque omnes qui illius auaritiam imitantur, quaſi feræ beſtiæ à catenis ſolutæ, cunctos homines nullo reſiſtente perturbant ac lacerant. Et vincula quidem etiam his vndiq. coniecta ſunt, iudicij timor, legum terror, multorum odia, cæteraque huiuſmodi: ſed his ruptis omnia perturbant, quod ſi quis hos nexus omnino ab eis auferret, tunc videres peiore hos dæmone, quàm dæmoniacos ac fortiore vexari.

Homilia 32.

Filius regno defūnatus.

B SI ad imperandum regnandumque hoc caduco mortalique regno, filius tuus adiſſet, nolles eum inde redire, vt ipſum videres: nunc verò cum ad meliora maioraq. regna proceſſerit, parui temporis abſentiam ferre non poteris? Noli ergo plorare: reddidiſti enim depoſitũ quod tibi creditum erat, non ſis ſollicitus, ſi vides in inuiolabili ærario theſaurum tuum eſſe depoſitum. Quod ſi etiam tam præſentis vitæ, quàm futuræ conditionem intellexeris, & hanc quidem arancarum telam eſſe, atque vmbram, illam autẽ immobilem, & æternam eſſe, non indigebis vlla ratione.

Homilia 33.

Reuolutio.

ILlum abiſſe in prata florentia cum putes, ingentes cur aduerſum te fluctus ſuſcitas tempeſtatis? Hic autem fluctus præſentis vitæ pernauigauit. Nihil mirabile aut nouum factum eſt: Nam eadem C ipſa quotidie reuolui videmus: diem nox, noctem dies, hyemem æſtas, æſtatem hyems modo præcedit, modo ſequitur, nec plus quicquam eſt, & hæc quidem eadem ſemper: Ita & homines moriuntur, vnus poſt alium.

Homilia 34.

Athletæ.

Cum nemo in arena ſeipſum exerceat, quomodo aliquis in certamine inſignis erit atque cõſpicuus? Quis vnquam athleta non ab ineunte adoleſcentia in palæſtra corroboratus, potuit in Olympicis, excelſo & magno animo aduerſarium aggredi? An non oportet quotidie luctari atque currere? Nónne videtis eos quos certaminũ athletas appellant, cum nullum forte reluctatorem repererint, ad ſaccum arena plenum vires ſuas excitare, iuniores cum iunioribus, quaſi cum aduerſario pugnam inire? hos imitari ſtude, ac ipſe tecum altioris philoſo- D phiæ inſtituta meditare, ac confirma. Inſurge contra paſſiones, vince animi labes.

Homilia 34.

Serpens.

Quemadmodum ſerpens totum ſeipſum tradit nec minimum curat, ſi corpus inciditur, donec caput ſuum integrum ſeruet. Eodem tu modo fidem ſi cætera perdideris cures, profundas vniuerſam tuam pecuniam, tradas corpus, vitæ ipſius ſi opus eſt, minime parcas, dummodo fidem ſerues, quæ caput eſt radix, qua ſeruata, etiam ſi omnia perdas, omnia tamen rurſus cum maiori magnificentia recuperabis.

Homilia 35.

Animus.

CVr regem omittis animum, & ad pręconia corporis refugis? Cur philoſopho ſpreto, interpretem nimia cupidine ardes? Si mulierem deformem, ſpecioſo velamine adopertam conſpiceres,

Mulier deformis & ſpecioſa.

nullo affectu moueretis: ſic ecôtra pati non poſſis, vt ſpecioſa velamine tegeretur: Idipſum igitur in anima etiam facias, cui quaſi velamen corporis pondus circumpoſitum eſt, quod quidem qualitatem ſenſitiuam omnino deponere non poteſt: animus autem citò à deformitate ad pulchritudinem tranſibit, dum velit.

Homilia 36.

Pax.

PAx vera tunc præſtatur, cum quod tabo vel ſanie corruptum eſt, abſcinditur atque proiicitur, quãdo factioſa & improba pars repellitur, vel omnino deſtruitur. Sic certe cœlis terra coniungi poteſt. *Medicus.* Nam & medicus hoc modo reliquum corpus conſeruat facilè, ſi quod reduci ad ſanitatem nequit, exciderit atque abiecerit: *Militiæ dux.* Et militiæ dux ad ſoluendam militum conſpirationem, alterum in alterum concitat: Sic illius quoque tempore turrim factam videmus, quando pernitioſa illa pax, per probatam diſcrepantiam diſſoluta, tranquillam atque laudabilem reddidit: Sic Paulus qui contra ſe conſpirabant, diuidebat.

Homilia 38.

Venatores.

EGo & Ioannes ad vos venimus, idemque fecimus, quod venatores ſolent facere, qui quando feraciſſima, captuque difficillima inſectantur animalia, non vna via, ſed diuerſis, & non diuerſis ſolum, ſed per contraria plerumque aggrediuntur, vt ſi alterum effugerint, in alterum incidant. Nam qui vniuerſum penè genus hominum maximè ieiunantes ſolet admirari, & duriciem viuendi nimium approbare: idcirco ſtatim à teneris vnguiculis diſpenſatione diuina duriter vixit Ioannes, vt adhuc ad credendum verbis ſuis populi ducerentur.

Homilia 35.

Aes.

SIcut quando æs effunditur, vnde ſtatua conflatur, nullam æris perditionem tunc eſſe dicimus, cum ad meliorem vſum traducatur: Similiter de corpore tuo futurum eſt: mors ipſa, & mortalitas deſtruitur corruptione carnis, non ſubſtantia corporis.

Homilia 36.

Stomachus.

Sacerdotes prælati ſunt in populo, ſicut ſtomachus in corpore hominis: Si ſtomachus dolet, corpus ægrotat, &c.

Homilia 38.

Flores.

Sicut de gemmis flores: Ita de bonis cogitationibus naſcuntur bonæ voluntates. Sicut autẽ flores non poſſunt procedere, niſi fuerit gemma: Sic bona voluntas naſci nõ poteſt niſi præceſſerit in homine cogitatio bona. Poma ſunt opera iuſtitię. Sicut ante pomum flos: Ita ante opus bonum voluntas bona. Arbor non proferet fructum, quæ iuxta viam eſt: Ita qui in mundo viuunt.

Homilia 38.

Sordes. Aures.

Sicut ſordes & limus aures corporis obſtruere ſolent: Sic meretricij cantus, fabulæ huius ſeculi, aures mentis ſolent obſtruere, atque immundas facere: quaſi enim ſtercus auribus veſtris immittunt huiuſmodi colloquia, & quod barbarus ille minabatur dicens: Comedetis ſtercus veſtrum, id nunc multi non verbo, ſed re in vobis faciunt, imo verò multo peius atque fœdius.

Homilia 39.

Mare.

QVemadmodum ſine fluctibus mare nunquam conſpicitur. Sic animos diuitum auarorum abſque ſollicitudine, tremore, turbatione, curis, periculis nunquam reperies, ſed antequam priora componant, alia inuaſerunt.

Homilia 52.

Febricitans.

QVemadmodum ſi quis febricitans, plenum frigidiſſima vas aqua rapuerit ab aliquo, & eam peſtiferam bibendi cupiditatem expleuerit, ac morti ſeipſum tradiderit, non eum vnde aqua rapta eſt, ſed eum qui rapuit accuſamus, & ſibiipſi iniuriatum cenſemus. Sic certo de auaris atque rapacibus cogitare debemus. Peiori namq; febri iſti laborantes, alienarum rerum rapina, habendi cupiditate inflammantur. Si quis etiam furore concitus, gladio à latere cuiuſpiam rapto, ſeipſum occiderit, nónne qui rapuit ſibiipſi iniuriam intulit, cum is à quo enſis raptus ſit, nulla ſit vexatus iniuria? Hoc ipſum quoque in pecuniarum rapina fieri videmus.

Homilia 41.

BEllum eſt in foro, pugnam quotidianam exhibẽt negotia, tempeſtas & procella. Armis opus eſt. Opus eſt ventis, à puppi opus omnia diſcere, vt dici ſpatium abſque naufragiis & vulneribus tranſigatur. Multi per ſingulos dies ſcopuli, & frequenter illiditur ſcapha atque ſubmergitur. Olympia multi patrum ſæpe ſpectauerũt. Sicut per certaminum dies & noctes, nihil aliud præco nocte tota *Præco.* ſatagit, nihil curat; niſi ne prodiens pugil turpe quicquã agat. Illi namque tibicini aſſidentes ſpondent, nec aliquem alloqui, ne ſpiritus qui conſumitur riſum mereatur. Si igitur coram hominibus pugnaturus tantam gerit prouidentiam, multo magis *Miles.* nos decet ſemper eſſe ſollicitos & curare, quibus tota vita certamẽ eſt. Omnis igitur nox ſit pernox, cogitemus quomodo diem tranſgreſſi, non mereamur riſum, & vtinã riſum ſolum. In dextera ſedet patris agonotheta noſter.

Homilia 42.

NOn patimur domum veteraſcentem cadere, neque procellis labantem, animæ vero nulla ratio. Iumentorum diligentiſſimam curam habemus, canum etiam, animæ nulla ratio: Non tantum curæ impendimus animæ, quantum canibus, & tamen canes dici nolumus. *Canes.* Canis futuræ voluptatis ſpe, præſentem contemnit, tu vero non vis futurorum bonorum ſpe, præſentem contemnere? Quod ille ex conſuetudine, hoc tu non vis ratione perficere? hoc & accipitres & aquilæ facere dicuntur, quod in quadrupedibus & dorcadibus illi, hoc in auibus hi, & hi vero rurſum ex humana diſciplina. *Sponſa deformis & pulchra.* Sicut in ſponſa licet thalami ſint vel operti aureis, licet mulierum adſint pulcherrimarũ chori, licet roſeæ coronæ, licet ſpõſus formoſus, licet ancillæ, amicæ licet omnes, ſi illa deformis, vtilitas nulla. Sicut econtra ſi ſit pulchra, nullum ex iis accidit nocumentum ſcilicet contrarium. Ex illis ſi ſit turpis, videbitur turpior: ex his verò, ſi ſit formoſa, nõ formoſior fieret: Ita & in anima cum ſit decora, non tantum non indiget horum, ſed hæc potius eius obumbrant pulchritudinem.

Homilia 43.

Meatus aquæ.

Quemadmodum ſi quis claudere voluerit meatum aquæ currentis, ſi vna ex parte excluſa fuerit aquæ violentia, aliunde ſibi ſemitam rumpit: Sic peccatorum malignitas ex vna parte confuſa, aliunde ſibi aditum adinuenit.

Homilia 49.

Iucundi acti labores,

OMnibus laborantibus dulcis eſt finis. Viator libenter interrogat vbi ſit manſio: Mercenarius frequenter computat, quando annus completur: Agricola ſemper tempus meſſis expectat: Negociator die ac nocte thecæ ſuæ diſcutit rationem: Mulier prægnans ſemper de decimo menſe cogitat: ſic ſerui Dei libenter de morte ſua cogitant. Vbi enim theſaurus eorum, ibi & cor eſt. Si haberes ſolidorum quantitatem in arca tua, oculos illuc ſæpe haberes: Sic ſancti illum locum aſpiciunt, vbi repoſitam habent coronam.

Homilia 46.

Sepulchrum.

Sicut ſepulchrum quamdiu clauſum eſt, pulchrum videtur à foris: ſi autem apertũ fuerit, horribile eſt: Sic ſunt ſimulatores bonorum, quamdiu non cognoſcuntur, laudabiles ſunt: cum autem cogniti fuerint, abominabiles.

Homilia 46.

Serpẽtes.

Sicut ſerpentes varij in corpore: Sic hæretici varij in erroribus. Serpens ſuper ventrem graditur: ita hæretici cauſa ventris, & vanæ gloriæ omnia faciunt. Terram manducat ſerpens, & iſti illos lucrantur qui in terra ſunt, id eſt, carnales. Non ſolum ſunt ſerpentes, ſed & viperæ; quarum natura eſt, vt rumpentes viſcera matrum naſcantur: Sic authores hæreſium, rumpentes fidem matris Eccleſiæ, proceſſerunt ad principatum.

Viperæ,

Homilia 44.

Podagrici

Podagricos tibi ante oculos pone, qui quando acutis compunguntur dolorum ſtimulis, & ſi mille offerres vehementius dolentes, ne reſpicere quidem dignantur. Non enim patitur intenſus dolor, vt quaſi ocioſi de cæteris cogitent, ac inde conſolentur. Minime igitur nos huiuſmodi ſpes alat. Nam qui à malis aliorum originẽ trahit, in mediocri afflictione locum habet.

Homilia 45.

Vepres.

Quemadmodum acuti vepres vndecunque capiuntur atque conſtringuntur, manus cruentant: eodem modo delitiæ, pedibus, manibus, capiti, oculis, omnibus ſimiliter membris officiunt. Steriles autem ſunt, nullum, ſicut vepres, fructũ producentes, ac multò magis, quam cætera penè omnia hominem conficiunt. Delitiis enim ſenectus citius ſubrepit, ſenſus obtunditur, cogitatio retardatur, corpus diſſoluitur, maioris ſtercoris copia reconditur, atque reponitur: Ita ex ingenti afflictionum aeſtuo, nauigio nimium oneribus oppreſſo, crebra contingunt naufragia. Adeò mala delitiarum laſciuia eſt, vt irrationabilibus quoque peſtifera ſit. Nam vt volucres nimia ſaturitate, & ſibi, & nobis inutiles efficiuntur: ſuperfluitates enim indigeſtæ, ac putredo humidior à pinguedine oriuntur, quæ vero animalia non copioſe aluntur, ſed quaſi ieiunantia, mediocri victu ſimul & labore exercentur. Hæc animalia, tam ſibi ſanitatem ſeruant, quam nobis accommodiora ſunt. Quare qui his veſcuntur, ſani viuunt: qui vero illis pinguioribus ventres voraciter replent, illis ſimiles efficiuntur, tardi, & ad ægrotandum aptiores facti, & ſtrictiora illis vincula comparantes. Quare amentiam ipſorum inde maxime quis admirabitur, qui nec ita ſibi parcere volunt, vt vtribus cæteri. Nam qui vina huc illucque traducunt, nolunt nimium vtres replere, ne diſtenti rumpantur: iſti verò ærumnoſum ventrem, nec vtris quidẽ dignitate condonant, ſed diſtentãt & replent vſque ad fauces, duplices, non vt animalia ſibi facientes anguſtias.

Volucres.

Vtres.

Homilia 48.

Margaritum.

Qui margaritum habet, nouit ſe diuitem eſſe, etiamſi ignotum nonnunquã illud ſit, cum paruo in loco margarita recondantur: Sic & in prædicatione veritatis qui ei adhærent, totoque animo illam amplectuntur, opulentos eſſe non ignorant, quamuis infideles theſauri vim non cognoſcẽtes, fidelium opes contemnant.

Homilia 48.

Veſtes continenter excutiẽtes tineæ.

ET opulenti quidem qui cupiditate pecuniarum inſaniunt, aſſiduè veſtes ſuas, ne tineis corrodantur, excutiunt: tu verò cum obliuio omnibus tineis peior ac maior peſtis animam tuam deuoret, non accedes ad libros, non excuties tineas, non ordinabis animam tuam, non aſpicies continuè imaginem virtutis, nec membra eius & caput conſiderabis: habet enim certè caput & membra, omni muliere formoſa multò venuſtiora ac pulchriora.

Homilia 49.

Agricola.

Gubernator.

Miles.

AGricola per totum laborat annum, & in ipſo fine frequenter à ſpe decidit & multorũ fructu laborum. Nauis gubernator & miles, ad ætatem vſque nouiſſimam in præliis & laborib. & frequenter vterque remanet, ille quidem diuitiarum oneribus omiſſis, hic autẽ victoria cum ipſa vita. Quam igitur habebimus excuſationem quæſo, in ſecularibus quidem laborioſa proponentes, vt paululum requieſcamus, vel neque paululum. eſt enim ſpes incerta; in ſpiritualibus autem econtra facientes. In ſecularibus hominum plures ita faciunt, & pro longa quiete, breuem capiunt laborem, licet illis contrarium eueniat: Hic enim labor quidem & lucri par portio, frequenter autem iis contrarium labor quidem eſt infinitus, fructus autem plerumque exiguus quidem. In regno autem econtra modicus quidem labor, multa verò voluptas & immenſa.

Seculares.

Homilia 50.

Nidus.

Nidus eſt præſens vita ex feſtucis & luto coagmentatus, licet mihi magnas ædes oſtentes, ſiue regias ipſas auro multo fulgentes & gemmis, nihil ab hirundinum nido differre cenſebo. Hyeme ſiquidem inſtante, omnia ſponte corruent. Hyemem verò voco diem iudicij, non omnibus hyemem, quoniam & Deus noctem ſimul & diem vocat, illud quidem ad peccatores, hoc autem quantum ad iuſtos. Itidẽ & ego nunc, hyemem ipſam voco ſi non bene in æſtate alamur, vt poſſimus volare inſtante hyeme. Non nos matres ſuſcipient, ſed eſurire ſinent, perire, vel nido ruente perdi. Tanquam enim nidum, quinimo & facilius quã nidum omnia Deus tunc deſtruet. Delens & tranſmutãs omnia, volatu verò carentes, & iſtum non valentes occurrere in aëra, ſed ita vulgariter enutriti, ne leues habeant pennas, ea quæ pati tales eſt veriſimile, patientur: Hirundinum itaque pulli cum conciderint, ſtatim pereunt: Nos verò non morimur, ſed continuò punimus. Hyems erit illud tẽpus, quinimo hyeme difficilius: non enim aquæ torrentes profluunt, ſed ignis flumina, non ex nubibus tenebræ conſtantur, ſed inſolubiles. & omni luce carentes tenebræ, vt neque cœlum videatur, nec aër, ſed pluſquam terra obruti comprimantur.

Hyems.

Hirundinum pulli

Homilia 50.

Equus regius.

Magis verticè ipſo capitis linguam tuam cuſtodi: regius quidem equus eſt lingua. Si ei frenum immiſeris, doctrina tua gradarium feceris, aſcēdet in eum rex, & quieſcet in eo: ſi autem nullo freno domueris, ſed huc atque illuc infrenem iactari permiſeris, diaboli eum vehiculum feciſti.

Homilia 55.

Cœleſtis regis milites.

Cœleſtis regis milites ſumus, ſpiritualia arma induti, cur igitur cauponarum abiectarum perſonarum, imo vermium vitam eligimus: quum ibi oporteat eſſe militem, vbi & imperator eſt? Militamus ſub eo qui propè adeſt, mortales imperatores non omnes in prætorio, & ad latus ſuū eſſe patiuntur, at verò cœleſtis omnes propè ſedem ſuā eſſe deſiderat. Sit conuerſatio tua in cœlis, & adeſt ei.

Homilia 55.

Agon.

Quemadmodum reges in equorum curſu atque certamine, in ipſo agone coronas, veſtes, cæteraque munera, ante certaminum oculos ponunt, ſic & dominus in medio ſtadio præmia locauit, & quaſi multorum manibus per verba prophetæ oſtendit.

Reges.

Et reges quidem iſti quoniam mortales ſunt ſua facultas caduca, & liberalitas facile poteſt exhauriri, idcirco vt multa videantur quæ donant, ſingulis ſingula munera miniſtris in medium producunt: rex vero noſter econtra. Nam qui immortalis & ditiſſimus eſt, nihil facit ad oſtentationem, omnia ſimul ante oculos collectà poſuit, quæ ſi quis per ſingula diuidat, innumera erunt.

Homilia 56.

Agon.

Quemadmodum qui ludicrum inſtituit agonem, ſi cui athletarum amicitiæ iungitur vinculo, nunquam eum niſi deſcenderit in certamine coronabit, qui proprium videlicet laborem illius deſiderat, & quo magis eum diligit, eo magis victorem eſſe cupit. Sic & Chriſtus quos maxime diligit, eos non ſolum auxilio ſuo duntaxat, ſed à ſeipſis vult probare.

Homilia 54.

Tranquillitas à morte.

In hora mortis iucunda bene actæ vitæ memoria, quaſi tranquillitas poſt tempeſtatem veniens, conturbatam facile animam conſolatur. Sed quoniam ſicut inſenſati vitam agimus, in decedendo ex hac vita proculdubio aderit. Nam qui vinctus propter ſua ſcelera fuerit, quum ſoluitur, quum ad iudicium produci queat, tunc maximè tremit, tunc formidat, quando ad tribunal iudicis iam appropinquat, quando ad relationem rationum iam deuenit. Idcirco terribiles viſiones narrare ſolent morituri, quarum ſpeciem nullo modo ferentes & lectulos plerumque ipſos magno iacentes impetu concutiunt, & toruis eos qui adſunt aſpiciunt oculis, vel quia vi à corpore reſcinditur anima, vel quia ſpirituum ſpeciem ferre non poſſunt: Si timemus terribiles homines, quid faciemus quum minaces angeli, & reſcindentes animam à corpore virtutes nos invadunt, quum à corpore anima tracta multum incaſſum deflet?

Homilia 59.

Arrogātia atque ſuperbia.

Nihil arrogantia atque ſuperbia peius, quæ mentis quoque vires natura hominibus conceſſas ita deiicit, vt amentes ex prudentia, ac animo ſtolidos efficere videatur. Nam quemadmodum ſi quis

A cum ſtatura cubitus ſit, inſtar montium, imò etiam altiorem ſe putet, ac ideo ſeipſum quaſi montes exceſſurus erigat, nullum aliud argumentum inſaniæ ſuæ quæremus: ſic quum inflatum hominem videris qui meliorem ſe cæteris arbitretur, cōtemnique opinetur ſi cæteris conferatur, nullum aliud ſignum vecordiæ hominis exquiras. Tantò quippe ridiculoſior is eſt, qui natura inſanit quantò ipſe hunc ſibi morbum iniecit, nec hac re ſolum miſer, ſed quia in miſeriæ fundum ſe detruſit, vt nihil ſentiat. Quando enim is peccata ſua vt oportet cognoſcet? Quando nimium ſe delinquere ſentiet? Certe quaſi vile mancipium, & miſerum captiuum diabolus eum adduxit, agitatque mille verberibus & contumeliis quocunque velit.

Inflatus homo.

Homilia 60.

Membra reſciſſa.

B Si noſtra plerumque membra reſcindimus, cum incurabili morbo & ipſa tabeſcunt & reliquis officiunt, multo magis in amicis atque ſimulatis id faciendum.

Homilia 69.

Cloacæ.

Ora iſtorum qui ſecularium rerū rabie furiunt, comparanda non immerito cloacis ſordidiſſimis, illorum verò ora qui quæ Dei ſunt loquuntur fontibus ſimilia, vnde riuis liquidiſſimis fluenta mellis emanant. Imò non hac menſura, ſed acerbiore ſimilitudine ſcriptura vtitur hic: venenum, inquit, aſpidum ſub labiis eorum, ſepulchrum patens guttur eorum: ſane bonorum ora non ſunt talia, ſed odoris plena ingentis.

Fontes.

Homilia 58.

Oratio.

C Qui orans ieiunat, binas poſſidet alas quibus ventos ipſos volando præteruehitur: nō enim oſcitat, nec extenditur, nec torpet orando, ſed igne ardentior, & terra ſuperior, quare terribilis hoſtibus redditur. Nihil enim homine probro orante potentius. Nam ſi mulier crudelem dæmonibus iudicem, qui nec Deum timebat, nec hominē reuerebatur, flectere potuit, multo magis propicium Deum faciet, qui continuè orationi adhæret, ventrem ſuperat, delicias ſpernit.

Homilia 52.

Manus ſtercore illitæ.

Dic ſodes: Si ſtercore manus atque cœno illitas haberes, auderes ne ita ſordidus orare? Minime inquies, atque hoc tibi nullum damnum inferret, illud omnium peſte pernicioſius eſt, ſcilicet quum ſordeſcat manus homicidio, operationibus malis, os maledictione, detractione, contumelia, iracundis verbis atque obſcœnis, diſſoluto riſu, atque ſcurrilitate.

Pedes.

D Si quis pedes tuos, ſtercore ſordidatis manibus ſupplicando tergeret, non modo non exaudires, verum etiam calcibus expelleres. Quomodo igitur audes tu hoc modo orare? Nam qui orat, quaſi manu lingua vtitur, qua genua Dei ſupplicando attingit. Nolite igitur ipſam maculare, ne Deus ad vos dicat: Si multiplicaueritis deprecationem, non exaudiam vos. Vita enim & mors in manibus linguæ.

Homilia 57.

Die quo liberis operam dediſti legitimè, quamuis crimen illud non ſit, orare tamen non audes: conuiciatus autem & contumeliatus, quod gehennam tibi præparat, antequam teipſum mundes, manum ad cœlum tollis, dic quæſo, quomodo non inhorreſcis? Quod ſi ab incontaminato lecto reſurgens

times

Inconta-minatus thorus.

times ad orandum accedere, quum in diaboli lecto ſis, cur horribile Dei nomen audes inuocare? Diaboli quippe lectus eſt omne conuicium, ira, quaſi pernicioſus quidā adulter occulta voluptate cum animo adulteratur, & ex pernicioſo ſpermate, diabolicas inimicitias parit, contráque matrimonium agens omnia eos qui pacis vinculo in vnum coartantur, in multas dirimit partes. Quum matrimonium in vna duos carne coniungat; nec coniunctos ſolum diſſeparat; ſed etiam ipſum animum ſcindit, & lacerat. Quare vt libere Deum adire poſſis, coniunctionem hanc atque adolterium furoris, quaſi rabidum canem procul animo tuo extermina. Sic Paulus etiam iuſſit: Leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione.

Homilia 58.

Sues.

Quid copia delitiarum & fœditas non mali adducit? Sues ex hominibus facit, imò verò multò peiores. Sus enim in luto voluitur, & ſtercore nutritur. Hic vero nullo à dæmoniaco diſcrimine ſeparatur: imprudens enim & furioſus pariter eſt, & dæmoniacum quidem omnes miſeramur: hunc verò auertimus & odimus, quia ſponte ſibi furorem attrahit, & os, oculos, aures, & cætera, ſimpliciter ſenſuum inſtrumenta, amariſſimas voluptatis conficit cloacas. Quòd ſi etiam interiora inſpicias, videbis animam ebrij ceu hyeme ac intentiſſimo frigore congelatam adeò, atque torpentem, vt nulla vtilitas corpori ab ea poſſit afferri. Nihil turpius ebrioſa fœmina, quæ quanto vaſculū eſt infirmius, tanto magis naufragium fit. Beſtiis peiores ſunt ebrioſi: illæ enim nihil vltrà quàm opus eſt deſiderant. Quanto melior aſinus ebrioſo, quanto canis præſtantior? Omnes certè animantes quæ rationis expertes ſunt, quum bibunt aut comedunt vltrà quàm ſatis eſt, etiam ſi mille homines cogerent, nunquam elabuntur. Nemo cogit bibere aut edere animalia, ne exceſſus detrimento ſit eis. ebrioſi & qui cogunt alios ad bibendum, peiores ipſi iudices.

Dæmoniacus.

Tēpeſtas.

Multo peiora ſunt quæ ſequuntur ebrietatem, quàm quæ tempeſtatem, Iacet enim tanquam tempeſtate conquaſſata nauis, miſerū hominis corpus, anima verò deteſtabili cupiditate compulſa vehementer incēditur, vel inſanit potius. Nam in tempeſtate iactura leuior eſt, hic verò grauiorem nauiculam reddit: quæ divitiis virtutum eiectis, arenam atque aquam fœtidam, ex ebrietate ſibi coaceruauit, quibus nauicula cum vectoribus atque gubernatore ſimul demergitur. Quæ ne accidant, fugiamus hanc tempeſtatem, hunc morbum, ſcientes neminem ebrioſorum in regnum cœlorū peruenturum. Quid dixi in cœlum, cum nec præſentibus quidem iucundè vtantur, noctem in die habentes, in luce tenebris obuoluti, apertis oculis nihil rectè videntes.

Homilia 71.

Scylla Hydra.

Quemadmodum Scylla & Hydra apud poëtas, ſic & ebrietas multis capitibus armatur. Sic Lyæi multiceps beſtia: hinc enim fornicatio, ira, mollities, hinc turpes amores oriuntur, hæc mater vitiorum, hac ſuperata, quaſi capite obtruncato alia ſepulta erunt. Reſcinde cogitatione ventres iſtorum, & videbis magnam intus congeriem, ſordidiſſimam cloacam, fœtidum ſepulchrum, eructationes fœtulentas, faſtidioſos vomitus, euacuationes ventris ſurſum atque deorſum ſimul.

Homilia 45.

Stercus appellaui non alimentum ſed delicias à voracitate. Quod enim neceſſitatem in edendo excedit, id non alimentum, ſed peſtis eſt. Quemadmodum ſeruus, quando ſupra vires quicquam impoſitum eſt, domino impudentius maledicit: Sic & venter nimium plenus, mentem & cogitationem corrumpit.

Seruus domino maledicēs.

Homilia 64.

Idololatria.

Grauis morbus auaricia eſt, fera inſuperabilis. Hanc Apoſtolus idololatriam vocat, non tamen tam formidabilis eſt idololatria. Cur tamen idololatriam vocat Apoſtolus? habent nonnulli pecunias, & iis vti non audent, ſed nepotibus reſeruant, & intactas ad alios tranſmittunt, tunc tanquam dona Deo dicata tangere minime audent, quod ſi quādò coguntur, tanquam ad nephas aliquod timide veniunt. Præterea tanquam qui idolum lapideum, aurum, & clauſtris & vectibus cohibent, pro templo arcam præparantes & argenteis vaſis recondentes. Non ita aurum adoras, vt ille idolum? Ille & oculos & animam traderet potius quàm idolum. Non aliter affecti ſunt auri amatores. Sed non adoro aurum, inquies? Neque idolum dicet, ſed inhabitantem dæmonem. Ita & tu licet non aurum, tamen eius aſpectu & cupiditate animæ inſidentem dæmonem adoras. Dęmone enim grauior eſt pecuniarum cupiditas, qua multi magis perſuaſi ſunt, quam illi ab idolis, quibus non omnia parent, huic vero omnia, & quodcumque faciendum ſuggerit, obſequuntur. Quid dicit auaritia? Eſto omnibus inimicus, obliuiſcere naturam, contemne Deum, ſacrificium mihi teipſum offer. Dicto citius parent. Et idolis quidem boues ſacrificant: auaritia, offer mihi animam inquit, & perſuadet. Vides quas habeat aras, quæ libamina accipiat?

Homilia 87.

Spina.

Spina eſt res & cura ſecularis & res infructuoſa. Et ſicut ſpina vbicunque tangitur, tangētem pungit: Ita ſecularia vbicunque comprehenderis, lædunt: verùm non huiuſmodi ſpiritualia, ſed margaritæ cuidam ſimulântur, quam cum tractaueris delectat oculos. Vt exempli gratiâ, fecit aliquis eleemoſynam: non ſolum ſpe futurorum nutritur, ſed & ſeculi bonis ſemper confidens lætatur, & animа audenter faciens, malas vincit cupiditates: & ante regnum, hic iam fructum capit, cum laudetur, cum in admiratione ſit, & ante omnia à propria conſcientia. Et ſingula bona opera huiuſmodi ſunt, ſicut mala etiam ante gehennam hic torquent.

Homilia 43.

Pupilla oculorum.

Pupillam quidem oculorum tuorum, ne minimo lædatur puluere, diligenter cuſtodis, animam autem tuam tanta malorum congerie preſſam negligis. Quando ab his ſordibus animam detergemus? Quando huiuſmodi veprium radices amputabimus? Quando virtutum ſemina ſpargemus? Neſcitis tempus meſſis iam inſtare? Nos vero nec nouales quidem adhuc præſcindimus. Si agri dominus venerit, quid dicemus? An quia ſemina nobis adhuc non ſunt tradita? Atqui quotidie in animis noſtris diſſeminatur. An quia ſentes incidere nullus docuit? Atqui aſſiduè acutas nobis falces præbemus.

Homilia 49.

Febricitantes.

Malignitas, quemadmodum febricitantes, quando frigidam aquam expetunt, non futura, ſed præſentia ſolum conſiderat.

Homilia 59.

Quemadmodū qui ſub mille pædagogis degunt, quique à lectoribus detinentur: Sic non audent

oculos

oculos extollere nec liberè quicquam dicere de virtute, qui peccatis ſeruiunt.

Homilia 69.

Scænici. Et ſi mille ſcænici voluptatibus abundare videantur, quamuis delectationum flumina illis adeſſe credantur, multis tamen amariſſimis telis perfoſſi

Saltatrix. plerunque iacent. Si ſaltatricis alicuius amoribus captus quiſpiam fuerit, omni militia durius, omnium peregrinatione moleſtius tormentum ſuſtinebit, omnique obſeſſa ciuitate miſeriores peraget dies.

Homilia 74.

Meretrix ad tempus tutum guttur impinguat, poſteà verò amarius felle inuenies, & acutum magis ferro bipenni: Sic iniquitas eſt.

B

Homilia 43.

Pernicioſi humores. Quòd ſi quis pernicioſis humoribus plenus, ægrotationis laborem non effugiet: multo magis qui hanc omni cholera amariorem malignitatem in ſeipſo recondit atque conſeruat, vltimi atque perpetui doloribus morbi laborabit: quod planum à verbis ſuis eſt, quæ cum aliis dolorem inferant, quanto magis animam prorumpentis interiment: Nam inſidiator & calumniator, non aliter ſeipſum prius interficit, quàm qui accendit ignem, prius concaleſcit, vt qui duros ſilices manu cædit, ipſe, non lapides, vapulat, qui ad ſtimulos calcitrat, ſeipſum ferit: contra vero qui magno animo iniuriam perfert, ceu ſilex ignis & ſtimulus aduerſarium vlciſcitur: præſertim cum nullas vires iniuriantes habeant, ſed ceu lutum facilè diſſoluantur. Non ergo iniuriam pati, ſed iniuriam facere, & neſcire pati, malum eſt.

C

Vomitu-rientes. Quemadmodum vomitu laborantes, in principio quidem detinere intus egredientes humores nituntur, cum vero faſtidio victi ſuccubuerint, magnis ſingultibus omnia è profundo eructant: Sic qui praua conſilia in proximos verſant, cum malignitatem mentis ferre nequeant, obtrectationis ſaniem euomunt.

Homilia 66.

Auis volans & ſerpens. Quam autem tu altius volare opinaris? An eam quæ cum per aëra feratur, arundines aucupis atque retia non formidat, an eam, quæ iam vel ſine arundine ac viſco, quoniam humi ſerpat, potius quàm volat, manibus facile capitur? Huiuſmodi certe inſolens arrogans animus eſt, qui cum humi ſerpat, in omnem laqueum incidit. Vt vermis in ſtercore: Ita ſuperbus in paſſionibus ſuis inuoluitur.

D

Homilia 70.

Formicæ. Quemadmodum formicæ corporis duntaxat curam habent, pariter & nos, imò verò multo peius. Non enim pro rebus ſolum neceſſariis laboramus vt illæ, ſed pro ſuperfluis: vitam illæ nullo crimine agunt, nos auaritiæ ſeruientes, non illas, ſed lupos atque leones imitamur.

Aedituus. Veluti ſi quis æditui locum petierit, etiam ſi minimus ſit, magnus tamen atque ſublimis videbitur: Ita & mali ſi cum bonis fuerint.

Homilia 77.

Perforatū dolium. Cur perforato aquam dolio ingeris? Nihil enim aliud eſt pro præſentibus iſtis laborare, quam flammam decerpere, quam pugnis aëra cædere. Certe fruſtra curris: Nónne vniuſcuiuſque artis

A

finis quidam eſt? Ita profectò. Oſtende igitur mihi finem huius ſecularis ſtudij. Sed non potes. Vanitas enim omnia.

Homilia 77.

Certamē. Corona. Terreſtre certamen eſt tibi propoſitum, cuius corona in cœlo reddetur, ab hominibus exagitaris, & Deus tibi honores retribuet, paucis diebus curris, & æterna præmia conſequeris, corruptibili corpore luctaris, & incorruptibili laudaris. Siue meo volueris expoliri ornatu, ſiue armis meis armari, ſiue mea veſtimenta indui, ſiue meis dapibus deliciari, ſiue iter meum peragere, ſiue in ciuitatem meam venire, cuius ego artifex ſum, & conditor, ſiue in regione mea domum ædificare, ita hæc omnia facere potes, vt non modo nullam abs te harum rerum omnium mercedem exigam, ſed ipſe tibi magnæ velim eſſe mercedis debitor.

B

Homilia 87.

Nudus. Si duos quoſdam videres, alterum omnino nudum, alterum indutum, nullam ne iniuriam faceres, ſi veſtitum ſpoliares vt nudum indueres? imò verò maximam. Ita qui Deo ex rapina eleemoſynam parat.

Homilia 75.

Guberna-tor. Medicus. Quemadmodum neque gubernator, poſtquam nauis ſubmerſa eſt, neque medicus poſtquam ægrotus obiit, quicquam prodeſſe poteſt: Sic & nos omnes antequam res in exitum veniat, ſtudere & vigilare oportet, ne in mortem ac naufragium deueniant, nam poſtea nihil amplius prouidere poſſunt. Ita ante mortem bonum decet operari.

C

Homilia 65.

Athleta. Mercator. Athleta ob coronas ex certaminibus meritas, certandi laborem non fugit, vt in ocio viuat, & mercator qui tranſmarinarum mercium lucra guſtauit, deſidioſè viuere non patitur. Et nos ſi ſpirituales fructus deguſtabimus, præſentia omnia vilipendemus, futurorum cupiditate quaſi optima quadam ebrietate capti.

Homilia 79.

Aliis viuens vt quam maximè viuit. Si in rebus ſecularibus nemo ſibi viuit ſolus, ſicut opifex, miles, agricola, mercator, ad communem vſum proximi etiam omnes conferunt, multo magis in ſpiritualibus id faciendum, hoc etiam maxime vita eſt, aliis prodeſſe. Nam qui ſibi viuit, cæteros negligens, & vita eius ſuperuacua eſt, & ipſe ſuperfluus, nec homo generis noſtri. Ideo

D

ratione atque oratione nos Deus decorauit, mentem & ingenium conceſſit, manus, pedes, vires corporis dedit, vt his omnibus & nos, & proximos tutemur.

Homilia 50.

Ager ſylueſcens. Quemadmodum ager diu non proſciſſus, ſic iuuenta neglecta, ſylueſcit, ac paſſim innumeras vepres producit. Ignis ergo Spiritusſancti immittendus eſt, quo impiis cupiditatibus concrematis, noualia excolamus, quæ ſpiritualia ſemina poſſint ſuſcipere. Si in adoleſcentia diligens fulgeat moderatio, mirum eſt & dignum. Nam ſi quis modeſtus in ſenectute, non multum admirandum, ſed in iuuentute mirandum, vt in fluctibus & procellis, ſi tranquillitate fruaris, & in medio for-

nace

[A] nace non ardeas, ſic & in iuuenta, ſi nulla corrumparis luxuria.

Homilia 77.

In portu impingẽs.

Finge gubernatorem quendam per mille maria incolumem nauigaſſe, deinde poſteaquam magnas tempeſtates, & procellas horribiles, & fluctus inſanos arte ſagaci euaſerit, cum in ipſo portus oſtio mergeretur, vix inde nudum effugiſſe. Quem animum ad mare, & nauigationes, huiuſmodique labores iſte habebit? putáſne quòd vnquam voluerit, niſi animi ſi. ficti, vel ad littus ipſum, aut nauem aliquam aut portum aſpicere? Non equidem arbitror, imò ſeipſum occultans, ſpe omni ad nauigandum deſtitutus, mallet mendicus vitam agere, quam ad primos labores periculaque redire: ſed non fuit ſimilis ille Dauid, verum magno naufragio poſt multos labores, maiores iterum accumu- [B] lauit pecunias: non deſperauit, ſed nauis ſurſum in pelagus deducta, dare vela ventis, poſt naufragium auſus & clauo, &c. Quod ſemper ſtare & nunquam cecidiſſe diuinum eſt, atque mirabile.

Gubernator.

Gubernator, qui nuper mare ingreſſus naufragium fecit, non pariter dolet atque ille, qui poſt multa annorum ſpacia domum immenſa onuſtaque gaza renauigans, in ſcopulos deuecta, cuncta momento temporis perdidit.

Homilia 76.

Si patrem qui te genuit, peccati aduerſum eum conſcius, aſpicere non poſſis, quomodo ad Deum omni certe patre mitiorem, oculos tunc eleuabimus? quomodo ſuſtinebimus, quando Chriſti terribili aſſiſtemus tribunali, cum exquiſitiſſima peccatorum omnium perſcrutatio fiet? Si verò quiſ- [C] piam futuro non credit iudicio, conſideret ea quæ hic fiunt. Videat eos qui in carceribus ſunt, qui in metallis, in ſtercore, qui dæmonio agitantur, qui inſaniunt, qui incurabili morbo laborant, qui continua pauperie premuntur, qui vexántur inedia, qui luctu intolerabili affliguntur, qui captiui degunt. Nemo enim iſtorum omnium hic pateretur, niſi cæteris omnibus, qui ſimiliter peccant, ſupplicia poſt mortem imminerent. Nam quia nonnulli malè viuentes hic patiuntur, hoc argumentum eſt, quia poſt exitum è vita punientur. Non enim credibile cum vnus ſit Deus omnibus, alios hic puniri, alios euadere impune, eorum qui ſimiliter deliquerunt, niſi pœna certa ibi reſeruaretur.

Chriſti tribunal.

Homilia 79.

Quemadmodum ſi Romanus fortè fuerit iudex, [D] non percipiet rationes tuas, niſi latine loquaris: Sic & Chriſtus non audit, nec attendit, niſi lingua ſua loquaris, vtaris vt os tuum ita conformetur, vt os Chriſti ſit, non opus eſt coloribus, nec vlla materia: ſola virtute, humilitate, manſuetudine huiuſmodi os maxime conformatur. Os diaboli conditur maledictione, contumeliis, contradictione, periurio, mendacio. Diaboli linguam habet, qui vt diabolus loquitur. Quæ ſupplicia non perpendemus, quando linguam noſtram, qua dominicam carnem deguſtamus, diaboli ſponte linguam efficimus.

Lingua.

Homilia 57.

Nunquam enim rebus ſuis iucundè vtitur fœnerator, nec lætatur quoniam habet, ſed quando ſibi fœnus collatum eſt, non tam gaudet, quòd additio facta ſit, quam mœret, quòd nondum vſuræ ſortem adæquarunt: ac ideo antequam pernicioſus iſte fœtus perfectior edatur, cogitur alium fœtum [A] producere: ita fœnera in ſortem redire compelluntur, & immaturum, ac abortiuum partum parere viperarum. Tales certe iſti fœtus pecuniarum ſunt, vt magis miſerorum animas corrodant, quàm illæ feræ aluos parentum ſoleant lacerare.

Partus viperarũ.

Homilia 60.

Mercator. Opifices.

Si mercator, vt rem familiarem amplificet, terroris plena maria nauigat, ſi opifices, vt rebus ſuis quicquam adiiciant, duros tolerant labores, & nos pariter ſaluti noſtræ, ſalutem proximorum adiiciamus. præſertim quum qui ſua contentus, negligit alienam, nec ſuam quidem conſequi poteſt. In prælio enim ac expedita acie, qui ſibi ſolum conſulit miles, nec aliud reſpicit, quàm quomodo poſſit fugiendo animam ſuam ſeruare, is cæteros quoque milites ad perniciem trahit: quemadmodũ econ- [B] tra generoſus miles, cum alios tutari conatur, ſe quoque ipſum defendit.

Homilia 75.

Charta. Terra.

Nam & in charta vbi nihil ſcriptum eſt, facillime ſcribitur: literis vero plena, non ſimiliter certe: neceſſe enim eſt priora delere: & medicus qui nihil offert, & qui ædificat: ilico ruitura peior eo eſt qui nunquam ædificauit. Et terra facilius aratro proſcinditur, quæ nihil habet, quàm quæ vepribus refertiſſima. Nequaquam igitur cuncta ſcire velimus, ſed patimur etiam nonnulla ignorare, vt ſi iurgium inueniremus; duplicem ei laborem non præbeamus; imò verò ne vt multi ſemper ægrotemus, qui falſis opinionibus occupati, emendari ac corrigi nunquam potuerunt. Non autem æqualis labor eſt ſeminare, poſteaquam radicitus priora e- [C] uulſeris, & in agro nudo ſerere: Illic enim euertere multa prius neceſſe eſt, & tunc alia inculcare: Sic vero præparatum rus præbet aditus.

Sementis.

Homilia 82.

Pelagus.

Pelagus enim eſt latè longeque protenſum hæc vita: & quemadmodum in mari vniuerſo ſinus diuerſi, aliis atque aliis tempeſtatibus commouentur, præcipuè veluti Ægæa ventis exaſperatur, propter anguſtias Charybdis, quæ Libyen verſus propter ſtagna Syrtis, & breuia portus, magnitudine fluctuum, atque impetu Hiſpanicus oceanus, quia inuius carentia portuum & locorum, ignorantia intricatus, difficilis nauigantibus eſt, ſimiliter alij aliis de cauſis. Sic & in vita noſtra fieri videmus: nam præmium in ea pelagus ſtatim videre licet, puerum, ætatis conditione. quæ multis ac ma- [D] gnis procellis exagitatur, tum quia mens imbecilla eſt, tum quia nulla firmitate adhuc roboratur, ſed huc atque illuc facile flectitur. Quapropter pædagogos illi, & magiſtros præficimus, vt defectus naturæ, diligentia ſuppleat, veluti & in nauigando gubernatoris officio maris aſperitas ſuperatur. Adoleſcentium fluctus pueritiæ ſuccedunt, qui vehementioribus, ſicut Ægæum pelagus, exagitantur concupiſcentiæ ventis: quæ quidem ætas quantò magis correctione indiget, tantò minus inſtruitur, non ſolum quia magnis fluctibus cæditur, verum etiam quia peccantes non redarguuntur, cum & magiſter, & pædagogus ſubtrahantur, magnitudine tempeſtatis, cum maiore turbine venti ſpirent, & gubernator ſit imbecillior, nemoque alius tutor adſit, atque defenſor.

Pædagogi. Gubernator.

Homilia 88.

Quemadmodum enim etiam cum iuſte quiſpiam torquetur, ſi magno animo patitur, iniuſtè

cruciar[i],

Iniuria vexatus.

cruciari multis videtur: Sic qui cum iniuria vexatur, ſi non perfert, iure puniri putabitur, ac deridebitur quaſi mancipium ab ira diſtractus, & animi nobilitatem furori ſubiiciens.

Homilia 88.

Læſio. Vituperium.

Quemadmodum enim nullus nos lædere poterit, niſi à nobiſipſis lædamur: ſic niſi noſipſos vituperemus, nemo alius nos vnquam dedecorabit.

Homilia 88.

Sol.

Dic quæſo ſi quis ſolem tenebrarum authorem æſtimet, ſoli ne an ſibi detraxit? Sibi videlicet ipſi, cum furioſi & inſanientis opinionem ſequatur. Eodem profectò modo, qui prauos bonos eſſe putant, & econtrario ſeipſos vituperant.

IDEM IN PROLOGO COMMENtariorum ſuper Euang. Ioannis.

Inſignis athleta.

Qui agonum certamina ſpectare conſueuerunt, cum inſignem quempiam athletam, & coronis plurimis donatum alicunde profectum intelligunt, omnes certatim concurrunt, vt eius luctas, artemque, & corporis robur conſpicentur: & videri nonnunquam vniuerſum theatrum licet, multis hominum milibus inundans, qui & corporis, & animi oculos penitus intendunt, vt nihil eorum, quæ in ipſo aguntur ſpectaculo, ſe prætereat.

Præſtans muſicus.

Tum ſi quis præſtanti ingenio muſicus aduentauerit, non minori ſtudio idem ipſi theatrum occupant, & omiſſis omnibus quæ in manibus habent negociis, & ſæpenumerò neceſſariis & vrgentibus, non minori ſtudio aduolant, ſedentque indicibili cantus plauſuſque accipiendi cupiditate, & de vtriuſque præſtantia inter ſe diſputant. Et hæc quidem multi:

Rhetorici.

qui autem rhetorum calleant rationes, ipſi quoque in ſophiſtis hoc idem contendunt. Quippe & in his ſpectacula ſunt, audit omnes plauſus, ſuffragia, & inquiſitiones eorum quæ dicuntur, diligentes.

Tibicines.

Quod ſi Rhetorum, tibicinumque, ac athletarum & ſpectatores, & auditores eadem conſiderent attentione, quantum nobis ſtudij, quantum diligentiæ, ſi rectè iudicabimus, adhibendum erit? non in tibicinis, neque in ſophiſtæ aut gladiatoris, ſed viri è cœlo vocem tonitru clariorem proferentis ſpectaculo, qui vniuerſum orbem ſuo clamore cohibuit, comprehendit, implicuit: non nimio quidem, ſed diuinæ gratiæ exuberantia, quæ ab eius lingua affatim emanauit.

Arcana.

Quemadmodum igitur, ſi quempiam è ſummo cœlo deſcendentem repente conſpicaremur, qui arcana illa certe nobis ſe dicturum polliceretur, omnes certatim concurreremus: Itidem & nos in præſentia faciamus: è cœlo enim vir hic nos allocutum venit, neque eſt de hoc mundo, vt ipſe teſtatur Chriſtus, cum inquit: Vos de mundo non eſtis, & paracletum habet in ſe loquentem, & vbique præſentem, qui tam certe nouit Dei myſteria, vt res ſuas humana anima, ſpiritum, ſanctificationis, ſpiritum rectum, qui nos ducit & trahit in cœlum, qui aliis nos oculis illuminat, qui nos idoneos reddit, vt futura non ſecus ac præſentia contemplemur, qui demum efficit, vt etiam in carne cœleſtia ſpectare poſſimus.

Mercator cupiens ditéſcere.

Siquidem mercator diteſcere cupit, non tamen eius animus ſoli acquieſcit cupiditati: ſed nauem parat, nautas cogit, hortatur gubernatorem, & alia quæ nauigationi opus ſunt, diligenter diſponit: aurum præterea mutuatur, maria traiicit, & innumeris periculis, quibus ſe mari credentes iactari conſueuerunt, ſe exponens, peregrinas appellit terras. Itidem & nos oportet voluntatem rei applicare. Nauigamus namque & nos nauigationem, non ab alia in aliam terram, ſed à terra in cœlum. Quare tota mente intendamus ad eam gubernationem, quæ nos ſupernè erigat, & nautas rationi obſequentes, & nauem nobis firmam comparemus, ne tentationum procellis, aut vllis ſecularibus demergatur affectibus, neque ſuperbiæ ſpiritu efferatur, ſed leuis & expedita ad ſuperna euadat.

Quod ſi hac ratione nauem nobis & gubernatorem conciliare ſtuduerimus, ſecundo vento nauigare, & Dei filium nobis verum gubernatorem conciliare poterimus, qui nauiculam noſtram vſquam allidi non patietur, ſed licet innumeri ſpirent venti, & ventos ſedabit, & mare tranquilliſſimum reddet.

IDEM HOMILIA in Ioannem I.

Euripus.

Qvemadmodum enim qui in Euripo ſunt, huc illuc iactantur: Itidem hi nunquam ſibi conſtant, vtpote incerta & fragili ſententia omnia loquentes, verum hic piſcator omnia abſque vlla dubitatione differens, tanquam petræ innixus, nulla ex parte titubat. Ipſis namque ſupernis penetralibus dignus habitus eſt, & quum omnipotentem Deum in ſe loquentem habeat, nihil terrenum ſentit, vt ille, qui ne per quietem quidem regias ingredi meriti ſunt, ſed extra in foro, & in aliorum hominum conſuetudine pro captu ſuo inuiſibilia coniectantes, multis ſe ambagibus inuoluerunt, quum de ſupernis myſteriis diſputare contenderint: & tanquam cæci & ebrij, non mutuo duntaxat errore, ſed pleriſque in locis ſecum iiſdem ſemper rebus diſſideant.

Sepulchra.

Quemadmodum ſepulchra extrinſecus ornata, ſi exteriorem illam faciem amoueris, cadauerum, & exeſorum oſſium plena reperiuntur: Itidem in philoſophorum opinionibus, detecta verborum ſuperficie & ornatu, multa inania abſurdaque deprehenderis, maximè vbi de anima philoſophantur, nunc honore, nunc contumelia, nullo modo modeſtiáue adhibita, eam afficientes.

Anima.

Date vt in terram bonam ſemen iaciamus, curate vt ad recipiendum præparemini, & ſi quis ſpinas fouerit, ſpiritusſancti ignem iniiciat. Si quis durum & contumax cor habuerit, eodem igne & molle reddet & placabile, ſi quis ſecus viam, multis cogitationibus conculcatur, interiora petat, neque iis aſſideat quæ ipſum vnco ad ſe trahere annituntur, vt bonarum ſegetum in vobis exuberantium prouentum pulcherrimum conſpicemur. Quare ſummoperè cauendum, ne nobis dicatur, quòd aſpidis ſurdæ aures habeamus. Nihil enim à fera talis differt auditor. Nonne omnibus brutis eſt rationis expertior, qui loquentem eum audire dedignatur.

In mediũ pelagus prouectus.

Quemadmodum ſi quis eum qui ex littore ciuitates, oras portuſque conſpicatus ſit, in medium poſtmodum pelagus proueheret, priorum conſpectu amoto, in nullum certum obiectum, ſed in infinitum eius dimittit intuitum: Sic Euangeliſta ſupra omnem nos creaturam ad cœleſtia erigens, ad ſupernum erectum oculum dimittit, nullo fine (vt arcana illa aſſequamur) nobis adhibito, quippe qui nullus eſt.

Pura oculorum acies.

Sicut enim oculorum acies pura, & lucida acutè omnia intuetur, neque etiam in tenuiſſimis deprehendendis corporibus laborat: verum ſi quis malus à capite humor, vel caligo aliqua ad oculum aſcendit, denſa quidem ante pupillam nebula obiicitur, quæ ne craſſiora quidem corpora videre ſinit: Ita animæ vſu venit, cum omnis perturbatio quæ eam offenderat, purgata eſt, intente opportuna omnia proſpicit: verum cum plurimis turbatur

tur affectibus, vim omnem illam amittit, vt nihil altum valeat intueri: ſed quamprimum nebula obiecta, & ſomno atque ſegnitie, quæ ad virtutem & vitam vtilia ſunt, nulla in his capeſſendis alacritate contemnit.

Homilia 2.

Vana gloria.

Intolerabilis quædam eſt ebrietas vana gloria, quem ſuæ ſubiecit ditioni, is ægrè in ſanitatem reſtituitur. Et quam peſtifera tabe infecit animam, à cœlo abſcindens, terræ affigit, neque eam amplius ſinit, vt ad veram lucem dirigere poſſit intuitum. Qui enim hoc morbo afficitur, nullo præceptore, omnia ſua ſponte operatur, quæ aliis placere arbitratur: vt aliis admirationi ſit, præceps agitur. Vis huius intelligere tyrannidem? Si quempiam negociatorem, qui pretioſiſſimas ſibi merces, magno auri pondere compararit, rogaueris, quanam gratia tantum auri profundat, quidue tantus ſibi ſumptus velit, nullam aliam ab eo rationem accipias, quàm vt populo placeat. Quòd ſi deinde, quid populus ſit, percunctaberis, Quiddã, inquit, tumultus, perturbationiſque plenum, & ſtultitia maiori ex parte conſtant, atque compoſitum temere, per maris fluctus varia, & pugnante ſententia ſæpenumerò iactatum. Qui igitur ſub huius ſeruitij dominio premitur, nónne omnium miſerrimus eſt? Inanis gloria, maiores noſtri ſic eam appellarunt. Inanis eſt, nihilque rectum, clarum nec glorioſum in ſe habens, tanquam perſonæ, quæ pulchræ quidem viſu, & decoræ, intus autem inanes reperiuntur, quare aſpectu cum ipſo elegantiores appareãt, neminem tamen vnquam ad ſe amandum allexerunt: Ita nihil miſerius quæ à multitudine comparatur gloria, difficilem vobis & violentum affectum ſignificat: aſpectu namque ſolo pulchra atque elegans videtur, intrinſecus autem non inanis modo, verumetiam ignominioſa, crudelitatis & violentiæ plena.

Pretioſiſſimæ merces.

Populus quid.

Homilia 3.

Vehemens iræ affectus eſt, & omni flamma vehementior, qua celeritate opus eſt, vt hunc ignem extinguamus, néue ad ſummum eum euadere ſinamus? Iræ enim morbus niſi mox ſedetur, multas generat calamitates, impetus furoris eius ruina eius eſt. Quamobrem huic indomitæ beluæ nolimus habenas remittere, ſed præduro freno, metu ſcilicet futuri iudicij, eam cohibeamus.

Irati.

Videbis iratos non ſecus ac inſanos, turpiter in medium præcipites ferri: quum enim circa præcordia efferbuit ira, ignem emittit, tota inflatur facies, incompoſitæ manus mouentur, & cætera: quum hæc faciunt, tanquam amentes, nihil ſentiunt, nihil intelligunt, ſed aſinorum more, calcibus morſibuſque inuicem inſultant.

Homilia 4.

Fons.

Quemadmodum ſi ex profundiſſimo & iugi fonte quantumuis aquæ haurias, nihil tamen is diminuitur. Ita in vnigeniti operibus, quodcunque ex his factum productúmue crediderit, nihilominus effecit.

Lux.

Quemadmodum inquam lux quantumuis hominum multitudinem illuminaret, nihil ſplendoris remitteret: itidem Deus & antequam mundum conderet, & poſtquam condidit, idem perfectus atque integer permanet, nihil tanto & tam admirabili opificio minor, nihil imbecillior.

Solares radij.

Quemadmodum enim ſolaribus radiis nemo clauſis oculis frui poteſt: Ita neque huius claritatis particeps abundè vnquam fuerit, niſi animi oculum ad eam & dirigat, & intendat: tunc enim quocunque ſe vertit, facilis ei proſpectus patebit, quod eueniet, cum omnibus malis affectibus animum purgauerimus. Peccatum enim tenebræ vt vorago quædam profunda. quod vel inde planiſſimè conſtat, quod clam, & ſine arbitris peccata committuntur. Quicunque enim in facinora ſceleraque prolabitur, odio habet lucem, neque luci ſe credit, & quæ occultè & in abſcondito fiunt, ſunt dictu turpia. Sicut enim in tenebris neque amicus, neque inimicus agnoſcitur, ſed omnia penitus ignorantur: Itidem & in peccato vſu venit. Quippe qui lucro inhiat, nullam amici inimicíue intelligit differentiam, & inuidus familiariſſimũ non ſecus quam inimicum conſpicatur, & latrones ſimiliter in omnes bellum gerunt, omnibus inſidiantur, & omnino qui ſe vitiorum ſordibus coinquinant, nihil ad rerum differentias dignoſcendas ab ebriis inſanientibuſque differunt.

Tenebræ.

Sordidè viuoſque viuens.

Quemadmodum noctu amoto lumine lignum, plumbum, ferrum, argentum, lapides precioſos, & alia omnia eodem modo & videmus, & iudicamus: itaque qui ſordidè & vitioſe vitam viuit, neque modeſtiæ vim, neque ſapientiæ diſcernit pulchritudinem. In tenebris enim (vt iam dixi) precioſi etiam lapides nullam ſpeciem, nullum præ ſe ferunt fulgorem, non ſua, ſed caligantium oculorum culpa. Neque hoc dumtaxat nobis, dum ſub impia vitiorum tyrannide viuimus, moleſtum eſt, verumetiam illud quòd formidine propterea angimur, & veluti qui per obſcuram noctem iter faciunt, & nihil metuendum ſit, metu tamen concutiuntur: Sic qui ſcelus aliquod admittunt, etſi nemo id videat, nemo reprehendat, nihilo tamen melius ſibi fidunt, ſed omnia formidant, omnia ſuſpicantur: quippe qui perpetuis conſcientiæ ſtimulis agitantur, omnia formidoloſè circumſpiciunt. Propulſemus igitur tam grauem, tam moleſtam vitam, cuius angorem mors ſequitur, mors inquam immortalis & perpetua, cui nullus ſupplicij finis eſt.

Homilia 7.

Sol.

Mel.

Nemo ſolem dixerit oculis noxium, eò quòd nonnulli viſu ſunt hebetiori, ſed quàm accommodatiſſimum, & ex acutè intuentibus eius vtilitas indicatur. Neque mel quiſpiam amarum guſtu iudicauerit, quoniam tale ægrotantibus videatur. Deum autem ex infirmarum, vel ignorantium iudicio vel non eſſe, vel malum eſſe, aliquando humanis rebus prouidere, aliquando eas negligere opinari, non ſani hominis, vel inſani potius, vt vltimo furore perciti merito dixerimus.

Si qui ſponte ſua, mentis oculos conniuentes, ad huius lucis radios aciem dirigere noluerint, non ex luminis natura in tenebris perſtiterunt, ſed malitia ſua, qua ſponte tanto dono Dei indignos ſe reddiderunt.

Homilia 6.

Solares radij.

Inquiras quanta potes diligentia, ſolarium radiorum originem, non ſane poteris, neque indignaris, neque tuam iniquo fers animo imbecillitatem: quid igitur in maioribus tam audax es & temerarius?

Homilia 9.

Singularis baptiſmi efficacia.

Tanta fidei vis, tanta gratiæ exuberantia, & quemadmodum ignis ſi metallorum terram attigerit, eam quamprimum aurum reddit: Sic & longe magis pro luteis aureos eos baptiſma facit, quos abluerit, quum ſpiritus ſanctus tanquam ignis illa ipſa hora animos noſtros ingrediatur, & terrena aſſumpta ſimilitudine, cœleſtem illam nouam, & claram tanquam ex fornace fulgentem referat.

Homi-

Homilia 10.

Chriſtus ſuo deſcenſu naturam ſuam nihilo inferiorem reddidit, nos autem cum ignominia antè in tenebris eſſemus, erexit ad ſupernam gloriam, non aliter quàm quum rex inopem mendicumque ſtudio & beneuolentia quadam alloquitur, nihil ſe indignum facit, illum verò omnibus admirandum reddit.

Homilia 11.

Regius cultus atque maieſtas.

Quonam pacto, qui regem aliquando precioſiſſimo cultu ornatum, pretioſiſque vndique fulgentibus lapidibus conſpicati, aliis ſpeciem illam, ac maieſtatem enarrare volunt, purpureum florem, gemmarum magnitudinem, albas mulas, auratos currus ſolium adſtantium, oculos nimio fulgore B perſtringere, pro viribus enarrant. Cum verbo & his, & aliis collectis cultum illum omnem, maieſtatemque verbis comprehendiſſe ſibi non videantur, continuò addunt, Quid multis opus eſt? vno verbo dicam, quaſi rex. Cum ex hoc verbo (quaſi) non regi ſimilem, ſed ipſum regem velint ſignificare: Ita hoc in loco Euangeliſta, quaſi, inquit, ad gloriæ maieſtatem, & incomparabilem excellentiam ſignificandam.

Quaſi.

Optimus architectus.

Siquidem quemadmodum optimus architectus domum ſitu & vetuſtate labantem: Ita communi hominum natura accepta, eius perditas reſtituit partes, diſiuncta & abſciſſa copulauit, & quæ prorſus ceciderant, erexit.

Cæci omnium longè miſerrimi.

Nam ſi illi qui ſolis lucem conſpicari nequeunt, omni morte vitam miſeriorem degunt, quid eos perpeti credendum eſt, qui illa luce priuantur. Siquidem in hoc ſeculo cæcitatis duntaxat damnum eſt, in illo autem non in viſu tantum lædimur, C quamuis hæc ſola priuatio ſit grauiſſima, vt neque etiam ſic par eſſet ſupplicium: ſed tantò id grauius, quantò ſol ille, qui hic eſt ſine comparatione præſtantior.

Homilia 12.

Verbi diuini præceptores.

Non enim eadem conditione, qua agricolæ, ſunt verbi diuini præceptores. Siquidem agricolæ poſt annuos ſudores & miſeram illam laborioſamque vitam, ſi terra aliquando pro operis in ſe impenſis non reſpondeat, nemo alius eius damnum inſtaurare poteſt, ſed ridibundos, triſtiſque ab area domū vel ad vxores & filios reuertitur, & quem longi laboris mercedem petat, habet neminem: in nobis autem nihil huiuſmodi vſu venit, ſed licet culta terra nullum afferat fructum, & eius, & noſter Dominus vana nos ſpe dimiſſos non fruſtratur, ſed remunerat.

Pulli auium.

D Quemadmodum enim aues pullos ſuos neque e veſtigio, neque vna dumtaxat die totam volandi artem edocent: ſed primo è nido tantum educunt, inde quum aliquantulum quieuerunt, volatui eos aſſuefacere incipiunt, poſtridie ad operam reuocant, ita paulatim exercendo ad naturalem eos efferunt altitudinem: Ita beatus Ioannes non ſtatim ad ſumma Iudæos erigit, ſed primum paululum à terra eleuat, quum Chriſtum ſe meliorem teſtatur.

Homilia 14.

Theſaurus abſconditus.

Theſaurum abſconditum appellauit Salomon ſcripturas, quòd oportet tanquam argentum, inquit, exquirere ſapientiam & tanquam theſaurum perſcrutari: Ideo vt ad eorum inquiſitionem nos excitaret. Sed & Dauid orat: Reuela Domine oculos. A Et Chriſtus: Scrutamini ſcripturas, quod vtique non dixiſſet, ſi perfacile, & prima tantum lectione poſſent intelligi.

Quod enim in medio & in promptu eſt, nemo ſcrutatur: ſed quod obſcurum & latet, opus habet inquiſitione, vt inueniatur.

Homilia 16.

Opifices.

Eſt abſurdum quod medicus, coriarius, textor, & omnes generatim opifices, quiſque pro artis ſuæ profeſſione pugnat: Chriſtianus autem non poſſit vllam religionis ſuæ adferre rationem. Atqui illæ artes neglectæ ad pecuniam damnum referunt, huius autem contemptus, animæ detrimentum affert, & tamen tanta miſeria, tanta inſania laboramus, vt in illas omnem curam, cogitationemque adhibeamus: neceſſaria autem & ſalutis noſtræ munimenta firmiſſima, pro nihilo ducimus. Hoc B non ſinit Gentiles errorem ſuum cognoſcere, atque deridere. Nam quum ipſi omnia faciant, vt dogmatum ſuorum ignominiam defendant: nos autem veritatis cultores, ne hiſcere quidē ad noſtra tutanda poſſumus. Parati, inquit, ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt fide & ſpe. & iterum: Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter.

Homilia 17.

Terra frugifera.

Terra enim ſemel accepto ſemine mox profert fructus, neque indiget altera ſatione: In anima noſtra non ita vſu venit, ſed frequenter, & ſumma cum diligentia in ea ſerendum eſt, vt ſemel ſaltem fructum accipiat: primū enim non facile inſident, & imprimuntur animo verba Dei, quoniam multa ſequitur difficultas, multis obſtruitur ſpinis anima, C multi adſunt inſidiatores, ſemina diripientes. Deinde quum germinat, & radices agunt ſemina, iterum indigent diligentia, vt ad maturitatem perueniant: & quum peruenerint, vt integra perſiſtent, & à nemine lædantur. In ſeminibus enim quum è vagina ſpica erumpit, & rubiginem, & cætera noxia facilè contemnit. In doctrina autem perfectum opus nonnunquam aliqua incumbens tempeſtas & fluctus perdidit: idque & rerum difficultate, & hominum qui ſciunt, & volunt lædere fraudibus variiſque aliis tentationibus penitus labefactatur.

Semina.

Homilia 21.

Frugalitas.

Non ita fluuialium fluctuum vis ripas excedere, & conuellere ſolet, vt delitiæ laſciuiaque bonam valetudinem, & vires omnes facile ſubtrahit. Vt tenuis menſa bonæ valetudinis: Ita voluptatis mater eſt crapula, & vt morborum, ita faſtidij & fons eſt & radix.

D

Homilia 18.

Mercator.

Agricola.

Neque ſine ſumptu lucrum, neque diuitiæ ſine larga effuſione proueniunt, cuius rei argumētum in ſecularibus rebus videre licet. Siquidem mercator & agricola, ille pecunias, hic ſemina profundit. Mercator nauigando pecunias in multos impendit, vt deinde lucretur: agricola ſemina in terram iaciens, aſſiduo diei labore exercet, vt plus inde accipiat. Hic autem non tanto opus eſt labore: non nauis fabricanda eſt, non iungendi boues, non terra aranda, non tempeſtates, non aëris intemperies, non vis grandinis timenda, nulli fluctus, nulli ſcopuli offendendi. Hæc nauigatio, hæc ſatio, vna duntaxat re indiget, vt diſpergātur diuitiæ, reliqua omnia agricola ille perficiet, de quo inquit Chriſtus, Pater meus agricola eſt.

Homilia 28.

In huius ſeculi regiis nemo ſatellitum, iis omiſſis, quibus coronato regi, & in ſolio ſedenti placeat, graculorum voces, muſcatum & culicum obuolantium ſtridorem proſequitur: Ita & tu: Neque iis vlla ex parte potiores hominum laudes inueniuntur. Si ſpectaculum angelorum ſanctorum contemplatus fueris, ſi illas coronas noueris, ſi ad illum plauſum te tranſtuleris.

Homilia 29.

Vermis. Rubigo. Quemadmodum vermis ligna ex quibus naſcitur, & rubigo ferrum conſumit? Ita inanis gloria altricem ſui animam perdit.

Spinarum eſt plena gloria multorum capitum beſtia, & in eos quibus fouetur, quibus ſuſcipitur, armata.

Homilia 28.

Vana gloria eſt beſtia varia & multiformis, & vbique propriũ virus diſſeminat, pecuniis, deliciis, corporis pulchritudine, veſtimentorum copia.

Homilia 29.

Spiritalis ſcripturæ arma. A ſcripturis enim ſpiritalia arma accipimus, verùm ſi ea nos induere, & diſcipulos armare ignorabimus, ipſa quidem proprias habent vires, accipientibus autem nihil afferunt vtilitatis. Eſto thorax, & galea firmiſſima, & clypeus & haſta: inde quis thoraca pedibus, galeam pro capite oculis aptet, clypeo non pectus, ſed pedes protegat, nunquid huic homini ea arma quid conferent, & non potius lædent? Planè hoc conſtat: non tamen armorum culpa, ſed illius vti neſcientis: Ita & in ſcripturis vſu venit, ſi earum ordinem confundemus, ipſæ quidem vim ſuam retinent, nobis autem nihil conferunt.

Homilia 34.

Grauidæ mulieres Sæpe grauidæ mulieres inter ludendum, & edẽdum, dum balneis, dum ſpectaculis oblectantur, repentinis torquentur doloribus: Hac & nos in hac vita, conditione verſamur. Simus ergo ſemper parati, non ſemper hæc audiemus, non ſemper habebimus benefaciendi poteſtatem.

Homilia 35.

Vena. Quemadmodum in auri metallis, ne minimam quidem venam quiſpiam, qui rem intelligat, omittere patitur, vtpotè quæ ad augendas diuitias plurimum faciat. Ita in diuinis ſcripturis ne vnum iota, aut vnus apex, ſed ne dimidium quidem prætermittendum eſt, ſed omnia diligentius inueſtiganda: nam à Spirituſancto omnia proueniũt, neque in his quicquam ſuperfluum, nihil non neceſſarium.

Homilia 31.

Spiritus ſanctus ignis & aqua. Spirituſanctus ignis eſt, vt excitamentum, & feruorem gratiæ, & peccatorum abſumptionem ſignificet. Aquam dicit eum, vt ablutionem & refrigerium, quibus ipſum accipientes animi fruantur. Etenim tanquam hortum virentem, & fructiferis, & ſemper florentibus arboribus comantem. Ita promptam animã diſponit, vt nulla anxietate, nullis ſathanæ inſidiis diſtrahi ſinat, ſed omnia ardentia malitiæ tela extinguat.

Fons. Sicut ſi quis fontem intus habeat, nunquam ſitiret: Ita & qui hanc aquam habuerit.

A

Homilia 33.

Quemadmodum corpus iam aduentante morte, innumeris malis afficitur, & domus prope caſum in rimas fatiſcit: Ita orbis terrarum ad finem properans, tantis vndique malis concutitur. *Mors.*

Homilia 34.

Anima enim affectibus implicita, nequit profectò magnum aliquid aut generoſum intueri, ſed tanquam lippitudine quadam perturbata, in tenebris verſatur. Mentis igitur oculos à tam grauiſſimo morbo liberemus, illuminemus, nolimus inter ſpinas ſemen iacere. Quænam hæc ſpinarum copia, noſtis, & ſi tacemus, ſæpenumerò audiſtis Chriſtum præſentis vitæ ſollicitudines, & diuitiarum fraudes, ſpinas appellaſſe: & meritò ſa-

B nè. Nam quemadmodum ſpinæ ſteriles ſunt: Ita & diuitiæ. Quemadmodum illæ quæ tangunt, lacerant: Ita harum cupiditas. Quemadmodum facile igne comprehenduntur, & odio habentur agricolis: Ita huius ſeculi negocia. Poſtremo, vt inter ſpinas feræ, viperæ, ſcorpij deliteſcunt: ita in fraudibus diuitiarum.

Homilia 38.

Sicut qui Dei iudicij obliuiſcitur, tanquam freno abiecto in præcipitium defertur (inquinatæ autem ſunt viæ illius in omni tempore, & cauſam affert, auferuntur iudicia tua à facie eius.) Ita quem continuus hic percellit timor, modeſtè viuendi viam ingreditur. Recordare nouiſſima tua, inquit, & in æternum non peccabis. *Timor.*

C

Homilia 49.

Vt ardente lampade lux vndique diffunditur, ita extincta occupant tenebræ, ideo ait: Nolite ſpiritum extinguere. Extinguitur cum oleum deficit, cum vehementior quædam vis venti perflat, cum comprehenditur, & in arctum cogitur: ſic enim ignis extinguitur. Comprehenditur à curis ſecularibus, extinguitur malis cupiditatibus. Quando olei defectui aquam frigidam ſuperaddimus, hoc eſt, cupiditatem iniuſtorum animas perdentẽ, quomodo iterum poteſt accendi? Vbi hinc migrabimus, cinerem & puluerẽ referemus, atque fumum denſiorem, qui nos accuſabit. Vbi fumus eſt, illic neceſſariò ignis extinctus. *Lampas.*

Homilia 55.

D Quod ſol mundo, hoc oculus corpori. Extincto ſole omnia perduntur, & perturbantur: Ita amiſſis oculis, pedes inutiles ſunt & manus, & animus: Ita oculus animæ. Quare vt in regio quodam loco altiori corporis parte, ſedem ſortitus eſt, & cæteris præfertur ſenſibus. Oculus lucerna omniũ membrorum, ornat totum corpus. *Sol.*

Homilia 56.

Si membrum inſanabile, metu ne reliqua corrumpat, incidimus, non quòd illud negligamus, ſed vt ſeruemus cætera: quanto magis in iis qui malè nobis iuncti ſunt, idem faciendum? *Membrũ inſanabile.*

Homilia 67.

In corporibus multos ſæpe videmus incurabili morbo laborantes, imponemus medicamenta. Quid podagra peius? Quid chiragra? incidemus membra? minime: ſed aliquod remedium diſ-

quitemus, ex quo morbum ſoluere poſſimus. Hoc idem in fratribus faciamus, & ſi grauiſſime ægrotent, curemus medicinam, & feramus inuicem onera, ſic implebimus legem Chriſti, & promiſſa bona conſequemur.

Homilia 70.

Pueri.

Quemadmodum pueri vilium rerum ſpectacula admirantur & obſtupeſcunt, pilis, trochis, & talis inhiant, magnas autem res ne cognitione quidem capere poſſunt: Ita & peccatores præſentia reputant, mirantur ad ſomnia.

Homilia 51.

Lux. Sal.

Vt lux, ita Chriſtianus claritate vitæ nihil obſcuritatis in ſe habens, non ſibi tantum vtilis eſt, ſed aliis. Sal niſi ſalſum reddat, non ſal, ſed aliud eſſe deprehenditur, Sic & fermentum in alios confert vtilitatem: Sic & nos.

Homilia 55.

Solaris lux.

Si huius ſeculi lux tam pulchra eſt, conſidera qualis illa futura ſit. Quanto enim ſolaris lux lucernæ lumen excedit, tanto, imò longe magis illa ſolarem, quod inde ſignificauit, Sol obſcurabitur, ad illius videlicet ſplendoris comparationem, vt non appareat. Quòd ſi in hac vita vt ſplendidas nobis domos comparemus, magnam pecuniarum vim ædificando anxij ſumimus: conſydera qui nobis ſubeundi ſint labores, vt clariſſimam nobis in cœlis domum ædificemus, vbi lux ineffabilis. Hic enim pugnæ, contentiones de terminis, de parietibus, illic minime: hæc relinquenda, illa permanſura: hæc tempore conſumitur, & multis ſubiecta eſt periculis, illa perpetuò manet: hanc pauper ſibi comparare non poteſt, illam duobus obolis quis emere poteſt, vt vidua illa. Quamobrem, quàm immodeſtiſſime fero, quod tot nobis propoſitis bonis deſidemus, animo deficimus, & vt hic ſplendidè habitemus, omnia facimus, vt autem in cœlo, paruum vel cōparemus hoſpitium, nihil curamus vel laboramus. Dic quæſo, vbi hic domum habere velis, in deſerto, an in aliquo paruo oppidulo? non puto, ſed in regiis & magnis ciuitatibus, vbi rerum copia, & maior nobilitas.

Ciuitas commodiſsima.

Ego tibi talem ciuitatem propono, cuius artifex Deus, in quam domum minori quàm hic ſumptu, minori labore condere atque ædificare poteris. Ædificant enim manus pauperum, hæc optima ædificatio, & ſumma ſapientia, ſicut quam hic facimus, ſumma amentia. Etenim ſi quis te in Perſidem, viſurum regionem illam, & mox reuerſurum duceret, iuberetque, vt illic domum ſtrueres, nónne eius amentiam rep-ehenderes, ac ſi inutilem ſuaderet impenſam? cur non idem in hoc mundo facis, quem paulò poſt relinques?

Homilia 35.

Solares radij.

Vt enim ſolares radij ſingulis diebus illuminãt, neque ex nimia copia vis eorum minuitur: Ita, imò longe minus ſpiritus operatio ab accipientium multitudine remittitur.

Homilia 36.

Inſani.

Nam quemadmodum inſani aduerſus ſeipſos nonnunquàm ſententiam ferunt: Ita & inuidi ſolum inuidioſi miſeriam diſquirentes, eius felicitate & ſalute anguntur. Hi feris ſæuiores: illæ enim fame impulſæ nos appetũt, hi beneficos nonnunquam inimicorum loco habent.

Homilia 76.

Cain. Abel.

Cain fratri inuidendo, nunquàm odium poſuit, ſed quantò frequentius à Deo admonitus eſt, tantò magis dolebat, magis cruciabatur, & properabat ad cædem. Hic ergo quàm ille grauior morbus, qui niſi magna adhibita diligentia non facilè remedia admittit? Eia igitur radicitus euellamus illum, ſcientes, quòd quemadmodum alienis bonis inuidendo Deum offendimus, ita congratulando, ei gratificamur, & participes nos facimus bonorum quæ rectè operantibus reponuntur.

Homilia 79.

Malitia.

Nam ſicut malitia & viuentes, & mortuos affligit, & torquet: Ita virtus ante cœleſtis regni participationem, ſectatores ſuos & ſpe bona, & incredibili fouet voluptate.

Homilia 45.

Aurum liquefactum.

Quemadmodum enim ſi quis liquefacto auro manum vel linguam iniiciat, quàmprimum deauratur: Ita hæc nobis propoſita animam auream reddunt. Reſurgit enim vehementius igne fluuius, neque incendit, ſed abluit tamen quicquid comprehenderit. Hic ſanguis præfiguratus eſt ſemper in altaribus, in iuſtorum cædibus: hic orbis terrarum decus eſt, hic eſt quo Chriſtus emit, quo vniuerſam ornauit Eccleſiam. Vt enim homo ſeruos auro emit: Ita nos ſanguine ſuo Chriſtus.

Homilia 47.

Cœnum.

Quemadmodum enim cœnum ſi contrectatur, grauius olet: Ita & anima cum perturbata eſt, & multis intrinſecus fluctibus agitata.

Homilia 47.

Irati animus.

Neque enim febribus laboranti, neque timido quiſquam iraſcitur: ſed his morbis affecti, ſui miſericordiam & lachrymas mouent: huiuſmodi eſt irati animus, qui ſi in te proſiliet, tace, & opportunam ei plagam infliges.

Homilia 47.

Milites.

Etenim inter ſeculi homines, ſi quis militum præter regis voluntatem facit, ad regem non admittitur, ſed munere & dignitate exautoratus, vltimo afficitur ſupplicio: Itidem & nos cum cupiditati ſeruimus, cum rapimus, cum vim inferimus, cum verberamus, cum non facimus eleemoſynam, illuc nullo pacto admittemur: ſed id nobis, quod de virginibus accidit, quibus ad ſponſum ingredi non licuit, ſed extinctis lampadibus, hoc eſt, gratia deficiente, abierunt:

Extinctæ lampades.

Etenim ignem illum quem ſpiritus gratia ſtatim accipimus, modo volumus, augebimus: ſin minus, extinguitur, quo extincto, ſolæ tenebræ animas noſtras occupabunt. Vt enim ardente lampade, lux vndique diffunditur: Ita extincta, occupant tenebræ.

Homilia 53.

Quercus.

Namquemadmodum quercus altius demiſſis radicibus, nullius venti viribus ſternitur: Ita animam diuino confixam timore, nullus tentationum ventus euellet.

A

Homilia 54.

Vire corporis.

Sicut enim vires corporis moriuntur,& omnem ſenſum amittunt:Ita & anima cum multis detinetur affectibus, virtuti moritur: & ſi quid attuleris, non ſentit: ſed ſiue ſupplicium, ſiue quodcunque aliud minaberis, nullo ſanè ſenſu mouetur.

Homilia 66.

Violẽtus tyrãnus.

Sit violentus quiſpiam tyrannus,qui omnes qui in manus ſuas venerint, plurimis malis afficiat? Hic ſi vel regem, vel regium filium captum, iniuſtè interimat,illius mors etiam alios vlciſci poterit. Sit aliquis qui debitores poſtulet, verberet, in carcerem iniiciat, & hac inſania etiam nihil debẽtem coërceat, hic etiam eorum quæ in debitores commiſit, dabit pœnam, interficietur ab illo: Non aliter in Ieſu vſu venit: Eorum enim quæ in nos fecit diabolus,propter ea quę in Chriſtum auſus eſt,poſtulatus eſt ad ſupplicium.

B

Homilia 67.

Sol. Pharao.

Quemadmodum enim ſol debilem oculorum aciem perſtringit, non natura ſua: Ita vſu venit in his,qui diuino non attendunt ſermoni. Ita & Pharaonis cor induruiſſe dicitur,ita his accidit,qui verbum Dei oppugnant.

Homilia 67.

Corpus ſanum ac morbidũ.

Si quis tibi optionem proponeret, an egregium corpus & bonæ habitudinis,& aliis ſpem præſtans, vili tamen indutũ veſte, an turpe, & morbis implicitũ,ornatum tamen auro& pulchritudine cultum malles: Nonnè naturalem corporis pulchritudinem veſtimentis præferres? In corpore hoc ſane præfertur. In anima contrà, quam qui turpem, informem, & nigram habet, putat eam ſe auri ſplendore emendare. Quænam hæc amentia? Interiorem ornatum cures velim, & hæc monilia animæ apponas. Nam ſi iis corpus ornetur, neque ad bonam valetudinem, neque ad formam quicquam conferet. Neque enim nigrum corpus album reddet, nec turpe ſpecioſum. Si animæ id addideris, eueſtigio eam pro nigra candidam, pro turpi ſpecioſam reddes.

C

Homilia 72.

Limpidus fons.

Et quemadmodum ſi quis in limpidum fontem ſtercus iniiciat, totum immundum reddit: Ita ſi diuitias auaritia attigerit, omnes fœtore ſuo corrumpit.

D

Homilia 75.

Aſini.

Graculi.

Neque enim ſi aſini in nos irrudiant, & inclangant graculi, ſapientes autem laudent, horum dimiſſo conſeſſu, ſtultorum clamores nos moueant. Sunt enim graculis haud abſimiles, & aſinis peiores, qui præſentia admirantur. Nam ſi terrenus rex te laudet, de cantharidum, & culicum laudibus cogitas. Quouſque in cœno verſabimur? Quouſque ſtultos & gulæ deditos ſpectatores habebimus?

Homilia 76.

Naufragium.

Quemadmodum nauis innumeros vehens, niſi ad portum appellat, ſed in medio pelago ſubmergatur, non modo ei longa proficit nauigatio, ſed tanto maiorem facit iacturam, quanto maiores labores ſubiit: Ita quæ in medio certamine corruunt animæ, grauiori caſu concutiuntur.

A

Homilia 82.

Falsò laudatus.

Quemadmodum enim ſi quis te pauperem vt diuitem appellaret, laudaretque, nihil ad te illæ laudes, ſed potius in riſum verterentur: Ita ſi quis falsò calumniaretur, nihil id ad te. Quod ſi te conſcientia reprehendit, nulla verba perturbent, ſed vitam emenda, hoc in veris reprehenſionibus dico.

Homilia 84.

Procreandi cupiditas.

Nam ſicut ad ſeruandam prolis ſucceſſionem, Deus procreandi cupiditatem hominibus indidit, non tamen prohibens altiorem continentię viam: Ita & vitæ nobis inſeuit deſiderium, prohibens ne quis ſe interimat, non impediens tamen vt præſentem vitam contemnat.

B

Homilia 76.

Mercatores.

Si quis pro amicis aliquid paſſus gloriatur, ſi quis propter Deum quid tolerat, quam ſentire moleſtiam putandum eſt? Oportet in rebus grauibus & moleſtis, non labores, ſed præmia conſiderare. Quemadmodum mercatores, non maris pericula, ſed lucrum expectant: Ita & nos cœlum & Dei præſentiam.

Homilia 52.

Vnguentaria taberna.

Si vnguentario quiſpiam, aut vnguentariæ tabernæ aſſideat, etiam inuitus illum accipit odorem, longe magis, qui eccleſiam frequentat, ſi durus, aſper fuerit, gemit, incipiet aliquando audita opere implere.

C

Homilia 58.

Scripturæ.

Scripturæ ſunt oſtium, quæ nos ad Deum ducunt, & eius nobis cognitionem aperiunt, ipſæ oues faciunt, ipſæ cuſtodiunt, neque lupos irrumpere permittunt. Tanquam oſtium enim firmiſſimum hæreticos arcent, & in tuto conſtituunt, neque nos,modo velimus, aberrare vnquàm ſinent. Et niſi hoc oſtium infringamus,nunquàm nos inimici noſtri poterunt expugnare: per hoc oſtium & paſtores, & omnes alij ingredimur in ouile, id eſt, ad oues, & curam earum. Qui enim ſcriptura non vtitur ſacra, ſed aſcendit aliunde, id eſt, non conceſſa via, is fur eſt. Sic Phariſæi aliũde aſcenderunt, legem Dei tranſgreſſi.

D

Homilia 83.

Vulnus. Medicina.

Neque enim ſi quis vulnus acceperit, & medicinam impoſuerit, non diligenter alligabit, ſed decidere permittet, neque aquam, puluerem, & alia vulneri contraria non cauebit, ne grauius malum ſequatur: non medicinæ, ſed propriæ deſidiæ culpa: hoc nobis accidere ſolet, cum diuinis ſermonibus parum, ſecularibus ſemper attendimus: Ita ſemen omne ſuffocatur, fructus nullus prouenit.

Homilia 82.

Morbi & fiſtula.

Vt enim in morbis & fiſtulis, niſi quis prius fluentem humorem, & vulnus ſiſtat, quæcunque impoſuerit medicamenta, non amota morbi cauſa, omnia fruſtrà contendet: Ita & nos niſi manum ab auaritia, & malum hunc amorem cohibuerimus, licet eleemoſynam demus, viam incaſſum laboramus.

IDEM IN ACTA APOSTOLORVM.

Homilia 1.

Milites armati.

QVemadmodum milites in multitudinem erupturos, nemo patitur exire, priuſquàm armati fuerint, neque quiſquàm equos ſinit à carcere proſilire, priuſquàm aurigam nacti ſint: Ita nec Chriſtus diſcipulos ſuos paſſus eſt in acie cõſpici, priuſquàm deſcenderet ſpiritus, ne facile caperentur, & abducerentur à multitudine.

Annonæ præfectura.

Etenim ſi quis aditurus annonæ præfecturam, ſibi parat quicquid ad vitæ vſum pertinet, atque vt ſibi nonnihil dignitatis aſſequatur, & pecunias cõſumit, & tempus impendit, & innumerabiles ſuffert labores: quo malo nos digni fuerimus, ſi cum tanta ſocordia regnum cœlorum adierimus, neque vlla cura noſmetipſos ad hoc præparauerimus, priuſquàm accipiamus? quin & poſtquàm accepimus, ſocorditer egerimus.

Ocium cũ timore. Labor cũ ſecuritate.

Vtrum melius eſt, metuere an laborare? Si quis te collocaſſet ocioſum in domo ruinoſa, dicens: Expecta donec in caput tuum deciderit teſtudo iam putris; fortaſſis enim cadet, fortaſſis non cadet. Quòd ſi id non placet, operare, ac tutiſſimum inhabita thalamum, vtrum magis eligeres, ociúmve illud cum timore, an laborem cum ſecuritate? Sic igitur & nunc facito. Siquidẽ incertus euentus futuri ceu domus quædam eſt putris, ſemper ruinam minitans. At induſtria illa, quanquàm laborem habet, tamen ſpondet ſecuritatem.

Teſtatoi.

Etenim ſi de rebus ad hanc vitam corporalem pertinentibus ſtatuere volenti, non permitterent leges ciuiles ordinare, ſi teſtari volens non admodum conſtet animo, præſertim cum de ſuis ipſius facultatibus præſcripturus ſit, quomodo qui de regno cœlorum docetur, deque bonis illis ineffabilibus, poterit ad plenum viam percipere, frequenter & à morbo factus attonitus? Quando verò futurum eſt, vt illa verba dicas Chriſto, conſepultus cum illo, quum iam ſis mox abiturus? Nam factis & verbis oportet declarare beneuolentiam.

Tu verò perinde facis, ac ſi quis tum poſtulet aſſcribi militiæ, quum iam bellum eſt ſoluendũ, aut

Athleta.

ſi athleta tum veſtes exuat, quãdo iam ſurgere cœperint ſpectatores è theatro diſceſſuri. Siquidem in hoc arma ſumis, non vt protinus aufugias, ſed vt acceptis illis, ex aduerſario trophæum referas.

E carcere dimiſſi.

Si rex miſſis literis iubeat vinctos è carcere dimitti, gaudium eſt ac lætitia. Deus autem mittit ſpiritum è cœlis, non reliquias pecuniæ debitæ, ſed vniuerſa peccata condonans, & omnes fletis & eiulatis?

Homilia 2.

Infans ſemper plorans ſemperq. cupiens.

Quemadmodum quum videmus infantem plorantem, ſemperque cupientem aliquid à nobis accipere, quo nihil illi eſt opus, tum occultato potius quod concupiſcit, oſtendimus illi manus vacuas: Ecce non habemus: Itidem & ille fecit apoſtolis. Sed quemadmodum puer ille ſi poſteà nihil oſtendamus, inſtat plorando, videns ſe eſſe deluſum, deinde eo relicto diſcedimus dicentes, vocat me talis, & aliud quidem eius loco quod concupiſcebat damus, volentes illum auocare ab eo quod maluiſſet accipere, extollenteſque illud quod in alterius locum damus, eo dato repentè ſubducimus nos: Itidem fecit & Chriſtus, illi quærebant accipere, hic negauit ſe habere. Attamen primum deterrebat. Cæterùm vbi rurſus quærerent, iterum negauit ſe habere, niſi quod nunc territat, verùm poſteà quàm oſtenderat, quod fecerat, dicit etiam probabilem cauſam, pater, inquit, poſuit in ſua poteſtate.

IDEM IN EPISTOLAM Ad Romanos.

Homilia 1.

Familia.

QVemadmodum in familia aliqua ad diuerſa quiſque opera ſegregatus eſt: Sic & in eccleſia diuerſæ ſunt adminiſtrationum diſtributiones.

Homilia 2.

Officia varia.

Quemadmodum enim apud ipſos reges, omnes quidem vnius regnantis imperium agnoſcũt, ſubſeruiunt autem non omnes iiſdem in rebus: ſed illius munus eſt exercitibus imperare, huius vrbes regere, ac diſpenſare, illius rurſus pecunias eas aſſeruare, quæ in theſauros reconditæ ſunt: Ita & in rebus ſpiritualibus, hic quidem ſuum in Deum ſeruitutem ac cultum oſtendit in fide ipſa, in recta vitæ propriæ diſpenſatione: Ille autem ſuſcipienda hoſpitum cura, alius pertractanda rerum neceſſariarum præfectura. Quemadmodum & inter ipſos apoſtolos, Stephani munus erat, viduarum præſidium, ac patrocinium: atque hac quidem in parte Deo inſeruiebat: Alius porrò Euangelici ſermonis præceptionem ſuſceperat, cuiuſmodi erat Paulus, ſeruiens in Euangelio prædicando.

Ignis.

Quemadmodum enim ignis naturam talem eſſe videmus, vt ſi quis multas in vnum lampades coëgerit, ſplendidam reddat, & incendat lucem: Sic & in ipſis fidelibus ac credulis vſu venit. Quum enim à nobis mutuò auulſi ſumus, fit neſcio quo pactò, vt mœſtiores reddamur: quum autem mutuò nos conſpicientes membris domeſticis hinc inde impliciti, fit vt magnam conſolationem accipiamus.

Labyrinthus. Gryphi.

Talis eſt enim cogitationum natura, Labyrintho cuipiam ac gryphis ſimilis eſt, nullum vſquam finem habens, neque concedens cogitationem ſtare ſupra petram, originem ab arrogantia, ac nimia ſui opinione aſſumens: quum enim quoſdam pudeat ad fidei ſuſceptionem accedere, vt ne videantur cœleſtia ignorare, ipſi ſeſe in cogitationum veluti quiſquilias ac minutias conijciunt.

Homilia 3.

Regales pecuniæ.

Quemadmodum igitur cui regales pecuniæ creditæ fuerint, mandatumque acceperit, vt eas in regis honorem ac decus inſumat: Is ſi in prædones, ſcorta, magos, eas inſumpſerit, hoſque regiis pecuniis ſplendidos reddiderit, tanquàm qui maxime regem offenderit, pœnas pendit: Ita & hi, quum accepiſſent notitiam de Deo, deque eius gloria, deinde idolis illam circumpoſuiſſent, in iniuſtitia veritatem detinuerunt, ac quod in ipſis quidem fuit, cognitionem iniuria affecerunt, quum ea ipſa, quatenus decens fuit, vſi nequaquàm fuerint.

Præfectus exercitus.

Quemadmodum enim ſi quis exercitus præfectus prælio ingraueſcente abſceſſerit, hoſtibus milites tradit: haudquaquàm ipſos impellens, verum ſuo ipſius auxilio nudans: Sic & Deus eos dimiſit, qui admittere ipſiùs præcepta noluerunt, ſed ſtatim inter primos ab eo defecerunt, & ipſe nihilominus partes ſuas omnes explens.

Homilia 4.

Inſani ac phrenetici.

Etenim qui inſaniunt, ac phreneſim patiuntur, ij certè multas, & eas miſerandas in ſemet iniurias dum inferunt, ob quæ facta aliis lachrymas cient, ob ea rident quidem ipſi, & inſoleſcunt, nec

tamen illos propterea dixerimus ſupplicio liberatos, ſed hoc ipſo nomine pœna grauiori affligi, quòd ne ipſi quidem norint, quibus quantiſque in malis verſentur miſeri: neque enim ab ægrorum, ſed à ſanorum calculo ſententiam ferre nos oportet.

Homilia 5.

Auerſati ſumus vocantem, & vndequaque illectantem, ac ne ſic quidem de nobis ille pœnas ſumpſit, ſed accucurrit ipſe, ac reſtitantes fugitanteſque inhibuit: ipſi tamen ab illius manibus excuſſi, ad diabolum transfugimus, ac ne ſic quidem deſtitit ille, ſed ſexcentos rurſus qui nos hortarentur, miſit prophetas, angelos, patriarchas. At nos legationem non ſolum non admiſimus, ſed & legatos nobiſcum agentes, iniuria affecimus. Ille autem nec per hoc quidem nos reſpuit, ſed quod facere ſolent ij qui vel vehementiſſime quum amant, negliguntur tamen, circumiens ad omnes adiit, tum in cœlo, tum in terra ſeſe manifeſtans, congreſſuſque nunc cum Hieremia, nunc cum Michea, paratus etiam, cum ijs qui illum auerſarentur poſtulans ad rationis reddendæ calculos deſcendere, tum autem ad omnia ſurdos ad colloquium ſecum trahens, Popule mi, inquit, quid feci tibi, &c.

Impenſiſſimè amans neglectus tamen.

Et quod ignauis famulis vſu venire in foro ſolet, vt miniſteriis neceſſariis poſthabitis, ad quæ peragenda à dominis ſuis amandantur, inconſulto, ac temere ſibi occurrentibus affixi, ocium illic abſumant: hoc ipſum ſane & nobis quoque accidat neceſſe eſt, quoties à Dei mandatis aberramus. Stamus enim admirati diuitias, corporis pulchritudinem, & alia item ad nos nihil pertinentia, illorum famulorum exemplo, qui mendicis, morionibus, ac per præſtigias quaſdam miracula repræſentantibus intenti, ſero domum vbi redierint, extremis plagis cæduntur: multi autem & propoſitum iter prætereunt, ſecuti alios, turpiter & inhoneſte in huiuſmodi facinoribus ſeſe gerentes. Nos verò caueamus, ne ſimilia patremus, etenim dimiſſi quidem ſumus ad multa, & ea vrgentia, peragenda: qui ſi, omiſſis illis, ſteterimus oſcitantes ad hæc infructuoſa, tempore omni nobis fruſtra & incaſſum abſumpto, extremum luituri ſumus ſupplicium.

Ignaui famuli.

Si noſtrum cuiuſquam occultum crimen aliquod hoc ipſo die in medium delatum, huic modo conſeſſui innoteſceret, non ne fieret, vt ille interire, ac terram ſibi potius dehiſcere, quam tam multos peccati ſui teſtes habere mallet? quid igitur tum nobis fiet miſeris quum omnia orbi vniuerſo palam facta, in tam aperto, tamque illuſtri theatro denudata, hominum nobis partim cognitorum, partim incognitorum oculis ſubiicientur?

Occultū crimen.

Homilia 7.

Si quem videremus ignem manibus ac ligonem geſtantem, hanc ædem vnà cum altari demoliri, euertere, incendere, nonne fieret, vt ab omnibus iis qui rem forte ſpectarent, lapidibus obrueretur tanquàm impius, & exlex? quid igitur? ſi quis flammam geſtet, hoc quo vtimur igne edaciorem, inuidentiam dico, non lapidum ædificia demolientem, neque aureum altare euertentem, ſed quod longe & lapidibus & altari precioſius eſt, præceptorum ædificium ſubuertentem, & deuaſtantem, hic qua tandem venia dignus eſſe queat?

Ignē manibus ac ligonem geſtans.

Homilia 7.

Etenim in fœneratitiis pecuniis hoc vſu venire videmus vt fœneratores libentius iis debitoribus mutuas dent pecunias, qui quod mutuò acceperint multo poſt tempore ſoluturi ſint. Nam qui protinus reſoluit, is fœnoris curſum interrumpit: qui autem in ſoluendo ſerus eſt, is quæſtum maiorem efficit: Itanè verò obærandis hominibus moram non ægre ferimus: ſed & modis omnibus major illa vt fiat, excogitamus: obærando autem Deo ſic nos puſillanimes gerimus, vt hoc nomine tardemus, ac tergiuerſemur?

Fœneratores.

Homilia 8.

Deus diabolum habitare voluit, tanquā prædonem quempiam ac tyrannum, qui, niſi quē apprehenderit inermem & ſolitarium in ſuas ſpeluncas deſcendētem, accedere ſanè non ſuſtinet, niſi nos per deſertum locum iter facientes viderit, appropinquare non audet. Deſertus autem locus diaboli, nihil aliud eſt niſi peccatum. Opus eſt ergo nobis fidei ſcuto, ſalutis galea, ſpiritus gladio, non vt ne malum aliquod patiamur tantum, ſed vt illius caput irruere volentis obtruncemus. Serpentis formam gerit, deorſum trahitur, ab inferiori loco depugnat, id eſt, à rebus quæ infra nos ſunt, à voluptate, diuitiis, à ſecularibus rebus. Si quē videris volatu ad cœlum ferri, primo ſaltu eouſque contingere haud quaquam poteſt, deinde id aggreſſus, celeriter labetur: neque enim pedes habet, ne formides: non alas, ne terreare, ſuper terram trahitur, iis quæ intra ſunt adhæreſcens. Igitur nihil ſit tibi cum terra commune, ac labore nullo egebis: neque enim eam pugnam nouit quæ aduerſo vtrinque cornu geritur, ſed veluti ſerpens ſpinis occultatur, intra diuitiarum impoſturam aſſiduè latitans, qui ſi ſpinas incideris, facile aufugiet, timidus redditus, ſi & in illum diuinas incantationes cauere noueris, ſtatim vulnerabitur: ſunt enim nobis incantationes ſpirituales, ipſum nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, atque ipſius crucis potentia. Hæc ipſa incantatio non ſolùm draconem à ſpoliis abigit, atque in ignem conijcit, ſed & vulneribus quoque medetur.

Diabolus prædo.

IDEM SERMONE IN ILLVD

Apoſtoli dictum: Oportet & hæreſes eſſe.

NAm vt arbores bene & diligenter radicatæ, ventorum vi cum agãtur hinc & inde, ſolidiores fiunt: Sic & benē ſolidatas in fundamento veræ fidei animas, quæcunque irruunt hæreſes, reddunt fortiores, tantum abeſt, ne ſubuertant.

Arbores bene radicatæ.

Nam qui oculis laborat, etiam à ſole offendi conſueuit. Qui autem ſanus eſt, nec à tenebris incommodatur.

Ab oculis laborans.

Et quaſi hi qui ad magnos quoſdam principatus accerſiti, regias inhabitaturi ciuitates, omnem ſubſtantiam ſuam in pecuniam commutant, & ſic illo migrant: Ita planè & tunc faciebant homines illi ad cœlum vocati, & ad ſupernam metropolim, & regnum quod illic eſt. Nam perſuaſum habentes illic eſſe patriam, omni ſubſtantia ſua in pecuniam commutata, pecuniam per Apoſtolorum manus illo præmiſerunt.

Sicut radix in pingui plantata ſolo, quæ nobis ſingulis annis tempeſtiuos affert fructus. Sic & pecunia in manibus pauperum plantata, non ſolum in ſingulos annos, ſed & in ſingulos dies ſpirituales nobis fructus affert, fidē iam ſcilicet in Deum, peccatorum abſceſſum, conſcientiam bonam, lætitiam ſpiritualem, ſpem iucundam, aliaque bona quæ præparauit Deus diligentibus ſe.

Radix.

IDEM,

IDEM IN PRIMAM AD Corinthios. *Cap.* 10.

Panis.

QVid dico communionem? ipſum illud corpus ſumus Chriſti, non corpora multa, ſed corpus vnum. Quemadmodum enim panis ex multis conſtans granis, ita compoſitus eſt vt nuſquam grana videantur, & ſunt quidem grana, ſed propter coniunctionem nullo diſcrimine diſcernuntur: Ita nos quoque & inuicem, & Chriſto coniungimur.

SERMONE SVPER DICTVM Apoſtoli: Quum ſubiecta ei fuerint.

Victores.

IN aliis certaminibus laureas referunt, qui victores redeunt; at in diſputationibus diuinis, B ſolis debetur corona, qui ſe rei magnitudine victos ingenuè fatentur.

IDEM IN EPISTOLAM Ad Galatas. *Cap.* 1.

Hæretici.

VBi ſunt igitur, qui nos vt contentioſos damnant, eò quod cum hæreticis habemus diſſidium, dictitantque nullum eſſe diſcrimen inter nos & illos, ſed ex principatus ambitu proficiſci diſcordiam? Audiant quid dicit Paulus: Nimirum illos ſubuertiſſe euangelium, qui paululum quippiam rerum nouarum inuexerant: Iſti verò non ſimpliciter puſillum, qui filium Dei prædicant eſſe creaturam, ſed quod eſt omnium maximum, immutant. An non audiſti, quod is qui veteri quoque teſtamento, ſabbato ligna collegerat, vnicum mandatum, nec id maximum tranſgreſſus, extremo affectus eſt ſupplicio? Quodque Oza, qui arcam alio- C qui ſubuertendam fulcit, è veſtigio mortuus eſt, eò quod miniſterium ipſi non congruens vſurpauit? Ergóne ſabbatum violatum, & ſolus arcæ ruituræ contactus, ad tantam indignationem prouocauit, vt qui hæc auſi fuerant, ne minimum quidem veniæ ſint conſequuti: hic verò qui adoranda & ineffabilia dogmata corrumpit, excuſationem habiturus eſt, & veniam conſequetur? Non poteſt hoc fieri, non poteſt inquam. Hoc ipſum igitur eſt omnium malorum cauſa, quod ob puſilla non indignamur. Ob id enim maiora ſcelera ſubierunt, quod minoribus debita correctio non adhibetur. Et quemadmodum in corporibus, qui vulnera neglexerunt, febres gignunt, & putrefactiones, ac mortem denique: Itidem & in animis, qui puſilla diſſimulant, maiora inuitant.

Vulnerũ neglectus

In Caput 2.

Peccatum

Quemadmodum enim peccatum, ſi vicerit, ipſum eſt quod viuit in homine, animũ, ad quæ vult pertrahens: Ita ſi illo mortuo, quæ Chriſto ſunt D placita, fiant, nec humana deinceps eſt eiuſmodi vita, videlicet ipſo Chriſto viuente in nobis, hoc eſt, agente ac dominante.

In Caput 3.

Lucerna.

Quemadmodum ſi lucerna quæ noctu prælu xit, iam orto die, vetet nos obtueri ſolem, non ſolum non præſtaret officium, verum etiam læderet: Itidem & lex, ſi obſtaret ad meliora pergentibus.

In Caput 4.

Quemadmodum qui perpetuò mitigat in medendo, remiſſum hominem facit: Ita ſemper aſperis vti ſermonibus, magis exacerbat hominem. Eoque bonum eſt vbique moderatis vti.

Verum hunc in modum nõ loquitur, ſed aliter:

A parcit enim illis, nec vult ferire, nec vulnera vulneribus addere: quemadmodum eruditi medici eos qui in longum incidunt morbum, non protinus ac ſemel, ſed ex interuallo curant, ne deſpondentes animum, pereant: Sic & hic beatus. Nam & hi parturientis dolores hoc ſunt acriores, quò maior erat affectus charitatis.

Eruditi medici.

In Caput 5.

Opera carnis.

Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt, ſcortatio, adulterium, immundicies, laſciuia, veneficium, ſimulacrorum cultus, inimicitiæ, contentio, æmulationes, iræ, concertationes, ſeditiones, hæreſes, inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, quòd qui talia faciunt, non erunt hæredes regni Dei. Hic iam mihi B dicito tu, qui carnis accuſator es, & arbitraris hæc ob ſimultatem & diſcordiam eſſe dicta: Sit adulterium & ſcortatio carnis, iuxta veſtram opinionem: inimicitiæ, contentio, æmulationes, cõcertationes, hæreſes, veneficia, cuius erunt? Nam hæc tantummodò ſunt corruptæ voluntatis, nimirum vt cætera. quomodo igitur erunt carnis? vides igitur quòd hæc non loquitur de carne, ſed de terreſtri cogitatione, quæ humi ſerpit, eoque terrorem ingerit dicens: Qui talia faciunt, regni Dei non erũt hæredes. Quòd ſi hęc eſſent naturæ malæ, non voluntatis prauæ, ſuperfluè dixiſſet faciunt, non patiuntur. Huius autem rei gratia etiam exulant à regno cœlorum. Neque enim ad ea quæ ſunt naturæ, ſed ad ea quæ ſunt voluntatis pertinent vel coronæ, vel ſupplicia. Quapropter etiam hæc minatur Paulus.

Athletarum delectus

Quemadmodum igitur ſi qui athletas deligit, ſiue C naſo adunco, ſiue ſimos, ſiue nigros, ſiue candidos eligat, nihil refert ad probationem, ſed illud vnum ſpectandum eſt, vt validi doctique ſint: Ita qui ad ſcribendus eſt in nouum teſtamentum, huic nihil nocent hæc omnia corporalia, ſi abſint, quemadmodum neque iuuant, ſi adſint.

Ignis admotus ceræ.

Quemadmodum enim ignis admotus ceræ, facilè mollit eam: Sic & amoris calor, rerum faſtum & arrogantiam, vehementius quàm ignis ſoluit.

In Caput 6.

Adulterinum & ſyncerum aurum.

Sicut enim aurum videtur quidem eſſe ſplendidum priuſquam mittatur in fornacem, verùm vbi traditum fuerit ignitum, certo dignoſcitur, eo quod adulterinum eſt, ab eo quod eſt ſyncerum, ſeparato: Sic & noſtra opera, vbi diligenter examinaueris, tum euidenter retegentur, videbimuſque nos ipſos multis criminibus obnoxios eſſe.

Sementis. Meſſis.

Quemadmodum enim in ſemente, qui ſeminat, non poteſt ex ordeo metere triticum, eo quòd o- D porteat & ſementem, & meſſem eiuſdem eſſe generis: Sic & in operibus. Qui in carne depoſuerit delicias, temulentiam, concupiſcentiam abſurdã, quæ hinc proueniant metet. Quæ autem ſunt iſta? ſupplicium, vltio, probrum, riſus, corruptio.

Malum aliquod ſubitò exortum.

Quemadmodum enim qui in luctum aliquem inciderunt, aut aliquem ex ſynceris amicis amiſerunt, aut alioqui malum aliquod ſubitò exortum ferunt, neque noctu quietem agunt, neque interdiu, luctu pectus illorum obſidente: Sic & beatus Paulus pauca loquens de moribus, denuò reuertitur ad ſuperiora, quæ maximè diſcruciabant ipſius animum.

Sportulas mittere egenis.

Quemadmodum enim diuites ſportulas mittunt egentibus, quò ſic, quando & ipſi in egeſtatem inciderint, eadem ab aliis conſequantur: Sic & nobis eſt faciendum.

Structura domus.

Sicut enim in ſtructura domus non omnes lapides eundem habent locum, ſed hic quidẽ in angulum eſt accommodus, ad fundamenta non item:

ille contra ad fundamenta commodus eſt, nō item ad angulum: Itidem ſanè eſt in corpore, quod eſt eccleſia. Quin & in noſtra carne licet idem cernere, attamen aliud membrum ab alio toleratur, nec ab omnibus omnia requirimus. Nam ex communi facta collectio, & corpus, & ædificium conſtituit.

Equi morigeri.

Quemadmodum enim equi freno morigeri, omnia ex ſeſe facientes, non opus habent ſcutica. Sic & anima quæ impulſu ſpiritus recta facit, non eget admonitrice lege.

Non ab omnibus omnia requirenda.

Vt enim in corpore ſi quis ab omnibus membris eundem poſtulet vſum, nunquam conſtiterit corpus: Sic & fratres graue bellum erit, ſi ab omnibus omnia requirimus.

IDEM IN EPIST. PAVLI ad Philippenſes.

Homilia 1.

Perpetuò bene agendum.

Ne verò ſi ſemel atque iterum dederimus, exiſtimemus nos totum beneficentiæ munus expleſſe. Per omnem enim vitā hoc agendum: neque enim ſatis eſt ſemel cum laude rem gerere, ſed perpetuò. Etenim qui in ſtadio poſtquam decem dolichos cucurrit, ſi poſt deficiat, totam laudem perdidit. Et nos ſi ſemel aggreſſi bona opera; poſteà defecerimus, totum amiſimus, totum perdidimus.

Nobilitatis ſignū.

Quemadmodum diuitum filij ornatus gratia aureum monile geſtant in collo, nec id vnquam deponunt, veluti nobilitatis ſignum circumferentes & oſtentantes: Itidem & nos oportet ſemper beneficentia indutos eſſe, declarantes quod filij ſumus eius qui miſericors eſt, eius qui ſolem ſuum exoriri facit ſuper bonos ac malos.

Monumēta pueris detracta.

Quemadmodum enim iſta monumenta pueris detrahuntur, poſteaquam facti viri, feruntur ad aliud ornamētorum genus. Itidem & in nobis non iam erit eleemoſyna, quæ pecuniis erogandis conſtat, ſed alia quædam multò præſtantior.

Homilia 2.

Fornax Babylonica.

Quemadmodū enim in fornace Babylonica, quū tam ingens flamma ferretur in altum, tamen beatis illis pueris ros erat: Sic amicitia diligentis, ac Deo placentis animum occupans, omne abigit incendium, & in rorem admirabilem vertit.

Actores in ſcena.

Quemadmodum enim actores in ſcena, regum ac ducum perſonas, item medicorum, ac rhetorum, ſophiſtarum ac militum aſſumentes ingrediuntur, quum ipſi nihil horum ſint: Sic ſanè & in præſenti vita, paupertas ac diuitiæ nihil aliud ſunt quàm perſonæ.

Scena Beatus

Sicut igitur in theatro ſedens, ſi quem videris, ex his qui extra ſcenam pedibus ingrediuntur, perſonam geſtantem regis, non iudicas eum beatum, neque regem eſſe credis, imò nec ipſe optas eſſe talis, ſed quum ſcias, quòd ſit quiſpiam ex his qui conuerſantur in foro, funium opifex, aut faber ærarius, aut aliud quicquam tale, non iudicas illum beatum ob perſonam, aut ob veſtem ad talos demiſſam, neque ex hiſce rebus æſtimas illorum vitam, ſed deſpuis potius illum ob aliam vilitatē: Sic ſanè & hic, velut in theatro, videlicet mundo, ſedens, & in ſcena ludentes ſpectans, vbi videris complures diuites, ne putes verè diuites eſſe, ſed diuitum obtectos perſonis. Nam quemadmodum ille qui in ſcena regem, aut belli ducem agit, frequenter eſt famulus eorum qui ficus aut botros vendūt in foro: Itidem & hic diues crebrò pauperior eſt omnibus. Quòd ſi detraxeris illi perſonam, ſi conſcientiam explices, & ingrediaris animum, multam illic offendes virtutis inopiam, comperieſque omnium hominum abiectiſſimum. Quemadmodum enim inſtante veſ-

A pera, digreſſiſque qui conſederant, vbi fuerint è theatro egreſſi, habitumque tabulæ poſuerint, qui prius reges ac duces eſſe videbantur, pòſt apparent hoc quod ſunt. Ita ſanè & nunc, poſtquam mors aduenerit, theatrumque dimiſſum fuerit, quum diuitiarum paupertatiſque perſonas depoſuerint, omnes illuc profecti ſunt, atque ex ſolis operibus iudicati, declarant qui verè ſint diuites, qui verè pauperes, qui honorati, & qui humiles.

IDEM HOMILIA IN EPIST. ad Timoth. 1:

Paruulus.

Sicut enim paruulus, ſi quid habeat puerile, idque rebus neceſſariis præfert, pater ipſum puerilibus priuat, vt vel inuitum ad meliora traducat: B Ita & Deus omnia facit, cunctaque molitur, vt vota noſtra, atque deſideria ad cœleſtia transferat.

Homilia 2.

Arte opus.

Arte opus eſt, ne quis incaſſum iacula dirigat, ſeu extra ſignum ſagittas intorqueat, vt neceſſariò opus S. ſpiritus gratia. Sunt enim plurima quæ à recto itinere noſtros fruſtrentur conatus, cum ad vnum ſignum intentio dirigenda ſit.

Equus.

Quemadmodum freno legitimè vtitur non is equus, qui laſciuit, neque qui mordet, ſed qui pulchrè agitur: Ita & is lege vtitur legitimè, non qui literæ neceſſitate, ſobrie, ac iuſte viuere cogitur, qui nouit quod ipſa non indiget, non metu legis rectè factis inſiſtit, ſed virtutis tantùm gratia, hic ſecurè ac legitimè vtitur lege.

Literarū apices.

C Quemadmodum literarum apices pueris proponuntur, porrò qui eas docet, non ex ipſis excellit, verum aliunde peritiæ gloriam promeretur, atque ex ea eruditione præſtantius vtitur literis: Ita & qui legem tranſcendit, nihil opus habet doceri lege. nam ipſam non metu exequitur, ſed ex virtutis deſideriò hic melius implet. Huic ad quid lex? Quemadmodum & medicus confectiò vulneribus, non ſano, neque bona valetudine prædito. Nihil opus manſueto equo & obtemperanti, freno. Nihil inſtructione opus eſt ei, qui pædagogo non indiget.

Quemadmodum angeli vbicunque apparuerint, ſecum gloriam habent: Ita ſancti.

Sol.

Quemadmodum ſol non indiget veſtibus, non aliis aliquibus opus habet, ſed ſimulatque illuxit, gloriam ſui fulgoris oſtendit: Ita & tunc ſancti.

Homilia 3.

Amicus mortuus.

D Amicum cum peregrè proficiſci cernimus, lugemus, ingemiſcimus, ſi mortuum videre contigerit, plangimus, cum nouerimus eum non perpetuò à nobis ſeparandum, propter reſurrectionis ſacramentum. Enimuero ſorte cum Chriſtus quotidie ſeparetur à nobis, imò cum ipſum ſingulis horis à noſtro arceamus congreſſu, neque dolemus, neque durum aliquid & acerbum nos pati arbitramur. Cæterum cum illum afficiamus iniuriis, cum eum contriſtemus iugiter atque irritemus, neque quæ ille iuſſerit faciamus omnia, neque ingemiſcimus, ſed inſenſibiles, non ſecus ac lapides, manemus.

Homilia 5.

Dux.

Quemadmodum dux niſi anteà miles optimus fuerit, ne dux quidem eſſe aliquando poterit: Ita & doctorem prius oportet docere ſeipſum.

Nauis.

Vti nauis tutiſſima eſt fides, qui ex illa deciderint, neceſſe eſt naufragium facere.

Sicuti

Nubes.

Sicuti dudum nubes Hebræorum caſtra tegebat: Ita Eccleſiam protegat ſpiritusſancti gratia.

Homilia 4.

Pueri ſcholis ac liberalibus diſciplinis traditi.

Imitare vel pueros qui ſcholis traduntur, ac liberalibus diſciplinis, qui cum viderint ſocios & contubernales ſuos rationem reddere eorum quæ didicerint, eoſque qui negligentiores fuerint, cædi, & per ſingulos diſcuti, concidiq́. verberibus, admonentur, quid de ſe ſperáre debeant, & penè præ timore moriuntur, ac ſi quis ex ſociis, eos flagris plurimis fortaſſis ceciderit, non iraſcuntur cum metus ille animum penitus occupatit, neque magiſtrum interpellere habent, ſed vnum tantum intuentur, quo pacto ſcilicet egredi vel ingredi, abſque verberibus poſſint, ſolum idq́. tempus verſatur ante oculos, & cum exceſſerint ianuas, eo iam metu liberi, maxima tenentur voluptate.

Homilia 11.

Paries caducus.

Quemadmodum caduco parieti, aut nimium fragili corpori quælibet quiſque appoſuerit, in ſua imbecillitate perdurat. Ita & hic nullum anima emolumentum ab his quæ ſunt extrinſecus ſumit, ſed eadem permanet, quantalibet ei quiſque forinſecus ornamenta circundet.

Homilia 12.

Fide ſubnixi.

Quemadmodum hi qui fide ſubnixi ſunt, in tuto nauigant: Ita & qui illa exciderunt, nuſquam poſſunt conſiſtere, ſed longo errore circumacti poſtremò in ipſa perditionis prærupta feruntur.

Cibi.

Nam quemadmodum carnales cibos, diebus ſingulis ex neceſſitate requirimus: Ita & fidei pietatiſque doctrinam ſemper accipimus, eaque iugiter enutrimur.

Homilia 17.

Homines nequam.

Quemadmodum ſcabioſę oues, ſi confricentur, cæteræ etiam quæ ſanæ ſunt, morbo tentantur: Ita & hi homines nequam ſi ſimplicioribus quibuſque iouerſentur, veneno eos ſuæ malignitatis inficiũt.

Neque enim ſi quis clauſis oculis quærat, inuenire quid poterit: ſicut item ſi apertis ipſis ſeipſum humo obruat, auerſatuſque, ſolem ibi inquiſat, inuenire aliquid nequaquam poterit. Adeò ſine fide nihil inueniri poteſt, eáque abſente pugnas naſci neceſſariò contingit.

Sine fide nihil inuenias. In aliud intendẽs.

Sicut enim cum quis recto itinere gradiens, ſi in aliud aliquid intendat animum, pergit quidem, ſed ſæpe dum neſcit, vrbem illam pertranſit, ad quam properabat, pedeſque fruſtrà ſui miniſterium præbent: Ita ferme & in cupiditate contingit.

Venti furentes.

Quemadmodum enim aduerſi quidam, ac furentes venti, ſi in mare placidum irruant, ipſum funditus vertunt, adeò vt harena profundi ſuperius miſceatur vndis: Ita & pecuniæ cupidi omnia penitus miſcent, neminem, qui huiuſmodi eſt, amicum nouerunt.

Flamma.

Sicut enim flamma vehemens vbi in ſyluam incidit, peruertit omnia, & deſolatur: Ita & iſta orbem deſtruxit vniuerſum.

Homilia 13.

Viuens in delitiis mortuus eſt: Ventri enim ſolũmodò viuit, cæteris ſenſibus mortuus. Neque aſpicit quæ aſpicienda, neque audit, quæ neceſſariò audire cõuenit, neque loquitur quæ decet loqui. Quẽadmodum mortuus quiſpiam in lecto iacens, com-

Mortuus in lecto decumbẽs

ploſis palpebris, clauſiſque luminibus, nullũ omnino ſenſum habet: Ita & hic, imò longè hic dete-
A rius, quàm ille affectus eſt. Ille enim bona æque, atque mala eadem ratione non ſentit, hic autem malorum tantum amittit ſenſum, nihilque boni penitus ſentit. Nihil illum ex his quæ in futura vita ſeruantur, mouet: ſed ad omnia perſtat immobilis, atque ita mortuus eſt, quemadmodum in cuniculum quendam obſcurum & tenebroſum antrum præcipitatus, atque immundicia omni plenus, intimis & opacis vitiorum finibus conditus, ſemper in tenebris, inſtar mortuorum degit. Iam verò quis poſſit tempeſtatem illam ingentem eloqui, quæ ex huiuſmodi pernitioſo delitiarum vſu in animam & corpus irrumpit? Quemadmodum enim vaſta ac perpetua nubium denſitas, radios ſolis numquam ſinit vim ſui fulgoris oſtendere: Ita vini ac deliciarum euaporationes, cerebrum, non ſecus quàm ſcopulum nocte, illumq́ue craſſa nube tegentes, non permittunt libere vſquam ſe intendere, verum in
B tenebris perpetuis detinent eum, qui ſic miſerabiliter iacet affectus. Neque explicari poteſt omnino quanta intus tempeſtate iactetur. Quemadmodum enim ſæpe cum inundatio vehementior facta fuerit, aquarum vis officinarum aditum occupauerit, turbari eos, qui intus ſunt, cernimus, & diſcos & amphoras, & ſpongias, & alia plurima ad exhauriendum aquam excogitata deferri, vti ne violatis fundamentis, atque commotis, omnis poſt hac ſupellex inutilis fiat, ita & anima quoties nimiis deliciis oppreſſa fuerit, perturbatur omnis ratio, cæterùm quod iam coactum eſt, cum exhaurire difficillimum, quod rurſum aliud e veſtigio ingrediatur, incredibile eſt, quanta perturbatio, quantuſque fluctus immineat. Quãtò corpus pinguedine, craſſitudineq́ue diſtenditur, tantò illa extenuatur magis, atque imbecillior fit, tantò item obruitur, & ſepelitur. Ac ſicuti in oculorum pupilla ſiquidem exterius impoſitas tuniculas craſſiores effeceris,
C cernendi vim emittere ex ſe nequit, & clarius intueri, cum radius ille oculorũm ex ea pinguedine obtundatur, ac tenebris plena ſunt omnia: Ita & corpus cum fuerit obeſum, animam quoque obtuſiorem euadere neceſſe eſt. At mortui (inquies) in putredinem tabemq́ue vertuntur, ingenſq; ab eis ſanies defluit: Ita & in ea, quæ delitiis ſoluitur, videas: quippe rheuma, pituita, purgamenta narium, ructus ac vomitus extra profluunt. Cum iaceat anima mortua, quid ex eo cibo potuq́ue percipitur emolumẽti? Neque ſi cadauer iaceat exanime, pulchra veſte contectum, ex eo flore veſtis proficiet quippiã: Ita neque anima mortua, venuſtiori corpore amicta, aliquid ex eo decore lucrabitur.

Perpetua nubium denſitas. Radij ſolis.

Cataclyſmus ſiue inundatio vehemẽtior.

Oculorũ pupilla.

Corpus obeſum. Mortui.

Anima mortua.

Homilia 14.

Vniones.

Quemadmodum vnionum magna differentia eſt, licet omnes appellentur vniones: Ita & com-
D plures viæ virtutis, ſed vnus quidẽ candens eſt, atque omni ex parte rotundus, alius verò huiuſmodi ſpecie caret, cæterum alio decore niteſcit. Nam ad imitationem coralij veluti quadam arte effictã, oblongam præfert lineam, anguloſq́ue tornatos, habetque quiddam albo colore venuſtius praxinum, ſed omni virore iucundius, alius coloris amœnitate præfert ſanguinis ſpeciem, alius mare colore cœruleo ſuperat, alius purpurei fulgoris eſt æmulus, ſolis quoque colores inuenies. Huiuſmodi & ſancti ſunt, alij ſeipſos exercent, alij & Eccleſias ſecum.

Homilia 14.

Pauperes.

Pauperes ſunt medici vulnerum tuorum, manus eorũ tibi medicamenta præſtant. Non ita medicus vt medicamenta imponat, extendens manum, curationem exhibet, vt pauper abs te vt accipiat, porrigens manum: dediſti pecuniam, peccata exuiſti.

Homi-

A

Homilia 15.

Pictor inſignis.

Veluti quiſpiam indulgentiſſimus pater, pictura illuſtris non ipſe ſolus eam gloriam vult, ſed filium quoque ad eandem peritiam cupit adducere. Ita Deus eadem conditionis facultate te donauit, vt te terram facias cœlum dedit, corpus pulchrum, poteſtatem dedit, vt animam facias pulchram, dixit: producat terra herbam fœni, & omne fructiferum lignum. dic tu quoque: producat hæc terra fructum ſuum, & prodibit quodcunque operari volueris. Finxit draconem, illudit ei, id eſt, diabolum, nec tibi inuidit hanc poteſtatem, illude tu & illi ſi vis: potes enim eum vt paſſerem capere. Oriri facio ſolem ſuper iuſtos & iniuſtos, imitare, & tu bona tua bonis maliſque communica. Accendo in cœlo luminaria, accende & tu clariora illis, namque potes his qui in errore ſunt, lumen veritatis accendere. Dominor angelis, tu quoque per primitias itidem. In ſede regia ſedeo, & tu mecum per primitias ſede.

B

Homilia 18.

Seruus rex.

Quemadmodum ſi apud barbaros detineretur ſeruus quiſpiam rex, & illi ad maioris ſeruitutis iudicium, non purpuram atque diadema auferant, ſed cum illis inſignibus, & aquas ferre, & coquere, & alia inferre miniſteria iubeant, ad maiorem & ſui honorem, & ignominiam illius: Ita barbaris omnibus immanius vitia iſta nobis imminent. Nihil iuuat integris gentibus dominari, ſi ſerui perturbationum ſumus, & quid nocet nulli hominum principari, ſi vitiorum tyrannide celſiores ſumus? iſtud ſumma libertas eſt, iſtud imperium, iſtud regnum.

C

In poſteriorem Epiſt. Homil. 1.

Vitæ humanæ ſollicitudines.

Quemadmodum fieri non poteſt, vt qui nauigant, abſque cura ſint: Ita & hi qui vitam hanc fragilem viuunt, abſque ſollicitudinis angore eſſe non poſſunt. Si diues fuerit, plurimæ illi mœſtitiæ occaſiones. Si rex, curis diſtinetur innumeris.

Suus cuique cruciatus acerbiſſimus.

Quemadmodum ij quibus pars aliqua corporis dolet, putant ſe plus dolere, quàm proximos, & qui oculum dolent, nullum putant ſibi æquari poſſe dolorem. Rurſumque qui ſtomachi languore tenetur, illum putat dolores omnes excedere, ſingulique quibus detinentur incommodis, omnia vi ſuæ magnitudinis tranſcendere exiſtimant: Ita & in angore animi, ac mœſtitia contingit, vt quò quiſque premitur, eum putat cæteros ſua acerbitate ſuperare, quippe qui hoc ſuo experimento diiudicat. Sicut qui non habet filios, nihil ea infœcunditate putat eſſe moleſtius, & qui inter paupertatis anguſtias filiis angitur, nihil æque atque filiorum multitudinem execratur.

D

Ornata domus.

Veluti ſi quis domum vt ſit præclaro opere, atque honeſto mirabilis cautè prouideat, eos verò qui hanc habitaturi, negligat: Ita qui corpus ornant anima neglecta.

Quemadmodum enim cum ferendo oneri accedit ſocius, eum qui ſolus ferebat, leuaſſe dicitur: Ita & in aliis omnibus huiuſmodi ſocietas, ex miſeratione profecta, vim maximam alleuationis habet. Nam ſocietas eorum, qui noſtri mœroris participes ſunt, doloris maximã partem aufert. Sed verò nunc peruerſo ordine, aſinum lapſum erigimus, amicorum animas lapſas negligimus.

Ignis.

Quemadmodum ignis indiget lignis: Ita & gratia alacritate noſtra opus habet, vt feruere perpetuò poſſit.

A

Homilia 3.

Cibus quotidianus.

Quemadmodum corpus noſtrum, non ſi ſemel nutriatur, habet totius vitæ ſubſtantiam, ſed quotidiano indiget cibo: Ita in religione, in pietate, diebus ſingulis, opum egemus auxilio. Magna nobis miſeria opus eſt.

Adulter ſingularis.

Sicut quiſque, ſiue regis violarit vxorem, ſiue pauperis, ſiue ſerui, pari ratione adulter eſt, cum peccatum non perſonarum differentia, verùm ex voluntate improba, id ſcelus admittentis iudicetur: Ita & hic, imò illum magis adulterum dixerim, qui quamlibet ex vulgo, quam qui ipſam reginam violauerit: Illic enim plurima irritamenta ſunt, putà opes, elegantia, forma, & eiuſmodi, quorum hic nihil inuenitur. Eadem profectò ratione illum magis ebrium dixerim, qui quolibet vino, quam qui optimo inebriatur. Ita & cupidum eum potiſſimum cenſeo, qui ne minima quidẽ rapere omittit: Nam qui maxima, minima fortaſſe contemnet. Fur igitur magis hic quam ille eſt.

Ebrius pęcopuque.

B

Agricola.

Quemadmodum agricola non ſui ipſius curam habens, ſed fructuum ac terræ, non abſque vtilitate laborat, verùm primò ipſe ante omnes laborum ſuorum percipit fructum: Ita & doctorem frui laboribus ſuis conſentaneum eſt.

Homilia 5.

Arbor crebris ictib. ceſſa.

Sicut arbor cum plures ictus acceperit, & vno poſtmodum repente corruerit, non illi vni tantum, ſed cæteris pariter imputatur, quod ille animaduertit qui radicem intuetur: qui enim ex alto conſpicit, nihil tale valet conſpicari: Ita in verbo Dei audiendo ſæpe vno doctoris verbo multi conuerſi ſunt.

C

Latrones.

Quamdiu hic ſumus, anima voluptatum illecebris delinita, triſtia ægre admittit animo, cum verò migratura eſt corpore, tunc iam maiore metu continetur, quippe quæ ad ipſa iudicij peruenerit limina: Ita ferme & latrones, quamdiu quidem in carcere viuunt, abſque metu degunt, vbi verò ad velum ſiſti cœperint, ſoluuntur metu. Cur enim pulſare animam metus mortis incipit, ignis inſtar præſentis vitæ omnia ſuccidens philoſophari eam cogit, & futura ſollicita mente verſari.

Medici.

Medici ſæpe plurimi, cum plurima medicamenta ægroto obtulerunt, nihil profecerunt, cum demum repente quiſpiam accedens totum perfecerit, non eſt tantum munus illius, qui poſtremus acceſſit, verùm illorum etiam qui remedia priores morbo adhibuerunt: Ita ſi quis poſt diutinam multorum admonitionem, derepente ad nouiſſimi vnius cuiuſpiam correptionem reſipiſcat, non poſtremo, ſed prioribus acceptum referendum eſt.

D

Statera.

Sicut ſtatera, ſi lancem loco motam habeat, pondera iuſte non iudicat. Ita & anima niſi rationis lancem ſtabilem, ac firmiter vi diuini timoris affixam, res ſyncere diiudicare non valet, ſed circumfertur iugiter atque deprimitur.

Seruus ingratus & perfidus.

Si quis ſeruum nactus, qui in multis offenderit, illum & non flagris ceciderit, verùm peccatis indultis, futura vitare monuerit in poſterum, ne in eadem decidat, magnis quoque muneribus præterea illuſtrauerit, ac beneficiis fouerit, quænam obſecro futura eſt tam perfida mens, tam ingrata anima, quæ huiuſmodi gratia non ad meliora ſectando prouocari ſufficeret?

Homilia 6.

Auis capta.

Quemadmodum auis & ſi non toto corpore, ſed vno tantùm pede capta teneatur, in poteſtate eius eſt, qui laqueum tetendit: ita & nos cum vitæ, &

fidei

fidei peruerſitate capi valeamus, ſi vita ſolùm oberramus, in ius diabolicum labimur.

Vas fictile corpus noſtrum. Vas fictile corpus noſtrum eſt. Sicut vas nihil eſt aliud, quàm coctum lutum: Ita & corpus noſtrum nihil eſt aliud, quam lutum animæ calore ſolidatum. Huiuſmodi denique ſi ſæpius decidat, deſluit atque conteritur. Quid enim oſſa, quæ adeò valida & arida ſunt, à teſta figuli differunt? Quid à luto carnes? Nónne æque ex humore materiam trahunt?

Homilia 13.

Miles. Miles lauacris, ac ſpectaculis vacans, intentuſque negociis veluti deſertor militiæ iure damnatur, multò magis N. quæ deſerto munere ſuo, delitiis ſtudent.

Homilia 16.

Nec qui clauſis oculis quærit, inuenire quid poterit, ſicut item ſi apertis illis, ſeipſum humo obruat, auerſatuſque ſolem ibi inquirat, inuenire aliquid nequaquam poterit. Adeò ſine fide nihil inueniri poteſt, eaque abſente, pugnas naſci neceſſariò contingit. *Quæſtiones.* Quæ enim fides profitetur ſola, ſuccedens quæſtio, neque permittit intelligi. Cum in quæſtiones incidimus de Deo, quæ non oportet, opinamur.

IN EPIST. AD TITVM.

Homilia 1.

Si cum ex amico beneficium aliquod ſumimus, ſiue cum verbum aliquod gratum, placidumque audimus, in amorem exardeſcimus: quantò magis cum viderimus quibus periculis impliciti fuimus, ex quibus omnibus nos eripuit dominus promptiores ad obedientiam erimus?

Homilia 2.

Nihil vilius, abiectiuſque vana gloria. Sicut ſi videre contingat multitudinem paruulorum, eorum ſcilicet qui ſubiecti vberibus ſunt, ab iis non cupis gloriam: Ita te neceſſe eſt gloriæ cauſa ad omnes homines affici. Idcirco enim inanis dicitur gloria. *Perſonæ hiſtrionũ.* non aſpicis, vt in ſcena ſibi perſonas imponunt hiſtriones, quàm præclaras, quam honeſtas, quam ad extremam, quam ad exactiſſimam formæ diligentiã effictas? Potéſne mihi huiuſmodi aſpectum verum eſſe demõſtrare? minimè ſanè. Quid igitur? non eas aliquando amaſti? Non. Cur id? quoniam inanes ſunt, immutantque decorem. Sed nullus ibi ſolidus decor: ita & gloria inanis eſt, imitaturque gloriam non quæ vera gloria eſt. Illa quippe ſola permanet quæ naturalis eſt, quæ in intimis conditur, porrò quæ extrinſecus adhibetur, obtulit ſæpius facultatem, ſed id apud homines, & vſque ad veſperam: Cæterùm ſoluto theatro, ſublatiſque perſonis, vnuſquiſque quod eſt, id quoque videtur. Non igitur velut in ſcena atque ludo, veritatem arripiamus: inanis eſt gloria, nihili ſolidi in ſe habet, nec veri. Extincta eſt, & in fumum reſoluta, rem tam inſtabilem amare quo pacto inducimur, quam magnæ eſt ſtultitiæ, hanc velut lutum in cõparatione auri, ſcilicet gloriæ Dei, contemnas?

Homilia 4.

Naufragium. Fert magnum diſcipulo in mari ſolatium, magnamque fiduciam, cum meminit, magiſtrum ferè naufragium feciſſe, & fuiſſe ſeruatum. Neque enim arbitratur iam fluctus illos atque tempeſtates, ex propria imperitia inſcitiaque, ſed ex ipſius rei natura contingere. Ac id permagnum eſt, ratione ſolatij. Fert item in bellis tribuno vel cuiuſuis agminis duci, maxima incitamenta virtutis, cum imperatorem viderit vulneratum primò, tum demum euadere eius vulnere: *Imperatoris vulnera.* Ita & fidelibus quibuſque multum affert ſolacij, quod apoſtolũ cernunt toleraſſe plurima.

Homilia 6.

Diues & pauper. Quemadmodum eos qui nudi effugiunt, nemo facilè tenere poteſt, qui verò veſtimenta poſt ſe trahit, eum quilibet citò apprehendit: eadem ratione & diues, & pauper exiſtimãdus eſt. nam ille quidem etiamſi capiatur, diffugere facillimè poterit, hic autem etſi non teneatur, ſuis compedibus irretitur, curis innumeris, deſideriis, ac perturbationibus reliquis, quippe omnia iſta obruunt animum: neque iſta ſolum, verum & alia plurima, quæ ex diuitiis oriuntur.

Quemadmodum enim ſi quis amicorum ſeruos commendauerit aliquos, illi amicitiam reueriti Domini, ipſos non modò non lædunt, ſed maximo honore proſequuntur: Ita & ignis ille, poſtquam Domini ſui amicos eſſe cognouit pueros illos, eorum & dirupit vincula, & ipſos abſoluit, atque dimiſit, ipſe illis pauimentum fuit, atque ab eis calcabatur.

Homilia 9.

Arbor. Procella. Diuinus timor. Arbor cum in altũ radices miſerit, ne vehemens quidem illam procella agitare poterit: Si verò ſuperficie tenus fibras porrexerit, neque ad profunda deſcenderit, paruus licet venti flatus irruat, eam à radicibus euellit: Ita & in nobis: Si affixerimus diuino timore carnes noſtras, nihil mouere nos poterit: Si verò verbo tantum diuinæ religionis ſacramenta perceperimus, exigua pulſio totum perimit ac perdit.

IDEM IN EPISTOL. PAVLI ad Philemonem.

Scopuli. Peſſimus ſcopulus vana gloria, qui nimium habet ſuauitatis occurrit, magis omnium noxius quàm illi ſcopuli, qui monſtruoſi à fabularum inducuntur authoribus. Quemadmodum venti quidam feri atque immanes, cum in ſerenũ irruerint pelagus, *Venti immanes.* ipſum totum à fundo perturbant, adeò vt & arena ſæpius vndis miſceatur: Ita & hæ perturbationes, cum in animam irruperint, cuncta permiſcent, & quæ ſuperiora erant, ad infima detrahunt, excęcãtque mentis clariſſimum lumẽ, atque imprimis gloriæ veſana cupido. Nam honoris eſſe negligentem, laudemque non affectare multorum, maximo labore indiget magnæ philoſophiæ & animæ cuiuſdam angelicæ, & quæ ipſum verticem cardinis cœleſtis attingerit, certum argumentum eſt.

Homilia 3.

Febre laborantes. Lãguoris incommoda. Medici febre laborantes eo incendio liberant, non vt ſanitate abutantur in malum atque perniciem ſuam: nam præſtaret morbo conſeneſcere, quam ea ratione ſanum fieri, vt in lectum deterius decidat, ſed vt diſcentes infirmitatis incommoda & mala, non iam in eadem incidant, vt ſanitatem charius amplexi omnia gerant, quæ ad eam conferre poſſint: Ita & Deus nos eripit de lege, non vt peccemus, quia non ſumus ſub lege, ſed ne in eandem ignominiam redeamus.

IDEM IN EPIST. AD HEBRÆOS.

Homilia 1.

Aqua.

SIcut aqua ſiue ſalſa ſit, ſiue illa potabilis, & vaſa replet haurientium, & ſuum fontem ex quo manat, nequaquam vacuum remanere permittit: Sic & nequitia, ſic virtus, vnde proceſſerit, illum procreatorem primitus illa lætificat, & illa conſumit.

Homilia 2.

Febribus exæſtuãs.

Si quiſpiam febrium calore peruratur, & aquam frigidam intemperanter accipiens, ad paululum tempus ſitim videatur extinguere, num propterea debet altum ſapere? Nonne poſtmodũ in eo maior febrium flamma ſuccenditur?

Solis radij.

Si qui ſolis radios, corporeis cupit haurire luminibus, non modo quod quærit, non efficiet, neque quod inſtituit, perager, verùm ipſo quoque quo videt, priuabitur lumine, innumeraſque ſuſtinebit incommoda: multò ſanè magis qui in æternam illam lucem defigere obtutus quærit, eamque rationibus conſequi mortalibus, hoc patietur. Nihil enim deterius eſſe poteſt, quàm velle diuinas res, humana ratione diſcernere atque metiri. Ita enim ex fidei fundamento quiſque decidit, & longo errore iactatur vagus, atque à luce deſeritur.

Homilia 3.

A regali aula excluſi.

Foris eramus ſicut qui ſunt extra regales aulas, in vinculis colligati, & qui habent apud regem pro culpis aliquibus offenſam, huiuſmodi quippe à regali aula foris excluſi ſunt: qui verò voluerit iſtis veniam impetrare, non primum ipſos in aulam regis introducit, ſed ipſe foras egreditur, ibique commiſcet cum eis ſermocinãdi negocium, vſque dum eos correctos & dignos efficiat, qui regis vultui repræſentari mereantur. Sic & Chriſtus efficit. Egreſſus quippe ad nos, id eſt, carnem ſumens, & collocutus nobiſcum, præcepta nobis regis innotuit, & ſic nos à peccatis emundans, & ad Deum conuertens, in aulam regalem, velut mediator optimus introduxit. Ideo incarnationis ſuæ aduentum vocat exitum, Paulus introitum.

Homilia 7.

Febris.

Sicut corpus vſquequo febribus detinetur, & ſubſequentibus ægritudinibus, etſi ſit validum, tamen affligitur, cum autem liberatum fuerit ab obſeſſione morborum, recreat propriam virtutem: Sic etiam anima in iuuentute febribus laborat, & amor gloriæ opprimit eam, & delitiarum, & venerearum rerum, & aliarum multarum imaginationũ. Cum autem ſenectus aduenerit, omnes has paſſiones effugat, alias per ſatietatem, alias per philoſophiam conſtrictas, has quippe ſuas corpore relegat ſenectus, nec ſi velit anima illis vti, permittit, ſed ſicut hoſtes diuerſos recludens, velut in loco à turbis libero collocat, & multam ei operatur tranquillitatem, & timorem inducit ampliorem.

Homilia 4. In caput 1.

Medicus. Mors.

Chriſtus pro omnibus guſtat mortem. Non dixit vt moriatur. Reuera ſicuti qui guſtat, ſic breue interuallum in illa faciens, confeſtim ſurrexit. Sicut medicus non habens neceſſitatem ex cibis, quæ ægroto præparantur deguſtare, ſed illi conſulens primus ex illius cibo deguſtat, vt perſuadeat ægroto promptius illos cibos accipere: Sic & Dominus, quoniam omnes homines mortem timebant, perſuadens eis, vt fiducialiter ad mortem accederent, & ipſe guſtauit mortem, nullam habens neceſſitatem. Venit enim princeps mundi, & in eo non habet quicquam. Illi qui per omnem vitam ſub timore mortis agebant, & ſeruierunt, iidem ab eadem liberati, & derident eam, quam illi horreſcunt. Tale eſt nunc, quale ſi vinctum aliquem producendum ad mortem, & ſemper hoc expectantem, quiſquam pinguem reddat ex multis delitiis, tale aliquid erat mors antiquo tempore. Nunc autem velut ſi quiſquam illum timorem excludens cum delitiis agens pronuncietur pugnaturus, & proponat agonem, vt iam non ad mortem, ſed ad regnum adducatur: Ex quibus eſſe velles? Ex his qui in cuſtodia pingueſcerent, quotidianis diebus ſententiam ſui interitus expectantes, an ex illis, pugnaturis quidem multum, & laboraturis vltronea voluntate, vt diadema tantum regni ſuſcipiant?

Homilia 10.

Tribulus.

Vt tribulus: vnde enim tenere volueris, percutit & pungit, & eſt moleſtus etiam ad videndum: Sic & peccatum.

Homilia 12.

Lutum.

Melius eſt luto pollui quam peccatis. Qui enim illic polluitur paruo tempore delauatur, & efficitur ſimilis ei qui illic non cecidit: qui vero in barathrum ceciderit peccatorum, talem pollutionem accipit, quæ aquis non poſſit, ſed quæ multo tempore opus habeat, & pœnitentia diligenti, & lachrymis. Iſtæ quidem ſordes extrinſecus nobis adueniunt, propterea & citius eas amittimus: illæ autem intrinſecus generantur, ideo vix delauantur & expurgantur.

Homilia 5.

Militaris vita.

Si qui militarem vitam viuunt, omnibus renunciant, & vbicunque bellum vocauerit, ibi aderunt, & vias incedunt, & omnia cum alacritate ſuſtinent. Multò amplius nos Chriſti milites ſic præparatos eſſe oportet, ac diſpoſitos ad bellum paſſionum: non eſt nunc perſecutio, ſed bellũ cupiditatis, iræ, inuidiæ, aliarumque paſſionum. Multum bellum per linguam oculos, &c.

Homilia 7.

Curſores. Palma.

Curſores ſumus. Curſu opus eſt, & valido. Qui currit, neminem occurrentem ſibi videt, ſiue per prata, ſiue per aſpera loca tranſeat. Qui currit, non ſpectatores attẽdit, ſed ad palmam, ſiue diuites, ſiue pauperes, ſiue detrahat quis, ſiue cædat, ſiue iniuriet, ſiue lapidet, ſiue domum diripiat, ſiue videat aut vxorem, ſiue aliud quid, ad vnum tantum feſtinat currendo, hoc eſt, vt accipiat palmam. Qui currit, nunquam ſtat. Nam ſi vel modicum negligat, totum amittit. Qui currit, nihil anteponit fini, ſed magis ad eum prætendit.

Homilia 13.

Milites duo.

Proponamus duos milites, vnus furetur & appetat aliena, alius nihil horum operetur, ſed benignitatem ſolam oſtendat, virtutes plurimas operetur, in præliis trophæa multa cõſtituat, dexteram ſuam efficiat ex hoſtibus cruentatam. Deinde tempore veniente, is qui ex militia eſt qua fur erat ille ad regale ſolium, ad purpuram proucehatur. Ille quidem manet vbi erat, ſed ex miſericordia imperiali non luat pœnas eorum quæ geſſit. Hic autem in loco nouiſſimo conſtitutus, ſub Imperatore non ſuſtinebit mœrorem. Dic mihi, cum viderit illum qui ſecum erat miles ad ſummam aſcendiſſe dignitatẽ, & ita clarum factum, totum mundum obtinere: Se autem in infimis perdurantem, & ſine honore ha-

bentem.

bentem, quòd non aſficitur ſuppliciis, ſed ex ſola miſericordia, & ſi dimittatur, confuſio tamen manet, miratur eum qui fecit miſericordiam in eum, non eum.

Homilia 5.

Languēs filius.

Languet corporaliter filius, omnis diligentia adhibetur, vt ſanetur: nemo erit qui longinquam peregrinationem ſubire detrectet, vt illum morbo abſoluat. Infirmatur anima, nullus eſt cui ea res curæ eſt, omnes negligimus.

Homilia 8.

Pugiles luctatores.

Vt pugiles atque luctatores, quibus nequaquam curæ ſit inceſſus & habitus, verum his omiſſis, veſtem oleo madidam induant, atque ad vnam tantū rem intenti ſint, quo pacto & aduerſarios feriant, & ipſi illorum ictus eludant: Stat ecce diabolus dentibus ſtridēs, ac modis omnibus te proſternere cupiens, dum tu circa huiuſmodi diabolicum prorſus ornatum verſaris.

Homilia 9.

Coronæ.

Vt coronæ virginum capiti imponuntur, quod victoriæ ſigna ſint, quod ſcilicet antea libidini impenetrabiles, ita demum cubiculum ingrediantur, quia ſcilicet à voluptate ſuperatæ non ſunt.

Radix. Surculi.

Vt ex radice optima ſurculi prodeunt firmiores, ac ſemper in meliora proficiunt: Ita ſi parentes boni bene inſtituant filios, ipſos ſeruabunt.

Magnum depoſitum habent parentes, filios, ingenti illos ſeruent cura, atque omnia faciamus, ne fur id nobis aſtutus auferat. At verò nunc contrà facimus. Nam vt fundus quidem ſit optimus, cuncta molimur, eumque fideli viro, magno cum ſtudio tradimus, & agaſonem atque mulionem procuratoremque ac diſpenſatorem, qui nobis magna beneuolentia afficiatur, inquirimus, cæterum quod nobis omnium chariſſimum eſt, omnino negligimus, neque curamus quo pacto filiū noſtrum fideli cuipiam viro committamus, qui ipſius tueri ac ſeruare pudicitiam poſſit. Et certe nullus fundus, nulla poſſeſſio, æque nobis gratus atque charus eſſe debet, quippe hæc omnia filiis quæruntur.

Fundus.

Palæſtra.

Vt è palæſtra luctatorem, ita decet virginem è paterna domo progredi, & matrimonio iungi, vt rei familiaris peritiam omnem habeat. Sitque veluti fermentum, quod maſſam omnem in ſuam pulchritudinem transferat.

Homilia 10.

Rectorū officium.

Eum qui regendos alios ſuſcepit, tanta decet gloria virtutis excellere, vt inſtar ſolis, cæteros velut ſtellarum igniculos in ſui fulgore obſcuret, debet huiuſmodi vitam habere immaculatam atque compoſitam, vt omnes in illum, & in eius vitam, veluti in exemplar aliquod excellens, intueantur.

Homilia 15.

Scena. Somnium.

Scena quædam eſt vita noſtra atque ſomnium. Sic enim in ſcena ſublato velamine, vana illa ſoluuntur. Et ſomnia, vbi ſolis illuxit radius, abuolant omnia: Ita & modo conſumptione propinqua, & omnium, & ſingulorum cuncta ſoluuntur atque euaneſcunt.

Homilia 4.

Præcellentiſſima bona.

Quemadmodum in excellentiſſimis quibuſque bonis patimur hoc, vt dicamus, putâſne hoc ſomnium eſt? Ita & in diuinis muneribus.

Homilia 16.

Angeli.

Sicut angeli in cœlis ſunt, ſed tamen cœleſtes vocantur: Ita anima noſtra in nobis cœlū eſt. Clarum eſt cœlum, ſemper idem, non conuertitur, ſed nubes concurrentes id obtegunt. Cœlum ſolem habet, & nos ſolem iuſtitiæ, licet nobis fieri, vt cœlum, imò meliores, quando dominum ſolis habemus. Cœlum vbique mundum eſt, ſine macula, non in die, non in nocte mutatur: Ita nos neque in tribulationibus, neque in verſutiis diaboli hoc patiamur, ſed immaculati maneamus & mundi. Cœlum altum eſt, & multum diſtans à terra, hoc nos faciamus, ſeparemus nos à terra, extollamus nos à terra. Cœlum ſuperius eſt, & ab imbribus, & à pluuiis, & à nullo conſumitur. & nos poterimus, ſi voluerimus. Cœlum putatur pati, verumtamen nihil patitur ipſum: Sic & nos etſi videmur pati, nō patimur. Sicut in hyeme, pulchritudo eius non agnoſcitur: Sic nos in tribulationibus.

Cœlū notatio.

Homilia 19.

Ferrum.

Sicut ferrum aliud ferrum reddit acutum. Sic etiam cœtus charitatis facit augmentum, lapis ad lapidem contritus, emittit ignem: quanto magis anima animæ commixta?

Homilia 20.

Arbores ſteriles.

Arbores quæ inſtitutæ ſunt, & cæteram habuerunt diligentiam, agricolarum adhibitam manibus atque laboribus, ſi nullam referant laborum viciſſitudinem, radicitus euulſæ, igni tradentur: Tale quiddam in cauſa contigit baptiſmatis. Cum Chriſtus nos inſtituerit, & irrigatione ſpirituali potiti fuerimus: ſi deinde fructum nullum afferamus, ignis nos expectabit gehennæ, & flamma inextinguibilis.

Homilia 21. ſuper hoc: Patientia vobis neceſſaria eſt.

Athleta.

O quanta magnitudo conſolationis, veluti ſi quis ad athletam hoc diceret, qui cunctos ſuperaſſet ac deiiceret, & nullum reliquum haberet, qui ſibi concertaret: & deinde futurum, non niſi vt coronaretur, & dilationem pati non ferentem, dum arbiter certaminis adueniret, qui coronam daret. Ille autem impatienter ferens, vellet exire & fugere, non tolerans ſitim & flammam æſtuationis. hunc conſolatur dicens: Adhuc modicum, aliquantulumque tanquàm paruum tempus ſit vt remaneat.

In caput 10.

Cultura fundi.

Vt fundus optimus ſit, cuncta molimur, eumque fideli viro magno cum ſtudio tradimus, cæterum quod nobis chariſſimum omnium eſt, omnino negligimus, neque curamus, quemadmodum filium noſtrum fideli cuipiā viro permittamus, qui ipſius tueri atque ſeruare pudicitiam poſſit. Et certe nulla nobis poſſeſſio, nullus fundus æque nobis gratus atque charus eſſe debet, quippe hæc omnia filiis quæruntur. Igitur maior nobis poſſeſſionum cura eſt quàm eorum, quorum illæ gratiā comparantur, quod profecto abſurdiſſimum eſt. Exerceamus igitur ad virtutem atque pietatem molles filiorum animos, cætera omnia ſecundo loco quæramus. Nam ſiquidem illi improbi fuerint, nihil eis pecuniæ proderunt, ſin autem probi, nihil ex paupertate lædentur.

Homi-

Homilia 17.

Cibus nutritorius.

Sicut enim cibus naturaliter nutritorius eſt extans. Si in eum qui prauis cibis corruptus eſt, incidat, omnia perdit, & corrumpit, efficitur occaſio morbi: Sic etiam iſta quæ ad hæc terribilia pertinent ſacramenta.

Homilia 6.

Cœlum.

Suſpiciamus in cœlum, quoniam nulla ſe interponit nubes, & clara eſt omnis eius corona. Solum habemus non tale, quale nũc eſt, ſed tanto melius effectum, quanto luteis tectis aurum eſt melius. Et poſt illud non ſuperius tectum, deinde angelos, archangelos, &c. Sed non valet ſermo exprimere totum: experimento opus eſt: per experimentum quippe melius agnoſcetur. Quomodo putas (dic mihi) Adam fuiſſe in paradiſo? Ab illa multo erit melior iſta conuerſatio, quantum terra melius eſt cœlum. Attamen & aliam ſimilitudinem inquiramus. Si contingat eum, qui modo imperat, omnem mundum obtinere, deinde neque bellorum, neque curarum habere vllam moleſtiam, ſed in honore eſſe tantum, & delitiari, & multa quidem habere tributa vndique, & aurum illi affluere, & reconditum eſſe, qualem illum putatis animum habere, ſi omnia terræ bella quieſcere videat? Tale aliquid erit. Magis autem nequaquàm ad ſimilitudinem illius regni perueni. Propter quòd oportet & aliam inquirere intelligentiam.

Infantulus regius.

Da mihi aliquem, qui ſit ſicut infantulus regis. Vſquequo quidem in vulua eſt, nihil ſentit, ſi autem contingat eum inde egredi, & in thronum regalem aſcendere, non paulatim, ſed confeſtim cuncta accipere: Sic eſt etiam ille ſtatus.

Vinctus.

Eſt & alia ſimilitudo: Si quis vinctus, & multa mala perpeſſus, repente ad regale ſolium rapiatur: Sed neque ſic integre pertingere potui ad illius regni ſimilitudinem. Hic quippe quæcunque quis perceperit bona, in prima quidẽ die ac ſi ipſum regnum dixeris, viget in eo amor & gaudium, & in ſecunda die & in tertia, tempore vero procedente, permanet quidem in voluptate, non tamen tanta, minuetur quippe ſemper ex conſuetudine qualecunque bonum iſtud ſit: Illic autem non ſolum non decreſcit, ſed etiam augmentum accipit, intelligentiamque, quantum ſit, animam illuc pergentem, nequaquàm finem bonorum illorum expectare, neque mutationem, quoniam potius crementum & vitam finem non habentem, & vitam omni periculo liberam, omni mœrore, & cura alienam, plenam gaudiis, & mille bonis.

Tabernacula militaria.

Si enim hic in campum exeuntes, & tabernacula militum ſpectantes, ex velaminibus confecta, & tela, & galeas, vel vmbonibus, & vmbilicis ſcutorum reſplendentes, & rapimur ſpectaculi miraculo, ſi vero etiam iam imperatorem nobis contingat medium videre, ſiue currentem, ſiue equitantem in armis aureis, vniuerſitatem nos habere putamus. Quid ergo putas, cum videris ſanctorum tabernacula æterna in cœlo confixa? Cum videris vnumquemque iuſtorum ſuper radios ſolis refulgentem, non ex ære & ferro, ſed ex illa gloria, cuius candorem & coruſcationes oculus humanus non poteſt inſpicere. Sed quamdiu non quieſcam in requie incomprehenſibili? Quæ oculus non vidit, auris non audiuit.

Homilia 22.

Ferrum ignitum.

Sicut ferrum ignitum cum in aqua intingitur, amittit ignem: Sic iracundus in longanimitatem incurrens, nihil eum lædit, ſed etiam iuuat, ſed etiam ipſe retinetur amplius. Nihil enim lõganimitati ſimile. Nunquã iniuriatur huiuſmodi homo, ſed ſicut adamantina corpora non vulnerãtur: ſic etiam animæ tales: ſuperiores quippe iaculis inueniuntur.

Architectus.

Quemadmodum optimus architectus domum ſitu & vetuſtate labantem: Ita communi hominum natura accepta Deus, eius partes reſtituit, diſiuncta & abſciſſa copulauit, & quæ prorſus ceciderant, erexit.

Corpora bene curata.

Et quemadmodum corpora bene curata, non in bonam tantum valetudinem, ſed in bonum quàmprimum habitũ reſtituuntur: Itidem animas Deus, non à vitiis ſolum purgauit, ſed ad ipſum mox virtutis cacumen extulit.

Homilia 13.

Gutta.

Quaſi gutta parua ad immenſam abyſſum, & infinitum pelagus comparata, ſi guttam è pelago acceperis, ea tamen pelagus, etſi viſu percipi nequeat diminuitur, de illo autẽ fonte hoc dici non poteſt, ſed quantumcunque quis hauriat, nihil deficit. Afferamus aliud exemplum: nam hoc infirmum eſt.

Fons.

Conſtituamus nobis igneum fontẽ, quo innumeræ accenduntur lucernæ, & totidem & totidem, num huiuſmodi fons ita plenus eſt ignis, quẽadmodum ſi nunquam ex eo quicquam ſumeretur.

Homilia 12.

Domus artificis.

Videmus domum bene ædificatam, & dicimus, quia tota artificis eſt, & tamen non omne opus eius eſt, ſed etiam operariorum, & qui materiam tribuit domui, & aliorum plurimorum, veruntamen quoniam amplius eſſe contulit, illius vniuerſum opus eſſe dicimus: Ita & hic, noſtrum eſt eligere tantum & velle: Dei autem efficere, & ad perfectionẽ perducere; & quia Dei eſt amplius, eius eſt omne quod facimus. Item vt in multitudine, vbi plurimi ſunt, omnes eſſe dicimus: vbi pauci, nullum.

Homilia 17.

Colores. Flores.

Vſquequo veluti in pictura imponat quis colores, vmbra quædam eſt, cum verò flores ipſos quis colorum iunxerit & impoſuerit, tunc imago efficitur: tale quiddam erit lex.

Rex. Purpura. Diadema.

Regem honoramus, & eius purpuram & diadema, quoniam iſta ſunt ſigna principatus. Si viderimus eum cum purpura conſpui, ab armigeris ſuis conculcari, præfocari, in cuſtodiam mitti, diſſipari, nunquid reueremur tunc purpuram aut diadema? Nunc & ipſum ſchema deplorabimus. Noli ergo, propter canos velle honorari, quando ipſe illos iniurias. Nam & ipſi ſe vlciſci debent, quoniã ſchema ſplendidum & honorabile confundis. Rex quidam eſt ſenex, ſi voluerit, & ab eo qui purpuram habet, magis regalis eſt, dum paſſiones animi vicerit, & velut armigeros ſubiicit paſſiones. Si verò abſtrahatur & deiiciatur à ſolio, & ſeruus effectus amoris, pecuniæ, ornandi corpus, delitiarum, ebrietatis, iracundiæ, & venerearum rerum, quali pœna non ſit dignus huiuſmodi?

Homilia 8.

Sicut qui regulas didicerunt, non compellunt decem milia metra ſerutari, ſed illud quod traditum eſt, cuſtodire iubent: Sic & in dogmatibus fidei: propter hoc enim fidem ſuſcipimus.

Homilia 11.

Anchora.

Sicut anchora iactata de naui, non permittit eam circumferri, licet venti commoueant, ſed iactata firmam facit: Sic & fides. Intuere quoniam valde conuenientem inuenit imaginem: Non enim dixit fundamentum quaſi diſſonaret, ſed anchorã. Quod

enim

enim in motu eſt, & non valde videtur fixum eſſe, quod eſt ſuper mare, ſicut quod ſuper terram ſtat, & mouetur, & non mouetur in valde firmis &* prophetis fortaſſis. Tempeſtas, & multus imber commouet ratem: ſpes autē non permittit eam circumferri: Si hanc non haberemus, olim dimerſi fuiſſemus, non in ſpiritalibus tantum, ſed & in ſecularibus. Multam quis huius inuenit fortitudinem, vt putà in negociando, in agricultura, in militia. Niſi hanc quiſque ſibi proponat, nunquam aliud attingit.

* al. philoſophis.

Homilia 15.

Amante pecunias nihil turpius teſtatur.

Quid turpius viro amante pecunias? quęcunque meretrices mulieres faciunt, quæcunque in ſcena committuntur, non euitat efficere, ſed quanta illæ tanta & iſte operatur. Magis autem fortaſſis aliquid illæ euitant, quàm iſte. Nam iſte etiam res ſeruis dignas perpetitur, adulans quibus non oportet. Exaſperatur iterum vbi non oportet. Vbique inæqualis eſt, malignis hominibus & ſenibus, fortaſſis etiam perditis, amplius adulatur, & bonos ex omni parte virtutem habentes iniuriat, ferociter, intuēs ex vtraque parte, confuſionem & impudentiam, humilis eſt præter modum & ſuperbus. Stant ante domos meretrices, & hoc eſt earum crimen, quia corpus ſuum venundant pecuniæ cauſa: ſed paupertas, inquit, & fames compellit. Et licet, hoc non idoneum ad excuſationem: poterant enim opus facientes enutriri: hic enim ſtat auarus, non in domo, ſed in media ciuitate, non corpus, ſed animam ſuam tradens diabolo, vt & aliter voluptuetur, volutetur cum ea & intret ad ea veluti ad meretricem & cupiditatem ſuam explens, egreditur, & videt tota ciuitas, non duo viri aut tres (& hoc proprium eſt meretricum) quia dantis aurum efficiuntur, ſit ſeruus, ſit monachus, ſit quilibet, proponant autem mercedem, ſuſcipiunt: hoc etiam hic iſti faciunt, & pulchritudinem animæ perdunt. Sicut illæ quæ natura nigræ ſunt, & agreſtes, & pingues, & deformes, & malè formatę, & omni parte turpes: ſic etiam iſtorum efficiuntur animæ, & neque externis videntibus deformitatē ſuam poſſunt obcælare. Impudentia facit meretrices, cum Propheta dicat, Impudens facta eſt, ad omnes, frons meretricis facta eſt tibi, hoc etiam ad auarum dici poteſt, non ad iſtos, inquit, ſed ad omnes. Quomodo? non patrem, non matrem, non filium, non coniugem, non fratrem, non benefactorem, nullum (vt abſolute dicam) huiuſmodi reueretur. Ipſum non reueretur Deum, ſed omnia illi fabulæ videntur.

Meretricū excuſatiunculæ.

Inſignis deformitas.

Homilia 15.

Sicut mortuum corpus ad nullum ſenſum eſt vtile, verumetiam contriſtat appropinquantes: Sic & peccatum confeſtim rationabile noſtrum percutit, & non permittit neque intelligentiam ipſam quieſcere, ſed perturbat & cōmouet. Morbus cum generatur, corrumpit corpora: tale quiddam eſt peccatum, non quia aërem corrumpat primum, deinde corpora, ſed continuo in animam inſilit. Vt qui morbo afficiuntur, tumore quodam occupantur, conuertunt ſe, atque reuertunt, fœtoribus ſunt repleti, turpes eorum facies, & per totum immundi ſunt. Tales quippe ſunt peccantes, & ſi non vident.

Mortuum corpus.

Morbus.

Morbo tentati.

Vt homines ægri cum multis febribus agūtur, ſi in aquas ſemetipſos frigidas immerſerint, ad præſens quidem aliquid videntur ſibi quæſiſſe ſolatij, multiplicatas vero corpori ſuo flammas febriū reparant: Ita & nos agimus, cum conſcientia ſtimulamur peccatorum, & in Euripum nos, vel lacus contritos prauæ intelligentiæ præcipitamus.

Multis febribus afflictati.

Homilia 21.

Flammans caminus.

Si quis nos in flammante camino, vel paruo conſtituat tempore, nónne cuncta tolerabimus, vt liberemur, ſiue pecunias proferimus, vel ſeruitutem toleramus? Quanti in morbos acerrimos inciderūt, & omnia dare prompti fuerunt, vt ſaluarētur, ſi eis optio proponeretur? Si igitur in hac vita, morbus parui temporis ita nos afficit, & contriſtat, quid faciemus illic, vbi nulla erit vtilitas pœnitentiæ? Quantis nunc repleti malis, & neſcimus?

Homilia 25.

Infantulus quippe cum aliquid puerile deſiderat, cum omni feſtinatione abſcondimus: vtputa ſphæram, & quæcunque talia, ne impediatur à neceſſariis, cum autem ea contempſerit & non iam eorum deſiderio detinetur, ſine ſolicitudine ei damus, ſcientes quoniam nulla læſio ei de cæterò continget, illa cupiditate ceſſante, quæ eum à neceſſariis poterat auocare: Sic & Deus cum viderit nos non ea cupientes quæ terrena ſunt, tunc iam ipſa nobis ad vtendum largitur, & ſicut liberi, & viri ea poſſidebimus, non ſicut pueri.

Infantulus puerile quæ deſidera[t]

Homilia 24.

Terrenis inhiamus, & à terris nolumus abſcindi, ſicuti quidam vermes ex terra in terram, & iterum ex ipſa in ipſam conuertuntur: Sic & nos nec modicum reſpicere volumus, nec auferre nos à cauſis mundi, ſed quaſi quadam ſatietate, & ebrietate demerſi ac percuſſi, obſtupuimus imaginantes. Et ſicut qui graui & dulci ſomno detinentur, non ſolum nocte, ſed etiam ipſa luce veniente, & claro die facto, iacent in lecto, & non erubeſcunt ſuæ voluptati indulgere, & tempus operationis, & feſtinationis, tempus ſomni & ſegnitiæ facientes. Sic nos die extante, cuncta quæ noctis ſunt, operamur, dormientes, ſomnia videntes, imaginationes deliciantes, & clauſis oculis mentis & corporis inſanimus, aliena loquimur, ac ſi quiſquam nos alieno confodiat vulnere, nec ſic ſentimus, ac ſi nobis omnem quiſque diripiat ſubſtantiam, ac ſi ipſam nobis incendat domum. Imò non expectamus alios vt faciant, ſed nos ipſi hoc facimus, ſtimulantes nos ipſos omni die.

Verme[s]

Graui dulciq; ſomno detenti.

Sancti peregrini fuerant, liberari poſtulantes ab hac peregrinatione, & ad patriam ſuam venire: Nos econtra facimus. Si febris accedat, omnia relinquimus, ſicut pueruli planctuoſi mortem timemus. Et hæc patimur merito, quia non quaſi peregrini conuerſamur in hac vita, & non veluti qui feſtinat ad patriā, ſed veluti ad pœnas ituri. Dirige ſimus quaſi homicidæ & duces latronū, quum producendi ſunt ad tribunal, & mala conſiderantes quæ geſſerunt, ideo timent, tremunt.

Peregr[ini]

Homici[dæ] latronu[m] duces.

Homilia 23.

Si patria quis expulſus ab hominibus miſerabilis iudicatur, & quiſquis hæreditatem amiſerit, videtur omnibus eſſe dolendus: qui cœlo priuatur, qui illis repoſitis bonis, quantis lachrymis plangendus eſt? Magis plangēdus plangetur quiſquàm cum paſſus fuerit aliquid, cuius ipſe cauſa non eſt. Cum autem propria voluntate ſemetipſum quiſquàm infigit iniquitati, neque lachrymis dignus, ſed lamentationibus dignus, magis autem luctu. Decem milibus lamentationibus digni ſumus. Si omne quod in mundo eſt, vocem emittat, ad lamentandum eos qui ab illis bonis excidunt, nihil dignum lamentabuntur. Si nobis ſtatim adhuc nihil agentibus tanta bona largitus eſt. paradiſum, confabulationem ſuam, immortalitatem, promiſit vitam beatam, & à curis liberam: iis qui tanta fecerint, qui certauerint, pro eo ſuſtinuerint, quid non præſtaturus eſt?

Patria [ex]pulſus.

Homilia 29.

Arbuſtum aliò tranſlatum.

Ex horto aliquo, qui ventis & tempeſtatibus verberatur, ſume arbuſtum aliquod, & pone in opaco & aquoſo loco, & videbis quòd multum à fortitudine, & dignitate ſua mutabitur, quam habuit in eo loco, vnde conſtat eſſe tranſlatũ: Ita corpore molli reddito & delicato, neceſſe eſt & animam participare ex corporis morbo. Sicut in chordis contingit, cum enim ſunt ipſi ſonitus molles & delicati, & non conuenienter extenti, etiam artis ratio deprauatur, & cogitur vicio ſeruire chordarum. Sic etiam fit in corpore, multas ab eo anima ſuſcipit læſiones, multas neceſſitates. Quando enim multa opus habet ad ſui curationem anima, amaram ſuſtinet ſeruitutem.

Homilia 30.

Amara antidota.

Qui amara bibunt antidota, patienter ferunt quandam primùm moleſtiam, & tunc ſenſum percipiunt ſoſpitatis. Tale quiddam eſt virtus, tale quoque malitia. In illa prima eſt voluptas, & ſequitur ægritudo: In illa verum prima eſt mœſtitia, & tunc iucunditas procreatur. Sed nihil ſimile eſt cum quis primum contriſtatur, & poſtea gaudio perfruitur, & cum primo gaudetur, poſtea in mœrorem incidere, & quomodo hoc? Hic enim timor futuræ triſtitiæ præſens gaudium deuenuſtat. Illic autem ſpes futuræ iucunditatis detrahit triſtitiæ. Et contingit vt illic nunquam gaudeatur prorſus, hic nunquam triſtitia dominetur. Et non in hoc tantum differentia conſtat, ſed in alio, quia temporis æqualitas non eſt. Nam malitiæ gaudium temporale eſt. In ſpiritualibus autem gaudij iucunditas æterna.

Medicorũ erga languentes ſtudium.

Non videtis medicos quando vrunt, vel ſecant aliquos, cum quanta lenitate opus curationis exercent? Multò amplius corripientes oportet hoc agere. Etenim correptio & igne, & ferro vehementius operatur, & reſilire facit eos quibus offertur. Hæc circa ægrum medici etiam ſtudent, primum, quatenus poſſint, ægrum facere ſectionem æquanimiter tolerare: & quantũ poſſunt, leniter agunt, & aliquantulum requieſcentes, ægrum faciunt recreari. Sic ergo oportet correptiones efficere, vt & qui corripiunt, non reſiliant, ac ſi eos iniuriati proueniat, ac ſi percuti non debent, abhorrere. Nam qui ſecantur aduerſus eos, à quibus ſecantur, multa reclamant, ſed illi nihil impediuntur, ſed tantum ægrotantium conſulunt vtilitati, & ſoſpitati. Sic etiam hic cuncta gerenda ſunt.

Homilia 27.

Magiſtrũ audiens balbutientem.

Sicut magiſtrum audiens balbutientem, & ſingulas literas diſcentem, non eum ignorare dicis, cum interrogat, vbi ſit illa litera, ſcis quia nõ ignorans interrogat, ſed diſcipulum volens inſtituere: Sic & Deus non opus habens oratione orabat, ſed te volens inſtituere, vt aſſiduus ſis ad orationem, vt ſobriè, cum vigilantia ores, vigilans dico, cum intelligis ad quem loqueris, quando mente ea percipis.

Homilia 27.

Charta.

Cum obtuleris preces & ſubſcriptam acceperis chartam, non requiris quali calamo ſubſcripſerit rex, neque in quali charta, nec quali atramento, ſed vnum tantummodo quæris, ſi rex ſubſcripſit: Sic & in baptiſmo, charta conſcientia, calamus lingua ſacerdotis eſt, manus, gratia Spiritusſancti. Siue ergo per me, vel per illum, officio fungitur ſacerdotis, ipſa manus ſcribit, nos miniſtri ſumus, non autores.

Homilia 25.

Regnantiũ ſtatuæ.

Sicut regnantium ſtatuæ, quæ ſine anima ſunt, atque ſermone, nonnunquam ad ſe confugientibus hominibus, anima, atque rationibus decoratis ſubuenire conſueuerunt, non quia ſunt ære confectæ, ſed quia retinent imaginem principalem. Ita & ſanguis ille animalium, qui irrationalis fuit, animas habentes homines liberauit, non quia ſanguis fuit, ſed quia Chriſti ſanguinis ſignat aduentum.

Homilia 31.

Cibus corporalis.

Sicut cibus corporalis cum ventrem inuenerit aduerſis humoribus occupatum, & amplius lædit, magis nocet, & nullum præſtat auxilium: Ita, & iſte ſpiritualis cibus, ſi aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, non ſua natura, ſed accipientis vitio.

Homilia 43.

Hamus.

Sicut hamo eſcæ præda poſita piſces illudeſcimus & decipimus, qui videntes eſcam, hamum non conſiderant, & dum prædam volunt rapere, hamo capiuntur: Sic & diabolo contigit, dum tantum hominis corpus in filio Dei conſyderat, & Deum in corpore non agnoſcit, quaſi ad præparatam ſibi prædam, ſolita rapina feſtinat. Sed dum vult draco auidus prędam rapere, ipſe draco, vt piſcis adductus in hamo, præda Domini captus efficitur.

Homilia 33.

Amore meretricis deperiens.

Nam & pater optimus & integer, cum filium viderit amore meretricis alicuius deperire, ſi admonitiones eius audire neglexerit, illam meretricem de medio auferens, in exilia longinqua detrudit: Talis eſt etiam abundantia pecuniarum. Curam igitur de nobis gerens verus pater & optimus Dominus, volens nos ab hac læſione liberare, aufert nobis pecunias, quarum amore mens noſtra corrumpitur.

Homilia 34.

Nauis ſecundo deferens amni.

Sicut enim nauis, quæ proſpero flatu fertur in pelago, nõ poteſt impediri, neque demergi, vſquequo proſpero vento ac perſeuerante perfruitur, ſed etiam poſt nauigationem gloria eis magna cõtingit, ſiue nautis, ſiue exulatis: illis quidẽ requiem tribuens, quod labore remigationis non fuerint fatigati: illis autem, quòd eos maris moleſtia liberauit, & nauigationem illam hilarem fecit, & velut ſpectaculum illis iucundum ipſam proſperitatem curſus attribuit: Sic etiam anima à diuino adiuta ſpiritu, omnibus rebus ſuperior exiſtit, & omnibus fluctuationibus vitæ huius eminebit, & viam in cœlum ducentem vehementius, quàm illa nauis incedit, vtpote quæ non vento impellitur, ſed ab ipſo paracleto fertur, munda vela poſſidens, & plena proſperis flatibus, omnem remiſſionem, & diſſolutionem à ſua mente diſcutiens. ſicut enim in velis iactatis ventus incidens nihil operatur: ſic etiam Spiritus ſanctus in anima remiſſa, & ſegni non patitur permanere.

Araneară ſtamina.

Sicut enim aranearum ſtamina flatum venti non ſuſcipiunt: Sic neque anima ſecularis, neque homo animalis gratiam poterit Spiritus ſancti ſuſcipere.

Homi-

Homilia XXII.

Sol.

Sicut ſol eſt quidem clarus, & in medium cunctis præpoſitus,& non opus habemus eum quærere: ſi verò noſmetipſos in inferioribus obumbramus, ſi nos vbique circumuerſemus: multo labore opus habemus, vt ſolem videre poſſimus: Sic & in hac cauſa, multa ſunt intellectum noſtrum impedientia. Si in profundo cupiditatum malarum, ſi in tenebris paſſionum,& in ſecularibus rebus obruamus noſmetipſos, vix poterimus oculos aperire, vix reſpicere, vix intuemur, quòd in inferioribus obrutus fuerit. Quantò ad ſuperiora quiſque intendit, tantò appropinquat ad ſolem. Excutiamur igitur puluerem, dirumpamus ſuperiacentem, & imprimentem nos nebulam: denſa quidem eſt & arcta, & non nos permittit inſpicere.

Aues celerrimè,montes,colles,maria, & ſcopulos momento temporis ſine vllo impedimento B tranſuolant: talis eſt etiam mens cùm pennas acceperit, cùm à ſecularibus abſceſſerit, nihil iam apprehendere poterit, omnibus erit eminentior iaculis ignitis diaboli. Non eſt ita perfectus ſagittarius diabolus, vt poſſit ad illam altitudinem pertingere, ſed dimittit quidem iacula, non autem attingit, ſed reuertitur ad eum iaculum inane, imò in caput eius.

Homilia XXIII.

Athletæ. Quies.

Sicut athletæ perfruuntur quidem omni curatione,& eo tempore quo ſunt in certamine,ſed non omni quiete,nec plena remiſſione perfruuntur ſub legibus viuentes, ſed poſtea omni, plenaque fruuntur: Sic & Deus non ita præſtat, vt omnem quietem hic percipiamus: ſed de longinquo (inquit) ſalutantes requiem.

Homilia XXIIII.

C

Diſcipuli.

Vt ſolent diſcipuli, quæ acquiſierunt, cuſtodire, quæ verò necdum didicerunt, diſcendo acquirunt: Ita & nos, nunc hoc peccatum vitemus, nunc hanc virtutem percipiamus, de hac ad aliam. Diſtribuamus virtutes nobis ſicut ſibi diſtribuunt agriculturam agricolæ, hoc menſe vitamus illud peccatum.

Agricultura. Epagoge.

Nónne Rhetor circa finem orationis feſtinat clarior apparere,vt cum plauſibus diſcedat? Nónne perfunctor circa finem perfunctionis ſuæ opera ſua clariora demonſtrat? Nónne athleta, niſi finem oſtendat clariorem,& vſque ad conſummationem ſemper exuperet,ac ſi omnes vicerit, vincatur autem à nouiſſimo: Nónne omnia illi infructuoſa fient? Nónne gubernator, ſi totum pelagus pertranſeat, circa portum autem confringat ratem,omnem perdidit anteriorem laborem: Quid D etiam medicus? Nónne ſi liberauerit ægrotantem morbo, cùm autem ad perfectionem ſalutis peruenturus erat ægrotus, eius tunc corrumpat valetudinem: nónne inquam totum opus corrumpit & perdit? Sic etiam in virtute contingit, quotquot exordijs non potuerunt finem competentem & concinentem,perierunt, corrupti ſunt.

Finis inſtituendus.

Homilia XXIX.

Sicut domum pulchram cùm quis raſerit, efficit pulchriorem: Sic etiam faciem pulchram, ſplendor animæ ſuperueniens amplius conuenuſtat.

Homilia XXX.

Cortex.

Etſi virtus amara ſit, tamen fructus profert dulciores,vt in arboribus cortex penè ſemper A amarus & aſper eſt, fructus autem ipſi ſuauitate iucundi ſunt.

Homilia XXVIII.

Attendendi parentes & magiſtri.

Sicut filij parentes,& diſcipuli magiſtros in certaminibus attendunt, formantes mentem ex parte doctorum per viſum, regulas quaſdam ſumentes: Sic etiam hic ſi volumus currere diſcere, & bene curremus, ad Christvm attendamus autorem (inquit) fidei veſtræ, & conſummatorem Iesvm, qui pro gaudio ſibi propoſito ſuſtinuit crucem.

Homilia XXIX.

Cloaca.

Tale eſt in ventrem cibos mittere, quale ſi quiſquam eos in cloacam proijciat. Magis autem non tale, ſed multò peius: hic enim fumum operatur, ſine tua læſione: illic autem plurimos morbos plurimaſque procreat ægritudines. Quod facit fames, hoc facit & plenitudo ciborum, magis autem multò peiora: fames quippe in paucis diebus aufert hominem,& liberat ex hac vita pœnali. exceſſus verò ciborum conſumit,& putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc eum morte crudeli conſumit.

Fames.

Terra impensè humecta.

Sicut terra quæ valde humecta eſt, generat vermes & fimos, cùm compluitur, vel cùm plurimum ſibi humorem retinet, terra verò quæ libera eſt ab humoribus, fructuum fœcunditate decoratur, ſi ex abundantia non corrumpatur aquarũ: ac ſi etiam non colatur, vltro tamen gramina ſubminiſtrat, ſi verò colatur, fructuum fœcunditate pollebit. Obſecro igitur ne noſtrum corpus vitioſum & inutile faciamus, neque ei vitia inſeramus, ſed fructus vtiles, & arbuſta fructuoſa, ne ea diſſoluamus per immoderationem ciborum. Immoderatio quippe pro fructibus vermes facit: Sic inſita nobis cupiditas amores turpes, & voluptates turpiores generat.

Viciſſim inſidiantes.

Funes ſunt diuitiæ, & implicamenta, abſcindamus eos. Vſquequo inuicem inſidiamur vt beſtiæ, ſicut piſces maris? magis autem beſtiæ non inſidiantur inuicem, ſed alienigenis, vtputa vrſa vrſam non facilè interimit,non ſerpens ſerpentem, cognationem generis reuerentur: Tu autem cum indigena etiam decem milia habens iura, naturæ cognationem, rationem, cognitionem Dei,& alia, interimis eum, & inuoluis decem milibus malis, licet gladium non mergis, neque tingis in iugulo, alia ſæuiora committis. Illud ſi operareris, ſimul cum curis omnibus liberares, nunc autem fame, & deiectione, ſeruitute, & multis alijs peccatis affligis. Contineamus ergo manus noſtras à tali homicidio, immo magis extendamus ad eleemoſynam.

Homilia XXXII.

Eleemoſyna.

Eleemoſyna eſt amica Dei, ſemper ei propinqua, pro quibuſcunque voluerit, facilè gratiæ munus impetrat, tantum ſi à nobis non lædatur, ſi nullam à nobis patiatur iniuriam. Iniuriam autem patitur, cùm ex rapinis eam volumus operari: ſi verò fuerit munda, magnam præſtat confidentiam tribuentibus eam. Tanta eſt virtus eius, tantaque potentia, ſed etiam vincula peccatorum ipſa ſoluit, fugat tenebras, extinguit ignem, mortificat vermem, expellit ſtridorem dentium. Huic portæ cœli aperiuntur, & veluti regina intrante, nullus ianitorum, nullus cuſtodum qui portis aſſiſtunt, audet dicere: Qui tu es? vnde? ſed omnes eam e regione ſuſcipiunt: Sic etiam miſericordia. Regina namque eſt, & vere regina, ſimiles faciens homines Deo.

Regina.

Eſtote, inquit, miſericordes, ſicut pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Pennata eſt, & valde leuis, habens alas aureas, & volatum, quæ angelis magnam gratiam dilectionis apportet. Scriptum eſt enim: Pennæ tuæ ſicut pennæ columbæ deargentatæ, & collum eius in fulgore auri. Sicut columba quædam viuens, & aurea venuſtate decorata, mites & affabiles oculos habens, per cuncta volat: Sic & miſericordia nitet magno decore feſtiua, nihil eſt illis oculis melius. Pulcher quidem eſt pauo, ſed in illius comparatione deformis apparet. Ita enim hæc auis pulchra eſt & mirabilis, ab ipſo initio per tempora cuncta perdurans, & multa gloria diuina decoratur. Virgo eſt habens alas aureas, circumſpecta per omnia, venuſteque ſuccincta, vultum habens candidum, atque manſuetum: pennata eſt & leuis, & ſemper ante ſolium regale conſiſtit, quando iudicamur, repentè ſubuenit, & nos à ſupplicijs liberat imminentibus, alis ſuis nos contegens: hanc amplius deſiderat Deus quàm innumeroſa ſacrificia.

Columba.

Pauo.

Homilia XXXV.

PAulus non dixit miſereri ſimpliciter, ſed induite viſcera miſericordiæ, vt ſicut veſtimentum ſemper nobiſcum eſt, ſic eleemoſyna.

Aſtus diaboli.

Præſentibus inhiamus nec diaboli verſutias cogitamus, qui per parua, magnis nos ſpoliat, & lutum præbet vt aurum auferat, immo magis vt cœlum auferat. Et vmbram prætendit, vt veritate nos extrudat, vt in ſomnijs phantaſias oſtendat (hoc enim ſunt diuitiæ) vt cùm illuxerit, omnibus pauperiores exhibeat. Seruitus pecuniarum omni tyrannide eſt peior. Laqueus eſt apud Apoſtolum, vos diſruptis vinculis, è laqueo proſilite, & non reponatur aurum vobis in domo, ſed quod innumeris eſt precioſius pecunijs, eleemoſyna & humanitas pro auro. Nam hoc nobis apud Deum fiduciam præbebit: illud verò multum contra nos effundit dedecus, & vehementer contra nos diabolum ſpirare facit. Quid inimicum tuum contra te armas?

Fœnerans. Sors. Vſura.

Fœnerans quidem poſt multos annos ſortem recipere concupiſcis cum periculo, neque forte recipiendi, vt moras, maius accipias fœnus: Hic verò ſtatim repetis, & hoc cùm non hic ſemper, ſed illic continuò ſis manſurus, non hic iudicari, ſed illic pœnas ſubire debeas. Et ſi quis tibi quidem domos, vbi manere non debeat, paraſſet, magnum exiſtimares detrimentum, id factum. Nunc autem hic vis locupletari, vnde frequenter & ante veſperam es migraturus. Neſcis quod in aliena regione moramur tanquam hoſpites & peregrini? Neſcis quod peregrinorum eſt expelli, cùm nec expectauerint, neque ſperauerint? Quod & nos patimur.

Hoſpites & peregrini.

Homilia XLVI.

VIta præſens, non eſt melior carcere. Sicut illud ingreſſi domicilium omnes videmus catenis obductos. Sic & nunc ſi nos, ab exteriori phantaſia ſeparati, cuiuſque vitam intrauerimus, animam cuiuſque vinculis ferro ſæuioribus vinctam intuebimur: & maximè, ſi diuitum animas ingrediaris. Nam quantò pluribus induti fuerint, tantò magis ſunt compediti. Sicut igitur captiuum cum & dorſo videris, & manibus, & quandoque pedibus ferro depreſſum, ideò maxime miſerum vocas: Sic & diuitem cum infinitis rebus circumdatum videris non propterea locupletem, ſed propter ipſum miſerum eſſe puta. Nam & præter hæc vincula, cuſtodem etiam habet infeſtiſſimum, pecuniarum amorem, qui prohibet hunc egredi carcerem, ſed innumeras ei parat pedicas, cuſtodes, fores & obices, & in interiorem coniiciens cuſtodiam, etiam his vinculis gaudere perſuadet, ita vt nec vllam inuenit ſpem, ab ingruentibus malis liberari. Et ſi cogitatione illius animam reuelaueris, non victam, ſed & ſqualentem & ſordidam, & pediculis plenam videbis. Ideò animarum noſtrarum redemptorem deprecemur, vt & vincula dirumpat, & hunc infeſtum nobis cuſtodem arceat, & ab illarum abſoluens ferrearum pondere cathenarum, pennis leuiorem nobis ſenſum efficiat.

Homilia XXXII.

FIde opus eſt, bonorum matre, ſalutis medicina, ſine qua nullam magnarum rerum doctrinam quiſpiam percipere poteſt, ſed illis ſimilis qui ſine naui pelagus tranſnatare aggreſſi, parum prouecti, laſſitis manibus, pedibuſque; fluctibus continuò obruuntur: neque aliter qui ſuis nituntur rationibus ante cognitam veritatem (vt Paulus ait) naufragium faciunt.

Naufragium.

Homilia XXXV.

LEx & Prophetæ quaſi repagula, & frenum equo indomito, quibus ejus contra rationem inſultus compeſceretur, ita equorum domitores ſolent.

Homilia XXXIV.

SIcut ſi ex choro ipſum principem auferas, nequaquam modulatus chorus, vel ordinatus exiſtit. Et phalanx militum ſi ducem non habeat, nullo modo numeroſe acies illa, vel ordinatè procedit. Et nauis ſi gubernatore priuetur, peſſum eat neceſſe eſt, & gregi ſi paſtorem abſtuleris, cunctus diſpergetur & peribit: Ita & malum, & multarum cladium eſt & occaſio confuſionis & turbationum principium: vbi nullus principatus, & eſt ſubuerſionis argumentum. Verum ſi princeps malus exiſtat, peius malum eſt, quàm ſine principe conuerſari. Melius eſt à nullo quàm à peſſimo regi. Ille quidem ſaluatur aliquando, ac ſi in periculum decidat. Iſte autem omnibus modis pericula ſubiturus eſt, dum ad foueas & ruinas impellitur.

Societas inductio. Principatus. Domus orba magiſtro. Princeps malus.

Homilia XXXVII.

ALterum mandatum Dei ſine altero eſſe non poteſt, vtputa, ſi interroget quis in ædificationem domorum, quæ pars melior, dicis fundamentum. Sed ſicut ædificatio non poteſt eſſe, niſi fuerit fundamentum: ita nec fundamentum poteſt eſſe niſi ædificatio fuerit ſubſecuta. Sic ergo fundamentum dignius eſt ædificatione, non vtilius. Sicut caput dignius quàm membra, tamen nec membra ſine capite, nec caput ſine membris: Sic digniores ſacerdotes quàm populus.

Aedificatio. Fundamentum.

Homilia LIII.

TAnquam canis, ita diabolus diuitibus inſilit, tanquam buccellam vel placentam tenenti puerulo volens auellere. Demus igitur ea patri, & ſi diabolus factum hoc viderit, omnino recedet. Cùm verò receſſerit, tunc ea patri omnia dabit in tuto, cùm ille non poterit inſectari in futuro ſeculo. Nunc enim à paruis infantibus, diuites nihil differunt, qui à canibus vexantur, omnibus circa eos latrantibus, laniantibus,

Canis. Infantes.

trahentibus,

trahentibus, non hominibus tantum, verum & illiberalibus paſſionibus, ingluuie ventris, ebrietate, aſſentatione, & omni intemperantia. Et ſi fœnerare quidem ſuppetat, multum dantes conquirimus, & gratos conſideramus: hic autem contrarium facimus. Grate ſuſcipientem Deum, & non centeſimam partem, ſed centuplum præbentem dimittimus, at ne ſortem quidem nobis reddituros, quærimus. Quid enim venter nobis reddet, qui plurima conſumit? Stercus & corruptionem. Quid autem inanis gloria? liuorem & inuidiam. Quid verò auaritia? Curam & ſollicitudinem. Quid intemperantia? gehennam & veneniferum vermem. Hi ſunt diuitum debitores: has ſorti iungentes vſuras pœnitentiæ mala, pœnaſque futuras, fœnus efficitur maius. Nam in mutuantibus hoc facientes videmus fœneratores, poſt multum temporis redimentibus libentius fœnerantes. Qui namque ſtatim totum reddit, vſuræ curſum interrumpit, qui verò diu retinet, maiorem facit & operationem. Itaque in hominibus quidem dilationem non ægre ferimus, verum & ſtudemus, vt maior efficiatur: apud Deum verò cùm puſillanimiter nos gerimus, vt propter hoc torpeamus & retrocedamus.

SYLVVLA SIMILIVM SACRORVM HINC INDE EXCERPTORVM.

Idem aduerſus vituperatores monaſtica.

LIBR. III.

Stadium Olympicũ. NOn eadem eſt ratio currentium in Chriſtiano ſtadio, quæ in Olympico. Nam hic ſolùm vnus coronam aufert, eamque corruptibilem, cæteris ſine honore dimiſſis: at in agone Chriſtiano, tametſi alius alio maiorem reponat honorem, omnes tamen perpetuam conſequuntur coronam, modò legitime certent, omnes futuri beati & illuſtres.

HOMILIA EADEM.

Seruum empturus. SEruum empturus, prius interrogat num ſeruire ſibi velit, ac num futurus ſit vtilis, deſpicimus, inutilem recuſaturi. At Chriſtus maximum & excellentiſſimum pretium, ſanguinem ſuum erogauit pro omnibus nobis, etiam priuſquam nos vellemus ſeruire illi, & quantumuis improbos recipit, ſine obſidibus, ſine chirographo, ſola voce contentus, abrenuntio Satanæ.

HOMILIA XXI.

Ad populum Antiochenum.

Pictores. SIcut pictores in tabulis pingendis, primo albas circumducere lineas, omni libertate ſolent, repingunt, corrigunt, priuſquam colores ſuperinducant: Ita in eo qui ex paganiſmo ad Chriſtianiſmum Iudæus venit, antequam adhibeatur vera ſpiritus tinctura (quæ fit per baptiſmum) male inſitas conſuetudines oportet delere.

Militis delectus. In milite diligendo exteriora, hoc eſt, corporis menſuram, & bonam carnis habitudinem, ſed & libertatem contemplamur. At cœli rex nihil tale requirit, ſed & ſeruos in ſuum exercitum ſuſcipit ſenes & iuuenes, tantum vt promptitudinem habeant ſe ſuſcipiendi.

HOMILIA XXIIII. Tomi IIII.

Iratus animus. IRatus animus eſt ſimilis foro cuidam pleno tumultu, vbi multus eſt euntium & redeuntium clamor, camelorum ac aſinorum fremitus, argentariorum & ærariorum vtrinque cudentium ſtrepitus. At mitis mens in ſolitudine montis vertici ſimilis eſt, auram quidem habentem tenuem, purum verò radium, pura fontium fluenta, multaſque florum amœnitates.

HOMILIA XXX. Tomi IIII.

Pueri. QVi placari non poteſt, niſi vlciſcatur eum, qui prouocauit, ſimilis eſt pueris qui placari nolunt, niſi mater pauimentum pulſet, aut rem inanimatam obiurget.

Iracundus. Quaſi ignem geſtans, ſeque ipſum comburens vt alicui noceat, eſt, qui geſtat iram, & quærit vindictæ tempus. Ipſe multo tempore torquetur, vt alterum modicum torqueat, imò fortè nunquam dabitur occaſio.

Excuſatio. Sicut ſe excuſans ſuper irato dictis vel factis dicit, Ego illa non dixi vel feci. Iræ ſunt verba: idem eſt, ac ſi diceret, manus ſunt, non vulnera.

Canes. Vt ſtulte agunt canes ſaxa mordere conantes, quando iacientes attingere non poſſunt: Ita & illi qui homini irato conuiciantur, aut aliàs vlciſcuntur: Ipſi enim ſunt ira, vel diabolo potius inſtigati, ſiue iactati.

HOMILIA XXII. Tomi IIII.

CAnis inſtar eſt voluptas, ſi pellitur fugit, ſin fouetur & nutritur, permanet.

HOMILIA XXXVI. Tomi IIII.

Guloſi. SIcut guloſi, inſolentes, expertes honeſtatis, ventris ſerui, ad regale vocati conuiuium, nec congruam horam expectantes, paruulorum infantium more ſuam corrumpunt lætitiam, præuenientes, & vilioribus ſeipſos cibis ſaturantes: Ita & homines hic mercedem à Deo exquirentes, & accipientes, futuram diminuunt.

Peregrini. Vt hoſpites & peregrini in aliena terra manſionem non conſtruunt, ſed malunt in ſua patria inuenire conſtructam: Ita debemus per eleemoſynam domos æternas conſtruere, & hic non theſaurizare.

HOMILIA XXV. Tomi IIII.

Generoſus canis. CAnis inſtar eſt ira, qui ſi tam ferus ſit, vt non obediat paſtori iubenti, & oues comedat, occidendus eſt. Sic & ira: Is demum generoſus eſt canis: ſi ouibus aduletur, aduerſus autem externos ſæuiat & vigilet. Et licet eſuriat, ex ouibus non guſtet, & licet in ſaturitate ſit lupis non parcat. Talis igitur eſt ira bene ordinati, ſiue quis mordeat, ab humanitate non recedit, ſiue quieſcat, aduerſus prauas cogitationes inſurgat.

Vomentes. A vomentibus ebrijs maximè fugimus, & puluerem iniicimus vomito: Sic debemus adeſſe iracundis, ita illorum contumelias tegere, tacendo, & diſſimulando.

Manſuetus. In manſuetum non hęrent iacula iracundi, non magis quàm in aqua telum non figitur: cedit enim nimium.

HOMILIA II.

De pœnitentia.

Naues. VT leuiores naues ocius equor traiiciunt, oneratiores verò grauitate preſſæ fundo magis inhærent: Sic tenuis leniorem reddit cogitatum, præparatque cum facilitate præſentis vitæ pelagus ſuperare, & in cœlum feſtinare.

A

HOMILIA de pœnitentia, V. Tomi VII.

Aedificia. CVm homines facilius, & minori tempore deſtruant, quàm conſtruant, vt in ædificijs patet: contra Deus velocius conſtruit quàm deſtruit, iuſtificat, quam perdit. Mundum in vniuerſum & omnem eius ornatum ſex diebus condidit, *Hiericho.* ſed Hiericho vnam vrbem ſeptimo tantum die diſſoluit.

HOMILIA VII. de pœnitentia, Tomi VII.

Curſores. CVrſores qui in agone currunt, veſtimenta etiam pene neceſſaria abiiciunt: Ita iturus in cœlum, vt expeditior ſit, diuitias pene omnes pauperibus diſtribuat.

Fœneratio Diſſimilis eſt Dei, hominumque conditio in fœneratione. Deus namque in occulto per pauperem accipit, & in propatulo reddit coram vniuerſis creaturis: B Is verò quod palam accipit occultè reddit, ſi ad pinguiorem fortunam peruenit, erubeſcens prioris fortunæ ſtatum.

HOMILIA VII. Tomi VII.

QVi in agone de foris currunt, & ipſa exuunt veſtimenta, viam verò in cœlum ferentem, *Via arcta & ardua.* & eandem arctam & arduam tot cum impedimentis, quomodo poterit ambulare?

Vermis. Quemadmodum vermis in ligno natus ipſum comminuit. Sic triſtitia de peccato nata (Eſt enim pœna peccati, indicta à Deo mulieri, In dolore paries filios) peccatum conterit per pœnitentiam inducta.

HOMILIA XL. in Matth.

NVllum inter auri ſolicitos collectores & cœni atque laterum operarios diſcrimen eſt. C *Pharao.* Nam vt tunc Pharao atrociſſimus ille tyrannus flagellis ad colligendas paleas compellebat Hebræos: Sic etiam nunc diabolus ad officium laterum, flagellis cupiditatum multos incendit. Quid autem aliud aurum quàm cœnum, & argentum *Palea.* quàm palea? Sicut ergo palea ignem: Sic pecuniæ cupiditas auaritiæ flammam incendit, & quaſi cœnum coinquinat poſſidentes. Sicut olim Moſes à deſerto miſſus eſt ſaluator: Ita nunc filius Dei de cœlo.

Quemadmodum impoſſibile omnino erat, per *Mare rubrum.* mare rubrum pertranſire, niſi miraculo facta via fuiſſet: Sic à priore vita ad cœlos conſcendere, ſine medicatione baptiſmi non poſſumus.

HOMILIA XLI.

Scarabei. VT ſcarabei alieno ſtercore: Sic inuidi aliorum D aduerſa fortuna nutriuntur.

Nautæ. Vt qui in mari victum parant, cùm in profundum deſcenderint, gemmas adferunt ſecum his qui vident: Ita nos pelagum ſcripturarum cognoſcentes, in profundum ſpiritualis ſapientiæ deſcendimus, adferentes theſaurum bonum, ornantem animas plusquàm capita regum gemmatæ coronæ.

Agricolæ. Vt probi agricolæ ex vno agro triplices fructus præcipiunt. Nos imitamur, ligone ſpiritus fodimus.

DE FATO ſermone II.

Medicus. SI quis medicus eſt, potionemque dat, accipienda eſt, nec curioſe inquirendum qualis, ſed habenda vti ſanitati conducens. *Veneficus.* Sin veneficus eſt, magus, incantator, non modo non inquirendum qualis ſit, ſed etiam mox fugienda vtpote letifera.

Præſtigiator. Si præſtigiatorum incantamentis beſtiæ obtemperant, mirum niſi eloquia Dei animæ ferocis ſtatum, tranquillum & æquabilem reddunt.

Sileni Alcibiadæi. Diuinæ ſcripturæ ſimiles ſunt Silenis illis Alcibiadæis, quæ ſub tectorio ſordido ac penè ridiculo merum numen claudunt. Alioqui ſi ſine allegoria legeris Adæ hiſtoriam. Si nihil vltra ſuperficiem quæſieris, non video, quid ita multò magis operæpretium ſis facturus, quàm ſi cantaueris luteum ſimulachrum Promethei, ignem dolo ſubductum, & ſimulachro inditum lutum animaſſe, imò pluſculo fructu legetur fabula poëtica cum allegoria, quàm narratio ſacrorum librorum, ſi conſiſtas in cortice.

B

IN PSALMVM Credidi.

Stella lucida. QVemadmodum hora veſpertina qui ſtellam alijs comparatam lucidam vocat, quam ſole fulgente nullo modo lucidam diceret, eò quòd ſplendor ſolis excellens, fulgorem ſtellæ obtegit: Ita hominem bonum veracem dicimus eſſe, quādo eum cum alijs hominibus conferamus: ſed quando cum Deo, non eſt verax.

SERMONE DE ELEEMOSYNA ET COLlatione in ſanctos.

Locupletes. QVemadmodum enim locupletes prouentus habent ex domibus, agris, & poſſeſſionibus: *Pauperes.* & pauperes ex manibus, & corpore, & non aliunde.

Senſibilis & cœleſtis theſaurus. Senſibilis theſaurus, & inſidijs petitur, & imminuitur, ſæpeque inuentores peſſundat: C Cœleſtis autem ille, totus alius eſt, inſidias ignorat, auferri nequit, ſalus poſſidentibus, & accipientibus. non conſumitur tempore, non perit inuidia, ſed prorſus eiuſmodi iniurijs ſuperior, multa colligentibus affert bona.

Opes. Quemadmodum ſi opes ſubditorum in regijs promptuarijs conſeruentur, per illas etiam regiæ ſecuriores ſunt: Ita certè & in domo tua, ſi pauperum opes repoſueris, & Dominico die collegeris, etiam tua ſecuriora erunt.

Agricola. Agricola ſementem facit, & quæ habet expendit, & non contriſtatur, & dolet, nec ſumptum ſe facere putat, ſed lucrum potius, tametſi incerta eius ſpes: Tu autem non in tam vilibus, ſed in multò maioribus ſeminans, & daturus pecuniam in manus Chriſti recuſas, torpes, & inopiam prætexis?

Quemadmodum dominus tuus cùm multi blaſphement, multi fornicentur, multi furentur, D latrocinentur, ſepulchris inſidientur, & multa mala faciant, ipſe non deſinit à ſua in omnes beneficentia, ſed communes radios, communes imbres & fructus terræ profert, ſuam monſtrans miſericordiam: Sic & tu fac, & cùm adhuc tempus miſericordiæ, iuua pauperes, paſce famelicos, libera afflictos, ne ſis præterea curioſe ſolicitus.

HOMILIA III.

In profectionem Epiſcopi Flauiani.

Artificum conatus. QVemadmodum hyeme præterita, & æſtate apparente, nauta quidem nauigium deducit, miles arma detergit, equumque ad bellum parat, agricola acuit falcem, viator fiduciæ ple-

nus

A nus, longum iter aggreditur, & ad certamina pugil expoliatur & nudatur: Sic & nos ieiunio tanquam æſtate quadam ſpirituali apparente, & arma tanquam milites abſtergamus, falcem acuamus tanquam agricolæ, & tanquam nautæ contra vndas, contra abſurdarum cupiditatum cogitationes opponamur: & tanquam viatores rectum iter apprehendamus, tanquam pugiles ad certamina ſpoliemur. Exue vitæ negocia & athleta factus es. Indue arma ſpiritualia, & factus es miles. Sis agricola, excole animam tuam, & ſpinas excinde, ſemina verbum pietatis, pulchras diſciplinæ plantas inſere, & cum multa diligentia repaſtina. Acue falcem tuam, quam per crapulam hebetaſti, acue per ieiunium. Sis viator, aggredere iter in cœlum, ferens aſperam & anguſtam viam, ſtringe, & ambula. Vbi enim via anguſta magnum impedimentum eſt carnis ex crapula obeſitas. Abſurdarum vndas concupiſcentiarum reprime, repelle improbarum hyemem cogitationum, ſalua ſcapham, multam oſtende
B peritiam, & factus es gubernator. Horum omnium nobis materia & magiſter ieiunium eſt. *Medicina.* Medicina eſt ieiunium. Sed medicina licet millies vtilis, per vtentis imperitiam inutilis ſæpe ſit. *Medico obſeruanda.* Etenim noſſe oportet & tempus quo ipſam imponere opus ſit, & ipſius medicamenti qualitatem: & corporis temperiem ſuſcipientem, & regionis naturam, & anni tempus, & congruum victum, & multa alia, quorum ſi quodlibet prætermiſſum fuerit, reliquis omnibus nocebit. Si autem, vbi corpori mederi oportet, tanta nobis opus eſt diligentia, multò magis cùm animam curemus, & cogitationibus medeamur omnia ſcrutari, & cum omni ſedulitate conſiderare neceſſe eſt.

Homilia XVI.

Mercatores. SIcut nulla mercatoribus vtilitas, ſi magnam maris longitudinem percurrerint, ſed ſi cum
C rerum copia & multo mercimonio nauigauerint: Ita nulla nobis ieiunij vtilitas, ſi infructuoſa ipſum nequicquam & temere prætereamus, ſi ieiunium ciborum ieiunemus, præteritis quadraginta diebus, præterit & ieiunium. Si verò peccatis abſtineamus, & hoc tranſacto ieiunio, rurſum illud remanet, & continuum erit. Sicut enim in nequitia viuens, & ante gehennam vritur conſcientia ſtimulatus, ſic meritis abundans & ante regnum, magna fruetur lætitia, ſi bona ſpe paſcitur. *Malè & bene viuentis præmia.* Si alius dicat: totam ieiunaui quadrageſimam, tu dic, inimicum habebam & reconciliatus ſum, habebam detrahendi conſuetudinem, & deſiiti, iurandi tenebar vitio, & mos improbus mihi reſolutus eſt.

Homilia XVIII.

D LÆtemur, quando cum profectibus ieiunium egerimus, vt ipſo tranſacto, fructus ipſius effulgeat, etenim hyemis lucrum tunc maximè demonſtratur, cum illa præterierit. *Hyemis ieiunij commoda.* Namque vernantes ſegetes, & folijs ac fructu affluentes arbores, per ipſum aſpectum clamant vtilitatem ſibi ex hyeme factam. Hoc & in nobis pariter fiat: etenim pluuijs continuis & crebris in hyeme per ieiunij tempus potiti ſumus, continuam haurientes doctrinam: & ſemina ſuſcepimus ſpiritualia, & deliciarum ſpinas abſcidimus.

Sermone de Ieiunio.

A HYpocrita, id eſt, hiſtrio vocatur is, qui in theatro alienam faciem ſumit, vt ſeruus exiſtens, ſæpenumero domini, & priuatus regis: *Hypocrita.* Sic & in hac vita ad ſuos mores orcheſtras atque theatrum exercent ij, qui alia corde gerentes, alia extrinſecus hominibus præ ſe ferunt.

Homilia III.

DIſciplina exercitatio eſt. Nam athletam perficit fortiorem, & inſuperabilem reddit in certaminibus, & inexpugnabilé declarat. *Exercitio.* In prælijs igitur talis diſciplina eſt omnis, & hæc præſens vt talis ſit, neceſſe eſt. Proinde oportet ſperare meliora, & finem plenum iucunditatis & pacis. Et noli mirari, ſi cum ipſa amara ſit, fructus tamen proferat dulciores. Nam & in arboribus, cortex
B pene ſemper amarus & aſper eſt, fructus tamen ipſi ſuauitate iucundi ſunt. *Cortex aſper.*

Libro I.

De prouidentia.

SIcut malefactorum plurimos carcere dimiſſione incolere permittit iudex, adeo vt plerumque vitam illic finiant, *Iudex.* & cum ex multis aliquos punire vult, vnum ex illis aut duos eminentiori loco ſtatuens, circumſtantibus omnibus, ita demum ad mortem duci præcipit, atque ad terrorem cæterorum, ſic vtendum ſibi omnibus cenſet: Ita Deus cum nos emendare vult, non omnes vnà malos punire neceſſarium exiſtimat, ſed aliquos rapiens, ex his, quos nunquam corrigendos noui, potentiam atque iram oſtendit ſuam, plurima ex hac vtilitate moliens, quippe malos ad execranda, ſi velint, vitia hortatur, & bonos cau-
C tiores efficit.

Homilia XXX.

Quòd nemo læditur niſi à ſeipſo.

FAbricam quæ ſuper arenam fundata eſt, etiam ſi fulmina venti non vrgeant, ipſa tamen paulatim effluens, inſtabilis arena ædificij crepidinem ſubruit & euertit. *Fabricam ſuper arenam.* Nam arenæ ſponte rumpuntur. Adamas verò nec malleis cæſus infringitur: *Adamas.* Ita ergo qui à ſeipſo non læditur, etiamſi tundatur ab alijs, non poteſt lædi, qui verò cum ſua ignauia proditur etiam malo perurgente, defluit ſponte.

Homilia XX.

Cùm de expulſione ſua ageretur.

D MVlti fluctus & vndæ immanes, ſed ſubmergi non vereor, quia ſupra petram ſto. *Mare vehemens.* Inſaniat licet mare, petram non poteſt commouere. Inſurgant quantumlibet fluctus, &c.

Homilia XXX.

QVòd nemo læditur niſi à ſeipſo. Meretricem appello hanc vitam quæ in delicijs & voluptatibus tranſigitur, & eam quidem turpiſſimam, *Voluptuoſa vita, turpiſſima eſt meretrix.* cuius facies fœda, horrida, aſpera, amara, crudelis, & licet tam turpis vultus eius & ferus, tamen multos decipit, cùm videant, apud eam cruenta omnia, periculis, morbibus, inſidijs, inuidia, tormentis plena, cumque eam ſtipari videant peſſimis ſodalibus, contumelijs, inſania, incuria, curis pernicioſis, metu iugi tremore frequenti, & mille alijs infauſtis conſortibus, velut

anguium corona circumdari: fructum verò in his nullum, niſi interitum eſſe, perniciem, pœnamque perpetuam: expetitur tamen à pluribus, amabilis & exoptabilis habetur. Tanta eſt eorum qui decipiuntur ſtoliditas, vt cùm eos ratio nulla ex hoc interitu reuocet, ne euidentia quidem indeſinenter pereuntium exempla deterreant. Non ego

Paruuli.

iſtos ſtolidiores multò, quàm paruulos iudicem vel negem, quos puerilis ludus, vbi aut circulus voluitur, aut turbo vel trochus verberibus agitatur, & longis porticibus per curua ſpacia rotantur: ita intentos & inhiantes puerilis animus tenet, vt auelli inde nullatenus queant, ignorantes penitus, per ætates fragilitatem nihil in illo ludo vtilitatis, nihil perfecti operis haberi. Sed epulis ſatisfacit ætas immatura. Illi quid habebunt excuſationis, qui ætate perfecta, puerilem, immò & puerili imbecilliorem ſententiam gerunt?

Meretricis vultus.

Sicut plerunque meretricis vultus cum turpis & fœdus eſt per naturam, fucis & coloribus pigmentatus proſtituitur ad decipiendos eos qui ignorant, quæ fœditas ſub velamine fuci illius contegatur: Ita hypocrita.

Equi virtus, phaleræ & ornamenta.

Quæ ſit virtus, ſimilitudinem ex corporeis ſubſtantijs capiamus. Verbi gratia, videamus quæ ſit equi virtus. Nunquid in argenteis frenis pulchriſque tapetibus, ac ſericis flammulis, phaleriſque gemmatis, iubaque aureis intexta funiculis equi virtus iudicatur: an velocitate curſus, fortitudine pedum, greſſuſque cautela, ac pectoris firmitate, cunctiſque quæ itineri conficiendo apta videntur, aut prælijs peragendis, vt vel interritus hoſtem petat, vel in aduerſis proprium poſſit ab exitio liberare ſeſſorem? Nónne in his potius, equi virtutem, quàm in illis, de quibus ſuprà dictum eſt, declarari. Quod autem & reliquorum animalium

Animalium omnium virtus.

nónne in eo omnis probitas habebitur, ſi vel ferre onera fortiter, vel robuſta poſſunt mouere carpenta? Nunquid volens aliquis probare animal ad ea reſpicit quæ ei ſuperpoſita viderit, an (vt diximus) ſi non potius membris vngulis validum

Vinea.

ſit, inſpicietur? Item ſi vineam probare volumus, nunquid ad hoc inſpicimus, ſi latos habeat pampinos aut flagella diffuſa: an illud magis aſpicimus, ſi denſior ei fructus ſit & vua fœcundior: Similiter de oliua, & huiuſmodi arboribus contemplamur: Igitur eodem modo quoque de hominibus agamus, diſcutientes, quæ, & vbi vera ſit hominis virtus: & tunc eum lædi putemus, cùm in ipſo fuerit læſus.

Libr. II.

De compunctione cordis.

Corporalis amor.

SI corporalis amor, ita deuictam ſibi tenet animam, vt ab omnibus etiam neceſſarijs actibus cogat abſcedere, & illi ſoli, quem amat operam dare, atque in eius cogitatione fixam teneri: quomodo non amor Christi, ab omnibus reliquis abſtrahit animam, ſibique conſociat, atque deſiderij ſui vinculis conſtringit?

Homilia XXX.

Quòd nemo læditur niſi à ſeipſo.

AMor pecuniæ vt fera quædam & crudelis domina, omnium corda poſſidet, & tyrannica dominatione deuinxit. Sæuit vt barbarus, feruet crudeliter vt tyrannus, debacchatur impudenter vt meretrix, nuſquam miſeretur, nuſquam pudet. Et cum lupis, vrſis, leonibus ferocius ſæuiat, ſuauis tamen videtur hominibus & amabilis, melle, imò & fauo ipſo dulcior. Cumque his qui eam deſiderant, exoptant, gladios acuat quotidie, foueas paret, ſcopuliſque eos mille, & mille naufragijs illidat, expetitur tamen ab eis. Volutari in cœno

Sues. Canthari.

eius tanquam ſues delectantur, & vt canthari ſtercus eius euoluere: Tales quodammodo omnes qui auaritiæ huic manus dederunt, infeliciores & turpiores etiam illis immundiſſimis animalibus.

Homilia V.

De laudibus S. Pauli.

Medicus.

MEdicum cùm nunc vrentem videris, nunc fouentem, nunc ferro vrentem, nunc medicamento, & aliquando quidem ægrorum à cibo potuque cohibentem, aliquando verò cum in iſta lauantem, & modo quidem cooperientem vndique, & vndique confouentem, nunc verò illi ipſi calefacto, ſecurius plenam frigidis aquis imperantem epotare phialam: nunc vtique ſuper hac varietate & frequenti mutatione eum culpabis, ſed tunc præcipue ſtupebis artem, quando ea quæ nobis contraria videntur & noxia, illum cum fiducia videris offerentem. Hoc eſt enim veri artificis ac periti: Ita Deus.

Homilia VI.

De laudibus Pauli.

Iræ acumen.

DEus quaſi gladio aciem, ita menti noſtræ iræ acumen impoſuit, vt eo, cùm oportet, vtamur.

Homilia I. De verbis Apoſtoli,

Modico vino vtere.

SIcut in corpore, aliquo quidem membro corrupto, non eſt magnum damnum: oculis verò læſis, vel capite contrito, totum corpus inutile redditur: Sic & qui in alta quadam tanquam virtutis ſpecula, cum multa claritate conſtitutus, ab omnibus admirationi habitus, quando cecidit, magnam ruinam & iacturam facit, non tantum quia

Ex alto cadens.

ex alto cecidit, ſed quoniam alijs multis ſcandali materia eſt, in ipſum reſpicientibus.

Homilia II.

Obtrectatores.

SI quis te pretereunte ſtercus commoueat, hoc iacientem non continuo conuicio & contumelia afficias? hoc fac & circa detractores. Non enim ſic commotum ſtercus illum fœtorem ſuſcipientem cartilaginem percellit, ſicut aliena peccata excuſſa, & vita impura audientium animos prodita, contriſtare, & exturbare ſolent.

Homilia VI.

Flamma.

NOn ſic flammæ natura in materiam delapſa, vicina ſemper ligna incendit, ſicut virtutis zelus in paucas lapſas animas, vlterius procedendo, omnes implere poteſt.

Homilia de verbis Apoſtoli,

Modico vino vtere.

Athleta.

QVemadmodum in exterioribus certaminibus corpore vigentes, & bonæ habitudinis athletæ, non ſic apparent, cùm veſtimentum vndique oleo madidum fuerint induti, ſed quando illo abiecto, nudi in ſtadia feruntur, tunc maximè ſpectatores, membrorum proportione penitus obſtupefaciunt, cùm nihil illam amplius obumbrare poſſit: Sic & N. patiens, quando omnibus diuitijs, gloria circumfultus erat, quis eſſet, non multis manifeſtus erat: poſtquam

Digitized by Google

verò, ipſe, velut veſtimentum exutus athleta, abierit, & ad pietatis certamina nodus intrauit, ſic ſpoliatus, ſpectatores omnes perculit, vt & Angelorum theatrum illi victori applauderet.

Homilia I. De verbo Apoſtoli,

Modico vino vtere.

Terra.

NOn ita terræ natura vexata, aquarum ſuperabundantia continuo diſſoluitur, vt corporis vis moleſcit, & diffluit, & exilis redditur vini potu continuo ingurgitata. Ebrius eſt voluntarius dæmon veniam non habens, ruinæ excuſatione carens, commune generis noſtri opprobrium.

Homilia XXIII.

Temulentia.

ANima eorum quæ corpore, quaſi in aliquo ſepulchro recondita eſt, cuiuſmodi in homine temulentia, nec ſecus videri debet, quàm ſi barbarus quiſpiam deformis & impurus, vi ſumma & poteſtate impetum faciat in adoleſcentulam decoram aliquam, venuſtam & continentem.

Homilia XXI.

Ad Theodorum monachum.

Naufragium è rupe conſpicitur.

OMnia vmbra, ſomnia, curſus. Curſor eſt vita. Vt ſi quiſpiam rupis excelſæ verticem tenens, pelagus omne proſpiciat, multoſque inde nauigantium crebris fluctibus freti, vnda ſubmergi, alios in prærupti montis ſaxo collidi, nonnullos ad alia littora contendendo properare, aliquos tabulæ vnius auxilio, ex fragmentis nauis inuentæ à morte defendi, aliquando pro gubernaculo, atque remigijs, manibus tantummodo ſuis vti, alios autem videat turbidos fluctus multiformi atque multiplici genere, cadauera ferre: Ita eſt qui militat Deo, cùm ſe à Deo tempeſtatibus atque turbinibus vitæ iſtius ſepararit, conſiſtit in arduo ſemper ac tuto ſecurus loco. Quid enim celſius poteſt eſſe, quid tutius, quàm vnam tantum nos ſolicitudinem gerere, quomodo Deo placere poſſimus? Vidiſti naufragia huiuſmodi, pelagus vndaſque declina, & excelſum illum huiuſcemodi pelago quære nauigantem, & excelſum locum occupa, à periculo captiuantis immunem.

Militans Deo.

Libro II.

De compunctione cordis.

PVto non delinquar, ſi ſanctum iſtod N. quidam tali ſimilitudini compararet, verbi cauſa, flamma quædam immenſa vniuerſam replet terram, & inde aſcendens, repletis omnibus, vſque ad ipſa peruenirer cœli faſtigia, ſed & inde ſuperans omnia, etiam illum qui ſupra cœlum eſt, aërem tranſcenderet, ſiue aër ille dicendus eſt, ſiue quid aliud, atque ibi etiam illa quæ ibi ſunt ſpacia compleret, nec illic quidem flamma hæc incrementa finiret, ſed aſcenderet adhuc vſque ad tertium cœlum, & omnia hæc vno eodemque igne compleret, ita vt nec terræ vllum, nec cœli omnino cœlorum ſpacium relinqueret vacuum: Tales erant animæ ſanctorum Prophetarum, quibus oculus erat interior illuminatus, vnde videntes dicti.

Libro I.

De compunctione cordis.

Morbi corporis.

SI in corpore parum aliquid morbi pulſauerit, ſtatim & medicos adhibemus, & pecuniam profundimus, & omni obſeruantia, quod competit gerimus, nec prius ceſſatur, quàm quæ moleſta ſunt, mitigentur. Anima verò cùm quotidie vulneretur, & per ſingula lanietur, vratur, præcipitetur, & modis omnibus pereat, ne parua quidem pro ea nos cura ſolicitat.

Homilia LXXX. id eſt,

vltima de pœnitentia.

Planta recens poſita.

SIcut planta quidem nuper humi conſita, facilè reuellitur, per multum verò temporis radicibus firmata, non itidem. Et vt ædificium recenter fundatum à vexantibus facilè ſubuertitur, bene verò firmatum, multa, diruere conantibus, præbet negocia. Et vt fera, quibus locis multum temporis eſt conuerſata, difficulter expellitur. Et ſicut febris ab initio aggreſſa, non magna ſiti laborantes exurit: poſtquam autem inualuerit, & flammam extulit, iam ſitim inducit immedicabilem: etiam ſi quis eis conceſſerit, vt potibus impleantur, non extinguit, ſed accendit fornacem. Sic & in vitioſo accidit affectu, ſi ſe circa primordium in animam noſtram inferentem non prohibuerimus, neque fores occluſerimus, ingreſſus iam inſanabilem morbum ſuſceptoribus infert.

De compunctione cordis Lib. I.

Phrenetici. Mente capti.

VT qui phreneſim patiuntur, vel mente capti ſunt, à quibus cum multa turpia & periculoſa, vel dicantur, vel gerantur: nec pudoris tamen aliquid, nec pœnitudinis capiunt, quinimo & magnifici ſibi, & ſapientiores, ſanis videntur & ſapientibus: Ita & illi, cùm omnia quæ ſanitati ſunt contraria gerunt, nec hoc ipſum, quod deeſt nobis, ſanitas, nouimus.

Sicut in corporibus, & in fiſtulis, niſi prius quis humorem influentem ſiſtat, & vulnus terrentem, quotquot impoſuerit medicamenta, mali fonte non obſtructo, incaſſum omnia facit: Itidem & nos, niſi occaſionem, quaſi fontem mali, caueriimus.

Homilia XXII.

De nequitia depulſa.

Capite damnati.

SIcut qui carcerem habitant, capitis damnati, damnationem operientes & mortem, vel ſi delitijs abunde fruantur, vitam longe agunt moleſtiorem, & anxiam: Sic qui improba conſcientia moleſtantur.

Sermone de Poenitentia.

Medici.

VT medici qui ægros à cibo & potu nociuo arcere cupiunt, licet illa promptam habeant voluptatem, ante tamen perſuadent ineſſe illis, præter nocumenta multum inſuauitatis.

Homilia XVI.

Cùm princeps intraſſet eccleſiam.

Clauum rectum tenens.

NOnne vides naucleros, vt inſaniente mari, nubibus tranſcurrentibus, fulminibus eliſis, omnibus in nauigio tumultuantibus, ad gubernacula ſedent ipſi, ſine trepidatione & metu, arti ſuæ vacantes, vt imminentem procellam repellant? hos & tu imitare, & ſacram capiens anchoram in Deum ſpem, inconcuſſus permane & irreuolubilis.

Mercator. Pugil.

Sicut mercator non ſentit nauigationis laborem, lucrorum ſpe releuatus, & pugil generosè fert capitis vulnera, coronam reſpiciens: Ita & nos quoque cœlum, & ad cœleſtia intenden-

A

tes bona, quæcunque inferantur grauia, generosè cuncta feremus, bona futurorum ſpe roborati.

HOMILIA XVIII. De Apoſtoli dicto, *Gaudete in Domino ſemper.*

SIcut in mare decidens immenſum ſcintilla breuis, facile deletur: Sic quantacunque Deum timenti illidantur, velut in vaſtum lætitiæ pelagus incidentia, extinguuntur & perduntur.

HOMILIA XXV.

De via recta.

Scintilla.

SIcut ſi breuem ſcintillam in magnum deiecetis profundum, ſtatim extinxeris: itidem & omnes triſtitiæ ſuperabundantia in bonam miſſa conſcientiam, extinguitur facilè.

B

HOMILIA XL.

De Pœnitentia.

Remiſſio. Perſecutio.

TAnquam fluentum influens remiſſio, animam tollit (nam omnium perſecutionum hoc grauiſſimum) & quod æſtas eſt & hyems, hoc eſt perſecutio & remiſſio. Vt autem vobis oſtendam quòd remiſſio peior eſt perſecutione, audi. Somnum enim infundit animæ multum hiatum & teporem, vndique vitia ſuſcitat: nam inuidiam, voluptates, &c. Sed in perſecutione nihil horum vexare ſolet: ſed timor ingreſſus tanquam flagello quodam, latrantem canem acriter percutiens, has omnes peſtes ne clamare quidem permittit. Tunc eſt perſecutio, vitijs, tanquam feris, nos vrgentibus.

Timor.

HOMILIA LXIIII.

C

Laborant è ſtomacho.

NEque ſi quis infirmum habens ſtomachum, amaram non admittat medicinam, ipſum curare valentem, ſed potius atteratur, medicinam accuſabimus, ſed membri infirmitatem. Sicut & hic mentis facilitatem. Nam à tribulatione ſubuerſus, multò magis hoc à remiſſione pateretur. Nam ſi ligatus cadit (hoc eſt enim tribulatio) multò magis laſciuè viuens.

Spiritualis mercatura.

Tribulatio eſt ſpiritualis mercatura. Sicut pecunias colligere volentes, & hanc ſæcularem exercentes mercaturam, non aliter propriam rem augere poſſent, niſi multa terræ mariſque pericula ſuſtinerent: neceſſarium eſt enim latronum inſidias, piratarum incurſus ſufferre, & prorſus omnia, cum magna ſubeunt promptitudine, propter lucri expectationem, nullum capientes triſtium ſenſum: Eodem modo & nos diuitias hinc nobis confluentes, & ſpiritualem cogitantes mercaturam, gaudere decet & exultare, nec quæ videntur, ſed quæ non videntur, conſiderare.

D

HOMILIA LXVI.

Aurum & ignis.

QVod auro ignis, hoc animis tribulatio, ſordes abſtergens, faciens mundos, claros reddens ac ſplendidos.

HOMILIA LXVII.

Mœrentes Onus.

MOerentium ſocietas, grauem triſtitiæ vehementiam auferre conſueuit. Sicut in onere, ſi quis ponderis partem ſuſceperit, ſoli ferenti ſarcinam leuauit: Sic in omnibus alijs.

A

HOMILIA X.

De diuite & paupere.

Sebiectio. Rhetorica.

DIabolus colluctatus diu, athletam vincere nõ potuit, ſuſcitat fluctus, & firmiſſimam petram mouere non potuit: machinationes ſuas adhibuit, & turrem validiſſimam non proſtrauit: arborem concuſſit, & poma non decerpſit: & ramos quidem confregit, ſed radici nihil nocuit: parietem perforauit, ſed theſaurum auferre non potuit, theſaurum dico, non auri & argenti, ſed fidem Chriſti. Vidiſti petram firmiſſimam inter fluctus, militem pręparatum, turrẽ inexpugnabilem. Athletã hunc dicam? ſed præcellit tantarum copia coronarum: petram nominem? ſed firmiorem video: militem appello? ſed robuſtiorem cerno conſtantiam: turrem eum nominabo? ſed eminet ſapientia: arborem eum dicam? ſed decorior inuenitur: fructum enim appellem? ſed ſpecioſior demonſtratur: theſaurum eum nominabo? ſed copioſior dinoſcitur.

B

HOMILIA IV.

Tumultus.

QVemadmodum mari æſtuante, & multis procellis inſaniente, ad portum confugere timor omnes cogit: Sic & nunc fori procellæ, & ciuitatis hyems omnes vndique in eccleſiam compellit.

Tentatio.

Niſi tentatio, nec corona: niſi certamen, nec brauia, niſi ſtudia, nec honores: niſi tribulatio, nec remiſſio: niſi hyems, nec æſtas. Et hoc non in hominibus tantum, ſed in ſeminibus quoque ipſis intueri licet. In his enim multam quidam pluuiam multam verò nubium colliſionem, multam denique glaciem fieri oportet, ſi vernans ſpica exurgere debet. Vbi verò ſementis tempus, tempus & pluuiæ. Poſtquam igitur nunc ingruit hyems animarum, non aëris, ſeramus & nos in hac hyeme, vt in æſtate metamus.

Semina.

C

Lachrymæ Imber.

Non ſic ſemina delatus imber germinare & creſcere facit, vt pietatis ſemen excitat, & vernare facit ex lachrymis ruens imber, hic animam detergit, irrigat mentem. Ideo profundum ſulcum, proſcindere neceſſarium.

Aratrum.

Quemadmodum aratrum immittens deorſum terram aperit, tutam ſeminibus cuſtodiam parans, ne iacta in ſuperficie remaneant, ſed tanquam in ipſos terræ ſinus immittantur, & in tuto radices figant: Sic & nos facere neceſſarium, & tanquam aratro, tribulatione vtentes, cordis profundum ſcindere. Scindite corda veſtra, ait Propheta. Corda igitur ſcindamus, vt ſi qua doloſa herba, & improba cogitatio nobis ineſt, radicitus eam euellamus, & puras pietatis ſeminibus terras exhibeamus. Niſi nunc renouemus nouale, niſi nunc ſeramus, cùm adeſt tribulatio, quando vnquam in compunctionem veniemus?

Agricola.

Cum agricola ſemina cum multo labore collecta ſeminauerit, ignarus quæ fiunt, omnia cernens admirabitur, forteque apud ſeipſum dicet: Quid hic homo tandem facit? Collecta diſſipat, ſed & terræ cum multa cura commiſcet, ne facile colligi poſſint: nec tantum commiſcet terræ, ſed & optat vehementer fieri pluuiam, vt proiecta omnia marceſcant, & lutum fiant, & turbabitur cernens fulmina & coruſcationem deferri. Agricola verò non ita: ſed lætatur, & gaudet hyemem cernens: non enim præſentia reſpicit, ſed futura: non ad fulmina ſpectat, ſed ad manipulos: non marcentia ſemina, ſed vernantes ſpicas: non grauem imbrem, ſed iucundiſſimam areæ ventilationem, ex ipſa naſcentem fructum: Expectemus itidem & nos aream, & manipulos, non præſentem laborem & dolorem, ſed orientem ex ea fructum, mentis noſtræ penus ex eo implere poterimus. Et ſicut aurum, & ſi aquis immoretur, propriam præſtat ſpeciem, hue in conflatorum

Aurum.

torum

Digitized by Google

Lutum. Fœnum.

torium ceciderit, ſplendidius rurſum apparet. Lutum autem & fœnum, ſiue aquis immiſceri accidat, hoc quidem marceſcit, illud verò diſſoluitur, ſiue in ignem ceciderit, hoc quidem frigitur, illud autem comburitur: Sic certe iuſtus & peccator, ille quidem ſiue remiſſione fruatur, manet ſplendidus: ſicut aurum aquæ immerſum: ſiue in tentationem ceciderit, ſplendidior fit, ſicut aurum in igne: Peccator verò ſiue remiſſione contriſtatur, diſſoluitur, marceſcit, ſicut fœnum & lutum aquæ immorans, ſiue tentationem ſuſtineat, comburitur, perditur, ſicut lutum & fœnum ab igne.

Arbores. Radices.

Sicut in arboribus accidit, ſi quis fructum cum folijs auferat, & ramos omnes amputet, radice manente tota, cum maiori etiam ornatu arbor reſurgit: Sic quidem & in nobis, ſi pietatis radix permaneat, & ſi diuitiæ auferantur, & corpus corrumpatur, omnia rurſum nobis cum maiori gloria redeunt.

Sermone de carnis concupiſcentijs non ſectandis.

Somnus vita.

SOmnus eſt vita præſens. Nam vt ſomno preſſi, pleraque & ſuperuacanea, & fruſtra loquuntur, videntque perſæpe nihil ſani: Ita & nos deteriora ijs pleraque ſperamus, ſiquidem qui indecora & impia geſſerint, eademque obuerſari ſibi per viſum conſpexerint: mox ſomno expergefacti, turpi & indecoro aſpectu liberentur à pœna, quam pro ſcelere meruiſſent, quod aliter nobis euenire ſolet, quibus ob ignauiam & ſocordiam, ignominia atque ſupplicia perpetua ſunt. Item & qui per quietem ſomniando diteſcunt, vbi dies illuxit, inanes & diuitijs vacui arguuntur: captos verò, dum viuitur, inertiæ, ſomno plerunque, necdum luce oborta, falli poſſe, compertum eſt, & ita vt breui eorum inſomnia euaneſcant.

HOMILIA XXXVI.

De vitijs & virtutibus.

Ocioſus ſeruus. Ignauus.

SI ſeruum habueris non ebrium, non contumacem, ſed ſobrium, modeſtum, omni flagitio vacuum, hic ſi domi quotidie ocioſus ſedeat, ſi, quorum à ſeruo vſus debetur, domino nihil efficiat, dic obſecro, nónne flagellabis eum? nónne tormentis afficies? Et tamen nihil flagitij commiſit. Satis eſt igitur mali hoc ipſum, nihil boni feciſſe: Sit nobis agricola quidam, nihil porrò peculij noſtri diſſipet, neque dolis, furtóve ſurripiat, tantum ſuas manus compreſſas domi tenens ſedeat, ſemina non ſpargat, rura non ſcindat, vites non colat, & quod ad agriculturam pertineat, nihil prorſus efficiat, nónne ab eo ſupplicium ſumemus? Et tamen nihil intulit iniuriæ, nec habemus omnino, quid illum accuſare poſſimus. Sed hoc ipſum arbitramur iniuriam. Et noſtro quidem in corpore abſtineat capite manus, non linguam excidat, non oculos eruat, non denique tale quicquam mali faciat, ocioſa tamen fuerit, nec ſui quicquid eſt officij, toto corpori ſufficiat, nónne ipſam potius fuerit abſcindere, quàm nihil agentem & inutilem toto & corpori manum circumferre? Quod autem os, ſi neque manum abſumpſerit, neque pectus momorderit: quæ verò ad ſe pertineant, prorſus omiſerit, nónne illud omnia obſignaſſe melius fuerat? In his igitur, ſi non modo aliquid feciſſe mali, verumetiam aliquid omiſiſſe boni, magna comprobatur iniuria: porrò diuinis in rebus idipſum multò magis appareat.

Agricola.

Manus ocioſa.

Os.

HOMILIA IX. in Geneſim.

Nauis.

SIcut nauis quæ aquis impletur, vt exhauriri nequeat, ſtatim ſubmergitur: Ita & homo cùm crapulæ & ebrietati ſeipſum exponit, in præceps vadit, & rationem ſuam ſubmergit.

SERMONE XXX.

De ieiunijs & geneſim.

Ver. Agricola. Nauta.

IOcundum quidem nautis eſt ver, iocundum quoque agricolis, ſed neque nautis, neque agricolis ita iocundum eſt veris tempus, vt his qui philoſophari volunt, iocunda ſunt, ieiuniorum dies, ſpiritale animarum ver, & fidiſſima tranquillitas animorum. Nam agricolis ver ideo iocundum eſt, quòd delectat aſpicere tunc depictam floribus terram, & varijs frondibus virgulta comantia: Nautis verò acceptum eſt ver, quòd dorſum maris deductis nauibus, tutò licebit aſcendere, nec vndarum pericula formidare. Nobis autem iocundum eſt ieiuniorum ver, quòd tunc non vndarum, ſed cogitationum, & concupiſcentiam carnis fluctus ac turbines mitigauit, & coronæ nobis non florum, ſed ſpiritualium gratiarum parantur.

Magiſtri literarum.

Sicut apud magiſtros literarum fieri videmus, quorum alius puerulum de gremio matris acceptum, & ignarum omnium, atque incapacem malorum, primis tantummodo imbuit elementis, quem rurſus alius magiſter accipiens, perfectioribus inſtruit diſciplinis: Ita & Moyſes ignaram omnium rudem hominum naturam, & (vt ita dicam) nuper à lacte euulſam, prima diuinæ cognitionis edocet elementa: Ioannes autem & Paulus, velut à Moyſe iam quæ prima ſunt imbutos homines, ad excelſiora & perfectiora deducunt, non vt quæque prima ſunt, deſtruentes, ſed tanquam fundamento competenter poſito, ſupponentes totius ædificij celſa faſtigia. Vidiſti vtriuſque teſtamenti ſtructuram, vnius lineæ modulatorem directum. Vidiſti totius ædificij conſonam quadraturam.

Moyſes.

Ioannes. Paulus.

HOMILIA XXXVI.

De vitijs & virtutibus.

Maternus affectus.

VT enim cùm febreſcit puer, grabato aſſidens filio mater, querebunda voce ſæpius imprecatur, Vtinam hoc mihi daretur poſſe, me tuam fili ſuſcipere febrem, & hanc omnem in me haurire flammam: Sic etiam pro vobis vtinam perduellis rem bene gerere poſſem.

Scænobatæ.

Vt in theatris, qui per ſublatum funem ſcandere ac deſcendere exercent, ſi parum aliquid oculorum acies errarit, præcipites continuò ruunt: Ita qui ſpiritualem graſſantur viam, ſi breue ſegnitiæ tempus conceſſerit, per anfractus quoſdam proni ſæpe truduntur. Et fune illo quidem hic limes anguſtior eſt, erectus magis & arduus, multoque celſior, cuius ad apicem terminatur cœlum.

Cythara.

Sicut in cythara non vnius tantum fidis melodiam excitaſſe ſatis eſt, ſed omnes pari quodam numero percurrendæ: Sic in virtute animi, non vna tantum lex nobis ad ſalutem ſufficit, ſed omnes æque diligenter obſeruandæ ſunt.

HOMILIA LV.

SIcut domum pulchram, cùm aër appropinquauerit, ſplendidam oſtendit: Itidem & aſpectum ſpecioſum, hilaritas animæ meliorem exhibet, ſi verò in triſtitia, deformior redditur.

HOMILIA XV.

De poſterioribus.

Volatilia.

IN medio laqueorum ambulas, qua de cauſa tot laqueis ne deorſum volemus, ſed ſuperiora quæramus. Etenim volatilia donec in altum aëra ſecant, non facile capiuntur. Ita tu, donec ad ſuperiora reſpexeris, nec laqueo, nec vllis alijs facile capieris inſidijs. Venator eſt diabolus, fias igitur

Digitized by Google

illius calamis ſublimior. In altum aſcendens, non amplius vllam rerum humanarum admirabitur, ſed ſicut poſtquam in montium verticem aſcenderimus, parua nobis, & vrbs, & mœnia eſſe videntur, & formicarum more, nobis viri ſuper terram ire videntur. Sic poſtquam ſupra celſam propheticę cogitationem aſcenderis, nihil te terrenorum percellere poterit, ſed parua videbuntur omnia, & diuitiæ, gloria, potentia, honor, & ſi quid aliud huiuſmodi. Illud continuo ratiocinemur. Sicut auiculæ laqueo captæ vtilitas nulla, ſed fruſtra & incaſſum alas concutit: Ita tibi nulla rationum vtilitas, ſi ab improba penitus cupiditate captus ſis, ſed quantumcunque reſilieris, captus es. Ideo alæ ſunt auiculis, vt fugiant laqueos, propter ratiocinationes hominibus, vt peccata fugiant. Quam igitur veniam habebimus? quam verò defenſionem, cum brutis ſimus dementiores. Auicula namque ſemel capta, laqueo mox elapſa, & ceruus in rete decidens & effugiens: iiſdem iterum difficile capientur: nam cuique fit experientia, cautelæ magiſtra. Nos ſæpius eiſdem capti, in eadem cadimus.

Auicula laqueo irretita.

HOMILIA VI.

Cœſtus.

SIcut cœſtibus pugnans, ſtudio exire feſtinat, vt vulneribus liberetur, & luctator ſpectatores exurgere concupiſcit, vt laboribus abſoluatur: Sic in rigida & aſpera vita cum virtute viuens finem deſiderat, vt præſentibus eripiatur laboribus, & pro repoſitis valeat coronis confidere, ad tranquillum nauigans portum, & in illo tranſmigrans, vbi non eſt amplius timendum naufragium. Ideo Deus laborioſam naturaliter vitam noſtram & grauem inſtituit, vt pręſenti tribulatione compulſi, futurorum deſiderium capiamus. Si enim nunc cum ſint tot triſtitia, pericula, timores & curæ nos vndique circumeuntes, tam libenter præſenti immoramur vitæ, ſe nihil horum eſſet, & abſque triſtitia & ærumnis omnibus tota foret vita noſtra, quando vnquam futura deſideraremus?

HOMILIA I. in Pſal. 1. in Prooemio.

Pictores.

PIctores imitantur arte naturam, & colores coloribus permiſcentes, viſibiles corporum depingunt imagines, & faciunt homines, & animalia, & arbores, & reges, & ruſticos, & barbaros, & pugnas, & rixas, torrentes ſanguinum, & lanceas, & loricas, & ſcuta, & ſedem regalem, & imperatorem ſedentem, & barbarum, & ſubditum, & gladium acutum, & fluuios decurrentes, & campos varijs floribus adornatos, & omnia quæ videntur per artem imitantes, mirabilem hiſtoriam videntibus præſtant: Sic & Prophetæ velut quidam pictores ſunt virtutis ac militiæ: deſcribunt enim & illi peccatorem, iuſtum, pœnitentem, ſtantem, cadentem, ſurgentem, titubantem. Et ſicut faciunt peccatores occidentes & occiſos, ſic & Prophetæ faciunt aliquando quidem inſurgentia peccata, aliquando etiam alliſa. Sicut habent imagines ſubſcriptiones deorſum fixas minij colore, in quibus ſcriptum eſt, qui rex, quod prælium vicerit: Ita in Pſalmis deſuper titulus fixus eſt, quæ cauſa ſit, quæve doctrina, & quapropter Pſalmus ſit dictus.

SERMONE de fide & lege.

Lana.

VT lanas, quæ ſubinde in tincturas immerguntur, vt crebra tinctio profundius operationē recipere faciat. Ita opus eſt vt animæ noſtræ continuo in diuinos ſermones intingantur, vt abluamur quidem à veteri opprobrio, induamur autem nouam pulchritudinem. Lanæ cùm intinguntur, nomen naturæ ſuæ amittunt, non vltra vocantur lana, ſed purpura, praſinum, coccinum, vel ſimile aliquid. Si tinctio naturæ nomen transformat, cur Dei natura non hominem? vt is qui pulueris imaginem portauit, poſt tinctionem, fulgidam portat & cœleſtem.

SERMONE de humilitate.

Lampades.

NE fiat quod in lampadibus, in quarum ampullas ſi parum inſtillaueris olei, ſatis alimenti habet ignis, ſin iuſtò largius infuderis, etiam quæ in ea eſt flammam extingues, non igitur vos obruam multitudine dictorum:

HOMILIA I. in Pſalmum L.

Arbores.

SI videris virum aut mulierem ſpecioſam, ne admireris. Nam & roboreæ arbores, cùm denſæ ſint folijs, & altitudine excelſæ: attamen non habent fructum hominibus aptum: ſed porcis afferunt cibum. Vinea autem per terram repens, maturum vuarum affert fructum. Quid ergo? vis vineam habere an arborem? puto te vineam eligere magis quæ lætitia eſt, ad hominum vſus, quàm arborem animalium eſcam. Quid ape vilius eſt? quid pauone pulchrius? quid formica ſapientius? Et apis quidem dulcedinem in ſe habet & aculeum, pauo verò ſolummodo in pennis eſt, non in fructu decorus: formica verò contemptibilis hominibus, ſed magiſtra virtutum eſt.

Vinea.

Grauiter ægrotans.

Sicut cum quidam graui ægritudine vexatur, & multis indiget medicaminibus, & attenuatus eſt ſumptibus, ſi introierit medicus, & dixerit ad ægrotum, plures ſpecies ad confectionem medicaminis neceſſariæ ſunt, reſpondeat verò ægrotus, non habeo, vnde tantas ſpecies emem, paupertate detineor, dicat ad eum medicus: Illam & illam da mihi ſpeciem tantum, cætera de meo præſtabo: Sic & Deus dicit, da mihi confeſſionem tuam, lachrymas tuas pœnitentiæ: cætera autem pro hoc, miſericordia mea præſtabo. Ideo rogat Dauid: dele, laua me ab iniquitate mea.

HOMILIA XVII. *De recipienda Seueriano.*

SIcut capiti corpus cohærere neceſſarium: Ita Eccleſiam ſacerdoti, & principi populum, veque virgulta radicibus, & fontibus riuuli: Ita & filij patri, & magiſtro diſcipuli:

HOMILIA XIX. *ad Eutropium.*

Omnia vanitas.

OMnia vanitas, omnia repentè ſpiritus flatu, tanquam folia cuncta decuſſa ſunt, & arbor nuda derelicta eſt, & non ſolum nuda, ſed ab ipſis conuulſa radicibus. Omnia nox ſunt, & ſomnium, & die exorto nuſquam comparuerunt. Vmbra erat, & pertranſijt. Fumus fuit, & diſſolutus eſt. Bullæ aquarum fuerunt, & diſruptæ ſunt. Araneæ telæ erant, & diſciſſæ ſunt.

HOMILIA XXI.

Vulnerati.

NOn eſt pernicioſum in prælio vulnerari, ſed poſt vulnus acceptum deſperatione curandi medelam vlceri denegare. Nullus ſe demergit naue fluctibus ſemel merſa, ac totum onus perditum deſijt nauigare, ſed rurſus ad maria, nuduſque feſtinat, rurſus immenſa peruolat freta, & iterato felicius curſu, caſus prioris damna compenſat. Sæpe & iam athletas videmus poſt frequentes lapſus, & detractiones plurimas coronari. Militem quoque ſcimus poſt fugas multas, virum fortem fuiſſe, & viciſſe victores.

Naufragi.

Athletæ.

Milites.

Theatricæ ſcenæ.

Non eſt theatralibus ſcenis præſens vita diſſimilis, Nam vt illic, ille imperatoris, ille iudicis, alter militis implet officium, vbi autem nox con-

ſecuta

Digitized by Google

ſecuta fuerit, nec imperator agnoſcitur imperator, nec iudex qui fuerat iudex videtur, nec miles qui fuit miles: Ita vnuſquiſque noſtrûm in illius ſeculi die, non perſonis, ſed rebus, atque actibus competentem accipiet dignitatem: hanc dignitatem ſcriptura vocat florem.

HOMILIA *de ſancto & adorando ſpiritu.*

Ventus. DA mihi nauim vacuam, gubernatorem, nautas, funes, anchoras, omnia diſpoſita, & nuſquam eſſe ſpiritum venti, nonne tardat omnis quantuſcunque eſt apparatus, ſi deſit operatio ſpiritus? Ita fieri ſolet, licet ſit ſermonis ampla ſupellex, & mens profunda, & eloquentia, & intelligentia, & non adſit Spiritus ſanctus, qui vim ſuppeditet, ocioſa ſunt omnia.

Durum eſt contra ſtimulum calcitrare, quia non ſtimulum retundes, ſed pedes recalcitrans lædis vulneribus. Neque fluxus qui ſaxo illiduntur amplius aliquid proficient, quàm vt ſemetipſos fracti diſſoluant, & in ſpumas extenuati depereant. Qui iuſtum hominem impugnare velit, tale eſt, ac ſi cœlo bellum meditetur.

HOMILIA XII. *De muliere Cananea.*

Pluuia. SIcut pluuia in terram deſcendens eleuat ſemina: Sic & tribulatio animam intrans, auget deſiderium. Sicut aurum in camino non læditur: Ita nec ſtabili animæ tribulatio nocebit. Quid operatur caminus? aurum mundat. Quid operatur tribulatio? tolerantiam ampliorem coronam. Vbi ſunt qui nos tribulant? Folia erant, & vento flante diſpenſa ſunt. Paleæ erant, & aſpirante aura, raptæ ſunt, & purum remanſit triticum, fundamentum ſtat ſupra petram.

De patientia Iob ad quandam virginem.

Athleta. VT in certamine athletam, ſudore, calore, frigore, puluere, multo labore, periculis luctari oportet: Sic & iuſtum in hac militia plurima pati, & omnia ſtrenuè ferre decet, ſi ſplendidam vtique palmam accipere debeat. **Corpus.** Si corpus ita maximè laudamus: ſi frigus, calorem, famem, ſitim, & cæteros labores haud grauatim ferat, multò magis laudanda anima quæ poſſit omnes impetus malorum fortiter ac ſtrenuè pati.

HOMILIA LXVII.

Parietes ruinoſi. QVemadmodum qui putres, & ruinam minantes parietes albo tectorio linunt, non tamen eos poſſunt erigere: Ita & mendaces facile deprehenduntur, & omnis error ita imbecillis eſt, quamuis extrinſecus callide fucetur.

Seruus. Si ſeruus alicuius veſtrum qui iſta proponitis perſuadeatur, quælibet in vos patrauerint, ſiue illi iugum dominationis excutiant, ſiue corpora ipſorum dominorum effrenata ferantur audacia, ſiue aſportent omnia, ſiue ſingula moueant loco, & vniuerſa confundant, & deteriora etiam hoſtibus faciant, illi non intentabunt minas, nec cruciatus admouebunt, nec digna plectent pœna? Num iſta bonitatis eſſe videantur? atque ego ſummæ immanitatis eſſe monſtrabo. Videſne vt pœnas repetere id tandem clementię plerunque ſit opus? quanto magis id in Deo erit, quaſi rationem factorum exigent, omnes res humanas magna confuſio inuolueret, euaderẽt homines peiores feris.

HOMILIA XLIIII. *De liuore & inuidia.*

Furentes. SIcut furentes ſæpenumero gladios in ſe conuertunt. Itidem & inuidi, ſolam inuiſi perniciem intuentes, propria negligunt ſalutem: Hi feris quoque peiores. Nam illæ quidem eſcæ indigentes vel priuſquam à nobis irritentur, aduerſum nos armantur: Hi verò beneficijs frequenter allecti, benemeritos maleficijs proſecuti ſunt. Hi quidem peioris feris, dæmonibus autem pares, forte verò peiores illis. Hi namque contra nos bellum exercent impacatum, conſortibus autem generis non inſidiantur. Hi verò neque naturæ communionem reueriti ſunt, neque ſibi pepercerũt: nam neq; inuiſas animas ſuas pœnis afficiunt.

HOMILIA LII.

Infantes irritati. SI quis contumeliam inferat nobis, lugemus, contrahimur, ſi quid diripiat, idem patimur illorum more paruulorum infantum, quos aſtutiores coætanij pro nihilo irritant, ſed ex minis contriſtantes occiſionibus. Veruntamen & illos, ſi ægre ferre viderint, mordere pergunt, ſi verò ridentes, obſiſtunt. At nos & his ſtolidiores ſumus: pro quibus oportebat ridere, pro his lamentamur: Supplicio puerilem hic ſententiam omittentes, cœlos petamus: viros enim perfectos vult nos eſſe Chriſtus.

HOMILIA XXIX. *De diuerſis.*

Ferrum ignitum. NEque ferrum ignitum, & aquæ immerſum tam cito calorem amitteret, quàm in longanimem mentem incidens iracundus.

Sicut ſi in forum ingrediantur aues canoræ, nugæ eſſe videntur: Ita quidem & monita noſtra iracundas animas incidentia.

Sicut dies clara & ſerena, & hyems multæ plena triſtitiæ: Itidem & iraſcentis animus, & manſueti.

Dum tempus eſt, equum cohibeamus, ne ſeſſorem ſubuertamus, iræ amputemus alas, nec amplius in altum extolletur.

Metallorũ excoctores. Sicut metallorum terram excoquentes, poſtquam in caminum iniecerint, non tantum auri maſſas tollunt, ſed & paruas bracteolas multa cum ſedulitate colligunt: Ita & nos aurum Apoſtolicis hauſtum metallis excoquimus, non in fornacem iacientes, ſed in animæ noſtræ cogitationem immittentes, non flammam accendentes, ſed ignem ſpiritus excitantes, & paruas micas cum diligentia colligimus. Etenim breue verbum, ſed multa virtus. **Gemmæ.** Quia gemmæ non in corporis tumore, ſed naturæ pulchritudine precium habent. Sic & diuinarum ſcripturarum lectio.

HOMILIA II.

Nubes. SIcut nubes quędam condenſata, & ſub ſolarem radium currens, omnem retrorſum ſplendorem auertit: Sic & triſtitiæ nebula, cùm ante animum noſtrum ſteterit, non ſinit facilem eſſe orationis curſum, ſed ſuffocat, & cum multa neceſſitate intus reprimit. Sed cogito quòd non ſolùm nebulæ natura, radij in anteriora proceſſum impedit, ſed & contrarium ipſa ſæpe patitur: nam cum ſol calidior continuè illapſus nubem contriuerit, medium ipſius ſæpe diſſipauit, & totus ſimul elucens, ſplendidius cernentium obtutibus incidit. Hoc ipſum & mihi futurum ſpero ſermone in animis veſtris continuè verſante, & amplius immorante, fractam iri ſpero triſtitiæ nebulam, & mentẽ veſtram ſolita curſum doctrina micaturã.

HOMILIA III.

Regia ſigna. QVemadmodum qui in bello regia ſigna circunferunt, magis indigent viribus, maximaque peritia, vti ne id hoſtibus prodant: Ita & qui

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti nomen portant, non in bello ſolum, verumetiam in pace, ſummis viribus indigent, ne id maledicis linguis exponant, ſed id ſtrenuè ferant, vexillo crucis armati. Ingenti enim profectò opus eſt robore, vt quis dignè portet Chriſti nomen. Nam qui indignum aliquid, vel dixerit vel fecerit, aut etiam cogitauerit, Chriſti nomen non legitimè portat, neque habet in ſemetipſo Chriſtum. Porrò qui id portat, is triumphat, non in foro, ſed in cœlis, eique aſtant angeli laudantes.

Homilia X.

Sol.

QVemadmodum nemo obſcurum diceret ſolem, ne ſi cæcus quidem fuerit, erubeſcit, quippe opinionibus omnium aduerſari: Ita & cum qui multo decore fuerit conſpicuus, atque morum honeſtate illuſtris, nullus profectò culpare præſumit.

Homilia XI.

Pueri.

SIcut cùm videris pueros, conſtituto inter ſe principe ludere, riſum tenere non potes: Ita & facito cum videris homines in terrenis delectari. Imò hoc longe gratius, quippe hoc à puerili ætate magna cum ſimplicitate & innocentia geritur, ſed illi ridiculi.

Homilia III.

Optima paſtorum inſtitutio.

BOnarum artium præceptores, cùm pueros doctrinæ rudimentis accipiunt imbuendos, non grauiori primum lectionis onere, eorum mentes implicant, ſed breuibus, & iiſdem ſæpenumerò repetitis præceptis, paulatim eos aſſueſaciunt: quo fit, vt eorum animis facile doctrina imprimatur, neque ab ipſo eruditionis principio ad lectionem multitudinem capeſſendam memoria nimium laborante perterriti, ad colligenda præcepta ſegniores reddantur, & doctrinæ difficultate torpeſcant: hunc & morem nos ſecuti, vt vos labore leuemus, paulatim hoc diuinum pabulum diſtribuamus, veſtriſque inſtillemus pectoribus.

Ignis.

Vt ignis in materia delitеſcens, & ſi nondum flammam claram emittat, ſcintillis tamen quibuſdam micantibus, aut fumo è profundo emergenti indicatur: ſicut fontes qui ſtillulas quaſdam vi ſpiritus ſub terra ferunt, poſtea nec latum ſpatium, nec exitum habent liberum: ſæpius terram inflant, impetu quodam ſpiritus expulſi, ſed vi ſuperna cohibiti & intercifi: Ita & plurimum impietatis ob temporis gratiam abſcondit peccator, cùm nondum tutum ſit impiè agere.

Homilia V.

Seminans.

MVlta non propter ſe fiunt, ſed propter eueniencia ex ipſis. Seminans non propter hoc ſeminat, vt tantum ſeminet, ſed vt & metat, quod niſi hoc fieret, & damnum ſementis pateretur, ſeminibus temere & incaſſum marceſactis.

Mercator.

Mercator non propter hoc nauigat, vt tantum nauiget, ſed vt peregrinatione, maiorem faciat rem, quod niſi adſit, & damnum accidet extremum, & damnoſa mercatorum peregrinatio. Hoc quidem & in nobis ipſis ratiocinemur. Nos in Eccleſiam conuenimus, non propter hoc ipſum ſolum, vt hic immoremur, ſed vt aliquid magnum lucrati, & ſpirituale lucrum diſcamus. Si in pecuniis, quantò quis plures comparauerit, tantò plures cupit: multò magis in officiis ſpiritualibus hoc contingere videas.

Homilia VI. *De auaritia.*

Cupiditas.

VEſana diuitiarum cupiditas eſt morbus inſanabilis, fornax quæ nuſquam extinguitur, tyrannis per orbem longe diffuſa. Diuitiæ ingratæ ſunt, fugitiuæ, homicidæ, crudeles & implacabiles, beſtiæ incicurabiles, præcipitium vndiquaque præruptum, ſcopulus aſſiduis plenus fluctibus, mare innumeris ventis agitatum, tyranni acerbè imperantes, nunc quouis barbaro ſæuiores, inimicæ irreconciliabiles, hoſtes implacabiles, quæque nunquam erga eos à quibus poſſidentur, remittunt ſimultatem.

Beſtia.

Sicut beſtia fiet ſæua, more leonum, more pardorum, more vrſorum, qui dum includuntur, coercenturque in tenebris, erigunt animos, acuuntque iras: Iidem & diuitiæ dum includuntur & defodiuntur, acrius rugiunt quàm leones, perturbantque omnia. Quòd ſi eas è tenebris eduxeris, & in egenorum ventres diſſemines, ex feris beſtiis fiunt oues, quæ fuerant inſidioſæ duces, pro ſcopulis fient portus, pro naufragio tranquillitas. Quandoquidem & hoc in nauigiis videre licet, ſi quando onus eſt iuſto grauius, demergitque cymbam, rurſum cum eſt moderatum, proſpero fertur curſu. Idem vſu venit in noſtris ædibus. Quum vltra quàm vſus poſtulat congeris pecunias, exigui venti procella & quiuis rerum inexpectatarum incurſus demergit cymbam: aſt tantum ſi reponas, quantum poſtulat neceſſitas, etiam ſi vehemens turbo ingruat, facile percurris vndas: ne totum amittas: noli quæ ſuperant vſum, congregare, ne perdas etiam neceſſaria.

Homilia IIII.

Cytharœdus.

SIcut cytharœdus neque neruum intendit vt non abrumpat, neque remittit vltra modum, ne harmoniæ concentum lædat: Sic & Deus agit, neque in remiſſione continua, nec in longa tribulatione, noſtram conſtituit animam, ſecundum ſuam prudentiam, vtrumque faciens, non ſinit nos continua potiri remiſſione, ne ſegniores fiamus, nec rurſum in continua tribulatione ſinit eſſe, ne concidamus, ne deſperemus: Neque ſemper hyems neque ſemper æſtas, neque ſemper procella, neque ſemper tranquillitas, non ſemper nox, nec ſemper dies: Sic neque ſemper erit tribulatio.

Homilia VI.

Piſcatores.

PIſcatores cùm ſæpe tota die fruſtrà iactauerint retia, non tamen deſiſtunt, neque deſperant: multò magis nos id facere conuenit.

Imperitus agricola.

Sicut ſi imperitus agricola vbi plantauit vitem, primo illo anno diligenter curet, & fodit, ſecundo vero ac tertio, fructum ſe percepturum ſperet, idque niſi obuenerit, deſperans, quarto iam anno, quo laborum ſuorum præmia percipere poterat, curam vitis omittat: Ita interdum is, cui perſiſtendo perſuadere poteramus, deſperatione noſtra protinus eiigitur.

Homilia VIII.

Flumina.

SIcuti qui omnes fluuij partes æquè tranſire vult, hic maximè fluminum proprietates ignorat, & ſæpe dum nimius præſumit ſecreta penetrare, omiſſis planioribus locis, perit temeritate ſua: Ita & in Deo qui ſcire omnia vult, & cuncta improba temeritate ſcimari, hic qui ſit Deus, ignorat. Quemadmodum igitur in fluminibus maior pars tuta eſt, paucique ſunt fluctus atque profunda: Ita in Deo pars maior occulta eſt, neque inue-

ſtigari

Digitized by Google

ſtigari poſſunt opera ipſius. Quid ergo teipſum præcipitare moliris?

HOMILIA VII.

Ignis. SIcut ignis in diuerſas plerunque materies incidens, augetur magis, & ex ſubiecta ſibi ſubſtantia, incrementa ſortitur: Sic & lingua Pauli quibuſcunque fuiſſet admota, ad ſeipſum continuo transferebat.

HOMILIA VIII.

Sol. SÆpe fulgido, cœli globo delectatus oculus ad ſpectaculum oppoſiti è regione luminis ſeſe violenter intendit. Et licèt ſentiat aciem ſuam imparem radiorum eſſe certamini, deſiderio illius tamen pulcherrimi luminis intuendi libenter inacceſſibili radiantis orbis reluctatur choruſco. Tale quippiam ego ipſe perpetior, qui cùm videã propriæ mentis oculos, ex radiis Apoſtolici ſplendoris hebetari cupio, tamen Pauli animam miro fulgore virtutum rutilantem, velut eminus intueri, & contra importabiles ſolis micatus contentioſa ſubire certamina. Sol enim eſt Paulus.

HOMILIA VII.

Sanies. SI quis vulnus habeat, quid timere dignum eſt, ſaniem an medici ſectionem? ferrum an vlceris depopulationem? Peccatum ſanies eſt, pœna ferrum eſt medicinale. Sicut igitur ſaniem habens, & ſi non ſecetur, male habet, & ergo non ſecatur, tunc peius habet, in maioribus malis eſt: Ita peccans & ſi non puniatur, omnium miſerrimus, & tunc maximè miſer, & cùm non punitur, & graue nihil patitur. Et ſicut ſplene & intercute laborantes cum larga fruuntur menſa, & frigida potione, & delicatis ferculis & ſaporibus, tunc maximè omnium ſunt miſerrimi, delitijs morbum augentes. Si verò ſiti & fame, ſecundum medicorum leges crucientur, aliquam ſalutis ſpem habent: Sic in iniquitate viuentes, ſi puniantur quidem, bona ſpem habent, ſi verò cum iniquitate, licentia & delitijs fruantur, & hydrope laborantibus, & crapulantibus ſunt multò miſeriores, & tantò magis, quantò corpore melior anima.

HOMILIA VII. *De triſtitia.*

Patres filiorum amātiſſ. PAtres omnium maximè filios amant, & menſa prohibent, & flagella infligunt, & afficiunt ignominia, & alijs infinitis talibus laſciuientes pueros corrigunt. Sed tamen patres ſunt, non tantum dum honorant, ſed dum hoc faciunt, vt tunc maximè patres ſunt, cùm hæc faciunt. Si autem & homines, qui furore & ira ſæpe ab vtili declinant, non crudelitate, ſed cura & charitate, quos amant, punire putantur, multò magis de Deo ſic ſentire oportet, omnem excedente paternam charitatem, propriæ bonitatis cumulo.

HOMILIA IX.

Colonus. Nauta. SIcut colonus nihil curat præter ſemina & ſegetes, & nauta vndas, & portus: Sic & dicens audientes, & illorum profectum.

Materna pietas. Sicut pia mater menſam apponens, non omnibus filijs præſentibus dolet & gemit: hoc & ego nunc patior, & fratrum noſtrorum abſentiam cogitans, à ſolutione retrahor promiſſorum.

HOMILIA XVI.

Aquantes. AQuantes non tantum apud fontem habent vaſa repleta, domum autem abeuntes euacuant, ſed illic ipſa maxime cum cautela reponunt, ne ſubuertantur, & labor fiat inanis: Hoc etiam & nos imitemur, & domum profecti, dicta cum ſtudio ſeruemus: Itaq; ſi hic maneatis ſatiati, domum verò redeatis inanes, vaſa mentis veſtræ admonitione vacua referentes, nulla vobis ex hac repletione erit vtilitas. Ne mihi in palæſtra demonſtras athletam, ſed in certamine, hoc eſt, non vt hic tantum philoſophemur, ſed vt pietatem hanc capientes extrà ſeruemus, vbi maxime ipſius indigemus. *Athleta.*

IDEM. *In illud Matth. Sit ſermo veſter eſt, eſt, non, non: quod autem abundantius eſt, à malo eſt.*

Nutrix. SIcut merita nulla nutricis, quum omne officium ſuum impleuerit, & puerum ad firmiorem menſuram ætatis perduxerit, inutilis iam videtur, & parentes qui neceſſariam prius filio eius iudicabant mamillam, mille illam poſtea irriſionibus proſequuntur: plerique autem eam non ſolum verbis horribilem, faciunt, ſed etiam amaris quibuſdam herbarum ſuccis oblinunt: vt cum ſermone nequiuerint importunum iam circa illam pueri deſiderium compeſcere, ipſis ſaltem illud rebus extinguant: ſic etiam CHRISTVS à malo legem eſſe dicit: non quòd à diabolo eſſet, ſed vt Iudæos ab antiqua vilitate reuocaret.

HOMILIA XVI.

NEque vulnerato ſufficit ad ſalutem tantummodo ſpicula de corpore euellere, ſed etiam remedia adhibere vulneribus, delitiis ante, temulentia diſſluebas, ieiunio, & aquæ potu vtrunque compenſa, &c.

HOMILIA LXX.

Corporis ornatus. SI quis aureis domum tuam velit depenſis ornare, te verò nudum in cilicijs ſedere cogeret, non æquo animo id ferre poſſes? nunc verò non alius, ſed tu ipſe domicilium animæ tuæ (corpus dico) auro & gemmis exornas, animam verò in turpitudine cilicij ſedentem negligis. Ignoras forſan ciuitatis principem magnificè ornari oportere, propterea ciuitati quidem tentoria, principi autem purpura & diadema contempta ſunt pariter, ergo etiam tu viliora corpori tribue, mentem verò atque animam ſtragula, atque corona magnificè polias, & in ſublimi ſolio atque ſplendido ſedere permitte. tu autem è contrario penitus facis. Nam vrbe magnificè compta, animum, qui regnare debet, à paſſionibus vinctum trahi permittis, nec in mentem tibi venit, non ad nuptias ſimpliciter, ſed ad Dei nuptias te vocatum fuiſſe. Non cogitas, quomodo hos inuitatam animam thalamos ingredi oporteat in deaurato veſtitu, varietate circundatam?

HOMILIA LI.

Prætexta. SIcut in regali prætexta, illi flores & colores pretioſi ſunt qui hanc conficiunt chlamydem: Itidem & hic illæ ſunt pretioſæ virtutes, quæ charitatem contineant.

HOMILIA LV.

Aulæum. SIcut in ſcena aulæo ſublato varietates diſſoluuntur, & omnia choruſcante luce ſomnia auolant: Ita nunc quoque conſummatione veniente tam communi quàm vniuſcuiuſque, omnia diſſoluuntur & euaneſcunt.

Homilia LVII.

HOmo verè iuſtus, ſimilis eſt pulchræ mulieri, nihil exteriorum indigenti, ſed naturalem habenti pulchritudinem: homo ficte iuſtus, hypocrita, ſimilis eſt meretrici cuidam turpi atque deformi, multos tamen habenti fucos, nec tamen turpitudinem obumbrare valenti, ſed quantò quis propius acceſſerit, magis redargutioni obnoxiæ.

Meretrix.

Homilia X.

MAnſuetiores filiorum parentes, cùm paruulos ſuos viderint à ſe quidem diſcedere, æquæuorum autem ſuorum luſibus detineri, præcipiunt famulis terribilia multa ſimulare, vt exagitati etiam metu paruuli, ad maternum ſinum feſtinent confugere: Ita & Deus non modo ab alijs non ſinit tribulari ſæpe, ſed nonnunquam etiam ipſe plagam minatur, non vt eam in nos inducat, ſed vt nos ad ſe potius adducat. Siquidem cùm ad eum fuerimus reuerſi, continuò diſſoluit timorem.

Metus paruulorum.

Homilia XXIIII.

SIcut calcata brutorum pedibus margarita, non ideo quia vilis eſt conculcatur, ſed quia in porcorum incidit vilitatem: Ita iuſtus inter peccatores contemnitur.

Margarita.

Quòd ſi nautis minaces illi pelagi fluctus, ſi tempeſtates atque hyemes agricolis, ſi vulnera cædeſque militibus, ſi grauiſſimi illi ictus, plagæque pugilibus leues videntur atque tolerabiles, propter ſpem temporalium, ac pereuntium commodorũ: multò magis cùm cœlum proponatur in premio, & ineffabilia illa bona atque perpetua, nihil ex præſentibus his aduerſitatibus ſentietur.

Spes lucri.

Homilia XXIX.

CVm Deus bona promittens contemnitur, idem fit, quaſi rex ſuos quidem hæredes, filij verò cohæredes, poſt alia quoque innumera beneficia, nos conſtituere volet contemnatur. Diabolus verò quaſi latronum princeps, qui nos parentesque noſtros, innumeris affecit incommodis, & infinitis plenus eſt malis, & noſtram confundit gloriam & ſalutem, vno tantum obulo prætento nobis adoretur, diabolus gehennam miniſtrat, & honoratur.

Homilia XL.

SEruorum hos cenſebimus beneuolentiores, qui nullam ſupellectilem confuſe iacentem deſpiciant. Dic mihi: Si domi videris vas argenteum foris proiectum, licet non ſis deputatus, non in domum feres? Si veſtibus licet non ſis dominus, & domini inimicus tantum beneuolentię non bene collocabis: Ita & nunc in proximis, qui vaſa domini ſunt, ſi videris inordinatè iacentes, compone, dic mihi: Sumus multitudo fœni, inordinatum mare.

Serui beneuolẽtores.

Homilia XX.

DIuerſæ ſunt ad virtutem viæ, ſiquidem & margaritæ inter ſe differunt plurimùm, vel ſi omnes idem ſint nomen ſortitę, tamen hęc fulgentior eſt & rotunda, illa verò haud parem habet decorem, ſed alium quendam & varium. Quemadmodum coralium artificio quodam productas in longum lineas aliquando habet, circunciſoſque angulos & expolitos, coloremque à candido & ſi diuerſum, longè tamen delectabiliorem, viridis etiam iniectus color, præter omnem viriditatem iuuat. Item & flos quidam coniunctum habet cum innata fragrantia, & ſanguinis colorem, & iſtiuſmodi: alius autem qui glaucus fuerit, glaucitate ipſa mare vincit, alius erit etiam purpureo colore ſplendidior, & iſtiuſmodi alios pleroſque videmus inſuper & ſolis colores varios eſſe, inuenire facile quis poterit? Sic & his ſimiles dici viri ſancti poſſunt, quorum nonnulli, propria quadam exercitatione & induſtria ſibi ipſis, plerique verò eccleſiæ profuere.

Margaritę. *Coralium.*

Vt gemmæ non corporis, tumore, ſed naturæ pulchritudine precium habent: Sic & diuinarum ſcripturarum lectio.

Gemmæ.

Si quis ſitienti & ardenti præ ſiti fontem lympidum purum demonſtratum, ſed non ſolum non guſtare, ſed ne extremis quidem digitis attendere permittat, an quid eo cruciatu acerbius?

Ægrotantium mos eſt vt perquirant quandam frigidam & parui temporis voluptatem, vnde prolixiorem ſibi conciliant pœnam.

Aegrotantium mos.

Homilia XXIX.

ANima mitis hominis, ſolitudini cuidam eſt ſimilis, multam habenti quietem: Irati mali hominis mens, cuidam foro & tumultui, medijſque ciuitatibus vbi multus euntium & redeuntium ſtrepitus, clamor animalium accedentium, aurem agaſonibus multo replentibus ſonitu, ne conculcentur, & ſimilis facta argentarijs, ærarijs vtrinque cudentibus, & his quidem moleſtiam patientibus, his autem inferentibus. At mitis mẽs cuidam montis vertici ſimilis eſt, auram quidem habenti tenuem, purum verò radium, pura fontium fluenta, multaſque florum amœnitates, vernantiumque pratorum, & hortorum plantis & floribus frondentium, & aquis viridantium irriguis. Si quis autem & ſonus immurmuret, dulcem, & multam inſperget audientibus voluptatem: velut aues enim canoræ ſummis arborum inſident frondibus, & cicadæ ac philomelæ, & hirundines, concentum quendam concorditer efficiunt muſicum: Vel zephyrus arborum folijs ſenſim aſpirans, pinos & piceas ſuſurrantes, & cygnos frequenter imitans, & roſæ, ac violæ, & flores ſe leuiter inclinantes, & viridantes, quaſi mare cœruleum blande fluctuans, exhibent. Quinimo multas aliquis inuenire poteſt imagines. Nam cũ in roſas reſpexerit, viride ſe videre putabit, cùm violas, pontum fluctuantem: at cum lilia, cœlum. Eſt alia quædam vox, cùm à vertice montis aqua per riuos ſponte defluens, & ſubiectis lapillis, quieto ſono, ſenſim immurmurat, & ita membra reſoluit per voluptates, vt ſtatim laxatiuum oculis ſomnum ingerat, multò iucundior eſt mitis viri anima.

Solitudo. *Forum. Tumultus.* *Vertex montis.*

Tomo IIII. Homilia XXII.

SIcut vinum dum bibitur, triſtitiam ſedat, & cor mutatur in lætitiam: Sic & ſpirituale vinum ſcripturarum dum bibitur, in lætitiam conuertit animam.

Vinum.

Homilia XXXIIII. *De diuerſis.*

SIcut in tempore hyemis inter virides & aridas arbores diſcretio non eſt, cùm autem venit tempus beatum vernale, diſcernuntur. Ita tunc vnuſquiſque ſecundum fidem ſuam & opera ſua manifeſtabitur, impijs quidem nulla proferentibus folia, nec fructum: ſancti autem & fructu gloriæ ornabuntur, & folijs veſtientur æternæ vitæ.

Virides & aridæ arbores.

A

Homilia XXVIII.

Secula. Thalamus.

QVid ſunt decem milia anni, cum ſecula cogitas infinita? Nónne quantum eſt ſtillicidium minimum abyſſo comparatum? Si in hac vita ſic clarus eſt thalamus ſponſi, ſic clara ſunt habitacula atque feſtiua, vt nullus poſſit intuens ſatiari, multò amplius ille thalamus, hoc eſt, cœlum, & qui in cœlo eſt ſponſi thalamus, melior extat.

Homilia XXXV.

Promiſſio.

SI quis te ſenio confectum, & viuentem in paupertate, ſubitò iuuenem ſe facturum promiſiſſet, & in ipſum ætatis florem reducturum, & ſuper omnes præualidum & ſpecioſum redditurum eſſe, & regnum in mille daturum annos, regnum inquam, pacem firmiſſimam poſſidens, quid pro hac promiſſione non eligeres facere & pati? Ecce B CHRISTVS non hæc, ſed his multò maiora promittit. Non enim quantum eſt ſenectutis & iuuentæ medium, tantum eſt corruptionis & incorruptionis interuallum, neque quantum eſt regni & paupertatis, tantum eſt gloriæ præſentis & futuræ. Sed quantum ſomniorum & veritatis. Quinimo nec adhuc quicquam dixi: Quomodo enim præſentibus aliquis vitam comparet ſine carentem? Pacis autem illius tantum eſt medium ad præſentem, quantum pacis & belli diſcrimen: & incorruptionis, quantum gleba lutea melior munda margarita. Imò verò quantunc ũque quiſque dixerit, nihil par exprimere poterit. Nam ſi ſolari lumini comparo futurorum pulchritudinem corporum, ſiue ſplendidiſſimo fulguri: nondum quicquam illa claritate dignum dico? Propter hæc quæ pecuniæ, quæ corpora non ſunt impendendæ? Imò quot animas, exponere dignum fuerit: Nunc verò ſi quis te in regiam aulam de- C duxit, & vt omnibus præſentibus regem alloqueris effecit, & illi te reddidit commenſalem & conuiuam, omnium te dicis eſſe beatiſſimum. In cœlum autem aſcenſurus, & omnium regi aſſiſtere, & parem angelis debens habere ſplendorem, & illa frui ineffabili gloria, dubitas an pecuniam erogare poterit? Cùm opus eſſet, etiam ſi vita exuenda eſſet, geſtire, exultare, & præ voluptate efferri.

Beatiſſimus.

Homilia XXXVI.

Tempeſtas

SIcut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, quò tempeſtas voluerit. Sic homo diuinæ gratiæ auxilio perdito, per peccatum non quò vult, agit, ſed quò diabolus vult. Et ſi Deus valida manu miſericordiæ ſuæ ſoluerit eam, vſque ad mortem in peccatorum ſuorum vinculis permanebit. Et ſicut in mundialibus regnis quomodo in primis quidem nemo poteſt facere ſeipſum regem, D ſed populus creat ſibi regem, quem elegit, ſed cùm ille rex fuerit factus, & cõfirmatus in regno, iam habet poteſtatem in hominibus, & non poteſt populus iugum eius de ceruice ſua repellere: Sic & homo priuſquam peccet, liberum habet arbitrium, vtrum velit ſub regno eſſe diaboli an non: cùm autem peccando ſe tradiderit ſub regno ipſius, iam non poteſt de poteſtate eius exire, ſed ſic prima voluntas eius in neceſſitatem conuertitur. Nam primum quidem in poteſtate populi eſt facere regem ſibi, quem vult, factum autem de regno iam repellere non poteſt, ſi voluntas poſt in neceſſitatem vertitur.

Rex factus & confirmatus.

Homilia XXX. *De ira.*

Febre correptus.

SIcut febre correptus, non tantum hanc paſſus eſt moleſtiam, quòd infirmatus eſt, verum & A poſt morbum iam erit imbecillior, licet ad valetudinem, ex longa redeat ægritudine: Sic quidem in peccato licet valeamus, etiam multa indigemus fortitudine. Age mihi quempiam contumelioſum, licet contumeliæ pœnas non dederit, aliud tamen lugendum eſt, quòd anima eius reddita ſit impudentior. Peccatorum enim quoque crimine patrato, & tranſacto, quoddam in anima noſtra venenum reponitur. Non audis quoſdam dicentes, cùm bene valeant, nondum aquam audeo bibere? Atqui conualuit quidem, ſed morbus hoc intulit & detrimentum.

Homilia XXXIX.

Metalla fodiens.

QVi metalla fodere aggreditur, artis ignarus, auri venas non inuenit, ſed confunditur, & laborem ſubit incaſſum: Ita qui diuinarum ſcripturarum ordinem non intelligunt, qui earum B proprietates, qui leges non diſquirunt, ſed omnia ad verborum ſonum accipiunt, aurum terræ confundentes, nunquam reconditum in ijs theſaurum aſſequuntur. Hoc mihi in mentem venit, quoniam propoſitus eſt nobis locus multi auri plenus, quod tamen non omnibus in promptu eſt, ſed arcana quadam obſcuritate obrutum. Quamobrem effodiendo, & diligenter pugnando, ad verum ſenſum perueniendum eſt.

Homilia XXXVI.

Theſaurus

OMnium medicinarum theſaurus diuinæ ſcripturæ ſunt, & ſiue ſtultitiam exuere, ſiue affectus ſedare, ſiue pecuniarum cupiditatem expellere, ſiue dolores contemnere, ſiue fortem animum induere, ſiue aduerſa æquo animo tolerare velimus, quàm plurima hinc remedia inuenire poſſimus.

C

Homilia LXVI.

Ancilla. Veſtis.

VT ancillæ voluptas dominæ mœrenti nihil confert: Nec veſtis magnifica debili corpori: Ita nec animæ quicquam confert, licet corpus floreſcit, omnibus bonis fruens.

Homilia V.

Balneum.

BAlneum egreſſus, publica conuenticula euitas, ne beneficium forte fomenti negotia moleſtiora corrumpant: quanto magis cum ab eccleſiæ congregatione regrederis, oportet hoc facere, ne ignem deuotionis, quem ſermo in vobis prædicationis accenderat, extinguant peſtifera colloquia, & conuerſatio vitioſorum hominum.

Homilia XLVIII.

Belli apparatus. Trophæa.

D SI quis rex, vel regis filius profectus, & bellis innumerabilibus expeditis, admirationi habitus, & vniuerſum habens exercitum, aliquam oſtenderet ciuitatem curru cum trophæis, cum innumeris ordinibus, cum aureis clypeis, circa ſe miniſtris occurrentibus, & coronata tota ciuitas eſſet, & omnes orbis principes, cum eo, & ipſum autem omnis alienigenarum gentium captiuarum ætas ſequeretur, mox duces, ſatrapas, & ciues, præſentibus cunctis magiſtratibus, cum illo ſplendore occurrentes ſuſciperet, & oſcularetur, manum porrigeret, & omnem exhiberet fiduciam, & omnibus aſtantibus tanquam ad amicos loqueretur, & diceret, & omnem viam illam, ſe propter eos feciſſe, & in regias deduceret, & cum eis communicaret: licet alij non punirentur, quantum pœnæ eſſet horum priuatio comparanda. Si verò cum omnibus tam amarum eſt, ab hac excidere

gloria,

gloria, multò magis coram Deo, cum ſupernę virtutes aderunt cum rege, cum vincti dæmones, & deorſum inclinati, & ipſe diabolus agetur captiuus, & omnis contraria multitudo, cum virtute cœlorum, cum ipſo venerint in nubibus.

Homilia X.

Socij miſeriæ.

NOn velim exiſtimes, vt hic fieri ſolet, ita & in futura vita contingere, vt ſcilicet ſolatium aliquod ferat, ſocios habere miſeriæ. vnde id conſtat? Ex ſubiecto ſcilicet exemplo. Dic enim quæſo, ſi quis damnatus ignibus filium quoque ſuum vnà intueatur, nidoremque ex ipſius carne aſcendentem hauriat naribus, nónne morietur? Nam ſi hi quoque qui ſani ſunt, dum hæc fieri vident, penè reſoluuntur, multò magis id paſſuri ſunt, qui ea clade vexantur. Et ad paſſionem pronum humanum genus, aliorumque calamitatibus facile commouemur. Quo pacto pater filium in eadem damnatione poſitum videns, ſolatium capiat? Contrà pœna illi ex ea ſocietate auctior. Eadem ratione: ſi vir vxorem, frater fratrem, &c.

Homilia LIIII.

Menſura.

MEnſura quidem ſemper deſiderabilis, immodeſtia verò nequaquam. Modicæ ſcintillæ, multam lignorum pyram ſuperpone, iam non ardentem videbis ignem, ſed multum inſuauem fumum. Viro valido, forti & magno, onus impone vires excedens, & cum onere videbis humi iacentem & proiectum. Multum oneris ingere nauigio, & graue feceris naufragium, quale quidem & hoc eſt. Sicut inſuper plenis nauigijs multus eſt tumultus nautarum, gubernatoris, proretæ, & remigum: qui ſuperiora quidem in mare iaciunt, inferiora verò & ſeipſos perdentes pereunt. Et quod

Os.

eſt omnium turpiſſimum, os poſteriorum partium aſſumit vſum, & illud fit ignobilius. Si verò in ore tanta turpitudo, quanta in anima cogita. Nam illic omnia, tenebræ, caligo, tumultus.

Tritici quidem, hoc eſt ſiligo, hoc farina, hoc furfur. Igitur ſi mola quidem ſit idonea molere, hæc omnia ſeparauerit. Si verò plus ingeſſeris,

Vinum.

confuderis omnia: Itidem & vinum ſi congruam cocturam, & temporum aſſequatur temperiem, quoniam citra quidem hoc omnia confuſa ſunt, poſt hæc verò, hoc quidem in fecem ſubſidet, hoc in ſpumam exilit, hoc verò in guſtantium vſum, & hoc eſt bonum, quod nunquam facile ſubuertitur. Quòd verò dicunt tropiam, neque vinum eſt, neque fex, omnibus commiſtis: hoc & in flumine

Vortex.

quiſpiam viderit, cùm aquarum vortex efficitur: Sicut tunc mortuos piſces videmus annantes, & fimi craſſitudine oculis captos: Itidem & in nobis efficitur. Cùm multus ingluuiei supernè influxerit imber, poſtquam omnia cognouerit, mortuas amare facit cogitationes pridem ſanas, & in puro viuentes.

Tumultus.

Sicut hoſtibus vrbem ſubeuntibus, & obſidione facta & perturbatione, multum efficitur tumultus: Ita fit in anima ſubrepente vino cum delitijs.

Chordæ.

In chordis quidem craſſa & immunda, ad cantus ſuauitatem inutilis eſt, vndique verò raſa intenſa eſt, & conſonatiſſima. Quid parietem facis craſſiorem? Quid multum fumum & nebulam, cùm vapores tanquam caligo quædam, vndique

Athletæ.

reddantur? Si non alius quiſquam, certe athletæ doceant te, quoniam gracilius corpus eſt & fortius, & anima fortior, aurigæ ſimilis eſt & equo. Sed illic vides ſicut in ijs qui delitijs vacant & carnoſis: ſic & equos carne fluentes motus eſſe difficilis, & multos aurigis labores præbentes: optabile eſt facilem, & expeditum agentem equum, brauium accipere: cùm autem eum auriga trahere cogitur, & frequentiſſimè cadentem ſtimulans, nec ita quidem excitare poteſt, licet ipſe ſit valde peritus, victoria priuabitur. Ne noſtram contemnamus animam, propter corpus calumniam patientes, verum illam faciamus perſpicatiorem, alas ei leues nectamus, molliora vincula, rationibus eam paſcamus.

Homilia LXXI.

Febris.

SIcut febre præterita, febris manet detrimentum: Ita & ebrietate ſublata, ebrietatis tam in

Tempeſtas.

anima, quàm in corpore verſatur tempeſtas. Et miſerum corpus ſolutum iacet, ſicut ex naufragio ſcapha, hoc autem infelicior anima, etiam hoc ſoluto procellam ſuſcitat, & incendit libidines, & cùm continens eſſe videtur, tunc inſanit, vinum dolia, phialas, & crateres, mente concipiens. Et ſicut in tempeſtate, ſedata procella, tempeſtatis tamen remanet nocumentum: Itidem & in iſta. Sicut illic mercium fit iactura, ſimiliter & iſtic omnium fere bonorum efficitur, ſiue modeſtiam inueniat, pudorem, prudentiam, manſuetudinem, humilitatem: in iniquitatis omnino proijcitur pelagus ebrietas. Illic enim poſt iacturam ſcapha leuis efficitur, hic autem magis grauatur. Nam pro diuitijs illis, arenam admittit, & ſalſum laticem, & omnem ebrietatis ſordem, quæ cum nautis pariter & gubernatore ſcapham ilico ſubmergit. Itaque ne patiamur talia, liberemus nos ab huiuſmodi procellis.

Aſinus. Canis.

Quantò melior ebrioſis aſinus & canis: Nam quolibet horum animalium, & omnium brutorum, ſeu comedere, ſeu ſit opus bibere, neceſſitatem terminum nouit, nec vltrà, quod eſt opus, progreditur, licet ſint infiniti qui cogant, in immodeſtiam procedere non patitur, vos ergo brutis teteriores eſtis.

Homilia XLII.

Canum cura.

QVi curam canum habent, ne plus quàm expedit, impleantur, vt veloces ſint & venatici, du[m] fame premuntur: ſe verò non curant ne crapulentur? Et bruta quidem temperanter agere docent, ipſi verò ad brutorum feritatem deducuntur. An non videtur tibi eſſe opus temperan-

Canis temperantia.

tiæ, cum canis qui fame medetur, poſtquam venatus aliquid ceperit, à præſenti ſe continere eſca, & appoſitam cernens menſam, licet vrgente fame, dominum expectat? Reueremur noſmetipſos. Veſtros docete ventres ita philoſophari: Canis futuræ voluptatis ſpe, præſentem contemnit: Tu non vis præſentia contemnere, ſpe futurorum bonorum.

Homilia V. *De diuerſis.*

Regiæ aulæ.

SI quis te in regias duxiſſet aulas, & de parietibus aurum vndique fulgens, & omnem alium ornatum tibi demonſtraſſet, poſtea te inde in pauperis cellam induxiſſet, & te poſt breue tempus in regias deducturum aulas, & perennem manſionem ſe tibi daturum promiſiſſet, nunquid non deberes affici deſiderio, vel ipſos dies paucos ægrè ferre? hoc quoque de cœlo, de terra cogites, & ingemiſce cum Paulo, non propter mortem, ſed propter præſentem vitam.

Pictoria officina.

Pictoriam intra officinam, & ibi magnum inuenies ſilentium: Sic igitur & hic. Nam & hic regias depingimus imagines, nullam verò priuatam, per virtutis colorem. Stilus nobis eſt lingua, artifex verò Spiritus ſanctus.

Homilia XL.

Fons. Cœnum.

IDem accidit perinde ac ſi quis expurgare locum velit in quem fons ſuperpoſitus cœnum ſupernè demittat. Nam quantacunque purgaueris, rurſum aliud influit: Idem & hic accidit. Cùm ingreſſos à theatris immunditiam reportantes expiauerimus, eò rurſus abeuntes, maiorem ſuſcipiunt ſordem, &c.

Homilia LI.

Vulnerum leuamenta.

NEc enim ſi quis vulnus habens, & ſuperimponens medicamentum, non diligenter alligauerit, ſed aquam & puluerem, & ſqualorem, & alia mille, vulnus ſuum atterere valentia permiſerit incidere, quanquam amplius ab eo poterit effici, ſed non per medicaminum infirmitatem, ſed per proprium torporem.

Torpor.

B

Hoc & nobis accidere ſolet, cùm & diuinis ſermonibus parum intendamus, nos verò penitus, & ſemper ſecularibus addicamus: Sic totum ſemen ſuffocatur, & omnia fiunt infructuoſa.

Homilia LVI.

Apes.

MEl de petra ſugunt, non quale ſylueſtres quæpiam apes floribus inſidentes colligunt, neque rorem maturantes aluearibus immittunt: ſed Spiritus ſancti gratia conſtruens, profanis, & aluearibus, & fiſtulis in ſanctorum animis reponant, has apes imitantes, ſanctorum voluminum fauos circumuolamus, magnam hinc decerpentes voluptatem.

Homilia LVIII.

Medicus.

VT medicus dicit quòd frigida nocent dentibus, neruis, oſſibus: Itidem & ſcriptura breuius quidem, multò tamen manifeſtius dicit hoc:

C

Peccatum malum eſt.

Homilia LXX.

Doctor.

SI quis amicum tolerat, acrius æquo animo inſurgentem intentionem conſiderans, quòd beneuole, non inſolenter hoc agit: Multò magis doctorem increpantem, non authoritate tyrannica iſta dicentem, neque quaſi principis loco conſtitutum, ſed curatoris.

Homilia LVI.

Metallorum effoſſores.

SIcut qui metallorum operi traditi ſunt, nullum inde emolumentum nullas opes conſequantur, ſed periculo magno, atque detrimento ſuo, alijs laborant, nihil prorſus de ſudore, de labore, & morte, quam plerunque obeunt ad fructum ſuum inde conuertentes:

D

Ita & illi, qui non ſibi, ſed alijs diuitias quærunt, immo & his multo miſeriores ſunt, quoniam mors doloris finem illis nobis quos gehenna expectat, veræ afflictionis initium affert.

Homilia LXIIII.

QVi cœlorum regna permutent pecunia, idem faciunt, vt ſi quis regno exactus ampliſſimo, ſtercoris cumulo glorietur. Nihil nempe pecuniarum aceruus, à ſtercoris cumulo diſtare videtur, imò verò multò præſtantior hic quàm ille. Nam tum ad ædificanda balnea perutilis, tum ad colendos agros eſt ſtercoris exaggeratio, aurum verò ſuffoſſum, nihil penitus prodeſt, neque non prodeſt ſolum, ſed quaſi fornax ardentiſſima, niſi quis opportunè vtatur, habentem exurit. Adeò

A

multa mala hinc, adeò magnæ afflictiones ſcaturiunt, vt malorum omnium arx ab authoribus auaritia ſit vocitata, quam beatiſſimus Paulus ſignificantius multò, omnium malorum radicem appellauit.

Homilia LXXXI.

Ebrius.

VEluti enim ebrius maiori ſiti vexatur, quàm qui modico vino vſus eſt: Ita multò magis pecunia à diuitibus, quàm à pauperibus concupiſcitur.

Ignis.

Et quemadmodum ignis addita materia magis efficitur: Sic pecuniarum auiditas adiectione auri magis extollitur.

Homilia LXXXII.

Sitis continua.

QVemadmodum qui continua ſiti vexatur, etiam ſi mille fontes imbiberit, tamen quia bibendo ſatiari non poteſt, paruam inde percipit voluptatem:

B

Sic auari non modo non quieſcunt adipiſcendo, verum etiam quoniam nullus huius cupiditatis terminus eſt, vehementius cruciantur.

Homilia LXXVII.

Fœnus.

SI magno fœnore argentum tibi eſſet collocatum in homine grato, nec impotenti, ſcio huius te malle literas liberis relinquere, vt ingentes inde capiant fructus, quàm pecuniam, ne cogerentur alios quærere, vbi tutò queant collocare. Da igitur filijs tuis has literas, Deum ſibi debitorem relinque, hoc chirographum quod maiores omnibus prædijs fructus reddere ſolet, relinquere filijs recuſas? magna certe id eſt dementia, præſertim cùm ſcias, quia quamuis hoc filijs relictum ſit chirographum, tamen & ipſe abiens hinc, tecum portas. Tamen quippe ſunt ſpiritualia, vt multis multiplicata ſatisfaciant.

C

Homilia LXXXIIII.

Effictio amans.

QVemadmodum ſi quis amans mulierem amplexu vti non poſſit, extremo dolore cruciatur: Sic diuites facultate quam habent, ſi auari ſunt, nullo modo ſe ſatiare poſſunt, ſed ſibi accidit tale, quale quidam vir ſapiens de Eunuchis ait:

Eunuch.

Cupiditas autem Eunuchi virginitatis adoleſcentulæ florem nititur eripere. Sicut igitur Eunuchus virginem amplexus ingemiſcit. Sic omnes quidiuitijs inhiant.

Pecunia ſi amentem hominem reperit, inſanum reddit, ſi laſciuum, in maiorem impellit luxuriam.

Pecuniæ cupiditas

Pecuniæ cupiditas tenebroſa eſt, qua efficitur vt aliter, quàm ſe habeant, res videantur. Sed quemadmodum ſi quis in profundiſſimis tenebris, &c.

Homilia de proditione traditoris, & Sacramentorum traditione.

D

Nepturientes.

QVemadmodum vox illa qua dictum eſt, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, ſemel quidem dicta eſt, ſemper autem fit, operi naturæ noſtræ vim præbens ad generandum. Ita hæc quoque vox (Hoc eſt corpus meum) ſemel dicta in ſingulis aris ex eo tempore vſque in præſentem diem, & vſque ad Christi aduentum hoc ſacramentum integre perficit.

Homilia XII.

NEque ſi rex terrenus aliquis aſſumens te pauperem ac mendicum, repente ſibi adoptaret in filium, tu iam ad tugurij tui reſpiceres vilitatē. Et certè non hæc diſcrimine ſeparantur: Longè

Vermes.

tamen maiora ſunt, ad quæ vocatus es capeſſenda. A Non te à terra tranſponit in terram, vt terrenus rex, ſed à terra in cœlum, à mortali, ad immortalem naturam. An fortè putas omnia iſta quæ cernimus, comparatione cœleſtis regni, mendicorum panniculis non eſſe viliora?

Sol.

Homilia LXVI.

VT miles in militia ædificia non conſtruit, ſed vilia tuguriola: neque agrum excolit, ſed valla tantum & foſſas ad munitionem ſuſcitat, Et neque mercaturam exercet, ſed ſcit hæc in patria, nō in caſtris facienda eſſe: Ita & nos facere oportet, qui huc militare venimus aduerſus diabolū, ſupernam patriam, & ibi omnē affluentiam expectātes.

Probi.

Homilia LXIII.

Familiaris principis.

SI videntes viri alicuius ſeculari dignitate inſignis familiarem, operam damus, vt quantum poſſibile eſt, illi præſtemus obſequium, cogitātes, B quòd quæ illi fiant, eius domino accedant: Multò magis apud omnium dominum, quicquid laudis ſanctis impendimus.

Homilia LXXXII. *in Matth. de Iuda.*

VEluti probi viri vexati, ſummis laudibus & præmijs digni ſunt: Sic profectò & praui duabus de cauſis, tum quia cùm poſſent virtutem ſequi, ſicut & iuſti, non ſunt ſecuti: tum quia nihil exemplo bonorum virorum lucrari ſtuduerunt, ſupplicijs digni comperiuntur.

Homilia LXXXVIII.

SI quis ſolem authorem tenebrarum exiſtimat, ſoli an ſibi detrahit? Sibi videlicet: Ita qui bonos, prauos arbitratur.

Homilia XXIIII.

C

VEluti vermes quidam ex terra in terram, & iterum ex ipſa in ipſam conuertuntur: Sic & nos penitus, nec modicum recipere volumus, nec auferre nos à cauſis hominum: ſed veluti quadam ſatietate & ebrietate demerſi ac percuſſi obſtupuimus imaginantes.

Corpus.

Si in corpore parum aliquid morbi pulſauerit, ſtatim & medicos adhibemus, & pecuniam profundimus, & omni obſeruantia, quod competit gerimus, nec prius ceſſatur quam quæ moleſta ſunt, mitigentur: Anima verò cùm quotidie vulneretur, cùm per ſingula lanietur, vratur, precipitetur, & modis omnibus pereat, ne parua quidem pro ea nos cura ſolicitat.

Homilia XLVII.

INter iram & inſaniam nihil differt, ſed breuis D quidem dæmon eſt, imò quàm qui vexatur dæmonio grauior: Ille enim venia dignus eſt, iratus nulla, ſed ſupplicijs innumeris, ſponte ſua in perditionis profundum defertur, & etiam ante futuram gehennam, pœnas dat. Tumultu enim quodam & æſtu intolerabili, die noctuque varijs cogitationibus anxius iactatur. Ira fera eſt vehemens & furibunda, incantemus eam diuinæ ſcripturæ carminibus: Terra es, &c. Impetus iræ eius caſus ipſius. Vir iratus immodeſtus eſt, &c. Si aſpectu irati nihil turpius, quid, imò multò magis anima.

Pratum.

Velut in prato, multos & varios video lectionis flores, & amplum roſarium, multas verò violas, nec pauciora lilia, ſed & varium vbique & copioſum ſpiritus fructum diſſeminatum, & multum odoris ſuauitatis: Imò verò non tantummodo A pratum, verum & paradiſus eſt, diuinarum lectio ſcripturarum: non enim fragrantiam ſolum nudam habent eius flores, ſed & fructum, quo animam nutrire poſſint.

Homilia LXX.

Corpus.

SIcut corpus hoc quotidie corporalis indiget nutrimenti, ne multam cadens in imbecillitatem, inefficax iaceat: Itidem & anima, ſpiritualis indiget pabuli, & optimæ conuerſationis vt in aliqua bonorum conſuetudine poſita, maligni demum inſidiis conſtituatur inexpugnabilis.

Medicus.

Medicus ægrotantes omittens, ipſis aſſidentes alloquitur: Ita ego, omiſſis illis, ad vos ſermonem dirigo, ne tali vnquam vitio capiamini.

Homilia LIII.

In cap. xxv. Matthei de opere imperfecto.

B

Ouis.

SIcut ouis ad mortem ducitur, & non clamat: vita eius tollitur, & manſuetudo eius non immutatur: Sic & ſancti maledicuntur, & non remaledicunt, percutiuntur, & non repercutiunt: bona eorum diripiuntur, & illi non contradicunt, dolorem ſentiunt, clamorem non emittunt.

Contemptus.

Si tu conſiſtas in publico pariter cum amico, & veniens aliquis illum ſalutēt, & te contemnat, aut ſeparans illum à te cum illo loquatur, aut familiariter cum illo iocetur: nónne tu relictus ſolus ſtas aporiatus in publico, & grauiorem exiſtimas illam confuſionem, quàm mortem? Et quomodo putas impios confundendos in die iudicij, quando ante conſpectum angelorum ſegregatis iuſtis, fuerint derelicti? Nónne & ſi vlterius nihil paterentur, illa ſola verecundia ſufficeret illis ad pœnam?

Munus oblatum faſtidiens.

Hodie ſi amicus tuus, aut colonus, aliquod tibi offerat munus, verbi gratia, aliquod veſtimentum, tu autem deſpiciens illud, eo ipſo vidente, des illud C vni ex circunſtantibus ſeruis: nónne munus vileſcere facis, & confundis grauiter offerentem? Si verò ſuſcipiens munus illius, ſtatim veſtieris te, & proceſſeris cum ipſo veſtimento, magnificas munus, & nimis lætificas offerentem. Putas quanto gaudio extolluntur ſancti, quando in conſpectu omnium angelorum, quod fecerunt hominibus, ipſe dominus fatetur ſe accepiſſe.

Colluſio factioſa.

Quemadmodum ſi quis à rege ſuo contra hoſtem tranſmiſſus, colludit cum eo, & factione habita, fugam petit, prodidit cauſſam regis ſui, & confundit virtutem ipſius: Ita qui ſuo arbitrio, & negligentia diabolo locum dat, confundit eum qui propter gloriam ſuam contra diabolum, eum quaſi in expeditione creando tranſmiſit, & victus oſtendit diabolum potētem eſſe, quum nihil poſſit.

Homilia LV.

Criminoſi Iudex.

D CRiminoſus perſonas iudex auditurus in publico, tribunal ſuum collocat in excelſo, circa ſe collocat vexilla regalia ante conſpectum ſuum ponit ſuper menſam, tabellam, vnde tribus digitis mortem hominum ſcribat aut vitam: huic inde officiales ordinate conſiſtunt in medio ſecretario, ponuntur genera horrenda pœnarum, quæ non ſolum pati, ſed & videre tormentum eſt. Stant iuxta parati tortores crudeliores aſpectu quàm manibus. Tanta iudicij facies, cuiuſdā ſchematis terrore veſtitur. Et cùm ad medium productæ fuerunt criminoſæ perſonæ ante interrogationem iudicum: ipſius iudicij terribili diſcutiuntur aſpectu: Similiter & dominus ad iudicium venturum promiſit, ſimiliter cum terrore, non cum ſimili terrore. Pœnæ enim quæ hic ſunt, non comparandæ ad æternas pœnas: Sic nec gloria iſta.

DE EVCHARISTIA ET MISSÆ RITIBVS, EX OPERIBVS D. IOANNIS CHRYSOSTOMI QVÆ EXTANT,

è quibus Liturgica Græcorum comprobantur:

Auctore F. Claudio de Sainctes Lutetiæ Theologo.

Placet ordo quem Hom. 16. ad populum Antiochenum de Euchariſtia præſcripſit Chryſoſtomus, vt initio quæramus quid ſit hoc myſterium, quare ſit datum, & quæ ſit rei vtilitas.

Capvt I.

De veritate corporis.

IN ſumma mihi videor ex varijs locis tria potiſſima capita collegiſſe, quibus veriſſimum Chriſti corpus in hoc ſacramento exiſtere confirmat. Scripturæ verba expreſſiſſima, licet ſenſus corporis noſtri caliget: Chriſti inſtitutum quo ſpectat hoc ſacramentum: Deſcriptionem corporis, quod intelligit hic confici, vtpote illius quod è Virgine natum eſt, à Iudæis neci traditum, in cœlum euectum, & quod ab Angelis adoratur, ne quis aliud corpus hic comminiſcatur. Sed accuratius ſemetipſum explicabit.

A Verbis. Hom. 83. in Matthæum: Credamus vbique Deo, nec repugnemus ei, etiamſi ſenſui noſtro & cogitationi abſurdum eſſe videatur quod dicit, in omnibus, & præcipuè in myſterijs ita faciamus, non illa quæ ante nos iacent ſolummodò aſpicientes, ſed verba quoque eius teneamus. Nam verbis eius defraudari non poſſumus, ſenſus verò noſter deceptu facilis eſt: illa falſa eſſe non poſſunt, hic ſæpius ac ſæpius fallitur. Quoniam ergo ille dixit, Hoc eſt corpus meum, nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & oculis intellectus id perſpiciamus.

Hom. 60. ad populum Antiochenum: Non ſolùm præ oculis poſita reſpiciamus, ſed ipſius verba contineamus. Ipſius ſermo infallibilis eſt: ſenſus autem noſter ſeduci facilis: ille nunquam decidit, hic autem vt plurimum errat. Quoniam igitur verbum dicit, Hoc eſt corpus meum, & pareamus & credamus, & oculis intellectualibus ipſum intueamur.

Hom. 51. in Matthæum: Qui dixit, Hoc eſt corpus meum, & rem ſimul cum verbo confecit.

Ab inſtituto Chriſti. Hom. 61. ad populum Antiochenum: Vnum corpus ſumus, & membra ex carne & oſſibus eius: ſequamur autem initiati quæ dicuntur: vt ergo non tantum per charitatem hoc ſimus, verùm & ipſa re in illam miſceamur carnem, hoc per eſcam efficitur quam largitus eſt: nobis volens oſtendere deſiderium quod ergo nos habet, &c. Vide cap. 2. Volui frater eſſe veſter, carnem & ſanguinem propter vos aſſumpſi, viciſſim carnem veſtram & ſanguinem per quæ cognatus veſter factus ſum, trado. Ex cibis ſanguis in nobis naſcens non ſtatim hic efficitur, ſed aliud quiddam: hic non ita, ſed ſtatim animum irrigat, & magnam inducit quandam virtutem.

Hom. 54. in Ioannem: Vt autem non ſolùm per dilectionem, ſed reipſa in vnam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis elargitus eſt, &c. vide cap. 2.

Hom. 60. ad populum Antiochenum: Non ſatis fuit homo fieri, colaphis cædi & iugulari, verùm

A & ſemetipſum nobis commiſcet, & non fide tantùm, verum & ipſa re nos ſuum efficit corpus, &c. vide cap. 2. idem omnino Hom. 83. in Matthæum.

Hom. 51. in Matthæum: Non veſtis ſolùm, ſed corpus Chriſti nobis propoſitum eſt, non vt tangamus ſolummodo, ſed vt comedamus ac ſaturemur.

A Deſcriptione corporis. Hom. 24. primæ ad Corinth. Hoc corpus in præſepi reueriti ſunt magi, & viri impij & barbari: tu non in præſepi, ſed in altari: non mulierem quæ in faſcijs teneat, ſed ſacerdotem præſentem & ſpiritum ſuper propoſito ſacrificia abunde diffuſum vide. Dum in hac vita ſumus, facit vt terra nobis cœlum ſit, hoc myſterium. In cœlis regium corpus, quod nunc tibi in terra videndum proponitur. Non Angelos, non Archangelos, non cœlos cœlorum, ſed ipſum horum omnium dominum oſtendo. Animaduertis quòd omnium maximum eſt atque præcipuum, in terra non conſpicaris ſolùm, ſed tangis: neque
B ſolum tangis, ſed comedis, & eo accepto domum redis.

Hom. de ſancto Philogonio: Hæc menſa vicem explet præſepis, in quo natus eſt Chriſtus. Nam & hic ponitur corpus dominicum, non quidem faſcijs inuolutum ſicuti tunc, ſed vndique Spiritu ſancto conueſtitum, qui myſterijs initiati ſunt intelligunt quæ dicuntur. Idem fere & Hom. 7. in Matthæum.

Hom. 24. primæ ad Corinth. Quando myſterium propoſitum fuerit, dic tecum, Hoc corpus ſol crucifixum videns radios auertit: propter hoc, velum templi ſciſſum eſt & petræ, ac terra vniuerſa tremuit. hoc idem corpus cruentatum, lancea vulneratum, fontes ſanguinis vniuerſo orbi ſalutares ſcaturiuit, & ipſum corpus in ſupremum thronum extulit, quod etiam nobis exhibuit, & vt teneremus, & vt manducaremus, quod maximum ſignum dilectionis eſt.

C Alia de corpore crucifixo, vide ſuo loco.

Lib. 3. de Sacerdotio: O miraculum, ô Dei benignitatem: qui cum Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe tradit volentibus, ipſum accipere & complecti: fit autem nullis præſtigijs, ſed apertis & intuentibus omnium circunſtantium oculis.

Hom. 3. ad Epheſios: Recolite quia illius corpus eſt & ſanguis qui ſupra cœlos reſidet, qui ab Angelis ſuppliciter adoratur: Illius inquam qui proxime aſſiſtit immortali Dei potentiæ: huius delibamus ſanguinem, & proprium corpus nobis ſumendum tradidit.

Hom. 2. ad populum Antiochenum: Helias Meloten diſcipulo, filius autem Dei aſcendens, ſuam nobis carnem reliquit: ſed Helias quidem exutus, Chriſtus autem aſcendens, & eam nobis reliquit, & ipſam habens aſcendit.

Hom. de diuitijs & paupertate: Helias veſtẽ ouillam dimiſit diſcipulo: filius vero hominis aſcen-

dens, ſuam ipſius carnem nobis reliquit.

Hom. 83. in Matthæum: Veniat in mentem tibi, quo honore honoratus ſis, qua menſa fruaris. Ea namque re nos alimur quam Angeli videntes tremunt, nec abſque pauore propter fulgorem qui inde reſilit aſpicere poſſunt.

Hom. 61. ad populum Antiochenum: Quotquot huius corporis participes efficimur: quotquot ſanguinem deguſtamus, cogitemus quòd illum ſurſum ſedentē qui ab Angelis adoratur, deguſtemus.

Hom. 60. ad populum Antiochenum: Quòd Angeli videntes horreſcunt, neque liberè audent intueri, propter emicantem inde ſplendorem, hoc nos paſcimur, huic nos vnimur, & facti ſumus vnum Chriſti corpus & anima.

Capvt II.

Quare det nobis corpus ſuum, & Miſſam Chriſtus inſtituerit.

B Cavsam propter quam corpus nobis exedendum porrexit, Chryſoſtomus his fere locis complectitur: Ad ſui memoriam: Ad ſuæ erga nos charitatis commendationem: Ad acceptæ naturæ probationem: Ad nos ſibi colligandos & futurorum ſpem: Ad alios fructus quos ſequenti capite non omittemus.

In ſui memoriam. Hom. 51. in Matthæum: Iudæis quidem, ſingulis annis, beneficiorum ſuorum monumenta per feſtos dies Deus propoſuit: tibi verò, quotidie ipſe ne obliuiſcaris proponitur: hoc certè bonorum omnium caput eſt, quia proprio filio non pepercit, vt ſeruaret fugitiuos ſeruos.

Hom. 83. in Matthæum: Hoc vt vetus paſcha inſtituit memoriam myſteriorum colligendo, & hinc hæreticorum ora frænando. Nam quando dicunt, Vnde patet immolatum. Chriſtum fuiſſe, & alia multa myſteria, hæc afferentes ora eorum C conſuimus. Si enim mortuus Ieſus non eſt, cuius ſymbolum ac ſignum hoc ſacrificium eſt? Vides quantum ei ſtudium fuerit vt ſemper memoria teneamus ipſum mortuum fuiſſe? Nam quando Martio, Valentinus, Manichæus, eorumque ſequaces negaturi erant hanc diſpenſationem, in memoriam paſſionis per hoc ſemper reduxit myſterium, vt nemo non inſanus ſeduci poſſit.

Hom. 26. in Matthæum: Nam quòd pro Iudæorum ſalute aliquando faciebat, temporibus lociſque ac feſtiuitatibus varijs in memoriam beneficiorum ſuorum illos reducens, id nunc equidem magno cum cumulo eſt operatus in nobis, ipſo genere ſacrificij ad iugem nos pro beneficijs ſuis incitans gratiarum actionem.

Hom. 60. ad populum Antiochenum: Iudæis annuatim, vt monimenta beneficiorum. Deus feſtiuitates deſcripſit: tibi verò per ſingulos dies per hæc myſteria ſi dixero quòd cœlum intendit, ter- D ram explicuit & mare, Prophetas & angelos miſit, nihil æquale dicam, hoc eſt omnium bonorum caput, quoniam filio non pepercit, vt ſeruos alienatos ſeruaret.

Ad ſuæ charitatis commendationem Hom. 60. ad populum Antiochenum: Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis paſtor oues paſcit proprio ſanguine? & quid dico paſtor? matres multæ ſunt quæ poſt partus dolores, filios alijs tradunt nutricibus. Hoc autem ipſe non eſt paſſus, ſed ipſe nos proprio paſcit cruore, & per omnia nos ſibi coagmentat. Vnicuique fidelium per hoc myſterium ſe commiſcet, & quos genuit, per ſeipſum enutrit, nec alteri tradit, &c. Idem Hom. 83. in Matthæum, & Hom. 61. ad populum Antiochenum.

Hom. 24. primæ ad Corinthios: Ipſum corpus in ſupremum thronum extulit, quod etiam nobis

A exhibuit, & vt teneremus & vt manducaremus: quod maximum dilectionis ſignū eſt. Quòd enim amamus, aliquando morſu petimus. Quare Iob vt ſeruorum in ſe amorem oſtenderet, dicebat, illos ſæpe nimio in ſe amore dixiſſe: Quis det de carnibus eius vt ſaturemur? Quod Chriſtus fecit, vt nos maiori charitate aſtringeret, & vt ſuūm in nos oſtenderet deſiderium, non ſe tantum videre permittens deſiderantibus, ſed & tangi & manducari, & dentes carni ſuæ infigi, & deſiderio ſui omnes impleri. Parentes ſæpè ſuos alijs alendos dederunt: ego autem mea carne meos alo, me his exhibeo, &c. Idem Hom. 61. ad populum Antiochenum: hoc idem ſimile Hom. ad Neophytos.

Iob 31.

Ad noſtram charitatem excitandam. Hom. 45. in Ioannem: vt non ſolùm per dilectionem, ſed reipſa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur quem nobis elargitus eſt. Cùm enim ſuum erga nos amorem iudicare vellet, per cor- B pus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capite vniretur. hoc enim animantium maximè eſt. vnde, Quis det de carnibus eius vt ſaturemur? Quod Chriſtus fecit, vt maiori nos charitate aſtringeret, & vt ſuum in nos oſtenderet deſiderium, non ſe tantùm videri permittens deſiderantibus, ſed & manducari, & dentes carni ſuæ infigi. Parentes liberos ſuos, &c. Veſter frater eſſe volui, communicaui carnem propter vos & ſanguinem, & per quæ vobis coniunctus ſum, ea vobis rurſus exhibeo.

Hom. 55. ad populū Antiochenū. Et hic & in cœlo manduca me, dixi, bibe me, & te ſurſum habeo, & deorſum tibi conuector. Non ſatis eſt tibi, quòd tui primitias ſurſum habeo: hoc non tuum ſatiat deſideriū: & deorſum rurſus deſcēdi, nec ſimpliciter tibi cōmiſceor: mādūcor, paulatim attenuor, vt magna fiat tēperies, cōmixtio & vnio. Nā quę vniūtur in proprijs permanēt terminis: ego verò tecū C contexor. Nolo deinceps quicquā eſſe interualli.

Hom. 24. primæ ad Corinth. Non ſimpliciter corpus ſuum tradidit, ſed cùm prior carnis natura è terra formata à peccato mortalis effecta & à vita deſerta eſſet, aliam, vt ita dicam, maſſam & fermentum induxit, hoc eſt carnem ſuam, natura quidem eandem, ſed à peccato liberam & vitæ plenā, quam omnibus tribuit vt participes fierent, vt ea nutriti, & priore abiecta quæ mortua erat, per hanc maſſam in vitam immortalem commiſceremur.

Cap. III.

De vtilitate huius Sacramenti.

Ne peccemus, vt vulgo impiè ſit, quaſi ad ſolam Chriſti recordationem, ſancitum ſit hoc myſterium, præter allatos fructus, alios prope innumerabiles adiungit, Vt ſit oblatio gratiſſima pa- D tri pro peccatis noſtris: Vt ſit contra eadem ac dæmones antidotum ſaluberrimum, immortalitatis noſtræ pignus certiſſimum: Vt à vitijs omnibus nos deterreat, & ad omnia optima inuitet.

Hom. 24. primæ ad Corinthios: Per hanc ſacratiſſimam menſam & ſaluat & docet. Hoc enim caput bonorum omnium eſt.

Hom. 7. in Matth. Sanctis Chriſtus ſancta diſtribuit, non aquam de hoc fonte largitur, ſed ſanguinem vnum, qui quanquam ad mortis dominicæ, teſtimonium, nobis tamen cauſa fuit vitæ.

Hom. de non contēnenda Eccleſia & myſterijs: Tum Angeli procumbunt Domino, & Archangeli nobiſcum canunt, Habent enim tempus adiuuans, & oblationem ſibi auxiliantem. Et quemadmodum homines ramos olearū præciſos regibus extendūt, & ſtirpē illum miſericordiæ & humanitatis admonētes: ita Angeli ſunt pro ramis olearū, ipſum corpus Domini protendentes, Dominum

pro

pro natura humana precantur. Pro his autem ro- A
gamus quos tu prior ita dilexiſti, vt animam tuam
dares, pro his preces ſupplices effundimus, pro
quibus ipſe ſanguinem profudiſti: pro his preca-
mur, pro quibus corpus hoc hoſtiam obtuliſti.

Alia quibus agnoſcit oblationem eſſe pro pec-
catis, vide cap. De his pro quibus offertur.

Hom. 28. in Matth. Adimus vt nos à tormentis
gehennæ vendicemus, vt peccatorum indulgen-
tiam impetremus, & intolerabiles pœnæ diſſoluã-
tur, vt cœlos & quæ ibi ſunt bona conſequamur.

Hom. 21. ad populum Antiochenum: Poculum
bibamus, quod vermes ac ſerpentes exitio tradere
poſſint. Dicat aliquis: Quódnam illud poculum,
quod huiuſmodi virtutem habeat precioſus Chri-
ſti ſanguis, ſi cum fiducia ſumatur, hic enim om-
nem poterit extinguere ægritudinem. Idem. Ho-
mil. 4. in Matthæum.

Hom. 61. ad populum Antiochenum: Hic myſti-
cus ſanguis dæmones expellit & procul eſſe facit:
ad nos autem Angelos vocat atq; Angelorum Do- B
minum. Vbi namq; ſanguinem dominicum vide-
rint, dęmones quidem fugiunt, concurrunt autem
Angeli: hic ſanguis effuſus omnem terrarum or-
bem alluit, &c. ſi figura ipſius tantam habuit vir-
tutem, & in Hebræorum templo, & in medio Ægy-
pto ſuper liminaribus inunctis, quomodo veritatē
ipſam diabolus quæſo nō timuerit? hæc eſt ſalus a-
nimarū noſtrarū, hoc abluitur anima, hoc adorna
tur, hoc inflāmatur: hic ſanguis effuſus eſt, & cœlū
fecit acceſſibile, & ſicut auro liqueſcente, ſiue quis
manū, ſiue linguā immittat, eam ſtatim aureā red-
dit: ita & hæc propoſita precioſam reddūt animā.

Hom. 24. pr. ad Corinth. Quando corpus Chri-
ſti tibi propoſitum fuerit, dic tecum, Propter hoc
corpus non amplius terra & cinis ego ſum. Propter
hoc cœlum & quæ in eo ſunt bona me acceptu-
rum ſpero immortalem vitam, angelorum ſedē,
Chriſti conſuetudinem: Ipſe menſa animæ noſtræ
vis eſt, fiduciæ vinculū, fundamētū, ſpes, ſalus, vita
noſtra: ſi hinc hoc ſacrificio mūdi migrauerimus, C
maxima cum fiducia ſanctū aſcēdemus veſtibulū,
tanquam aureis quibuſdam veſtibus vndique con-
tecti: & quid futura commemoro? Dum in hac vita
ſumus, vt nobis terra cœlū ſit, facit hoc myſteriū.

Hom. 4. in Ioan. Et vos mea carne alo, me vo-
bis exhibeo, omnibus de futuris ſpem optimam
præbeo. Qui in hac vita ita ſe nobis exhibet, mul-
to magis in futura.

Hom. 61. ad populum Antiochenum. Idem lib.
6. de Sacerdotio: Alius viſione dignus habitus, mi-
hi narrauit ſe vidiſſe atque audiuiſſe, quòd qui de
hac vita emigraturi ſunt, ſi myſteriorum huiuſmo-
di cum pura ac munda conſcientia fuerint parti-
cipes, cùm ſpiritum ſunt efflaturi, ab angelis eo-
rum corpora more ſatellitum ſtipantibus, propter
aſſumptum huiuſmodi ſacrum, recta hinc in cœ-
lum abducantur.

A qvibvs vitijs nos abſtrahat. Hom. 61. ad
populum Antioch. Hei mihi, quot ad ſalutem no- D
bis viæ? Nos corpus ſuum effecit, nobis ſuum com-
municauit: & horum nos nihil à malis auertit. O
tenebras & profunditatem magnam! O indolen-
tiam! Quæ ſurſum ſunt, inquit, ſapite, vbi Chriſtus
eſt in dextera Dei ſedens. Et poſt hæc omnia qui-
dem pecuniarum curam gerunt, quidam gloriam
ambiunt, ab alijs alij capiuntur cupiditatibus, &c.
Attendamus nobiſmetipſis dilectiſſimi, & cùm a-
liquid turpe dicere voluerimus, aut nos ab ira ab-
ripi viderimus, vel alio quopiam huiuſmodi vitio,
cogitemus quibus facti ſimus digni, & ſit irratio-
nabilium motuum correctio talis cogitatio.

Hom. 60. ad populum Antioch. Lupi ſimus a-
gnum comedentes. Tanquam oues paſti, more leo-
num deripimus. Hoc myſterium non rapina tan-
tum, verum & ab omni vel tenui inimicitia atque
auaritia purum eſſe iubet. Eſt enim pacis myſte-
rium: hoc pecunias acquirere non permittit. Si
enim ipſe ſibi propter nos non pepercit, quid me-
remur pecunijs parcentes & animam negligendo
pro qua ipſe ſibi non pepercit? Nullus itaque Iu-
das accedat. Nullus Simon hanc menſam petat.

Hom. 27. ad Corinth. Ad cauendam ebrietatem
& omnia vitia, dextram tuam, linguam, ac labia
conſidera, quo pacto veſtibulum Chriſto facta ſunt.
Conſidera cùm menſam tibi ſenſibilem appones
cœnam Dominicam, Animum dirige ad diſcipu-
lorum vigilias in illa ſancta nocte. Audiſti ſacros
hymnos, vidiſti nuptias ſpiritales, regia in menſa
diſcubuiſti, impletus es Spiritu ſancto, ſimul cum
Cherubim in choreis fuiſti, ſocius factus es ſuper-
nis poteſtatibus. Noli tantā lætitiam abijcere: noli
theſaurum effundere: noli te ebrietati dedere, &c.

Hom. 11. ad populum Antioch. Quomodo ſan-
ctus ſuſcipiemus ſacrificium? Quomodo mirabili-
ter communicabimus myſterijs lingua illa qua
Dei legem conculcauerimus? lingua illa qua ani-
mam contaminauerimus? Quæ communicatio
luci ad tenebras? &c.

Hom. 12. ad populum Antioch. Cogita quid ma-
nu capias, nec vnquam vllum verberare audeas.
Cogita quid manu capias, & ipſam ab omni auari-
tia & rapina liberam conſerua. Reputa quod non
tantum manu capias, verum & ori admoueas, &
linguam cuſtodi a contumelijs mundam, ac tur-
pibus verbis, blaſphemia, periuria, atque alijs om-
nibus huiuſmodi. Rurſum animaduertens quòd
poſt manum & linguam cor ſuſcipit horrendum
illud myſterium, ne vnquam in proximum ſumas
dolum, ſed mentem tuam ab omni malitia mun-
dam conſerua, ſic oculos, ſic aures munire poteris.
Quomodo enim non eſt abſurdum poſt myſticam
illam vocem è cœlis delatam, à Cherubim dico,
meretriciis cantibus & fractis melodijs aures in-
quinare? Quomodo non extrema pœna dignū eſt,
oculis quibus arcana vide & horrēda myſteria, his
meretrices ſpectare, & mente adulteriū exercere?

Hom. de Iuda proditore: Animam tuam pro te
Dominus dedit, & tu inimicus conſeruo perduras,
& cum hoc animo ad menſam pacis accedis?

Hom. de non contemnenda Eccleſia & Eccle-
ſiæ myſteriis: Menſa ſpiritali fruéris, menſa regia:
& rurſus luto te inquinas? Corpus vnguento vn-
gis, & rurſus fœtore reples?

Capvt IIII.

Qua virtute fiat corpus Chriſti, & quibus verbis.

AB increata virtute Chriſti, & per eiuſdem
verba confici corpus quotidie vt confectum
eſt in cœna, contendit, ne aut myſterium parui du-
camus, aut Dei miniſtrum non magni faciamus.

Hom. 2. ſecundæ ad Timoth. Sacra ipſa oblatio,
ſiue illam Petrus, ſiue Paulus, ſiue cuiuſuis meriti
ſacerdos, offerat, eadem eſt quam dedit Chriſtus
ipſe diſcipulis, & quam Sacerdotes modò confi-
ciunt. Nihil habet iſta quàm illa minus. Cur te
quia nō hanc ſanctificant homines, ſed ipſe Chri-
ſtus, qui illam antè ſacrauerat? Quemadmodum
enim verba quæ locutus eſt, eadem ſunt quæ nunc
ſacerdotes pronunciant, ita & oblatio eadem eſt.

Lib. 3. de Sacerdotio: Sacerdotium quidem in
terra peragitur, ſed in rerum cœleſtium claſſem
eſt referendum: idque per quam meritò. Nam non
mortalis quiſquam, non angelus, non archange-
lus, non alia quæuis creata potentia, ſed ipſe Para-
cletus ordinem huiuſmodi diſpoſuit, qui mortali-
bus etiam hominibus, etiam auctor fuit vt ange-
lorum miniſterium animo conciperent.

Hom. 83. in Matth. Non ſunt humanæ virtutis
hæc opera quæ tunc in illa cœna fecit ipſe, nunc

A operatur ac perficit. Miniſtrorum nos ordinem tenemus: qui verò ipſa ſanctificat & tranſmutat, ipſe eſt. Bono animo accede. Cum diſcipulis meis, inquit, facio paſcha. hæc enim non alia menſa eſt, hæc nulla re minor quàm illa eſt. Non enim illam Chriſtus, hanc quiſpiã homo facit: ſed vtrãq; ipſe.

Hom. 60. ad populum Antiochenum: idem omnino. vbi addit: Tu laice cùm ſacerdotem videris offerentem, non vt ſacerdotem eſſe putes hoc facientẽ, ſed inuiſibiliter Chriſti manum extenſam. Qui namque plus dedit, hoc eſt ſeipſum appoſuit, multo magis & corpus tradere non dedignabitur.

Hom. 81. in Matth. prope idem. Hom. de Iuda proditore: Non homo qui corpus Chriſti facit & ſanguinem, ſed ille qui crucifixus eſt pro nobis Chriſtus, ſacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute propoſita conſecrãtur & gratia. Hoc enim, ait, corpus meum, hoc verbo propoſita cõſecrantur. Et ſicut illa vox qua dixit, Creſcite & multiplicamini ac replete terram, ſemel quidem dicta B eſt, ſed omni tempore aſſequitur effectum, ad generationem operante natura: ita & vox illa ſemel quidem dicta eſt, ſed per omnes menſas Eccleſiæ vſque ad hodiernum diem, & vſque ad Chriſti aduentum præſtat ſacrificio firmitatem.

Cap. V.

Propter hoc miniſterium quàm ſancti eſſe debeant Sacerdotes, & quàm ſint honorandi.

Lib. 3. de Sacerdotio: Neceſſe eſt ſacerdotem ſic eſſe purum, vt ſi in ipſis cœlis collocatus inter cœleſtes illas virtutes medius ſtaret. Terribilia namque fuerunt atque horrifica quæ gratiæ tẽpus præceſſerũt, vt tintinnabula, mala punica, lapides pectori ſacerdotis impoſiti, mitra, &c. Sed ſi quis ea quæ gratiæ tempus aduexit, examinet, terribilia illa atque horrifica quæ dixi, iudicabit admodum eſſe leuia, ac quod de lõge à Paulo 2. Cor. 3. dictum C eſt, hic demum verũ eſſe cõperiet: quandoquidem ne glorificatum quidem fuit quod glorificatũ eſt in hac parte propter eminentem gloriam, &c.

Hom. 86. In Matth. Nos ſacerdotes qui ad penetralia cœlorum vocamur, quique ad verè ſancta ſanctorum ingredimur, mercatorum curſus & cauponum curas ſuſcipimus.

Lib. 6. de Sacerdotio: Quantam integritatem à Sacerdote exigemus? quantam religionem? Conſidera enim quales manus eſſe oporteat adminiſtrantes: qualem linguam quæ verba illa effundat: qua denique re non puriorem ac ſanctiorem animam eſſe conueniat, quæ tantum illum tamque dignum ſpiritum receperit, &c.

Cap. VI.

D *Vt per ſolos ſacerdotes conficiatur corpus Chriſti, atque ideo quàm ſint honorandi, licet indigni ſint & mali.*

Lib. 3. de Sacerdotio: Mulieres ab hoc ſacerdotij miniſterio remotas eſſe diuina lex voluit, ſed vi facta irrumpunt: & quoniam per ſe ipſæ nihil poſſunt, per alios omnia factitant. Tantam ſibi vendicant poteſtatem, vt quoſcunq; illæ velint Epiſcopos, allegent & ſubmoueant. Fitque tandem per eas, vt quod eſt in veteri prouerbio, omnia ſurſum ac deorſum ſeſe habeant, ac principes ſuos ſubditi ipſi regant, & eæ factitant quibus ne docere quidem permiſſum eſt. Sed quid dico docere? certe ne in Eccleſia quidẽ fari illis B. Paulus permiſit. Iam Eccleſiarũ præſides obiurgãt, illoſq; acerbius inceſſunt, quàm ſerui à dominis ſuis inceſſantur.

Hom. 31. ad Rom. Paulus mulieri præſidentiam quæ ſit in medio Eccleſiæ prohibet, ſedemque in pulpito, nec omnino apud ſuos doctrinæ verbum.

Lib. 3. de Sacerdotio: Qui manducat carnem Domini & ſanguinem indignè, æterna vita priuatur. Omnia autem hæc non aliter quàm per ſacroſanctas illas manus perficiuntur, manus inquam ſacerdotum. Quo nomine ſacerdotes merito non modo plus vereri debemus, quàm principes vel reges, verum etiam maiori honore quàm parentes honeſtare, &c. Parentes in præſentem, ſacerdotes in æternam vitam genuerunt.

Hom. 2. 2. ad Timoth. Si nõ per ſacerdotem malum operatur Deus neque tu lauacrum habes, neque es myſteriorum particeps, neque benedictionibus frueris: non ergo Chriſtianus es. Sacra illa oblatio, ſiue illam Petrus, ſiue Paulus, ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat, eadem eſt quam dedit diſcipulis, & quam ſacerdotes modo conficiunt: nihil habet iſta quàm illa minus, &c.

Lib. 6. de Sacerdotio: Cùm Sacerdos Spiritum ſanctum inuocauerit, ſacrificiumq; honore ac reuerentia pleniſſimum perfecerit, communi omnium Domino manibus aſſiduè pertractato, quæro ex te, quoto illum in ordine collocabimus?

Hom 3. ad Coloſſen. Oportet indignos ſacerdotes venerari, ac credere Deum per ipſos operari, quandiu ſunt. Non nos contemnis, ſed ipſum ſacerdotium, ſi quando videris ſacerdotio exutum, contemne: neque ego tunc præcipere potero. Quouſque verò in ſede conſtituti ſumus, quouſque præſidentiam habemus, habemus & dignitatem & poteſtatem, licet indigni ſimus.

Hom. 8. ad Corin. Idem baptiſma non eſſet, aut corpus Chriſti, aut oblatio quæ per ſacerdotes impiè viuentes adminiſtrantur, ſi vbiq; gratia meritũ exquireret, quia id omne diuinæ virtutis eſt opus.

Hom. In dictum Pauli: Salutate Priſcam & Aquilam, ac de honorandis ſacerdotibus: Si quoties indignè aliqua à ſacerdotibus fiunt, ſinguli ad corrigendum proſiliant, ad hoc vt ſacerdotij dignitas dehoneſtetur, nunquam deerit corrigẽdi occaſio, & confuſis inter ſe omnibus, inter principem & ſubditum non diſcernemus. Nemo me dicere opinetur, quaſi à ſacerdotibus ſubornatus. Hypocritarum opus eſt, publicè quidem & omnibus videntibus oſculari manus ſacerdotum, genua tangere, ſupplicare vt pro ſe orent, ac baptizandos ad illorum ianuas deducere: domi verò & in conuentibus, tãtorum bonorũ auctores & miniſtros multis abluere probris, vel opprobratores illorũ ferre. Vide hic multa, atq; etiã alijs locis apud Chryſoſt.

Cap. VII.

Sacrificium eſſe oſtendit.

Ex genere dicendi inprimis animaduertes: Appellat ſacrificium, nõ niſi eximij honoris cauſa, victimã, hoſtiam, oblationem, Chriſtum hic offerri & immolari, atq; alia, quæ legẽdo à nobis hic congeſta obſeruabis. Probat ſacrificium ex verbis Chriſti, Hoc facite in meam commemorationem: tum inde, Hic ſanguis eſt noui teſtamenti.

Hom. 82. in Matth. Sicut in commemorationem miraculorũ quę in Ægypto patres veſtri viderant, faciebatis, ſic & hoc facite in mei commemorationem. Sanguis ille ad primogenitorum ſalutem fuit effuſus: hic in remiſſionem totius orbis peccatorum. & quemadmodum Moyſes dicebat: Hoc æternum erit vobis memoriale, ſic & ipſe, In meam, ait, commemorationem, donec veniam.

Hom. 24. pr. ad Cor. Calix benedictionis cui benedicimus, nónne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? horum huius ſententia eſt. Quod eſt in calice, id eſt, quod à latere fluxit, & illius ſumus participes, &c. In veteri teſtamento, cùm imperfectiores eſſent, quem idôlis offerebant ſanguinem, cum ipſe accipere voluit, vt ab idôlis eos auerteret.

Quod

Quod etiam inenarrabilis amoris ſignum erat: hic autem multo admirabilius & magnificentius ſacrificium præparauit, cùm & ſacrificium ipſum commutaret, & pro brutorum cæde ſeipſum offerendum præciperet.

Hom. 17. ad Hebræos, Lex iubebat ſemper offerre propter infirmitatem, & vt memoria peccatorum fieret. Quid ergo nos? Nónne per ſingulos dies offerimus? Offerimus quidem, ſed ad recordationem facientes mortis eius, &c.

Hoc autem quod facimus, fit eius recordatio quod factum eſt, Hoc facite in meam commemorationem.

Hom. 27. 1. ad Corinth. In veteri Teſtamento poſt ſacrificium, ſanguinem in calice accipiebant, & ita ſacrificabant. Pro ſanguine brutorum, ſanguinem ſuum in calicem induxit, & meminit noui Teſtamenti, vt opponeret ſanguini veteris Teſtamenti qui offerebatur in ſacrificio. Alibi & ita diſputat.

Capvt VIII.

Non aliud ſacrificium quàm quod Chriſtus obtulit, ſed alio modo.

Hom. 17. ad Hebræos. Vna eſt hæc hoſtia, non multæ. Quomodo vna & non multæ? Quia ſemel oblata eſt, oblata eſt in ſancta ſanctorum. Hoc autem ſacrificium exemplar eſt illius, id ipſum ſemper offerimus. Nec nunc quidem alium agnum, craſtina alium, ſed eundem ipſum. Proinde vnum eſt ſacrificium hac ratione. Alioqui quoniam in multis locis offertur? multi Chriſti ſunt? Nequaquam, ſed vnus eſt Chriſtus, & hic plenus exiſtens, & illic plenus, vnum corpus. Pontifex noſter ille eſt, qui hoſtiam mundantem nos obtulit: ipſam offerimus, & nunc quæ tunc: oblata quidem conſumi non poteſt. Non aliud ſacrificium ſicut Pontifex, ſed id ipſum ſemper facimus, magis autem recordationem ſacrifici operamur. Huc ſpectant quæ dicta ſunt de vi conficiendi corporis Chriſti.

Capvt IX.

Quibus partibus conſtet ſacrificium.

Voto ſacerdotij perficitur, officio quod in his actionibus in ſumma conſiſtit: Vt ſacra doceat, Préces faciat pro populo, Offerat, Populo quæ Dei ſunt impartiat, ſicut hæc omnia ſummus noſter Sacerdos Chriſtus, cùm noſtrum inſtitueret ſacrificium, præmonſtrauit.

Lib. 3. de Sacerdotio: Conſpicis Dominum immolatum, ſacerdotem ſacerdotio incumbentem, turbam circumfuſam pretioſo ſanguine intingi ac rubefieri.

Hom. de ſpectaculis Dauid & Saul: Oculis lectum qui eſt in orcheſtra ſpectas, vbi deteſtandæ adulterij fabulæ peraguntur, quibus ſacram menſam intueris, vbi tremenda peraguntur myſteria: iiſdem auribus audis, & ſcortium obſcœne loquens, & Prophetam Apoſtolumque ad arcana ſcripturæ introducentem. Eodem corde & lethalia ſumis venena, & hanc hoſtiam ſanctam ac tremendam.

Hom. 40. ad populum Antiochenum: Video alios loquentes rectos, dum oratio celebratur, nec ſolum, ſed & dum Sacerdos benedicit. O rem horrendam, cum Angelis conſtitiſti, &c. Idem poſt Epiſtolam 1. ad Corinth. hom. Oportet hæreſes eſſe.

Capvt X.

De his ſacrificio & miſſæ intereſſe non laborant.

Hom. 7. in Matthæum: Imitemur ſaltem deuotionem Magorum, veroque amore Philoſophiæ barbaram conſuetudinem ſubiungemus: longo itinere curramus, vt Chriſtum videre mereamur, Iudaicum populum repugnantem, vrbem vacantem, inſidiantem tyrannum, & fallacem ſeculi vmbram relinquens, in Bethleem accurre, ac domum ſpiritalis panis ingredere. Caue Herodi efficiaris ſimilis, & dicas; Vt & ego veniens adorē eum, cumque veneris, interimere coneris. Huius enim ſimiles ſunt, qui indigne abutuntur communione myſterij. Quid ego de ſpacio itineris longioris loquor, cùm plurimæ fœminarum tanta iam animi mollitudine reſoluantur, vt niſi aduectæ mulis quamlibet exiguo ſpacio à domibus ſuis venire nequeant ad videndum Dominum in præſepio ſpiritali? ſed ex his certe qui ambulandi laborem ferunt, alij negotiorum tumultus, alij theatrales turbas ſanctis cœtibus anteponunt. Et barbari quidem illi magi, priuſquam Chriſtum viderent, tam longam exuperarunt viam: tu verò nec videndo illos quidem probaris imitari: nam & cùm illum videris, ita eum relinquis, vt poſt illum curras ad theatra, ac mimum potius & videre atque audire deſideres. Atque vt eadem rurſus attingam, Chriſtum quidem in ſpiritali ſitum præſepio derelinquis: properas verò iacētem in ſcena ſpectare meretricem. Hoc autem quibus putamus dignū ſupplicijs? Si quis polliceretur te ad regem introducere, & oſtenderet tibi illum vndique coruſcantem, theatrale ſpectaculum aulicę dignitati pręponeres, licet inde nihil commodi. At verò ex hac menſa ſpiritualium fons emanat bonorū, & hanc ſtatim relinquens curris ad theatrum, vt natantes fœminas & ſexum illum publicis oculis intuearis expoſitum: vt iſtud inquam aſpicias, ſedentem iuxta donorum cœleſtium fontem Chriſtum relinquis, Nam & modo ſuper fontem ſedet, non vnam Samaritanam, ſed vniuerſam alloquens Eccleſiā. Vereor autem ne in me quoque Samaritanæ tantum loquatur. Nam & nunc nullus aſſiſtit, niſi qui ſolis adſunt corporibus: alij verò ne ipſis quidem adſunt corporibus. Tu autem hinc nequaquam recedas, ſed potius à nobis pete, non vtique aquæ poculum, ſed ſanctificationis hauſurus. ſanctus enim Chriſtus ſancta diſtribuit. Non aquam de hoc fonte largitur, ſed ſanguinem viuum, qui quanquam ad mortis dominicæ teſtimonium, nobis tamen cauſa fit vitæ.

Hom. de ſancto Philogonio: Cum alacritate velitis adeſſe, ſed prius quiſque ſuam domum repurget, vt videamus Dominum noſtrum in cunis iacentem ac faſcijs inuolutum, horrendum ac ſtupendum ſpectaculum. Quid enim excuſabimus, aut quam veniam obtinebimus, ſi cùm ipſe cauſa noſtra deſcenderit è cœlis, nos ad illum vel ex ædibus ire grauemur, cùm alienigìnæ barbariq; ex Perſide occurrant, vt illum viderent in pręſepi iacentem. Tu vero ne breue quidem ſpatium emetiri ſuſtines, vt hoc felici ſpectaculo perfruaris. Nā ſi cum fide acceſſerimus, proculdubio videbimus illum in præſepi iacentem: ſiquidem hæc menſa vicem explet præſepis: nam & hic ponitur corpus dominicum, non quidem faſcijs inuolutum, ſicuti tunc, ſed vndique Spiritu ſancto conueſtitum.

Hom. de non contemnenda Eccleſia & Eccleſię myſterijs: Quis famulus dic mihi, rei ſuæ domeſticæ curam egit vnquam, priuſquam herile miniſterium expleuerit? Vtinam fieri poſſet, vt illorum animum qui non accedunt, vobis oſtenderem, videretis ſordeſcentem, ſquallentem, deiectum, &c. Non diuerſa, Hom. de Euchariſtia.

HOM. 3. de Dei natura: Cùm ego concionor veſter conſeruus, ſtudium adhibetis & ingenium, alter alterum impellit vt propius adſit: cùm ipſe Chriſtus communis magiſter & Dominus ſemet in ſacris myſterijs oſtenſurus eſt, vacua deſertaq; Eccleſia redditur. Proh fidem hominum Chriſtianorum, quo pacto iſthæc veniam conſequentur? &c. Orare vel domi poſſumus, dicunt: ſed homiliam doctrinamque audire, non niſi in Eccleſia poſſumus. Te homo decipis, & magno in errore verſaris. Nam ſi & domi quoque datur orandi facultas, tamen fieri non poteſt, vt domi tam bene ores, quàm in eccleſia, vbi tot patres, vbi clamor felici ſocietate exitus ad Deum immortalem refertur: non pariter exoras, cùm ſolus ad Dominum obſecras, atque tuis cum fratribus. Eſt enim in hoc plus aliquid, videlicet concordia, conſpiratio, copula amoris & charitatis, ſacerdotum clamores: præſunt enim ob eam rem ſacerdotes, vt populi orationes, quæ infirmiores per ſe ſunt, validiores illas complexæ ſimul in cœlum euehantur. Adde quòd nil fructus capi ex homilia poteſt, niſi oratio adiungatur. Porrò ſermoni oratio debet anteire. Sic Apoſtoli dicunt: Nos in oratione ac ſermonis doctrina perſeuerabimus. Sic Paulus facit, cùm in exordijs ſuarum epiſtolarum oret: vt perinde quaſi lumen lucernæ lux ipſa orationis tegat ſermonem, ac dirigat. Vide quæ relicta ſunt.

CAPVT XI.

Quis cultus Eccleſiæ, altaris, vaſorum ac miniſtrorum.

ADEO ardebat populus in his ſingulis ornandis, vt pauperum & iuſtitiæ obliuiſceretur: quod acriter redarguit, ita tamen, vt laudet, nec improbet aureos calices, altaria argentea, pallas altaris, atque corporis dominici velamina ſerica & aurea: Eccleſiarum non vulgares ſtructuras. Cultum diaconorum exprimit, ex quo ſacerdotum ornationem facile datur colligere.

HOM. 51. in Matthæum: Ne putemus ſatis nobis eſſe ad ſalutem, ſi cùm viduas & pupillos ſpoliaueris, aureum calicem & gemmis ornatum huic menſæ offeras. Vis ſacrificium hoc honorare? Animam tuam propter quam Chriſtus mortuus eſt, auream facito, & offeras. Non igitur laboremus ſolum ad aurea vaſa offerenda, verùm multò magis vt iuſto labore acquiſita offeramus. Hæc enim aurea ſunt & pretioſa, quæ auaritia non maculantur. non enim argentaria, aut auri officina, ſed Angelorum celebritas eſt Eccleſia. Animorum ergo munditia opus eſt, propter quos Deus etiam vaſa hæc recipit. Et certè non ex argento menſa illa erat, nec ex auro calix quo CHRISTVS diſcipulis ſanguinem ſuum præbuit, pretioſa tamen omnia & veneratione plena, quia ſpiritu abundabant. Vis corpus Chriſti honorare? ne deſpicias nudum: neque hic quidem in Eccleſia ſericis pannis Chriſtum induas, foris frigore ac nuditate affici permittas. Non quia prohibere velim talium vaſorum oblationem, ſed quia dignum putem, miſericordiæ & benignitati ante omnia incumbere. Nam Deus & vaſa ſuſcipit, ſed illa multo magis ſunt pretioſa. Et vaſa quidem danti ſolum profuerunt, benignitas verò etiam accipienti: & ibi quidem oſtentatio nonnunquam poteſt accuſari: hic verò totum animo miſericordi tribuitur. Quænam vtilitas ſi cum menſa hæc multis calicibus aureis ornatur, ipſemet inedia pereat? Prius igitur ipſum eſurientem ſatura, deinde etiam ex quadam abundantia menſam eius ornabis. Calicem aureum facis, & calicem aquæ frigidæ non porrigis. Velamina menſę Dominicæ auro nitent, & ipſi velamina neceſſaria negas. Vermiculato emblemate pauimenta ornas, magnificos muros conſtruis, columnarumque capita erigis, lychnos ab aureis laquearibus dependere facis, ipſum ne viſitare quidem curas in carcere. Nec prohibeo magnifica templa condere, ſed prima illa facere moneo. Eadem omnino Hom. 60. ad populum Antiochenum: Hom. 18. in Acta Apoſtolorum diſputat.

HOM. 61. ad populum Antiochenum: Cernis vaſa vndique terſa ac refulgentia, his animas eſſe puriores, ſanctiores, & ſplendidiores. Nam illa propter nos fiunt. Illa eius qui ineſt partem non capiunt nec ſentiunt, nos autem certè.

HOM. 3. ad Epheſios idem.

HOM. 53. ad populum Antiochenum: Si quis hanc deſtrueret domum, & hoc ſuffoderet altare, nónne quilibet eum lapidibus obrueret tanquam prophanum & impium? Quid igitur ſi quis voraciorem igne immiſerit inuidiam, non lapidum ædificia deſtruentem, nec aureum ſuffodientem altare, & cætera.

HOM. 20. ſecundæ ad Corinthios: Tu altare honoras, quod accipit corpus Chriſti.

HOM. 36. primæ ad Corinthios: Hic cœlum eſſe dubitas? Menſam iſtam vide, cuius gratia conſtituta ſit & quapropter. Cogita quis hic ſit progreſſurus, ante progreſſum certè horrebis, &c.

HOM. 14. ad Epheſios. Tu cùm Cherubim apud thronum regis conſtitutus conuitiaris in fratrem. Non vides ſacra illa vaſa: non ad vnum illa ſemper vſurpantur? Audétne quiſquam illis ad aliud quicquam vti? &c.

CAPVT XII.

Quæ legerentur in Miſſa.

HOM. De ſpectaculis Dauid & Saul. Non metuis, non expaueſcis, dum iiſdem auribus audis & ſcortum obſcœnè loquens, & Prophetam Apoſtolumque ad arcana ſcripturæ introducentem: dum eodem corde lethalia ſumis venena, & hanc hoſtiam ſanctam ac tremendam.

HOM. 36. primæ ad Corinthios: Tu qui myſteria ignoras, vbi Prophetam ita dicentem audis. Hæc dicit Dominus: Migrato terra, cœlum tu quoque aſcende: cogita quis ſit qui per illum tibi loquatur. Atqui hiſtrione riſum excitante, theatrum ſummo cum ſilentio eſt, nec ſtrepitus nec clamor nec tumultus minimus exiſtit: domino verò de tam ſtupendis rebus nobiſcum loquente, canibus impudentiores ſumus, ſcortis reuerentiæ plus quàm Deo exhibemus.

HOM. 8. ad Hebræos: per vnamquamque ſeptimanam ſecundò aut tertiò pſalmi vobis leguntur. Aſcendens enim qui legit, primò dicit librum cuius eſt, illius, verbi gratia, vel illius prophetæ, & tunc profert quæ is dicit.

HOM. 3. ſecundæ ad Theſſalonicenſes: Non attendunt, non cogitant huc ad Deum ſe ingreſſos, Deum cum ipſis ſermocinari. Quando enim qui lecturus eſt ſurgens dicit: Hæc dicit Dominus, & Diaconus ſtans omnes indicto ſilentio compeſcit: non vt legenti honorem exhibeat, hæc dicit, ſed ei qui per illum omnibus ſermocinatur, &c.

HOM. 6. de pœnitentia: Cur adeò librum Dauid ſic adamarunt Chriſtiani, vt hunc ſolum voluerint ore verſari, lectionem verò Euangeliorum ſemel aut bis legamus in hebdomada? Paulum verò bis per hebdomadam legamus, ita vt nec feramus eius epiſtolam in ore, ſed lectioni duntaxat accommodantes intellectum, pro tempore ipſo huc ſolum procedimus.

Cap. XIII.

Propter hoc ſacrificium quanta religio exhibenda Eccleſiæ.

HOM. 74. in Matthæum: Quis facis ô homo, mulierum ſpeciem curioſius in Eccleſia perſcrutaris, nec horreſcis, tanta templum Dei afficiens cõtumelia? Proſtibulúmne tibi videtur Eccleſia, & foro ignobilior? Nam in foro erubeſcis, etiam times ne quis te videat mulierem ſectari. In Eccleſia verò cùm te Deus ipſe alloquatur, & ab ipſis deterreat, eo ipſo tempore maximè fornicatione & adulterio vteris, quo tibi magna voce intonatur, vt ab his fugias, nec horreſcis, nec ſtupes, verùm ab impudiciſſimo theatro didiciſtis, hæc vos illa contagioſiſſima peſtis docuit. Virus illud peſtiferum ineuitabilis laqueos negligentiam, incontinentium voluptuoſa perditio, &c.

Oportet quidem interiore pariete à mulieribus viros diſſeparari, verùm quoniam non vultis, neceſſarium patres noſtri putauerunt his ſaltem ligneis parietibus vos diſſeparare. Audiui autem ego à ſenioribus, non fuiſſe hos parietes ab initio. In Chriſto enim Ieſu non eſt mas neque fœmina. Apoſtolorum etiam tempore vnà viri & mulieres orabant, quia mulieres veræ mulieres, & viri ſimiliter viri erant. Nunc verò è contrario mulieres quidem meretricum ſibi mores aſſumpſerunt: viri autem equorum furorem imitantur.

Hom. de non contemnenda Eccleſia & Eccleſiæ myſteriis: Quid agis ô homo in Eccleſia ſtans? formas mulierum contemplaris, non perhorreſcis templum Dei tanta afficere iniuria? Lupanar tibi videtur Eccleſia, & foro deſpicabilior. Nam in foro erubeſcis mulierem videri contemplari: in templo verò Dei, ipſo tecum loquente, talia audes eo ipſo in tempore quo hæc audis non facienda? Cogita prope quem aſtiteris, in ſacro illo & horrendo ſacrificio: cum quibus Deum ſis inuocaturus, cum Cherubim, cum Seraphim, &c.

Chrysost. Hom. 30. 1. ad Corinth. Nõnne videtis quòd veſtibula templi huius exoſculantur, illi quidẽ flectentes, alij autem manu continentes, & ori manum admouentes?

Cap. XIIII.

Pax omnibus Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.

HOM. 3. ad Coloſſenſ. Vt præſul Eccleſiam ingreditur, dicit, Pax omnibus: quando concionatur, Pax omnibus: quando benedicit, quando ſalutem optare iubet, Pax omnibus: quando ſacrificium abſoluitur, Pax omnibus: & interea ruſus, Gratia vobis & pax. dicis, Et cum ſpiritu tuo, & extra Eccleſiam illum traducis, &c. Vbique pacem petimus, nihil illi adæquari poteſt, in Eccleſijs pacem, in precationibus, in ſupplicationibus, in præfationibus, & ſemel atque iterum ac tertiò, ac ſæpe eandem qui præeſt Eccleſiæ impertit dicens, Pax vobis.

Hom. 36. 1. ad Corinth. Vbi nos cœpimus loqui, Dominus vobiſcum. Cum ſpiritu tuo, plebs reſpondet: ita quondam ſcilicet locutos ſignificare volens, nempe non ſapientia propria, ſed ſpiritu Dei inſtinctos.

Hom. 18. 2. ad Corinth. In horrendiſſimis myſterijs bene precatur ſacerdos, & bene precatur populus ſacerdoti: nam Cum ſpiritu tuo, nihil eſt.

Cap. XV.

Quid pro quibus, & quomodo oraretur ante ſacrificium.

HOM. 72. in Matthæum: Prima quæ in Euchariſtia dicitur oratio, qua pro dæmoniacis deprecamur, miſericordiæ ſuæ plena. Secunda, qua pro his oramus qui pœnitentiam agunt, miſericordiam humiliter quæritat. Tertia, quam pro nobis ipſis fundimus, vel infantes adducit, Deum lachrymis inflectentes: verùm quoniam ipſi peccata noſtra agnouimus, pro alijs qui peccarunt, quique peccare poſſunt, ipſi clamamus: pro nobis autem ipſis infantes, quorum imitatores cœlorum regnum expectant. Hac enim oratione ſignificatur, quòd qui ſimplicitatem paruulorum ſequuntur, hi maximè Deum pro reis deprecari poſſunt: ipſum autem Euchariſtiæ myſterium, quanta miſericordia plenum ſit, initiati ſolummodò nouerunt.

Hom. 79. ad populum Antiochenum. Vobis autem & pro terrarum orbe, & pro Eccleſia quæ vſque ad terræ terminos extenditur, & pro gubernantibus ipſam & præſidentibus, iubetur orationes emittere, &c.

Chrysost. lib. 6. de Sacerdotio: Sacerdos pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit deprecatorque eſt apud Deum, vt hominum omnium non viuentium modò, ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat.

Hom. 18. 2. ad Corinth. Omnibus & ſacerdotibus & ſubditis vnum corpus & vnum poculum proponitur. Quin & in precibus viderit quis populum multum ſimul offerre cùm pro energumenis, tum pro pœnitentibus. Communes enim preces & ab illis, & à ſacerdote fiunt, oratio miſericordiæ plena. Iterum vbi excluſerimus à Sacerdotibus, ab alijs eos qui non poſſunt eſſe participes ſanctæ menſæ, alia facienda eſt oratio, omnes ſimiliter ſuper terram iacemus: omnes ſimiliter ſurgimus.

Hom. de Adam & Eua: Sanctæ plebis Sacerdotes cum per mandata ſibimet data legatione funguntur apud diuinam clementiam, humani generis cauſam, totamque ſecum Eccleſiam aggregantes, atque congemiſcentes, poſtulant & precantur vt infidelibus donetur fides, vt ab idololatria & impijs erroribus liberentur: vt Iudæis ablato cordis velamine, lux veritatis appareat: vt hæretici fidei catholicę perceptione reſipiſcant: vt ſchiſmatici ſpiritum rediuiuæ charitatis accipiant, vt lapſis pœnitentiæ remedia conferantur. Catechumenis ad regenerationis ſacramenta perductis cœleſtis miſericordiæ aula reſeratur. hæc non inaniter à Domino peti, rerum ipſarum monſtrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere dignatur plurimos attrahere: quod adeò diuini operis eſſe ſentitur, vt hac efficienti Deo gratiarum ſemper actio laudiſque confeſſio pro talium correctione referatur.

Hom. 77. in Ioannem. Communes pro non initiatis preces effundimus, & pro infirmis & terræ & maris & vniuerſi orbis fructibus ſacrificamus: vides dilectionis vim in orationibus, in myſterijs, in admonitionibus.

Hom. 2. ſec. ad Corinthios: Diaconus non dicit parietibus, Oremus pro catechumenis: ſed quidam adeò ſunt incogitantes, ſtulti ac diſſoluti, vt non ſolum à tempore quo hæc aguntur cum catechumenis, verum etiam in his quæ aguntur cum fidelibus ſtent & fabulentur. Nam pro fidelibus, pro Epiſcopis, pro presbyteris, pro regibus, pro magiſtratibus, pro terra & mari, pro aëre, pro toto orbe terrarum, iubemus adire benignum Deum.

Quapropter exhortor, vt his omnibus perpenſis A
noueritis tempus deprecationis, ac tum ita ſubli-
mes efficiamini, vt relicta terra cœlorũ conuexa
attingatis, vt Deum nobis propitiũ reddere poſ-
ſimus. Ibi oratio eſt prolixa pro catechumenis.

Cap. XVI.

Qui arcerentur è ſacrificio.

HOM. 24. in Matthæum: Eos qui nondum ini-
tiati ſunt adeſſe prohibemus: non quia infir-
mitatem aliquam myſteriorum eſſe deprehenda-
mus, ſed quia ad participationem eorum, illi ad-
huc quos arcemus, infirmi ſunt.

Hom. 79. ad populum Antiochenum: Clama-
bat præco, Quotquot eſtis in pœnitentia, omnes
orate, &c.

Hom. 61. ad populum Antiochenum: Qui ſunt
in peccatis eijciuntur. Sicut enim ad menſam ve- B
niente Domino, ſeruos qui Dominum offende-
runt, adeſſe non oportet, ſed procul arcentur: ita
ſcilicet & hic dum profertur ſacrificium, dum
Chriſtus immolatur, ouis dominica, &c.

Hom. 3. ad Epheſios: Audis præconem, Quicun-
que in pœnitentia ſupplicaſtis, abite. ob hoc qui
flagitijs noſcuntur eſſe contaminati, prius elimi-
nantur templi foribus, quàm communio ſumen-
da dignis proponatur. Quemadmodum ad men-
ſam Domini alicunde redeuntis non eos famulos
aſſiſtere oportet qui Dominum graui aliquo deli-
cto offenderunt, ſed exiguntur domo, &c.

Hom. 83. in Matthæum: Non ita malum eſt dæ-
moniacos intus eſſe, ſicut iſtos qui peccatorum
ſordibus polluuntur, &c.

Hom. 4. in Matthæum: Nulla ſigna iam inueni
Chriſtianæ diſciplinæ, ne in ipſius quidem Eccle-
ſię conciliabulis, per quę inter fidelem infidelem-
que diſtinguas, ſolo celebrandi myſterij tempore
dignoſci poſſunt, dum videlicet alios excludi vi- C
deris, alios verò intus teneri. Oportebat autem
vniuſcuiuſque fidem non locis, ſed moribus indi-
cari. Fidelis non modo à communibus myſterijs,
verùm etiam de nouitate vitæ debet agnoſci.

Hom. 28. ad populum Antiochenum: Interdi-
cam vobis hæc aſcendere ſacra veſtibula, & im-
mortalium participes fieri myſteriorum, ſicut
fornicantibus, & adulteris, & homicidij reis.

Hom. 3. de Dei natura: Energumenos diaconus
tempore myſteriorum adducit, & iubet caput in-
clinare, cùm eos vnà cum fratribus orare non li-
ceat, adducit eos, vt tu miſeratus: & quia tam acer-
bè vexantur, & quia vocem reddere nequeunt,
tua facultate ad eorum vtaris defenſionem & au-
xilium.

Hom. 60. ad populum Antiochenum, idem.

Hom. 4. de Dei natura: Docere vos volo, cur
homines dæmone agitatos myſteriorum primo
tempore capita inclinare iubeat diaconus. Vt ita- D
que tempore inſtante, quo iudex prodire, & pro
tribunali ſedere ſolitus eſt, cuſtodes carceris, ho-
mines quos in vinculis tenent, omnes carcere
educunt, & pro cancello ſeptiſque fore collocant
ſqualentes, ſordentes, coma expletos nimia, pan-
nis miſerrimè obductos: ſic patres ſtatuerunt, vt
cum breui Chriſtum velut pro tribunali ſedere,
in ipſiſque ſacramentis apparere futurum eſſet,
homines dæmone agitati illi tanquam vinculis
quibuſdam detenti adducerentur: non vt rerum
quas commiſiſſent, examen ſubirent: nec vt lue-
rent pœnas & ſupplicio afficerentur, ſed vt popu-
lo vniuerſaque ciuitate præſente communes pro
his fierent ſupplicationes, vt omnes iugi concor-
dia Dominum communem orarent pro his, &c.

Cap. XVII.

Quid ageretur Abactis indignis.

DIACONVS ianuas claudebat, apparabat alta-
re, apponebat ſacra vaſa, aperiebat ſacra-
rium, vela retrahebantur, efferebatur ſacrificiũ,
clamabatur, Oremus omnes in commune.

Hom. 24. in Mat. Myſteria clauſis ianuis cele-
bramus, &c.

Hom. 3. ad Epheſios. Num vides vt menſam mi-
niſter veluti ſpongia ad quam ablegat, colluſtret;
domum circumuerrat, lances imponat mẽſæ? &c.

Cvm elata hoſtia, Chriſtoque immolato, hoc
eſt dominica oue, audieris: Oremus omnes in
commune, cùm videris bifores valuas adyti ſub-
duci repagulis & adaperiri, tunc tecum reputa
ſupernè cœlum ipſum diffindi, Angelos ſecum
delabi in terras.

Hom. 61. ad populum Antioch. Nónne vides
miniſtrum ſpongia menſam circumlinientem &
expurgantem domum, & tabellas ponentem? &c.
Ad menſam veniente Domino, ſeruos qui Domi-
num offenderunt, adeſſe non oportet, ſed procul
arcentur: ita ſcilicet & hic dum profertur ſacrifi-
cium, & Chriſtus immolatus, & ouis dominica,
cùm audieris, Oremus omnes in commune, cùm
vela videris retrahi, tunc ſupernè cœlum aperiri
cogita, & Angelos deſcendere.

Hom. 36. ad Corinthios: Cœlum eſſe hîc dubi-
tas? menſam iſtam vide, cuius gratia conſtituta ſit,
& quapropter, cogita quis hic ſit progreſſurus, an-
te progreſſum certè horrebis, &c. Prius quàm ve-
la reducta, & chorum Angelorum vides, &c.

Cap. XVIII.

Vox Diaconi, ſtemus honeſtè.

HOM. de non contemnenda Eccleſia & Ec-
cleſiæ myſterijs: Propter hoc honeſtè tem-
pore diuini ſacrificij ſtare iubemur, vt cogitatio-
nes humi repentes erigamus, vt languore quem
ex huius vitæ negotijs contraximus, excuſſo, re-
ctum coram Deo animum noſtrum exuſcitare
poſſimus. Neque enim de corporibus, manibus ac
genibus dicit. Neque enim cum curſoribus aut
pancratiaſtis loquitur, ſed interiorum cogitatio-
num vires tentationibus poſtratas exuſcitare his
verbis iubet. Non ſolùm autem communionis di-
uinæ tempore horrendum illum clamorem voci-
feratur, ſed & Angeli procumbunt ante Domi-
num, &c.

Hom. 4. de Dei natura: Bene conſtare iubemur,
quod nihil aliud eſt, niſi ita conſtare, vt hominem
conuenit, qui coram Deo immortali ſtat, cum
horrore tremoreque, cum ſobrio paratoque, ſtu-
dioſoque animo. Nam id quoque vocabulum per-
tinere ad animum, Ad Philipp. 4. Paulus quoque
docet: Sic ſtate in Domino chariſſimi.

Hom. 2. 2. ad Corinth. attingit, Stemus honeſtè.

Cap. XIX.

*Quanta reuerentia, ſilentio atque animo, Miſſæ intereſſe
oporteat, & quid agitandum. Ritu Sacer-
dotis in conficiendo ſacrificio.*

LIB. 3. de Sacerdotio: Dum conſpicis Domi-
num immolatum, ſacerdotem ſacerdotio in-
cumbentem, preces fundentẽ: tum verò turbam
circunfuſam precioſo illo ſanguine intingi, ac ru-
befieri, etiámne in terra verſari, atque inter mor-

tales

tales conſiſtere cenſes? An non carnis cogitationem abijciens, nudo animo, mente pura, circunſpicis quæ in cœlo ſunt? &c. Ponito ante oculos Heliam illum, preterea & infinitam illam turbam circunfuſam, & ſacrificium lapidibus ſuperpoſitum. Tum verò reliquos omnes admodum quietos ac taciturnos, ſolùm autem prophetam preces fundentem: deinde flammam derepente è cœlo delabentem ſacrificiumque labentem. Mira ſunt profectò ac ſtupore plena. Ab illis ergo ſacris ad noſtra transfer, nec ea mira modo eſſe videbis, ſed etiam omnem ſtuporem excedentia. Adeſt enim ſacerdos, non ignem geſtans, ſed Spiritum ſanctum. Is preces diuturnas fundit, non vt flamma cœlitus delapſa ſacra appoſita abſumat, ſed vt gratia in ſacrificium influës, per illud ipſum omnium animos inflammet, & puriores reddat, argento igne excocto & purgato. Hoc ergo myſterium omnium maxime horrendum verendumq́;, quis tandem qui inſanus minime ſit, & poteſtate non exierit, faſtidire ac deſpicere poterit?

Hom. 24. in acta Apoſtolorum: Tu autem, inquit, ſi adſiſtis iuuenis vel ſenex, ac ſtupēda vides, increpa acriter: ſi non fert, voca miniſtrum: abige, quæ tua ſunt facito. Si videris vas argenteum foras proijci, veſtem temere iacentem, etiam ſi inimici eſſet, non præterires. Vaſa ſunt Chriſtiani, ſi videris iacere abſque ordine, componito. Accede ad me, non detrecto. Dic mihi, fac me certiorem. Omnia videre non poſſum. Alios video ſtare & nugari, dum preces fiunt: neque ſolum dum preces fiunt, ſed & dum ſacerdos benedicit. Neſcis quod cum Angelis ſtas, cum illis cantas, cum illis hymnos dicis, & ſtas ridens. Non eſſet mirum ſi fulmen emitteretur, non ſolùm in eos, ſed etiam in nos. Digna enim fulmine ſunt hæc. Quando hi qui horrenda hora rident, abſtinebunt à riſu. Quando abſtinebunt à nugis, qui in tempore benedictionis garriunt, nec Deum timent? Rex adeſt, & exercitum conſidera, &c.

Hom. 69. ad populum Antioch. Cùm totus conſtiterit populus, extenſis manibus ſacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur ſacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes?

Hom. 36. primæ ad Corinth. Magnus eſt tumultus in Eccleſia, magna confuſio, nihilque à caupona differunt noſtra. Tanta turba, tantus riſus, quantus in balneis, quantus in foro, clamantibus, tumultuantibus omnibus, atque hæc quidem in vrbe noſtra ſolùm. Nam alibi, ne amicum quidem in quem poſt longum tempus incidiſti, compellare licet, ſed foris iſta fiunt. & rectè quidem: neque enim tonſtrina aut vnguentaria taberna eſt Eccleſia, aut officina forenſis, ſed locus angelorum, locus archangelorum, regia cœli, cœlum ipſum. Quemadmodum igitur ſi cœlum quiſpiam in anguſtum redactum quis indicat: etiam ſi patrem, etiam ſi fratrem videas, tamen præ ſtupore non alloquare: ſic neque hic aliud quicquam quam ſancta ſonare decet. Hic cœlum eſſe dubitas? menſam iſtam vide, cuius gratia conſtituta ſit, & quapropter: cogita quis hic ſit progreſſurus, ante progreſſum certe horrebis. Nam & thronum modo regis videns animo conſurgit quiſquis, egreſſum regis expectat: & tu igitur ante illud horrendum tempus animo tremiſce, animo commoueare priuſquam vela reducta, & chorum angelorum progreſſum vides, in ipſum vltro cœlum aſcende: ſed iſta profanus ignorat, &c.

Hom. in laudem eorum qui comparuerunt in Eccleſia: Dum diuinos hymnos reſonamus, multo tremore contracti, multaque religione ornati, ita demum eos offeramus. Sunt qui contemnentes Deum, ac ſpiritus eloquia pro vulgaribus ac profanis ducentes, incompoſitas voces emittunt, nec melius ſe gerunt, quàm quos habet inſania, toto corpore tumultuantes ac circumacti. Miſer oportebat te cum tremore ac reuerentia angelicam glorificationem reſonare, ac cum terrore confeſſionem reddere conditori, ac per hunc delictorum veniam poſtulare. Tu verò minorum ac ſaltatorum voces huc inducis, dum indecenter manus iactas, pedibus ſubſultas, & toto corpore circumageris. Non cogitas hic adeſſe Dominum inuiſibiliter, qui motum cuiuſque metitur, & conſcientiæ rationem habet. Non cogitas quod Angeli huic ſtupendæ aſſiſtunt menſæ, & cum reuerentia hanc circumuallant. Verum tu iſta non cogitas, quoniam ea quæ in theatris audiuntur, neque ſpectantur, mentem tuam obſcurarunt, & ideo quæ hic geruntur, in Eccleſiæ ritus inducis, ideo clamoribus nihil certi ſignificantibus animum incompoſitum euulgas.

Hom. 4. de Dei natura: Cogita apud quem proximè ſtes, quibus cùm inuoces Deum, ſcilicet cum Cherubim, cum Seraphim, cum omnibus cęli virtutibus: animaduerte quos habeas ſocios, ſatis hoc tibi ſit ad ſobrietatem, cùm recordaris te corpore conſtantem, in carne coagmentatum, admitti cum virtutibus incorporeis, commendare omnium Dominum. Nemo igitur animo reſoluto ſacras illas & myſticas laudes ineat ſocius, nemo rerum ac humanæ vitæ conſilia illo tempore voluter, ſed omni terrena ſorte animo pulſa in cœlum quiſque ſe totum transferat, vtpote qui propinquus ſolio gloriæ ſtet, & cum Seraphim volitet, atque ita laudem ſanctiſſimam referat ſummo optimo, glorioſiſſimo Deo. Idcirco bene conſtare illo tempore iubemur, &c.

Hom. 19. in Matth. Non conſideras, vt coram regibus omnis coerceatur tumultus, & maximum vndique ſilentium commendetur? at tu ipſe regalem ingreſſus aulam, non eam quæ in terra eſt, ſed illam quæ multo eſt terribilior, videlicet in cœlo plurimum reuerentiæ atque admirationis oſtende.

Hom. 2. 2. ad Corinth. Sacerdos ſtat ſpiritum inuocans.

Hom. 55. in Matth. Omnia quæ ad ſalutem noſtram conducunt, per crucem conſummantur. Cùm regeneramur, crux Chriſti adeſt, cùm ſacratiſſimo alimur cibo, cùm in ordine cōſecrādi ſtatuimur, vbique ac ſemper victoriæ inſigne aſſiſtit.

Hom. in gentes, quod Chriſtus Deus: Omnes ſe cruce ſignant, inſcribendo in nobiliſſimum membrum noſtrum: in fronte quaſi in columna figuratur: ſic in ſacra menſa, ſic in ſacerdotum ordinationibus, ſic iterum cum corpore Chriſti in myſticis cœnis fulget, &c. vide caput ſequens, & caput: Qua virtute conficiatur corpus Chriſti.

Cap. XX.

De voce Sacerdotis, Surſum corda: Gratias agamus Deo noſtro, & de præfatione ac conſecratione.

HOM. de Euchariſtia: Quid facis ô homo? Non promiſiſti ſacerdoti qui dixit, Surſum mentem & corda, & dixiſti: Habemus ad Dominum? Papæ, myſterijs inſtructa eſt menſa. Agnus Dei pro te immolatur, ſacerdos pro te angitur, & ignis ſpiritualis ex menſa refluit, &c.

Hom. 83. in Mat. Gratias egit, vt nos inſtrueret, quomodo myſterium hoc facere debeamus.

Summa præfationis. Hom. 26. in Geneſin: Non vt noſtra gratiarum actione opus habens, ſibi gratias agi vult, ſed vt quicquid id lucri eſt, iterum ad nos redeat, & dignos nos faciamus maioribus ſubſidijs. Quamuis autem non poſſimus facere vt dignum eſt (nam quomodo id fieri poſſet, cùm tam fragiles natura ſimus? Et quare dico humanam

naturam?

naturam? Ipſe etiam incorporeæ & inuiſibiles virtutes ac principatus ac poteſtates & Cherubim, vt dignus eſt, glorificare illum non poſſunt, etiam ſi iuxta vires ſuas gloriam illi offerant) nihilo minus iuſtum fuerit pro viribus gratiarum actionem offerre, & indeſinenter glorificare Dominum noſtrum, & per benedictionem crebram, & per vitam optimam.

Hom.22. ad Hebræos: Cùm manibus mentem eleuemus. Scitis qui imbuti eſtis myſterijs quid dicam: forſan agnoſcitis quod dicitur, & intelligitis quid ſignificauerim. Eleuemus in altum mentem noſtram.

Hom.4. de Dei natura: Non illa Diaconi exhortatio erecti conſtantiſque fruſtra & ſine cauſa inſtituta ſancitaque ſit, ſed vt noſtras repentes humi cogitationes erigeremus, vt noſtrum animum preſſum, fatigatum, demiſſum rerum humanarum cura, reiecta omni huiuſmodi ſolicitudine, rectum, leuatum, recreatum, Deo immortali repreſentaremus. Animum igitur iubemur erigere. Quo verbo Paulum eodem modo vtentem licet intueri. Cùm enim ad homines iacentes ac pene perditos ſcriberet, dicebat, Languentes manus & reſoluta genua erigite, &c.

Hom.61. ad populum Anthiochenum: Veniſti, cecinisti Deo laudem, cum omnibus es confeſſus de dignis eſſe, cum indignis non ſecedendo. Hom.3. ad Epheſios idem.

Cap. XXI.

Pro quibus gratias ageret Sacerdos, & oraret.

Chrisost. Hom.24. 1. ad Corinth. Calicem benedictionis vocauit: quoniam cùm eum præ manibus habemus, cum admiratione & horrore inenarrabilis doni laudamus, benedicentes, quod ſanguinem effudit, ne in errore permaneremus, neque tantum effudit, ſed nos omnes eius participes effecit. Addimus cum calice inenarrabilia Dei beneficia, & quæcunque conſecuti ſumus. Gratias agimus, quòd humanum genus errore liberauit, quòd cùm ſpem nullam haberemus, & impij in hoc mundo eſſemus, fratres & conſortes ſuos aſcripſit: his & cæteris huiuſmodi gratiarum actionibus accedimus. Ideo calix benedictionis & Euchariſtiæ vocatur.

Hom.26. in Matthæum: Optima beneficiorum cuſtos eſt ipſa memoria beneficiorum, ac perpetua gratiarum actio. Propterea & reuerenda ac ſalutaria illa myſteria quæ omni congregatione Eccleſiæ celebramus, Euchariſtia, id eſt, gratiarum actio nuncupatur. Sunt enim beneficiorum plurimorum recordatio, caput ipſum diuinæ erga nos charitatis oſtendunt, noſque faciunt ſemper Deo debitas gratias exoluere. Ideo altari aſſiſtens ſacerdos pro vniuerſo orbe terrarum, pro abſentibus atque præſentibus, pro his qui ante nos fuerunt, & poſtea futuri ſunt, ſacrificio illo propoſito Deo nos gratias iubet offerre.

Hom.2. 2. ad Cor. Accedentes enim prius pro terrarũ orbe, pro publicis bonis gratias agimus, &c.

Lib.6. de Sacerdotio. Pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum Sacerdos, vt hominum omnium, non viuentium modo, ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat.

Cap. XXII.

De vi precationum in Sacrificio pro quibus fierent, ac de Sanctorum inuocatione, ac defunctorum commendatione.

Hom.4. de Dei natura: Tempore illo mi frater, non ſolum homines clamorem illum horribilem reddunt, ſed etiam Angeli Domino genuflectunt, & Archangeli rogant: habent ſibi tempus idoneum, habent illam ſacram oblationem in fauore. Itaque vt homines ramos olearum gerentes, mouere Reges conſueuerunt, eoque arboris genere miſericordiam commemorant, & humanitatem: ſic angeli tunc pro ramis oleaginis corpus Domini ipſum protendentes, rogant pro genere humano, quaſi dicant: Pro his rogamus Domine, quos tu adeo dilexiſti, vt pro eorum ſalute mortem obires, animam cruce efflares: pro his ſupplicamus, pro quibus ipſe tuum largitus es ſanguinem: pro his oramus, pro quibus hoc immolaſti. idem hom. de ſancto Philogonio.

Hom.18. ſecundæ ad Corinth. Iterum vbi excluſerimus à ſacerdotibus, ab alijs eos qui nõ poſſunt eſſe participes ſanctæ menſæ, alia facienda eſt oratio. Omnes ſimiliter ſuper terram iacemus: Omnes ſimiliter ſurgimus.

Hom.18. in acta Apoſtolorum: Parúmne eſt, dic oro, in ſanctis oblationibus nomen tuum ſemper referri, & præterea pro villa preces ad Deum fieri? &c.

Hom.21. in acta Apoſtolorum: Non fruſtra oblationes pro defunctis fiunt, non fruſtra preces, nõ fruſtra eleemoſynæ: hęc omnia ſpiritus diſpoſuit, volens vt nos mutuò iuuemus. Vide enim vtilitatem: accipiet ille pro te, & tu per illum, contemptis opibus inductus ad faciendum aliquid generoſum: & tu illi ſalutis, ipſe verò tibi eleemoſynæ factus eſt actor. Ne dubita: quia erit aliquis fructus ſuauis. Non ſimpliciter miniſter clamat pro his qui defuncti ſunt in Chriſto, & pro his qui illorum memoriam faciunt. Non Diaconus eſt, qui talem illam vocem emittit, ſed ſpiritus: non ſanctus, inquam, ſed Domini. Qui dicis? In manibus eſt hoſtia, & omnia propoſita ſunt bene ordinata: adſunt Angeli, adſunt Archangeli, adeſt filius Dei: cum tanto horrore adſtant omnes, adſtant illi clamantes omnibus ſilentibus: & putas ſimpliciter & quæ pro Eccleſia, & quæ pro ſacerdotibus offeruntur, & quæ pro plenitudine ac vbertate. Abſit. Sed omnia cum fide fiunt. Quis putas pro martyribus offerri, quod vocantur in illa hora, licet martyres ſint, etiam pro martyribus magnus honor nominari Domino præſente, dum mors illa perficitur, & horrendum ſacrificium & ineffabilia ſacramenta? Nam quaſi ſedente Rege, quęcunque voluerit perficit: vt autem ſurrexerit, quæcunque dicit, fruſtra dicit. Ita & tunc quamdiu propoſita fuerint myſteria: omnibus honor maximus in memoria haberi.

Vide enim, annunciatur tunc ſacramentum horrendum, quòd pro mũdo dedit ſeipſum Devs, cum illo miraculo tempeſtiuè memor eſt ille eorum qui peccarunt. Sicut enim quando Regum trophæa ſtatuuntur, tunc celebrantur quidem & quicunque victoriæ ſocij fuerunt, dimittuntur autem qui ſunt in vinculis per illud tempus: vbi autem tranſierit hoc tempus, qui nihil aſſequutus eſt, nihil obtinet: ita ſane, & hic tropheorum & celebrandæ victoriæ tempus eſt: Quoties enim, inquit, manducabitis panem hunc, mortem Domini annunciate. Itaque ne ſimpliciter accedamus, neque fortuito hæc fieri putemus.

Hom.41. primæ ad Corinth. Non eſt temerè hoc excogitatum, nec fruſtra memoriam mortuorum inter ſacra myſteria celebramus: aut accedimus pro illis agnum illum iacentem & peccata mundi tollentem deprecantes, ſed vt his conſolatio aliqua fieret: Nec temerè qui altari aſſiſtit, inter horrenda myſteria clamat, Pro omnibus in Chriſto dormientibus, & pro his qui memoriam celebrãt illorum. Nam nunquam iſta fiant, neque hæc dicantur, ſi pro illis commemorationes nõ fierent. Neque enim ſcena iam amplius noſtra ſunt, ſed

ſpiritus

A ſpiritus ordinatione fiunt, Opitulemur igitur his fratres, memoriam pro ipſis faciamus. Nam ſi Iob illius liberos, patris victima purgauit, quid dubites, è nobis quoque ſi pro dormientibus offeramus, ſolatij quidam illis acceſſurum? Gratificari Deus propter alios alijs ſolet, quod Paulus hic oſtendit: Vt ex multis, inquit, perſonis pro dono in nos collato, per multos gratiæ pro vobis agantur. Ne defatigemur mortuis auxilium ferendo, preces pro ipſis offerendo: communis totius orbis victima preces ſunt. hinc pleni fiducia pro toto etiam orbe ſupplicamus. inter martyres, inter confeſſores, inter ſacerdotes, mortuos recenſemus. Vnũ enim corpus omnes ſumus, ſint membra licet alia alijs illuſtriora: vndiq; veniam ipſis impetrare licet, precibus pro ipſis effuſis, muneribus datis, conſortio eorum, inter quos velut commune corpus referuntur. Quid ergo doles? Quid lachrymaris? cùm impetrandæ mortuo veniæ tot extent rationes?

B Hom. 3. ad Philippenſes: Non fruſtra ab apoſtolis ſancitum eſt, vt in celebratione venerandorum myſteriorum memoria fiat eorum qui hinc diſceſſerunt. Nouerunt illis multum hinc emolumentum fieri: multum vtilitatis. Stante ſiquidem populo vniuerſo, manus in cœlos extendente, cætu item ſacerdotali, verendoque poſito ſacrificio, quomodo Deum non placeremus pro iſtis orantes? Verum iſtud quidem de illis dicimus, qui in fide abſceſſerunt. Catechumenos verò neque iſto ſolatio dignamur, ſed omni huiuſmodi deſtituti ſunt auxilio, vno quodam dempto. Quónam illo? Pauperibus, illorum nomine dare licet, vnde illis nonnihil refrigerij accedit. Nam ita vult Deus, vt nos inuicem mutuo iuuemus. Quanamque ratione pro mundi nos pace & incolumitate precari iuſſit? Quamobrem pro omnibus hominibus? Tametſi hic vbi omnes dicit, & latrones & ſacrilegi, ſepulchrorum ſpoliatores, ac fures, innumeriſq; alijs malis ſcatentes comprehendantur, nihilo tamen minus pro omnibus oremus, erit forte aliqua C illorum conuerſio. Quemadmodum itaque pro viuis iſtis oramus, qui tamen nihilo differunt à mortuis: ita & pro mortuis orari poteſt. Pro liberis ſuis ſacrificabat Iob, & à peccatis illos liberabat: Ne quid, inquit, forte peruerſi cogitauerint in cordibus ſuis. Ita prouidendum eſt liberis.

Hom. 69. ad populum Antiochenum: Non temerè ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim multum inde contingere lucrum, vtilitatẽ multam. Cùm enim totus conſtiterit populus extẽſis manibus, ſacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur ſacrificiũ, quomodo Deum nõ exorabimus pro his deprecãtes?

Cap. XXIII.

Quæ canantur in Miſſa.

D Hom. 9. ad Coloſſenſes: Quis ſit hymnus cœleſtium, norunt fideles, Quid in cœleſtibus dicunt Cherubim, quid dixerunt Angeli? Gloria in altiſſimis Deo, &c.

Hom. 3. ad Coloſſenſes: Propterea gratias agentes dicimus, Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, &c.

Hom. in laudem eorum qui comparuerunt in Eccleſia: In ſupernis Angelorum exercitus canunt gloriam, in terris homines, in Eccleſijs choros agentes, ad eorum exemplum eandem canunt gloriam. In ſupernis Seraphim ter ſanctum illum reſonant: in terris eundem hominum promit multitudo. Communiter tùm cæleſtium, tum terreſtrium plaudit celebritas: vna eſt gratiarum actio, vna exultatio, vna beneuolentis gaudentiſque choreæ ſtatio, &c.

A Hom. 61. ad populum Antiochenum: Non per propoſita tantùm, verùm per cantica ſpiritus deſcendit, &c. Idem

Hom. 3. ad Epheſios.

Hom. 14. ad Epheſios: Cogita vt inimicis tuis ignoſcas, quæ verba ſit os tuum locutum, quę contingat, quæ deguſtet, quo cibo fruatur: cum quibus tempore myſteriorum aſtes, cum Cherubim, cum Seraphim, neminem vituperant, ſed vnus & idem vſus ora illorum adimplet, nempe benedicendi & glorificandi Deum. Quomodo potes cum illis dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus: qui ore tuo ad vituperium abuteris?

Hom. 21. ad populum Antiochenum: Quomodo non eſt abſurdum poſt vocem illam myſticam è cælis delatam, à Cherubim dico, meretricijs cantibus & fractis melodijs aures inquinare?

Hom. 19. in Matthæum: Vnus eſt ex Angelorum choro atque Archangelorum ſocius effectus, cum Cherubim quoque ac Seraphim carnis, &c.

B Hom. de non contemnenda Eccleſia & Eccleſię myſterijs: Cogita prope quem aſtiteris ô homo, in ſacro illo & horrendo ſacrificio: cum quibus Deum ſis inuocaturus: cum Cherubim, cum Seraphim, & cum alijs cœleſtibus virtutibus, &c. Pluribus locis idem attingit.

Hom. 21. ad Romanos: Qui alterum conuitijs laceras, quomodo dicis ad Deum, Miſerere mei? quomodo ſacram oblationem ſumes, qui linguam humano ſanguine rubefeciſti?

Hom. de laude eorum qui conuenerunt in Eccleſiam: Quomodo in domum tuam recipies Dominum, qui vſque adeo contemptim offeras precationem? Miſerere mei Deus, inquis, ac mores à miſericordia alienos declaras.

Hom. 27. in Geneſin: Si ignoſcamus inimicis noſtris, & bene precamur, poterimus pura conſcientia ad ſanctam terribilemque menſam accedere, ac verba quæ precibus noſtris inſerta ſunt, fidenter dicere. Sciunt initiati quid dicatur. Pro- C inde vniuſcuiuſque conſcientiæ relinquo, quomodo mandato illo impleto, per illud terribile tempus dicere poſſimus. Quod ſi negligenter fecerimus, quanta hinc condemnationis cauſa, qui diuerſa facimus ac dicimus? Audemus temerè verba precum pronunciare, & nobis ipſis maiorẽ ignem extruere, iramque Dei in nos prouocare?

Hom. 14. ad Epheſios: Cogita quæ verba ſit os tuum locutum, qua dignatum menſa, quæ contingat, quæ deguſtet, quo cibo fruatur. Nihil putas te mali facere, quod fratri maledicis? Quomodo ergo illum fratrem vocas? Si verò non eſt frater tuus, quomodo dicis, Pater noſter? Perpende cum quibus tempore myſteriorum aſtes, &c.

Epist. ad Eutropium: Si propriæ iniuriæ acerbitatem non exequitur imperator, quid ſanctos facere decet: quid filijs Eccleſiæ agere conueniet, quibus paulò pòſt accendendum eſt ad ſancta, quibus contingenda ſunt myſteria, quibus oratio do- D minica offerenda, in qua dicendum eſt, Dimitte nobis debita noſtra? &c.

Cap. XXIIII.

De voce diaconi, ſancta ſanctis, & vt admoneat indignos eſſe arcendos, etiam Principes per diaconum qui corpus Chriſti porrigebat.

Hom. 51. ad populum Antiochenum: Diaconus clamat ſanctos vocans, & per hanc vocẽ omnium taxans maculas. Sicut enim in grege vbi ſunt multæ oues ſanæ, alię verò morbidę, per hanc excitat vocem, & has ab illis diuidit, paſſim circumiens ſacrorum miniſter per illum clamorem nimis horrendum omnes vocans ſanctos, & trahens. Quoniam enim homo res proximi ſcire

noni

non poteſt (Quis enim ſcit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus qui in eo eſt?) hanc vocem emittit, poſtquam conſummatum eſt omne ſacrificium, vt nemo temere & à caſu ad ſpiritalem veniat fotem. Etenim in grege morbidas detinemus intus in tenebris, & alia paſcimus eſca, nec aëris puri, nec herbæ ſinceræ, nec exterioris fontis ſinimus eſſe participes: & hic igitur hæc vox pro quodam eſt vinculo. Non potes dicere: Neſciebam quàm eſſet in re periculum. Paulus teſtatus eſt, ſed dices, Neſciui. hæc non eſt purgatio, ſed accuſatio, per ſingulos dies Eccleſiam ingrederis, & adhuc hoc ignoras? Tune vel hoc prætenderis, propterea ſublimis conſtitutus magna voce, terribili clamore quaſi quidam præco manum in altitudinem tollens, ſtans erectus, omnibus apparens, & magnum illa tremenda quiete exclamans, hos quidem vocat, hos autem arcet, non hoc manu faciens, ſed hoc per linguam quàm per manum efficacius. Dic mihi quæſo, in Olympicis certaminibus, nō ſic aſtat præco magnum clamans? Num aliquis hunc accuſat, dicens, Nónne fur eſt & ſeruus? & nónne prauorum eſt morum? Si vbi eſt corporum exercitatio, multa fit volūtatis inquiſitio, multo magis vbi totum anima decertat. Stat igitur apud nos præco non capite quenquam tenens & producens, ſed omnes pariter inferiori detinēs capite, non apponit alios accuſatores, ſed ipſis ſemetipſos. Non dicit nunquid aliquis hunc accuſat? ſed, ſi quis ſeipſum accuſat. Cum enim dixerit, Sancta ſanctis, hoc dicit, ſi quis non eſt ſanctus, non accedat: non ſimpliciter dicit à peccatis purus, ſed ſanctus, non peccatorum tantum liberatione, ſed ſpiritus præſentia. Idem omnino fere dicit.

* Hom.17. ad Hebræos.

Hom.60. ad populum Antiochenum: Ad vos ô miniſtrantes ſermonem conuertere neceſſarium eſt, vt multo cum ſtudio hæc dona diſtribuatis. Non parua vobis imminet vltio, ſi quem cuiuſpiā conſcium nequitiæ huius menſæ participem eſſe conceditis: ſanguis eius de manibus veſtris exquiretur, ſiue quis dux militiæ ſit, ſiue præfectus, ſiue princeps diademate coronatus: indigne autem accedat prohibe, maiorem illo poteſtatem habes. Tu verò ſi tibi quidem aquæ fons traditus fuiſſet purus gregi cuſtodiendus, & pecudem multum oreſimum habentem vidiſſes, deorſum inclinari non permiſiſſes, & fluentem turbare: nunc verò non aquæ, ſed ſanguinis & ſpiritus fontem habens creditum, & cœno fœdius habentes peccatum videns accedentes, non indignaris, nec arces, ecquam conſequeris veniam? Propterea vos Deus hoc inſigniuit honore, vt talia diſcernatis: hoc veſtra dignitas eſt, hoc ſecuritas, hoc omnis corona, non vt albam & ſplendentem tunicam circumeatis induti. Et vnde, inquit, noui illum & illum? non de ignotis, ſed de notis loquor. dicam aliquid terribilius. Non tam graue energumenos intus eſſe, quàm iſtos, vt ait Paulus, vt Christvm conculcent, & ſanguinem teſtamenti communem exiſtiment, & gratiam ſpiritus afficiant contumelia. Dæmonium enim patiente peior eſt qui poſtquam peccauit accedit.

Hom.83. in Matthæum eadem vbi concludit: Hic mihi de notis ac manifeſtis diſputata ſunt, quibus emendatis citò nobis Deum etiam ignotos notificabit: ſi verò notos admittimus, qua de cauſa ignotos manifeſtauerit?

Hom. de non contemnenda Eccleſia & myſterijs: Si quem ex his qui tecum congregantur, ſcortatorem & ad myſtica accedentem videris, dic eorum diſpenſatori. Ille myſterijs indignus eſt, prohibe ſacris prophanum, &c. Ad vos qui miniſtratis, ſermonem deinceps conuertimus, vt multo cum ſtudio dona diſpenſetis. Neque enim parua vobis pœna impendet. Nam ſi ſcientes aliquem eſſe improbum hac menſa, cum participare permittetis, ſanguis eius è manibus veſtris exquiretur, ſiue is dux exercitus, ſiue præfectus equitum ſit, ſiue ille ipſe qui diademate circundatus eſt, ſi indignè accedat prohibe. Maiorem Dominum habes. Caue ne irrites Dominum Deum tuum, non expurgans corpus eius. Nec gladium alimenti loco porrigas. Quòd ſi ipſe non audes, ad me adhuc, non patiar hæc audere. Anima deficiar potius, quàm ſanguinem Domini præter dignitatem porrigam, & meum ipſius ſanguinem profundam, priuſquam ſanguinem tam tremendum ſecus quàm conuenit porrigam. Melius enim priuári vita propter Deum, quàm propter vitam Deo ipſo.

Cap. XXV.

De præparatione ad Euchariſtiam interna, quæ cognitione excitetur.

Hom.52. in Matthæum: Veniat nobis in mentem, quem adire conſtituimus, pro quibus & quid facturi adimus, quem Seraphim aſpicere nequeant, quem terra contremiſcit, qui lucem inacceſſibilem habitat. Adimus vt nos a tormentis gehennæ vendicemus. Concidamus igitur tam corpore quàm mente, vt ipſe iacentes nos erigat. Oremus humiliter ac manſuete, &c.

Hom.83. in Matthæum. Si Iudæi ſtantes calceati, & baculos in manibus habentes, cum feſtinatione comedebant, quanto magis nobis vigilandum eſt? Illi ab Aegypto in Palæſtinam erant profecturi, ac ideo viatoris habitum habebant: tu de terra in cœlum aſcenſurus es. Cogita quanta indignatione aduerſus proditorem, aduerſus eos qui crucifixerunt, ipſum mouearis, & caue ne tu reus & corporis & ſanguinis efficiare.

Hom.51. in Matthæum. Adeamus ſinguli ægrotantes Chriſtum magna cum fide, Nam ſi qui fimbriam veſtimenti eius tunc tetigerunt, omnes conualuerunt, quanto magis corroborabimur ſi totum in nobis habebimus? Cum fide autem accedere non eſt vt tantummodo propoſitum corpus accipias, verùm multò magis, vt mundo corde tangas, vt ſic adeas quemadmodum ad ipſum.

Hom.60. ad populum Antiochenum: Accedat nemo cum nauſea, nemo reſolutus omnes accenſi, omnes feruentes & excitati. Nam ſi Iudæi ſtantes, & calceamenta manibus geſtantes, ac baculos agnum cum feſtinatione comedebant, te multo magis oportet eſſe ſolertem. Nam illi quidem in Palæſtinam erant prodituri, & propterea viatorum figuram habebant: tu verò debes in cœlum migrare. Quapropter in omnibus te oportet vigilare, nec enim parua pœna proponitur indignè ſumentibus, &c. Quo non oportet eſſe puriorem tali fruentem ſacrificio, quo ſolari radio manum hanc carnem diuidentem, os quod igne ſpirituali repletur, linguam quæ tremendo nimis ſanguine rubeſcit? Quod Angeli videntes horreſcunt, nec libere audent intueri, hoc nos paſcimur, &c.

Hom.6. ad populum Antiochenum. Tanquam leones ignem ſpirantes, ab hac menſa recedamus caput noſtrum mente voluentes, & charitatem quam nobis exhibuit.

Hom.28. primæ ad Corinthios. Senſibili nunquam communicaremus menſa ſi febre laboraremus, longe magis hanc tangere nefas eſt impeditis cupiditatibus quæ febre grauiores ſunt. Cum autem abſurdas dico cupiditates, etiam corporum intelligo, & pecuniarum, & iræ & ſuccenſionis, & omnes ſimpliciter abſurdas. Quæ omnia accedentem exhaurire oportet, & ita purum illud attingere ſacrificium, non pigre diſponi & miſere

cogi

cogi propter ſolennitatem, &c. Non dijudicans corpus Domini: hoc eſt non conſiderans magnitudinem propoſitorum, non reputans muneris magnitudinem. Si enim didiceris diligenter quis ſit propoſitus, & quis cui ſeipſum exhibet, nullius alterius indigebis ratione, ſed hoc tibi ad omnem puritatem ſufficiet, niſi ſis ignauiſſimus.

Hom. 16. ad populum Antiochenum. Si cum puritate acceſſeris, ad ſalutem acceſſiſti: ſi verò cum mala conſcientia, ad pœnam & vltionem. Qui enim manducat & bibit indignè, &c. Nam ſi regiam contaminantes purpuram puniuntur, ſicut & diſcindentes, non erit diſſimile, Domini corpus impura mente ſuſcipientes eandem ſubire vindictam, cum his qui clauis ipſum diſciderunt. Vide quàm terribilem proponat Paulus vltionem. Irritam quis faciens Moſis legem, &c. Idem Hom. 45. In Ioannem & 83. in Matthæum.

Hom. de non contemnenda Eccleſia & Eccleſiæ myſterijs: Ait Apoſtolus. Qui manducat indignè, iudicium ſibi manducat, non dijudicans corpus Domini: hoc eſt, eandem pœnam dabit quod ſupplicium luent hi qui Chriſtum cruci affixerunt. Quemadmodum enim illi iugulatores rei ſunt ſanguinis, ita & hi qui indigni myſterijs participant: ſiue enim quis diſrumpat regiam purpuram, ſiue luto contaminet, ex æquo regem qui eam induit, contumelia affecerit: ita hic quoque & qui peremerunt corpus Domini, & qui impuro animo id acceperunt, iuxta ludibrio habent regium indumentum.

Hom. 51. in Matthæum: Quam ſatisfactionem afferemus: cùm tali pabulo nutriti peccemus, cùm agnum comedentes in lupos conuertamur, cùm ſaturati ouinis carnibus vt leones rapiamus? præſertim cùm id ſacramentum non rapina ſolum, verum & ab omni ſuſpicione inimicitiarum mundum ſemper ſeruare iubeamur. Pacis enim ſacramentum eſt hoc ſacramentum, inquiſitioni pecuniarum & ſimoniæ non conuenit. Nullus Iudas, nullus Simon hanc menſam adeat, quorum vterque cupiditate perijt.

Idem 24. primæ ad Corinthios, & 11. ad populum Antiochenum.

Hom. 60. ad populum Antiochenum, Fœtente ore Regem deoſculari non eligeres, Regem verò cœli fœtente anima deoſcularis? Beſtia quæ tetigerit montem, lapidabitur, &c. Sicut cibus cùm ſit nutritiuus, ſi à crudo ſumatur, omnia perdit & corrumpit, ac mortis eſt cauſa: ita ſcilicet & qui horrenda myſteria, &c.

Hom. 60. ad populum Antioch. Nec enim parua pœna proponitur indignè ſumentibus. Cogita quantum aduerſus proditorem indignaris, contra eos qui crucifixerunt. Itaque & tu conſidera, ne ſis reus corporis & ſanguinis Domini. Illi ſanctiſſimum corpus iugularunt: tu verò polluta ſuſcipis anima, poſt tot beneficia. Hom. 46. in Ioan. idem.

Hom. 18. ad Hebræos: Rex Babylonis ex captiuitate iuuenes honeſtos forma & decoros facie elegit, multo amplius & nos aſtantes menſæ regali, honeſtos ſpecie eſſe oportet.

Hom. 24. pr. ad Corinth. Quando id propoſitū fuerit, dic tecum, Propter hoc corpus nō amplius terra & cinis ego ſum, non amplius captiuus, ſed liber. Propter hoc, cœlum & quæ in eo bona ſunt, me accepturum ſpero, immortalem vitam, angelorum ſedem, Chriſti conſuetudinem, &c. Animaduerte quod omnium maximum eſt atque perſpicuum, in terra non conſpicaris ſolum, ſed tangis, neque ſolùm tangis, ſed comedis, & eo accepto domum redis. Abſterge ab omni ſorde animum. Præpara mentem ad horum myſteriorum ſuſceptionem. Etenim ſi puer regius purpura & diademate ornatus, tibi ferendus traderetur, nónne omnibus humi abiectis eum ſuſciperes? Nunc cùm non hominem regium puerum, ſed vnigenitum Dei filium accipis, dic, quæſo, non horreſcis?

Cap. XXVI.

Præparatio externa, confeſſio, ieiunium, lotio manuum, veſtium mundities.

HOM. 30. in Geneſin: Quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus Dei gratia, nunc maxime & ieiunij curſus intendendus eſt, & continuandæ preces, faciendaque diligēs & pura peccatorum confeſſio, & in operibus ſedulitas, eleemoſyna larga, ęquitas, manſuetudo, aliæq; virtutes vt talibus ornati virtutibus, vbi in diem dominicū venerimus, Domini liberalitate fruamur, &c.

Hom. 10. in Matthæum: Tempus quidem confeſſionis æquè & lotis baptiſmate & illotis profaniſque incumbit: his quidem, vt poſt patientia criminum vulnera, pœnitentia interueniente curentur, & ad ſacra myſteria venire mereantur. Illis verò, vt eam quam poſt lauacrum cœleſte conceperant, maculam diluentes, ad dominicā menſam munda iam cōſcientia ſecuraque cōueniant.

Hom. de ſpectaculis: Hortor rogoque vt prius pœnitentia ac confeſſione alijſque remedijs omnibus ſeſe à peccato ex theatricis ſpectaculis contracto perpurgent, atque ita diuinos audiant ſermones, &c. Non metuis, non expaueſcis dum oculis quibus illic lectum qui eſt in orcheſtra, ſpectas, ijſdem hanc menſam intueris? &c.

Hom. 27. prima ad Corinthios: Tu priuſquam accipias, ieiunas, vt aliquo modo dignus communicatione videaris: cùm autem acceperis, & oporteret in continentia perſeuerare, omnia perdis. Quanquam æquum eſt ante & poſt communicationem ieiunare. Oportet enim vtroque tempore continentem, ſed maximè poſt acceptum ſpiritum: antè vt dignus fias ad accipiendum: poſtmodum, vt non indignus videaris qui acceperis, &c. Vide de Ieiunio ſeq. cap. &c.

Hom. 52. in Matthæum: In nonnullis Eccleſijs morem hunc corroboratum videmus, vt diligenter multi ſtudeant, quomodo manibus loti, veſtibus candidis induti in Eccleſiam ingrediantur: quomodo autem animam atque mentem ſuam puram atque defæcatam Deo afferant, nullam habent curam. Hæc dico, non quia lauare os aut manus prohibeam, ſed quia non aqua ſolum lauare os velim, verumetiam vt æquius eſt, omni virtutis munere.

Hom. 61. ad populum Antiochenum. Dic mihi, illotis manibus ad ſacrificium eligeres accedere? Non puto. Cernis vaſa, &c.

Hom. 3. ad Epheſios idem.

Cap. XXVII.

De adoratione Corporis.

HOM. 24. primæ ad Corinth. Hoc corpus adorarunt, in præſepi reueriti ſunt magi, & impij viri & barbari, longo itinere confecto, cum timore ac tremore plurimo adorauerunt. Imitemur ſaltem barbaros nos qui cœlorum ciues ſumus. Tu non in præſepi, ſed in altari, non mulierem quæ in vlnis teneat, ſed ſacerdotem præſentem & ſpiritum perabunde ſuper propoſito diffuſum ſacrificio vides. Nec vt magi corpus intueris, ſed eius potentiam, & omnem agnoſcis adminiſtrationem, & nihil eorum quæ per ipſum facta ſunt ignoras, & diligenter initiatus es in omnibus. Excitemur igitur, horreſcamuſque, & maiorem quàm barbari illi præ nobis feramus pietatem, vt non ſimpliciter, neque frigidè accedentes vehe-

mentiori igni caput obijciamus: hæc non dico, vt non accedamus, ſed ne temerè accedamus: lege Caput, Quanto honore ſit aſſiſtendum: & caput, De his qui Miſſæ intereſſe non laborant.

Hom.61. ad populum Antioch. Si pura ſunt veſtimenta adora, & communica, &c.

Cap. XXVIII.

Oſculum pacis porrigebant mutuum.

LIB. 1. de compunctione cordis: iubet Dominus relinqui donum ante altare, & prius reconciliari fratri, vt ex hoc diſcamus, quia nec illo tempore quo ad miniſterium Dei videmur accedere, reconciliationem diſſimulari ac differri non patitur Deus, quãto magis curari hoc in alijs temporibus iubet? Nos verò imaginem quidem colimus præcepti, veritatem verò virtutemque negligimus. Nam oſculum pacis porrigere, tempore quo munera offeruntur, in vſu eſt: ſed vereor ne forte plures ex nobis labijs hoc tantummodo faciant, cùm Christvs pacem non ex ore, ſed ex corde deſideret, & affectu velit proximum, non labijs ſalutari, &c.

Cap. XXIX.

Quibus temporibus populus communicaret: an quoties fieret Miſſa.

ADhortatur quidem quàm poteſt acerrimè, vt expurgati ſæpius participent. Concludit tamen, ne illoti accedant, nec ſolitos accedere, quoties res diuina ageretur, oſtendit.

Hom.61. ad populum Antiochenum. Multos video dominici corporis participationem temerè ſumentes, vel à caſu potius, ac conſuetudine potius aut lege, quàm cogitatione & mente, ſi ſupervenerit ſanctæ tempus Quadrageſimæ, qualiſcunque ſit aliquis, myſteria ſumit: ſi ſuperuenerit Epiphaniorum dies, licet tempus aduentus, vel Epiphania, vel Quadrageſima dignos accedere non faciat, ſed animæ puritas & ſynceritas: cum hac igitur ſemper accede, ſine hac nunquam, &c. Multam video rerum inæqualitatem. In alijs temporibus cùm puri frequenter ſitis, non acceditis: In Paſcha verò, licet ſit aliquid patratum, acceditis. O conſuetudinem. O præſumptionem, ſacrificium quotidianum, incaſſum aſſiſtimus altari, nullus qui communicetur. hæc non vt temerè communicemini dico, ſed vt vos dignos reddatis. Non es hoſtia dignus, vel communione, igitur nec oratione. Aſtantem audis præconem atque dicentem: Quotquot eſtis in pœnitentia, omnes orate. Quid ſtas? ſi es in pœnitentia, ſumere non debes. Qui namque non communicat, eſt ex pœnitentibus. Cur itaque dicit, Abite qui non poteſtis orare? Conſidera menſam Regis appoſitam, angelos menſę miniſtrantes. Ipſe Rex adeſt, & adſtas oſcitans. Si pura ſunt veſtimenta, adora, & communica. Per ſingulos dies venit diſcumbentes viſurus, omnes alloquitur: Amici quomodo huc intraſtis? non dicit, vt quid accubuiſti, ſed quid intraſti. Omnis qui participio myſteriorum non fruitur, impudens eſt ac procax, ſi aſtat, &c. Dic mihi, ſi quis in conuiuium vocatus manus ablueret, & recumberet, & menſæ paratus adeſſet, poſtmodum nihil guſtaret, non afficit contumelia vocantem? Nónne huiuſmodi melius non veniſſet? Sed ne maius vobis iudicium faciamus, vos exhortamur, non vt accedatis, ſed præſentia vos & acceſſu dignos conſtituatis.

Hom.3. ad Epheſios. Dic mihi, quæſo, poſt annum communionem ſumens, quadragintane dies ad totius temporis purificationem ſatis eſſe putas, & hebdomada lapſa rurſum ad peccata reuerteris? Hæc dico non vno & annuo vos prohibens acceſſu, ſed vos ſemper ad ſancta volens accedere, &c.

Hom.17. ad Hebræos. Plurimi ex hoc ſacrificio ſemel accipiunt in toto anno, alij bis, alij ſæpius. Ad omnes ergo nobis ſermo eſt, non ad eos qui hic ſunt tantùm, ſed etiam ad eos qui in eremo ſedent. Illi enim ſemel in anno tantum participantur, fortaſſis enim & poſt duos annos. Neque eos qui ſemel, neque eos qui ſæpius, neque qui raro: ſed eos qui cum munda conſcientia, qui cum mundo corde, cum vita irreprehenſibili iſti ſemper accedant. Qui verò tales non ſunt, neque ſemel. Quid ita? quia iudicium ſibi accipiunt & damnationem ac ſupplicium, hæc dicens, non ob vna in anno vos perceptione veto, ſed volo vos ſemper accedere. Sanctis hæc conceſſa ſunt.

Hom.28. primæ ad Corinthios Paulus ait, Probet ſeipſum homo. Voſmet tentate, ſi eſtis in fide, voſmet probate: non quemadmodum nunc facimus temporis gratia tantum accedentes, ac magis quàm animi ſtudio, neque vt præparati ad expurgandæ vitia compunctioni pleni accedimus, ſed vt in ſolemnitatibus ſimus quando omnes adſunt conſideramus, ſed non ita Paulus præcipit, ſed vnum tempus nouit quo accederemus, communicationis & ſcientiæ puritatem.

Cap. XXX.

De fine Miſſæ.

HOM.83. in Matth. Hymno dicto exierunt in montem. Audiatis quicunque vltimam orationem non expectatis quæ illius ſymbolum eſt. Gratias enim egit antequam diſcipulis daret vt etiam à gratiarum actione incipiamus, poſteaquam dedit & hymnum cecinit, vt & nos ſimiliter faciamus.

Hom.3. ad Coloſſ. Quando ſacrificium abſoluitur, ait præſul, Pax omnibus, & interea rurſus. Gratia vobis & pax. Quomodo non eſt abſurdum, quod cùm toties pacem habendam nobis audiamus, nihilominus hoſtiliter inuicem alius alium impugnamus?

Hom. Oportet hæreſes eſſe, poſt primam ad Corinthios. Inoleuit in Eccleſijs conſuetudo quædam admirabilis. Fideles enim omnes in conuentibus ſuis poſtquam audiſſent doctrinas, poſt preces, poſt ſacramentorum communionem, ſoluta concione non mox domum concedebant: ſed diuites & abundantiores alimenta & edulia à domibus ſuis afferentes, pauperes vocabant, communeſque faciebant menſas communia prandia, communia conuiuia in ipſa Eccleſia. Atque ita à communione menſæ & pietate loci vndequaque ad charitatem accendebantur, non abſque ſumma vtilitate & voluptate maxima.

MALLEVS CALVINISTARVM,

HOC EST:

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

SOLVS SVFFICIENTER SCRIPTIS SVIS RETVNDENS
vniuerſos errores, quos Ioannes Caluinus, eiuſque præceſſores aut aſſeclæ de ter venerabili Euchariſtiæ Sacramento commenti vel ſecuti ſunt.

Per Columbanum Vrancx S. T. Licentiatum & Monaſterij S. Petri, in Blandinio iuxta Gandauum Priorem, ex operibus ipſius collectus.

AD LECTOREM.

NON te prætereat narratio Seniorum, ipſi enim didicerunt à patribus ſuis,
quoniam ab ipſis diſces intellectum & in tempore neceſſitatis dare re-
ſponſum ait Eccleſiaſticus. Optimum fluctuanti & dubio in fide non du- Cap. 8.
bia ſæculo noſtro dans conſilium, & aduerſus Hæreticorum omnium
temporis huius errores omnes alexipharmacum, præſenſq; adhibens re-
medium. Nam ſeniores iſti ſunt veteres Patres, ſanctiq; Eccleſiæ Doctores, quos etiam
propheta Domini Hieremias conſulit & præcipit conſulendos & interrogandos de ſe-
mitis antiquis, & quæ ſit via bona ad ambulandum in ea, pro acquirendo animarũ re- Cap. 6.
frigerio, tranquillitate & pace, qua deſtituuntur innumeri exulceratiſſimo hoc noſtro
ſæculo, quod tale eſt quale idem capite præcedenti deſcribit, & ſuis coloribus aptiſſimè
depingit, his vtens verbis: Inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes, quaſi aucupes Hierem. 5
laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros, ſicut decipula plena ouibus, ſic domus
illorum plenæ ſunt dolo, ideo magnificati ſunt, & ditati, & incraſſati, & impinguati, &
prætenierunt ſermones meos peſſimè. Prophetæ prophetabant mendacium & fuerunt
in ventum locuti & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis & populus meus dile-
xit talia. Hæc ergo euenient illis. Hæc dicit Dominus Deus exercituũ, quia locuti eſtis
verbum iſtud: Ecce ego addo verba mea in ignem, & populũ iſtum in ligna & deuora-
bit eos. Ecce ego adducam ſuper vos gentem de longinquo domus Iſrael ait Dominus,
gentem robuſtam, gentē antiquam, gentem cuius ignorabis linguã, nec intelliges quid
loquatur, pharetra eius quaſi ſepulchrũ patens, vniuerſi fortes, & comedet ſegetes & pa-
nem tuum, deuorabit filios & filias tuas, comedet greges & iumenta tua, & comedet vi-
neam & ficum tuam, & conteret vrbes munitas in quibus tu habes fiduciã gladio. Ve-
runtamen in diebus illis ait Dominus non faciam conſummationē. En faciem miſerã
& deploratum Belgicæ Reip. ſtatum. Audi nunc Belga Dei tui (qui ſolus rebus mederi
poteſt deploratis) conſiliũ & mali tui præſens, certumque remedium: Erudire Ieruſalem
nē forte recedat anima mea à te, ne forte ponã te deſertam & terram tuam inhabitabi-
lem. State ſuper vias & videte, & interrogate de ſemitis antiquis & quæ ſit via bona &
ambulate in ea, & inuenietis refrigeriũ animabus veſtris. Inter Belgicæ cladis & calami-
tatis errores principem obtinet locũ atque nouitius Caluiniſtarum de Euchariſtia error
& hæreſis, quæ velut zizania ab inimico homine & veritatis hoſte Ioanne Caluino bo-
no ſemini patrisfamilias superſeminata eſt hac tēpeſtate, noſtraq; memoria; quâ tũ per
eum, tum per eius aſſeclas ad exemplũ & imitationē Berengarij vera & realis præſentia
carnis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia pertinaciter negatur. Cui malo atque hæreſi
medendi optima ratio fuerit, ſi ſuam maioribus noſtris vendicantes authoritatē candi-
de conſideremus & ſyncerè expendamus quid Apoſtoli, eorumq; proximi ſucceſſores
& veteres certæ ac indubitatæ veritatis atque fidei ſancti Doctores multis ſæculis ante
Berengarij & Caluini de Euchariſtia hæreſim de altaris ter ſancto ſacrificio & ſacramē-

to crediderint, ſenſerint, docuerint, verboq; aut ſcripto tradiderint. Quod autem illi, vt etiamnum catholica Eccleſia, veram realemque carnis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia præſentiam certè & indubitanter crediderint ex quinq; ſequentibus argumentis & rationibus apertiſſimè cerni & conſtare omnibus poteſt. Prima ratio ſeu argumentum eſt, quod ad miraculoſam conuerſionē atque diuinitus factam in Euchariſtia tranſubſtantiationem, credendam & aliquo modo intelligendā, paſſim ab ipſis in exemplum adducetur conuerſio rerum, ad quam non ſufficiat vlla creata poteſtas humana vel angelica, vt quod virga ſit mutata in ſerpentem & contra ſerpens in virgam, item aqua in ſanguinem vel in vinum & ſimiles. Quibus tamen omnibus anteferunt ſtupendā conuerſionem, quæ conſecrationis virtute contingit in ipſo Miſſæ ſacrificio. Quis autē non intelligat hæc vanē, fruſtra atq; extra rem ipſam adduci, ſi ex eorum ſententia non alia ſit agnoſcenda in ſancta Euchariſtia facta mutatio, quam quod panis manens panis, & quod ante fuerat incipit ſolum eſſe ſymbolū ſeu ſignum & figura corporis Chriſti pro nobis paſſi, & à nobis ſumitur in memoriam mortis eius, in natura ſua nihil mutatus? Alterum argumentū eſt quod in explicandis & declarandis huius ſacramēti myſterijs adducant comparationem ab incarnatione & natiuitate Chriſti, dicentes quod ſicut ibi ſub humana natura latuit diuinitas: ita hic ſub ſpeciebus panis & vini vera abſcondatur & lateat humanitas. Tertia ratio eſt quod etiam exemplum adferunt à re naturali, ſed quæ proxime ad rem præſentē accedit. Dicunt enim: Sicut dum in terris Chriſtus veſcebatur pane & vino, in ipſo fiebat conuerſio per nutritiuam potentiā, per quam panis & vinum in veram eius carnem & ſanguinem conuertebantur: ita in altaris ſacrificio per verbi Dei conſecratoriam benedictionem fit tranſmutatio ſubſtantiarum panis & vini in ſubſtantiam carnis & ſanguinis Chriſti, vt dubitare nemo queat de quali cōuerſione patres loquantur, præſertim cum nuſquam vtantur figuris & metaphoris, ſed aperto & proprio ſermone dicant naturas conuerti, mutari, tranſmutari, transferri, tranſelementari, vel tranſire in ſubſtantiā corporis & ſanguinis Chriſti. Quarta conſideratio eſt quod ſollicitē ratione reddant, quare non ſub propria viſibilis carnis & ſanguinis ſpecie, Chriſtus ſuum corpus manducandū, & ſuum ſanguinē bibendum dederit. Quinta eſt quod cum ipſo Apoſtolo Paulo tam diligentē probationem, & tam accuratā præparationē exigant ante Euchariſtiæ ſumptionem quantā ante alia ſacramenta non requirunt neq; vnquam ante vſum veterum figurarum huius venerabilis Sacramenti requiſita in lege fuit, præterea quod ſingulariter grauiſſimē ferant ſi hoc ſacrificium & Sacramentū contingat indignē fieri, ſumi vel tractari. Hac in re negligentiam vel inaduertentiam culpamq; omnem irreuerentiæ, quam poſſunt maximē exaggerantes. Nam D. Chryſoſtomus in prima ſua Epiſtola quæ eſt ad Romanum Pontificem ſcripta, cōmemorat tanquam rem indigniſſimā & ſcelus horrendum quod Conſtantinopoli in ſanctuariū irruperint Barbari milites, nullis initiati myſterijs viderintq; omnia quæ intus erat & effuderint non aquam baptiſmale vel benedictam, ſed ſanguinem Chriſti, qui pro ægrotis ibidem cōſeruabatur etiam illo tempore. Qui, inquit, & ſanctiſſimus Chriſti ſanguis, ſicut in tali tumultu contingit, in prædictorum militū veſtes effuſus eſt, fiebantq; quaſi in Barbaria captiuitate omnia. Facile foret, ſed longū nimis dictas iam rationes patrū ſcriptis & teſtimonijs declarare, quod cōplures fecerunt, & propterea vnius Chryſoſtomi ſcripta, documenta authoritate & teſtimonium ſufficere putauimus ad primitiuæ veteriſq; Eccleſiæ Catholicæ fidem & doctrinā de Euchariſtia ſatis clare demonſtrādam, & omnes Caluiniſtarū de hac errores efficaciter refutandos & cōuincendos. Nullus ſiquidem inter ſanctos & veteres Patres copioſius, præclarius, & luculentius hanc materiā in ſuis ſcriptis tractauit. Eam ob rem operæ preciū nos facturos exiſtimauimus in vnum libellū ea quæ ſparſim de Euchariſtia ſcripſit colligeremus, & in certa capita atque argumenta huic errori demonſtrādo & collendo cōgruē redigeremus. Quis non huic totius Græciæ celeberrimo & ſanctitatis probatę doctori plus authoritatis deferat, & Chriſtiano Philoſopho eruditiſſimo maiore merito accōmodet fidem: quam impuro Caluino & vniuerſæ aſſeclarum ipſius impiæ turbæ & colluuiei ſanguinariæ, perfidæque. Vixit autem anno 398. à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti cui cum Patre & ſancto Spiritu honor ſit gloria per æterna ſæcula. AMEN.

QVID

QVID EVCHARISTIA SIT, SEV QVARE tremendum altaris ſacrificium & venerabile Sacramentum Euchariſtia vocetur.

CAPVT I.

Ho. 26. in Mat.

OPtima beneficiorum cuſtos eſt ipſa beneficiorum memoria, & perpetua gratiarum confeſſio. Propterea & reuerenda ac ſalutaria illa myſteria, quæ omni certè eccleſiæ congregatione celebramus, Euchariſtia, id eſt, gratiarum actio nuncupantur. Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, caputque ipſum diuinæ erga nos charitatis oſtendunt, noſque faciunt debitas Deo gratias ſemper exoluere. Si enim Dominum ex virgine eſſe natum grande miraculum eſt, & Euangeliſta cum admiratione dicebat. Hoc autem totum factum, &c. in quo tandem beneficiorum ponemus loco illum etiam mortuum eſſe pro nobis? Nam ſi illius tantummodo naſci totum vocatur, iam & ſemetipſum nobis cibum dare & ſpirituales illas præbere epulas, quid vocandum eſt? Agamus igitur ei iuges gratias & non modo verbis hoc noſtris verum etiam operibus, imo ipſis principaliter impleamus. Agamus verò gratias non de proprijs tantum verum etiam de alienis bonis. Ita enim & inuidiam poterimus extinguere & alere charitatem, eamque in nobis efficere pinguiorem. Neque enim iam illis poteris inuidere, de quorum bonis gratias Deo deferendo lætaris. Idcirco enim altari aſſiſtens ſacerdos pro vniuerſo orbe terrarũ, pro abſentibus atque præſentibus, pro his qui ante nos fuerunt, pro his qui poſtea futuri ſunt ſacrificio illo propoſito, Deo nos gratias iubet offerre. Hoc quippe & à terra nos liberat & tranſponit in cælum, atque ex hominibus angelos facit. Nam & illi ordinantes choros pro his quæ nobis collata ſunt bonis gratias agebant Deo, atque dicebant: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Chryſoſtomus Homilia 26. in Matthæum. Et 24. in 1. Corinth. indicat etiam ſacramentum altaris Euchariſtiam dici quia eſt bona gratia ſeu benedictio & gratiæ ſeu benedictionis theſaurus, his verbis: *Calix benedictionis cui benedicimus nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?* Quid dicis beate Paule, cum vis auditorem confundere, & horrendorum myſteriorum meminiſſe calicem benedictionis appellas, calicem illum formidoloſum & horroris plenum? ſanè quidem. Non enim paruum eſt quod dicitur. Siquidem cum benedictionem dico Euchariſtiam dico, & dicendo Euchariſtiam omnem benignitatis Dei theſaurum aperio, & magna illa munera commemoro. Etenim cum calice inenarrabilia Dei beneficia, & quæcumque conſecuti ſumus, addimus: ita ad eum accedimus, cum eo communicamus, gratias agentes, quod humanum genus errore liberauit: quod cum ſpem nullam haberemus, & impij in hoc mundo eſſemus fratres & conſortes ſuos aſſcripſit, his & cæteris gratiarum actionibus accedimus.

Luc. 2.

Nota quod Euchariſtia ſit ſacrificiũ & etiã offeratur pro defunctis.

Hom. 24 in 1. ad Cor.

1. Cor. 10

Quare ſynaxis & communio vocetur.

CAPVT II.

Ho. 24. in 1. ad Co.

ET panem quem frangimus nonne communicatio corporis Chriſti eſt? 1 Cor. 10. Quare non dixit participatio? Quia amplius quid ſignificare voluit, & multã inter hæc conuenientiam oſtẽdere. Non enim participatione tantum & acceptione, ſed vnitate communicamus. Quemadmodum enim corpus illud vnitum eſt Chriſto: ita & nos per hunc panem vnione coniungimur. Sed quare addit: Quem frangimus? Hoc in Euchariſtia videre licet, in cruce autem minimè, ſed omnino contra: Os enim eius, inquit, non conteretur. Sed quod in cruce paſſus non eſt, id in oblatione patitur, & propter te frangi permittit. Inde quum dixiſſet communicationem corporis (quod enim communicat alterum eſt ab illo cui communicat) etiam hanc, quæ parua videtur eſſe, differentiam tollit. Nam quum communicationem corporis dixiſſet, quoddam magis proprium addidit, inquiens: Quoniam vnus panis & vnum corpus multi ſumus. Quid enim appello, inquit, communicationem. Idem ipſum corpus ſumus. Quidnam ſignificat vel (vt œcumenius habet, quidnam eſt panis? corpus Chriſti. Quid autem fiunt qui accipiunt? corpus Chriſti, non multa ſed vnum corpus. Nam quemadmodum panis ex multis granis vnitur, vt minime grana appareant, ſed tamen grana ſunt; verum incerta diſcretione coniuncta: ſic & inuicẽ Chriſto coniungimur. Non enim ex altero corpore tu, ex altero ille educatur, ſed ex eodem omnes. Ideo ſubdidit: omnes qui de vno pane participamus. Quod ſi ex eodem, & idem omnes efficimur: quare non eandem præ nobis ferimus dilectionem & ſiamus ſecundum hoc vnum? Etenim progenitorum noſtrorum temporibus hoc erat. *Multitudinis credentium*, inquit, *erat cor vnum & anima vna*. Hoc autem tempore minimè, ſed omnino contra. Multa & varia vndique bella, & feris crudelius inuicem contra membra noſtra irruimus. Et Chriſtus quidem tanto te ſibi inferiorem coniunxit, tu autem mutua cura coniungi minimè dignaris, ſed te ſegregas cum tantum vitæ & dilectionis à Domino conſequaris. Non enim ſimpliciter corpus ſuum tradidit, ſed quum prior carnis natura à terra formata, à peccato mortalis facta, à vita deſerta eſſet: aliam, vt ita dicam maſſam & fermentum induxit, hoc eſt carnem ſuam, natura quidem eandem, verùm à peccato liberam & vitæ plenam, quam omnibus tribuit vt participes fierent, vt ea nutriti & priore abiecta, quæ mortua erat, per hanc menſam viuentem & immortalem cõmiſceremur. Homil. 24. in 1. Corinth. Et Homil. 23. in Matthæum ſic ait: Multa nos coniungunt ac copulant, vna menſa omnibus nobis propoſita eſt, vnus nos omnes genuit pater, eoſdem omnes dolores partes intulimus parenti, idem potus omnibus. Quid dico vnus ac idem potus cum etiam ex vno & eodem calice detur. Pater enim noſter magno charitatis vinculo ſtudens nos vnire, vt etiam ex vno calice biberemus effecit, quæ res maxima charitate nos copulat. Communicamus eadem menſa ſpirituali, communicemus & ſpirituali charitate. Nam ſi latrones cum alteri alteris ſale

Act. 4.

Ho. 24. in 1. Cor. Hom. 23. in Mat.

A communicauerint, latrocinandi ferocitatem deponant, quibus nos rationibus excuſabimus Domini corpore communicantes & latronum conſuetudinem atrocitate ſuperantes, præſertim cum multis gentilibus non quoniam vna menſa vterētur, ſed quoniam vnius eſſent ciuitatis, ſatis ad amicitiam fuerit, nos autem qui eiuſdem ſumus ciuitatis vna nobis domus eſt, eadem menſa, eadem via, ianua, radix, vita quibus idem caput eſt, idem paſtor, iidem rex, vnus & idem magiſter, iudex, conditor, pater, quæ omnia æquali quadam inſunt communitate, qua erimus ira digni, ſi mente diuiſi alter alterum non diligimus?

De tranſubſtantiatione.

Capvt III.

IN Miſſa à ſe conſcripta ſic ait: Inclinato capite dicit ſacerdos: Emitte ſpiritum tuum ſanctum B ſuper nos & ſuper propoſita dona hæc. Amen. Et ſurgens obſignat ſacra dona & dicit: Et fac panem quidem hunc precioſum corpus Chriſti tui. Amen. Ho. 83. in Mat. Nam vt ait Homilia 83. in Matthæum. Non ſunt humanæ virtutis hac opera, qui tunc in illa cœna confecit, ipſe nunc quoque operatur, ipſe perficit, miniſtrorum nos ordinem tenemus, qui verò hæc ſanctificat & tranſmutat ipſe eſt. Cum Diſcipulis meis, inquit, facio paſcha: hæc enim illa, non alia menſa eſt, hæc nulla re minor quam illa eſt. Non enim illam Chriſtus & hanc homo quiſpiam facit, ſed vtramque ipſe. Hoc eſt illud cœnaculum vbi tunc Chriſtus cum diſcipulis erat, hinc ad montem Oliuarum exiuit. Hoc nobiſcum habentes progrediamur, & cum fulgentiſſimis lampadibus ad ſponſum proficiſcamur. Et apertiſſime in (in ſer. in Enc. 8 j 3) ſermone admonitorio de Euchariſtia in Encenijs habito. Num, inquit, vides panē num vinum? Num C ſicut reliqui cibi in ſeceſſum vadunt? abſit. Ne ſic cogites. Quemadmodum enim ſi cera igni adhibita illi aſſimilatur nihil ſubſtantiæ remanet, nihil ſuperfluit, ſic & hic puta myſteria conſumi corporis ſubſtantia. Propter quod & accedentes ne putetis quod accipiatis diuinum corpus ex homine, ſed ex ipſis Seraphim forcipe ignem (quem ſcilicet Iſaias (Iſai. 6.) vidit) vos accipere. Reputate ſalutarem ſanguinē, quaſi è diuino & impolluto latere effluere, & ita ap- (Ho. 2 In 2. ad Ti.) proximantes labijs puris accipite. Et Homil. 2. in 2. ad Timotheum: Volo quiddam adijcere plane mirabile. Sacra ipſa oblatio ſiue illam Petrus, ſiue illam Paulus, ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat: eadem eſt quam dedit Chriſtus Diſcipulis, quamque ſacerdotes quoque modo conficiunt. Nihil habet iſta quam illa minus. Quia non hanc ſanctificant homines ſed Chriſtus qui illam ante ſacrauerat. Quoniam enim verba quæ locutus eſt Chri- D ſtus, eadem ſunt quæ ſacerdotes quoque nunc pronunciant. Ita & oblatio eadem eſt. Et hoc igitur Chriſti corpus & illud eſt. Qui autem hoc illo aliquid minus habere putat, ignorat Chriſtum eſſe qui nunc etiam adeſt & operatur.

De veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia.

Capvt IIII.

(Hom. 83. in Mat.) IN omnibus Deo pareamus, neque contradicamus, liceat cogitationibus noſtris aduerſari videatur & oculis, quod dicitur, ſed ſit & cogitationibus & viſu dignior ipſius ſermo. Sic & in myſterijs agamus, nec ſolum præ oculis poſita reſpiciamus, ſed ipſius verba contineamus. Ipſius enim ſermo infallibilis, noſter autem ſenſus ſeduci facilis; ille nunquam decipit, hic autem vt plurimum errat. Quoniam igitur verbum dicit: Hoc eſt corpus

A meum, & pareamus & credamus, & intellectualibus ipſum oculis intueamur. Nihil enim ſenſibile nobis Chriſtus tradidit, ſed res quidam ſenſibiles, omnes autem fructus intelligibiles. Itidem & (Nota quod ſit Sacramentum.) in baptiſmate per rem nempe ſenſibilem aquam donum confertur: intelligibile vero quod perficitur generatio & renouatio. Si enim incorporeus eſſes nuda & incorporea tibi dediſſet ipſa dona, ſed quoniam anima corpori conſerta eſt in ſenſibilibus intelligibilia tibi præbet. Quot nunc dicunt vellem ipſius formam aſpicere, figuram, veſtimenta, calceamenta? Ecce eum vides, ipſum tangis, ipſum manducas. Et tu quidem veſtimenta videre cupis, ipſe verò tibi concedit non tantum videre, verum & manducare & tangere & intra te ſuſcipere. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis paſtor oues proprio paſcit cruore? Et quid dico paſtor? Matres multæ ſunt quæ poſt partus dolores filios alijs tradunt nutricibus. Hoc autem ipſe non eſt paſſus, ſed ipſe nos proprio corpore & ſanguine paſcit & B per omnia nos ſibi coniungit & conglutinat. Hac etiam re tibi perſuadens carnem illam tuam aſſumpſiſſe. (Hom. 83. in Mat. Ho 51. in Mat.) Et Homil. 51. in Matth. Tangamus etiam nos fimbriam veſtimenti eius imo vero totum. Ipſum enim ſi volumus non veſtis ſolum, ſed corpus ipſius nobis propoſitum eſt, non vt tangamus ſolummodo, ſed vt comedamus, & ſaturemur. Adeamus ergo Chriſtum ſinguli ægrotantes magna cum fide. Nam ſi qui fimbriam veſtimenti eius tunc tetigerunt, rectè omnes conualuerunt: quanto magis corroborabimur, ſi totum in nobis habebimus? Cum fide autem accedere non eſt vt tantummodo corpus ipſum recipias propoſitum, verum etiam multo magis vt mundo corde tangas, vt ſic adeas quemadmodum ad ipſum Chriſtum. Quid enim ſi vocem eius non audis nonne vides iacentem, imo verò & loquentem per Euangeli- C ſtam ipſum audis? Credite igitur omnes, quia etiam nunc illa cœna celebratur, in qua Chriſtus ipſe recumbebat. Nihil quippe intereſt inter illam & hanc. Non enim hac ab homine illa ab ipſo conficitur. Quando igitur ſacerdotem corpus tibi præbere videris, noli ſacerdotis ſed Chriſti manum ad te porrigi arbitrari. Nam quemadmodum in baptiſmo non à ſacerdote baptizaris, ſed à Deo caput tuum virtute inuiſibili tenetur, non ab angelo (nullus enim prorſus id facere poteſt) ita etiam nunc. Cum enim homo regeneratur ſolius Dei hoc munus eſt. Qui autem maius, id eſt animam ſuam pro te poſuit, quomodo dedignabitur ſuum tibi tradere corpus? Audiamus ergo tam ſacerdotes quam alij, quam magna, quam admirabilis res nobis conceſſa eſt. Audiamus, oro, & perhorreſcamus, carnes ſuas nobis tradidit, ſeipſum immolatum propoſuit. Qui dixit hoc eſt D corpus meum, rem ſimul cum verbo confecit: Et (Hom. 24 in 1. Cor.) Homil. 24. in 1. Corinth. Quod eſt, inquit, in calice, id eſt quod à latere fluxit, & illius ſumus participes. Nam quemadmodum vetus Teſtamentum pecudes & vitulos habebat eodem modo nouum dominicum poſſidet ſanguinem, ait Homil. (Ho. 83. in Mat.) 83. in Matth. Et addit: ipſe quoque bibit ex eo, ne auditis verbis illius dicerent: Quid igitur ſanguinem bibimus & carnem comedimus? ac ideo perturbarentur. Nam & quando prius de his verba fecit multi propter verba ſolummodo ſcandalum paſſi ſunt. Ne igitur tunc id quoque (In oratione de B. Philogonio in fine tom. 3) accideret, primus ipſe hoc fecit, vt tranquillo animo ad communicationem myſteriorum induceret. Idem in oratione de beato Philogonio. Rogo vos omnes obſecroque vt ſummo ſtudio, ſummaque alacritate velitis adeſſe, ſed prius ſuam quiſque domum repurget, vt videamus Dominum noſtrum in cunis iacentem & faſcijs inuolutum, horrendum & ſtupendum ſpectaculum.

culum. Quid enim excuſabimus aut quam veniam obtinebimus ſi cum ipſe noſtra cauſa deſcenderit è cælis, nos ad illum vel ex ædibus ire grauemur, quum alienigenæ barbarique ex perſide accurrunt, vt illum videant in præſepi iacentem? Tu verò ne breue quidem ſpacium emetiri ſuſtines vt hoc fælici ſpectaculo perfruaris. Nam ſi cum fide acceſſerimus procul dubio videbimus illũ in præſepi iacentem. Siquidem hæc menſa vicem explet præſepis. Nam & hic ponitur corpus dominicum non quidem faſcijs inuolutum ſicut tunc, ſed vndiquaque Spiritu ſancto conueſtitum. Qui myſterijs initiati ſunt intelligunt quæ dicuntur. Idem Lib 3. de ſacerdo. lib. 3 de ſacerdotio. Dum conſpicis Dominum immolatum, ſacerdotem ſacrificio incumbentem ac preces fundẽtem, tum vero turbam circumfuſam precioſo ſanguine intingi ac rubefieri, etiam ne te inter mortales verſari atque in terra conſiſtere ſenſes? An non potius e veſtigio in cælos transferris? an non carnis omnem cogitationem abijciens, nudo animo, mente pura circumſpicis quæ in cælo ſunt? ô miraculum, ô Dei benignitatem qui cum patre ſurſum ſedet in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſeipſe tradit volentibus ipſum excipere & complecti. Num tibi iſta diſpectu & contemptu digna eſſe vidẽtur, aut eiuſmodi vt poſſit quis contra illa attolli atque inſurgere? Ho. 2. ad pop. Ant Pulchrè quoque & clarè in Homil. 2. ad pop. Ant ſic ait: Tamquam maximam hæreditatem Heliſeus Melotem ab Helia ſuſcepit. Etenim verè maxima fuit hæreditas omni auro precioſior. Et erat duplex Helias ille erat & ſurſum Helias & deorſum Helias. Noui quod iuſtũ illum beatũ putatis & velletis quiſque eſſe vt ille. Quid igitur ſi vobis demonſtrauero quid aliud, quod illo multo maius omnes ſacris myſterijs imbuti recepimus? Helias nempe Melotem quidem diſcipulo re- 4 Reg. 2 liquit. Filius autem Dei aſcendens ſuam nobis carnem dimiſit. Sed Helias quidem exutus Chriſtus autem & nobis reliquit, & ipſam habens aſcendit. Ne igitur decidamus neque lamentemur, neque temporum difficultatem timeamus. Qui enim ſanguinem ſuum pro omnibus effundere non recuſauit, & carnem ſuam & ſuum ſanguinem rurſus nobis communicauit: nihil pro ſalute noſtra recuſabit. Homilia quoque 14 in Epiſtolam ad Ephe. Ho 14. in epiſt. ad Ephe. Cogita quæ verba ſit os tuum locutum, qua ſit mẽſa dignatum, quæ contingat, quæ deguſtet, quo cibo fruatur. Perpende cum quibus tempore myſteriorum aſtes, nempe cum Cherubin, cum Seraphim, cum Angelis verſaris & proximum vituperas? Oſculo dominico dignatus es & vituperas? Cum Cherubim apud thronum Regis conſtitutus conuiciaris fratrem? Tot ac tantis rebus os tuum adornauit Deus vtpote hymnis Angelicis & cibo non tantum Angelico, ſed Angelicam etiam dignitatem ſuperanti, oſculo ſuo, complexibus etiam ſuis, & vituperas? Noli obſecro. Et conſone in Ho- Hõ 3 ad Ephe. mil. 3 ad Ephe. Si corpus Chriſti es inquit, fer crucem, ille enim tulit, fer purulentas & ſanioſas excreationes, fer alapas, fer denique clauos. Tale erat illud Domini tui corpus, illud inquam corpus quod nullum admiſit peccatum, neque dolus inuentus eſt in ore eius. Nihil os illud aliquando proferebat indecorum. Dæmonium habes audiuit. Nihil interim mitiſſimus reſpondebat. De corpore nobis ſermo eſt, & eo quod ab illo nihil diſſidet. Quot iſtius corporis efficimur participes? quot eius guſtamus ſanguinem. Recolite quia illius corpus eſt & ſanguis, qui ſupra cælos reſidet qui ab Angelis ſuppliciter adoratur, illius inquam qui proximè conſiſtit immortali Dei potentiæ. Huius delibamus ſanguinem. Hei mihi quot nobis vitæ præſtruuntur ad parandam ſalutem præduces & opportunæ. Nos ſuum ipſius corpus efficit, proprium corpus nobis ſumendum tradidit, & ecce nihil nos horum deterret ab improbitate vitæ. O tenebras, ô abyſſum nimiam, ô humanæ mentis ſtuporem.

Quod Euchariſtia ſit Sacramentum & quantum.

CAPVT V.

AVdiamus oro & perhorreſcamus carnes ſuas Chriſtus tradidit & ſeipſum nobis immola- Ho. 51. in Mat. tum propoſuit. Quam igitur ſatisfactionem offeremus cum tali pabulo nutriti peccemus, cum agno nutriti in lupos conuertimur cum ouinis carnibus ſaturati vt lupi rapiamus? præſertim cum id ſacramentum non à rapina ſolum, verum etiam ab omni ſuſpicione inimicitiarum mundum ſemper ſeruare iubeamur. Pacis enim ſacramentum eſt hoc ſacramentum, inquiſitioni pecuniarum & ſimoniæ non conuenit. Chryſoſt. Homil. 51. in Matth. Item Homil. 60. ad popul. Antio. oſten- Ho. 60. pop. Ant dit & declarat Euchariſtiam Sacramentum eſſe, hoc eſt inuiſibilis gratiæ viſibile ſignum. His verbis: ſi incorporeus eſſes nuda & incorporea tibi Dominus dediſſet ipſa dona, ſed quoniam anima corpori conſerta eſt in ſenſibilibus intelligibilia tibi præbet: Itidem & in baptiſmate per rem ſenſibilem nempe aquam donum confertur, intelligibile vero quod perficitur generatio nimirum & renouatio. Quoniam igitur verbum dicit: *Hoc eſt corpus meũ* & pareamus & credamus & intellectuali- Mat. 26. bus oculis ipſum intueamur. Homilia quoque 21. in Acta Apoſtolorum vocat Euchariſtiam horrendum & ineffabile Sacramentum & aliàs myſterium ſepenumero quod idem eſt quod Sacramentum.

De præſtantia ſeu dignitate Sacramenti Altaris.

CAPVT VI.

AQuilæ in hac vita facti ad ipſum cælum euolemus, vel potius ſupra cælum, *vbi enim cadauer*, inquit, *illic & aquilæ*. Mat. 24. Cadauer Domini corpus propter mortem dicitur. Niſi enim cecidiſſet nos non reſurrexiſſemus. Aquilas autem appellat, vt oſtendet ad alta eum opportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra debere ei eſſe commune, neque ad inferiora trahi & repere, ſed ad ſuperiora ſemper volare, & in ſolem iuſtitiæ intueri mentiſque oculum acutiſſimum habere. Aquilarum enim non graculorum hæc menſa eſt. Et tunc occurrent à cælis deſcendenti, qui nunc dignè fruuntur, quemadmodum qui indignè vltima patientur. Nam ſi Regem quis non inconſideratè acciperet, quid dico Regem? imo ne Regium quidem veſtimentum immundis manibus tangeret quamuis in ſolitudine ſolus eſſet. Atqui nihil aliud illud veſtimentum eſt quam vermium filũ. Quod ſi tincturam admiraris, etiam ipſa mortui piſcis ſanguis eſt. Verum id nemo immundis manibus tractare auderet. Quod ſi ergo hominis veſtem nemo temere attingere: quo pacto omnium Domini corpus purum & immaculatum, quod diuinæ illius naturæ particeps eſt, propter quod & ſumus & viuimus, propter quod & portæ inferi fractæ ſunt, & cælorum apertæ, tãta cum ignominia accipiemus? Nolimus obſecro, nolimus imprudentes nos ipſos interimere ſed cum horrore & mundicia omni ad Deum accedamus & quando id propoſitum videris dic tecum: propter hoc corpus non amplius terra & cinis ego ſum, non amplius captiuus ſed

A

liber, propter hoc cælum & quæ in eo ſunt bona me accepturum ſpero, immortalem vitam, angelorum ſedem, Chriſti conſuetudinem. Hoc corpus affixum, verberatum, morte victum non eſt. Hoc

Mat 27. Luc 23. Ioan. 19.

corpus ſol videns crucifixum radios auertit. Propter hoc & velum templi ſciſſum eſt, & petræ & terra vniuerſa tremuit. Hoc idem corpus cruentatum, lancea vulneratum fontes ſanguinis & aquæ vniuerſo orbi ſalutares ſcaturiuit. Vis & aliunde

Mat 9.

vires eius intelligere? Interroga eam quæ ſanguinis fluxum paſſa eſt, quæ non Ieſum ſed eius veſtimentum, nec totum ſed eius fimbriam duntaxat attigit. Interroga mare quod dorſo ſuo id pertulit.

Ioan. 6.

Interroga ipſum Diabolum & dicito vnde Inſanabile vulnus accepiſti? vnde vires amiſiſti? vnde captus es? à quo detineris? à quo fugis? Nihil aliud quam a corpore reſpondebit crucifixo, per quod

Colo. 2.

B

ſtimulum ſuum confregit, per quod caput contriuit, per quod principatus & poteſtates eius coercitæ ſunt. *Spolians enim*, inquit, *principatus & poteſtates traduxit, confidenter palam triumphans de illis in ſemetipſo.* Interroga mortem & dicas vnde perijt ſtimulus tuus? vnde diſſoluta eſt victoria tua? vnde inciſi ſunt nerui tui & iam pueris & puellis ridicula facta es, quæ & tyrannis & iuſtis omnibus ante hac eras formidoloſa? Et corpus hoc omnium horum cauſam eſſe profitebitur. Et paulo poſt in eadem

Ho. 24. in 1. Cor.

Homil. 24. in 1. Cor. Etiam dum in hac vita ſumus terra nobis cælum fit facit hoc myſterium. Aſcende igitur ad cæli portas, imo non cæli ſed cæli cælorum, & diligenter attende, & tunc quod dicimus intueberis. Etenim illud quod ſummo honore dignum eſt tibi in terra oſtendam. Nam quemadmodum in regia non parietes, non tectum aureum, ſed Regium corpus throno ſedens omnibus præſtantius eſt, ita quoque in cælis Regium corpus, quod nunc in terra videndum tibi proponi-

C

tur. Neque Angelos, neque Archangelos non cælos, non cælos cælorum, ſed ipſum horum omniũ tibi Dominum oſtendo. Animaduertis quonam pacto quod omnium maximum eſt atque præcipuũ in terra non conſpicaris tantum, ſed tangis, neque ſolum tangis, ſed comedis & eo accepto domum redis: Abſterge igitur ab omni ſorde animam tuam. Præpara mentem ad horum myſteriorum ſuſceptionem. Et Hom. 27. in epiſt. 1. Corinth. ſic ait: Do-

Hom. 27 in 1. Cor.

minus tous eadem omnes menſa dignatus eſt, quamuis ſupra omnes admiratione digniſſima & omnium ſuperante dignitatem. Tu autem pauperes parua tua & vili tua menſa indignos arbitraris. Et Homil. ſequenti in illud: non dijudicans corpus Domini. Hoc eſt, inquit, non inueſtigans, non conſiderans vt oportet magnitudinem propoſitorum,

Hom. 28 in 1. Cor.

D

non reputans munerum magnitudinem. Si enim didiceris diligenter quis ſit propoſitus, & quis qui ſeipſum exhibet nullius alterius indigebis ratione, ſed hoc tibi ad omnem ſobrietatem ſufficiet

Ho. 26 in Mat.

niſi ſis ignauiſſimus. Hom. quoque 26. in Matt. ſic ſcribit: Quod erat apud Deum omnibus precioſius vnigenitum pro nobis filium dedit, & quidem cum adhuc ipſius eſſemus inimici. Nec dedit ſolum ſed & noſtram illum fecit & menſam, omnia faciens ipſe pro nobis & donando videlicet & gratiarum actores ipſa donorum ſuorum vbertate faciendo, ipſo genere ſacrificij ad iugem nos pro beneficijs ſuis gratiarum incitans actionem.

A

Quod Euchariſtia ſit nouæ legis ſacrificium.

Capvt VII.

Tom. 5. oratione contra Iudæos.

IN oratione ſecunda aduerſus Iudæos in tomo 5. ſic ait: Vultis vt & alios Prophetas in vos armemus, qui hoc ipſum aperte dicunt futurum quod veſtra ditio, veſtraque religio finem eſſet ſortitura, noſtra contra efflorſitura totoque terrarum orbe propaganda, Chriſti præconium, aliudque ſacrificiorum genus inducendum, ijs quæ apud vos fuerunt abrogatis? Audi Malachiam qui cæteris Prophetis fuit poſterior, & poſtquam rediſſent & reſtituta ciuitate templum extruxiſſent hanc præ-

B

ſentem deſolationem narrans futuram, ſacrificiorumque ſublationem. Hoc ferme pacto ſub perſo-

Mal. 1.

na Dei loquitur, *Accipiam facies veſtras dicit Dominus omnipotens, quoniam ab ortu ſolis vſque ad occaſum nomen meum glorificatum eſt inter gentes, & in omni loco ſacrificiũ offertur nomini meo, & ſacrificium purum:* Quando hæc euenerunt Iudæe? Quando omni loco incenſum oblatum eſt Deo? Quãdo ſacrificium purum? Non poſſes aliud proferre tempus quam hoc poſtea-

Pſal. 109.

quam Chriſtus aduenit? Et quod hæc omnia futura vetere ſacrificio abolito & altero in illius locum inducto per corpus Chriſti ſecundum ordinem Melchiſedech toto orbe oblatum David præuiderit & prædixerit deinceps in oratione quarta oſtendit. Quemadmodum expreſſe declarat in Miſſa ſua Chriſtum alloquens his verbis: Propter ineffabilẽ & immenſam tuam bonitatem intrepidè irreuocabiliter factus es homo & ſummus Pontifex noſter ſacrificiorum ritum inſtituiſti ac ſolennis huius

C

immaculati ſacrificij oblationem nobis tradidiſti tamquam Dominus omnium. Tu enim ſolus Dominus Deus noſter dominaris ſupercæleſtibus, & terreſtribus, qui ſuper thronum Cherubicum veheris, qui Seraphim dominaris Rex Iſrael, qui ſolus ſanctus es & in ſanctis requieſcis. Te igitur exoro ſolum bonum & placabilem reſpice ad me peccatorem & inutilem ſeruum tuum ac purga animam meam & cor à conſcientia mala & idoneũ me reddere virtute tui ſancti Spiritus indutum, tui Sacerdotij gratia, vt aſſiſtam ſanctæ tuæ huic menſæ, conſacrem ſanctum & immaculatum tuum corpus & precioſum ſanguinem. Ad te enim accedo inflexa mea ceruice, & precor te ne auertas faciem tuam à me, neque reprobes me à pueris tuis: ſed patiaris vt offerantur tibi à me peccatore & indigno ſeruo tuo dona hæc. Tu enim es qui offers & of-

D

Hom 26. in Mat.

ferris, & accipiens & dans Domine Ieſu Deus noſter. Et Homilia 26. in Matthæum. Sacerdos altari aſſiſtens pro vniuerſo orbe terrarum, pro abſentibus atque præſentibus, pro his qui ante nos fuerunt, pro his qui poſtea futuri ſunt ſacrificio illo

Ho. 77. in Ioan.

propoſito Deo nos gratias iubet offerre. Homilia quoque 77. in Ioannem vbi ſic ait: Ideo in myſterijs inuicem ſalutamus vt multi vnum efficiamur & communes pro non initiatis præces effundamus & pro infirmis & terræ & maris & vniuerſi orbis

Ho. 5. in 1. ad Ti.

fructibus ſacrificamus. Et in 1. Timoth. Homil. 5. Noſtis, inquit, qui initiati eſtis id quod dicimus, ſiue ſexta feria, ſiue ſabbato. ſiue dominica die, ſiue in celebritate martyrum eadem litatur

Lib. 3. de ſacerdo.

hoſtia, idem ſacrificium conſummatur. Tertio quoque libro de ſacerdotio ſic legimus. Viſne & ſanctimoniæ iſtius excellentiam alio miraculo perſpicere? Ponito ob oculos Heliam illum, præterea & infinitam illam tunicam circumfuſam & ſacrificium lapidibus ſuperpoſitum, tum vero reliquos omnes admodum quietos ac taciturnos, ſolum autem Prophetam preces fun-

4 Re 18.

dentem, ſecundum id flammam è cælo de re-

pente

A pente delabentem ſacrificiumque ipſum lambentem. Mira ſunt iſta profectò & ſtupore omni plena. Ab illis ergo ſacris ad noſtraria ſacra te tráſfer, nec ea mira modo eſſe videbis, ſed etiam omnem ſtuporem excedentia. Adeſt enim ſacerdos non ignẽ geſtans ſed Spiritum ſanctum, is preces diuturnas fundit, non quò flamma delapſa cælitus ſacra appoſita abſumat, ſed vt gratia in ſacrificium influẽs, per illud ipſum omnium animos inflammet, & puriores reddat argento igne excocto purgatoque. Hoc ergo myſterium omnium maximè horrendũ verendumque, quis tandem qui inſanus minimè ſit, quique à poteſtate non exierit, faſtidire ac deſpicere poterit? Ignoras futurum numquam fuiſſe, vt humani animi captus ſacrificij ignem illum ſuſtineret, ſed funditus omnes tum fuiſſe interituros niſi magnum diuinæ gratiæ auxilium adfuiſſet: Nã ſi quis conſid eret quantum id ſit myſterium, vt is ſcilicet qui homo ipſe ſit, carne & ſanguine etiamnum conſtans, ijſque inuolutus, beatæ ac immortali illi naturæ fieri propior: tum probè intelliget B quanto ſacerdotes honore, quantaque dignitate Spiritus ſancti gratia dignata fuerit. Operantibus enim illis tum ſacra hæc quæ dico initiantur perficienturque. Et Ho. 17. ad Heb. Nonne per ſingulos dies offerimus? offerimus quidem ſed ad recordationem mortis eius. Et vna eſt hæc hoſtia non multæ. Quomodo vna & non multæ? Quia ſemel oblata eſt, oblata eſt in ſancta ſanctorum. Hoc autem ſacrificium exemplar eſt illis, idipſum ſemper offerimus. Nec nunc quidem alium agnum, craſtina alium, ſed ſemper eundem ipſum. Proinde vnum eſt hoc ſacrificium hac rationi. Alioquin quoniam in multis locis offertur multi Chriſti ſunt? Nequaquam ſed vnus vbiq; eſt Chriſtus, & hic plenus exiſtens & illic plenus vnum corpus: Sicut enim qui vbique offertur, vnum corpus eſt & non multa corpora, ita etiam & vnum ſacrificium. Pontifex C autem noſter ille eſt, qui hoſtiam mundantem nos obtulit, ipſam offerimus & nunc quæ tunc oblata quidem, conſumi non poteſt. O Chriſti miſericordia, ô Iudæ dementia ait in ſermone de latrone to. 3. Ille cum triginta denarijs paciſcebatur, vt vẽderet, Et Chriſtus illi ſanguinem quem vendidit offerebat, vt haberet remiſſionem peccatorum ſi tamen impius exiſtere noluiſſet. Et præſens Iudas erat Chriſto ita dicente: Hic eſt ſanguis &c. Nã adfuit Iudas & illius ſacrificij communicationem meruit. Nemo ſit Iudas in menſa. Hoc ſacrificium cibus ſpiritalis eſt. Et Hom. in Pſal. 95. Eccleſia quæ vbique Chriſtum in ſe circumfert, innumeroſque martyres immolauit os charitatem, quam gerit erga virũ, à nullo prohibetur loco, ſed in omni loco ſunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædicit Deus per Prophetam nam & Eccleſiæ exprimens ſynceritatem & alterius populi ingratitudinẽ tra- D ducens, ad illos loquitur: *Non eſt mea voluntas in vobis, quoniam ab exortu ſolis vſque ad occaſum nomen meum glorificatum eſt inter gentes, & in omni loco ſacrificiũ offertur nomini meo.* Vide quam luculenter quam dilucidè myſticam interpretatus eſt menſam, quæ eſt incruenta hoſtia. Thymiama verò purum appellat ſacras preces, quæ poſt hoſtiam offeruntur. Hic enim ſuffitus Deum refocillat, non is qui à terrenis radicibus ſumitur, ſed is qui à puro corde exhalatur. Derigatur igitur oratio mea tamquam incenſum in conſpectu tuo. Vides vt vbicumque cõceſſum eſt Angelicum illud ſacrificium inclareſcere, vides nullis finibus circumſcriptum neque altare, neque canticum. Eſt igitur hoſtia pura, prima quidem myſtica menſa, cæleſte ſummeque venerandum ſacrificium. Eſt autem & in nobis varia ſacrificiorum differentia.

Hom. 17. ad Heb.

Quotidie eadẽ ſemper offertur hoſtia vt idem ſemper ſol exoritur.

Hom. in Pſal. 95.

Mal. 1.

A *Sacerdos qualis eſſe debeat.*

CAPVT VIII.

NVllus implicitus carnalibus deſyderijs & voluptatibus dignus eſt accedere, aut appropinquare aut miniſtrare tibi Rex gloriæ. Siquidem miniſtrare tibi magnum ac formidandum etiam ſupercæleſtibus virtutibus, ait in Miſſa ſua. Et lib. 6. de Sacerdotio. Eum, inquit, qui pro ciuitate tota, imò verò pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum, vt hominum omnium non viuentium modo, ſed etiam mortuorum propitius fiat, qualem quæſo eſſe oportet? Equidem neque Moyſis, neque Heliæ fiduciam fore vmquam ſatis putauerim ad ſupplicationem huiuſmodi peragendam. Quandoquidem quaſi mundus vniuerſus illi concreditus, atque adeo omnium ſit pater, ſic ad Deum ipſe accedit, deprecans, quidquid vbique bellorum eſt ex- B tingui, atque in horum locum pacem & fœlicem rerum ſtatum ſuccedere: denique celerem malorum vnicuique imminentium, quà priuatim, quà publicè defunctionem poſtulans. Et lib. 3. Sacerdotium ipſum in terra quidem peragitur, ſed in rerum cæleſtium claſſem ordinemque referendum eſt. Atque id perquam meritò. Quippe non mortalis quiſquam non Angelus non Archangelus, non alia quæuis creata potentia, ſed ipſe Paracletus ordinem huiuſmodi diſpoſuit, qui mortalibus hominibus etiamnum in carne manentibus author fuit, vt Angelorum miniſterium animo conciperent. Idcirco neceſſe eſt Sacerdotem ſic eſſe purum vt ſi in ipſis cælis collocatus fuerit & inter cæleſtes illas virtutes medius ſtaret. Nam dum conſpicis Dominum immolatum, ſacerdotem ſacrificio incumbentem ac preces funden- C tem, tum verò turbam circumfuſam precioſo illo ſanguine intingi atque rubrefieri, etiamne inter mortales verſari atque in terris conſiſtere cenſes? An non potius euestigio in cælos tranſferris, an non carnis omnem cogitationem abijciens nudo animo, mente pura circumſpicis quæ in cælo ſunt: ô miraculum, ô Dei benignitatem. Qui cum patre ſurſum ſedet in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe ipſe tradit volentibus accipere atque complecti. Fit autem id nullis præſtigijs ſed apertis ac circumſpicientibus circumſtantium omnium oculis. En ijs qui terram incolunt atque in ea verſantur, commiſſum eſt vt ea quæ in cælis ſunt diſpenſent. Ijſque datum eſt vt poteſtatem habeant quam Deus Optent. neque Angelis, neque Archangelis datam eſſe voluit. Si vſuuenit vt quibus ciuitatis princi- D patus concreditus eſt, ij niſi valde prudentes ac vigilantes fuerint, tum ciuitates ipſas euertant, tum ſeipſos perditum eant: quanta illum virtute non ſua tantum vnius, ſed & cæleſti præditum eſſe conuenit, cui forte obtigit vt Chriſti ſponſam colat ornetque? ſi modo peccandi occaſionem vitare is velit. Morum integritate, vitæ puritate denique maiori quam pro humano captu virtute præditum eum eſſe oportet, qui adminiſtrationis iſtius curam in ſe ſuſcipit. Et lib. 6. ſacerdotis animum, inquit, luminis inſtar vniuerſum orbem illuſtrantis ſplẽdeſcere oportet, illumque tanto omnibus in rebus ijs præſtare pro quibus intercedit, quantum par eſt vt ſubditos præfectus excellat. Quum autem ille & Spiritum Sanctum inuocauerit, ſacrificiumque illud horrore ac reuerentia plenum perfecerit, communi omnium Domino manibus aſſiduè pertractato, quæro abs te, quoto enim in ordine collocabimus? quantam ab eo integritatem exigemus, quantam religionem? Conſydera enim quales manus illas adminiſtrantes eſſe oporteat

Lib. 6. de Sacerdo.

Lib. 3. de ſacerdo.

Lib. 6. de ſacerdo.

qualem linguam quæ verba illa effundat, qua denique re non puriorem, ſanctioremq; conueniat eſſe animam, quæ tantum illum, tamque dignum ſpiritum receperit. Per id tempus & Angeli ſacerdoti aſſident & cæleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem qui immolatur, Angelorum chorus plenus eſt. Id quod credere abunde licet vel ex tanto illo ſacrificio quod tum peragitur. Quo non oportet eſſe puriorem tali fruentem ſacrificio: quo ſolari radio non ſplendidiorum manum, carnem hanc diuidentem?os quod igni ſpirituali repletur, linguam, quæ tremendo nimis ſanguine rubeſcit. Cogita quali ſis inſignitus honore, quali menſa fruaris. Quod Angeli videntes horreſcunt, neque liberè audent intueri propter emicantem inde ſplendorem, hoc nos paſcimur huic nos unimur, & facti ſumus vnum Chriſtiꝰ corpus & vna caro. Ho. 60. ad pop. Ant.

Ho. 60. ad pop. Ant.

De vtilitate & neceſsitate Euchariſtiæ.

Caput IX.

Hom. 45. in Ioan.

NEceſſario dicendum quam admiranda myſteria & cur data ſint & quænam eorum vtilitas. Vnum corpus ſumus & membra ex carne & oſſibus eius. Quare initiati eius præceptis parere debent. Hoc enim diſcipuli eſt, quæ magiſter aſſerit non curioſius inueſtigare, ſed audire & credere & idoneum ſolutionis tempus expectare. Vt autem non ſolum per dilectionem ſed re ipſa in illam ſuam carnem conuertamur, per cibum id efficitur quem nobis largitus eſt. Cum enim ſuum in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit & in vnum nobiſcum redegit vt corpus cum capite vniretur. Hoc enim amantium maximè eſt. Hoc Iob ſignificabat de ſeruis à quibus maximè amabatur, qui ſuum amorem præ ſe ferens dicebât: *Quis daret nobis vt eius carnibus implere-mur?* Quod Chriſtus fecit vt maiori nos charitate aſtringeret. & vt ſuum in nos oſtenderet deſyderium, non ſe tantum videri permittens deſyderantibus, ſed & tangi & manducari, & dentes carni ſuæ infigi, & deſiderio ſui omnes impleri. Ab illa igitur menſa tamquam leones ignem ſpirantes ſurgamus Diabolo formidoloſi, & caput noſtrum intelligamus & quam in nos præ ſe tulit charitatem. Parentes ſæpenumero liberos, ſuos alijs alendos dederunt, ego autem mea carne alo, me his exhibeo, omnibus faueo, omnibus optimam de futuris ſpem præbeo. Qui in hac vita ita ſe nobis exhibet, multo magis in futura. Veſter ego frater eſſe volui & communicaui carnem propter vos & ſanguinem & per quæ vobis coniunctus ſum, ea rurſum vobis exhibui. Hic ſanguis facit vt imago in nobis regia floreat. Hic ſanguis pulchritudinem atque nobilitatem animæ quam ſemper irrigat & nutrit langueſcere non ſinit, ſanguis enim à cibo non fit repente, ſed prius aliud quiddam. Hic quam primum irrigat animam, eamque vi quadam magna imbuit. Hic myſticus ſanguis dæmones procul pellit, Angelos & Angelorum Dominum ad nos allicit. Dæmones enim cum dominicum ſanguinem in nobis vident in fugam vertuntur, Angeli autem accurrunt. Hic ſanguis effuſus vniuerſum abluit orbem terrarum, de quo Paulus ad Hæbreos proſecutus eſt. Hic ſanguis abdita & ſancta Sanctorum purgabat. Quod ſi eius figura tantam habuit vim in templo Hebræorum in medio Ægypto liminibus aſperſus, longe magis veritas. Hic ſanguis aureum altare ſignificauit. Sine hoc Princeps Sacerdotum in penetralia intrare non audebat. Hic ſanguis ſacerdotes faciebat. Hic ſanguis in figura peccata purgabat, in qua ſi tantam habuit vim, ſi vmbram mors ita horruit, quantopere quæſo ipſam formidabit veritatem? Hic noſtrarum animarum ſalus eſt, Hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur. Hic igne clariorem mentem noſtram reddit & auro ſplendidiorem. Huius ſanguinis effuſio cælum peruium fecit. Admiranda ſane eccleſiæ myſteria, admirabile ſacrarium. Ex paradiſo fons ſcaturijt, à quo ſenſibiles fluuij emanarent. A menſa hac prodijt fons, qui fluuios ſpiritales diffundit. Iuxta hunc fontem ſteriles ſalices non germinant, ſed quercus cælum ipſum attingentes, quæ fructus tempeſtiuos & ſolidos ſemper producunt. Si quis æſtuat ad hunc fontem ſe conferat & recreabitur. Mundat ſqualorum & ſordes, æſtus mitigat, nō ſolares, ſed quos ignitæ ſagittæ imprimunt. Etenim ortum ſuum ſupernè habet, inde radicem ſuam vnde irrigatur. Multi ſunt huius fontis riui, quos paracletus diffundit, & filius arbiter eſt, neque bidente aut ligone viam facit, ſed animos noſtros aperit. Hic fons lucis diffundens radios veritatis. Huic ſupernæ aſtiterunt virtutes. Fluctuum eius pulchritudinem inſpicientes. Nam manifeſtius illi quam nos propoſitorum virtutem & fulgorem inacceſſibilem intuentur. Quemadmodum enim ſi quis liquefacto auro linguam vel manum injiciat quam primum deauraturita hæc nobis propoſita animam auream reddunt. Reſurgit enim vehementius igne fluuius, neque incendit, ſed abluit tantum quidquid apprehenderit. Hic ſanguis præfiguratus eſt ſemper in altaribus in iuſtorum cædibus. Hic orbis terrarū decus eſt. Hic eſt quo Chriſtus emit & vniuerſam ornauit Eccleſiam. Vt enim homo ſeruos auro emit & ornat: ita nos ſanguine ſuo Chriſtus. Qui huius ſanguinis ſunt participes cum Angelis & Archangelis & ſupernis virtutibus commorantur ipſam regiam ſtolam induti ipſius Chriſti, ſpiritalibus armis muniti, ſed nihil dixi. Imo ipſum induti ſunt Regem. Hæc cogitatio noſtra ſit. Quouſque rebus præſentibus incumbemus? quouſque non excitabimur, Quouſque nullam ſaluti noſtræ curam adhibebimus? Intelligamus quibus & quantis fruamur bonis & quanta quotque beneficia contulit in nos Chriſtus, gratias habeamus & glorificemus non fide tantum ſed operibus. Homil. 45. in Ioannem. Homil. quoque ſequenti ſic ait explicans hæc verba Chriſti: *Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis.* Cum de rebus ſpiritalibus diſputamus nihil ſeculare ſit in animis noſtris, nihil terrenum, ſed omnia hujuſmobi abeant, omnia relegentur diuinos dumtaxat ſermones audiamus. Nam ſi adueniente Rege omnis ſedatur tumultus, multo magis ſpiritu nos alloquēte multo nobis ſilentio, multa admiratione opus eſt. Admiratione namque digna ſunt, quæ hodie exponuntur. Amen inquit, amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. non habebitis vitam in vobis. Etenim cum id fieri poſſe negarēt, non ſolum non impoſſibile, ſed & neceſſarium eſſe aſſerit, Nam vt ait Homil. 24. ad Corint. Quemadmodum frigida acceſſio periculoſa eſt, ita nulla myſticæ huius cœnæ participatio, peſtis eſt & interitus. Ipſa namque menſa animæ noſtræ vis eſt, nerui mentis, fiduciæ vinculum, fundamentum, ſpes, ſalus, lux, vita noſtra. Et Homil. 3. ad Ephe. Dic mihi tu: ſi Rex quiſpiam mandarit dicens: ſi quis hoc fecerit abſtineat menſæ meæ aditu. Numquid non omnia ipſi faceretis in gratiam huius ſolius mandati. Ad regnum cælorum nos inuitauit, ad menſam vtique magnifici Regis illius atque admirabilis, & excuſamus & cunctamur? Cur non pro virili adnitimur, aut incurſionem etiam admolimur, implendo tam ſalutari negocio? Et quæ demum relinquitur ſpes ſalutis obtinendæ? neque enim licet in ius trahere infirmitatem, non ipſam accuſare naturam. Sola eſt noſtra quo-

Iob 31.

Hebr. 9.

Hom 45. in Ioan.

Ioan 6.

Ho. 24. in 1. Cor.

Ho. 3 ad Ephe.

ti marcemus ignauia, quæ nos ſic efficit tanta gratia indignos.

Feruenter & cum amore communicandum eſſe.

CAPVT X.

Ho.60. ad po. An.

SIcut ad perfectionem noſtram dilectiſſimi promptitudo noſtra non ſufficit niſi ſuperno potiamur fauore: ita nihil à ſuperno lucrabimur auxilio, ſi promptitudo defuerit. Et hæc vtraque Iudas oſtendit & Petrus. Ille namque multo potitus adiutorio nihil profecit, quoniam noluit, neque quod ſuum erat exhibuit: hic autem & valde promptus poſtquam nullum nactus eſt auxiliũ cecidit. Ex his enim duobus virtus texitur. Quamobrem exhortor vt neque totum Deo dimittentes dormiamus, neque ſtudentes nos proprijs laboribus totum efficere putemus. Nam neque ſupinos nos eſſe vult Deus, propter ea non ipſe totum operatur, neque ſuperbos, ideo nobis totum non conceſſit, ſed vtriuſque tollens nocumentum nobis vtile reliquit. Nemo igitur accedat cum nauſea, nemo diſſolutus, omnes feruentes, & excitati, omnes accenſi. Nam ſi Iudæi ſtantes, calceati & baculos manibus geſtantes agnum cum feſtinatione comedebant te multo magis oportet eſſet ſolertem. Nam illi quidem in Pæleſtinam erant prodituri, & propterea viatorum figuram habebant; tu verò debes in cælum migrare, quapropter in omnibus oportet te vigilare. Non torpeamus tanta charitate & tanto digni honore putati. Nonne videbis quanta promptitudine paruuli papillas capiunt, & quanto impetu labia vberibus infigunt? accedamus cum tanta nos quoque ad hanc menſam & vber ſpiritualis poculi, quinimo cum longè maiori trahamus tamquam infantes lactanei, ſpiritus gratiam, & vnus ſit nobis dolor hac eſca priuari. Hom. 60. ad populum Ant. Et Homil. 24. in 1.

Hom. 24 in 1. Cor.

Corinth. Mors, ait, cum corpus Chriſti quod corrumpere non poterat accepiſſet, etiam illa eiecit, quæ comprehenderat. Siquidem cum Chriſtum haberet dolebat & affligebatur, donec eũ vomuit. Idcirco, inquit, Apoſtolus ſoluens dolores mortis. Neque enim aliqua mulier, quæ filium parit ita dolet vt illa cum corpus dominicum comprehendiſſet, diſtrahebatur, lacerabatur. Et quod in Babylonio dracone factum eſt, quando accepto cibo crepuit medius: idem in hoc vſu venit. Non enim per os mortis Chriſtus rurſus erupit, ſed medio draconis venire rupto atque diſcerpto ex adytis clariſſimus euaſit, & radios non ad hoc vſque cælum ſed ad ipſum ſupernum thronum dimiſit. Illuc nãq; ipſum extulit, quod etiã nobis exhibuit, & vt manducaremus quod maximũ dilectionis ſignũ eſt. Quos enim amamus, nõnumquã etiã morſu petimus. Quare Iob vt feruorũ in ſe amorem oſtenderet. Dicebat illos ſæpenumero ex nimio in ſe amore dixiſſe. *Quis det de carnibus eius vt ſaturemur*, ita & Chriſtus ſuam carnem dedit nobis, vt ea ſaturaremur, quo nos in plurimum ſui amorem allexit. Ad eum igitur cum feruore accedamus, & dilectione quam vehementiſſima, ne grauius ſubeamus ſupplicium. Quanto enim maius beneficium accipimus, tanto magis puniemur, quando eo indigni apparebimus. Hoc corpus in præſepi reueriti ſunt Magi & viri impij barbari longo itinere confecto, cum timore & tremore plurimo adorauerunt. Imitemur igitur ſaltem Barbaros nos, qui cælorum ciues ſumus. Illi enim cum id præſepe & tugurium tantum, neque eorum, quæ tu nunc intueris quidquam viderent, ſumma acceſſerunt reuerentia & horrore: Tu vero non in præſepi ſed in altari, non

Act. 2. Rom. 6.

Iob 31.

Mat. 2.

A mulierem quæ in vlnis teneat, ſed ſacerdotẽ præſentem, & ſpiritum perabunde ſuper propoſitũ diffuſum ſacrificio vides. Nec ſimpliciter vt illi, corpus intueris, ſed & eius potentiam & omnem cognoſcis adminiſtrationem. & nihil eorum, quæ per ipſum facta ſunt, ignoras, & diligenter initiatus es in omnibus. Excitemur igitur, horreſcamuſque & maiorem quam barbari illi præ nobis feramus pietatem, vt non ſimpliciter neque frigide accedentes vehementiori igni caput obijciamus. Idem Homil. 46. in Ioannem ſic ait: Dicit, qui manducat meam carnem in morte non peribit neneque damnabitur, ſed clara & glorioſa reſurrectione quæ præmium meretur, reſurget. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto & mortui ſunt, qui manducat hunc panem viuet in æternum. Frequenter idem repetit vt auditorum animis imprimatur. Vitæ autem vbique meminit, quia eius trahimur cupiditate & nihil ſuauius

Hom. 46 in Ioan.

In vita nil dulcius vita.

B quam non mori. In veteri Teſtamento longa vita & multi dies promittebantur, nunc verò non ſimpliciter vitæ longitudo, ſed vita ſine fine promittitur. Simul oſtendere vult quod ex peccato ſupplicium, nunc igitur reuocat peccati ſententiam, mortis ſententiam ſoluendo, & vitæ ſempiternæ promiſſionem inducendo.

De frequenti communione.

CAPVT XI.

Ho. 61. ad pop. Ant.

MVltam video rerum inæqualitatem. In alijs quidem temporibus cum puri frequenter ſitis, non acceditis, in paſcha vero licet ſit aliquid à vobis patratum acceditis, ô conſuetudinem, ô præſumptionem, ſacrificium fruſtra quotidianum.

C In caſſum aſſiſtimus altari, nullus eſt qui communicetur. Hæc non vt temere communicemini dico, ſed vt vos dignos reddatis. Non es hoſtia dignus vel communione igitur nec oratione. Aſſantem audis præconem atque dicentem. Quotquot eſtis in pœnitentia omnes orate. Quicumque non participes fiunt in pœnitentia ſunt. Quid ſtas? ſi res in pœnitentia, ſumere non debes. Qui namque nõ communicat eſt ex pœnitentibus. Cur itaque dicitabit e qui non poteſtis orare? Tu verò ſtas impudens. At ex his non es, ſed ex his, qui poſſunt eſſe participes & nihil curas, aut magnum opus cenſes. Conſydera quæſo, menſa regalis eſt appoſita, Angeli menſæ miniſtrantes, ipſe Rex adeſt, & tu aſtas oſcitans. Sordeſcunt tibi veſtimenta & nihil eſt tibi curæ. At pura ſunt. Igitur adora & communica. Per ſingulos dies Rex venit diſcumbentes viſurus, omnes alloquitur, & nunc in conſcientia di-

D cet: ſocij, quomodo adeſtis hic non habentes veſtẽ nuptialem? non dixit quare diſcubuiſtis? ſed ante reclinationem & ingreſſum ſemetipſum indignũ eſſe fatetur. Non enim dixit: Quare recubuiſti? ſed quid intraſti? Hæc etiam nunc nobis omnibus loquitur impudenter & procaciter aſtantibus, Omnis enim qui myſteriorum participio non fruitur, impudens eſt & procax, ſi adſtat. Propterea qui ſunt in peccatis prius eijciuntur. Sicut enim ad menſam veniente Domino, ſeruos qui Dominum offenderunt adeſſe non oportet ſed procul arcentur, ita ſcilicet & hic dum profertur ſacrificium Chriſtus immolatur, ouiſque dominica: cum audieris: Oremus omnes communiter cum vela videris retrahi, tunc ſupernè cælum aperiri cogita & Angelos deſcẽdere. Sicut enim prophanorum fas eſt adeſſe neminem, ita nec vllum ſacratorum quidẽ ac ſordidorum. Dic mihi, ſi quis in conuiuium vocatus: manus ablueret, & recumberet, & menſæ paratus adeſſet, poſtmodum nihil guſtaret: non ne afficit contumelia vocantem? Nõne melius eiuſmodi nõ

veniſſet? ita ſcilicet & tu veniſti, ceciniſti Deo laudem, cum omnibus es con:eſſus de dignis te eſſe, cum indignis non ſecedendo, quomodo manſiſti, neque participas de menſa? Indignus ſum, inquis, igitur & illa quæ per preces fit communione. Non enim per propoſita tantum, verum per illa cantica ſpiritus ſemper deſcendit &c. Indigni ſunt oculi peccatorum hiſce ſpectaculis, indignæ ſunt & aures. Inquit enim, *ſi beſtia tangat mortem lapidabitur*.

Exod. 19

Ita nec aſcenſu digni fuerunt, licet poſt hæc & acceſſerint & viderint vbi Deus conſtiterat: poſt hæc accedere licet & videre. Cùm adeſt quidem, abi, non tibi licet aſtare magis quam catechumeno. Alioqui par non eſt, non attigiſſe myſteria, & poſtquam attigeris offendiſſe, contempſiſſe & ſe gratia indignum conſtituiſſe. Dic mihi, ſi quis Rex ſtatuiſſet atque dixiſſet: ſi quis hoc facit, menſæ meæ ſit particeps: nonne propter hoc omnia feciſſetis? In cælum nos vocauit, ad magni & admirabilis Regis menſam, & retrocedimus, & ceſſamus & non feſtinamus, nec ad rem accurrimus, & quæ nobis ſalutis eſt ſpes? Non licet imbecillitatem accuſare, non naturam ſola nos negligentia facit indignos. Qui corda compungit, qui compunctionis dat ſpiritum, corda noſtra compungat & in profundo ſemina ponat, vt ab ipſo timore concipiat quiſque & pariat ſpiritum ſalutis & cum fiducia accedat. Hactenus Chryſoſtomus in Homili. 61. ad populum Antioch. Idem Homil. 17. in epiſtolam ad Hebræos.

Ho. 17 ad Heb.

Plurimi ex hoc ſacrificio ſemel accipiunt in toto anno, alij bis, alij ſæpius. Ad omnes nobis ſermo eſt, non ad eos qui hic ſunt tantum, ſed etiam ad eos qui in eremo ſedent. Illi enim ſemel in anno participantur, fortaſſis & poſt duos annos. Quid ergo eſt? quos magis acceptabimus? eóſne qui ſemel an eos qui ſæpius, an eos qui raro accipiunt? Neque illos qui ſemel, neque qui ſæpius, neque qui rarò, ſed eos qui cum munda conſcientia, qui cum mundo corde, cum vita irreprehenſibili, iſti ſemper accedunt, qui verò tales non ſunt neque ſemel. Quid ita? quia iudicium ſibi accipiunt & damnationem & ſupplicium. Et Homil. 5. in 1. Timoth.

Ho. 5. in 1. Timot.

Quomodo, inquies, perpetimur plagas quia indignè & peccatis obnoxij, myſteria veneranda percipimus, cum ſemel tantum per annum ea ſacramenta ſumamus? Hoc nempe eſt quod vniuerſa perturbat, quia non mundicia animi verum interuallo temporis longiore conſtare meritum putas, ſummamque arbitraris reuerentiam & religionem eſſe, ſi non ſæpius cæleſtem illam adeas menſam. Ignoras quoniam indignè accedere, etiamſi ſemel tantum fiat te ſupplicio tradit, dignè verò etiamſi ſæpe accedas, ſalutem inde conquiris? Non eſt audaciæ ſæpius accedere ad dominicam menſam, ſed indignè accedere, etiamſi ſemel tantum quiſpiam toto vitæ tẽpore accedat. At nos adeo ſtolidi, adeo inſenſati ſumus vt cum innumera per totum annũ ſcelera perpetramus, nihil ea curemus exuere, cæterum ſatis eſſe arbitramur: ſi non aſſiduè præſumamus & contumelioſè Chriſti corpus attingere. Neque intelligimus miſeri quod hi qui cruci Chriſtum afixerunt, ſemel tantum id fecerunt. Nõ igitur quia ſemel tantum crucifixerunt minus idcirco delictum eſt. Et qui Chriſtum prodidit ſemel tãtum prodidit, numquid hoc illum ideo ſupplicio eripuit? Quid igitur hanc rem temporis lege metimur? Tempeſtiuum accedendi tempus mundicia conſcientiæ faciat. Nihil habet amplius quod in Paſcha conſummatur myſterium, quam id quod continuè celebratur. Vnum quippe atq; idem eſt, eadem S. Spiritus gratia, ſemper Paſcha eſt. Quotieſcunque enim inquit, manducabitis panem hũc & calicem bibetis mortem Domini annunciabitis. Nulla obſeruatione temporis ſacrificium circunſcribere voluit. Nemo Paſchæ tẽpore aliter accedat & aliter nunc vna virtus eſt ſacrificij, vna dignitas ſacramenti, vna gratia, vnum atq; idem corpus. Non illud hoc ſacratius, neq; hoc illo inferius eſt. Atq; hoc vos etiã noſtis, qui nihil nouitatis inſpicitis in Paſchate, præter ſæcularia iſta velamina & multitudinem ſolito lætiorem. Habent aliquid amplius dies Paſchales, quod ſcilicet ex illis initiũ ſumpſit ſalus noſtra, quia in ipſis immolatus eſt Chriſtus. Iam verò quod ad ſacramentũ attinet, nihil amplius habẽt nullam dignitatẽ, nullum priuilegium. Et ne quis laicorũ dicat ſacerdotũ eſt frequenter & quotidie communicare, noſtrum autem minimè, attendat quiſque quod ait Homil. 18. in 2. Tim. Eſt vbi nihil differt à Sacerdote ſubditus, vt quando fruendũ eſt horrendis myſterijs. Similiter enim omnes vt illa percipiamus digni habemur. Non ſicut in veteri lege partem quidem ſacerdos comedebat, partẽ autem populus, & nõ licebat populo participẽ eſſe eorum quorũ particeps erat ſacerdos, ſed nunc non ſic verũ omnibus vnũ corpus proponitur & poculum vnum, &c. Et Hom. 51. in Matth.

Hom. 51 in Mat.

Iudæis quidẽ ſingulis annis beneficiorũ ſuorũ monimenta poſt dies feſtos Deus propoſuit, tibi vero quotidie ipſe ne obliuiſcaris proponitur. Et in oratione de S. Philogonio.

In oratione de B. Philogonio.

Multi Chriſtianorum in tantam venere vecordiam & cõtemptum, vt quum innumeris ſcateant malis, nullam tamen vitæ ſuæ curam habeant, ſed in diebus feſtis negligenter ac temere ad menſam hanc accedant, haud intelligentes quod cõmunionis tempus non eſt feſtum, neque celebritas, ſed conſcientia pura, vitaq; à peccatis repurgata. Quemadmodũ enim eum qui nullius mali ſibi conſcius eſt hunc oportet ſingulis diebus accedere: ſic eũ qui peccatis occupatus eſt nec pœnitet ne in feſtis quidem accedere tutũ eſt, neque enim ſemel in anno accedere liberat nos à peccatis ſi indignè acceſſerimus, quin hoc ipſum potius auget damnationem, quod quum ſemel tãtum accedamus ne tum quidem purè accedimus. Denique in Homil. 60. ad popul. Antioch. vt ſupra retulimus ſententiam hoc epiphonemate claudit: Vnus ſit nobis dolor hac eſca priuari.

Propter tempus ſolum non eſſe communicandum.

Capvt XII.

Hom. 28. in 1. Cor.

Voſmet tentate ſi eſtis in fide, ipſi vos probate. Non quemadmodum nunc facimus temporis gratia accedentes magis quam animi ſtudio, neque vt præparati ad vitia noſtra expurganda compunctionis pleni accedimus, ſed vt in ſolennitatibus ſimus, quando omnes adſunt conſideramus. Sed non ita Paulus præcipit, ſed vnum tempus nouit quo accederemus communicationis & conſcientiæ puritatem. Non ergo oportet pigrè diſponi & miſerè cogi propter ſolennitatem accedere, neque rurſum compunctum & præparatum impediri, eo quod non ſit ſolennitas. Solennitas enim bonorum operum eſt demonſtratio, animæ puritas, Vitæ certitudo, quæ ſi habueris ſemper celebrare poteris ſolennitatem & ſemper accedere. Homil. 28. in 1. Corinth. Et Homil. 3. in epiſt. ad Epheſ. ſic ait:

Ho. 3. ad Ephe.

Pleroſque veſtrum conſpicio, qui corporis quidem Chriſti fiunt participes ſed temerè & quaſi fortuitò id contingeret & quaſi conſuetudine magis quam lege, ratione aut preuia mentis cogitatione. Si inſtaret, ait aliquis, ſanctæ quadrageſimæ tempus, qualis hic fuerit, qui promerebitur fieri particeps ſacramentorum? ſi ingruerit ſolennis epiphaniorum dies, addo etiam ſi tempus Aduentus ſacri nedum Epiphaniorum aut quadrageſimæ efficeret dignos tanto ſacramento, ſed ſola animæ ſynceritas atque expurgatio. Cum tali puritate accede ſemper, ſine hac ne præſumas vnquam. Nimiam hic video

rei huius

rei huius inæqualitatem. In alijs quidem temporibus ſæpenumero impuri acceditis. Tempore autem Paſchæ etiam ſi quid temerè prius flagitioſéue vobis, tentatum eſt, aditis nihilominus ſacroſancta hæc myſteria. O conſuetudinem ô verius temerariam præſumptionem. Et Homil. 5. in 1. Timot. Quotieſcumque inquit, manducabitis panem hunc & calicem biberitis mortem Domini annunciabitis. Nulla obſeruatione temporis ſacrificium circumſcribere voluit. Cur igitur, inquies, tunc ſolum dicitur Paſcha? Quia tunc pro nobis Chriſtus mortuus eſt. Nemo igitur illo tempore aliter accedat aliter nunc. Vna virtus eſt, vna dignitas, vna gratia, vnum atque idem corpus &c. vt habes, in capite præcedenti. Et Homil. 61. ad popul. Ant. In alijs temporibus cum puri frequenter ſitis non acceditis. In paſcha vero licet ſit à vobis aliquid patratum acceditis. O conſuetudinem, ô præſumptionem, ſacrificium fruſtra quotidianum. Incaſſum aſſiſtimus altari, nullus eſt qui cõmunicetur. Quadraginta diebus animæ ſanitatẽ aſſignas, forte vero neque quadraginta diebus, & Deum habere propitium expectas. Ludiſne quæſo? Hæc dico non vno & annuo vos prohibens acceſſu, ſed vos ſemper ad ſancta volens accedere, propter hoc & diaconus acclamat tunc ſanctos vocans &c. Vide eundem in oratione de Sancto Philogonio, vt dictum eſt capite præcedenti.

Ho. 5. in 1 ad Ti.

Quod dignè communicandum ſit.

Capvt XIII.

SIcut in agnum & admirabile hoc Sacramentum eſt, ita ſi purè acceſſeris ad ſalutem acceſſiſti, ſin praua conſcientia, ad penam & ſupplicium. Qui enim manducat & bibit indignè corpus & ſanguinem Domini, iudicium ſibi manducat & bibit. Nam qui regiam purpuram coinquinant haud ſecus quam qui ſcindunt puniuntur, quid mirum ſi qui immunda conſcientia Chriſti corpus accipiunt idem ſupplicium ſubeant, quod qui eum clauis cruci affixerunt? Vide quam formidandam pœnam his minetur Paulus: *Irritam quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit in quo ſanctificatus eſt?* Hom. 45. in Ioannem. Et in ſermone de Euchariſtia in Encenijs. Qua fiducia ad myſteria accedes polluta conſcientia. Num ſi ſtercus in manibus habere auderes appropriare fimbriæ Regis? Et in oratione de Beato Philogonio. Accede tu quoque ad Chriſtum munera offerens, non qualia offerebant Magi, ſed multo religioſiora. Obtulerunt illi aurum offer temperantiam ac virtutem. Obtulerunt illi thus, offer tu puras preces, quæ ſunt odoramenta ſpiritualia. Obtulerunt illi myrrham, offer tu modeſtiam & humilem animum cum eleemoſina. Quod ſi hiſce cum muneribus acceſſeris multa cum fiducia particeps eris huius ſacræ menſæ. Neſcis quod hæc menſa plena ſit igni ſpirituali? Quemadmodum fontes, aquæ vim exundant. ita hæc flammam quandam habet arcanam. Ne igitur acceſſeris ſtipulam adferens, non ligna, non fœnum, ne augeas incendium exuratque animam ad communionem accedentem, ſed accede ferens lapides precioſos quò puriorem reddas, multoque cum lucro diſcedas. Si quid mali eſt, abigas ab animo. Habet quis inimicũ, grauiter læſus eſt, ſoluat ſimultatem, coerceat animum exardeſcentem, intumeſcentemq́ue ne quis ſit tumultus aut perturbatio. Regem enim excepturus es per communionem. Cum autem eſſe Rex ingreditur animam, oportet magnam eſſe tranquillitatem, multumq́ue ſilentium, profundam cogitationum quietem &c. Et Homil. 3. in epiſtolam ad Ephe. Conſidera quanta illi veteris ſacrificij particeps vitæ frugalitate vtebantur. Quid enim hi non faciebant? Omni tempore purificabantur, & tu ad ſalutarem hanc hoſtiam acceſſurus, quam Angeli ipſi cum tremore ſuſpiciunt rem tantã circumſcribis temporum ambitu? Qua frõte teipſum ſiſtes ad Chriſti tribunal præſentem, qui impuris manibus ac labijs ſic imprudenter ipſius corpus auſus ſis attingere? Regem vtique non eligas obſculari, ſiquidem os tuum olet grauiter, & regem cælorum impudens exoſcularis anima tua vitijs tantopere fœtente? Atrox ſane contumelia eſt res huiuſmodi, Dic mihi, num eligas illotis manibus ad tam venerabilem victimam accedere? Non puto. Quin vt conijcio malis tibi potius prorſus temperare ab aditu quam ſordidis accedere manibus. At interim in paruo tam religioſus quum ſis, animam autem habens cœno vitiorum ſqualentem accedis & audes imprudens contingere? Perſpicis ne venerandam illam vaſorum ſupellectilẽ multo ſplendore interlucentem? Atqui noſtras animas par eſt reddi iſtis longè puriores, ſanctiores ac multo ſplendidiores virtutum ornamentis. Cur id? Siquidem illa noſtri cauſa talia fiunt. Neque enim capacia ſunt ſe inhabitantis virtutis. Nõ enim ſentiunt. Nos autem maximè. Iam verò nolis eo vti vaſe, quod ſordeat, & anima ſic contaminata accedis? Et Ho. 61. ad po. Ant. Sicut cibus cũ ſit vel maxime nutritiuus ſi à crudo ſumatur omnia corrũpit & perdit ſit morbi cauſa ita & horrenda myſteria. Cum dixerit præco: ſancta ſanctorum: Hoc dicit: ſi quis non eſt ſanctus, non accedat, nõ ſimpliciter dicit à peccatis puris ſed ſanctus. Nõ peccatorum tantum liberatio, verum & ſpiritus præſentia ſanctum facit, & bonorũ operum diuitiæ. Nõ volo vos inquit à cœno tantum eſſe liberos, verum & candidos & ſpecioſos. Nã ſi Rex Babylonius ex captiuitate adoleſcentes deligẽs pulchros ſpecie & decoros aſpectu ſumpſit: multo magis & nos ſanctę menſæ aſſiſtẽtes Regiæ, pulchros ſpecie eſſe decet animæ mundum habentes, veſtem puram, calceamenta regia, decorum animæ multum, aureũ ipſius ornatum, eſſe indutos cingulum veritatis, talis accedat & regios tangat calices. Si quis vero pannis indutus, ſordidus & ſqualẽs diuinam velit mẽſam petere, videat quanta patiectur, nõ valentibus quadraginta diebus in omni tempore patrata abluere. Nam ſi gehenna non ſufficit cum ſit ſempiterna, multo minus hoc breue tempus. Nec enim validã exhibemus pœnitentiam ſed infirmam. Eunuchos præſertim decet Regi aſſiſtere, Eunuchos dico mẽte ſublimes, hilarem habentes animæ oculum, & acute videntem, volubilem & velocem. Nõ autem ſomnolentum, non ſupinum, multa plenum libertate, ab impudentia & procacia remotum, vigilantem, ſanũ, nec auſterum & triſtem nimis, neq; diffuſum & lubricum. Quoties morbi, quoties detrimenta, quoties luctus calamitateſque continget & alia quælibet huiuſmodi. huius rei gratia fiũt quia non dignè communicatur ait in Ho. 5. in 1. Ti. Et addit: Id Paulus quoque ſignanter expreſſit: Ideo inter vos multi, inquit, infirmi & imbecilles & dormiunt multi.

Heb. 10.

Orationẽ de B. Philogonio.

Ho. 3 ad Ephe.

Hom. 61 ad po An

Dan. 1

Ho. 5. in 1. Timot 1. Cor. 11.

Quod indignis Euchariſtia danda non ſit.

Capvt XIIII.

NVllus crudelis adeat, nullus immiſericors, nullus impurus quouis modo. Hæc tam ad vos qui cõmunicatis, quã ad eos qui miniſtratis dicta eſſe volo. Oportet enim eadem etiam ad vos dicere vt magno ſtudio & diligenti cura dona hæc diſtribuatis. Nõ parua vobis imminet pœna, ſi quẽ aliqua improbitate teneri ſcientes, ei huius menſæ participationem permittatis. Sanguis enim eius ex manibus requiritur veſtris. Si dux igitur quiſ-

Ho. 83. in Mat.

piam,

piam, ſi côſul ipſe, ſi qui diademate ornatur indignè adeat, cohibe ac coerce. Maiorem tu illo habes poteſtatem, & dominum illo maiorem. Ita ſi limpidiſſimus aquæ fons vt intactum gregi ſeruares, tibi commiſſus eſſet, cum petulcos ſues ac ſordidiſſimos venire aſpiceres, non patereris in fluenta illos inſilire, nec fontem ab his perturbari. Nunc vero cum non aquæ ſed ſanguinis & ſpiritus ſacratiſſimus fons commiſſus tibi ſit, ſi peccatis inquinatiſſimos videbis accedere homines, non indignaberis, non contriſtaberis? Et quam veniam huius contemptus conſequeris? Idcirco vos Deus tanto voluit honore decorare, vt hæc diligentiſſimè diſcernatis. Hæc eſt dignitas veſtra, hæc ſtabilitas, hęc corona, non quia tunicam induti candidiſsimam per eccleſiam ambulatis. Sed vnde, inquies, ego illum atque illum qualis ſit cognoſcere poſſum? Nō de ignotis ſed de notis hæc diſputo. Dico horribile quiddam atque tremendum. Non eſt ita malum dæmoniacos intus eſſe, ſicut iſtos qui peccatorum ſordibus polluuntur. Illud enim peſsimum eſt, ſicut Paulus ait, Chriſtum conculcare & teſtamenti B ſanguinem ducere communem & ſpiritus gratiam contemnere. Multo igitur peior eſt dæmoniaco, qui peccati ſibi conſcius accedit. Illi enim quoniã dæmone vexantur non puniuntur, qui verò indignè adeunt æternis tradentur tormentis. Omnes igitur ſimpliciter pellamus, quos indigne accedere videmus. Nullus communicet, niſi ex diſcipulis ſit, nullus impuro animo ſicut Iudas panem aſſumat, ne ſimilia patiatur. Corpus Chriſti etiam hæc multitudo eſt, quare cauendum tibi eſt, qui hæc myſteria miniſtras, ne Dominum irites corpus hoc non purgando, ne acutum gladium pro cibo præbeas. Sed ſi quidem aliquis ignoratione menſam adierit, nullo timore territus abijce, Deum nō hominem timeas. Si hominem times ab eo ipſo quem times derideberis, ſin verò Deum, hominibus quoque venerabilis erit. Quod ſi ipſe pellere non audes, mihi dicas, non permittam iſta fieri, ani- C mam prius tradam meam, quam dominicum alicui corpus indignè, ſanguinemq́ue meum effundi potius patiar, quam ſacratiſsimum illum ſanguinem præterquam digno concedam. Quod ſi quis venerit cum ſordibus ignoranter, nulla veſtra culpa eſt. (Ho. 5 in 1. ad Tim.) Hæc in Homil. 83. in Matth. Et Hom. 5. in 1. Timotheum, ſit ait. Dominus Iudam tradidit Sathanæ. Continuo enim poſt buccellam intrauit in illum ſathanas. Et Iob traditus eſt ſathanæ. Verum non delictorum cauſa, ſed vt maiora referret virtutis præmia. Plurima eiuſmodi nunc quoque contingunt. Quia enim ſacerdotes ignorant eos, qui peccatis obnoxij indignè myſteria veneranda ſuſcipiunt. Deus hoc ſæpius facit eoſque ſathanę tradit. Quid ſacerdos facere debeat, ſi quis indignus ad hoc Sacramentum veniat docet Aug. in fine. Ho. 50. lib. 50. Homilarum.

Quomodo ante communionem debeat ſe homo probare & corpus Domini dijudicare. D

CAPVT XV.

(Hom. 28. in 1. Cor.) PRobet ſeipſum (ait Paulus) homo, & ſic edat. Non iubet alter alteri probetur, ſed ipſe ſibi, non publicum faciens iudicium, ſed ſine teſte argumentum. (1. Co. 11.) *Qui enim manducat, inquit, & bibit indignè iudicium ſibi manducat & bibit.* Quid dicis Paule? dic quæſo? Tantorum bonorum cauſa & quæ vitam exhibet menſa, iudicium ſit? Minimè propter ſuam naturam, ſed propter accedētis voluntatē. Quemadmodum enim præſentia eius, quæ magna illa & arcana nobis bona adfert, niſi accipiatur magis damnat: ita myſteria maioris punitionis prebēt viatica his qui indignè communicant. Et quomodo iu- A dicium ſibi manducat, inquies. Non dijudicās corpus Domini. Hoc eſt non inueſtigans, non conſiderans, vt oportet, magnitudinem propoſitorum, non reputans muneris magnitudinem. Si enim didiceris diligenter quis ſit propoſitus, & qui cui ſeipſum exhibet, nullius alterius indigebis ratione, ſed hoc tibi ad omnem ſobrietatem ſufficiet, niſi ſis ignauiſſimus. Homil. 28. in 1. Corinth. Et Homil. (Hom. 24 in 1. Cor.) 24. in eandem epiſtolam. Præpara mentem ad corū myſteriorum ſuſceptionē. Abſterge ab omni ſorde animam tuam. Etenim ſi puer Regius purpura & diademate ornatus tibi ferendus traderetur, nonne omnibus humi abiectis, eum ſuſciperes. Verū nūc cum non hominis Regium puerum, ſed vnigenitū Dei filium accipias. Dic quæſo, non horreſcis, & omnium ſecularium amorem abijcis, & eo te ſolo ornatum reddis? ſed adhuc humum aſpicis, pecuniæ incumbis, terræ deditus es? quamnam veniam conſequeris, quam excuſationem? Nonne vides Dominum tuum omnem pōpam ſecularem abiciſſe? Nonne propterea in præſepe poſitus eſt cum primum natus eſt, & pauperem matrem habuit? B nonne propter hoc ad diuerſorium ſuum reſpiciens, inquit, Filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Et quid diſcipuli? Nonne eundem ſeruauerunt morem, in pauperum domus introducti: & alius quidem ad Coriarium, alius ad tentoriorum opificem, & ad eam, quæ vendebat purpurā diuertebat? Non enim domus magnificentiam, ſed animorum virtutem quærēbant. Huiuſmodi & nos deſyderemus & marmorum & columnarum pulchritudinem contemnamus & omnem huius mūdi ſuperbiam cum cupiditate pecuniæ conculcantes animum altius erigamus & ſupernas tantum manſiones perquiramus. Nam ſi ſobrij erimus, mundus huiud quaquam nobis erit dignus, nedum porticus & ambulacra. Quare horror vt noſtram animam exornemus, hanc propriam præparemus, quam ſolam cum hinc migrabimus ſociam habebimus, vt ſempiterna conſequamur habitacula. Illi C occurrent Chriſto è cælis deſcendenti, qui nunc eodem dignè fruuntur, quemadmodum qui indignè vltima patientur. Et to. 3. in ora. de B. Philogonio. (Ibidem. Tomo 1. oratione de B. Philogonio.) Quapropter exhortor vos omnes ne negligēter veluti feſto die cogente ad diuina myſteria accedatis. Sed ſi quando parabitis huius myſterij fieri participes, multis ante diebus repurgetis voſipſos per pœnitentiam & eleemoſynam atque precationem. Denique per hoc vt vacetis ſpiritualibus, nec denuo conuertamini canis in morem ad propriū vomitum. An non enim abſurdum tantam habere curam rerum corporalium vt appetēte feſto multis ante diebus veſtem è ſcrinijs depromptam diligenter appares, emas calceamenta menſa largior, ſplendidiorq́ue paretur, deniq́ue variam vndiquaque rerum copiam excogites, omnibuſque modis temetipſum ornes, nitidumq́ue reddas. Animæ verò neglectæ, ſordentis, ſqualidæ, fame contabeſcētis nullum habere reſpectum, quum ſola maneat D impura. Et corpus quidem nitidum huc adducere, animam verò nudam, incultamq́ue? Atqui corpus videt conſeruus, neque quidquam eſt detrimēti quomodocumque fuerit habitum. Illam autē videt Dominus, qui grauiſſimè punit negligentiam. Et Hom. 28. in 1. Cori. (Hom. 28. in 1. Cor.) Si ſenſibili nonquam communicaremus menſa ſi febri laboraremus & malis humoribus, abundaremus: longè magis hanc tangere nephas eſt, cum ſumus abſurdis cupiditatibus impediti quæ febribus grauiores ſunt. Et in ſermone de proditione Iudæ. (De prodit. Iudæ to. 3 circa finem.) Nullus fictus accedat, nullus tātis myſterijs fucato animo audeat proximare ne condemnetur & quod Iudas ſuſtinuit, patiatur. Nam in illum poſt communicationem mēſæ ſathan intrauit, non quia contemſerat dominicum corpus, ſed quia imprudentia Iudæ & malignitas mentis vt Diabolus in eo habitaret, effecit,

vt diſ-

vt diſcas quam indigna & fucata mente myſteriorum ſecreta celebrantibus, à Diabolo præparantur inſidiæ & magis ac magis aſſimilantur eis, qui non æquo animo communicare feſtinant. Nemo ſit Iudas in menſa, hoc ſacrificium cibus ſpiritalis eſt. Nam ſicut corporalis cibus cum ventrem inuenerit aduerſis humoribus occupatum amplius lædit, magis nocet & nullum præſtat auxilium: ita & ſpiritalis iſte cibus ſi aliquem repererit malignitate pollutum magis eum perdet, non ſua natura ſed accipientis vitio, pura igitur ſit mens in omnibus, pura cogitatio, quia & ſacrificium purum eſt. Sanctam animam preparemus, & hoc non multo tempore ſed vna corrigitur die. Nam ſi contra inimicum tibi rancor eſt, ſolue iram, inimicitias laxa, vt remedium de menſa percipias. Ad ſanctum ac terribile ſacrificium properas, erubeſce & oblationis arcana, occiſus propoſitus Chriſtus eſt, & cur occiſus eſt videamus, vt celeſtia pacificet, vt in terra reconciliet vniuerſa, vt amicum te faciat. Angelorum, Deo omnium poteſtatem habenti te ſociet. Animam tuam pro te Dominus dedit & tu inimicus conſeruo præduras & cum hoc animo ad menſam pacis accedis. Ille ne mori quidem pro tua vtilitate recuſauit & tu nec iram tuam conſeruo pro tua liberatione concedis. Non te crucifixit ſicut Iudæi Chriſtum, & tamen ille effuſum ſanguinem ad ſalutem eorum qui effuderunt, longa pietate conceſſit. Merito noſtræ reconciliationis cauſa hoc ſacrificium conſtitutum eſt, & ſi ſacrificij præcepta contempſeris, ſacrificij remedium ſentire non poteris. Comple illud cuius cauſa ſacrificium factum eſt, vt ſacrificio perſuaris. Vide eundem Hom. 8. de pœnitentia: Sed quoniam ſancta myſteria, vt circa finem Homiliæ.

Quod ieiuni & cum gratiarum actione communicandum ſit.

Capvt XVI.

Ho. 17. ad Cor.

QVod Chriſtiani D. Chryſoſtomi tempore ieiuni communicare ſoliti ſint patet ex hiſce ipſius verbis. Tu prius quam accipias ieiunas, vt aliquo modo dignus communicatione videaris. Cum autem acceperis & oporteret te in continentia perſeuerare, omnia perdis. Quamquam æquum eſt ante & poſt communicationem ieiunare. Oportet enim vtroque tempore continentem eſſe, ſed maximè poſt acceptum ſpiritum. Ante vt dignus ſias accipere. Poſtmodum vt non indignus videaris, qui acceperis Hom. 27. in 1. Corinth. Et paulo ante: Accedas gratias agens pro his quibus fruceris. Idem in epiſtola 3. ad Cyriacum. Multa aduerſum me confinxerunt & dixerunt quod ad communionem non ieiunos receperim. Et ſi quidem hoc feci expungatur nomen meum ex albo Epiſcoporum & non ſcribatur in libro orthodoxæ fidei. Et ſi tale quid admiſi abijciat me etiam Chriſtus è regno ſuo, qui tamen poſtquã cœnatum eſt Apoſtolis communionem dedit. Et Ho. 24. in 1. ad Cor. Ad Deum accedimus, cum eo communicamus gratias agentes quod humanum genus liberauis, quod cum ſpem nullam haberemus & impij in hoc mundo eſſemus fratres & conſortes ſuos aſſcripſit. Vide eundem in Hom. 26. in Mat.

Epiſt. 3. ad Tiriacũ

Ho 1. 26 in Mat.

Quomodo poſt ſumptionem ſeu communionem debeat ſe vnuſquiſque gerere.

Capvt XVII.

Hom. 17. ad 2. Cor.

TAntæ menſæ particeps fuiſti, & cum omnium manſuetiſſimus eſſe & Angelis par deberes, omniũ crudeliſſimus factus es. Sanguinem guſtaſti dominicum, neq; ſic fratrem tuũ agnoſcis? & quanam dignus es venia. Atqui ſi cum antea ignorabas, menſæ tamen gratia cũ te agnoſcere oportebat. Nũc autem & ipſam inhonoras mẽſam, qui cũ ei particeps eſſe dignus habitus ſis, tuo proximum cibo indignum arbitraris &c. Et ſi quid boni in prãdio comederis, abſtines & caues ne alio malo cibo quod ſumptum eſt corrumpatur. Spiritũ poſtquam acceperis ſathanicas ſuperinducis delitias? Quid igitur ieiunare oportet poſt eius acceptionem? Nõ dico hoc, neq; cogo, licet bonũ ſit, tamen non compello, ſed admoneo, ne in delicijs viuas ad ſaturitatem. Quod ſi nũquam in delicijs viuendũ eſt, quia ſecundum Paulum in delicijs viuens mortuus eſt, multo minus poſt myſteriorum ſumptionem. Tu autẽ cum panem vitæ acceperis opus mortis exerces, neq; horreſcis. An ignoras quot ex delicijs & ebrietate mala proueniant? riſus intẽpeſtiuus, verba immodeſta & plena exitij, ſcurrilitas, garrulitas infructuoſa, & alia quæ nec dicẽda quidem ſunt. Et hoc facis, cum ad Chriſti menſam diſcubueris, in die illa qua carnem eius lingua attingere dignatus es? Ne igitur hæc fiant, dexterã tuam, linguã, labia cõſydera, quo pacto veſtibulum Chriſto facta ſunt vt ingrediatur. Orationũ tempus eſt non ebrietatis, & quidem ſemper, maximè autẽ in ſolennitatibus. Solẽnitas enim propterea inſtituta eſt, non vt turpiter viuamus, neq; vt peccatis abundemus, ſed vt præſentia tollamus. Conſydera cum ſacras illas cœnas Apoſtoli accipiebant, quid tum faciebant? Nonne in preces conuertebãtur & hymnos? Nõne in ſanctas vigilias? Nonne in longam illam doctrinam & multæ plenam Philoſophiæ? Magna enim & admirabilia tunc eis annunciabat Ieſus, cũ Iudas diſcederet vocatum eos, ipſum erant crucifixuri. Non audiſti quomodo tria milia ſimul communicantes, ſemper vehementiores erant in orationibus & doctrina? non in ebrietatibus & comeſſationibus? Quamobrem vos rogo ne in noſtrum hoc faciamus detrimẽtum. Audiſti hymnos ſacros, vidiſti nuptias ſpirituales, in Regia menſa diſcubuiſti, impletus es Spiritu Sancto, ſimul cum Cherubin in choreis, fuiſti, ſocius factus es ſupernis poteſtatibus noli tantam lætitiam abijcere, noli thezaurum effundere, Noli te ebrietati dedere, quę anxietatis mater eſt. Diaboli lætitia, innumera pariens mala. Ne animo quidem velles vt ebrius obuiam fieres. Cum autem Chriſtum intus habeas, audes tantum vini ingurgitare? Hom. 27. in 1. Cor. Idem Ho. 17. in epiſtolam ad Hebræos. Frueris, inquit, menſa ſpiritali, menſa regali, & iterum polluis cœno os tuum; perungis vnguento precioſo, & iterum fœtoribus illud imples? Dic mihi rogo cum demum annuo reuoluto tempore communices quadraginta dies putas tibi ſufficere ad mundationem peccatorum totius temporis? & iterum ſeptimana tranſeunte tradis teipſum ſordibus primis? dic mihi ſi ſaluus eſſes factus quadraginta diebus ab ęgritudine longa, iterumque te morbiferis cibis illis tradas, nonne primum laborem perdes? Et ſi naturalia ſic mutantur quanto magis voluntaria? Homilia etiam 5. in 1. Timoth. Quænam obſecro, vtilitas eſt cum quis voluerit vnguenta deponere, ſi prius emundet locum, deinde cum parum aliquid odoris iniecerit, etiam ſtercus adijciat? nonne fragrantia illa omnis abſcedit? ita profecto & nobis contingit. Digni fortaſſis euaſimus cum pro viribus mundiciæ ſtuderemus, ſed poſtmodum rurſus noſmet inquinare perreximus. Ne quæſo negligamus ſalutem noſtram. Curemus quantum poſſumus ne ſit labor noſter inanis. Homo enim qui auerſus fuerit à peccato ſuo & rurſus pergens eadem fecerit veluti canis eſt, qui ad ſuum reuertitur vomitum. Et Ho. ſequenti: Nihil amarũ, nihil durum ea lingua proferat, quæ diuinis rebus aſſueta eſt. Nihil ex illo ore prodeat crudele, quod dominico corpore ſæpius ſaginatur. Mundam ſeruemus linguam, neque per eã maledicta, neq; verba

Ioh. 13. 14 & 17.

Hom. 17. ad Hebr.

Ho. 5. in 1. Timot.

Prou 26. Ho. 6. in 1 Timot.

atrocia

Hom 61. ad po. An. — atrocia proferamus. Et Hom.61.ad pop.Antioch. Tamquam leones ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus, facti diabolo terribiles, & caput noſtrũ mente reuoluentes & charitatem quam nobis exhibuit. Attendamus quoq; nobiſipſis talibus fruẽtes bonis, & cum aliquid turpe dicere voluerimus, vel nos ab ira corripi viderimus, vel alio quopiam huiuſmodi vitio, cogitemus, quibus facti ſumus digni, & ſit irrationalium motuum correctio talis cogitatio. Quotquot igitur huius participes corporis efficimur, quotquot ſanguinem deguſtamus, cogitemus, quod illũ ſurſum ſedentem, qui ab angelis adoratur incorruptibili vicinus virtuti, hunc deguſtamus. Nos corpus ſuum effecit, nobis ſuum communicauit corpus, & horum nos nihil à malis auertit. O tenebras, ô abyſſum, ô indolentiam. Poſt hæc omnia, quidam pecuniarum curam gerunt, quidam gloriam ambiunt ab alijs, alij alijs capiuntur cupiditatibus. Et Ho.21.ad po. Non ſic eſt clarus mũdus oriente radio, vt anima illuſtratur & ſplendidior fit à ſpiritu gratiam ſuſcipiens. Ne igitur amplius ad mortalia maneamus hiantes, nec circa menſæ delicias, nec circa veſtimentorum ornatum. Habes enim maximum indumentum, habes menſam ſpiritualem, habes gloriam ſuperne, & omnia tibi Chriſtus factus eſt & menſa & veſtimentum & domus, & caput, & radix. Quotquot enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Ecce quomodo veſtimentum tibi eſt. Vis diſcere quomodo & menſa tibi ſit? Qui manducat, inquit, me, viuet propter me. *Iom.6.* — Quod autem domus ſit tibi indicat cum ait: Qui manducat meam carnem in me manet & ego in eo &c. Hæc omnia ſciens dilecte ſis gratus erga dilectorem & benefactorem tuum optima conuerſatione, & ſacrificij magnitudinem cogitans orna corporis tui membra, cogita quid manu capias nec vmquam aliquem verberare audeas, nec tanto decoratum munere plagæ crimine confundas. Cogita quid manu capias, & ipſum ab omni auaritia & rapina liberam conſerua. Reputa quod non tantũ manu capias, verum & ori admoueas & linguam cuſtodi à contumelia mundam & turpibus verbis, blaſphemia, periurio & alijs omnibus huiuſmodi. Etenim pernicioſum eſt tam tremendis miniſtrãtem myſterijs linguam, & ſanguine tali purpuratam & factam auream, gladium ad conuicia, contumelias ſcurrilitates facere. Reuerere eam honore, quo ipſam Dominus honorauit, nec ad peccati vilitatem ipſam deducas, ſed rurſum animaduertens quod poſt manum & linguam cor quoque ſuſcipiet horrendum illud myſterium, ne vmquam in proximum ſumas dolum, ſed mẽtem tuam ab omni malitia mundam conſerua, & oculos & aures munire poteris. Quomodo enim non eſt abſurdum poſt myſticam illam vocem è cælis delatam, à Cherubin dico, meretricijs cantibus, & fractis melodijs aures inquinare? Quomodo verò non extrema pœna dignum eſt, oculis quibus arcana & horrẽda vides myſteria, his meretrices ſpectare, & mente adulterium exercere? Ad nuptias dilecte vocatus es, ne intres ſordidis indutus veſtimentis, ſed nuptijs congruam cape veſtem. Si enim ad ſenſibiles nuptias homines inuitati, etſi omnem pauperrimi ſint, mutuo ſumentes ſæpe vel ementes veſtimentum mundum ſic ad ſe vocantes conueniunt, & tu ad nuptias ſpirituales & ad prandia vocatus Regalia, conſydera quam dignum ſit te nuptiale veſtimentum comparare. Verum enimuerò nec opus eſt comparare, ſed ipſe qui vocat tibi dat gratis, ne vel paupertatem prætendere valeas. Serues itaque quod accepiſti veſtimentum. Si namq; perdideris amplius emere non poteris aut mutuare. Nuſquam enim venditur tale veſtimentum. Conſydera igitur & tu dilecte ne vmquam hoc patiaris & vulnus tibi fiat de medicina. Quomodo autem non patieris, non expulſa praua malorum conſuetudine? Et Hom.60. *Hom 69. pop. Ant.* — Audiamus & ſacerdotes & ſubditi, quali eſca facti ſumus digni, audiamus & horreamus, ſanctis carnibus ſuis nos dedit impleri, ſemetipſum appoſuit immolatum. Quænam igitur erit nobis excuſatio cum talibus paſti talia peccemus, cum lupi ſiamus agnum comedentes, cum tãquam oues paſti, more leonum diripiamus. Hoc enim myſterium ſeu ſacramentum non à rapina tantum verum & ab omni vel tenui inimicitia purum eſſe penitus iubet. Sacramentum hoc pecunijs incumbere nõ permittit. Si enim ipſe ſibi propter nos non pepercit, quid meremur pecunijs parcentes & animam negligentes?

Quomodo Miſſæ ſacrificio intereſſe oporteat fideles.

Capvt XVIII.

Sermo de Euchariſt. in Encen. — GRauia nobis accedunt exercitia virtutis, quia in diuinis conuentibus frequentes non ſumus. An non videtis volentes dignitatem aliquam à terreno Rege accipere, quomodo aſſident, quomodo alios ad patrocinandum incitant vt potiantur eo quod quærunt? Hæc ego dixerim ad eos qui ſanctorum communionem & congregationem relinquunt, & ſub horam terribilis myſticæ menſæ in vani loquentiæ conuenticulis occupati ſunt. Quid facis homo? Non promiſiſti ſacerdoti, qui dixit: Surſum corda, & reſpondiſti: Habemus ad Dominum? Non revereris & erubeſcis? Et illa ipſa hora mendax inueneris? Papé. Menſa myſterijs inſtructa eſt, & agnus Dei pro te immolatur, ſacerdos pro te angitur, ignis ſpiritualis ex ſacra menſa refluit. Seraphim aſtant ſex alis faciem tegentia, omnes incorporeæ virtutes pro te cum ſacerdote intercedunt: ignis ſpiritualis è cælo deſcendit, ſanguis in cratere in tuam purificationem ex immaculato latere hauſtus eſt: Et non erubeſcis, reuereris, confunderis, neque Deum tibi propitium facis? Non conſcientia tua iudicat te ô homo? Centum ſexaginta octo horas habente hebdomada. Vnam ſolum horam ſibijpſi ſegregauit Deus, & hác in opera ſecularia & ridicula, & in conuenticula inſumis? cum qua poſtea fiducia ad myſteria acceres? ô quam polluta conſcientia: Quocirca fratres oro vos & obſecro ne abſimus ab eccleſijs, neque in alijs colloquijs occupati ſimus. Stemus tremendes & timidi, demiſſis oculis, renata autem anima, gementes ſine voce, iubilantes corde. An non vides eos, qui ſenſibili, corruptibili, ô tẽperali & terreno Regi aſſiſtunt, quam ſint immobiles, non loquentes, non oculos huc & illuc mittentes, ſed mœſti, territi, lugẽtes? Ex ipſis documentum accipite & ſic aſſiſtite Deo, quaſi terrenum Regem acceſſuri. Multo magis cæleſti Regi aſtare oportet cum timore. Hoc ſæpe dico & dicere non ceſſabo donec correctos videam. *Tomo 5. in fine & In oratione de B. Philogo.* — In ſermone de Euchariſtia in Encenijs. Et in oratione de ſancto Philogonio. Appetit feſtum omnium feſtorum maximè venerandum, adorandumque, quod ſi quis appellet omnium feſtorum metropolim haudquaquã aberret. Quod autem hoc eſt? Chriſti iuxta carnem natiuitas &c. Eoque rogo vos obſecroque vt ſummo ſtudio, ſummaque cum alacritate velitis adeſſe ſed prius ſuam quiſque domum repurget, vt videamus Dominum noſtrum in cunis iacentem ac faſcijs inuolutum. Horrendum ac ſtupendum ſpectaculũ. Quid enim excuſabimus aut quam veniam obtinebimus, ſi quum ipſe noſtra cauſa deſcenderit è cælis, nos illũ vel ex edibus ire grauemur, quũ alienigenę, barbariq; ex perſide accurrãt vt illũ videãt in præſepi iacentẽ, tu vero breue quidem ſpacium emeteri ſuſtines, vt hoc felici ſpectaculo perfruaris. Nã ſi cum fide acceſſerimus, procul dubio videbimus eũ in præſepi iacentẽ. Siquidẽ hęc mẽſa vicẽ

expler

A explet preſæpis. Nam hic corpus dominicum, non quidem faſcijs inuolutum ſicut tunc, ſed vndiquaque Spiritu ſancto conueſtitum. Idem dicitur pluribus in Hom.24.in 1.ad Cor. Quomodo laici cum ſacerdote in Miſſa orare & offerre debeant docet

Hom.18. in 2 ad Corinth.

Hom.18.ad Cor.in epiſtolam 2. In precibus etiam viderit, quis populum multum ſimul offerre cum pro energumenis tum pro pœnitentibus. Communes enim preces à ſacerdote & ab illis fiunt, & omnes vnam dicunt orationem, orationem miſericordia plenam. In iiſdem etiam horrendiſſimis myſterijs bene precatur ſacerdos populo, & bene precatur populus ſacerdoti. Nam cum ſpiritu tuo, nihil aliud eſt quàm hoc. Ea quæ ſunt Euchariſtiæ, id eſt gratiarum actionis, communia ſunt omnia, neq; enim ille ſolus gratias agit ſed omnis populus. Prius enim accepta illorum voce, deinde congregatis illis vt dignè & iuſtè hoc fiat, incipit Euchariſtiam. Et quid miraris ſi cum Sacerdote populus loquitur, vbi ſane & cum illis Cherubin & ſupernis poteſtatibus communiter ſanctos illos hymnos perſonant? Hæc à nobis dicta ſunt vt omnes etiam ſubditi ſobrij ſint, vt diſcamus, quod vnum corpus omnes ſumus, tantum inter nos habentes diſcrimen, quantum membra à membris, & ne totum in Sacerdotes iaciamus, ſed & ipſi tamquam pro communi corpore, ſic eccleſiæ vniuerſæ curam geramus. Hoc enim nobis & vobis maiorem præſtat ſecuritatem, magiſque ad virtutem præparat.

Hom. 61 pop. Ant

Et in Hom.61.ad populum. Docet omnes fideles & Baptizatos in Miſſa præſentes & manentes communicare oportere. O conſuetudinem, ô præſumptionem, ô ſacrificium fruſtra quotidianum, in caſſum aſſiſtimus altari, nullus eſt, qui communicetur. Qui non communicat eſt ex pœnitentibus. Tu vero ſtas impudens & ex his non es, ſed ex his qui poſſunt, & cõmunicare nihil curas. Dic mihi ſi quis in conuiuium vocatus manus ablueret, & recumberet, & menſæ paratus adeſſet poſtmodum verò nihil guſtaret, nonne afficit contumelia vocantem? Nonne melius eiuſmodi non veniſſet? Ita ſcilicet & tu veniſti, cecinisti Deo laudem. Cum omnibus es confeſſus de dignis te eſſe cum indignis non ſecedendo, quomodo manſiſti, neque participas de menſa? indignus ſum inquis, igitur & illa, quæ per preces fit communione etiam indignus es. Non licet tibi aſtare magis quàm catechumeno, Et quod Miſſam dicere vel rectè audire ex hominibus Angelos nos faciat teſtatur

Hom.26. in Matth.

Hom.26.in Matth, his verbis. Hoc quippe (videlicet gratias Deo agere) à terra nos liberat & tranſponit in cælum, atque ex hominibus Angelos facit. Nam & illi ordinantes choros pro his quæ nobis collata ſunt bonis gratias agebant Deo atque dicebant. Gloria in excelſis Deo. Idem Ho.3.ad Ephe. Menſa Regia apparata eſt tibi, menſæ illi Angeli adminiſtrant. Denique ipſe Rex adeſt & tu tam aſtas oſcitanter? Squalet ſordibus vitiorum pallium animæ tuæ, nec vlla iſtius rei abſonæ ratio initur tibi. Et quam ſit periculoſum in Miſſa ridere, chachinnare & iocari.

Hom.24 in Acta.

Hom.24.in Acta Apoſtolorum.

Quàm meritorium ſit Templum vel ſacellum ad Miſſa ſacrificium celebrandum extruere.

CAPVT XIX.

Hom, 18 in Acta.

MVltis curæ eſt vt fora & balnea fiant, & vt precia creſcant, & vt aulæ ac domicilia extruantur multum ſoliciti ſunt, quomodo autem Eccleſiæ fiant & animæ colantur non item. Omnia magis extruunt quam has. Ideo oro ac ſupplico, & gratiam peto, imò & legem pono, vt nullus qui habet villam appareat carere eccleſia. Ne mihi dixeris, prope eſt, in vicinia eſt, magnus eſt ſumptus, non magnum commodum. Si quid habes inſumendum in pauperes, illuc inſume. Melius illuc quam ibi. Educa magiſtrum, educa Diaconum & Sacerdotalem ordinem. Quaſi ducta vxore vel ſponſa, vel data virgine ſic erga Eccleſiam affectus eſto, dotem aſſcribe illi, ita tibi benedictionis prædium multiplicabitur. Quid enim non erit illic bonorum? parumne eſt oro torcular benedici, parumne eſt Deum ex omnibus frugibus ac decimis prius partem ac decimas accipere? Ad pacem agricolarum hoc vtile. Preces illic perpetuæ propter te, laudes & ſynaxes propter te, oblatio per ſingulos dies Dominicos. Quid magis mirandum, quod alij extruunt clara ſepulchra, vt poſteri audiant quod ille conſtruxit, an quod tu eccleſias excitas? Cogita quod vſque ad aduentum Chriſti mercedem habiturus ſis, qui altare Dei excitaturus es. Dic enim (oro) ſi Rex tibi præcepiſſet domum extruere vt ibi habitaret nonne omnia feciſſes? Nunc igitur Regia eſt Chriſti Eccleſiæ conſtructio. Ne ſumptuum ſpecies, ſed fructum computa. Agricolæ

B colunt terram, tu cole illorum animas. Illi tibi ferunt fructus, tu illos infer in cælos. Qui initium dedit, hic & omnium aliorum cauſa eſt. Igitur & te authore illic erudientur initiandi, qui agro tuo vicini ſunt. Quum Balnea molliores reddant agricolas, inſtitoriæ officinæ delicatiores. Forum & prætoria publica impudentes. Hic autem omnia ſecus fiunt. Quanta res eſt abire & ingredi in domum Dei, & videre quod ipſe illam extruxerit, quieſcere in villa ſecurum, & habere deambulationẽ ſeruientem corpori, & matutinis veſpertiniſque hymnis præſentem, ac ſimul prandentem Sacerdotem, ſimul conuerſantem, benedictione frui, & alios videre illuc venientes; Hoc fuerit in murum & ſecuritatem agri. Hic eſt ager de quo dicitur: *Odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* (Gene.27) Quamuis & præter hoc bona ſit villa propter quietem, propter

C abundantiam ocij. Quod ſi templum acceſſerit, quid illi comparabitur? Villa enim habens eccleſiam paradiſo Dei comparatur. Non eſt illic clamor, non eſt turbatio, non varij inimici neque ſectæ. Omnes licet videre amicos & participes eorumdem dogmatum. Fac iam paruam domum pro templo, qui ſequetur te faciet porticum, qui poſt illum aliam adijciet, & ſic tibi imputabitur totum. Tu das parum & totius accipis mercedem. Igitur initium facito, fundamentum iacito, imò mutuum adhortemini, vt certetis in hac re. Nunc autem domus in quibus paleam & frumentum, & omnia talia reponi oportet facile extruunt, vbi autem colligere oportet animarum fructus, minime curant, ſed coguntur multis ſtadijs ire & magnas profectiones facere vt in Eccleſiam abeunt. Quantum autem eſt bonum cum multa quiete Sacerdotem in Eccleſiam venire, vt

D accedat Deum, & pro ea quotidie oret ad Dominum? Parum eſt dic oro in ſanctis oblationibus nomen tuum ſemper referri, & quotidie pro villa preces ad Deum fieri? Quantum tibi & ad alia hoc conducit. Ac presbyterum fortaſſis vocabis & menſæ participem facies. Vides quanta inde erunt bona? Erit tunc villa ab omni ſuſpicione libera, nullus homicidij, nullus furti accuſabit, neque aliquid ſuſpicabitur. Habent & aliam conſolationem ſiue morbus, ſiue mors accidat. Qui educit precioſum à vili quaſi os Dei erit. Qui tot animabus tam præſentibus quam futuris vſque ad aduentum Chriſti prodeſt quantam gratiam apud Deum habebit. Præſidium extrue contra diabolũ hoc eſt enim Eccleſia. Illinc impetum faciant manus ad laborem, prius extendantur in precibus, & tunc abeant ad opus. Vnde erit corporis robur ita erit multa agricolatio, ita omnia mala erunt foris. Non poteſt voluptas verbis tradi, quamdiu opere nondum fuerit ſuſcepta. Hæi mihi quod neſci-

tis, quantum ſit lucrifacere animas. Audi quid dicat A
Ioan. 21. ad Petrum Chriſtus: *Si diligis me, paſce oues meas* &c. A
pœna eius qui vnam animam ſcandalizat diſce
præmium eius, qui vnam imo multas ſeruat &c.
Homil. 18 in Acta Apoſtolorum.

Quod pro defunctis ſacrificium Altaris rectè & efficaciter offeratur.

Capvt XX.

EST ſi voluerimus defuncto, leue facere ſuppli-
cium. Si preces pro illo faciamus continuas, ſi
eleemoſynas demus, & ſi ille indignus ſit nobis
Hom. 21. in Acta. Deus placatior erit. Si propter Paulum alios ſerua-
uit, & propter alios alijs parcit, quomodo non pro-
pter nos illud faciet. Non habet defunctus eas B
preces vel eleemoſynas quæ factæ ſunt à ſe, ſed ha-
bet quæ factæ ſunt pro ſe. Itaque cum fiducia illum
deprecabitur tum vxor, precium redemptionis pro
illo deponens. Quo pluribus peccatis fuit obno-
xius, hoc magis illi opus eſt eleemoſyna. Adſciſſe
viduas, dic nomen, omnes iube pro illo facere ſup-
plicationes, preces. Placabit hoc Deum, etiamſi
non ab ipſo factum ſit, ſed propter illum alius aut-
hor ſit eleemoſynæ. Et hoc dogma eſt diuinæ miſe-
ricordiæ. Multas nobis Deus ſalutis dedit vias, mo-
do non negligamus. Non fruſtra oblationes pro
defunctis fiunt, non fruſtra preces, non fruſtra
eleemoſynæ. Hæc omnia Spiritus diſpoſuit, volens
vt nos mutuo iuuemus. Ne dubita, quin erit ali-
quis fructus ſuauis. Non temere Diaconus cla-
mat: pro his qui defuncti ſunt in Chriſto, & pro his,
qui illorum memoriam faciunt. Sicut enim ſeden-
te Rege, quæcumque qui voluerit perficit, vbi ſur-
rexerit, quæcumque dicit fruſtra dicit: ita & nunc C
quam diu propoſita fuerint myſteria, omnibus ho-
nor maximus in memoria haberi. In manibus eſt
hoſtia & omnia propoſita ſunt bene ordinata, ad-
ſunt Angeli, adſunt Archangeli, adeſt filius Dei,
cum tanto horrore aſtant omnes, aſtant illi clamã-
tes omnibus ſilentibus, & putas ſimpliciter hæc
fieri? Igitur & alia ſimpliciter & fruſtra fiunt &
quæ pro eccleſia & quæ pro ſacerdotibus, & quæ
pro vbertate offeruntur? Abſit. Sed omnia cum
fide fiunt. Vide enim. Annunciatur tunc Sacra-
mentum horrendum, quod pro mundo dedit ſeip-
ſum Deus, cum illo miraculo tempeſtiuè memor
eſt ille eorum, qui peccauerunt. Sicut enim quan-
do Regum trophæa ſtatuuntur, tunc celebrantur
quicumque victoriæ ſocij fuerunt. Dimittuntur au-
tem qui ſunt in vinculis per illud tempus. Vbi au-
tem tranſierit illud tempus, qui nihil aſſecutus eſt, D
nihil obtinet. Ita ſane & hic trophæorum & cele-
brandæ victoriæ tempus eſt. Ait enim, quotieſcum-
que manducabitis panem hunc & calicem Domi-
ni &c. mortem Domini annunciate. Itaque ne ſim-
pliciter accedamus, neque fortuitè hæc fieri pute-
mus. Hoc ſcientes conſyderemus quantas conſo-
lationes poſſemus mortuis præſtare, pro lachry-
mis, pro lamentis, pro monumentis, nempe elee-
moſynas, preces, oblationes. In Homil 21. in Acta
Hom. 69 pop. Ant Apoſtolorum. Et Homil. 69 ad popul. Antioch.
Non temere ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt
in tremendis myſterijs defunctorum agatur com-
memoratio. Sciunt enim illis multum inde contin-
gere lucrum, vtilitatem multum. Cum enim to-
tus conſiſterit populus extenſis manibus, ſacer-
dotalis plenitudo, & tremendum proponatur ſa-
crificium, quomodo Deum non exorabimus pro
his deprecantes? Sed hoc quidem de his qui cum
fide migrarunt. Nam quare pro pace, mundique
tranquillitate nos iuſſit orare? quare pro omnibus
hominibus cum hic & vbiq; ſint latrones, & fures
& ſacrilegi, & infinitis pleni facinoribus, & tamen

A pro omnibus precamur. Forſitan aliqua eorũ fiet
mutatio. Sicut itaque pro viuentibus precamur,
qui nihil à mortuis differunt, ita & pro illis quoque
licet orare. Eadẽ habet in epi. ad Phil. Ho. 3. Idem Ho. 3. ad
Ho. 41. in 1. Cor. Plorando defunctũ tuas tu vices Philip. &
non illius deploras. Abiecit ſane peccator, gaudere 41. in 1.
decet peccata impedita eſſe & non accumulatum Corinth.
malum, nitique quantum fieri poteſt vt iuuetur
non lachrymis ſed prece, ſupplicationibus, elee-
moſynis, oblationibus: non eſt temere hoc excogi-
tatum nec temere aut fruſtra memoriam defun-
ctorum inter ſacra myſteria celebramus, aut acce-
dimus pro illis agnum illum in altari iacentem &
peccata mundi tollentem deprecantes, ſed vt his
conſolatio aliqua fiat. Nec temerè qui alteri aſſi-
ſtit inter horrenda myſteria clamat: pro omnibus
B in Chriſto dormientibus, & pro his qui memoriam
celebrant illam ſeu illorum. Nam numquam iſta
fiant, neque hæc dicantur, ſi pro illis commemora-
tiones non fierent ſcilicet vtiliter. Neque enim
ſcæna iam amplius noſtra ſunt, ſed ſpiritus ordina-
tione fiunt. Opitulemur igitur his fratres, memo- Iob 1.
riam pro ipſis faciamus. Nam ſi Iobi illius liberos
patris victima purgauit, quid dubites è nobis quo-
que, ſi pro dormientibus offeramus, ſolatij quid-
dam illis acceſſurum? Gratificari Deus propter
alios alijs ſolet, quod Paulus hic oſtendit: *vt ex mul-* 2. Cor. 1.
tis, inquit, *per ſonis pro dono in nos collato, per multos gratiæ
pro vobis agantur*. Ne defatigemur mortuis auxilium
ferendo, preces pro ipſis offerendo, communis to-
tius orbis victima preces ſunt. Hinc pleni fiducia
pro toto etiam orbe ſupplicamus, inter martyres,
confeſſores, inter ſacerdotes mortuos recenſe-
mus. Vnum enim corpus omnes ſumus, ſint mem-
bra licet alia alijs illuſtriora, vndeque veniam ipſis
impetrare licet, precibuſque pro ipſis effuſis, mu-
C neribus, datis, conſortio eorum, inter quos velut
commune corpus referuntur. Quid ergo doles?
Quid lachrymaris cum impetrandæ mortuo ve-
niæ tot extent rationes? Sed hoc eſt quod doles,
quod ſola ſis careaſque rectore. Hoc non eſt cur
dicas. Nam amittere Deum rectorem nõ potes &c.
Adde quod in ſua Miſſa pro defunctis hanc ſcri-
bat quoque precationem his verbis: Memento
Domine auguſtiſſimorum & Dei obſeruantium
Regum noſtrorum. Memento Domine ſpiritualis
patris noſtri, & totius in Chriſto fraternitatis no-
ſtræ, & omnium, qui præmigrarunt è vita patrum
& fratrum noſtrorum.

Quod Euchariſtia ſit viaticum è vita migrantium.

D

Capvt XXI.

QVemadmodum frigida acceſſio admodum
periculoſa eſt: ita nulla myſticæ illius cœnæ
participatio peſtis eſt & interitus. Ipſa namq; mẽſa
animæ vis eſt, nerui mentis, fiduciæ vinculum, fun-
damentum, ſpes, ſalus, lux, vita noſtra. Si hinc hoc
ſacrificio muniti migrabimus, maxima cum fiducia
ſanctum aſcendemus veſtibulum, tamquam au-
reis quibuſdam veſtibus vndique contecti. Ho-
mil. 24. in 1. Corint. Et in libro 6. de Sacerdotio in Hom. 24. in 1. Cor
tomo 5. Ego verò & commemorantem olim audi- Lib. 6. de
ui quendam, quum diceret ſenem quendam vi- ſacerdot.
rum admirabilem ac cui reuelationum myſteria
multa diuinitus fuiſſent detecta ſibi narraſſe, ſe ta-
li olim viuiſione dignum habitum à Deo eſſe, ac
per illud tempus derepente Angelorum multitu-
dinem conſpexiſſe (quatenus aſpectus humanus
ferre poterat) fulgentibus veſtibus indutorum al-
tare ipſum circumdantium, denique ſic capite in-
clinatorum, vt ſi quis milites præſente Rege ſtan-
tes videat, id quod facile mihi perſuadeo. Item

& alius

& alius quidem mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus ſed dignus habitus qui id & vidiſſet ipſe & audiſſet quod qui de vita hac emigraturi ſunt, ſi myſteriorum huiuſmodi cum pura ac munda conſcientia fuerint participes, ſpiritum efflaturi, ab Angelis illorum corpora ſatellitum more ſtipantibus, propter aſſumptum illud ſacrum, hinc rectà in cælum abducuntur.

De ſacrificij Altaris duratione vſque ad conſummationem ſaculi, diemque iudicij.

Capvt XXII.

Hom. 24. in 1. Cor.

QVotieſcumque comederitis panem hunc & ſanguinem hunc bibetis mortem Domini annunciabitis donec veniat. Oſtendens Paulus quod vſque ad conſumationem maneat, inquit, donec veniat Homilia 27. in priorem epiſtolam ad Corinthios. Et in fine tomi tertij de proditione Iudæ. Et nunc etiam ille præſto eſt Chriſtus, qui illã ornauit menſam: ipſe illam quoque conſecrat. Nõ enim homo eſt qui propoſita de conſecratione menſæ Domini corpus Chriſti facit & ſanguinem, ſed ille qui crucifixus pro nobis eſt Chriſtus ſacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute conſecrantur & gratia. Hoc eſt ait corpus meum. Hoc verbo propoſita conſecrantur. Et ſicut illa vox quæ dicit: Creſcite & multiplicamini & replete terram: ſemel quidem dicta eſt, ſed omni tempore ſentit effectum ad generationem operante natura: ita & vox illa ſemel quidem dicta eſt, ſed per omnes menſas Eccleſiæ vſque ad hodiernum diem & vſque ad eius aduentum præſtat ſacrificio firmitatem. Et Hom. 51. in Matthæum. Iudæis quidem ſingulis annis beneficiorum ſuorum monimenta poſt dies feſtos Deus propoſuit, tibi vero quotidie ipſe ne obliuiſcaris proponitur. Et Homil. 5. in 1. Timothæum. Nihil habet amplius quod in Paſchate conſummatur myſterium, quam id quod continuè celebratur. Vnum quippe atque idem eſt eadem ſancti Spiritus gratia & ſemper Paſcha eſt.

Hom. 51. in Acta. — Ho. 5. in 1. Timot.

De non credentibus & retro abeuntibus.

Capvt XXIII.

Hom. 45. & 46. in Ioan. — Ioan 6. — Ioan. 3. — Ioan. 6.

HOc Diſcipuli eſt, quæ magiſter dicit & aſſerit non curioſius inueſtigare, ſed audire & credere & idoneum ſolutionis tempus expectare. Caphernaitæ autem propter ſuam ſtultitiam abierunt retrò dicentes: *quomodo hic poteſt nobis carnem ſuam dare ad manducandum.* Quando enim ſubit quæſtio quomodo aliquid fiat, ſimul ſubit & incredulitas Ita & Nicodemus perturbatus eſt inquiens: *Quomodo poteſt homo in ventrem matris iteratò introire?* Iidem & hi nunc: quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Nam ſi hoc inquiris cur non idem in quinque panum miraculo dixiſtis quomodo eos in tantum auxit? Quia tunc tantum ſaturari curabant, non conſyderare miraculum. Sed res ipſa tunc docuit inquies. Ergo ex eo & hæc credere oportuit ei facilia factu eſſe. Propterea id prius fecit miraculum, vt per illud non eſſent amplius increduli his quæ poſtmodum diceret. Illi quidem tunc temporis nihil ex his dictis, nos autem ipſius beneficij vtilitatem accepimus. Dixit eis Ieſus: *Amen amen dico vobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis.* Cum id fieri poſſe negarent, non ſolum aſſerit hoc eſſe poſſibile, ſed etiam neceſſarium. Et cum dixiſſent: durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? putabant enim eum ſupra vires loqui, ſciens Ieſus, quia murmurabant de hoc Diſcipuli eius, quod erat diuinitatis eius argumentum, quod cordis ſecreta ſciret reuelare: dixit eis: hoc vos ſcandalizat? ſi ergo videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius. Indicat ſe de cælo deſcendiſſe & omnia facit & dicit ne Ioſeph filius exiſtimetur. Nam ſi Ioſeph filium putaſſent nullam eius verbis fidem adhibuiſſent: ſi verò de cælo deſcendiſſe & illuc aſcenſurum animaduertiſſent: attendiſſent attentius. Inde iam aliam adducit ſolutionem. *Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quidquam.* Hoc eſt ſecundum ſpiritum verba mea audienda ſunt. Qui ſecundum carnem audit, nihil lucratur, nihil vtilitatis accipit. Carnale eſt dubitare quomodo de cælo deſcendit, & Ioſeph filium arbitrari, & quomodo poſſet hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum. Hæc, inquam, omnia carnalia, quæ myſtice & ſpiritaliter intelligenda ſunt. Et quomodo potuerunt intelligere quid eſſet carnem manducare? expectare eos igitur oportuit, non diſcedere, interrogare, non deſperare. Verba quæ locutus ſum, ſpiritus & vita ſunt. Spiritus, id eſt ſpiritualia, nihil carnale, nullam naturalem conſequentium habentia, ſed omni hac terrena neceſſitate & huius vitæ legibus libera. Eſt & alius ſenſus. Sicut in loco (ſpiritus) pro ſpiritalibus poſuit, ita cum carnem dicit, non pro carnalibus, ſed pro carnaliter audire, eos ſignificans, qui ſemper carnalia deſyderabant, cum ſpiritalia deſyderare oportet. Nam ſi carnaliter ea quis acciperet, nihil ſane lucraretur. Quid igitur? Caro non prodeſt quidquam? Non de ipſa carne dicit, abſit, ſed de his qui carnaliter accipiunt, quæ dicuntur. Quid autem eſt carnaliter intelligere? Simpliciter vt res dicuntur, neque aliud quidquam excogitare. Non enim ita iudicanda ſunt vt quæ videntur, ſed myſteria omnia interioribus oculis conſyderanda, hoc eſt, ſpiritaliter. Qui non manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem, non habet vitam in ſemetipſo. Quomodo non prodeſt caro, ſine qua nemo poteſt viuere? Vide quod ea particula caro non prodeſt quidquam, non de ipſa carne, ſed de carnali auditione dictum ſeu verbum eſt vnde Petrus dicens: *Domine quo ibimus? verba vitæ æternæ habes,* ſignificat ſe cum Apoſtolis reliquis ſecundum ſpiritum & fidem intellexiſſe verba Chriſti, quæ Diſcipuli illi, retro abierant ſecundum humanam rationem intelligebant. Idcirco enim dicebat Chriſtus: Verba quæ locutus ſum vobis ſpiritus ſunt, quaſi dicat doctrinã meam rerũ conſequentiæ & neceſſitati ſubiacere ne arbitremini. Spiritalia terrenis legibus ſeruire non patiuntur. Hæc diuus Chryſoſtomus Hom. 45. & 46. in Ioannem.

Ibidem.

Quantopere venerandum ſit quoduis Chriſtianorum templum & etiam minimum ſacellum vbi præſens eſt hoc tremendum tot ſanctum Sacramentum.

Capvt XXIIII.

QVid futura commemoro? Dum etiamnum in hac vita ſumus vt terra nobis cælum ſit facit hoc Sacramentum. Aſcende igitur ad cæli portas & diligenter attende, imo non cæli ſed cæli cælorum, & tunc quod dicimus intueberis. Etenim quod ſummo honore dignum eſt, id tibi in terra oſtendam. Nam quemadmodum in Regijs non parietes, non tectum aureum, ſed Regium corpus in throno ſedens omnium præſtantiſſimum eſt: ita quoque in cælis Regium corpus, quod nunc in terra videndum tibi proponitur. Neque Angelos, neque Archangelos, non cælos,

Hom. 24. in 1. Cor & hõ. 36. in eãdẽ

non cælos cælorum, ſed ipſum horum omnium tibi Dominum oſtendo, Hom. 24 in 1. Corinth. Hanc ob cauſam Hom. 36. in eandem epiſtolam docet nos in templo tamquam in cælo præ rerum præſentinum magnitudine ita ſtupefactos ſtare debere, vt ne optimum quidem amicum etiam à longo tempore non viſum alloqui velimus aut poſſemus. Sic enim ait: Profectò Pauli tempore Eccleſia cælum fuit, ſpiritu cuncta adminiſtrante, cuncta eccleſiæ capita moderante, afflatu ſuo vnumquemque corripiente. Nunc vero veſtigia tantum illarum rerum tenemus. Deo loquimur aut tres & ſeorſum quidem & altero ſilente incipit alter; verum hæc ſigna tantum ſunt & monumenta rerum. Vbi igitur nos cæperimus loqui, & cum ſpiritu tuo, plebs reſpondet, ita quondam locutos ſignificare volens, nempe non ſapientia propria, ſed ſpiritu Dei inſtinctos. Neque nunc quod ad me attinet, interea dico. Sed videtur Eccleſia hodie mulieri, quæ manſuetudine veteri exciderit, ſimilis, quaq; ſymbola tantum, fœlicitatis illius referat quædã, arcas & ſcrinia rerum precioſiſſimarum adhuc ſeruans, theſauro deſtituta. Neque de donis hoc dico, neq; enim referebat admodum ſi illis ſolus careremus, ſed de vita de virtute. Viduarum multitudo, chorus virginum, eccleſiæ totius ornamẽtum, euanuit nunc, nunc nihil eſt prorſus, ſymbola extant quædam. Sunt enim & nunc viduæ, ſunt virgines, ſed ornamento iſto carent, quo indutos eſſe genus hoc certaminis ingreſſos oportet. Nam hoc tum præclarum virginum inſigne fuit. Diuina cogitare ſola, & fœlix quædam ſedulitas omni triſtitia vacans &c. Quondam pſallebant in vnum omnes, facimus & nos, ſed tum vna omnium mens, cor omniũ vnum fuit: hodie ne vna quidem in mẽte concordiam vllam reperies, ſed bellis vndique omnia feruent. Pacem & nunc Epiſcopus velut paternam domum ingreſſus omnibus optat, ſed pacis eius nomen quidem frequens extat, res prorſus nulla. Tum etiam domus & familia eccleſiæ erant, nunc vero eccleſia domus, imo domo quauis prophana magis. Nam in domo quidem ordo ſeruari ſolet. Hera thronum occupat omni cum venuſtate, famulæ tacitæ ſedentes texunt, familiarium quiſque quod imperatum eſt in manibus habet: hic verò nunc magnus tumultus, magna confuſio, nihilque à caupona differunt noſtra, tanta turba, tantus riſus, quantus in balneis, quantus in foro, clamantibus, tumultuantibus omnibus, atque hæc quidem in vrbe noſtra ſolum. Nam alibi ne amicum quidem, in quem poſt longum tempus incidiſti, compellare licet, & rectè quidem tonſtrina aut vnguẽtaria taberna eccleſia eſt, aut officina forenſis, ſed locus Angelorum, locus Archangelorum, Regia cæli, cælum ipſum. Quemadmodm igitur ſi cælum quiſpiam in anguſtum redactum illic inducat, etiã ſi patrem, etiã ſi fratrem videris, tamen pre ſtupore non alloquare: ſic hic aliud quidquam quã ſancta ſonare decet. Num & hic cælum eſſe dubitas? Menſam iſtam vide cuius gratia conſtituta ſit, & quapropter: cogitas quis hic ſit progreſſurus, ante progreſſum certè horrebis. Nam & thronũ modo Regis videns animo conſurgit, quiſque egreſſum Regis expectat, & tu igitur ante illud horrendum tẽpus animo tremiſce, animo commoueare priuſquam vela reducta & chorum Angelorum progreſſum vides, in ipſum vltro cælum aſcẽde. Quod de pauperum contemptoribus ſeorſum edentibus Paulus dicebat: eccleſias contemnitis, an domos nõ habetis? ceteros pudore afficitis: idem mihi quoq; cum his, qui hic tumultuando, clamandoq; omnia complent, ex poſtulare permittetis: An domos ad nugandum non habetis? Eccleſiam Dei contemnitis, & ſi quis eſt qui modeſtus, qui tacitus eſſe velit, corrumpitis? Atqui iucundum eſt colloqui cum familiari. Eſto ſane, non veto, ſed domi, ſed foris.

A Eccleſia animi non diſceptandi ſed diſcendi locus eſt. Nunc autem foro nil differt, & ſi non ſit temerarium dictu, fortaſſe nec ſcena ipſa, adeo proſtitutis ſcortis petulantius quæ huc mulieres congregantur, ſeſe comunt, & ſine dubio non paucos etiã hic ſollicitant homines intemperantes &c. Et Ho. 15. in epiſtolam ad Heb. Omnia noſtra riſus ſunt, riſu repleta eſt eccleſia, & quod adhuc mirabilius eſt in ipſo tempore orationis non quieſcũt multi à riſu, vbique vagantur. Diabolus omnes illigauit, omnes occupauit, omnibus honoratur, exhonoratus eſt Chriſtus, contemptus eſt, nullius momenti habetur eccleſia. Stat Sacerdos Dei orationem offerens cunctorum, tu autem rides nihil timens, & ille quidem orationem pro te offert tremens, tu autem contemnis. Non aduertis ſcripturam: *Væ*

Hom. 15 ad Hebr.

Tob. 13.

B *contemptoribus*: Non contremiſcis? non colligis temetipſum? Et in aulam quidem Regiam intraturus & habitu & oculis & inceſſu, & in cunctis alijs cõponis & ornas temetipſum: Huc autem ingreſſurus vbi vere eſt aula Regia, & talis qualis cæleſtis eſt, rides? Et tu quidem ſcio quia Angelos non vides. Audi tamen quia Angeli præſentes ſunt vbiq; & maximè in domo Dei aſtant Regi, & omnia plena ſunt incorporeis illis virtutibus. Et Ho. in Matthæum 74. Cum multis & magnis ſordibus ob mortuam intus animam refertus malè oleas in eccleſiã & ſancta Templa venire audes, ne formidas ne mille in te fulmina iaciantur. Pſallere te oportet, *dirigatur oratio mea Domine ſicut incenſum in conſpectu tuo*: Quod ſi igitur non incenſum neque ſuaueolens thus, ſed mordaciſſimus abs te & grauiter olẽs fumus aſcendat, quibus ſupplicijs dignus eris? Quis autem eſt iſte fumus tam grauis, tam moleſtus? Multi ad formas mulierum aſpiciẽdas, vel ad adoleſcentulorum pulchritudinem curioſius intuendam in

Hom. 74 in Math.

Pſal. 140

C Eccleſiam veniunt: deinde non miraris quomodo vndique fulmina non deferuntur, quomodo cuncta funditus non euertuntur. Hæc tamẽ non fulminibus ſolum, ſed gehẽnæ ſupplicio ſunt digniſſima. Verum Deus cum miſericors & longanimis ſit vt in pœnitentiam te adducat, iram ſuam interea retinet. Quid facis homo? mulierum ſpeciẽ curioſius in eccleſia perſcrutaris, nec horreſcis tanta templum Dei afficere contumelia? proſtibulum tibi videtur eccleſia & foro ignobilior? Nã in foro erubeſcis etiam & times ne quis, te videat mulierem ſectari, in Eccleſia verò Dei, cum ipſe Deus te alloquatur & ab iſtis deterreat: eo ipſo tẽpore maximè fornicatione & adulterio vteris, quo tibi magna voce intonatur vt ab his fugias, nec horreſcis nec ſtupes. Et Homil. 24. in Acta Apoſtolorum Iacent omnes adoleſcentes frigidi ac ſeg-

Hom. 24 in Acta.

D nes, purgamenta magis quam adoleſcentes rident, ſubſannant, cauillantur, & mutuum ſe inceſſunt ſcommatis geniculantes &c. Iterum alios video ſtare & nugari dum preces fiunt, ſed etiam dum Sacerdos benedicit. O audaciam. Quando erit ſalus? quomodo poterimus Deum placere? Neſcis quod cum Angelis ſtas, cum illis cantas, cum illis hymnos dicis & ſtas ridens? Etenim non eſſet mirum ſi fulmen demitteretur non ſolum in illos ſed etiam in nos. Digna enim fulmine ſunt hæc. Adeſt Rex, conſydera exercitum & tu in illorum conſpectu ſtas & rides vel ridentem corripere negligis? Vnde hi qui horrenda hora rident, abſtinebunt à riſu? vnde abſtinebunt à nugis qui in tempore benedictionis garriunt & non reuerentur præſentes, nec Deum timent.

Orationes ante & poſt ſumptionem corporis & ſanguinis Chriſti Miſſæ D. Chryſoſtomi & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

CAPVT XXV.

TIbi commendamus vitam noſtram omnem & ſpem Domine amator hominum, & inuocamus te,& rogamus & ſupplicamus dignos nos facito vt participes ſumus ſuper cæleſtium tuorũ & tremendorum myſteriorum huius ſacræ & ſpiritualis menſæ omni pura conſcientia in remiſſionem peccatorum, in condonationem delictorum, in Spiritusſancti communionem, in regni cæleſtis hæreditatem,in fiduciam erga te, non in iudicium aut condemnationem.

ATtende Domine Ieſu Chriſte Deus noſter de ſancto habitaculo tuo & de throno gloriæ regni tui,& veni ad ſanctificandũ nos,qui in excelſis vna cũ patre ſedes,& hic nobiſcum inuiſibiliter ades & dignos nos redde potente manu tua, vt participes ſimus immaculati tui corporis, & precioſi tui ſanguinis.

REmitte,dimitte, ignoſce Deus mihi peccatori peccata mea & voluntaria & inuoluntaria, ſiue in cognitione ſiue in ignorantia, ſiue in verbo, ſiue in opere,ſiue in concupiſcentia feci. Omnia ignoſce,quoniam bonus benignus & multæ miſericordiæ.

ET interceſſione immaculatæ Dominæ noſtræ Deiparæ & ſemper virginis Mariæ dignum me fac vt ſine condemnatione accipiam immaculatũ donum tuum in remiſſionem peccatorum in vitam æternam, in purgationem malarum mearum cogitationum,in illuſtrationem mandatorum tuorum, quoniam te decet honor, gloria & adoratio Patrem,& Filium, & ſanctum Spiritum. Nunc & ſemper in ſecula ſæculorum. AMEN.

CRedo Domine & confiteor,quod tu es Chriſtus Filius Dei viuentis, qui veniſti in mundũ ad ſaluãdos peccatores, quorum primus ego ſum. Domine non ſum dignus vt ſub ſordidum animæ meæ tectum ingrediaris, ſed quemadmodum æqui bonique conſuluiſti in ſpelunca & præſepi ratione carentium animalium recumbere, & in domo Simonis leproſi, etiam ſimilem mihi meretricem peccatricem ad te accedentem ſuſcepiſti:ipſe dignare etiam in præſepe animæ meæ & in commaculatum meum corpus ingredi mortui & leproſi. Et ſicut non abhorruiſti os ſordidum meretricis impollutos tuos pedes oſculantis: ita Domine Deus ne me etiam peccatorem abhorrueris, ſed tamquã bonus & benignus dignare me participem effici ſanctiſſimi tui corporis & ſanguinis. Fiat mihi Domine Ieſu Chriſte corpus tuum ſanctum in remiſſionem peccatorum meorum,& ſanguis tuus precioſus in vitam æternã. Et in ſecundo tuo aduentu annumera me iuſtis tuis & electis ouibus. AMEN.

Orationes poſt communionem.

GRatias agimus tibi Domine humane benefactor animarum noſtrarum, quoniam & hodierno die dignatus es,nos ſupercæleſtibus tuis & immortalibus myſterijs, Dirige noſtram viam, confirma nos in timore tuo omnes, cuſtodi vitam noſtram,ſtabili noſtros greſſus præcibus & ſupplicationibus ſanctæ Deiparæ & ſemper virginis Mariæ & omnium ſanctorum.

Diaconus egreſſus è ſancto altari dicit poſt depoſitionem ſanctorum donorum:

Recti qui participes fuimus diuinorum, immaculatorum,immortalium, ſupercæleſtium, viuificantium,tremendorum myſteriorum dignè in omnibus gratias agamus Domino.

Chorus deinde ſuccinit.

Miſerere Domine.

Diaconus iterum.

Defende,ſerua, miſerere, cuſtodi nos Deus tua gratia.

Exclamatio.

Quoniam tu ſanctificatio noſtra & tibi gloriam refetimus & Patri & Filio & Spiritui ſancto.

Sacerdos.

Tu qui ipſe es impletio legis & prophetarum Chriſte Deus noſter,& qui impleſti paternam diſpenſationem, imple gaudio & exultatione corda noſtra, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. AMEN.

Digna ſunt hæc ex D. Chryſoſtomo in vnum tractatum diſtega, vna cum præfatione, quæ omnium mani bus terantur ac probo mandentur vt teſtor hæc 21. Septem. 1588.

Ioannes van Dale.
Archipresb. Ganden.

Opuſculum iſtud, concinne admodum ex Diuo Ioanne Chryſoſtomo in vnum congeſtum: vna cum Prologo Authoris, vtiliter admodum & cum maximo Reipublicæ Chriſtianæ fructu in lucem edetur: Quod teſtor infra ſcriptus, Datum Antuerpiæ hac 1. Auguſti Anno 1589.

Ita teſtor Michael Hetſroy Bruegelius S.T.L. & B. Mariæ Ant. Cano.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ADVERSVS IVDÆOS ORATIO.

Interprete Dauide Hœſchelio Auguſtano.

[Edita primũ Græc. & Lat. Au. Vin. on. 1601. apud Ioã Prætoriũ]

QVod reliquum erat materiæ, de A qua nuper vobis diſſerai; *Deum comprehendi non poſſe*: id hodiè abſoluere & dilucidius docere volebam. De hoc enim, præterita die dominica, tantum verborum, tamque copioſe, fecimus; productis Eſaia, Dauide atque Paulo teſtibus. Nam ille: *Generationem eius quis enarrabit?* [Eſai. 53. 8.] clamabat; hic, quòd comprehendere nequiret, gratijs ipſi actis; [Pſ. 138. 14] *Confitebor tibi*, dicebat: *quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua.* [Ibid. v. 6.] Et rurſum: *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me; confortata eſt: & non potero ad eam*: At Paulus non ad ipſam [Dei] eſſentiam, rimando, proſpiciebat; ſed eius dumtaxat prouidentiam: quin huius etiam particulã [ſolùm] quam in gentium vocatione demonſtraſſet, perceptã; veluti vaſtum mare & percipi neſcium conſpicatus, ſic exclamabat; [Ro. 11. 33] *O altitudo diuitiarum & ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! quam inſcrutabiles viæ eius!* Atque hoc ſatis demonſtrationis B eſſe poterat. Ego verò non Prophetarum teſtimonijs fui contentus, non in apoſtolicis ſubſtiti: ſed in cælum aſcendi, chorum Angelorum vobis monſtraui, qui diceret: [Lu. 2. 14.] *Gloria in altiſſimis Deo, ac in terra pax, hominibus bona voluntas.* Audiſtis Seraphim [Eſai. 6. 3.] rurſus cum ſtupore & horrore clamitare, *Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius.* [Ezec. 3. 12] Addidi & Cherubim clamantes, *Benedicta gloria Domini de loco eius.* Tres in terris, totidem in cælis teſtes, ad Dei maieſtatem perueniri haud poſſe, oſtenderant. Proinde certa, magno cum applauſu, fiebat demonſtratio; theatrum incaleſcebat: cœtus (auditorum(inflammabatur. C Neque verò ego, me laudari, gaudebam: ſed Dominum meum * laudibus cumulari. [* Glorificari.] Nam applauſus atque laus iſta, animorum veſtrorum in Deum amorem commonſtrabant. Et quemadmodum ſerui, herum ſincerè ac ſerio amantes, hunc laudari ſi audiant, flagrant deſiderio eius qui prædicat, quia heri amore ardent: ad eundem etiam modum vos maximo tunc applauſu amorem erga Dominum ſatis declaraſtis. Volebam igitur & hodiè in certamen illud deſcendere. Nam ſi veritatis hoſtes nulla capit ſatietas conuitiorum in benè meritum: multò magis nos inexplebili cupiditate celebrandi Deum vniuerſi ardere decet. Sed quid accidit mihi? alius grauiſſimus morbus, linguæ noſtræ medicinam flagitat; morbus in Eccleſiæ corpore plantæ inſtar ſatus. Is prius eſt tollendus; dein extero- D rum cura gerenda: domeſtici prius curandi; deinde extraneorum habenda eſt ratio. Quinam eſt morbus iſte? Feriæ Iudæorum miſerorum atque ærumnoſorum continuæ, aliæ poſt alias inſtant: tubæ, Scenopegia, Ieiunia: & multi noſtri ordinis, qui ſe nobiſcum ſentire dicunt, partim ſpectatum illas ferias prodeunt, partim etiam vnà celebrant; vnà ieiunant. Quam prauam conſuetudinẽ nunc ab Eccleſia volo arcere. Nam verba contra * Anomœos alio tempore fieri poterunt; [* Eunomianos.] nec quicquam damni, propter moram, facietis. Iudæorum autem morbo correptos niſi iam curauerimus, dum præ foribus illorum feriæ, propeque adſunt: vereor ne fortè quidam, intempeſtiua conſuetudine magnaque ignorantiã, legem cum illis tranſgrediantur, atque deinceps fruſtra de his verba faciamus. Si enim nihil audiendo hodiè cum illis ieiunarint: perpetrato peccato remedium fruſtra adhibebimus, quare ad præoccupandum impellor. Idem etiam in vrgentibus & acutiſſimis morbis obſeruant, quos prius curare inſtituunt. omnino autem hoc certamen priori eſt cognatum. Quia enim impietas Iudæorum & Anomœorum cognati quid habet: * notæ etiam nunc, prioribus affines, nobis ſe ſe offerunt. [* ſigna, vnde cognoſcamus, al. certamina.] Nam quod Iudæi crimen obijciebant: idem intentant quoque Anomœi. Quid crimini dabant illi? *quod* [Chriſtus] *Deum, patrem diceret;* ſeque ipſum Dei æqualem faceret. [Ioan. 5. 18.] Id in crimen etiam hi trahunt: quin potius non trahunt; ſed dictum, quæque ei ſubeſt, ſententiam delent; licet non manu, at cogitatione atque animo. Neque verò miremini, quòd Iudæos miſeros dixerim. Reuera enim miſeri ſunt atque ærumnoſi, qui tot bona cælitus ſibi in manus delata repudiarunt, deditaque operã reie- B cerunt. Ortus eſt illis matutinus Iuſtitiæ Sol; [Luc. 1. 78.] & ipſi quidem, radijs repulſis, in tenebris ſedent: at nos his innutriti, lucem ad nos ipſi pertraximus, erroriſque caligine liberati ſumus. Illi, radicis ſanctæ rami erant, ſed defracti ſunt: [Rom. 11. 16. 17.] nos non eramus radicis participes, & fructum pietatis tulimus. Illi Prophetas ab ineunte ætate legerunt, & * prophetatum cruci fixerunt: [* eum de quo erat vaticinium] nos, quibus nihil de ſacris literis conſtiterat, hunc ipſum adorauimus. Ideò miſeri illi; quia miſſa ſibi bona, alijs rapientibus atque ad ſe ſe pertrahentibus, ipſi repulerunt. Ac illi quidem ad filiorum adoptionem vocati, in canes degenerarunt: nos, qui canes eramus, brutam C naturam, diuinã gratiã, exuere atque ad filiorum honorem aſcendere potuimus. Vnde hoc liquet? *Non eſt bonum*, inquit Chananææ, Chriſtus: [Mat. 15. 26] *panem liberûm capere, & catellis obijcere:* illos liberos; ex gentibus verè oriundos, canes nuncupans. Verùm, quomodò ſit inuerſus ordo, vides, illique canes, nos liberi facti ſimus. *Videte canes*, de illis ait Paulus: [Phil. 3. 2.] *Videte malos operarios, videte conciſionem. Nos enim ſumus circumciſio*. Cernis quomodò liberi prius, canes euaſerint. Vis ne cognoſcere, qui nos canibus filij facti ſumus? *Quot quot autem eum acceperunt*, inquit, *illis hanc dedit poteſtatem, vt filij Dei fierent*. [Ioa. 1. 12] Nihil illis miſerius, qui nuſquam non ſaluti ſui aduerſi currunt. Dum enim legem ſeruari oportuit; conculcarunt: illã nunc ceſſante, pertinaciter eandem tueri conten- D dunt. Quid ipſis queat miſerabilius eſſe qui non tranſgreſſione ſolùm, ſed & obſeruatione legis Deum exacerbant. Ideò *duri ceruice*, inquit, *& incircumciſi corde; vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis*: [Act. 7. 51] non violando leges dumtaxat, ſed & intempeſtiuè ſeruare illas cupiendo. Duri ceruice [probè ſic eos appellauit] non enim iugum Chriſti portarunt, licet facile eſſet, nec quicquam oneris aut moleſtiæ haberet. Nam: *diſcite à me*, inquit, *quia mitis ſum & humilis corde.* [Mat. 11. 29] Et: *tollite iugum meum ſuper vos: quia iugum meum facile eſt, & onus meum leue eſt.* Non tolerarunt tamen, ob ceruicis duritiem: neque modò non tolerarunt, ſed & confregerunt & ruperunt. Nam à ſeculo, inquit, confregiſti iugum meum; rupiſti vincula mea. [Iere. 2. 20 vide & c. 5 v. 5. item Pſ. 2. v. 3] Non Pauli hæc ſunt verba, ſed Propheta clamat: iugum & vincula, imperij notas dicens. quia

Chriſti

A
Chriſti dominium[Iudæi]reſpuerunt,quum dice-
Io. 19.15 rent; *Nos non habemus regem, niſi Cæſarem.* Confre-
giſti iugum , diſrupiſti vinculum, e regno cælo-
rum teipſum eiecisti, & poteſtati humanæ ſubie-
ciſti. [velim hic] mihi conſideres, quam ſoler-
ti ænigmate effrænatum [illorum] animum ſig-
nificarit. Non enim inquit iugum deieciſti, ſed
confregiſti, quod eſt brutorum animalium, eo-
rumque petulcorum vitium , quæ frænum reſ-
puunt, imperiumque detrectant. Verùm vnde
hæc[illis] durities? ex heluatione & ebrieta-
te. Quis ait hoc? ipſe Moyſes. *Comedit Iſrael, &*
Deut. 32, 15. *repletus & impinguatus eſt , & recalcitrauit dilectus.*
Quemadmodum enim animantia bruta, vberio-
re pabulo diſtenta, magis refractaria atque in-
domita fiunt, & neque iugum, nec frænum, nec
aurigæ manum ferunt : ita & populus Iudai-
cus, ex ebrietate & [nimia] corporis obeſitate,
ad extremam præcipitatus maliciam,laſciuijt, ne-
que Chriſti iugum acceptauit,neque doctrinæ ara-
trum ſubiuit.

B
Oſe 4 16 Quod alius etiam Propheta tectè innuens di-
xit; *Sicut vitula aſtro percita inſanijt Iſrael .* Et, qui
vitulum ipſos non edoctum [ferre iugum] vo-
Iet. 31, 18 cauit. Talia verò bruta animantia, ad operas ine-
pta, ad mactandum ſunt apta.Quod his etiam ac-
cidit . nam quum ipſi ſe ſe ad operationes inutiles
redderent ; qui mactarentur, non inepti fue-
runt.

Quare Chriſtus etiam: *Inimicos meos illos* [inquit]
Lu.19.27 *qui noluerunt me regnare in ſe,adducite huc, & mactate co-
ram me.* Tum Iudæe, oportebat te ieiunare, quum
ebrietas iſtis te malis afficeret; quum impietatem
pareret heluatio: non iam. Nunc enim ieiunium
eſt intempeſtiuum & abominandum. Quo autore?
Eſa. 58. 5. Eſaia,qui voce edita clamat; *Non hoc ieiunium elegi.*
Ibid. v. 4. Quid ita? quia in iudicia & pugnas ieiunatis, &
percutitis pugno ſubditos. Quòd ſi, quum pulſa-
res conſeruos, deteſtabile tuum fuit ieiunium: C
Domino abs te mactato, acceptum quî ſit? qua
ratione? Eum, qui ieiunat, compoſitum eſſe de-
cet,contritum,humiliatum; non ira ebrium: & tu
conſeruos pulſas?Olim igitur in iudicia & pugnas
ieiunarunt: nunc ad petulantiam atque extre-
mam intemperantiam, dum nudis pedibus in foro
ſaltant; ieiunij quidem prætextu, ſed ebriorum
more. Audi quo pacto Propheta ieiunare iubeat;
Ioel. 1,14 *Sanctificate ieiunium*, inquit , *non cum tripudijs cele-
brate: prædicate cultum, congregate ſenes.* At hi cho-
ros mollium cogunt, colluuiemque ſtupro inqui-
natarum mulierum; theatrum vniuerſum, & ho-
mines ſcenicos,ad Synagogam pertrahunt. Nam
inter theatrum & [ipſorum] Synagogam nihil
intereſt.Equidem ſcio, fore qui me temeritatis ar-
guant, quòd inter theatrum atque Synagogam
quicquam intereſſe negarim . Damna, ſi ex me
iſthæc pronuncio: ſin Prophetæ verba dico;enun- D
ciatum proba. Multi(ſcio) reuerentur Iudæos,
eorumque ritus hodiernos cenſent eſſe honeſtos;
quo ipſo ad perniciosam iſtam opinionem radici-
citus euellendam, incitor. Negaui theatro quic-
quam præſtare Synagogam; adducam Prophetæ
teſtimonium: non ſunt Iudæi Prophetis fide dig-
Ierem, 3. niores. Quid igitur ille? *Frons meretricis facta eſt ti-
bi*; deſijſti erubeſcere apud omnes. Vbi verò
ſcortum proſtituitur,is locus eſt proſtibulum. Imò
non proſtibulum dumtaxat, theatrumque, eſt Sy-
Ierem 7. 11. & 12. 8 nagoga: verùm etiam *ſpelunca latronum*, & latibu-
Cla. A. pag. 54. lum ferarum. Nam ſpelunca hyena facta eſt mihi
[inquit domus veſtra:]nec ſimpliciter beſtiæ,ſed
eius impuræ. At rurſum, *Dereliqui domum,deſerui hæ-
Iet. 12. 7. reditatem meam.*
Quòd ſi Deus dereliquerit quæ ſalutis ſpes reli-
qua? ſi deſeruerit, locus ille fit habitatio dæmo-
num. At omnino, ſe quoque Deum adorare, di-
cunt: id ne dicant: nemo Iudæus Deum adorat.

A Quis ait hoc? Dei filius. Si enim patrem meum noſ-
ſetis;& me noſſetis. neque verò me noſtis, nec pa- Ioa. 8.19.
trem. Quòd teſtimonium hoc fide dignius addu-
cam? Si enim patrem non norunt, Filium cruci-
fixerunt, Spiritus auxilium repulerunt: quis lo-
cum iſtum,eſſe dæmonum diuerſorium, affirmare
non auſit?non adoratur ibi Deus, abſit: ſed idolo-
latriæ deinceps ſacellum eſt. & tamen aliqui illis
tamquam ſacrarijs adhærent. Atque hæc non con-
iecturis adductus dico, ſed ipſa edoctus experien-
tia. Nam ante hoc triduum [mihi credite,non men-
tior]matronam quandam honeſtam, ingenuam,
modeſtam & fidelem vidi, quam homo quidam
impurus, ſtolidus, opinione Chriſtianus [talia
enim audentem , ſincerum Chriſtianum non di-
xerim] Hebræorum ædem intrare,ibique iuſiuran-
dum de negocijs ſibi controuerſis dare coegit. Vt
verò illa opem implorabat,& vim ſceleratam amo-
liri cupiebat; ſibi enim, quæ diuinorum myſterio-
rum particeps facta eſſet, illum locum adire, nefas
eſſe,incenſus ego zelo,atque ardens, ſurrexi, nec
B illam porrò ad præuaricationem trahi ſum paſſus,
eripuique ab iniqua iſta abductione. Poſtea eum,
qui traxerat illam, Chriſtianus ne eſſet, rogaui.
Cui confitenti grauiter inſtiti, fatuitatem expro-
brans extremamque dementiam, & aſinis illum
quicquam præſtare negaui:ſi, Chriſtum ſe adorare
profitens,ad Iudæorum qui ipſum crucifixiſſent,
ſpeluncas quemquam traheret. Productoque lon-
gius ſermone;primum, prorſus non licere iurare,
neque ad iuſiurandum quemquam incitare, ex ſa-
cro Euangelio docui.Deinde,nō religioſam & ini- Ma. 5. 34.
tiatam,quin neque eum,qui nondum ſit initiatus,
in iſtam neſsitatem trahendum fuiſſe. Poſtquam Iac. 5. 12.
diu multumque locutus animum eius ab errore
opinionis liberaui: cauſam ſciſcitatus ſum, cur Ec-
cleſia relicta ad Iudæorum collegia illam traxerit.
At ille,multos ſibi dixiſſe, inquiebat , iuſiurandū
C quod ibi daretur,magis formidandum eſſe. Ob quę
ingemiſcebam, iraque incendebar, deinceps rur-
ſus ridebam Cernens enim diaboli aſtutiam, in-
gemui,quod hominibus id perſuadere poſſet:con-
ſiderata verò eorum qui deciperentur ſocordia,
excandui: eorumdem quanta eſſet amentia me-
cum reputans,riſi. Hæc vobis dixit & narraui: quia
animo erga eos, qui talia & perpetrant & expe-
riuntur, eſtis planè inhumano, nec quicquam ijs
mouemini: ſique fratrem quempiam veſtrum in
huiuſmodi peccatum incidere videatis; alienam,
non propriam, calamitatem eſſe ducitis . Voſ-
que accuſanti,purgatos exiſtimatis;dicendo: Quid
mihi curæ eſt? quæ ratio mihi cum illo commu-
nis?Quæ verba capitale odium in homines & ſata-
nicam crudelitatem ſonant.Quid ais,homo quum
ſis,eiuſdemque naturæ particeps;quin imò,ſi natu-
ræ communio dicenda eſt, cui vnum caput eſt
D Chriſtus;dicere audes,nihil tibi cum membris tuis
eſſe commune?quomodo igitur Chriſtum Eccleſię
caput confiteris. Nam caput natura omnia mem-
bra copulat,& ad ſe diligenter conuertit,colligat-
que.Si nihil tibi commune eſt cum mēbro tuo: ne-
que cum fratre quid commune eſt tibi, neq; caput
habes Chriſtum. Iudæi vos tāquam paruulos pue-
ros terrent,& non animaduertitis. Nam quemad- Eph. 5.2
modum paruulis illis multi ſcelerati ſerui laruas Col. 1.1
oſtendunt terribiles,& ridiculas(quæ natura non
ſunt terrori, ſed ſimplicibus animis tales vidētur)
magnumque riſum mouent: ſic Iudæi rudiores
Chriſtianos laruis ſuis territant. Quomodo enim
terricula ſint ipſos ea,quæ magno dedecori, & ri-
ſus plena,quæque hominum impingentium, cum
ignominia reiectorum, & damnatorum ſunt? No- Ma. 10.
ſtra haud ſunt tālia:ſed reuera terribilia, & horro-
ris plena. Vbi enim Deus eſt qui vitæ ac necis po-
teſtatē habet,is locus eſt terribilis: vbi ſermonis ha-
bētur infiniti de pœnis æternis,de fluminibus ignis

Digitized by Google

A de venenato verme, de vinculis rumpi neſcijs, de tenebris exterioribus. Illi vero nihil horum ne ſomniando quidem ſciunt, ventri dediti, præſentibus inhiantes. porcis hirciſque nihilo meliores, pro laſciuia nimiaque helluatione. Hocque vnum norunt, ventri ſeruire, ebrij eſſe; pro ſaltatoribus contundi, pro aurigis vulnerari. Hæc ne ſunt grauia & terribilia? Quis hoc dixerit? Vnde ergo viſa ſunt terribilia? Niſi & ſeruos ignominia notatos, quibus nulla eſt loquendi libertas, quiſque domo herili exciderunt, terrori eſſe dicas ijs, qui ſunt honorati & libertate vtuntur. Verum hæc non ita ſe habent, non habent. Si quidem nec cauponæ regijs aulis digniores ſunt; quin diuerſorio quouis locus Synagogæ inhoneſtior eſt. Non enim latronum neque cauponum ſimpliciter, ſed dæmonum eſt habitatio. Imò non Synagogæ ſolum, ſed ipſæ etiam Iudæorum animæ: quod orationis epilogo conabor demonſtrare. Quare vos hortor vt huius potiſſimum diſceptationis memineritis. Non enim ad oſtentationem, neque propter applauſum hoc dicimus: ſed vt medeamur animis veſtris. 3 Nam quis eſt vobis ſermo [excuſationis] reliquus, ſi in tanta medicorum copia ſunt qui ægrotent? Duodecim erant Apoſtoli, & vniuerſum mundum allexerunt: maior pars vrbis eſt Chriſtiana, & adhuc quidam morbo Iudaiſmi laborant. Et, qua nos ſani defenſione vtemur? Digni ſanè etiam ægroti illi ſunt crimine: ſed neque nos vacamus culpa, ipſis in morbo neglectis. Vix enim ac ne vix quidem ſi multa noſtra cura fruerentur, imbecilli eſſe pergerent. Quare anticipans hæc nũc dico: vt quilibet veſtrum attrahat fratrem; etiam ſi neceſſitas imponenda ſit, etiam ſi vis facienda, etiam ſi contumelijs & contentione fuerit opus: omnem moueto lapidem, ipſum vt diaboli laqueo eximas, libereſque à commercio eorum, qui Chriſtum neci dederunt. Si videres in foro duci quempiam ad ſupplicium, calculo iuſto damnatum; tibique liberum eſſet de carnificis manibus ipſum rapere: vtique nihil non faceres, C vt ne abduceretur. Nunc quum cernas fratrem non à lictore, ſed à diabolo ad perditionis barathrum cõtra ius & fas trahi: vel ſymbolam grauaris dare, qua ipſum iniquitatis vinculo eximas. Et quomodo venia ſis dignus? Sed valentior te eſt, & potentior. Mihi ipſum oſtendito: periculum capitis ſubibo potius; quàm vt patiar templorum illum ingredi veſtibula, ſi pertinaciter in propoſito manſerit. Quid enim tibi cum libera (Gal.4.6.) cum cæleſti Ieruſalem commune? Delegiſti ter(Ibi.v.25.)reſtrem, cum ea ſeruito: nam & ipſa cum filijs ſuis ſeruit, ſecundum Apoſtoli verba Ieiunas cum Iudæis? Depone ſoleas quoque cum iſtis, & nudis in foro pedibus ambula, particeps indecori geſtus & riſus eorum. Hoc haud facere geſties. pudet enim, & rubore ſuffunderis. Iam geſtibus eorum vti pudet: impietatis vero eorundem ſocius eſſe, non erubeſcis. Quid autem veniæ impetrabis, D Chriſtianus ſemiſſis? In capitis diſcrimen prius adducar, credite, quàm vllum illiuſmodi morbo oppreſſum negligam, ſi videro. ſin me latebit: Deus omnino ignoſcet. Hæc ſecum quiſque etiam veſtrum reputet; nec rem ita leuem, quaſique obiter curandam exiſtimet. Non attenditis quid in ſacra Synaxi Diaconus ſubinde clamet? *Alij alios noſcite*: quomodo in fratres ſtudioſè inquirendi manum vobis porrigat? Idem in illis obſerua. Si quem cognoris iudaizantem: prehende; notum fac: ne idem ipſe quoque periculum ſubeam. Nam & in caſtris extra Eccleſiam, ſi qui miles deprehendatur barbarus Perſarumque fautor: non ipſe ſolum capite periclitatur, ſed quilibet eius rei conſcius, nec duci exercitus illum prodens. Cum igitur & vos ſitis Chriſti exercitus; curioſè ac diligenter inquirite, numquis alienigena vobis ſit admix-

A tus eiuſque nomen deferte; non vt occidamus, velut illi; neque vt pœna ſupplicióve afficiamus: ſed vt errore atque impietate ipſum liberemus penituſque noſtrum reddamur. Quod ſi nolitis, ſcienteſque cæletis: eaſdem vos, quas illi, pœnas daturos eſſe, probè noſtis. Paulus etenim non eos ſolum, qui mala perpetrant: verùm & approbatores, pœnæ & ſupplicio ſubijcit. Atq; etiam propheta non (Pſa.49.18) fures tantùm, ſed & cum illis currentes eidem pœnæ addicit. Idque merito. Nam qui culpæ alterius conſcius occulit & tegit: maiorem illi dat ſocordiæ anſam, atque ſecuriorem in committendis delictis reddit. Verùm ad ægrotos redeundum. Cogitate igitur, quibus cum ij commercium habeant, qui nunc ieiunant? cum ijs qui clamarunt, (Ma.27.25) *Crucifige, crucifige*: qui dixerunt, *ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Si qui tyrannidis affectatæ rei damnati eſſent, numquid accedere & ſermonem cum illis conferre auderes? Non equidem puto. An non igitur abſurdum, eos qui in hominem peccarint tam ſtudioſè fugere; cum ijs verò, qui contumelioſi in ipſum Deum fuerunt, ſo3cietatem inire; &, crucifixum adorare, cumque ijs qui cruci illum fixerunt feriari? Quod non démétiæ ſolum, ſed extremæ etiam eſt inſaniæ. Quoniam verò nonnullis Synagoga quoque delubrum religioſum videtur; neceſſariò pauca etiam contra illos dicenda. Cur enim locum illum veneramini, qui contemnendus, abominandus, & vnde reſiliendum eſſet? Lex (inquis) repoſita ibi eſt, & libri prophetici. Quid tum: Libri ne iſtiuſmodi, vbi ſunt, loco ſanctitatem conferunt? Nequaquam. Ego verò ob hoc ipſum impendio magis odi Synagogam, auerſorque, quod Prophetas habent, nec ijs credunt: literas ſacras legunt, nec teſtimonia acceptant. Quod hominum eſt ſupra modum iniurioſorum Nam, dic mihi, ſi venerabilem quendam, inſignem, atque illuſtrem virum in cauponam duci, aut in ſpeluncam latronum, poſtea contumelijs, verberibus atque iniurijs afC fici extremis cerneres; admiranda ne tibi caupona aut ſpelunca videretur, eo quòd præclarus ille magnuſque intus ſteterit, & contumelioſe tractatus fuerit? non arbitror equidem; ſed hac ipſa de cauſa illam potiſſimum odiſſes auerſatuſque eſſes. Idem iudicium de Synagoga eſto. Nam Prophetas & Moyſen ſecum illuc importarunt, non vt honorarent, ſed iniurioſè, cumque ignominia vti tractarent. Cum enim ipſos Chriſtum nouiſſe, & de eius aduentu quicquam dixiſſe negent: qua maiore iniuria queant ſanctos illos afficere; quàm accuſando, ſuum ipſos dominum ignoraſſe, & impietatis ſocios aſſerendo? Quare ideò magis & ipſos & Synagogam oderimus, quod in ſanctos illos adeò debacchantur. At quid de libris ac locis dico? tempore perſecutionum carnifices corpora martyrum tenent, lacerant, flagellis cædunt. Num manus eorum ſanctæ, quòd Martyrum corpora tenuerunt? nihil minus. D Iam, manus quæ ſanctorum corpora tenuerunt, impiæ manent, ideò vtique quod impiè tenuerunt. Et ij, qui Scripta ſanctorum tractant cum iniuria, non minus quam carnifices martyrum corpora, venerandi propterea erunt? an non extremæ hoc fuerit inſaniæ? Si enim tantum abeſt, ij ſancti vt fiant, qui corpora impiè tenuerunt, vt magis etiam polluantur: multo minus Scripta ſine fide lecta lectoribus vmquam prodeſſe poterunt. Hoc ipſum igitur maioris illos impietatis conuincit, libros eo conſilio poſſidere.

Neque enim tantum mererentur crimen, ſi Prophetarum ſcriptis caruiſſent; non tam impuri & prophani eſſent, niſi libros legiſſent. Nunc nulla ipſis reliqua eſt venia, præcones veritatis cum habeant, & tam illis, quàm veritati hoſtili animo reſiſtunt. Quocirca

eò magis

eò magis prophani atque impuri ſunt, quod Prophetas habent, eoſque hoſtiliter tractant. Quare vt fugiatis hortor, & ab eorum conuenticulis reſiliatis. Damnum hoc fratribus imbecillioribus haud leue; hæc amentiæ illorum cauſa haud nulla. Nam ſi viderint, vos, qui adoratis Chriſtum ab ipſis crucifixum, cerimonias illorum perſequi & tanti facere: quomodo non, præclariſſimè omnia à ſe geſta eſſe, putabunt? noſtraque nullius pretij, quum ea colatis, & obſeruetis quidem, ſed cum ijs, qui eadem deſtruunt curratis?

1.Cor.8.10.

Si quis (inquit Apoſtolus) *viderit te qui habes ſcientiam, in idoleio recumbentem; nonne conſcientia eius, qui infirmus eſt, ædificabitur ad edendum ea, quæ ſunt idolis immolata;* Et ego dico, ſi quis viderit te, qui ſcientiam habes, ad ſynagogam abire, tubas ſpectare. nónne conſcientia eius quum infirmus ſit, exſtruetur ad rerum Iudaicarum admirationem? Qui cadit, non lapſus modo pœnas dat, ſed quia alios etiam ſupplantauit, punitur: quemadmodum ſtans, non propter virtutem coronatur; ſed, quia eundem in alijs zelum excitauit, in admiratione eſt. Illorum igitur & conuentus & loca fugite; nec quiſquam propter libros Synagogam veneretur, ſed propter illos hanc odio proſequatur faſtidiatque. Nam in contumeliam Sanctos tenent, quia verbis illorum fidem derogant, quia extremæ illos impietatis reos faciunt. Ac vt cognoſcatis, libros nihil loco ſanctitatis conferre, ſed pollui illum eorum qui illic conueniunt inſtituto: hiſtoriam veterem vobis narrabo. Cum Ptolomæus Philadelphus, libris vndique collectis, cognouiſſet, apud Iudæos etiam extare ſcripta, quæ de Deo atque optima Reip. forma agerent; accerſitis e Iudæa viris, in Græcum ſermonem illa ipſa per eos conuertenda curauit, atque in Serapidas templum repoſuit: erat enim homo Græcus. & in hunc diem vſque librorum Propheticorum interpretatio ibi ſeruatur. Ergo ne templum Serapidis propter libros ſanctum erit? abſit. Sed ſua illis eſt ſanctitas, quam cum loco non communicant, propter eorum qui illic congregantur impuritatem. Idem & de Synagoga cenſendum eſt. Etiamſi enim nullum ibi Idolum ſit: tamen dæmones locum incolunt. Quod non de ea ſolum Synagoga dico, quæ hic eſt; ſed & de illa in Daphne, vbi barathrum deterius, quod Matronæ vocant. Nam multos religioſos illuc aſcendere audiui, & iuxta locum dormire. Sed abſit, illos vnquam vt religioſos appellem. Mihi & Matronæ, & Apollinis templum, pari ratione impurum eſt. Quod ſi me quiſpiam audaciæ condemnat, eum ego viciſſim extremæ inſaniæ condemnabo. Nam, dic mihi, vbi dæmones habitant, non ne impietatis ille locus, etiamſi nulla ibi ſtatua ſit? vbi Chriſti interfectores congrediũtur, vbi crux exturbatur, vbi Deus blaſphematur, vbi pater ignoratur, vbi filius contumelijs afficitur, vbi Spiritus gratia reijcitur.

Gal.2.21

Quin, quum ibi quoque dæmones ſint, an non maius hinc detrimentum? illic enim nuda eſt & conſpicua impietas, quæ non facile mente præditum & ſanum pellexerit aut deceperit. Hic vero, quum ſe adorare dicant Deum, & idola auerſari, Prophetas habere & honorare: verbis hiſce multum eſcæ præparant; & ſimpliciores atque imprudentes, incautos, irretiunt. Quare impietas eſt eadem & ipſis & Græcis: impoſturâ autem vtuntur longè pernicioſiore. Nam aram captionis habent non aſpectabilẽ ipſi quoque vbi non oues, & vitulos, ſed animas hominum mactant. Denique ſi Iudaica tibi admirationem mouent, quæ tibi ratio nobiſcum communis? Nam ſi illa Iudæorum veneranda & magna ſunt: noſtra erunt falſa. Sin hæc vera, qualia vtique ſunt: illa erunt fraudis plena. Non diuina dico oracula; abſit, hæc enim me ad Chriſtum quaſi manu duxerunt: ſed impietatem illorum & inſaniam hodiernam. At enim tempus requirit, vt oſtendam, dæmones etiam ibi habitare; neque in illo tantum loco, ſed & in ipſis Iudæorum animis.

Mat.12.43. Luc.11.24.

Nam quum impurus ſpiritus (inquit Chriſtus) *exierit ab homine, ambulat per arida loca, quærens requiem, & quum non inuenit, reuertar,* inquit, *in domum meam, vnde exiui. Et quum venit, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam.*

Pag. 25.

Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitant illic, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic [malæ] Vides in ipſorum animis nunc habitare dæmones prioribus deteriores; neque id iniuria. Tunc enim in Prophetas peccarunt, nunc ipſum Prophetarum Dominum contumelia inſequuntur. Cum hominibus igitur, dicite, dæmoniacis, quibus tot ſunt impuri ſpiritus, in iugulando & occidendo enutritis atque educatis eodem loco congregamini, neque horreſcitis? (Nam & ſalutationis horum participes eſſe, & ſimpliciter ſermonem conferre oportet:) neque vt communem luem & morbum totius orbis auerſamini? Quo ſceleris genere non ſunt defuncti? Nónne omnium Prophetarum conciones crebræ & prolixæ in his accuſandis conſumptæ ſunt; Quam tragœdiam, quod iniquitatis exemplum ſuis illi nefarijs homicidijs non obſcurarunt? *Immolarunt filios & filias dæmonijs,*

Pſ.105.37

naturam exſuerunt, dolorum partus oblitæ ſunt, educationem liberũm proculcarunt, leges conſanguinitatis funditus euerterunt, immaniores omni beſtia facti ſunt. Nam beſtiæ ſæpe numero animam etiam relinquunt, poſt habita ſui conſeruatione, vt fœtus defendant. At hi, nulla vrgente neceſſitate, natos ex ſeſe manu ſua mactarunt: vt vitæ noſtræ hoſtes, infeſtos dæmones colerent. Quo eorum facto prius attoniti reddamur? impietate, an crudelitate atque inhumanitate? quòd filios immolarint, aut quod dæmonijs illos ſacrificarint? Sed an non immodica laſciuia & petulantia libidinem quoque brutorum maximam obſcurarunt? audi Prophetam, quid de ipſorum immoderata dicat intemperantia. *Equi amatores & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.*

Ier.5.8. Vide & cap.13.27

Non dixit, proximi vxorem quiſque concupiſcebat; ſed euidentiſſimè, brutorum mentione, libidinis ipſorum inſaniam expreſſit. Quid aliud dicam vobis? rapinas? auaritias, pauperum proditiones, furta, artes cauponias. Ad hæc narranda ne dies quidem integer ſuffecerit. At feriæ (inquis) illorum aliquid graue & magnum habent. atqui & has ipſas impuras commonſtrarunt. Audi Prophetas; quin Deum audi, quàm vehementer illas abominetur: *Odi, proieci ferias veſtras.*

Amos 5.21.

Deus odit, & tu participas. Neque dixit has vel illas ferias, ſed in vniuerſum omnes. Placet cognoſcere, quòd Deus illum etiam cultum oderit, qui fit tympanis, cithara, pſalterijs & alijs organis? Aufer à me inquit ſonitum canticorum tuorum, & Pſalmum inſtrumentorum tuorum non audiam. Aufer à me, inquit Deus: & tu auditurus tubas curris. Sed hæc ſacrificia, & hæ oblationes non ſunt abominabiles? *Si offeretis mihi ſimilaginem; fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi.*

Eſai.1.13.

Incenſum, abominatio; & locus non abominandus? Et quando autem abominatio? antequam ſummum ſcelus admiſerant, antequam ſuũ ipſorum Dominum ſuſtulerant, ante crucem, ante Chriſti necem, abominatio. An nõ multo magis nunc? Et ſanè quid eſt ſuffimentis fragantius? Verùm Deus non ſacrificiorum naturam, ſed animũ eorum qui offerunt, obſeruat, hocque oblationes metitur. Obſeruauit Abel, & tum munera eius: vidit Cainum, & ſacrificia eius tum auerſatus

Gen. 4. 5. eſt. Nam, ad Cain (inquit) & ad oblationem eius non attendit. Noah ſacrificia ouium, vitulorum, Gen. 8. 21 & auium Deo obtulit: *odoratuſq́; eſt Iehoua odorem ſuauitatis?* inquit Scriptura id eſt, oblata probauit. Neque enim Deo nares ſunt, ſed Numen eſt incorporeum. Quanquam ea, quæ ex altari ſurſum feruntur, nidor & fumus ſunt combuſtorum corporum: quo fœtore nihil tetrius eſt. Verùm vt diſcas, Deum probare ſacrificia, & auerſari, prout animus ſit offerentis: nidorem & fumum, odorem vocat ſuauitatis; incenſum, abominationem: quia multo fœtore mens offerentium repleta fuit. Libet cognoſcere, quòd templum etiam cum ſacrificijs, organis, ferijs, & incenſis auerſatus ſit Deus, propter eos qui illud ingrediuntur? Id ipſa re maximè oſtendit; olim barbarorum manibus illud tradendo; poſtea prorſus delendo. Verumtamen ante B euerſionem quoque illius per Prophetam clamat Iere 7. 4 dicitque: *Ne confidatis in verbis mendacij, quoniam nihil vobis proderit cum dixeritis; Templum Domini, templum Domini eſt.* Non templum inquit ſanctos eos reddit qui congrediuntur: ſed hi illud. Quod ſi tum nil proderat templum, præſentibus Cherubim & arca: multo minus iam, omnibus ijs ſublatis, poſtquam Deus illos prorſus auerſatur, & grauior eſt huius odij cauſa. Quantæ igitur amentiæ fuerit, quantæque inſipientiæ, notatos ignominia, à Deo proditos, eos qui Dominum in iram concitarint, ſocios ſibi in ferijs aſciſcere. Si tuum quis occidiſſet filium, dic mihi, eiùs ne conſpectum ſuſtineres? Audires ne alloquentem? nònne vt improbum dæmonem, vt ipſum diabolum fugeres? Domini tui filium occiderunt, & in eundem cum illis ingredi locum audes? Quumque occiſus ab illis, tantum te honorarit, vt fratrem & cohæredem conſtitueres. tanta tu eundem ignominiâ afficis, vt C eius interfectores, qui cruci ipſum fixerunt, communione feriarum ipſorum, colas atque obſerues; & ad prophana illorum loca curras, impura veſtibula intres, menſæque dæmoniorum particeps fias. Ita enim Iudæorum ieiunium vt appellem, adducor nece, quam Deo intulerunt. Quo enim pacto dæmones non dicantur colere ij, qui Deo aduerſa peragunt? At medicinam à dæmonibus ex- Matth. 8. 31 petis? Quum abirent in porcos, Chriſti permiſſu, dæmones, tum in mare illos ſtatim præcipitarunt: & hominum corporibus parcant? Atque vtinam Geneſ. 3. non occiderent, vtinam non inſidiarentur. Eiecerunt ex paradiſo; honore cæleſti orbarunt: & corpus curabunt? Ridicula hæc, & fabulæ. Dæmones inſidiari ſciunt, ac nocere, non mederi. Animæ non parcunt, & corporibus parcant? E regno eijcere D conantur: & morbis leuare nos cupiant? Non audis prophetam dicere, atque ipſum potius Deum per prophetam, illos neque benè neque male poſſe facere. Atque vt mederi velint ac poſſint; quod fieri nequit: ob lucellum exigui temporis periculum æternarum pœnarum haud ſubeundum eſt. Corpus curabis, vt animam perdas? quàm præclara eſt nundinatio tua: Corporis conditorem exacerbas Deum: & inſidiatoris tui auxilium imploras. An *medicina beneficio facile q non hac ratione; quiuis ſuperſtitioſus homo, eò te pertraxerit, gentium & Deos vt adores? nam ethnici quoque horum arte morbos ſæpe curarunt, & ægrotos ſanitati reſtituerunt. Ideò ne impietatis participes erimus? Abſit. Audi quid Moyſes Iudæis Deu. 13. 1 dicat; *Cum ſurrexerit in medio tui Propheta, aut ſomnians ſomnium, & dederit tibi ſignum vel portentum; euenerítq; ſignum vel portentum, quod locutus eſt ad te dicens: Eamus & ſeruiamus Dijs alienis, quos non nouerunt patres noſtri: non obedieritis verbis Prophetæ, aut ſomniatoris illius.* Quorum verborum hæc eſt ſententia, Si Propheta quiſpiam (inquit) ſurrexerit, & ſignum ediderit, vel mortuum excitarit, vel leproſum mundauerit, vel debilem ſanarit; ſigno-

A que edito ad impietatem te inuitârit: ne propter ſigni euentum obœdias. Quare? *tentat enim te Dominus Deus tuus,* vt videat, an diligas ipſum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Ibid. v. 3. Vnde conſtat, dæmones non mederi. Atque vt, Deo permittente, aliquando medeantur, quemadmodum homines: permiſſio iſta fit ad tui explorationem, non quod Deus neſciat: ſed vt diſcas eos etiam miſſos facere dæmonas, qui medentur. Ac quid de medicina corporis loquor. Si quis gehennam minetur tibi, niſi Chriſtum abneges: num locum dabis? Si quis regnum promittat, vt ab vnigenito filio deficias: illum auerſator, odioque proſequitor, & Pauli diſcipulus eſto; eaſque voces æmulator, quas beatus ille, & generoſus animus magno cum clamore edidit; *Certus ſum enim,* inquit, *quod neque mors, neque* Rô. 8. 38. B *vita, neque angeli neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque vlla alia creatura poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Illum non angeli, non virtutes, nõ inſtantia, non futura, non alia creatura à charitate Chriſti ſeparat: & te cura corporis ad defectionem impellit. Ecquæ venia poſſit impetrari? Merito enim ipſa gehenna formidabilior nobis eſt Chriſtus, & ipſo regno potior. Licet ægrotemus: præſtat nos morbo affligi; quàm, vt hoc leuemur, ad impietatem prolabi. Vt enim ſanarit dæmon: plus obfuit, quam profuit. Nam corpori quidem emolumento fuit, cui omnino eſt paulò poſt moriendum, quodque putreſcet: animo autem immortali detrimentum attulit. Ac quemadmodum plagiarij bellaria, placentas, aſtragalos, ſiue talos, atque id genus alia paruulis ſæpe pueris porrigunt, quibus ineſcatos, libertate & vita ipſa priuant: ad eundem etiam modum dæmones membri curam pollicen- C tur: & omnem animi ſalutem præcipitem agunt. Verùm, dilecti, ne id toleremus; ſed ab impietate liberationem quouis modo quæramus. An non Iobus, paſſus ſibi ab vxore perſuaderi, blaſphemare in Deum potuiſſet, & qua vrgebatur calamitate liberari? *Dic verbum* (inquit) *aduerſus Dominum, & morere.* Iob 2. 9. Verum is cruciari maluit & macerari, plagamque illam ferre intolerabilem, quam blaſphemare, & malis præſentibus eximi. Hunc tu quoque æmulare. quamuis infinita malorum quibus diuexaris, dæmon remedia polliceatur: ne fidem habeas, toleres; quemadmodum neque iuſto illi perſuadere vxor potuit. Sed morbum forti animo potius perfer, quàm fidem & ſalutem animæ tuæ vt peſſundes. Neque enim Deus te derelinquit: ſed magis conſpicuum vt reddat, corporis infirmitati ſæpe ſubijcit. Perfer igitur: vt tu quo- D que [illud] audias. Num tu cenſes, me aliam ob cauſam * hæc in te decreuiſſe, quam vt iuſticia tua Iob 40. 3 * circulū edidiſſe. eluceſcat? Poſſent plura etiam præter hæc dici: ſed vt, quæ iam audiſtis, ab obliuione vindicentur: finem hic orationi faciam, vbi Moyſis verba [prius] dixero. *Teſtor aduerſum vos hodie cælum & terram; ſi quiſpiam veſtrum præſens abſensve tubas ſpectatum abierit,* Deut. 30. 19 vide & caput 31. 28. aut ad Matronæ delubrum aſcenderit, aut ieiunij & Sabbathorum particeps fuerit, aut alium ritum Iudaicum quemcumque obſeruauerit: innoxium me ab omnium veſtrum ſanguine eſſe. Sermo hic in die illa Domini noſtri Ieſu Chriſti propter me & vos aſſiſtet, & obœdituris multum dabit libertatis; quod ſi non parueritis, aut quoſdam talia auſos occultaueritis; tamquam acer & vehemens accuſator, ex aduerſo ſtabit. *Non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem vobis omne Dei conſilium,* Acto. 20. 27. Math. 25. 27. ſed & menſarijs pecuniam commiſi. Reliquum eſt vt depoſitam augeatis; fructuque concionis ad fratrum veſtrorum ſalutem vtamini. At moleſtum & odioſum eſt in his peccantes deferre? itidem & ſilere. Tam enim vobis, qui tegitis, quàm illis qui latent, ſilentium hoc perniciem adfert;

Deum

A Deum nobis inimicum reddens. Quanto autem præſtat, in conſeruorum odio eſſe, ad ſalutem: quã Dei iram aduerſus nos concitari; Illorum enim quicumque vt iam indignetur; damnum dare non poterit, quin pro medicina gratias tandem aget: Deus verò, vbi tacueris & occulueris, in cõſerui gratiam, cum huius pernicie; pœnas abs te extremas expetet. Quare tacendo & Deum tibi hoſtem reddes, & nocebis fratri. Deferendo autem hunc & indicando: & Deum habebis propitium, & fratrem lucrifacies, amicumque parabis [anteà] furibundum, experientiâ, ipſi te bene feciſſe, edoctum. Ne itaque vos fratribus gratificari putetis; ſi abſurdi quid eos ſectari cernatis, neque omni animi contentione ipſos arguatis. Amiſſa veſte, non furem tantum, ſed & furti conſcium, neque indicantem, ſimiliter pro hoſte ducis. Mater noſtra communis [Eccleſia] non veſtem ſed fratrem amiſit; quem Diabolus clam ereptum in Iudaiſmo detinet. Noſti raptorem, noſti raptum. Vides me doctrinæ ſermonem, tamquam lucernam, accendere, vbique cum
B planctu quærere; & tu ſilens, ſtas, neque iudicas. Quâ id venia? Non ne pro ſummo habeberis inimico Eccleſiæ, teque hoſtem iudicabit, & proditorem? verùm abſit, vt quiſquam eorum, qui hoc conſilium audijt, talem culpam admittat, fratrem vt prodat, pro quo Chriſtus eſt mortuus. Chriſtus ſanguinem effudit propter ipſum. tu ne verbum quidem propter ipſum fundere ſuſtines. Ne [cunctemini] hortor: ſed ſtatim hinc digreſſi ad hanc capturam incitemini, & quilibet veſtrum mihi adducat eiuſmodi morbo obnoxium. Quin abſit potius, vt tot homines morbo iſto teneantur. Bini & terni è vobis, aut etiam deni & viceni vnum adducant: vt capturâ [velut piſcium] die illo cõſpectâ intra retia, lautiorem menſam vobis apponam. Vbi enim hodiernum conſilium vita & moribus comprobari
C videro, promptiore animo curam illorum ſuſcipiam, eritque tam vobis, quàm illis lucroſius. Ne igitur ſuſque deque feratis: ſed & fœminæ fœminas, & viri viros; ſerui ſeruos, & liberi liberos; pueros; ſinguli denique omni ſtudio id genus morbis correptos capteris, itaque concionem proximam frequentetis, Vt & à nobis laudem conſequamini & ante præconia noſtra multam à Deo atque ineffabilem mercedem, quæque labores præclarè ſeſe gerentium multis modis excedit auferatis. Quod & amore Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo ſit gloria Patri, ſimulque Spiritui ſancto, nunc & ſemper & ſæcula ſæculorum.

AMEN.

D

VARIÆ LECTIONES IN ORATIONES QVINQVE contra Iudæos, quæ habentur Tomo V. Fol. 426. Col. 2. excerptæ ex illis quæ per Dauidem Hœſchelium Auguſtanum ex III Miſs. Codd. Græcis Palatino, Auguſtano & Cyprio, inter ſe collatæ ſunt, & emendatiores ac integriores, quàm antea editæ.

Fol. 427. C Lauum.) Hœſchelius vertit, *carinam.*
Col. 1. D Moremque gererent.) Suppletum eſt: *Dein quum poſtetur.*
Col. 2. A Quæ volebat) *in quibus volebat.*
C Adeo non) *Nec ſolum non.*
Prædonibus) *Latronibus.*
Perfoſſoribus) Suppletum eſt: *Et præſtigiatoribus.*
D Cultum ſequuntur) Suppletum eſt: *Proq; illis defendendis nihil non laboris ſuſcipiunt.*
Fol. 428 *Col.* 1. Percontabimur) *Quid igitur vnumquemque iſto morbo affectum percunctabor.*
Nonne veſtris) *Non vetitur noſtris legibus.*
Nos) *Vos.*
Multa) *Infinita.*
B Non miſcenda) *Cur non miſcenda.*
Tu Crucifixum adoras) *Quem tu adoras.*
C Venerentur ſimulachra) *Adorent idola.*
Conuerti) *Transfugere.*
Muraturi ſint) *Mutarint.*
D Hunc diem vnquam) *Hoc die vnquam comederint.*
Col 2. A Igitur & ad illos) *Quia vero &*
Cum non vult) *Quum illos c.d. ſ.ſ.d. non agunt.*
B Similiter & Penthecoſten) *Similiter etiam Penthecoſten & loci & temporis obſeruatione concluſit, dum, &c.*
Fol. 429. *Col.* 1. A Statum recipiant) Suppletum eſt: *Cuius enim propheta teſtimonio id probabunt.*
C Decimo quarto) *Viceſimo quarto.*
D Quilibet) *Nonnulli*
Col. 2. B Totoque terrarum orbe) *Totumq; terrarum orbem per ea quæ ipſis obtigerant ad Dei cognitionem pertraxerint.*
C Si nolebat) *Volebat v.e.i.l ſ tantum.*
Fol. 430. *Col.* 1. A Non aliter) *Et quemadmodum medicus.*
Periturum) *Futurum minetur.*
B Quemadmodum) Suppletum eſt: *Abduceret.*
C Modum) *Locum, locum ad tempus.*
Col. 2. A Etiam vitam) *Si vita ſit impendenda non recuſabit.*
Fol. 431. *Col.* 1. A Nos animabus) *Tot animabus.*
Eſt amicus) *Erit amicus.*
Ab ipſis) *Pro ipſis.*
B Terræ) *In terra.*
C Sermonem) *Gloriam.*
Erecta machina) *Pugna.*
D Non tamen auſit) *Ne ſic quidem ante promiſſionem & reditum auſi.*
Col. 2. Reijciet) *Reijcit.*
Recipiet) *Recipit.*
Fol. 432. *Col.* 1. A Multos) *Vrbes.*
C Mota) *Exacuta.*
Col. 2. A Diagoras) *Anaxagoras.*
Demittentes) Suppletum eſt: *Et eorum qui.*
B Propheta) *Moyſes.*
C Vel aduerſus diſcipulos) *Et diſcipulos ſibi adſciuerãt, & principes aut præſides deſignati, ſed, &c.*
D Poteſtis) *Potentis.*
Temperans) *Conſeruans, continens.*
Fol. 433. *Col.* 1. A Magis) *Maximè.*
B Reppellant) *Abnegent, eiurent.*
Ibid. Col. 2. A Pollicens, &c.) *Eius quam expectatis mutationis.*

Verto) *Vertam.*
Is qui negat) *Ipſe poſtea.*
Alioquin fugiſſet) *Siquidem ilico beneficiorum Dei obliuiſcebantur.*
Aſcripſiſſent) *Adſcribebant.*
Imputaſſent) *Imputabant etiam nunc quum.*
*Fol.*434.*Col.*1.A Ipſæ res) *Littera contra ipſos Iudæos.*
B Singula illis) *Vnamquamq; illis prædicendam.*
C Inſcientibus) *Ab inutilis peterent.*
*Col.*2.A Non ſimpliciter) *Nec ſimpliciter.*
B Indigni venia) *Digni venia.*
Iniuſtitiam perpetrauimus) *Impij fuimus.*
C Fecerunt) *Clamarunt.*
D Audies) *Intelliges.*
Vide quomodo) *Vides completam eſſe execrationem.*
Præ his) *Secundum ea quæ ſcripta ſunt.*
*Fol.*435.*Col.*1.A Aggreſſæ filios) *Cœperunt.*
B Ad hæc deflexo) *In his finito ſermone.*
C Religionem) *Vrbem.*
D In Vbal) *Ante Vbal.*
*Col.*2.A Ditionem) *Politiam.*
B Dæmonibus) *Contra legem.*
Deinde repetens) *Rurſum de hoc ipſo agens regno Antiochi Epiphanis, ſiue illuſtris deq; captiuitate, &c.*
Exorſus denuo) *Enim ab Alexandri regno, denuo ad finem libri, etiam intermedia commemorans omnia.*
C Vt intendant) *Igne examinet illos* (inquit) *eligat atq; dealbet.*
D Vt faciat) *Et faciat.*
Conſummet iram) *Ira conſummabitur.*
Vbi dixit) *Pluribus alijs verbis dixit quanta mala, &c.*
Commutationem) *Temporum mutationem, quodq; Iudas.*
*Fol.*436.*Col.*1 A Velut illic) Suppletum eſt: *Primæ ſeruitutis.*
Quadringentos) Suppletum eſt: *Secunda.*
Subuerſionem) *Suorum Iudæorum captiuitatem.*
Familiarum) *Familiarium.*
Signati) *Clauſi, & obſignati.*
B Vocabant) *Vocabat. Poſtquam igitur veniens.*
C Annum vnum) *Annos aut menſes.*
D A Prophetis) *Ab ipſo.*
Ibid. *Col.*2.B Vidit in campo) *Se vidiſſe in campo iuxta Suſas Daniel quæ ſcripſit. Eorum autem quæ per viſum apparuerant à Deo ſupplex petijt, diducitq; quod antes.*
C Præuiderat) *Prædixit.*
Cuius gratia) *Hanc præſentem captiuitatem ac ſeruitutē hodiernam, cuius gratia hæc omnia mouimus.*
De rebus) *Pro rebus.*
In certaminibus) *Theatris ſedentes Olympiacis.*
D Nos vero) *Nobis vero.*
De tali) *Pro tali.*
Quod autem) *Quod enim & de.*
Res Iudaicas) *Cum illis Iudæis ſentit.*
*Fol.*437.*Col.*1.A Quantumque temporis) *Quod captiuitas eſſet.*
Locutus eſt) Suppletum eſt: *Sed quod eſſet.*
Vt ait Chriſto) *Ait Deo ipſi monſtrante.*
B Conſummentur peccata) *Conſummetur peccatum.*
Delictum) *Peccatum.*
Signentur) *Obſignentur.*
Quid eſt) *Quæ eſt.*
C Signet) *Obſignet.*
Signare) *Obſignare.*
Incubitu rum peccatis) *Vlturum peccata.*
Nos ſileamus) *Vos Iudæi ſileatis.*
D Illuſtris) *Epiphanes.*
*Col.*2.A Numeremus) *Si numerauerimus haud.*
Vide) *Videbiſq;.*
Venturus eſt) *Dux venturus.*
B Cæperat) *Exciderat & euerterat.*
C In hac) *Huic.*
D Qui igitur) *Qui igitur aggreſſi ſunt illi, qui.*
Deuictis) *Nam deuictis.*
*Fol.*438.*Col.*1.A Euerſoris) Suppletum eſt: *Vides primum Iudæorum conatum. Conſidera & alterū ab hoc. Sub Conſtant.*

A Quiddam etiam dicturus) *Quod vero eam dicturus ſum etiam admodum iuuenibus.*
B Potuit) *Poterat.*
C Dedit) *Miſit.*
D Quibus auditis) *Hæc vbi reſciuit Iulianus.*
Extinctus) *Victus al. inops conſilij cum.*
Nos teſtes ſumus) *Vos teſtes eſtis.*
*Col.*2.A Chriſtiani) Suppletum eſt: *Confidenter.*
Ne qua iſtis vel impudens) *Qui reliquus fieret prætextus.*
Aduerſus te) *Contra te ſententiam ferre.*
Vultis vt & alios) *Vis Iudæe vt & alios Prophetas in te armem.*
Propagandum) *Propagatum in Chriſti præconium.*
B Templum extruxiſſent) Suppletum eſt: *Sacrificiaq; peregiſſent.*
Narrans) *Prædicent.*
*Fol.*439.*Col.*1.A Ac redemptionis precia) *Cruorem ſed.*
Laudaturi) *Cogituri.*
Sophonias autem) *Igitur.*
B Non dixit hoc Moyſes) *Permiſſum hoc fuit, ſed Moyſes vno.*
B Regnum apud Iudæos) *Rex apud Iudæos futurus ſit.*
Polliceor me) *Pollicitus me.*
C Propter nos) *Propter vos.*
D Ab hominibus negliguntur) *Necdum pugnæ aduerſus homines adhibentur.*
*Col.*2.A Patris præſentiam) *Epiſcopum intellige, quem tum auditorem Chryſ. habuit.*
Committemus) *Committentes.*
B Exuimur) *In certamen deſcendimus.*
C Iudæi inprimis) *Iudæi inprimis oderunt martyres.*
D Cum tantam) *Cur tantum.*
Receperint ſtatum) *Recepiſtis patriam ac.*
Fol 440.*col.*1.A Redierint) *Rediiſtis.*
Sint) *Eſtis.*
Denuo) Suppletum eſt: *Vrbem.*
C Receperint) *Recepiſtis.*
Factum fuerit) *Factum eſt.*
Sua obijcerent) *Tua obijceres Iudæa, dicereſq;.*
C Non inſonuiſtis) *Quin ſolum inſonuiſtis.*
D Reijcit) *Auerſatur.*
*Col.*2.C Sabbatis) *Sabbata ſeruatis.*
Ad iſtum modum) *Tam diu.*
D Maioribus noſtris) *Veſtris.*
Auxiliabor) *Auxilior, & proſpicio.*
Ne ipſe crederetur) *Ille* (*ſcilicet* Chriſtus) *pro magno quodam haberetur.*
*Fol.*441.*Col.*1.A Cætera omnia) Suppletum eſt, *Adhuc verborum demonſtrationem deſideratis.*
B Redijſſet) *Irruiſſet.*
Tunc demum) *Nonne tunc, tunc.*
Itidem &) *Quare &.*
C Lapidibus) *Gemmis.*
D Inſiliebat) *Subſultabat vnguentum.*
D Nos expugnarunt) *Nobis bellum intulerunt, homines inſidiati ſunt.*
*Col.*2.A Sacrorum) *Sacerdotis.*
Ciuitate) *Metropoli.*
Templi apparatus) *Templi euerſio.*
Prouocarint) *Irritarint.*
B Hic ipſe) Suppletum eſt: *Magnus atq;.*
Sublatis) *Deportatis in Babylone.*
Repulerit) *Veſtra auerſatus ſit.*
Repulit) *Vos auerſatus eſt.*
C Deinde de noſtri) *Nos inquiens quis ſubiecit, vt oues.*
D Elabi) *Eſſe vindex.*
*Fol.*442.*Col.*1.A Eſt inquis) *Dicit poſt.*
B Solent olim) *Soliti ſint.*
Non dico iuxta) *Tam procul non ſolum à veritate, verum etiam ab ipſa ſimulatione ſacerdotij abſunt. Recordare igitur.*
Non dico iuxta veritatem) *Tam procul non ſolum à veritate verum etiam ab ipſa ſimulatione ſacerdotij abſunt. Recordare igitur.*

C Sermonem quem) *Hic eſt ſermo quem mandarat.*
Applicuiſſet) *Adduxiſſet, congregaſſet.*
D Mactaſſet) *Cremaſſet.*
Hoſtias) *Quadam de hoſtia.*
Col. 2. A Sumpto ſanguine) *Rurſus ſanguine & oleo.*
Non propitiet) *Ad iram Dei prouocet.*
C Ac nunc quidem illa) *Eratq; deinceps virga illa argumentum & teſtimonium, tam illorum malitiæ, quam diuini iudicij.*
D Sublata) *Sumpta.*
Hæc per ora) *Hæ lamina poſteros alloquerentur omnes, admonerent, iiſq; conſulerent ne.*
Fol. 443. Col. 1. A Non illi tantum) *Quomodo non illi tantum.*
Præſentes erant) *Conſpecti erant,*
In iudicium abrepti) *Simulq; cum illis abducti extremo ſupplicio affecti ſunt.*
Iſta res locum) *Hoc ſatis eſt ad locum ſanctum reddendum.*
B Inſectatus eſt) *Deerit.*
D Locum eſſe ſanctum) *Illos eſſe ſancto.*
Col. 2. A Holocauſtum) *Incenſum.*
Senſibus) *Mente.*
B Negotiationum nihilo) *Cauponis nihilo meliora, & ſpeluncas latronum coluiſtis.*
Etiam cum Deo) *Et Deo grata impiamq;.*
Addere poſſit) *Appellando ſynagogas eorum, nomen ipſis dignum inuenias.*
Tranſgreſſionis locum) Suppletum eſt: *Si dæmonum diuerſorium.*
Speluncam) *Caſtellum, propugnaculum.*
Addideris) *Appellaueris.*
C Imo maior) *Et maius lucrum quam.*
Talentorum) Suppletum eſt: *Quid dico decem millia talenta? maius quam hic aſpectabilis.*
Fol. 444. Col. 1. A Cui cum, & per quem) *Cui gloria & potentia, vna cum Patre & Spiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.* AMEN.
B Impietas) *Iniquitas.*
Eo quod tota) *Nam tota.*
Defectum) *Confectum.*
C Præter ætatem) *Alieno tempore.*
Prædicant) *Muſſitant.*
Demonſtrabimus) *Demonſtrauimus.*
D Legere quidem) *Legi, ſiue recitari quidem lex potuerit extra.*
Potuerunt) *Poterunt.*
Col. 2. A Suſpicioque) Suppletum eſt: *Praua.*
B Ingrediatur) *Ingredietur.*
Inſletque ventrem) *Inſlet venter.*
C Sacerdotium) *Sacerdotem.*
Commendant) *Conſtituunt.*
Obſeruationis) *Politia.*
D Quod omne) *Illud.*
Fol. 445. Col. 1. C Per ſeruos) *A ſeruis eius erant docenda.*
Ipſum legis) *Ab ipſo legis authore.*
Librorum) *Bibliorum.*
Col. 2. C Annuntiabo tibi) *Annuntiatum eſt.*
Fol. 446. col. 1. B Voluntate) *Sanguine.*
Æternum) *Sanctum.*
Nam exoriturus) *Neq; iam apparere, neq;.*
Magis autem) *Vel potius.*
C Decimas accipiebant) *Et de alijs rebus omnibus decimam illis.*
Col. 2. A Explicare) *Dici quis.*
B Improborum) *Impudens.*
C Per hoc igitur) *Ad hunc igitur locum perueniens Paulus, vide quomodo illum euidentiorem reddiderit.*
Adducit) *Narrans.*
Præueniens rerum) *Rerum prælucentem excellentiam declarat.*
D Iudæorum) *Iudæorum, progenitor, comperitur.*
Fol. 447. B Ille huic) *Illi hic.*
Hic illi) *Huic ille.*
C Quoniam autem) *Quoniam enim.*
D Dum igitur clarum) *Neque ex illa eſſe tribu hunc iu-*

A *iuxta ordinem Melchiſedech multo.*
Col. 2. A Diſpenſatis) *Reſeruatis.*
B Vulgari more) *Simpliciter.*
C Nam ibi) *Hic.*
Quæ viciſſim) *Quæ corrigenda illis præſtitimus.*
Deinde cum illos) *Deinde illic cum illos.*
Fol. 448. Col. 1. A cæteris) *Ante cætera omnia.*
B Omnes) *Omnino.*
Adduxeris) *Manu duxiſti.*
Omnes) *Omnino.*
C Gloriam eiuſdem) *Suam, quia ipſi conuenit gloria & potentia.*
D Seque ingurgitauit) *Tranſuerſum actus (vnde παράφορος notæ ſignificationis vocabulum) illiberales.*
Col. 2. C Pharmacis porrectis) *Remedijs adhibitis.*
D Reducamus) *Rurſum manu ducamus.*
Deſiſtamus) *Animis cadamus.*
Fol. 449. Col. 1. A Adhuc noſtrum) *Neque noſtrum.*
Ipſo fine) *Ipſa celeritate.*
B Quæ iam reſtat) *Quid amplius reſtat, quæ vtilitas.*
Præceptum Dei) *Præceptum meum.*
B D Dixiſſet neſcio) *Se ſcire negaſſet, ait vox.*
Vrgere) *Vlciſci.*
Col. 2. B Sed ait) *Quid? dic.*
D Auerſantem) *Frænos reſpuentem, nec medicinam admittere volentem, laſciuientem ac reſilientem.*
Coniungeret) Suppletum eſt: *Rurſum.*
Fol. 450. Col. 1. A Verum) Suppletum eſt: *Inflatus eſt.*
Nota) *Macula.*
Deflexit) *Reflexus eſt.*
Impoſuit aſino) *Humeris iumenti ſui duxitq; ipſum ad.*
C Multiſque) *Infinitis.*
D Ne petas) *Neque rationes exigas.*
Occaſionem illis) *Curam illorum.*
Humanitate) *Manſuetudine, ſi ſanaueris tollerantia: ille.*
Col. 2. A Sunt qui ieiunant) *Ieiunarunt.*
Tu ne traducas) *Vulges ignominiæq; exponas.*
Mentiriſque) *Falleriſq;, quumque vnum atque alterum interceptum videris, dicis illos eſſe multas.*
C B Obambulantes) *Prætereuntes dicamus.*
Traducere) *Euulgare.*
In aliud id quod) *Alij id verbum aperuit.*
Pereunt) *Perierunt.*
Malis) *Multis.*
C Traduxeris) *Evulgetis.*
Medere) *Curate, ſanate.*
D Traduci) *Evulgari.*
Sed potius ad) *Quin nec ad noſtrorum aures vt.*
Fol. 451. Col. 1. A Illa fratres) *Illos in vulgus ſpargamus qui fratri dedecus offundunt.*
Contra ſi quid) *Quod ſi.*
Ingrediendi occaſionem) Curris: *Occaſio introitus omni te liberat crimine.*
B Quodque eum conuitijs) Suppletum eſt; *Hodie.*
Bono animo) *Bona verba quæſo. Dein quum.*
Ieiunas) *Communicas.*
D C Eorum quæ) *Suppliciorum, quodq;.*
Incantationes) *Amuleta.*
D Ne auſcultetis) *Non auſcultabitis.*
Col. 2. A Ad maiorem) *Vobis quos ad maiorem ſapientiam inuitauit? quibus.*
In prædam rei abductus) *Abreptus eſt, & liberorum.*
B Aderant) *Præterierant.*
Liberare) *Liberabere.*
Sibi ſumpſit) *Ille addidit.*
C Quoniam nullos) *Deſtitutum aliorum auxilio.*
Diuinos) *Vates.*
Proſilijt) *Non alligauit amuleta, ſed exp.*
D In illo) *Scilicet Domino.*
Fol. 452. col. 1. A Hoc facere) Suppletum eſt: *Ob honorem paternum, al. caſtigatus à patre.*
C Etiamſi videantur) *Etiamſi enim.*
Tamen aliam) *Tam aliam vehementiorem.*
Stimulante) *Te ſtimulante.*
Bonæ valet) *Aduerſa.*
Oppignoraſti) *Mactaſti.*

D Quæ

D Quæ illic leguntur) *Hæc, ſtimulis quotidie te pungens ratio, flagellanſq́; conſcientiam dicet.*
Habeam) *Habeamus.*
Sanuſque factus) *Sanus licet.*
Col.2. A Abijceres) *Admitteres impia, incantamenta, néve amuleta, & tali ſpe nutritus, ne ſenties quidem auerſantes dolores.*
Abutamur) *Vtamur.*
Probationis) *Commendationis.*
B Pluribus exhortantibus) *Aliquibus infinities exhortãtibus, ſuadentibus, & conſulentibus vt magicis quibuſdam incantamentis, vteretur, non admiſit ſed.*
Fortitudinem) *Tuam fortitudinem.*
Exempli) *Zeli.*
C Multis) *Infinitis.*
Reuerentiam) *Timorem in me.*
Damnatarum artium) *Iſto modo ſanitatem.*
Emori) *Immori.*
Meam beneuolentiam) *Mei ſtudium.*
D Nudantur latera) *Cadantur, ſeu lacerentur.*
Fol.453.col.1. A Habebit) *Habebis tu, qui, &c.*
Is modo) *Is modo facit martyrem, ſi qui.*
Etiam ſeruantem) *Seruare quodcunq́; dũtaxat, quod mortem accerſere.*
B Celebrantur) *Numerentur.*
C Iſti propter) *Iſtorum quidam.*
D Quum igitur) *Quum enim.*
Repugnantes) *Repugnant.*
Quam Chriſti) Suppletum eſt: *Licet verbis id non dicas.*
Gregem porcorum) Suppletum eſt: *Quem vniuerſum in mare præcipitarunt.*
Col.2. A Illuc accedis) *Clam illuc accedere ſtudes, & famulis amicis, atq́; vicinis, interdicis ne.*
Cum Deus qui) *Quum vero Deus videat vbique præſens, perfrict.*
B Et non ferenda) *Crudeliſſima, ſeu incurabilia mala ſint toleranda.*
Iſti ſceleſtis) *Vt iſte ſceleſtus riſus, & ſubſannatio fieret.*
Ad ſceleratum) *Infirma ſint fide, ſic &.*
D Aduenit) *Aduenerit.*
Fol.454.col.1. A Audieritis) *Audierit quis, ſeu non audierit.*

A Et ſiquidem audieritis) Suppletum eſt: *Et feceritis.*
Neglexeritis) *Deſides fueritis, multa cum triſtitia, nobis quidem.*
Col.2. A Talentis acceptis) *Talenta, & eum qui duo accepit, imitemur.*
Quam nobis) *Qui (ſcilicet gaudio) nobis omnibus potiri contingat.*

ISIDORI PELVSIOTÆ
Epiſtola in laudem Ioan. Chryſoſt.

QVod, non dicam alij (paruum enim id fortaſſe pleriſque videri queat) verum etiam ipſe Libanius, qui eloquentiæ nomine apud omnes clarus ac celebris eſt,
B præclari viri Ioannis linguam, ac ſententiarum pulchritudinem, & argumentorum denſitatem, ad ſtuporem vſque miratus ſit, argumento eſt ea Epiſtola, in qua non modò eum, qui tanta dicendi facultate præditus ſit, beatum prædicat: verum etiam eos, quorum laudes oratione celebrarat, & quidem qui Imperatores eſſent, quòd eiuſmodi laudum ſuarum præconem conſecuti eſſent. Huius autem Epiſtolæ hoc exemplum eſt.

LIBANIVS IOANNI S.

C *CVm pulchram tuam & elegantem orationem accepiſſem: viris quibuſdam qui & ipſi orationum opifices & architecti ſunt, eam legi. Quorum nullus erat, qui non ſaltaret & clamorem ederet, eaq́; omnia faceret, quæ homines admiratione perculſi & attoniti facere ſolent. Ego igitur eo nomine voluptate affectus ſum, quod ad forenſem operam, in qua artis ſpecimen edis, demonſtratiuum quoq́; dicendi genus adiungis. Atq́; & te beatum duco qui ad hunc modum laudare queas, & item eos qui talem laudum ſuarum præconem nacti ſunt, hoc eſt & patrem, qui imperium dedit & filios qui acceperunt.*

IN

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

HOMILIAS AD POPVLVM ANTIOCHENVM,

& alias quaſdam Tomi V. de varijs argumentis collatione Græcorum codicum emendatas, vel nunc primùm in lucem editas.

Notæ FRONTONIS DVCÆI *Burdegalenſis, Societatis* IESV *Theologi.*

CVM ad operum beati Ioannis Chryſoſtomi editionem prælo adornandam animum appuliſſemus, cuius ſolius ex quatuor Græcis Eccleſiæ Doctoribus monumenta omnia in lucem vtraque lingua nondum emiſſa ſunt, ab eo volumine ducendum initium exiſtimauimus, ad quod excudendum plura nobis ex Regis Chriſtianiſſimi bibliotheca librorum calamo exaratorum adiumenta ſuppetebant. Nam quoniam in quatuor priores tomos diſtributa ſunt ea opera, quibus varia cum veteris tum noui Teſtamenti loca exponuntur, in hunc autem eæ congeſtæ ſunt orationes, quibus argumenta diuerſa tractantur, & panegyricæ ſanctorum martyrum laudationes cõtinentur, eo factum eſt, vt ad ea ſæpius deſcribenda ſuam operam librarij contulerint: quocirca nobis etiam commodius id fuit, vt interim dum ad alios tomos edendos amicorum ex alijs regionibus auxilia expectamus, his non diſſimilis argumenti ſermones de ſanctorum laudibus habitos, olim à nobis ſeparatim in lucem editos adiungeremus, & quantum præli currentis celeritas ferre poſſet, aliorum interpretum Latinam verſionem recenſeremus. Ac licet adeo ſit ingratum & moleſtum hoc laboris genus, quo ex veterum codicum comparatione variæ lectiones colliguntur, vt illud non typographici modo correctores, ſed interpretum etiam permulti defugiant, dum vnius libri fide cõtenti, qui primus occurrit, interpretationem ſuam pertexunt: tamen id certa doctorum virorum experientia compertum eſt, parũ ab eo præſtari poſſe, qui vnius ope fultus grauis alicuius auctoris editionem ſuſceperit, ſic vt mutilas truncataſque ſententias ex ingenio cogatur explere, aut primis tantum lineamentis adumbratam, nõ viuis expreſſam coloribus mentem ſcriptoris illius proponere. Certè nõ paucis in locis auctas fuiſſe à nobis priores has ad populum Antiochenum homilias, ac veriorem erutam ex diuerſis codicibus lectionem ea, quam interpres offenderat, comperiet quicumque vel Brixiani vel Gelenij editiones cum noſtra cõtulerit. Poſtquam enim collatum cum tribus quatuórve regijs codicibus editionis Anglicanæ textũ Græcum emendauimus, & recognitam Latinam interpretationem cum eo, prælo ſubiecimus, dũ rurſus excuſa relegimus, & ex alijs quatuor manuſcriptis codicibus [illegible], & diſcrepantias iterum colligimus, non pauca nobis animaduerſione digna ſunt viſa, quæ noſtris his Notis intexuimus, vt ſimul & emendationum noſtrarum rationem redderemus, & ſicubi ſimilia, vel apud Chryſoſtomum vel apud alios Patres Græcos emendanda loca ſeſe offerrent, eadem opera medicinam illis faceremus, ſimulque ſi quid ad hiſtoricam narrationem aut mentem auctoris illuſtrandam faceret, adderemus: cæterum id nobis propoſitum fuit potiſſimũ,

Selectæ ex ampliori editione Græco-Latina Pariſienſi apud Cl. Morellũ an. 1609.

A vt quæ ad genuinam eius lectionem cõferrent perſequeremur; non quidem vt ex aliorum reprehenſione laudem quæreremus, cum probè nouerimus, ab alijs etiam poſt noſtram operam ſpicilegium fieri poſſe, quandoquidem.

[illegible]

Sed neque idcirco abſtinendum à ſubſidio ſanctorum Patrum operibus ferendo cenſemus, ne forte aliorum officere luminibus videamur, cùm non modo prior dies poſterioris ſit diſcipulus, ſed progreſſu etiam temporis diuerſarum ætatum hominibus veritas innoteſcat. Ad has igitur homilias ad Antiochenos emendandas binis vſi ſumus mnſſ. codicibus Regis Franciſci primi regijs inſignibus & ſymbolo exornatis, quos notabunt hæc elementa, F. 1. & F. 2. binis item Regis Henri- B ci ſecundi, quos indicabunt hæc duo, H. 1. & H. 2. alij quatuor Henrici IV. Francorum Nauarræque regis ære coempti ſunt ab hæredibus Reginæ Chriſtianiſſimæ Catharinæ Medicææ cum reliquis eius bibliothecæ voluminibus, quos hæc literarũ compendia deſignabunt, HN. 1. HN. 2. HN. 3. HN. 4. Anglicanã editionem A. Porro hiſtoriam euerſarum Theodoſij & Placillæ ſtatuarum narrat Theodoretus lib. 5. c. 10. & Sozomenus lib. 7. c. 25. hiſt. Eccleſ.

HOMILIÆ XXI.] In recentioribus editionibus exhibentur in limine tomi 5. S. Ioannis Chryſoſt. homiliæ LXXX. ad populum Antiochenum potiſſimum habitæ, Bernardæ Brixiano interprete, neque repetitur nomen auctoris, aut præfigitur C ſingulis homilijs, niſi poſt viceſimam primam, quod nimirum vigeſima ſecunda Ioanni Conſtinopolitano cognomento Ieiunatori tribuatur, & vigeſima tertia cum ſequentibus Ioann. Chryſoſtomo reſtituatur: quo certior eſt codicum ſcriptorum fides, in quibus hæ tantum priores numero viginti & vna de ſtatuis habitæ dicuntur, nec aliæ quinquaginta octo vſquam Græcè ſcriptæ occurrunt: ſola vigeſima ſecunda in vno regio manuſcripto Henrici VI. cæteris præcedentibus ſubijciebatur, in alijs autem libris poſt vigeſi- D mam primam addebatur homilia de debitore decies mille talentorum, quæ incipit ὡς ἐκ μακρᾶς ἀποδημίας. *Quaſi ex longinqua peregrinatione.* & vigeſima tertia erat illa, cuius argumentum eſt, περὶ μνησικακίας ἢ ὀργῆς. *de ſimultate vel ira*, initium autem hoc, [illegible] *Ad finem nobis ieiunij reliquum iam deinceps tempus deproperat*, quam habes p. 276. huius tomi: in quibuſdam contra, hæc de ſimultate præcedebat illam de debitore, vt in catalogo librorum qui Theodoſiæ in Taurica Cherſoneſo ſeruantur, in Auguſtanæ reipublicæ bibliotheca numero XLVI. nec plures quàm viginti tres aut XXIV. in codicibus manuſcriptis inueniuntur: quamobrem cæteras octo & quinquaginta nihil aliud eſſe quam quædam [illegible] orationum eius aſſerere poſſumus, cuiuſmodi ſunt

Referendæ ſunt hæ notæ ſequẽtes ad hõ. 24 ad populum quæ incipiunt tõ. 5 fol. 1 vſque ad fol. 75.

illæ

illæ à Theodoro Magiſtro contextæ, vt ille cenſet, A qui Catalogum Auguſtanæ bibliothecæ conſcripſit, & quas ante paucos annos Moguntiæ noſter P. Balthaſar Etzelius in lucem edidit. Vt igitur ex Baſilij ſcriptis olim Simeon Magiſter breues illas orationes moralibus refertas ſentẽtijs collegit, ſic delectas morales cohortationes, quibus ſuas claudere conſueuit homilias Chryſoſtomus tanquam ex diuerſis lacinijs conſutas, in vnius concionis corpus cum aggregaſſent Baſiliani fortè quidam monachi has homilias contexuerunt, & in eodem libro cum illis quas ad Antiochenos habuerat deſcripſerunt, in quem cum Bernard. Brix. vel alius quiſpiam incidiſſet, eadem opera omnes Latinitate donauit iam inde ab an. 1504. ſiquidem illius temporis editionem omnium antiquiſſimam vidimus in monaſterio quodam Lotharingiæ, impreſſam Baſileæ in officina Iacobi de Pfortſen, quam proximè ſequuta eſt altera Germanica apud Cratandũ an. 1522. & paulo poſt Gallica Petri Gromorſi apud inclytam Galliæ Pariſĕam, vt illius temporis ſermo ferebat, an. ſcilicet 1523. deinde poſt varias editiones in eadem vrbe Germaniæ Baſilea ex Frobe- B nij prælo noua prodijt editio Sigiſmundi Gelenij, qui in hoc vltimo tomo tantum ſe præſtitiſſe ſcripſit, quantum à Græcis exemplaribus adiutus fuiſſet. *Ex LXXX. homilijs*, inquit, *quæ primum locum tenent XXI. tantum contulimus, in reliquis deſtituti à Græco volumine: certè de his ſolis indubitato argumento colligitur, Antiochiæ habitas, de reliqua farragine non item.* Id vero clarius apparebit, cum in Notis noſtris poſtea quæ in eaſdem has XXI. ſcripſimus, ea Chryſoſtomi loca indicabimus, ex quibus ſingula centonum iſtorum fragmenta deſumpta ſunt, paucis excerptis, quæ facilè quiuis eiuſdem ſubteminis telam eſſe indicabit. Neminem igitur perturbare debet hæc ſuppreſſio tot homiliarum, ſed compendium ſe potius ac lucrum in hac feciſſe iactura quiſque ſciat, ne in poſterum citari Chryſoſt. exempli cauſſa in Math. audiamus, qui totidem verbis in homilia quapiam ad Antiochenos id repetierit, cum nunquam ita C pronunciatæ ab eo fuerint hæ orationes, vt ſunt diſpoſitæ; in quibus nullum prooemium eſt, nulla locorum Scripturæ expoſitio, ſed morales tantum cohortationes per totum homiliæ corpus diffuſæ, quod eſt inſolens planè Chryſoſt. Itaque nonnullas reperias ex duarum homiliarũ digreſſionibus, nonnullas ex trium quatuórve contextas; quaſdã nihil aliud eſſe ἀνακεφαλαίωσιν(?), quam vnius alicuius poſtremam illam clauſulam exhortatoriam, quæ quot diuerſos nacta eſt interpretes, in eandem quidẽ ſententiam, ſed in diuerſa tamen verba incurrentes, tot homilias peperit: ſic vt hom. 14. ad Rom. cohortatio duobus locis repetita rurſus occurrat: nihil quippe aliud eſt illa XXX. ad pop. Ant. hom. *Amabile ſanctorum omne genus*, nec illa altera in eodem tomo 5. quæ inſcribitur de miſericordia, *Audite fratres Paulum dicentem, Induite.* nihil, inquam, aliud, quàm moralis cohortationis pars homiliæ illius 14. p. 167. D edit. Commel. φιλάνθρωπον γὰρ ἅπαν τὸ τῶν ἁγίων γένος. *Eſt enim ſanctorum genus omne beneuolum.* Quis igitur hic ſibi fucum factum non ægrè ferat, eandemque homiliã pro tribus diuerſis venditam, aut quaſi libros emeret Sibyllinos, duplo aut triplo auctius quàm par eſſet ſermonum Chryſoſtomi pretium à ſe exactũ fuiſſe? quis rurſus Græcum textum illarum octo & quinquaginta excudi à nobis poſtulet, cum pene omnes earum ſententias & periodos in homilijs in Matthæum, Ioannem, Apoſtolorum Act. vel Epiſtolas Pauli iamdudum excuſis notatas reperiat & indicatas? Quamobrem in earum locum reliquas huius tomi quinti ſubſtituimus, & eas quæ de laudibus ſanctorum martyrum vel confeſſorum ab eodem conſcriptæ ſunt, & ad eundem Antiochenũ vel Conſtantinopolitanum populum habitæ, vt ex ijs conflata prior hæc pars huius tomi quinti in iu- A ſtum volumen excreſceret: poſteriori vero parti libros ſiue tractatus, cuiuſmodi ſunt de prouidentia, de virginitate, & de ſacerdotio, itemque ipſius epiſtolas ad diuerſos miſſas reſeruauimus.

εἰς τοὺς ἀνδριάντας.] *De ſtatuis.* Præfiximus hunc titulum his tractatibus, non quod vllum talem cõmunem omnibus, in manuſcriptis codicibus offenderimus, ſed quod in eo libro, qui ἐκλογαὶ inſcribitur, & varia continet opuſcula Chryſoſtomi hinc inde collecta, fragmenta quædam occurrerint quæ dicuntur excerpta, ἐκ τῶν λόγων εἰς τοὺς ἀνδριάντας. *Ex orationibus in ſtatuas*, vel *de ſtatuis.* In ſimili quoque Florilegio à R. P. Balthaſare Etzelio Moguntiæ vulgato citantur λόγοι περὶ τῶν ἀνδριάντων. p. 561. ſæpius tamen εἰς τοὺς ἀνδριάντας. vt p. 49. 70. & 158. Niceph. quidem lib. 12. c. 43. de auctore noſtro agens, *Multa ſunt*, inquit, *eius, quas hoc argumento compoſuit orationes, quas ἀνδριάντας, hoc eſt Statuas inſcripſit.* ſed nullus tamen ex illis octo regijs codicibus præfixam exhibuit primæ orationi aliam inſcriptionem quàm iſtam, ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ, & εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου, οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ. Additum fuerat à librarijs in quibuſdam poſt finem homi- B liarum τέλος σὺν Θεῷ τῆς ἱστορίας τῶν ἀνδριάντων, *Finis Dei beneficio hiſtoriæ ſtatuarum.* & τέλος σὺν Θεῷ τῶν ἀνδριάντων. In vetuſtiſſimo quodam Regis Henrici IV. libro, ἀνδριάντες οἱ λόγοι *orationes ſtatuarum* vocantur à librario ſcriptioni ſuæ finem imponenti: ſed ſimilior eſt ille, τὸ ἑξῆς titulus cæteris hom. Chryſoſt. vt εἰς τὸ πλάσμα(?), εἰς τὸ σπεῖραι(?), εἰς τὸ ἅγιον ἱερομάρτυρα Ἰγνάτιον. Hæc tamen prima concio videtur habita prius, quam illa ſeditio excitaretur Antiochiæ, in qua Theodoſij ſtatuæ ſunt deiectæ. Porro in duobus Henricianis codicibus poſt vltima illa verba inſcriptionis, περὶ τὰς συνάξεις(?) ἀπαντήσαι(?), addebatur, καὶ πρὸς τοὺς σκανδαλιζομένους ἐπὶ ταῖς δυσπραγίαις τῶν δικαίων, καὶ ταῖς τῶν ἁμαρτωλῶν εὐπραγίαις καὶ κατὰ τῶν ...(?) βλασφημούντων. *Et eos qui propter iuſtorum res aduerſas, & peccatorum res ſecundas ſcãdalum patiuntur, & aduerſus eos blaſphemias proferre audent.* Hoc additamentum fugientibus forte literis exaratum fuit in eo libro, cuius mentio fit in Cata- C logo ex Oriente miſſo librorum qui in Taurica Cherſoneſo inuenti ſunt tom. 2. Apparatus R. P. Poſſeuini p. 117. edit. Coloni. vbi hoc etiam adijcitur habitam hanc fuiſſe orationem in veteri Eccleſia, quod & de ſequenti eius inſcriptio teſtatur.

Fol. 1. Col. 1. A. Etenim de ordinationibus.] Brix. interp. veterat *de electionibus.* atque apud profanos quidem ſcriptores χειροτονία, quæ propriè manuum extenſionem ſonat, decretum ſignificat, vel ſuffragiorum lationem, qua in populi comitijs magiſtratus deferebantur, & χειροτονεῖν per ſuffragia creare, ſed apud Chriſtianos ſacros auctores peculiariter pro Eccleſiaſticorum miniſtrorum ordinatione ſumitur, qui plerique per impoſitionem manuum accipiebant poteſtatem. Hieron. in cap. 58. Eſaiæ, *Plerique noſtrorum χειροτονίαν, id eſt ordinationem clericorum, quæ non ſolum ad imprecationem vocis, ſed ad impoſitionem impletur manus, intelligunt.* 2. ad Tim. 1. 6. διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. *per impoſitionem manuum mearum.* vnde Act. 14. 23. de D Paulo & Barnaba dicitur χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν. *Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias Presbyteros.* vbi ineptè interpretatur Beza, *quum per ſuffragia creaſſent.* quaſi hoc tantum velit Euãgeliſta in turba plebis Apoſtolos manum porrexiſſe, & cum alijs proletarijs presbyteros elegiſſe. rectius Hieron. illud Apoſtoli ad Titum 1. 5. καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους. Lat. reddit, *& ordinares per ciuitates presbyteros.* Rufin. li. 7. hiſt. cap. 33. *Cum priuata quadam gratia diligeretur ab Epiſcopo, & vellet eum ordinare presbyterum*, quod Euſeb. Græcè dixit, ἠξίωσεν εἰς πρεσβυτέρους αὐτὸν τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. Socrates lib. 2. hiſt. cap. 10. ἐπεὶ παρὰ γνώμην αὐτοῦ ἐπίσκοπος ἐχειροτονήθη, Chriſtophorſonus, *quod de eius ſententia & conſilio neutiquam delectus fuiſſet.* aptius Euagrius in Tripartia lib. 4. cap. 13. *quia præter ipſius voluntatem fuerat ordinatus Epiſcopus.* In Canone 1. Apoſtolorum, ἐπίσκοπος χειροτονείσθω

ὑπὸ

[illegible] Vetus interpres, *Epiſcopus à duobus aut tribus Epiſcopis ordinetur*. Electio nonnumquã facta eſt à populo, vel à clero, ſed ordinatio miniſtrorum ad Epiſcopos pertinet. Leo epiſt. 89. *Expectarentur vota ciuium, teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, quæ in ſacerdotum ſolent ordinationibus ab his qui norunt Patrum regulas cuſtodiri.* Sic immutandum cenſuimus locum Athanaſij in Apologia ad Conſtantium pa. 542. edit. Commel. [illegible] *qui ordinandi ac dijudicandi talia ſummam habent auctoritatem.* Corrigendus eſt etiam ille locus Act. 4. apud Chryſoſt. homil. 31. po. 666. [illegible] *cum autem ſuffragijs delegiſſent*, & ſcribendum, *Cum ordinaſſent*. vnde ſubijcit Chryſ. [illegible] *Vide cum ieiunijs ſiunt ordinationes.* Idem ho. 27. in illud cap. 12. 3. [illegible] ſic ait de Paulo, [illegible] *ordinatur iam in Apoſtolatum.* & hom. 14. in ca. 6. 6. [illegible] *Ordinati ſunt per preces: hoc enim eſt ordinatio. viri manus ſuperponitur, totum autem Deus operatur.* B

Quia per ordinationem.] Brix. *quia propter poteſtatem electionis pœna traducitur.* Deceptus eſt interpres verbi [illegible] minus frequenti vſu mediæ vel actiuæ ſignificationis, quod paſſiue ſumi exiſtimauit. ſic infr. pag. 69. cap. [illegible], p. 114. a. [illegible]. & p. 760. d. [illegible]. Hoc nimirum vult Chryſoſt. periculoſum eſſe gladium tradere furioſo, & vt ait homil. 16. ad Timoth. p. 1611. [illegible] *Neque enim ea res periculo caret: eorum quæ ille peccauerit, tu quoque pœnas dabis, qui initium etiam dediſti præcedentium delictorum.* homil. de S. Ignatio p. 564. comparatione rem illuſtrat, [illegible] denique in libris quos de hac ipſa poteſtate ſacerdotali ſcripſit, hoc ipſum ita extulit dialogo 4. p. 128. C [illegible] *Qui enim poteſtatem facit valenti Eccleſiam corrumpere, in certè auctor fuerit eorum omnium, quæ perdita illum audacia turbauerit.* Aſſentitur illi & Hieron. in 58. Eſaiæ. *Sicut ergo in ordinationibus, malorum particeps eſt peccatorum, qui tales conſtituit, ſic in ordinatione ſanctorum particeps eſt eorum iuſtitia, qui bonos elegit.*

Fol. 2. Col. 1. A. Vt eius oſſa.] Idipſum de Timotheo repetit inferius homil. 6. aduerſus Iud. p. 542. b. [illegible] & Hieron. aduerſus Vigilantium, *Sacrilegus fuit Conſtantinus Imperator, qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij illorum ſe ſentire præſentiam confitentur.* In libro quoque de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Luca ſcribit Conſtantinopolim viceſimo Conſtantini anno oſſa Lucæ cum reliquijs Andreæ Apoſtoli de Achaia eſſe tranſlata: D vbi annotat Victorius antea lectum eſſe Conſtantij, quæ lectio antiquarum edit. verior cenſenda eſt, cum in Chronico Euſebij ab Hieron. Lat. donato & aucto conferatur hæc tranſlatio in annum Conſtantij filij Conſtantini decimum nonum, & Olympiadis 284. ann. 1. *Reliquiæ Apoſtoli Timothei Cõſtantinopolim inuectæ.* & ann. 20. eiuſdem Conſtantij, *Conſtantio Romam ingreſſo oſſa Andreæ Apoſtoli, & Lucæ Euangeliſtæ à Conſtantinopolitanis miro fauore ſuſcepta.* Theod. Lector in fine lib. 2. Collectaneorum, [illegible] *Sub Conſtantio Conſtantinopolim venerunt reliquiæ ſanctorum Apoſtolorum Timothei quidem 8. Calend. Iulij, Andreæ verò & Lucæ 5. Nonas Martij*, anni ſcilicet conſequentis, idemque Artemij martyris acta teſtantur. Certè ex eodem Chronico liquet Conſtantinum maximum mortem obijſſe iam ab anno 1. Olymp. 280. Porro de cæterorum quoque martyrum reliquijs, earumque vi ad dæmones expellendos multa in eandem ſententiam habes infr. homil. de S. Iuliano p. 608. a [illegible] de S. Babyla p. 759. c. [illegible] de S. Barlaam pag. 892. d. [illegible] de omnibus martyrib. hõ. 26. in 2. ad Cor. p. 930. [illegible] *Atque iſti qui corpora geſtarunt, virtutes illas corpore vacantes ſuperant: pulueſq; & oſſa, & cinis naturas ab oculorum aſpectu remotas excarnificant.*

Fol. 2. Col. 1. B Et à negotijs.] F 1. [illegible] H. 2. H N. 3. [illegible], quæ veriſſima lectio, *& à negotijs alienam hanc vitam elegerunt.* Brix. verterat, *& otioſam huiuſmodi.* ſed otioſi nomen, & [illegible] interdum dici vult Budæus de eo qui laborem recuſat & inertia torpet, interdum de eo qui cum ſit blandis moribus negotium alijs non exhibet, vita igitur monachorum hic [illegible], id eſt quieta dicitur & tranquilla, vt infr. pag. 237. [illegible] *populus in trãquillitate viuens.* Ita quoque foret aptius interpretari locum illum Zoſimi libr. 4. hiſt. de Valente p. 736. 16. [illegible] *qui tranquillam prius egiſſet vitam.* vt libr. 1. p. 635. 29. [illegible] *modeſti ac placidi, qui vitam iſtorum vita conſimilem non amplectuntur.* Certe de monachorum vita quid ſentiat plurimis eos cumulans laudibus expoſuit Chryſ. homil. 56. in Matth. ex qua deſumpta eſt pars poſterior hom. 57. tom. 5. ad pop. Antioch. & hom. 69. in Matth. quæ & ipſa repetitur hom. 56. ad populum hæc de illorum laboribus. pag. 600. [illegible] *Quorum opus id ſcilicet eſt, quo Adam ille ab initio, & ante peccatum exercebatur*, & pag. 602. [illegible] *Sed libris etiam affixi iucundiſſimum præbent ſpectaculum intuentibus.* denique illud ipſum eſt eorum otium quod deſcribit Paulin epiſt. 1. ad Auſonium.

-- de vanis libera curis
Otia amant, ſtrepituſq; fori, rerumq; tumultus,
Cunctaq; diuinis inimica negotia donis.

Fol. 2. Col. 2. B. Omnino æqu.] Brixianus, *quam incommutatum ſtudium.* Athanaſij interpres alioqui dociſſimus orat. contra gentil. p. 36. edit. Græcolat. vertit illud, [illegible] *ac ſolus filius imagoq; immutabilis patris ſui.* & hom. de Deipara, p. 813. [illegible] *Ita quoq; diuinus character Filij ſubſtantiæ Patris incommutabile ſigillum eſt.* & apud Grego. Nazian. orat. de Natiuitate Chriſti dicitur Chriſtus. [illegible], quod Bilibaldus Pircheimerus perperam reddidit, *ſimilitudo incommutabilis.* rectius Iacobus Billius, *illa archetypi expreſſio, illud immotum ſigillum, illa per omnia ſimilis imago.* Idem enim valet [illegible], id eſt nulla ex parte diſſimile, aut non euarians, quod *per omnia ſimile*, vt docet Elias Cretenſis in orat. 3. Gregorij Nazianz. hic ergo ſcribendum eſt apud Athanaſium, *omnino æquale ſtudium, & imago per omnia ſimilis.* ſic hom. 2. in ep. ad Hebr. pa. 1671. [illegible] *Hic enim hoc dicit oſtendens non eſſe diuerſitatẽ, nec vllam diſſimilitudinem, & propriam eſſe figuram & characterem exemplaris.*

Ibid. C Sed in anxietate.] Interp. *Sed in certamine erat* [illegible] dicitur non ſemper qui verſatur in certamine, vel eſt ad ineundam pugnam compoſitus, ſed & qui anxius eſt & ſollicitus, vt homil. 2. in 2. ad Corint. p. 737. [illegible] *Simul indicans vitam noſtram in perpetua cura & ſollicitudine eſſe oportere.* Sic & idẽ Brixianus infr. p. 226. c [illegible] *nec triſtes fieremus & anxij.* Corrigendum hinc eſt illud initio homil. 42. in 1. ad Corint. pag. 703. [illegible] *rurſus eos reddit paratos ad decertandum.* imo, *ſollicitos &*

anxios,

A *anxios*, ne vitam perfectè traducere negligant & 3. in Geneſim, *& mens purganda, & in perpetuo certamine vincendū eſt, quaſi fera aliqua nos inuadat, & lædere conetur.* [illegible] & ſollicitos eſſe oportet, quaſi fera quæpiam n. in.

Ibid.] [illegible], H N. 1. [illegible], *quaſi pennata quadam aquila.*

Fol. 3. Col. 1. A. Deceptu facilis.] Brix. *fallibilis, labilis,* [illegible], *deceptu facillimum,* vertit interpres Commentarij in Matth. homil. 83. p. 703. [illegible] *Nā verbis eius fraudari non poſſimus; ſenſus vero noſter deceptu facillimus eſt.* Iuuentutem autem maximè illecebris voluptatū capi docet homil. 4. de fide Annæ *quapropter & maiori cuſtodia indiget, acriore fræno, tutiore munitione atque obſtaculo: quanto ſcilicet concupiſcentiæ vis eſt in iuuenibus, & flamma vehementior.*

Ibid. B. In omnique mari.] Brix. ediderat olim, vt habet Pariſien. editio Grom. *& corpore vigentes huius* B *mundi ſole cum præceptore apparens.* Gelenius in Baſil. *& corpore vigentes circumquaque volitabat, iam Epheſum, iam Corinthum, in omnique mari, in omni ſolo:* ſed in omnibus regijs codd. addebantur, illa ἐν Μακεδονίᾳ πολλάκις, ἐν Ἰταλίᾳ. Bis quidem certè profectum illum in Macedoniam, cum haberet ſecum Timotheum, conſtat ex ſacris literis. Nam Act. 16. 11. *Nauigantes autem à Troade recto curſu venimus Samothraciam & ſequenti die Neapolim, & inde Philippos, quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas.* & rurſus ad Theſſalon. miſit Timotheum, Paulus cum eſſet Athenis 1. ad Theſſal. 3. 2. *Miſimus Timotheum fratrem noſtrum, ad confirmandum vos.* idque à nonnullis confertur in annum Chriſti 51. ab alijs in 49. Altera profectio in Macedoniam incidit in ann. 57. ſecundum alios 55. cum enim Epheſi eſſet, reliquit ibi Timoth. *Rogaui te, vt remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam, vt denuntiares quibuſdam.* & Act. 20. 1. *Exhortatus eos valedixit, & profectus eſt, vt iret in Macedoniam.* In Italiam appulit Act. 28. 14. *flante Auſtro ſec. die venimus Puteolos.*

C *Ibid. D. Contra hæreticos.*] Seuerianorum hoc commētum narrat Epiph. hæreſi. 45. [illegible] *Diabolum deiectū in terram, cum in ſerpentis ſpecie deſcendiſſet, in caſtrum concitatum eſſe, & terræ commixtum velut mulieri, & ab ipſius ſemine vbi genituram effudiſſet, vitem germinaſſe.* Augu. hæreſi. 24. *Seueriani vinum non bibunt, eo quod fabuloſa vanitate de Satana & terra germinaſſe aſſerunt vitem.* & hæreſi 46. de Manichæis idem ait, *Vinum non bibunt dicētes fel eſſe principum tenebrarum, cum veſcantur vuis.* Porro ſimile votum ſimpliciorum exagitat. & hom. 59. in Matth. 515. quæ repetita eſt 71. tom. 5. ad pop. Ant. [illegible] *Audio multos cum inſanæ multæ accidūt paſſiones, dicentes: Vtinam non eſſet vinum: O amentiam ſtultitatem! ô ſtoliditatem inanditam! alij delinquunt, & Dei tu* D *dona criminaris.* Ambro. li. de Elia & ieiunio c. 12. *Non habes quod accuſes vinum; in iucunditatem creatum eſt, non in ebrietatem ab initio.*

Ibid. Col. 2. A. Sed luxuria eb. ſ.] Hæc adiecimus ab interprete omiſſa, & ἀσωτίαν *luxuriam* vertimus: qua voce vſus eſt Hieron. in Comment. in illud Epheſ. 5. 18. *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Tertul. eundem locum citans lib. de Pudicitia c. 17. & Eraſmus Roter. inf. p. 526. b. licet enim Beza malit vſurpare vocem *luxus*, ſi tamen profuſionem hoc nomine intelligit cum turpitudine coniunctam, ex Nonnio diſcere potuit, Luxuriam eſſe contra pudorem & ſupra modum profuſionem, atque intempeſtiuam abundantiam. & apud Valerium Maximum li. 9. c. 1. Propert. eleg. 16. li. 4.

Turpior & ſecli viuere luxuria.

Ibid. *Imbecillitatē corrob.*] Addidimus è Græco, id quod omiſerat interpres, *non vt animæ vires deijciat; vt*

A *carnis ægritudinem tollat, non vt &c.* Iiſdem planè verbis in Matt. hō. 59. p. 515. cap. [illegible] *Vt rectè valeamus, non vt ægrotemus: vt imbecilla corpora reficiamus, non vt robur animi deijciamus.* Ita poſt p. 10. b. [illegible] Clemens Alexand. libr. 2. pædagog. cap. 2. hunc eundem Apoſtoli tractans locum, [illegible] *Pulchrè admodum ægrotanti ac languenti corpori conueniens, quod ipſum confirmet, ac corroboret auxilium adhibens.* Hieronymus lib. 2. in Iouinian. *Oſtendit eum aquam ante potaſſe, & ſuadet vini modicā potionem, quam non concederet, niſi crebræ infirmitates, & dolor ſtomachi poſtulaſſent.* Ambroſius de Noe & arca. c. 29. *Iſte bibendi moderamine vinum nō infirmitatis eſt, ſed ſalutis, atq; omnem infirmitatem allenat corporis.* Quod autē dæmonem voluntarium ebrietatem appellauit, nō abſimile eſt illis homil. 59. in Matth. pag. 514. [illegible] fortè corrigendum, [illegible] B *Et dæmoniacum quidem omnes miſeramur, hunc vero auerſamur & odimus. Quid ita? quia ſponte furorem ſibi attrahit.* Seneca ipſe in epi. 83. ſic inuehitur in ebrietatem. *Dic quam turpe ſit plus ſibi ingerere, quàm capiat, & ſtomachi ſui non noſſe menſuram, nihil aliud eſſe ebrietatem, quam voluntariam inſaniam.*

Fol. 4. Col. 1. C Vt modeſti ſint.] Brix. *vt moderentur & humilientur.* μετριάζειν ſic Latinè redditur hom. 1. in 2. ad Corinth. pag. 727. [illegible] *Atq; etiam per hæc ipſa verba modeſtiam præ ſe fert.* & homil. 2. pag. 736. [illegible] *Ex quo perſpicuum eſt cum hoc loco partim modeſtiæ ſtudio, partim vt eos qui de ſe magnificè ſentiebant, atque arrogāter ſe iactabant, deprimeret ac coerceret, his verbis vſum fuiſſe.*

Fol. 4. Col. 1. C Vt me colaph. ſ.] Addebatur in F. 1. & H. 2 ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι vt non extollar quemadmodū & apud Apoſtolum repetitur 2. Cor. 12. 7. in Græcis libris. nam in vulgata Latina hæc deſunt, neque videtur neceſſaria fuiſſe repetitio, quæ abeſt etiam ab homil. 26. in 2. ad Cor. pag. 924. & à Commenta- C rio Theodoreti. Repetitur tamen in Syriaca & Arabica interpretatione noui Teſtamenti, & apud ipſum Chryſoſtomum hom. 10. in 2. ad Tim. 13 [illegible] o. c. Porro in illa 26. hom. per ſtimulum σκόλοπα, quem Tertullianus lib. de fuga cap. 2. *ſudem* vertit Alexādrum ærarium, Hymenæum & Philetum intelligit. [illegible] *At deniq; omnes, qui fidei doctrinæ aduerſabantur, atq; cum ipſo contendebant, ac bellum gerebant, eumq; in vincula conijciebāt, cædebāt, ac raptabant, quod videlicet ea quæ Satanæ erant, perpetrarent.* ex quo loco ſumpta eſt ſolutio quæſtionis 107. inter Athanaſianas poſteriores p. 349. Theodoretus etiam contumelias & populorum inſurrectiones deſignari putat.

Fol. 4. Col. 2. B. *Quod videt in me.*] Ita quidem vulgata Lat. ſed in textu Græco Apoſtoli vulgo legitur, [illegible] *ſupra id quod videt me.* Apud Am- D broſium in Commentario in hanc epiſt. textus ſic habet. *ſupra id quod videt eſſe me.* & exponitur, *Ne quis me exiſtimet vltra gloriā meā tendere, quam limes meritorū admittit.* In hom. 26. Chryſ. in hunc locum, pa. 9[illegible]4. [illegible] *exiſtimet ſupra quod videt, aut audit ex me.* vbi tamen addendū videtur pronomen μοι, ſuadentibus cæteris Bibliorum ſacrorū & Patrum Græcorum libris.

Fol. 5. Col. 1. A. *Confugit defenſionem.*] In Baſilienſi Gelenij editum ſic erat, *confugit confuſionem* reſtituimus ex Pariſ. Grom. *defenſionem.* Cæterum locus ſequens Scripturæ occurrit. Iob 1. 10. vbi tamē LXX. legunt, [illegible] *quæ extra ipſum, & quæ intra domum eius,* & ita in HN. 1. & 3. [illegible]

Ibid. *Tu vero commouiſti.*] Græca non ſonant aliter, ac vulgata Lat. *Tu vero dixiſti, fruſtra vt ipſius ſubſtantiam perderem.* Iob 2. 3. vbi rectè coniunxit vocē

fruſtra interpres cum verbo *perdere*, non cum verbo *dixiſti*, vt interpres illius loci homil. 4. in Iob, tom. 1. σὺ δὲ διὰ τί μάτην ἀπολέσαι τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ εἶπας [illegible]. *Tu autem quare incaſſum dixiſti, perde vniuerſa, quæ poſſidet, in vanum ſua inuadiſti ſubſtantia.* Scribendum ergo, *quare dixiſti, vt incaſſum perderem, v. q. p. in vanum eius ſ. ſ.* Nam illud ἀπολέσαι, valet idem quod τοῦ ἀπολέσαι, vt Ionæ 3.10. ὃ ἐλάλησε τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. *quam locutus eſt, vt faceret eis,* quæ verba ita citantur homil. 4. in 2. ad Corinth. pag. 767. ὃ ἐλάλησε ποιῆσαι αὐτοῖς. *quæ locutus fuerat vt faceret eis.* Tertullian. libr. 2. cap. 24. in Marcion. *Pœnituit Dominum de malitia, quam dixerat facturum ſe illis.* Porro illa verba vulgatæ, *Tu vero commouiſti me*, melius exprimunt Græca Aquilæ apud Didymum, quæ proferuntur in Vaticana edit. [illegible]. *Id planius extulit Aquila, commouiſti me in eum, vt obruerem eum gratis.* vſurpauit καταποντίζειν pro *perdere*, vt LXX. 2. Reg. 20, 20 ἵλεώς μοι εἰ καταποντιῶ καὶ εἰ διαφθερῶ. *Propitius mihi ſi demergam & ſi corrumpam.* Pagninus ex Hebræo, *Abſit mihi, vt ſubuertam & diſperdam.* Idem hoc loco vertit, *Incitaſti me contra eum, vt perderem eum gratis.* In Catena Nicetæ in Iob, quæ manuſcripta ſeruatur in Bibliotheca regia, ratione reddit Chryſoſt. cur, *vt incaſſum perderem*, dictum ſit. [illegible]. *ſiquidem is minimè vulgarem huius amiſſionis ac ruinæ tulit mercedem.*

Fol. 5. col. 1. D. *Non rectè.*] Græc. *Non rectè*, ὀρθῶς. vbi verbum [illegible] vſurpat, quod propriè de luctatoribus effertur. Iulian. Pollux libr. 3. cap. 4. οἱ παλαισταὶ ἀντεχόμενοι, συμπλεκόμενοι. *Luctatores renitentes, complicati.* pertinet hoc ad luctæ nexus; ita dixit homil. 13. in epiſt. ad Rom. pag. 134. [illegible]. *Quid enim quæſo te tibi cogit ſuperuacaneum negotium faceſſere, manuſq; cum aduerſarijs conſerere: in manu tua cum ſit citra omnem conflictum trophæum ſtatuere?* Et in homil. 23. in eam ad Epheſ. pag. 1187. luctæ meminit quæ ſtando fit. [illegible]. *Nam ſi in pugilibus & ijs qui luctantur, hoc ante alia præcipit nempe ſtare: multo magis in bellis & in rebus militaribus.* Sic interpungendum hunc locum cenſeo: porro meminit & ὀρθῆς πάλης, *rectæ luctæ*, Clemens Alexand. libr. 3. & Plato libr. 7. de legibus, & ex Luciano ὀρθοπάλην, depugnaſſe pluribus docet P. Faber li. 1. Agon. cap. 10.

Ibid. *Beati eritis.*] Græca exigunt, vt & legitur in vulgata, Matth. 5, 11. *Beati eſtis.*

Col. 2. A. *Cogitationes.*] Interpres videtur legiſſe λογισμούς, non λόγους, *ſermones*. Sic homil. 39. in 1. Corinth. pag. 676. [illegible]. *Hæc autem dicebat ſimul eos confirmans ac ſtabiliens in eo quod dicitur de reſurrectione corporum, & de immortali illa vita perſuadens, ne exiſtiment noſtra omnia diſſolui & deſinere in præſenti*, & paulo poſt, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν, εἰ μέχρι τοῦ παρόντος τὰ ἡμέτερα ἕστηκε. *Miſerabiliores ſumus omnibus hominibus ſi intra præſens tempus noſtra conſiſtant.* Ex his etiam conſtat rectè immutatam à nobis interpretationem Brixiani ad illa verba d. 12. ὅτι οὐ μέχρι τοῦ παρόντος ἕστηκε τὰ ἡμέτερα. *Vnde manifeſtum eſt, quod non ſola miſeria nobis in præſenti ſuppetiiſſent.* Geminus eſt locus alter infr. 823. 4. μὴ γὰρ μέχρι τοῦ παρόντος βίου τὰ πράγματα ἕστηκεν; *Nunquid enim vitæ huius exitu res terminatur?* Orat. 1. de fato. Et homil. 4. de Lazaro, [illegible]. *Vt vtrimque caſtigati doctique, quod res noſtræ nequaquam præſentis vitæ termino finientur, tandem præparent ſeſe.*

Ibid. C. *Nos ad eandem.*] Ita reſtituimus ex F. 1. H. 2. HN. 3. & Brix. qui verterat, *ne dicatis nos in eandem virtutem non eſſe vocatos, quoniã illi alterius naturæ partici-*

pes eſſent, quã non erant homines. In Angl. edit. legebatur, ὡς τῆς αὐτῆς [illegible].

Ibid. *Etenim ego.*] Notatum eſt in margine Sapiẽtiæ cap. 7. cuius hic primus eſt verſus, εἰμὶ μὲν κἀγὼ θνητὸς ἄνθρωπος, ἴσος ἅπασι, καὶ γηγενοῦς ἀπόγονος πρωτοπλάστου. *Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus eſt.* Et rurſus: [illegible]. *& in ſimiliter factam decidi terram.* Ita quidem Ambroſius interpretatur octonar. 8. in Pſal. 118. Vide quæ in p. 64. annotatæ ſunt.

Fol. 6. col. 1. A. *Lazarus recepit.*] Lucæ 16 25. legimus, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά. *Et Lazarus ſimiliter mala*, nec additur αὐτοῦ; præcedit tamen in Græco textu, τὰ ἀγαθά σου. *bona tua.* Certè ita citatur, vt hic, eadem hæc [illegible] in homilia de terræ motu, quam ante quadriennium publici iuris fecimus p. 43. & in cãdem ſententiam exponitur hom. in pſal. 6. & alibi, vt pluribus docemus inf. in ſcholijs in p. 98. d.

Fol. 6. col. 1. B. *Ad templum peregrinatus.*] εἰς μαρτύριον. *ad Martyrum*, qua voce indicatur nonnunquam monumentum vel ſepulchrum Martyris alicuius; nonnunquam etiam ædes ſacra, ſiue templum. Monumentum dicitur martyrium ab Auguſt. li. 22. de ciuitate Dei cap. 8. *Cum loci ſancti cancellos, vbi martyrium erat, idem iuuenis orans teneret.* Appellabatur & confeſſio, & memoria, vnde vetus interpres illum Canonem 20. Gangrenſis Cõcilij, εἴ τις [illegible] τὰς συνάξεις τῶν μαρτύρων. vertit, *Si quis conuentus abominatur, qui ad confeſſiones martyrum celebrantur*, & Concilium Africanum Can. 50. *Altaria quæ paſſim per agros tanquam memoriæ martyrum conſtituuntur.* Sed & baſilicæ martyrum quæ vocantur ab Hier. epiſt. 53. ſiue templa martyribus dicata martyria dicuntur. Euſeb. libr. 4. cap. 40. de vita Conſtantini voluiſſe inquit Imperatorem Epiſcopis vocatis, τὸ μαρτύριον τοῦ [illegible], *martyrum domum*, vel, *martyrium conſecrare Hieroſolymis*, quod ipſum Theodor. narrans lib. 1. cap. 31. hiſtoriæ Eccl. appellat καθιερῶσαι νεών. *templa conſecraſſe*, & cap. 32. eiuſdem libri, σωτήριον τὸ μαρτύριον. *ſalutare Chriſti monumentum* appellat templum reſurrectionis Domini, quemadmodum & Athanaſius apologia 2. pag. 621. [illegible]. *vt dedicationem templi Saluatoris celebraremus*, & in epiſt. ad ſolitarios pag. 645. εἰς τὸ μαρτύριον Πέτρου τοῦ ἀποστόλου. *in templum Apoſtoli Petri.* In Concilio Epheſino edit. Vaticanæ, pag. 377. act. 1. τὰς ἐκκλησίας καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια. *ſanctas Eccleſias ſanctorumq; martyrum ædes.* In Chalced. initio ſingularum actionum dicitur Synodus congregata, ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐφημίας. *In ſanctiſſima Eccleſia ſanctæ martyris Euphemiæ*, & act. 5. pagin. 313. ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας [illegible] Εὐφημίας [illegible]. *In Eccleſia ſancta & victricis martyris Euphemiæ hæc definuit.* Zoſimus li. 5. pag. 794. [illegible] Εὐφημίας μαρτύριον [illegible]. *In quodam loco vbi ſanctæ Euphemiæ martyris ædes exſtructa ſtabat.* Chryſ. inf. contra Gent. p. 758. [illegible]. hõ. 11. in 1. Theſſ. p. 1484. [illegible] μαρτύρων. *In verè regias, Eccleſiam inquam & martyrum domos oratorias.* Auctor imperfecti hom. 45. *Ecce enim qui martyria ædificãt, & Eccleſias ornant, bonum opus facere videntur.* Suſceptas autem fuiſſe peregrinationes ad monumenta & baſilicas martyrum, laudabili & Patribus probato inſtituto diſces ex eiuſdem Chryſ. hom. 26. in 2. ad Corin. p. 930. vbi vel ipſos Imperatores ad Martyria profectos ait, vt ſpectaculo fruerentur miraculorum, quæ illic fiebant, [illegible]. lib. 1. de prouidentia ad Stagirium, *Martyrũ loca frequens adijſti, vbi plurimi ſanati ſunt*, & hom. in Pſ. 115. [illegible]. *Contemplare etiã ciuitates ad martyrum ſepulchra concurrentes & populos inflammatos eorum deſiderio.* Hieron. ep. 15. de laudibus Aſellæ. *Ad martyrum limina ſæpe inuiſa properabat*, idem Augu. epiſt. 137. *Vt certo placito ſe conſtringerent, ad locum ſanctum ſe peregrinaturos*, idem

Paulinus Natali 3. S. Felicis. *Quis tantos agit hoc popu-los? quenam manus vrget Dæmonas?*

Fol. 6. col. 1. B. *Fructum appenſum.*] At hoc eſſet ἀπηρτημένον, quod ſuſpenſum vel remotum ſignificat, omnes mnſſ. ἀπηρτισμένον, *integrum & perfectum.* vt & ho. in 1. ad Cor. p. 351. κἂν μηδένα πείσῃς, τὸν μισθὸν ἕξεις ἀπηρτισμένον. *Etſi numquam perſuaſeris, tu integram & perfectam habebis mercedem.* Poteſt etiam verti, *paratam habebis mercedem*, vt paulo poſt hic ait, [illegible] *maioremque ipſi parat mercedem.* In H. 2. & HN. 3. legebatur hic, τὸ καρπὸν τῆς ἐλεημοσύνης ἀπηρτημένον. *eleemoſynæ fructum.*

Fol. 7. col. 1. C. *Quàm quæ perdidimus.*] H. 2. HN. 2. ὧν ἀπώλεσαν. Brixia, interpretatus erat, *ſicut blaſphemia ingruentem iacturam intendit, & iis, qui peierare ſolent, plura inf. p. f.* quaſi eſſet τοῖς ἐπιορκοῦσι [illegible]. quod nuſquam in mnſſ. occurrit, in vno H. 2. erat, μείζονα [illegible].

Fol. 7. col. 2. D. *Et quæ acciderunt.*] Brix. *quæ ingruūt cū omnia miſericordia deſt.* omnes codices, τὰ γεγενημένα. Iob autem amicos ſediſſe diebus ſeptem in terra cum ſilentio ſcriptum eſt. Iob. 2. 13.

Fol. 8. col. 1. A. *Quis in nos liuore.*] Brix. *quis nobis zelatus eſt?* emendandum eſt etiam in Græco, τίς ἡμῖν ἐφθόνησεν. ex omnium codd. mſſ. conſenſu: nā accuſatiuū rei verbum φθονῶ regit aliquando non perſonæ, vt φθονεῖ σωτηρίας τοῖς ἁλοῦσιν, *inuidet ſalutem reis.* reperitur tamen apud Clementem Alex. li. 1. Stro. pa. 125. ita citatus hic locus Pauli ad Gal. 5. 25. μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι, ἀλλήλοις φθονοῦντες.

Ibid. *Et domeſticis.*] Brix. in Par. Gr. *& domeſticus, ſemper accerſent.* τῶν ἀρχόντων, *rectorum, præfectorum.* vel *magiſtratuum.* Item, *manibus cedens.* Brix. *manibus aduenient.* diceres eum legiſſe ἥκων pro [illegible].

Ibi. B. *Fereremus.*] Ita Gelenius. Br. in Par. Gr. *feramus.* Gr. [illegible]. *feremus.*

Ibid. *Bombizantes.*] Apud Feſtum Pomp. Bombizatio eſt ſonus apum ab ipſo ſonitu dictus, ſicut mugitus bonum, hinnitus equorum. alij dicūt potius περιβομβοῦντες vt Athanaſius orat. cōtra Ar. p. 294. b. [illegible] *Ex peruerſo corde noua cōmiſcentes murmurāt, & his quidē inſuſurrāt, illis vero tamquā culices bōbo circūſtrepunt, his vocib. vtētes.* & li. de ſententia Dion. p. 439 [illegible] *& in orbem bōbis circumſtrepentes veluti culices muſitant, nō rectè à ſynodo conſubſtantiale inductum eſſe.* Nazianzenus dixit, περιβομβοῦντες λόγοις τὴν ἀγοράν. *forum ſermonibus perſonare.*

Ibid. C. *Facta eſt.*] Eſaiæ vero 1. 30. ἔσονται γὰρ ὡς τερέβινθος, ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα, καὶ ὡς παράδεισος ὕδωρ μὴ ἔχων. *Erunt quaſi terebinthus, quæ abiecit folia, & velut hortus non habens aquam.*

Ibid. *Senſim progrediens.*] Br. *priuſquā per viā tranſiēs.*

Ibid. col. 2. A. *Multitudo ſuperabit.*] τὸ πλῆθος ἀποκαλύψει. F. 1. 2. H. 1. 2. HN. 2. 3. τὸ πλῆθος ἀποκρύψει. quam veriorem cenſeo lectionem; minus enim vſitatum, τὸ ἀποκαλύπτειν, hac notione, cum reuelare potius ſonet ac detegere, vel etiam tegere, vt pſalm. 31. 1. ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι, *quorū tecta ſunt peccata.* Similis comparatio multitudinis ciuium cum flumine occurrit, & apud Theodoretum in c. 1. Lamēt. Hier. ſed eam interpres ἀποκαλύψει cum reperiſſet compēdioſis antiquorum notis ſcriptum [illegible] ad oram libri correxit ἀνθρώπους. & vertit, *homines imitantium* [illegible] *Reuocat in memoriam vias, quæ fluuios imitabantur tempore ſolemnitatum: nam vndecumque concurrebant ad vrbem omnes.* Hieron. in 2. Nahum. *Apertæ ſunt portæ Niniue, quæ ad inſtar fluminum habebat ciuium multitudinem: & templum id eſt regnum eius deſtructum eſt.*

Ibi. B. *Obtenebrabitur.*] καὶ συσκοτάσει. Amos 8. 9. in Vaticana edit. καὶ συσκοτάσει ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς. *Et contenebreſcet ſuper terram in die lux.* ſic interpretante Hier. at in Complut. ἡμέρα φωτός. Tertul. aduerſus Iud. c. 10. *tenebreſcet ſuper terram dies luminis.* & Cypr. 2. Teſt. c. 23. *& obtenebrabitur dies lucis.* Vul. *& tenebreſcere fa-*

A *ciam terram in die luminis.* In eandem ſententiam citatur hic locus ep. 3. Chryſoſt. ad Olympiadem, [illegible] *Non quod ſydus illud deliteſcat, aut conſuetus ipſius curſus interrumpatur: ſed quod mæſto ac mærenti animo clariſſimo die noctis ſpecies ſeſe obijciat.* Hieron. etiam ſic exponit, *Quibus præ triſtitia magnitudine occidet ſol meridie, & clara omnibus luce tenebræ cuncta complebunt.* & Cyrillus Alex. [illegible] *Multa enim & immoderata triſtitia, cum ei locus relinquitur, mentem turbidam reddit, & obtenebrant cor, quæ præter ſpem & improuiſo eueniunt.*

Ibid. C. *Mittite.*] Interpr. *Vocate lamentatrices, & veniant.* & alia ſubijcit verba vulgatæ Lat. in quorū locum ſententiam Græcorum ſuſtituimus. Lamentatrices Hieronymus intelligit fœminas, quæ ſolent in luctus voce flebili & lacertos manibus ver-
B berantes, ad lachrymas populum prouocare. *Hic enim mos*, inquit, *vſque hodie permanet in Iudæa: vt mulieres ſparſis crinibus, nudatiſque pectoribus, voce modulata, omnes ad fletum concitent.* Theodoretus [illegible] *Auget autem eis formidinem, iubetque vt aduocentur lamentatrices, quæ lachrymarum fontes emittant.*

Ibid. *Orientalium.*] Sic homil. 3. p. 44. d. [illegible] hoc eſt Metropolis Orientis. Hieronym. ep. 61. *Ni fallor hoc ibi decernitur, vt Palæſtinæ metropolis Cyſarea ſit, & totius Orientis Antiochea.* Theodoretus li. 5. hiſtoriæ c. 3. ἐν Ἀντιοχείᾳ [illegible]. Tripartitæ hiſtor. interpres, *Tunc igitur in Antiochia, quæ præſidet Orienti, contentio huiuſmodi cauſa prouenit.* In Concilio Epheſino p. 390. edit. Vaticanæ fit mentio. Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀντιοχέων μητροπόλεως τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως. *Ioannis Epiſcopi Metropolis Antiochiæ Orientis diœceſis*, vel potius, *Metropolis diœceſis Orientis.* Nam cum in ſeptem diœceſes totum Orientale imperium diuiſum
C eſſet, quarum vna quæque plures prouincias complectebatur, duæ Præfecto Prætorio Illyrici parebant. Macedoniæ ſcilicet & Daciæ diœceſes: quinque vero, ſcilicet Orientis, Ægypti, Aſianæ Ponticæ, & Thraciarum, ſuberant Præfecto Prætorio Orientis. rurſus cum Orientis diœceſim dicimus, ſtrictius intelligimus per Orientem eas regiones quæ à Cilicia, & Palæſtina ad Tigrim vſque protenduntur. Hac ratione in Concil. quoque Chalced. act. 1. p. 109. appellatur, ἀρχηγὸς τῆς ἀνατολῆς θεοφιλέστατος Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας. *Princeps Orientis Dei amātiſſimus Ioannes Epiſcopus Antiochiæ.* Et in Epheſino, ἀνατολικοὶ ἐπίσκοποι, *Orientales Epiſcopi*, qui cum Ioanne venerant Antiocheno Archiepiſ. vocatur & μεγαλόπολις Chalced. Concil. act. 1. pa. 57. εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως, *Reuerendiſſimus Epiſcopus Antiochiæ magnæ ciuitatis.* & Dei ciuitas dicta eſt, ſiue
D Theopolis Iuſtino imperante, vt ſcribit Euagrius li. 4. c. 6. vnde in Concil. 6. œcumenico Conſtant. ſcriptum eſt nomen Μακαρίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας. *Macarij ſanctiſſimi Archiepiſcopi Theopoleos Antiochiæ.*

Fol. 9. col. 1. B. *Erectius.*] Int. *& velut alatus ſe humanorū.* & p. 30. 2. πτερώσωμεν. *velut alatos exhibeamus nos.* vbi ſcripſimus, *noſtros animos erigamus.* ſic & ho. 6. in 2. ad Cor. p. 780. *deinceps hoc etiā dicit, quod vel pennas illis afferre queat*, vertit interp. recentior, quod eſt Græce, [illegible] πτερῶσαι. antiquior autem eadē his verbis expreſſerat, *Iam dicit quod ſufficiat illis expergefaciendis.* & ho. 13. p. 837. [illegible] *confeſtim eum huiuſmodi laudatione tamquam pennis quibuſdā in altum erectum eò adducet.* Eodēque modo antiquior interpres, *ſtatim iſtis laudibus alatū facit.* & inf. p. 537. d. or. 6. aduerſus Iudæos legerat Eraſmus, καὶ ἐπτέρωσε μειζόνως αὐτούς. *magiſque ſibi ſumpſit alas.* ho. 8. de pœnitentia pag. 701. d. ἀναπτερούμενοι.

Tiſer-

A Tifernas, *pennati aduenistis*. Apud Clementem Alexan. 1. Strom. p.117. [illegible] *accepto vitæ æternæ viatico ſublimes in cælum feruntur*. Budæus in Commentarijs docet [illegible] dici [illegible] *ſpe erigi & gaudio exultare*. [illegible]. Eſt igitur metaphora, quæ in Latinis verbis retinenda neceſſario non eſt, vt cū apud Gregorium à Budæo redditur, [illegible] *ſpe obiecta erigebat animos eorum*. ſic [illegible] Chryſoſtomo eſt, inſtruere, erudire, cohortari, proprie vngere.

Col.2.A. *Quæ mihi horum.*] Vt olim dum ab oratoribus haberentur orationes, ſic dum Epiſcopi cōcionarentur, mos populi fuit, vt ſi quid inſigniter dictum videretur, ſtrepitu, plauſu, & clamore teſtimonium ederet, ex orat. Ciceronis, Quintiliano li. 11. & varijs Chryſoſt. aliorum Patrum homilijs cōſtat, & libris. Hier. ep. 2. *Docebo te ſuper hac re in Eccleſia, in qua mihi omni populo acclamante, cogeris inuitus ſcire, quod neſcis.* Aug. ep. 110. *Et meus ſermo, & veſtræ acclamationes in terram non cadunt.* & li. 4. de doct. Chriſt. c. B 26. *Vnde autem crebro & multum acclamatur ita dicentibus, niſi quia veritas ſic demonſtrata delectat?* Ac videtur quidem nōnumquam Chryſoſtomus has [illegible] & applauſus reijcere & improbare, vt inf. 76. a. *Non vt dicta laudetis, ſed vt virtutem imitemini.* 88. b. *Laudaſtis dicta, verum & factis laudem demonſtrate.* & 90. d. *Laudatis prædicata*, p. 113. a. *Dicta nunc laudatis*. p. 203. d. *Laudanunc quæ dicuntur*. p. 339. b. *Probatis & commendatis, quæ diximus, verum hoc non ſatis eſt, ſed etiam cum res agitur ſeruetis ea oportet.* pa. 365. c. *Laudaſtis quæ dixi, magno cum tumultu & plauſu admonitionem recepiſtis, ſed velim curam quoque adhibeatis, vt facto veſtra approbatio oſtendatur.* homil. 17. in Matth. p. 181. [illegible] *Nempe dicta laudaſtis: ſed nequaquam ego plauſum requiro, nec fauentium ſonos, & vocum tumultus.* hom. 31. in Act. p. 663. [illegible] *Et ſæpius cogitaui ponere legem plauſus prohibentem & ſuadentem, vt cum ſilentio & conuenienti dicentia audiatis.* C Non ſemper tamen ita damnat, quin aliquando tamquam ſigna quædam attenti ac beneuoli animi putet admittēdas eiuſmodi acclamationes & applauſus, modo cum illis facta iungantur, quæ ſuadet, & vt ait ho. 16. in eam ad Rom. p. 182. [illegible] *Ne intra ipſas tantum laudes conſiſtamus ſed & quæ dicta ſunt perficiamus*, & hom. 27. in Gen. [illegible] *Gaudeo & lætor, quia video vos tanta voluptate, quæ dicimus, audire, & plauſu tanto excipere, promptoſq; eſſe, & ad dominici mādati adimpletionem paratos.* Probat & Nazianze. orat. 4. pag. 130. [illegible] *plauſum grati animi indicem, & coronam manuum actionem pro theatricis plauſibus.* Non ſunt tamen aucupandi & ambitioſe conſectandi eiuſmodi fauores: quod vitium in Paulo Samoſateno reprehenſum eſt, vt ſcribit Euſebius lib. 7. hiſtor. ca. 24. D [illegible] *Et qui cum eum audirent concionantē non laudibus extollerent, non vt in theatris fieri ſolet, oraria mouerent, nec acclamarēt, atque itidem vt qui circa ipſum ſtabant factionis eius viri ac mulieres exilirent, & indecorè admodū audirent eos grauiter increparit, & contumelioſis verbis exceperit.* Ita reſtituenda eſt Chriſtophorſoni interpretatio, partim ex Nicephori interprete lib. 6. c. 30. partim ex Ruffino lib. 7. cap. 26. cuius hæc verba ſunt, *Ab auditoribus vero non fauorem, neque plauſum ſperare ſolum, ſed theatrali more oraria moueri ſibi expectabat, & vocem tamquam de caueis dari.* nam tenues illas faſcias lineas, oraria vocabant, quas dum fauorem ſignificabant, & applauſum, mouebant atque iactabant, vt & manus & veſtes, quod eſt

A [illegible], vnde Vopiſcus in Aureliano, *Ipſumq; primum donaſſe oraria populo Rom. quibus vteretur populus ad fauorē.* Modeſtior hoc Paulo & Chryſoſtomo ſimilior Seneca epiſt. 20. *Experimentum tui profectus capias non oratione nec ſcripto, ſed animi firmitate & cupiditatum diminutione. Verba rebus proba. Aliud propoſitum eſt declamantibus, & aſſenſionem coronæ captantibus, aliud his qui iuuenum & otioſorum aures diſputatione varia aut vocabuli detinent.*

Fol. 10. col. 1. A. *Væ his, qui confidunt.*] Eodem modo citat hunc locum ſub finem homil. 20. in Epiſt. ad Hebræos, [illegible] Et apud LXX. hoc tantùm legitur Pſalm. 48. 7. [illegible] *Qui confidunt in virtute ſua*, abſque vlla imprecatione [illegible]. Et in Cathena quidem Græca in pſalmos ex Athanaſio effertur, [illegible] quod in interpretatione Dan. Barbari vertitur, *A communi dixit, Audite hæc qui in diuitijs & potentia multùm gloriamini*, ſed in eadem Cathena conuenien- B tius profertur ex Nicephoro pag. 502. *Subintelligendum eſt, audeant, qui confidunt* [illegible]. Alij iungunt illa cum ſequentibus, Qui confidunt in diuitijs, hos in illa die nec frater, nec cariſſimus quiſquā redimere poterit diuitijs à morte, ab æterna perditione. Alij ſic accipiunt, Sunt qui confidunt in virtute ſua. Chryſoſtomus in illum ſcribens pſalmum 48. non agnoſcit illud [illegible], ſed per apoſtrophen, exponit, [illegible] *Vos ergo, qui in opibus confiditis, & potentia circumſepti eſtis, temere ac fruſtra intumeſcitis: neque enim vobiſcum ad illum iudicium pecuniarum abundantia vel potentia vires tranſmittentur, ſed nec vlla neceſſitudo aut cognatio, nec aliquid eiuſmodi vos illinc eripiet.*

Ibid. B. *In egenos diſtribuere.*] Brixianus, *neque in neceſſarijs impendere*: at [illegible] paſſim, egenos, vel indigentes pauperes vocant Patres: Chryſoſtom. homil. 3. in Geneſ. [illegible] C [illegible] *& pro temporalibus æterna, ſed libenter pecunias ianuis & repagulis incluſerimus, & indigentibus non impenderimus ea quæ in vnum ibi & ſine vſu iacent?* homilia 78. in Matth. [illegible] *qui pecuniam habentes pauperibus non erogant.* & homil. 21. in 1. ad Corinth. [illegible] *quia Eccleſia debet dare egentibus.* Gregor. Nazianz. orat. 28. pag. 481. [illegible] *pauperem bonorum ſuorum participem faciet.* Rufinus vertit apud Euſebium libr. 6. cap. 33. & ſcribit in Eccleſia tempore Cornelij Papæ viduas cum indigentibus mille quingentas, ſic infr. pag. 38. b. [illegible] *vt egenis auxilieris.*

Ibid. col. 2. B. *Circa fugientia.*] Alludit ad illud Amos prophetæ 6. [illegible] *Quaſi ſtantia putauerunt, & non quaſi fugientia.* Sic Hieron. qui & exponit, *Res enim ſæculi & omnia corpora ſe-* D *cundum Epicurum per momenta fluunt, & abeunt, & nihil in ſuo conſiſtit ſtatu, vnde in ſæculari litteratura legimus: ſed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Et in alio loco, Heu heu fugaces, Poſthume, Poſthume labuntur anni.* Tertullianus aduerſus Marcionem libr. 4. cap. 15 vertit, *tanquam perſeuerantia deputauerunt, & non tanquam fugientia.* Perperam in Plantiniana ſingulari numero, *ſicut ſtantem putauerunt, & non ſicut fugientem.*

Ibid. C. *Qui enim ſæcul.*] Brix. *Qui enim præſentibus abiectis, ipſas paup. et. in neceſſaria ſuis vſus eſt.* [illegible] ſunt vt [illegible] 1. Corinth. 13. 3. *omnes facultates meas.* Ita pag. 38. b. [illegible] *noſtra indigentibus erogantes.*

Ibid. C. *Fauis illudit.*] Brixian. *calcabit fauum, & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet.* Quæ ſunt potius verba vulgatæ ex Hebræo verſæ. Prou. 27. 7. Præter editionem Vaticanam vetus interpres libri, Quod nemo læditur niſi à ſemetipſo, expreſſit

ad verbũ è Græco hunc ipſũ locũ, *Anima in ſatietate poſita fauis illudit.* & Tifernas homil. 6. de fato, inf. p. 838. *Animæ vacuæ, quæ amara ſunt, dulcia videntur: anima ſatiata etiam cum fauo ludit.*] Correximus in A. [illegible] & ſubſtituimus ex mſſ. & Brix. [illegible] vt in lib. Quod nemo læd. [illegible]. *Neque enim ciborum natura, neque potus, ſed veſcentium appetitus, cupiditatem parere ſolet.* [illegible] vero condimentum ſonat, vt in eodem libro, [illegible], *in aquas inciderunt, & magni condimenti loco illis fuit, quod ſitirent.* Vetus interpres hæc non aſſequutus eſt, cum vertit, *aquis frigidis fruebantur, eaſque multo cum deſiderio hauriebant.* Simile eſt illud Græcorũ prouerbiũ, quod à Socratis apophthegmate duxit originem. Cic. 2. de finibus, *Diceret id, quod Socratẽ audio dicentũ cibi condimentũ eſſe famem.* Xenophon lib. 3. Memorabilium, [illegible]. *Vides etiam ſuauiſſimas eſcas adlatas priuſquam appetantur, inſuaues videri; exſaturatis vero etiam faſtidium parere; at ſi quis eas porrigat iis, in quibus famem excitauerit, etiamſi viliores ſint, perſuaues videntur.* Iungit autem locum pſalmi 80. 17. in eodem illo opuſculo citato Chryſoſtomus, eodemque modo exponit, quem ſequitur & Theodoretus in Comment. [illegible]. *In ſolitudine enim dulciſſimam aquam ipſis è lapide eduxit, quæ illis ſitientibus mellis dulcedini ſimilis eſſe viſa eſt, in terra autem promiſſionis fructus è terra ipſius vberius largitus.*

Fol. 12. Col. 1. C. *Cum iniucunditate*] ſcripſerat fortaſſe Br. non vt edit libri habebant, *in iucunditate*, nam Græca id ſonant, [illegible] *cum moleſtia*, vel etiam, *cum cibi faſtidio.* nam [illegible] diuitibus merito tribuit, [illegible] egenis.

Ibidem. Col. 2. B. *Non ſolam melotem.*] In eandem ſententiam de Helia loquutus eſt infr. pa. 419. ca. *qui neque diuerſorum neque veſtem habebat, ſed meloten ſolam.* & homil. 57. in Matth. p. 502. a [illegible]. *Nam neque Moyſes quicquam poſſidebat, neque Helias. quid enim præter meloten habebat?* item hom. 18. in epiſt. ad Hebræos, p. 1877. [illegible]. *Qui nihil habebat præter pellem ouillam.* Vetus interpres in edit. Baſil. Gelenij, præter *melotidem nihil habebat.* mendo ſe pro, *præter melotẽ*, vox eſt vſurpata à LXX 3. Reg. 19. 13. [illegible]. *Et cooperuit faciem ſuam in melote ſua*, vbi vulgata Lat. *operuit vultum ſuum pallio.* Et 4. Reg. 2. 14. [illegible]. *Et eleuauit melotem Eliæ.* Vulgata, *Et leuauit pallium Eliæ.* vox Hebræa ſonat pellem, & Micheæ 2. 8. vertitur [illegible] ſonat & pallium, vt Ionæ 3. [illegible]. & videtur huc reſpexiſſe Apoſtolus Hebræor. 11. 37. [illegible]. *Circuierunt in melotis.* retinuit enim vocem Græcam interpres vulgatæ, non quod intelligeret quid hoc ſibi vellet, vt putat Beza. ſed quod plura intelligeret quam ipſe Beza, Patres nimirum Latinos eam vocem in Latium traduxiſſe. Hieronymus epiſt. 28. *Helias igneo curru raptus ad cælum meloten reliquit in terris.* non ignorans & ipſe quid hoc ſibi vellet, vt oſtendit ep. 22. *Tunicam pelliceam Helias ad paradiſum rediens proiecit in terram.* & Caſſianus lib. 2. c. 8. de inſtitutis cœnobior. *Vltimus eſt habitus eorum* (monachorum) *pellis caprina, quæ melote vel pera appellatur, & baculus, quæ geſtant ad imitationem eorum, qui profeſſionis huius præfigurauere lineas in veteri teſtamento, de quibus Apoſtolus, Circuierunt, inquit, in melotis.* Sozomenus lib. 3. c. 13. de Ægypti monachis. [illegible]. *Iſti ad exemplum Heliæ Theſbytæ pellibus ſe induebant.* Et fortaſſe tam apud Caſſianum quam apud Iſidorum Hiſpal. legẽdum eſt pro peradiphthera dum ait, *Melote quæ etiam pera vocatur, pellis eſt caprina à collo pendens præcincta vſq; ad lumbos.* Imo pellis ouilla, nam [illegible], ouis eſt, non capra, nec tam pellem ſignificat, quam exuuium, hoc eſt, pellem corpori detractam vna cum lana. Clemens Alexand. 2. Pædag. ca. 10. [illegible]. *Omnia autem pelle Helias vtebatur indumento, & ouinam pellem ſtringebat zona facta ex pilis.* Lapſus eſt memoriæ: non enim ex pilis ea zona, ſed pellicea. 4. Reg. 18. vbi LXX. [illegible].

Ibid. *verbis nihil*] In A F. 1. 2. H. 2. erat [illegible] *ad illius corpus.* rectius HN. 3. [illegible]. *in eius os intenti erant.* vel, *ab eius ore pendebant.* quia nimirum dixerat, vt citat hic noſter inf. p. 859. c. *Viuit Dominus, ſi erit pluuia niſi per os meum.* quapropter & [illegible] eius appellat, ac potentiam eius exagerat p. 633. a. ſed hic [illegible]. Rex Achab ait, vt homil. 20. ad Antioch p. 250. c. [illegible]. *Ad Deum reſpicere & ad illud auxilium anhelare.* & p. 257. [illegible]. *ad ſe reſpiciunt expectantes vt videant.* Alibi [illegible] dicuntur, qui deſiderio æſtuant & inhiant rebus ſeculi, vt 1. aduerſus Iudæos pag. 430. [illegible]. *ventri deditis, præſentibus inhiantes.* aliquando etiam qui ad mira & inſolita obſtupeſcunt, vt homil. 29. in 2. ad Corint. pag. 952. [illegible]. *Tales nimirum hi quoque ſunt, qui res huiuſce vitæ ad ſtuporem vſque mirantur.*

ibidem. D. *In profectionem.*) Titulus amplior exhibebatur in duobus regijs codicibus. H. 2. HN. 3. [illegible], &c. *In peregrinationem, quam vt pro ciuitate ad Imperatorem Theodoſium legationem obiret, ob illatam ſtatuis contumeliam, Epiſcopus Antiochiæ Flauianus ſuſcepit, & quod regno maius ſit apud Deum ſacerdotium, ideoque ſit confidendum; & quodnam verum ſit ieiunium, & qua de cauſa effecerint Niniuitæ vt bruta animantes ieiunarent, & quod detrahere, q. h. c. t. p. ſit. & ſub finem de iis qui propter ſeditionem iugulati fuerunt &c.*

Fol. 13. Col. 1. C. *Si dimitis*] Exod. 32. 32. [illegible]. *Sin autem, dele me libro tuo quem ſcripſiſti.* & ita citatur à Chryſoſt. inf. p. 753. aduerſus Gentiles, & ab Hieronymo in 1. Ionæ, qui quemadmodum & Chryſoſtomus hunc locum iungit cum illo Pauli ad Rom. 9. *Optabam anathema eſſe pro fratribus meis, Non quod ipſe perire deſideret: cui viuere Chriſtus & mors lucrum: ſed magis mereretur vitam dum ſaluare vult cæteros.* Auguſtinus quoque Quæſt. 147. in Exodum de libro vitæ æternæ intelligit, quæ diuina prædeſtinatio immutabilis eſt alioquin. *& idcirco ſecurus hoc dicebat Moyſes. Vt quia Deus Moyſen non deleret de libro ſuo, populo peccatum remitteret.* Lyranus quoque hoc pacto hyperbolicam eſſe loquutionem vult, quia fieri nequit, vt qui ſemel in eo libro ſcripti ſunt, deleantur. Alij tamen accipiunt, Dele me de libro vitæ, id eſt, de numero, memoria, vel catalogo viuorum. Tolle me de hoc mundo, & ita Genebrardus in pſ. 68. 34. & hanc expoſitionem tuetur Chryſoſt. dum hic ait [illegible], occidere, pro [illegible], delere, quemadmodum & orat. 3. de Lazaro ſub finem, p. 98. edit. Oxonienſis, [illegible]. *Quid autem Moyſes: nonne & ipſe animum deſpondens ait Occide me, ſi ſic acturus eſt?* & homi. 36. in Matthæum, pa. 348. [illegible]. *Si quidem dimittis eis peccatum, dimitte: ſin minus, me quoque dele:* ſic enim & Græc & Latinè legendum eſſe conſtat ex ſimili loco ſub finem ho. 27. in ep. ad Ro. p. 295. ho. 25. in 1. ad Cor. p. 543. & hom. 1. in 1. in 1. ad Theſſalonicen. p. 1414.

Col. 2. B. *Minæ regis*] Salomon Prou. 19. 12. [illegible]. *Regis comminatio ſimilis fremitui leonis.* Scholiaſtes Græcus [illegible]. Luc. Calarit. *gemitibus.* Non vtitur hoc loco voce [illegible] Salomon, ſed in alio ſimili Prouer. 20. 2. [illegible]. *Non differt comminatio regis à furore leonis.*

Vtrobi-

A Vtrobique vox Hebræa eſt eadẽ, quæ proprij rugitum ſonat: eodem tamen modo citatur prius prouerbium à Chryſoſtomo, quo hic in homil. 5. in Eſaiam de Ozia rege, *οὐκ ἤκουσε τοῦ Σαλομῶντος λέγοντος, ἀπειλὴ βασιλέως ὁμοία θυμῷ λέοντος. Non audiebat illud Salomonis: Mina regis ſicut ira leonis.* In eadem homilia idem tractat argumentum, & probat ſacerdotalem dignitatem regia eſſe maiorem.

Ibidem. C. Feciſtis *conſilium.*] Brixianus, *feciſtis voluntatem meam.* Locus eſt Eſaiæ cap. 30. v. 1. *ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ*, quod Ambroſius Latine extulit ſcribens in pſalm. 39. *Feciſtis conſilium, ſed non per me.* Cyprianus epiſt. 55. *Habuiſtis conſilium, & non per me, & feciſtis conuentionem non per ſp. m.* Interpres vero Irenæi lib. 4. c. 34. *Feciſtis conſilium & non per me, & teſtamenta non per ſpiritum meum.* vbi recte deleta eſt vox concilium: nam Græca quidem *βουλὴ* B ambigua eſt, vtpote quæ conſilium ſine deliberationem ſonat, & cætum hominum, qui deliberant, aut locum in quo conſilium initur, Hebræa vero עצה pro ſola deliberatione vel ſuaſione accipitur: quemadmodum pſalm. 1. 1. *οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. Nõ abijt in conſilio impiorum.* Nam vt exponit Theodoretus, *κίνησιν μὲν πρῶτον ὁ λογισμὸς ἀναδέχεται, εἴτε φαῦλος, εἴτε ἀγαθὸς εἴη, εἶτα στάσιν, εἶτα τινὰ ἑδραίαν ἔνστασιν. Cogitatio ſuſtinet in primis motionem quandam, ſiue praua, ſiue recta ſit, deinde ſtatum, poſtremo ſtabilem quandam firmitatem:* & affert in exemplum Chryſoſtomus conſilium diaboli, qui primum parricidam concitauit. Sic Michææ 6. 16 *ἐπορεύθητε ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν. Ambulaſtis in conſilijs eorum.* & Eſai. 8. 10. *ἣν ἂν βουλὴν βουλεύσησθε, διασκεδάσει κύριος. Quodcumque conſilium conſultaueritis, diſſipabit Dominus.* Cyrillus etiam exponit hunc locum Eſaiæ: *Non enim conſilium capere potuerunt, qui in mala conſentiunt.* Nec inſolens alijs Græcis auctoribus locutio *βουλὴν ποιεῖν.* Dionyſius Halic. lib. 2. hiſtor *βουλὴν ἐποιεῖτο περὶ τῶν κρατηθεισῶν πόλεων. Retulit ad Senatum de captis vrbibus.* C

Ibid. D. *Ad regẽ ingred.*] F. 1. H. 2. HN. 1. 3. *συνεισελθεῖν αὐτῷ.* quod verbum repetitur & Eſth. 2. 13. *ᾧ ἐὰν εἴπῃ παραδώσει αὐτὴν συνεισέρχεσθαι αὐτῷ. Cuicumque dixerit tradet eam, vt ſimul ingrediatur ad ſe.* Exodi quoque 21. 3. *ἐὰν δὲ γυνὴ συνεισέλθῃ μετ' αὐτοῦ. Sin autem vxor intrauerit cum illo.*

Fol. 14. Col. 1. A. *ſacra leges.*] Suſtulimus mendum, quod etiam in antiquiſſimis editionibus huic loco adhæſerat, *ſacras leges ferentes*, quod non animaduertiſſent fortaſſe Correctores typographici participium *φέρων* hic *παρέλκειν*, & orationis partem eſſe ornatus magis cauſa, quam ſignificationis poſitam, vt in Commentarijs docet Budæus, affertque tamquam ſimile ex Salluſtio, ereptum eunt, pro eripiunt, & nonnulla id genus, ita hic, *ferentes ſubiecerunt*, aut *ſubiectum iuerunt*, idem valebit, quod, *ſubiecerunt*. Paulo poſt, ſcripſerat Brix. *iuſtitia thoracem*, &, *loricam veritatis*: at apud Paulum Ephe. 6. 14. legimus D *ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ. Induti loricam iuſtitiæ, & ſuccincti lumbos veſtros in veritate* Cingulum enim inter inſignia militaria potiſſimum requiri conſtat, & in eandem ſententiã dixit in Pſal. 5. *Vis etiam videre eius zonam? & quomodo compoſita eſt ex veritate? ille ipſe te docebit. Accincti lumbos veſtros in veritate.* & homil. 23. in epiſt. ad Epheſ. pag. 188. *ἂν τῇ ἀληθείᾳ ζωννύμεθα, οὐδεὶς ἡμᾶς νικήσει. Si veritate accingamur, nullus nos ſuperabit.*

Fol. 14. Col. 1. C. *vita curis*] H. 1. 2. HN. 1. 3. *ταῖς κοσμικαῖς φροντίσι. mundanis, vel ſecularibus curis.* idem enim valet *τὸ βιωτικὸν*, & *τὸ κοσμικὸν*, vt 1. Cor. 6. 3. *μήτι γε βιωτικά. quanto magis ſecularia?* & 2. ad Timot. 2. 4. *ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. Implicat ſe negotijs ſecularibus.* Sic enim vertit Cyprianus epiſt. 66. *Nemo militans Deo, obligat ſe moleſtijs ſecularibus.* & ad Titũ 2. 12. *ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας.* Hieronymus in Commentario, *Vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria. Secularia ſunt, quæ à mundi principe ſuggeruntur.*

Ibid. D. *Peccata eximere*] Videtur legiſſe. *ἐξελέσθαι τῶν*

A *ἁμαρτιῶν*: at ſimile eſt quod ait paulo poſt. *τὸ ῥύσασθαι ἐκ πολλῶν* & p. 56. d. *ἐξελέσθαι τῆς κολάσεως. à damnatione eruere.* hic ergo vertere potes, *natura ſufficit ad eos liberandos, qui illud obſeruant*, vel *eximendos*, à ſupplicio ſcilicet imminenti.

Ibidem. Col. 2. D. *Refloruerunt.*] Locus eſt Ioelis 2. 16. In altero vero Hieremiæ 14. 6. codex HN. 1. habuit, *ἐπὶ δρυμοὺς ἔστησαν.* quemadmodum & Vaticana editio & Plantiniana. At illic legitur *ἐπὶ νάπας*, vt & in HN. 2. in alijs vero mſſ. *ἐπὶ νάπαις* qua voce monet Hieronymus loca intelligi nemoroſa. Eſaiæ 40. 12. *τὰ ὄρη καὶ τὰς νάπας ζυγῷ. montes & colles in ſtatera.* Nouatianus de Trinitat. *montes & nemora in ſtatera*, & 41. 18. *mortem ſonat.* ſed Ezechielis 36. 6. pro valle ſumitur, ſæpius pro ſaltu, & ſyluis quæ in collibus & cliuis ſitæ ſunt, nuſquam vero pro pratis.

B Fol. 5. c. 1. 1. A. *Pœnituit mali.*] *μετενόησεν ἐπὶ τῇ κακίᾳ. & pœnitentiam egit ſuper malitia, quam locutus fuerat, vt faceret eis Dominus.* Sic enim redduntur hæc è Græco LXX. apud Hieronymum in 3. Ionæ, & apud Tertullianum lib. 2. aduerſus Marcionem 21. *Et pœnituit Dominum de malitia, quam dixerit facturum ſe illis, nec fecit.* Retinuit igitur auctor vterque nomen malitiæ Græg. *κακίας*, quæ ſignificat & malum, quod eſt contrarium bono, & bonitati, ſiue peruerſitatem & nequitiam, itemque afflictionem, ſupplicia vel tormenta, vt hoc loco. vnde Tertullianus ibidem, *Nam & apud Græcos interdum malitia pro vexationibus & læſuris, non pro malignitatibus ponuntur, ſicut & in iſto articulo.* Et Hieronymus in 2. Ioelis, *Malitiam in hoc loco non contrariam virtuti debemus accipere, ſed afflictionem, iuxta illud, quod alibi legimus: Sufficit diei malitia ſua.* Matth. 6. & in primum Eccleſ. *Sufficit diei malitia ſua; quam Græci ſignificantius κάκωσιν vocant.* Quem locum legerat fortaſſe vir doctiſſimus Iaon. Pame- C lius, qui ſcripſit in illum Tertulliani in oratione Dominica teſte Hieronymo *κακίαν* ſumi pro *κάκωσιν* vetum per orationem Dominicam non eam intelligere poſſumus quam ſic appellamus vulgo traditam à Domino precandi formulam, cum in ea ſit *ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Libera nos à malo*, non *ἀπὸ τῆς κακίας* ſed totum illum habitum à Domino in monte ſermonem, ex quo illud eſt cap. 6. Matthæi v. 34. *Sufficit diei malitia ſua.* Cæterum apud Græcos poetas idem vſus reperitur vocis *κακότης*, vt apud Homerum 3. Odyſſ. *ὄφρα τάχιστ' ἐπὶ ἐκ κακότητα φύγοιμεν. Vt celerrime malitiam effugeremus*, hoc eſt tempeſtatem, & lib. 4. *ἀλάλκοιεν κακότητα. Auertant malitiam*, ne ſcilicet affligatur à procis: & Heſiod. *Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν. Cito enim in ærumnis ſeneſcunt mortales:* & & huc ſpectant illa Tertulliani verba de Græcis malitiam pro vexatione vſurpantibus, quem cum Hieronymo ſequutus auctor editionis Vulgatę immerito à Beza reprehenditur, qui abſurdæ Cicero- D nem potius quam Latinos Patres in interpretatione ſcripturæ ſequitur. Sic etiam reddendus fuit ſimilis apud eundem Chryſoſtomum locus homil. 4. in 2. ad Corinth. pag. 767. *Pœnituit eum malorum, quæ loquutus fuerat, vt faceret eis.* Ita Billius, & Eraſmus ante illum, *Pœnitentiam egit ſuper malis, quæ dixerat ſe facturum.* Porro hic verbum *μετανοεῖν* non dolorem ſonat conceptum ob rem commiſſam, ſed ſententiæ mutationem, vt Hebræum נחם conſolatione affici, placari, pœnitentia duci, & ſententiam mutare, vnde illud Ioelis 2. 13. *καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις*, vertit Cyprianus epiſt. 52. & in libro de lapſis, *Et qui ſententiam flectat aduerſus malitias irrogatas.* Athanaſij interpres ſermone in paſſionem Domini to. 1. p. 786. *Et tuam ipſius ſententiam mutantem in deſtinatis malis.* Exprimitur nonnunquam à LXX. & verbo *παρακληθῆναι*, vt 2. Reg. 24. 16. *καὶ παρεκλήθη κύριος ἐπὶ τῇ κακίᾳ. Et reuocauit ſe Dominus ſuper malitia*, vel certè *exoratus eſt, placatus eſt.* Vulgata, *miſertus eſt ſuper afflictionem.* Theodoretus legiſſe videtur *μετεμελήθη*, vel *μεταμελεῖται, pœnituit.* In hoc ipſo etiam Ionæ loco ſic ha-

buit Plantiniana editio ex Complutenſi, καὶ παρωξύνθη ὁ Θεὸς ἐπὶ τῇ κακίᾳ. *Et exacerbatus eſt Deus ſuper malitia.* Vaticana, vt hic apud Chryſoſtomum & alios paſſim καὶ μετανοήσει ὁ Θεὸς, quemadmodum rurſus v. 9. τίς οἶδεν εἰ μετανοήσει ὁ Θεὸς καὶ ἀποστρέψει ἐξ ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ, quorum loco legitur in quibuſdam libris veteribus, & apud Theodoretum, τίς οἶδεν εἰ ἐπιστρέψει ὁ Θεὸς καὶ παρακληθήσεται, καὶ ἀποστρέψει. atque ita fortaſſe ſcriptum fuit in ijs quibus eſt vſus S. Hieronymus, *Quis ſcit ſi conuertatur Deus, & exhortetur, & auertatur ab ira furoris ſui.* Alij legere malunt, *Deus & exoretur:* ſed in duobus codd. mſſ. V.C. Nic. Fabri, & monaſterij S. Germani ita legimus, planè ad verbum è Græco Vaticano, *Quis ſcit ſi pœnitentiã agat Deus, & reuertatur ab ira furoris ſui?*

Fol. 15. Col. 1. D. *Seorſum.*] Brix. *Ora Deum ex corde, apprehenſum admone.* videtur legiſſe, εὔξαι τῷ Θεῷ καρδίας, vel κατὰ καρδίαν, nõ κατ' ἰδίαν. vt Mat. 14. 23. ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν προσεύξασθαι. *Aſcendit montem ſolus orare.* vel potius vt Matth. 37. 17. παραλαβὼν τοὺς δώδεκα μαθητὰς κατ' ἰδίαν. *Aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecreto.* Alludit enim ad illud Mat. 18. 15. *Corripe inter te & ipſum ſolum.* In loco Apoſt. qui ſequitur, legendum videtur ex 2. Cor. 12. 21. ταπεινώσῃ.

Ibid. Col. 2. C. *defodito*] κατάχωσον, Metaphoricè hic ſumitur verbum Græcum καταχωννύω, vt obruo apud Latinos, pro veluti terra aggeſta obruo, ſeu occulto, ſepelio, quemadmodum & apud Poetas Latinos, infodere pro arcanum diligenter celare ponitur. Sic apud Perſium Sat. 1. *nec clam nec cum ſcrobe? nuſquam. Hic tamen infodiam.* quod admonuit hoc etiam prolato Chryſoſtomi loco in Poetam illum ſcribens vir doctiſſimus Iſaacus Caſaubonus. Porro ſimilis eſt huius Scripturæ loci vſus ho. 21. in epiſt. ad Heb. p. 1893. τί διαπαρέμπεις τὸν λόγον οὐκ ἀληθῆ ὄντα, οὐ πιστεύεις, καὶ τὸν Θεὸν παρακαλεῖς, ὥστε μὴ ἐξετάσαι; μὴ λέγε τοίνυν, ἀλλὰ σίγα, καὶ παντὸς δέους ἀπαλλάξει. *Cur ſermonem tranſmittis, qui non eſt verus? Tu non credis, & Deum rogas, vt te non examinet; Noli ergo dicere: ſed tace, & omni metu liberaberis.*

Ibid. D. *accuſanti.*] Interpres legit vt habet HN. 2. κατηγοροῦντι. ſed codices omnes reliqui, κακηγοροῦντι. *homini maledicenti.* quod cum præcedentibus magis conuenit.

Ibid. D. *Etenim bene.*] Interp. *Etenim optandum omne otium in p. & p. & i. imp. proficere poſſe.* Ita corrigendus eſt apud interpretem locus elegans hom. 3. in Geneſim ſub finem, ἀγαπητὸν γὰρ εἰ τυχὼν ταῦτα ἐνηχουμένην ψυχὴν δυνηθῶμεν ἀνασπάσαι ἐκ τῆς ἀβύσσου τῶν κακῶν τῶν ἐν τῷ μέσῳ στρεφόμενοι, καὶ περιγενέσθαι τῆς τῶν παθῶν ἐπαναστάσεως, ἅπερ διηνεκῶς πολεμεῖ τὴν ἡμετέραν ψυχήν. *Bene namque nobiſcum agi cenſendum eſt, ſi animam, cui hæc continuo inculcantur, ex malorum abyſſo reduxerimus, in quorum medio verſamur, & compeſcere affectionum rebellionem, quæ perpetuo animam noſtram infeſtant.* Interpres ἀγαθὸν legiſſe videtur illic, non ἀγαπητὸν, dum vertit, *Magna enim bonitatis eſt.*

Fol. 16. col. 1. A. *Cerebri membranam.*] Brix. *ſuſcipientem cartilaginem percellit.* μῆνιγξ eſt membrana quæuis, ſed & peculiariter ea quæ cerebrum foris integit, vnde Ariſt. li. 3. c. 3. de hiſtoria animaliũ καὶ σχίζεται εἰς πολλὰ καὶ λεπτὰ φλέβια εἰς τὴν καλουμένην μήνιγγα τὴν περὶ τὸν ἐγκέφαλον. *atque in multos prætenues ramulos ſpargitur, itaque membranam, quam vocant cuſtodem cerebri ſubit.* & c. 13. μέγιστοι δὲ τῶν ὑμένων εἰσὶν, οἵ τε περὶ τὸν ἐγκέφαλον δύο· ὧν περὶ τὸ ὀστοῦν ἰσχυρότερος τοῦ περὶ τὸν ἐγκέφαλον. *Maximæ inter duas membranas ſunt illæ quibus cerebrum opertum munitur, altera ſupra adhæret oſſi, quæ firmior & craſſior eſt.* Celſus lib. 8. ca. 3. cerebri quoque menbranam appellat. Theodoretus lib. 5. de Curat. Græcor. affect. p. 73. ait Eraſiſtratum medicum principaliorem animæ vim ſitã eſſe affirmaſſe περὶ τὴν τοῦ ἐγκεφάλου μήνιγγα, ἣν καὶ ἐπικρανίδα λέγει. circa membranam cerebri quam ἐπικρανίδα hoc eſt ſupercaluium vocat. Iulius Pollux lib. 2. cap. 4. membranas iſtas ἐλλαμίδας ait appellari περιειλήφασι δὲ ἐγκέφαλον μήνιγγες δύο, ἡ μὲν ἔσωθεν ἐρυθροτέρα, ἡ δὲ ἔξωθεν στερροτέρα, καλοῦνται δὲ καὶ ἐλλαμίδες. *Cerebrum ambiunt duæ membranæ, interior quidem rubicundior, exterior verò ſolidior, vocantur autem* ἐλλαμίδες. Cartilago vero aliud eſt, pars nempe ſimilaris corporis, quæ neque os eſt, neque caro, ſed intermedium quiddam, vt auricula, Græ. χόνδρος dicitur.

Fol. 17. Col. 1. A. *Certe in pecc.*] Immutauimus interpretis verba, quæ ſunt à Latina vulgata Geneſ. 42. 21. *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem.* Atque in HN. 3. quidem addebatur diſtinctio poſt vocem ναὶ, hoc modo, ναὶ· ἐν ἁμαρτίαις γάρ ἐσμεν. & ita legimus in Vaticana edit. *Certe. in peccatis enim ſumus pro fratre noſtro,* quæ interpunctio duplicis expoſitionis occaſionem dedit. Prior eſt vt referatur illud ναὶ ad ſuperiora, quo pacto etiam interpres ho. 64. in Gẽ. vertit, *Merito: In peccatis enim ſumus:* nam & in Græco textu manuſcripto ſic interpungitur, & Eraſmus ſic interpretatur hom. 4. de Lazaro, *Profecto hæc iure nobis accidunt: nam in peccatis ſumus:* Abeſt tamen diſtinctio ab editione Oxonienſi pag. 119. ναὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐσμέν. eodemque modo legitur in Indice Græco Bibliorum Kircheri pag. 34. to. 1. & Picus ex Theodoreto quæſt. 102. in Gẽ. *Verè peccauimus aduerſus fratrem:* ſicque refertur ad ea quæ ſequuntur illud ναὶ, qui poſterior modus eſt expoſitionis vnde Pagnin. ex Hebræo, *Verè deliquimus in fratrem noſtrum.* vox Hebræa idem valet quod profectò, vtique, rectè, ſanè, vnde & 2. Reg. 14. 5. redditur καὶ μάλα. *Ita eſt:* Aptior tamen erit interpretatio, dum è Græco LXX. vertimus, vt adhibeatur diſtinctio, quemadmodum & Græcè apud Theodoretum adhibetur, & apud Chryſoſt. ho. 12. in Acta Apoſt. pag. 539. *Etiam in peccatis enim ſumus.*

Ibidem. Col. 2. C. *Nouate vobis.*] Brix. *Renouate vobis nonalia.* quomodo & Cyprian. vertit aduerſus Iudæos lib. 1. c. 8. *Renouate inter vos nouitatem.* aduerſus eoſdem Tertullianus ca. 3. *Innouate vobis nouitatem.* & 4. in Marcionem ca. 1. *Nouate vobis nouamen nouum.* vulgata etiam ex Hebræo ſingulari numero vertit, *Nouate vobis nouale,* ſed apud LXX. legimus vt hic habet Chryſoſtomus, & Theodoretus mnſſ. licet eius interpres ſcripſerit, *Nouate vobis nouale,* & exponit, γεωργήσατε φησὶ τὰς ὑμετέρας ψυχὰς, ἐκριζοῦτε ἀνακαθάρατε τὴν εἰδώλων τὴν μνήμην· ταύτας γὰρ ἀκάνθας καλεῖ. *Excolite, inquit, animas veſtras: radicitus euellite memoriam idolorum: hæc enim ſpinas appellat.* Origenes τὰς βιωτικὰς μερίμνας. ſæculares curas ſpinas eſſe mauult, & Hieronymus in Commentario, *Quomodo enim poteſt Dei audire ſermonem, & concipere ſemina & fructum facere, cuius animus ærumnis mundi plenus eſt?* Aptius ergo vertitur *Nouate nouale,* quam *renouate.* Nouale enim dicitur, ait Varro, vbi ſatum fuit, antequam ſecunda aratione renouetur. Paulo poſt immutauerat epitheta Brixianus, *vt ſi qua doloſa herba, & improba cogitatio nobis ineſt:* mala herba dicitur à Latinis etiam, quæ noxia. Propertius el. 6. l. 2. *Et mala deſertos occupat herba Deos.* nocentem appellat Horatius, agrum malum Virgilius, mercem malam Plautus, vt Athenæus ὄψον πονηρὸν. Plutarchus ὕδωρ πονηρόν.

Fol. 18. Col. 2. D *illo vero*] Omiſerat in hoc Iobi loco membrum iſtud interpres: *ille vero camelorum,* & vocem *aliquod,* εἰπὲ γάρ τι φησὶ ῥῆμα. *Dic enim, inquit, aliquod verbum contra Dominum.* & ita legitur infra 448. c. & 537. d & homi. de Herodiade & decollatione S. Io. Baptiſtæ t. 2, εἰπὲ τι ῥῆμα πρὸς κύριον, καὶ τελεύτα. ὢ φύσεως μοχθηρᾶς, ὢ προαιρέσεως ἀσεβοῦς. οὐκ ἤλγησεν ἰδοῦσα τὸν ἄνδρα. *Dic aliquod verbum contra Dominum & morere. O peruerſam naturam! ô impiam voluntatem, non eſt miſeria viri ſui, cum videret &c.* Gaudentius Brixianus in præfat. ad Beneuolum, *Dic aliquem ſermonem contra Dominum, & morere.* Omiſit tamen hanc etiam vocem auctor ille apud Cyprianum lib. de arbore interdicta. *Dic verbum contra Dominum & morere, quaſi dicas, blaſphema Deum indignetur tibi Dominus, & moriaris.* Huic ſimilis eſt & alius Chryſoſtomi locus in Catena Nicetæ Heraclienſis in regijs mſſ. in quo ſic à Iobo vxor reprehenditur, τί λέγεις ὦ γύναι; δέον ἐξιλάσασθαι· δέον κολακεῦσαι, παροξύνειν μᾶλλον παραινεῖς, ἵνα γὰρ ὁ Θεὸς ταῦτα ἐποίησε, παροργισθῇ ἀυτὸν οὐ βλασφημοῦντα δεῖ. *Quid ais mulier? Cùm exorare Deum oportet, cum pla-*

catum eum efficere oporteret, ad irritandum eum me horta taris? Etenim ſiborum eſt auctor Deus, exorandus eſt, non blaſphemia laceſſendus.

Fol.18.col.2.B. *Iiſdem paſſionibus.*] Interp. *iiſdē paſſionibus obnox.* ὁμοιοπαθεῖς, *iiſdem affectibus obnoxius, vel affectionibus*, vt Iacobi 5.17. Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν. *Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis.* & Actor. 14.14. καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι. quod interpres hom. 30. Chryſoſt. in Acta reddit: *Et nos ſimiliter vt vos paſſibiles ſumus homines.* p.660.

Fol.19.col.1.A. *Vinxit pedes.*) [illegible] VV. CC. ſed in ſolo A. [illegible] at pro [illegible] H. HN. 2. [illegible] In interpretatione Latina deleuimus particulam *non*, additam à Brixiano, & ſcripſimus, *agnouit naturam*, vt habent omnes libri ἔγνω τὴν φύσιν. Similis ſententia homil. 6. in epiſt. ad Epheſ. 1089. [illegible] *Animi eorum alacritatem reueritus eſt ignis, poſtea etiā cantic ū illud admirabile hymnoſq; reueritus eſt.* & homil. 12. in Geneſ. [illegible] B *Ita ſolent elementa Domini ſui ſeruos reuereri, & ſuum apud ſe impetum continere.* In homil. εἰς τοὺς τρεῖς παῖδας ante annos octo à nobis edita p. 310. edit. Burdegal. [illegible] *non acceſſit, neque labra tetigit, quod eorum linguas hymnos continentes hymnoſque componentes, revereretur.* p. 313. [illegible] *non ſuam ignoraſſe naturam, ſed religionem eſſe veneratum.*

Ibid. B *Et Petri vmbra.*) Idipſum narratur de vmbra S. Petri homil. 8. ad Antioch. pag. 116. [illegible] *vmbra Petri mortem fugauit.* & homil. in SS. Petrum & Paulum, [illegible] *Petrus ſola ipſius vmbra paralyticos ſolidauit, & mortem deſtruxit.* & hom. 3. in epiſt. ad Rom. de Paulo id aſſerit, pag. 84. [illegible] *ſi illius quidē & vmbra & veſtes mortem exigere*, quod non tantum de morbis expulſis, quibus mors accerſitur, C intelligi voluit, ſed de ipſo interitu, cùm ab inferis excitatos fuiſſe dixit quoſdam vt inf. contra gentiles p. 736. b. *Corporis mei vmbra mortuos ſuſcitauit*, & in cap. 1. epiſt. ad Galatas p. 965. [illegible] *Atqui fides erga illum effecit, vt & vmbra eorum, qui in ipſum credebant, mortuos excitarent.* At enim de vmbra Petri hoc tantum legimus Acta. 5. 15. infirmos in plateas eiectos fuiſſe, *vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus.* eſt igitur hoc quoque inter auctoris [illegible] numerandum, qui & illi cum Theodoreto lapſus communis eſt in hiſtoria religioſa cap. 24. Cæterùm in HN. 1. non [illegible], vt in alijs legebatur, ſed [illegible] vt & Brixianus legit.

Fol. 19. col. 1. B. *Neque mutatus*] Ad verbum eſſet, *neque deceptus eſt ignis, neque intra.* Quod autem ignem habitum Deum apud Perſas ait, cōfirmatur à Strabone libr. 15. [illegible] D *cuicunque Deo rem diuinam facerent, Igni primum precationes feciſſe.* Et apud Curtium libr. 4. Darius milites cohortatur per patrios Deos æternumque ignem, qui præfertur altaribus Socrates libro 7. capit. 8. [illegible] *Ac quoniam Perſæ ignem pro Deo colunt, & Rex quidem ipſe ignem perpetuo ardentem in domo quadam venerari ſolet: ſubter terram hominem abdunt, eumque tempore, quo Rex preces facere conſueuerat, has voces emittere faciunt: Regem foras eijciendum eſſe: impiè enim propterea agere, quod ſacerdotem Chriſtianorum religioſum exiſtimaret.* aut vt interpres Nicephori vertit libro 14. cap. 18. *tantopere Deo charum*, qui & illud [illegible] reddidit, *exire oportere. Regem*, non vt interpres Socratis, *è regno eum exturbandum*: hoc enim ad eum ritum malum referri, quo prophanos eſſe procul iubebant & impios. Theodoretus lib. 1. cap. 39. hiſtoriæ, [illegible] *Pyrea vero templa Ignis appellant, Deum enim Ignem arbitrantur.* Rufinus denique lib. 2. cap. 26 hiſtoriæ Eccleſ. *Ferunt Chaldæos Ignem Deum ſuum circumferentes, cum omnium Prouinciarum Dijs habuiſſe conflictum.*

Ibid. Col. 2. A. *In campo enim Deira.*] Mira fuit huius nominis deprauatio, & quaſi chymica transformatio, primum enim in antiquiſſima Pariſienſi editione anni 1523. editum fuit, *in campo de are*, in Baſilienſi, *de aure*, alijs recentioribus. Pariſienſibus, *de auro.* In vulgata Latin. Daniel. 3. v. 2. *in Campo. Dura* vel *Duran.* Hebraicè דורה *Durah.* In Græco textu edit. Plantinianæ atque in omnibus Regijs codd. Chryſoſtomi legitur [illegible] Δεειρᾶ tamen admonet Hieronymus pro *Dura* Theodotionem *Deira*, Symmachum *Duraum*, LXX. περίβολον, hoc eſt, *viuarium*, vel *concluſum locum* tranſtuliſſe. In manſc. V. C. Nic. Fabri lego, *in campo Duram*, & Symmachus *Duraum*, in alijs mſſ. *Durum*, ſed regij codices prophetiæ Danielis, & ille vetuſtiſſimus illuſtriſſ. Card. Rupifucaldij ita planè habent vt editio Vaticana Δεειρᾶ, vnde illud manauit, quod ex Theodotione Latinè ſcribit Hieronymus, *Deira*. Danielem enim ex Theodotionis editione vetus Eccleſia legebat: vera igitur lectio ex Hebræo erit Dura, Græca Δεειρᾶ, & ex ea Latinè *Deira*.

Fol. 20. col. 1. A. *Superna ciuitatis.*] Rectè ſane vocem τῆς πολιτείας reddidit interpres Latin. *ciuitatis*, vt auctor Vulgatæ Actor. 22. 28. ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. *Multa ſumma ciuitatem hanc conſecutus ſum.* vel vt in alijs legitur libris, *ciuilitatem*, & illud Philippenſ. 3. 20. ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς vertit Tertullianus de corona militis 13. *Noſter municipatus in cælis eſt.* Chryſoſtomus homil. 38. in Matthæum pag. 367. [illegible] *Si qui calorum ciues ſumus, Cherubim contubernales, & angelorum ſocij ac cohæredes, multo peiores hac in re barbaris ipſis inueniamur.* Gregorius Nazianzenus orat. 11. pa. 179. edit. Morelli, [illegible] *Gorgonia quidem patria fuit ſuperna Hieruſalem, ciuitas inquam illa, quæ oculis minimè cernitur, verum animo & mente intelligitur: in qua ciuium munere fungimur, & ad quā omni celeritate properamus.* Vide quæ annotauimus in illud hom. de S. Luciano pag. 602. d. *Noſtra enim conuerſatio*, ita pag. 71. d. 12. [illegible]

Ibid. B. *Sicut enim ille.*] Sic homilia 34. in Matthæum pag. 374. Græco Latin. edit. [illegible] *Nam quemadmodum ſerpens totum ſeipſum tradit, nec admodum curat, ſi corpus inciditur, donec caput ſuum integrum ſeruet.* & homil. 1. de Pentecoſte. [illegible] *Serpens etſi millies vulneretur, caput autem ſuum ſaluet, totus eſt ſanus: ſic & tu.* Epiphanius hæreſi 37. [illegible] *Vbi totum corpus inuoluit in caput ſuum occultat quidem cranium ſuum, tradit autem reliquum corpus per excellentem calliditatem.* Hieron. in 10. Matth. *Serpentis aſtutia ponitur in exemplum: quia toto corpore occultat caput, & illud in quo vita eſt protegit.*

Ibid. D. *Quæ nulla verborum.*] Brix. *Bona omnem rationis potentiam tranſcendentia.* Ita vertit & interpres homilia 3. in Geneſim pag. 12. [illegible] *opificium quod omnem rationem, & omnem effugit cogitationem*, manſ. reg. [illegible] verum hic λόγος non rationem, ſed orationem aut ſermonem ſonat, vt antea p. 66. d. [illegible] *miraculum omnem verborum narrationem tranſcendit.* & homil. 17. in 1. ad Co-

ad Corinth.pa.470. [illegible] *glorioſa illa & omnem orationem exuperans reſurrectio.* Euagrius libr.4.cap.30.de templo Sophiæ [illegible] *quod ornatu & ſplendore adeo excellat, vt nulla dicendi vi facile explanari poſſet.* Nonnunquam tamen & rationem ſiue mentis captum exuperare quædam dicit Chryſoſtom. ſed λογισμοῦ potius quam λόγου voce vtitur, vt homil.42.in 1.Corinth.pa.705. [illegible] *quod tanta & talia, & quæ omnem ſuperant rationem & mentem.* Cyrillus hæc duo coniunxit l.2. contra Neſtorium p.40. [illegible] *quod autem verè eſt ineffabile, ſupra intelligentiam ſit, ſupraq; ſermonem.*

B Fol.21.Col.1.B.*Legitimum*] [illegible], aptius hic redderes *dilectum & vnigenitum*, vel *chariſſimum*, quam *legitimum & vnigenitum*, vt illud ad Titum.cap.1.v.1. [illegible]. In commentario vertit Hieronymus, *Tito chariſſimo filio.*

Fol.22.Col 1.C. *Quid vero diuiti profuit morte non violenta mori?*] Hæc omnia deerant in antiquiſſima etiam editione an.1523.apud interpretem.

Ibid.Col.2.B.*Huius tributi.*] Inter. *huius penſi magnitudinem.* [illegible] qua voce vſus eſt Theodoretus lib.5.cap.19.hiſtor. Eccleſ. [illegible] Tripartit. libr.9.cap.32.*Coactus ſiquidem Theodoſius plurimorum continuatione bellorum quandam exactionem nouam impoſuit ciuitatibus, Antiochena vero ciuitas nouum vectigal ferre non potuit.* Quod vero miſſas huic fuiſſe literas Imperatoris ait Chryſoſt.quæ conferre tributum iubebāt, indicat id ab ipſis magiſtratibus præter morem aliquid magis exigentibus non fuiſſe impoſitum, vt ſcribit Sozomenus li.7.cap.23. vel certe quod Imperatori ſuggeſſerant illi, ab eo fuiſſe indictum.

C [illegible] *Ob neceſſitatem belli viſum eſt præfectis, quibus id ex officio competebat, vt plus ſolito tributorum à vectigalibus exigerent.* Et Zoſimus lib.4. p.765. [illegible] *Magna illius Antiochia Syriacæ ciues non ferentes publicorum cumulationes tributorum, quæ ſingulos in dies ab exactoribus excogitabantur, ſeditionem mouerunt.* Vide Nicephorum libr.12.ca.43.qui & ciues quoſdam ab exactoribus fuiſſe ſuſpenſos ex Theodoreto refert.

Fol.22.col.2.C.*Date mihi*] A.& mſ.H.2. [illegible] rectius tamen HN.4.& cæteri. [illegible] *Date mihi, vt opportunè vobis nunc dicam.* In Pariſienſ. Grom. edit. Brixiani legebatur, *Da nobis nunc*, in vulgatis *Date nobis.*

D Fol.23.col.1.A.*Sed inter cæleſte*] Brix. *ſed in cæleſtē ciuitatem mittet*: quaſi ſcriptum reperiſſet [illegible] non [illegible], quod ſonat, cēſeri, attribui, numerari: vt apud Baſilium de quadraginta martyrib, [illegible] *in cohortes & numeros legionum allecti ſunt & centuriati.* Lucianus, [illegible] *inter viros cenſeri capi.* Herodianus libr.3.in Seuero, [illegible] *filios iam puberes.*

Ibid.D.*Propter peccatum*] Locus eſt non 3.Reg.21. g.vt annotauit quiſpiam, illic enim hoc tantum de rege Iſraelis Achab ſcriptum eſt v.27. [illegible] Et in vulg. Lat. *Scidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitq́; & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite.* Et rurſus de eo Dominus: [illegible] *Nonne vidiſti humiliatum, vel compunctum Achaab coram me?* at Eſaiæ 57.17.legimus eadem ipſa Chryſoſtomi verba paucis exceptis, [illegible] *Propter peccatum ad modicum quid contriſtaui eum, & percuſſi eum, & auerti faciem meam ab eo: & contriſtatus eſt, & ambulauit triſtis in vijs ſuis. Vias eius vidi, & ſanaui eum.* Ac videtur quidem hunc locum de viro aliquo, qui peccaſſet, & compūctus eſſet vt Achab Rex, intellexiſſe Chryſoſtomus, cùm ait de quodam qui peccauerat, aut præuaricatus erat, hæc dici, verum in parænesi ad Theodorum lapſum, quæ eſt epiſt. 5. de populo Iudæorum dici monet, vbi perperam legitur interpretem pag.838. *& ipſe contriſtatus ſum, & ambulaui mœſtus, & ſanaui eum.* ac deinde Regis Achab exemplum profert in medium ex 3.Reg.21.ſicut & homil.9. de pœnitentia infr.702. d. Cyrillus etiam & Procopius de populo Iudaico accipiūt dictum, [illegible] *apertè valde maerore eo, qui ſecundum Deum eſt, vos affici pro vobis tuliſtis, cum ob peccata triſtes eſſetis.*

B Fol.23.col.2.A.*Et ſicut vermis.*] Omiſerat hic nōnulla Brix. quæ reſtituimus. Docet quidem Scholiaſt. Heſiodi propria voce deſignari genus vermis à Græcis quod in ligno naſcitur, [illegible] ſed apud LXX. communi voce [illegible] exprimitur Hebræa, רקב quæ putredinem propriè ſonat, ideoque [illegible] vertit Symmachus Iob 13.28. at Prouerb.14.4. [illegible] *Sicut autem in ligno vermis, ſic virum diſperdit mulier maleſica.* & rurſus Prouerb.25.20. [illegible] *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ita triſtitia viri lædit cor.* Qui verſus licet in Hebræo non reperiatur, in Græca tamen editione legi à Chryſoſtomo potuit, vnde hæc habet Oſee 5.12.vertitur [illegible] *Et ego quaſi conturbatio Ephraim, & quaſi ſtimulus domus Iuda.* vbi vulgata Lat. *Et ego quaſi tinea Ephraim, & putredo domus Iuda.* Hieronymus in illum locum, *Quomodo tinea veſtimenta conſumit, & putredo vel caries ligna.* Plinius lib.11.cap.35.

C *Idem puluis in lanis & veſte tineas creat.*

Ibid.B. *Ignem vero.*] Brix. *Ipſos non terruit ignis, non enim crimen incendij, ſed peccatum timuerunt: crimen enim impietatem ſequitur.* & ita P. G. Gelenius fortaſſe ſcripſit in Baſil. *non enim incendium, ſed peccatum, & impiet. ſequi:* nos reſtituimus vt Græca ſonant. Similis locus eſt homil.4.in Matth.pag.40. [illegible] *Verum illos nihil horum omnino deterruit: ſed quaſi pueriles quoſdam friuoloſq; conatus ridendo deſpicerent, ita ſecurè fortitudinem animi modeſtiamq; monſtrabant.* videndus etiam libellus, Quod nemo læditur, &c. ſub finem, Porro illud. *Non ſum propheta*, ex Amos 7.14. deſumptum eſt, [illegible] *Non eram propheta ego, nec filius prophetæ, ſed paſtor.*

D Ibid.C.*Etenim Niniu.*] H.2. HN.1. 4. [illegible] *Etenim, Niniuitarum vrbem euerſurum ſe minatus eſt, & dixit, Adhuc tres dies.* Brixianus nimis anxie diſcedendum à Latina vulgata ſibi non putauit, & ſcripſit hic, *Adhuc quadraginta dies.* cum tamen Græcorum Patrum interpretes fideliter oporteat è Græco LXX. exprimemere numerum, quem illi ponunt vbi & Latinos Patres habent duces, quos ſequantur, vt Ambroſium libr.de Pœnitentia, cap.5. *Poſt triduum*, inquit, *Niniue ciuitas ſubuertetur.* & Auguſtinum, qui libr.8. de Ciuit.Dei cap.44.& quæſt.164. in Geneſim cauſas iſtius diuerſitatis inquirit, vt excuſet LXX. quibus propheticum ſpiritum tribuit. Certum eſt in Hebræo legi, *Adhuc quadraginta dies*, vnde quemadmodum auctor vulgatæ, verterunt Græcè Aquilla, Symmachus & Theodotio quadraginta, vt notat Theodoretus, quibus aſſentitur & Syrus. [illegible] *Quare mihi videtur illud quadraginta dierum verius eſſe,*

at re-

A *ac veriſimile eſt etiam LXX. cum his congruentem numerum poſuiſſe: ſed qui ab initio ſcripſerunt, in hoc erraſſe, ac deinceps in omnia exemplaria hanc editionem permanaſſe.* Hieronymus in Comment. miratur cur ita tranſlatum ſit, cum in Hebræo ne literarum nec ſyllabarum nec accentuum nec verbi ſit vlla communitas: id quod Theodoreti opinionem confirmat, ne interpretes ſimilitudine vocis decepti videantur, ſed librarij potius charactere vnum numeralem pro altero legerint, vt γ pro μ, vel τρεῖς pro [illegible]. Origenes in homil. 16. in Numeros, *Adhuc tres dies, ſiue (vt Hebræi habere ſe ſcriptum dicunt) adhuc quadraginta dies, & Niniue deſtruetur.* Iuſtinus in Dialogo cum Tryph. pag. 261. edit. Græco Lat. τοῦ Ἰωνᾶ κηρύξαντος, ὅτι μετὰ τεσσαράκοντα τριῶν ἡμερῶν [illegible] ἀπολεῖται. *Iona annunciante vrbem eorum poſt dies quadraginta tres cum multitudine vniuerſa interituram eſſe.* Verum apud hunc quoque librariorum errore, immutatos eſſe numeros putant quidam, vnde in quibuſdam libris legitur, ἐν ἄλλοις τρεῖς. *in alijs tres.* reliqui omnes Patres, cum Græci, tum Latini, qui poſt Hieronymi tempus ſcripſerunt, ſequuntur LXX. niſi forte interpretũ culpa numerus quadragenarius irrepſerit, quod viros doctos in Ionam ſcribentes decepit. nam neque in ho. 5. Origenis in Hieremiam legitur, adhuc 40. neque apud Chryſoſt. hom. 15. in 1. Corint. neque hom. 80. ad pop. Antioch. cuius pars maior ex hom. 5. de pœnitentia decerpta eſt, neq; ho. 24. in Geneſ. aut in epiſt. 5. ad Theodorum aliud legitur, quam quod hoc loco & infra pag. 291. d. 655. b. ἔτι τρεῖς ἡμέραι.

B Ibid. d. *Ad ſummam.*] Brix. *Exitium loquar, inquit, ad gentem &c. malicia, & ego ira, q. l. ſ. ſ. illis.* Gelenius addidit, *obliuiſcar. S.* S. Hieronymus in Commentario vertit, *Repente (ſiue ad ſummam) loquar aduerſum gentem, & aduerſum regnum vt eradicem (ſiue auferam) & deſtruam & diſperdam illud.* Illud πέρας è Græco LXX. Latine reddit (*ad ſummam*) quod idem valet atque Denique, ad extremum, vox autem Hebræa, repente vel ſubito, ſignificat. Illud etiam (*ſiue auferam*) parentheſi incluſum è Græco eſt LXX. τοῦ ἐξᾶραι αὐτοὺς, καὶ ἀπολλύειν. prout in vulgatis legitur Biblijs: at Chryſoſtomus dixit, τοῦ ἐκριζοῦν αὐτοὺς, καὶ κατασκάπτειν, καὶ ἀπολλύειν. quemadmodum & Hieronymus ex Hebræo, *vt eradicem & deſtruam & diſperdam illud.* atque id fortaſſe Chryſoſtomus habet ex Aquila, Symmacho, vel Theodotione, qui ſæpius cum Hebræo magis, quam cum LXX. conueniunt. Reperitur & homil. 25. in Geneſim ab eodem ita citatus in miſſ. regijs idem locus, τοῦ ἀπολλύειν καὶ κατασκάπτειν, [illegible], mendoſe [illegible], pro [illegible], quemadmodum & in manuſcripto Theodoreti commentario. τοῦ ἐξᾶραι αὐτοὺς καὶ [illegible], καὶ τοῦ ἀπολλύειν, quod interpres Latine reddit, *vt* ſiue *Exitum,* vel *Finem,* ſed, *Ad extremum loquar ſuper gentem & regna, vt perdam & deſtruam.* & apud Theodoretum, *vt auferam, deſtruam & perdam eos,* Rurſus immutat nonnihil verba prophetæ Chryſoſtom. dum ait, μετανοήσω καὶ ἀπὸ τῆς ὀργῆς, pro, μετανοήσω περὶ τῶν κακῶν ὧν ἐλογισάμην τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. *pœnitentiam agam ſuper malis, quæ cogitaui, vt facerem illis.* Theodoretus, [illegible]. & exponit, [illegible]. *Ne de ſalute deſperetis. Etenim ſi gentem condemnatam fuero, & ſupplicium extremum comminatus fuero, videro autem pœnitentiam eorum, non inferam ſupplicium, ſed impertiam miſericordiam.* Non dixit, ἐπιποθῶ ἔλεον *deſidero miſericordiam,* ſed ὀρέγω ἔλεον. *porrigo,* offero, impertio.

Fol. 24. Col. 1. B. *Turrim tutelæ*] Quam hic vocat turrim tutelæ vel ſecuritatis, dixit Dauid πύργος ἰσχύος *turrim fortitudinis.* & Iudic. 9. 51. πύργος ἰσχυρός. Prou. 18. 10. πύργος κράτους *turris potentiæ* vocatur.

Ibid. Col. 2. B *In incompoſitum*] Paulo poſt, pro [illegible], legebatur in ſolo HN. 1. [illegible], vt apud Baſilium non ſaburratum, non ſtabilitum ſaburra dicitur nauigium [illegible] πλοῖον, & apud Euſtathium, [illegible] cui non eſt impoſitum onus, vt neutram in partem magis propendeat. idemque valet apud Suidam, [illegible], vt in vulgatis lexicis annotatur, ad verbum, *non fundatum, non ſtabilitum,* vt idem ſit [illegible] quod [illegible].

Fol. 25. Col. 1. B. *concione fruentes*] cum hic τὴν τράπεζαν appellet φρικωδεστάτην, *ſummaque veneratione dignam, tremendam,* hæc aptius voce *Collecta,* vel officij diuini, vel ſacri Miſſæ officij exprimerentur, cum quandoquidem σύναξις tam ſanctiſſimum Euchariſtiæ myſterium complectitur, quam concionem aut congregationem, illud enim φρικτὸν & φρικῶδες ſolet vocare, vt homil. 20. in 1. Corinth. pag. 886. τοῦτο τὸ θυσιαστήριον καὶ τούτου φρικωδέστερον. *Hoc altare præſenti quoque altari auguſtius eſt, magiſque tremendum.* & hom. 83. in Matth. [illegible] *quam ſanguinem illum adeo tremendum prætermittam, quam digne concedam.* Porro vocem σύναξις Collectæ nomine exprimendã docet Epiphan. Scholaſticus libr. 1. c. 19. Tripart. hiſtor. dum hunc Sozomeni locum ex cap. 14. lib. 1. [illegible] ita vertit, *vt Presbyteri ſeorſum Eccleſias obtinerent, & populus in eis Collectas ſolenniter celebraret.* interpres recentior, *conuentus cogerent.* Can. 30. Apoſtolorum [illegible]. Sic enim legitur in vet. codd. Tiliano, & apud Zonaram, quod vetus interpres vertit, *Si quis presbyter contemnens Epiſcopum ſuum ſeorſum collegerit, & altare aliud erexerit.* Tertullianus lib. de fuga in perſecutione cap. 14. *Sed quomodo colligemus, inquis, quomodo Dominica ſolennia celebrabimus?* Epiphanius in epiſt. ad Ioannem Hieroſolymitan. apud Hieronymum. *Cum igitur celebraretur Collecta in Eccleſia.* vſus eſt & voce conuentus vetus interpres can. 20. Concil. Gangrenſis, [illegible]. *Si quis ſuperbiam conuentus, qui per loca & baſilicas martyrum fiunt accuſauerit.* Athanaſius ad Serapionem pag. 523. [illegible]. *Beata vero memoria Alexander gaudente Eccleſia cum pietate & ſana fide collectam celebrauit vna cum omnibus fratribus.* Sic enim vertendum eſt, non *communionem celebrauit,* neq; in eadẽ epiſt. συνάγεσθαι recte redditur, *in communionem adduci.* [illegible]. *Sabbatum enim erat, & poſtridie ſperabat fore, vt ad collectam celebrandam reciperetur.* & ita Sozomenus lib. 2. ca. 28. interpretandus eſt illa ipſa citans Athanaſij verba; neque enim concionis aut communionis voces ea complectuntur quæ in ſacris eiuſmodi fiunt conuentibus, aut ad eos indicandos vſurpari ſolent.

C

Ibid. d. *Et facile recidit.*] Ne quis forte putet hoc Chryſoſtomum velle, rurſus in peccata prolabi hominem, hic potius ſcribendum, *& facile animo concidit,* vel *negligens fit.* vt in epiſt. ad pag. 962. τὸ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις ἀναπίπτειν, [illegible]. *in grauibus cauſis animo concidere viri eſt inertis ac ſomniculoſi.* Sic malim, quam vt interpres edidit; idem enim eſt negligentem eſſe & inertem: at in epiſt. ad Romanos homil. 10. pag. 107. [illegible] *nihil aduerſi nos pati arbitramur, ſed ſupini ac deſides ſumus, animiſque concidentes malis noſtris indormimus.* & homil. 17. in Matth. pag. 180. d. [illegible] *Ne igitur animo concidat, o homo, nec bonam animi voluntatem diſſoluas.* opponit enim [illegible], vt hoc loco [illegible].

D

Ibid. Col. 2. C. *Magiſtratuum timor.*] τῶν ἀρχόντων. Br. *principum.* ſed ne de Principibus tantum aut regibus vel Imperatoribus hic agere exiſtimetur, neque populos tantum qui monarchiæ ſubſunt, alloqui, verum illos etiam qui populari vel optimatum parent dominatui, ſic potius interpretari placuit, vt idem Brix. pag. 169. homil. *Niſi bo-*

nus eſſet timor, filijs patres pædagogos non præponerent, non legiſlatores ciuitatibus vllos magiſtratus. Ita ſolet Modeſtinus I.C. τὴν ἀρχὴν *magiſtratum* interpretari. Theodoretus de hac ipſa hiſtoria libro primo capite decimonono, [illegible] Epiphanius in Tripart. libr.9.cap. 32. *Porro Magiſtratus ipſi quoſdam in ipſo facinore comprehenſos ſupplicijs affecerant, priuſquam de hac tragœdia Auguſtus fuiſſet certior redditus.* vide quæ annotantur in inſcript. homil.16.

Fol.26.Col.2.A.*ad caſtra ſe*] per caſtra hic intelligenda eſt Imperatoris aula ſiue Comitatus, vt illo ſæculo ſolebat appellari Concilium Sardicenſe can.7. [illegible] Interpres recentior *Statuimus nullum oportere Epiſcopum ad caſtra accedere, præter eos quos prius Imperator noſter ſuis literis accerſit.* antiquior vero interpres Dionyſius Exiguus, *Decernite ne Epiſcopi ad Comitatum accedant, niſi fortè hi, qui religioſi Imperatoris literis vel inuitati vel euocati fuerint.* Poſſidonius in vita S. Auguſtini, *Apud Mediolanum vbi tunc temporis Valentiniani iunioris Comitatus erat.* Auſonius ad Symmachum: *In Commitatu inquam, qui frontes hominum aperit, mentes tegit.* Tum vero fuiſſe Conſtantinopoli Theodoſij Imperat aulam, dum ad bellum Maximo tyranno inferendum neceſſaria compararet, ex Theodoreto lib.5. & Sozomeno lib.7.colligi poteſt. Vide ſimilia loca pag. 419. d.

Fol.27.Col.1. B.*Huic ſupplicamus.*]Gr. [illegible] ijdem mnſſ. [illegible] *Horum nunc tempus eſt verborum.* quinetiam illud [illegible], quod præceſſit, melius ſic fortaſſe verteretur: *Hac indigemus humanitate, his nunc verbis indigemus:* vt in Pſalm. 6. Quoniam infirmus. *Hac voce omnes egemus etiamſi innumerabilia &c.* Porro tale quid de laude clementiæ Imperatoris habes apud illum [illegible] in orat. pro M. Marcello: *At vero huius gloriæ C. Cæſar, quam es paulo adeptus, ſocium habes neminem: totum hoc quantulũcumque eſt, quod certè maximum eſt, totum eſt inquam tuum, nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.* Laudat & hanc in Theodoſio virtutem Sanctus Ambroſius in concione de obitu eius: *Beneficium ſe putabat accepiſſe auguſtæ memoriæ Theodoſius, cum rogaretur ignoſcere, & tunc propior erat veniæ, cum fuiſſet commotio maior iracundiæ. vincere enim volebat non plectere: æquitatis iudex non pœnæ arbiter: qui numquam veniam confitenti negaret,* & epiſt.17. ſic eundem alloquitur de hac ipſa ſeditione verba faciens. *Antiochenis tuam donaſti iniuriam, inimici tui filias reuocaſti, nutriendas apud affinem dediſti, matri hoſtis tui miſiſti de ærario tuo ſumptus: hæc tanta pietas, tanta erga Deum fides hoc facto offuſcabitur? Tu igitur qui armatis pepercisti hoſtibus, & ſeruaſti inimicos tuos, ne quæſo tanto ſtudio putes vindicandum in Chriſtianos.* Pacatus in Panegyrico Theodoſio dicto: *Sed vtcumque virtutis tuæ opera curioſæ poſteritatis oculis artificum manus reddet, clementia tua Imperator quo cælo, quo pigmento quo ære auroue ducetur, quæ tu ipſum victor ita omnem cum armis iram depoſuiſti, vt ceciderit nemo poſt bellum, certe nemo poſt maximum? Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta.* Themiſtius demum orat. 5. [illegible] *Adeo mitem ſe ac benignũ, mira quadam animi tranquillitate præditum erga omnes præbet, vt etiam maieſtatis reos, & conuictos, damnatoſque ab ipſa legum acerbitate exemerit, & ex Acherontis, vt ita dicam, faucibus ereptos ad lucem & Solem reuocauerit.*

Ibid. *Superaſti.*] [illegible] A. πολέμιον. *Superaſti hoſtem barbaricum.* omnes mnſſ. πολέμιον, *bellum.* Cæterum hæc de ſuperatis à Theodoſio Gothis & alijs barbaris in Thracia, & qui Iſtrum acco-

A lebant, poſſunt intelligi, de quibus Theodoretus lib.5. cap.5.hiſtor. Eccl. & Sozomenus lib.7. cap.4.

Fol.27.col.1.C.*Et orantes.*] Addidimus, *& benedictionem,* vel *benedictiones accipientes.* è Græco F.1.H.1. H.2.HN.3.& aliorum codd. [illegible] Solebat enim populus in fine Miſſæ ſiue ſacræ liturgiæ cum benedictione dimitti, vt conſtat ex Concilio Agathenſi can. 30. *Studendum eſt, ſicut vbique fit, vt poſt antiphonas collectiones dicantur, & hymni matutini vel veſpertini decantentur, & in concluſione matutinarum vel veſpertinarum & Miſſarum poſt hymnos capitella de pſalmis dicantur & plebs collecta oratione ad Veſperam ab Epiſcopo cum benedictione mittatur,* & can.47. *Miſſas die dominico ſæcularibus totas tenere ſpeciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat.*
B idem apud Burchardum lib.3.cap.29.ex Concilio Arelatenſi 3. profertur. *Populus non ante diſcedat, quam Miſſæ ſolennitas compleatur, & vbi Epiſcopus non fuerit, accipiat benedictionem ſacerdotis.* Cæſarius homil.5. *Moneo eos, qui nec orationem Dominicam dicere, nec benedictionem accipere volunt, quia nihil prodeſt eis quod lectiones diuinas audiunt, ſi antequam diuina myſteria compleantur abſcedant.* in Liturgia L. Marci, [illegible] *Sacerdos, Pax omnibus. Populus, Et ſpiritui tuo. Et dimittit dicens, Benedictus Deus, qui benedicit, protegit, & conſeruat omnes nos per participationem ſanctorum eius myſteriorum.* Meminit & extremæ gratiarum actionis ad finem Miſſarum homil. de baptiſmo Chriſti Chryſoſto. inf. pag.317.b. [illegible]

Ibid *Sed maneamus expectantes b. & d. m.a.*] Hæc abſunt ab omnibus Græcis libris, quæ vel de ſuo addidit, vel in alio quopiam codice reperit in-
C terpres.

Ibid.Col.2. A. *Si enim cum ſunt.*] Vel imitatur Gregorium Nazianzenum, vel in ſimilem certè ſententiam caſu incidit. Ille enim homil. de pauperum amore ſic ait p.252.edit. Mor. [illegible] *Nimirum vt perſpecta eorum inſtabilitate ac varietate ad futuræ vitæ portum contendamus. Quid enim feciſſemus, ſi proſperitas nobis firma & perpetua eſſet, cum licet fluxa & fragilis ſit, vſque tamen ipſi tamquam vinculis quibuſdam aſtricti ſimus, eiuſque eo voluptate atque impoſtura in hanc ſeruitutem redacti, vt nihil præſentibus rebus melius atque excellentius cogitare poſſimus?*

Ibid.B.*Melius eſt abire.*] [illegible] F.1.HN.3. [illegible] Ita citatur in vulgatis Lexicis Chryſoſtomum [illegible] pro *mortar.* Ter-
D tullianus de teſtimonio animæ 4. *Si de aliquo iampridem defuncto tamquam viuo quis requirat, præ manu occurrit dicere, Abijt iam & reuerti debet.* Sic & [illegible] & [illegible] à Græcis, & à Latinis Excedere atque Decedere dicuntur, qui mortem obeunt.

Ibid. *Quid eſt, quod fuit.*] Vſus erat vulgatæ Latinæ vocibus Brixianus, *Quid eſt, quod fuit; id quod erit, &c.* nos ad verbum vt Latine reddit è Græco Hieronymus in Commentario in Eccleſiaſten, vnde hæc ſunt capite 1.verb.9. Apud Origenem lib.3. capite 5. de Principijs Rufinus paulo aliter, *Quid eſt quod factum eſt? idipſum quod futurum eſt. Et quid eſt, quod creatum eſt? hoc ipſum quod creandum eſt.*

Ibid.D.*Triſtare.*] [illegible] F. 1. H. 4. HN. 4. [illegible] *& propter eos qui naſcuntur, dolebis.* Paulo poſt Iobi locum auxit vno vocabulo interpres, quod licet in mnſſ. Chryſoſtomi non occurrat, eſt tamen apud LXX. cap. 1. 21. [illegible] citatur abſque illo homili. 8.28. in 1.Corinth.pag.571.& infr. pag.824.a. vbi [illegible] exiſtimauit interpres idem valere, vt

ante

ante dicebamus, quod mori, *& nudus deceſſurus ſum.* Sic tamen paſſim exprimitur à Latinis Patribus, vt ab Hieronymo in capite 5. epiſtol. ad Epheſios: *Nudus exiui de vt. m. m. nudus & redeam.* & à Cypriano lib. de mortalitate: *Nudus de vt. matris meæ, nudus etiam ibo ſub terram.* Gaudentius Brixianus in Præfatione, *Nudus iterum reuertar in terram.* Hanc enim magnam intelligunt etiam matrem Gregorius magnus lib. 2. in Iob. cap. 11. *Nudus reuertar illuc. Ac ſi dicat, Nudum me huc intrantem terra protulit, nudum me hinc exeuntem terra recipiet.* & Chryſoſtom. ipſe in Catena. *ſed cuius tandem vteri meminit? nempe primi illius opificij, ſuaque è terra cognationis.*

Fol. 28. Col. 1. A. *Bona tua.*] Apud Lucam cap. 16. 25. legitur ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου *quia recepiſti tu bona tua in vita tua.* à Latino textu abeſt illud prius, *tua: recepiſti bona in vita tua.* & ſine illo pronomine citantur hæc à Cypriano teſtimoniorum 61. *Percepiſti bona in vita tua.* & ab Auguſtino de cura pro mortuis cap. 14. & lib. 2. quæſtio. euangel. cap. 38. Non tamen omitti debuit ab interpretibus pronomen illud Græcorum libros Latinitate donantibus, vt Baſilij homil. in diuites auaros pag. 158. edit. Parienſis, *Recepiſti bona tua in vita tua.* & Procopij in Eſaiam pag. 311. *qui Lazarum in Abrahami ſinu intuitus eſt, cum bona ſua ſe in vita ſua recepiſſe audiat.* Non omiſit Hieronymus, dum Græcorum Commentarios verteret in cap. 25. Eſaiæ ſcribens: *Diues ille purpuratus, qui receperat bona ſua in vita ſua, Lazarum cernit.* Hoc obſeruandum fuit, quod auctores iſti additione huius vocis tamquam fundamento fulciant expoſitionem huius loci, non de bonis fortunæ, aut huius vitæ delicijs, vel diuitijs caſu obuenientibus: ſed de bonorum operum meritis, aut præmijs, vt hic ipſe noſter auctor homil. 3. de Lazaro: εἴ τι καὶ τὸ ἀγαθὸν εἰργάσω, [illegible] *Si quid boni feciſti, ſi qua merces tibi debebatur, hæc omnia in illo mundo recepiſti.* & homil. 5. in epiſt. ad Hebræos pag. 1793. edit. Græco Latinæ. Poſtremo hic immutauimus Brixiani interpretationem, *Fili recepiſti b. t. itaque nunc dolorem patere.*

Ibidem. A. *Animam enim.*] Locus eſt Eccleſiaſtici 4. v. 3. καρδίαν παρωργισμένην μὴ προσταράξῃς. *Cor irritatum ne conturbes.* Vulgata Latina. *Cor inopis ne afflixeris.* Alij reddunt Græca ad verbum, *Cor commotum ne inſuper conturbes,* quod Brixianus Hebraiſmo quodam expreſſit, qualis eſt Sophoniæ 18. 4. οὐκέτι μὴ προσθῇς μεγαλαυχῆσαι. *Non adijcies, vt glorieris.* Geneſ. 8. 21. οὐ προσθήσω ἔτι καταράσασθαι τὴν γῆν. *Non adijciam vltra maledicere terræ.* Sic Auguſtinus cap. 14. in Geneſ. Vulgata, *Nequaquam vltra maledicam terræ?* Porro τεταπεινωμένην dixit Chryſoſtomus non παρωργισμένην, fallente memoria: fortè ob lectum illud Eſai. 8. 10. καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς. *Et animam humiliatam repleueris,* vulg. *afflictam.*

Ibid. C. *Recordare eſt.*] [illegible], Innuit ſe. ſimili fluuium de quo Danielis 7. 10. ποταμὸς πυρὸς ἕλκων ἐκπορευόμενος, *Fluuius ignis trahebat egrediens.* Sic homil. 12. in Acta Apoſt. de pœnis inferorum. [illegible] *Ignis pluuia non deſcendit: igneum enim flumen paratum eſt.*

Ibid. C. *Ignis accenditur*] ἀνάπτει τὸ πῦρ. Brix. *igne incenditur.* Gelenius, *igne accenditur.* Græca ſonant, *ignem accendit.* nam & in quibuſdam libris vt in HN. 3. legitur, ἀνάπτει τὴν φλόγα. *flammam accendit.* quod autem ſequitur φαιδρότερος γίνεται, vel ad τὸν ἄργυρον referri poteſt, *argentum fit ſplendidius,* velut ante de auro dixit μᾶλλον φαιδρύνεται, *magis ſplendeſcit,* vel certè ad hominem ipſum, *fit ſplendidior,* quod nunc malim retinere, poſtquam incidi in ſimilem huius noſtri auctoris locum homilia 9. in 1. ad Corinth. pag. 403. [illegible] *Sed quomodo ſi quiſpiam aurea habens arma flumen igneum tranſmittat, tranſit ſplendidior: ſin autem fœnum habens tranſmiſerit, non ſolum enim nihil iuuat, ſed etiam ſeipſum perdit.* Sic malim in Heruetii interpretatione legi, quam vt φαιδρότερος [illegible] hic accipias, *tranſit lætior & alacrior:* melius F. Aretinus olim ediderat, *Si quis aureis armis igneum fluuium traiecerit, ſplendidior egreditur.* Atque apud Paulum quidem 1. Corinth. cap. 3. 12. ſcriptum eſt, *Si quis ſuperædificat aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſq; opus, quale ſit ignis probabit.* & vt Chryſoſt. ait pagin. 693. [illegible] & pagin. 607. [illegible] hæc tamen comparatio ſic accipienda eſt quaſi per ignem ſecum habens iſta, aurum ſcilicet vel fœnum, homo tranſeat, & tum ipſe tum ea quæ ſecum gerit vri, purgarive cenſeantur.

Ibid. col. 2. B. *Confiderunt.*] Interpres, *Dixit & athletarum virtutem, quoniam crediderunt in eum.* Vſurpat verba vulgatæ Latinę quæ non è Græco LXX. ſed ex Hebræo eſt expreſſa, neque legitur ἐπίστευσαν, ſed ἐπεποίθεισαν, *confiderunt in eo,* vt rectè Plantiniana. Sic Pſal. 2. 12. μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ. *Beati omnes qui confidunt in eo.*

Ibid. C. *Per opera* διὰ τῶν ἔργων.] H. 4. HN. 4. διὰ τῶν ἔργων [illegible]. *Poſtquam autem hoc illum per opera ipſa docuerunt,* id eſt reipſa nolle ſe falſis Dijs ſeruire oſtenderunt.

Ibidem. *Inſtar orbis*] τῆς οἰκουμένης ἀντάξιοι. Brixianus reddiderat, *ſed quoniam mundo opponendi pueri tres eſſent.* Hoc nimirum vult Chryſoſtomus tanti fieri tres pueros, quanti orbem terrarum, eique quodammodo æquiparari, cum totius orbis Dominum ac Deum vocet Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago. Geminum illud eſt homil. 1. in 1. ad Corinth. pag. 730. de Iob. [illegible] *Ecquem igitur martyrem hic non æquet:* & homil. 4. pa. 350. [illegible] &c. [illegible] Gregorius Nazianz. pag. 57. b. orat. 3. [illegible] *in tribus ſitum robur, integro exercitui par.*

Ibidem. *Reges & principes.*] A. καὶ ὑπάρχους καὶ βασιλεῖς Danielis 3. 2. συναγαγεῖν τοὺς ὑπάτους καὶ στρατηγοὺς καὶ τοπάρχας, ἡγουμένους καὶ τυράννους, *Vt congregarent conſules & magiſtratus, & toparchas, duces & tyrannos,* & Daniel. 6. 7. συνεβουλεύσαντο πάντες οἱ σατράπαι καὶ ὕπατοι. *conſilium inierunt Satrapæ & Conſules,* at in quibuſdam editionibus legitur καὶ ὕπαρχοι quæ vox propriè Præfectos prouinciarum ſignificat, qui capit. 3. 2. appellantur ἄρχοντες χωρῶν. vnde & Pſalm. 2. 2. quod LXX. dixerunt, καὶ ἄρχοντες συνήχθησαν. Symmachus vertit ὕπαρχοι. Rectè doctiſſimus Billius homil. 15. in 2. Corinthior. pag. 853. interpretatur, [illegible] *Quocirca non modo maiorem, quam prouinciarum Præfecti, ſed etiam quam illi ipſi, qui diademate cincti ſunt, honorem acceperunt,* Strabo libro 12. [illegible] ὕπαρχος καὶ διοικητὴς χώρας. *Miſſus eſt præfectus & adminiſtrator prouinciæ.* Præcipuè verò ætate Chryſoſtomi vox iſta ὕπαρχος à Græcis hiſtoricis ad Præfectos Prætorio deſignandos traducebatur, vt apud Theodoretum libro 4. cap. 16. τῷ δὲ ὑπάρχῳ προστάξας, Μοδέστῳ, [illegible] *Ac Modeſto, qui id temporis Præfectus erat, imperat.* conſtat enim ex Zoſimo libro 4. pag. 742. Modeſtum à Valente creatum fuiſſe, ὕπαρχον τῆς αὐλῆς, *Præfectum Prætorio,* & Salluſtium pa. 741. Ammianus Marcellinus quoq; ſub Iuliano ſcribit Salluſtium fuiſſe Pręfectum per Gallias, quem Sozomenus ei ſuaſiſſe ſcribit, vt Chriſtianos minimè perſequeretur, & Præfectum appellat, [illegible] li. 5. c. 19. eiuſq; interpres Chriſtophorſonus Præfecti voce vtitur, quemadmodum & Rufinus lib. 1. ca. 36. rectius quam Hyparchi, quæ Latinis ſcriptoribus inſolens eſt, apud eundem Sozomenum li. 7. c. 22. vbi *Flauianus* ὁ τότε ὕπαρχος, tunc temporis Hyparchus ab eo dicitur, & Probus Hyparchus lib. 7. cap. 13. quem Ammianus lib. 27. ad regendam Præfecturam Prætorianam accitum narrat, & Socrates

lib. 5.

A lib.5. cap.11. de eodem, [illegible]. *Præfecturam Prætorij gerens.* Billius quoque apud Nazianzenum orat.3. in Iulianum pag.90.d. edit. Morelli, [illegible] vertit, *qui tum Hyparchi munere fungebatur*, at eandem referens hiſtoriam Sozomenus Marci Arethuſij martyris, [illegible] fuiſſe ſcribit, quod Chriſtophorſonus vertit, *eum qui tum illius loci Præfectus erat*. Epiphanius autem Tripartitæ hiſtoriæ lib. 6. cap. 12. *quod tunc Præfectus Paganus fuerit*, Non igitur illius loci Præfectum, ſed Præfectum Prętorio malim intelligere, qui tam liberè Imperatorem admoneret, quod & Salluſtium Præfectum Prætor. feciſſe conſtat ex alijs hiſtoricorum locis, quos citauimus: atque ex his omnibus colligimus [illegible] vel [illegible] apud LXX. non iam Conſules Romanos, ſed quoſuis ſummos prouinciarum magiſtratus ac rectores, apud Patres autem & hiſtoricos Eccleſiaſticos ſæpius Præfectos Prætorio ab Imperatoribus conſtitutos [illegible] appellari.

B Ibid. D. *Nonne peccata.*] Qui Sap. 1. notauit in margine, hic fruſtra fuit, illic enim hoc tantum legitur, *Peruerſa enim cogitationes ſeparant à Deo*. Græc. σκολιοὶ λογισμοὶ χωρίζουσιν ἀπὸ Θεοῦ. at Eſaiæ 59.2. ἀλλὰ τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν διϊστῶσιν ἀναμέσον ὑμῶν καὶ ἀναμέσον τοῦ Θεοῦ. Vulgat. *Iniquitates veſtra diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum.* Sanctus Hieronymus in Commentario, & Sanctus Auguſtinus ſermo. 11. in illud, qui dixerit verbum, ita vertunt: *Sed peccata veſtra ſeparant inter vos & Deum*. In Parænesi ad Theodorum lapſum priori pag.839. perperam ſcriptum eſt: *Non, inquit, peccata veſtra diuidant inter me & vos*. In quibuſdam libris vt in F.& HN.4. legebatur etiam, ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. Sequens autem locus ſic habet, Eſai.26.12. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν, πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. *Domine Deus noſter pacem da nobis: omnia enim reddidiſti nobis.* Vulg. *Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es nobis*, In eandem ſententiam citatur hic Eſaiæ locus & orat. 3. de Lazaro pag. 1133. homil.5. in epiſto. ad Hebræos pa. 1795. & homil. 23.

C in 2. ad Corinth. pag. 908. [illegible]. *Nam cum ille nos iniuria affectos non vlciſcitur, tum maximè vtilitatem accipimus: nobis enim pro peccatis aſcribit, niſi cum gratiarum actione tulerimus.* Ita Græca ſonant, quæ vel corrigenda cenſuiſſe, vel aliter legiſſe videntur Billius & illo antiquior interpres. Reddere igitur Deus dicitur vel retribuere, cum pœnas pro meritis irrogat: & ita vertit Hieronymus in Eſaiam, *Omnia reddiſti vobis*, non vt apud Procopium p. 326. *Omnia dediſti nobis*. & pag.615. *quia omnia tradidiſti nobis*: nam & de retributione intelligit, exponitque pag. 328. idem auctor. [illegible]. *De peccatorum pœnis, quæ dignè pertulerunt, nonnulli intelligunt.*

D Fol.29.col.2.C. *Cum fiducia migremus.*] vt Heb. 4. 16. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παρρησίας. *Adeamus ergo cum fiducia.* & 1. Ioann.4.17. ἵνα παρρησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. *Vt fiduciam habeamus in die iudicij.* male Interpr. *cum indulgentia.*

Fol.30.Col.1.B. *Corda igitur.*] Interpres ediderat, *Corda igitur noſtra Deo applicantes, qui in mente noſtra.* Hic autem παρατίθεσθαι non idem valet, quod applicare vel apponere, vt 1. Corint.10. πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. *Omnes quod vobis apponitur, manducate:* ſed idem quod commendare, vt Act. 14. 23. παρέθεντο αὐτοὺς τῷ κυρίῳ εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν. *Commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt.* & Act.20. 34. παρατίθεμαι ὑμᾶς ἀδελφοὶ τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ. *Commendo vos fratres Deo & verbo gratiæ ipſius*. Gregor. Nazianz. in laudem Cæſarij pag. 156. [illegible]. *Noſtras & eorum, qui tanquam in communi via paratiores ad hoſpitium prius peruenerunt, animas ipſi commendantes.*

A Ibid. C. *Inanis & vacua.*] Brix. vulgatæ Latin. verba vſurpat. Tertullianus è Græco Latinè reddit libro de baptiſmo cap. 3. *inuiſibilis & incompoſita.* & cap. 28. aduerſus Hermogenem, *Quia informem & confuſam & inconditam vult fuiſſe materiam.* cap. 29. *inuiſibilis & rudis*. Interpres Iuſtini contra Græcos, pag.22. *Non aſpectabilis & incondita.* Athanaſij contra omnes hæreſes pag. 851. *Inuiſibilis & innata.* Plures tamen primam illam Tertulliani interpretationem ſequuntur, vt Auguſtinus de Geneſi ad literam imperfect. & de Geneſi contra Manichæos libr. 1. cap.3. Hieronymus in 40. Eſaiæ, & Ambroſ. libr. 1. cap. 7. in Hexaem. *Inuiſibilis & incompoſita, quia aquis operta viſibilis corporeis oculis eſſe non poterat, & quia nondum lux erat, quæ illuminaret mundum.* & in ijs quæ ſequuntur refutat cum Tertulliano eos qui inde colligebant hylen ſiue materiam non habuiſſe principium. Sic demum & apud hunc ipſum Chryſoſtomum vertitur homil. in pſalm.118. quæ incipit,

B *Veritatem prædicandam.* pag.1029. & hom. 1. in Geneſ. *Inuiſibilis erat & inculta*. & paulo poſt. *alia ratione deformem terram creauit, quoniam ipſa eſt nutrix & mater noſtra & ex ea facti ſumus.* [illegible]. Itaque melius vertiſſet interpres informem quam deformem, vt Trapezuntius apud Euſebium libro 3. de præparat. Euang. cap.7. *Terra quoque erat inuiſibilis & informis.*

Ibid. D. *Principatu.*] Sic homil. 8. in Geneſ. exponit illud, *ad imaginem* [illegible]. *Dixit igitur ſecundum principatum imaginem, non ſecundum aliquid aliud; quia Deus fecit hominem principem omnium, quæ ſunt ſuper terram, & nihil ſuper terram homine maius eſt, & omnia ſub poteſtate illius ſunt.* Gregorius Nyſſen. apud Baſilium homil. 10. in Hexaem. pag. 46. [illegible]. *Homo per opulentiam ac præditum vim rationis principatu, in quæuis animantia donatus, quaſi facinoroſos ac refugas ſeruos & peſſimè morigeros ad eſſiatam obedientiamque reuocat.* Et paulo antè,

C [illegible]. *Illud itaque: Faciamus hominem: itemque Dominentur, ſignificat, vbi ſit facultas imperandi, illic imaginem Dei eſſe.*

Ibid. col. 2. A. *Electi vero.*] Brix. *Electi vero ſicut regis in nos alicuius.* χειροτονητά, electanea vertit Budæus ex Vitruuio, hoc eſt ſuffragijs delata vel creata: intelligit Chryſoſt. Romanum Imperatorem, quem ita ſolebant appellare Iuriſconſulti, vt Vlpianus libr. 1. pollicitat. *Imperator noſter cum diuo patre ſuo*, & l.2. D. ad Senat. Tertullianum *Ab Imperatore noſtro & diuo patre eius*. Solebant autem Imperatores Romani eligi nonnunquam à Senatu, aut ab exercitu, nonnunquam ab altero, qui tum imperabat, nominari Atque Onufrius quidem Panuinius libr. de Comitijs Imperatorijs tres profert à Senatu elec-

D ctos, Neruam maximum cum Balbino, & Tacitum, ſed apud Dionem quem citat Panuinius, non legimus Neruam à Senatu creatum, hoc tantum Xiphilinus è Dione tradit, [illegible]. *Neruam à Romanis Imperatorem eſſe deſignatum.* Eutropius libro 8. eum Imperatorem factum operam dante Petronio ſecundo præfecto Prætorio, item Parthenio interfectore Domitiani. Maximus & Balbinus à Senatu [illegible], Imperatores creati ſunt, vt ſcribit Herodianus lib.7. ſed indignè tulerunt milites datos ſibi à Senatu principes & Senatorios Imperatores per irriſionem vocatos interfecerunt. Tacitus à Senatu lectus eſt vt ait Vopiſcus, cum exercitus; qui creare Imperatorem raptim ſolebat, ad Senatum literas miſiſſet, petens vt ex ordine ſuo Principem legeret, quod diu facere diſtulit, ſciens lectos à ſe principes militibus non placere.

Idem

Idem tamen Xiphilinus hæc de Veſpaſiano refert: [illegible] *à Senatu creatus eſt Imperator.* Zoſimus libr. 1. iam à tempore Didij Iuliani, qui Pertinaci ſucceſſit, Prætorianos milites narrat vnius domini conſtituendi poteſtatem ad ſe rapuiſſe, idque iudicium Senatui per vim extorſiſſe. [illegible] *Adrianus Cæſar à Senatu per literas veniam petijt, quod de imperio ſuo iudicium ſenatui non dediſſet ſalutatus ſcilicet praeproperè à militibus.* Imperator, auctore Spartiano, de quo & Dio, [illegible] *A ſenatu petijt per literas, vt ſibi imperium confirmaret.* Opilius Macrinus, vt refert Capitolinus, ita ſcripſit ad Senatum: *Milites detulerunt ad me imperium, cuius ego P. C. interim tutelam recepi, teneo regimen, ſi & vobis placuerit, quod militibus placuit.* Sic Gordianus & Probus & alij modeſtiores Imperatores à militibus electi confirmari electionem ſuam à Senatu exoptarunt, cui ab exercitu ereptam illam fuiſſe, vt ſcripſit Zoſimus, agnouerunt.

Ibidem. *Admittant mutat.*] Brixian. *admittant inſidias.* Videtur legiſſe [illegible], quo pacto & in HN. 3. ſcriptum reperimus: receptam tuentur lectionem cæteri codd. vt H. 1. 4. De leonis & aquilæ principatu Hierem. in capit. 7. Danielis: *Quod autem habebat alas aquila, ſuperbiam ſignificat regni potentiſſimi: alioquin vt leo inter beſtias, ita aquila inter aues regnum tenet.* Baſilius in Hexaem. hom. 9. [illegible] *Leo eſt expers ſocietatis. Nam velut tyrannus quidam beſtiarum vitio ſuperbiæ naturalis elatus plurimorum pares honores congreſſioneſq; non admittit, qui neque ad pabulum heſternum accedit, neque ſuæ venationis ad reliquias redit.* Ideoque Chryſoſt. homil. 67. in Geneſim, & in illud, Catulus Leonis Iuda, [illegible] *Regnum eius prædicit. Semper enim Scripturæ mos eſt per figuram huius animalis auctoritatem indicare.*

Fol. 31. col. 1. C. *Sic & mortuos.*] HN. 1. 3. [illegible] vt Brixian. *nominat:* quos autem dixit [illegible], intellige, qui lugent, lamentantur ac deplorant vita functos, nec aliter accipiendum videtur infra de Babyla pag. 752. c. [illegible] *quem in prælio proſtratum lugebat, & cum eiulatu lacbrymiſq; amaris inimicum lamentabatur.* Dionyſius Halicarn. libr. 8. pag. 513. [illegible] *gementeſq; vt par erat, & deplorantes fortunam, quam habitura eſſemus illius orbata præſentia.* neque neceſſarium puto legere cum Sylburgio [illegible], aut potius [illegible]. Nam hæc [illegible] non nudam appellationem ſonat, ſed luctum & lamentationem, neque enim aliter appellari quam nomine ſuo quis poteſt, & hic tamen dicit [illegible].

Ibidem. *Nec illius.*] Scripſimus [illegible] pro [illegible], & apud interpretem *Ieſſe*, pro Iſai. 1. Reg. 20. 27. [illegible] *Quid quod non aduenit filius Ieſſe, & heri & hodie ad menſam?* Sic homil. de Dauid & Saule tomo 1. pag. 502. *Requirens eum dicebat, vbi eſt filius Ieſſe? Sic autem appellauit eum partim odio proprij nominis, partim genitoris humilitatem notans.* Et homilia 48. in Ioann. pagin. 249. [illegible] *Vbi eſt ille? Ex nimio odio & ſimultate nominatim eum appellare nolebant.*

Ibidem. col. 2. D. *Dexterum eundo.*] Plutarchus in vita 10. orator. [illegible] *Cumque inter declamandum mouere ſolere humerum inconuenienter, id deſueuiſſe, ſuſpenſo è*

A *culmine veru, aut, quod alij dicunt, gladio, vt eius metu ſe contineret.* Non inter eundum, ait, ſed inter declamandum, eodemque vtitur exemplo ſuppreſſo item oratoris Demoſthenis nomine homilia 17. in Matth. pagin. 180. [illegible] *Conſidera igitur quemadmodum Gentilium blaſi aliqui quarundam ſyllabarum non bene exprimentes ſonum, offendentem ſæpe linguam longa meditatione lenauerint: illi vero qui humerum indecenter mouentes, gladio continuè oppoſito conſuetudinem timore vicerint.* Quarundam literarum ſonum dixiſſet aptius interpres, id enim de litera ρ Plutarchus refert pagin. 844. edit. Vechel. vbi ſic legendum eſt, [illegible] *Cumque literam R. non poſſet pronuntiare, labore conſecutum, vt proferret.* Hie-

B ronymus in apologia aduerſus Rufinum libro 1. *Quod in vna litera fecit exprimenda, vt à cane rho diſceret: tu in me criminaris, quare homo ab homine Hebræas literas didicerim.*

Fol. 32. col. 1. A. *Neque per caput.*] Matth. 5. 36. [illegible] *Neque per caput tuum iuraueris.* Ita Latine quoque extulit Sanctus Ambroſius in Pſalm. 118. octon. 14. *Per caput tuum, per hæc videlicet, quæ tuæ ſubiecta non ſunt poteſtati.* Sic legitur, & tamen vertitur vt hic [illegible] homilia 17. in Matthæum pagin. 177 [illegible] *Rurſus non hominem velut rem magnam admirans, addidit, neque per caput iurandum eſſe: nam & ipſe adoratus eſſet, ſed gloriam ad Deum referens, & oſtendens, quod nec tui profeſſo ſis Dominus.* Non dicit adoratum eſſe hominem, vt vertit interpres vetus, ſed cauſſam reddit, cur non videatur laudandi hominis cauſſa hoc prohi-

C bitum iuriſiurandi genus: alioquin ea fuiſſet occaſio adorandi hominem, vt non vetuit iurare per cælum aut per terram, ob naturam illis datam, ne ex ſeſe honoranda viderentur elementa. Porro vſurpata eſt & à Gentilibus hæc iurandi formula. Virgilius 9. Æneid.

Per caput hoc iuro, per quod pater ante ſolebat.

Ouidius Triſtium 5. eleg. 8.

Per caput ipſe ſuum ſolitus iurare, tuumque.

Martialis libr. 9. Epig. 49.

Per tua iurares ſacra tuumque caput.

Vlpianus libr. 3. D. de iureirand.

Tu per caput tuum iuraſti, vel filiorum tuorum.

Ibidem. C. *Timor veſter.*] Brixianus. *Timor noſter & conuerſio erit.* Non animaduertit illud [illegible], tantum enim eſt, Geneſ. 9. 2. [illegible] homilia 65. in Matthæum, pagin. 563. itidem vt hic [illegible], at ho-

D mil. 27. in Geneſim, [illegible] & exponit, [illegible] *Vide enim quomodo iuſtus ille iterum eandem, quam Adamus, benedictionem conſequitur, & ereptum recuperat principatum virtute ſua, vel potius ineffabili Domini benignitate.* Dictum fuerat Adamo, Dominentur piſcibus maris, & vniuerſis animantibus, Geneſ. 1. 26. & 28. quamobrem addit Chryſoſtomus homil. 9. in Geneſ. locum illum exponens, [illegible] *Nam ab initio res non ita ſe habebat, ſed timebant & tremebant feræ, & domino ſe ſubmittebant: poſtquam autem per inobedientiam fiduciam amiſit, principatus etiam eius mutilatus eſt.* Quamobrem hic fortaſſe peccati nomine [illegible] Adami & trangreſſionem intellexit, quodque dictum fuerat Geneſ. 1. verbis capitis 9. expreſſit. Porro eundem vſum ferarum attingit homil. 7. in Gen. [illegible] (τῶν θηρίων) [illegible]

[illegible]

τῶν λόγων παραινῶν, πολλὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν ὠφέλειαν ἡμῖν προξενουμένων· πολλὰ γὰρ καὶ ἐκ τούτων λαμβάνοντες ἰατρῶν παῖδες φάρμακα κατασκευάζουσι πρὸς τὴν τῶν ἡμετέρων σωμάτων ὑγίειαν συντελεῖν δυνάμενα. *Inuenies etiam nunc, cum principatu earum (ſerarum) deſtituti ſumus, magnam ex illis nobis vtilitatem prouenire: multa enim ex illis deſumunt medici, quæ ad noſtrorum corporum medicinam & ſanitatem conducunt.*

Ibidem. *Imminuit*] A. ἐκολόβωσε. mendocè, vt interpres perperam, principatum abſtulit: non enim ſublatum penitus, ſed mutilatum & imminutum vult.

Col. 61. d. *at non talis*] H. 2. ἀλλὰ πέποιθεν δίκαιος ὡς λέων. Prouer. 28. 1. δίκαιος δὲ ὥσπερ λέων π. Ita citat eundem locum, vt hic ho. 53. in Acta, pa. 848. εἰσαγάγωμεν τούτους τοὺς λέοντας εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ πάντα φυγαδεύσει τὰ θηρία, οὐ βοώντων αὐτῶν μεγάλα, ἀλλὰ ἁπλῶς φθεγγομένων. *Introducamus hos leones in domum, & omnes exigentur feræ, non magna voce clamantibus illis, ſed ſimpliciter loquentibus, aut vociferantibus.*

Col. 2. C. *Vt quid peru.*] Interpres vulgatæ Lat. verba vſurpauerat, quod facere non debuit, cum ne ipſe quidem Hieronymus, qui putatur eius auctor, ea retineat, cum Origenis, aut aliorum Græcorum opuſcula ſuæ linguæ hominibus interpretatur. Scripſerat igitur, *Tu ne es ille qui conturbas Iſrael? Non ego turbaui Iſrael.* 3. Re. 18. 17. Græcè legitur, εἰ σὺ εἶ αὐτὸς ὁ διαστρέφων τὸν Ἰσραήλ. *Si tu es ipſe qui peruertis Iſrael.* Mutianus Scholaſticus ita vertit τὸ διαστρέφων, homil. 18. in epiſtol. ad Hebræos apud Chryſoſtom. alij malunt, *Non ego euerto Iſrael.* Ezechielis 13. 22. ἀνθ' ὧν διεστρέφετε καρδίαν δικαίου ἀδίκως, κἀγὼ οὐ διέστρεφον αὐτόν. Apud Hieronymum in Comment. *Pro eo quod peruertebatis animum iuſti iniquè, & ego non peruertebam eum.* Matth. 17. 17. γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη. *Generatio incredula & peruerſa.* Lucæ autem 23. 2. τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος. *Hunc inuenimus ſubuertentem gentem.* Cæterum de melote Heliæ vide quæ annotauimus in pag. 43. & de vmbra Petri quæ in pag. 66. quibus & addidi poteſt ille locus in interpretatione Aretini corrigendus & augendus homil. 62. in Ioan. pag. 325. ποῖα φησὶ μείζονα; ἃ οἱ μαθηταὶ φαίνονται μετὰ ταῦτα ποιοῦντες· καὶ γὰρ ἡ σκιὰ Πέτρου νεκροὺς ἤγειρεν· οὕτως ἐκηρύττετο καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ μᾶλλον δύναμις. *Quænam maiora! dicet aliquis. quæ nimirum à diſcipulis poſtea facta eſſe conſtat. vmbra enim Petri mortuum ſuſcitabat. Sic prædicabatur Chriſti poteſtas.* At in homilijs in Acta Apoſtol. tutius locutus eſt, vt in 21. pag. 601. ὥστε καὶ διὰ πίστιν ὅσοι συνείχοντο ἀσθενείαις ταῖς ὁδοῖς ἐξετίθεντο, ἵνα ἐρχομένου δὲ Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν, πολλὰ γὰρ ἐγίνετο ἐκεῖ σημεῖα. *Vnde & propter fidem quotquot infirmitatibus detinebantur, in viam exponebantur, vt veniente Petro ſaltem vmbra obumbraret quemquam illorum: multa enim illic ſigna fiebant.*

Ibid. D. *Regis ſplendorem,*] Brixian. *regis apparentiam* quod Latinũ nõ eſt. Græcè, φαντασίαν τοῦ βασιλέως, vbi eadem notione vſurpatur vox iſta, qua Acto. 25. 23. μετὰ πολλῆς φαντασίας, quo loco Eraſmus vertit, *cum multo apparatu.* alij, *cum multa oſtentatione,* vel ſpecioſo ſplendore, docentque apud Athenæum lib. 5. ſic accipi pro ſpecioſa magnificentia omnibuſque conſpicua. Vulgatæ auctor vertit, *cum multa ambitione:* quo nomine pompam tantum apparatum, non affectum aut vitium debemus intelligere: quocirca minus aptè vertit Anianus diſertus alioquin interpres homil. 4. in Math. pag. 40. οὐ στρατόπεδα ἄπειρα, οὐ χρυσίου πλῆθος οὐκ ἄλλη φαντασία, *non innumerabilis ac bellator exercitus, non auri argentique ſtupenda congeſtio, non aliud quicquam quod excogitare potuit,* pro, *non alius ſplendidus apparatus.* Ita correximus illud Brixiani homil. 19. ad populum Antiochen. infra pag. 238. a. πάσης βιωτικῆς φαντασίας. *omni humana opinione,* & ſubſtituimus, *omni ſæculari pompa,* tolerabilius eſt illud homil. 16. ad popul. pag. 207. d. πρὸς τὴν κοσμικὴν φαντασίαν ἐπτόηται. *ad mundanam vanitatem ſtupet.* rurſus contra Gent. p. 786. b. καταπατοῦντα τοῦ βίου τὴν φαντασίαν.

A Brixius verterat, *vita huius opinionem conculcauit.* ſcripſimus *vitæ huius pompam.* & apud Baſilium hom. 7. in diuites auaros, πρὸς τὰς ἔξωθεν φαντασίας. Cornarius, *ad externam imaginationes.* pro: *ad externam oſtentationem, ad externam ambitionem:* nam & ita legimus apud Seruium ambitum pro pompa ſumi in illud 12. Æneid.

Interea reges ingenti mole Latinus.

Rectius Billius apud Nazianzenum orat. 3. aduerſus Iulianum pag. 80. cap. καὶ τἄλλα ὅσα τῆς προσκαίρου καὶ ἀπρεποῦς μακαριότητος καὶ φαντασίας. *aliaque omnia quæ breuis ac momentaneæ felicitatis ac põpæ ſunt.* vſurpatur etiam à Græcis Patribus hæc eadem vox ad præſtigias & ludibria dæmonum ſignificanda, vt ab Athanaſio de incarnatione Verbi pag. 46. cap. νικώμενος ταῖς παρὰ δαιμόνων φαντασίαις καὶ ἀπάταις. *victi dæmonum præſti-*
B *gijs & impoſturis,* & pro alia quauis illuſione, vt pag. 50. d. ἵνα ἀληθείᾳ καὶ μὴ φαντασίᾳ σῶμα ἔχων φαίνηται. *vt re vera verum corpus, non ſpecie tenus habuiſſe crederetur.* Clemens Alexand. 3. prædap. cap. 1. ἀλλ' οὐ τὸ κάλλος τῆς σαρκὸς τὸ φανταστικόν. *ſed non carnis pulchritudinem quæ ſpecie tenus appareret.* Sed & apud eundem illum Athanaſium illa priori notione locum habet, vt in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes pag. 666. στρατιώτου ἀνελθεῖν μετὰ στρατιωτικῆς φαντασίας, καὶ τῆς τοῦ στρατηλάτου ἐξουσίας. *Alexandriam cum militari pompa & Ducis auctoritate ingredi.* ſattellitibus nimirum Ducis ſtipatum.

Fol. 33. Col. 1. B. *Continuum hoſtem.*] H. 2, HN. 3. διηνεκῆ πολέμιον. & ita interpres, *continuum hoſtem,* rectius, quàm continuum bellum. Simile illud epiſt. 7. de Iacobi filio, qui Ioſephum dixerat à fera deuoratum, τὸν μὲν πατέρα ἠπάτησε, τὸ δὲ συνειδὸς οὐκ ἠπάτησεν, οὐδ' ἴσχυσεν ἀτρεμίζειν, ἀλλ' ἐπανίστατο αὐτῷ προσβάλλον καὶ ἀνακράζον διηνεκῶς, καὶ οὐδέποτε ἐπεστομίζετο. *Patri quidem fucum tunc fecit, conſcientiam autem ſuam minime fefellit, nec ab ea, vt conquieſceret impetrare potuit, verum ea con-*
C *ſtanter aduerſus ipſum inſurgebat, perpetuiſque clamoribus eum inſectabatur, neque vnquam compeſci poterat.* & homil. 3. de Lazaro pag. 49. ἡ μὲν ἡδονὴ πρόσκαιρος, ἡ δὲ ὀδύνη διηνεκής, περιέρχεται πικρὸν κατήγορον περιφέρων τὸ συνειδὸς ἀπὸ καταδικασθείς. *Voluptas quidem temporaria eſt, dolor vero perpetuus: abambulat amarum accuſatorem circumferens conſcientiam, cum ſit ſuo ipſius iudicio damnatus.*

Ibidem. *Qui confidunt.*] Adiecta eſt diſtinctio poſt vocem, Domino, pſalm. 124. 1. vt in vulgata nuper recognita, & in vita S. Antonij apud Athanaſium p. 465. quæ fauet iſti expoſitioni, vt & S. Hierony. interpretatio ex Hebræo, *Qui confidunt in Domino, quaſi mons Sion immobilis in æternũ habitabilis.* Chaldæus Paraphraſtes in eandem ſententiam, *Iuſti qui confidunt in verbo Dei, ſunt ſicut mons Sion, qui non commouebitur in æternum habitandus.* S. Hilarius, *Qui confidit in Domino, quem profectum habebit, vt ſit ſicut mons Sion? ex ra-*
D *tionabili homine fieri ſaxum, arborem, ceſpitem: & de natura animali in naturam inanimalem referri?* Theodoretus in pſa. 124. ὁ τῇ εἰς θεὸν ἐλπίδι ὠχυρωμένος, ὡς Σιὼν ὄρος ἀτρεμής μένει, καὶ ἀκλόνητος, ἐπίσημός τε καὶ περιβλεπτος. *Qui ſpe in Deum munitus eſt, ſicut mons Sion firmus, & inconcuſſus manet, atque adeo præclarus & illuſtris.*

Fol. 33. Col. 2. A. *Numquam nos*] Interpres, *Non alloqui iurauimus.* quaſi legiſſet quod & ſcriptum fuit in HN. 3. μηδενὶ διαλέξασθαι τῶν λελυπηκότων. aut quod in HN. 1. 2. μηδενὶ διαλέξασθαι τῶν λοιπῶν. in H. 1. μηδένα τοσαῦτα διαλέξασθαι. receptam lectionem exhibent F. 1. 2. μηδέποτε διαλέξασθαι τοῖς λοιποῖς.

Ibid. C. *Imo impoſſibile.*] Brix. *Imo difficile ſit non cuſtodire.* & paulo poſt, *quod non difficile ſit non iurare.* atqui τὸ ἀδύνατον & τὸ δυσχερὲς differũt. item, τὸ πλέον εἰσενεγκόντα, verterat, *& plus collatum eſt.* immo partem iam maiorem ciuium tributum perſoluiſſe ſignificat. Sanè quidem ſæpe Dei mandata ſeruari poſſe docet Chryſoſt. vt homil. 2. ad Philipp. pa. 1251. τί γὰρ φορτικὸν, τί δὲ ἐπαχθὲς τῶν ἐπιταγμάτων τοῦ Χριστοῦ; οὐ δύνασαι παρθενεύειν; ἔξεστί σοι γαμεῖν. *Ecquod enim Chriſti præceptorum graue? ecquod valde moleſtum eſt? non potes in*

virgini-

virginitate degens, licet tibi matrimonio iungi, hom. 2. in 1. ad Corinth. p. 341. [illegible] *Non quotidie ſolem ſuum facit oriri? non quæ præcepit ſunt adeo facilia, vt multi propter philoſophiæ abundantiam eius præcepta ſuperent?* idem docet hom. 27. in Geneſ. & hom. 17. in Matthæum, oſtendit laborioſum non eſſe à iuramentis abſtinere. A

Ibid. D. *Et vt non pendas.*] Brix. *& quin pendas, placabilis fieri poteſt.* Gelenius correxit, *& niſi pendas.* Ad verbum eſſet, *& impoſſibile eſt non pendere.*

Fol. 34. col. 1. B. *Et non in nobis.*] Brix. *& non in nobis anguſtatur, ſ. e. c. neque enim nos à vobis anguſtamur:* nos cum eadem Græcè loquatur Chryſoſtomus, quæ S. Paulus 2. ad Corinth. 6. 2. Vulgatæ Latinæ verbis vſi ſumus, quæ barbara non eſſe, vt Beza putat, idque ex Hilario conſtat in Pſalmum 118. octonario Vau. *Nouit hac ipſa amplitudine cordis de ſe idem Apoſtolus gloriari, cum ad Corinthios ait: Non anguſtiamini in nobis, ſed anguſtiamini in vobis,* [illegible] B Priori ergo membro hoc ſibi vult Chryſoſtomus, nō habitatis anguſte apud nos, quippe cum domicilium cordis noſtri ad vos excipiendos charitas dilatarit: ſequentia vero non addam, hoc eſt, ea quæ ſubijcit Paulus, anguſtiamini autem in viſceribus veſtris, hoc eſt, anguſtum eſt veſtri cordis domicilium, neque charitate dilatatum, ſic vt nos minimè capiatis. Idem enim valet, anguſtiamini in viſceribus noſtris, quod [illegible] *Nos non capitis,* vt ipſe Chryſoſtomus exponit hom. 13. in 2. ad Corinth. pag. 386. Cauſſam igitur reddit, cur ſequentia apud Paulum non addat, nec de Antiochenis dicat, quod de Corinthijs ait Apoſtolus, Neque enim apud vos anguſte habitamus, ſed lata eſt veſtra quoque caritas, quam propoſitis pœnis indicaſtis, ijs qui legem hanc tranſgreſſi fuerint.

Col. 65. b. *Sed vt diſrumpantur.*] Omiſerat hæc interpres, quæ ſic repræſentabant HN. 1. 2. 3. [illegible] C vt poſtea d. 9. [illegible]. Ita Xenophon lib. 8. de inſtitut. Cyri, [illegible] *Neque plus comedunt, quam ferre poſſint, etenim diſrumperentur* [illegible] autem nomine Senatum intellige, ſiue Curiam, in qua ad deliberandum de ſumma reipublicæ conueniunt Senatores, vt poſtea pag. 132. d. [illegible] *ſi in curiam.*

Ibidem. B. *Ex magnitudine.*] Addenda coniunctio, *enim* interpretis verbis, hic & homil. 4. in Geneſ. vbi haud aliter legitur hic locus Sap. 13. 5. in regio cod. Franciſci I. [illegible]. Interpres autem illic reddit [illegible], *decenter*, vt volunt quidam hic nihil aliud quam conuenientiam quandam ſiue congruentiam ſignificare: alij vertunt *per portionem*, vt editio Vaticana, Iſidorus Clarius *ex proportione*, Cicero apud Platonem, *proportione*. Interpres Athanaſij dialogo 1. de Trinitate tom. 2. pag. 142. vtrunque vſurpat, *conuenienter & proportione quadam effector illarum conſpicitur.* D Billius apud Nicetam in orat. 42. Gregorij Nazianz. *Ex magnitudine & pulchritudine rerum creatarum collatus cum eis earum effector & fabricator conſpicitur.* Cyrilli Interpres in Eſaiæ 40. *Ex pulchritudine creaturarum perſpicitur ratione quadam & analogia earum architectator, ab his qui ſana mente ſunt.* Intelligenda eſt igitur comparatio quædam congrua & [illegible] creaturarum cum creatore, qualis illa eſt Sapient. 13. 3. *Sciant quanto his dominator eorum ſpecioſior eſt.*

Fol. 35. col. 1. C. *Quorum non audiantur.*] [illegible]. Ad verbum eſſet, *non audiuntur.* Licet autem in omnibus Græcis libris ita legatur, non [illegible], quia tamen ita fert vulgata Latina, nihil mutandum cenſuimus, præſertim cum ei interpretationi faueat huius Dauidis loci expoſitio, quam affert Chryſoſtomus, *Non eſt gens neque lingua, quæ hanc vocem* (cælorum) *intelligere non poſſit.* Fauet etiam Cam-

A penſis paraphraſis, *Nullum eſt idioma, nullus populus ad quem horum notitia non peruenerit.* Vatablus, *Non eſt ſermo, nec ſunt verba, vbi non audiatur vox eorum.* Didymus in Catena Græc. [illegible] *Ideo non ſunt ſermones vlli, ad obediendum Deo inſtituti, quorum voces non audiantur, ideirco enim à Domino ſunt prolati, vt ab ijs audiantur, in quorum gratiam ſunt prolati.* Euſebius, [illegible] *Ita clamat dierum & noctium voces operibus ipſis ijs, qui audire illas poſſunt, vt nullas earum doctrina lateat aures.* Hæc tamen expoſitio, vt verum fatear, genuinum ſenſum Dauidis attingere non videtur, cum abſit ab Hebræo relatiuum, *quorum*, ſed à LXX. fuerit additum, vt Hebraiſmum exprimerent in ſcripturis vſitatum; ita nimirum vt ad eoſdem pertinere neceſſe ſit pronomen *quorum*, &, *eorum*, hoc eſt ad cælos, non ad ſermones, ac tantundem ſit ac dictum eſſet, quorum non audiantur voces, & abundet alterum pronomen, eorum ex idiomate Hebræo; at in hac Chryſoſtomi expoſitione neceſſe eſt pronomen, quorum, ad ſermones referri, & pronomen, eorum, ad cælos. Verior ergo cenſetur illa Theodoreti, qui Symmachum ita Græcè extuliſſe ex Hebræo docet, [illegible] *Et nox nocti indicat ſcientiam, non dictionem neque ſermones, quorum non audiuntur voces: ſed in omnem terram exiuit ſonus eorum,* tum exponit LXX. [illegible] *Nam nec ſermonem inquit, neque vocem emittentes, nec verba proferentes, ſed regulam & ordinem proprium demonſtrantes, omnem terram & mare ad diuinas laudes decantandas inuitant.* Ita quoque recentiores ex Hebræo, *Non eſt ſermo, & non ſunt verba, non auditur vox eorum, id eſt cælorum, & tamen licet voce deſtituantur Deum adeò ſonora voce prædicant, vt eorum ſonus ad fines orbis perueniat.* Porro quod de diebus & noctibus ſubijcit, quas cum ſororibus comparat, imitatus eſt idem Theodoretus ſerm. 1. de prouidentia, [illegible] *Et ſanè diem & noctem veluti ſorores quaſdam videre eſt, quæ temporis ſpatia ad hominum vſus inuicem mutuantur ſimul & beneuole reddunt.*

Ibidem. D. *Oculi nictum.*] Græcè [illegible]. H. 1. HN. 1. 2. 3 [illegible]. F. 1. H. 2. A. [illegible]. F. 2. Ita quoque 1. ad Corinth. 15. 51. legitur in vulgatis libris, [illegible], *In momento, in ictu oculi*, in quibuſdam alijs, [illegible], *in momento oculi*, quomodo & hic ediderat Brixianus, quorum alterum à ſubito iactu radiorum vel alterius cuiuſuis rei motu, alterum à motu & inclinatione libræ ſumptum eſt, & hanc variam lectionem apud Paulum iam ſuo tempore inualuiſſe obſeruat Hieronymus ep. 152. ad Minerium, [illegible], ſiue [illegible], *vtrumque enim legitur, & noſtri interpretati ſunt, in momento & in ictu ſiue in motu oculi, idem Didymus explanauit: verum quia in pleriſque codicibus pro* [illegible], *id eſt ictu vel motu,* [illegible] *legitur, &c.* Tertullianus de reſurrectione carnis cap. 42. *In atomo, in momentaneo motu oculi, in nouiſſima tuba.* In quem locum ſcribens doctiſſimus I. Pamelius monet ex Heſychio vnum pro altero ſumi, & vt ait Hieronymus ictum oculi tanta velocitate tranſcurrere, vt penè ſenſum videntis effugiat; certum eſt tamen plures codices & tempore S. Hieronymi in noſtro habere apud Paulum [illegible], eamque vocem magis oculi motui conuenire, quàm alteram [illegible], vnde Theodoretus ictum oculi vocari hic ait motum pupillæ, quāobrem nonnulli cenſent in vulgata legendum, *in nictu oculi*, quos ſequutus eſt homil. 42. Chryſoſtomi pag. 705. qui in Herueti interpretatione ſcripſit-

In nictu

A *In nictu dicit oculi*, id eſt, quanto tempore clauditur cilium. ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. nictare enim propriè de oculorum motu effertur, & ῥιπὴ non à ῥιπίζω, ventilare vt putant quidam, ſed à ῥίπτειν deducitur, iactumque ſignificat, at ῥοπὴ καιροῦ multo aptius dicitur, quam ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ.

Ibidem. col. 2. B. *Conditorem.*] Græcè erat, τὸν συγκροτοῦντα. F. 2, συγκρατοῦντα. & ita videtur legiſſe Brix. dum vertit, *omnium moderatorem.* συγκροτεῖν enim dicitur, quia continet ac regit omnia, vt apud Gazam, οἱ τὸν δὲ τὸν ὅλων τάξιν καὶ ἁρμονίαν συγκροτοῦντες. *qui hanc rerum pulchritudinem tuentur & regunt.* Sap. 1. 7. *Et hoc quod continet omnia.* καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα. & infra p. 128. a. ἡ συγκροτοῦσα καὶ διαβαστάζουσα τὸ σῶμα τῆς γῆς. *quæ terra corpus continet & portat.* Huic tamen loco, meo iudicio, quadrat magis τὸ συγκροτεῖν, quod eſt apud Chryſoſtomum ad Epheſios vt obſeruat Budæus συνθεῖναι, καὶ διατιθέναι, componere, ſeu inſtituere, atque adeo compingere ac coagmentare, vt opponatur τῷ διαλύεσθαι diſſolui: neque enim agitur hic de proui-

B dentia Dei, qua res creatas gubernat & tuetur, ſed de ea, qua producit eaſdem & condit, vt antea dixit, τὸν ἅπαντα ταῦτα διαταξάμενον. p. 133. d. ἐκ ἀπόντων τὸν δημιουργὸν μόνον. quamquam & τὸ συγκροτεῖν, ad conſeruationem & regimen poteſt pertinere, vt homil. 15. in 2. ad Corinth. pag. 854. ... *Non eſt profectò dubium quin vita noſtra hoc imperio maximè fulciatur & conſeruetur.* & hic pa. 128. c. legitur in mnſſ. quibuſdam. συγκροτοῦντα.

Ibid. C. *Aquam ſuper terram*] ἐπὶ τῆς γῆς. Hæc frequentior lectio. F. HN. 1. 3. quàm ἐπὶ τὴν γῆν. A. F. 2. H. 1. 2. ἐπὶ τῆς habuit HN. 1. & ἐπὶ τῶν ὑδάτων. & fortaſſe legendum eſſet vtrobique ἐπί, vt poſtea apud Dauidem, ἐπὶ θαλασσῶν, ἐπὶ ποταμῶν, ἐπὶ τῶν ὑδάτων. At enim pſalm. 135. 6. non ita ſcriptum effert Chryſoſtom. τῷ θεμελιώσαντι. ſed τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων. *Qui firmauit terram ſuper aquas.* quod alius Græcus vertit τῷ πήξαντι *qui conſtrinxit.* Simile eſt tamẽ illud pſ. 103 ὁ θεμελιῶν τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς *qui fũdaſti terrã ſuper*

C *ſtabilitatem ſuam:* quem locum iungit cũ iſto Chryſoſtomus ſcribens in pſal. 103. monetque Aquilam & Symmachum vertiſſe ἐπὶ τὰς ἕδρας αὐτῆς. *ſuper ſedem ſuam:* quamquam inſolens eſt illud Chryſoſtomo Græcos illos interpretes nominare in veris & genuinis ſuis homilijs, in quibus *alium* interpretis nomine ipſos intelligit: quo fit vt exiſtimem ſeptem illas homilias, in pſalmum 101. & ſequentes 6. legitimum eius fœtum non eſſe, præſertim cum ſint alia multa, quibus à veris eius operibus differunt, & quæ verbatim apud Theodoretum reperiuntur exſcripta. Euthymius in Comment in pſal. 23. cum in hunc fortaſſe locum incidiſſet, ex eo collegit Chryſoſtomum cenſere aquam toti terræ ſubiacere inſtar fundamenti, quod alij de fluminibus accipiunt, quæ ſub terra longo interuallo feruntur, ac tandem emergunt.

D Fol. 36. col. 1. C. *Aqua, quæ ſuper cælos.*] Pſ. 148. 4. in Plãtinianis Biblijs & Vatic. καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. *& aqua quæ ſuper cælos.* Vulgata, *& aqua, quæ ſuper cælos ſunt.* vt Hieronymus ex Hebræo vertit: licet in vulgata pſalmos è Græco LXX. Latinitate donatos habeamus. In hom. Chryſoſt. in pſ. 148. ſcripſit interpres, *& aqua quæ ſuper cælos ſunt;* at in mnſſ. regijs καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ἄνω. legitur, quomodo & apud Theodoretum corrigendum cenſeo, qui Chryſoſtomum hoc loco videtur imitiari, dum quod ille de ſole hic, de luminarium igne illic dicit, καὶ ἐπὶ τῶν πεπηγότων ὑδάτων τὸ ἄπειρον τῶν φωστήρων ἐκέλευσε περιτρέχειν πῦρ. ὕδωρ δὲ καὶ πῦρ ἐναντία ἀλλήλοις. ἀλλ' ὅμως οὔτε τοῖς ὕδασι κατασβέννυται τὸ πῦρ, οὔτε τὸ πεπηγὸς ὕδωρ τῷ ἀπείρῳ πυρὶ κατατήκεται. *Et inter concretas aquas immenſum luminarium ignem iuſsit decurrere: aqua autem & ignis ſibi inuicem aduerſantur, ſed tamen neque ignis aqua extinguitur, neque concreta illa aqua immenſo igne conſumitur.* Interpres ὕδατα πεπηγότα verterat, *aquas in nubem concretas*, ſed aquæ nubium ſuper cælos non ſunt, nec animaduertit hanc fuiſſe Theo-

A doreti ſententiam, quæ fuit & Baſilij hom. 3. in Geneſim, & ex illo Ambroſij, Iuſtini in quæſtionibus quæſt. 93. ad orthod. Philonis & Ioſephi aquas eſſe veras ſuper cælum ſydereum in modum cryſtalli conglaciatas atque concretas ad immenſum ardorem ſyderum ſua refrigeratione mitigandum: vnde & Theodoretus ipſe qu. 11. in Geneſ. cælum idcirco vocatum eſſe vult στερέωμα, firmamentum, ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς ῥευστῆς τῶν ὑδάτων οὐσίας συνέστη, καὶ ἡ ῥευστὴ φύσις συμπαγεῖσα γέγονε καὶ στερεωθεῖσα, στερέωμα ὠνομάσθη. *Siquidem quum ex aquarum fluida ſubſtantia compoſitum ſit, & natura fluida condenſata & conſolidata fuerit, firmamentum nominatum eſt.*

Ibid. D. *Me non timebitis.*] Hierem. 5. 22. ἐμὲ οὐ φοβηθήσεσθε, τὸν τάξαντα ἄμμον ὅριον τῇ θαλάσσῃ, πρόσταγμα αἰώνιον, καὶ οὐχ ὑπερβήσεται αὐτό. *terminum mari præceptum ſempiternum, & non præteribit illud:* vt pſal. 148. 6. πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται. *præceptum poſuit & non præteribit.* Chryſoſtomus tamen verbum retulit ad τὸ ὅριον, vt & Theodoretus in Hieremiam ſcribens, ἡ μὲν γὰρ θά-

B λαττά φησι φυλάττει τοὺς ὅρους. ἔθηκα δὲ αὐτῇ ὅρους οὐκ ἀδαμάντινον τεῖχος, ἀλλὰ ψάμμον εὐδιάχυτον. ἀλλ' ὅμως κυκωμένη (emendo κυμαίνει) καὶ ταραττομένη οὐχ ὑπερβαίνει τοὺς ὅρους, ἀλλὰ τούτοις πλησιάζουσα εἰς τοὐπίσω χωρεῖ. *Nam mare quidem*, inquit, *terminos ſuos cuſtodit. terminos autem illi poſui nõ murum adamantinum, ſed arenam leuiſsimam: dum tamen exagitatur, & turbatur, non egreditur fines, ad quos dum propius accedit, retrorſum vergit.* Interpres in eodem ipſo libro mnſ. quo poſt illum vſi ſumus, emendari voluiſſe videtur κυμαίνει, quemadmodum & apud Homerum κυκᾶσθαι, de mari dicitur pro ταράττεσθαι, & apud Clement. 2. Strom. καὶ κυκῶσι ἀνθρώπων κῆρας. *hominumque corda exagitant.*

Ibid. col. 2. B. *Dum apparent ſolum: & nos igitur Dei gloriam enarremus.*] Hæc omnia Brixiani interpretationi deerant, quæ vera & genuina eſſe Chryſoſtomi ſenſa non omnium tantum codicum regiorum conſenſus, verum etiã ſimilis ille locus huiuſque germanus comprobat ho. de S. Iul. c. 1441. e. huius voluminis. c. *Et quemadmodum cæli non emiſſa voce Dei*

C *gloriam enarrant, ſed dum aſpectus ſplendore ſpectatorem in admirationem conditoris traducunt.*

Fol. 37. col. 1. A. *Rectè nos geramus.*] Brix. *ipſi emendemus:* quod immutauimus: licet enim hic τὸ κατόρθωμα, quod requiritur, ſit ipſa prauæ iurantiũ cõſuetudinis correctio, quam ob cauſam lin. 3. huius p. 131. reliquimus intactum illud, *totius correctionis*, τὸ παντὸς κατορθώματος. propriè tamen virtutis cuiuſuis rectè factum, vel officium, aut facinus ſucceſſu felici patratum, & κατορθοῦν eſt feliciter & proſperè rem gerere, & κατορθοῦν τὴν σωφροσύνην omnes partes temperantiæ implere, vt infra pag. 172. d. & contra Gentiles pag. 772. cap. κατορθοῦσθαι βούλονται τὰ πρὸς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων συντείνοντα. *Vt perfici modo velint, quæ ad ſalutem hominum ſpectant.* homil. 8. in Acta Apoſt. p. 507. d. συμβαίνει δὲ πολλάκις καὶ τὸ ἐναντίον ἅπαξ κατορθώσαντας, πάλιν ἀπὸ ῥαθυμίας τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν. *Contingit autem ſæpius contrarium,*

D *eos qui ſemel bene aliquid fecerint, in eadem peccata ex ignauia iterum relabi.* in Matth. homili. 11. pag. 109. a. ... *Quod ſi in domo ſæpius ab his irritatus cœperis obtinere, ne facilè ad iuramentum traharis: poteris facilè victor etiam in publico permanere.* homili. 5. de incomprehenſib. pagin. 390. cap. ... *Hæc eſt humilitas, ſi & excelſum per virtutum officia humilem per opinionem reddas.* & paulo ante in eadem pag. κἂν γὰρ πολλὰ ἔχῃς κατορθώματα. *Quamquam enim multa ex officio feceris.* Theodoretus contra Græcos lib. 5. p. 71. τὸν ὀρθὸν κατορθώσας βίον. *rectam vitam duxit.* Brixianus ipſe rectè interpretatus eſt pag. 203. d. ἂν τοῦτον κατορθώσητε τὸν νόμον. *Si hanc legem expedieritis, vel obſeruaueritis.* & pag. 164. c. ἵνα κατορθοῦντας στεφανώσῃ. *vt rectè agentes coronet.* ſed ſui ſtatim oblitus pag. 165. ὅταν γὰρ καὶ τὸ κατόρθωμα εὔκολον ᾖ. vertit, *Cum enim & correctio ſit facilis.* in quorum locum ſubiecimus,

bonum

A *bonum opus ſit facile*. Correctionem autem potius διόρθωσιν dicit Chryſoſtomus, vt pag. 172. c. edit. Græco-Latinæ, & tamen in eadem pag. *bonam operationem* vertit Brixianus, pro, *emēdationem*. pag. 131. b. ταχυτέραν γενέσθαι διόρθωσιν. *celerius fiat emendatio*. nonnunquã tamen & de correctione effertur hoc verbum, vt pa. 293. c. ἀλλὰ φίλους ἔχεις· τούτους κατόρθωσον. *ſaltem amicos habes, hos emenda*. ſæpius τὸ διορθοῦν vſurpat, vt ibidem, εἰ μὴ καὶ ἑτέρους διορθώσωμεν, niſi & alios correxerimus, & ἕως ἂν τὴν ψυχὴν διορθώσωμεν. Idcirco pluribus hæc monuimus quod plurimis in locis peccet in his noſter interpres, quæ notari omnia non potuerunt. Cæterum hic γράψον ἐπὶ τὸν τοῖχον verti etiam poſſet, *pinge ſuper parietem*: amat enim hac vti ſimilitudine picturæ noſter auctor, cum de rebus agit, quas memoriæ commendatas eſſe auditorum cupit, vt
B pag. 901. edit. Morelli d. ἐν τοῖς τοίχοις τῆς ἡμετέρας διανοίας ζωγραφήσωμεν τῶν μαρτύρων τὰς τιμωρίας. & p. 892. b. καθάπερ οἱ ζωγράφοι τὴν εἰκόνα γενομένην ἀμαυροτέραν ἀποσμήχουσιν.

Ibid. Col. 2. B. *Cœtu, anno*.] Pariſ. Gr. *cœtu anno, & horum æqualitate*. Baſ. Gel. *cœtu anno, & quatuor eius temporum*: ad verbum eſſet, *de quatuor tempeſtatum anni choro, deque illarum æqualitate*. vt pag. 129. d. τοσαύτη τῶν ὡρῶν ἡ τάξις, *tantus anni tempeſtatum, vel temporum ordo*. Theodoretus de curatione Græcorum lib. 3. pag. 66. καὶ αἱ τοῦ ἔτους ὧραι ἀλλήλας εὐρύθμως διαδέχονται καὶ τὴν ἰσότητα τιμῶσαι, τοῦ πλείονος οὐκ ἐφίενται. *Quatuor item anni tempeſtates commoda ſucceſſione ſe excipiunt, ac ſeruata inter ſe æqualitate, quod nimium ſit, minime appetunt*. χορὸν τῶν ὡρῶν appellat, quem Theophraſtus dicit τὴν ὡρῶν περίοδον, *circuitum quatuor anni tempeſtatum*. vt antea pag. 126. cum virgini-
C bus eas in gyrum ſaltantibus comparauit, & dies noctesque cum ſororibus, quæ paternam hæreditatem partitæ fuerint, quod etiam imitatus eſt Theodoretus l. 1. de prouidentia, καὶ ἔστιν ἰδεῖν αὐτὰς τινὰς ἀδελφὰς τὴν ἡμέραν φημὶ καὶ τὴν νύκτα παρ' ἀλλήλων διανεμομένας εἰς χρείαν ἀνθρώπων τὸν χρόνον καὶ πάλιν εὐγνωμόνως ἀποδιδούσας. *Et ſane diem ac noctem velut ſorores quaſdam videre eſt, quæ temporis ſpatia ad hominum vſus inuicem mutuantur & beneuole reddunt*.

Fol. 38. Col. 1. C. *Si enim nauigium*.] Supra Fol. 26. Col. 1. C. *Et ſicut ſi gubernatorem a naui ſeparaueris. &c.* & hom. 3. in Geneſim, καὶ ναῦς μὲν οὐκ ἂν ποτε δυνηθῇ κυβερνήτου χωρὶς τὰ τῆς θαλάττης κύματα διαδραμεῖν, οὐδὲ στρατιώτης ἐργάσεσθαί τι γενναῖον μὴ στρατηγοῦντος ἐφεστῶτος, οὐδὲ οἰκία συστάσης μὴ τοῦ ταύτην οἰκοδομήσαντος παρόντος· ὁ δὲ ἄπειρος οὗτος κόσμος ἁπλῶς, καὶ
D ὡς ἔτυχε φέρεσθαι δυνατὸς μὴ τινὸς ὄντος τοῦ συνέχοντος τὰ πάντα δυναμένου; *Et nauis nunquam poterit abſque gubernatore maris fluctus tranſire, & miles nihil ſtrenuum & egregium abſque præfecti ductu & auſpiciis gerit, & domus non extruitur, niſi ſit qui ædificet: mundus autem ille immenſus fortuito & temere ferri poterit, nullo exiſtente, qui omnia poſſit moderari?* Theodoretus Chryſoſtomum imitatus videtur lib. 1. de prouidentia. κυβερνᾷ γὰρ τὴν κτίσιν ὁ ποιητὴς, καὶ οὐ καταλείπει ἀκυβέρνητον ὃ πεποίηκε σκάφος, ἀλλὰ κατέχων διατελεῖ τὰ πηδάλια. *creaturam enim ipſe regit, nec nauim, quam ipſe conſtruxit regimine & gubernatore deſtitui patitur, ſed clauum quoque eiuſdem conſtanter tenet & regit*. & Chryſoſtomus fortaſſe Lactantium, cuius hæc ſunt lib. 3. c. 13. diui-
E nar. inſtitut. *Sic domus ab habitatore deſerta dilabitur, nauis ſine gubernatore abit peſſum, & corpus relictum ab anima defluit: nedum putemus tantam iſtam molem aut conſtrui ſine artifice, aut ſtare ſine rectore potuiſſe*.

Fol. 38. Col. 2. B. *Vilißima*.] τὰ εὐτελέστατα. A. τὰ ἀτελέστατα. *imperfecta*. F. 2. HN. 2. εὐτελέστερα. H. 1. 2. HN. 3. εὐτελέστατα. Idem homil. de ieiunio & lectione Geneſeos, quæ incipit. Iucundum nautis ver. *Conſidera qui erant, quibus hæc recitabatur epiſtola; nonne illis, qui educebantur ex Ægypto, vbi Dei cultum crocodilis haberi & canibus ac ſimiis viderant?* Clemens Alexand. lib. 3. pædagog. c. 2. ridens Ægyptiorum ſacra: οὐ γὰρ θεὸς ὁ ζητούμενος ἔνδον εὑρίσκεται, ἐφ' ὃν ἐσπεύσαμεν· ἀλλ' αἴλουρος ἢ κροκόδειλος, ἢ αὐτόχθων ὄφις, ἤ τι τοιοῦτον θηρίον. *neque enim inuenietur Deus, qui quærebatur, ad quem feſtinabamus, ſed felis vel crocodilus vel ſerpens indigena, vel aliqua eiuſmodi beſtia*. Theodoretus de curat. Græcar. affect. lib. 3. inter Ægyptios ait Mēdeſios hircum, Memphitas taurum, Lycopolitas lupum, Leontopolitas leonem, Cynopolitas canem, alios crocodilum diuinis honoribus coluiſſe, illiſque templa conſecraſſe.

Ibid. Col. 2. D. *Quod Epaphroditus*.] Br. *quod Epaphras ægrot.* & ita legebatur in HN. 2. 3. Ἐπαφρᾶς ἠσθένησε καὶ ἐπεχείρησε: ſed in aliis pluribus, vt apud Paulũ Ἐπαφρόδιτος. Epaphræ meminit Apoſtolus Coloſſenſ. 1. 7. *Sicut didiciſtis ex Epaphra chariſſimo conſeruo noſtro*. Similis huius loci vſus occurrit homil. 10. in 2. ad Timoth. pag. 1088. εἰ μὲν παθητὰ ἦν τὰ σώματα, αὐτοῖς ἂν ἀπεγράφετο ἅπαντα, καὶ ἀλλαχοῦ ὁρῶμεν αὐτὸν ἀλγοῦντα ἐπὶ ἀρρωστίᾳ. περὶ γὰρ Ἐπαφροδίτου ἔλεγε, καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ. ita legitur & apud Paulum, non vt hic in regiis mnſſ. θανάτου. *Nempe niſi eſſent ſubiecta paſſionibus corpora, illis omnia aſcriberentur. Et alio item loco videmus in aliena infirmitate mœrentem. Nam de Epaphrodito ait; Etenim infirmatus eſt vſque ad mortem*.

Fol. 39. Col. 1. A. *Cœlum velut teſtudinem*.] Apud S. Hieronymum in 40. Eſaiæ v. 22. hæc ita latinè efferuntur. *Qui ſtatuit quaſi cameram cœlum, & extendit quaſi tabernaculum ad habitãdum*. Ambroſius 1. in Hexaëmer. cap. 6. *Fecit Deus cœlum ſicut cameram, quod intra cœli ambitum vniuerſa claudantur; quæ vel in mari cernuntur vel terris*. Interpres Cyrilli Alexandrini, *Qui ſtatuit quaſi fornicem cœlum*. Procopij etiam interpreti fornicis vox placuit magis. Auctor quæſtionum apud Iuſtinum qu. 94. τῇ στερεώματος τὸν πόλον ἡ θεία γραφὴ παρείκασε ποτὲ τῷ περιφερεῖ τῆς καμάρας. *Firmamenti facturam ſacræ literæ nonnunquam rotunditati teſtudinis cameratæ aſſimilarunt*. Sed hic aduertendum non legi apud Eſaiam illa poſtrema, vt citat Chryſoſt. ſed καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖν. *& extendit quaſi tabernaculum ad habitandũ*, non vt interpres Procopij, *qui fecit quaſi tabernaculum*. vide hunc eundem locum inf. p. 156. a. & 345. d.

Ibid. B. *Quod lucidius*.] Locus eſt Eccleſiaſtici 17. 30. vbi tamen legitur in quibuſdã Lat. libris, *& hoc deficiet*. ad verbum è Græco eſſet, vt in Vaticana editum eſt. *& hoc deficit*. hom. 6. in Geneſ. μὴ σε ἀπατάτω ἡ θέα· ἐὰν γὰρ βουληθῇ ὁ δημιουργήσας προστάξαι, ὡς οὐδὲ γεγονὸς ἀφανισθήσεται. *Ne te decipiat*, inquit, *ſpectaculum. Nam ſi voluerit conditor imperare, quaſi nunquam fuerit, ita diſparebit*.

Ibid. D. *Cœlũ & terrã*.] Locus eſt Hierem. 23. v. 24. ſequens autẽ v. 23. in vulgata, *Putaſne Deus è vicino ego ſum?* ἐγγίζων *appropinquãs*. quomodo legitur & apud Theod. in Hieremiam, vbi interpres, *Deus propinquus* vertit, &, *Terram ego impleo*. καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ λέγει κύριος. εἰ τοίνυν πανταχοῦ πάρειμι, πῶς οἴονταί με οἱ ἄνθρωποι ἀγνοεῖν τι τῶν γιγνομένων. *& terram ego impleo, dicit dominus. Si igitur vbique præſens ſum, quo pacto arbitrantur homines ignorare me quippiam eorũ, quæ geruntur?*

Ibid. Col. 2. *Tranſibit conditionẽ*.] Brix. *tranſibit finem*. λῆξις quidem παρὰ τὸ λήγειν, τὸν παύειν ceſſationẽ ac finem ſonat, ſed & παρὰ τὸ λαχεῖν, ſiue λαγχάνειν ſortitionẽ & ſortẽ, ſiue quod ſorte obuenit, ſignificat, id eſt conditionem, portionem, κλῆρον καὶ μερίδα, vt homil. 24. in 1. Cor. pa. 536. τοὺς οὐρανοὺς ἐλπίζω ἀπολήψεσθαι, τὴν ἀθάνατον ζωὴν, τὴν ἀγγέλων λῆξιν, τὴν μετὰ Χριστοῦ ὁμιλίαν. *Spero me cœlos accepturum, vitam immortalem, angelorum conditionem, cum Chriſto conſuetudinem*. & homil. 42. pag. 705. in eandem epiſt. οὐ γὰρ τοῦτο θαυμαστὸν μόνον, ὅτι σήπεται πρῶτον τὰ σώματα, καὶ τότε ἀνίσταται οὐδὲ ὅτι ἐπὶ πολλῷ μείζονα λῆξιν μεταβαίνει. *Non eſt enim hoc ſolum mirabile, quod primũ putreſcunt corpora, & tunc reſurgunt, & quod ad longe meliorem tranſeunt conditionem*. & homil. 10. in 2. ad Corin. pag. 810. edit. Morelli, τότε μάλιστα χαρήσῃ, καὶ ἥξεις ἐπὶ βελτίονα λῆξιν. *tūc maxime gaudebis, atque ad meliorẽ regionẽ concedes*. Sic & in homil. de beato Philogonio p. 396. inf.

A πρὸ μακαρίαν καὶ ἀγήρω λῆξιν μέθίςη. aptius interpretabere, *ad hanc beatã & ſenij expertẽ conditionem tranſit.*

Ibid. Col. 2. *Incorruptibili veſci.*] interpres δίαιταν hic pro victu accepit, cum habitationem potius domiciliumque ſignificet: verte igitur, *decebat in creatura incorruptibili degere.* Vt apud Baſilium citatum in Concilio Epheſino Act. 1. pag. 357. edit. Vaticanæ, οὐ γὰρ τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων καὶ φυτὰ καὶ ἀςέρες. *Non enim quæ in aquis degunt, & quæ in terris animantes, non planta, non ſtella.* Zoſimus lib. 4. pag. 753. τούτοις ἐνδιαιτωμένοις ταῖς πόλεσι καὶ ἤδη ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζουσι. *His intra ciuitates degentibus, & ætatis iam maturitatem aſſequutis.* & hom. de ſanctis martyribus hic noſter inf. pag. 902. b. καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν ὅλων θεοῦ συνεχῶς ἡμῖν ἐνδιαιτωμένου. *atque in nobis Rex vniuerſorum Deus continue diuerſabitur.* Hinc deducta voce locus in quo habitatur, ἐνδιαίτημα dici-
B tur, vt à Dionyſio Halic. lib. 1. antiq. Rom. ἐνδιαίτημα δὲ ἀνθρώποις ὑπάρχειν ἄχαρι. *ſed ad degendam vitam ingratam eſſe hominibus.*

Fol. 40. Col. 1. B. *Et vos ipſos obſeruantes.*] Pariſ. Grom. *& nos aduertentes.* vnde ſuſpicor Brixianum ſcripſiſſe, *& non aduertentes.* Gelenium autem ſuſpicatum eſſe vitio typographi ſcriptũ eſſe *nos* pro *vos.* ideoque in Baſilienſi edidiſſe, *& vos ipſos obſeruantes.* at omnes mſſ. καὶ τοὺς μὴ προσέχοντας. *& eos qui ſibi non cauent, qui non abſtinent à iuramentis, ſed incauti vi conſuetudinis abrepti prolabuntur in peccatum. corrigite.* διορθοῦτε, vel vt in H. 2. HN. 3 legitur διορθοῦσθε.

Ibid. C. *Et ipſa tranſmutat.*] Locus eſt Amos 5. 8. ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων, καὶ ἐκτρέπων εἰς τὸ πρωὶ σκιάν. Quæ ita reddit S. Hieronymus: *Qui facit omnia & transformat, & conuertit in mane vmbrã.* & in Cõmen-
C tario, *Transformat autem Deus omnia, quando facit de terrenis cæleſtia.* Cyrillus Alexandr. ὅτι δὲ εἴκει καὶ αὐτῷ τῶν ςοιχείων ἡ φύσις, καὶ μεθίςαται τὰ ὄντα πρὸς τὸ αὐτῷ δοκοῦν. *cedereque illi naturam elementorum, & commutari res pro eius arbitratu demonſtrat.* vnde cõſtat perperam legi in Plantiniana edit. πάντα καὶ κατασκευάζων. *omnia, & fabricãs.* Chryſoſtomus cum addit αὐτά, vt ſæpe alij Patres ad ſenſum hoc citat, nõ ad verbum. Quæ ſequuntur alludunt ad illud 1. Reg. 2. 6. Dominus mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit. & 2. Corinth. 6. 9. vt caſtigati & nõ mortificati. In vno codice F. 1. legebatur, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς ὁ ποιῶν.

Ibid. Col. 2. A. *Cum ſilentio illi aſſederunt.*] Brix. *& ſilentioſe tradiderunt.* Cæterum Iob. 2. 13. legimus, καὶ καταπασάμενοι γῆν παρεκάθισαν αὐτῷ ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ
D ἑπτὰ νύκτας, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐλάλησεν. *Et aſpergentes terram aſſederunt ei ſeptem dies & ſeptem noctes, & nemo eorum loquutus eſt.* Hic locus Chryſoſtomi de amicis Iob excerptus fuit ab auctore Catenæ Græcorum in Iob, quam P. Paulus Comitolus, ordinis noſtri Theologus Latinitate donauit. Imitatus eſt autem hoc illorũ ſilentium ſanctiſſimus Epiſcopus Flauianus, cum legationem ſuam ad Theodoſium pro Antiochenis obiret, vt refertur inf. p. 252. d.

Fol. 41. Col. 1. A. *Ac diſceret.*] Poſſet etiam verti illud τί γέγονεν, *quid factus eſſet.* quod nimirum culpa ſua mortalis factus eſſet. Sic inferius pag. 154. c. ἐκ τίνος τίς ἐγένετο. *ex quo quis factus ſit.* Idcirco maiorem inuſtum dolorem Adamo fuiſſe dixit hoc vi-
E ſo mortui Abelis ſpectaculo, homil. in Geneſim 21. οὐ μόνον διὰ τὴν οἰκείαν παράβασιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τόλμημα τοῦ Κάϊν καὶ τὸ πένθος ἐκεῖνο τὸ ἀφόρητον, ὥσπερ ἴδε τοῖς οἰκείοις ὀφθαλμοῖς. οὔτε γὰρ τοῦ θανάτου ᾔδεισαν τὸ εἶδος, εἰ καὶ τὴν ἀπόφασιν ἐδέξαντο. *Non ob ſuam tantum tranſgreſſionem mœrebat, ſed & ob flagitium Cain, grauiſſimumque luctum illum, quem ſuis oculis vſurpauit: necdum enim mortis ſpeciem viderant, tametſi lata erat ſententia.*

Ibid. B. *Animal rationale.*] Similis eſt definitio apud Clementem Alexandr. 8. Stromatum pag. 330. τὸν ὅρον τοῦ ἀνθρώπου ἀποδιδόντων, ὅς ἐστι ζῶον θνητὸν, χερσαῖον, πεζὸν, λογικόν. *Efficimus hominis definitionem, quæ eſt, animal mortale, terreſtre, pedeſtre, rationis particeps.* Auguſtinus lib. 2. contra Academicos c. 11. *Ipſe homo à veteribus ſapientibus definitus eſt, Homo eſt animal rationale, mortale. Hic genere poſito, quod animal dictum eſt, videmus additas duas differentias.* Vna contentus fuit Porphyrius in Introductione, vbi definit hominem ζῶον λογικὸν, *animal rationis particeps.*

Ibid. *Sternent putredinem.*] Immutauimus vulgatę Latinæ verba quę vſurpauerat interpres, & ſubſtituimus hæc ex edit. Vaticana: ſiquidem in Plantiniana, & apud Leonem à Caſtro perperam verſum eſt, *ſubter te ſternent tineam*, non enim σῆτα dixit, ſed σῆψιν, neque vocem Hebræam qua vſus eſt Propheta, LXX. efferunt aliter quàm vel σαπρίαν, *putredinem*, vt Iob. 17. 14. vel σκώληκα, *vermem*, vt Exodi 26. 24. Malè rurſus in Plantiniana. καὶ τὸ κατάλειμμα, pro κατακάλυμμα, vt hic apud Chryſoſtomum, & exigunt Hebræa, operimentum. Vitioſè item ſcribitur in quibuſdam Bibliis, & hic in H. 2. κατάλυμα *habitaculum*, vnde apud Cyrillum legimus, *Tibi ſubſternent putredinem, & hoſpitium tuum vermis.* Tertia quoque lectio vitioſa, & ipſa reperitur apud Procopium in Eſaiam, καὶ τὰ καταλείμματά σου σκώληξ. *& reliquiæ tuæ vermis.* quod tanquam varia lectio in margine apud Cyrillum annotatum eſt.

Ibid. C. *Regẽ dico.*] πάλιν βασιλέως H N. 2. τοῦ βασιλέως, λέγω τῶν Τυρίων. F. 1. H. 2. τοῦ βασιλέως τῶν Ασσυρίων ταῦτα. mendoſe. nam Ezechielis 28. 1. Prophetæ denuntiat Deus, εἰπὲ τῷ ἄρχοντι Τύρου. *Dic principi Tyri.* & v. 9. σὺ δὲ εἶ ἄνθρωπος, καὶ οὐ θεός, ἐν χειρὶ τιτρωσκόντων σε. *Tu vero es homo & non Deus, in manu vulnerantium te.* verbum tamen Hebræum, חלל quo Propheta hic vtitur, propriè vulnerare ſignificat: LXX. τιτρωσκόντων dixerunt, vel vt in quibuſdam Bibliis legitur, ἐν πλήθει τραυματιζόντων σε. & ita legit Hieronymus, *In multitudine vulnerantium te.* Porro aliud ſimile verbum דקר quod iidem vertunt Prouer. 12. 19. τιτρώσκουσι, *vulnerant.* Hieremiæ 51. 4. exprimunt verbo, κατακεντεῖν. & Zachar. 12. 10. ἐπιβλέψονται πρός με, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. *Aſpicient ad me, in quem compunxerunt.* quo minus mirũ debet videri Chryſoſtomum ad ſenſum hunc locum citaſſe, non ad verbum, & pro ἐν χειρὶ τιτρωσκόντων σε dixiſſe, οἱ κατακεντήσαντές σε τοῦτο ἐροῦσι. Sic exponit & Prophetæ mentem Hieronymus, *Multis confodieris vulneribus, & vltra non dices, Deus ego ſum ſed doctus interitu hominem te eſſe cognoſces, non Deum.* & Theodoretus, *Tuas machinas deſtruent, atque ipſis rebus diſces incaſſum te hominibus perſuaſiſſe eſſe te Deum.*

Ibid. *Quod ſubſtantia Dei eſt.*] Idem docet homil. 2. in Acta Apoſt. pag. 465. ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς ἐκ τῆς οὐσίας θεοῦ εἶναί φασιν· ἀλλ᾽ ὅρα πόσα τὰ ἀσεβῆ καὶ ἀνόητα. *Etiam animas aiunt ex Dei ſubſtantia profectas eſſe;* aptius tamen ad verbum redderetur, *ex Dei ſubſtantia eſſe,* vt homil. 13. in Geneſ. ἐνταῦθα τινὲς τῶν ἀγνωμόνων τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς κινούμενοι, καὶ οὐδὲν θεοπρεπῶς ἐννοοῦντες, οὐδὲ τὴν συγκατάβασιν τῶν ῥημάτων λογιζόμενοι λέγειν ἐπιχειροῦσιν ὅτι ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας ἐστὶν ἡ ψυχή. *Hic inſenſatorum aliqui ſuis moti opinionibus, nihilque Deo dignum cogitantes, neque verborum cõdeſcenſionem animaduertentes, dicere audent animam ex Dei eſſentia eſſe.* Præclaros autem hos doctores indicat hom. 7. in 1. ad Corinth. pa. 383. καὶ γὰρ καὶ μετ᾽ ἐκεῖνο ἀγέννητον ἑαυτὴν ἔφησεν εἶναι, καὶ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ σαπροῦ στόματος τῶν Μανιχαίων, καὶ τοὺς θεοὺς τοὺς παρ᾽ Ἕλλησιν ἀπὸ τούτου τοῦ νοσήματος τῆς ὑποθέσεως ἀνέπλασε. *Nam etiam poſt illud ſeipſam dixit ingenitam & eſſe ex Dei eſſentia per putridum os Manichæorum: & Deos apud Gentiles hinc nato errore effinxit.* Ingenitam hic intellige increatam, & fortaſſe ſcribendum videri poſſet hoc loco ἀγένητον ſimplici ν non ἀγέννητον, quod hæc vox παρὰ τὸ γεννᾶν deducta, ſignificet quod generatum non eſt, hoc eſt per generationẽ non productum. illa vero παρὰ τὸ γίνεσθαι, quod non eſt creatum, nec vllam habet originem, vt in diſputationibus Patrum de Filij diuinitate & de conſubſtantiali περὶ τοῦ ὁμουσίου diſtingui hæc ſolent, ſed apud prophanos tamen confunduntur hæc duo, diciturque Deus γεννᾶν, hoc eſt creare, producere,

aut

A aut facere. Plutarchus lib. de animæ procreatione
pa.1016. ἀγένητον μὲν γὰρ ἀποφαίνει ψυχήν. *Ortus enim
expertem ait animam*. Iuſtinus in cohortatione ad
Græcos Pag.16. de Platone agens, εὑρίσκομεν γὰρ αὐ-
τὸν τὸν μὲν ἀγένητον ἀΐδιον εἶναι λέγοντα, τοὺς δὲ γενητούς
ἢ δημιουργητοὺς γενομένους καὶ ἀπολλυμένους. *Com-
periemus namque eum dicere ingenitum quidem ſempiter-
num eſſe: genitos autem ſeu conditos, naſcentes & diſper-
euntes.*

Ibid. col. 2. A. *Optimus artifex.*] H.2. HN.2.3. ὁ ἀρι-
στοτέχνης θεός. *optimus ac præſtantiſſimus artifex Deus.* &
ita legiſſe videtur interpres, itaque Deum appel-
lat non Gregorius tantum Nazianzenus, ſed &
Clemens Alexandr. in exhortat. ad Græcos, τῆς
ἀθανασίας ὑπόσχεσις μόνος ὁ τῶν ὅλων δημιουργός, ὁ ἀρι-
στοτέχνης πατήρ. *Quis immortalitatem promiſit? ſolus condi-
tor vniuerſorum, optimus artifex Pater.* & lib. 5. Strom.
Πίνδαρος ἅτε Πυθαγόρειος ὢν ἕνα τὸν τούτων δημιουρ-
B γὸν, ὃν ἀριστοτέχναν λέγει. *Pindarus, vt qui Pythagoreus eſ-
ſet, vnum eſſe vult horum opificem, quem præſtantiſſimum &
optimum artificem vocat.*

Ibid. B. *Suggrunda.*] οἰκίας γῦσος. Ita ſcripti qui-
dam, ſed emendatius in aliis, vt in F. 2. & A. γεῖσος
in F. 1. γεῖσος. in A. 1. γῦσος: plures tamen hanc
vltimam tuentur lectionem, aut γῦσος. vt in Va-
ticana edit. Ezechielis 43.13. καὶ γεῖσος ἐπὶ τὸ χεῖλος
κυκλόθεν σπιθαμῆς. In Plantiniana, καὶ γεῖσος. In qui-
buſdam libris, γῦσος, *& giſus per labium in circuitu
palmi vnius*. In quem locum ſcribens Hieronymus,
*Aquila, Symmachus & Theodotio poſuerant terminũ, LXX.
γῦσον interpretati ſunt. Cuius verbi non poſſum ſcire ratio-
nem, nec cuius lingua ſit dicere confidenter: niſi hoc admonere
lectorem, quod vbi nunc definitionem interpretatus ſum, infra
coronam tranſtulerim, quod in circuitu altaris repandum
fuerit labium & quaſi corona in modum lilij.* Nos vero
C ex Grammaticis Græcis diſcimus γεῖσον ſiue γεῖσ-
σον eſſe partem tecti prominentem, qua ſtillicidia
à parietibus arcentur, quam Latini ſuggrundam
vel ſuggrundium appellant, & apud Pollucem γεῖ-
σα ὀφρύων, proiectus ille frontis cui oculi ſubſũt, &
τὸ πρέχον ἐν ὑπερθύρῳ γεῖσος καὶ γείσωμα. *ſuperlimina-
ris pars prominens ſuggrunda & imbricamentum.* Hoc mu-
tuatus ab Ariſtotele videtur Chryſoſt. lib. 2. c. 15.
de partibus animalium, αἱ μὲν ὀφρύες τῶν καταβαινόν-
των ὑγρῶν ὅπως ἀποστέγωσιν οἷον γείσωμα τῶν ἀπὸ τῆς κε-
φαλῆς ὑγρῶν. αἱ δὲ βλεφαρίδες τῶν πρὸς τὰ ὄμματα
προσπιπτόντων ἕνεκεν οἷον τὰ χαρακώματα. *Supercilia vt
delabentes humores arceant, velut imbricamentum ſeu ſug-
grunda humoribus, qui è capite emanent: cilia vt contra inci-
dentia in oculos, quaſi vallum quoddam promineant.* Gre-
D gor. Nyſſenus apud Baſilium hom. 11. in Hexae-
meron. ὁμοῦ δὲ καὶ τὸν ἐκ τῶν πόνων ἱδρῶτα οὐκ ἐῶσιν
ἐπιρρέειν, καὶ κώλυμα γίνεσθαι, τὰς ὄψεις διὰ τοῦτο τειχί-
ζουσιν αἱ ὀφρύες. *Supercilia ſudorem ex labore contractum
non ſinunt influere oculis, nec illis eſſe impedimento: ſed hac de
cauſa quaſi muro quopiam eos communiunt.* Theodoretus
lib. 3. de prouidentia eadem comparatione tecti
vtitur, οἷόν τινα ὄροφον τῶν ἄνωθεν ἐκ τῶν νεφῶν βροχάς
λεπτάς τινας τὸν ἐκ τῶν μετώπων καταρρεόμενον ἱδρῶτα δε-
χομένας. *quaſi tectum quoddam, quod ſupernè delabentes plu-
uias arceat, tenues quoſdam pilos inſeuit qui à fronte defluen-
tem ſudorem excipiant.* Appellantur & capitella co-
lumnarum γεῖσος, vt Hieremiæ 52.22. in Plantinia-
E na, καὶ γῦσος ἐπ᾽ αὐτῆς χαλκοῦ. rectius in Vaticana,
καὶ γεῖσος ἐπ᾽ αὐτῆς χαλκοῦν. *Et giſum ſuper eas aneum.*
Etymologus, γίνεται παρὰ τὸ γῆ γεῖσα.

Fol. 42. Col. 1. A. *Vita firmitas.*] HN.2.3. αὐλῆς τὸ κῦ-
ρος. H. αὐλῆς τὸ κῦρ. Simile eſt illud de corde pa. 692.
Corde corrupto, quæ deinceps vtilitas in reliquo corpore? Ari-
ſtoteles lib. 3. de partibus animalium c. 3. καὶ ἡ μὲν
καρδία ἐν μέσῳ κεῖται, ἐν ᾗ τὴν ἀρχὴν φαμὲν τῆς ζωῆς καὶ
πάσης κινήσεως καὶ αἰσθήσεως. *Cor enim in medio ſitum eſt,
in quo principium vitæ omniſque motus & ſenſus eſſe cenſe-
mus.* Plinius li. 11. c. 37. *Cor primum naſcentibus formari
in vtero tradit, deinde cerebrum, ſicut tardiſſimè oculos: ſed
hæc primum emori, cor nouiſſimè, opertum firmo membranæ
inuolucro, munitum coſtarum & pectoris muro, vt pariat*

A *præcipuam vitæ cauſam & originem.*

Ibi. B. *Tolerantior.*] τλητικώτερος βοῦς HN. 1. 3.
πληκτικώτερον βοῦς. *maiorem ad ferendam vim habet*,
cuiuſmodi ſunt boues cornupetæ, vt Exodi 21.29.
Quod ſi bos cornupeta fuerit ab heri. ſed à LXX. dicitur
ταῦρος κερατιστής. aptius videtur commendari à to-
lerantia & patientia laboris, vt à Baſilio hom. 9. in
Hexaem. εὐσταθὴς μὲν γὰρ ὁ βοῦς, νωθὴς δὲ ὄνος. *Eſt enim
bos conſtans ſtrenuuſque: aſinus autẽ piger.* Euſtathius ve-
tus interpres vertit, *Boues graues ſunt & conſtantes, aſi-
ni hebetes.* Plinius lib. 8. c. 45. *Socium enim laboris agri-
que culturæ habemus hoc animal.*

Ibid. C. *Equos conſcendens.*] ὑποζεύξας, *curru ſubiun-
gens, ad currum iungens.* alludit enim ad eorem mo-
rem, qui deputatis ad curſum publicum iumentis
vtebantur, vnde vehicularis curſus appellaba-
tur, ab Auguſto inſtitutus, quod iunctis ad currum
equis mulis ve ferrentur. l. vlt. D. de muneribus &
B honoribus: Curioſi, qui curis agendis & euecti-
onibus curſus publici inſpiciendis operam da-
bant. l. vlt. Cod. de Curioſis, & Præfecti vehiculo-
rum. l. 4. in Cod. Theod. de curſu publico. *Pabula
quæ ad mutationes manſioneſque ſingulas animalibus curſui
publico deputatis ſolebant conuehi.* l. 9. de anno. & trib.
in Cod. Theod. Inde & nummi, cum hac inſcripti-
one, *Vehiculatione Italiæ remiſſa.* Eiuſmodi equos per
ſtationes diſpoſitos, ſiue ſtabularios publicis
ſumptibus ſuſtentatos mutilauit Conſtantinus, &
inutiles reddidit, ne quis fugientem ipſum perſe-
queretur, vt narrat Zoſimus lib. 2. τοὺς ἐν τοῖς σταθ-
μοῖς ἵππους κολούων καὶ ἀχρείους ἐῶν τοῖς ἑξῆς ἑστῶσιν
ἐχρῆτο. *& eis qui vlterius ſtabant vtebatur.* Cicero pro
Roſcio Amer. *Ameriam venit, ſex horis nocturnis ſex &
quinquaginta millia paſſuum Ciſiis peruolauit.* Diodorus
Sic. tanta celeritate præditas eſſe dromades came-
C los ait, vt paulo minus mille & quingentis ſtadiis
vno die conficiant. Iſidorus eas centum & ampli-
us milliaria vno die pergere. Plinius lib. 8. cap. 42.
*Sarmatas equis ſuis per centena millia & quinquaginta con-
tinuo curſu euntibus inſidere.* Idem docet lib. 2. cap. 23.
ſtadium centum viginti quinque noſtros efficere
paſſus, hoc eſt, pedes ſexcentos viginti quinque.
Suidæ vero ἑπτὰ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον. Stadia
ſeptem & ſemis vnum conficiunt milliare Itali-
cum. Rectius Iſidorus lib. 15. c. 16. Orig. *Stadium
octaua pars milliarium eſt conſtans paſſibus* 125. octo enim
in 125. ducta mille conficiunt: ergo duo ſtadiorum
millia ſi decurrat quis mutatis equis, ducenta
quinquaginta vno die milliaria peruolabit. addi-
D dimus enim ante è Græco Brix. textui, *vno die.* δρα-
μεῖται τῆς ἡμέρας. In quibuſdam tamen, vt in F.
2. & H. 1. 2. legebatur tantum χιλίους δυνήσεται
σταδίους ἀποδημῆσαι. *ad mille ſtadia peregrè proficiſci po-
terit.*

Col. 80. D. *Cœlum cœli ſup.*] Sic emendauimus pro
ſuperiorem: & ſane mirum tantum errorem Gele-
nium fugiſſe. τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ ἄνω appellat,
quem ὑπέρτερον. Theodoretus in pſal. 113. Cœlum
cœli domino. αὐτὸς μὲν γὰρ ἐνδιαίτημα ἔχει τὸν οὐρανὸν
οὐ τὸν ὁρώμενον τοῦτον, ἀλλὰ τὸν τούτου ὑπέρτερον, ὃν οἷόν
ὄροφον ἔχει, καθάπερ τοῦτον ἡμεῖς. *Ipſe enim cœlum domicili-
um habet, non hoc quod videtur, ſed illud quod iſto ſuperius
eſt, quod eius veluti tectum eſt, quemadmodum hoc noſtrum
eſt tectum.* Cœlum igitur intelligit, quod Empyre-
E um quidam vocant, vel ſydereo æthereoque ſupe-
rius, quodque alij tertium cœlum ab Apoſtolo
dici contendunt, vt primum ſit aereum, in quo
aues, vnde aues cœli, id eſt aeris, ſecundum in quo
ſtellæ, quod ſydereum vel firmamentum, terti-
um vbi ſedes beatorum.

Ibid. Col. 2. B. *Gallinæ.*] Brix. *aues & ſues.* ὄρνις pe-
culiariter de gallina dicitur, vt ho. 3. in epiſt. ad
Titum pag. 1709. οὐδὲν ὄρνιθος ἀκαθαρτότερον, σκώ-
ληκας γὰρ ἐσθίει. *Gallina nihil immundius, vermes enim
comedit.*

Col. 81. b. *Si ad iudicia.*] εἰ εἰς κρίσεις Tuetur lecti-
onem Vaticanam hic locus Chryſoſtomi, in qua

itidem ſcriptum eſt, Eſai.58.4. εἰ εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε, καὶ τύπτετε πυγμαῖς ταπεινόν. ἵνα τί μοι νηστεύετε, ὡς σήμερον ἀκουσθῆναι ἐν κραυγῇ τῆς φωνῆς ὑμῶν; *Si ad iudicia & iurgia ieiunatis, & percutitis pugnis humilẽ. Vt quid mihi ieiunatis, vt hodie audiatur in clamore vox veſtra?* verum in Plantiniana ſine coniunctione εἰ, legitur, εἰς κρίσιν, & in aliis Bibliis, εἰς κρίσεις καὶ μάχας. Apud Hieronymum *Ad iudicia & iurgia ieiunantes, & per p. h. Quid mihi ieiunatis, vt hodie audiatur in c. v. v.* Ambroſius de Helia & ieiunio cap. 10. *Ad ieiunia & rixas ieiunatis. Vt quid mihi tale ieiunium, ita vt audiatur in clam. v. v.* Eodemque modo legitur & apud Cyprianum 3. teſtimonior. c. 1. apud Procopium in Eſaiam, & apud Cyrillum, vbi tamen interpres malè coniunxit, *ſicut hodie*, cũ verbo *ieiunatis*, ſunt enim potius cum iis quæ ſequuntur copulanda. Hæc poſterior lectio magis cum Hebræo conuenit, quàm illa prior.

Ibid. D. *Studuiſtis.*] ἐσπουδάκατε. HN. 1. 3. ἐσπουδάκαμεν. *ſtuduimus.* ſed altera lectio verior. Paulo poſt B συμμορίας verterat Brixianus *collationes*, ſed cum adiũgatur ταῖς φρατρίαις, id eſt Curiis, quę propriè partes erant tribuum, ſumunturque pro ſodalitiis quibuſuis, aptius hic decurias vel claſſes accipimus, vt Athenis vocabantur decuriæ munera publica obeuntium, vel claſſes illæ, in quas diſtributi erãt ſexageni ciues ex illo numero mille ducentorum, qui pecunias conferebant, quoties reſpublica egebat: accommodatur etiam vox iſta ad factiones Senatorum ſignificandas, vt à Dionyſio Halic. lib. 6. καὶ διελόμενοι ἕκαστοι κατὰ συμμορίας οἱ τῶν οἰκείων διεκρίθησαν πρὸς τοὺς δημοτικούς, οἱ δὲ ἀριστοκρατικοί. *Patribus per partes capita conferentibus; alij enim plebi æquiores erant, alij ex optimatium factione.* Pæanius Metaphraſtes Eutropij partes Marianas ſequutus ducem dicit, τῆς συμμορίας Μαρίου ὄντα lib. 6. Theodoretus lib. 3. de Curat. Græcorum philoſophorum C collegia συμμορίας τῶν φιλοσόφων, & angelos alioſque cœleſtium ſpirituum ordine τὰς τῶν ἐπουρανίων συμμορίας appellat.

Fol. 44. Col. 1. A. *Et imitare.*] καὶ ζήλωσον. Ita ſcriptum eſt Prouerb. 6. 6. ſed additur ἰδὼν, vt & in HN. 3. ἰδὼν, & pro γενοῦ, γενοῦ. quo pacto & in H. 2. HN. 3. legebatur. Brixianus vulgatæ Latinæ verba vſurpauerat, *& conſidera vias eius, & diſce ſapientiam.* Reperitur & homil. 17. in Matth. hic locus pag. 181. καὶ πρὸς τὰ ἄλογα δὲ πέμπει πολλάκις οὕτω λέγων· ἴθι πρ. τ. μ. *Ad irrationalia quoque animalia homines ſæpè tranſmittit ac dicit, Vade ad formicam piger, & æmulare vias eius.* & hom. de Aſcenſione to. 3. καὶ ζήλωσον τὰς ὁδοὺς αὐτῆς, καὶ γενοῦ ἐκείνου σοφώτερος. μυρμήκων ἐγενόμεθα μαθηταί, οἱ κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ γενόμενοι, καὶ υἱοὶ ὑψίστου εἶναι κεκλημένοι. ἀλλ᾽ οὐχ ὁ ποιήσας αἴτιος, ἀλλ᾽ ἡμεῖς οἱ μὴ μείναντες ἐπὶ τῆς εἰκόνος. *& æmulare vias eius, atque illa eſto ſapientior. Formicarum facti ſumus diſcipuli, qui ad imaginem Dei facti, atque excelſi filij eſſe iuſſi ſumus; ſed non eſt in cauſa Creator, ſed nos ipſi, qui contempſimus in imagine perdurare.* Sic & apud Theodoretum l. 5. de prouidentia citatur Latinè hic locus.

Ibidem C. *Agri auicula.*] ἀγροῦ στρουθία. Suſtulimus diſtinctionem, quæ ſequebatur vocem ἀγροῦ in A. vt in Plantinianis & aliis vulgatis Bibliis, aberat autem à mſſ. & abeſſe debet, auctore Hieronymo, in hunc locum, *Pro eo quod nos poſuimus ciconiam, LXX. agri paſſeres interpretati ſunt.* Sic alibi beſtiæ agri ſyl- E ueſtres & feræ appellantur, vt Hierem. 27. 6. τὰ θηρία ἀγροῦ. & 18. 14. *de petra agri nix Libani.* & pſal. 102. 15. ὡσεὶ ἄνθος ἀγροῦ. *tanquam flos agri.* Theodoreti quoque interpres illa verba Hieremiæ ſic interpretatus eſt, χελιδὼν, ἀγροῦ στρουθία ἐφύλαξαν καιροὺς εἰσόδων αὐτῶν, *hirundo & agreſtes auiculæ cuſtodierunt tempora aduentus ſui*, vel *ingreſſuum ſuorum*, non enim vt hic ἔγνωσαν apud Prophetam legitur, ſed ἐφύλαξαν. In vno mſſ. HN. 2. ſcriptum reperimus, χελιδὼν, ἀγροῦ στρουθία, vt & apud Theodoretum lib. 5. de prouidentia pag. 104. *hirundo, ac paſſeres agri.*

Ibid. D. *Doloſa.*] Baſilius homil. 9. in Hexaem.

A ἀτιθάσευτος ὁ λύκος, δολερὰ ἡ ἀλώπηξ. δειλὸς ἡ ἔλαφος, ὁ μύρμηξ φιλόπονος. *Lupus miteſcere neſcit, vulpes ad dolos concinnandos ſagax, ceruus timidus, laborioſa formica.* Idem proprietates appellat, quę Chryſoſt. hic πλεονεκτήματα, cum in eadem homilia ſic ait, ἰδιώμασι δὲ διαφόροις ἕκαστον τῶν ζώων κέκριται. *Animalia namque ſingula diuerſis proprietatibus inter ſeſe variiſque diſtinguntur.* Propriè quidem πλεονέκτημα fraudationem ſonat, vel id quo fraudatur aliquis, vnde & apud LXX. pro auaritia ponitur, Eſaiæ 56. 11. ἕκαστος κατὰ τὸ ἑαυτοῦ πλεονέκτημα, *vnuſquiſque ſecundũ auaritiam ſuam.* apud Procopiũ Theodotio & Symmachus ἕκαστος εἰς τὴν πλεονεξίαν αὐτοῦ, *ad cupiditatem ſuam:* ſed & pro eminentibus proprietatibus ſumitur, proque eximiis dotibus, virtutibus, prærogatiuis, aut priuilegiis, vt apud Philonem τὰ φυσικὰ πλεονεκτήματα. Zoſimus lib. 1. ὅσα φύσει πρὸς τὴν αὐτοῦ πλεονεκτήματα τῇ τῆς ἐξουσίας ἄδειᾳ παρῆκεν. *quibus à natura præditus B eſſet eximiis dotibus, ipſa poteſtatis licentia prodidit.* Theodoretus li. 5. de prouidentia, ὁ τῆς τιμωρίας προμηθούμενος ὠφελείας ὁ ποιητὴς φυσικοῖς τισι πλεονεκτήμασι διεκόσμησε τῶν ἀλόγων τὰ γένη, ἵν᾽ ἔχῃς κἀντεῦθεν τὴν ὠφέλειαν καρποῦσθαι. *Tuæ igitur vtilitati proſpiciens rerum opifex naturalibus hiſce priuilegiis brutorum genera ornauit, vt ab iis quoque aliquam vtilitatem percipere poſſes.* Brixianus hic verterat, ἅπερ ἔχουσιν ἐν τῇ φύσει πλεονεκτήματα, *quot habent à natura exceſſus, hoc tu per liberum corrige arbitrium, &c. quod naturales brutorum nequitias tibi emendare conceſſit.* at hic non vitia, ſed virtutes doteſque ſubiicit imitandas.

Ibid. Col. 2. D. *A natura inditam.*] Brix. *& per ſe diſcibilẽ conſtituit bonorũ.* καὶ αὐτοδίδακτον ἐποίησε A. καὶ αὐτοδιδακτικὸν ἐποίησε HN. 1. καὶ αὐτοδίδακτον H. 1. 2. F. 2. HN. 2. 3. quæ lectio ceteris præferenda, cum & pa. ſeq. dicat 160. c. πῶς αὐτοδίδακτος ἦν ὁ ἄνθρωπος πρὸς C τὴν τῆς ἀρετῆς γνῶσιν, quod itẽ Brixianus verterat, *per ſe docilis erat homo*, pro, *à natura inſtitutus.* & 162. c. αὐτοδίδακτον ἔχοι νόμον. *per ſe diſci facilem*, immo, *à natura cognitam*, non *cognoſcendam.* & vt loquitur Baſilius ἀδίδακτον, homil. 9. in Hexaem. pag. 40. τοῖς ἀλόγοις ἐνυπάρχει ἀδίδακτος καὶ φυσικὴ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἐπιμέλεια. *rationis expertibus ineſt ſine doctrina quidem, quippe naturalis ſuæ vitæ diligentia atque cura.* & pag. 41. ὡς γὰρ οὐδεὶς ἡμᾶς λόγος διδάσκει τὴν νόσον μισεῖν, ἀλλ᾽ αὐτόματόν τι ἔχομεν τὴν πρὸς τὰ λυποῦντα διαβολήν, οὕτω καὶ ψυχῆς ἐστί τις ἀδίδακτος ἔγκλισις κακοῦ. vel potius, ἔκκλισις κακοῦ. ſic enim citatur in vulgatis lexicis, ex epiſt. Baſilij, quod Cicero 4. Tuſculan. dicit, *à malis natura declinamus. Vt enim*, inquit Baſil. *nulla oratio, nulla D doctrina vllius formula nos edocet morbum odiſſe, ſed ex nobiſmetipſis nos ea quæ dolorem efficiunt reprehendimus, & auerſamur: ſic & in anima quædam ineſt naturalis & citra doctrinam vllam euitatio mali.* & vt apud veterem interpretem Euſtathium legimus, *Animo naturale ſubeſt officium noxia declinare.* Clemens Alexandr. 3. pædagog. c. 8. οἱ μὲν διδαχθέντες ἐσώθησαν, οἱ δὲ αὐτοδίδακτοι ἐξήλωσαν καὶ ἐζήτησαν ἀρετήν. *Alij quidem docti ſunt ſeruati, alij vero ſua ſponte virtutem vel amplexati ſunt, vel quæſierunt.* Ipſe Chryſo. ſic exponit τὸ αὐτοδίδακτον νόμον. p. 162. A. *quod eam Deus naturæ inſeruerit.* & vt ait Cicero pro Milone *quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti ſumus.*

Fol 45. Col. 1. A. *De antegreſſis.*] Brix. *non de princi- E palibus erat.* οὐ τῶν προηγουμένων ἦν. Dicuntur autem προηγούμενα quæ præcedunt, vt τὸ προηγούμενον αἴτιον Ciceroni ad verbum eſt cauſa antegreſſa, & προηγούμενα σπέρματα primigenia ſemina Budæus appellat in Commentariis Gręcis, τὰ πρότερον φύσει ὄντα, quæ prius ſunt natura ἐν τοῖς προηγουμένοις cenſeri, quæ præeuntia & antegredientia, & πρεσβεύοντα præorſa ac primordia naturæ. Cum ergo de iis quæ à natura nobis erãt cognita & perſpecta, atque ipſius conſcientiæ lumine exactè explorata, id enim valet ἠκριβωμένων, videntur primigenia illa & omnibus priora præcepta dici, quæ ſolius naturæ ductu ſciebamus eſſe obſeruãda. Poſſunt tamen &

præci-

præcipua vocari, quod ea quæ primaria ſunt, cum A præire debeant, & ante omnia locum habere, προηγούμενα cenſeantur, & neceſſaria: quamobrem & paulo poſt ait Chryſoſtomus, αἱ δὲ ἀναγκαῖαι καὶ συνέχουσαι τὴν ζωήν. ſicut & Clemens Alexand. 6. Stromat. pag. 295. ὅτι ὁ γνωστικὸς ἡμῖν ἐν τοῖς κυριωτάτοις ἀεί ποτε διατρίβει. εἰ δέ που σχολὴ καὶ ἀνέσεως καιρὸς ἀπὸ τῶν προηγουμένων, καὶ Ἑλληνικῆς ἐφάπτεται φιλοσοφίας. *Qui eſt cognitione præditus apud nos, ſemper verſatur in iis, quæ ſunt præcipua: ſed ſi quando eſt ei otium, & tempus relaxandi animi, ab iis quæ ſunt præcipua, Græcam quoque attingit philoſophiam*. cui nonnulli nimis addicti προσανέχοντες σοφίσμασι τῶν ἀναγκαίων καὶ κυριωτάτων ἀπελείφθησαν. *diſcedunt ab iis quæ neceſſaria ſunt & præcipua.*

Fol. 45. Col. 1. A. *Sin autem aliquid mali ſe perpetraſſe non nouerat, qua de cauſa ſe occultauit.*] Hæc in interpretatione Brixiani deerant, quod in eo forte manuſcripto, quo vſus eſt, deſiderarentur: nec vero B aliam reddit cauſam, cur Adam & Eua ſe abſconderint perpetrato peccato homil. 17. in Geneſim, ὁ γὰρ ἀδέκαστος δικαστὴς τὸ συνειδὸς κατεξανιστάμενον λέγω, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ ἐβόα καὶ κατηγόρει, καὶ ἐδείκνυ, καὶ ὥσπερ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπεγράφεν αὐτοῖς τῶν ἁμαρτηθέντων τὸ μέγεθος. *Quippe iudex incorruptus, conſcientiam dico, quæ aduerſus hominem exurgit, clara voce exclamabat, accuſabat, indicabat & velut ante oculos peccatorum illis magnitudinẽ depingebat*. Sic reſtituendus eſt apud interpretem hic locus.

Ibid. B. *Vnde cognitio.*] ἀφ᾽ ἧς ἡ γνῶσις. Interpres legit, ἀφ᾽ ἧς ἡ γύμνωσις γέγονε. vertit enim, *vnde nuditas facta eſſet*, & ita legebatur in H. 2. F. 2. HN. 2. 3. ſed γνῶσις erat in A. F. 1. H. 1. eaque verior lectio videtur; non enim quærit dominus vnde nata ſit nuditas, ſed vnde parta cognitio nuditatis. *Quis indicauit tibi, quod nudus eſſes?*

Ibid. C. *Hominem vtriuſque.*] Interpr. *quod amborũ eſt C capax diſcendorum homo*. Atqui non hoc vult Chryſoſtomus, hominẽ ea diſcere potuiſſe, ſed iã ſciuiſſe, vt antea αὐτοδίδακτον, non *qui per ſe docilis erat*, ſed *qui iam edoctus*: neque vero ἐπιστημονικὸν dicitur tantum id quod ſcientiam efficit, ſed etiã id quod ſcientia præditum eſt, vt apud Clementem Alexandrinum 2. Stromat. pag. 151. σύστοιχος δὲ αὐτῇ ἡ κολαστικὴ τοῦ κατὰ τὰς κολάσεις μέτρου ἐπιστημονικὴ τις οὖσα. *Eiuſdem autem cum ea ordinis eſt puniens facultas, quæ tenet ſcientiam moderandarum caſtigationum.* vide infra pag. 171. a.

Ibid. D. *Maior eſt cauſa.*] interpr. *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear*: quæ ſunt verba vulgatæ Lat. ex Hebræo: at Ambroſius è Græco LXX. libr. 2. cap. 9. de Abel & Cain. *Maior cauſa mea eſt, quàm vt D dimittatur mihi.* Geneſ. 4. 13. Hieronymus epiſt. 125. *Maior eſt cauſa mea, quàm vt dimittar: id eſt, plus peccaui quàm vt merear abſolui.* Tertullianus aduerſus Iudæos ca. 5. *Maius delictum meum, quàm vt remittatur mihi.* αἰτία culpã vel crimen ſonat, nec ab iniquitate multum differt, & apud Theodoretum legitur μείζων ἡ ἁμαρτία. quæſt. 57. ſed multum intereſt, quomodo alterum illud latine reddas, τοῦ ἀφεθῆναί με. præſertim ſi cum Hieronymo vocem accipias hominis de ſua ſalute deſperantis, *Noluit*, inquit, *veniam deprecari, ſed peccatis peccata congeminans tantũ putauit neſcio, cui à domino non poſſet ignoſci.* Theodoretus vero, ἐλεγχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ δικαίου κριτοῦ ὡμολόγησεν ὑπὲρ συγγνώμην ἡμαρτηκέναι. *Conuictus à iuſto iudice confeſſus eſt ſe grauius peccaſſe, E quàm vt ipſi ignoſceretur.* At ſi vertas, *quàm vt veniã merear*, ſuã potius nequitiã, quàm Dei imbecillitatem indicabit Cain: nam ita ſentẽtia illius clarè exprimetur negantis à Deo peccatũ ſuũ dimitti poſſe, qui fuit illi cum Nouatianis communis error, vt plerique Patrum exponũt. Apud Chryſoſtom. homil. 19. in Geneſ. eadem ratione interpretandum eſt, *Maior eſt cauſa*, vel *culpa mea*, τοιοῦτον γάρ ἐστι, φησί, τὸ ἁμάρτημα τὸ παρ᾽ ἐμοῦ γεγονὸς ὡς μὴ δύνασθαι συγχώρησιν δέξασθαι. *Tale tantumque eſt*, inquit, *peccatum, quod commiſi, vt veniam non poſſit accipere.* Neque vero negat Chryſoſtomus illo loco veniam à Deo Cainum impetrare non potuiſſe, quantũ ad culpã vel pœnam æternã, ſed quantũ ad pœnam temporalẽ: idcirco enim ἄκαιρον τὴν ὁμολόγησιν intẽpeſtiuam illam confeſſionem fuiſſe dixit, quod poſt illatam pœnam, poſt latam ſententiã prodiiſſet, quæ profecto non æternã, ſed tẽporalem pœnã inflixerat.

Ibid. Col. 2. B. *Illis conſcientia.*] αὐτῶν τῆς συνειδήσεως. H. 1. HN. 1. 2. 3. αὐτοῖς τῆς συνειδήσεως. quo pacto & vulgatæ Latinæ auctor legiſſe videtur ad Rom. 2. 14. *Teſtimonũ reddente illis conſcientia*; & Chryſoſtomus ho. 5. in eandem epiſtolã p. 44. licet interpres verterit, *ſimul atteſtante ipſorum conſcientia.*

Ibid. D. *Sed etiam qui conſentiunt.*] καὶ συνευδοκοῦσι. Emendandum ex H. 2. HN. 3. & loco Apoſtoli ad Rom. 1. 32. καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. Et in interpretatione, *non ſolum ea faciunt, ſed etiam conſentiunt facientibus.* Eadem eſt interpretatio Brixij homil. 5. in epiſt. ad Rom. pag. 37. *Qui quum Dei iuſtitiam nouerint, nempe quod ij qui talia faciunt, digni ſunt morte; non ſolum ea faciunt, verum etiam iis aſſentiuntur, qui faciunt.* In vulgatæ vero Lat. textu, inſeruntur hæc verba, *non intellexerunt* quæ abſunt à nonnullis Patribus, vt à Cypriano epiſt. 68. vt Pamelius quidem reſtituit, & ab Origene in Commentario, ſic enim ait, *Qui cum cognouiſſent iuſtitiam Dei hanc eſſe, vt qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolum faciunt illa, ſed & conſentiunt facientibus.* Expungendũ enim eſt ex vtroque loco relatiuum, qui, vt ſtet ſententia, cum qua cõuenit, & expoſitio quam ſubiicit hic Chryſoſt. τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες. *Iuſtitiam Dei cognouiſſent. Et vnde ſciuerũt quod voluntas Dei eſt improbitate viuẽtes morte puniri?* addenda enim eſt vox *morte*, vt intelligamus τὸ δικαίωμα Paulum appellaſſe iuſtam Dei voluntatẽ, qua decernit, vt improbi morte mulctentur: quam licet nouerint iſti, tamen non ſolum eadem faciunt, ſed & facientibus conſentiunt.

Fol. 46. Col. 1. *Reuelationis iuſti.*] Additur in Græco particula καὶ, non hic ſolum, ſed & in hom. 5. in epiſt. ad Rom. pag. 40. & apud Theodoretum in ca. 2. *reuelationis & iuſti iudicij.* Additur & in quibuſdam noui teſtament. Græci exemplaribus, apud Baſilium in Moralibus, & in Scholiis Græcis in epiſtolas Pauli: omittenda tamen videtur vt ab interprete vulgatæ omiſſa eſt, & ab Origene lib. 2. in epiſt. ad Rom. & ab Auguſtino lib 1. de Ciuitate Dei cap. 8. & lib. 5. contra Iulianum cap. 3.

Col. 87. d. *Exaudiſtis.*) εἰσηκούσατε. HN. εἰσηκούσατέ μου. vt apud Hieremiam adiitur pronomen c. 7. v. 25. vbi paulo aliter ſe habet hic locus: καὶ ἐξαπέστειλα πρὸς ὑμᾶς πάντας τοὺς δούλους μου τοὺς προφήτας ἡμέρας καὶ ὄρθρου, καὶ ἀπέστειλα, καὶ οὐκ εἰσηκούσατέ μου. *Et miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas die, & diluculo, & miſi, & non exaudierunt me.* Vulgata Lat. *conſurgens diluculo & mittens*. ſed non ex hoc capite ad marginem notato deſumpſit verba Chryſoſtomus, verũ ex 19. v. 19. λέγει κύριος ἃ ἀπέστειλα πρὸς αὐτοὺς διὰ τοὺς δούλους μου τοὺς προφήτας ὀρθρίζων καὶ ἀποστέλλων καὶ οὐκ ἠκούσατε λέγει κύριος. *Dicit Dominus, quæ miſi ad eos per ſeruos meos prophetas manè ſurgens, & mittens, & non exaudiſtis, dicit Dominus.* In quem locum Theodoretus, διὰ τοῦ ὀρθρίζων, τὸ ἐπιμελὲς δεδήλωκεν. οὐ γὰρ πάρεργον εἶχε τοῦτο, καὶ λίαν σπουδαίαν αὐτῶν ἐποιούμην φροντίδα. *Per hoc diluculo conſurgens, declarauit diligentiã, non enim velut acceſſorium habebat illud: & curam eorum valde ſtudioſam gerebam*. & in alterum ſimilem huic c. 7. locũ, ἐπιδείκνυσι δὲ καὶ τὴν οἰκείαν κηδεμονίαν. οὐ γὰρ διέλιπον φησί διηνεκῶς αὐτοῖς διὰ τῶν προφητῶν διαλεγόμενος, καὶ τὰ κρείττω προξενῶν, καὶ διέμειναν ἀντιλέγοντες, καὶ χείρους ἐγένοντο τῶν πατέρων, οἳ ἐκείνοις ἀντιλέγουσι λόγοις. emendandum puto ἐκείνοις ἀντιλ. *Declarat autem & ſuam, quam de illis gerebat ſollicitudinem. Non deſii enim ait, continenter alloqui eos per prophetas, & quæ meliora ſunt admonere: & perſeuerarunt contradicere: peioreſque facti ſunt patribus eorum, qui contradicentibus ſermonibus irritabant.* vſi ſunt hoc verbo LXX. 4. Reg. 6. 11. καὶ ἐξεκινήθη ἡ ψυχὴ βασιλέως. *& emota eſt anima Regis.*

Fol. 46. col. 1. D. *Negotiatione.*] Bri. *operatione*: at hic de lucro agitur, & quæſtu numulariorũ. Ita poſtea,

πρὸς τὸν ἐργαζόμενον, *operāti* pro, *ei qui negotiatus erat.* Acto.19.19. ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε. *quaſtum magnum præſtabat.* Luc 19.16. προσειργάσατο δέκα μνᾶς. *decem mnas acquiſiuit*, vel *lucrifecit.*

Fol.47.Col.1.A. *Arcebāt.*] ἐρρόβουν. Corrigendum ex mnſſ. ἐρρόβ. οἱ στρατ. πάντας. ſed interpres legiſſe videtur ἐπέβουν, *arcebant, ſummouebant.*

Ibid.D. *Pro facultatibus ſ.*]Hæc in interpretatione deerant, & in Græcis correximus, quod deerat in A. & H.2. εἰς αὐλὴν, ex mſſ. HN. 3. εἰς αὐλὴν, paulo poſt, ἰδίου ἔρανον. Brix. *miſericordiæ quaſtū* verterat eam vocem, quæ collationem vel collectam eleemoſynæ potius, aut ſymbolum collatitiæ pecuniæ ſonat, vt apud Demoſthenem, ἔρανον εἰς τὰ λύτρα εἰσΐίσω. *collationem conferam in redemptionem amici.* Ibidem εὐγένεια, interpreti erat, generoſitas, nobilitatem ſubſtituimus, & φίλων προστασία, melius, *amicorum patrocinium*, diceretur.

Ibid.Col.2.C. *Proſcriptionis tabulas.*] Atqui celebrioribus potius in locis vrbis proſcriptionis tabulæ vel libelli proponebantur, Græcè σήμαντρα appellat, quæ Latini ſigna, ſigilla, vel ſignacula: ſigna enim in annulis χαρακτῆρα habentibus imprimebantur in re teſtamentaria & aliis tabulis, aut promptuariis. Sic Theodoretus orat.5. de prouidentia, ὥσπερ τινὶ θησαυρῷ σήμαντρα καὶ σφραγῖδας ἐπιβάλλουσι, καὶ οἷόν τινα δασμὸν καὶ φόρον διηνεκῶς τοῖς ἀνθρώποις χορηγοῦσι. *tanquā theſauro ſignacula & ſigilla imprimūt, illamq; hominib. ceu regibus ſuis inſtar tributi & vectigalis aſſiduè perſoluunt.* Sed cum domus aut prædia fiſco erant addenda, & in corpus fiſci redigenda, vt loquuntur Iuriſconſulti, ſolebant illis imponi tituli, & ſigna imprimi ſolemniter ex diſpoſitione Comitis rerum priuatarum, vt conſtat ex l. 3 Cod. de bonis vacantibus, & de incorporatione, & l.1. Cod. vt nemini liceat ſine iudicis auctoritate ſigna rebus imponere alienis. *Sæpè reſcriptum eſt*, ait Imperator, *ante ſententiam ſigna rebus, quas aliquis tenebat, imprimi nō oportere.* Nouella 60. θεσπίζομεν εἴ τις σήμαντρα κατ' οἰκείαν αὐθεντίαν ἐπιτιθέναι τολμώη, μὴ πρότερον ψήφου καὶ τάξεως νομίμως φυλαχθείσης. *Sancimus ſi quis ſignacula per propriam poteſtatem imponere præſumat, non prius decreto & officio legali ſeruato.* Theodoricus rex apud Caſſiodorum: *Caſas eius appoſitis titulis fiſci noſtri iuribus vindicabis.* Gregorius magnus ad Conſtantiam Auguſtam libr.4. epiſt. queritur de Stephano chartulario, quod nomine fiſci publicos titulos affingere præſumpſerit. Auguſtinus in pſalm.21. *Ne domum ipſius inuadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis.* Ambroſius denique epiſt.33. regias ait ſuſpendi cortinas ſeu regia vela, de quibus libr.2. Codicis tit. *Vt nemo priuatus titulos prædiis ſuis vel alienis imponat, vel regia ſuſpendat.* Hic igitur vertendū ad verbū fuit apud Chryſoſtom. *Et poſſeſſiones publicabant, & in omnium foribus ſignacula cernere licebat.*

Idid. *Illud vxoris Iob.*] Hæc verba ca.2. Iob reperiuntur in iis verſibus, qui abſūt ab Hebræo, & Græcè tantum extant, ideoque in Plantiniana edit. omiſſi ſunt, κἀγὼ πλανωμένη καὶ λάτρις τόπον ἐκ τόπου καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας περιερχομένη. *Et ego errans, & ancilla, locum ex loco, & domum è domo circumuiens.* In Vaticana participium περιερχομένη, quibuſdā in libris reperiri annotatum eſt, quibus hic fauet locus, & ille Catenę Gręcorum in Iob, ex Chryſoſt. τόπον ἐκ τόπου περιερχομένη καὶ οἰκίας ἐξ οἰκ. οὐ προσαιτοῦσα μόνον, ἀλλὰ καὶ πλανωμένη, καὶ δουλεύουσα δουλείαν ξένην καὶ καινὴν πανταχοῦ περιϊοῦσα, καὶ τὰ σύμβολα τῆς συμφορᾶς περιφέρουσα, καὶ πᾶσιν διδάσκουσα τὰ ἐμὰ κακά. *Nec ſtipem modo cogo, verum etiam oberro, ac nouam inuſitatamque ſeruio ſeruitutem, omnia loca circumcurſans, ac notas circumferens calamitatis, cunctiſque mea mala oſtentans.*

Fol.48.Col.1.B. *Per hoc quidem.*] διὰ μὲν τοῦτο. Hæc vſque ad illud. μετὰ τῆς ὕβρεως ποθῆναι, quæ aberant ad A. ſuppleuimus ex mnſſ. regiis quinque. Poſtremo ſub finem pag. διόρθωσιν, verterat interpres, *bonam operationem*, quaſi eſſet τὸ κατόρθωμα, vt & pag.172.b. nos *emendationem* ſubſtituimus, vt alibi paſſim διορθώσεως nomine mutationem in melius deſignat, p. 131.b. 293.c. aliquando tamen hac voce rectam quamuis operationem videtur innuere, dum poſtea τὴν ἐργασίαν ſimpliciter appellat. 172.c. καὶ τὸ σωφροσύνην κατορθῶσαι in exemplum affert.

Ibid.C. *Infeſtam autem.*] Interpr. *impugnari autem ſineres improbitate.* At non impugnari, ſed impugnare potius vult eam animæ partem, quæ ſemper vitiis aduerſatur, & συντήρησις dicitur homil.54. in Geneſim, ἀρκοῦν γὰρ ἔχομεν διδάσκαλον τὸ συνειδὸς, καὶ οὐχ οἷόν τι ἐστὶν ἀποστερηθῆναι τῆς οἴκοθεν βοηθείας. καὶ γὰρ ἅμα τῇ πλάσει τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἡ γνῶσις τῶν πρακτέων ἐναπετέθη. *Sufficientem enim magiſtrum habemus conſcientiam: & fieri non poteſt, vt quis illo adiumento priuetur. Nam ſimul cum formatione hominis, inſita eſt ſcientia faciendorum, & non faciendorum.* & homil. 5. καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, ἣν περὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐπεδείξατο, τὸ ἑκάστῳ ἡμῶν ἐνθεῖναι κριτήριον ἀδέκαστον τὸ συνειδὸς ἔχον ἀκριβῆ τὴν διάγνωσιν τῶν καλῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων. *Atque hoc eſt diuina miſericordia, qua hominum generi conceſſit, vt vnicuique noſtrum inſitum ſit indeprauabile iudicium conſcientia, quæ res bonas & eas quæ non ſunt eiuſmodi poteſt exactè dignoſcere.*

Fol.49. Col.1.B. *Non permiſit.*] Quaſi legiſſet interpres οὐκ ἀφῆκε, vel ἀφῆκε, nō εἶπε & ἰδιώτης, non ἰδίως. quod ad verbum reddas, *dixit ad ſuos adiuuandos nihil impetraturos.* In eandem ſententiam citat hunc Hieremiæ 15.1. & ſimilē Ezechielis 14. locum homil.1. in epiſt. ad Theſſalonicen. pag.1414. οὐ καταφρονῶν σε. ἀλλὰ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν τὰς πολλὰς οὐ δέχομαι τὴν ἱκετηρίαν. ἐὰν οὗτοι στῶσιν, οὐδὲν ἀνύσουσι. *Non ipſum contemnens, ſed propter multa eorum peccata non acceptam habet ſupplicationem. Si iſti ergo ſteterint, nihil proficient.* Eadem ferè Theodoretus in Hierem. μὴ νόμιζε γὰρ φησὶν ὅτι σοῦ καταφρονῶν τὴν πρεσβείαν οὐ δέχομαι· οὐδὲ γὰρ ἐκείνοις ἂν ἐπείσθην ἀντιβολοῦσιν, οἳ τοσαῦτα εἰργάσαντο θαύματα. *Ne putes, inquit, quod per tui contemptum ſupplicationem non ſuſceperim: quia neque his acquieuiſſem ſupplicantibus, qui tanta ediderunt miracula.*

Ibid.C. *Conſictis rumoribus trem.*] Conueniebat regius codex HN. 1. cum A. ſed in aliis multo plura complectebatur huius orationis ὑπόθεσις, ſiue inſcriptio, cum quibus & Brixiani contulimus interpretationem nonnullis additis. Græci ſcribunt Ἰεφθαὶ, vel Ἰεφθάε, vel Ἰεφθάε. Iudicum 11.1. vnde illud Hiepthe apud interpretem, vel potius Hiephthe. In Vaticana Iephthæ Galaadites. in Plantiniana Iephthae. Apud Hieronymū in Iouinianum, & Auguſtinū 1. de Ciuitate Dei c.21. Iepte, apud Ambroſium 3. Officiorum, & lib. de virginibus, Iephthe. Ex Hebręo Pagninus, Iphtach. In vulgata Plātiniana Iephte, in Romana nouiſsima Iephte, quę varietas obſeruanda eſt, ne quis ob διχογραφίαν eiuſmodi perſonas eſſe diuerſas ſuſpicetur. Ad extremum addebatur eidem huic inſcriptioni in A. & H.1. καὶ περὶ τῆς τῶν ὅρκων ἀποχῆς παραίνεσις. *& exhortatio ad abſtinendum à iuramentis.*

Ibid.Col.2.A. *Sed bonam ſpem.*] interpr. *ſed bonā ſpem teneamus, illud intra nos ratiocinantes.* Legit nimirum vt A.F.1. habuerūt, χρηστὰς ἔχωμεν τὰς ἐλπ. πρὸς ἑαυτοὺς λογιζόμενοι. lectionem editam exprimunt H.2. HN. 1.2.3. F.2.

Fol.50.Col.1.B. *Iudæos cum inuaſiſſent.*] Interpr. *Hoſtes aliquando Iudæorum aggreſſi Ionatha, & hos quidē trucidante, illos v.i.f. conuertente:* quaſi nimirum legiſſet, ἐπελθόντος τοῖς πολεμίοις τῶν Ἰουδαίων τοῦ Ἰωνάθαν. Atquin 1. Reg.13.5. οἱ ἀλλόφυλοι συνάγονται εἰς πόλεμον ἐπὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἀναβαίνουσιν ἐπὶ Ἰσραὴλ τριάκοντα χιλιάδες ἁρμάτων, καὶ ἓξ χιλιάδες ἱππέων. *Alienigenæ cōgregātur ad bellū ſuper Iſrael, & aſcendunt ſuper Iſrael triginta millia curruum, & ſex millia curruum, & ſex millia equitum.* & c. 14. καὶ ἀνέβη Ἰωνάθαν ἐπὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ὁ αἴρων τὰ σκεύη αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξεν αὐτούς. *Et aſcendit Ionathan ſuper manus ſuas, & portans vaſa eius cum eo, & percuſſit eos.*

Fol.51.Col.1.B. *Adiurans adiur.*] interpr. *Iurans adiurauit.* ὁρκίζειν eſt non ſolum ad iuſiurandum adigere,

A ſtere, ſed etiam iuramento obſtringere. Eſt enim duplex adiurationis genus, quo per obteſtationem diuini numinis alium inducimus ad aliquid agendum: vnum fit in eos qui ſub imperio noſtro non ſunt, aut etiam nobis ſuperiores ſunt, eoſque adiuramus rogantes vt facere velint. ſic dæmones Chriſtum adiurabant, Marc.5. *Adiuro te per Deum ne me torqueas.* Alterum fit cum non deprecando, ſed iubẽdo aliquid fieri curamus addita rei diuinæ obteſtatione, vt hic Saul populum ad ieiunium obſtrinxit, vt obſeruat Ben. Pererius noſter 2. diſputat. in cap.24. in Geneſ. & Lyranus in hunc locum, *Præcepit Saul ſub pœna mortis, vt nullus de populo ſuo aliquid guſtaret, donec inimicos percuſſiſſet, & obſeruationem præcepti iuramento firmauit.* Tertullianus aduerſus Pſychicos, cap.10. *Deus præſtitit auctoritatem edicto ſtationis illius*, id eſt ieiunij. Theodoretus quæſt.32. in lib. Reg. *Si ſtultè*

B *ſubiecit Saul anathemati, cur nam Deus confirmauit anathematiſmũ? Primum quidem eum arguit qui præter rationem eſſet execratus.* Execratio ſiue maledictio exprimitur 1. Reg.14. v.24. καὶ ἀρᾶται τῷ λαῷ λέγων· ἐπικατάρατος ὁ ἄνθρωπος ὃς φάγεται ἄρτον ἕως ἑσπέρας. *Et maledictio aſtringit populum dicens: Maledictus homo, qui comedet panem vſque ad veſperam.* Porro in pleriſque iuramentis vel inchoabatur vel finiebatur execratione ſermo, vt in ſacris, ita & apud prophanos 1. Reg. 14.44. *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat.* hoc eſt, his vel illis malis me opprimat. Feſtus lib.11, *Iouem Lapidem iuraturi his verbis vtuntur, Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua Vrbe bonis eiiciat.* Plutarchus in Sylla, ἐπαρασάμενος μὴ φυλάττοντι ἐκπεσεῖν τῆς πόλεως. *Imprecatus non ſeruanti, vt ex vrbe eiiceretur.*

C Ibid. C *Inexpugnabilis.*] ἀκαταμάχητον. A. ἄμαχον. Sapient.5.20. λήψεται ἀσπίδα ἀκαταμάχητον ὁσιότητα. *Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatem.* Citatur & ex eodem Chryſoſtomo, προσευχὴν ἄμαχον ὅπλον. *inexpugnabile genus armorum eſſe precationem.* Hiſtoria Madianitarum, qui peccato maxime Iudæos expugnare conati ſunt, ſcripta eſt Numer.25.6. In eandẽ ſententiam coram Holoferne diſſeruit de bellis Iudæorum Achior dux filiorum Ammon, Iudith.5. verſ.24. *Perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorum in conſpectu Dei eorum, & aſcendamus ad illos.*

Ibid. D. *Ne diſcas.*] Locus eſt Eccleſiaſtici 9. v.8. quem vulgata ſic effert, *Ne circumſpicias ſpeciem alienam.* & v.3. *Ne reſpicias mulierem multiuolam: ne forte incidas in laqueos illius.* annotatum erat hic antea Prouerb.5.a. ſed illic tantum legitur, μὴ πολὺς ἴσθι πρὸς ἀλλοτρίαν. *Ne multus ſis ad alienam.*

D Ibid. Col.2. A. *Bibe aquas.*] Ex eodem Prouerbior. libro cap.5. v.15. vnde ex mſſ. regiis addidimus Α. ἀγγείων καὶ ἀπὸ σῶν. citatur, & ab Ambroſio cum altero eiuſdem capitis v.19. libr.1. cap.6. de Iacob & vita beata, *Ceruus amicitiæ & pullus equi gratiarum conuerſetur tecum. Bibe aquam de tuis vaſis. Vtere interno bono tuo, bona virtutum amicitia, & ſummi boni charitas.* & libr. de Iſaac cap.26. declinandam eſſe ſpeciem ſæcularis illecebræ hinc admonet, & libr.3. offic. cap.1. *de puteorum tuorum fontibus, hoc eſt tuo conſilio vtere.* Baſilius in pſalm.114. ἀφορμὰς περισκόπει, μὴ ἐπ' ἀλλοτρίας πηγὰς βάδιζε. *proprias conſidera facultates, ac ſubſidia vitæ, nec ad alienos fontes propera.* Chryſoſtomus in pſalmum 9. *Hic quidem loquitur de vxore, vt ea fruamur cum*

E *temperantia, fontem vocans eam & ceruam propter puritatem congreſſus coniugalis.*

Fol 51. Col.2. B. *In manus meas.*] εἰς τὰς χεῖράς μου. 1. Reg.14.37. εἰς χεῖρας Ἰσραήλ. *Si trades eos in manus Iſrael.* & προσαγάγετε ἐνταῦθα πάσας τὰς γωνίας τοῦ Ἰσραήλ. *Adducite huc omnes angulos Iſrael.* Vulgata Lat. *Applicate huc vniuerſos angulos populi*, non vt hic Chryſoſt. προσαγάγετε τὰς φυλὰς τοῦ λαοῦ. *Adducite tribus populi.* Pagninus ex Hebræo, *Accedite huc omnes anguli populi.* Lyranus, *id eſt totum populum ab extremitatibus caſtrorum*: quod minus placet, quam quod alij ex Hebræis proferunt; angulos dici primos in populo, qui ſunt in ciuitatibus, quod angulus in pariete. vox Hebræa פנות propriè angulos ſignificat, itemque turres munitas, & ſumitur tertio loco pro principibus & capitibus familiarum, vnde cum in Scriptura conuocandæ ſunt tribus, earum principes accerſuntur. Itaque vbi vulgata reddidit Eſaiæ 19.13. *Deceperunt Ægyptum angulum populorum eius.* LXX. dixerunt, καὶ πλανήσουσι Αἴγυπτον κατὰ φυλάς. *Et decipient Ægyptum per tribus.* & Iudicum 20.2. *omneſque anguli populorum, & cunctæ tribus Iſrael in Eccleſiam populi Dei conuenerunt.* Græcè eſt, καὶ ἐστάθησαν κατὰ πρόσωπον κυρίου πᾶσαι αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ. *Et ſteterunt ad faciem domini omnes tribus Iſrael in Eccleſia populi Dei.*

Ibid. C. *Præoccupauit.*] προκατέλαβε. HN.3. προκατέβαλεν. Sic ho.38. in 1. ad Cor. p.663. οὐ μικρὰν καὶ ἐντεῦθεν προκατεβάλλετο τῶν λεγομένων τὴν ἀπόδειξιν. *hinc non paruam præſtruxit demonſtrationem eorum, quæ dicuntur.* & p.664. καὶ μεγάλην τινὰ κρηπῖδα, καὶ θεμέλιον ἀῤῥαγῆ προκαταβαλλόμενος τοῦ περὶ ἀναστάσεως λόγου. *magnumque, firmum ac ſtabile fundamentum prius iacient eius, quod eſt dicendum de reſurrectione*: ſed verior tamen lectio H.2. προκατέλαβε, quam & Brixianus expreſſit, vt apud Zoſimum lib.2. hiſt. προκαταλαβούσης Φαύστης τὸ ἐγχείρημα αὐτοῦ. *Quod Fauſta conatum eius anteuertiſſet.*

Ibid. D. *Et ſorte examinantur.*] κατακληροῦνται. vel, *ſorte deprehenduntur.* Interpres, *& ſorte deprehenditur*; legerat quippe κατακληροῦται, vt erat in H.1.2. F.2. HN.1.3. κατακληροῦται. apud LXX. ſcriptum eſt, καὶ κληροῦται Ἰωνάθαν καὶ Σαούλ. *Et ſorte capitur Ionathan & Saul, ſorte leguntur Ionatham & Saul*, hoc eſt, cum eſſet miſſa ſors in omnes tribus Iſrael, cecidit ſors ſuper tribum Beniamin, & cum in cognationes aut familias tribus Beniamin, cecidit ſors ſuper familiam Saulis, in qua duo erant capita, ita vt reliquæ tribus & cognationes exemptæ viderentur, vnde illa verba quæ ſequuntur, καὶ ὁ λαὸς ἐξῆλθε, *& populus egreſſus eſt*, vertit, *& populus euaſit*: reſtabat igitur vt ſorte dignoſceretur filius à patre, vnde & in H.2. F.2. HN.2.3. legimus, βάλετε κλῆρον ἀναμέσον ἐμοῦ, καὶ ἀναμέσον Ἰωνάθαν. *Iacite ſortem inter me & inter Ionathan.* Ita factum eſſe conſtat in ſortitionibus aliis, vt 1. Reg.10.20. & Ioſue 7.16.

Fol.52. Col.1. B. *Hæc faciat.*] Apud LXX. hoc tantum occurrit, καὶ εἶπεν ὁ λαὸς πρὸς Σαούλ. εἰ σήμερον θανατωθήσεται ὁ ποιήσας τὴν σωτηρίαν. *Et dixit populus ad Saul: Si hodie morti tradetur, qui fecit ſalutem.* Vulgata Lat. *Dixitque populus, Ergòne Ionathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſrael? hoc nefas eſt: Viuit dominus, &c.* Pagninus ex Hebræo, *Nunquid Ionathan morietur, qui fecit ſalutem magnam hanc in Iſrael? abſit.* Chryſoſtomus ſic accepit dictum illud, *Si hodie morti tradetur*, quaſi ex formula diceretur iuriſiurandi, vt cum in variis ſcripturæ locis verbis iurandi ſubiungitur, quemadmodum pſal.94.11. *Quibus iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.* & pſa. 88.36. *ſemel iuraui in ſancto meo, Si Dauid mentiar.* Amos 8.7. *Iurauit dominus in ſuperbiam Iacob, ſi oblitus fuero vſque ad finem*, propterea expreſſit Chryſoſtomus imprecationem populi ſimilem illi, quam iurans Saul protulerat. Rurſus quod ſequitur, ὅτι ἔλεος Θεοῦ ἐποίησεν, confirmat alteram lectionem Bibliorum Græcorum, in quibus, vt in Vaticana eſt annotatũ, legitur, ὅτι λαὸς τοῦ Θεοῦ ἐποίησεν, non vt in aliis vulgatis Græcis, ὅτι ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ ἐποίησε τὴν ἡμέραν ταύτην. *quoniam populus Dei fecit diem hanc.* Fauet etiam vulgata Lat. *quia cum Deo operatus eſt hodie*, & Pagninus, *quia cum Deo fecit die hac*, Ionathas nimirum, non populus.

Fol.52. Col.2. B. *Etſi enim ſæpius.*] κἂν γὰρ πολλάκις. H.2. F.2. καὶ γὰρ μυριάκις φιλοσ. *Etſi enim millies philoſ.* Porro in luctu publico ſolebant balnea, theatra, & loca publica eiuſmodi claudi, vt conſtat ex ipſo Euſebio li.4. c.69. de vita Conſtantini, cuius audita morte Senatus populuſque Romanus, πένθος ἀσχετον ἐποιοῦντο, λουτρὰ δὲ ἀπέκλειον, καὶ ἀγοράς, πανδήμους τε θέας, καὶ πάνθ' ὅσ' ἐπὶ ῥαστώνῃ βίου τοῖς εὐθυμουμένοις πράττειν ἔθος ἦν. *nullum lamentationi modum ſtatuebant:*

 nam

nam balnea clauſa, & fora, publica item ſpectacula ſummota, & omnia, quæ per vita otium & tranquillitatem facere ſolebat animum pacatus & nulla perturbatione impeditus.

Fol.100.Col.2.D. *Verumtamen ſi minus.*] Interpr. *Verumtamen quoniam ipſorum oculis anima dedecus ſub, &c. oſtendere non licet*: Sed omnia quæ addidimus agnoſcũt omnes regij codices & A. qui & in verbis huius Scripturę loci conueniunt vno excepto H.2.in quo tantũ legitur, καὶ ὀνομάζων διὰ παντὸς, quo pacto & ſcriptum reperitur Eccli.23.11. ὥσπερ γὰρ οἰκέτης ἐξεταζόμενος ἐνδελεχῶς ἀπὸ μώλωπος οὐκ ἐλαττωθήσεται, οὕτως καὶ ὁ ὀμνύων καὶ ὀνομάζων διὰ παντὸς ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ μὴ καθαρισθῇ. *Sicut enim ſeruus interrogatus, aſſiduè à liuore non minuetur, ſic & iurans & nominans ſemper à peccato non purgabitur.* Itaque vocẽ Θεὸν, expoſitionis cauſa Chryſ.addidit, quemadmodũ & in Cõment. in Eccleſiaſtic. intellexit hũc locũ Iãſenius. Sic & Ioſue 23.7. nominare nomina Deorũ idem valet, quod per eos iurare: quod enim dixerunt LXX. καὶ τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν αὐτῶν οὐκ ὀνομασθήσεται ἐν ὑμῖν. *Et nomina Deorum ipſorum non nominabũtur in vobis.* Vulgata reddit: *Ne iuretis in nomine Deorum earum.* Leuitici 24.16. ὀνομάζων δὲ τὸ ὄνομα κυρίου θανάτῳ θανατούσθω. *Qui autẽ nominat nomen Domini morte moriatur.* Vulgata Lat. *Et qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur.* Theodoretus quæſt.33.in Leuitic. μάλα δὲ εἰκότως τοῖς περὶ τῆς βλασφημίας νόμοις, καὶ τὸν περὶ τοῦ φόνου συνῆψεν. ἐπειδὴ καὶ ὁ βλασφημῶν ἀνελεῖν μὴ δυνάμενος, τῇ γλώττῃ βάλλει τὸν ποιητήν. *Merito hiſce de blaſphemia legibus homicidij legem aptauit: quia blaſphemator creatorem cum interficere non poſsit, lingua ferit.* Apud Hebręos tollere nomẽ domini valet idẽ, quod iurare per Deũ. Poſtremo loco non repetebatur καθαρισθήσεται, in H.2. pro quo legebatur, οὐκ ἀθωωθήσεται. *non innocens fiet.* vt vertit Brix. *non erit immunis, non liberabitur.* Tractat eundem hũc locum & in ho.8. in Acta Apoſt. pa.526. vbi legit etiam ἀπὸ μώλωπος οὐ καθαρισθήσεται.

Ibid. *Nomen induit.* ὄνομα ἐνεδύσατο.] Interpr. quoque ſic legiſſe videtur, at in A. ἐνεδύσατο. perperam editum fuit pro ἀνεδήσατο. quam veram & legitimam lectionem pręferebant F.2.H.1.2.HN.2. *Chriſtianorum nomine decorata eſt.* Nam propriè quidem ἀναδεῖσθαι redimiri ſonat & coronari, vt paulo ante dixit, ἕτερον στέφανον ἀναδήσασθαι. *aliam coronam reportetis.* Theodoretus lib.5.hiſt.c.4.de Euſebio Samoſat. δι' ἐκείνων μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο. Tripartita l.9.c.3. *martyrij coronam illorum ferocitate ſuſcepit*: ſed & transfertur ad alia, quibus tanquam ornamentis cohoneſtamur, vt apud Euſebium li.3.c.25. de vita Conſtant. τὸν κατὰ τοῦ θανάτου βραβεῖα ἀναδησάμενον. *qui contra mortem tam eximiam victoriam adeptus fuiſſet.* Gregorius Nazianz. orat.20.de S.Baſilio p.319. *Maximinus*, inquit, φιλονεικῶν τὸ τῆς ἀσεβείας κράτος ἀναδήσασθαι, *impietatis principatum conſequi ſummo ſtudio contendens.* Sic ergo cum hac appellatione ciuitatem ornatam eſſe vellet, atque adeo, vt inquit ſub finem huius homiliæ, διαδήματος παντὸς λαμπρότερον, illam dixit ἀναδήσασθαι redimitam eſſe, hoc eſt, ornatã hoc nomine, vt antea pag.46.c. ὥσπερ στέφανόν τινα θαυμαστὸν τὴν τῶν Χριστιανῶν ἀνεδήσατο προσηγορίαν. *tanquam coronam quandam admirabilem Chriſtianorum tulit appellationem.* & hom.7. in Matthæum pag.72. ὑμεῖς δὲ ὅταν περὶ προεδρίας ᾖ λόγος, ἀξιοῦτε τῆς οἰκουμένης προκαθέζεσθαι πάσης, ἐπειδὴ πρώτη ἡ πόλις ἡμῶν τὸ τῶν Χριστιανῶν ἀνεδήσατο ὄνομα. *Vos autem ſi quidem aliquod de honore certamen oriatur, omni ambitione contenditis, vt vel vniuerſo præſideatis orbi, quod hæc ciuitas noſtra prima fuerit Chriſtianorum appellatione decorata.* Actor. ſcilicet 11.26. in quem locum ſcribens homil.25. pag.629. ait, τοῦ ὀνόματος ἠξιώθησαν, *nomen aſſequuta ſunt.* vide infra 220.d.

Fol.53.Col.1.B. *Et admonitione.*] καὶ παραινέσεως τοσαύτ. H.2. παραινέσεως εἰς τοῦτο. *& admonitione tanta*, vel, *ad hoc.* Similem habes Baſilij ſententiam in eos qui per ingluuiem cibos multorum dierum abſumunt, & infido ventris in promptuario reconduntur. homil.1.de ieiunio, μὴ καταδωροδοκούμενος τὸν νομοθέτην τῶν πέντε ἡμερῶν τῇ κραιπάλῃ προαποτίθεσο· ἄπιστον ἐστὶ τὸ ταμεῖον, εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖς. *Ne veluti fucum facturus legis auctori in hos quinque dies crapulæ theſaurum reponito. Iſta infida penus eſt cella; in pertuſum dolium infundis.* & homil.2. ὡς γὰρ οἱ πρὸς τὰς μακρὰς ἀποδημίας ἀποχίζοντες, οὕτω τινὲς τῶν ἀνοήτων σήμερον πρὸς τὰς πέντε τῶν νηστειῶν ἡμέρας οἰνίζονται. *Quemadmodum enim qui longinquam profectionem adornant, commeatum parant, ita nonnulli vecordes hodie aduerſus quinque dierum ieiunium vino indulgent.*

Ibid.Col.2.A. *Vt Imperatorum.*] Interpr. *Vt regis ſtatuas cõtumeliis aſſic.* quaſi eſſet βασιλέως. Et quidem Theodoretus ſolius Imperatricis Placillę ſtatuam deiectam fuiſſe narrat lib.5.cap.19. καὶ τὴν εἰκόνα χαλκῆν τῆς πανευφήμου Πλακίλλης· τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ βασιλίδι. κατήνεγκέ τε καὶ ἐπὶ πολὺ τῆς πόλεως κατεσύρη μέρος. Tripartitæ hiſtor. libr.9.cap.32. *tunc deiicientes æneam ſtatuam laudatiſſimæ Placillæ, ſic enim Auguſta fuerat vocata, etiam diu per omnem traxere ciuitatem*: ſed Sozomenus tamen l.7.c.23.& Placillæ vxoris & Imperatoris ipſius Theodoſij ſtatuarum meminit. ἐπὶ τούτῳ δὲ ταραχθεὶς ὁ δῆμος τοὺς τοῦ βασιλέως ἀνδριάντας καθεῖλε, καὶ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, καὶ σχοίνῳ προσάψας εἷλκεν, οἵας εἰκὸς ὑπὸ χαλεπαίνοντος πλήθους ὑβριστικὰς ἀφιεὶς φωνάς. *Populus ſtatuas Imperatoris & coniugis eius deiecit, & inieſto ſune raptauit: emiſsis etiam contumelioſis vocibus, quales emitti conſentaneum eſt à multitudine graſſante.* & Zoſimus libr.4. pag.766. καὶ τοὺς ἀνδριάντας αὐτοῦ τε τοῦ βασιλέως καὶ τῆς τούτου συνοικούσης αἰσχρῶς καθελόντες, φωνὰς ἀφῆκαν τῶν πραττομένων οὐκ ἀναξίας. *tam ipſius Principis, quàm Auguſtæ ſtatuis fœde deiectis, voces iactarunt non indignas iis quæ gerebantur.* Propterea Theodoſius exprobrat Flauiano infra pag.253.c. *Non poterat in viuis furor conſiſtere, niſi ſepultos quoque contumelioſè tractarent?* iam enim à viuis vxor exceſſerat, & ipſe Flauianus in eadem homil.20.d. *Deiecerunt ſtatuas? ſed illis clariores reſtituere tibi licet.* quamobrem miror Nicephorum lib.12. cap.43. qui hos auctores legiſſe potuit, ſolius Auguſtæ meminiſſe. In vno mnſſ.F.1.legitur hic, καὶ αὐτοὺς τῶν βασιλέων.

Ibid.C. *Petulantia.*] Interpr. *quidem dementia*, quaſi eſſet παράνοια, non παροινία. in A. quoque παράνοια legebatur & in H 2. παρανομία, *iniquitas.*

Ibid.3. σωφροσύνη.] F.2.HN.3. φιλοφροσύνη.

Fol.54.col.1.A. *Et omnes ſuperbia inflati.*] Hęc adiecimus, quæ à recentioribus aberãt editionibus, ſed eorum loco in Pariſ.Grom. legitur, *hoc patietur, & omnis ſuperbia pratumida*, quibus omiſſis Gelenium miror nihil in eorum locũ ſubſtituiſſe. In H.2.& HN.1.3. hęc tantũ erãt, καὶ πάντες δὲ οἱ μέγα φρονοῦντες. itaque expungendum eſt illud ſecundum πάντ.

Ibid.D. *Calamis.*] In editione Pariſ. Grom. fuit *thalamis ſublimior*, quod Gelenius ſic immutauit, vt de ferarum cubilibus agi putaret, & ſcripſit in Baſil. *luſtris ſublimior.* Calamis & arundinibus vtebãtur veteres in piſcatu & in aucupio, vnde Etymologus, καλαμευτὴς ὁ ἁλιεύς, ἀλλὰ κυρίως ὁ τοῖς καλάμοις ἁλιεύων. *piſcator, propriè autem qui arundinibus piſcatur.* Propertius eleg.2.lib.4.

Suppetat hoc, piſces calamo prædabor, & ibo.

Heſychius, Καλαμοτόμος, ἰξευτής, λάκωνες, & Gloſſarium: *Amites*, σάλικες ἰξευτικοὶ κάλαμοι, *aucupatorij calami*, vnde & idem Propertius lib.2.eleg.19.

Hæc igitur mihi ſit, lepores, audacia molles
Excipere, & ſtricto figere auem calamo.

Ambroſij locus eſt ſimilis Comment. in 4.Lucæ. *Multi enim laquei quacumque progredimur. Laquei in corpore, laquei in lege, laquei in pinnis templorum, in crepidinibus parietum tenduntur à diabolo. Laquei in philoſophia, laquei in cupiditatibus.* idem in Hexaemeron lib.6.cap.8. *Attende tibi nequando laqueis implicatus diaboli ſias præda venantis.*

Ibid.Col.2.C. *Et continuum.*] καὶ χρονίαν. HN.1.3. καὶ χρόνιον, vt apud Dionyſium Halic. περιουσίας. θύμα ἢ χρόνιος ἄσκησις πολλὴν λαβοῦσα. ibid. *Ne dicamus*

ne

ne ſint mulieres. His conſona quæ præceſſerunt de vino p.9.b. *Non ſit vinum.* A

Ibid. *Laſciuum aſpectum.*] ἀκόλαςος ὄψις. HN.1. ἀκόλαςον γνώμην. *laſciuum animum.* receptæ lectioni ſuffragatur ſimilis ſententia inf.197.c.11. μὴ φύγῃς μοιχείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀκόλαςον ὄψιν. &p.691.b. ἀλλὰ καὶ ὄψις ἀκόλαςος.

Fol.55.col.1.B.] ῥίζα ταῦτα. A. τ μὲν ταῦτα ῥίζα ἐγένετο. HN.1. ῥίζα πάντα ταῦτα ἐγένετο, plures editæ lectioni fauent mſſ. *quoniam ſubſequentium malorū radix e.t.ſ.* vt paulo poſt, μεγάλων ἡμῖν κακῶν αἴτιος γίνεται. Cęterum Epheſior.5.3. ita ſcriptum eſt, πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία ἢ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις· καὶ αἰσχρότης, καὶ μωρολογία καὶ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα. *Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent:* ſed paulò antè in eadem epiſtola occurrit, ca.4.29. πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. *Omnis ſermo malus ex ore veſtro nō procedat.* & ad Coloſſ.3.8. ἀπόθεσθε αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν, *Deponite turpē ſermonem de ore veſtro.* B

Ibid. *Furorem.*] Quaſi legiſſet, παράνοιαν, non παροινίαν *petulantiam.*

Ibid.Col.2. A. *Reſpexi.*] ἐπέβλεψα. Hic animaduertendū, quod alibi monuimus, Patres non ſemper verba Scripturę numerare, ſed ſenſum appendere. nam Zachariæ 5.1. ſcriptum eſt, καὶ ἐπέστρεψα, καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ δρέπανον. *Et conuerſus ſū, & leuaui oculos meos, & vidi, & ecce falx.* Atque angelus quidem falcem hanc maledictionem ἀρὰν eſſe dicit, quæ egreditur in periuros, Chryſoſtomus autem τιμωρίαν ſupplicium & pœnam interpretatur. Et Theodoretus in hunc Prophetæ locum ἀρὰν τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσε τὴν κατὰ πάσης χωροῦσαν τῆς οἰκουμένης τοῖς τὴν ἀδικίαν ἐργάταις ἐπαγομένην. διὰ τῆς ἐπιορκίας καὶ τῆς κλοπῆς πᾶν εἶδος ἁμαρτίας συνήγαγεν. ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅρκων παράβασις ἀσεβείας ἐστὶ τὸ κεφάλαιον, ἀγάπης δὲ θείας ἔρημος ὁ τοιοῦτος· ἡ δὲ κλοπὴ τὴν εἰς τοὺς πέλας ἀδικίαν δηλοῖ. *Maledictionē punitionem appellauit in omnem orbem terrarum peruadentem, quæ omnibus iniquitatem in ſe admittentibus infertur. Per furtum & periurium omnem ſpeciem peccati complexus eſt. Iuriſiurandi enim impietatis eſt ſumma, quod diuina ſit dilectione deſtitutus, qui eſt einſmodi: furtum vero iniuſtitiam contra proximum indicat.* C

Ibid. *Et diſſoluet in medio.*] Ita vertit illud καταλύσει ἐν μέσῳ, quod eſt apud Zachariam, καὶ καταλύσει ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ. & ab Hieronymo Latine effertur, *Et requieſcet in medio domus eius.* Vulgata Lat. *Et commorabitur in medio domus eius.* verbum Hebrǫum commorari & hoſpitari, ac diuertere ſignificat, vt & Grǫcum καταλύειν. Iudith 14.16. εἰσῆλθεν εἰς τὴν σκηνὴν οὗ ἦν Ἰουδὶθ καταλύουσα. *Intrauit in tabernaculum, vbi ſuit Iudith diuertens.* Eccleſiaſtici 27.9. πετεινὰ πρὸς τὰ ὅμοια αὐτοῖς καταλύσει. *Volatilia ad ſibi ſimilia diuertent.* D vnde κατάλυμα, *diuerſorium,* Lucæ 22.11. ſed quia ſequebatur apud Zachariā, καὶ συντελέσει αὐτόν. *& conſumet eum.* ea notione accepit, qua ſumitur & alibi in Scriptura, pſal.8.3. τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν. *Vt deſtruas inimicum & vltorem.* Eſai.38.12. ὥσπερ ὁ καταλύων σκηνὴν πήξας, *ſicut tabernaculū ſoluens, quā fixerat.* ideo Chryſoſt. paulo poſt ait, καὶ τὰ ξύλα καταλύει, ἡ οἰκία καταλυθεῖσα. *diſſoluit, & diſſoluta ſiue deſtructa;* vt antea pro συντελέσει dixerat, κατασκάψει τοὺς λίθους καὶ τὰ ξύλα. Similis eſt vſus loci huius hom.12. in acta Apoſt. pag. 538. εὔκαιρον καὶ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς δεῖξαι τὸ χαλεπὸν τῆς ἐπιορκίας τήμερον. *Tempeſtiuum fuerit & hodie ex veteri teſtamento periurij grauitatem oſtendere.* E

Fol.56.Col.1.A. *In me conuiciatus eſt.*] Inter. edidit, vt habet Par. Grom. *In me conuitiatus es. Ille l alis eſt dominus tuus, ille meas c.m.* Geleniusſic immutauit, *In me conuitiatus eſt ille vel ille: dominus tuus ille m.c.m.* Emendādum fortaſſe, τί σοι ποιήσω ὁ δεῖνα; με ἐλοιδόρησας. ὁ προστάτης ὁ σός. *Quid tibi faciam heus tu? contumelia me affeciſti: patronus tuus, ille meas.* Alia lectio eſt in HN.3. τί σοι ποιήσω; ὁ δεῖνα με κωλύει, ὁ προστάτης ὁ σός. ἐκεῖνος μ. κ. τ. χ. *Quid tibi faciam? ille me impedit, patronus tuus, ille meas c.m.*

Ibid.B. *Propter Deum.*] διὰ θεὸν ποιοῦν. A. H.2. HN.3. ποιοῦν διὰ θεὸν ἀγαθόν. F.1. διὰ τὸν θεὸν ποιοῦν ἀγ. paulo poſt ex mſſ. addidi, ὁ ποῖος δὲ γίνονται, in quibus & legebatur, καὶ οἶσθα πρᾶξις, & τοῦ καλλωπισμοῦ φέρει, & ἀλλὰ τὸ πρόσθεν, *ſed prouentū,* omiſſa, καὶ, coniunctione, quæ ſuperflua videtur, vt ſuadēt ſimiles ſententiæ ho.4. huius voluminis p.62. *Non præſentem ſpectemus tribulationem, aut dolorē, ſed orientem ex ipſa vtilitatē, fructum ex ipſa naſcentem.* & hom.8. de pœnit. p.692.c. *Tu vero nequaquam laborem attende, ſed retributionem conſidera,* ho. tamen 70. in Ioan. adiunxit μόνον & καὶ Grǫca editio, ſed vtrumq; ab interprete lectum non videtur, p.391. μὴ τοὺς πόνους· ἀλλὰ καὶ τοὺς μισθοὺς ἐννοεῖν δεῖ. ὥσπερ γὰρ οἱ ἔμποροι οὐ τὰ πελάγη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κέρδη λογίζονται· οὕτω καὶ ἡμᾶς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίαν ἀναλογίζεσθαι χρή. *oportet non labores, ſed præmia conſiderare. quemadmodum enim mercatores non maris pericula, ſed lucrum ſpectant: ita & nos & cælum, & Dei præſentiam, vel præſentiam apud deum.*

Ibid.C. *Ad principem.*] εἰς τὸν ἄρχοντα. HN.3. πρὸς τὸν ἄρχοντα. A.F.1.H.1.HN.2. εἰς τὸν ἀρχ. πρίδας. quo pacto etiā legitur apud Athanaſiū in epiſt. ad Africanos p.729.D. καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα καθ' ἡμῶν ἐργασαμένοις εἰς πρίδαν δέδωκε τὰς ἐκκλησίας. *iis qui talia in nos perpetrarant, in prædam rapinaſque Eccleſiam dabat:* ſed in quibuſdam codicibus illic quoq. εἰς πραίδας ſcriptum eſt: nam & apud recētiores Iuriſconſultos, multæ tales Latinæ voces in Grǫcā coloniam ſunt tranſſcriptæ. videtur autem hic ſumi pro publicatione bonorū, vt φυγαδευθέντος εἰς τὸν ἄρχοντα πραίδας ſit, *Vulgata ergo Principē publicatione.* Principis vero nomine in Scriptura quidem ſummi magiſtratus, aut rectores prouinciarum deſignantur, vt Danielis 3. ἄρχοντες χωρῶν, aut qui ſecundum Reges primi ſunt & illuſtres. In Canonib. Apoſtolorū, can.54. Præſulibus & Epiſcopis accommodatur, τὸν ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. *Principi populi tui non maledices.* & can 84. ad magiſtratus politicos, εἴ τις ὑβρίζει τὸν βασιλέα ἢ ἄρχοντα. *ſi quis Regem vel Principem contumelia affecerit.* Modeſtinus Iuriſconſultus τὸν ἄρχοντα magiſtratum appellat, nonnunquam etiam Præſidem, vel Principem. Græci recentiores quemadmodum & Latini tranſtulerunt ad eos, qui ex genere & familia Regis ſunt, vt apud Curopalatā de officiis Conſtantinopolit. p.117. καὶ ὅσοι τὸ κατὰ γένος προσήκοντες τῷ βασιλεῖ ἄρχοντες εἰσι. *Et quicumque ex genere ad Imp. ratorē pertinēt Principes.* Hoc vero Chryſoſtomi ſæculo quo Principis nomine apud Iuriſconſultos Imperator intelligebatur, magiſtratus vel iudicis vox aptior videtur. Hic ergo τοῦ ἄρχοντος nomine intelligo vnū ex sūmis illis magiſtratibus, qui vel rectores erāt prouinciarum, vel militiæ Romanæ præerant, vt Patricij, Præfecti Prætorio, Magiſtri militum, Magiſtri officiorum, Præfecti vrbis; cuiuſmodi ſunt illi, qui initio ſingularū actionum Chalcedonen. Concilij enumerantur, συνελθόντων ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων, τουτέστι τοῦ ἐνδοξοτάτου στρατηλάτου. *Conuenientib. in ſancta Eccleſia glorioſiſſimis iudicibus, id eſt glorioſiſſimo magiſtro militum, &c.* hunc autem fuiſſe magiſtratū, qui vocabatur Comes Orientis ſuſpicor ex eo, quod in mſſ. HN.1.3.H.2. legatur non, τοῦ ἄρχοντος εἰσελθόντος, ſed τοῦ κόμητος εἰσελθόντος. *Cum intraſſet Eccleſiam Comes.* Septem enim erant totius Orientalis imperij diœceſes, id eſt pluriū prouinciarū adminiſtrationes, quarum quinque Præfecto Prætorio Orientis parebant, ſcilicet Orientis diœceſis, Ægypti, Aſianæ, Ponticæ & Thraciarū: aliæ duæ, hoc eſt Macedoniæ & Daciæ Præfecto Illyrici ſuberāt, ſingulæque prouinciæ ſuos rectores habebant: Orientis diœceſis complectebatur regiones quæ à Cilicia & Cypro, Arabiaque vſque ad fluuium Tigrim extendūtur, & huic præerat Vicarius Prǫfecti Prætorio Comitis titulo inſignitus, vnde & Vicarius Orientis nonnunquam ab Imperatoribus appellatur.

Ibid. *Principis quidem.*] Interpr. *Principem quidem*

A *prouidentiæ laudaui*. & ita Pariſ. Grom. Gelenius ſubſtituit, *Principis quidem prouidentiam laudaui*: rectum eſſet, *Iudicem quidem ob prouidentiam laudaui*. ſubintelligitur enim τὸ ἕνεκα, nomine prouidentiæ, propter eximiam quam præ ſe tulit ſollicitudinem. in A. erat ἐπῄνεσας, *laudaſti*, ſed reclamant omnes codices mſſ. & interpres.

Ibid. D. *Conſolantem*.] παρακαλοῦμένου. H. 1. 2. F. 2. HN. 2. 3. νῦν μὲν παραμυθουμένου, νῦν δὲ αἰτιωμένου. *Optaui terram mihi dehiſcere, & obrui, cum ipſum vos alloquentem audirem, & nunc conſolantem, nunc accuſantem intempeſtiuam & abſurdam hanc timiditatem*.

Fol. 56. Col. 2. A. *In ſecula*.] εἰς τοὺς αἰῶνας. Iob. 1. 21. non adduntur iſta, nec in A. quæ deduxit fortè Chryſoſtomus ex aliis Scripturæ locis, vt ex Danielis 2. εἴη τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. *Sit nomen Dei benedictum à ſaeculo & vſ-* B *que in ſeculum*. pſal. 71. 17. ἔστω τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. *Sit nomen eius benedictum in ſecula*. 2. Corint. 11. 31. ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. *qui eſt benedictus in ſecula*.

Fol. 57. Col. 1. B. *Argutationibus*.] σοφισμῶν. A. H. 2. σαφηνισμῶν. *declarationibus*, vel *explanationib*. nam & σοφισμὸς callidã interpretationem ſonat. Clemens Alexand. vſus eſt verbo σαφηνίζομαι de ſcriptura loquens 6. Strom. p. 287. τὴν ὑπ' αὐτοῦ σαφηνισθεῖσαν τῶν γραφῶν ἐξήγησιν κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα ἐκδεχόμενοι διασώζουσι. *In qui ab ipſo declaratam ſcripturarũ expoſitionẽ ex Eccleſiaſtica regula cõſeruant*. Rurſus interp. mẽdoſo codice vſus, quaſi eſſet, εἶπε Μωσῆς, ſcripſerat, *Dixit Moyſes*, pro, μὴ ὀμόσῃς. *Ne iuraueris*.

Ibid. D. *Et magiſtratuum*.] interpr. *Et principum, &, verum cum à principatu ſoluti fuerint*. Atqui principes C hoc ſæculo vocabantur Imperatores Romani, vt apud Ammianum Marcellinum paſſim occurrit lib. 27. *Per omnia ciuitatis membra, quæ diuerſorum Principum exornãtur impenſa, &, quo vitio laboraſſe Traianus dicitur Princeps*. & apud Martialẽ ipſum alioſque ſuppares, *Principis candidati, &, maieſtatis principalis*. Nam ab ætate Auguſti, Principis nomine contentus fuit Imperator Romanus, Rex autem noluit appellari, vnde Suetonius ait de Caligula, *Nec multum abfuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemque principatus in regni formam conuerteret*. ſed poſt Aurelianum, qui diadema primus ſumpſit, nec à Regis nomine abſtinuerunt cæteri, neque minorẽ quàm regiam poteſtatem & imperatoriam principatus vox ſignificauit: itaque apud eundẽ Marcellinum & princi- D patus inſignia, & principalis habitus, purpura, & corona ſiue diadema dicũtur: magiſtratus autem ἀρχαὶ & imperia Præfecti Prætorio, Præfecti vrbis, aut Conſulis, vt lib. 21. *Florentius præfectus ampliſſimi ſuſcepit inſignia magiſtratus*. & apud Zoſimum libr. 2. de Conſtantino pag. 687. συνετάραξε δὲ καὶ τὰς συνεστώσας ἀρχάς. *Conturbauit & magiſtratuum officia iam conſtituta*. vocabantur & ἄρχοντες iſti iudices, non ij tantum qui prouincialibus prçerant, ſed & qui militibus, vt Nouella 123. cap. 44. οὐ μόνον τῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ καὶ τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν στρατιωτικῶν ἀρχόντων. *non ſolum epiſcopis, ſed etiam militaribus ciuilibuſque iudicibus*. & Nouell. 134. cap. 1. τοὺς ἐπαρχιῶν ἄρχοντας ποιεῖν. *prouinciarum iudices facere*.

Col. 2. A. *Ille talis Exconſul*.] Interpr. *Ille talis Conſularis, ille talis Prætorius*. Ac ſtante quidem republica E Romana Conſulares & Prætorij dicebantur, qui functi Conſulatus aut Præturæ fuerant magiſtratu, temporibus autem Imperatorum recentiorum, cum plurimi ab illis ornamenta & priuilegia Conſularium obtinuiſſent, qui Conſules numquam fuerant, illi qui magiſtratus geſſerant illos, Exconſules ſe vel ex Conſule, aut ex Conſulibus appellarunt, & rurſus Conſularium nomen quibuſdam prouinciarum rectoribus, & magiſtratum gerentibus tributum eſt. Spartianus in Hadriano, *Quatuor Conſulares per omnem Italiam iudices conſtituit*. & Capitolinus in Pio, *Inter Conſulares quibus Italia committebatur, electus eſt ad partem Italiæ re-*

A *gendam*. Huiuſmodi erãt Conſularis Æmiliæ, Conſularis Bæticæ, quorum fit mẽtio in Codice Theodoſiano in Notitia imperij apud Caſſiodorum, atque in variis Martyrologiis. ἐξ ὑπάτων hic dixit, vt Capitolinus in Cordiano 3. *à Gallicano ex Conſulibus & Mæcenate ex ducibus interempti ſunt*: nam Gallicanus Cõſul paulo ante fuerat, Herodiano, ἀπὸ ὑπατείας τιμῶσι. Sic & in Codice Theodoſ. lib. de decur. & ſilent. *Ex ducibus* legimus, & apud Marcellinum libr. 28. *Ex duce*, l. 3. de metat. *Ex magiſtris equitum*. l. 2. de Præfect. Præt. *Ex præfectis*, dicebatur & *Ex præfecto*, vnus aliquis qui præfectus fuerat, vt in veteri inſcript. FL. EVGENIO. V. C. EX. PRAEFECTO PRAETORIO. & *Expræfectus*, & *Exconſul*. Iſidorus lib. 9. Etymol. ca. 3. *Exconſules dicti, quod iam à Conſulatu exierint*. Concilium Chalcedonenſe act. 1. pa. 44. edit. Vaticanæ, συνελθόντων τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων τουτέστι B τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου στρατηλάτου, καὶ ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίου Ἀνατολίου καὶ τοῦ μεγαλ. καὶ ἐνδοξ. ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ὑπάτων Φλωρεντίου. *Congregatis glorioſiſſimis iudicibus, id eſt magnificentiſſimo & glorioſiſſimo Magiſtro militum, & Exconſule ordinario ac Patritio Anatolio, & magnificent. & glorioſiſſ. Expræfecto & Exconſule ordinario ac Patricio Florentio*. & in Synodo ſexta act. 1. ἀκροωμένων Νικήτα τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου καὶ μαγίστρου τῶν βασιλικῶν ὀφφικίων. *Audientibus Niceta glorioſo Exconſule, Patricio & Magiſtro imperialium officiorum*. Iuſtinianus Conſtitut. 46. Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων. *Ioanni Præfecto Prætorio iterum Exconſuli*.

Ibid. B. *Abominatio*.] βδέλυγμα εἶναι. HN. 3. βδελυκτὰ εἶναι. *abominanda eſſe*. τὸν ἄρχοντα τοῦτον. HN. 2. 3. F. 2. τὸν ἄρχοντα τοῦτον εἰσελθόντα πρὸς ὑμᾶς αἰδεσθῆναι τὴν με- C γαλ. *& hunc iudicem ingreſſum ad vos reuereri magnanimitatem*.

Fol. 58. Col. 1. B. *Nemo immittit*.] Brix. *Nemo imponit indumentum panni illoti*. Addidimus vulgatæ Latinæ verba ex Matt. 9. 16. cum qua & interpres Irenæi lib. 4. c. 69. commiſſuram vertit τὸ ἐπίβλημα. Tertullianus 4. in Marcion. ca. 11. *Nouum additamentum nemo inijcit veteri veſtimento*: & l. 3. c. 15. *Docet Chriſtus nouam plagulam non aſſui veteri veſtimento*. Auguſtinus li. 8. c. 1. contra Fauſtum, *pannũ nouum nemo aſſuit*, itidemque apud Ambroſium in epiſt. ad Galat. ca. 4. *Nemo additamentum panni rudis aſſuit veteri veſtimento*. Rudem pannum, quem alij nouum, ἄγναφον vertunt, quod propriè nondum curatũ politumque à fullone ſonat, quales ſũt noui adhuc & recẽs texti.

Ibid. C. *Vobis donatum*.] Interpr. *nobis don*. & ita ἡμῖν, D erat in A. ſed in mſ. vt apud Paulum ὑμῖν: vbi tamen ſcriptum eſt τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, non vt hic ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ſed ho. 4. in hanc epiſtolam vtrumque reperies, καὶ τοῦτο ἀπὸ θεοῦ, φησιν, ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ. *Et hoc à Deo eſt, quia vobis donatum eſt pro Chriſto*. quanquam illud, Et hoc eſt à Deo, non textus Apoſtoli, ſed explanatio Chryſoſtomi videtur potius eſſe, atque ita rectè citat hunc locum ho. 6. in ep. ad Epheſios, niſi quod ἡμῖν legit. vt in homilia rurſus 33. in 1. ad Cor. p. 623. & ἡμῖν, & ἀπὸ θεοῦ.

Ibid. Col. 2. A. *Suauia*.] χρηστά. HN. 1. 3. λυπηρὰ καὶ χρηστά. *triſtia & ſuauia*. *Feſtum attraxit*. HN. 2. H. 1. ἀγρίππας. Indicat nimirum propenſionem animi, quam præ ſe tulit illis verbis Agrippa citatis pa. 206. c. *In modico ſuades me Chriſtianũ fieri*. Actor. 26. 28.

E Fol. 59. Col. 1. A.] In HN. 3. hæc ita interpungebantur, τὸν λόγον, καὶ πολλῷ πλέον. ὁ διδάσκαλος δέδεται. *ſic neque prædicationis verbum, ac multo amplius*. *Doctor vinctus erat*. Quaſi hoc velit, multo minus eſſe facilè verbum domini, quàm Solis radios alligare. 2. ad Timoth. 2. 9. *Verbum Dei non eſt alligatum*.

Ibid. D. *Permanet gaudium*.) Interpres, *gratia permanet continua*, quaſi legiſſet χάρις, non χαρά.

Ibid. *Si maledictis*.) Addimus hæc è Græco, hic enim ἀκούειν κακῶς, idem valet quod *vituperari, maledictis appeti*, & φιλοσοφεῖν ſumitur pro καρτερεῖν, *patienter ferre*, vt docuit Budæus in Commentario apud Gregoriũ Nazianzenũ accipi, quo loco de ſanctis

Mar-

A Martyribus agens ait: τὰς δὲ οὐ παρ' ἡμῖν οὐ θαυμάζεις μυριάδας, καὶ ταῦτα καὶ τούτων ἔτι θαυμασιώτερα φιλοσοφησάντων. *An vero multa apud nos millia nō miraris eorum, qui & his multo mirabiliora perpeſſi ſunt?* vel vt alii malunt, *philoſophica quadam tolerātia ſuperarunt.* Ita doctiſſimus Billius φιλοσοφίαν vertit patiētiam ho.12. in 2.ad Cor.p.832. ἀλλ' ὃ μυρίων χρημάτων φαιδροτέρους ποιεῖ, τοῦτο τὸ δίκαι, φιλοσοφίαν καὶ ἀρετήν. *Sed quod maiorē, quam infinitæ opes lætitiam parit, conſectare nempe patientiam ac virtutem.*

Ibid. Col.2.A. *Aureum.*] χρύσινον. A. χρυσίον. *& aureus quidem nummus,* τὸ χρυσίον dicitur, ſed ſubiiciendum fuiſſet ἵνα nō ἵνα, Xiphilinus in Antonino 364. χρυσία δ' αἰτήσας, *aureos datura,* & vſitatius eſt χρύσινος, hoc eſt χρυσοῦς ςατήρ, vt apud Syneſium epiſt.129. ἐδεξάμην χρυσίνους ἑξήκοντα, *accepi* 60. *aureos.*

Ibid.B. *Qui educit.*] Interpr. *Educens honeſtum ex indigno.* ὁ γὰρ ἐξάγων τίμιον. legitur etiam homil.79. B in Matthæum pag.674. *Qui educit honorabilem ex indigno.* & homil.3. in Geneſim, *Qui educit pretioſum à vili.* rectius homil.4. in 1. Ad Corinthios pag.351. ὁ γὰρ ἐξαγαγὼν τίμιον. *Qui enim eduxit pretioſum à vili:* & inf. homil.6. aduerſus Iudæos, *Qui enim eduxerit,* propius enim accedit ad Prophetę verba 15.19. καὶ ἐὰν ἐξαγάγῃς τίμιον ἀπὸ ἀναξίου, ὡς τὸ ςόμα μου ἔσῃ. *Et ſi eduxeris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* Atque ita citatur Græce à Dorotheo Doctrina 17. quod interpres vertit 10.2. Bibliothecæ Patrū. *Si extraxeris pretioſum ab immundo.* Vulgata, *Et ſi ſeparaueris pretioſum à vili.* Theodoretus in Commentario in Hierem. κἄν τινα τῶν ἀναξίων μεταβάλλῃς καὶ πείσῃς ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ κρεῖττον, τῷ ςόματί μου ἀπεικασθήσῃ, καὶ γὰρ ἐγὼ λόγῳ τὰ μὴ ὄντα ἐποίησα· καὶ σὺ λόγῳ τοὺς τῆς κακίας ἐργάτας μεταβάλλῃς εἰς ἀρετήν. *Et ſi quemquam ex impiis conuerteris, ac perſuaſeris vt amplectatur, quæ tendant ad meliora, ori meo aſſimilabere. Ego ſiquidem, ea quæ ſunt verbo condidi. & tu verbo perperam agentes conuerti feceris ad virtutem.* C

Ibid. Col.2.B. *Vt alter alterius onera p.*] Hæc aberāt à pręcedentibus editionibus: alludūt autem ad illud ad Galatas 6.2. *Alter alterius onera portate.*

Ibid. C. *In Magiſtratus.*] Brix. *Ad magiſtratus ab Imp. Theod. miſſos ad Elibichum exercitus ducem,* omiſſo nomine Cæſarii Magiſtri, quod addidimus è Græcis codicibus mſſ. quibus aſtipulatur Theodoretus lib.5. c.19. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο οἱ τὰς ἀπειλὰς ἐκείνας κομίζοντες, Ἐλλέβιχος δὲ ὁ ςρατηγὸς τηνικαῦτα ὤν, καὶ Καισάριος ὁ τῆς βασιλείου ἡγούμενος. μάγιςρον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἀρχήν, ἐν δέει μὲν ἦσαν ἅπαντες. *Vbi vero nuncij, qui vrbi Imperatoris minas exponerent, eo aduenient: nempe Elebechus, id temporis dux exercitus, & Cæſarius Præfectus palatij, quem Romani Magiſtrum aulæ vocant, omnes minis illis perterriti in magno metu erant.* D Epiphanius Scholiaſtic. in Tripartita lib.9 ca.39. melius quàm Chriſtophorſonus interpretatus eſt: *Cū igitur veniſſent qui ferebant minas Imperatoris, Allebichus Magiſter militum, & Cæſarius Magiſter, erant omnes ſub formidine conſtituti.* Porro Nicephorum merito reprehendit illoſtriſſ. Cardinalis Baronius ὁ μακαρίτης, quod hunc Cæſariū putarit libr.12.ca.44. fratrem Gregorij Nazianzeni fuiſſe, quē longe ante hunc annum Chriſti 388. nempe ſub Valente diē clauſiſſe extremū docuit ann.368. Nicephorus Elebechum appellat, quem Epiphanius Allebichum, at apud Zoſimum li.5.p.821. Ἐλλέβιχον quemdam legimus ἱππέων ἡγούμενον δομέςικον, vel δομεςίκων, E *Ellebichum Comitem equitum fuiſſe domeſticorum.* Cęterum rectius vertiſſet interpres, Ἐλλέβιχον ςρατηλάτην, *Ellebichum Magiſtrum militū,* ſic enim paſſim in Conſtitutionib. Imperatorū appellantur, & à Ducib. diſtinguuntur, vt in Nouella 134. εἰ δὲ συμβῇ χρείας καλούσης εἴτε ςρατηλάτας εἴτε δοῦκας πεμφθῆναι. *Si vero contigerit neceſſitate faciente ſiue magiſtros militū ſiue duces deſtinari.* In Chalced. Conc. act.1. p.44. fit mentio τοῦ ἐνδοξοτάτου ςρατηλάτου καὶ ἀπὸ ὑπάτων Ἀνατολίου. *glorioſiſſimi Magiſtri Militum & Exconſulis ordinarij Anatolij.* Zoſimus lib.2. de magiſtratibus à Conſtantino immutatis agens, pa.688. ςρατηλάτας καταςήσας, τὸν μὲν τῆς ἵππου, τὸν δὲ τῆς πεζῶν, εἰς τούτους τε τὴν ἐξουσίαν τοῦ τάττειν τοὺς ςρατιώτας καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁμαρτάνοντας μεταθεὶς. *Magiſtris militū inſtitutis, altero equitum, peditū altero, & in hos tranſlata poteſtate militū ordinandorū & coercendi delinquentes.* Ex Notitia vero imperij conſtat duos fuiſſe Magiſtros militum, præſentales ſiue in præſenti, Comitatu ſcilicet, in Orientali imperio, duos item Magiſtros militum præſentales in Occidentali. His adiuncti erant alij, Magiſter equitū & peditum per Orientem, Mag. eq. & peditū per Thracias, Mag. eq. & ped. per Illyricum, Magiſt. eq. & ped. per Gallias. Atq; hic fortaſſe Magiſter militū fuit per Orientem, vt leg.36. de erogat. mil. annon. ideoque miſſus Antiochiā, quæ caput erat Oriētis.

Ibid. *Et Cæſarium Magiſtrum.*] Magiſtrum officiorum hunc fuiſſe intellige, qui & abſolute μάγιςρος, *Magiſter* appellatur, licet alij eſſent Magiſtri ſcriniorum, epiſtolarum & libellorum Græcorum, & eB ius magiſtratus, Magiſteria dignitas, apud Caſſiodorum li.6. epiſt.6. Variar. hiſtorici Græci appellant, ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. *ordinum palatinorum ducem.* Zoſimus lib.2. p.683. μάγιςρον τῶν ὀφφικίων καλοῦσι Ῥωμαῖοι. ad eum palatij diſciplina pertinebat, & officiis id eſt miniſteriis præerat. Euſebius lib.8. c.23. In Concil. Chalcedonenſi pa.444. Βιγκομάλῳ μαγίςρῳ τῶν θείων ὀφφικίων. *Vincomalo Magiſtro ſacrorum officiorum;* qui pag. 458. vocatur abſolute, Βιγκόμαλος μάγιςρος. inde dicti Magiſteriani agentes in rebus, fortè quod Magiſtro officiorum ſubeſſent. Vetus Gloſſar. μαγιςριανός. *Agens in rebus:* quod confirmatur ex Chalcedonenſi Concil. eodem, act.1. pa.58. Κωνςαντῖνος ὁ καθωσιωμένος μαγιςριανὸς ἀνέγνω. *Conſtantinus deuotiſſimus agens in rebus recitauit.* Horum agentium crebra mentio apud Ambroſiū libr.5. epiſtolar, Auguſtinum lib. C 8. Confeſſionum c.6. & in Codice Theodoſiano, ſed & apud Athanaſium, qui vocem Latinam Græcis characteribus expreſſit, vnde ab interprete id non animaduertente procuſi ſunt Præfecti Sericorum in apologia ad Conſtantium p.529. Ἀντίοχός τε καὶ Εὐάγριος οἱ ἀγεντισηρίκιος. Baſilienſis codex habuit ἀγεντισηρίβους, id eſt, *Agentes in rebus.*

Ibid. D. *Nunquam obliuiſcamur.*) καὶ μὴ ἐπιλαθώμεθα. Hæc addidimus A. ex mnſſ. HN.2. H.1. legebatur autem in F.2. καὶ μὴ ἐπιλαθώμεθά ποτε τῶν πειρασμῶν. *& nunquam tentationum obliuiſcamur.*

Fol.60. Col.1. C. *Tabernacula.*) τὰς σκηνάς. F.2. HN.3. τὰ αὐλὰς καὶ τὰς σκηνάς. Similis illa fuit caſa monachorū, de qua Auguſtinum vide lib.8. ConD feſſ. ca.6. præcipue vero in monte Caſio diuerſatos eſſe illos ſuſpicari licet, qui Antiochię imminebat, vt cōſtat ex Ammiano Marcel. l.22. & Plin. l.5. c.22.

Ibid. *Similem redditam.*) Interp. *ciuitatem vniſimilem homini. Vbique tunc vidiſſes ſanctos illos manifeſtos.* Et potuit eo ſenſu dictum videri, quod illud 1. Reg.11.7. *Inuaſit ergo timor domini populum & egreſſi ſunt, quaſi vir vnus:* hoc eſt, vt Lyranus exponit, vno corde & vna voluntate, ad liberandum obſeſſos: ſed probabilius interpretem legiſſe compendio literarū ſcriptum ἐοικυῖαν ἀνῳ τότε, vt etiam exaratum erat in regio Codice HN.2. ac recentiori calamo additum in ab eo qui illud ἀνῳ putauit eſſe ἀνῳ, vt ſcribi etiam ſolet pro ἀνθρώπῳ, quemadmodum apud Athanaſium contra Gētes pa.15. v.21. οὕτε γὰρ τὸ ἐν E οὐρανοῖς ἴδιόν ἐστι, in quibuſdam libris ſcriptum fuit τὸ ἐν ἀνθρώποις. Vide Notas in Iuſtinū Martyrem, p.330.50. Cœlo autem ſimilem redditam ait, quoniam ſancti & angeli, qui cœlum incolunt, illam incolebant, vel qui ſanctis angeliſque ſunt ſimiles, vt inf. p.673. b. *propter monaſteria, & illos, qui vitam angelicam ſunt amplexi.* Theodoretus li. 3. contra Græcos, τὴν ἀγγέλων μιμούμενοι πολιτείαν ἔφυγον τὴν σωμάτων καὶ τὴν ἔννομον κοινωνίαν. *Angelorum vitam imitati fugerant legitimam corporum commixtionem.* Eadem ſententia dixit Chryſoſt. homil. de Pentecoſte, οὐρανὸς ἡμῖν γέγονε σήμερον ἡ γῆ οὐκ ἀςέρων δὲ οὐρανοῦ εἰς γῆν καταβάντων, ἀλλ' ἀποςόλων ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς ἀνα-

βάντων.

βαίνων. *Hodie nobis terra facta eſt cœlum, non ſtellis de cœlo in terram deſcendentibus, ſed Apoſtolis ſupra cœlos aſcendentibus.* Poſtremo in A. paulo aliter efferebantur iſta, καὶ τὴν πόλιν ἔδειξαν ἐοικυῖαν οὐρανῷ· τότε ἦν ἰδεῖν πανταχοῦ. ſed ſaniorem manuſcriptorum lectionem amplexi ſumus. A

Ibid. D. *Dicitur quidam.*] Theodoretus li. 5. c. 19. ex iſtorum monachorum numero fuiſſe ſanctiſſimum Macedonium narrat, qui in media vrbe prehenſo alterius iudicum pallio ambos ex equis iuſſit deſcendere: atque vbi hominem ante ignotum agnouere, deſilientes ex equis illos genua ipſius amplexos eſſe, ad quos Macedonius; *Dicite viri cariſſimi Imperatori non ſolum Imperatorem eum eſſe, ſed hominem etiam, & cum homo ſit, illis imperare, qui ſunt eiuſdem naturæ participes: humanam autem naturam ad Dei imaginem eſſe fabricatam: quare ne tam crudeliter & inhumanè imaginem Dei è medio tolli iubeat. Illud præterea cogitet, nobis perfacile eſſe pro vna ænea imagine multas fabricare. ſed eum omnino vel pilum vnum eorum, qui interfecti ſunt, facere non poſſe:* meminit eiuſdẽ Macedonij Theodoretus cap. 13. hiſtoriæ religioſæ ſanctorum Patrum. B

Fol. 61. col. 1. A. *Audiet quidem imperator*] ἀκούσεται μὲν ὁ βασ. Hęc omiſſa fuerant ab interprete, vt rurſus quod ſequitur, ἀκούσεται δὲ καὶ ἡ μεγάλη πόλις, aberat ab ed. A. quibus verbis Conſtantinopolim deſignari certum eſt, vt poſtea cum ait, ἐν τῷ στρατοπέδῳ, *in caſtris*, comitatum ſiue aulam Imperatoris indicat, cuius palatij miniſtri Caſtrenſiani vocabantur, & Caſtrenſis palatij magiſtratus, ſub cuius diſpoſitione Pędagogia erant, miniſteriales dominici, & cura palatiorum, vt ex Codice Theodoſiano conſtat.

Col. 117. E. *Ipſa metropoli.*] Tranſlata nimirum fuerunt iura & priuilegia metropoleos ad Laodicenſium ciuitatem, vt refert Theodoretus lib. 5. cap. 19. τά τε τῆς πόλεως προνόμια καὶ τῇ γειτνιούσῃ πόλει τῆς ἡγεμονίας παρέδωκε ταύτῃ μάλιστα νομίζων ἀνιάσειν. ἐζηλοτύπει γὰρ ἡ Λαοδίκεια τῆς Ἀντιοχείας ἄνωθεν. Tripartitæ interpres lib. 9. ca. 32. *Priuilegia ciuitati ademit, vrbique vicinæ primatum tribuit, putãs hoc illis maximo dolori futurum. Inuidebat enim iam olim Antiochiæ Laodicea.* Ac metropoles quidem propriè dicuntur, Suida teſte, ciuitates ex quibus ſunt deductæ coloniæ, ὅσαι πόλεις ἀποικίας ἔστειλαν, ſed & quæcuque primaria eſt & quaſi mater prouinciæ, vt loquuntur Imperatores lib. vnic. Cod. de metropoli Beryto. ita Syriæ prouinciæ metropolis fuit Antiochia. Xiphilinus in Adriano. ἦν, ὅτε ἀνηγορεύθη αὐτοκράτωρ ἐν τῇ μητροπόλει Συρίας Ἀντιοχείᾳ. *Erat Adrianus quo die Imperator deſignatus eſt, Antiochiæ, quæ eſt vrbs metropolis Syriæ.* & Spartianus in Adriano, *Antiochenſes inter hæc ita odio habuit, vt Syriam à Phœnice ſeparare voluerit, ne tot ciuitatum metropolis Antiochia diceretur.* C

Ibid. Col. 2. D. *Et vrna aurea.*] Brix. *& phiala aurea.* ad Hebræos cap. 9. 4. ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα. *in qua vrna aurea habens manna.* Exodi 16. 33. *Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum poteſt capere gomor: & repone coram Domino ad ſeruandum in generationes veſtras.* LXX. λάβε στάμνον χρυσοῦν ἕνα καὶ ἔμβαλε εἰς αὐτὸν πλῆρες τὸ γομὸρ τοῦ μὰν, καὶ ἀποθήσεις αὐτὸ ἐναντίον τοῦ θεοῦ εἰς διατήρησιν εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν *Sume vas aureum.* & 3. Reg. 4. 13. στάμνον μέλιτος, *vas mellis.* vox Græca vrnam vel hydriam ſonat. phialarum mentio fit Apocalypſ. 15. v. 8. Zachar. 9. 15 & alibi ſæpè. D

Fol. 62. Col. 1. *Salomon*] ὁ Σολομών. HN. 1. μαθὼν ὁ Μωϋσῆς. Ac legimus quidem Exodi 25. 9. Moyſi dictum eſſe à Deo, *Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum: iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi, quod oſtendam tibi:* de Salomone autem idem non legimus, ſed tantum 3. Reg. 5. 5. *Cogito ædificare templum nomini Domini mei, ſicut locutus eſt Dominus Dauid patri meo, dicens: Filius tuus, quem dabo pro te ſuper ſoliũ tuum ipſe ædificabit domum nomini meo.* & 2. paralipo. 2. 1. *Decreuit autem Salomon ædificare domum nomini Domini.* & cap. 3. *dicitur in monte Moria ædificatum, qui demonſtratus fuerat Dauid patri eius.* Videtur tamen fallente memoria cenſuiſſe Chryſoſtomus exẽplar ædificandi templi Salomoni fuiſſe demonſtratum. quamobrẽ & homi. 17. in epiſt. ad Hebræos, pa. 1868. Deum iuſſiſſe dixit, vt multa cum magnificentia exędificaretur, quod tamen in Scriptura expreſſum non fuit. ὁ γὰρ διαταξάμενος θεὸς ἐκέλευσεν μετὰ φιλοτιμίας γενέσθαι πολλῆς, ἐπειδὴ κἀκεῖνοι τοῖς σωματικοῖς ἐφείλκοντο καὶ ἐπεσπῶντο. *Deus enim, qui imperauerat, iuſſerat illud cum multa magnificentia fieri, quia & illi corporalibus magis attrahebantur, & alliciebantur:* & paulo poſt, καὶ οὐ τούτῳ μόνῳ σεμνὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ τῷ εἶναι εἷς. Sic enim emendandum eſt, nec legendum ἴσος, *quod eſſet æquale*: itaque rectè Mutius Scholaſticus. *Et non ex hoc ſolum erat venerandum, ſed etiam, quod vnicum erat.* E

Ibid. *Speluncam hyænæ.*] Spelunca latronum appellatur dum interrogat apud Prophetam Hieremiam Deus ca. 7. 11. μὴ σπήλαιον λῃστῶν ὁ οἶκός μου, οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτῷ; *Nunquid ſpelunca latronum eſt domus mea, vbi inuocatũ eſt nomen meum in ea?* & cap. 12. 8. μὴ σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοί, ἢ σπήλαιον κύκλῳ αὐτῆς; *Nunquid ſpelunca hyænæ hæreditas mea mihi, an ſpelunca in circuitu eius?* Chryſoſtomus autem homil. 1. aduerſus Iudęos pag. 437. a. paulo aliter citat hunc locum. *Nam ſpelunca hyænæ facta eſt mihi domus veſtra.* & ho. 14. in Marcum, *Nunquid ſpelunca hyænæ facta eſt domus mea mihi?* domus dici οἶκός μου, non vt eſt apud LXX. κληρονομία, *hæreditas*, quo nomine Hieronymus intelligit populum Iudęorũ, & refert ad immũditiam nocturnæ beſtię hyęnę, quæ viuit cadaueribus mortuorum, & de ſepulchris ſolet effodere corpora: Talis eſt Iſrael offendens dominum ſuum & omnium beſtiarũ morſibus traditus idemque docet in cap. 65. Eſaiæ. Theodoretus, σπήλαιον ὑαίνης οὐ μόνον τὴν πόλιν καλεῖ. ἀλλὰ καὶ τὰ ταύτης κύκλῳ, τουτέστι τὴν Ἰουδαίαν. *Non vrbem duntaxat, ſed etiam quæ circũ adiacẽt, hoc eſt Iudæam, appellat ſpeluncam hyænæ.* Sic tamen hunc locũ citauit vt Chryſoſtomus, Clemens Alexandrinus lib. 3. capite 10. pædagogi. σπήλαιον ὑαίνης γέγονεν ὁ οἶκός μου· τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν σωμάτων ἀντιπόλομον τροφὴν ἀλληγορία ἡ σοφὴ τὴν εἰδωλολατρείαν διαβέβληκεν· δεῖ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἁγνὸν εἰδώλων τοῦ ζῶντος οἶκον εἶναι θεοῦ. *Spelunca hyænæ facta eſt domus mea, quod erat ex mortuis corporibus alimentum abhorrens: ſapiens allegoria reprehendit cultum ſimulachrorũ, verè enim oportet ab idolis eſſe puram domum Dei viuentis.* Cum igitur Hieremias in eodem capite vtraque voce vſus ſit, & domus & hæreditatis verſ. 7. *Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam*, videri poteſt domus Dei vocari populus Iſrael, vt Numerorum 12. 7. *Seruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt*: at vocem domus retulerũt Clemens & Chryſoſtomus ad templum, ad quod & Chriſtus ipſe verba Hieremiæ retuliſſe viſus eſt, cum dixit, *Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Matth. 21. 13.

Ibid. B. *Adſcripti ſumus.*] ἐγγράφημεν. H. 1. 2. F. 2. HN. 1. 2. 3. & ἐνεγράφημεν. & ἐκεῖ πολιτευώμεθα. *illic ciuium munere fungamur.* quemadmodũ vertit ſimilẽ Greg. Nazian. locũ in Epitaphio Gorgoniæ doctiſſimus interpres Iaco. Billius pag. 397. ἡ μὴ βλεπομένη, νοουμένη δὲ πόλις, ἐν ᾗ πολιτευόμεθα. καὶ πρὸς ἣν ἐπειγόμεθα. *Ciuitas illa, quæ oculis minime cernitur, & mente intelligitur, in qua ciuium munere fungimur.* ſic municipatum noſtrum in cælis eſſe vertit Hieronymus Philippen. 3. 20. ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. vt in Epitaphio Nepotiani epiſt. 3. *municipatum habemus in cælo.* & Tertullianus 5. in Marcion. 20. & in aliis locis, quæ notauimus in similẽ huius ac germanum locum inf. hom. de S. Luciano, pag. 602. Χριστιανὸς οὐκ ἔχει πόλιν ἐπὶ τῆς γῆς. *Chriſtianus ciuitatẽ in terra non habet.* Quod ſequitur τῶν μεγάλων ὑπερορῶντες, verterat Brixianus, *pueros magnos ſuſpicientium parua admiremur*, referens ad τὰ παιδία. non ad τὰ πράγματα. Ab eadem mente illud eſt initio homiliæ 36. in 1. ad Corinth. pag. 646. καὶ γὰρ τὰ παιδία πρὸς μὲν τὰ μικρὰ κέχηνε, καὶ ἐπτόηται, τὰ δὲ σφόδρα μεγάλα οὐ τοσοῦτον ἔχει θαῦμα. *Parui enim*

pueri

pueri parua quidem hianti ore ſtupent & mirantur: rerum autem valde magnarum non tanta tenentur admiratione, & ſupra hom.5.p.80.b. *Pueri parui laruas quidem timent.* A

Ibid.D.*regē terræ.*] βασιλῆ. F.1. βασιλῆ τὸ φθαρτόν. *regem mortalem.* H.2.HN.1.3. βασιλῆ τῆς γῆς. vt pſ. 202. παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. *Aſtiterunt reges terræ.*

Ibid. col.2. B. *Daphnem ſuburbanam.*] Δάφνην τὸ προάστειον. *Daphnem ſuburbium*, vt inf. pag. 756. εἰς τὸ προάστειον τοῦτο τῆς Δάφνης ἀπενεχθῆναι *in ſuburbium iſtud Daphnen abduci*. Dio quoque lib.51. Daphnen appellat τὸ τῆς Ἀντιοχείας προάστειον, & Strabo lib.16. ὑπέρκειται δ' ἐν τετταράκοντα σταδίοις ἡ Δάφνη κατοικία μετρία, μέγα καὶ συνηρεφὲς ἄλσος διαρρεόμενον πηγαίοις ὕδασιν. *Vlterius eſt Daphne ad ſtadia xl. mediocris vicus, & lucus ingens, & opacus, fontanis aquis irriguus.* Inde dicta vrbs ipſa Antiochia ad Daphnen, Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, vt Σελεύκεια ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ, Seleucia ad mare ſita, quæ & παραθαλασσία libro 1. Machabæorum c. B
12. Plinius lib.5.cap.23. *Intus ipſa Antiochia libera Epidaphnes cognominata*, hoc eſt ἐπὶ Δάφνῃ. In eo ſuburbio fuit templum Apollinis, vnde & Daphnenſis nomen inuenit, de quo in laudatione Babylæ Chryſoſt. & Theodoretus lib.10 de Curat. Græc. affect. καὶ ὁ Δαφναῖος Ἀπόλλων τὸν ἡμέτερον παρασκευάσας μετατεθῆναι νεκρὸν, οὐρανόθεν ἐδέξατο τὸ σκηπτόν. *Daphnenſis Apollo cum effeciſſet, vt defunctus noſter trāſferretur cælitus fulmine tactus eſt.* vide inf. contra Iudæos pag. 443. & in S. Iulianum pag. 612. Porro cupreſſuum Daphnenſium Philoſtratus meminit lib.1.c.12. de vita Apollonii, κυπαρίττων τε ὕψη ἀμήχανα περιέστηκε κύκλῳ τὸ ἱερὸν, καὶ πηγὰς ἐκδίδωσιν ὁ χῶρος ἀφθόνους τε καὶ ἠρεμούσας. *Cupreſſos etiam immenſa proceritatis circa templum & fontes aquis vberes ac tacitos regio profert.* Imperatores quoque Arcadius & Honorius, libro C
11. titulo 78. Codicis Iuſtiniani edicunt, *ſi quis Daphnenſis luci in Syria, vel Perſeæ in Ægypto comparauerit; quinque libris auri nouerit ſe eſſe multandum.*

Ibid.C.*carneam*] σαρκικόν. F.1.H.2.HN.1.3. σάρκινον σκηνὸν ἐκ μικρᾶς βολῆς. *modico iactu.* H.2. HN.3. μικρῷ βόλῳ. H.1.HN.2. βώλῳ. vt hom.46. in Geneſim, ἀπέθετο τὰ ὅπλα καὶ τὴν κάδον τὴν ποιμενικὴν λαβὼν, καὶ τὰς βώλους, οὕτως ἐπὶ τὸν σάρκινον ἐκεῖνον πύργον ἐξῄει. *depoſuit arma, & accepta pera paſtorali & ſilicibus contra carneam illam turrim egreſſus eſt.* Imitatus videtur Baſilium, qui homilia 9. in Hexaemeron, ita de Elephantis loquitur, ὅτι οἱονεὶ πύργοι τινὲς ἔμψυχοι τῆς φάλαγγος προηγοῦνται, ἢ βουνοί τινες σάρκινοι ἀνυπόστατον ἔχοντες τὴν ὁρμὴν τῶν ἐναντίων τὸν συνασπισμὸν διακόπτουσιν. *quod perinde ac turres quædam animata vniuerſo agmini viam muniunt, ac prægrediuntur, aut* D
veluti colles quidā carnei intolerabili facto impetu conſtipatas hoſtium acies diſtinguunt ac diſſecant. Gregorius Nazianzenus orat. 30. Gigantum nepotem Philiſthæum hunc appellat. καὶ τὸν ἐπηρμένον, καὶ ἀλαζόνα, καὶ ἀπόγονον τῶν Γιγάντων καθεῖλε Γολιάθ. *Et ſuperbum illum & arrogantem Goliath à Gigantibus oriundum proſtrauit.*

Ibid. *Initium dulcorum.*] Brixia. *dulcedinis principatum tenet ipſius fructus.* & ita Complutenſ. & Plantin. edit. *Principatus dulcorum fructus eius.* Vulgata Eccleſiaſtici 11.3. *& initium dulcoris habet fructus illius.* καὶ ἀρχὴ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς. Græca vox ambigua eſt, vt & initium & principatum ſonet: Ianſenius exponit, *obtinet primas partes in dulcedine.* Rurſus E
in HN.1. legebatur, ἀνάγκῃ ἐν κάλλει, vt in Bibliis Gr.

Fol.63.col.1.A. *In vero iudicio.*] Brix. *in vero iudicio feciſti. Si peccata.* Daniel.3.27.& 31. Sic eſt apud Hieronym. ex Hebræo, & in vulgata Lat. at apud LXX. cap.3.28. καὶ πάντα ὅσα ἐπήγαγες ἡμῖν καὶ πάντα ὅσα ἐποίησας ἡμῖν, ἐν ἀληθινῇ κρίσει ἐποίησας. *Omnia ergo quæ induxiſti ſuper nos, & vniuerſa, quæ feciſti nobis, in vero iudicio feciſti.*

Ibid. *In prædictam.*] τὴν προειρημένην. Hæc adiecimus ex edit. A. ex mnſſ. regiis, & apographo ad nos miſſo à doctiſſimo & humaniſſimo viro Theodoro Cantero Senatore Vltraiectino, cuius ἀντιγραφῆς hac nota C. deſignabimus.

Ibid.B. *Per ieiunij tempus.*] In codice regio HN.4. & C. diſtinctio collocabatur non malè poſt vocem χειμῶνι, vt ita ſeriem Latinarum vocum mutemus, *in hyeme poſiti ſumus, per ieiunij tempus continuam haurientes*, ne forte hyemis tempore ieiunium illud accidiſſe arbitremur. Nam cum hæc anno Chriſti trecenteſimo octuageſimo octauo eueniſſe putentur, & ex Cyclis Dionyſianis conſtet apud Bedam libro de temporum ratione, Paſcha illo anno, quo litera Dominicalis fuit A. Cyclus Lunæ 9 in 9. Aprilis diem incidiſſe, non potuit hoc tempus ieiunij quadrageſimalis hyberno tēpore occurriſſe: ſed hoc vult, quod ſunt hyemis tempore imbres agris, id fuiſſe ieiunij tēpore conciones & cohortationes crebras animis.

Fol.64.Col.1.D. *De omni malo.*] ὅταν εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν. *Cum dixerint omne malum verbum aduerſum vos mentientes.* Matth.5.11. *Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me: gaudete, & exultate.* Vulgatæ auctor omiſit illud ῥῆμα, quemadmodum & Tertullianus in Scorpiaco cap. 9. *Et dixerint aduerſus vos omnia mala propter me.* Ambroſius lib.2. cap.3. de officiis: *& dicent omne malū aduerſum vos, mentientes propter iuſtitiam.* Expreſſit interpres lib. 3. de ſacerdotio apud Chryſoſtomū pag. 316. edit. Auguſtanæ.

Ibid. *In morbo & paupertate.*] In editione Gelenij notatur in margine Eccl. 22. d. at Eccleſiaſtici 22. 28. hoc tātum legimus, πίστιν κτῆσαι ἐν πτωχείᾳ μετὰ τοῦ πλησίον. *Fidem poſſide cum amico in paupertate:* nec illud quod ſequitur, *quoniam ſicut in igne*, eſt 1. Petr. 1. vt ibidē ſignificatur, ſed hoc potius, quod cōparationem ſimilē habet, v.7. *vt probatio fidei veſtræ multo precioſior auro, quod per ignē probatur, inueniatur in laudem & gloriam & honorem:* ipſa verba Chryſoſtomi reperiuntur Eccleſiaſtici 2.5. exceptis particulis ὥσπερ & οὕτως, vnde expreſſit & auctor libri de mortalitate apud Cyprianum, *Quoniā in igne probatur aurum, homines vero receptibiles in camino humiliationis.* plurimi Latini codices habuerunt olim, vt ait Ambroſius in pſa 118. octonar. 20. *in fornace afflictionis.* Illud autē quod præcedit, ἐν νόσῳ καὶ πενίᾳ, fruſtra in Indice Græco bibliorum quæras, expreſſit enim ſenſum non verba verſus 4. capitis 2. Eccleſiaſtici, qui in vulgata ſic habet, & apud S. Auguſtinum in Speculo, *In dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe*, Græca nonnihil diuerſa ſunt, πᾶν ὃ ἐὰν ἐπαχθῇ σοι, δέξαι ἀσμένως, καὶ ἐν ἀλλάγμασι ταπεινώσεώς σου μακροθύμησον. *Omne quod tibi applicitum, vel inductum fuerit, accipe libenter, & in commutatione humiliationis tuæ patientiam habe.*

Ibid. *Amare lugeam.*] Locus eſt Iſai. 22.4. vbi non legitur, ἵνα κλαύσομαι, Vt videtur Interpres exigere, ſed κλαύσομαι *lugebo*, item μὴ κατισχύσητε *verterat.* Brix. *Ne prohibete conſolantes* Hieronymus, quem & ſecuti ſumus. *Nolite contendere, vt conſolemini me ſuper contritione filiæ generis mei.* & in commentario, *Erumpit, inquit, in lacrymas, & abigit conſolantes.* In veteri lexico citatur hoc ipſum in exemplum vſus verbi κατισχύειν pro enitor. Cyrillus exponit, *Ne tentate me conſolari in contritione filiæ generis mei:* δι' ὧν ἢ παραιτεῖται τοὺς παρακαλεῖν ἰσχύοντας, τῆς πληγῆς ἐμφανίζει τὸ μέγεθος. *Cum autem prohibet eos qui poſſint conſolationem adhibere, plagæ magnitudinem declarat.* Interpres Procopij Vulgatæ Latinæ verba vſurpat; *Nolite incumbere, vt conſolemini me ſuper conculcationem filiæ gentis meæ.* Minus rectè Interpres homiliæ Chryſoſt. 29. in Geneſim quod dixerat ille μὴ κατισχύσητε παρακαλεῖν με ὑπὲρ τοῦ συντρίμματος τῆς θυγατρὸς τοῦ γένους μου, vertit, *Non valebitis conſolari me in contritione filiæ generis mei:* quaſi eſſet μὴ κατισχύσετε. Et certe ita vſurpatur Sapientiæ 7.5. πυρὸς μὲν οὐδεμία βία κατίσχυε φωτίζειν. *Ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere*, ſed verbum Hebræum idem valet quod incumbere, feſtinare, vt Prouerb. 28.20. ὁ σπεύδων τοῦ πλουτεῖν οὐκ ἀθωωθήσεται, *qui feſtinat ditari, non erit innocens*, atque ita Pagninus in Eſaia vertit, *feſti-*

netis

A

netis conſolari me ſuper populatione filiæ populi mei.

Ibid.Col.2.D. *Da ſignum in facie.*] ἐπὶ τὸ πρόσωπον, *in faciem*, vt hom.de pręmiis ſanctorum ver. 3. Ezechielis 9.4. δὸς τὸ σημεῖον ἐπὶ τὰ μέτωπα τῶν ἀνδρῶν τῶν καταστεναζόντων καὶ τῶν κατωδυνωμένων. *Da ſignum ſuper frontes virorum gementium & dolentium* ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀνομίαις. *ſuper cunctis iniquitatibus*, Theodoretus exponit, εὐσεβεῖς τινας ὑπάρχουσιν οὗτοι, ὀλοφυρόμενοι, καὶ στένοντες τὴν τοῦ λαοῦ παρανομίαν. διὸ ἐπίσημοι γίνονται, ἵνα μὴ κοινωνήσωσι τῆς τιμωρίας. *Pij igitur erant etiam hi, qui lugebant, & plorabant populi ſcelera: idcirco ſigno conſpicui fiunt, ne pœnarum participes fiant.* Origenes tradit Aquilam & Theodotionem vertiſſe σημείωσις τοῦ ταῦ ἐπὶ τὰ μέτωπα, *ſignum Thau ſuper frontes*. & addit, Ἑβραῖος δέ τις τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἔλεγε τὰ ἀρχαῖα στοιχεῖα ἐμφερὲς ἔχειν τὸ θαῦ τῷ τοῦ σταυροῦ χαρακτῆρι καὶ προφητεύεσθαι περὶ τοῦ γινομένου ἐν Χριστιανοῖς ἐπὶ τοῦ μετώπου σημείου· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ πεπιστευκότες πάντες οὗ τινος οὖν προκαταρχόμενοι πράγματος, καὶ μάλιστα εὐχῶν ἢ ἁγίων ἀναγνωσμάτων.

B

Hebræus autem quidam ex iis, qui in Saluatorem crediderunt, dicebat in antiquis elementis ipſum Thau ſimilitudinem habuiſſe characteris crucis, & prophetari de ſigno, quod inter Chriſtianos fit in fronte: quod quidem faciunt omnes, qui crediderunt, quamcunque rem ordiantur, ac præſertim preces vel ſacras lectiones. Idem tradit Hieronymus de literis Hebræorum, quibus ipſius tempore Samaritani vtebantur.

Ibid. *meis incipite*] μου ἄρξασθε. Interpres, *De ſanctis meis tangite*, Correximus quod erat in A.H.2.HN.3. ἁγίων μου ἅψασθε, ſcribendum enim fuiſſet, ὅτι τῶν ἁγίων. Tertullianus autem aduerſus Iudæos cap. 11. vertit ex lxx. *à ſanctis meis incipite*, Cyprianus aduerſus eoſdem Iudæos 2.cap.22. *Et notabis ſignum ſuper frontes virorum, qui ingemunt & mærent ob iniquitates*,

C

& Ambroſius in pſalm. 118. octonar. 20. *Vnde Dominus ait ad Angelos, qui miniſtri ſunt vltionum, A ſanctis meis incipite.* Vulgata & Pagninus, *A ſanctuario meo incipite*, Aquila & Theodotio ἀπὸ τοῦ ναοῦ, *à tẽplo*, ex quo intelligitur non hic τοὺς ἁγίους, ſed τὰ ἅγια nominari, tametſi aliter Theodoreto & Heſychio in hunc locum ſcribentibus videatur: verũ dum ait, *Incipite à ſanctuario* primos vult eos puniri, qui ſunt in ſanctuario & ſancti eſſe debent, vnde ſequitur, καὶ ἤρξαντο ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν τῶν πρεσβυτέρων, οἳ ἦσαν ἔσω ἐν τῷ οἴκῳ. *Et cœperunt à viris ſenioribus, qui erant intus in domo.*

Ibid. *Habitat Aenan.*] Brix. *Enam*, ita quoq; in H.2. Ἐνάν. ſed in aliis Αἰνάν. legebatur apud lxx. in Vatic. ἡ κατοικοῦσα σεννάαρ, *habitatrix Sennaar*, at in Complutenſi & Plãtiniana Σαάναν. Chaldæi Paraphraſtæ interpres, & Pagninus vocem Hebrẹam efferunt Michææ. 1, 11. *Saanam*. ita verior eſſet lectio

D

Σαάναν. Symmach. apud Hieronymum *habitatio abundans*. Vulgata demum, *Non eſt egreſſa quæ habitat in exitu*.

Fol.65.Col.1.A. *Beatus quem non condemnauit.*] Locus eſt Eccleſiaſtici 14.2. vbi vulgata, *Felix qui non habuit animi ſui triſtitiam.*

Ibid.Col.2.A. *Et qui finis*] ποία λῆξις, *& quæ conditio, poſt quam hinc diſceſſerint, ſuccedet*, vel certe: *quæ regio p.h.d. illos excipiet*. nam & ſors beatorum, vt in vulgatis Lexicis notatum eſt, λῆξις vocatur. Chryſoſtomus homil. 42. in 1. ad Corinth. de corporibus reſurgentib. οὐδ᾽ ὅτι βελτίονα τῶν νῦν τὰ ἐκ τῶν σηπομένων ἀνι-

E

στάμενα, οὐδ᾽ ὅτι ἐπὶ πολλῷ μείζονα λῆξιν μεταβαίνει. *nec quod iis quæ nunc ſunt meliora ac præſtantiora, quæ reſurgunt: & quod ad longe meliorem tranſeunt conditionem.* at homil. 10. in 2. ad Corinthios, τότε μάλιστα χαρήσῃ, καὶ ἥξεις ἐπὶ βελτίονα λῆξιν. *tum maximè gaudebis, atque ad meliorem regionem concedes.* Gregor. Nazianz. in Heronem Philoſ. pa. 418. τοῦτο τὸ δρᾶμα εἶδε μὲν ἑῴα λῆξις, ἐθρήνησε δὲ καὶ ἑσπέριος. *Hanc fabulam Oriens quidem vidit, at Occidens quoque defleuit.* In Concilio Nicæno 2. Actio. 6. Epiphanius Iuſtinianũ Imperatorẽ dicit τῆς θείας λήξεως, quod interpres vulgaris exprimit, *qui nunc in Dei pace requieſcit*, Anaſtaſius autem bibliothecarius, *diuæ recordationis Imperator.*

Ibid. D. *Morientium calam.*] Eandem lectionem

A

nactus videtur, quam exhibent A. H.1. HN. 2. τῶν ἔτι κατεχομένων, ſed verior eſt ſaniorum codicum. F.2.HN.3.4. τῶν ἔτι κατεχομένων. *eorum qui etiamnum detinentur, calamitas*: eos ſcilicet indicat, de quibus dixit, εἰσὶν ἐν δεσμοῖς, *ſunt in vinculis*, & ἀθυμίᾳ πολλῇ κατέχονται τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντες, *triſtitia multa tenentur carcerem habitantes.*

Fol.66.col.1.A. *Seruata*] τῆς σωζομένης. H.2.F.2.HN. 1.3. τῆς ἐπισωζομένης. ἐν ταῖς ἐμπροσθεν ἡμέραις, omiſſo ταύταις; HN.1. Porro κατατρυφᾶν rectius hic reddideris, *oblectati eſtis*, quam *gratulati*, vt apud Nazianzenum orat. de Cæſario, προσδιατρίψω τῷ λόγῳ, καὶ κατατρυφήσω τοῦ διηγήματος. *Vt immorer huic orationi, & me huius rei commemoratione oblectem.* & orat. 23. p. 427. κατατρυφῶ τῇ συνεχείᾳ τῆς κλήσεως. *ex aſſidua appellatione lætitiam capio*. Theodoretus de Curatione Græcorum lib. 3. p. 53. τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ κάλλους τῶν ὁρωμένων

B

ἐπιτέρπεσθαι διακωλύοντες, σχολὴν τῷ νῷ παρέχουσιν ἐντρυφᾶν τῇ θεωρίᾳ τῶν νοητῶν. *Oculis prohibentes viſibilium rerum pulchritudine oblectari, præbent animo facultatem ex earum rerum ſpeculatione delicias capiendi, quæ ſolo intellectu percipiuntur.*

Ibid. D. *Et ſi horum quempiam interroges*] κἂν ἔρῃ τινά. H.2.A. κἂν εὕρῃς τινά. *Si reperias*. Porro agriculturam laudat etiã auctor operis imperfecti homil. 41. *Honeſtum quidem opus eſt villæ cultura: ſicut ait Salomon: Non oderis ruſticam operationem, & agriculturam ab Altiſſimo creatam.* Eccleſiaſtici 7. 16. & Ariſtoteles lib. 1. Oeconomicorum cap. 2. quod iuſta ſit nec ab hominibus pendeat, quod naturalis ſit, & fortitudini plurimum conferat.

Ibid.Col.2.A. *Sæculari pompa*] Interpr. *omni huma-*

C

na opinione. at hic φαντασία idem ſonat quod Actor. 25.23. vbi ambitionem ſiue externum apparatum ac ſplendorem denotat, vt ante diximus. Ita corrigendus eſt locus homiliæ in pſalm. 41. pag. 742. edit. Latinæ Pariſ. εἰ γὰρ δή ποτε νόσος ἐπιστῇ τότε ἐκεῖνος ὁ μὲν τὴν ἁλουργίδα ἔχων οὐδὲν ἀπὸ τῶν δορυφόρων καὶ τῆς πολλῆς φαντασίας εἰς τὴν παραμυθίαν ὠφελεῖται τῆς ἀῤῥωστίας. *Nam ſi morbus quandoque inuaſerit, ille quidem indutus purpura, nihil à ſatellitibus, & multa illa pompa iuuatur ad ſolandam ægritudinem.* Interpres edidit, *& ſuperba illa exteriori viſione*, vt certè φαντασίαι nonnunquam appellãtur & ſpectra vel ludibria oculorum, vel ea quę ſpecie tenus apparent, vt apud Athanaſium de incarnatione verbi ἵνα μὴ ἀληθείᾳ καὶ μὴ φαντασίᾳ σῶμα ἔχων φαίνηται. *Vt reuera verum corpus non ſpecie tenus habuiſſe crederetur.* & δόκησις etiam dicitur Marcionitarum & Valentinianorum.

D

Ibid.B. *Et nobilitate.*] Brix. *& generoſitate.* ſi quidem etymologiam ſpectes, εὐγένεια, generoſitas eſt, vel generis claritas potius, ſed hęc duo diſtinguit Ariſtoteles lib. 2. Rhetoric. ad Theodect. capite 15. ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετήν· γενναῖον δὲ τὸ μὴ ἐξίστασθαι τῆς φύσεως. *Eſt autem nobile ex generis virtute, generoſum vero ex eo vt non deficiat à natura.* Idem lib. 4. cap 8. Moralium ad Nicomachum ait, τὰ εὐτυχήματα συμβάλλεσθαι πρὸς μεγαλοψυχίαν· οἱ γὰρ εὐγενεῖς ἀξιοῦνται τιμῆς, καὶ οἱ δυναστεύοντες, καὶ οἱ πλουτοῦντες, ἐν ὑπεροχῇ γάρ. *Fortunæ proſperitates videntur ad magnanimitatem conferre, qui enim nobiles ſunt, & diuites, & in poteſtate conſtituti, honore digni habentur, in excellentia enim quadam ſunt.*

E

Ibid. *Ex his quæ non erant.*] clarius dixiſſet, *ex nihilo cuncta produxit*, nam & ita reddunt Latinè Arrianorum falſum dogma Patres Latini, ἐξ οὐκ ὄντων γεγενῆσθαι, vel γεγεννῆσθαι τὸν υἱόν, *creatum eſſe vel natum, ex non ante* apud Athanaſium de Synodis pag. 689. vel *ex nihilo*, vt Hilarius 5. & 12. de Trinitate, quod Hieronymus aliquando *Ex non extantibus* vertit.

Fol.67.Col. 1. A. *Viderunt falcem,*] εἶδον δρέπανον. Quod verti poteſt, *vidi*, vt apud Zachariam ipſum cap. 5. 1. ex quo citatus eſt idem locus ante pag. 198. B. καὶ εἶδόν φησι, καὶ ἰδοὺ δρέπανον πετόμενον. *Et vidi, inquit, & ecce falx volans.* Et ſe vidiſſe ait Propheta non alios, hic tamen Chryſoſtomus εἶδον accipit pro, viderunt, Iudæ

ſcili-

A ſcilicet: vnde ſubiicit, καὶ τὸ προφήτου παιδεύοντος αὐτοὺς ἤκουον. *Et Prophetam ſe docentem audierunt:* rurſus hic καταλύειν, auctori valet idem quod καταστρέφειν, euertere, aut diſſoluere, dum ait τὴν οἰκίαν καταλύειν, non vt apud Zachariam diuertere, aut requieſcere in medio domus iurantis. In 3. cod. HN. 1. 3. F. 2. mendoſè legebatur, ἐκ προσώπου τῆς γῆς, pro ἐπὶ πρόσωπον.

Ibid. B. *In mentes ſermo.*] καθικέσθαι, *mentes percellere*, vel, *tangere ſolet ſermo*. Porro de ſterilitate perpetua terræ circumiacentis, habes idem homil. 43. in Geneſim, ἐπειδὴ γὰρ οἱ ταύτην οἰκοῦντες ἄνθρωποι πολὺν τῆς πονηρίας τὸν καρπὸν ἐπεδείξαντο· διὰ τοῦτο καὶ τῆς γῆς φησὶ τοὺς καρποὺς ἀχρήστους ἐργάζομαι. ἵνα καὶ ἐκείνων ἀφανισθέντων πάντας διδάσκουσα τὴν ἐνοικησάντων αὐτοὺς τὴν πονηρίαν. *Nam quoniam homines qui hanc (terram) inhabitabant, multos improbitatis ſuæ fructus protulerunt: idcirco, inquit, & inutiles fructus reddo, vt & illis aboli-* B *tis hæc ſit ſequentibus generationibus perpetuum monumentum omnes per ſuam ſterilitatem docens, quanta malitia fuerit incolarum.* Idem narrat & Tacitus lib. 5. hiſtoriarum, *Nam cuncta ſponte edita, aut manu ſata, ſiue herba tenus aut flore, ſeu ſolitam in ſpeciem adoleuere, atra & inania velut in cinerem vaneſcunt.* Ioſephus lib. 5. de bello Iudaico cap. 5. & Tertullianus in Carmine de Sodoma.

—— nam protinus indice tactum

Soluitur in cinerem, ſit vana fauillaque pomum.

Ibid. D. *Et vrna aurea.*] B. *& phiala aurea*, vt ante monuimus: nam Heb. 9. 4. στάμνος χρυσῆ, *vrna aurea* dicitur vas quod manna continebat, phialis poculenta potius excipiebantur: apud prophanos etiam στάμνος dicitur vrna cui calculi ſuffragiorum imponebantur, ſed & apud Pollucem li. 7. cap. 33. numerantur, cum doliis & amphoris σταμνία, στάμνοι, C σταμνίσκοι. vrnæ, vrcei, vrceoli.

Ibid. D. *Velut grana.*] Bri. *velut rami oliuæ.* ῥῶγες dicuntur acini, vt vuarum & aliarum plantarum, ῥῶγες nuclei, ſed duo miſcuiſſe loca Eſaiæ videtur Chryſoſt. ἀπὸ μνήμης λέγων; nam c. 17. 6. legitur, ἢ ὡς ῥῶγες ἐλαίας δύο ἢ τρεῖς ἐπ' ἄκρου μετεώρου, ἢ τέσσαρες, ἢ πέντε ἐπὶ τῶν κλάδων αὐτῶν καταλειφθῇ. *Vel ſicut grana oliuæ duo, vel tria in ſummitate excelſa, vel quatuor aut quinque ſuper ramos earum ſint relicta.* rurſus Eſaiæ ca. 65. v. 8. ὃν τρόπον εὑρεθήσεται ὁ ῥὼξ ἐν βότρυϊ, καὶ ἐροῦσι μὴ λυμήνῃ αὐτὸν, ὅτι εὐλογία ἐν αὐτῷ. *Quomodo inuenietur acinum in botro, & dicent, ne perdas illud, quia benedictio eſt in eo.* Et hunc potius locum citare voluiſſe videtur auctor, atque oleæ grana pro vuæ acinis poſuiſſe. Procopius in eum locum, ὡς εἰ καὶ δεσπότης ἀγροῦ κωλύοι λυμήνασθαι βότρυν ἔχοντα τὴν ἕνα ῥῶγα, εὐλογίαν ἔχειν εἰπών, οὕτω μέχρι πέντε δικαίων ὁ θεὸς ὑπέ- D σχετο σώζειν τὰ Σόδομα. *Non aliter ac ſi agri dominus racemum amputari prohibeat, in quo ſuperſit acinus, quem habere benedictionem moneat: ſic & Sodoma ſeruaturum ſe pollicebatur Dominus, ſi vel quinque iuſtos habuiſſet.* Aptius tamen ad Iudæos quā ad Sodomitas retuliſſet cum Chryſoſt. vt Cyrillus, ex quo videtur decerpſiſſe Procopius. ἐπελύθη μὲν Ἰουδαίοις τὰ ἐκ θείας ὀργῆς καὶ ἰσοστάθμους εἰς αὐτὴν τῶν πλημμελημάτων ἐξέτισαν δίκας, πλὴν οὐκ ἄρδην ἅπαντες καὶ ἀδιακρίτως διολώλασιν· εἶτα τὸν γεωπόνον εἰσκομίζει λέγοντά τινι, μὴ λυμήνῃ αὐτὸν, ὅτι εὐλογία ἐστὶν ἐν αὐτῷ. *Diuina ira Iudæis inflicta eſt, & dignas pro ratione delictorum pœnas dederunt. Verum non funditus omnes, & ſine diſcrimine perierunt. Deinde agrico-* E *lam inducit dicentem cuidā: Ne perdas eum, quia benedictio eſt in ipſo.* & Hieronymus, *Sic, inquit, de Iudæorum innumerabili multitudine, quæ offendit Deum, ſi paucos iuſtos inuenero, liberabo eos de interitu plurimorum.*

Ibid. Col. 2. A. *Narra narrationem.*] Brixianus, *Propone ænigma*, & in reliquis huius capitis locis, vt ſolet vulgatæ verbis vti ſtuduit, vbi minimè fuit neceſſe, quibus expūctis interpretationē LXX. ex commentario S. Hieronymi ſubſtituimus, qui cum Theodoreto per aquilam grandem hic Nabuchodonoſor etiam Chaldæorum Regem deſignari volunt, qui multis imperans nationibus & innumerabili vallatus exercitu venit ſuper domū Dei.

Ibid. C *Tranſgreſſus eſt teſtamentum.*] Brix. *ſoluerat pactum*, vt poſtea, *præuaricando pactum meum*, vbi ſcribendū pariter, *tranſgrediendo teſtamētum meum*. itemque pro *& fœdus, quod præuaricatus eſt*, ſcripſit, *& teſtamentum quod tranſgreſſus eſt*. Sic enim vertitur vox διαθήκη, quæ propriè diſpoſitionem διάθεσιν, ſonat, vt διαθέσθαι diſponere, quo verbo vtitur & Tertullianus interpretās illud Hieremiæ 31. καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ διαθήκην καινήν· οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν, *Et diſponam domui Iſrael teſtamentum nouum, non quale diſpoſui ad patres.* lib. 1. aduerſus Marcionem c. 20. & lib. 4. cap. 1. Hieronymus quæſt. 17. in Geneſim, *Notandum quod vbicumque in Græco teſtamentum legimus, ibi Hebræo ſermone ſit fœdus ſiue pactū, id eſt,* ברית *berith*, idēque in cap. 2. Malach. docet hāc vocem Hebræam Aquilam συνθήκην, id eſt pactum, interpretari, LXX. vero διαθήκην, id eſt teſtamentum, & in pleriſque ſcripturarum locis teſtamentum non volūtatem defunctorū ſonare, ſed pactum viuentium. Sic & Eſaiæ 28. 15. ἐποιήσαμεν διαθήκην μετὰ τοῦ ᾅδου, vertit Hieronymus, *Fecimus teſtamentū cum inferno.* & vulgata. *Percuſſimus fœdus cum morte.* Procopij interpres doctiſſ. Ioānes Curterius illum Hieremiæ locum Latinè extulit pag. 626. *Feriam fœdus nouum non ſecūdum pactum, quod pepigi cum patribus*, eodemque modo Beza & alij quidam recentiores Matth. 25. καινῆς διαθήκης, verunt. *Noui pacti:* rectius tamen retinebitur vox teſtamēti, qua Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus & alij Latini Patres Græcam διαθήκη exppreſſerunt, & quemadmodum Græcorū Lexicorū auctores agnoſcunt apud LXX. vocem διαθήκη, præter voluntatem teſtatorum, valere idem quod συνθήκη, pactum vel fœdus, licet apud prophanos rarior eiuſmodi vſus occurrat. ſic & Latini Patres eandem ſignificationem pacti & fœderis, voci teſtamenti tribuerunt, tametſi apud exteros ſit inuſitata, non excluſa tamen ordinaria notione de teſtatorum voluntate.

Ibid. D. *Nono regni eius.*] H. 1. βασιλείας Σεδεκίου, *regni Sedeciæ*, 4. Reg. 25. 1.

Ibid. *Eius munitiones.*] Hoc quoquè vulgatæ eſt, ad verbum e Græco eſſet, *eius murum*: ſed apud LXX. paullo aliter, καὶ ᾠκοδόμησαν ἐπ' αὐτὴν περίτειχος κύκλῳ. *Et ædificauit ſuper eam circummurale in circuitu*,

Fol. 68. Col. 1. *& præualuerunt*] καὶ ἠδυνάσθησαν. HH. 1. 3. καὶ ἠδυνάσθησάν σοι ἄνδρες. & ita legitur apud Theodoretum, in Vaticana, καὶ δυνήσονταί σοι, & in iis quæ ſequuntur, εἰρηνικοί σου, καὶ καταλύσουσιν ἐν ὀλισθήματι πόδα σου, ἀπέστρεψαν ἀπὸ σοῦ, καὶ τὰς γυναῖκάς σου, καὶ τὰ τέκνα σου ἐξάξουσι. *Et præualebunt tibi viri pacifici tui. Et deponent in lubricis pedem tuum, receſſerunt à te: & vxores tuas, & filios tuos educent.* In Compluten. & Plantin. καὶ κατισχύσουσί σου ἐν ὀλισθήματι πόδας σου. *Et præualebunt in lubricis contra pedes tuos.* Apud Theodoretum manuſcriptum quo vſus eſt Ioan. Picus interpres, καὶ κατισχύσουσί σου ἐν ὀλισθήματι πόδας σου. *Et præualebunt tibi in lapſu pedis tui.* In regiis mſſ. legitur vt in Cōplutenſi. quidam tamen habent ἀποστρέψουσι, *recedent à te*, vt H. 1. 2. F. 2. HN. 2. 3. Vulgata Hier. 38. 22. *Seduxerunt te, & præualuerunt aduerſum te viri pacifici tui, demerſerunt in cœno & in lubrico pedes tuos, & receſſerunt à te.*

Ibid. B. *Et gradus.*] βάσεις, *baſes*, columnarum ſcilicet, vt Vitruuio baſis eſt ſedes, in qua ſtatuitur columella, ac LXX. quidem 4. Reg. 25. 13. vocem Hebræam retinuerunt, καὶ τοὺς στύλους τοὺς χαλκοῦς ἐν οἴκῳ κυρίου, καὶ τὰς μεχωνὼθ, καὶ τὴν θάλασσαν τὴν χαλκῆν. *& columnas æneas quæ in domo Domini, & ipſas mechonoth, & mare æneum* vbi Complutenſis, καὶ τὰς βάσεις, *& baſes*, apud Hieremiam autem cap. 52. 17. ſic ediderunt: τοὺς στύλους τοὺς χαλκοῦς τοὺς ἐν οἴκῳ κυρίου καὶ τὰς βάσεις, καὶ τὴν θάλασσαν τὴν χαλκῆν. *Columnas æneas, quæ in domo Domini, & baſes, & mare æneum.* Vulgata Lat. & Pagninus in vtroque loco baſes vertcrunt, quemadmodum & πυρεῖα thuribula, quę neſcio qua de cauſa Brix. retiacula voluerit appellari.

lari.hæc enim LXX.ἀμφίβληϛρα vocant,vt pſalm. A
140.10.πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήϛρῳ αὐτῶν ἁμαρτωλοί.
Cadent in retiaculo eorum peccatores. vel δίκτυα,vt Hie-
remiæ 52.23. καὶ ἦσαν πᾶσαι αἱ ῥόαι ἐπὶ τοῦ δικτύου κύ-
κλῳ ἑκατόν. *& erant omnia mala granata in retiaculo in*
circuitu ut centum. πυρεῖα vulgata Exodi 38. 3.dicit
ignium receptacula. Rurſus *tres ianitores* ſcripſerat
Brix.vbi Chryſoſt. τοὺς τρεῖς τοὺς φυλάσσοντας τὸν σταθ-
μόν. A.& H.2. φυλάσσοντας τοὺς σταθμούς. ſed prior
lectio eſt reliquorum omnium mnſſ.& 4.Reg.25.
18.quos vocat Hieremias τοὺς τρεῖς τοὺς φυλάσσον-
τας τὴν ὁδόν,*qui cuſtodiebant viam.*
Ibid.D. *Quid eſt,locutus eſt.*] Hæc ita ſe habent 4.
Reg.25.6. at apud Hieremiam 39.5. καὶ ἐλάλησεν αὐ-
τῷ μετὰ κρίσεως. *& locutus eſt ipſi cum iudicio.* Vulgata,
& locutus eſt ad eum iudicia. Theodoretus exponit,
ὁ ἤλεγξε τὴν τῶν ὅρκων παράβασιν. *reprehendit tranſ-*
greſſionem iuſiurandi. Similis locutio reperitur & c.1. B
v.16.Hieremiæ,& 4.12.& 52.v.9.
Ibid.col.2.A. *Non videbit Babylonem.*] Prior locus
eſt Ezechielis 12.13. καὶ ἄξω αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα εἰς
γῆν Χαλδαίων, καὶ αὐτὴν οὐκ ὄψεται, καὶ ἐκεῖ τελευτήσει.
Et adducā eum in Babylonē in terram Chaldæorū,& ipſam
non videbit. ibique morietur, & quod præceſſit cap.12.
6.τὸ πρόσωπόν σου συγκαλύψεις, καὶ οὐ μὴ ἴδῃς τὴν γῆν.
*Faciem tuam velabis,& non videbis terram,*exponit Hie-
ronymus, *Illud ſignificat,* inquit, *quod cæcus ductus ſit in*
Babylonem,eam quā non viderit. Poſterior locus eſt Hie-
remiæ 32.5. καὶ εἰς Βαβυλῶνα εἰσελεύσεται Σεδεκίας, καὶ
ἐκεῖ καθιεῖται. *Et in Babylonem ingredietur Sedecias, &*
ibi ſedebit. & c.36.7. καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν πέδαις, καὶ ἤγα-
γεν αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα. *Et vinxit eum in compedibus, &*
eduxit eum in Babylonem. Ac ſi quidem verba illa ſe-
orſim conſideres Ezechielis, Et Babylonem non
videbit,compareſq.cum illis Hieremiæ,ingredie-
tur Babylonē, ἐναντιοφανές aliquod apparebit, ſed C
cum præcedant illa, καὶ ἄξω αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα, præ-
miſſa ab eodem Ezechiele, non fuiſſe videbitur
cauſſa, cur comminiſceretur Ioſephus occaſio-
nem arripuiſſe ſuæ incredulitatis Sedeciā ex ver-
bis Ezechielis in ſpeciem pugnantibus cum ver-
bis Hieremię: vterque enim dixit fore,vt in Baby-
lonem abduceretur,ſed alter eam non viſurum il-
lum,quod futurus cæcus eſſet. Verba eius hæc ſunt
libro 10. Antiquitat.Iudaic.capite 10. ταῖς δὲ προ-
φητείαις αὐτῶν Σεδεκίας ἠπίστησεν ἐκ τοιαύτης αἰτίας·
τὰ μὲν ἄλλα πάντα συμφωνοῦντα τοῖς προφήταις ἀλλή-
λοις εἰπεῖν συνέβη, ὥστε ἡ πόλις ἁλώσεται, καὶ Σεδεκίας
αὐτὸς αἰχμάλωτος ἔσται· διεφώνησε δὲ Ιεζεκίηλος εἰπών,
οὐκ ὄψεσθαι Βαβυλῶνα τὸν Σεδεκίαν, τοῦ Ιερεμίου φά- D
σκοντος αὐτῷ, ὅτι δεδεμένον αὐτὸν ὁ Βαβυλώνιος ἀπάξει
βασιλεύς, καὶ διὰ τὸ μὴ ταὐτὸν αὐτοὺς ἑκατέρους λέγειν, καὶ
περὶ ὧν συμφωνεῖν ἐδόκουν οὐδὲ ἐκεῖνα ἀληθῆ ἐνόμιζε.
Ipſorum autem vaticiniis Sedecias hac potiſſimum de cauſa
noluit credere. In cæteris enim omnibus inter ſe concinebant,
quod & vrbs vi capietur,& Sedecias ipſe captiuus abducetur:
in hoc vero diſcrepare videbatur Iezeciel,quod negaret Sede-
ciam viſurum Babylonem,cum Hieremias aſſeueraret: quare
cum hic diuerſa dicere eos videret, ne illa quidem vera puta-
bat in quib.conſentirent. & c.11. ὅτι συλληφθεὶς ἀχθήσεται
πρὸς τὸν Βαβυλώνιον, καὶ λαλήσει αὐτῷ κατὰ στόμα καὶ ὄψε-
ται τοῖς ὀφθαλμοῖς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ταῦτα μὲν
Ιερεμίας εἶπε· τυφλωθεὶς δὲ καὶ ἀχθεὶς εἰς Βαβυλῶνα ταύ-
την οὐκ εἶδε καθὼς Ιεζεκίηλος προεῖπε. *quod captus ad-*
ducetur ad Babylonium, & coram eum eo loquetur, & oculis E
ſuis oculos eius videbit, Hieremias prædixit: quod vero ca-
catus primo cum Babylonem perductus eſſet, videre eam non
potuit,Iezecielis fuerat vaticinium.
Ibid.D. *& alia*] τῆς ἄλλης. HN.r.3. καὶ τῆς ἄλλης θαυμα-
τοποιΐας ſed verior recepta lectio: agit enim de illis,
quos Græci θαυματοποιοὺς appellabant, hoc eſt
mirificos, Latini præſtigiatores, earumque artem
θαυματοποιΐαν, cuiuſmodi multæ fuerunt ſpecies,
vt funambuli, petauriſtæ, neuroſpaſtæ, cybiſteræ,
& machinatores. Ad hos qui rotę in modū corpus
flectebant,pertinent illa Xenophontis in Sympoſ.
τὸ ἐπὶ τοῦ τροχοῦ ἅμα περιδινουμένου γράφειν τε καὶ ἀναγινώ-
A σκειν,θαυμα μὲν ἴσως τί· τὸ γε διαστρέφοντας τὰ σώματα καὶ τρο-
χοὺς μιμουμένους. *Quodque in rota dum verſatur, & ſcri-*
bant,& legant,monſtri loco eſt, quodque ſua corpora contor-
queant & rotas imitentur. item ibidem, ὅτι δὲ ἡ παῖς
ἐπὶ τὸ ὄπισθεν κάμπτουσα τροχοὺς ἐμιμεῖτο, ἐκεῖνος ταῦτα
εἰς τὸ ἔμπροσθεν ἐπικύπτων μιμεῖσθαι τροχοὺς ἐπειρᾶτο.
Quia puella in dorſum curuata rotas imitabatur, ille prono
capite ſe flectens rotas imitari conabatur. Meminit & ho-
rum θαυματοποιῶν Clemens Alexandrinus 7. Stro-
mat.fortes eos eſſe negans, licet innumeris expo-
nant ſe periculis,pag.313. τάχα δὲ οὕτω καὶ τοὺς θαυ-
ματοποιοὺς ἀνδρείους φήσουσιν εἰς τὰς μαχαίρας κυβι-
στῶντας ἐξ ἐμπειρίας τινός, κακοτεχνοῦντας ἐπὶ λυπρῷ τῷ
μισθῷ. *Fortaſſe autem hi quoque fortes dicent præſtigiatores*
ſe in gladios capite pronos demittentes ex quadam experientia,
& propter vilem mercedem malam artem exercentes.
Ibid. *in medio*] HN.3. ἐν μέσῳ τοῦ ξύλου παλαίειν. *in*
medio ligni luctari. In codice HN.3.in margine gloſ-
B ſema fuit, περὶ τοῦ κονδοπαίκτου λόγος. vbi corrigen-
dum fortaſſe κονδοπαίκτου, *qui conto ludebat,* vt ψηφο-
παῖκται & ψηφολόγοι inter iſtos fuere mirificos.
Vſus eſt horum prę̨ſtigiatorum exemplo & Sene-
ca lib.2.de ira. *Non poteſt,* inquit, *omnis ex animo ira tol-*
li:nec hoc hominis natura patitur. Atqui nihil eſt tam difficile
& arduum,quod non humana mens vincat, & in familiarita-
tem perducat aſſidua meditatio. Quidam,ne vnquam riderent,
conſecuti ſunt: vino quidam,alij Venere, quidam omni humo-
re interdixere corporibus: didicerunt alij tenuiſſimis & ad-
uerſis funibus currere,& ingentia vixque humanis toleranda
viribus onera portare,& in immenſam altitudinem mergi,ac
ſine vlla reſpirandi vice perpeti maria. Sed probabilius eſt
Chryſoſtomum ex Muſonio iſta Stoico didiciſſe,
cuius ex ſcriptis Seneca illud hauſit,& apud quem
legimus, εἰ μὲν ἄρα θαυματοποιοὶ δύσκολα οὕτως ὑφί-
στανται πράγματα, καὶ τὴν ζωὴν παραβάλλονται τὴν ἑαυ-
C τῶν, οἱ μὲν εἰς μαχαίρας κυβιστῶντες, οἱ δὲ ἐπὶ κάλων με-
τέωροι βαδίζοντες, οἱ δὲ ὥσπερ ὄρνεα πετόμενοι διὰ τοῦ
ἀέρος, ὧν τὸ σφάλμα θάνατός ἐστι· καὶ ταῦτα πάντα δρῶ-
σι μικροῦ χάριν μισθοῦ· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀνεξόμεθα ταλαι-
πωρεῖν ὑπὲρ εὐδαιμονίας ὅλης? *Mirifici quidam & præſtigia-*
tores difficiles res ſubeunt & ſuſcipiunt, ac vitam ipſam ſuam
in diſcrimen proijciunt, alij quidem ſuper gladios in caput ſe
iactantes & ſaltantes, alij ſublimes in funibus incedentes, alij
tanquam aues per aerem volantes: quorum omnium error
mors eſt: atque iſta tamen exiguæ mercedis aut ſtipis cauſa ſu-
beunt: nos vero non ſuſtinebimus laborare pro tota ſimul bea-
titudine? Funambulorum crebra mentio in hiſtori-
cis. Capitolinus in M. Antonino Philoſ. *Funambulis*
poſt puerorum, (forte *plurimorum* legendum) *lapſum*
D *culcitras ſubijci iuſſit.* Dicūtur & ſchœnobaticam ex-
ercere,de quibus Horatius lib.2.epiſt.1.
Ille per extentum funem mihi poſſe videtur
Ire. neq. mirum id homines feciſſe, cum &
elephantos per funes inceſſiſſe ſcribat Plinius lib.
8.c.2.& Dio in Nerone pag.275. ἐλέφας ἀνήχθη εἰς τὴν
ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἁψῖδα, καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέ-
δραμεν ἀναβάτην φέρων. *Elephas introductus in theatrum*
in ſummum eius fornicem conſcendit, atque inde vehens ho-
minem in fune ambulauit.
Fol.69.Col.1.B. *mandata*] τὰ παραγγέλματα HN.3.
F.2. καὶ τὰ γράμματα τοῦ. *literas*. Huius conſuetudi-
nis Euangelia geſtandi meminit & homil. 76.in
Matthæum pag.327. φυλακτήρια ἐκάλουν ὡς πολλαὶ
νῦν τῶν γυναικῶν εὐαγγέλια τῶν τραχήλων ἐξαρτῶσαι ἔχουσι,
E *phylacteria vocabant, vt ſicuti multæ mulieres modo faciunt,*
quæ euangelia de collo ſuſpendunt. Auctor operis imper-
fecti acrius in eis inuehitur hom. 43. hunc ipſum
Matthæi locum explanans. *Vbi eſt virtus euangelij? in*
figuris litterarum, an in intellectu ſenſuum? ſi in figuris,bene
circa collum ſuſpendis: ſi in intellectu, ergo melius in corde
poſita proſunt, quam circa collum ſuſpenſa. Legimus ta-
men in actis S. Cæciliæ ſolitam eam Chriſti euan-
gelium geſtare in pectore, idéque ex Actis S. An-
dreæ conſtat iam à temporibus Apoſtolorū vſur-
patum fuiſſe, neque damnanda eſt iſta cōſuetudo,
niſi adiuncta ſuperſtitione labefactetur, vt cum
circunſtantiæ quædam obſeruantur, ſi hoc vel

illo

illo modo ſcripta ſint, ſi in charta pergamena, vel ab incorrupto ligata, ſi vlla figura inſolita vel incognita ſit appicta. Permittunt Canones inſcribi periaptis orationem dominicam & ſymbolū, cap. Non liceat 26.q.5.& c. Nō obſeruetis 26.q.7. atque id vſu Catholico ad alias Scripturæ partes extenſū eſt, quæ pari ratione non lectæ modo, ſed & pie geſtatę proſūt. De his Baronius to.2.an.232.& Delrius noſter Diſquiſit. Mag. lib.3.pag.2.q.4.ſect.3.

Ibid.c. ἐν Ἀντιοχίᾳ.] HN.1. Ἀντιόχεια κρατεῖ τὰ ἔθη. *Antiochia conſuetudinem retinet*, vt 2. Theſſalonic.2.15. ϛήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε. *State & tenete traditiones, quas didiciſtis:* melior tamen altera lectio, & vſitatior, vt dicatur κρατεῖν τὸ ἔθος, quo ſenſu dicitur fama obtinere, aut inualuiſſe vt Can.6. Nicæni Cōcilij, τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ. *Antiqua conſuetudo ſeruetur, quæ eſt per Aegyptum & Libyā.* & ca.7. ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία. *Quia cōſuetudo obtinuit & antiqua traditio.*

Ibid. Col.2. A. *Ex ſuperabundanti.*] Epheſior. 3.20. τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν. *Ei autem qui potēs eſt omnia facere ſuperabundāter quā petimus aut intelligimus.* Apud Hieronymū in Commentario in hanc epiſtola legimus: *Ei autem qui poteſt ſuper omnia facere abundantius, quam petimus, aut intelligimus.*

Ibid B. *Splendorem.*] Interp. *ciuitas nempe probabilis inuenta eſt.* at hoc eſt, δόκιμον εὑρέθη, εὐδοκιμεῖν autem, *in exiſtimatione eſſe, celebrem fieri.* Eccleſiaſtici 40. 27. καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα βουλὴ εὐδοκιμεῖται. *Et ſuper vtrumque conſilium beneplacitum, aut bene placet.* Ita pag. ſequenti d.8. εὐδόκιμος γίγνεται παρὰ σοί.

Ibid. C. *veſtros turbare*] χαλαβαλᾶν ὑμῶν. F.2. χαλαλαβᾶν ὑμῶν. ſed mendoſa eſt lectio, recepta melius verteretur, *animos veſtros conſternare volentis*, vel *ſpiritus veſtros deprimere.* vt homil.50. in 1. Corint. οὐδὲ ἐν αὐτὸν τούτων ἐχάλασεν, ἀλλ' εἱστήκει καθάπερ ἀθλητὴς γενναῖος. *At ipſum tamen nihil horum perculit, ſed fortis athleta inſtar conſtitit.* & hom. 9. in 2. ad Corinth. καλαστέλλων ἐκείνων τὰ φρονήματα τῶν καυχωμένων ἐφ' ἑαυτοῖς. *qui eorum arrogantiam coerceat, qui in ſeipſis gloriabātur.* & hom.7. ὅρα πῶς πάλιν ὑποτέμνεται τὸ φρόνημα τὸ Ἰουδαϊκόν. *Vides quemadmodum rurſus Iudæos ſpiritus deprimat.*

Ibid. D. *peroptabat*] ἐπεθύμει. Sic edidimus ex H.1. 2. HN. 1.3. ἐπιθυμεῖ τυχεῖν HN.2. A. *peroptat.* à fratre nimirum: nam a cognatis claudi oculi ſolebant, vt ex ipſorum Gētilium libris didicimus, qui legem naturæ in his funerum νομίμοις ſtudioſius obſeruarunt, quam multi, qui falſo Chriſtianorum ſibi nomen arrogant. Homerus Iliad. χ.

Ἆ δειλ' οὐ μέν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ.
Heu infelix, non ſane tibi pater & veneranda mater
Oculos claudent iam mortuo.

Virgil. 9 Æneid. ——*nec te tua funera mater,*
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera laui.

Statius lib.2. Thebaid.
——*Alterna clauſerunt lumina dextra.*

Fratres ſimul moriētes ſcilicet. Plinius l.11.c.37. *Morientibus oculos operire, rurſuſq; in rogo pateſacere Quiritium magno ritu ſacrū eſt.* Varro apud Noniū in Sigillo, *Ne filij patribus luci claros ſigillent oculos*, id eſt occludant.

Fol.70. Col.2. B. *Mortuis parcere.*] Hoc dicit propter defunctæ vxoris ſuæ Placillæ ſtatuam æneam, quam per vrbem raptarant Antiocheni, vt ſcribit Theodoretus lib. 5. cap. 19. eoque maxime commotus Theodoſius in Antiochenos animaduertere ſtatuit, atque id incredibilē Imperatoris amorem, quo vxorem complexus eſt, declarauit.

Fol.71. Col.1. B. *Aequum autem*] Interp. *Iuſtus autem fueris hæc faciendo.* Porro dæmonum inuidia tantam ſeditionem excitatā fuiſſe teſtatum eſt ſpectrum illud horrendū, quod apparuiſſe ſcribit Sozomenus l.7. c.23. φασὶ δὲ τῇ φθασάσῃ νυκτὶ μεθ' ἣν εὐθὺς ἐπιγενομένης ἡμέρας ἡ στάσις ἐγένετο, φάσμα γυναικὸς θεαθῆναι μεγέθει ἐξαίσιον καὶ ἰδεῖν φοβερὸν, μετάρσιόν τε διαΐξαν ἀνὰ τὰς ἀγυιὰς τῆς πόλεως τὸν ἀέρα μαστίζειν ὑπὸ μάστι-

A γι δυσήχῳ, οἷαις οἱ τὰ θηρία προκαλούμενοι τοὺς θῆρας, οἱ περὶ τὰ θέατρα ποιοῦσιν, οὕτω τις ἀλάστωρ δαίμων ἐπεβάλλε τὴν στάσιν ἐκίνησεν. *Aiunt præcedēte nocte, poſt quā ſuccedente die ſeditio mota fuit, ſpectrū mulieris fuiſſe viſū, magnitudine inuſitatū, & aſpectu horrendū: quod quidē in ſublimi per ciuitatis plateas diſcurrens, aerē diuerberaret flagello horriſono, quali ſolent ad irā feras incitare, qui ad huiuſmodi ſpectacula operam ſuā nauant: atque ita ſeditionē hanc dæmonū inſidiis genius aliquis malus cōmouit.* Niceph. idē repetit l.12. c.43. ſed ita vertit interpres, quaſi ſonum flagelli nō ipſū flagellū ſimile fuiſſe dicat hiſtoricus illis, quibus beſtiarij aut venatores feras irritabāt.

Ibid. C. *Et eius qui dedit*] Interp. *& Dei liberalitatis indicium.* τῆς δὲ δεδωκότος φιλοτιμίας, ſine dubio corrigendū eſt ex omniū codd. cōſenſu: ac licet ad Deū poſſit hoc referri, per quē Reges regnant Prouerb. 8. 15. nihil tamen prohibet quo minus & de Gra-
B tiano Imperatore intelligatur, de quo hęc Proſper in Chronico ab anno Chriſti 382. Auſonio & Olybrio Coss. *Gratianus poſt mortē patrui Theodoſiū Theodoſij filium in conſortiū aſſuuit imperij, & ei regnum tradidit Orientis.* Rufinus lib.1. cap.14. hiſtor. *Gratianus videns vtile virum annis maturū in tanto regni curis habere participem, cōſortē aſciſcit Theodoſium, eique Orientis procuratione permiſſa partes ſibi & fratri occiduas reſeruauit.* idē habes apud Socratem lib.5. cap.2. qui 16. Ianuarij id accidiſſe addit Sirmij, quæ ciuitas eſt Illyrici, & apud Paulum Oroſium lib.7. ca.34. eadem promotione qua quondam legerat Nerua Traianum.

Ibid. *non æreas*] οὐ χαλκῆς σοι. F.1. HN. οὐ χαλκᾶς τούτους ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀναστήσουσιν, οὐδὲ χρυσᾶς οὐδὲ λιθοκολλήτους, ἀλλὰ τ.π.υ.τ.τ. ἀναβεβλημένας. *non æreas iſti in foro tibi ſtatuas erigent, nec aureas, nec gemmis lapilliſque*
C *diſtinctas ſed a.m.p.it indutas.*

Ibid. Col.2. B. *& defunctos*] καὶ τοὺς ἀπελθόντας. HN. 1. F. καὶ τοὺς ἀποθανόντας πάλιν. & ἐπαναγαγεῖν ζωήν. F. 1. ſequitur tamen χωρὶς τοὺς ἀπελθόντας, & ἐπαναγαγεῖν, & idem hic ſonat ἀπελθεῖν, *decedere*, quod ἀποθανεῖν, *mori.* Cæterum hæc quidē ſanctio vel epiſtola Theodoſij de relaxādis Paſchali tēpore vinctis nō reperitur, ſed extat ſimilis Valentiniani iunioris, circa an. Chriſti 385. lib.8. de indulg. crim. in Codice Theodoſiano, *Nemo deinceps tardiores fortaſſis affatus noſtræ perennitatis expectet. Exequantur iudices, quod indulgere conſueuimus. Vbi primum dies Paſchalis extiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula ſoluantur.*

Ibid. D. *In tenebris.*] Incertum eſt quid legerit interpres Græce, an ἐν σκότῳ, an aliud ſimile, in A. & F.1. HN.4. ἐπ' ὄψει, in H.2. HN.3. ἐπ' ὄψεσι, quod in-
D terpretari potes, *ante oculos iacentē*, vt idē ſit quod ἐν ὄψει, in conſpectu, vt apud Herodotū, ἐν ὄψεσιν ἦν, in conſpectū venit, vel certe vtraque lectio idem valet quod ἐπὶ πρόσωπον, *in faciē iacentē*, hoc eſt ore prono, ac terræ affixo, vt Iudic. 13.10. ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Paulo poſt ſcribendū ᾤκισμένη, vt habet HN.3. Seleucus autem Antiochiam condidit, auctor Euſebius in Chron. Olymp. 119.

Ibid. D. *De propinquis.*] Interp. *de proprijs quiſque ſuis conſiderauit.* quaſi legiſſet. ἐπεσκέψατο, non ἐπέσκηψε, quod Budæus docet idem valere quod obteſtari & mandare, vſumque eius verbis extremis mādatis accommodatum eſſe, atq. hominum morientium precibus quippiā ab amicis, à neceſſariis & hære-
E dibus contendentiū, vt apud Herodotū in Thalia, καὶ δὴ τελευτῶν τὸν βίον, ὦ Πέρσαι ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω, & apud Baſilium epiſt. ad Neocæſarien. 62. ἀλλ' ἐπισκήπτω ὑμῖν πρὸς τῶν πατέρων, πρὸς τῆς ὀρθῆς πίστεως, πρὸς τῆς μακαρίας τούτου, διαναστῆναι τὰς ψυχὰς ἕκαστον. *Quin obteſtor vos per patres, per rectam fidem, per beatum ipſum, vt vigili mente quiſque veſtrum expendat.*

Fol.72. Col.2. A. *ablacte*] ἀποσείσασθαι. HN. 1.3. πόλεως ἀπαλείψασθαι. Porro vocē βασιλείας, non regnū, vt Brixianus, ſed imperium vertimus, quod ita ſoleat ab Anaſtaſio hiſtoriæ Miſcellæ, & veteribus Conſiliorū interpretib. Latinè reddi, cū non regiā poteſtatem, ſed ipſum regem vel Imperatorē deſignat, vt nunc cum Regē alloquimur, Tua Ma-

ieſtas, dicere ſolemus. Sic in Epheſino Concilio edit. Vatic. pag. 713. in ſacra Theodoſij Imperatoris legimus, πρέπειν ἡγούμεθα τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ τοὺς ὑπηκόους περὶ τ̃ εὐσεβείας ὑπομιμνήσκειν. *Regiam noſtram maieſtatem decere arbitror, vt ſubditos noſtros de pietate admoneamus.* In allocutione vero Chalcedonenſis Concilij parte 3 pag. 432. ἔπρεπεν ἄρα κ̀ τῷ τῆς ἡμετέρας βασιλείας κράτει, τ̃ τ̃ ὑπηκόων ἐκ τ̃ εἰς Θεὸν προσηκόντων ἐπιμελείας κατάρχεσθαι. *Et hoc veſtrum decebat imperium, vt ſua circa ſubiectos ſibi prouidentia ex his, quæ ad Deum pertinent, initium ſumeret.* Idem eſt vſus vocis κράτος, pag. 11. eiuſdem Concilij, ταῦτα ἔγραψα τῇ ἐμαυτοῦ χειρὶ εἰς πληροφορίαν τ̃ ὑμετέρου κράτους. *Hæc ſcripſi mea manu ad ſatisfactionem veſtræ poteſtatis*, hoc eſt, vt certior tua maieſtas redderetur. & pag. 451. ἐντυχὸν τὸ ἡμέτερον κράτος τ̃ς δεήσεσιν, ἃς πρὸς τ̃ εὐσεβεστάτου ἀπέτεινας τ̃ ὁμόζυγος τ̃ ἡμετέρας γαληνότητ☉ ἐξεπέμψατε. *Agnoſcens noſtra maieſtas preces, quas ad piiſſimã noſtræ trãquillitatis cõiugẽ direxiſtis.*

Fol. 73. col. 1. *Lucernas accendentes.*] Solenne fuiſſe dieb. feſtis aut lætis lucernas accẽdere, omniumque pene gentium communem ritum ad gaudij ſignificationẽ ignes excitare, paſſim ex profanis & Chriſtianis conſtat auctoribus. De paganis teſtatur Tertull. in Apologetico 3. *Cur die læto nõ laureis poſtes obumbramus? nec lucernis diem infringimus?* Xiphilinus in Nerone, de reditu eius ex Græcia, εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη πάσης μ̃ τ̃ πόλεως ἐστεφανωμένης κ̀ λυχνοκαιούσης κ̀ θυμιώσης. *Aſcendit in Capitolium tota vrbe coronata, lychniſq; ac ſuffimentis plena.* Iuuen. Sat. 12.

Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operitur feſta lucernis.

Gregorius Nazian. orat. 2. in Iulianum, quæ eſt 4. ἀδελφοὶ πανηγυρίζωμεν μὴ φαιδρότητι σώματ☉, μηδὲ ἐσθῆτος ἐναλλαγαῖς κ̀ ποικιλίαις, μηδὲ ἄνθεσι στέφωμεν ἀγυιάς, μηδὲ πρόθυρα καλλωπίζωμεν, μὴ δὲ αἰσθητῷ φωτὶ καταλαμπέτωσαν αἱ οἰκίαι· οὗτ☉ γὰρ Ἑλληνικῆς ἱερομηνίας ὁ νόμ☉. *Feſtũ celebremus, fratres, nõ corporis nitore, non veſtitus mutatione ac magnificentia: nec floribus vicos cingamus, nec viſibili lumine ſplendeſcant domus: hoc enim more Gentiles nouæ Lunæ feſtum celebrãt.* De Iudæis autem Seneca epiſt. 95. *Accendere aliquam lucernam Sabbathis prohibeamus: quoniam nec lumine Dij egent, & ne homines quidem delectantur fuligine.* Perſius Satyra 5.

Herodis venere dies, vnctaque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

A Chriſtianis quoq; factitatũ hoc queritur, & reprehendit Tertullianus de Idololatria c. 15. *At nunc lucent tabernæ & ianuæ noſtræ, plures iam inuenies ethnicorum fores ſine lucernis & laureis, quam Chriſtianorũ.* Concil. Eliberitanum Can. 37. *Prohibẽdum etiam ne lucernas in publico accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abſtineant à communione.* Ne ſcilicet imitari ethnicos, & in honorem cultumque idolorum id facere videatur: at vbi nulla eiuſmodi ſuberat imitationis Paganicæ ſuſpicio, non abhorruerunt ab eiuſmodi lætitiæ ſignis Chriſtiani: auctor Hieronymus contra Vigilantiũ, de iis agens qui cereos accendebant. *Illud fiebat idolis, & idcirco deteſtandum eſt: hoc fit martyribus, & idcirco recipiendum eſt. nam & abſque martyrum reliquiis per totas Orientis Eccleſias, quando legendum eſt euangelium, accenduntur luminaria iam ſole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum.* In ſupplicationibus etiam lampades geſtaſſe Chriſtianos diſce ex homi. de S. Phoca, pag. 875. in quem locum plura annotauimus. Quod autem ſequitur hic, κ̀ στιβάδας πρὸ τ̃ ἐργαστηρίων, non tam lectos aut thoros ex frondibus ſignificat, quam ipſas frondes, quibus ædium aut officinarum frons ac veſtibulum coronatum erat, & ſtratum ſolum, vt Marci 18. στιβάδας ἔκοπτον ἐκ τ̃ δένδρων κ̀ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν. *Frondes cædebant de arboribus & ſternebant in via.*

Fol. 73. col. 1. C. *crinib. ſertis & auro tortis.*] τ̃ ἐν πλέγμασι. Sic legitur 1. ad Timot. 2. 9. & in mſſ. H. 1. HN. 1. 2. 3. 4. F. 2. mendoſè, in F. 1. & A. ἐμπλέγμασι, malè itẽ ho. 8. in 1. Tim. pa. 1559. ἐν πλέγμασι χρυσῷ, addebatur verbũ in H. 4. HN. 3. 4. Χριστιανισμοῦ ἀλλότρια δείκνυται *à Chriſtianiſmo aliena demonſtrantur*, vſus eſt voce Chriſtianiſmi hom. 19. in 1. ad Corinth. interpres pag. 487. τοιοῦτο ὁ Χριστιανισμός, ἐν δουλείᾳ ἐλευθερίαν χαρίζεται. *Talis res eſt Chriſtianiſmus, qui etiam in ſeruitute donat libertatem.* apud Athanaſiũ dial. 1. de Trinitat. pa. 138. τί ἐστιν ὁ Χριστιανισμός. *Quid ſit Chriſtianiſmus.* & apud Ambroſium auctor Comment. in epiſt. ad Romanos ca. 7. *Suadet Chriſtianiſmum erutum eſſe à lege factorũ.* Vſus eſt & Chriſtianitatis voce Ambroſius ipſe ſerm. 10. in feſtum SS. Apoſtolorum, *Cum enim videmus Gẽtilium turbas ad fidem Chriſtianitatis accurrere.* li. & 19. de Iudæis, Cælicolis & Samarit. in Cod. Th.

Ibid. D. *apprehendendi.*] ἐπιλαμβάνεσθαι. A. & F. 1. ἐπιλανθάνεσθαι *priorum obliuiſci.* reliqui mſſ. ἐπιλαμβάνεσθαι. Interpr. ediderat, *bonas habere expectationes, & anteriora apprehendere, & ad brauium ſupernæ Dei vocationis ſequi.* apud Paulũ ſcriptum eſt ad Philipp. 3. 13. τὰ μ̃ ὀπίσω ἐπιλανθανόμεν☉, τοῖς δ̀ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμεν☉, κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τ̃ ἄνω κλήσεως. *quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero quæ ſunt priora extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor brauium ſupernæ vocationis.* Dixit τ̃ ἔμπροσθεν ἐπιλαμβάνεσθαι, pro τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι, quoniam vt ait in Commentario in Paulũ pag. 1289. explicans illud, ἐπεκτεινόμεν☉ πρὶν ἢ παραγενέσθαι λαβεῖν ἐπειγόμεθα *nos autem antequam accedamus, capere volumus.* vt 1. ad Timoth. 6. 12. ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς. *apprehende vitam æternam.*

Col. 2. A. *In terra Auſitide.*] Brix. *in terra Huſitide*, vt in vulgata, *in terra Hus.* ſed e Græco LXX. ita vertit Hieron. in c. 25. Hieremiæ, *Homo quidam erat in regione Auſitide nomine Iob.* & in quæſtionib. in Geneſ. in c. 10. *Hus Trachonitidis & Damaſci conditor, inter Paleſtinam & Cœlen Syriam tenuit principatum: à quo LXX. interpretes in libro Iob, vbi in Hebræo ſcribitur terra Hus, in regionẽ Auſitidem, quaſi Huſitidem tranſtulerũt.* At Chryſoſtomus in Arabia potius eam conſtituit hom. 1. de patientia Iob, & hom. 5. ad Antioch. pag. 73. d. & in Cathen. Græca Nicetæ: διὰ δ̀ τ̃ πρώτου ἐγκώμιον ὅτι τοιοῦτον βλαστὸν ἤνεγκεν Αὐσῖτις. τὸ γὰρ ἐν Ἀραβίᾳ οὕτω κ̀ εἶναι τινα δόκιμον, ἔνθα πάντες διεφθαρμένοι, ἔνθα ὑπόδειγμα οὐδὲν ἦν εὐσεβείας, τοῦτο ἦν θαυμαστόν. *Tu vero primũ laudem animaduerte, quod tale germẽ produxerit Auſitis: eiuſmodi enim quendam virum probum in Arabia reperiri, vbi corrupti omnes erant, vbi nullum extabat æquitatis exemplum, id admiratione dignum fuit.* Ibid. pro, Iuſtus verax, &c. ſcripſerat interpres ex vulgata Lat. c. 1. 8. *Simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.*

Fol. 74. col. 1. A. *Paruuli ſiamus.*] παιδία γινόμεθα. *ſed & filij reddimur.* & in loco Eſaiæ qui ſequitur ex c. 8. 18. *Ecce enim, inquit, ego & filij, quos dedit mihi Deus.* licet enim è Græco LXX. ſic Latinè efferat Hieron. in Commentar. & vulgatæ auctor Hebr. 2. 13. ſubiicit tamen, *Alij videlicet prophetæ & filij prophetarum, qui non ex voluntate carnis & ſanguinis, ſed ex Deo nati ſunt: de quibus & Apoſtolus loquebatur, Filioli, quos iterum parturio.* Gal. 4. 19. & Procopius in Comment. τὰ μ̃ γὰρ Ἰουδαϊκὰ παιδία ἐξ ἀνδρὸς τε κ̀ γυναικός· τὰ δ̀ τ̃ χρηματίζοντ☉ ταῦτα κυρίου. οὐκ ἐξ αἱμάτ☉, οὐδὲ ἐκ θελήματ☉ σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. *Nam Iudaici quidem filij ex maris & fœminæ concubitu, quos autem, tali appellatione dignatur Dominus, ij certe non ex ſanguine, neq; ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt.* Arias Montanus ex Hebræo reddit ad verbum, *Ecce ego & nati, quos dedit mihi Dominus.*

Ibid. C. *Cherubim*] τ̃ ἐκ τ̃ . A. τὸν τ̃ Χερουβίμ. Intelligit τ̃ τρισάγιον ὕμνον. *Sanctus, Sanctus, Sanctus d. d. ſ.* Eſaiæ 6. v. 3.

Ibid. D. *ſimulante*] διασαλευομέν☉. H. 2. διεσπαρμένης. *dilaniante conſcientia.* HN. 3. τὸ συνειδὸς ἐν ἀλλότρια διασαλεύοντες: ſed recepta lectio probatur magis. Similem geſtum & pœnitentiæ ſignum editũ frequentes ab auditoribus in concionibus & in collectis animaduertimus apud Auguſtinum ſerm. 8. de verbis Domini, & 48. de tempore. *Hoc dicendum fuit, & admonenda caritas veſtra, quia mox, vt hoc verbum*

ſonuit

ſonuit vox lectoris, ſecutus eſt etiam ſonus tunſionis pectoris veſtri: audito ſcilicet, quod Dominus ait, Confiteor tibi pater, pectora tutudiſtis.

Col. 2. A. *Abrenuntio tibi.*] Hæc ſunt verba formulæ, qua vtebantur ij qui myſteriis initiabantur, & quæ additur infra pag. 275. *Abrenuntio tibi Satan & pompæ tuæ*, vel vt Auguſtinus ait libro 2. de ſymbolo capite 1. *pompis eius. Si aduerſarium noſtrum*, inquit, *in nomine eius eſt, renuntiemus diabolo, pompis & angelis eius.* & libro 3. capite 1. *Quiſquis huic ædificio coniungi deſiderat, renuntiet diabolo, pompis & angelis eius. Pompæ diaboli ſunt quæque illicita deſyderia, quæ turpant, non quæ exornant animam.* Ambroſius libro de initiandis, capite 2. *Ingreſſus igitur, vt aduerſarium tuum cerneres, cui renuntiandum mox putares, ad Orientem conuerteris. Qui enim renuntiat diabolo, ad Chriſtum conuertitur, illum directo cernit obtutu.* Ita συντάττεσθαι erit coniungi Chriſto, vt homilia 4. de incomprehenſibilibus p. 375. a. μετὰ τὸ συντάξασθαι τῷ Χριστῷ. *poſt conſociationem cum Chriſto.* Chryſoſtomi interpres homilia 6. in epiſtol. ad Coloſſ. vertit vberius pag. 1358. ὁρᾶτε οὖν μετὰ τὴν ἀλλαγὴν μετὰ τὸ εἰπεῖν ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾶ, καὶ συντάσσομαί σοι Χριστέ. *Videte ergo ne ex eo arguamini & conuincamini, poſtquam dixerimus, Abrenunciamus tibi Satana, & tibi nomen damus, & in tuorum militum numerum adſcribimur Chriſte.* & homilia 2. in 2. ad Corinthios, pag. 743. ἀπετάξασθε αὐτῷ τῇ τυραννίδι. *ipſius tyrannidi nuntium remiſiſtis.* vide quæ infra in pag. 421. annotamus.

Fol 75. Col. 1. A. *Hic enim ea.*] Interpres. *Sic enim ea quæ vere noſtra ſunt æſtimari debent.* Sed hæc à Gelenio addita ad ingentem lacunam interpretationis Brixiani explendam, mutila cum eſſent, Græcorum ſenſum expreſſimus.

Ibidem B. *Circumducat.*] περιαγάγῃ. Correximus in ἀγάγῃ λέγων, ex interprete & mſſ. vt poſtea, οὐ γὰρ λάβῃς αὐτὸν περιάγει. Quod autem ad accuſationem attinet vel examen & probationem athletarum, huc ſpectat locus ille ſimilis de illis, qui ad agones eiuſmodi non admittebantur, homilia 1. de Machabęis pag. 583. *Nam illi extranei nobis, id eſt mundani agones, & ætatis, & forma, & generis dignitatem requirunt. Vnde & ſeruis, & ſenibus, & pueris ad eos aditus denegatur: iſthic vero apud nos omnis perſona, omnique ætati, & vtrique ſexus indiſcreta facultate ſtadium patet.* Cum iſto iungit & alium Dionyſij Halicarnaſſ. ἐν τῇ τέχνῃ, pag. 45. edit. Vechel. V. C. Petrus Faber Saniorianus lib. 3. Agoniſtici cap. 17. μέγιστον δὲ ἐπ' ἐλευθερίᾳ φρονοῦντες, εἰς τὰς τῶν δούλων τιμωρίας περιορῶσιν αὐτοὺς ἐμπίπτοντας, καὶ ἄν τις δοῦλον ἀγωνιζόμενον τινα τῶν ἀγωνιζομένων εἶναι, κατηγορεῖν αὐτοῦ, καὶ ὡς ἀναξίους τοῦ ἀγῶνος ἐκκρίνειν. Vnde colligit vir doctiſſimus, nullas ſeruiles perſonas iſtorum certaminum antiquitus communionem habuiſſe, quod deferri & accuſari ſolerent, qui conditione ſerui clanculum in athletarum numerum irrepſiſſent.

Ibid. Col. 2. C. *Si enim viri.*] Sicut ſcriptum Eccleſiaſtæ 8. 1. Σοφία ἀνθρώπου φωτιεῖ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἀναιδὴς πρόσωπον αὐτοῦ μισηθήσεται, *Sapientia hominis illuminabit vultum eius, & impudens vultu ſuo odietur.* Ita Latine conuertit Hieron. in Commentario, licet in textu reperiatur e Gręco, *Sapientia hominis lucet in vultu eius*, vt hic φωτίζει. Similis ſentētia Prou. 17. 24. *In facie prudentis lucet ſapientia.* apud Athanaſium 3. contra Arrianos p. 248. legitur φωτιεῖ τὸ πρόσωπον.

Fol. 76. Col. 1. *recorderis.*] ἀναμνησθῇς. F. 1. H. 2. HN. 3. ἂν ἀναμνησθῇς. *Si recorderis.* HN. 4. ἀναμνησθῆναι· Cæterum ab renuntiationis hæc formula reperitur & apud Clem. l. 7. c. 5. Conſt. Apo. cum hac additione. καὶ τῇ λαβῇ τῇ σῇ. ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς πομπαῖς αὐτοῦ, καὶ ταῖς λατρείαις αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐφευρέσεσιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτόν. μετὰ δὲ τὴν ἀποταγὴν συντασσόμενος λεγέτω, ὅτι καὶ συντάσσομαι τῷ Χριστῷ, καὶ πιστεύω καὶ βαπτίζομαι εἰς ἕνα ἀγέννητον μόνον ἀληθινὸν θεόν. *Renuntio Satanæ & operib. eius, & pompis eius, & cultui eius, & angelis eius, & inuētis eius, & omnib. quæ ſub eo ſunt: poſt renuntiationē vero cū aſcribitur Chriſto, dicat: Aſcribor &*

A *credo, & baptizor in vnum ingenitū, ſolū Deum.* Sed hic tamē pacti conuenti vox aptius, quā cōfœderationis conueniret, quæ vt plurimum inter pares. vt homil. 6. in epiſt. ad Coloſſen. pag. 1358. vbi de hac ipſa abrenuntiatione agitur. καὶ συντάσσομαί σοι Χριστέ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἂν κληθείη τοῦτο χειρόγραφον, ἀλλὰ συνθήκη. *Et aſcribimur tibi Chriſte: vel potius non eſt hoc vocandum chirographum, ſed pactum conuentum*, & rurſus, ταῦτα πάντα συνθῆκαί εἰσι. τὰς δὲ δούλους πρὸς δεσπότην, ὥσπερ φίλος πρὸς φίλον. *Hæc omnia ſunt pactum conuentum. Hic ſeruus agit cum domino, hic amicus cum amico.*

Ibid. D. *malum facit* πονηρὸν ποιεῖ.] A. οὐ ἀνθρώπου πονηρά, ἀλλὰ ſed interpres legit & vertit, quæ ex regiis codd. addidimus, πονηρὸν ποιεῖ τὴν ἡμέραν γενέσθαι. Porro ſuperſtitiones hic exagitat ethnicorum, quibus nonnulli tum adhuc implicati erant, dum omnia ex occurſu rerum quarumuis captabant, vt apud Senecam Philoſophum Conſolatione ad Marciam, *Auerſabaris & alienos, & liberos tuos, ipſumq; deſiderans triſte matribus omen occurres.* & Seneca

B Rhetor mendicos debilitatos ait occurrere nuptiis omina dira, & alio loco. *mihi viuendum ne cui de nuptiis, ne cui de liberis cogitanti dirum omen occurram.* Clemens Alex. 7. Strom. pa. 302. οἰκέτας τέτταρας δεισιδαίμονας περὶ τὰς ἰσοργίας γινόμενοι, πάντα σημεῖα ἡγοῦνται εἶναι τὰ συμβαίνοντα, καὶ κακῶν αἴτια. ἐὰν μῦς διορύξῃ βωμὸν ὄντα πήλινον, ἀλεκτρυὼν τρεφόμενος ἀφ' ἑσπέρας ᾄσῃ, τίθενται τοῦτο σημεῖόν τινος. *Merito ergo ſuperſtitioſi, quibus res eſt cum pronis ad iram, omnia quæ eueniunt, exiſtimant eſſe ſigna, & cauſas malorum. Si mus aram, quæ erat è luto conſtructa perfoderit: ſi gallus qui alitur veſpere cecinerit, hoc alicuius rei ſignum eſſe ſtatuentes.* Idem ſubiicit Comicorum Poëtarum loca, quibus vt ait

C Theodoret. l. 6. de Cur. Græc. p. 87. τοὺς οἰωνοῖς καὶ κλῃδόσι χρωμένους κωμῳδοῦσι. *eos qui auguriis & ſortibus vtuntur infamant.* Chryſoſt. ipſe multa in hanc ſententiam hom. 12. in epiſt. ad Eph. pa. 1114. πολλῶν δειμάτων αὐτῶν ἡ ψυχὴ μεστή, οἷον ὁ δεῖνά μοι πρῶτος ἐντυχεῖν ἐξιόντι τῆς οἰκίας· πάντως μυρία ὅτι κακὰ συμπεσεῖν. νῦν ὁ οἰκέτης μιαρὸς τὰ ὑποδήματα ἐπιδιδοὺς, πρῶτον ὤρεξε τὸ ἀριστερόν, συμφοραὶ δειναὶ καὶ ὕβρεις. *multis terroribus plena eſt eorum anima, vt puta hic aut ille mihi occurrit domo exeunti, omnino oportet mala contingere innumerabilia. Nunc ſeruus execrandus dans mihi calceos, primum porrexit ſiniſtrum, graues ſignificantur calamitates, probra & contumeliæ.* Interpres recentior partem ſiniſtram τὸ ἀριστερὸν ſignificare putauit, quaſi ſubaudiretur μέρος, cum ad ὑπόδημα epithetū referatur, vt contra apud Clemētem malum omen fuit illi, qui dextri calcei corrigiā ruperat, τὸν ἱμάντα τοῦ δεξιοῦ

D ὑποδήματος διέῤῥηξε.

Ibid. Col. 2. A. *Aurea Alexandri.*] Scripſerat interpres *ærea* vel *ænea*, tamē in Pariſienſi Grom. *aurea*, dicuntur: omnes codd. habent χαλκᾶ. Cæterū collatus hic locus cū illo hom. 26. in 2. ad Cor. p. 928. declarat non de Alexandro vllo alio Imperatore illic agi, quam de Macedonum Rege, quē à Senatu Romano relatum in numerū Deorū narrat, & p. 929. ὁ μὲν Ἀλέξανδρος μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ διασπασθεῖσαν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ καὶ τέλεον ἀφανισθεῖσαν οὐκ ἐπανήγαγε. πῶς δὲ ἐμελλεν ὁ νεκρός; *Atque Alexāder quidem imperiū ſuum poſt ipſius à vita diſceſſū laceratū, ac penitus deletum nequaquam inſtaurauit. Qui enim id potuiſſet homo mortuus?* Sic & l. 1. Machab. c. 117. diuiſū fuiſſe regnum

E ipſius pueris eius refertur. Laudat eundem Chryſoſt. hom. 2. in 1. ad Theſſal. ἃ γὰρ ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς εἰργάσατο, πάντα ὑπερβαίνει λόγον· ἀπὸ μικρᾶς μὲν ὁρμηθεὶς πόλεως, τὴν δὲ οἰκουμένην κατέλαβεν. *Nam quæ geſſit rex Macedonum ſuperant omnem dicendi facultatem: vt qui à parua quidem profectus eſt ciuitate, occupauit autem totum orbem terræ.*

Ibid. C. *Signum ceperis.*] Intellige notā velut ſigillo impreſſam, quæ militibus inurebatur, vel imprimebatur, cum delectus haberetur: vt ſub finem hom. 3. in epiſt. 2. ad Cor. 758. καθάπερ γὰρ στρατιώταις σφραγίς, οὕτω καὶ τοῖς πιστοῖς τὸ πνεῦμα ἐπιτίθεται· κἂν λιποτακτήσῃς, κατάδηλος γίνῃ πᾶσιν.

Quemadmodum enim nota quadam militibus, ita fidelibus A
quoque ſpiritus imponitur. Quo fit vt ſi ordinem deſerueris,
perſpicuus omnibus ſias.

Ad hom. de ſimultate ſeu ira, verſã per Nann. quæ eſt to.5.
huius poſtrem. edit. Antuerp.] Quoniã in vno cod. regio
ſequebatur alias 21. hom. ad Antiochenos habitas,
hæc de ſimultate ſiue ira, quæ in edit. Oxonienſi
an. 1590. ex Gręcis mſſ. Noui collegij à Ioãne Har-
maro fuit edita inter illas Antiochenas ordine de-
cima nona, & quaſi tum primum in lucem exiret
Latinitate donata, quamque non multo poſt illas
tempore interiecto pronuntiatam eſſe colligimus
ex iis quæ p. 281. leges, hanc ſubiecimus omiſſis a-
liis to. 5. numero quinquaginta octo, quas ex variis
moralibus digreſſionibus homiliarum in Matthę-
um, & in alios Scripturæ libros conſtat eſſe coag-
mentatas. Latuerat nimirum Anglum illum in
editione poſtrema Pariſienſi Chryſoſtomi ope- B
rum anno 1588. tomo quinto eam fuiſſe à nobis
inſertam vna cum duabus aliis, quas anno 1342. P.
Nannius Alcmarianus ex codice mnſ. Romanæ
bibliothecæ in lucem emiſerat Antuerpiæ, cuius
interpretationem cum autographo, item mſ. do-
ctiſſimi viri Federici Morelli Profeſſoris regij
tum collatam auximus & emendauimus, nunc au-
tem ad Græcam Oxonienſem recenſendam tri-
bus inſuper regiis codicibus vſi ſumus, quorum
primus Henrici IV. Medicæus, ſecundus Henrici
II. tertius Francil. his notis deſignabuntur H.I. II.
F. quartus Morelli M. Anglicanus A. Titulus ab
interprete Nonnio nihil aliud habuit præter hęc
verba, *homilia de ſimultate ſiue ira, deque per omnia fugi-*
endo iureiurando, ſed ampliorem hunc agnoſcunt C
A. M. & regij codices poſteriores duo, in priori
vero lego, ὁμιλία περὶ μνησικακίας ἤτοι ὀργῆς καὶ περὶ
μετανοίας, καὶ περὶ τοῦ πάσῃ σπουδῇ φεύγειν τοὺς ὅρκους·
ἐλέχθη δὲ πρὸ δέκα ἡμερῶν τῆς ἁγίας καὶ ζωοποιοῦ τοῦ κυρίου
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ἵν' ἕκαστος
προκαθάρας ἑαυτὸν οὕτως ἐπὶ τὴν ἱερὰν καὶ θείαν ἔλθῃ κοι-
νωνίαν. *Homilia de ſimultate ſiue ira, & de pœnitentia, de-*
que fugiendo omni animi contentione iuramento. Habita eſt
autem decimo ante ſacram & viuificam Domini noſtri Ieſu
Chriſti reſurrectionem ex mortuis, vt vnuſquiſque ſeipſum
ante purget, atque ita ad ſacram diuinamque communionem
accedat. In H.II. præter ea quæ A. F. M. habuerunt,
addebatur, καὶ ὅτι οὐ μόνον κοινωνεῖν, ἀλλ' οὐδὲ εὔχεσθαι
ὁ μνησίκακος δύναται, καὶ ὅτι οὐδεμία ἀπολογία τοῖς μνη-
σικάκοις. *Et quod non modo communicare, ſed ne orare qui-*
dem poteſt qui memor eſt iniuriarum, nec vllo modo ſunt ex-
cuſatione digni, qui accepta iniuriæ recordantur. Huius ho- D
miliæ exordium ſimile eſt illi, quod reperies to. 1.
cap. 10. Geneſ. in ea quæ eſt 30.

Fol. 742. col. 1. B *Quare & nos.*] Interpres hæc per
interrogationem ſic extulerat, *Ecquid interea de*
profectus virtutum auctiore facto nobis conſcij ſumus? ſed
affirmatiuè proponunt omnes codd. mnſſ.

Ibid. C. *Cum ſecuritate.*] μετὰ παῤῥησίας. Interpres
ſcripſerat, *cum ſecuritate illius ſacrificij ſpiritualis effice-*
remur? & ita H.II. μετὰ παῤῥησίας πνευματικῆς ἐκείνης
μετάσχωμεν θυσίας. F. πνευματικῆς μετάσχωμεν ἐκεί-
νης καὶ ἁγιαστικῆς θυσ. at lectioni A. fauet M. παῤῥη-
σίας πνευματικῆς μετάσχωμεν εὐλαβῶς τῆς ἀναιμάκτου
ἐκείνης θυσίας. Harmarus interpretatur, *vt ſpirituali*
libertate freti, incruentum illud ſacrificium piè religioſeque E
participemus. Familiare Gregorio Nazianzeno eſt
epithetum in poëmatibus, ὦ θυσίας πέμποντες ἀναι-
μάκτους ἱερῆς. *O qui ſacra Deo offertis non tincta cruore:*
propterea & in diatypoſi 5. Concilij Nicæni 1. di-
citur, ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενος.
agnus Dei incruente à ſacerdotibus immolatus.

Ibid. col. 2. D. *horum omnium pœna* γραοδομίας. Adde-
bantur hæc in H.II. ὡς ἔφθην, quibus inſuper adii-
ciendum εἶπον, *vt ante dixi.* Porro immutauimus,
quod hic verterat Nannius, *in celebranda ſacra com-*
munione, σύναξις enim non ſolam participationem
ſacrorum myſteriorum ſonat, ſed totum illud
officium diuinum, quod & lectionem & expoſitio-

A nem ſacrarum Scripturarum, & ter ſanctũ hym-
num, aliaque omnia complectitur, quæ ad Miſſa-
rum ſolennia pertinent, vt alibi docemus. rurſus
illa verba τὰς ῥαθύμους, ſequebatur in F. τί ἂν ποιήσω-
μεν; *quid faciemus?*

Fol. 743. col. 1. C. *De malefactis*] καὶ τὴν κακίαν. H. I. μὴ
λογίζεσθε, & ita legitur apud Zachariam hic locus
cap. 8. 17. diuerſus ab illo priori c. 7. 10. quod in-
terpretes non mouerunt, καὶ ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ πλη-
σίον αὐτοῦ μὴ λογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. *Et vnuſ-*
quiſque malum proximi ſui non cogitate in cordibus veſtris.
rurſus in F. legebatur, μὴ μνησικακῆτε, ſed receptæ
lectioni reliqui codices ſuffragantur.

Ad orat. in Kalend. habitã, quæ eſt to. 5. 376. col. 1. C. Vide
etiam notas ſubiectas huic orationi tom. 5. fol. 379. col. 1. D.
In regia vrbe.] Hanc à B. Chryſoſtomo homiliam
Antiochiæ habitam eſſe conſtat ex eo, quod Epi-
B ſcopi Flauiani meminerit, quem & communem
patrem appellat. Excuſa eſt Græcè primum an.
1586. Oxonij in Anglia, quæ patria fuit interpre-
tis, à quo fuerat multis annis antea Latinitate do-
nata, & in quintum tomum Chryſoſtomi operũ
relata. Sic autem hunc locum ediderat: *corpus eius*
cum in baſilica Romæ iaceat. Baſilica Eccleſia quoque
dicitur apud Hieronymum, ſed ipſam vrbem βα-
σιλίδα vocat autor, vt hom. 4. in 2. ad. Tim. p. 1647.
πλοῦτον ἔχων ἐπιῤῥέοντα, τὴν βασιλίδα πόλιν ὑποτεταγμέ-
νην. *opibus circumfluebat, regia illi ciuitas obtemperabat.* &
pag. 1649. οὗτος δὲ πάντων βασιλέων λαμπρότερος ἐν
αὐτῇ κεῖται τῇ βασιλίδι, (addendum πόλει) ἔνθα καὶ ἐνί-
κησεν, ἔνθα καὶ τὸ τρόπαιον ἔστησεν. *At contra hic regibus om-*
nibus ſplendidior regia in vrbe, in qua vicit, & trophæum e-
C *rexit, conditus eſt.* Theodoſius & Valentinianus vtrã-
que Romam appellant regales ciuitates, l. 3. C. de
naturalibus liber. & regia vrbs dicitur l. 1. C. de ad-
optionibus. Greg. Magnus ep. 6. l. 5. & 82. l. 7. regiam
vrbem intelligit Conſtantinopolim. Can. 28. Con-
cilij Chalcedonenſis dicitur & ipſa imperare, διὰ
τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, *quod vrbs illa imperaret:*
id eſt, imperij Orientalis ſedes & caput eſſet. Eu-
ſebius in Chronico circa annum Chriſti 70. Ne-
ronis 24. Petrum & Paulum glorioſè Romæ occu-
buiſſe teſtatur, & l. 2. hiſtoriæ c. 25. Tertullianus de
præſcrip. 36. Lactantius lib. 4. Inſtitut. c. 21. Augu-
ſtinus de conſenſu Euang. lib. 1. c. 10. Porro hic ad-
didimus interpretationi Checi verba illa ex Sapi-
entiæ 1. *Iuſtorum animæ in m. D. ſ. & n. t. i. t.*

Fol. 376. Col. 2. *Et cauillationes.*] Interp. *& cauea lu-*
dorum, & comitia, quaſi legerit, καὶ τὰ σκάμματα, non
D vt eſt in Oxonienſi, καὶ τὰ σκώμματα.

Ibid. D. *Metuo vobis.*] Checus legit vt eſt Galat. 4.
10. φοβοῦμαι ὑμᾶς. Vulg. *Timeo vos*, quod quidam im-
mutant *Metuo de vobis*, & ita exponit Hieron. in
Comment. in illam epiſt. *Timeo autem vos, poſuit pro*
eo quod eſt timeo de vobis. Ita demum interp. Chryſoſt.
in eiuſdem epiſt. Comment. pag. 1008. *Timeo de vo-*
bis ne fruſtra laborauerim erga vos.

Ibid. *Cuiuſdam efficientiæ.*] ἐνεργείας, quemadmodum
& ἐνέργημα pro vexatione dæmonum hic accipi-
tur, quaſi dicat diabolicę cuiuſdam inſanię, diabo-
lici furoris, agitationis, nam ἐνεργούμενοι diceban-
tur in veteri Eccleſia, qui à dæmone vexabantur
ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν, *Ab operationibus dæmonum, quæ in ipſis*
E *conſpicuæ ſunt*, vt ex Dionyſio Areopag. citat Budæus
ἐνεργεῖσθαι pro à dæmonibus vexari, qui & c. 3. cæ-
leſtis hierarch. pag. 2. negat energumenis Eucha-
riſtiam eſſe dandam, & ex Aretha in c. 6. Apoca-
lypſ. ἀλλὰ καὶ προφῆτις εἶναι ὑποκρίνεται ὑπὸ πονηροῦ
ἐνεργουμένη πνεύματος. *Sed à maligno ſpiritu agitata pro-*
phetidem ſeſe iactare non dubitat. eademque apud An-
dream Cæſarienſem reperiuntur in Apocalypſ.
p. 12. vocantur & χειμαζόμενοι, à Concilio Ancyra-
no Can 17. προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος εἰς τοὺς χειμα-
ζομένους εὔχεσθαι. *Præcepit ſancta ſynodus inter eos orare,*
qui ſpiritu periclitantur immundo, vt vertit Dionyſius
Exiguus, vt autem vetus alter interpres, *inter eos qui*
tempeſtate iactantur, qui à nobis Energumeni appellantur.

Ener-

A En ergema quoque Tertullianus afflatū dæmonū vocauit de præſcriptionibus 30. *cuius energemate circumuentus phaneroſim ſcripſit*: quod aliis verbis, ſed eodem ſenſu extulit eodem lib. c. 6. *Angelum ſeductionis, cuius ſignis & præſtigiis Apelles inductus nouam hæreſim induxit.*

Fol. 377. col. 1. D. *Exſtimula cor.*] Mendoſe opinor in Oxonienſi κατάνοιξον editū fuit pro κατάνυξον, illud eſſet, *aperi cor tuum* iſtud autem, *exſtimula, compunge*, vnde κατάνυξις καρδίας, cordis compunctio, de qua duo libri à Chryſoſtomo ſcripti, & pſalmo 108. 16. καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τοῦ θανατῶσαι. *& compunctum corde mortificare.* & Act. 2. 37. ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ. *His auditis compuncti ſunt corde.*

Ibid. *Abierunt.*] ἐξέλιπον, *Defecerunt in vanitate.* Vatablus vanitatem ac feſtinationem in eodē ſenſu accipere ait doctiores, quaſi dicat, Dominus vitam eorū præcidit, vt ſtatim migrauerint ex hoc mun-
B do. Theodoretus autem & Græci, τοὺς μὲν ὠφελεῖν δυναμένους μηδεμίαν ποιούμενοι πρόνοιαν, τοῖς δὲ ματαίοις προσεσχηκότες ἐπιτηδεύμασι, καὶ μετὰ πάσης ταῦτα μετιόντες σπουδῆς τὸν βίον ὑπεξῆλθον. *Nullā eorum curam gerentes, quæ ſibi ipſis prodeſſe poterant: ſed inutilibus ſtudiis addicti, eaq; omni diligentia perſequentes è vita exceſſerunt.*

Col. 2. A. *Et in cælum cæli*] Hoc omiſerat, aut non legerat in Græco interpres: cælū autem cæli volunt quidam dici cælum intimum & æthereum, vt ab aëre diſtinguatur, alij cælum inferiores cælos, cælum cæli empyreum & ſupremū illud domicilium beatorū, vt pſal. 113. 16. In quem locum antiquus auctor in Catena mſ. biblioth. regiæ, οὐρανὸς καὶ τὸ στερέωμα τοῦτο τὸ ὁρώμενον λέγεται. ἐπειδὴ τοίνυν τῶν
C ὁρατῶν οὗτος δημιουργὸς καθέστηκεν, ἀναγκαίως εἰς ἕτερον ἡμᾶς οὐρανὸν ὁ προφήτης ἀνήγαγεν τὸν ἡμῖν τέως ἀόρατον, ὃν ἀποκεκληρῶσθαί φησι τῷ κυρίῳ· τῷ γὰρ ἀοράτῳ ἡ διατριβὴ τῶν ἀοράτων εἰκότως ἁρμόττουσιν. *Cælum & firmamentum hoc quod cernimus dicitur: quandoquidem ergo creaturæ quæ ſubiicitur oculis hic eſt conditor, percommode ad alterū cælū nos propheta deduxit, qui nobis interim eſt inuiſibilis, quem ait Domino attributū eſſe. Nam inuiſibili commoratio inuiſibiliū iure optimo conuenit.* De cæleſti ciuitate & municipatu noſtro in cælis, vide quę notata ſunt ſupra in pag. 70. a. Locus autē Pauli qui proximè ſequitur, eſt Coloſſ. 3. 1. τὰ ἄνω ζητεῖτε, *quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens.*

Ibid. D. *Multis inanitatibus.*] φαντασίαν iam docuimus externam ſpeciem, & apparatum ſignificare, vt hom. 21. in 1. ad Corinth. pag. 510. καὶ κλίνας ἀργυρᾶς ἔχοντας, καὶ ἑτέραν πλείστην φαντασίαν. *& lectos*
D *habent argenteos, & eiuſmodi extrinſecus apparentem pluri-mam habent ſpeciem.* Ita Corrigenda eſt interpretatio ſermonis illius ſiue homil. in pſal. 41. to. 1. μηδὲ ἐν πάθης ὑπὸ τῆς φαντασίας ἐκείνης, *nec te moueat illa viſio.* & rurſus, οὐδὲ ὄψονται τὰς φαντασίας τοῦ παρόντος βίου, *nec præſentis vitæ viſa apprehendent.* ac demū ſub finem, ὁ μὲν τὴν ἀλουργίδα ἔχων οὐδὲν ἀπὸ τῶν δορυφόρων καὶ τῆς πολλῆς φαντασίας εἰς τὴν παραμυθίαν ὠφελεῖται ἀρρωστίας. *Ille quidem indutus purpura nihil è ſatellitibus & ſuperba illa exteriori viſione* (immo *pompa*) *iuuatur ad ſolandā ægritudinē.* vide quę annotata ſunt ſupra in pag. 116. cap. 1.

Ibid. *Et aureo freno.*] Interp. *equum auro exornatū*, at Chryſoſt. χρυσοχάλινον dixit, qua voce Xenophon etiā præter poetas Græcos vſus in Inſtitut. Cyri li.
E 8. & Dionyſ. Halicarnaſſ. l. 8. Antiquit. Rom. ἅρμασι παραμβεβηκὼς χρυσοχαλίνων ἵππων, *trahentibus currum equis aureis frenis inſignibus*, vt nō tantū quemadmodū illi apud Virgiliū 7. Æneid. ſint *Tecti auro*, ſed etiā,

——*fuluum mandant ſub dentibus aurum.*

Fol. 379. Col. A. *Sunt multi.*] Inter. *delapſi ſunt homines.* In homilia vero in Matthęū 50 pa. 448. ſericum inſeri calceis vetat: ὅταν γὰρ τὰ νήματα τὰ σηρικά, ἃ μηδὲ ἐν ἱματίοις ὑφαίνεσθαι καλόν, ταῦτα ἐν ὑποδήμασι διαρράπτητε, πόσης ὕβρεως, πόσου γέλωτος ταῦτα ἄξια; *Quantū enim vobis dedecus eſſe, cū ſerica licia calceamētis veſtris, quæ ne veſtibus quidē honeſtū eſt ſubtexere, diligenter inſeritis, quamū hoc dignū cachinnis exiſtimādū eſt?* & rurſus, καὶ πόσων ἂν εἴη τε σκηπτὸς ἄξια ἐκεῖνα μὲν βοῤῥᾶς ἀναγ-

A καίας ἀπορροῦντα περιορῶντες, τὰ δέρματα δὲ μετὰ πολλῆς καλλωπίζοντες τῆς σπουδῆς; *Quibus non iſta ſunt digna fulminibus, cū illū quidem (Chriſtū) cibo neceſſario indigentē negligatis, pelles autē exornetis?* & Clemens Alexand. l. 2. Pędag. c. 11. inuehitur in eos qui aurum calceis indebant, αἰσχρὰ γὰρ ἀληθῶς τὰ σανδάλια ἐκεῖνα, ἐφ᾽ οἷς ἐστι τὰ χρυσᾶ ἀναθήματα. *Vere ergo turpia ſunt illa ſandalia, in quibus aurea ſunt ornamenta.*

Ibid. *Indicant hominem.*] ad verbum eſſet, vt habet vulgata, *& riſus dentium, & ing. p. nuntiat de illo:* ſicque Greg. Nazian. ex vultu & habitu Iuliani latentē in eo ſe deprehendiſſe ait improbitatē orat. 2. in Iulian. pag. 122. edit. Morelli, ἀλλ᾽ ἐποίει μαντικὸν ἡ τοῦ ἤθους ἀνωμαλία, καὶ τὸ περιττὸν τῆς ἐκστάσεως. οὐδὲν γὰρ ἐδόκει μοι σημαίνειν χρηστὸν αὐχὴν ἀπαγής, ὦμοι παλλόμενοι, καὶ ἀνασκούμενοι, ὀφθαλμὸς σοβούμενος καὶ περιφερόμενος, πόδες ἀστατοῦντες καὶ μετοκλάζοντες. *Sed me*
B *morum ac geſtus ipſius inæqualitas atque ingens quadā mentis emotio vatem efficiebat. Neque enim mihi boni quicquam ſignificare videbantur, ceruix minime firma, humeri quos ſubinde agitabat, & attollebat, oculus vacuus & oberrans, pedes inſtabiles & titubantes.*

Ibid. C. *Non negotiatur.*] Interp. *& in alienis calamitatibus cōmodatur*: quod à mente Chryſoſtomi longe abeſt: eos enim intelligit qui occaſionem lucri ex alienis calamitatib. aucupantur, vt infr. p. 307. a. 3. ὁ τιμιουλκῶν σῖτον δημοκατάρατος, quæ verba ſunt Scripturæ Prou. 11. 26. ita Latinit. donata à S. Ambroſio 3. de offic. c. 6. *Captans pretia frumenti maledictus in plebe.* & apud Cyprianū 3. Teſtim. *Captās annonam maledictus in plebe eſt.* Interpres ho. 39. Chryſ. in 1. ad Cor. p. 684. optime ad verbū, *Qui frumenti auget pre-*
C *tium, eſt populo execrandus.* hoc enim eſt propriè τιμιουλκεῖν, βαρυτιμεῖν, μεγαλύνειν. in quibuſdā libris annotatur hoc verbū ex editione eſſe Theodotionis, nam & in Vaticana legitur, ὁ συνέχων σῖτον. *Qui continet frumentū.* & apud Ambroſiū loco citato, alij tamen Scholiaſtæ Symmacho & Theodotioni tribuunt ὁ κωλύων σῖτον. *Qui prohibet frumentū.* Vulg. *Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis.* Qui abſcondit aut continet, ſcilicet nolens vænum exponere ſpe maioris lucri, & ex multorum damno quæſtum aucupatur, ei populus imprecabitur. Locus Pauli qui proxime ſequitur eſt 1. Cor. 10. 31.

To. 5. 685. Col. 1. A. Ἰγνάτιον τὸν θεοφόρον. *Ignatium Theophorū*, vel *Deoplenum*, idem que epithetum, ſiue cognomē illi tradunt eius epiſtolarū ἐπιγραφαὶ ac tituli, & Typicum ac Menologium Græcorū quæ feſtū eius referunt ad diem vigeſimum Decēbris,
D quo pacto & in margine li. regij manuſc. adſcriptum fuit, μηνὶ δεκεμ. κ. eoq. die fuiſſe habitam hanc homiliam veriſimilius eſt, quam 17. Decembris, vt exiſtimant nonnulli, quo die tranſlatio eius celebratur in Eccleſia Romana, non in Græca: plures enim reliquiarum eius tranſlationes fuerunt. Primam fuiſſe paulo poſt eius mortē tradunt qui eius acta conſcripſerunt, cum ſcilicet diſcipuli eas Antiochiam detulerunt, quod innuens ait Chryſoſt. infr. p. 571. a. *Exiguum ad tempus eum vobis ademit Deus, ſed maiore cum gloria reſtituit. Emiſiſtis eum Epiſcopum, & martyrem recepiſtis.* Hieron. in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum locū nominat, in quo ſunt conditę reliquię Antiochię, *Ignatius Antiochenæ tertius poſt*
E *Petrum Apoſtolū Epiſcopus paſſus eſt anno vndecimo Traiani: reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent extra portam Daphniticam in cœmeterio.* Secunda tranſlatio facta eſt imperante Theodoſio iuniore, qui ex illo cœmeterio tranſlatas in templo Fortunæ iuſſit eas collocari. Meminit vtriuſque tranſlationis Euagrius, ſed interpretis culpa in vnā duæ confuſæ ſunt l. 1. c. 16. τότε καὶ Ἰγνάτιος ὁ θεσπέσιος, ὡς Ἰωάννῃ τῷ ῥήτορι σὺν ἑτέροις ἱστόρηται, ἐπειδή γε ὡς ἐβούλετο τάφον τὰς τῶν θηρίων ἰσχυκὼς γαστέρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης ἀμφιθεάτρῳ καὶ διὰ τῶν ὑπολειφθέντων ἀδροτέρων ὀστῶν, πρὸς τὴν Ἀντιόχου ἀπεκομίσθη ἐν τῷ καλουμένῳ κοιμητηρίῳ, μετατίθεται πολλοῖς ὕστερον χρόνοις τῆς ὑποθεμένης τὸν πανάγαθον θεοῦ Θεοδοσίου τὸν θεοφόρον μείζοσι τιμῆσαι τιμαῖς, ἱερόν τε πάλαι τῆς δαι-

A μνησιν ἀναμείνας, τυχὼν τῆς ἐπιχωρίοις ἀνόματο, τῶν ἀθλοφόρων καὶ μαρτύρων ἀναθεῖναι. *Tunc etiam vir planè diuinus Ignatius, ſicut tum à Ioanne rhetore, tum ab aliis memoriæ proditum eſt, poſteaquam beſtiarum ventres, vti ei erat in optatis, ſepulchri loco in amphitheatro Romano conſecutus erat, & Antiochiam deportata oſſa eius firmiora à beſtiis relicta & in cæmeterio fuerant collocata, longo tempore poſt eius martyrium transfertur, cum Deus optimus maximus animũ Theodoſij impuliſſet, vt diuinum illum martyrem maioribus afficeret honoribus, & templum iam olim dæmonibus dedicatũ, quod & indigenæ templum Fortunæ nuncupant, Ignatio victori ac martyri cõſecrarent.* Interpres hæc ita Latine vertit, vt Theodoſio iuniore regnante trãſlatas eſſe in cœmeterium, Ignatij reliquias narrare videatur Euagrius, cũ ex Hieronymo conſtet iam temporibus Theodoſij ſenioris illas in eo fuiſſe cõditas, & Niceph. ipſe l. 14. c. 44. ſiue interpretis ſui vitio, ſiue

B ſuo ipſius, hæc ita refert quaſi Roma tum primum fuerint Antiochiã eius oſſa tranſlata & in cœmeterio ſimul atque in templo Fortunæ collocata, cũ iunior Theodoſius imperaret, licet hoc totũ quod habet ex Euagrio in hiſtoriam ſuam ipſe tranſtulerit: Tertio demum reuecta Romã fuiſſe S. Ignatij oſſa narratur in Martyrologio Romano XVII. Decẽbris, & in Eccleſia ſancti Clementis ſumma veneratione recondita.

Fol. 686. Col. 2. A. *Diuino ferueret.*] Interp. *quiq; cum amore diuino viueret*, θείῳ ζῶσαι ἔρωτι. & quidem legimus Gal. 5. 25. *ζῶμεν πνεύματι, ſpiritu viuimus*, ſed & Actor. 18. 25. καὶ ζέων τῷ πνεύματι ἐλάλει, *& feruens ſpiritu loquebatur*. & Rom. 12. 11. τῷ πνεύματι ζέοντες, *ſpiritu ferventes*. Paulo poſt, διὰ πάντων ἐπεδείξατο, commodius verteretur, *quam in omnib. exhibuit*, quod ſcilicet omnes eius actiones ea doctrina dignæ eſſent, quã

C ab Apoſtolis didicerat, ſemper eſt διὰ παντός.

Ibid. *Gratia ſpiritus.*] Græca exigunt, *gratiæ ſpiritus*.

Ibid. b. *Caput attigerunt.*] Addimus è Græcis, *neque n. id mediocriter ad laudẽ facit. Nõ quod maiorem e cælo, &c. ſed quod omnes q. t. h. e. p. in eo virtutes eſſe teſtatæ ſint.* Cum enim eum Epiſcopũ ordinarunt Apoſtolorũ manus, eas in eo virtutes eſſe teſtatæ ſunt. quas in Epiſcopo Paulus requirit, 1. Cor. 15. 11. ita poſtea p. 564. d. πᾶσαν ἀπόδειξιν ἀρετῆς αὐτῷ μαρτυροῦσαι.

Ibid. B. *Sobrius, prudens.*] ζώφρων, κόσμιος, *temperans, modeſtus*, ad verbum ſi vertas.

Fol. 687. Col. 1. C. *Imperatores & Reges.*] ἄρχοντες, καὶ βασιλεῖς, *magiſtratus & Imperatores*. Ibidem ſcripſerat interpr. *Gaudeo in infirmitatibus meis*. & ita Paulus 2. Cor. 12. 9. καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου. *Gloriabor in infirmitatibus meis*. at Col. 24. ita vt hoc loco Chry-

D ſoſtomus.

Ibid. Col. 2. C. *Siquidem eum quem toti orbi*,] Interpres: *Siquidem illi totius orbis terrarum doctorem præfecit.* Atqui dubium non eſt quin Apoſtolos omnes ad docẽdos homines in vniuerſum orbem terrarum miſerit, ſed hoc nunc controuertitur, num totius Eccleſiæ caput & princeps loco Chriſti fuerit Petrus conſtitutus. ad quam quæſtionem litẽque dirimendam conferet hunc locum notaſſe, ac ſimiles in quibus ait toti orbi terrarũ atque adeo ipſis Apoſtolis ac fratribus Petrum fuiſſe præfectũ, cuiuſmodi eſt ille hom. 87. in Matth. καὶ τί δή ποτε τοὺς ἄλλους παραδραμὼν τούτῳ περὶ τούτων διαλέγεται; ἔκκριτος ἦν τῶν ἀποστόλων καὶ στόμα τῶν μαθητῶν καὶ κορυφὴ

E τοῦ χοροῦ· ἅμα δὲ καὶ δεικνὺς αὐτῷ, ὅτι χρὴ θαῤῥεῖν λοιπὸν ὡς τῆς ἀρνήσεως ἐξηλειμμένης ἐγχειρίζει τὴν προστασίαν τῶν ἀδελφῶν. *Quid tandẽ aliis omiſſis de his Petrum affatur? primarius erat Apoſtolorũ, os diſcipulorũ, & princeps & vertex ipſius cœtus, ſimul vt ei oſtenderet iam fiduciam ipſi habendã: tanquã n. negationis obliuiſceretur fratrũ curã ei cõmittit.* & rurſus in eadẽ ho. ἐπεὶ οὖν μεγάλα αὐτῷ προεῖπε, καὶ οἰκουμένην ἐνεχείρισε, καὶ τὸ μαρτύριον προανεφώνησε. *Nã cum magna Chriſtus Petro prædixiſſet, orbis terrarum curam demandaſſet, martyrium prænuntiaſſet.* His addi poſſunt & alia loca, vt ex homil, quæ 80. ad pop. Antiochenum hactenus dicta eſt to. 5. *Petrum ad priſtinum reduxit honorem pœnitentia, & ei per totum orbem terrarum Eccle-*

A *ſiæ præſidentiam tradidit.* vbi προστασίαν videtur interpres rectè vertiſſe præſidentiã aut præfectura fortaſſis aptius quã in illo 87. homiliæ in Matthæum, curam, nam & hic ἐπιστάτης, præfectus ac rector dicitur orbis Petrus, vt homil. 1. in 1. Corinth. pag. 344. eundem appellat τὸν διδάσκαλον καὶ πρῶτον τῶν ἀποστόλων, *magiſtrum & primum Apoſtolorum*. & homil. 55. in Matthæum pag. 484. ἀλλὰ τὸν μὲν Ἱερεμίαν ἑνὶ ἔθνει, τὸν δὲ Πέτρον τῆς οἰκουμένης. *Hieremiam agentis vni, Petrum autem vniuerſo terrarum orbi præpoſuit.* & ho. 2. in pſalmũ 50. ὁ στῦλος τῆς ἐκκλησίας, ἡ κρηπὶς τῆς πίστεως, ἡ κεφαλὴ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων ὁ Πέτρος οὐχ ἠρνήσατο τὸν Χριστὸν καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρίς; *Columna illa Eccleſiæ, illa fidei baſis, illud Apoſtolici chori caput, Petrus, an non ſemel, & iterum; ac tertio Dominum abnegauit?*

Ibid. D. *Ex vrbis magnitud.*] Legiſſe videtur interpres Πέτρου, pro μεγέθους. cũ vertit, *ex ſolio, cum Petrus inſe-*

B *derat*. De amplitudine vrbis Antiochiæ Herodianus lib. 4. τήν τε βασιλείαν τῇ αὐτοῦ αὐταρκῆ ἔσεσθαι ὑποδοχὴν ὁ Γέτας ἔλεγεν ἢ τὴν Ἀντιόχειαν ἢ τὴν Ἀλεξάνδρειαν οὐ πολύ τι τῆς Ῥώμης μεγέθει ἀπολειπούσας. *Atque ad imperij ſui ſedem ſufficere poſſe dicebat Geta vel Antiochiam, vel Alexandriam vrbis magnitudine haud longe, vt quidem exiſtimabat, infra Romam.* Ante illum Ioſephus propter magnitudinem & alias opes tertium ei locum attribuit inter omnes Orbis Romani ciuitates, lib. 3. de bello Iu. cap. 1. Ἀντιόχεια ἡ μητρόπολις ἐστι τῆς Συρίας μεγέθους ἕνεκα καὶ τῆς ἄλλης εὐδαιμονίας τρίτην ἀδηρίτως ἐπὶ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις οἰκουμένης ἔχουσα τόπον.

Fol. 688. Col. 1. A. poſt illud: *(afficiebantur) multo vero magis Eccleſiarum Antiſtites.*] Hæc vſque ad initium periodi conſequentis ab interprete omiſſa fuerant.

C Ibid. c. *Non enim in vrbibus.*] interpres quid aliud legerit, ex his verbis ipſius colliget lector: *Nã cum vrbiũ Præfectos ad trucidandos Epiſcopos impellebat: tum etiam operam.*

Ibid. C. *Pugilem excipiebant.*] ἤλειφον eſt hic incitare, cohortari, ducta ab athletis metaphora, qui vncti ſunt ad pugnã paratiores. & paulo poſt τὰ βασίλεια regiam intellige cęleſtem, in qua cælorũ Rex.

Ibid. *Plane in Ignatio.*] Immo μετὰ περιουσίας, *cum acceſſione aliqua factum eſt.*

Ibid. Col. 2. b. *Aut in carcere.*] ἐν δικαστηρίῳ, *in iudicio, in foro ipſo*, at interpres legiſſe videtur ἐν δεσμωτηρίῳ, quod aptius eſt: ſic apud Romanos animaduerſio reorũ duplex fuit in carcere ſuſcepta, ſtrãgulatio, quæ laqueo fiebat, & præcipatio, quæ de Robore, carceris enim pars duplex fuit, Tullianum & Robur.

D Col. 2. C. *Feras illas adiunarem.*] Hoc quidem cum aliis verbis Ignatij conuenit, quæ citat ex eius epiſtola ad Romanos B. Hieron. in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſt. in Ignatio, *Quod ſi venire noluerint ego vim faciã, vt deuorer.* Sic enim corrigendũ eſt è Grçcis, quæ nunc extant. κἂν αὐτὰ δὲ ἑκόντα μὴ θέλῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. *Et illa ſi ſponte nolint, ego illas vt adigam:* ſed hic alia Chryſoſtomus Ignatij verba exprimit ex eadẽ epiſtola, ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων, ἃ καὶ εὔχομαι σύντομά μοι εὑρεθῆναι, quę ſic Latine reddidit Hieronymus, *Vtinam fruar beſtiis, quæ mihi ſunt paratæ, quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum*: rectius quã Vairlenius, *Fruar beſtiis mihi paratis, quas opto truculentiores mihi inueniri, quas & blanditiis demulcebo, vt cru-*

E *deliu me deuorent.* Nam illud ὀναίμην Heſychius exponit, non ſolũ ὠφεληθείην καὶ ἀπολαύσαιμι, ſed etiam τύχοιμι, *Faxit Deus vt conſequar, vt fruar*. Rufinus apud Euſebium lib. 3. cap. 36. non expreſſit fideliter, vt Hieronymus, *O ſalutares beſtias, quæ præparantur mihi, quando eis ſrui licebit carnibus meis? quas & opto acriores parari.* Fidelius Chriſtophorſonus, *Optarem iam beſtiis illis frui, quæ ad me dilaniandum paratæ ſunt.* Fidelius denique interpres Nicephori lib. 3. ca. 19 *Quã velim iam mihi adeſſe, quæ in me deſtinatæ parataque ſunt beſtiæ?* Hic ergo ſcribendum, *intellexiſſet, Vtinam, inquit, beſtiis illis fruar.* & inf. d. 9. *ſimilis propterea dicebat. Vtinam beſtiis fruar. Ac multo quidem.*

Fol.689.Col.1.A. *Collaudantes victorē.*] ἀγωνοθέτην. *certaminis præſidem & arbitrum*, Chriſtū ſc.munerarium & iudicē, Hieron. Latinè effert hanc vocē ep. 28. *Non eſt inuidus agonotheta noſter:omnes athletas ſuos deſiderat coronari.* Tertul.ad Martyras.3. *Agonothetes Deus viuus eſt, corona æternitatis.* aduerſus Gnoſt.6. *Nemo tamē agonis præſidē ſuggillauerit, quod homines violētiæ obiectet.*

Ibid.B. *Et patriam hanc vſque in præſentem.*] τὴν ὑμετέραν, *veſtram hanc vrbem locupletauit.* rurſus εὐλογιῶν legit interpres non εὐλογιῶν. at εὐλογίας nomine beneficia vt curationis vel alterius boni alicuius accepti gratiam intelligit, quemadmodum ſup.pag. 552.d. *vt inde benedictionem aliquam aſſequamur.*

Ibid.C. *Vt nos ad ſe eorum.*] Imo vero, *vt nos ad eundem cum illis zelū perducat.* hoc eſt, vt idem ſtudiū ardorēque pro Chriſto patiendi pręnobis feramus. nam ζηλοῦν quidem aliquando imitari Chryſoſtomo ſignificat, vbi de martyrib.agit æmulandis, vt pa.611.c. ζηλῶσαι τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν. & 727.b. μιμῶνται τὸν βίον αὐτῶν, ζηλοῖ τὴν ἀνδρείαν. ſed & pro ſtudio ſumitur ζῆλος, ſiue pro ſtimulo quo ad honeſtum quodque facinus ſuſcipiendū incitamur, qualis eſt zelus pius, vt aduerſus Iudæos 1.p.437.b. διεγηγέρθαι αὐτὸν ὑπὸ ζήλου, καὶ πυρωθεὶς, καὶ διαναστάς. quēadmodum Ioan.2.17. ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου. & Apoſtolus Rom.10.2. ζῆλον θεοῦ ἔχουσιν. ſtudiū appellat & animi promptitudinem homil.17.in eam ad Cor.2.p.863. διὰ γὰρ τοῦτο ταῦτα φημὶ, ἵνα ὑμᾶς παροξύνω πρὸς τὴν αὐτὴν προθυμίαν. *Ob id enim his verbis vtor, vt vos ad eādem animi promptitudinem exſtimulem.* & infra ho.de S. Barlaam 892.a. μηδὲ τὴν ἴσην ἐκείνοις συνεισφέρειν σπουδήν. & 874.a. τῆς αὐτῆς σπουδῆς ἀξιοῦν.

Eſt hæc hom.to.3.Fol.390.col.1.C. *Iuuentinum & Maximum.*] Hęc eſt illa pręclara martyrum ſynoris ſiue biga, cuius meminit & homil.4. de Lazaro, nō procul ab initio, ἀλλ' οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι ἐνομίζομεν τοῦ μακαρίου Βαβύλα, καὶ τῆς ξυνωρίδος τῶν ἁγίων μαρτύρων τῶν μετ' ἐκεῖνον παρελθεῖν τὰ κατορθώματα. (ſic enim legendū ex mſſ.regiis, nō vt habet Oxoniēſis editio, μετ' ἐκείνου) *Verum non exiſtimauimus eſſe tutum beati Babylæ & ſynoridis ſanctorum martyrum, qui Babylā ſequuti ſunt, rectè facta præterire.* Deceptus eſt Eraſmus interpres, dū vertit, *qui Lazarum ſecuti ſunt*, nec animaduertit Chryſoſtomū inchoatā de Lazaro hiſtoriā tribus homiliis expoſuiſſe, tū intercurrente feſto S.Babylæ 24. Ianuarij de illo ad populum verba feciſſe, ac ſequēti die de duobus iſtis martyribus tractatū habuiſſe, ſed 26. eiuſdē menſis ad interruptā hiſtoriam Lazari rediiſſe: propterea dicit τῶν μετ' ἐκεῖνον, *poſt illum*, non μετ' ἐκείνου, *cum illo*, nam cum Babyla tres pueri paſſi ſūt, nō duo. Vocat autē illos Iuuentinū & Maximū noſter hic, & ille interp. hiſtoriæ Tripartitæ lib 6.cap.34. *Nomina fuerunt horum Iuuentinus & Maximus, quos Antiochena ciuitas tanquā pietatis propugnatores venerata, pretioſo monumēto recondidit, & vſque ad diē hunc feſtis annalibus honorantur*, quod Theodor. Græcè dixit li.3.c.14. τούτων ὁ μὲν Ἰουβεντῖνος, ὁ δὲ Μαξιμιανὸς προσηγόρευτο. *Illorum alter Iuuentinus, Maximianus alter appellatus eſt*: rurſus in mſ.codice Henrici IV. quo vſi ſumus vnico in exſcribendo ſermone iſto Μαξιμῖνον vides appellari, cui ſuffragatur & Nicephori Calliſti interp.l.10.c.12. vbi pro vrna ſacra Theodoretus πολυτελεῖ θήκῃ, *pretioſa capſa*, ſcribendū ſuadet. Theodoretus quoq; θήκας appellat martyrū capſas & loculos li.10.de curat. Græcarum affect. ὡς τὰς ἐκείνων θήκας θησαυροὺς ὑπολαμβάνειν ἀγαθῶν παντοδαπῶν χορηγούς. *illorum loculos opinentur eſſe bonorum omnium fontes vberrimos.*

Fol.390. Col.1.D. *Eadem alacritate.*] Addidimus quod interpretationi deerat, *eodem amore, eodem affectu colitis, & commendatis*, ſed paulo poſt ſcribendum fortaſſe ἀνηγγείλατε μοι, ſic enim cum ſecundo caſu, non cum tertio iungi ſolet hoc verbum.

Ibid.Col.2.A. *Non ab alio habebat.*] Interp. *non à ſemetipſo habebat, ſed à progenitoribus ſuis.* Videtur legiſſe οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ, quæ verior fortaſſe lectio, nam & ita de hoc ipſo Imperatore Iuliano Greg. Nazianz. orat.3.pag.72.c. καὶ τοῦτ' οὐκ ἐκ τῶν λογισμῶν εὑρίσκε, ἀλλὰ καὶ τοῖς προλαβοῦσι διωγμοῖς εἶχε γινώσκειν, οἳ τιμιώτερον τὸ χριστιανισμὸν πεποιήκασι θᾶττον ἢ ἀσθενέστερον, ῥωννύντες τὰς ψυχὰς ὡς ἐνστάσεως, καὶ ὥσπερ σίδηρον θερμὸν ὕδατι τοῖς κινδύνοις στομώσαντες. *Idq; non cogitatione ſolum reperiebat, ſed ex priſtinis quoque perſecutionibus cognoſcere poterat, quæ Chriſtianam religionem potius illuſtrarant, quam debilitarant, animos nimirum ad pietatem roborantes, ac periculis vt aqua calens ferrum obdurantes.* Et in eum locum ſcribens Elias Cretenſis hac paraphraſi eum exprimit: *Neq; hoc ex ſuo duntaxat ingenio reperiebat, aut etiam ex cōmunibus animi notionibus addiſcebat: verum etiam ex ſuperioribus perſecutionibus intellegebat.*

Fol.390.Col.2.B. *neque confregerunt.*] οὐ κατέλυσαν. Ita correximus pro κατέδυσαν, tametſi poteſt & dici demerſa ſcintilla: ſequitur tamē αὐτοὶ μὲν κατ. λόγον. Porro ſimilitudinē habes eandē plantarum, quæ irrigātur aquis, & Eccleſię quę ſanguine martyrum irrigatur, infra ho.in ſanct.mart.pag.898.d. αἷμα διηνεκῶς τὰ κάλλη τῆς ἐκκλησίας ἄρδον φυτά. & homi.4.in Iob. ἀνεῖλε μάρτυρας, ἵνα λύσῃ τὴν ἐκκλησίαν οὐκ εἰδὼς, ὅτι μετὰ τοὺς μάρτυρας ἀνθεῖ ἡ ἐκκλησία. *Trucidauit martyres, quo deleret Eccleſiam, neſciens fore, vt poſt martyres Eccleſia floreret.* Gregor. Nazian. ad Epiſcopos, οἱ δὲ διώκται καὶ πλεῖον ἐνεποίησαν ψυχαῖς τὸ ... παγέντας. *Supplicia addiderant animis noua robora noſtris.* Tertullianus in Apologet. *Sanguis enim martyrū ſemē Chriſtianorū.* Cyprianus epiſt.9. *O beatā Eccleſiā noſtrā, quam temporib. noſtris glorioſus martyrum ſanguis illuſtrat. Erat ante in operibus fratrum candida, nunc facta eſt in martyrum cruore purpurea.*

Ibidem. *Neceſſiciamus.*] Interpr. *Non inquit triumphos & victorias, & coronas mutuo parabimus*: ſed aptior eſt ſentētia quā è Græco exhibuimus, id enim ſtudebat Iulianus, in id incūbebat, vt victoriæ ac martyrij ſubtraheret occaſionem, & materiam triumphi eriperet. Sic infra de S.Babyla pag.782.c. ὥστε μηδεμίαν ἡμῖν ἀφορμὴν παρασχεῖν μαρτυρίου στεφάνων ἀναδήσασθαι. & Sozom.l.5.c.16. de militib. qui aurū donatiui à Iuliano diſtributi proiecerant, ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ περ χαλεπῶς ἐνεγκών, κτεῖναι μὲν αὐτοὺς ἐφυλάξατο, μὴ μαρτυρίας, (rectius μαρτυρίου) γερῶν ἀξιωθεῖεν, ἀπελάσας δὲ τῆς στρατείας, ἐξέωσε τῶν βασιλείων. *Imperator vero, licet eam rem grauiter cōmotus, noluit tamen eos interficere, ne illis honos martyrij tribueretur: ſed è militum numero exemptos aula ſua exturbauit.*

Ibid. C. *Vt obſcuraretur.*] Deleuimus, quod ſequebatur apud interpretē, *contemptaque eſſet martyrij, &c.* & ſubſtituimus eius loco in fine periodi, *neq; ſplendida præmia martyrum appareret.* Idem enim valet hic ἀμαυρῶσαι, quod ζοφῶσαι, obſcurare, obfuſcare, obtegere: nolebat enim eos videri ob religionis defenſionem occiſos, ſed aliā potius cauſſā obtendebat, vt ait rurſus paulo ante citatus Sozom.l.6. de releg. Valentiniani agens in exiliū miſſi, quod in milites ſibi ſubditos nimis indulgens fuiſſet, οὐ γὰρ ἐβούλετο δόξαι διὰ τὴν θρησκείαν χαλεπῶς αὐτοὺς ποιεῖν, ἵνα μὴ μάρτυρος ἢ ὁμολογητοῦ γερῶν ἀξιωθεῖεν, καθότι ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας καὶ τῶν ἄλλων ἐφείδετο Χριστιανῶν, ὁρῶν αὐτοὺς εὔκλειαν καὶ σύστασιν τοῦ δόγματος τοῖς κινδύνοις πορίζομένους. *Noluit enim videri propter religionem vllo eum afficere incōmodo, ne inde aut martyris, aut confeſſoris honos illi tribueretur: ſiquidem hac de cauſa aliis etiam Chriſtianis pepercerat, quod videret eos ex periculorū ſuſceptione ſuā religionē ac fidem Chriſti vehementer confirmare.* Atque hæc eſt inuidia, qua ductus Romano pepercit l.6.c.30. Tripartitæ ex Theodor.l.3.c.16. ἀλλὰ τὴν μὲν σφαγὴν ὁ χαλκομέγαρος ἐκεῖνος ἐκώλυσε φθόνῳ βαλλόμενος, καὶ τῆς εὐκλείας βασκαίνων τοῖς ἀθληταῖς, οὐκ εἴασε δὲ ὅμως αὐτοὺς τὰς πόλεις οἰκεῖν, ἀλλ' εἰς τὰς ἐσχατιὰς τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐξέπεμψε. *Atqui malitioſus ille tametſi cædē illis inferri prohibuit, quod inuidia inflammatus eſſet & nominis celebritatem athletis inuideret: non tamen eos ſiuit in ciuitatibus habitare, ſed ad extremas eos Romani imperij oras relegauit.* & c.14. eiuſdem libri de duob. iſtis mart. ὁ βασιλεὺς γὰρ ὑβρικέναι ἔφησε τιμωρήσασθαι, ταῦτα δὲ ἀθλῆσαι προσέταξε βασκαίνων τοῖς τῆς ἀληθείας ἀθληταῖς

τῆς τ̃ μαρτύρων προσηγορίας τε ϗ τιμῆς. *Siquidem eos propterea mulctatos dixit, quod ipſum contumelijs vexarant: atque iſta idcirco diuulgari mandauit, quod veritatis athletis & nomen martyrum & honorem inuideret.*

Fol. 391. col. 1. A. *Lætabantur alij.*]Irrepſerat mendum vitio typographi potius quam interp. qui fortaſſe ſcripſerat, *Cadebāt*, pro quo alij ſubſtituerant, *Gaudebant*, ſed quod ſequitur numero plurium legit, *impiè agebant, hi vero zelo vrebantur*, Græca ſonant, *alius impiè agebat, iſti vero vrebantur.* Nam πυροῦσθαι à Græcis, quemadmodum & vri à Latinis non modo dicuntur propriè quæ flammis incenduntur, ſed & metaphoricè, qui flammis expurgantur aut probantur, pſal. 65. 9. ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. *Igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum.* Vſurpatur & in veteri Teſtam. de illis qui inflammantur iracundia, vt 2. Machab. 4. 38. ϗ πυρωθεὶς τοῖς θυμοῖς τ̃ ϐ Ἀνδρόνικον πορφύραν περιελόμεν@. *Accenſuſque animis Andronicum purpura exutum.* Tertio demum loco idem valet quod dolore affici, vt apud Horat. lib. 2. epiſt. 1. *Vrit enim ſplendore ſuo*, 2. Corinth. 11. 20. τίς σκανδαλίζεται, ϗ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; *Quis ſcandalizatur, & ego non vror?* & in eum locum Chryſ. ho. 25. ὁρᾷ πάλιν τὴν ὑπερβολὴν τ̃ ὀδύνης· πῶς παρεῖσιν ἐν τῇ τῆς πυρώσεως προσηγορίᾳ. *Vide rurſus incredibilem quamdam doloris magnitudinem, quæ quidem in hoc inflammationis vocabulo ineſt.*

Ibid. B. *Libelli indices.*]Græca ſonant ad verbum, *& ſignacula deinceps ædibus eorum ſunt impoſita, & omnes illorum facultates abreptæ. Porro vt homines.* σήμαντρα & tituli ab indicibus diſtinguūtur libellis, ſunt enim ſigilla impreſſa, vel tabulæ annullis impreſſis obſignatæ, vnde apud Tiberium in Conſtitutionibus legimus, σανίδας βασιλικὰς ϗ σήμαντρα ἐπιτίθεσθαι, & σανίδας ἢ χαρακτῆρας βασιλικοὺς ἐπιτίθεσθαι χωρίοις, tabulas aut effigies Imperatorum prædiis imponere, de quibus citauimus Nouellam 60. ſupra in pag. 170. ſed hæc ſignacula rem fiſco addictam indicabant, alterius generis erant tituli vel indices venditionum libelli, vt apud Tibullum libro 2. eleg. 4.

Ite ſub imperium ſub titulumque Lares.

nam titulus quamuis inſcriptionem ſignificat, ſeu venditionis, ſeu alterius publicationis.

Ibid. Col. 2. A. *Non multo poſthac.*] Addendum è Græco, *atque iſtud ipſum patiemur*, vel, *atque idipſum nobis accidet*, & rurſus interpres aut non legit, aut neglexit, quod ſequitur, *ſatius fuerit pro patria cæleſti arma deponere, quam p. t. & ea quam ped. calc.* in quo alludit ad morem Chriſtianorum, qui cingulum & militiæ ſęcularis inſignia deponebant, cum fidem abnegare cogerentur, aut militiæ renūtiare. Concilium Nicænum 1. can. 12. οἱ τὴν πρώτην ὁρμὴν ἐνδειξάμενοι, ϗ ἀποθέμενοι τὰς ζώνας, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τ̃ οἰκεῖον ἔμετον ἀναδραμόντες ὡς κύνες. *Quicumque primum quidem impetum monſtrauerūt deponentes militiæ cingulum, poſtmodum autem ad proprium vomitum vt canes ſunt relapſi.* & Zonaras in eum canonem, περὶ τ̃ ςρατευομένων ὁ κανὼν διαλέγεται, ϗ ἀπορρίψάντων τὰς ζώνας ἤγουν τὰ τῆς ςρατείας παράσημα. *De iis qui militant loquitur canon, & cingula ſiue inſignia militiæ proiecerunt.* Baſilius in Gordium martyrem, τότε ὁ γενναῖ@ οὗτ@ προλαβὼν τὴν ἐκ τ̃ δικαςηρίων ἀνάγκην, ῥίψας τ̃ ζώνην ὑπερόρι@ ἦν. *Tunc generoſus ille Centurio imminentem à iudiciis neceſſitatem præueniens, abiecto militiæ baltheo ſponte ſibi exilium delegit.* Nam Chriſtianis eatenus permiſſa fuit militia, dummodo ad idololatriam non cogeret, vt ipſe etiam Tertull. teſtatur, quem miror viros doctiſſimos inter eos numerare, qui in alia omnia tranſierunt: ſic enim de corona militis ca. 11. *Puto denique licere militiam vſque ad cauſam coronæ*, & de idololatria cap. 19. militiam illicitam eſſe docet, quæ aliquid cum idololatria commune habet, vel neceſſitatem immolationum. & in Apologet. c. 12. *Nauigamus & nos vobiſcum, & militamus, & ruſticamur, & mercamur.*

Ibid. B. *Et ſagittis.*] Adiecimus è Græco, *non aliis armis, q. ſ. ſ. cadunt.* & paulo poſt, *ſubdolus ille, callidus, ac ſapiens ad malè agendum*, quæ mutuatus eſt ab Hieremia cap. 4. 22. Σοφοί εἰσι τῷ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλῶς ποιῆσαι οὐκ ἐπέγνωσαν. Vulgata Lat. *Sapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt.*

Ibid. *Nec vlla Chriſtiana.*] Græca ſonant, *neque manifeſta fieret illorum victoria. At qui reuelat.* & non longè ab his ἐν θαλάμῳ verterat interpres, *in lecto*, pro *in cubiculo, vel thalamo.* Ioſephus etiam libro 2. capite 3. vſus eſt voce Græca quæ cubiculum thalamumve ſignificat, ϗ προσκαταλιπὼν τὸ ἱμάτιον ἐξεπήδησε τ̃ δωματίου, *relicta veſte proſiluit è cubiculo.* & apud Theodoretum lib. 3. cap. 13. de filio ſacerdotis profani, ἔκρυπτε καθεῖρξαι ἐν τῷ θαλάμῳ, ϗ κλεῖθρα ἐξωθεν ἐπιθείς. *Concluſit in cubiculo oſtio foris obſerato.*

Ibid. C. *Quæ per ſubornatos illos conſiliarios.*] Addendum, *in carcere*, ἐν δεσμωτηρίῳ. & rurſus ſub finem paginæ ſcripſimus, *in mediis tenebris, & decollabantur*, pro, *in denſas tenebras.* Quod autē hic eos capite truncatos ait, declarat genus ſupplicij ſatis obſcurè indicatum à Theodoreto, cum ait, ϗ πικρὰς αὐτοῖς ϗ χαλεπὰς μάςιγας ἐπιθεῖναι κελεύσας, ἐςέρησε τ̃ τῆς παρούσης ζωῆς, quod interpres recentior ita reddidit, vt videatur innuere vi plagarū eis mortē illatam, *iuſſitque graues & acerbas plagas illis imponi, atque ſic hac vita priuauit*, nempe capite truncatos, vnde rectè interpres Nicephori lib. 10. ca. 11. *diuerberari eos acriter iuſſit, & poſt cruciatus multos etiam capite plecti præcepit.*

Ibid. *Quidam etiam.*] Græca ſonant, *quidā, qui einſmodi reliquias venantur*, vt poſtea, ἐπὶ τὴν ἄγραν τ̃ σωμάτων ὥρμησαν. Quam ſtudioſe autē martyrū reliquiæ colligerētur olim à Chriſtianis, diſcet lector ex l. 4. ca. 14. hiſt. Euſebij Cæſar. vbi de Polycarpo, & ex Sozom. l. 4. c. 8. vbi oſſa martyrū, camelorū, & aſinorū oſſibus dicuntur fuiſſe admixta, ne diſcerni poſſent, & à Chriſtianis reſeruari. Auguſt. etiam in flumē proiectas eas fuiſſe idcirco ſcribit li. de cura pro mortuis agenda ca. 6. Certe in Actis de martyrio S. Cypriani legimus eos linteamina & oraria ante eum poſuiſſe, ne ſanctus cruor defluens abſorberetur à terra.

Ibid. D. *Quando maiori.*] Interp. *quando in maiorem peruenturi ſunt gloriam, nempe immutandi.*

Eſt hæc oratio to. 3. Fol. 387. col. 1. A. *De beato Philogonio.*] Vulgata fuit hactenus ſub finē tomi 3. operum Chriſoſt. hęc hom. Latinè, cuius Gręcum textum ex duobus codic. regiis repræſentamus, prior Henrici II. poſterior Henrici IV. ſymbolo atque inſignibus decoratus eſt. Fuit autem Antiochenus Epiſc. Philogonius num. 21. poſt Vitalē ordinatus olympiadis 277. anno primo circa 314. Chriſti, cui ſucceſſit Paulin. 22. & poſt eum Euſtathius 23. vt in ſuo Chron. S. Hier. tradidit, & Theodor. l. 1. c. 3. Φιλογόνι@ δὲ μετ' αὐτὸν τ̃ προεδρίαν λαβὼν, τά τε λειπόμενα τῇ οἰκοδομίᾳ προςέθηκε, ϗ τ̃ ἐν τοῖς Λικινίου καιροῖς ἐπεδείξατο ζῆλον. *Poſt hunc autem Philogonius Pontificatum ſumens, & reliqua ædificij ſuperaddidit, & zelū pietatis Licinij tēporibus demōſtrauit.* ſic vertit Epiphan. l. 1. c. 3. Tripartit. hiſtor. idemque Niceph. l. 8. c. 6. Quantum Arrio fuerit aduerſatus, ex iiſdem cōſtat auctoribus, atque ex illa potiſſimū Arrij ipſius epiſtola, quam proferunt Epiphan. hæreſ. 69. & Theodoretus li. 1. c. 6. in qua Philogonium Hellanicū & Macarium appellat hæreticos ſibi reluctantes, qui de fide minus rectè inſtituti ſunt. Nicephorus demum Conſtantinopolit. in Chronico eius obitum accidiſſe ſcribit, cū ſediſſet annos quinque, ſicque conferendus videtur in annum Chriſti 319. In inſcriptione homiliæ, & in reliquo textu Henrici II. codex habuit aliquas διχογραφίας in quibus ab Henrici IV. libro Medicæo diſſidet: nam ex eo deſumptum fuit apographum, quo typographus eſt vſus: in eo legebatur, ϗ ὅτι ἐ προσποιεῖσθαι τ̃ κοινῆ συμφέροντος. & in tertio quodam codice προσποιεῖσθαι, non, προτιμᾶν. Illud quod ſequitur de tempore habitæ huius concionis, in ſolo erat H. IV. & conuenit cum martyrologio Romano, in quo fit eius

comme-

Digitized by Google

commemoratio 20. Decemb. & cum Græcorum Menologio.

Fol. 386. Col. 1. *Congregatos.*] ζωώντας. H. II ζωώντας. & pro οὐδεὶς ἂν δέοιτο, οὐδὲ ἂν δέοιτο. Porro λῆξιν hic intellige ſortem vel conditionem vitæ meliorem, vt antea obſeruauimus in pag. 33. d. & ζῆλον, ſtudium pietatis ſiue zelum, vt in pag. 572. a. 13. ibidem interpres omiſit πανταχόθεν, *vndequaque, omni ex parte.*

Ibid. B. *Cum laudibus.* μετ' ἐγκωμίων. H. II. μετ' ἐγκωμίου. ſed lectionem alterius codicis tuetur textus LXX. Prouerb. 10. 7. μετ' ἐγκωμίων, Aquila vertit εἰς εὐλογίαν, *in benedictionem.*

Ibid. *Non quaſi illi.*] Interpres ediderat, *Non perinde quod laudentur, qui deceſſerunt, ſed quod ij potius qui res iſtas egregias laudibus vehunt.* Nos Græcorum ſententiam verborum expreſſimus, haud diſparem illi homiliæ de S. Phoca pag. 875. c. *Quemadmodum is qui oculos in ſolem conuertit, aſtrum ille quidem ſplendidius minime reddit, ſed oculos ſuos illuminat, ſic & is qui martyri honorem, &c.*

Col. 2. C. *Qui fortiter rem.*] At hoc eſſet, τῶν ἀριστευσάντων, illud autẽ, quod vſurpat Chryſoſtomus εὐαρεστεῖν abſolutè poſitum, Deo placere ſignificat, vt ad Hebræos 11. 6. χωρὶς πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Pſal. 25. 3. εὐηρέστησα ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. *Cõplacui in veritate tua.* Hic ergo ſcribendum, *omniumque qui Deo placuerunt varij cœtus.* Adiecimus paulo poſt, *illiuſque bona nullo termino clauduntur.*

Fol. 388. Col. 1. A. *Aſpernabitur.*] διακρούσονται. Sic legit interpres, vt referatur hæc ad Philogonium, at H. II. & IV. legebãt διακρούσονται τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ τὸν αὐτῶν μιμήσονται δεσπότην. *aſpernabuntur officium noſtrum, ſed ſuum dominum imitabuntur.* illi ſcilicet de quibus loquebatur antea, quorum benefacta naturam ſuperant mortalem.

Ibid. B. *Redonabit.*] ἀντιδώσει. H. IV. ἀντιδίδωσι. & paulo poſt, ᾗς ἀεὶ χρήζομεν, interpres vertit, *qua ſemper vti poſſimus:* & rurſus, *nequaquam poſſunt Chriſtianorum demonſtrare virtutes.* quod eſt Græce, τῶν πιστευομένων αὐτάς. *quibus illi commiſſi ſunt magiſtratus:* putauit nimirum fideles intelligi Chriſtianos. Ac celebratur quidem & laudatur ab Ariſtotele lib. 5. cap. 3. Ethicorum Biantis dictum, ὅτι ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείξει. *principatus virum oſtendit.* & Plutarchus in Præceptis reipublicæ gerendæ commendat alterum Epaminondæ, ὡς οὐ μόνον ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴν ἀνήρ. *Non modo magiſtratu virum, ſed etiam viro magiſtratum qualis ſit demonſtrari:* ſed hæc intelliguntur de munere obeundo, non de ipſa electione aut promotione ad magiſtratus, quam certum hic eſſe vult indicium virtutis, cum is qui promouet, omni iudicij errore vacat. Cæterum ex hoc loco ſatis liquet Chryſoſtomum, cum ἐν τῇ χειροτονίᾳ contactus manus capiti impoſitæ eius qui ordinatur, meminerit, non referre hanc manuum extenſionem ad ſuffragia concionum, in quibus populus hoc geſtu quid vellet indicabat, vt inepte contendunt quidam, ſed ad impoſitionem manuum ab Apoſtolis in Epiſcoporum ordinatione vſurpatam, vt diximus in hom. 1. ad Antiochenos.

Ibid. C. *A iudiciorum tribunali.*] ἀπὸ βήματος. Interpres tantum legerat, vt eſt in H. II. ἀπὸ βήματος ἐπὶ βῆμα ἀγαγών, *& à tribunali ad tribunal euectus ſit.* H. IV. addito epitheto vtrumque diſtinguebat. De iudiciali habes hom. 1. huius tomi p. 23. c. κἂν ἐπὶ τοῦ βήματος καθήμενος ὁ δικαστὴς ἀπαιτῇ δίκην. *Et ſi pœnas iudex pro tribunali repopoſcerit.* Xiphilinus in Iulio, βῆμα τὸ τοιοῦτο ὀνομάζεται, ἐφ' οὗ τις ἐξ ὕψους δικάζει. *ſella de qua iudex pronuntiat, tribunal appellatur.* Erat & tribunal ad conciones habendas, vt apud Plutarchum, βήματος δ' οὐχ ὅπερ, οὐδὲ τοῦ στρατιωτικοῦ, γενομένου φλόγα ... quod Plinius in Laudatione Traiani tribunal viridi ceſpite exſtructum appellat. eiuſmodi eſt illud 2. Machabæorum 13. 26. προσῆλθεν ἐπὶ τὸ βῆμα Λυσίας. *Tunc aſcendit Lyſias tribunal.* Inde appellatum & ſacrum fuiſſe ſuggeſtum conſtat, ex quo ad populum verba faciebant præſules, vt homil. 19. ad Antiochenos pag. 237. a. νῦν δὲ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀναβαίνοντα βῆμα, καὶ τὰς ψυχὰς ἀφορίζοντα τῶν ὑπηκόων. ſumitur & pro ſacrario, ſiue pro ſanctiori parte templi, quæ ſacerdotibus & clero ſoli patet, vt apud Gregorium Nazianz. orat. 19. pa. 299. edit. Morelli, τίς δὲ μετὰ θεοῦ μᾶλλον ἐν τῷ βήματι προσήγαγεν, ἢ τὰς κατ' αὐτοῦ ὕβρεις ἐξεδικήσατο; *Quis autem vnquam magis cum Deo vel homines ſacrario obtinuit, vel ob iniurias ipſi factas zelo exarſit?* vnde vt eſt apud Codinum Curopalatem, mos fuit, vt cum Imperator ingrederetur in illud ſacrarium (non in tribunal vt vertit Fr. Iunius) centum libras auri clericis dono daret pag. 155. ἦν μὲν οὖν πάλαι συνήθεια κατὰ τὴν ..., ὅτε ἐπ' ἀγαθῷ εἰσέρχεσθαι τὸν βασιλέα εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, δίδοσθαι τε τοῖς κληρικοῖς κατὰ δωρεὰν χρυσίου λίτρας ἑκατόν. & pa. 10. ὁ πρωτοπαπᾶς ἔκδικος καὶ πρῶτος τοῦ βήματος. *Protopapa defenſor & primus ſacrarij.* vide quæ annotat doctiſſimus Billius in illum Nazianzeni locum.

Ibid. D. *Siquidẽ in cruce.*] Addidimus voces, *in cruce*, ex mſ. H. IV. ἐν σταυρῷ γὰρ τὸ αἷμα ἐξέχεεν. at interpres ediderat, *quin & ipſum ſanguinem ſuum effudit.* quo pacto legitur & in H. II. ἐπειδὴ δὲ ὕστερον ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα ἐξέχεεν. *Sed & ipſum etiam ſanguinem ſuum effudit.* Athanaſius de Incarnat. Verbi mortem crucis ignominioſiſſimam etiam appellat pag. 55. d. ὃν ἐνόμιζον εἶναι θάνατον ἐκεῖνοι καὶ ἄτιμον καὶ φευκτόν, τοῦτον αὐτὸς ἐν σταυρῷ δεχόμενος ἠνέσχετο, ἵνα καὶ τούτου καταλυθέντος αὐτὸς μὲν ὢν ἡ ζωὴ πιστευθῇ, τοῦ δὲ θανάτου τὸ κράτος τέλεον καταργηθῇ. *quam mortem illi grauem & turpem & fugiendam exiſtimabant, hanc ipſe in cruce exceptam ſuſtinuit, vt ea extincta perditaque ipſe ipſiſſima vita crederetur, & mortis imperium penitus deſtrueretur.* Sic reſtituenda eſt interpretatio loci huius ex Apoſtolo 1. Corinth. 15. 26. ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. & Hebræor. 2. 14. καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου.

Col. 2. B. *Tota in ſcopulum.*) Interp. ſequutus eſt primam ſignificationem vocis ἀκρωτήριον, quæ cacumen aut ſummitatem ſonat, ſed non ſolum montium vel ſcopulorum, cum etiam pinnacula ædificiorum & nauium pinnacula & roſtra dicantur ἀκρωτήρια, & manuum pedumque ſummæ partes, vt 2. Machabæor. 7. 4. προσέταξε γλωσσοτομεῖν καὶ περισκυθίσαντας ἀκρωτηριάζειν. *& cute abſtracta ſumma quoque manus & pedes ei præſcindi iuſſit.* metaphorice ſumitur quemadmodum & mutilo, atque ad alias corporis partes, aliaſque res quæ minuuntur aut labefactãtur transferri ſolet, vt apud hunc noſtrum auctorem homil. 4. in eam ad Romanos. pag. 34. ἐρώτησον τίνος ἕνεκεν τοὺς εὐνούχους ποιοῦντας κολάζειν οἱ νομοθέται, καὶ διὰ τί, δι' οὐδὲ ἕτερον πάντως, ἢ ὅτι τὴν φύσιν ἀκρωτηριάζουσι. *Interrogato quamobrẽ eos qui eunuchos faciunt cæteros, legiſlatores pœna afficiant, & intelliges id non ob aliud eſſe, niſi quod naturã mutilent.* vſurpat & Demoſthenes de iis qui τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ἀκρωτηριάζουσι *lacerant & mutilam patriam reddunt:* ita & hic vertes, *peribit & mutila reddetur eorum ſapientia:* nam ſi deſit illis charitas, nihil erunt. 1. Cor. 13. 1.

Ibid. C. *Hæreticorum factio.*) Lectio codicis regij H. IV. præferenda eſt, πολλὰς τὰς τῶν αἱρετικῶν αἱρέσεις, αἳ τὴν ἀρχὴν λαβοῦσαι τότε, ὑπ' αὐτοῦ ἀνεκόπησαν, τῆς ἐκείνου σοφίας πάντα. adiungẽdum erat, *quod hæreticorum hæreſes tum temporis exortæ, ab eo fuerunt repreſſæ, cum illius ſapientia cuncta proſpiceret.* Ita Greg. Nazianz. vſus eſt hoc verbo in Apolog. p. 7. a. καὶ μικρᾷ μὲν ὑποστάθεντα ψηφῖδι ποταμὸς ὅλον ἐκλύσειεν ἂν ἐπὶ τὸ ῥεῦμα, ἐπισχεῖν δὲ ἡ ἀνακόψαι μόλις ἂν δυνηθείη καὶ τὸ καρτερώτατον ἔρυμα. *Ac paruo quidem lapide ſubiecto flumen totum in pronũ trahitur: eiuſdem autẽ impetus firmiſſimo etiam aggere cohiberi vix poteſt.* Quantum autem Arrij furori reſtiterit Philogonius, ex iis quæ in exordium orationis ex hiſtoricis notauimus conſtat. quibus addi poteſt Athanaſium diſputat. 1. contra Arrianos inter eos orthodoxos qui ſcriptis libris hæreſim illam oppugnarunt, Philogonium & Euſtathium Epiſcopos Orientis numerare. pag. 121. d.

Ibid. *Communi patri.*] In regio mſ. additũ hic fuit in margine, περὶ τοῦ ἐπισκόπου λέγει Φλαβιανοῦ. *de Epiſcopo loquitur Flauiano*, qui nimirum Meletio in ſede Antiochena ſucceſſit, circa annũ Chriſti 381. eundem communem doctorem etiam appellat ho. 2. in Machab. p. 626. a. & hom. de ſancto Romano 2. p. 619. vbi neceſſaria dicit patris eſſe documenta, quia nimirum poſt presbyterum Epiſcopus tractatum ſiue ſermonẽ ad populum habebat.

Ibid. *Ab hoc enim feſtum.*] Interp. *Ab hoc enim illuſtratio Dei feſtum videlicet Epiphaniorum.* Græca ſonant, *Ab hoc enim Theophania, & ſacrum Paſcha*: atque vſurpatur quidem de poſteriori aduẽtu Domini 2. Theſſ. 2. 8. καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. *& deſtruet illuſtratione aduentus ſui*, aliquando vox ἐπιφάνεια, & ad Titũ 2. 12. ſed ibidẽ tamẽ & de priori aduentu ac natiuitate in carne verbũ ἐπιφαίνεσθαι effertur, & aduentũ vel apparitionẽ ſignificat. ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ. Apud Gregor. vero Nazianz. Theophaniorũ voce Natiuit. Chriſti ſolẽnitas indicatur orat. 38. εἰς τὰ θεοφάνια, εἴτ' οὖν γενέθλια τοῦ Σωτῆρος. *in Theophania ſiue Natiuitatem Saluatoris.* ἐφάνη γὰρ ὁ θεὸς ἀνθρώποις διὰ γεννήσεως, ὀνομάζεται τὸ φανῆναι θεοφάνεια, τὸ δὲ γεννηθῆναι γενέθλια. *Deus enim per natiuitatẽ hominibus apparuit. Theophania ob eam cauſã hoc feſtũ appellatur, quod apparuerit: Natiuitas vero quod natus ſit.* Epiphan. hær. 51. natũ eſſe dominũ narrat circa menſẽ Januar. πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Ἰανουαρίων ἥτις ἐστὶ κατὰ Ῥωμαίους πέμπτη τοῦ Ἰανουαρίου. Corrigendum eſt ἕκτη. *Octauo Idus Ianuarij, quæ eſt ſexta Ianuarij menſis ſecundũ Romanos*: ſic enim neceſſe eſt legatur, vt ſibi cõſtet ſententia: in regio mſ. ſcriptum reperi ε. Ἰανουαρίου, pro ς. Ἰανουαρίου, baptizatum demũ fuiſſe illũ 13. anno, πρὸ ϛ΄ εἰδῶν Νοεμβρίων. *VI. Idus Nouembris.* ſed aduerſantur illi veteres ferè omnes, vt Hier. in 1. Ezech. *Quintũ diem menſis adiungit, vt ſignificet baptiſma, in quo aperti ſunt Chriſto cœli, & Epiphaniorum dies hucuſque venerabilis eſt: non vt quidã putãt, natalis in carne: hinc enim abſconditus eſt, & nõ apparuit. Quod huic tempori congruit, quando dictum eſt: Hic eſt filius meus dilectus.* Itaque diſtinguit feſtum Natiuitatis ab Epiphaniis Hieron. quẽadmodũ hic Chryſoſt. à Theophaniis, quibus Chriſti baptiſmũ attribuit, quemadmodũ & alij Epiphaniis, quorum meminit idẽ ipſe Chryſoſt. hom. 3. in cã ad Epheſ. p. 1050. οἷος ἐὰν ᾖ τις μετέχει τῶν μυστηρίων, ὡς ἐπιστῇ τῶν ἐπιφανίων ἡμέρα, κἂν τι χεῖρον προσόδου οὐκ ἐπιφάνεια. *Qualiſcũq; fuerit quiſpiã ſit particeps ſacramentorũ: ſi aduenerit dies Epiphaniorũ. Atqui tempus accedendi non ſunt Epiphania.* Ammian. Marcel. l. 21. de Iuliano Chriſtianæ fidei profeſſionem ſimulante, *Feriarum die, quem celebrantes menſe Ianuario Chriſtiani Epiphaniã dictitant, progreſſus in eorum Eccleſiã ſolemniter numine orato diſceſſit.*

Fol. 389. Col. 1. A. *Nam quod Chriſtus.*] Interp. aliter hęc ediderat, *Nam quod Chriſtus homo factus mortuus eſt, cum nullũ omnino peccatũ perpetraſſet, quid amplius poterat adiungi miraculo?* Athanaſ. l. de incarn. Verbi vtitur eadẽ voce τῆς ἀκολουθίας, in ſentẽtia non abſimili p. 52. c. τὸ μὲν οὖν σῶμα ὡς καὶ αὐτὸ κοινὸν ἔχον τοῖς πᾶσι τὴν οὐσίαν, σῶμα γὰρ ἦν ἀνθρώπινον, εἰ καὶ καινοτέρῳ θαύματι συνέστη ἐκ παρθένου μόνης, ὅμως θνητὸν ὄν, κατὰ ἀκολουθίαν τῶν ὁμοίων καὶ ἀπέθνησκε, τῇ δὲ τοῦ λόγου εἰς αὐτὸ ἐπιβάσει οὐκέτι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐφθείρετο. *Corpus igitur quod communem cum omnibus naturam habebat (corpus enim erat humanum) quamquam nouo miraculo ex virgine ſola coaluerat, tamen mortale erat, ad ſimilitudinẽ ſui generis mortẽ excepit: ob ingreſſũ autẽ Verbi diuini non iam ſecundũ naturam ſuã corrũpebatur.* Chryſ. ipſe ho. 9. ad Antioch. p. 126. d. φύσεως ἐστιν ἀκολουθία τὸ ὕδωρ ὑπὲρ τὴν γῆν φέρεσθαι.

Col. 1. A. *Huius amatorij*] Hoc quidẽ ſignificat vox Græca φίλτρον, & amatoriũ poculũ, & illecebrã, aut illicium amoris, plerumque vt apud Clem. Alexand. 7. Stro. τὰς προσπαθείας τὰς σαρκικὰς πολὺ τῆς ἡδονῆς τὸ φίλτρον ἐχούσας μεμισηκώς. *Carnales affectiones, quæ voluptatis maximas habent illecebras, magno animo deſpicit*: ſed & de quouis amore dicitur, aut de beneuolẽtia iuſtis de cauſis conciliata: vt apud hunc ipſum autorem noſtrum hom. 15. in 2. ad Cor. p. 850. ὅτι περισπούδαστον ἦν αὐτῷ δεῖξαι τὸ φίλτρον, ὃ περὶ αὐτοὺς εἶχε. *Quoniã ſummo ei ſtudio erat vim ſui erga eos amoris declarare.* Herodia. l. 4. in Macrino, καὶ δόξαν ἀίδιον φέρουσα καὶ μεγάλων ἔργων ἀνδραγαθίας, φίλτρου τε καὶ εὐνοίας. *rerum fortiter geſtarum, & amoris ac beneuolentiæ laudem ſecum deferens ſempiternam.* ſufficiet igitur ſi hæc ita reddas, *vt vos amoris huius participes.*

Ibid. B. *Vicem præſepis.*] τάξιν τῆς φάτνης. H. II. τάξιν τῆς φάτνης ἐκείνης πληροῖ. *vicẽ explet illius præſepis.* Germana ſunt illa hom. 7. in Matth. pag. 70. καὶ κείμενον τὸν Χριστὸν ὁρᾶν ἐπὶ τῆς φάτνης καταλιμπάνεις (addendũ ex interpretis textu, πνευματικῆς) ἵνα γυναῖκας ἐπὶ σκηνῆς ἴδῃς. *Chriſtum quidem in ſpirituali ſitum præſepio derelinquis, properas vero iacẽtem in ſcena ſpectare meretricem.* & ho. 24. in 1. ad Cor. p. 538. σὺ δὲ οὐκ ἐν φάτνῃ ὁρᾷς, ἀλλ' ἐν θυσιαστηρίῳ, οὐ γυναῖκα κατέχουσαν, ἀλλ' ἱερέα παρεστῶτα, καὶ πνεῦμα μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας τοῖς προκειμένοις ἐφιπτάμενον. *Tu autẽ non in præſepi vides, ſed in altari, non fœminã eum tenentẽ, ſed ſacerdotẽ aſtantẽ & ſpiritũ cum magna copia ad ea quæ propoſita ſunt aduolantem.*

Ibid. *Ponitur*] κείσεται. H. II. κεῖται, vt in diatyp. 5. Conc. Nicæni apud Gelaſium Cyzicenũ, πίστει νοήσωμεν κεῖσθαι ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης τραπέζης τὸν ἀμνὸν τοῦ θεοῦ. *Fide intelligamus ſitum in ſacra menſa agnum Dei.*

Ibid. C. *Offer tu tẽperantiã.*] προσένεγκε σὺ σωφροσύνην. H. II. προσένεγκε σὺ καρδίαν καθαράν. προσένεγκε ἐκεῖ δὲ λίβανον. ſed verior videtur lectio H. IV. ſequitur n. καὶ ταπεινουμένην καρδίαν, & εὐχὰς καθαράς. ταπεινοφροσύνην autẽ modeſtiam verterat interp. Deſ. Eraſm. qua voce contendit Latinè virtutẽ illã exprimi, vt in 1. Petri 5. 5. ταπεινοφροσύνη *ſonat humilitatẽ animi, ſeu modeſtiã potius.* & in 4. ad Epheſ. ταπεινοφροσύνην vult ſignificare animi habitũ contrarium arrogantiæ, *nam humilitas quæ ταπείνωσις, aliud ſignificat*, inquit, & in Acta 20. 19. ταπεινοφροσύνη *eſt animi modeſtia nihil altum de ſe ſentientis.* Beza verò in eundẽ Actor. locũ ſcribens non probat Eraſmi interpretat. quod animi humilitas inter vitia numeranda ſit, atq; Vulgatã, quod humilitatis vocabulo obſcuritas potius & ignobilitas ſignificetur, itaq; mauult dicere animi ταπεινοφροσύνην: vterq; tamen grauiſſi morũ Patrũ Latinorum iudicio debuit acquieſcere, qui humilitatẽ paſſim Chriſtianã virtutẽ appellant, quam Græci ταπεινοφροσύνην, vt Hieron. ep. 27. primam hanc aſſerẽs Chriſtianã eſſe virtutẽ, & in 4. Epheſ. *Omnis autem humilitas non tam in ſermone, quam in mente eſt, vt nunquã nos ſcire vel aliquid eſſe æſtimemus.* Hilarius Can. 4. in Matth. *In ſpiritus humilitate perfecta beatitudinis Chriſtus poſuit exordium.* Auguſt. l. 1. c. 1. de Ciuit. *Vt perſuadeatur ſuperbis, quanta ſit virtus humilitatis.*

Col. 2. l. 389. B. *Ad excuſationẽ maiorem.*] Hic quoq; mutãda fuerũt verba Eraſmi interp. *requirat ad ſatisfactionem vlteriorẽ.* Potuit enim quis ſuſpicari hũc non admodũ feruidũ pœnitentiæ præconẽ vocabulũ ſatisfactionis ea mente ſubſtituiſſe in locum excuſationis, qua τὴν ἀπολογίαν antea expreſſerat in hac eadẽ pag. vt auctoritate Chryſoſt. ſuaderet nihil opus eſſe laborioſis ſeſe operibus macerare, quibus pœnæ temporalis reatus expiatur, id enim Theologi ſatisfactionẽ appellãt, quæ cõfeſſionem ſequitur, & fructus dignos exhibet pœnit. Ambr. ad virginem lapſam cap. 8. *Grandi plaga alta & prolixa opus eſt medicina: grande ſcelus grandẽ neceſſariã habet ſatisfactionẽ.* Innocẽtius 1. ep. 1. c. 7. *Vt attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigẽtis: ac tum debere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem.* Idem Leo & cæteri Latini quos citat Bellar. Card. l. 4. de pœnit. c. 10. Chryſ. ipſe l. 2. de ſacerd. pœnæ meminit & mulctæ à ſacerdote imponẽdæ: οὐ γὰρ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν παραπτωμάτων μέτρον δεῖ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἁμαρτανόντων στοχάζεσθαι προαίρεσιν. *Non conuenit pro criminum ratione nullo reſpectu mulctã imponere: verũ coniecturis colligere quo ſit pœnitentium quiſq; animo.* Sub finẽ paginę inuehitur in eos autor, qui dieb. feſtis ſolum ad communionẽ accedunt, quod argumentũ tractat etiam ho. 24. huius tomi pag. 316. a. *Scio fore vt quãplurimi apud nos ex feſti conſue-*

tudine-

A *tudine.* & ho.28.in 1.ad Cor.pag.568. οὐ γὰρ ὅπως παρεσκευασμένοι, καὶ τὰ κακὰ ἐκνίψαντες προσέλθωμεν σκοποῦμεν, ἀλλ' ὅπως ἐν ἑορταῖς, καὶ ὅτε πάντες ἀπαντῶσι. *Non enim eo ſpectamus, vt accedamus parati, & malis noſtris expiatis, ſed vt in diebus feſtis, & quando omnes accedũt.*

Col.105.D. *Pelagiam Antiochenam.*] Ex duabus homiliis, quas edidit primum Aloyſius Lipomanus, to.7.de vitis Sanctorum, Latine tantum, vnam hic vtraque lingua nunc damus ex duobus mſſ. Chriſtianiſſimi Regis Henrici IV. in quorum altero aſcriptus margini fuit dies Octobris octauus, hoc pacto, μηνὶ Ὀκτωβρίῳ η. & admonet illuſtriſſ. Cardinalis Baronius in Menologio Græcorum agi de alia Pelagia Antiochena, quæ antequam teneretur à perſecutoribus, orans ne diſpendium pateretur virginitatis in pace quieuit: ſed huius Pelagiæ feſtiuitatem ab illis celebrari 4. Idus Iunij, cum in Romanę Eccleſię Martyrologio collocetur 5.Idus B ciuſdem menſis, hoc eſt 9.Iunij. Rurſus conuenire ait inter Ambroſium & Chryſoſtomum quod vterque ciuem Antiochenam fuiſſe velit Pelagiam, & ne iacturam faceret virginitatis mortẽ voluntariam oppetiiſſe, verum eos inter ſe diſcrepare, quod Ambroſius vnà cum matre & ſorore fluuio merſam eam teſtetur; Chryſoſtomus autem è ſublimi tecto ſe præcipitem dediſſe: atque hoc ipſum de Pelagia merſa ſcripſiſſe Ambroſium l.3. de virginibus annotauit Lud. Viues in lib.1.cap.26. Auguſtini de ciuitate Dei: nobis tamen attentius eius narrationem perpendentibus nihil tale videtur Ambroſius referre, ſed abſentibus potius matre ac ſororibus ſolam domi deprehenſam, vacuam præſidio, ſed Deo pleniorem Pelagiam ſalua virginitate ad ſponſum Chriſtum properaſſe; nec aliter genus mortis exprimit: at perſecutores vbi C ereptam ſibi viderunt prædam pudoris, matrem & ſorores eius cœpiſſe quærere: verum illas conſertis manibus tanquam choros ducerent, in medium alueum fluminis progreſſas eſſe, vbi vnda torrentior, vbi profundum abruptius, veſtigia dirigentes. Neque vero aſſipulatur eidem Ambroſio Auguſtinus eodem libro iam citato, cum ait quaſdam ſanctas fœminas ſe, vt inſectatores ſuæ pudicitiæ deuitarent, in necaturum ſe flumen proieciſſe, atque earum martyria in Eccleſia Catholica veneratione celeberrima frequentari: neque enim Pelagiam nominat, aut Sophroniam, ſed exemplo vtriuſque deſumpto ex Ambroſio & Euſebio Viues Auguſtini narrationem illuſtrauit: qui tamen D hoc eas feciſſe diuinitus iuſſas, non humanitus deceptas putat, ſicut de Samſone aliud fas non eſt credere: neminem tamen ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, velut fugiendo moleſtias temporales ne in perpetuas incidat. Atque in hac quidem homilia tantum hoc ait Chryſoſtomus Pelagiam ingreſſam intro veſtem mutaſſe, incorruptam pro corrupta, pag. 555. d. & pag. 557. c. multos è ſublimi tecto deiectos nihil mali paſſos: at in homili.2. quæ eſt tomo 3. apud Surium diſertis verbis ita narrat: *Ad ipſius tecti faſtigium excurrit, & illic ſeipſam præcipitem dedit.* idemq; de ea refertur in Actis Luciani à Ioanne Nicomedienſi conſcriptis apud Surium tom.1. Atque hoc pacto videri poteſt intellexiſſe Ambroſius Pelagiam ſartam tectam conſeruaſſe virginitatem, cum à tecto ſe demiſiſſet, & E fieri poteſt vt ſorores eius non aliæ fuerint quàm Bernice & Proſdoce, quarum ſimilem exitum exponit idem Chryſoſtomus inf.pag. 628. homilia, quam de laudibus earum habuit: iam & in Martyrologio Romano 19. Octobris paſſi dicuntur Beronicus, Pelagia & alij martyr. Antiochiæ, ſed ibidem alterius Pelagiæ pœnitentis feſtũ confertur in 8. diem Octob. cui patria itẽ fuit Antiochia, ſed obiit Hieroſolymis temporib. Theodoſij iunioris, eiuſque meminit Nicephorus l.4.c.40. Cæterũ in ſecũdo regio mſ. hæc fuit inſcriptio, ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον μάρτυρα Πελαγίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ.

A Ibid.106. *Poſt beatã.*] Addidimus hoc epithetum ab interprete, vel à librario prætermiſſum. Porro ſimilem habes laudationem mulierbris fortitudinis mortem contemnentis homilia iam citata pa. 629.b. *Benedictus Deus, mulier ad mortem eſt intrepida.*

Col. 106. D. *Oberigere.*] Aptius fuiſſet, *et aperire:* nam & in vulgatis Lexicis ex eodẽ Chryſoſtomo citatur, οὐδὲ χάνειν, οὐδὲ διᾶραι τὸ στόμα συνεχωρήσαμεν. *Ne occaſionem quidẽ hiſcendi reliquimus, aut mutiendi.*

Col.109.D. *Ad eos quos ſupra.*] πρὸς συλλογὴν τῶν εἰρημένων. *hac igitur longitudine ad ea colligenda, quæ dicta ſunt, vtamur.* Suos enim vult auditores inter eundum repetere, quæ fuerant in concione memorata; vnde ſequitur p. 560. a. *martyrũ certamina inter ſe narrantes,* & d.2. *ad ea quæ dicta ſunt colligenda, atque enarranda eos impellite.* & pag.597. b. *ex vobis quidem certè audeant quæ dicuntur.* & p.882.b. *Quæ de re doctor in tractatu egit.*

B Ibid. *Viam impleamus.*] Interpres ediderat: *Multo thuris vapore viam impleamus: honeſtam quidẽ hoc eſt: verum non tantum via ipſa honeſta.* θυμιάματα ſuffimenta vocat ſermones in reditu habitos de martyrum rebus geſtis, quemadmodum picturam & imagines martyrum cruciatus repræſentantes memoriam perennem ipſorum infr. pag.901.d. *ſic & nos in mentis noſtræ parietibus cruciatus martyrum depingamus. Nam illa quidem pictura eſt inutilis.* & homil. in pſalmum 40. comparat orationem animi alacritate ſuccenſam cum thuribulo & ſuffitu: θυμιαματήριον autẽ, quod vaporis inſtrumentum dicit interpres, acerra eſt vel thuribulum. Fieri tamẽ poteſt, vt iam tum inualuerit ille mos lætitiam publico ſuffitu teſtandi, vt apud Xiphilinum in Nerone, redeuntem illum è Græcia, cum triũphali apparatu in Capitolium aſcendiſſe, εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη, καὶ ἐκεῖθεν εἰς τὸ παλάτιον, πάσης τῆς πόλεως ἐστεφανωμένης καὶ λυχνοκαιούσης καὶ θυμιώσης. *atque inde in palatium venit, tota* C *vrbe coronata, lychniſque ac ſuffimentis plena.*

Col.114. A. *Sancti Meletij.*] Celebratur eius memoria in Menologio Græcorum 12. Febrna. & in Martyrologio Romano his verbis, *Antiochiæ ſancti Meletij epiſcopi, qui pro fide Catholica ſæpe exilium paſſus demum Conſtantinopoli migrauit ad Dominum: cuius virtutes S. Ioannes Chryſoſtomus & Gregorius Nyſſenus ſummis laudibus celebrarunt.* Laudauit etiam illum Gregorius Nazianzenus in Carmine de vita ſua,

——μέλιτος γὰρ καὶ τρόπος καὶ τοὔνομα,
Ὃς πολλ' ἀνέπλη πνεύματος θείου χάριν.
Nam nomen illi mellevm, ac mores erant,
Qui gratia multa Spiritum ob ſanctum tulit.

D Interfuit Synodo Cõſtantinopol. quæ fuit ſecũda Oecumenica, ac paulo poſt illã Conſtantinopoli mortuus eſt. Atque initio quidẽ fauit Arrianis, & Epiſcop. ab eis conſtitutus eſt, quãobrẽ & ab Hieron. in Chronico inter hoſtes Chriſti numeratur, qui Antiochenã Eccleſ. occuparunt, circa an. 331. Chriſti. Catholicus tamen ſemper fuit & conſubſtantialem tuebatur apud Sozomen. l.4.c.27. itaq; tandem res cõpoſita eſt, vt narrant Socrat. l.5.c.5. & Sozom.l.7.c.3. & ita inter Paulinũ & Meletium conuenit, vt alterutro mortuo alter Epiſcopatum ſolus obtineret. Succeſſit ergo Paulino Meletius, & Meletio Flauianus, teſte Socrate l.5.c.9. Porrò ex Aloyſij Lipomani tomis de vitis Sanctorũ tranſtulit hanc hom. Chryſoſtomi. Surius in to. 1. quæ ci- E tatur à Ioanne Damaſc. orat. 2. de imaginib. & à 7. Synodo Oecumen. Nicææ habita act. 4. *Ex encomio in Meletium, Cum vndiq; per ſacrũ hunc gregem oculos circumferens, totã vrbẽ hic præſentẽ videam.* Exſcripſimus autẽ illã ex duob. mſſ. vno Henrici II. altero Henr. IV.

Col.115. A. *Et ita vocatis.*] Sic emendauimus apud interpretem, qui à verbo medio participium deduxit, vertitque, *tutelam & inuocantibus ſalutem.* hic enim καλεῖσθαι eſt nomine Meletij vocari, vt Lucæ 1.61. οὐδείς ἐστιν ἐν τῇ συγγενείᾳ σου, ὃς καλεῖται τῷ ὀνόματι τούτῳ. *Nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.* Hac occaſione inuehitur in eos, qui ſuperſtitioſè nomina filiis ſuis imponebant,

Chry-

Chryſoſtomus homil.12. in 1. ad Corinth. καὶ γὰρ A
ἡνίκα ἂν καλέσωσι τὸ παιδίον δεῖν, ἀφέντες ἀπὸ τῶν ἁγίων
αὐτὸ καλεῖν, ὡς οἱ πάλαι οἱ τὸ πρῶτον ἐποίουν, λύχνους
ἅψαντες καὶ ὀνόματα αὐτοῖς ἐπιθέντες, τὸ διαρκέσαντα
μέχρι πολλοῦ τοῦ παιδὸς ἐν μείζοσιν ὁμώνυμον. *Et quum
infantem vocari oportuerit, omittentes eum vocare à ſanctis,
vt veteres primò faciebant, accenſis lucernis, & eis nomina
imponentes, efficiunt, vt ea quæ diutiſſime durauerit, eodem
nomine appelletur, quo infans.* Rurſus hic paulo poſt ſcri-
bendum, *cum vna lampas fuerit accenſa*, non *conſpecta*.
non enim eſt Græce ὀφθείσης, ſed ἀφθείσης.

Ibid. *Eratque id quod fiebat.*] Hinc incipit locus à
Ioanne Damaſceno orat.2.de imaginibus & à ſep-
tima Synodo citatus contra Iconomachos act.4.in
quo emendandum eſt illud, *atque in hoc adeo incumbe-
bat*, & ſubſtituendum quod hic ait interpres, *fuitque
id adeo frequens, vt vbique in triuiis*: non enim hæc ad
pueros, quibus impoſitum nomen fuit Meletij, ſed B
ad ciues Antiochenos referenda ſunt, vt retulit
interpres Damaſceni, *Qui ſane mos adeo percrebuit, vt
paſſim.*

Ibid. B. *Et in poculis, & in phialis.*] Scripſerat interp.
& in ſimulachris, cum legiſſet nimirũ quod & codex
H.IV. præferebat καὶ ἐν ἐκτυπώμασι, at H. II. καὶ ἐν
ἐκπώμασι, vnde vetus interp. Synodi 7. *in poculis, in
phialis, in thalami parietibus.* idemq; eſt apud Damaſc.
Certè apud veteres iam tum vſum fuiſſe imagi-
num in poculis & vaſis domeſticis, atque adeo
antiquiorem illo ſæculo docent Tertullianus de
pudicitia cap.7. *Procedant ipſæ picturæ calicum veſtrorum,
ſi vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius vtrumne
Chriſtiano an Ethnico peccatori de reconciliatione conliniet:*
& Hieronymus in 4. Ionæ, *Et re vera in ipſis cucurbitis
vaſculorum (quas vulgo Saucomarias vocant) ſolent Apoſto-* C
*lorum imagines adumbrari, è quibus & ille non ſuum ſibi no-
men aſſumpſit.* Simile quid de Simeone Stylite ſcribit
Theodoretus in Religioſa hiſtoria, *Aiunt enim*, in-
quit, *Romæ, quæ eſt longè maxima, eum fuiſſe adeo omnium
ſermone celebratum, vt in officinarum omnibus veſtibulis &
porticibus ei paruas poſuerint imagines, hinc ſibi præſidium &
tutelam parantes.* Itaque hoc recitato Chryſoſtomi
loco meritò dixit Petrus Epiſcopus Nicomediæ in
Synodo 7. *Si quidem diuus Ioannes Chryſoſtomus de ima-
ginibus eiuſcemodi prædicat, quis eſt qui contra illas amplius
mutire audeat.*

Ibid. C. *Eum qui tunc imperabat.*] Conſtantium ni-
mirum magni Conſtantini filium, cuius imperij
anno 24. Chriſti autẽ 360. hæc acciderunt, quæ nar-
rat pluribus Theodoretus lib.2. hiſtoriæ Eccleſ. c.
31. Cum enim oraretur Meletius, vt breuẽ quan- D
dam & compendiariam doctrinam de fide trade-
ret, primum oſtendit tres digitos, deinde duobus
compreſſis, & vno extenſo relicto iſtam inſignem
protulit ſententiam: Tria ſunt quæ intelliguntur,
ſed tanquã de vno loquimur. Aduerſus hanc do-
ctrinam illi quorum animos morbi Arriani cõta-
gio infecerat, cœperunt acuere linguas, calumniã
contexere, dicere diuinum Meletiũ Sabellianum
eſſe. Proinde ſuadent Conſtantio, qui non aliter
atque Euripus facilè huc illucque ferebatur, vt
Meletium in patriam ſuam relegaret, ſic enim in-
terpretor, non vt Chriſtophorſonus, *vt Meletium
patriis ſedibus expelleret*, καὶ παραπέμψουσιν εἰς τὴν οἰκείαν
ἐξορισθησόμενον πατρίδα, quod interpres Tripartitæ ex- E
tulit libr.5. cap.48. *ob quam rem principi ſuaſerunt, vt in
propriam prouinciam in exiliũ mitteretur*, hoc eſt in Ar-
meniã, vt Chryſoſtomus ait infra pag. 592. ex cui-
us vrbe Sebaſtea in ſedem Antiochenam tranſla-
tus fuerat, vt ſcribunt Rufinus lib.1. cap.24. & So-
zomenus lib.4. c.27. Socrat. autem l.2. c.34. Mele-
tium primũ Sebaſteæ fuiſſe delectũ Epiſcopũ tra-
dit, ac deinde ad epiſcopatum Beroeæ vrbis Syriæ
tranſlatum, quod confirmare videtur & Theodo-
retus, dum ait eum cum eſſet vrbis Armeniæ anti-
ſtes, nec difficiles & pertinaces gregis ſui mores
ferre poſſet, alium in locum commigraſſe ad vi-
tam tranquillè degendam, atque inde fuiſſe An-
tiochiam euocatum. Nicephorus etiam Calliſtus
lib.9.c.48. cum dixiſſet eum Arrianorum ſuffra-
giis Sebaſteæ Epiſcopum creatum, adiecit eum in-
de rurſum Berrhœam Syriæ traductum, ac de-
mum ad Antiochenam ſedem annitentibus iiſ-
dem euectum.

Col. 116. C. *Et manus oſculabantur.*] Vetus ille ni-
mirum Chriſtianorum mos fuit, vt Epiſcoporum
manus oſcularentur: Ambroſius de dignitate ſa-
cerdotali ca. 2. *Cum videas regum colla & principum ſub-
mitti genibus ſacerdotum, & exoſculatis eorum dextris ora-
tionibus eorum credant ſe communiri.* & Paulinus in vita
Ambroſij: *Cum videret ſacerdotis à domeſtica ſorore vel
matre manus oſculari, ipſe ludens offerebat dexteram, dicens
& ſibi ab eis fieri oportere, ſiquidem Epiſcopum ſe futurum eſſe
memorabat.* Hieronymus etiam de ſeipſo Preſbyte-
ro ſcribit epiſt. 99. *Oſculabantur mihi manus quidam, &
ore vipereo detrahebant.*

Col. 117. A. *Qui Thraciæ vicinus.*] Interpr. *& omnes
qui Thraciam habitant.* quaſi eſſet οἰκοῦντες, aut παροι-
κοῦντες; H.II. τῇ Θρᾴκῃ προσοικοῦντες. & paulo poſt d.
9. *conſules & legati*, quaſi ſcriptum offendiſſet, ὑπο-
τυρηταί, non τοπάρχαι, quod verbum apud Danie-
lem etiam reperitur c.3. v.3. καὶ συνήχθησαν οἱ τοπάρ-
χαι, ὕπατοι, στρατηγοί. *Et congregati ſunt Toparchæ, Conſu-
les, Duces*, Vulgata Lat. *Tunc congregati ſunt ſatrapæ, ma-
giſtratus, & iudices.* Græca vox loci Præſidem vel
præfectum ſonat.

IN PANEGYRICOS TRACTATVS
de Sanctis, editos in lucem an. 1601.

Col. a. 121. A.] Ioannem Chryſoſtomum, cuius
vt inquit Epiphanius actione 6. Synodi 2. Nicænæ,
ἀπὸ γλώττης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή· τοῦτο γὰρ καὶ
τῆς ἐπωνυμίας τοῦ χρυσοῦ στόματος ἠξίωται, *fluit à lingua vox
melle dulcior, quamobrem & Chryſoſtomi appellationem me-
ruit*, immo *qui os auro ſplendidius & lucidius conſequutus
eſt*, de laudibus ſanctorum Martyrum conciones
plures habuiſſe teſtatur Suidas, idemque conſtat
cum ex Romano Martyrologio Græcorumque
Menologio, tum ex Epitome Bibliothecæ Geſne-
ri, quæ & in bibliotheca Imperatoris multas eiuſ-
modi reperiri tradit, & Ioannem Braſſicanum di-
uerſa ipſius encomia in ſanctos penes ſe habuiſſe.
Multa certè ipſius opera nos latuiſſe colligitur ex
Photio, cuius Bibliotheca de ſola domini Aſcen-
ſione 22. de Pentecoſte 17. orationes eum edidiſſe
teſtatur. In catalogo etiam librorum Conſtanti-
nopolitani Patriarchæ typis olim Antuerpiæ ex-
cuſo ſeptuaginta Panegyricarum Chryſoſtomi
orationum fit mentio; & in alio manuſcripto cata-
logo eius concionum, cuius ex Auguſtana biblio-
theca nobis copiam fecit V. C. Marcus Velſerus,
multarum nondum editarum tituli & priora ver-
ba pauca leguntur ac penè omnium earum, quas
nunc damus. Porro eas ex manuſcriptis codici-
bus bibliothecæ Reginæ Chriſtianiſſimæ Cathari-
næ Medicææ trium Regum noſtrorum matris ſe-
re omnes eruimus, cum ante annos decem Lute-
tiæ ſingulari ipſius munere atque conceſſu, fauen-
te nobis humaniſſimo viro Io. Bapt. Benciuennio,
Belloramæo Abbate, ipſiuſque Bibliothecario, li-
bris eius vteremur. Ac licet vnum tantum ſingu-
larum exemplar nacti fuerimus, ſitque difficile
admodum vnius codicis ope nixum alicuius
operis nouam editionem adornare, non dubitaui-
mus tamen

Auricomos vna decerpere ab arbore fœtus, & cor-
rectis non paucis librariorum manifeſtis erratis,
de aliis, quæ quaſi ſuſpenſa manu emendauimus,
lectorem monuimus, ne qua fortè melioris lecti-
onis iactura fiat, & vt quæ potiſſimum aliorum
ſubſidio librorum indigeant, intelligatur: ſi fortè
vſpiam, *ſimili frondeſcat virga metallo.* Panegyri-
cos tractatus appellauimus, eas voces à Ruffi-
no in præfatione Eccleſiaſticæ hiſtoriæ mutuari,

A quod ex illis quibuſdam hic pręfixus titulus eſſet,
ὁμιλία ἐγκωμιαστικὴ, vel ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα. Tra-
ctatum enim id ſonare Latinis, quod Græcis ὁμι-
λίαν, docent veteres Conciliorum interpretes, &
hæc Victoris Vticen. lib. 1. *Auguſtinus ducentos iam tri-
ginta & duos confecerat libros exceptis innumerabilibus epi-
ſtolis atque tractatibus popularibus, quas Græci omilias vo-
cant.* vnde Ambroſius epiſt. 33. *Poſt lectiones atque tra-
ctatum dimiſſis Catechumenis ſymbolum aliquibus Compe-
tentibus in Baptiſteriis tradebam baſilicæ.* Auguſtini quo-
que in Ioannem & Gaudentij Brixiani homiliæ
tractatus dicuntur. Panegyricos autem Latini ora-
tores laudationes Imperatorũ, & panegyres Græ-
ci Patres ſanctorum feſta dixerunt; itaque de Le-
ontio Cyprio hæc in 2. Synodo Nicæna legimus
actione 4. *Multaque encomia & panegyricas illius orationes
habemus*. Porro hic eſt ſanctus ille Lucianus, cuius
B Hieronymus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, & Eu-
ſebius lib. 9. cap. 5. hiſtoriæ meminerunt, itemque
ex illis Romanum Martyrologium 7. Ianua. in hęc
verba: *Natalis beati Luciani Antiochenæ Eccleſiæ presbyte-
ri & martyris, qui ſatis clarus doctrina & eloquentia paſſus
eſt Nicomediæ ob Chriſti confeſſionem in perſecutione Maxi-
mini, ſepultuſque eſt Helenopoli in Bithynia: cuius laudes ſan-
ctus Ioannes Chryſoſtomus celebrauit*. Tum addit in ſuis
eruditiſſimis Notis illuſtriſſimus antiquitatis Ec-
cleſiaſticæ reſtitutor Cæſar Baronius præclaram i-
ſtam orationem vt rem pretioſiſſimam in bibli-
otheca doctiſſimi Cardinalis Sirleti aſſeruari. Grę-
ci vero in Calendario ſuo tom. 4. Biblioth. ſanct.
Patrum 15. Octobris nomen eius deſcribunt; ſed
Chryſoſtomi tamen ætate 7. Ianuarij celebratam
fuiſſe ipſius feſtiuitatem Antiochię cum ex mſ. co-
dice Reginæ conſtat, qui in fronte huius tractatus
C habuit μ. ἰανουαρίου ζ. tum ex ipſius initio, quo ſig-
nificatur habitam pridie fuiſſe concionẽ de Chri-
ſti baptiſmo, quam pag. 307. huius voluminis ex-
hibuimus, vnde & hic ita loquitur pag. 599. C. *He-
ſterno die dominus noſter aqua baptizatus eſt, hodie vero ſer-
uus ſanguine baptizatur*. Ipſe martyr poſtridie Theo-
phaniorum ſe exceſſurũ è vita diſcipulis denun-
ciauit, vt eſt in Actis apud Surium tom. 1. in qui-
bus ea, quæ de 14. dierum fame, deque porrectis
idolothytis narrãtur, hic ſermo confirmat in Au-
guſtano catalogo, numero ſeptuageſimus primus.
Hæc annotaueram in prima editione huius homi-
liæ ſiue tractatus. quæ Burdigalæ cum aliis ſexde-
cim in lucẽ prodiit anno 1601. à quo tempore cum
ſereniſſimi Ducis Bauarię codice perantiquo non-
nullas illarum conferri curauit, & varias lectiones
D emẽdationeſq; cũ auctario non paucas ad nos In-
golſtadio miſit R. P. Iacob. Gretſerus Societ. noſtrę
Theologus, qui multis ſanctorũ Patrum Græcorũ
operibus editis ſępe iã de republica Chriſtiana eſt
bene meritus. In Ipſa igitur inſcriptione codex
Bauaricus, quem hac litera B. deſignamus, vt Me-
dicæum, M. addebat, ἐλέχθη τῇ ἐπαύριον τῶν φώτων.
Habita eſt poſtridie Luminum.

Ibid. C. *Neque deſcendet.*] Quę adduntur huic ver-
ſiculo pſalmi 48. 17. ὀπίσω αὐτοῦ, abſunt à Græco
LXX. & illi vidẽtur adhęſiſſe ex alio quopiã inter-
prete, vt pote Aquila, vel Symmacho, qui propius
ad Hebræũ verterit, ex quo Pagninus ad verbum,
Neque deſcendet poſt eum gloria eius; aut hoc adiecit ipſe
E Chryſoſt. Apud S. Aug. etiã aliter legitur, *Neque ſi-
mul deſcendet cũ eo gloria domus eius.* Similia de tẽplorũ
frequẽtatione vide ho. 15. ad pop. Antioch. ad quẽ
& habitam hãc fuiſſe colligitur ex illis verbis, quę
ſequũtur col. 1438. B. vbi paternæ meminit bene-
dictionis, Flauiani videlicet Epiſcopi Antiocheni.

Col. 122. *Nam cum omne.*] Legebatur in M. οὐδὸς
κατηγγέλθη, *fuiſſe denunciatũ*, fortè melius κατελέχθη,
ſuperatum, vel κατεγελάσθη, *contemptum*. Sic nimirum
dixit in ho. de S. Barlaam pag. 273. εἶδεν ἅπαντα κα-
ταγελασθέντα, *hæc omnia contempta vidit ſupplicia*. & in
hac ipſa pag. 602. κατεγέλα τῆς τοῦ διαβόλου πονηρίας.
Hanc noſtram emendationem ex coniectura Ba-

A uarici codicis auctoritas confirmauit: porro quod
paulo ante de Spiritus ſancti dixit aduentu in bap-
tiſmo, germanum eſt illis ex homil. 24. in 1. Co-
rinth. vbi de tremendis agit myſteriis: ὁρᾷς πνεῦμα
μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας τοῖς προκειμένοις ἐφιπτάμενον.
*Vides Spiritum cum magna copia ad ea, quæ propoſita ſunt,
aduolantem*.

Ibid. D. *Acerbiſſima.*] χαλεπώτερος. Eodem ſenſu,
cui ſuffragatur & illud Homeri Odyſſ. 12.

Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν.
Res miſeranda fames ſi quem maleſuada trucidat.

quod tamen à Platone 3. de republ. refutatur.

Col. 124. B. *Noſtra enim,* inquit, *conuerſatio.*] Locus
eſt ad Philippen. 3. 18. vbi licet rectè vertat inter-
pres auctor Vulgatæ, *conuerſationem*, quo pacto et-
iam reddidit Tertullianus 5. in Marcionem 17. ad
Epheſ. 2. 12. τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ, *à cõuerſatione Iſrael*.
B Cyprianus 3. contra Iudæos 11. & interpres Irenęi
libr. 5. cap. 13. fortaſſe tamen huic Chryſoſtomi
loco quadraret magis altera Tertulliani verſio
libr. de corona militis cap. 13. *noſter municipatus in cæ-
lis eſt*. & 3. in Marcion 24. *Vtique cæleſti ciuitati eum de-
putat, & municipatum noſtrum in cælis eſſe pronuntians*.
Hieronym. in 4. Amos, *His qui municipatum habent in
cæleſtibus*. Simile quid habet Ambroſius ſerm. 87.
Eſt ergo ſanctè viuentibus quædam inter ſe cognatio. Seue-
rus quoque lib. de vita S. Martini narrat eum à la-
trone interrogatum, quis eſſet, reſpondiſſe, Chriſti-
anum ſe eſſe, vt hic Lucianus reſpondet: ſed in A-
ctis eius legimus ipſum in carcere diu cruciatum
aduentantibus Imperatoris ſatellitibus ſeſe oſten-
diſſe, terque dixiſſe, Sum Chriſtianus, & ſimul
cum hac voce ſpiritum emiſiſſe.

Ibid. *In ſcammate compareamus.*] φανῶμεν ἐπὶ τῶν
C σκαμμάτων. Græcam vocem vſurpauimus, quam
Latinitate donarunt Tertullianus ad Martyras 3.
Chriſtus qui vos ſpiritu vnxit, & ad hoc ſcamma produxit.
Hieronymus ad Pammachium contra Ioannem
Hieroſolymit. *De ſcammate & loco certaminis egrediens*.
Ambroſius 1. Officior. 16. *Adhuc athletæ in ſcammate
ſunt, & tu iam otium petis?* Quibus in locis perperam
Eraſmus & alij legunt *ſtammate*, vel *ſtemmate* vel
etiam *ſchemate*, vt apud Caſſianum collat. 6. ca. 16.
*In colluctatione quis, & vt ita dixerim, in ſchemate conſtitu-
tus*. Gloſſariũ, σκάμμα, *Foſſum*. Budęus in Commen-
tariis Græcæ linguæ ſulcum ſtadij, hoc eſt fines &
ambitus ſignificare vult; ſed & pro toto ipſo ſtadio
ſumitur. Heſychius, σκάμμα ὁ ἀγὼν, στάδιον. Chryſo-
ſtomus homil. 12. in 2. Corinth. ἕως οὗ ἔτι ἐν τῷ
σκάμματι ἐσμὲν. quod interpres alioqui doctiſſimus
D Billius vertit, *quamdiu in fodiendi munere verſamur*, re-
ctius alter interpres, *quamdiu in ſtadio ſumus*.

Ibid. D.] Plures commemorat Iulianos Marty-
rologium Romanum, ſed hunc eſſe illum, cuius
hiſtoriam paucis perſtringit 16. Martij, conſtat ex
Menologio Græcorum Venetiis Græcè tantum
edito, quod ad 21. Iunij paſſionem eius refert. Nar-
rat ergo natum eum fuiſſe Anazarbi in Cilicia
patre qui dignitate Senator; matre quæ religione
Chriſtiana erat; à qua cum in Chriſti fide fuiſſet
inſtitutus, & ſacrarum literarum ſe ſtudiis exco-
luiſſet, annum agens 18. apud Martianum Præſi-
dem accuſatus, cum ſacrificare nollet idolis, in di-
uerſis partibus corpotis cæſus eſt. Tum in carce-
E rem coniectus conſilio matris obſequutus, cum
in confeſſione Chriſti ſe ad extremum vſque ſpi-
ritum perſeueraturum diceret, in ſaccum arena &
venenatis reptilibus refertum incluſus, in mare
proiectus eſt, & martyrij coronam adeptus. Poſtre-
mo additur, τοῦτον ὁ μέγας Χρυσόστομος ἐγκωμίοις ἐτί-
μησεν. *Hunc etiam magnus Chryſoſtomus laudibus exornauit*.
In catalogo Auguſtano tractatus hic eſt ordine
ſeptuageſimus tertius, εἰς τὸν μάρτυρα Ἰουλιανόν. Εἰ ἐν
τῇ γῇ. Codex Medicæus præfixum habuit diem, μ.
ἰουνίῳ κα. In Horologio quoque Græcorum apud
Vſuardi Martyrologium à Molano editum. 21. Iu-
nij *ſacroſancti martyris Iuliani Tarſi*. Diuerſus eſt hic

ab

ab illo Iuliano, cuius fit mentio in Menologio vulgato Antiquæ lectionis to. 8. neque enim in Ægypto, ſed in Cilicia paſſus eſt. ita vt quod ille à Chryſoſtomo laudatus dicitur, ad illum perperam tranſlatum fuiſſe videatur. In codice regio Henrici 2. & Bauarico ſic inſcribebatur hic tractatus, εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Ἰουλιανόν. in Notis Regium indicabit R. Medicæum M. Bauaricum B.

Col. 125. A. *Dilexit qui.*] ὡς καὶ ἀπεθ. ὑπ. αὐτῶν. Inſerta ſunt etiam hæc verba ex R. B. qui periodum hanc ſic repræſentabant, ἠγάπησεν, ὡς καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτῶν· διὸ καὶ λέγε. μείζονα γὰρ ταύτης ἀγ. οὐ. ἐ. ἰ. τ. ψ. α. θ. ὑ. τ. φίλων αὐτοῦ. ἀγαπήσαντας αὐτὸν μέτρῳ ἴσῳ, καὶ ἑαυτοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκδόντας εἰς θάνατον πόσης ἀξ. *eos qui menſura illum æquali dilexerunt, ſeque pro illo morti expoſuerunt quanta fuſe.*

Col. 126. B. *Interrogationes adhibebat.*] πεύσεις προσέγε. Ita Zoſimus lib. 4. τοῦ δὲ τὰς αὐτὰς πεύσεις προσαγαγόντος οὐδὲν ἧττον ἄφωνος ἦν. *Quem is de rebus iiſdem interrogaſſet, nihilominus mutus erat.* Paulò pòſt in mſ. codice hic erat μὴ περιάγει αὐτόν, ſed negationem expunximus, quod Iulianum conferat Chryſoſtomus cum S. Paulo dicente ſe à Deo triumphari, 2. Cor. 2. 14. hoc eſt tanquam in triumpho circumduci, vel ſimplicius, conſpicuum reddi, ſic enim Gregorius Nazianz. hæc duo iungit. παραδειγματίσας τὴν ἁμαρτίαν καὶ θριαμβεύσας. & apud Origenem hom. 6. in Hieremiam. *Principatus oſtentus facientis & triumphantis in ligno.* Itaque minus rectè Eraſmus & alij quidam apud Cyril. lib. ad Reginas vertunt, *qui triũphat per nos.* Beza quoque hic fruſtra eſt, qui vim coniugationis hiphil huic verbo affingit, & vulgatæ interpretem capit. Atqui non aliter, ac nos diximus, hic accepit Chryſoſt. & hom. 5. in 2. Corinth. οὐ γὰρ μόνον ὑπὸ τοῦ θεοῦ θριαμβευόμεθα, & τῷ θριαμβεύοντι. τουτέστι τῷ πᾶσι ποιοῦντι περιβλέπτους, *qui omnibus illuſtres & conſpicuos reddit*, & homil. 6. παρὰ τοῦ θεοῦ πομπεύειν, Theodoretus exponit θριαμβεύει, *circumagit nos omnibus manifeſtos efficiens.* Theophylactus, *conſpicuos facit & oſtendit.* Sic & apud Baſilium hom. 6. in diteſcentes, θριάμβευσον τὰ σκοτεινὰ τοῦ μαμωνᾶ καταγώγια. δεῖξον ἡλίῳ τὸν εὐρωτιῶντα σῖτον. *produc in publicũ tenebris obſita domicilia Mammonæ; oſtendit ſoli frumentum, quod cariem ſitumque contraxit.* Cornarius, *Duc in triumphum tenebroſa Mammonæ habitacula*, ſcilicet, vt olim eburneas ligneáſque oppidorum imagines Romani triumphorum in ferculis vectabant. Immò nihil hic eſt θριαμβεύειν, aliud quàm in publicũ proferre, quod & Suidas & Phauorinus docent, & θριάμβευσις manifeſtatio eſt, vt homil. in pſalm. 38. idem Chryſ. ὢ πόση τῆς κατηγορίας ἐντελείας τραγῳδία, ὢ πόση θριάμβευσις. *Quanta noſtra obiectionis exaggeratio, quanta diuulgatio.*

Ibid. *Reddebat.*] ἀπορρήγνυν. M. ἀπέρρωσε, καὶ ἔδωκε καὶ αὐτός. R. B. καὶ αὐτὸς περιαγόμενος. *dum circumduceretur.*

Col. 127. A. *Atque fugientem.*] Correximus quod erat καὶ φλέγοντα, ſcripſimuſque καὶ φεύγοντα. Solet enim iſta duo cõiungere, ἀποπηδῆσαι καὶ φυγεῖν. Multa in hanc ſententiam de reliquiis dæmones torquẽtibus habes hom. 26. in 2. ad Corinth. οὐδενὸς ἐφαμίλλου, οὐδενὸς ἐπικειμένου ταῖς πληγαῖς τοῦ δαίμονος, φωναὶ καὶ σπαραγμοί, μάστιγες, βάσανοι. γλῶσσαι καιόμεναι ἀκούονται ὅτι ὁ δαίμων οὐ φέρων τὴν θαυμαστὴν δύναμιν ἐκείνην.

Ibid. C. *Voce mittebat.*] ἀφίει φωνήν. Adiungit R. B. τὰ βασάνων ὑπερορῶν καὶ τοὺς μαστίζοντας περιεγίνετο· οὕτω λόγος [illegible]. *mittebat tormenta contemnens, & lictores verberibus ſæuientes ſuperabat ſic opera ſ. v.*

Col. 2. 128. A. *Anguſtiorem.*] ſτενότερον. Ita Bau. at in Med. lego, ſτενώτερον, illud Clenardo, hoc Anteſign. magis placet, qui ex Polyæno ſτενωτέραν profert.

Ibid. D. *Non poſſunt omitti.*] οὐκ ἔτι ἀφεῖναι. Ita ſcripſimus pro ἐστί, hoc opinor ſenſu: Dum occaſione ſumpta ex martyrum laudibus vos ad officia pietatis excitamus, laudationem martyrum non interrumpimus, ſed cõtinuamus. Paulo poſt cupreſſuum meminit Daphnes ſuburbij Antiocheni, de quibus Codex Theod. l. Ex more lib. 10. & Sozomenus lib. 5. hiſtor. c. 18. *Daphne eſt ſuburbium Antiochiæ percelebre, nemore multis cupreſſis veſtito cinctum, aliiſque arboribus cupreſſis admixtis variatum.* Similẽ iuxta templum Veneris Gnidiæ fuiſſe lucum memorat Lucianus in Amoribus, & in aduerſa Garumnæ ripa Burdigalæ cernitur etiamnũ collis eiuſmodi conſitus veteri cupreſſeto.

Col. 129. D. *At enim corporalis.*] Conuiuia quondam in ipſa Eccleſia communiaque prandia ſolitos fideles inſtruere teſtatur auctor noſter in homil. in dictum Apoſtoli *Oportet hæreſes eſſe*; quod S. Ambroſio diſplicuiſſe ſcribit S. Auguſtinus 6. Confeſſion. c. 2. & prohibitũ legimus Concil. Laodic. c. 28. & Carthaginen. 3. ca. 30. ſed vt in tabernaculis ex arborum ramis iuxta eccleſiam poſitis ſolemnitates martyrum religioſis conuiuiis celebrarent, Anglis permiſit S. Gregorius lib. 9. Epiſt. 71. qua de re vide illuſtriſſ. Card. Baronium 1. Annalium, an. Chriſti 57. & in Prolegom. in Martyrolog. cap. 4.

Col. 130. A. *Non abierunt.*] καὶ μὴ ἀνιόντας. Eos intelligit, *qui rurſus Daphnen non abierunt*, vel certe *nec illud aſcenderunt*, quod nimirum in edito loco vel in colle ſita eſſet Daphne, vnde & orat. 1. aduerſus Iudæos de Matronæ templo verba faciens, quod in illo fuit ſuburbio, πολλοὺς ἐκεῖ τοὺς πιστοὺς ἀναβαίνειν εἶπε. *multos fideles illuc ait aſcendere.* p. 443. b. & lib. contra Gentiles p. 758. τοὺς μὲν εἰς τὸ προάστειον ἀνιόντας δεχόμενος. *qui aſcendunt.* & εἰς τὴν πόλιν κατιόντας, *qui in vrbem deſcendunt.* ita ſub finem pag. πρὸς τὴν πομπὴν ἀνιόντας, vertes, *ad iniq; illam pompam aſcendere.* Porro eadem monita ex Babylæ memoria colligi vult in eodem contra Gentiles libro, pag. 757. d. quæ hic ex martyrio Iuliani de abrenuntiatione in baptiſmo dictum in pag. 59. & 60.

Ibid. B. *Reprehendat, qui volet*] Sic hom. 7. in ep. ad Coloſſ. p. 1366. ὁ βουλόμενος ἀκουέτω, ὁ δὲ μὴ βουλόμενος ἀπειθείτω. *Audiat, qui velit: qui non vult autem, non pareat.*

Ibid. C. *Reconciliamini.*] καταλλάγητε. M. καταλλαγῆναι τῷ θεῷ. *reconciliari Deo.* quo pacto vertit Auguſtinus ho. 40. ex li. 50. homiliarum & in pſal. 67. *Deo exhortante per nos obſecramus pro Chriſto reconciliari Deo*, & apud Ambroſium in Commentar. *Orantes pro Chriſto reconciliari Deo*, Ipſe tamẽ Chryſoſtomus, vt habet B. & legitur 1. Cor 5. 20. citat ho. 17. in 2. Cor. & ho. 5. in epiſt. ad Rom. omiſſis intermediis, quæ ſunt apud Paulum. Porro in ſermone de Adſcenſione in eandem ſententiam hæc verba tractat. *Quid hoc rei eſt? ipſe rogat, qui iniuriam paſſus eſt.*

Col. 131. B. *de S. Romano.*] Conuenit cum Romano Martyrologio Calendarium Græcorum in feſtiuitate S. Romani: ſic enim legimus in illo 18. Nouembris. *Plato & Romanus martyres*, & in manuſcripto Medicæo codice præfixa hæc erant priori ſermoni Chryſoſtomi de S. Romano. μηνὶ νοεμβρίῳ ιη΄: ſed hic poſterior ſecũdus dicitur, alio fortaſſis anno habitus, in quo & pueruli fit mentio à ſancto martyre interrogati, quod illuſtriſſimus Cardinalis Baronius eruditiſſimis ſuis notationibus explanans Martyrologium Romanum deſiderabat in priori ſermone, ideoque diſtinguendum hunc Chryſoſtomi ab illo Romano Antiocheno cenſebãt, cuius martyrium Prudentius deſcribit. Certe habitum Antiochiæ fuiſſe tractatum iſtum innuunt illa ſub finem eius p. 621. d. *Neceſſaria ſunt patris documenta:* Flauianum enim Antiochenum Epiſcopum deſignauit, cuius ad populum Chryſoſtomus preſbyter verba faciebat.

Col. 131. D. *Corpus circumſtantes.*] Legendum hic potius τὸ πλῆθος ſuſpicamur, quàm ὁ δῆμος, vt habuit Med. Licet enim ſequatur in hac concione τῆς παρειᾶς διασπάραξις, quod & Prudentius exprimit, cùm ait hymno 10.

—— vertat ictum carnifex
In os loquentis, inque maxillas manum:

tamen

tamen alius ſimilis in laudatione Iuliani locus hanc veriorem eſſe lectionem confirmat pag. 55. περιστάντες τὸ σῶμα δεόμενοι τὰς πλευρὰς, *corpus eius circumſidentes carnifices latera effodiebant*. nam & apud Prudentium carnifices, A

Sulcant per artus longa tractim vulnera.

At in ho. 31. in epi. ad Romanos legendum contra σώματος pro σώματος. p. 327. τὴν κόνιν ἐκείνου τοῦ σώματος, δι' οὗ Χριστὸς ἐφθέγγετο, *puluerem oris illius, per quod Chriſtus loquutus eſt*. nam & ita citantur hæc ab Adriano Pontifice cap. 6. actio. 3. ad Carolum magnum. *Oris illius, per quod Chriſtus annuntiabatur.*

Col. 132. D. *Spicam effeciſti.*] Quid hæc ſibi velint, non video, niſi forte ſpicę nomine ſegetiſue, vbertatem & copiam deſignet laudum Dei, quas ſpiritalis lingua martyris effundebat, quemadmodum terra pro grano vno ſpicam, aut ſegetem pro ſemente reddit: ſic in laudatione S. Phocæ p. 879. a. B
δεχομένη τὰ σπέρματα καὶ τὸ στάχυν ἀποδίδωσι. *Semen accipiens etiam ſegetem reddit.* Paulo ante pro σὺν ἑαυτῆ, legimus σύνομον, *conſanguineam.* Sic enim poſtea cum immolatione Iſaac factum iſtud comparans ait, ἀντὶ υἱοῦ μονογενοῦς προσκομίσας. *pro vnigenito filio obtuliſti.*

Col. 133. A. *Ac tuba quidem.*] Cum paulo ante dixerit ſe nihil amplius additurum, videtur hoc alterius ſermonis initium eſſe, vel fragmenti cuiuſdam attexti, quales ſunt permultæ homiliæ, quæ 21. prioribus ad populum Antiochenum habitis ſubiiciuntur ex moralibus aliarum concionũ digreſſionibus contextæ, vt alibi monuimus. Locus autem ſcripturæ allatus eſt Hierem. 31. 34. qui à Chryſoſtomo hic, in orat. 3. de Lazaro, & in Vaticana editione anni 1587. legitur ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν, vt habet etiam Pagninus, *A paruo eorum vſque ad magnum eorum.* Quod vero ſequitur, *& omnis lingua confitebitur Deo vero*, ex Eſaię depromptum eſt cap. 45. 23. C
ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ ὀμεῖται πᾶσα γλῶσσα. *Quia mihi curuabitur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.* Quod ergo propheta dixit, *iurabit omnis lingua* expreſſit Apoſtolus per confeſſionem, quæ cultum ſignificat. Eſt enim iuramentum ſpecies confeſſionis diuinę, & ſub religione comprehenditur: vnde Pſal. 62. 12. *Laudabuntur omnes, qui iurant in eo*, cultores Dei deſignantur, vt docet Vatablus; quod nos Deum colere & eius populum eſſe profiteamur, cum per ipſum iuramus, eumque teſtem ac iudicem ſtatuimus veritatis.

Ibid. B. *Apoſtolicum ignem.*] Apoſtolicum videri poteſt ignem vocaſſe, qui res Apoſtolorum præfigurabat; ſed & ad Moſaicum ignem referri poteſt D
verbum, vt ita vertatur, *& Apoſtolicum ignem, prædicationis euangelicæ voces.* nam & igneæ linguæ capitibus Apoſtolorum inſederunt. Paulo poſt *contactus* vertimus quaſi eſſet ἁφὴ non βαφὴ quod præcedat ἁψάμενον. & ſequatur ἁφὴ: retineri tamen poteſt βαφὴ, quod *tinctum*, vel *infuſionem* ſonat. Quod vero reprehenſionem fluenta reformidaſſe tyrannũ ait, in ſimili facto ex Machabæorum perſona ſic amplificat Ambroſius lib. 2. de Iacob cap. 11. *Confeſſus es te reſpondere non poſſe rationi, maioraque probas linguæ noſtræ flagella, quam tua verbera. Nos enim tua verba nõ timemus, tu noſtræ vocis flagella non potes ſuſtinere:* Porro quod ait pag. 250. 19. τὸ πλοῖον ἀντιπρόσωπον ἵστησι. Clementis Alexandrini comparationem illam videtur imitari lib. 1. cap. 7. Pæd. ὁ κυβερνήτης οὐκ ἀεὶ τοῖς ἀνέμοις ὑπείκει, ἀντιπρῴρος δὲ ἔσθ' ὅτε ὅλοις ἀνθίσταται τοῖς πνεύμασι. *Gubernator non ſemper ventis cedit, ſed aliquando proram contra obuertens vniuerſis reſiſtit tempeſtatibus.* E

Ibid. D. *Præceptor ſalua.*] Lucæ 8. 24. ſcriptum eſt ἐπιστάτα ἀπολλύμεθα, *Præceptor perimus*, ſed illud σῶσον ex Matthæi eſt 8. 25. κύριε σῶσον ἡμᾶς. *Domine ſalua nos.*

Col. 134. B. *Gladium tuum.*] Deeſt ni fallor ᾑμαγμένον, φοινισσόμενον, vel tale quid, vt in Barlaam p. 285. 17. ἰδὼν τὸ ξίφος ᾑμαγμένον: quaſi dicat, tuus hic gladius rationis expertium victimis tum cæde cruentatus eſt; aut ſi nihil addatur, hoc indicat, ſe ceſpitem illum tenere, cultrum victimis feriendis aptum.

Ibid. C. *Dum fodiendo venas.*] τὰς φλέβας ἀνασκολεύοντες, habuit manuſcriptus codex, venas ſpoliantes, vel denudantes: aptior tamen erit lectio διασκαλεύοντες, vt legendum conieeit vir doctiſſimus Cl. Dauſquerius, quod à σκαλεύειν compoſitum deduci poteſt, vt διασκάπτω, διασκαριφάομαι. *Dum fodiendo venas aperiunt.*

Ibid. D.] Poſt illam primam de natiuitate Machabæorum homiliam habitam hanc fuiſſe quam exſcripſimus ex vno codice Mediceo nu. 88. colligimus ex illis verbis. *Heri ſola matre aſſumpta inter laudes ſermonem impendimus*; quamobrem & laudatio ſecunda dicitur hæc in manuſcripto codice. Sane quidem apud Damaſcenum orat. 3. de imaginibus citatur Chryſoſtomi locus in Machabæos, qui in editis libris non extat. Porro in Menologio Græcorum hæc legimus 1. Augusti. μνήμη τῶν ἁγίων ἑπτὰ μαρτύρων τῶν Μακκαβαίων, καὶ τῆς μητρὸς αὐτῶν Σολομονῆς καὶ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Ἐλεαζάρου. quæ ita Latine reddidit in Calendario Græcorum doctiſſimus G. Genebrardus; *Memoria ſeptem martyrum Machabæorũ, Salomæ eorum matris, & doctoris eorum Eleazari.* Videtur legiſſe non Σολομονῆ *Salomona*, quo pacto etiam ſcriptum reperimus apud Ioſephum in libello de imperatrice ratione à Dei. Eraſmo recognito, licet abſit à Græco Ioſephi, ſed Σαλώμη Salome, quæ vox legitur etiam Marci 15. 40. at apud Ioſephum Gorionis filium Anna dicitur hæc nobilis vidua, filius eius natu maximus apud alterum Ioſephum Machabæus, ſecundus Aber. 3. Machir. 4. Iudas. 5. Achas. 6. Araih. 7. & vltimus Iacob appellatur. Sed Antiochiæ habitam eſſe hanc concionem conіicimus ex eius fine, vbi communis doctoris nomine Flauianum indicat: cum in ea vrbe templum eſſet illorum memoriæ dicatũ. vt ex his S. Auguſtini verbis conſtat ſerm. 106. de diuerſis c. 1. 6. *Sanctorum Machabæorum baſilica eſſe in Antiochia prædicatur, in illa ſcilicet ciuitate, quæ regis ipſius perſecutoris nomine vocitatur.* De eorum feſto S. Greg. Nazianzenus ho. de Machabæis, & epi. 98. S. Gaudentius Brix. S. Leo Papa, S. Maximus, & S. Bernardus epiſt. 313.

Col. 135. D. *Ad accipiendam.*] Ambiguum illud eſt ἐπειγόμενοι λαβεῖν. vel enim ſignificat eos incitaſſe victorem ad comprehendum, ſiue ad coronam arripiendam, vel certe properaſſe illum ſecum accipere. priori modo loquutus videtur Paulus Philip. 3. 12. οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον. *non quod iam accepi*, vt vertit Tertullianus de reſurrectione carnis 23. vel, *non quod iam apprehenderim brauium*, ſic enim exponit Chryſoſtomus ipſe homilia 11. in epiſtolam illam. τί ἐστιν ἤδη ἔλαβον; τὸ βραβεῖον φησίν. *Quid eſt, iam acceperim? brauium inquit.* Item, *ſequor autem, ſi quo modo comprehendam*. id eſt, ἔτι τοῦ δρόμου εἰμὶ πόῤῥω, ἔτι τοῦ βραβείου ἀφέστηκα. *adhuc à meta longe abſum: adhuc à brauio diſto.* Et 1. Corint. 9. 24. εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον. *Sed vnus accipit brauium*, & apud Ælianum li. 9. ca. 31. var. hiſtor. λαμβάνειν στέφανον, quod eſt propriũ athletarum, qui ex aliquo eminentiori loco adpenſam coronam manibus corripiebant, vt luculentè demonſtrauit V. C. Petrus Faber Toloſani Senatus princeps Præſes lib. 2. ca. 27. Agoniſt. vnde idem Chryſoſtom. homil. 7. in epiſt. ad Hebr. ἔτι τὸ βραβεῖον μετέωρον· *Adhuc pendet præmium*, & homil. 12. in epiſt. ad Roman. πρὸ τῆς πάλης ἁρπάζει τὸ βραβεῖον, quod Brixius vertit, *ante luctam præmium ferre*, melius antiquior interpres, *ante luctam brauium arripere*, vt Petrus Chryſologus ſerm. 153. *Tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes.* Procopius in Eſaiæ c. 44. ὡς ἐν δρόμῳ τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν ἁρπάζειν ἐπειγόμενος. *vt inter ſe tanquam in curſu de arripienda Dei gratia magna contentione decertent.* Hinc igitur diſcat Beza ſe diuino verbo perperã addidiſſe, dum vertit illud Phil. 3. Ne-

dum

A

duen vt iam metam apprehenderim. Porro quod hoc loco de coronatis iudicibus certaminum Olympicorum attingit Chryſoſtomus, illud confirmat, quod ex altero Chryſoſtomo Dione de Hellanodicarum, ſiue iudicũ, qui certaminibus præerant, corona docet idem doctiſſimus Præſes lib. 1. c. 19. Agoniſtici.

Col. 136. C. *Sed quaſi manibus.*] Tale illud eſt in prima hom. de Machab. *Pro manibus eam verbis exhortationis impulit & armauit cum magna trepidatione pietatis.* Item quod ſequitur hic, *grauiora filiis eam eſſe perpeſſam*, eiuſdem eſt ſententiæ cum illis homil. 4. de verbis Eſaiæ, *Nonne aiebat obteſtans illorum vnumquemque, & mater martyrum ſepties ipſa martyrium præſtitit?* & ho. 1. de Machab. *Corpus quidem vnum erat, ſeptem vero martyrum legio implebatur in matre.*

B

Col. 137. A. *A communi doctore.* Flauianum intelligit Antiochenum Epiſcopum, quo præſente verba faciebat, vt homil. 2. de verbis Eſaiæ. *Sit nobis tempus tacendi, quo detur & præceptori tempus loquendi:* & homil. de B. Philogonio pag. 399. d. κοινῷ ὧ πατρὶ καὶ ζυλωτῇ τῷ μακαρίου Φιλογονίου ταῦτα καταλιπόντες εἰπεῖν. Solebat enim poſt presbyterum orationem habere Flauianus, vt plures olim in vna & eadem collecta doctores ad populum conciones habebant 1. Cor. 13. 29. *Propheta autem duo aut tres dicant, cæteri diiudicent.* Chryſoſt. hom. 36. in 1. Corinth. καὶ γὰρ καὶ τὸν δύο ἢ τρεῖς λέγομεν, καὶ ἀνάμερος, καὶ ἑτέρου σιγῶντος ἄλλος ἄρχεται. *Num nunc quoque duo aut tres dicimus, & viciſſim, & alio tacente alius incipit.* nec alio videtur ſpectaſſe Baſilius, cum ſub finem homiliæ de Barlaam martyre his verbis vſus eſt, quibus alios poſt ſe dicturos inuitaret. τὰς μεγαλοφωνοτέρας τῶν διδασκάλων ἐπ' αὐτῷ καλέσωμεν σάλπιγγας. ἀνάστητέ μοι νῦν ὦ λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμάτων ζωγράφοι. *Sonantiores doctorum tubas ad illius præconia aduocemus. Exurgite nunc ô præclari athleticorum geſtorum pictores.*

C

Col. 138. A. *Saltatores.*] χορευταί. Ex eodẽ illo Medicæo mſ. cod. hoc fragmentum & ἀποσπασμάτιον ὁμιλίας, potius quàm homiliã eruimus, in quo ſaltatores appellat eos quorum lætitia & pius affectus in geſtum etiam erumpit, dum ſanctorum feſta celebrant, vt Nazianzenus de Chriſti natiuit. pa. 623. b. μετὰ ποιμένων δόξασον, μετὰ ἀγγέλων χόρευσον. Cæterum mater hic poſtremũ hortatur, vt eorum qui iam morte ſublati erant imitetur virtutem, vt ho. 1. de Machab. *Et cum adhuc priores punirentur, reſiduos ad æmulationem eorum exhortantibus verbis in palæſtra paſſionis immergebat.* Ambroſius ſupra. *Ne decolores tot fratrum tuorum trophæa, nec ſacrum eorum comitatum relinquat.*

D

Paulo poſt μικρολογοῦνται προσκομιδὴν verti etiam poteſt. *oblationem magni faciunt.* quod μικρολογεῖσθαι ſit res paruas magni facere. Gloſſarium, μικρολογία, *parſimonia*, μικρολόγος, *ſordidus*, item aliud Gloſſarium manuſcriptum collegij noſtri Agennenſis, μικρολογοῦμαι, *rem vilem magni facio pretij*, μικρολογία, *circa res viles, & quouis modo acquirendi humilitas.* Epitome Dionis in Nerua. οὐ μέντοι καὶ περὶ τὰς τιμὰς αὐτῶν ἐμικρολογήσατο. *neque vero in pretiis harum ſordidus fuit.*

Ibid. D] Domninam virginum iſtarum matrem catalogus Auguſtanus Δόμναν appellat hoc modo, ὡς Βερνίκην καὶ Δόμναν. Οὕτω ἄκουε. At Menologium Græcorum Venetiis Grece editum 4.

E

Octobris hæc habet, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τῆς ἁγίας μάρτυρος Δομνίνης, καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῆς Βερνίκης καὶ Προσδόκης: tum ſubiicit breuem hiſtoriæ illarum epitomen ex hac auctoris noſtri homilia excerptam, in qua pro ἐπίσταται legendum ἱδρύσατο, & pro περιῤῥεῖ, παραῤῥεῖ, vt cum ex ipſius Chryſoſtomi, tum ex Menologij codice manuſcripto collegij noſtri Agennenſis conſtat, in quo diſtichum iſtud iambicum de iiſdem addebatur,

Τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῖθρον ῥύμμα τρεῖς κόραι
Βιωτικῶν ἔχουσιν ἀγνοημάτων.
Tres hæ puellæ per fluenta fluminis
Sordentis æui proluere crimina.

A

In Menologio edito to. 6. antiq. lect. Berina & Prodoca vitioſe opinor appellantur Domninæ filiæ. Euſeb. li. 8. c. 24. hiſt. narrat Antiochenam quandam mulierem ſanctam genere nobilem geminas filias corporis forma præſtãtes habuiſſe, quæ cum ſatellitum retibus circumtectę tenerentur, paululum de via decedẽdi naturalis neceſſitatis explendæ cauſſa poſtularũt ab illis poteſtatem, ac repente ad fluuij ripam profectæ ſe in profluentem gurgitem præcipitarunt. S. Ambroſius libro 3. de virginibus S. Pelagiam virginem Antiochenam laudat, quæ cum ſe à prædonibus fidei vel pudoris circumſideri videret, abſente matre & ſororibus, nuptialem induit veſtem & mortem ſponte ſubiit, non ferro ſe perimens, vt putat Sixtus Senenſis li. 5. biblioth. ſanctæ annotat. 253. ſed ad tecti faſtigium currens, vnde ſe præcipitem dedit,

B

vt Chryſoſt. in poſteriori laudatione, quam retulit in tomum ſuum tertium Surius 9. Iunij. Addit Ambroſius, & ſorores eius conſertis manib. tanquam choros ducerent, in medium fluminis alueum eſſe progreſſas, qui eas martyres reddidit. Non igitur mirum videri debet quod hic de Bernice & Proſdoce narrat Chryſoſtomus, quæ morte voluntaria nefariam turpitudinẽ depulerunt, vt de virginib. quibuſdam ait Cicero in orat. de prouinciis conſularibus, & S. Hierony. li. 1. in Iouinian. de 50. Lacænis, quæ pro pudicitia occubuerunt. Licet enim Petrus Alexãdrinus cum iis non communicandum eſſe dicat, qui talia tentauerint, & Menſurius Epiſcopus apud Auguſtinum in Breuiculo collationis eos, qui ſe offerunt perſequutoribus, martyres habendos negat, atque ipſe etiam

C

Chryſo. ho. 87. in Ioann. nonniſi auctore diabolo violẽtas ſibi manus homines afferre dicat; certum eſt tamen ex eodem Auguſtino li. 1. c. 26. de ciuitate Dei, ſanctas fœminas quaſdam, vt inſectatores ſuæ pudicitiæ deuitarent, ſe in rapturum atque necaturum flumen proieciſſe, earumque martyria in Catholica Eccleſia veneratione celeberrima frequentari; cæterum exiſtimandum eſſe eas peculiari Dei reuelatione admonitas id feciſſe. *Cum autem Deus iubet, ſeque iubere ſine vllis ambagibus intimat*, inquit, *quis obedientiam in crimen vocet? quis obſequium pietatis accuſet?* Immo abſque peculiari Spiritus ſancti œconomia licere ſeipſum in mortis diſcrimen præcipitem agere pudicitiæ tuendæ cauſſa docuerunt olim Patres multi, vt Hieronymus in 1. Ionę, & Ambroſius epiſt. 7. & citato de virginibus lib. 3.

D

nunc tamen hæc admiratione potius, quàm imitatione ſunt digna. Cæterum poſt primam editionem huius homiliæ, nacti ſumus ex codice Bauarico varias lectiones, quem hæc litera B. deſignabit, vt M. Medicæum, ex quo fuit olim exſcripta.

Ibid. D. *Et vectes ferreos confregit.*] Pſal. 106. v. 16. legitur συνέθλασε, non vt hic συνέκλασε, nos tamen vulgatæ Latinę verba retinuimus, quorum ſenſus haud diſpar eſt. porro diaboli telum mulierem hic appellat, vt ho. 3. de patientia Iob. to. 1. *Sola mulier relinquitur antiquum diaboli organum, ſcilicet ſibi ipſi vetuſtam ſeruans.* Multa quoque his paria de morte à fœminis ſuperata leges initio laudationis prioris S. Pelagiæ, to. 3. Surij, & de Abrahamo timore mor-

E

tis perculſo to. 5. ho. de dormientibus.

Col. 139. C. *Quid igitur? dic ſoror.*] Græcè ſcripſimus τί οὖν; addita interrogationis nota, quæ à manuſcripto aberat, ſed nihil mutandum nunc cenſemus: non enim ſemper cum interrogatione legendum eſt τί οὖν; *Quid igitur?* vt reddit H. Stephanus in Theſauro, ſed quaſi nihil aliud ſit quàm, *itaque*, vel *igitur*. Ita vertit Epiphanius interpres hiſtoriæ Tripartitæ locum hunc Theodoreti lib. 1. c. 8. τί οὖν ἐπειδὴ διὰ ταῦτα σύνοδος εἰς τὴν Νικαίων ἀφικνεῖται μεγίστη. *Cum igitur propter hæc ſynodus maxima in Nicæam veniſſet vrbem.* Minus apte Chriſtophorſonus, *Quid ergo? vbi his de cauſis Nicæam aduentauit*, & inter-

interpres Nicephori lib. 8. cap. 21. *Quid igitur eſt? poſtquam eas ob cauſſas Nicaa ſynodus coacta eſt maxima.* A
Sic apud ipſũ Chryſoſtomum hom. 30. in 2. ad Corinth. pag. 956. τί οὖν εἰπέ μοι, οὐκ ἐβαπτίσθησαν εἰς πατέρα οὗτοι; *Num igitur, quaſo, iſti in Patris nomine baptizati ſunt?* non vt Eraſmus, *Quid igitur dic oro? non baptizati fuerunt in patrem illi?* Scribendum igitur hic, *interficient. Dic ergo, Soror illius ſum:* vt Gen. 12. 13. apud LXX. εἰπὲ οὖν ὅτι ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμι. *Dic igitur, Soror illius ſum.* nam illud ὅτι, παρέλκει. addimus ex B. & LXX. ἐπεὶ ἐν Θεῷ.

Ibid. D. *Plenus enim zeli.*] Locus eſt prouerb. 6. 34. vbi quædam Biblia Germanica reddunt è Græco LXX. pro θυμὸς animus; at Vaticana nupera, *Plenus enim zeli furor viri eius non parcet in die iudicij.* Rectè: vox enim Hebræa excandeſcentiam ſonat; ſed addenda eſt diſtinctio poſt pronomen eius: eſt enim ἔλλειψις verbi, vnde Pagninus ex Hebræo vertit, *Quia zelus eſt furor viri, & non parcet in die vindicta*, hoc B
eſt, vt exponit Vatablus, zelotypia excitat iram & indignationem: maritus impatientia zelotypiæ accenſus, cum ſeſe obtulerit occaſio vindictæ, non parcit. Citatur in eandem ſententiam, pariterque interpungitur hic locus ho. 4. in epi. ad Titum, vbi tamen rectius ad verbum fortaſſe redderetur, οὐκ ἀνταλλάξεται τὴν ἔχθραν, *non commutabit inimicitiam.*

Col. 1456. D. *Quandoquidem Iudas.*] Geneſ. 38. 15. hiſtoria legitur: at in extrema hac pagina ex eodem libro Geneſis citatur alius locus paulo aliter quàm habent LXX. non enim eſt, ἀρκεῖ ἡμῖν, *ſufficit nobis*, ſed ἔσται μοι κύριος εἰς θεόν, *erit mihi dominus in Deum.* Solet enim aliquando verba ſcripturæ immutare Chryſoſtomus, vt hom. 5. in epiſt. ad Epheſios illud Eſaiæ 59. 2. *Peccata veſtra ſeparant inter vos & Deum*, citat quaſi eſſet, οὐχὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διιστῶσιν ἀναμέσον ὑμῶν καὶ ἐμοῦ; *An non peccata veſtra ſeparant inter* C
me & vos? At in homilia tamen 6. in 2. ad Corint. pa. 873. in eandem ſententiam hunc locum tractans Geneſis, eum cum illo Pauli ad Timotheum 1. ca. 6. copulat, vt in hoc tractatu, *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus*, quod Syriaci paraphraſtæ interpres reddit, *Quapropter ſufficit nobis cibus & tegumentum.* Sed in eadem illa homilia 6. legitur vt in iſta, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα, vt & in Commentario in eandẽ epiſtolam, cuius interpres vertit, *His contenti erimus*, eodemque modo Theophylacti & ſcholiorum Græcorum, quæ tribuuntur Oecumenio, interpretes reddiderunt, licet negandum non ſit veteres olim legiſſe videri ἀρκεσθησόμεθα, cum ſcribunt, *His contenti ſimus*, vt Cyprianus 3. Teſtimonior. 61. Hieronymus in 3. Eccleſiaſtæ, & Ambroſio D
tributus commentarius. Immo etiam ex Hebræorum idiotiſmo poteſt futurum indicatiui pro imperandi modo accipi: at Nouatianus de Trinitate ca. 6. & Hieronymus ipſe in c. 55. Eſaiæ legunt, vt eſt in aliis etiam vulgatæ codicibus, *His contenti ſumus.* Chryſoſtomus etiam ho. 54 in Geneſ. Iacob nobis Apoſtolicum characterem ſua petitione ſignificaſſe aſſerit. Nam quod Chriſtus dicebat, Ne poſſideatis aurum vel argentum, vel duas tunicas, hoc à ſeipſo ante Euangelij gratiam dicebat.

Col. 141. A. *Pone tibi ante.*] Sic homil. 26. in 2. ad Cor. pa. 924. καὶ γὰρ ὁ Ἠλίας θαυμαστὸς ἦν, ἀλλ᾽ ἡλέγχθη ποτὲ ὑπὸ δειλίας. *Nam Helias etiam eximius vir erat: at timiditatis tamen quãdoque notatus eſt.* Hiſtoria eſt 3. Reg. E
19. 2. Paulo poſt hic pag. 195. lin. 24. pro ἀνωτέρω γενόμενος, forte rectius in Græco legetur ἀνώτερος γέγονεν. vt cum alibi ſæpè, tum ho. 4. in epiſt. ad Hebr. pa. 1783. οὐδένα δέδοικεν, οὐδένα φοβεῖται· πάντων ἐστὶν ἀνώτερος, καὶ πάντων ἐλευθεριώτερος. *Nullũ timet, nullum formidat: eſt omnibus ſuperior, & omnibus magis liberalis*, vel potius vt Mutius ſcholaſticus verterat, *omnibus liberior.* nam & Gloſſarium ἐλευθερίως reddit *liberè.* Porro in eadem illa homilia plura de metu mortis ſublato eleganter & copioſe dicta reperies.

Col. 142. A. *Nunc autem pſalmi.*] In eadem hom. 4. in epiſt. ad Hebræos pag. 1784. τί βούλονται αἱ λαμπάδες αἱ φαιδραί; εἰπέ δέ μοι οἱ ὕμνοι; οὐχὶ τὸν θεὸν δοξάζομεν, καὶ εὐχαριστοῦμεν, ὅτι λοιπὸν ἐστεφάνωσε τὸν ἀπελθόντα; οὐ διὰ τοῦτο ψαλμῳδίαι; ταῦτα πάντα χαιρόντων ἐστίν. εὐθυμεῖ γάρ φησί τις; ψαλλέτω. *Quid ſibi volunt clara lampades? quid autem hymni? an non Deum glorificamus, & gratias agimus, quod eum, qui exceſſit, iam coronauerit? non ideo pſalmodia? Hac omnia ſunt latantium, eſt enim quiſpiam, inquit, lato & alacri animo? pſallat.* Sed hic tamen locus Iacobi 5. 13. haud aliter vertendus fuit, quam erat apud Mutium & in vulgata, *Eſt enim quis aquo animo? pſallat.* Ibidem etiam illud pſalmi 114. *Conuertere anima mea in requiem tuam.* quod in funeribus canebatur Chriſtianorũ, fuſius tractat, vnde conſtat hunc illius germanum eſſe tractatum, eiuſdemque vteri fœtum. Sic & homilia in illud Apoſtoli De dormientibus &c. tom. 5. *Pſalmorum cantiones, ac fratrum multitudo eſt, non vt fleas, ſed vt Deo gratias agas, qui eum accepit, qui effertur.*

Col. 143. A. *Et tanquam in tenebris.*] Baſilius in Gordium martyrem, ἀδελφοὶ κατ᾽ ἀλλήλων ἐμαίνοντο, καὶ δοῦλοι δεσπόταις ἑαυτῶν ἐπανίσταντο· ὥστε δέ τις νὺξ κατεῖχε τὸν βίον. πάντων ἀγνοησάντων ἀλλήλους ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου φρενοβλαβείας. *Fratres in ſe inuicem inſaniebant, & ſerui in dominos ſuos conſurgebãt. Adeo diabolicis artibus hominum animi affecti tenebantur, vt velut in tenebris agentes ſeſe minimè agnoſcerent.* Prædixit hoc dominus Marci 13. 12.

Ibid. D. *Quid enim ex illa.*] τί γὰρ ἐκείνης. Mutilus videtur hic locus, ex quo tamen hunc elicere conati ſumus, quaſi hoc velit, nullam percipere illas potuiſſe maiorem vtilitatem ex vrbe illa, quam vt tutò in ea vtpote minus habitata laterẽt, aut quaſi ſcriptum eſſet, εἰ μὴ ἐκ τοῦ κρύπτεσθαι. in B. legebatur, ἵνα καὶ ἀφίωνται. & καὶ ἐκ τοῦ κρύπτεσθαι.

Col. 144. B. *Credatis quia ego ſum.*] Legimus quidẽ Ioannis 14. 29. καὶ νῦν εἴρηκα ὑμῖν πρὶν γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται, πιστεύσητε. *Et nunc dixi vobis, prius quàm fiat: vt cum factum fuerit, credatis.* Sed illud, *Quia ego ſum*, eſt ex alio Ioãnis loco 13. 19. ἀπ᾽ ἄρτι λέγω ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι. *Amodo dico vobis, priuſquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis, quia ego ſum.* Ex vtroque loco voces mutuatus eſt auctor in iſto, quem ita reddidimus, vt in eius Commentario in Ioannem ho. 74. Latinitate donatũ oſtendimus. *Hoc ergo & qua futura ſunt dixi vobis, priuſquam fiant, vt cum facta fuerint credatis, quia ego ſum.* Auguſtinus etiam tract. 79. in Ioan. hoc ita exponit, *Illud fuerant credituri, quod ipſe eſſet Chriſtus Filius Dei viui, qui potuit hoc facere, cum pradixiſſet, & pradicere, antequam faceret.* Non eſt igitur, quod quis ſuſpicetur hunc tractatum Chryſoſtomi non eſſe, quia ſcripturæ verba non ſatis fideliter hic citantur: nam & alibi ſæpè, vt diximus, ea prout à memoria ſuggeruntur variata proponit, vt hom. 13. in epiſt. ad Philipp. citat, ἐάν μή τις ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθῇ μοι. *Niſi quis tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* quod aliter ſe habet Matt. 16. 24. & c. 10. 38.

Col. 145. D. *Ecce ego & puella.*] Locus eſt Eſa. 8. 18. ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ θεός. *Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus.* Sed hic tamen vocem παιδίον ad virginem retulit, quod etiam feciſſe Græcos rhetores docet Suidas in voce, παιδάριον. οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀρρένων κέχρηνται τῷ ὀνόματι οἱ ῥήτορες, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παρθένων. & addit locum Hyperidis contra Timandrum, idemque Heſychius de voce παιδισκάριον teſtatur apud Atticos, παιδισκάριον Ἀττικοὶ ἐπὶ τῆς ἡλικίας. & Budæus teſtimonio Diogenis Laërt. in Zenone idipſum confirmat. Vt igitur Iuppiter apud Homerum Mineruæ τέκνον ἐμόν, ait, ſic παιδία μου, filias ſuas Domnina vocat. Sic Ambroſius lib. 3. de virginibus matrem illam Antiochenam loquentem introducit. *Has tibi*, inquit, *hoſtias Chriſte immolo, praſules virginitatis, duces caſtitatis, comites paſſionis.*

Col. 147. B.] Primus hic Euſtathius Antiochenæ eccleſiæ Epiſcopus contra Arrium clariſſima tuba bellicum cecinit, vt refert S. Hieron. ep. 126.

& citatur in Græcorum Menologio de eo S. Chryſoſtomi teſtimonium], teſte illuſtriſſimo Cardinali Baronio in Notationib. ad Martyrologium Romanum in hæc verba: *Exſtat beati Ioannis Chryſoſtomi in hunc virum ſanctum nobiliſſima laudatio.* Hæc illi. nos eam ex codicibus bibliothecæ Regiæ Mediceæq; deſcriptam an. 1601. primum edidimus, nunc Bauarici codicis ſubſidio quà locupletauimus, quà emendauimus. Meminit eiuſdem ipſe Chryſoſtomus ho. in dictum illud Ieremiæ 10. 23. *Non eſt hominis via eius:* τοῦ μακαρίου Εὐσταθίου τὰ ἐγκώμια διηγούμενοι, καὶ μετ' ἐκεῖνον δὲ γενναίου μάρτυρος Ῥωμανοῦ τοὺς ἐπαίνους διεξιόντες. ex quibus verbis conſtat eum de laudibus S. Euſtathij die quodam ſermonem habuiſſe, ac poſtridie S. Romanum laudaſſe. Interfuit hic Concilio Nicæno anno Chriſti 325. in quo magnum illum Conſtantinum merito preconio exornauit, poſtea vero calumniis Arrianorũ exagitatus Conſtantio Imperatore in exilium pulſus eſt, Hieronymo in Catalogo ſcript. teſte, itemque Athanaſio in epiſtola ad ſolitarios, qui & in Apologia de fuga, ſic eum commẽdat: *Cui Eccleſiæ luctum illorum inſidiæ non attulerunt? nonne Antiochia ob Euſtathium confeſſorem & orthodoxum virum ademptum in mœrore eſt, Balanæa ob Euphraſionem, Pontus & Antaradus ob Quintianum?* Citantur eius operum fragmenta quædam à Gelaſio lib. de duabus naturis, & à Theodoreto lib. 1. cap. 8. hiſtor. Dialogo 1. 2. & 3. In catalogo Auguſtano hic ſermo eſt ordine ſexageſimus. In inſcriptione Bauar. liber addebat, καὶ εἰς τὴν σπουδὴν τῶν συνελθόντων. *& de ſtudio eorum, qui conuenerant.*

Col. 147. C. *Neque mutationem.*] Sic reddimus οὐχ ὑποπτεύων, quaſi ὑποπτεύειν idem hic valeat quod δεδοικέναι, quomodo & apud Herodotum vertũt quidam, ὑπώπτευεν ὡς ἐπιβουλεύοντας, *metuebat ne ſibi inſidiarentur.* ita pſal. 118. 36. περίελε τὸν ὀνειδισμόν μου ὃν ὑπώπτευσα. *Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum.* Hieronymus, *Aduerte opprobrium meum, quod reueritus ſum.* Pagninus, *quod timui:* Aquila apud Theodoretũ ὑπεστάλην, *timui*, Symmachus & Theodotio εὐλαβούμην, *verebar.* Eccleſiaſtici 9. 10. μὴ ὑποπτεύσῃς φόβον θανάτου. *Non ſuſpicaberis timorem mortis.* Vatablus exponit, *Nec timore mortis eris anxius.* Ipſe Chryſoſtomus ſic accepiſſe videtur ho. 35. in 1. Cor. τίνα γὰρ οὐ δέδοικεν ὁ πλουτῶν, οὐχὶ λῃστάς; καὶ τί λέγω λῃστὰς ὅπου γε καὶ τοὺς οἰκέτας αὐτοῦ ὑποπτεύει. *Quem enim non timet diues? non latrones? Et quid dico latrones, quum ipſos etiam famulos habeat ſuſpectos,* vel *reformidet?*

Ibid. D. *Vnde dolor.*] Eſa. 35. 10. ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός. *Fugit dolor, & triſtitia, & gemitus.* & c. 51. *Fugit dolor, & mœror, & gemitus.* Auguſt. ſerm. 1. de omnibus Sanctis. Chryſoſtomus hom. 6. in epiſt. ad Hebræos hęc eadẽ vſurpat, vbi & pluribus hanc ſententiã amplificat initio moralis exhortationis.

Ibid. *Et pronum ad nos.*] Verba ſunt Pauli ad Hebręos 12. 1. καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, quod Eraſmus reddit, *Et tenaciter inhærente peccato.* G. Heruetus. Clemen. Alex. lib. 4. Stromat. *& nos facile circumſtans peccatum.* Theophylactus, *& facile incurſans peccatum, vel quod facile nos circumſtet.* Chryſoſtomus ho. 28. in illam epiſtolam, ἤτοι εὐκόλως περιϊσταμένην ἡμᾶς, ἢ τὴν εὐκόλως δυναμένην περίστασιν παθεῖν. *aut quod facile pati poteſt, vt circummuniatur & circumdetur.*

Ibid. B. *Poſſeſſio armenti.*] Correximus quod erat in Gręco, ἐγένοντό μοι: ſic enim legimus Eccleſiaſtę 2. 7. καί γε κτῆσις βουκολίου καὶ ποιμνίου πολλὴ ἐγένετό μοι. *Poſſeſſio armenti & ouilis multa fuit mihi:* quo pacto etiam legendum fortaſſe apud Hieronymum in Eccleſiaſten. Vulgata, *Armenta quoque, & magnos ouium greges.*

Ibid. *Laudaui eos, qui mortui.*] Locus eſt Eccleſiaſtæ 4. 2. καὶ ἐπῄνεσα ἐγὼ σύμπαντας τοὺς τεθνηκότας τοὺς ἤδη ἀποθανόντας ὑπὲρ τοὺς ζῶντας. *Et laudaui ego omnes mortuos, qui iam mortui ſunt, ſuper viuẽtes.* pro ἐπῄνεσα Symmachus reddidit ἐμακάρισα, quod hic Chryſoſtomus vſurpat, vertuntque alij, *beatificaui*, nam & Hieronymus in Commentario exponit, *Feliciores exiſtimaui mortuos.* Ambroſius tamen in pſalm. 118. ſerm. 18. ita hunc locum effert, *Et laudaui ego mortuos magis, quàm viuentes.* & Chryſoſtomus initio homiliæ iſtius μακαρίζειν videtur ſumere pro ἐγκωμιάζειν, vt alterius affinis eſt vtriuſque verbi notio. Ambroſius in pſalm. 1. *Dum in hac vita quiſpiam eſt, non poteſt definita prædicatione laudari, qui patere adhuc poſſit erroris. Ille autem, qui vitam ſine offenſione concluſerit, iure beati appellatione cenſetur, quia vtitur conſortio beatorum.* Similem locum de Salomone experto iudice deliciarum huius vitæ habes homil. 15. Chryſoſtom. in epiſt. ad Heb. οὐκ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' αὐτὸς ὁ τὴν πεῖραν τῶν πραγμάτων λαβών.

Col. 148. C. *Vt cum in Thracia.*] Hæc ſuadent, vt S. Hieronymo potius aſſentiamur, quàm Theodoro Lectori, qui de loco exilij ſic ſcribit libr. 2. Collectaneor. *Calandion petitas a Zenone Euſtathij reliquias è Philippis Macedoniæ, vbi ille in exilio mortuus fuerat, Antiochiam detulit, quas maximo cum honore exceperunt.* Idemque legimus in menologio Græcorum, ἐπέμφθη διὰ τῆς Θρᾴκης εἰς Φιλίππους πόλιν Μακεδονίας. At S. Hieronymus aliter in Catalogo ſcript. *Euſtathius genere Pamphylius Sidites, primum Berææ Syriæ, deinde Antiochiæ rexit Eccleſiam, & ſub Conſtantio principe pulſus eſt in exilium Traianopolim Thraciarum, vbi vſque hodie conditus eſt.* Ex his corrigendum eſt Adonis Chronicon, in quo perperam circa annum Chriſti 337. legitur *Euſtaſius, Cæleſyria, & Trachiarum.* Theodoretus quoque ſcribit libr. 1. cap. 2. eum per Thraciam profectum vrbem Illyriæ quondam petiuiſſe. Tripartit. hiſtor. libr. 2, cap. 24. *Per Thracias ad Illyrici deductum eſt ciuitatem.*

Col. 149. A. *Vbi enim per excelſos.*] Auguſtinus li. 4. cap. 14. de doctrina Chriſtiana exemplum affert orationis, in qua exigua & fragilia bona ſpumeo verborum ambitu ornantur. Eſt autem ex epiſtola quadam Cypriani deſumptum & huius loci ſententiæ perſimile. *Petamus hanc ſedem: dant ſeceſſum vicina ſecreta: vbi dum erratici palmitum lapſus pendulis nexibus per arundines baiulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt.* Gregorius li. 4. de miraculis S. Martini c. 17. *Vitium camera extenſa per tradaces dependentibus vuis quaſi picta vernabat.*

Ibid. B. *Quotidie morior.*] Locus eſt 1. Corin. 15. 31. quem in hanc quoque ſententiam tractat homil. 40. in illam epiſtolam: πῶς ἀποθνήσκει καθ' ἑκάστην ἡμέραν; τῇ προθυμίᾳ, καὶ τῷ παρασκευάζεσθαι πρὸς τοῦτο. itemq. quod ſequitur de Abrahamo, qui voluntate filium mactauit, confirmatur illis verbis homil. 25. in epiſt. ad Hebræos, ἀπήρτιστο ἡ θυσία, καὶ ἐσφάγη ὁ Ἰσαὰκ τῇ προαιρέσει. *Voluntate & animi inſtituto perfectum fuerat ſacrificium.* & hom. 47. in Geneſim, *Quantum enim ad voluntatem attinet, cruentauerat dexteram Patriarcha, & per ceruicem pueri immiſerat gladium, perfectumque obtulerat ſacrificium.*

Col 149. D. *Sciunt illi.*] Sanctiſſimũ innuit ſacrificium altaris, in quo Dei agnus immolatur ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενος, vt ait Concilium Nicænũ Diatypoſi 5. ſic enim ſolet, vbi de ſacro Euchariſtiæ myſterio verba facit, coram prophanis & in turba loqui, vt hom. 67. in Geneſ. exponens illud, *Lauabit in vino ſtolam,* ὁρᾷς πῶς ὑμῖν τὸ μυστήριον ἐνταῦθα ᾐνίξατο; ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον. *vides quomodo nobis hic ſacramentum inſinuauit? Sciunt qui initiati ſunt, quod dictum eſt.* Theodoretus Dialog. 2. agens & ipſe de Euchariſtia, οὐ χρὴ σαφῶς εἰπεῖν· εἰκὸς γάρ τινας ἀμυήτους παρεῖναι. *Non oportet aperte dicere: eſt enim veriſimile adeſſe aliquos non initiatos.*

Col. 151. A. *Scio equidem.*] Idem ho. 26. in 2. Cor. τινὲς μὲν οὖν κεφαλαλγίαν τινὰ ἔφασαν αὐτὸν λέγειν ὑπὸ τοῦ διαβόλου γενομένην. *Nonnulli ergo eum dolorem quemdam capitis, quem diabolus ipſi conflauiſſet, intelligere cenſuerunt.* Tum vocem Satan aduerſarium ſonare docet ex 3. Reg. c. 5. *Non erat Satan in diebus Salomonis.* & hom. 1. ad pop. Antiochen. p. 12. b. *non dæmones ſed homines diabolo miniſtrantes.* Scholiaſtes Gregorij Nazianz. in laudem Baſilij renum infirmitatem

eam

eam fuiſſe tradit, atque articulorum debilitatem, A
ſiue podagram. Porro Gregorius ipſe dixit *ἐδόθη ἡμῖν παρὰ Θεοῦ σκόλοψ τῆς σαρκός. Datum nobis à Deo carnis ſtimulum.* & vulgata Latina, *Stimulus carnis meæ.* quo pacto etiam legunt Cyprianus l. de mortalitate. Hilarius in pſal. 118. & Hieronymus in 28. Ezech. alij *τῇ σαρκὶ* exponunt *ἐν σαρκὶ*, quaſi ſit ſurculus infixus carni.

Col. 152. D. *De S. Babyla.*] Antiochenum epiſcopum fuiſſe Babylam, & Decio imperāte pro Chriſti confeſſione vitam in vinculis deſeruiſſe teſtantur Euſebius Cæſar. li. 6. c. 32. hiſtor. eccleſ. Epiphanius li. de ponderibus, & Hieronymus in Catalogo ſcrip. in Alexandro. Præter eum librum quem contra Gentiles ſcripſit Babylæ vitā continentem p. 728. huius voluminis habitam à Chryſoſtomo de laudibus eius orationē conſtat ex ho. 4. de Lazaro, vt iam monuimus in ho. de SS. Iuuentino, & Max. atque hanc ipſam fortaſſe illic deſignat, quam ex Sereniſſ. Bauariæ Ducis bibliotheca B
erutam miſit ad nos R. P. Iacob. Gretſerus, ordinis noſtri Theologus: ſed cum in vno tantum codice reperta fuerit, nullas varias lectiones, at pauculas ex coniectura correctiones addere licuit, atque in primis emendatum illud fuit, non longe ab initio, *καὶ τῷ κοινῷ πατρὶ τῶν ἡμῶν ἀφήσομεν*, certum eſt enim Flauianum Epiſcopum hic intelligi, quemadmodum & hom. de B. Philogonio pag. 399. d. *διὰ τοῦ τῷ κοινῷ πατρί.* itaque ſcribendum hic interpretatione, *doctoribus, communique patri noſtro relinquemus.*

Col. 154. D. *Fatigabat.*] *ἠνώχλει.* Narrant eandem hiſtoriam tranſlationis reliquiarum S. Babylæ Sozomenus li. 5. c. 18. Gregorius Nazianz. orat. 1. in Iulianum & Chryſoſtomus rurſus inf. p. 763.

Col. 155. D.] Vindicat hunc tractatum S. Ioanni Chryſoſtomo catalogus Auguſtanus mſ. in quo eſt C
ſexageſimus tertius, *εἰς Αἰγυπτίους μάρτυρας. εὐλογ. ὁ Θεός, καὶ τῶν Αἰγύπτου:* at nec in Mediceo codice, nec in Bauarico præſcriptus dies vllus menſis erat, & legimus diuerſis temporibus multos in Ægypto martyrium paſſos, ſub Decio, ſub Valeriano, ac demum ſub Diocletiano, quorum natalis in menſis Ianuarij diem 5. refert Martyrologium Romanū. Huic autē initio plane germana ſunt, & ἀδελφὰ quæ de Ægypto ſcribit epiſt. 3. ad Olympiadem p. 736. editionis Græco-Latinæ to. 5. his vero quę de martyrum reliquiis vrbes munientibus ac tuentibus hic ait, illud ho. 32. in epiſt. ad Rom. de Pauli corpore, *τοῦτο τὸ σῶμα τειχίζει τὴν πόλιν ἐκείνην, ὃ παντὸς πύργου καὶ μυρίων ἐστὶ περιβόλων ἀσφαλέστερον.* D
Hoc corpus vrbem illam munit, quod quauis turri, innumeriſque vallis eſt tutius. Sic & Theodoretus 8. de curat. Græcarum affectionum, *καὶ πόλεις καὶ κῶμαι τὰ σώματα διανειμάμεναι σωτῆρας ὀνομάζουσι, καὶ ὡς πολιούχους τιμῶσι καὶ φύλακας. Ciuitates & pagi corpora martyrum inter ſe partiti ſeruatores eos appellant, & tanquam vrbium cuſtodes ac præſides venerantur.*

Col. 157. D. *Cruciatibus non cedentē.*] *τῶν οὐκ εἰκόντων*, ita correximus cum in mſ. eſſet *οὐκ ἰσχύσαν*, & paulo poſt vertimus, quaſi deeſſet vox *γένος*: tametſi poſſet addi potius coniunctio *καὶ* hoc modo, *ἔσχε καὶ τῆς ἀπανθρωπίας, neque crudelitatem & immanitatem illam quicquam ſedabat.* Hæc enim duo coniungere ſolet auctor vt ho. 27. *ἐσχάτης ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας* E
δεῖγμα φέρεις. & ho. 14. *καὶ γὰρ ἀπανθρωπία καὶ ὠμότης τὸ τοιοῦτόν ἐστι*, niſi malis aſyndetum hic admittere.

Ibid. *Compilandum non inuen.*] Legendum eſt, *οὐχ εὗρον συλῆσαι*, non *σαλεῦσαι*. magis enim conuenit huic loco *compilare*, quàm *concutere*. Sic & in hom. Iulianum mart. p. 608. *τὸν θησαυρὸν τῆς πίστεως ἀποσυλῆσαι οὐκ ἴσχυσαν.* quod & Theodoretus expreſſiſſe videtur lib. 9 de curat. Græcar. affect. *ἀλλ' ὅμως τοσαύτας τιμωρίας ἐξευρηκότες αἰκίζονται μὲν καὶ κολοβοῦσι τὰ σώματα, καὶ παντάπασι διαφθείρουσι, τὸν δέ γε τῆς πίστεως οὐ λῃστεύουσι θησαυρόν. Et tamē cum tot cruciatus commenti eſſent, cædunt illi quidem ac mutilant corpora peni-* A
tuſque perdunt, at fidei theſaurum furari non poſſunt. Hanc noſtram emendationem & codex Bauaricus confirmauit, ex quo nunc edimus *συλῆσαι*.

Col. 159. A. *Et quod dictum eſt.*] *καὶ τὸ εἰρημένον.* B. *τότε δὴ τότε τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ προφ. Ἡσαΐα.* Locus eſt Eſa. 30. 26. paulò aliter apud LXX. *καὶ ἔσται τὸ φῶς τῆς σελήνης ὡς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ φῶς τοῦ ἡλίου ἔσται ἑπταπλάσιον.* Hieron. *Et erit lumen Lunæ ſicut lumen Solis, & lumen Solis ſeptuplum.* Simile illud tractatu 13. de tribus pueris, *Illam propemodum promiſſionem adepti, quam per Eſaiam promittit.*

Ibid. B. *Ipſi quippiam acerbius.*] Videtur mendi ſuſpectus, aut obſcurus locus: nos ad verbū Græca Bauarici cod. ope vtcumque ſanata reddidimus, nec alium extundere ſenſum potuimus. Locus ſequens in multis ex B. emendatus eſt, in M. hæc erant, *δυσχέρεια περὶ τῶν μεγάλων ἐκείνων, καὶ ἃ ἐπὶ τῆς γενέσεως ἐγίνετο ἡμετέρας, ἐν ὄρεσι φησὶν ὁ Παῦλος ἐν σπηλαίοις ἐν ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς ὑστερούμενοι.* ſed hæc po- B
ſtrema melius in B. ſubiiciebantur, vt apud Apoſtolum Heb. 11. 37. poſt illa verba *ἄξιος ὁ κόσμος*, hoc modo, *ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς.*

Col. 159. A. *De S. Phoca.*] Phocæ martyris meminit S. Gregorius Nazianzenus ad Vitalianum, eique prope Trapezuntem dicatum fuiſſe templum Chalcondylas ſcribit. In Catalogo Bibliothecæ Auguſtanæ p. 58. fit mentio Andreæ Chartophylacis, cuius in ea manuſcriptum ſeruatur encomium in S. Martyrem Phocam Thaumaturgum, & in Martyrologio Romano legimus 5. Martij ex Gregorio Turonen. c. 99. de gloria martyrum: *Natalis S. Phocæ apud Antiochiam*; itēmque 14. Iulij. *Sinope in ponto S. Phocæ martyris, eiuſdem ciuitatis Epiſcopi*, cuius reliquias Viennam Galliæ tranſlatas Ado teſtatur C
in Chronico, anno Chriſti 101. in Horologio Græcorum 22. Iulij notatur, *ἡ ἀνακομιδὴ τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Φωκᾶ*. quod apud Viuardum à Molano editum ſic redditur, *Reportatio Lipſani ſancti hieromartyris Phocæ*: in Calendario verò Græcorum, interprete Genebrardo, *Tranſlatio reliquiarum Phocæ martyris*: rurſus 22. Septembris, *τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Φωκᾶ*. In Menologio Græcè Venetiis edito duplicis Phocæ paſſio breuiter eodem die 22. Septem. perſtringitur, ac prioris quidē *τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Φωκᾶ τοῦ θαυματουργοῦ*, qui fuiſſe Pamphili & Mariæ filius perhibetur, Sinope in Ponto natus, atque à teneris vnguiculis miraculorum gratia claruiſſe, eique martyriū hoc ſigno prænunciatum eſt: Inſi- D
dens capiti eius columba coronam impoſuit humana eiuſmodi voce miſſa, Mixtus eſt calix, tēque bibere illum oportet. Quod & ipſi Dei munere tandem conceſſum eſt: nam Imperatore Traiano martyrium gladio pariter & igne conſummauit, multis poſt mortem clarus miraculis. Poſterior vero Phocas ibidem hortulanus fuiſſe dicitur Sinope quoque oriundus, qui ſatellites à quibus, ad necem quærebatur, hoſpitio excepit, ac ſeipſum illis prodidit, vti narrat apud Lipomanum Aſterius, & amputato capite grata Deo victima oblatus fuit. Ex his duobus priorem, qui Epiſcopus fuit, ſuſpicòr hac oratione laudari, quod *ἱερομάρτυς* in inſcriptione tractatus dicatur, quo titulo ſæpius in Menologio Græcorum Epiſcopos aut presbyteros E
martyrio exornatos à Græcis inſigniri video, vt Ignatium, Dionyſiū, & Blaſium, vt & *ἱερομονάχους* appellant monachos, qui presbyteri creati & in Eccleſiaſticam hierarchiam ſunt allecti.

Ibid. B. *Et traiecto mari.*] Hæc ita vertimus, quod ſuſpicemur ex iis, quæ narrat Chryſoſtomus, traiiciendum mare fuiſſe, vt ad templum iretur, in quo reliquiæ martyris erant, ſiue in inſula quapiā non longe ab Antiochia, ſiue Peræ & Galatæ è regione Conſtantinopolis, à qua modico interiecto ſinu dirimitur; aut ni ita ſit, vertendum ſimplicius, *& nos ad ſ. m. conferamus.*

Ibid.C. *Cum lampadibus illuc.*] Neque ſuperſtitioſum eſſe morem hunc, neque Deo ingratum cereis accenſis beatorum martyrum feſta celebrandi, cum ex hoc Chryſoſtomi conſtat loco, tum ex illo Socratis li.6.c.8. hiſtoriæ, vbi in Eccleſiam Conſtantinopolitanam ab eo inuectum illum fuiſſe teſtatur, ἐπενενόηντο γὰρ παρ' αὐτοῦ σταυροὶ ἀργυροῖ φέροντες φῶτα ἐκ τῶν κηρίνων λαμπάδων. *Excogitata ſunt ab ipſo cruces argenteæ, quibus cereæ lampades imponebantur.* Sic enim vertendum eſt, vt apud interpretem veterem Tripartitæ li.10.c.8. *Fecerat enim etiam cruces argenteas, quæ cum cereis portabantur*, redundat enim illud, *argenteis.* Sozomenus li.8.c.8. σταυρῶν ἀργυρᾶ σημεῖα ὑπὸ κηροῖς ἡμμένοις προηγοῦντο αὐτῶν. *Crucis argenteæ ſigna ſub facibus accenſis eos præcedebant.* In funeribus etiam Chriſtianorum geſtatos fuiſſe cereos, vt tanquam athletæ deducerentur; ait Chryſ. ho.4. in epiſt. ad Hebræos, εἰπὲ γάρ μοι, τί βούλονται αἱ λαμπάδες αἱ φαιδραί; οὐχ ὡς ἀθλητὰς αὐτοὺς παραπέμπομεν; Antiquiorē lucernarum in Eccleſia vſum vide apud Euſebium li.6. cap.7. hiſtor. Eccleſiaſt. & Niceph. lib.5.c.9.

Col.161.A. *Non alapis.*] Locus eſt Ioan.18.23. vbi immerito Beza vulgatæ interpretem & Eraſmum carpit, quod verterint, *dedit alapam*; ſed omnes tamen Patres ſic intellexerunt, & Latinè reddiderat τὸ ῥαπίζειν ſiue hic ſiue apud LXX. Oſee 11.2. ὡς ῥαπίζων ἄνθρωπος ἐπὶ τὰς σιαγόνας: *quaſi dans alapas homo ſuper maxillas.* & Matt.5.39. ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σιαγόνα. Sibylla apud Lactantium li.4. c.18.

Δώσουσιν δὲ θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις.

Inceſtis manibus colaphos infringere pergent.

Baſilius in exhortat. ad baptiſmum, καὶ ῥάπισμα τὴν τελευταίαν τῶν δούλων πληγὴν ὑπὲρ τῆς μετὰ ταῦτα τῶν αἰκισμῶν ἀπαλλαγῆς χειροδίκου. *Alapam quoque extremā ſeruorum plagam pro liberatione omnis in futurum probri libenter ſubires*, & ad eundem manumiſſionis morem alludens Chryſoſtomus ſerm. de Cruce to.3. de Chriſto loquens, *Alapis cæſus eſt, vt te à ſeruitio liberaret.* Notum eſt ex Cornuto in Perſium veteres ſolitos, quoties ſeruos manumittebant, eos alapa percuſſos circumagere. Gloſſarium, *Salapitta* ῥάπισμα, & ῥαπίζω *Expalmo*; vnde apud Hieronymum in 14. Marci legimus, *alapis quibus expalmatus eſt.* Etymologicum magnum ῥαπίσαι τὸ πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλέσῃ χειρί, vel vt emendatum eſt nuper, ἀκλείστῳ, *non clauſa manu*, quomodo & apud Phauorinum legendum pro ἁπλέσῃ, vel certè vt apud Suidam eſt, ἁπλῇ τῇ χειρί. Non igitur bacillis, vt vult Beza, ſed patula manu cæſus eſt Chriſtus. Cyprianus epiſt.55. *Cum alapam accepiſſet à ſeruo ſacerdotis.*

Ibid.B. *Altare, altare.*] Paulo aliter ſe habet hic locus 3.Reg.13.2. καὶ εἶπεν, θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, τάδε λέγει κύριος. *Et dixit, Altare, altare, hæc dicit Dominus.* Sed alibi quoque non ad verbum, ſed ad ſenſum à Chryſtomo citatur ho.3. de pœnitētia to.5. *Sic, quoniam quidem lapide ipſo es inſenſibilior, Audi altare, audi, hæc dicit Dominus, atque illico altare ſciſſum eſt, lapiſque audiuit.*

Col.163.C. *Iſte Dominus.*] Eſaiæ 45.18. ſcriptum eſt οὕτως λέγει κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανόν, οὗτος θεὸς ὁ καταδείξας τὴν γῆν, καὶ ποιήσας αὐτήν. *Sic dicit Dominus, qui fecit cœlum: iſte Deus, qui oſtendit terram, & fecit eam.* Alter autem locus eſt Deut.6.4. κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν κύριος εἷς ἐστι. *Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt*, non vt hic ὁ θεὸς οὗτος, quomodo tamen & apud Clementem Alexand. legitur exhortat. ad Gentes. Irenæum lib.4. cap.2. Athanaſ. contra idola, & Hieronym. in 4. ad Epheſ. *Dominus Deus tuus Deus vnus eſt*, vbi de hac etiam voce *Dominus* vtrique perſonæ communi agitur, itemque apud Auguſt.7. de Trinit. c.11. & contra ſermonem Arrianor. c.1. vt & ipſe Chryſoſt. homil.14. in Geneſ. multa in hanc ſententiam habet.

Col.164.B. *Tuiſque pennis te ſupero.*] Prouerbium eſſe docet Iulianus Apoſtata apud Theodoretum
A lib.3.c.7. hiſt. Eccleſ. τοῖς οἰκείοις γάρ φασι πτεροῖς κατὰ τὴν παροιμίαν βαλλόμεθα. *Nam noſtris ipſorum pennis, vt eſt in prouerbio, percellimur.* Rectius Epiphanius Tripartitæ hiſtoriæ libr.6.cap.17. *Proprÿs pennis vulneramur*, & apud ipſum Chryſoſtom. homil.38. in 1. Corinth. ὁρᾷς πῶς οὐδὲν πλάνης ἀσθενέστερον, καὶ πῶς τοῖς οἰκείοις ἁλίσκεται πτεροῖς; *vides quemadmodum nihil errore ſit imbecillius, & quomodo ſuis pennis capiatur?* Ita Heruetus; minus rectè Aretinus, *Suis pennis implicatur*: eſt enim ductum ex apologo Libyco prouerbium, vt monet interpres Æſchyli. Aquila icta ſagitta iaculum inſpexit ad imaginem pennarum effictum & imitatum, aitque, τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα. Nicephorus li.10.c.26. *Suis armis hoſtem ferire ſtrenui admodum & fortis viri eſt.*

Ibid.D. *S. Theclæ.*] Theclæ virgines martyreſque
B fuere multæ, ſed hanc ab alijs ſatis diſtinguit titulus homiliæ, in quo protomartyr dicitur: vt Pauli diſcipulā intelligamus Iconij natam, cuius feſtum incidit in 23. Septemb. in Martyrologio Rom. in Menologio vero Græcorū in 24. Eius hiſtoriā continet Adonis Martyrologiū, quam quidē hic etiam ſermo confirmat, licet magna ſui parte mutilus. Meminit eiuſdem virginis & alibi Chryſoſtomus, vt homil.25. in Acta, & 22. ad pop. Antioch. eiuſque diſcipulus Iſidorus Peluſiota lib.1. epiſt.160. protomartyrem illam vocat, τῆς Θέκλας τῆς πρωτομάρτυρος καὶ βίον καὶ σηκὸν ἀγαπήσαντα. *verum primæ martyris Theclæ & mores & templum amauerit.* Quod autem ἀπόστολος hic appellatur, Apoſtolam verti placuit, vt & ab Epiſcopo Epiſcopam, & à Presbytero Presbyterā Latini formarunt in canonibus Con-
C ciliorum Turonen.2.c.20. & Antiſiodoren.c.21. & Hieron. Prologo in Sophoniam mulieres fuiſſe dicit Apoſtolorum Apoſtolas: non quod docendi munus in Eccleſia vſurparit Thecla, vt hæretici ex actis eius apocryphis aſſumebant teſte Tertulliano de baptiſmo c.17. & Hieronymo de ſcriptorib. Eccleſiaſt. in Luca; ſed quod, vt Ado ſcribit, exemplo, & conuerſatione vitæ atque etiam doctrina plurimos erudierit. In Horologio Græcorū lego 24. Septemb. τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος καὶ ἰσαποστόλου Θέκλας: at in Calendario eorum Latinè reddito, *Thecla martyr mulierum prima.* Sic etiam ibidem 22. Iulij S. Maria Magdalena ἰσαπόστολος, æqualis Apoſtolis dicitur. Euagrius lib.3.c.8. Ζήνων παρὰ
D βόουσαν θεασάμενος τὴν ἁγίαν καὶ πολύαθλον πρωτομάρτυρα Θέκλαν, *Zeno per viſionem conſpicatus ſanctam, ſtrenuam & eximiam martyrem Theclam*, vel vt melius reddit Nicephori interpres lib.16. cap.8. *Sanctam protomartyrem, quæ multum & ſtrenuè decertauit, Theclam.*

Col.a.165.A. *Nouis ſubinde.*] παράταξις hic Chryſoſtomo vt & apud LXX. non iam aciem, ſed prælium ſonat, & impreſſionem. Pſal.143.1. ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν. *Qui docet manus meas ad prælium.* Sic Liuius prælia ciere dixit. κυκᾶν enim idem, quod ταράττειν valet, turbare, vel exagitare, vt apud Clementem Alexand.2. Stromat. κυκῶσι ἀνθρώπων κέαρ. *cor hominum exagitant.* forte tamen: κινεῖν aptius eſſet, *prælia commouēt*, vt tractatu 11. de
E S. Romano p.263. κατὰ τῆς ἐκκλησίας τὰ ὅπλα κινεῖν. vel certe κυκλοῦσι *conglomerant*, vt paulo poſt, καὶ τῆς παρατάξεως ὁ κύκλος λέλυτο. Plane ὕπουλος videtur hic locus, vt & qui ſequitur, πυρωδέστερον καὶ ἅγιον.

Ibid.c. *Virginitatis extemplo.*] ἰδοὺ ς. Videtur deeſſe, vel intelligi δακρύειν, aut quid tale. Sic alibi vſpiam Chryſoſt. ἰδοὺ εὐθέως δάκρυα. *Ecce ſtatim lachrymæ: propterea & tempus eſt lachrymandi.* Item paulo poſt, *partu editus eſt fœtus, qui formoſus non eſt*, addendum eſſe poſt εὔμορφον, ἀτιμάζεται, vel καταφρονεῖται, *contemnitur*, ne ſit aliquid ἀνταπόδοτον.

Col.166.B. *Principes non ſunt.*] Sic legitur Roman. 13.3. in Græcis vulgatis libris, quod eſt ad verbum, *Non ſunt timor bonorū operum*; Sed Hebraiſmum Latina phraſi expreſſam reperimus apud Am-

brosium

A broſium in Commentariis, *Nam qui principantur*, inquit, *non ſunt timori bonis operibus, ſed malis*. Cui ſuffragatur & Chryſoſtomus in eundem locum. μὴ γὰρ ἐπιτιμᾷ χαλῶς πρακτοῦσι; μὴ γὰρ ἔστι φόβος ἀρετῆς ἐπιτιμᾶν; Clemens 1. Pædagogi legit, φόβος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, & Tertullianus in Scorpiaco cap. 4. *Principes non ſunt timori bono operi, ſed malo*. idem Pacianus epiſto. 2. & interpres Irenæi lib. 4. cap. 70. veram enim illius eſſe loci lectionem puto, quam vir doctiſſimus F. Feuardentius ex manuſcripto repræſentat. Hieronymus apud Origenem in commentario vertit, vt habet hodieque Vulgata.

Ibidem D.] In Menologio Græcorum, quod B eorundem Horologio inſertum eſt, non 16. Nouembris, vt in manuſcripto Reginę notatum erat, ſed die 16. celebratur feſtum martyris Barlaam. τοῦ ἁγίου μάρτυρος Βαρλαὰμ καὶ τοῦ ἁγίου προφήτου Ἀβδιοῦ. eodemque die in Martyrologio Romano, *Cæſareæ in Cappadocia ſancti Barlaam martyris, qui agreſtis licet & rudis Chriſti ſapientia munitus tyrannum vicit, & ignem ipſum fidei conſtantia ſuperauit*. Addit in Notationib. ſuis illuſtriſſ. Cardinalis Cæſ. Baronius. *Ferunt eundem à S. Ioanne Chryſoſt. orationibus encomiaſticis exornatum, quæ tamen excidiſſe videntur: tantum extat eius laudatio à S. Baſilio egregie conſcripta*. Monet etiam Græcos de hoc martyre in Menologio ad 16. Cal. Decemb. ſiue 16. No. agere, quod conuenit cum noC ſtro codice manuſcripto. Certe Calendarium Græcorum cum quibuſdam Menologiis conſentire, ab aliis diſſidere videtur, pro diuerſa fortaſſis Eccleſiarum conſuetudine, vel ſanctorum tranſlationes, pro feſtis proponere. In catalogo Auguſtano concionum Chryſoſtomi hæc erat numero ſexageſima nona hoc titulo indicata, εἰς τὸν μάρτυρα Βαρλαὰμ Συνεκάλεσεν ἡμᾶς. quod initium eſt illi ſimile vitæ Gregorij Nazianzeni, Συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς ὦ ἄνδρες Γρηγόριος. Codex Bauaricus ex quo τὰς ἀποσημειώσεις, & ex Regio Henrici II. colligimus appellat τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Βαρλαάμ.

Col. 167. C. *Sic qui intrat*.] Prouerb. 6. 58. οὕτως ὁ εἰσελθὼν πρὸς γυναῖκα τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ, *ſocij ſui*. Symmachus vertit τοῦ πλησίον, proximi, vt apud Cyprianum de ſingularitate clericorum, *Sic qui introierit ad vxorem proximi ſui*, & hic apud Chryſoſt. qui & D illud, *non erit innoxius*, connectit cum illo, *qui tangit eam*, ſicut & Latina vulgata & Pagnini interpretatio ex Hebræo, *Non erit immundus, cum tetigerit eam*. Tres enim illi Græci interpretes ſæpius cum Hebræo, quod nunc extat, quam cum LXX. conueniunt, & ex illis habet fortaſſe Chryſoſtomus ea loca, quæ cum LXX. non conſentiunt.

Ibidem, *accenſu facilis*] εὔπρηστος. In Medicæo legebatur εὔθραυστος, quod fragilem ſonat vel fiſſilem, ſiue contuſu facilem: ſed huius loci ſententiæ magis quadrat, vt materies vſtilis igni obiiciatur aut ſicca, & videri poſſet εὔθραυστος hic poni pro εὔκαυστος, quod quæ ſicca, eadem & fragilia ſint ſępe, & contra. Ita Phauorinus exponit τὸ εὐκέατον, quod idem valet, quod εὔθραυστον: vnde εὐκέατον κέδρον apud Homerum alij fiſſilem cedrum inE terpretantur. εὐκέατον, inquit, Phauorinus, τὸ εὔσχιστον καὶ ξηρόν. quod eſt fiſſile & ſiccum. ſed in Reg. & Bau. rectius εὔπρηστος.

Col. 171. B. *ſic tu*] οὕτω καὶ σύ. Regius codex omittit verbum ποίησον, ſed ampliorem hanc periodum ſic exhibet, καὶ ἀμαυρώσωσι τὴν εἰκόνα, ἀπόσμηξον πάλιν καὶ δευτέρᾳ ἐπίχριε χειρί, ὥστε γενέσθαι ἀνθηροτέραν, καὶ διαπαντὸς εἶναι ἀκμάζουσαν. *Et* γὰρ *cura imaginem infuſcarint, rurſus eam deterge, ac ſecunda manu obline, vt floridior reddatur, ſemperque recens & incorrupta permaneat*.

Ibidem D. *Ex quo ſacram*.] In Calendario Græcorum edito ab A. Contio ex Græco Menologio 1535. Venetiis excuſo diei Iunij 25. additur, Κυριακὴ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς. ac deinde Cal. Iulij Κυριακὴ τῶν

A ἁγίων πάντων. fortaſſe vt in Latina Eccleſia primum celebrata eſt omnium martyrum feſtiuitas ex præſcripto Bonifacij IV. ac deinde ſanctorum omnium Gregorij IV. tempore: ſic & Gręca paucis poſt Pentecoſten diebus olim martyrum omnium memoriæ dedicatum erat feſtum, quod deinde ſanctorum omnium ſolemnitate conſecratum eſt. Cæterum hunc Chryſoſtomo tribuunt ſermonem pręter codicem regię bibliothecæ Medicææ manu ſcriptum, catalogus genuinarum auctoris eius orationum, qui in Auguſtana ſeruatur, & alius ex Italia miſſus ad nos index τῆς βίβλου τῶν μαργαριτῶν, hoc titulo ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους πάντας.

B Col. 172. A. *Non ita ſyderum*.] Simile illud huius auctoris contra Anomæos, pag. 789. ὁ οὐρανὸς ἐστεφάνωται τῷ τῶν ἄστρων χορῷ. *Cælum vario ſyderum choro coronatum eſt*. Et in pſalmum 95. in eandem ſententiam de propoſito martyrij expoſuit locum ſequentem ex 1. Corinth. 15. Quotidie morior, & de morte martyrij occaſionem præbente homil. 10. in epiſtolam ad Romanos. Non ſolum nihil nocumenti accepimus à morte, ſed mortales effecti lucrum etiam fecimus. Hinc enim tum martyrum coronæ, tum Apoſtolorum præmia: Ita Abel iuſtificatus eſt, ita Abraham mactato filio, ita Ioannes propter Chriſtum interemptus.

C Col. 173. B. *At tu dum craticulam*.] κλίμακα σιδηρᾶν, ſcalam ferream appellat tale quoddam tormentum, quali S. Laurentius cruciatus eſt, quod in actis eius dicitur lectus ferreus, & à Prudentio cataſta. Suidas quidem κλίμακος meminit ὅ ἐστι βασανιστικὸν ὄργανον διαστρέφον τὰ σώματα; & Euſtathius κολαστήριον κλίμακα nominat, ſed aliud eſt: nos craticulam vertimus, vt à Latinis Patribus appellatur. κλίμακα dixit fortaſſe Chryſoſtomus non ἐσχαρίδα, ob formam ſcalæ non abſimilem, & vt alluderet ad ſcalam Iacob.

Ibidem C. *Tanquam athleta*.] Non igitur ſcenicis tantum vel muſicis ludis qui præſunt, deſignatores vel βραβευταὶ appellantur ἀγωνοθέται, ſed etiam qui gymnicis, & athletarum certaminibus, contra quam docent Suidas & Heſychius. ἀθλοθέτης ὁ μόνα γυμνικά, ἀγωνοθέτης ὁ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα διατιθέμενος. D Ita quidem vſurpauit Hieronymus in 3. Habac. *Vt cum* ἀγωνοθέτης *Ieſus qui primus in agone ſuperauit, præmium fuerit cantantibus poſitum, ego vincam in carmine eius*. Sed & athletis præficit agonothetas idem epi. 28. & curſoribus 1. in Iouinian. *Proponit* ἀγωνοθέτης *præmium, inuitat ad curſum*. Ambroſius de Helia & ieiunio cap. 2. *Dicat agonotheta, cur vacat ſtadium? Reſpondebit qui agoni præeſt, oportet feriari athletas*. Docet hoc ipſum pluribus locis allatis V. C. P. Faber c. 18. l. 1. Agoniſtici, atq. inter cætera illo Chryſoſtomi ex hom. de natiuit. Machabæorum, cuius verba ex manuſcripto Regiæ Medicææ bibliothecæ ſubiiciam. οἱ μὲν οὖν ἔξωθεν ἀγωνοθέται ἀγῶνας τιθέντες μεγίστην φιλοτιμίαν εἶναι νομίζουσιν, ὅταν νέους ἀθλητὰς καὶ σφριγῶντας εἰς τὰ σκάμματα καὶ τοὺς ἀγῶνας ἀνάγωσιν.

E Ibidem D. *Qui arbores Eccleſiæ*.] Sic in homil. in Iuuentinum & Maximum tom. 3. Neque horti aquis irrigati ita germinant, & fœcundi ſunt, vt Eccleſiæ, ſi martyrum ſanguine irrigentur.

Et latera ipſorum.] Ab eadem mente homil. 1. de Lazaro ἀπήγαγον ἄγγελοι δορυφοροῦντες, καὶ εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραὰμ ἀπεχαρίσαντο. *angeli ſtipatum illum deduxerunt, inque ſinum Abrahæ delatum depoſuerunt*.

Ibid. D. *Numquid non antehac*.) Legendum fortaſſe ἆρα οὐκ ἠρνήσατο πρὸ τούτου τὸ μαρτύριον, etſi πρὸ τούτου accipere potes *ante hoc tempus*, vt apud Plutarchum ἐκ τούτου, *ex hoc tempore*. Iis vero quæ ſequuntur de perturbationibus edomādis germana ſunt illa hom. 47. in acta Apoſt. οὐκ ἀκούεις λέγοντας μάρτυρας,

A ὅτι κελευόμενοι ἐξομόσασθαι πάντα ὑπομένουσιν, ἵνα τὴν ἀλήθειαν εἴπωσι. καὶ ἡμεῖς, ὅτ' ἂν ὑπὸ τῶν παθῶν κελευόμεθα ἐξομόσασθαι, μὴ ἡττώμεθα. ὁ χρυσὸς λέγει, εἰπὲ ὅτι Χριστὸς οὐκ ἔστι Χριστός. μὴ οὖν ἄκουε σὺ ὡς θεοῦ. *Illi dicuntur martyres, quod cum iuberentur eiurare, omnia ſuſtinuerint vt veritatem dicarent: & nos quando affectiones nos iubent eiurare, ne ſuccumbamus. Aurum dic quod Chriſtus non eſt Deus: ne igitur audi tu quaſi Deum.* ſic reſtituendus eſt hic locus apud interpretem: talia quædam reperies & homil. 11. in eadem epiſt. ad Heb.

Col. 175. C. *Super cordis noſtri.*] Prouerb. 7. v. 3. ἐπίγραψον δὲ ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας σου. vbi I. Druſius diuinat legendum lib. 2. Quæſt. 79. ἐπὶ τῆς πλακὸς *in tabula*, vel ἐπὶ τὰς πλάκας, prout exigunt Hebræa verba. Hieronymus tamen, ſiue Beda, ſic in eum locum ſcribit: *In tabulis cordis, in latitudine cogitationis.* B *Denique & alia tranſlatio ſic dicit: deſcribe eam in latitudine cordis tui.* Hieronymus item in 2. Haba. *Sed & Salomon tale quid ſignificat in prouerbiis dicens: deſcribe eam ſuper latitudinem cordis tui.* Innuit hunc locum vel illum Prouerb. 3. v. 3. γράψον αὐτὰς ἐπὶ πλακὸς τῆς καρδίας σου: ſed in quodam libro legitur πλάτος vt in Romana editione annotatum eſt. Hieremiæ quoque 17. v. 1. in Plantiniana, γεγλυμμένη ἐπὶ πλακὸς τῆς καρδίας αὐτῶν. *ſculptum ſuper tabula cordis eorum*: apud Theodoretum & Hieronymum ex aliqua editione, forte Symmachi, ἐπὶ τοῦ στήθους τῆς καρδίας αὐτῶν. *ſuper pectus cordis ipſorum.* Quin & ipſe vulgatæ auctor ſic reddit, *ſuper latitudinem cordis eorum.* Ex his conſtat vtramque receptam eſſe lectionem, & in textu LXX. nunc ἐπὶ πλάτος, nunc ἐπὶ πλακὸς ſcribi.

Col. 196. A. *De B. Abraham.*] Præter eas homilias, C quas in Geneſim ſcripſit, extat quædam tomo 1. de nomine Abrahæ, atque alibi ſæpe cum ſe obtulerit occaſio, in laudes ſancti huius Patriarchæ digreditur, vt in homil. 3. in 2. ad Corinthios, in qua de ſacrificio & oblatione Iſaac multa differit huius tractatus ſententiis perſimilia planeque ἀδελφά. Sed & illud quod in ipſo limine orationis ait de ſenectute Abrahæ, non admodum abludit ab illis homil. 4. in epiſt. ad Hebr. ἡ δὲ ψυχὴ ἐν γήρᾳ ῥώννυται, μᾶλλον τότε ἀκμάζει, τότε γαυροῦται. *Anima roboratur in ſenectute, tunc maximè viget, exultat.* & homil. de Machabæis pag. 583. a. *Obſtupeſce ad intuendam Chriſti virtutem, cuius athletæ non corporis robore, ſed fidei virtute luctantur.*

D Col. 177. D. *ob filium erumpente*] προχωροῦντος τοῦ υἱοῦ. Forte legendum προχωροῦντος περὶ τοῦ υἱοῦ, vt in præcedenti verſu. Paulo poſt inſcium prophetaſſe ait Abraham vt ho. 47. in Gen. οὐκ εἰδὼς ὅτι τοῦτο ἔσται ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ προεφήτευσε μὲν ἴσως τοῦτ' ἀγνοῶν. *Ignorans futurum, quod dicebat, ſed prophetauit quidem, ignorans tamen fortaſſis.*

Ibid. C. *Sæpenumero quædam.*] Tale quid habes hom. de Machabæis pag. 584. c. *Sæpe mater ſi videat filium ſuum febribus æſtuare.* Porro vim paterni amoris exaggerat etiam Philo Iudæus libro de Abraham pag. 255. edit. Turnebi, γνήσιον τε υἱὸν πεποιημένος μόνον τοῦτον, εὐθὺς εἶχε καὶ τὸ πάθος ἐπ' αὐτῷ τῆς εὐνοίας γνήσιον, ὑπερβάλλον τοὺς σώφρονας ἔρωτας καὶ τὰς φιλίας, ὅσαι δι' αἵματος γεγόνασι. Sic enim legendum cenſeo, non δι' ὀνόματος. E *Cumque hunc vnicum dilectum filium genuiſſet, mox ſingulari eum quoque beneuolentiæ affectu proſequebatur, qui ſanos omnes amores & amicitias excedebat, quæcunque ſanguinis communione nituntur.*

Ibid. *Præ nimia triſtitia.*] Sæpe quidem metaphorice accipitur, μεθύειν, vt apud Dionyſ. Halicarn. lib. 11. μεθύοντε τῷ μεγέθει τῆς ἐξουσίας. cum de ſuperbia, vel ira ſimilibuſque perturbationibus agitur, minus frequenter, cum de triſtitia, vel mœrore. Sic tamen vſurpat Chryſoſtomus homi. 4. in 2. Corinth. vbi de Dauide tres totos dies in cinere ſedente agit pag. 767. οὐχ ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας ἐποίει, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ παιδίου μεθύων ἔτι τῷ πάθει. *At ille quidem hoc*

A *non ob peccatum fecit, ſed filij cauſa calamitate nimirum adhuc temulentus*, vel potius vt antiquior interpres, *adhuc affectu in illum ebrius*, vtque in alio eiuſdem homiliæ loco, ἀλλὰ μεθύοντος ὑπὸ τοῦ πένθους. *Verum et à luctu ebrius.* Quod ſequitur hic, πᾶς αὐτῷ κόσμος ἀνίατος τοῦ κακοῦ, ſi mendoſum non eſt, inuſitatum quidem certe videtur. Nam ἀνίατος in Gloſſario redditur, *Inſanabilis, immedicabilis*, & Heſychio τὸ ἀνίατον, ἀθεράπευτον, vt apud Dion. Halic. lib. 7. ἀνιάτους ἔχθρας dicuntur, quæ ſunt immedicabilia: niſi forte fuerit aptius, ἀνίατος τοῦ κακοῦ, *mundus illi omnis malo mederi non poſſe videtur*: vt apud Ariſtotelem 1. Naturalis Auſcultationis à Iuſtino citatum in eius dogmatum euerſione pag. 92. ἰατρεύει δὲ, καὶ ἀνίατος γίνεται ᾗ ἰατρός. *medetur autem, & non medetur, qua medicus.*

B Col. 178. *Viuum & non viuum.* Addidimus, quod à librario fuit omiſſum καὶ οὐ ζῶντα, vt poſtea, ἀποθανόντα καὶ οὐκ ἀπο... Similem habes exaggerationem in hom. 3. in 2. ad Corinth. pag. 755. πῶς ἠμάχθη, πῶς οὐχ ἠμάχθη; καὶ ἐβαπτίσθη καὶ οὐκ ἐβαπτίσθη; *Quonam pacto cruore tinctus eſt, & cruore non eſt tinctus? Et immerſus eſt, & non eſt immerſus?* Vide & tractatum de S. Euſtathio, pag. 648. vbi & ſacrificij Domini figuram hoc fuiſſe docet poſt Gregor. Nazianzenum orat. 2. de Theologia: θύει θυσίαν ξένην, καὶ τῆς μεγάλης ἀντίτυπον. *Sacrificat ſacrificium inuſitatum, & magni illius antitypum.*

Co. 179. A. *qui abſunt*] πρὸς τοὺς ἀπολιμπανομένους. Ex duobus regiis codicibus Medicæis exſcriptum hunc tractatum damus, quos deſignamus his notis H. I. & H. II. in priori erat inſcriptio, quam hic & ante annos duodecim apud Dauidem Sartorium edidimus Ingolſtadij, in poſteriori vero illa, C ὁμιλία εἰς τὰ ἅγια φῶτα, καὶ ὅτι εἰς ἀτέλεστον καταλιμπάνοντες τὴν θείαν λειτουργίαν, τὸν Ἰούδαν μιμοῦνται. *In ſancta lumina, & quod ij, qui ſacrum Miſſarum officium imperfectum derelinquunt, Iudam imitentur.* Similis eſt apud Gregorium Nazianzenum titulus orationis 38. εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων λόγος. *In ſancta lumina Epiphaniorum.* vbi annotat doctiſſimus Billius feſtum ſanctorum luminum feſtum fuiſſe baptiſmi Chriſti, quod VIII. Idus Ian. & apud Græcos, & apud Latinos celebrabatur: recte: & in Calend Græcorum apud Gilb. Genebrardum in pſalmos 6. Ianuarij ſcriptum offendes, *Theophania Chriſti, diuinique Saluatoris baptiſmus.* & in Syrorum Calendario, *Epiphania quæ & luminariũ.* Meminit etiã Ammianus D Marcellin. l. 21. *Feriarũ diei, quem celebrantes menſe Ianuario Epiphaniam dictãt.* Male igitur ſcriptum fuit in margine H. I. τῇ ἐπαύριον τῆς ἑορτῆς τῶν φώτων. quaſi poſtridie feſti luminum ſit habita, cum ipſo die Epiphaniorum eam cõſtet à Chryſoſtomo fuiſſe pronuntiatam, poſtridie vero alteram qua S. Lucianum martyrem laudauit 7. Ianuarij, quamque Latinitate donatam in lucem emiſimus, vide inf. pa. 956. habes & ſimilem adhortationem ad ſacra Eccleſiæ myſteria diebus feſtis frequentanda initio homil. in SS. Petrum & Heliam p. 854.

Col. 180. A. c. *Intuliſtis*] εἰσηνέγκατε Aggæi 1. 9. in edit. Vaticana, εἰσηνέχθη εἰς τὸν οἶκον, ἐξεφύσησα αὐτά. *Illata ſunt in domum & exſufflaui ea.* ſed in Complut. & Plantiniana legitur, vt apud Chryſoſt. εἰσηνέγκατε E εἰς τὸν οἶκον. & apud Hieronymum, *Intuliſtis in domum.* & in commentario, *Sed & hoc quoq. ipſum quod vix de multa ſegete & infinitis aceruis fuerat electum, intuliſtis in domum & mea virtute diſperſum eſt: exſufflaui enim illud & redegi in nihilum.* Theodoretus in eundem locum, πολλοὺς δρέψασθαι καρποὺς προσδοκήσαντες, τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθητε· καὶ ὀλίγους δὲ συναθροίσαντες οὐδὲ τούτων ἀπηλαύσατε, καὶ γὰρ αὐτοὺς γὰρ αὐτὰ τῇ δεξιᾷ ἐσκέδασα. *Cum ſperaſſetis vos fructus multos capturos eſſe, ſpes vos fefellit: ſed & perpauca cum collegiſſet, ne his quidem vſi eſtis, quod iam domi condita & repoſita effuderim ac diſſiparim.*

Ibid. D. *Dei ſalutares.*] τῷ σωτῆρι θεῷ ita quoque legitur Græcè apud Apoſtolum, & hom. 3. aduerſus Iudæos inf. pag. 493. c. & hom. 58. in Matth. pag.

508.

508. vbi interpres, *Apparuit gratia Dei ſalutifera omnibus hominibus*. idem Proſper de vocat. gent. l. 2. cap. 1. Ioëlis Prophetæ locum proximè ſequentem citat eodem modo Tertull. 4. in Marcionem 39. *priuſquam adueniat dies magnus & illuſtris Domini.*

Col. 181. A. *Idcirco etiã.*] Nota veterẽ Chriſtianorum morem, cuius veſtigium etiam num reſtat in Calendario Syrorum apud Genebrardũ 6. Ianuarij, *Ea nocte*, inquit, *aqua conſecratur in totum annum*, & olim ſolitos veteres de aqua in baptiſterio conſecrata in vaſculis accipere ad ſpargendum in domib. ſiue agris teſtantur Gregorij ſacramentorum liber, Ordo Romanus & Albinus Flaccus de diuinis officiis, cap. de Sabbatho ſancti Paſchæ.

Col. 182. B. *Indigeret*. δεόμενος χορηγ.] H. II. δεόμενος ἐνεργείας, *quod operatione ſpiritus indigeret*. vt 2. Coloſſen. 12. τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ. *per fidem operationis Dei*. ſed & illam priorem vocem vſurpat Chryſoſtomus de hoc ipſo baptiſmo Chriſti loquens, hom. 16. in Ioann. pag. 88. τὸ γὰρ ἐλλεῖπον τοῦτο ἦν τὸ κεφάλαιον πάντων τῶν ἀγαθῶν τὸ πνεύματος ἀξιωθῆναι τὸν βαπτιζόμενον, ταύτην οὖν τὴν τοῦ πνεύματος χορηγίαν προσέθηκε παραγενόμενος. *Hoc enim erat quod deſiderabatur fons & caput bonorum omnium, vt ſcilicet qui baptizarentur ſpiritum ſanctum obtinerent. Hanc igitur ſpiritus largitionem, cum adueniſſet, adiecit*. Et confirmat in eadem homilia, quemadmodum & hoc loco doctrinæ Catholicæ veritatem, idem nimirum non fuiſſe ſacramentum cum baptiſmo Chriſti baptiſmum Ioannis, nec eandem vim & efficaciam habuiſſe, eodemque modo hom. 10. in Matth. dixit de Ioannis baptiſmo, καὶ τί γε οὐκ εἶχεν ἄφεσιν, ἀλλὰ τοῦτο τὸ δῶρον τοῦ μετὰ ταῦτα δοθέντος βαπτίσματος ἦν. *Quanquam remiſſionem hoc baptiſma non habebat, ſed hoc munus illius baptiſmatis erat, quod poſtea Chriſtus inſtituit*, & homi. 12. pag. 114. πνεύματος γὰρ χάριν τοῦτο ἔχει τὸ βάπτισμα μόνον· τὸ δὲ Ἰωάννου ταύτης ἔρημον τῆς δωρεᾶς ἦν. *Sancti enim ſpiritus gratia in Chriſti baptiſmate eſt: Ioannis vero baptiſma hac donatione priuatum fuit*. Sic Tertullianus de baptiſmo cap. 10. baptiſmum pœnitentiæ fuiſſe dicit quaſi candidatum remiſſionis & ſanctificationis in Chriſto ſubſecuturę, & Iuſtinus quæſtione 39. ad Orthodo. προοίμιον ἦν τοῦ εὐαγγελίου τῆς χάριτος. *procemium fuit euangelij gratiæ.*

Col. 183. B. *& rurſus Chriſtus*] καὶ πάλιν ὁ Χριστός. καὶ πάλιν, οἱ τελῶναι. *Et rurſus, Publicani*: nam apud Lucam c. 7. 29. hæc verba ſunt non Chriſti, ſed Euangeliſtæ narrantis, at apud Syrum interpretem videntur eſſe adhuc verba Chriſti, quemadmodum & quæ ſequuntur, *Cuinam igitur aſſimilabo homines*, deſunt enim apud eum illa v. 31. εἶπε δὲ ὁ κύριος. *Ait autem Dominus*. quemadmodum & in multis Græcis Latiniſque codicibus, vt annotat Maldonatus, & S. Thomas Aquinas Chryſoſtomum in eandem citat ſententiam, quaſi hæc eſſe verba Chriſti exiſtimarit, & Beda vel ex perſona Euangeliſtæ, vel ex perſona Saluatoris, vt quibuſdam placet, ea dicta eſſe.

Col. 1498. a. μετέχειν τῶν.] H. II. μετέχειν τῆς ἁγίας καὶ φρικώδους σαρκός, καὶ ἀπολαύειν. Cæterum eandem habes de communione feſtorum dierum occaſione inita cohortationem homi. de beato Philogonio pag. 403. b. μὴ διὰ τὴν τῆς ἑορτῆς ἀνάγκην τῶν θείων ἀπολαύειν μυστηρίων.

Col. 184. A. *amictus ſola*] ἔχων, στολήν. ἔχων καὶ στολὴν ἀναβεβλημένος, ὅσα. omiſſa virgæ mentione, quam tamen geſtare ſolenne fuiſſe agonothetis pluribus confirmat V. C. Petrus Faber li. 1. cap. 19. Agoniſtici, atque inter cætera hoc Xiphilini è Dione loco prolato, qui Commodum Græcanico atque athletico habitu amictum virgulam itidẽ geſtaſſe ſcribit, pag. 383. ἐσιὼν δὲ ὁλοπόρφυρον χρυσῷ καταπαστον χλαμύδα τε ὁμοίαν τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον λαμβάνων, καὶ στέφανον ἔκ τε λίθων Ἰνδικῶν καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον, κηρύκειόν τε τοιοῦτον φέρων ὁποῖον ὁ Ἑρμῆς. *Cum autem ingreſſus eſſet, induebatur purpurea tunica auro intexta, accepta pari chalmyde more Græco, & corona aurea illuminata gemmis Indicis: ferebat etiam caduceum quale Mercurius ſolet.*

Ibid. D. *vltimam*] ἐσχάτης H. II. ἐσχάτης εὐχῆς. *ante vltimam orationem*, vt in titulo tractatus, πρὸ τῆς τελευταίας εὐχῆς. & inf. ἡ ἐσχάτη μετὰ τὴν θυσίαν εὐχή. Porro eadẽ reprehenſione inſectatur eos, qui finita concione templo excedunt, antequã diuina myſteria compleantur homi. 3. de incomprehenſ. pag. 363. *Nunc vero quaſi fiduciam audiretis aliquam*, & in Concilio Arelatenſi 3. apud Burchardum, *Cum ad celebrandas Miſſas in Dei nomine conuenitur, populus non ante diſcedat, quam Miſſæ ſolennitas compleatur, & vbi Epiſcopus non fuerit, benedictionem accipiat ſacerdotis*, idem habetur & can. 28. Concil. Aurelianen. 2. Cæſarius homil. 5. *Rogo vos fratres cariſſimi, & paterna pietate commoneo, vt quoties aut in die Dominico, aut aliis maioribus feſtiuitatibus Miſſæ fiunt, nullus de Eccleſia diſcedat, donec diuina myſteria compleantur.*

Col. 185. B. *In eos qui obiiciunt.*] Conſeruarunt hunc nobis tractatum verè aureum Cryptæ Ferratæ codices calamo exarati, ex quibus exſcriptum miſit ad me Roma P. Iacobus Sirmondus ſocius & collega meus cariſſimus, cuius ſedulitati plurima Græcorum Patrum monumenta debet, & porrò debebit Eccleſia Chriſtiana. Nec abdicandum partum ſuadent alij duo bibliothecarum catalogi, Auguſtanus ſcilicet manuſcriptus tractatuum eius, in quo viceſimus octauus hoc titulo inſignitur, πρὸς τοὺς ζητοῦντας διὰ τί οὐκ ἐκ μέσου ἐγένετο. & Anglicanus excuſus, paulo aliter, πρὸς τοὺς ζητοῦντας διὰ τί ἐκεῖνος οὐκ ἐκ τοῦ μέσου γέγονεν. Porro dubium non eſt, quin Antiochiæ coram Epiſcopo Flauiano ſic habitus, à Chryſoſtomo tum presbytero, cum in exordio patrem illum appellet: quin etiam poſt viceſimũ primũ ad pop. Antioch. pronuntiatum eum fuiſſe ſuſpicor ex eo quod pa. 319. de abrenuntiatione prius ſe verba feciſſe dicat ad eos, qui myſteriis initiantur, & ad illuminandos, quodque ſub finem illius homil. XXI. addat: *Cum eius ianua veſtibula tranſgreſſurus, hoc prius loquere verbum, Abrenuntio tibi Satana*. Sic Baſilij quoque interpres vetus diſtinct. 11. Can. 5. vertit illud ex lib. de Spiritu ſancto: ἀποτάσσεσθαι τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; *Abrenuntiare Satanæ & angelis eius, qua Scriptura eſſet?* Ambroſius lib. 1. de ſacrament. cap. 2. *Quando te interrogauit, Abrenuntias diabolo & operibus eius, quid reſpondiſti?* Alij Latini Patres vtuntur verbo Renuntio, vt Tertullianus de corona mil. c. 3. Hieronymus in 5. Matth. & Auguſtinus li. 2. de ſymbolo cap. 1. Hæc ante annos quatuor annotaueramus, quo tempore cum aliis nouem homiliis in lucem hanc emiſimus Burdegalę Biturigum Viuiſc. iam vero ſecunda hac editione abſoluta codicem alterum nacti Regis Henrici II. ætate bibliothecæ regiæ additum, cui titulus μαργαρῖται, non paucas διορθώσεις & emendationes ex eo collegimus, lacunas expleuimus, & quæ obſcura erant illuſtrauimus. Similis argumenti habes homiliam tom. 5. primam earum, quas Oporinus edidit an. 1552. cui titulus de prouidentia, Vito Amerbachio interprete.

Ibid. C. *Candentem*] λαμπράν. H. λαμπρὰν πολιάν. *cadentem vidimus canitiem*, ſenis ſcilicet Flauiani Epiſcopi Antiocheni, vt λαμπρὰν ἐσθῆτα, cãdidatorum veſtem appellant Romanarum hiſtoriarum ſcriptores Græci, eſt enim candor albedo coniuncta ſplendori, vnde hic noſter homil. 83. in Matt. pag. 705. οὐχ ἵνα λευκὸν χιτωνίσκον, καὶ ἀποστίλβοντα περιβαλλόμενοι. *non vt tunicam induti candidiſſimam*, vel vt alter interpres homil. tomi 5. quæ ad populum Ant. dicebatur, 60. *Non vt albam & ſplendentem tunicã induti.*

Ibid. *accipere*] λαβεῖν καὶ τήν. In Romano apographo erat εἰ τὴν, correximus ex cõiectura καὶ τὴν, ſed in H. rectius ſcriptum fuit λαβεῖν ἀεὶ τὴν οὐ θέλει. *pater*,

A quam ſemper accipere opt. om. quæ non modo. ſed in ſequenti membro minus aptè legebat regius codex, ἰσαδα ἰλθῶν, καὶ τ ζωὴν τιν.

Col.186.A.*multo pluris*] πολὺ τιμιωτ. πολλοὶ τιμιωτ. τῶν ἀτιμασμένων. pro πολλῷ τιμιωτέρει. citatur deinde locus ex Eccleſiaſtico c.16.3. vbi ſic habet Vaticana edit. κρείσσων γὰρ εἷς ἢ χίλιοι. *Melior eſt enim vnus quam mille*, & annotat vir doctiſſ. Nobilius apud Chryſoſtomum homil.24.in Gen.itemque in 39. atque in Complutenſi edit. legi εἷς δίκαιος, *vnus iuſtus*, vt in vulgata Lat. *Melior eſt enim vnus timens Deum*: ego verò in 24.homil.nil tale reperio, ſed in 39.vt hic effertur, κρείσσων εἷς ποιῶν τὸ θέλημα κυρίου ἢ μυρίοι παράνομοι. & homi.26.in Acta, vbi κρείσσων legitur aptius quam in Complutenſi κρεῖσσον, licet aliter Ianſenio videatur. nam & Græcis κρείσσων & Latinis melior eſt, qui præſtantior & pluris faciendus.

B Ibidem B.*ſint etiam*] ἔστωσαν. Omiſſa quædam hic fuerunt in Romano apographo, quæ ſic reſtituuntur à regio mnſſ. ἔστω ἀνταγωνιστὴς εἷς, ἔστωσαν δὲ καὶ δύο. *Sit vnus aliquis aduerſarius: ſint etiã athletæ duo*. Quę genuinam eſſe partẽ ſermonis non ipſa tantum ſentẽtia declarat abſque his mutila, ſed & idem locus hinc fortaſſe decerptus in homilia de prouidentia tom.5. Vito Amerbach.interp. *Sit vnus aduerſarius, & pugiles duo cum illo certaturi, & horum duorum athletarum, &c.*

Ibidem C.*Hoc eſt accuſator.*] Accuſatorem potius appello quam calumniatorem, vt Amerbachius, licet vtrumque ſonet τὸ διαβάλλειν, calũniari & accuſare, quod Apocalyp.12.10. vbi etymologia nominis indicare videtur præmiſſa voce διάβολος C addatur, κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. *proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum*, & Andreas Cæſarienſis in illud, ἡ κατηγορία καὶ ἡ διαβολὴ κατὰ τῶν ἀνθρώπων τὸ διάβολον ὄνομα τῷδε κέκληκεν. *Ab accuſatione & criminatione aduerſus homines Diabolus id quod eſt, reipſa appellatus eſt*. Gloſſariũ, διάβολος, *criminator*. Hieronymus in 4.Epheſ. *Diabolus Græcum verbum eſt, quod Latinè dicitur Criminator, lingua vero Hebræa Satan appellatur, id eſt, aduerſarius*. Pſalmo etiam 108.8. idem ſignificat. Sic homi.de patientia Iob. διάβολος δὲ ὠνομάσθη ὡς διαβάλλων καὶ θεὸν ἀνθρώποις καὶ ἀνθρώποις θεῷ, καὶ ὡς συγκρούων δεσπότην πρὸς τὸν οἰκέτην. *diabolus appellatus eſt, quia detrahit Deo apud homines, & apud Deum hominibus, at dominum in ſeruum irritat.*

Ibid. σέβεται.] σέβεται Ἰὼβ τὸν κύριον. *Iob colit Deum*, & D ita legitur Iob 1.9. Vbi nuntius refert id quod ſequitur, *Ignis cecidit*: ſed & in eadem illa homilia 1.de patient.Iob.non hominem, ſed Diabolum in hominis ſpeciem transformatũ filiorum illi necem vult nunciaſſe. καὶ ἵνα μάθῃς ἀγαπητέ, ὅτι οὐχ ἦν ἄνθρωπος ὁ ταῦτα διαγορεύων, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἦν ὁ διάβολος σχηματισάμενος ἐν ἀνθρώπου μορφῇ.

Ibid. βλασφημήσει.] Non ad verbum, ſed ad ſenſum potius hęc citari annotaueram olim: cum aliter ſe habeant apud LXX. ſed in regio ita prorſus offendi ſcriptum, καὶ ἅψαι πάντων ὧν ἔχει, εἰ μὴ εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει. *& tange omnia, quæ habet, ſi non in faciem benedicet tibi*. Didymus quidem certè ita expoſuit: εἰ μὴ τότε φανερῶς βλασφημήσει. *Si non tunc palam blaſphemabit*. & Apollinaris in illud vxoris nefarium E cõſilium, *Benedic Deo & morere*, ὅρα πῶς περὶ τῆς βλασφημίας εἶχεν ἡ γυνὴ, ὅτι παραχρῆμα αὐτὴν θάνατον ἐπάγειν ἱκανὴν ἡγεῖτο. *Tu vero quæ de blaſphemia fuerit mulieri ſententia cognoſce, ſolam enim eam idoneam eſſe ſtatuebat quæ necem ſubitam afferret*, Auguſtinus ſerm. 222. de tempore ita quoque citat. *Quid ergo dixit mulier? Blaſphema Deum & morere.*

Col.187.A. *Malus dicitur.*] Ex ſententia noſtri huius τοῦ χρυσοῤῥήμονος Matthæi 16.13. ſed libera nos à Malo, Diabolus intelligitur, vt in ho.20. in eũdem Euangeliſtam pluribus explicat, cui ſuffragatur Tertullianus lib.de pœnitentia cap.5. de oratione c.8.de fuga in perſecutione, *Sed erue nos à Maligno*, & A alibi paſſim, Diabolum nomine Mali deſignans.

Ibid. *Apoſtata*] Sic etiam introducit Deum apoſtatam Diabolum appellantem homil. de patien. Iob. quod interpres nõ expreſſit, ἀποστάτα φησὶ μεγάλα φρονεῖς ὅτι τὸν Ἀδὰμ ἀπατήσας. *Apoſtata, inquit, ſuperbus es, quoniam cum Adam decepiſſes, &c.* & Clemens Alexand.3.Stromat.pag.189. τὸν κεκλημένον διάβολον ἐπακούσατε ἀναιδῆ ἢ ὡς κατήγορον τῶν ἁμαρτανόντων ἢ ὡς ἀποστάτην. *Eum qui vocatus eſt Diabolus intelligite impudentem, vel vt qui peccatores accuſet, vel vt apoſtatam & deſertorem*. Quonam autem in Scripturæ loco ſic appelletur non facile dixeris. Exiſtimauimus aliquando Chryſoſtomũ ſpectaſſe non illum epiſt.2. ad Theſſalon.2.3. locum, ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἀποστασία. ſed alterum 2. Corin. 6. 15. τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ. vnde & homil. 13. B in eã epiſt. οὐδὲ εἶπε τίς ὁ Χριστοῦ καὶ τίς ὁ διαβόλου, ἀλλ᾽ ὃ πλέον ἀφεστήκει Χριστῷ καὶ βελίαλ τῇ Ἑβραϊκῇ φωνῇ τὸν ἀποστάτην καλέσας οὕτως. *Nec dixit iis qui ſunt Chriſti, & iis qui ſunt Diaboli: verũ quod multo remotius erat, Chriſto & Belial, Hebraica videlicet lingua apoſtatã illũ ita appellans.* Certè Hieron.in 1.Nahum. ita quoſdã interpretari vocem illam Hebræam aſſerit. *Nec vltra perit auſibit per te præuaricator & ἀποστάτης, hoc enim interpretatur* בליעל & 3.Re.21.13. ἄνδρες ἀποστασίας, appellantur viri Belial. Iam vero poſtquam Græcum indicem Bibliorum nacti ſumus, Iob.cap.26.13. didicimus ſcriptum, προστάγματι δὲ ἐθανάτωσε δράκοντα ἀποστάτην. *Imperio interfecit draconem deſertorem*. In Græca Nicetæ Catena mſ. regiæ bibliothecæ Olympiodoro tribuitur hæc illius loci expoſitio, καὶ τὸν ἀντίχριστον ὁ κύριος ἀνελεῖ τῷ ῥήματι τοῦ στόματος αὐτοῦ κατὰ τὸν C ἀπόστολον, καὶ τὸν ἀρχέκακον ὄφιν τὸ θεόμαχον θηρίον ὃς αὐτὸς τε ἀπέστη ἀπὸ θεοῦ καὶ τοὺς πειθομένους αὐτῷ εἰς ἀπώλειαν συγκλείει, τῷ ἡτοιμασμένῳ παραπέμψει πυρί. *Et Antichriſtum quidem interficiet verbo oris ſui, vt eſt apud Apoſtolum, & auctorem mali ſerpentem, belluam illam cum Deo bellum gerentem, qui & ipſe à Deo defecit, & eos qui ſibi obtemperant, in interitum concludit, in ignem qui paratus eſt mittet.*

Ibidem, *apoſtata dicitur*] ἀπως λέγεται. λέγεται πονηρὸς δὲ ἐκεῖνος πονηρὸς λέγεται, καί περ πολλῶν ἀνθρώπων, ὄ. π. μόνος ἐκεῖνος κ. λέγεται τοῦτο. *Sed quam ob cauſam Malus dicitur? tametſi mali ſunt homines multi, ſolus ille p. ...talis dicitur. Cur ergo ſic appellatur?*

Ibid. D. *Ad membra.*] Hæc & quæ ſequuntur vſque ad lin.13.paginę 323. hinc deſcripta ſunt & inD ſerta homiliæ de prouidentia iam indicatæ ab illis verbis, *Si enim & noſtra membra inſpiciamus, eaſdem perniciei cauſas inueniemus.*

Col.188.B. *Tradite.*] Apoſtoli verba ſunt 1.Cor. 5.5. ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ. *Iam iudicaui vt præſens tradere huiuſmodi hominem Satanæ*: ſed tamen alibi reperimus hæc eadem ratione à Chryſoſtomo citata modo imperantis, vt homi.15.in 2. Cor.pag.850. παράδοτε τὸν τοιοῦτον. Aliter rurſus effert ſerm. de ferendis reprehenſ. tom.3. *Tradatur Satanæ*, niſi fortè ab ipſo ſit hoc interprete, vt homil.3.de patientia Iob, *Indicaui tradere*, vertit Lælius Tifernas, quod eſt in mſ. ἔκρινα τὸν τοιοῦτον παραδοῦναι. at in ho.15.in 1.ad Corinth. vulgatæ lectionis hunc eſſe ſenſum docet, *Tradita Satanæ, eum qui hoc fecit*. Itaque non ad verbum, ſed ad E ſenſum hæc citat. Quod vero dæmone vti carnifice Apoſtolum dicit, pluribus explicat in illa homil. de patient. Iob. & Theodoretus in 1. ad Timoth.cap.1. τῷ δὲ διαβόλῳ οὐχ ὡς ἀγαθῷ διδασκάλῳ παρέδωκε τούτους, ἀλλ᾽ ὡς δημίῳ πονηρῷ.

Col.189. A. *Senex es.*] γεγήρακας. H. γέρων εἶ, καὶ πρός. Hæc vera lectio: ſic paulo poſt, νέος εἰ μὴ θαρσήσῃς ἰσχυρὸν ἔχειν. tantũ enim hęc ſunt in mſ.H.

Ibidem. *ne differas*] ἀναβάλλου. H. ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, quomodo & ex Baſilio citatur à nonnullis; idem habet Chryſoſto. hom.69.in Matt.pag.603.at Eccleſiaſtici 5.8.legitur, ὑπερβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. *& ne differt de die in diem.*

Ibidem

A Ibidem B. *Cum dixerint.*] ὅταν δὲ. ὅταν λέγωσιν. Hoc quoque nonnihil immutatum eſt, ſic enim 1. Theſſ. 5. 3. ſcriptum eſt, ὅταν γὰρ λέγωσιν εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια. in recto caſu, & in aliis codicibus N. T. ὅταν δὲ, vt hic Rom. interpres Irenæi l. 5. cap. 30. *Cum dixerint, Pax & munitio*, autor Comment. apud Ambroſium, *Pax & infirmitas*. Tertullianus de reſurrect. c. 24. paulo copioſius, *Quum dicent, Pax & tuta ſunt omnia, tunc illis repentinus inſiſterint.*

Ibid. C. *Dixi pronunt.*] Sequuti ſumus Ambroſium in Apologia Dauidis 1. cap. 7. & Auguſtinum in Comment. ſiue homiliis in pſalmos: at vetus interpres vulgatæ Lat. *Dixi confitebor*, quod non tam ad Græcum quam ad Hebræum accedit, ex quo Hieronymus, *Dixi confitebor ſcelus meum*. paulo poſt, ἐκηρότερός ἐστι. H. ὁ κηρότερος ἴσως *incidet.*

B • Col. 185. A. *In eos qui ad miſſas.*] Nouum quidem Chryſoſtomi fœtum, & patrum noſtrorum que noſtrorum ſæculo ignotum præferimus, ſed non tamen ita ſanctorum Patrum teſtimonio ſuffragioq. deſtitutum, quin ſi quis eum ſua voluerit ingenuitate fraudare, patrocinio fultus illorum natalibus ſuis reddi ac reſtitui poſſit. Primum enim Theodoretus Dialogo 2. qui dicitur Inconfuſus, inſignem eius locum citat, ex quo emendari textus apud ipſius interpretem debet: illa enim omnia verba, *Ex oratione dogmatica, Quia quæ humiliter à Chriſto dicta & facta ſunt, n. p. p. i. ſ. p. v. & in œconomiæ rationes*, ſunt ex huius homiliæ inſcriptione, quæ vero ſequuntur, *Et poſt reſurrectionem cum videret diſſidentem diſcipulum*, reperies in hoc volumine pag. 416. a. καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὸν μαθητὴν ἰδὼν ἀπιστοῦντα. & p. 46. C edit. Romanæ Theodoreti, qui & Dialogo 3. pa. 75. alterum profert ex hac eadem homilia teſtimonium, πῶς οὖν ἐνταῦθά φησιν, εἰ δυνατὸν, τὸ ἀνθρώπινον. quod extat huius volum. pag. 415. d. *Quomodo ergo hic dicit, Si poſſibile eſt? imbecillitatem naturæ, &c.* Sed quid ego ſingulos Patres ſententiã rogo, cum in totius orbis conſilio quondam coacti, Omnes, Omnes acclamarint? cum enim anno Chriſti 680. Conſtantinopoli ducenti octoginta nouem Epiſcopi ad pernicioſam Monothelitarum damnandam hæreſim conueniſſent, inter alia Patrum teſtimonia publicè lectum eſt illud Actione x. Concilij VI. ſub Agathone, pag. 39. edit. poſtremæ Colonienſ. *Item relectum eſt ex eodem codice teſtimonium ſancti Ioannis Epiſcopi Conſtantinopoleos ex ſermone facto ad eos, qui ad Miſſas non occurrerunt, cuius initium eſt, Iterum Circenſia, continens ita: Horum mihi iterum memores eſtote verborum.* D & poſt multa, *Quod teſtimonium ſimiliter collatum eſt cum libro membranaceo, qui eſt de bibliotheca venerabilis Patriarchij huius à Deo conſeruandæ regiæ vrbis.* Græca ſubiiciam, quæ nondum ſunt edita, ex codice mnſ. reuerendiſſ. Ioannis Tilij Epiſcopi Meldenſis, Ἐπ ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τοῦ πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας τῆς συνάξεως λόγου οὗ ἡ ἀρχή. πάλιν ἱπποδρομίαι ἔχουσα οὕτως. τούτων μέμνησθε τῶν ῥημάτων. ἡ τις χρῆσις ὡσαύτως ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον ἐν σώματι τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρχον τοῦ εὐαγοῦς πατριαρχείου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως. Habetur in hoc volum. pag. 413. cap. *Atque horum memores eſtote verborum*, vſque ad illã pag. 417. *quod futurum eſt prædicit, vt Deus, & rurſus vt homo recuſat.* E Et quoniam ex vno codice chartaceo regis Henrici II. cui titulus μαργαρῖται erutus eſt hic ſermo, non aliunde varias colligere lectiones licuit, quam ex Romana Theodoreti editione 1547. apud Nicolinum, & ex codice Tiliano non illo quidem admodum vetuſto, ſed admodum raro. Aptè autem poſt orationes de incomprehenſibili Dei natura iſtam collocari, quemadmodum & in regio codice, diſces ex iis quæ pag. 406. c. leguntur, *quærimus an eiuſdem virtutis, an eiuſdem potentiæ ſit, &c.*

Col. 1505. c. τὸ ἀπαράλλακτον.] *Nulla ex parte diuerſam* reddidimus cum Theod. Gaza, qui ſimilem locum hom. 4. de incomprehenſibilibus p. 372. d. ſic vertit, τὸ τῆς τιμῆς ἀπαράλλακτον καὶ ἴσον, *honorem parem & nulla ex parte diuerſum.* & pag. 381. a. tametſi nonnunquam poteſt vi ſuæ originis alibi verti, immutabilem, quemadmodum apud Athanaſium contra gentes pag. 24. καὶ ἔαρ καὶ μετόπωρον ἀπαραλλάκτως καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ συνίστασθαι. *Ver & Autumnum abſque vlla viciſſitudine ibidem conſiſtere*, rectius vertiſſet, *abſque vlla mutatione, eodemque modo conſiſtere.* vel, vt reddidit Latinè Ambroſius Camaldulen. *indifferenter eodem ſtare tempore.* S. Hilarius etiam libro de Synodis pag. 335 c. vltimæ edit. Pari. *& gloriæ incommutabilem imaginem* appellauit, hoc eſt, vt exponit li. 7. de Trinit. pag. 112. *Filius autem patri eſt imago, quia in nullo diuerſus tenet naturæ eius, in qua non diuerſus eſt, poteſtatem, vt per hoc non amittat naturæ vnitam ſimilitudinem.* quemadmodum & Athanaſius orat. 1. contra Arrianos dixit, ἔχει πάντα τὰ τοῦ πατρὸς, τὸ ἀΐδιον τὸ ἀναλλοίωτον, τὸ κατὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν ὅμοιον. *omnia habet quæ ſunt patris, æternitatem, immutabilitatem, & per omnia, & in omnibus eandem ſimilitudinem*, itemque pag. 51. c. nam vt docet S. Baſilius epiſt. 1. ad Maximum, τὸ ὅμοιον κατ' οὐσίαν ἀπαραλλάκτως, ſimile ſecundum ſubſtantiam ſine vlla diuerſitate idem valet quod ὁμοούσιον, ſed cum de Trinitatis perſonis agitur, rectius τὸ ἀπαράλλακτον, nulla ex parte diuerſum, quam incommutabile redditur. Vide quæ in pag. 5. c. annotauimus ſupra. Quod autem ait pa. 408. obieciſſe hæreticos filium patri ſupplicare, pari ratione refutat ab Arrianis oppoſitum S. Athanaſius orat. 4. contra Arrianos pag. 271. οὔτε ὅλως ηὔχετο, οὐδενὸς γὰρ ὡς λόγος ὢν ἐδεῖτο. *neque vlla vota feciſſet, nullius enim, cum Verbum eſſet, indigere potuiſſet.* & in lib. de communi eſſentia Patris & Filij pag. 789. ἔλαττον εἶναι τὸν αἰτοῦντα διδόντος. *minorem eſſe petentem datore.*

Col. 192. B. *proponam*] παραθήσομαι. Correximus quod erat in mſ. παραμυθήσομαι. niſi forte retineri placeat, vt ſonet, *omnia mitigabo*, omnia expoſitione lenire paratus ſum. vt 412. a. φθόνον παραμυθούμενος. Eandem porro cauſſam profert, cur ſecundum humanitatem multa de ſe dixerit Chriſtus, S. Hilarius in pſalm. 137. p. 1095. *Tollit ſtultiſſimam eorum temeritatem, qui fruſtrato falſoque corpore Dominum in carne viſum eſſe contendunt.*

Ibidem d. *ſed veritas*] ἀλλ' ἀληθ. Ita quoque Græcè legitur apud Theodoretum Dialogo 1 pag. 20. ideoque corrigendus eſt apud interpretem illius hic locus, hoc pacto, *ſed naturæ veritas.*

Ibidem e. *minime poſſent*] καὶ τὸ μὴ δύνασθαι. Addidimus negationem μὴ, quę requiritur, vt ſtet ſententia, & inferius ſcripſimus d. 10. ἄρχων αὐτὸς ὤν, pro, αὐτῶν ὤν, & pa. 409. c. 11. ἡμᾶς ἐμπεσεῖν pro ἐκπεσεῖν. porro ἀγέννητον vertimus Ingenitum, ſequuti Iuſtini interpretes pag. 138. & 293. Auguſtinum lib. 5. de Trinitate c. 5. *Ingenitus tamen & genitus ad ſeipſos dicuntur.* alioſque Latinos ſcriptores qui de ſacroſanctæ Trinitatis myſteriis agunt, licet aliud apud prophanos Latinitatis auctores ſonet, quod ſcilicet natura inſitum & ingeneratum, non vt hic quod generatum non fuit, aut per generationem productum, idque ſoli Patri conuenit, vnde Gregorius Nazianzenus orat. 35. ingenitum & genitum inter ſe opponi dixit, vt habitus & priuatio inuicem opponuntur. Hilarius Innaſcibilem ſæpe interpretatur ἀγέννητον.

Col. 193. B. *& horum*] καὶ τούτων μοι. In apographo mnſ. Concilij 6. Conſtantinop. tantum erat, καὶ τούτων μέμνησθε τῶν ῥ. ſed ex eodem libro regio codici addidimus γὰρ poſt verbum πατάξω. & Latinè ſcribendum, *Percutiam enim ait paſtorem*, vt apud interpretem Concilij, qui paulo poſt legiſſe videtur non ἐν φίλοις δικάζομαι νῦν, *apud amicos nunc cauſam dico*; ſed ἐν συμφύλοις δικάζ. dum ſcribit, *Si enim & cum contribulibus iudicor nunc, ſed ſupplico.* In regio rurſus legebatur, δικάζομεν νῦν. *cauſſam nunc dicimus, diſceptamus, litigamus.*

Col.196.A. *facta non fuerint*] μὴ γεγενῆσθαι. Deeſſe videntur ad explendam ſententiam nonnulla, vt οὕτω καὶ ἀδύνατον τὰ προφητευθέντα μὴ ἐκβῆναι. *ſic fieri non poſſe, quin eueniant quæ ſunt à Prophetis prædicta.* A Nec aliter hunc eundem pſalmi locum exponit hom. 10. in Gen. τοιοῦτον ἔθος ἅπασι τοῖς προφήταις περὶ τῶν μηδέπω γεγενημένων ὡς περὶ γεγενημένων διαλέγεσθαι· ἐπειδὴ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς ἑώρων ὀφθαλμοῖς τὰ μετὰ πολλὰ ἔτη μέλλοντα γίνεσθαι, διὰ τοῦτο ὡς ἤδη πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν κείμενα κατηγγέλλουσι πράγματα. *Mos hic eſt Prophetarum omnium de nondum factis vt de factis loqui: nam quoniam ſpiritualibus oculis videbant, quæ poſt multorum annorum curricula erant futura, idcirco quaſi iam ob oculos poſita ſpectarent, ita narrabant.* Idem repetit hom. 12. in Ioannem pag.65. Sed admonet doctiſſimus Genebrardus verba illa, conſiderabunt, reſpicient, diuident, mittent, in eodem pſal.11. LXX. propheticè B vertiſſe per præterita, ac ſi paſſio Chriſti iam fuiſſet perfecta, ob rei certitudinem: item quia præceſſerant præterita. Sic enim in hac lingua præcedentia tempora dant ſignificationem ſequentibus.

Col.196.C. *Quæ vtcunque auelli.*] Omiſit hanc vocem ἁπλῶς interpres Theodoreti, quæ tamen in Romana editione fuit Dialogo 3. pag.73. idemque valet, ac ſi diceret non facile potuiſſe ab hac vita diuelli. citatur autem ab illo cum cæteris diuerſorum Patrum locus hic, vt probetur paſſionem Chriſti non eſſe naturæ diuinæ tribuendam, quæ impatibilis eſt, ſed ei quæ hac de cauſa eſt aſſumpta, hoc eſt humanæ.

Ibid.D. *& clauorum figuras*] καὶ τύπους ἥλων, Apud Theodoretum Dial.2.pag.46. καὶ τύπους ἥλων, *figuram* C *clauorum*, vt Ioan.20.25. Ibidem eſt ordine diuerſo, καὶ τὸ ἐν τῷ χρόνῳ ἐπὶ τῆς γῆς. itemque τοῦτο αὐτὸ πιστώσηται.

Col.197.A. *Vides vt.*] In 3. Dial. Theodoreti pag. 75. ὅρα πῶς καὶ τὴν προτέραν. *Vide quomodo etiam priorem eius ætatem expoſuerunt.* vel potius, *prædixerunt.* Quod vero ſequitur, *Interroga hæreticum*, malè in Concilio Conſtantinopolit. alio indicandi modo profertur, *Interrogo hæreticum, Deus formidat?* χωρὶς γὰρ τούτων, in apographo Concilij. χωρὶς γὰρ τούτου. ſed eius interpres vetus, *Abſque iſtis enim & aliud inauditum erit.* τὰ ῥήματα ἦ, Concilium, τὰ ῥήματα ἔχ.

Ibidem B. *nam quod dixit*] τὸ γὰρ εἰπεῖν. Ita correximus ex Cõcilio & Theodoreto, quod exhibebat regius codex, ὅτι γὰρ εἰπεῖν. ſed omiſit hic typographus in noſtra interpretatione, *Nam quod dixit,* D *Non ſicut ego.*

Ibidem b. ἀποθανεῖν τὴν σάρκα.] Immutauimus lectionem regij codicis, ἀποθανεῖν τῆς σαρκός ἐστι καταδίκασις, quæ ſonaret, *Non enim quia mori non vult, eſt carnis damnatio*, vel, *eſt caro damnãda*: ſic enim legitur, vt edidimus, aptius multo in codice Concilij Græco mſ. & apud interpretem, *Nec enim velle mori carnem reprehenſio eſt.* & in Romana Theodoreti. nam & poſtea dicit, τὸ φοβεῖσθαι θάνατον τῆς σαρκός. εἶναι *carnis eſſe mortem timere*: quæ verba deerant & ipſa libro regio mſ. ſed ex aliis duobus aſcita ſunt.

Ibidem c. ἐρήμην αὐτήν.] Theodoreti edit. pag. 75. νῦν μὲν οὖν αὐτὴν ἐρήμην καὶ γυμνὴν ἀφίησι. Concilium vero, αὐτὴν ἐρήμην ἀφίησι καὶ γυμνήν. illud autem ἵνα μάθῃς, quod agnoſcit etiam cum regio Concilij apographum, abeſt à textu Theodoreti, cuius interpres ſic ait, *Quandoque autem eam celat, quia non eſt homo tantum*, Concilij vero interpres, *Vt diſcas quod non erat purus homo.* Porro illum ſequuti ſumus hic & alios Patres Latinos; qui diſpenſationem vertunt τὴν οἰκονομίαν, qua voce Græci Chriſti domini Incarnationem, vel totum redemptionis noſtrę myſterium ac negotium intelligunt.

Col.198.a. εἰς τὰ ὑπόλοιπα.] Præter illum regium codicem τοὺς μαργαρίτας complectentem, in quo ſequitur præcedentem hic ſermo, Chryſoſtomi opuſculis illum annumerant catalogi ex Germania Viennenſis bibliothecæ, ex Italia Mediolanenſis, & Romanus, quorum duo poſtremi titulum hunc illi dabant tantum, κατὰ αἱρετικῶν καὶ εἰς τὴν αἴτησιν τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου. Dicitur autem in regio codice octauus numero, propterea quod poſt illos quinque aduerſus Anomæos ſextus collocatur ille cuius initium eſt, μίαν ὑμῖν διάλεξιν, quem offendes infr.p.792. ſeptimus autem, qui incipit Πάλιν ἱπποδρομίαι. pag. 404. ex quibus hic intelligis hæreticorum nomine cenſeri Anomœos. Quæ non procul ab initio πτώματα vocat, vel cadauera, vel etiam lapſus & clades potes intelligere in prę̨lio acceptas.

Col.200.A. *Numquid eris.*] Quod eſt in vulgata Hieremiæ 14.9. *Quare futurus es velut vir vagus*, Hieronymus è Græco LXX. Latinè expreſſit, vt edimus. In commentario vero cum Chryſoſtomo pulchrè illi conuenit. *Quod autem*, inquit, *iuxta LXX. dicitur: Numquid eris quaſi homo dormiens? ſimilitudinẽ ponit, & non rei veritatem, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: Surge, cur dormis Domine? non quod Dominus dormiat, ſed quod his videatur dormire, quos deſerit.*

Ibid.B. *à conſtitutione*] ἀπὸ καταβολῆς. Ita ſcriptum eſt Matthæi 25.34. Lucæ 11.50. & Apocalypſ. 17.8. ſed in hac eadem pagina tanquam ex eo loco citatur d.1. πρὸ καταβολῆς, *ante conſtitutionem mundi*, quo pacto etiam legitur Ioan.17.24. ad Epheſ. 1.4. & 1. Petri 1.20.

Ibidem D. *pecuniarum copia*] περιουσία τῶν χρημάτων. Emendauimus ex coniectura quod exhibebat regius codex, περιουσία τῶν πραγμάτων. Aduerte autem τὸ μεθύειν non de affectu tantum exuberante dici, vt hom.5. de Ozia appellat ψυχὴν ἐπιθυμίᾳ μεθύουσαν. *animam cupiditate ebriam.* ſed & de copia pecuniarum & opum redundantia, vt Eccleſiaſtici 29.29. de inundatione. ὡς κατακλυσμὸς ξηρὰν ἐμέθυσεν. *quomodo cataclyſmus aridam inebriauit.*

Col.201.C. *Diſcedite.*] Matth.25.12. *Amen dico vobis, neſcio vos.* reſpondet ſponſus: ſed ad ſenſum, non ad verbum locum citat: ſic in eodem cap. verſ. 41. πορεύεσθε ἀπ᾽ ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι. *Diſcedite à me maledicti.* In fine paginæ πρόφασις commodius, opinor, *occaſio*, vel *prætextus*, quam excuſatio vertetur.

Col.203.D. *ſermonem non*] ἧς οὐδεὶς ἦν. Legendum fortaſſe, περὶ ἧς οὐδείς. & rurſus in fine pag. d. 5. addendum quod librarius omiſit in Græcis, ποτήριον μὲν ἐπειδὴ μεθ᾽ ἡδονῆς αὐτῶν ἀπῄει· βάπτισμα δέ.

NOTÆ IACOBI GRETSERI SOC. IESV

In orationem S. Chryſoſtomi, de adoratione Crucis.

Columna 483.

PVblicauit hanc orationem græcè & latinè Perionius, quam manuſcriptam neque in Bauarica, neque in Auguſtana Bibliotheca reperimus, neque aliunde nanciſci potuimus. Secuti ergo ſumus editionem Perionij, addita noua interpretatione ex Græco.p.274.v.32. κὰν χειροτονῶνται. *Dicit Chryſoſtomus ad ordinationem & conſecrationem ſacerdotum, aliorumque Eccleſiæ miniſtrorum adhiberi ſignum S. Crucis. Eſt enim* χειροτονία, *græca Eccleſiaſtica phraſi,* ordinatio, *& conſecratio ſacerdotũ, &* χειροτονεῖν, ordinare, cõſecrare, *& quamuis ſignificet etiam ipſam electionem & deſignationem; non eam tamen ſolam ſignificat; ſed videndum eſt, quamnam notionem rei, de qua agitur, exigat. Quocirca malè Caluinianus Interpres ita reddidit hæc verba Curopalatæ p. 211.* χειροτονεῖται δὲ ὁ πατριάρχης ὑπὸ τοῦ ἡρακλείας. Deſignatur verò Patriarcha à Metropolitano Heracleæ. *Imo* conſecratur, ordinatur, *& vt ſic dicam,* inauguratur. *Nam deſignatio ſeu electio Patriarchæ Conſtantinopolitani non erat Epiſcopi Heracleenſis; ſed aut Imperatoris, aut Cleri Conſtantinopolitani, aut vtriuſque, aut certè ſi fuit etiam Epiſcopi Heracleenſis, non fuit ſolius; ſicut ſolius erat Patriarcham ordinare. Nec hic tantùm errat Iunius, ſed fermè quoties hoc vocabulum apud Curopal. occurrit, ſemper enim Caluinianam adfert interpretationem, quaſi ad miniſterium Eccleſiaſticum ineundũ nihil requiratur, niſi electio & deſignatio.* ἐν δὲ τῷ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας καιρῷ ἔρχεται μὲν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἁγίαν σοφίαν. Quo autẽ eligendus eſt tẽpore, *inquit Iunius. Minimè verò; ſed: quo tempore ordinandus & conſecrandus eſt Patriarcha, ſeu tẽpore ordinationis & conſecrationis appetente, venit Imperator ad S. Sophiam. p. 213.* οἱ μὲν τοί γε ἀρχιερεῖς μετὰ τὰς ψήφους αὐτῶν χειροτονούμενοι παρὰ τοῦ πατριάρχου, καθ' ἡμέρας τινὰς τῆς χειροτονίας αὐτῶν ποιοῦσιν εὐχὴν ἕκαστος, *&c. Iunius.* Ac ſummi quidem ſacerdotes poſt ſortitionem ipſorum deſignati à Patriarcha, per dies aliquot à deſignatione ſua faciunt quiſque preces pro iis, &c. *Rectè ita verteris, Ac ſummi quidem Sacerdotes (hoc eſt, Epiſcopi & Archiepiſcopi) poſt electionem ſuam, à Patriarcha ordinati & conſecrati, per dies aliquot ab ordinatione, faciunt quiſque preces pro iis, qui cum poteſtate ſunt, & pro ſubditis. Quib. verbis diſtinguit Curopalata electionẽ & deſignationẽ ab ordinatione. Illã enim vocat* τὰς ψήφους, *hoc eſt, ſuffragia, & vt Curopal. nominat* εὐχὰς, *vota; hoc eſt, poſt ſuffragia & vota, quib. eſt electus, quod nihil eſt aliud, quàm poſt electionem, ordinationẽ verò vocat* χειροτονίαν; *quam itidem paulò pòſt aliis verbis deſcribit.* οἱ δέ γε ἀρχιμανδρῖται καὶ πρωτοσύγγελοι, ἀλλὰ δὲ καὶ καθηγούμενοι τῶν ἐντίμων μοναστηρίων μετὰ τὸ τὴν σφραγῖδα παρὰ τοῦ πατριάρχου λαβεῖν. *Archimandritæ verò & protoſyngeli, adeòque Antiſtites (non* ductores, *vt Iunius, eſt enim* καθηγούμενος *&* ἡγούμενος, *antiſtes, præſul) venerabilium Monaſteriorum, poſtquam ſigillum à Patriarcha acceperunt, hoc eſt, poſtquam ordinati & conſecrati ſunt à Patriarcha. Ipſam enim* χειροτονίαν *appellat* σφραγῖδα, ſignum, ſigillum; *eo quod ij, qui ordinabantur ſigno Crucis conſignarentur; vt liquet etiã ex hac ipſa Homilia Chryſoſtomi; Eadem de cauſſa Baptiſmus & Confirmatio dicta ſunt ſignum, ſignaculum & ſigillum, vt fuſè demonſtraui lib. 4. de S. Cruce, cap. 14. & 15. Titulum illum pag. 211.* περὶ χειροτονίας πατριάρχου, *fateor, rectè verti,* de deſignatione ſeu electione Patriarchæ. *Clarum eſt enim ibi non agi de ipſa ordinatione & inauguratione Patriarchæ. Nec tamen hanc electionem ſine erroribus Caluiniſta nobis explicat. Curopalata hæc.* δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι ἀρχιερεῖς χειροτονοῦνται (χειροτονοῦνται) σφραγιζόμενοι ἐκ δευτέρου, ὁ δὲ πατριάρχης χειροτονεῖται μόνον, ἐπειδὴ ἡ τοῦ βασιλέως πρόβλησις ἀντὶ τῆς μικρᾶς λογίζεται σφραγῖδος. *At Iunius hæc.* Sciendũ autem eſt, quod alij ſacerdotes ſummi electionem facientes obſignant bis. Patriarcha deſignatur ſolum, quia ab Imperatore facta deſignatio pro minore ſigillo ducitur. *Corrige. Sciendum eſt autem alios Sacerdotes ſummos (hoc eſt, Epiſcopos, & Archiepiſcopos, &c.) eligi per duplex ſigillum; hoc eſt, per duplicia ſuffragia ſeu vota obſignata, ſeu per duplex Scrutinium,* τὴν μὲν πρώτην σφραγῖδα καλοῦσι μικράν. Primum ſigillum vocant minus. *Primum ſigillum, hoc eſt, vt iam plerique vocant, primum Scrutinium vocant minus. At verò Patriarcham (Conſtantinopolitanum) per vnum duntaxat ſigillum, hoc eſt, vno ſcrutinio eligunt, eo quod* πρόβλησις, *ſuffragium; ſeu* Furſchlag, *Imperatoris ſuppleat vicem minoris ſigilli, hoc eſt, primi ſcrutinij. Videtur enim vſu receptum fuiſſe, vt Imperator Clero nominaret, quemnam ad Patriarchatum eligi vellet; & hanc Imperatoris declarationem loco* τῆς μικρᾶς σφραγῖδος *ſeu primi Scrutinij fuiſſe. Ita autem legendum & explicandum eſſe hunc locum Curopalatæ, liquet primò inde: quia aliàs nullus eſt ſenſus, nec in Græcis nec in Latinis. Deinde, quia Curopalata aſſignare vult diſcrimen, quod eſt inter electionem Patriarchæ Conſtantinopolitani, & aliorum* ἀρχιερέων: *additque eodem modo ſine vlla mutatione fieri electionem aliorum Patriarcharum Alexandriæ, Antiochiæ & Hieroſolymorum, & Archiepiſcopi Iuſtinianæ primæ, id eſt, Achridis, & totius Bulgariæ, quod autem Iunius ait pag. 338. primum illud ſigillum ſeu ſcrutinium, vocari* nominationem vel præſentationem; *ſecundum verò,* collationem *ſiue* collaturã; *id minimè dixiſſet, ſi ex Iure didiciſſet; quidnam ius nominandi, quid ius præſentandi, & quid ius conferendi eſſet.*

Porro ſicut χειροτονία *&* χειροτονεῖν *non tantum ſignificat electionem ſeu deſignationem, ſed etiam ipſam conſecrationem & inaugurationem; ita &* πρόβλησις *&* προβάλλεσθαι; *(quibus verbis vtitur quoque Curopal.) non tantùm ſignificant electionem & deſignationem, ſed etiam inaugurationem. Hinc* περὶ προβλήσεως δεσπότου, καὶ σεβαστοκράτορος, *non tantùm vertendum eſt de deſignatione Domini & Sebaſtocratoris, ſed & de inauguratione & creatione, vt cuiuis manifeſtũ ſit ex ipſa Curopalatæ narratione. narrat enim quo ritu & qua ceremonia iſtæ dignitates collatæ fuerint iis, quos ad eas Imperator deſignarat. Sicut ergo* δεσπότης *&* σεβαστοκράτωρ *non tantùm deſignabantur, ſed & certo ritu inaugurabantur, ita & Patriarcha, & alij Eccleſiæ Miniſtri. Sed hæc haſtenus. Ad Chryſoſtomum redeamus. p. 278. v. 22. Scrib.* ἰεζεκιὴλ *vel* ἰεζεκιὴλ γὰρ λέγει, *nam ſententia hæc non exſtat apud Dauidem, ſed Ezech. 9.*

P. 280. v. 15. videtur ſcribendum ἑξαμηκοσία *pro* ἑξήκοντα.

NOTARVM FINIS.

VARIÆ LECTIONES FRONTONIS DVCÆI SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

in 49. Homilias in Geneſim, quæ habentur Tomo I. fol. 1.

Fol. 1. c. 1. A Sapiens quiſpiam) *Sapiens dicebat.*
B Videntes veſtram charitatē) *Videntes noſtram.*
Aduentum ſalutantem) *Salutarem.*
C Pax & mititas) *Pax & manſuetudo.*
Et ſic digrediamur) *Et hinc excedamus.*
Decet ne domum redeant.
Oportet non ante domum redire) *Decet ne ante domum redeant.*
Col. 2. Nihil valeat) *Nihil profuturum ſit.*
A Fiduciæ ſint fulcimentum) *Fiducia ſint occaſio.*
B A corporali hac voluntate) *A corporali cibo.*
F. 2. col. 1. A Conuiuarit) *Conuiuati.*
B Ampliorum) *Ampliſſimarum.*
C Cum Ieiunio) *Cum ſtudio & aſſiduitate.*
Col. 2. A Declarato) *Præmiſſi.*
Indicabili) *Ineffabili.*
C Reſpiciat) *Suſcipiat.*
Maiores labores) *Maiora certamina.*
Et velut pueri) *Pueri qui nutriuntur.*
Fol. 3. c. 1. A Quantæ non) *An non igitur.*
Deſipientiæ) *Dementia.*
B Faciamus) *Exhibeamus immutationem.*
Ad dominicū diē pertingere) *Ad condictū diem adeſſe.*
Horrendam) *Tremendam.*
Illic eſt gratia) *Illinc prouenit gratia.*
Interceſſione) Vide in margine.
C Veſtros ergo) *Veſtros ego.*
D Vtpote à tenebris) *Tanquam à tenebris quibuſdam à cogitationum procella ſubmerſi.*
Col. 2. D Attulit Moſes) *Attulit autem Moſes.*
Conſidera hoc) *Conſidera in hoc.*
Fol. 4. c. 1. D Expoſuerit) *Omnia expoſuerit.*
Col. 2. A Et cōtra ſuā) *Neq; ſeipſū ſalutē ſuā prodere animaduertit.*
B Interrogabimus eos) *Interrogemus eos.*
D Degrauauimus) *Torſimus.*
Fol. 5. c. 1. A Memores eritis) *Memores fueritis.*
C Decidit) *Animo concidit.*
Col. 2. A Indicibiles) *Immenſas.*
Totam horam) *Totum tradendæ doctrinæ deſtinatum tempus inſumpſimus, & neque ſic totum expedire voluimus.*
Dilecte) *Cariſſime.*
B Quibus) *Quibus verbū.*
D Inducere poſſet) *In omnia inducere poſſet.*
Quod non ſolum) Vide in marg.
Fol. 6. c. 1. B Miſericors) *Benignus.*
C Eueniſſet) *Profectiſſet.*
Humilitas) *Condeſcenſio.*
Col. 2. A Deordinatione) *Perturbatione.*
C Porro quid cōtēdimus) *Porro quid vlterius cōtēdimus.*
Fol. 7. c. 1. A Miſericordiam) *Benignitatem.*
B Cur non & nos) *Quid non à nobis æquum eſt ſuſtineri propter eos qui cognati ſunt ac membra noſtra vt ereptos eos ex diaboli faucibus in viam virtutis inducamus.*
C Virtutum fragrantiam) *Virtutum pulchritudinem.*
Magnæ enim bonitatis eſt) *Sufficit enim, ſufficit planè, ſi anima cui hæc continuè inculcamus, poſſit reduci ex abyſſo malorum.*
D Nos enim) *In acie collocati ſumus.*
Bellatorum) *Hoſtium.*
Fol. 7. c. 2. A Talibus armis) *Talibus igitur armis.*
B Nobis ſobrijs) *Nobis vigilantibus & attentis.*
Fol. 8. c. 1. A Referamus) *Deferamus.*
Dilecti) *Dilectiſſimi.*
B Spes eſt) *Spes eſt fore vt cum omne ſemen, &c.*
C Sobrijs) *Arrectis.*
Col. 2. A Occurrentes) *Pergentes.*
D Conſtratum) *Conuolutum.*
Alias verò) Suppletum eſt, *Surſum.*
Fol. 9. c. 1. D Docens nos) *Per iſtud immenſam pulchritudinem ſuam.*

Vigentem) Vide ibid. in margine. Col. 2.
A Decenter) *Per proportionem.*
Indicibilem) *Immenſam.*
C Indicibilem) *Ineffabilem benignitatem.*
Cœlo vagari) *Ad cœlos vſque ſublimis.*
D Dilecti) *Dilectiſſimi.*
A Mane autem) Vide ibid. in marg. Fo. 10. c. 1.
Potentes) *Poteſtis.*
B Securum) *Tutum.*
Diæta) *Vitæque ratione.*
Faciamus) *Conficiamus.*
Sed ne diff.) *Veruntamen ne, &c.* Col. 2.
B Vincamur) *Vt vincamus.*
Bruta & feras) *In hoc brutis & feris diſtamus.*
Quoniam autem ſtrangulanda eſt, &c. Ab hac periodo vſque ad illa verba: Neq; enim temerè, &c. Sic habet Fronto. *Deinde verò cogitationem noſtram coercere ac truculentā illam feram tuam dico, cadere, atq; ad tremendum tribunal reā peragere illamq; docere, ſi adduci poſſit vt inimicis recōcilietur, fore vt bonis ingētibus cumuletur; ſin autē in cōtētione perſeueret grauī ſupplicio puniatur.*
D Internoſci) *Internoſcamur.*
Imo ſi) *Imo licet poſſideamus.*
Poterimus) Omiſſum eſt, *& alijs.*
B Multaque) *Et ante pericula breuem voluptatem præbentes ſtatim auolarunt.* Fol. 11.
B Confundamur) *Inter eos ſimus qui confundentur.* Col. 2.
C Multiſque occ.) *Pleriſque occulta eſſe vellent.*
D Satis enim) *Sufficiebat enim ei.* Fo. 12. c. 1.
B Plauſum) Suppletum eſt, *& fauorem.* Fol. 13. c. 1
C Recuſo) *Detrecto.*
A Inſonamus & oſtendimus) *Inſonemus & oſtendamus.* Col. 2.
Si ſobrij) *Si attenti eſſe voluerimus.*
Aſſimilentur) *Aſſimilantur.*
Equeſtrem ludum) *Circenſes ludos.*
B Diabolo) *Prælio dæmonij aperuiſtis.*
C Vacua in littus) Vide ib. in marg.
Indicibileſque) *Immenſaſq;.*
Nauem veſtram) Vide ibid. in margine.
D Nolo mortem, &c.) *Voluntate nolo, &c.*
A Miſericors) *Benignus.* Fol. 14.
B Ad inferendā) *Ad multam perniciem animæ inferendam.*
Et dilapidamus) Deletā eſt vox *illa.*
Neque iuuenis) *Neque iuuenem pudet ad canorum irritamenta ire.*
Hæc teſtari) *Vos obteſtari.*
D Iterum vt vos) Vide ibid. in marg.
B Admirationem) *Admonitionem.* Col. 2.
C Etiam ſi) *Sed etiam.*
Vellet) *Multis.*
Proficeretur) *Proficiet.*
D Conferre) *Aſcendere.*
A Præfecturas noctis) Vide ibid. in marg. Fo. 15. c. 1.
Videamus) *Videmus.*
A Particulatim) *Sigillatim.* Col. 2.
Omnipotenti) *Solerti.*
Doces) *Doceo.*
Tamen clara) *Tu tamen.*
C Facit) Suppletum eſt, *rurſus.*
D In equeſtri ludo) *In Circenſibus ludis.*
B Quem contriſtare) *Non vt quoquo modo aliquem contriſtaremus.* Fol. 16. c. 1
C Repleti) *Impleti.*
A Quod docens) *Iſtud ipſum docens.* Col. 2.
Bona) *Dona.*
Landatur) *Laudetur.*
Obſeruatione) *Tanta adhibita cautione.*
B Sermo ſuus) *Sermo eius in opus exierit.* Fo. 17. c. 1
Verbum ſuum) *Verbum eius.*
C Sed fabulantur) Vide ibid. in margine.
A Accuſes) *Accuſanda ſunt creatura.* Col. 2.
Deum ob ſuum) *Quaſi ſuperfluū ipſarum accuſans opificiū.*
Miſericordiam) *Benignitatem.*
Innauigabilem) *Immenſam.*
B Miſericordiæ) *Benignitatis.*
B Vellet) *Velit.* Fo. 18. c. 1.

D Incita-

D Incitabulum) *Incitamentum.*
Col. 2. B Damni grauitatem) *Damni.*
Quod proceſſu, &c. *Fore vt perſuadeantur, & progreſſu temporis Chriſto auſcultent.*
Plectere) *Nectere.*
Cogita) Suppletum eſt, *igitur.*
C Hæc omnia) Suppletum, *igitur.*
Maioremque) *Et maiorem noſtri curam ſe gerere oſtendat.*
F. 19. c. 1. D Prius quidem) *Nuper enim.*
Col. 2. B Formauit) *Produxit.*
C Verum illi) *Nihil eorum quæ ſcripturæ verbis continentur intelligentes.*
D Hic Arrianos) *Hic Arrianis lethalem plagam infligit.*
Magnam ſubſtantiæ) *Magnam ſubſtantiæ qualitatem.*
F. 20. c. 1. A Emergant) *Ad ſobrietatem mentis redeant.*
B Reptilibus) *Repentibus.*
C Eapropter) *Idcirco.*
D Effigiare) *Effingere.*
Intermittatis) Suppletum eſt, *ſi forte cedant.*
Loquamini) *Diſputate.*
Scita) *Dogmata.*
Col. 2. A Neque ſic nos) *Nihil enim ſic in veritatis viam induxit.*
F. 21. c. 1. B Mortuum) *Cadauer.*
C Veſtitis) *Indutis.*
Miſericordia) *Benignitate.*
D Concredunt) *Credunt.*
Facere poſſit) *Poſſit reddere.*
Col. 2. A Quamuis) *Quanquam.*
C Præcepto) *Placito.*
Memores) *Meminiſtis eorum.*
Eccleſiaſtica) Deletum eſt, *ſcita.*
D Scitis) *Vidiſtis.*
Pater) Omiſſum eſt, *etiam.*
F. 22. c. 1. A Commemorabimus) *In memoriam reuocabimus dicta.*
B Imperium in illos) *Quod imperium in nos obtineant.*
C Leonibus imperamus) *Leones ſuperamus.*
Admirabilius) Suppletum eſt, *inſolentius.*
Col. 2. A Subſtantiæ ſuæ) *Potentia ſua.*
In tanto pauore) Vide ibid. in marg.
C Dedit) *Reliquit*, idq́ue tertio pro, dedit.
D Dedit) Suppletum eſt, *& rurſus.*
Miſericordiæ) *Benignitatis.*
Diligere) *Conciliare.*
F. 23. c. 1. A Sobrietate) *Attentione.*
C Coërceamur) *Humiliemur.*
D Miſericordia) *Benignitate.*
Col. 2. A Quod qui corporalis) *Eum qui corporalis menſæ*, &c.
Veniat ad ſpirituale) *Ad ſpirituale conuiuium venire.*
B Sobrius) *Vigilans, & attentus.*
C Ita nihil) *Itaque nihil.*
Miſericordem) *Benignum.*
F. 24. c. 1. C Alioqui) *Aliter.*
Col. 2. B Vt ipſa formandi) Vide ibid. in marg.
Qui dominentur) *Quinam.*
D Neque tantum) *Neque enim.*
F. 25. c. 1. A Miſericordiam) *Benignitatem*, Idem eſt littera B. ſecundo.
C Terra ſuppeditante) Suppletum eſt, *ad hæc alenda.*
D Quoniam) Suppletum eſt, *enim.*
Col. 2. A Sedet feræ) Suppletum eſt, *& immunda, & milui.*
B Quare hoc) Omiſſum eſt, *& hoc.*
D Complectitur) *Complexa eſt.*
Opera ſua quæ fecit) Poſt hæc verba textus ſcripturæ, ſuppleta ſunt hæc ſequentia: *Conſidera quomodo ſemel & iterum idem dicit, vt diſcamus quod intra ſextũdiem abſoluta ſint omnia*, & perfecit, inquit, &c.
F. 26. c. 1. A Miſericordiam) *Benignitatem.*
C Dum totum gubernat) Vide ibid. in marg.
Miſericordiæ) *Benignitatis.*
D Cibo) *Doctrina.*
Col. 2. A Vt autem plenius) Vide ibid. in marg.
B Vidiſtis) *Vidiſti.*
Vos) *Nos.*
Perpetuo certamine) *Perpetua ſollicitudine.*
Et malignit) *ac malign.*

C Miſericordia) *Benignitate.*
D Quod erudiens) Vide ibid.
Diſcere hoc licet) *Atque vt hoc intelligatis de die ac nocte, hoc eſt, de luce ac tenebris ſermonem inſtituamus.*
A Verſionibus) *Conuerſionibus.* F. 27. c. 1.
D Miſſionis) *Remiſſionis.*
Occurrite) *Occurratis.*
Adducite) *Adducatis.*
B Faciunt) *Afferunt.* Col. 2.
Pauperrimis) *Valde pauperibus factus eſt pauperior.*
C Et hic multum) Vide ibid. in marg.
D Dic mihi) *Dic enim.*
A Dolor) Suppletum eſt, *ſit futurus.* F. 28. c. 1.
D Valetudinarius) *Aeger.*
Bona frui valetudine) *Statim bonam valetudinem recepiſſe.*
A Miram affectionum calcationem) *Mirum affectionum contemptum.* Col. 2.
B Declarauit) Suppletum eſt, *quotidie.*
C Quia autem) Vide ibid. in marg.
B Alia) *Alias.*
A Quibus ſumpto) Omiſſum eſt, *corporali cibo*, & ſuppletum eſt, *ob prius receptam conſuetudinem.* F. 29. c. 1. Col. 2.
D Conſideranda) *Excipiunt.*
B Dei gratia) *Deus gratia.*
D Tantum ferentem) Vide in marg. F. 30. c. 1.
A Quod quaſi) *Qui quaſi.*
B Operationem) *Eſſentiam.* Col. 2.
A Sermonis orbita) *A ſermonis impetu abreptus.* F. 31. c. 1.
Puluerem) Vide in marg. & ibid. B.
B Si potentiam) *Niſi potentiam conditoris attenta mente conſiderare voluerimus.*
C Innitimur) *Initiamur.*
Redire) *Aſcendere.*
Puluerem) Vide in marg.
D Miſericordiam) *Benignitatem.*
Puluerem) Vide in marg.
A Vtitur) *Vſus eſt.* Col. 2.
Datum eſſe) Vide in marg.
D Arduitatem) *Sublimitatem.*
Miſericordia) *Benignitatem.*
A Hæc) *Hoc.* F. 32. c. 1.
Viderit) *Videre poteſt quiuis.* Col. 2.
B Alij autem) Suppletum eſt, *contra.*
Spiraculum) Vide in marg.
B Hortum) *Paradiſum.* Idem ibid. adhuc bis pro, *hortum* legit *Paradiſum.* F. 33. c. 1.
C Benignus) *Miſericors.* Col. 2.
Opifex) *Creator.*
Copia) *Securitate ac licentia.*
B Miſericordia) *Benignitate.* F. 34. c. 2.
A Et quando) *Et poſtquam omnia illis.* Col. 2.
C Aſtantium) *Aſtandam.*
C Quorum vna) *Nam quoniam vna eſt vtriuſque eſſentia, idcirco indiſcriminatim tribuit ſcriptura eandem appellationem*, &c. F. 35. c. 2.
A Honoris) *Hominis.* Col. 2.
B Domini) *Patris.*
D Adiutricem) *Adiutorium.*
A Producendum erit) *Producendus erit adiutor ſibi ipſi congruus.* F. 36. c. 1.
A Sapientiam) *Potentiam.* Col. 2.
C In illius) *Ad illius clementiæ portum appulſuri.*
C Adiutorium) *Adiutorem*, Idem ibid. ſæpius. F. 37. c. 2.
A Omnia a ſe facta) Vide ibid. in marg. Col. 2.
B Videte) *Vide quam accurata ſit, & eximia doctrina.*
Supplebat) *Suppleret.*
Miſericordiam) *Clementiam.*
D Vnde & hanc) *Ecce igitur.*
A Glorificantes) Vide in marg. F. 38. c. 1.
D Alius quidam) Vide in marg.
B Miſericordiam) *Benignitatem.* Col. 2.
D Miſericordiam) *Clementiam.*
A Affectionum) *Si quas affectiones quæ nos perturbant.* F. 39. c. 2. Col. 2.
A Omnes enim) *Quæ omnes locupletat, & in nullo imminuitur, ſed & augetur.*

B Miſericordiam) *Benignitatem.*

D Prudentiſſima) Vide in marg.

F. 40. c. 2. C Protoplaſtum) *Primigenium hominem.*

Col. 2. B Dignaretur) *Dignabitur vim.*

F. 41. c. 1. C Maioris) *Pluris.*

Col. 2. B Indicibili) *Immodica.*

Mentis) *Motu.*

F. 42. c. 1. B Per vnum) Vide in marg.

Col. 2. B Signum cognit.) *Signum cognoſcendi bonum & malum ipſum vocarit.*

F. 43. c. 1. B Protoplaſtus) *Primigenius.*

Col. 2. A Miſericors) *Benignus.*

Mentem colligite) *Attendite, & cum timore dicta auſcultate.*

Iudicem(*Terrenum iudicem.*

B Miſericordiam(*Clementiam.*

C Miſericordiæ) *Clementia.*

D Poterat) *Poſſet.*

F. 44. c. 2. B Volui te) *Volui vos.*

C Et illum) *Et reum.*

Col. 2. B Ne ſoli) *Vt ſoli mulieri culpam non adſcribas.*

C Mulier) Vide in marg.

D Decepit me) *Vide namque inimicus,&c.*

Conſcius) Sequitur: *vt ſuam declaret miſericordiam ad illorum,&c.*

F. 46. c. 1. B Miſericors) *Benignus.*

D Tantum) *Tantam Deus triſtibus illis infeuit lætitiam, & voluptatem.*

Col. 2. A Miſericors) *Benignus.*

Et ſicut(*Et ſicut vita.*

B Etiam ferme) *Siquidem ferme.*

D Malitiam) Vide in marg.

F. 47. c. 2. D Miſericordiam) *Benignitatem.*

F. 48. c. 2. D Miſericors) *Benignus.*

Col. 2. C In fundo) *In fundo abſcondita.*

D Meditationem) *Exercitationem.*

Et hæc duo) Vide in marg.

F. 49. c. 1. B Horto) *Paradiſo.*

Modeſtiæ) *Humilitatis.*

Subſtantiam) Suppletum eſt, *corporis.*

Ex qua) Suppletum eſt, *Ab initio.*

Miſericordiæ) *Benignitatis.*

C Qui hominis) *Nam quoniam hic hominis vt plurimum mos eſt, vt dum bonis fruimur, ipſis vt oportet vti, neſciamus, illorum priuatione emendamur.*

Cæpimus) *Incipimus.*

D Miſericors) *Benignus.*

Col. 2. D Animæ) *Conſcientiæ.*

F. 50. c. 1. B Obſerua) Suppletum eſt poſt, (quomodo) *nobis pientiſſima illius mens ſignificatur.*

D Notis) *Maculis.*

Col. 2. B Miſericordiæ) *Benignitatis.*

C Miſericordiam) *Benignitatem.*

Benignitate) *Bonitate.*

F. 51. c. 1. B Miſericordiam) *Benignitatem.*

Peruerſitas) *Diuerſitas.*

Exempla) Suppletum eſt poſt illud, exempla: *Neque enim ad ignorantiam deinceps quiſquam noſtrum confugere poterit.* Nam ſi cain,&c.

D Miſericordiæ) *Benignitatis.*

F. 52. c. 1. A Vulgari) *Naturali.*

B Miſericordia) *Benignitate.*

C Miſericors) *Benignus.*

Col. 2. C Malitiam) *Mortalitatem.*

D Vt omnes) *Vt & omnes.*

F. 53. c. 1. A Deſperabit) Vide in marg.

Pœnas) Vide ibid.

Col. 2. B Primum inuidet) Suppletum eſt hoc modo: *Primum inuidet ipſi quod Deo ſit gratus, quod ſolum ſi adfuiſſet ad accerſendum illi exitium ſuffeciſſet. Secundo fratrem fratri ſuo inuidet.* Tertio,&c.

C Ignorans) *Ignoret.*

F. 52. c. 1. C Miſericordia) *Benignitate.*

Col. 2. B Peperit) Vide in marg.

C Deteriores) *Inſtituuntur.*

F. 55. c. 1. D Prudentia) *Probitas.*

B Miſericors) *Benignus.* Col. 2.

Solitudine) *Sic in tranquillitate viuit.*

C Contenta) Suppletum eſt, *Mater.* F. 56. c. 1.

A Inuocando(Vide in marg. Col. 2.

A Ineffabilibus) Vide in marg. F. 57. c. 1.

B Vt ibi) *Ac ibi accipis.*

D Miſericordia) *Benignitate.*

D Miſericors) *Benignus.* F. 58. c. 1.

Annis) Vide in marg.

A Paternos) *Paterna lineamenta.* Col. 2.

B Miſericordiam) *Benignitatem.*

C Cohabitantium) *Coniugum.*

D cum illa agit) Suppletum eſt, *Quæ ſuarum ſunt partium exequitur.* Nam datur illi,&c.

Inuocando) Vide in marg.

Abaui) *Proaui.*

C Naturæ eſt) *Natura erat.* F. 59. c. 1.

D Miſericordiam) *Clementiam.*

Mentibus) *Humanis cogitationibus obſequi.* Col. 2.

C Nominationem) *Appellationem.*

Miſericordiam) *Benignitatem.*

D Omnipotentem) *Solertis ſua ſapientia cuncta diſpenſat.*

Abolitionem) *Eius abſtinentiam & perditionem.*

A Prementibus) Vide in marg. F. 60. c. 1.

B Et diſplicentē) *Et cōtra quā omnes agebāt,* virtutis,&c.

Miſericors) *Clemens.*

C ceſſantem) *Cunctantem.*

Mulierem) *Vxorem.*

D Neque) *Et neque.*

A Patres) *Antiquos Patres.* Col. 2.

B Vt mœror) *Vt quod moleſtiam adfert emendetur.*

Et fiduciam) *Et ſubuertant.*

C Cum tamen in corpore) *Atqui quidem cùm eſt corpus curandum, & ſanandi morbi corporis magnam neceſſe eſt pecuniam impendere.* Nunc in medicos,&c.

D Temporum) *Anni tempeſtatum.*

A Te ſibi accipiat) *Tibi concilietur.*

Ineffabili) *Immenſis opibus abundabis.* F. 61. c. 1.

Vt igitur) *Si ergo amabiles fieri Domino volumus.*

Iam nō ad ornatū) *Iam nō ornatū corporis tanti faciamus.*

B Miſericordis) *Benigni.*

Miſericordia) *Benignitate.*

C Vegetior eſt) *Vegetior inuenitur.*

A Studioſis) *A ſtudioſorum conſuetudine.* Col. 2.

Ne ſis cum multis) *Non eris cum pluribus.*

Tanta domeſtica) *Spontanea tanta illi erat.*

C Quid ego nouum) *Cur ego nouum.* Ibidem deletum eſt poſt illud (Aduerſarius) *eſſem.*

Suſtineat) *Suſtinebit.*

D Tollerantiam) *Summam eius toller.*

D Vir deſideriorum) Suppletum eſt, *conſpecta angeli præſentia.* F. 62. c. 1.

A Apprehendendo) *Sectando.* F. 63. c. 1.

B Intempeſtiua) *Immatura.* Col. 2.

C Miſericordem) *Clementem.* F. 64. c. 1.

D Quanto iuſtius) *Multo iuſtius.*

D Multitudine) Vide in marg. F. 65. c. 1.

C Et ſcimus quos vos) *Ac ſcio quidem quod vos.* F. 66. c. 1.

D Euocauit) *Excitauit.* F. 67. c. 1.

Plagam) *Lethalem diabolo plagam infixit.*

D Miſericordem) *Clementem.* Col. 2.

D Dimiſit illum) Vide in marg. F. 68. c. 1.

D Miſericordiam) *Benignitatem.*

B Sobrij ſitis) *Sobrij ſimus.* Col. 2.

Sequamini) *Sequamur.*

Veſtram) *Sed noſtram vitam quotidie excutiamus, videamuſque,&c.*

D Huius gratia) *Huius rei gratia.* F. 69. c. 1.

Miſericordiæ) *Futura benignitati.*

C Docens nos miſericors) *Docens benignus Deus.* F. 71. c. 1.

C Miſericors) *Benignus.* Col. 2.

A Pœnam effugerent) *Euaſuri eſſent.* F. 72. c. 1.

C Miſericordiam) *Clementiam.* Col. 2.

A Miſericordem) *Clementem.* F. 73. c. 1.

B Reuocat) *Et appropinquat.* F. 74. c. 1.

Finem) *Ad ſummum.* Idem 2.

C Miſericors)

Digitized by Google

C Miſericors) *Benignus.*
D Miſericordiam) *Clementiam.*
Col. 2. A Miſericordiæ) *Clementia.* Idem ibid. C
D Bonorum) Suppletum eſt: *attamen.*
F. 75. c. 1. A Miſericors) *Benignus.*
Miſericordia) *Clementia.*
Col. 2. B Protoplaſtus) *Homo primigenius.*
C Miſericordia) *Clementia.*
F. 76. c. 1. C Itaque quia) *Itaque quia communi & integra,* purificatione, &c.
F. 77. c. 1. A Et cum pauor) *Et cum incertitudo ſit multa, & immineant infortunia,* repulſis, &c.
Col. 2. Miſericordiam) *Benignitatem.* Idem col. 2. A
C Miſericordiam) *Clementiam.*
Propter hanc) *Propter hoc.*
F. 78. c. 1. A Quærens) Vide in marg.
C Miſericordia) *Benignitas.*
F. 79. c. 1. C Vtique fuiſſet) Poſt hæc verba ſuppletum eſt: *Atque vt hoc eſſe verum ſcias,* poſtea, &c.
D Siccum) *Surculum.*
Col. 2. A Miſericordiam) *Clementiam.*
F. 80. c. 1 A Quæ de illo) *Quæ ad illum attinent.*
Polliciti ſumus) Suppletũ eſt, *Quid dico finem imponere.*
Porro ſi nos naturam) *Porro ſi nos voluerimus.*
Col. 2. A Miſericordiæ) *Clementia.*
D Miſericordiam) *Beneuolentiam.*
F. 81. c. 1. A Miſericordis) *Clementis.*
F. 82. c. 1. A Miſericors) *Benignus.*
Col. 2. A Miſericordiam) *Benignitatem.* In hac eadem Homilia aliquoties loco miſericors vel miſericordia legitur, *Benignus,* vel *benignitas,* vel *clementia.*
F. 85. c. 1. A Candidi) *Beneuoli.*
B Rationem) *Sermonem.*
A Miſericors) *Benignus.*
Col. 2. B Capere poſſitis) Suppletum eſt: *Atque ita progreſſu temporis cæteros etiam docere.* In hoc enim, &c.
C Confert) *Conferet.*
Facit) *Efficiet.*
Erudimur) *Docemur.*
D Miſericordiam) *Benignitatem.* Idem ib. 2. & ſæpius hac hom. ac etiam vertit *Clementiam*
Indicabimus) Indicem.
Statuam) *Statuo.*
F. 86. c. 1. A Veriſimile erat) Suppletum eſt: *Itaque quia veriſimile erat beatum hunc, & paruam ob pluuiam,* formidaturum, &c.
Miſericors) *Benignus.* Idem aliquot. hac eadem ho.
B Subiunxit) *inuexit.*
Benignus) *Bonus.*
C Et videtur) Vide in marg.
Col. 2. A Apparuerit) *Apparebit.*
F. 87. c. 1 B Formoſitatem) Suppletum eſt, *Rurſus.*
C Tres illi) Vide in marg.
Col. 2. B Durare) *Sufficere.*
D Fidem) *Doctrinam.*
F. 89. c. 1. B Sibi miniſtrabant) *Ipſi miniſtr.*
C Venitis) *Venietis.*
D Diuina Biblia) *Diuinos libros.*
Col. 2. A Redeant) *Recedant.*
B Ebrietate) Vide in marg.
F. 90. c. 1. A Omino Abelis) *Omnino Abel,* inter oblatas, &c.
C Horreſcito) *Contremiſce.*
D Non omnino) *Plus poteſt.*
Col. 2. C Beneuolentiam) *Probitatem.*
D Mox curarunt) *Mox id vnum curarunt, vt factum primum emendaretur, & honore genitor afficeretur.* Facieſque illorum.
F. 91. c. 1. C Operatur) Suppletum eſt: *Ea qua operatur ac licet,* recalcitret.
D Accidiſſet) Suppletum eſt: *Scriptura vtique non obticuiſſet, ſed ſignificaſſet nobis.*
Col. 2. B Temeritate) Vide in marg.
F. 92. c. 1. D Propter puerum) *Per filium.*
F. 93. c. 1. D Plures horæ) Vide in marg.
F. 97. c. 1. D Pernicioſis) *Periculoſis.*
Col. 2. A Nihil quantum) Vide in marg.

C Quare non imperando) Vide in marg. F. 98. c. 1.
D Hic fuit) *Venit.*
B Voluntarius) *Fidelis.*
D Germane) *Beneuolè.* Col. 2.
A Legem ſciuit) *Legem nouerat.* F. 99. c. 1.
Audiuit) *Legerat.*
Gratitudinem) *Probitatem.*
Dixit quod reliquerit) *Vt relinqueret omnia, & cognationem & domum, & reliquit. Dixit vt iret in terram quam neſciret, nec recuſauit.* Promiſerat, &c.
B A Iuſtitia) *A iuſto.*
Erant duo fratres) *Cùm propoſiti ei eſſent duo fratres, ipſe iuſto adhærebat. Quanta hoc ipſum prudentia fuit,* dijudicare, &c. F. 99. c. 1.
C Diſſecat) *Abrumpit.*
B Attamen) *Fortaſſe.* Col. 2.
Latitudinem) *Longitudinem.*
A Plurimus) *Multus & immenſus in iis quæ paulo ante ſunt lecta theſaurus latet, dilectiſſimi,* & opus eſt. 100 col. 2.
D Nihilominus etiam) *Non enim mediocre arg.*
B Domicilium haberet) *Vbi domicilium ipſum collocare conueniret,* Bonus Dominus. 101. col. 1. Col. 2.
B Pueris) *Liberis.*
Vt domos ædificent) *Vbi cum germanus, & ſinceris amicis verſantur, & colloquuntur, multi quoque ſæpe etiam,* ciuitates, &c.
D In nomine eius) *In nomine Domini.*
B Propter eum) *Præcipuè vero metuebat ſuper Dei promiſſione, propterea dicit, te autem ſeruabunt. Dic igitur ſoror eius ſum.* Miſerabilia, &c. F. 102. c. 2.
D Vere coniugium) *Hoc verè eſt coniugium.*
D Patientiæ) *Potentia.* F. 103. c. 1.
D Vt virorum fortiſſimos) *Tanquam ſtatuas.*
A Omnium) Suppletum eſt, *noſtrum.* Col. 2. F. 104. c. 1.
D copia) *Licentia.* F. 105. c. 2.
Etiam omnes) Vide in marg.
B Liberabis) Vide in marg. F. 106. c. 1
C Præſidijs) *Aggeribus.* F. 107. c. 2
D Facti genus) *Facta eius.*
B Adiutus illius) Vide in marg. F. 108. c. 1 Col. 2.
Renuentes dare) Omiſſum eſt, *dare.*
D Gloriam) *Liberalitatem.*
C Miſericordia) *Benignitate.* F. 109. c. 2
D Indicibilem) *Innumerabilem.*
A Gratitudinem) *Probitatem.* F. 110. c. 1
C Peritia) *Lectio.* Col. 2.
D Semper negligi) *Vmquam negligatur.*
C Animi ſui) *Animi eius.* F. 111. c. 2.
A Permittis) *A rubigine aurum & argentum conſumi,* quæ oportebat, &c. F. 114. c. 2
D Ab initio) Vide in marg.
B Miſericors) *Benignus.* F. 115. c. 2
A Docebat) *Docebatur.* F. 116. c. 1.
B Panes & vinum) Vide in marg.
B Dictis tuis) Vide in marg. F. 118. c. 2.
A. 119 A. Actus qui fiebat) *Quæ contigerat eſtaſis.* F. 119. c. 1.
Magna reuerendum) Vide in marg.
B Sarcina multa) *Apparatu multo.* Idem ibid. C.
D conuerſus) *Nutritus.* Idem ibid. D.
A Iuxta genera) Vide in marg. F. 120. c. 1
D Quiſque) *Cuiuſque.*
D Impoſſibile enim) Vide in marg. Col. 2.
B Modi tranſgreſſionem) *Modici vſus exceſſum.* F. 121. c. 1.
C Arcis) *Ianuis.*
Miſericordia) *Benignitate.*
B Supra quam) Vide in marg. Col. 2.
Beneuolentiam) *Probitatem.*
C Pueros) *Liberos.*
D Sterilitatis) *Orbitatis.*
B cohabitaſſet) Suppletum eſt, *Abraha.* F. 122. c. 1
D Pueros) *Liberos.*
B Longanimitatis) *Aſſiduitatis, & perſeuerantia.* Col. 2.
B Familiarium) *Famulorum.* F. 123. c. 1.
D Superna prouidentia) *Supernum auxilium.*
Miſericordiam) *Benignitatem.*
B Gratitudinem) *Probitatem.* F. 124. c. 1.

D Probauit) *Exaudiuit.*
Col. 2. B Affictionem tuam) *Humilitatem tuam.*
Itaque) Omiſſum eſt, *dilecti.*
C Quæ occurrunt) Vide in marg.
Non finit) *Non ſinit illas externas, aut* quæ quotidie, &c.
D Nihil difficile) Vide in marg.
F. 125. c. 1 A Miſericordia) *Benignitate.*
Dilecti) *Dilectiſſimi.*
B Vult nos) *Volens nos.*
Eminentiam) *Inſignem.*
Miſericordiam) *Benignitatem.*
D. Mente claudicemus) *Mentem diuidamus.*
Col. 2. A Quæ nunc) *Hæc autem nunc.*
Miſericors) *Benignus.*
Conſolatio) *Diuina prouidentia.*
Statim ſubdium) Suppletum eſt, *à Deo.*
B Miſericorde) *Benigno.*
Vidiſti) *Viderat.*
Iuſti virtus) *Iuſti virtutem clariorem factam eſſe, & illuſtriorem.*
D Gratitudo) *Probitas.*
Miſericordia) *Benignitas.*
F. 126. c. 1 B Miſericordiam) *Condeſcenſionem, & erga famulum ſuum curam obſtupeſcens,* animoque, &c.
Miſericordiam) *Virtutem.*
C Liberalitatem) *Benignitatem.*
Col. 2. C Proinde in) Vide in marg.
F. 127. c. 1. A contineant) *Continerent.*
D Pueri enim) *Puer enim immaturus cum ea quæ ſunt ignorat, neque ſenſum eorum habet, quam inde in anima ſua vtilitatem accipere poterit.*
Col. 2. B Et prius) *Et primum.*
Et quemadmodum) Vide in marg.
C credamus) *Precamus.*
D Miſericordia) *Benignitate.*
F. 128. c. 1. A Quem) Suppletum eſt, *fecit.*
Ille enim licet) *Illa enim cùm frigida factæ fuerint,* parem, &c.
C Domine tibi) *Elemento tibi addito.*
Col. 2. B Viuat) Suppletum eſt, *coram te.*
Miſericors) *Benignus.*
F. 129. c. 1. A cum gratitudine) *Cum gratiarum actione.*
B Quandoquidem ſemper) *Quandoquidem propheta iſte, non mediocriter intervallo illo tempore aduerſis rebus exercitus eſt, quamuis ſemper aduerſa temperarentur proſperis.* Vniuerſorum enim Deus, &c.
C Miſericors) *Benignus.*
Potiuntur) *Patiuntur.*
D Qui mentis noſtræ, &c. Vide in marg. vbi vide quæ interſeruntur, relictis illis quæ ibi ſunt in contextu vſque ad illa: neque ſic noſtra, &c.
Tractat) *Molitur.*
Col. 2. C Miſericordiam) *Benignitatem.*
D Quippe cum) Suppletum eſt, *Benignus.*
Indicibili miſericordia) *Ineffabili benignitate.*
Ingrati) Ingrati facti ſuperabant.
Atqui nos) *Nos verò cùm ſemel ſuſcepimus.*
Corrigamus) *Diſpenſemus.*
F. 130. c. 1 B Miſericordia) *Benignitate.*
C Horrendæ) *Tremenda, terribiliſque menſa.*
D. Noſtros) *Lapſos.*
Col. 2. D Miſericordiam) *Humanitatem.*
F. 131. c. 1. D Miſericordiam) *Benignitatem.*
Col. 2. A Opus faciebat) *Hoc ſummo ſtudio curabat, &,* neque ſenectus, &c.
C Quomodo) Suppletum eſt, *autem.*
D Miſericors) *Benignus.*
Venientis) *Prætereuntes.*
F. 132. c. 1. C Glorioſior) *Illuſtrior.*
D Aſſatorum) *Obſoniorum.*
D Vocans) Vide in marg.
F. 134. c. 1. A Miſericordia) *Benignitate.*
Declarauit) *Exhibuit.*
B Vicinorum) Vide in marg.
Col. 2. D Miſericordiam) *Clementiam.*
Obſequela) *Condeſcenſione.*

B Magna hæc eſt) *Magnum hoc eſt virtutis incrementum.* F. 135. c.
C Alleuietur) *Subleuetur.* F. 136. c.
B Grauitas) *Copia.*
Obſequelam) *Condeſcenſionem.*
C Sodomitis) *Sodomitarum gentem.*
D Miſericordia) *Bonitate.*
B Propter ipſum) *Propter illos.* Col. 2.
C Promptus ſum) Suppletum eſt, *Et ad eripiendum è calamitatibus,* propter meipſum, &c.
D Miſericordiam) *Clementiam.*
Toti multitudini) Honore afficit, *& toti multitudini æquiparat.*
A Miſericordiam) *Clementiam.* F. 137. c.
C Cleum) Vide in marg.
Sed ſuper naturam) *Sed videre erat omnia præter naturam euenire.*
A Videns) *Videre ſe exiſtimans.* Col. 2.
B Sumptus ille) Vide in marg.
A Miſericorſque) *Et clemens.* F. 138. c. 1
Facientes) *Facturi.*
B Aduertantes) Prætereuntes.
Habitabant) *Habitant.*
C Intra caueam) *In ſtadio.*
D Qui ſua deſidia) Qui ſua deſidia perijt.
Neque ſi pater) Suppletum eſt, *neque ſi mater.*
Quid dico) Suppletum eſt, *frater.*
B Intra caueam) *In ſtadio.*
D Audiamus) Suppletum eſt, *attentè dilectiſſimi.*
A Officium noſtrum) Suppletum eſt, *Quid aiis officium te tuum feciſſe.* Amiſiſti, &c. F. 139. c. 1.
B In plateis) *In platea.*
Et nos) Suppletum eſt, *omnes.*
C Dilecte ne) *Chariſſimi.*
D ſed omnem artem) Omiſſa ſunt ſequentia: *ſed omnem artem ſuam profert.*
Habet excuſationem) *Habeat excuſationem maiorem, eo quod nihil omiſerit, quod ad ſe pertineret.*
A Infallibilem) *Inſomnem.* Col. 2.
B Modeſtiam) *Humilitatem.*
Furore) *Iracundia.*
C Nuptialis congreſſus) *Nuptiales congreſſus.*
Ille quidem) Omiſſum eſt, *filius.*
D Quam igitur) *Qualem igitur habebimus excuſationem.*
B Veritatis) *Virtutis.* F. 140. c. 1.
C Iudicandi authoritatem) *Numquid etiam & iudicium iudices.*
D Quia enim egrediens) *Nam quoniam egreſſurus.*
B Miſericordia) *Benignitate.* Idem ibid. c. D. Idem, fol. 142. col. 1. D. F. 141. c. 1
D Dementis) *Peccatis.* F. 142. c. 1. Col. 2.
A Plurimum) *Summum.*
C Miſericordiam) *Benignitatem.* Idem 2. hoc eadem hom.
B Prudentiam) *Probitatem.* F. 143. c. 1.
Miſericordiam) *Clementiam.*
D Fulmen) *Fulgorem.*
B Honeſtat) *Obtegit.* F. 144. c. 1. Col. 2.
C Miſericordiam) *Benignitatem.* Idem, hac Hom. F. 146. c. 1
D In periculis) *In tentationibus in quas incidunt.*
B Miſericordis) *Clementis.* F. 148. c. 1
D Gratiam) *Beneuolentiam.*
Miſerator) *Miſericors & benignus.*
A calamitatum) *Calamitates.* Col. 2.
B Diuina gratia) *Diuino auxilio.*
Gratia Dei) *Diuinum auxilium.*
Eius gratiam) *Si eius beneuolentiam nobis conciliauerimus.*
Gratia Dei) *Auxilium diuinum.*
B Tumultuabatur) *Properabat.* F. 149. c. 1.
D Manſuete) *Aequo animo.*
Deſpexit) *Suſpectum habuit.*
Sicut enim) *Et quemadmodum.*
Vide) *Reſpice.* Col. 2.
C Miſericordia) *Benignitate.*
D Præferendum) *Præferri ſuſtinuit.*
A conſolationem) *Voluptatem.* F. 150. c. 1.
D cur hoc) *Quid hoc eſt.*

Digitized by Google

Col. 2. A Miſericordem) *Clementem.*
B Pueros) *Seruos.*
Pueris) *Seruum.*
Impoſiturus) *Mactaturus.*
F.151.c.1. C Innotuiſti) *Notum enim feciſti.*
Præcepti) Vide in marg.
D Miſericordiam) *Clementiam.*
D Implcamus) *Implemus.*
F.152.c.1 B Atque hoc aſſignauit) *Hoc quoque ſignificauit.*
Col. 2. B Et ſecure) Vide in marg.
Transferimus) *Pergunt.*
C Curaturus) *Curatus.*
Sinus) *Simon.*
F.153.c.1 C Animatus) *Confidens.*
Col 2 C Miſericors) *Benignus.*
F.154.c.1 D Miſericordiam) *Benedictionem.*
Acceperat) Suppletum eſt, *ab hero ſuo.*
Verba illa) *Conditiones illa qua tabulis inſeruntur,* ſi abſque liberis, &c.
F.155.c.1 C Mititas) *Modeſtia.*
Miſericordia) *Benignitate.*

VARIÆ LECTIONES FRONTONIS DVCÆI

in 49. Homilias in Pſalmos, quæ incipiunt Tomo I. fol. 275.

F.275.c.1 B Ante pſalmum tertium poſitus eſt titulus pſalmi hoc modo: *Pſalmus David cum fugeret à facie Abſalon filij ſui.*
F.276.c.1 C Pugnus) *Colaphus.*
Col. 2. D Alto ligno) *Arbore ſublimi.*
Ab arbore) *Planta detinebatur.*
Inſurrectorem) *Rebellem.*
F.277.c.1 A Inſurrectori) *Rebelli.*
B Inaudiamus) *Inuadamus.*
Dicam) *Diſcam.*
D Admonitionem) Suppletum eſt, *valde vtilem.*
Col. 2. C Sicut & meipſum) Suppletum eſt, *in continentia.*
F.278.c.1 A Ita de victu) *Ita qua ad hanc vitam pertinent, deſpicit,* ita apud ipſum, &c.
C Ita etiam) *Ita enim.*
F.279.c.1 C Cum lenitate) *Cum lenitate fit, nec aduerſus inimicos,* quemadmodum, &c.
D Ceſſauerit) *Loqui deſierit, ei applaudere, laudare, admirari non ceſſant.* Talem nos, &c.
F.280.c.1 A Etenim) *Et enim.*
F.281.c.1 A Scit dare) Suppletum eſt, *Et quando dare, & quid dare oporteat.* Nam Paulus, &c.
Perfectionem decretorum) *Sublimia dogmata.*
B Ratio quam) *Cogitatio quam obſedit, & occupauit vitium, obtenebrat mentem, & excæcat.* Quocirca, &c.
Col. 2. A Occide) *Torque.*
F.282.c.1 A Quod illic dependet momentum) *Et plurimum illinc præſidium.*
C Exigit) Suppletum eſt, *vt in eo confidamus.*
D Philoſophiam) *Philoſophari.*
Col. 2. D Illa non accipimus) *Hic retributiones non accipimus.*
F.283.c.1 D Quoniam teſtes) *Quotieſcunque teſtes præbemus diuinæ potentiæ,* &c.
Col. 2. A Etiamſi nolumus) *Etiamſi nolitis admittere, & poëtas prorſus eiicit.*
Iuppiter) Suppletum eſt, *Et eius deleta eſt ſubſtantia.*
F.284.c.2 D Singulariter in ſpe conſtituiſti me) Poſt hæc verba ſuppleta ſunt vſque ad finem homiliæ, ſequentia: *Hic verò finem dicendi faciam, cum abundè, opinor, propoſitas quæſtiones ſoluerimus, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.*
F.285.c.1 A Scripturas) *Tabulas.*
C Curam) Suppletum eſt, *multam.*
Col. 2. A Hanc vero) Suppleta ſunt: *manifeſtè declarauit dicens,* Quæcunque, &c.
C Et cùm eos ſic compoſuiſſet) *Et quod eximium eſt, & admiratione digniſſimum, cùm eam ſic exornaſſet,* non venit gloriam, &c.
A Pugnare) Omiſſum eſt, *neceſſe.* F.288.c.2
A Vlcus omnino) *Omnino ſanari vlcus oportet.* F.290.c.1
C Excitata) *Exorta.*
Excitaueris) *Accenderis.*
Excitatur) *Accenditur.*
A Neceſſe eſt) *Operæpretium eſt, vt narrationem aggrediamur.* F.292.c.1
Quis eſt ergo) *Quis ergo ſit hic.*
C Amico) *Socio.* Col. 2.
A Noſti) *Vides prudentiam viri.* F.293.c.1
Admiratus) *Laudans.*
D Quomodo non) Suppletum eſt, *non admodum inuidiosè.*
B Fugeret) Suppletum eſt in ſequenti periodo, *meritò.* Col. 2.
Lampadem) Suppletum eſt, *virtutis.*
A Bonum quidem) *Præclarum quidem.* F.294.c.1
B Putabis eo) *Putabis te, qui ne tantillum quidem paſſus es.* Neque enim, &c. F.295.c.1
C Audes) Suppletum eſt, *De domino.* F.296.c.1
D Quis te accuſauit) *Quis porrò proximum non accuſauit.* F.297.c.2
C In facie) *A cuius frigoris facie nullus,* ſuſtinebit, &c. F.298.c.1.
C Diſcerpitur) Suppletum eſt, *cruciatur.* F.299.c.1.
D Qui viuit in ſcelere) *Qui ſcelerate viuunt.*
Suſtinea) *Suſtineant.*
Humi procumbens) *Deorſum inclinatus.*
Vel ipſo aſpectu) *In ipſo aſpectu caliginem ferens, conſcientia condemnationis iudicium vultu denuntians,* nec valens tegere, &c.
D Vt quæ parentum) *Sin autem corrupta, parentum naturam imitantur,* ita etiam in cogitationibus, &c. Col. 2.
Maxime auarus) Suppleta ſunt ſequentia: *Se iam viderit eſſe prouectæ ætatis, neque luxuriæ ſuæ præſentia bona ſufficere* ad fruendum, &c. F.301.c.1.
C Alius Epinicion) *Alius triumphale.*
A Facultatem) *Securitatem.* F.305.c.2
A Alius Epinicion) *Alius triumphale.* F.306.c.2
D Priorem) *Puriorem.* F.307.c.1
B Rerum) Suppletum eſt, *proſperos.* F.310.c.1
D Higaion ſelach) *Engaonſel.* Col. 2.
Corrigamur) Suppleta ſunt ſequentia: *Et multam in Chriſto Ieſu virtutem exhibeamus, cui gloria, imperium, in ſæcula ſæculorum. Amen.* F.313.c.1
C Alius Epinicion) *Alius triumphale.* F.314.c.2
D Fornax) Omiſſum eſt, ſecundo additum, *fornax.*
C Mundus) *Ornatus.* F.316.c.2
B Exaltati filij hominum) *Parui empti filij hominum.* F.317.c.2
A Futuri ſupplicij) Suppleta ſunt ſequentia: *A quo vtinam liberemur omnes, & qui docemus iſta, & qui diſcimus in Chriſto Ieſu Domino noſtro, quem decet omnis gloria, & adoratio in ſæcula ſæculorum.* F.318.c.1
C Exultationem) Suppletum eſt ſecundo, *& exultationem.* F.319.c.1
Adoptatio) *Exultatio.*
B Funda in manu) *Fundam in manu ſumunt paſtores.* F.342.c.1
Quænam igitur audita ſunt) *Quænam eſt ergo obedientia.*
C A terra liberat) *A terra liberat corporis, & amore ſapientiæ afficit,* vt res omnes, &c.
D Conſtruxit) *Oppoſuit.*
B Sanctificat) Suppletum eſt, *Et.* Col. 2.
B Licet ſimiles) Loco huius periodi ſic habet Fronton. *Etſi miles ſis, aut ſedeas in iudicio, poteris hoc ipſum facere: Licet etiam ſine voce pſallere,* cùm mens intus, &c. F.343.c.1
C Amorem) Suppletum eſt, *ſilentio.*
C Pulchritudinem) Suppletum eſt, *Et gloriam obſtupuiſſet.* Col. 2.
D Vita) *Pompam.* F.344.c.2
B Diebus) Suppletum eſt, *religiosè.* F.345.c.1
C Neque aures expurgantes, &c.) *Neque perfunctoriè audiamus,* ſed ea quæ, &c. Col. 2.
B Et ne longiori) *Sed ne longiori,* &c. F.346.c.1

F. 348. c. 2 C Adiectio conueniens) *Propoſito conueniens.*
F. 350. c. 1 A Patriis eiectos) *Paternis bonis eiectos.*
F. 351. c. 1 D Menod) *Mamod.*
F. 354. c. 2 A In æternum) Suppleta ſunt ſequentia: *Alius dicit, huius rei gratia.*
D Eſſe immutabilem) *Eſſe per omnia ſimilem.*
F. 355. c. 1 A Conſecutus) *Secutus.*
C Impone) *Circumpone.*
F. 357. c. 1 B Cleam) *Eloach.*
F. 359. c. 2 C Ne enim ea, &c.) *Ne enim exiſtimares hæc eſſe,* id quod ſitum, &c.
F. 361. c. 1 A Diuiſiones) *Diuiſionem.*
Pelagau) *Phalagau.*
Col. 2. D Harepu vdeau) *Opharou onadou.*
F. 362. c. 2 A Spirituale) Suppletum eſt, *quoddam.*
F. 363. c. 2 A Quæcunque vult) Suppleta ſunt ſequentia: *Euntes,* inquit, *docete omnes gentes, & ſermo in opus exibat.* Volo, mundare, &c.
F. 365. c. 1 D Bellis) Suppletum eſt, *Et à pugnis.*
F. 366. c. 2 B Fundatur exultatione) *Bene radicibus firmans exultatione vniuerſæ terræ.*
D *ei μυρὸς*) Omiſſum eſt, *Cum articulo.*
Har Syon) Ar Syon ierchthe Saphoun.
F. 367. c. 1. B Suorum poſterorum) Suppleta ſunt ſequentia: *Quocirca nos quoque ſemper & continuo conſiderantes, ciuitatem noſtram Hieruſalem mente verſemus, ac eius pulchritudinem nobis ob oculos perpetuo ponamus, quæ regis ſeculorum eſt Metropolis, in qua iuſtorum ſunt ſpiritus, chori Patriarcharum, Apoſtolorum, omniumque ſanctorum, vbi ſtabilia ſunt cuncta non prætereuntia, vbi decora ſunt immortalia, & quæ ſub aſpectum non cadunt, quæ ſolis in hæreditate conſequi licet, qui caducarum, & fluxarum penitus obliti fuerint harum ſecularium curarum, opum ſcilicet ac delitiarum, & damnoſarum diaboli voluptatum, fraternum autem amorem, & hoſpitalitatem erga pauperes, & charitatem in proximum in dies augent, atque acceptas iniurias ex animo condonant, vt cum ratione honeſtè, atque vt Deo acceptum eſt vitam traduxerimus, regni cœlorum hæreditatem cernamus, in ipſo Chriſto Domino noſtro, cui gloria & imperium vna cum Patre & Spiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.*
F. 368. c. 1 B Declarabit) *Cantabit.*
Vehaguthi) *Euagith.*
F. 369. c. 1 D Nihil enim) *Neque enim tranſmittetur in illud iudicium pecuniæ abundantia,* nec vires potentiæ.
F. 372. c. 2 A Putipharis) *Pentephræ.*
F. 376. c. 1 A Accuſant) Suppletum eſt, *cæteri.*
F. 378. c. 1 B Sacris operantur) *Sacerdotio funguntur.*
F. 431. c. 1 B Dicit) Suppletum eſt, *propheta.*
D Iubetur) Suppletum eſt, *A Deo.*
Col. 2. C Aliud) Suppletum eſt: *eſt enim.*
F. 432. c. 2 C Et aduerſus Iudæos) Omiſſum eſt, *Iudæos.*
D Fingunt) Suppletum eſt, *manifeſtè.*
F. 433. c. 2 C Vtamur) *Vtemur.*
D Certum vulnus) *Lethale vulnus.*
F. 435. c. 2 C Abſides) *Fornices.*
F. 439. c. 1 D Botris nudatam) Suppleta ſunt ſequentia: *Et lignum ipſum aridum ſicut oſſa arida,* deinde, &c.
Col. 2. C Quare hoc) Suppletum eſt, *ad quid hoc.*
F. 443. c. 1 D Si eſt autem) *Si eſt enim.*
F. 446. c. 1 C Afficitur) Suppletum eſt, *benedicitur, & ſanctificatur.* Quod ergo, &c.
Col. 2. D Non enim dixit) *Idcirco non dixit,* &c. *ſed cùm prius dixiſſet, quis ſicut Dominus Deus noſter, tum ſubiunxit qui in altis habitat, & humilia reſpicit,* oſtendens, &c.
F. 447. c. 1 D Gloria) Suppletum eſt, *& ad.*
F. 451. c. 2 A Sed nonnulli) *Sed plerique.*
B Perſonis) *Laruis.*
C Eſt enim iuſtus) *Itaque iſtius exſcindit ſocordiam, illius autem tollit deſperationem, ſalutem nobis vtrimque procurans.* Deinde oſtendens, &c.
F. 452. c. 2 B Non foſſis ac voraginibus) *Non vallibus.*
F. 453. c. 1 B Abraham) Suppletum eſt, *ita.*
Col. 2. A Dixerit) Suppletum eſt, *quiſpiam.*
C Vt non ſit à perſona) *Vt danda corona ſpecioſa ſit occaſio.* Et ideò cum, &c.
F. 454. c. 1 A Et quidnam me) *Et quidnam ipſum impulerit vt hæc diceret,* Dicit, &c.
A Aut fallitur) *Alius fallitur.* Col. 2.
C Proſelytos enim) *Amplius enim quiddam habebant quam proſelyti,* quià ſuis, &c. F. 455. c. 2
D Pſalmi proœmium) *Ab ipſo proœmio.* F. 457. c. 2
C Vel de ijs quæ facta) *Si Deus autem velit de iis quæ facta ſunt pœnas ſumere,* indignari, &c. Col. 2.
B Putreſiunt) *Corrumpuntur.* F. 459. c. 1
A Inſcientiæ) *Dementiæ.* Col. 2.
D Malum dicit) Omiſſum eſt, *non dicit.* F. 460. c. 2
C Diligentijs) *In pinguibus.* Col. 2.
D Iſru) *Eſroag baab eththim.*
D Negligas) *Neglige.* F. 481. c. 1
Vitæ contrit.) *Mentis contritionem.*
A Teneas) *Tene.*
C Incertus exitus) *Mors increata.*
Vides) *Vide.*
A Vide rurſus animam) Omiſſum eſt, *rurſus.* F. 381. c. 1
B Viſione apprehendere) *Sibi ob oculos ponere.*
C Et ſyluis) *Et ſaltibus.* F. 481. c. 2
D Alius) Suppletum eſt, *Interpres ait.*
A Quæ ædificata eſt vt ciuitas) *Aedificatam vt ciuitatem.* Col. 2.
B Continentiam) Suppletum eſt, *ſimul.*
C Sunt meliores) Suppleta ſunt quæ ſequuntur: *Loquebar nimirum pacem de te.* F. 485. c. 1.
A Deterioratam) *Deformem.*
A In principio Homil. ſuppleta ſunt ſequentia: *Quid ſibi vult additio Syon? Cur enim* non dixit, &c. F. 487. c. 1
B Non ideò) *Enim ideo deductus es in hanc vitam.* Non vt ſis otioſus, &c. F. 488. c. 2
C Inermis) *Vermis.*
D Cur non procuras) *Vt tibi ex eius ſolutione quæſtus oriatur. Si enim hac via, velis, nolis, incedendum eſt, cur non cum lucro? At enim poſt grauia tormenta, quæ nimirum temporaria ſunt, & voluptatem pariunt dolore maiorem.* Quod ſi hæc tibi videntur, &c.
A Mons Syon) *Spem nimirum ſignificat in Deum* immutabilem, &c. F. 489. c. 1.
A Cetholemim) *Chaolem mim.* F. 490. c. 1
A In hac periodo omiſſum eſt, *vocauit,* & loco ducit, poſitum eſt, *efficit.*
C Merces fructus ventris) Suppleta ſunt ſequentia: *alius dicit merces, ipſe fructus ventris.* Quid hoc eſt, &c. F. 491. c. 1
B Sed etiam) *Sed eam.*
A Ambulant in vijs eius) Suppleta ſunt ſequentia: *Vtramque deſignans, hoc eſt, qui timent, & ambulant.* Multi enim, &c. F. 492. c. 1.
Et illa ciuitas) Suppletum eſt, *primaria.* Col. 2.
D Retinueris) Suppletum eſt: *Et gratias agens,* & Deum gloria, &c.
D Hoc autem facit) *Vbi verò id facit Paulus? Multis in locis ſæpe,* quando enim, &c. F. 493. c. 1
C Hæc autem etiamſi) *Hæc autem licet affluant, multa cum fiducia reiicere.* Pax ſuper Iſrael, &c.
A In decretis, & dogm.) Omiſſum eſt, *Decretis.* F. 499. c. 2.
A Scit enim) *Solet enim.* F. 500. c. 2
B Qui dicit) *Qui dixeras.*
Se id nouiſſe) *Teque id nouiſſe.*
Retribuit) *Tribuit.*
C Quò iaceant) *Quod iaceant.* F. 504. c. 1
Adiecit) *Adiecerit.*
D Oſtendit) *Aſſeruit.* Col. 2.
B Miſericordia) *Benignitate.* F. 506. c. 2
D Depopulanda) *Vaſtata.* F. 507. c. 1.
A Miſericordia) *Clementia.* Col. 2.
D Conſequemur) Suppleta ſunt ſequentia: *quæ nobis contingat aſſequi,* gratia, &c. F. 508. c. 2
B Verus) *Verax.* F. 509. c. 1.
C Vlla ſcripta ſunt) *Vlli ſcripti ſunt.* F. 511. c. 1.
C Dicit) Suppletum eſt, *rurſus.* Col. 2.
A Linguas ſuas) *Linguam ſuam.* F. 513. c. 1
Selah) *Sel.*
C Ne eueniat) *Ne diſcedas.* Col. 2.
B Ita eos) *Ita eos perde, vt non amplius reſurgant. Alterius* F. 514. c. 1

vero

verò ſententia cum magna claritate, hoc enim ſibi,&c.

Dic qualis)Suppletum eſt,poſt (dic)*ergo*.

F.515.c.1. B Quid dicis) *Quid quæſo dicis*, quoniam,&c.

F.516.c.1 D Accepit) *Accipit*.

F.517.c.2. A Annuntiaueris) *Diſtinxeris*.

F.518.c.1. B Obſtruere) *Cuſtodire*.

F.520.c.2. B Grauior) *Grauior*.

F.521.c.2. C Conſequi) *Obtinere*.

F.523.c.2 B Non poſſunt) *Propter oculorum non poſſunt imbecillitatem radios intueri*. Et anxiatus,&c.

F.526.c.1. C Non indicitur) *eſt implacabile*.

D Quam aduerſariorem) *Et aduerſariorum phalanges proſtrauiſſent*. Miſericordia, &c.

F.527.c.1 D Præditi) Suppletum eſt: *qui curribus vehuntur*, qui magiſtratus, &c.

F.529.c.2. A Vna cum) *Hic vna cum*.

F.530.c.2 D Quid eſt ſanctus) Suppletum eſt, *Inculpatus*, rectus, &c.

F.531.c.1 A Sed omnibus) hic loco ſeu aliquoties legitur, *licet*.

F.532.c.2 B Clari ſunt laudat) Poſt hæc verba omittuntur ſequentia: *eos qui non habent defenſores,conſeruat*, eos qui orbitatem, &c.

C Neque hoc autem) *Neque verò*.

Ita etiam) Suppletum eſt, *Illuſum*, eſſe aduenam,&c.

F.534.c.2 B In creatione) *In creaturis*.

F.536.c.2. A Per ipſum) *Per viſum*.

F.539.c.1. C Fontem viuum) *Fontem viuum*.

F.542.c.2 C Poſtquam vocauit) *Poſtquam enim*.

VARIÆ LECTIONES FRONTONIS DVCÆI

in Expoſitionem D. Ioannis Chryſoſt. in octo capita Iſaiæ, ac in alias eiuſdem prophetæ varia loca Homilias, quæ habentur Tom. I. fol. 556.

F.562.c.1 B SI quidem nihil) *Quod ſi quidam nihil*.

F.564.c.2. A Euocarentur) *Prouocaſſent*.

F.566.c.1 B πείθεται) Suppletum eſt, *non perſuadetur*.

F.567.c.1 D Quia in ſua quique) *Quod ex ſe ipſis malorum cauſam dederunt*, eoque captiuitatem, &c.

F.567.c.2 B Sed & propter ſuſceptum) *Et propterea quod argumentum, de quo ſermonem habituri ſumus, ab iis quæ dicta ſunt ante, magno diſsidet interuallo, eſtque illius* intelligentia ſublimior, &c.

D Quod ſi tantillum) *Quod ſi perfricent frontem Iudæi, & particulam hanc prophetiæ dolo malo interpretentur, imo abrogent*, maximè quidem, &c.

F.572.c.2. D Quid enim mirum) *Quid enim viſi dignius fingi poteſt, quam* vt homo, &c.

F.574.c.2. B Quod ij ſuperſtites) *Quotquot iis ſuperſtitibus, vt oportuit non ſunt vſi*. Quemadmodum enim, &c.

D Natus duodecim) Omiſſum eſt, quod ſequebatur, *diſertè*.

F.575.c.1. D Quaſi obtentu poculi) *Quaſi propinant*.

F.576.c.2 A Quiddam non abſimile) *Eiuſmodi eſt malitia natura*.

C Ob quod crimen) *Ob illud crimen*.

F.578.c.2 B Et quemadmodum) *At veluti*.

D Frontale) *Frontalis ſpeciem quandam habitum inſuper*) Omiſſa ſunt ſequentia: *Habitum inſuper, vmbellas lunatas*, quorum loco poſitum eſt, *lunulas*.

F.579.c.1 A Ac ſplendoris) *Gloria*.

D Victum) *Victus*.

Hoc etenim) *Quod enim hoc exigebat pœnam, &* peculiari quadam pœna,&c. Incluſa ſunt autem hæc parentheſi, vſque ad illam periodum, Si igitur Iudaicæ, &c. In cuius principio omiſſum eſt, *Quod*.

D Et his quæ acceperat) *Et ea quibus oppreſſus erat mala*. Quod quidem,&c. F.580.c.1.

Neque enim dixerunt) *Neque enim ſibi opus eſſe ſubſidio dixerunt quod mulieribus à viris ferri conuenit, ſed ab hoc cum effecto immunem eſſe velle ipſas, atque abundè ſibi ſatisfactum fore, dummodo quacunque ratione, & vtcunque viduitatis nomine liberentur*. Senſum enim hunc indicat, &c. Col. 2.

B. Tragico boatu) *Tragicè*.

C Diſceret) *Diceret*.

Cumque decenti) *Cumque ea qua ipſum decet, Et erit quod* reſiduum,&c.

D Tantoque) *Tanto etiam erumpente bello, eos quos à principio ſeruare ſtatuerit*. Cantabo,&c. F.581.c.1

Et quia Iſraël) *Et Iſraël autem*.

A Carmen) Suppletum eſt, *cecinit*.

Cecinit) *Appellat*. Col. 2.

D De à ſe geſtis) *De rebus à ſe & ab illis geſtis, eos qui obnoxij erant reddenda rationi*. Nec iam commemoro,&c. F.582.c.1.

A Nunquam impleſtis) Suppleta ſunt poſt hanc periodum ſequentia: *Quoniam exſpectaui vt faceret, vuam fecit autem ſpinas*. Col. 2.

Orationis ſtructura videtur paulò obſcurior, quocirca neceſſe eſt illam dilucidiorem reddamus. Quod autem dicit, hoc ſibi vult: Quid faciendum fuit, hoc à me factum eſt, nimirum vt tam multa peccarent. Quid verò poſſunt obiicere, aut quotquod aliqua fuerint prætermiſſa, tam multis ſe criminibus obſtrinxerunt. Quid faciam amplius vineæ meæ, & non feci ei? hæc quidem ſunt, quæ præſtiti, inquit. Verumtamen his quæ facta ſunt non ſum contentus, neque beneficia quæ à me ſunt collata, commemoro, ſed num à me cuncta ſint facta, quibus peractis, nihil planè reliquum fuit, hoc à vobis dici poſtulo, à vobis in quos iſta collata ſunt, qui teſtes fuiſtis eorum quæ contigerunt, qui experimento iſta comperiſtis; non ab alienis aliquibus aut peregrinis. Nunc autem annuntiabo vobis. Quid faciam vineæ meæ. Sanè reportata,&c.

D Vocem edentes) *Vocem autem edent*. F.583.c.1.

C Reſipiſcerent) *Reſipiſcant*. Col. 2.

A Simul conſidens) *Tu ſedens in æternum, & nos pereuntes*, Et nos qui,&c. F.587.c.2

D Erectio columnæ) *Stabilimentum eius*. F.590.c.1.

C Quouſque) Suppletum eſt: *ad priorem redeant conuerſationem*, & ad priſtinam,&c. Col. 2.

C Excepto enim) *Nam in principio quidem ſermonem ad eum direxit, poſtquam autem ſeipſum indignum declarauit*, ad populum conuerſus, &c. F.593.c.2

A Præſcriptam vaſtitatem) *Summam*. F.596.c.2.

C Obſoletus) *Putris*. F.601.c.2

A Horrore) *Tremore*. F.602.c.1.

C Inſidiatori) *Inſidiatorem expellamus*. F.603.c.1

D Ad audiendum) *Ad audienda ſacra eloquia*.

B Aperiunt) *Excitant*. Col. 2.

Animaduertite) Suppletum eſt, *diligenter*. F.604.c.1.

D Brabijs) *Præmijs*. F.605.c.2.

A Quemadmodum in) Omiſſum eſt, *in* F.606.c.1.

B Siruch) *Salomon*. F.607.c.1.

A Noctem cum die) *Dies noctesque copulatas*. F.608.c.2.

Copulantia) Suppletum eſt, *Vide populum Chriſti amantem*.

Magna ciuitas) Suppletum eſt, *reuera*.

A Precioſiores) Suppletum eſt, *Vt enim ſcias non tale quippiam eſſe aurum, qualis eſt anima martyris. Attende*, ſtabat tyrannus, &c. F.609.c.1

Eſt orbem) Suppleta ſunt quæ ſequuntur: *Non habuit hic quoque vxorem? Sanè habuit. Quod autem habuerit, audi Euangeliſtam teſtantem*. Ingreſſus eſt, &c.

A Veniam) *Vitem*. F.610.c.1

Miles es) Suppleta ſunt ſequentia: *Ne igitur laboribus defatigeris, ſed bono animo certamina tolera*. Quis igitur eſt ille, &c.

Quia diabolus,&c.) *Quia diabolus in exitium ruit*.

In hoc) Suppletum eſt, *heri*.

Moleſtiam) *Humilitatem*.

Modeſtia)

Modeſtia) *Humilitat.*
B Modeſtiæ) *Humilitatis.*
C Conſcientiam) *Conſcientiam accuſantem & ipſum humilem eſſe illum neceſſe eſt*, iuſtus autem, &c.
D Eſaias) *Scriptura.*
Iuſtus) *Dignus.*
Col. 2. C Vidiſti regem) *Vidit regem, nec vidit purpuram. Vidit regem, nec vidit diadema*, Ne mihi dixeris, &c.
F. 611. c. 2. C Ex his quæ dicta ſunt) Suppleta ſunt hoc modo: *Ex his quæ dicta ſunt nuper, operæpretium erit pauca repetere, ne capite truncatus ſermo noſter prodeat in ſpirituale theatrum, ſed recuperata facie ſua, facile à ſpectatoribus poſſit agnoſci.* Id enim pariter, &c.
D Habenas) Suppletum eſt, *ſalutis ſuæ.*
F. 613. c. 1. A Execrabilior) Suppleta ſunt ſequentia: *Nam quouis homine priuato poſthac erit execrabilior*, adeò res eſt mala, &c.
Col. 2. A Depoſuit) Suppletum eſt, quod ſequitur: *propheticaque foras aperuit*, & rurſus ad eos, &c.
B Modumque) *Occaſionem.*

Ad Lectorem.

Amice Lector, ſuperuacaneum duximus hic ſubiicere Varias Lectiones eiuſdem Frontonis in Hom. 21. ad Populum, quia ſuperius latè referuntur in Notis Frontonis, fol. 1177.

NOTÆ FRONTONIS DVCÆI IN LIBROS de Sacerdotio, qui habentur Tomo V. fol. 194.

F. 195. c. 2. A Perculſum) *Percuſſum.*
F. 196. c. 1. A Exercent) *Exercuerunt.*
D Inde neceſſarium) *Inde acceſſurum.*
Col. 2. A Pinnas) Omiſſum eſt, quod ſequebatur, *minaſque.*
F. 198. c. 1. B Abutitur) Suppletum eſt: *Non qui recto conſilio, id præſtet, alioqui ſæpenumero factum eſt cum oportuiſſet vti dolis* & hac potiſſimum arte, &c.
Tuliſſe) Poſt hanc vocem legitur hoc modo: *Vt is qui recto ſemper callet, de eo nũquam deflectens, ingreſſus eſt, ei cui non aſtum aliquem ſtruxerit malorum, incommodorumque quam plurimorum author fuerit.*
F. 199. c. 1. C Pabulo) *Populo.*
D Per ſe ipſe poteſt) *In eius eſt poteſtate.*
F. 200. c. 1 B Aut rei totius cardinem eſſe vult) *Aut eiuſmodi hominum approbationem rei totius eſſe vult*, quippe multa, &c.
F. 201. c. 1. B Me velle) *Obliuione videlicet non ſinente ea conuinci, quæ à nobis ad gratiam proferantur.* Nam quo tempore, &c.

C Principatum) *Magiſtratum.* Col. 1.
B Atque quod) *tam quod.* F. 202. c. 1
B At paucioribus) *An verò à paucioribus.* Col. 2.
A Principatus concreditus eſt) *Magiſtratus crediti ſunt.* F. 204. c. 1
Colat) *Conat.*
Nemo qui apud Deum) *Nemo qui maius ſtudium exhibuerit, nemo qui à Deo gratia maiore donatus ſit*, quàm Paulus fuerit, &c.
C Quod ſi oblatum) *Qui ſi oblatum.*
C Longe iis infeſtior) *Longe illis Sirenum infeſtior, quem poëtæ prodigiosè effingunt. Illum enim ſi* compluribus licuit, &c. Col. 2.
D Fitque tandem) Hæc periodus ſic legitur: *Fitque tandem per eas, vt ſurſum ac deorſum ſeſe habeant res, quod eſt in veteri prouerbio*, ac principes, &c.
C Facilius) *Gratum.* F. 206. c. 1.
B Vniuſque & alterius) *Aut alterius.* Col. 2.
Deitate) Sequitur: *ne dum ſi in tam multarum curarum altiſſimum pelagus præceps ruerit.* Tum enim non, &c.
C Exemplarem) Omiſſum eſt, *exemplarem quandam.*
D Ad deſperationem) *Ad ſuperbiam.*
C Delatus ſit) Suppletum eſt, quod ſequitur: *Presbyterorum congregationem*, conuenire, &c. F. 207. c. 1
Id ipſum) *Id vnum.*
Transfugerit alius) Suppletum eſt quod ſequitur: *ſibi notum & familiarem*, alius ſibi genere, &c.
Alij prorſus) *Alij à principio tanto muneri* adminiſtrando, &c.
D Turbulentia) *Procellis.* F. 208. c. 2.
C Quam ipſam) Omiſſum eſt non conuenit, & poſitum eſt, *agere conuenit.* F. 210. c. 1.
A Deceſſiſſet) Suppletum eſt: *Interfice enim me*, inquit, *ſi mecum ita es acturus.* Quid igitur, &c. F. 212. c. 2.
D Auertat) *Diſſipet.* F. 213. c. 2.
A Auertit) *Diſſipat.* F. 214. c. 1.
B Deſiderium appellandum eſt) *Amor appellandus eſt.* F. 216. c. 1
B Theatris) Suppletum eſt, *prophanis.* F. 217. c. 2.
A Dolorem) Suppletum eſt, *aliquem.* F. 219. c. 1
B Sereno) *Tranquillo.* F. 220. c. 1.
Præparabit) *In ſummum peſſum inducet.* Col. 2.
B Quam illi quidem caſibus) *Quam illi iiſdem caſibus*, &c.
A Fuiſſent detecta) *Detegi ſolerent ſibi* narraſſe, &c. F. 221. c. 2.
B Ineffabilis) *Optimi.*
Ac quemadmodum præſtigiatoribus) *Qui arte mechanica quadam ſtupenda faciunt*, neceſſaria quidem eſt, &c. F. 222. c. 1.
Alieno indiget) *Bona indiget corporis habitudine.*
D Palpationes) *Adulationes.* F. 223. c. 1.
B Multorum) *Vulgi.* Col. 2.
B Ab eo ipſo die) Omiſſum eſt, *die.* F. 225. c. 1.
C Ego verò tibi) *Nunc tibi.*
D Inconciliabiles) *Implacabiles.* F. 226. c. 1
Quantas ille) *Quantas improbus ille dæmon*, aduerſus humanam, &c.
B Emendas) *Amandas.* Col. 2.

FINIS NOTARVM.

Digitized by Google

INDEX
RERVM PRAECIPVARVM MEMORABILIVM, QVAE IN HOC AVCTVARIO SIVE TOMO SEXTO CONTINENTVR.

A

Abſalon.

ABſalonis punitio ob rebellionem in patrem. 892. C

Abraham.

Abraham an mentitus fuerit, & in adulterium Saræ conſenſerit. 360.B. Cùm riſit, an peccauerit peccato infidelitatis. 566.A. Abrahæ hoſpitalitas commendatur. 860.A

Abraham vxorem ſuam ſororem dicens defenditur. 140.A. Abrahæ obedientia commendatur. 176.D.266.A.920.D

AEternitas.

Æternitas pœnarum cur à Deo infligatur. 311. C. Eadem docetur. 872.C.885.D

Adam.

Adæ ſcientia ante eſum ligni vetiti. 213.C. Adæ peccatum quomodo ad poſteros tranſierit. 670 D. Vide, peccatum originale.

Adæ ſpiraculum inſpiratum an ſit anima rationalis. 551.A

Adam & Eua ſi non peccaſſent an generatio hominum fuiſſet. 554.D

Adulter.

Adulter taxatur. 955.B

AEmulatio.

Æmulatio bona quæ ſit. 927.D

Affectus.

Affectum in ſuos docet Chryſ. 888.B

Afflictio.

in Afflictione quomodo ſe homo debeat gerere. 825.D. & ſeqq. & quomodo in proſperitate. ibidem.

licet Affligamur, Deum tamen non debemus deſerere. 949.D.950.A

in Afflictionibus quæ ſit conſolatio. 93.A. Eſſe fortiter ferendas. 308.C

Anathema.

Anathema quid ſit. 927.C

Anathemate an liceat viuos vel mortuos plecti. 768.C

Angeli.

Angeli gaudent de bono noſtro. 342.A

Angeli an cum fœminis poſſint coire. 556.C. Angeli cur apparuerint Apoſtolis in aſcenſione Domini. 70.C

Angeli cuſtodes an dati ſingulis hominibus. 738.C Illos pro nobis orare. 731.D

Angeli an aliquid ex Euangelicis ſcripturis didicerint. 656.B

Angeli vnde ſic dicti. 927.A

Anima.

Anima libera paſſionibus omnia clare videt. 1022.D

Animæ quanta cura habenda. 1016.C

Anima noſtra quomodo poteſt eſſe cœlum. 1050. A. Animæ morbi quanta diligentia curandi. 942.B

Anna.

Annæ Samuelis manſuetudo. 944.D.

Eius laus. 3.D.& ſeqq.

Apoſtoli.

Apoſtoli in prædicatione Euangelij quanta patiebantur. 303.B. Apoſtolorum & Euangeliſtarum omnium vitæ hiſtoria. 798.A

Apoſtolorum prædicatio quam precioſa. 250.B. Apoſtolatus characteres. ibid.

Apoſtolorum varia epitheta. 928.D

Antichriſtus.

Antichriſtus venturus. 35.A

Aqua.

Aquam baptiſmalem domum conferri ſolitam quam ſit mos antiquus. 181. A. Aqua quid in ſcript. ſignificet. 927.B

Arca.

Arca Noë Eccleſiæ figura. 218.D

Arena.

Arena quid in ſcripturis ſignificet. 928.A

Arguere.

Arguere quid ſit. 927.B

Arrius.

Arius hæreticus qualis, & de eius erroribus, &c. 326.B.259.C

Atheus.

Athæi dei minas eludentes refutantur. 310.A. Vide *AEternitas, Iudicium.*

Auaritia, Auarus.

Auaritię deteſtatio. 1090.C.1053.A.1059.C.1087.D

Auarus dæmoniaco miſerior. 1007.D. Eſt febricitans. 1010.A

B

S. Babylas.

S. BAbylæ laus. 153.A

Baptiſmus.

Baptiſmi Chriſti & Ioannis differentia. 181. B. Baptiſmi figura. 345.A. Baptiſmus ſanguinis. 122.C

Baptiſmus reſurrectionis ſymbolum. 269.C

Baptiſmi efficacia & effectus. 1024.D

in Baptiſmo abrenunciare mundi pompis quam ſit antiquum. 130.A. Quid ea renunciatio nos doceat. 319.D

S. Barlaam.

S. Barlaam Martyrium. 167.B

S. Baſilius.

Baſilij magni laudes. 525.A.& ſeq.

Baſilides.

Baſilides qualis hęreticus, ac de eius erroribus, &c. 326.A

Beatitudo.

Beatitudine carere quæ ita eſt in priuatione diuinæ viſionis quale quantum ſit malum. 1007.B

Beatificæ viſionis priuatio an ſit maior gehenna. 584.B.& ſeqq. 687. C

Beatorum animæ an ſint beatæ ante diem iudicij. 700.B.754.C. Vide *Cæleſtis gloria & vita æterna.*

Bellum.

Bellum Chriſtianis gerere an ſit licitum. 636.D

Bellare an liceat clericis. 640.C

Bellum

Digitized by Google

Bellum ciuile & inteſtinum, externo periculoſius. 142.B

Blaſphemantes.

Blaſphemantes punire an liceat perſonæ priuatæ. 546.D

C

Calix.

CAlix quid in ſcripturis ſignificet. 929.C

Caro.

Caro quomodo in ſcriptura accipiatur. 930.A

Cauponari.

Couponari quid ſit. 930.B

Certamen.

Certamen pietatis hic eſſe. 952.C. 955.A. multa in eo ferenda eſſe aduerſa. 953.A

Certamen ſpirituale nobis eſt hæc vita. 337.D. 345.A

Charitas.

Charitas in ciues & in liberos. 330.A

Charitatis bonum. 246.B

Chriſtus.

in Chriſto duas eſſe naturas contra hæreticos docetur. 52.D. Item in eo duas eſſe perſonas. 749.D

Chriſtus cur ficui maledixerit. B

Chriſti diuinitas docetur. 162.C. eiuſque conſubſtantialitas cum patre. 191.B. 199.D. 965.B

Chriſto Domino & Deo cur ſcriptura quędam humilia tribuat tres rationes 1. Vt oſtendatur veritas incarnationis. 192.C. 2. ob infirmitatem intellectus noſtri. Ibid. D. 3. ad docendum nos humilitatem. 194.A

Chriſti oratio in horto non repugnat eius diuinitati. 195.C

Chriſti mors baptiſmus. 204.A

Chriſti paſſio. 281.B. Chriſtus cur circuncidi voluerit. 289.A. ortus ex ſemine Dauid. ibid.

Chriſti reſurrectio totius mundi eſt circuncilio. 289.C. Chriſtus prius nomen ſortitus quam in vtero conceptus. 290.A. Circa Chriſti ortum variæ admirationes. 291.D

Chriſtus patientiæ præbet exemplum. 161.B. Cur voluerit baptizari. 182 B

Chriſtus mori voluit, ne nos mori timeremus. 1047.D

Chriſti Domini natiuitatis ſolennitas, ac eius feſti inſtitutio. 26.A. Chriſti natiuitatis ſeries. 27.B. quo menſe ſit natus. 31.A

Chriſtus an prius lancea C. percuſſus quam mortuus. 649.A

Chriſti aſcenſio ad cœlos glorioſa. 43.A. 45.C. 47.D Eius in cœlum aſcenſio magna nobis eſt conſolatio. 45.A. 48.D. 55.A. Chriſtus & Helias conferuntur. 46.D

Chriſti reſurrectionis effectus varij. 340.B. Chriſti victoria nobis cum illo communis. 341.B

Chriſtus eque honorat pauperes ac diuites. 343.B

Chriſti ad inferos deſcenſus. 37.A. Eius paſſionis ſumma cum myſticis conſiderationibus. 41.C

Chriſtiani.

Chriſtianorum inceſſus decens quis, & quæ inter ſe debeant conferre. 109.D

Chriſtiani ad metalla damnati. 158.D

Chriſtiani nomine non re ſunt hæretici. 319.C

Chriſtiani ad hoc vocati ſunt vt iuſtitiam operentur. 990.A

Chryſoſtomus.

Chryſoſtomi laudes. 525.A. & ſeqq. De ijs qui vitam D. Chryſ. ſcripſerunt, de dictione eius, de modo docendi, ac de alijs ad D. Chryſ. ſpectant. 759. & ſeqq.

Circuncìſio.

Circuncìſio cur adhibita octauo die. 289.B. 293.D

Circuncìſio myſtica baptiſmus. 289.C

Circuncìſio an contulerit gratiam. 564.A. 670.C

Circuncìſio quare Iudæis data. 972.D

Clerici.

Clericis an liceat habere poſſeſſiones rerum temporalium. 643.A. An bonorum eccleſiaſticorum habeant verum dominium. 644.C. An illi quibus ſua bona diſtribuunt, ſiue conſanguinei ſint, ſiue alij teneantur ad reſtitutionem. 646.B

Clerici præter victum & amictum an debeant aliquid poſſidere. 546.B

Concionator.

Concionator non debet ceſſare etiamſi non videat ſtatum fructificare verbum Dei. 955.D. & ſeq.

Concionatoris officium. 969.D. 970.B.C.D. 972.A 973.A

Concio.

Concionum argumenta. 213.A

Cœli.

Cœli an propter peccatum Adæ corruptibiles & diſſoluti facti fuerint. 684.C

Cœleſtis gloria quam inſignis ſit futura. 1029.B. 1051.A

Cœleſtis glorię intuitu quælibet eſſe ferenda. 1085.A. Vide, *Vita æterna.*

Cœleſtis menſa diuiti & pauperi eſt communis. 342.D

in Cœlum affectus noſter dirigendus. 1063.B

Confiteri, confeſsio.

confiteri an ſufficiat ſoli Deo. 573.B. 754.D. Confeſſio quid ſignificet. 929.B. Vide, *peccatum.*

Columba.

Columba quid in ſcriptura ſignificet. 208.A

Conſcientia.

conſcientia examinanda. 880.C

conſcientiæ vijs. 957.C. 958.B. 960.D

conſcientia eſt facies animæ. 929.B

Conſtantinus.

conſtantini manſuetudo in remiſſione iniuriæ. 328 B

Conuiuium.

conuiuia in martyrum conuentibus quomodo celebrari ſolita. 129.D

Correptio fraterna, Corripere.

correptionis fraternæ vtilitas & neceſſitas docetur. 829.D.

Correptionis fraternæ modus. 964.D. 1055.C

corripientes alios puri debent eſſe à vitijs. 950.D

correptionem fraternam detrectantes dicendo, nihil mihi cum illo, &c. quàm grauiter peccent. 1162.C

Corpus.

corpora mixta an ſint remanſura poſt mundi renouationem. 688.A

Cornu.

cornu quid in ſcripturis ſignificet. 4.B

Coruus.

coruus animal immundum iuxta legem. 101.A

Creatura.

creaturæ ideo malę non ſunt licet ijs quidam abutantur. 187.A

Crux, crucis ſignum.

crucis ſignum orationi præmittere quam ſit antiquum. 7.B

crux ſignum mundo ſalutare, & ſignum contradictionis. 292.A

crux chriſti non ſemper contradictioni patebit. 293 B

crucem ſuam quis dicatur tollere. 929.B

crucis & ligni vitæ diſcrimen. 341.C

crucis feſti antiquitas. 36.A. Eo feſta ſolita haberi concio foris. ibid. C. crucis victoria. 38.C. 39.C

Cubiculum.

cubiculum cordis quid ſit. 929.A

D

Daphne.

DAphnes tentatum ab Apolline ſtuprum exprobrat. 155.A
Daphnidis templum fulmine ictum. 155.C.
Daphne ſpiritualis. 129. A

Dauid.

Dauidis electio.330.D. Dauidis laus. 357.C. Dauid cur permiſſus ſit labi in peccata grauiſſima. 559.A
Dauid exemplum pœnitentiæ. 323.C
Dauidis manſuetudo erga Saulem exhibita.899.B. & ſeqq.

Deliciæ.

Deliciarum reprehenſio. 170.D

Deus.

Deus cur hic quoſdam puniat quoſdam verò non. 311.A.1066.B.885.A.
Dei punitio in hoc mundo ſalutaris, & medica. 216.D
Dei beneficiorum memoria. 331.D
Dei benignitas. 35.B. Deus an ab angelis videri poſſit. 558.D
Deum eſſe incomprehenſibilem, & iudicia eius curioſè non eſſe rimanda. 8.A
Deus dando hominibus occaſiones peccandi non eſt cauſa peccati, ſed hominem probat. 997.C
Deus inuitus punit. 997.D
Deum non eſſe cauſam peccati.659.B.Dei eſſentia an ab vlla creatura videri poſſit. 662.A
Deus cur ſuos permittat affligi. 151.C
Deum eſſe incomprehenſibilem. 1159.A
Dei in nos amor & condeſcenſio. 5.C
Dei iudicia alia quam hominum. 330.D
Dei prouidentia adſtruitur. 11.C
Deus ſeruorum ſuorum iniurias vlciſcitur. 161 D hæc vox *Dominus* in diuinis non eſt minor quàm vox *Deus*. 164.A
Dei longanimitas. 1035.A. An hæ voces *Deus*, & *Dominus*, Patri & Filio propriæ ſint. 163.B
Dextera & ſiniſtra quid in ſcripturis ſignificet. 931.A

Diabolus.

Diabolus quomodo ſuperandus. 1036.B
Diaboli an ob amorem mulierum de cœlo ceciderint. 604.C 605.D
Diabolus primus an appetierit eſſe vt Deus. 606.C
Diabolus habet ſuos miniſtros qui ſub nomine Chriſti incautos decipiant. 999.A
Diabolus nobis inuitis nihil poteſt nocere. 185.D
Diabolus ijs victus quibus vicerat. 38.A.341.B
Diabolus aſſiduè nobis inſidiatur. 959.D
Diabolus maximè tentat occupatos bonis operibus. 955.C.964.A.986.C

Dignitas.

Dignitatum vis, & honorum pericula. 328.D

Dilectio.

de Dilectione proximi varia documenta. 505.B.& ſeqq.

Diues, diuitiæ.

Diuitum, maximè iniuſtorum miſeriæ.957.A.D. Diuites ſunt ſolum receptores. 958.C
Diuites per eleemoſynas ſaluari poſſunt. 860.A
Quod vnus alio ſit ditior non murmurandum. 11.B
Diuites non eſſe felices. 1005.A. 1076.D. 1039.D. 1060. D
Diuitiarum inſtabilitas. 951.D. 955.A.960.C.148. B.217.D
Diuitiarum curæ. 1016.C.1060.D

Doctor.

Doctor debet primo alios exemplo præcedere. 983.C

Donec.

Donec quomodo in ſcripturis ſoleat interdum accipi. 933.B

Donum.

Donorum Dei diſtributio varia. 988.B

Dubius.

Dubius in fide an ſit hæreticus. 597.D.

E

Ebrietas.

EBrietatis deteſtatio. 238.C.951.C.1015.B.1080. A.1088.A

Eleemoſyna.

Eleemoſyna faciet iudicium miſericors. 43.D. Eleemoſynæ commendatio eiuſque fructus. 79.D. 86. D. 96. A. 78. D. 200. D.257.A.283.C. Etiam danda eſt impijs.87.A. Reijcitur excuſatio detrectantium eam facere.88.A. Eleemoſyna ex bonis iniuſtis Deo non placet.95.D.283.D
Eleemoſynæ commendatio. 859.& ſeqq.
Eleemoſynam etiam pauperes poſſunt facere. ibid.
Eleemoſynarum modus quis Deo gratiſſimus. 647.D
Eleemoſynæ virtutes. 1058.D

Eccleſia.

Eccleſia fuit apud antiquos etiam Patres. 590. D. Quid ſit eccleſia. 591.C
Eccleſia dupliciter accipi poteſt. ibid.D. Eccleſiæ pulchritudo, & varietas in donis ſuis. 231.A
Eccleſiæ primitiuæ perſecutio. 89.D

Eleazarus.

Eleazari ſenis laus. 137.D

Epiſcopus.

Epiſcopus an ſacerdote maior ſit. 742.B

Epiphania.

Epiphaniæ feſtum. 122.C.180.D

Eua.

Eua formata eſt ex coſta Adæ. 553.B

Euchariſtia.

in Euchariſtia eſſe verum Chriſti corpus realiter præſens. 578.A.& ſeqq.1094.A.1127.D.1153.C
Euchariſtiæ fructus & efficacia. 1096.C.1135.B
in Euchariſtia tranſſubſtantiatio docetur. 1127.A
Euchariſtiam laicis rectè ſub vnica tantum ſpecie diſtribui. 714.A
in Euchariſtia qua virtute, & quibus verbis fiat conſecratio. 1098.C. De præparatione ad Euchariſtiam interna, quæ cogitatione exercetur. 1116. De præparatione externa, vt ſunt, confeſſio, ieiunium, lotio manuum, veſtium mundities. 1118.A. Item in genere de digna ad eam præparatione. 1143.D
in Euchariſtia Chriſti corpus eſſe adorandum. 1118.D. Quibus temporibus Euchariſtia ſumi ſolita an quoties fieret miſſa.1119.B.Euchariſtiæ ſacramentum quare ſic vocetur.1125.A. Quare ſynaxis & communio vocetur. 1126.A
Chriſtus quomodo Euchariſtiam conſecrauerit, & quibus verbis.626.C. An ſeipſum obtulerit in cœna ſub ſpeciebus panis & vini. 630.B. An in Euchariſtia in conſecratione calicis etiam ſit adhibenda aqua. 635.D
in Euchariſtia quare Chriſtus nobis corpus ſuum dederit. 1095.B
Euchariſtiam eſſe verè ſacramentum, & quantum.1130.A. huius ſacramenti præſtantia & dignitas. 1130.C
Euchariſtiam eſſe nouæ legis ſacrificium.1132.A. Vide, *Miſſa, Sacrificium.*
ad Euchariſtiam quomodo dignè & cum feruore ſit accedendum. 1137.A.1141.B.1143.D.33.B. 38.D.
Frequenter ad eam accedendum. 1138.B. propter

ſolum tempus non eſſe accedendum. 1140.C. Quod Euchariſtia indignis danda non ſit. 1142. D. Ad Euchariſtiam ieiunè accedendum & cum gratiarum actione. 1145.C
poſt Euchariſtiæ ſumptionem quomodo ſe homo debeat gerere. 1145.D
Euchariſtiam eſſe viaticum è vitâ migrantium. 1152.D. Orationes quædam dici ſolitæ, ante & poſt ſumptionem corporis & ſanguinis Domini. 1157.A. Eam indignè ſumentes quam grauiter peccent. 183.D

S. Euſtathius.

S. Euſtathij vita, & laus. 150.A. cur in exilium eum ire permiſit Deus. 150.D. Quam rectè præfuerit. 151.D.

Eunomius.

Eunomius hæreticus qualis, ac de eius erroribus. 326.D

F

Fermentum.

FErmentum quid in ſcripturis ſignificet. 932.A

Feſtiuitas, feſtum.

Feſtiuitates dominicæ diſpenſationis reſpondent ſex diebus quibus creatus eſt mundus. 50.B
Feſta ſpiritualiter quomodo ſemper poſſumus agere. 248.D
Feſtum ſpirituale quid ſit, & quomodo agatur. 9.A

Fides.

Fides ante Chriſti aduentum an fuerit neceſſaria. 589.A
Quæ Fides antiquis fuerit neceſſaria. 651.A. & ſeq.
Fides debet nutriri, & viuere bonis operibus. 1001. B. D. 1002.A
pro Fide ſeruanda quælibet iactura ferenda eſt. 1008.D
Fides noſtra quo magis oppugnatur, eo magis creſcit. 951.D
Fidei noſtræ firmitas. 950.C

Fiducia.

ad Fiduciam adhortatio. 254.A

Fuga.

Fuga in perſecutione quandoque licita. 143.D.

G

Gaudium.

GAudij mundani vanitas. 321.A. 322.D

Gentilis.

Gentilium miſeria. 989.C

Gladius.

Gladius quid myſticè ſignificat. 932.C

Gloria cœleſtis.

Gloriæ cœleſtis magnitudo. 887. Vide, Beatitudo, cœleſtis gloria, vita æterna.

Gloria vana.

Gloriæ mundanæ vanitas. 329.A
Gloriæ vanæ deteſtatio, ac eius incommoda. 1023. A. 1045.C. 1046.C

Gratia.

Gratia diuina an nos præueniat, vel à nobis præueniatur. 567.A
Gratiæ Dei cooperandum. 106.D

Gratitudo.

Gratitudo ad maiora beneficia prouocat. 345.B

S. Gregorius Theologus.

Gregorij Theologi laudes. 525.A. & ſeqq.

H

Hebdomas.

HEbdomas magna vnde ſic vocetur. 933.A

Helyas.

Helyæ zelus commendatur. 99.C. eiuſque libertas in reprehendendo rege. 103.A

Hæretici, hæreſis.

Hæretici an ſi nolint reſipiſcere, capitaliter puniri poſſint. 593.A. 600.A
Hæreticorum pœnæ quæ ſint. 598.D
Hæreticorum eſt dogmata bona peruertere. 1037.B
Hæretici ex ſcripturis anſam erronis accipiunt. 163.A
Hæretici ſerpentibus ſimiles. 1011.B
Hæreticorum euerſio. 318.D
Hæreticus exterior, occultus tamen, an incidat in pœnas hæreticorum. 599.A. An incidens in hæreſim ſtatim amittat dominium bonorum ſuorum. 602.B
ad Hæreſim requiri pertinaciam. 594.D. Qualis ad eam pertinacia requiritur, ſiue quis dicatur pertinaciter errare. 595.B
Hæreſis eſt ſimia Eccleſiæ. 984.D
Hæreſis perfecta an pœnis canonis ſubiecta ſit. 599.C
Hæreſis odio habenda. 161.A

Homo.

Homo diuerſimodè in ſcript. accipitur. 933.B
Homo nullus ita iuſtus eſt vt abſque omni peccato in hac vita ſit. 221.A
Homo quomodo Deo poteſt eſſe ſimilis. 1043.A
Homini probo etiam inde obuenit commodum quod ſit mortalis. 172.A
Homines cur præſint hominibus, non angeli, in ſacris. 101.D
Homo à Deo derelictus quam ſit miſer. 1085.C
Homines à beſtijs inſtructionem accipiunt. 207.B. Per peccatum brutis ſimiles fiunt. 209.C
Homo per peccatum ſimilis fit beſtijs. 68.D

Honor.

Honor interdum ſignificat in ſcript. neceſſarium alimentum. 933.D

Hoſanna.

Hoſanna quid ſignificet. 933.D

Hoſpitalitas.

Hoſpitalitatis commendatio. 22.C

I

Ieiunium.

IEiunij commendatio, & quam illud alacriter peragendum ſit ob multa eius commoda. 1064.D. & ſeq. 822.A
Ieiunium potiſſimum eſſe à peccatis ieiunare. 1065.C
Ieiunium ſpirituale. 238.C
Ieiunium an aliquid valeat ſine eleemoſyna. 623.B

Imago.

Imago quomodo in ſcripturis accipiatur. 933.D

Imperator.

Imperatores à quibus olim eligi ſoliti. 1208.C

Impius.

Impius nemo ita eſt, quin aliquid boni habeat. 221.D
Impius ſi male viuat, & proſperetur de eo eſſe dolendum. 959.C

Inanimata.

Inanimata cur interdum in ſcripturis dicantur lætari vel dolere. 304.D

Incarnatio.

Incarnationis fides quomodo neceſſaria fuerit. 653.B
Incarnatio dominica occaſio magni gaudij. 26.A. Stultè eam Infideles rident. 31.D. Eius neceſſitas. 32.A

pro

pro Incarnatione Domini grati debemus eſſe. 33.A

Infans.

Infantis mirabile reſponſum, interrogati à S.Romano martyre. 132.A

Infidelis.

Infideles non ſoli damnandi. 314.C

Infernus.

Inferni locus vbi ſit iuxta Chryſ. 313.D

Eius memoria eſt vtilis. 314.A

Infirmitas.

Infirmitas varijs modis accipitur. 933.D

Inobedientia.

Inobedientiæ & rebellionis pœna diuina, & humana. 329.D

Inimicus.

Inimici dilectio an ſit præcepti vel conſilij. 678.A.

Inimicis quid debeamus in neceſſitate. 679.B.

Inimicis an liceat mala imprecari. 680.B

Iniuria.

Iniuriarum remiſſio docetur exemplo Dauidis. 844.A. Idem docetur alijs rationibus. 845. A. & ſeqq.

Iniuriarum tollerantia, & remiſſio. 336.B.354.B. 981.D.982.A

Intellectus.

Intellectum noſtrum ne vitijs excœcemus. 1005.B

Inuidia.

Inuidiæ deteſtatio & incommoda. 840.D

Inuidia non debet eſſe inter ſanctos. 991.B

Qui inuidentur occaſionem habent gloriæ. 247.B

S. Ioannes Baptiſta.

Ioannis Baptiſtæ præcurſoris encomia. 977.A.978. D.986.D

Ioſeph.

Ioſephi certamen pro caſtitate, & eius laus. 268.D.

Ioſeph Chriſti figura. 271.B.280.C

Ira, iracundi.

Iracundi & manſueti comparatio. 1084.B

Iram in nobis moderanda. 1002.D.1023.C

Iræ deteſtatio, & quomodo ſit ſuperanda. 943.A

Iudæi.

Iudæorum ſcelera, ritus, templa ac cæremonias reprehendit. 1165.A. & ſeqq. In eos qui à Iudæis ſanabantur. 1168.A

Iudæorum calamitas & miſeria. 1159.D. & ſeqq. eorum Ieiunia & ritus eſſe vanos ac inutiles. 1161. C. & ſeq. Cum Iudæis communicantes reprehendit. 1163.A. & ſeqq.

Iudæi an Chriſtum cognouerint, & eius diuinitatem. 755.A

Iudæis quare victimæ permiſſæ. 946.D

Iudæorum ingratitudo. 58.A

Iudicium extremum.

Iudicium extremum futurum docet cõtra Atheos. 881.A.1019.B

Iudicij extremi memoria quam vtilis. 882.B.309. D. Quam diſtricta ratio eo die ſit exigenda. 883. B.315.A

Iudicij dies quam tremenda. 215.D

Iudicium extremum diſtrictum. 319.D

Iudicij extremi ſigna. 320.B

In die iudicij occulta peccata toti mundo patefient. 1035.C

Iudicij dies nobis abſcondita, & quare. 918.A

In die iudicij an omnes homines morientur. 706.D

Iulianus Apoſtata.

Iuliani apoſtatæ furor in Chriſtianos. 153.C. Chriſtianos per contemptum Galilæos vocat. 153.D

Eius tempore grauis fames oborta. 154.C

Iurare, Iuramentum.

Iuramenti abſtinentia an ſit præcepti vel conſilij. 678.A

Iuramentum omne an ſit peccatum. 662.C

Iurandi conſuetudo quam ſit deteſtabilis. 981.D

Iurandi conſuetudinem, eius incommoda, punitiones, &c. multis documentis inſectatur. 895.A. & ſeqq.

Iuſtus, iuſtitia.

Iuſtus in quolibet tumultu ſemper quietus eſt. 999.B

Iuſti cur hic interdum affligantur, impij verò proſperentur. 222.C

Iuſti Deum propter ſe amant, & licet puniantur à Deo non recedunt. 10.C

Iuſtitia deſinit eſſe iuſtitia ſi vel in vno deficiat. 991.A

Iuſtificatio.

Iuſtificatio noſtra magnum Dei beneficium. 305.C.

L

Labor.

AD Labores fortiter tollerandos exhortatio. 159.B

Latro.

Latrones crucifixi cum Chriſto quid myſticè. 235. B. Latronis pœnitentis laus. Ibid.B

Laudare.

Laudari velle quàm ſit vanum. 969.D

Lex.

Lex vetus, cur interdum lex vetus, interdum lex Moyſis vocetur. 290.A

Lex variè in ſcripturis accipitur. 935.A

Legis & gratiæ diſcrimen. ibid.B

Lex Moyſis an minora præcipiat quàm lex naturę. 683.A

Libri.

Librorum ſpiritualium vis. 959.C

Locus.

Loci dignitas aut indignitas per ſe nihil confert ad vitium aut virtutem. 231.D

S. Lucianus.

S. Luciani Martyris laus & martyrium. 122.D. 126.A

Lumen.

Luminum & lampadorum vſus in ſupplicationibus Chriſtianorum quam ſit antiquus. 160.C

Luxuria.

Luxuriæ deteſtatio. 965.C.107.A

M

Machabæi.

MAchabæorum martyrium laus. 135.C.138.B

Malitia.

Malitia, hæc vox interdum in bonam partem accipitur. 1194.B

Mammona.

Mammona quid ſignificet. 935.C

Manes.

Manes hæreticus qualis fuerit ac de eius erroribus, &c. 325.C

Manus.

Manuum impoſitione per Epiſcopos ſemper ordinatos Eccleſiæ miniſtros. 1180.C

Mare.

Mare quid moraliter ſignificet. 944.C

B. Virgo Maria.

B. Maria virgo an in fide defecerit. 369.D

B. Mariæ virginitas. 353.B

Mariam virginem fuiſſe ex progenie Dauid. 28.B

Maria virgo non indigebat purificatione. 290.A

Maria virgo, an ſemper bene de Chriſto ſenſerit. 662.B

Maria Iacobi qualis fuerit. 649.C

Martyr.

Martyrum memorias viſitare quam ſit antiquum. 65.B.

65.B. Eas viſitare negligentes taxat. 97.C
Martyrum conſtantia in tormentis. 157. C. Cum Deo bellum gerit qui martyres torquet. 158.B. Martyres colunt Imperatores. 160.B. Martyres quomodo imitandi. 167.D.170.A
Martyribus gratus eſt noſter conatus. 135.A
Martyrum tormenta bello comparantur. 172.C. Martyrum conſtantia. 173. Quæ præmia eos maneant. 174.A. Sunt veri athletæ. 174.B. Martyrium ſpirituale quodnam. 174.D. Martyrum ſupplicia memoria recolenda. 175.C
cum Martyribus ſimul gaudendum. 110.D
Martyrum memoriæ, in templis, baſilicis, altaribus quam antiquæ. 1186.B
ad Martyrum memorias peregrinationes fieri ſolitas. 1186.D. Vide *Sanctis*.
Martyrem non ſola mors facit. 149.C

Matrimonium.

Matrimonij afflictiones. 165.D

Mercator.

Mercatorum periculum. 992.C

S. Meletius.

S. Meletij laus. 115.D

Menſa.

Menſa ſpiritualis quæ. 240.A

Miracula.

Miracula cur hodie non ita fiant, ſicuti in primitiua Eccleſia. 252.C.993.A

Miſſa.

Miſſam quare Chriſtus inſtituerit. 1095.B. Miſſæ ſacrificium duraturum vſque ad finem mundi. 1153.B. In fine Miſſæ dari ſolita benedictio. 1204.A
diaconi vox in Miſſa, *ſtemus honeſtè*. 1107.A. Item alia, *Sancta ſanctis* 1114. Item alia, alij *alios neſcite*.
Miſſæ ſacrificium quibus partibus conſtet. 1101.D
Miſſæ ſacrificium quanta diligentia & attentione ſit audiendum. 1102.A.1108.A.1148.B. In ſacrificio miſſæ quis cultus Eccleſiæ, altaris vaſorum ac miniſtrorum. 1103.B. In Miſſa quæ legi ſolita. 1104.B. Quinam olim arcebantur à Miſſa. 1108.A
Miſſa, & reliquæ orationes publicæ, an in vulgari lingua ſint dicendæ. a.699.
Abactis indignis à Miſſa quid ageretur. 1108.A
in Miſſa eſt præfatio & conſecratio. 1110.D. Pro quibus in miſſa gratiæ agi ſolitæ & pro quibus orabatur. 1111. De vi precationum in miſſa. 111.D. In ea orari pro defunctis. Ibidem. & ſeqq. 1151.A
in Miſſa quæ cantari ſolent. 1013.D
in Miſſa oſculum pacis porrigi ſolitum. 1119. De fine miſſæ. 1120.C
Miſſæ ſacrificium rectè pro defunctis offerri. 1151.A

Monachus.

Monachorum veterum vitæ aſperitas. 80.C

Montanus.

Montanus hæreticus qualis fuerit, & de eius erroribus.

Mons.

Mons quid myſticè ſignificet. 936.B

Mors.

Mors ſomnus poſt Chriſti mortem vocatur. 340.D
Luctus pro mortuis immoderatus reprehenditur. 919.D. & ſeqq. 1008.B
Mortem veteres quomodo formidarint. 139.B. Non ita eam verentur Chriſtiani. 141.C
Mortem metuunt imperfecti. 291.A
Mors bonis non eſt formidabilis, ſed grata. 918.D
ante Mortem nemo laudandus. 147.B

Mundus.

Mundus quomodo in ſcripturis ſoleat accipi. 935.D
Mundum ſequentes quam cæci ſint in rebus ſpiritualibus. 983.B.985.C.988.A

Myſterium.

Myſteria Dei quilibet capere non poteſt. 983.D. ea indignè periculoſum. 668.C
Myſterium quomodo accipi ſoleat in ſcript. 936.A

N

NAbuchodonoſoris arrogantia. 275.B
in Natiuitate Domini eſſe gaudendum. 352.C
Neophytorum inſignis inſtructio. 344.C.345.A
Nobilitas vel ignobilitas virtuti non obeſt. 218.A
Nominum impoſitio quid ſignificet. 936.C
Nubes, quid myſticè ſignificent. 936.D

O

Obedientia.

OBedientiæ merces fructus ventris. 177.B

Oleum.

Oleum varia in ſcript. ſignificat. 937.A

Opera.

Operum bonorum neceſſitas. 78.C

Oratio.

Orationis vtilitas. 969.A.974.C.976.A
Orationis commendatio, eius vtilitas, ac alia quædam de ea documenta. 814.A. Ad orationem exhortatio. 197.D
Oratio cum peccato non prodeſt. 1014.C
Oratio quanta cum attentione ſit peragenda. 962.B
Orationes vocales non eſſe otioſas. 538.B
Pro Catechumenis ſine baptiſmo decedentibus an ſit orandum. 733.D
Orationis frequentia & aſſiduitas commendatur. 6.B. 323.A. 454.A. Poteſt fieri in omni loco. 7.A.373.A
Oratio an aliquid valeat ſine eleemoſyna. 623. Pro defunctis orandum. 913.C. Vide, *Miſſa*.
Orationes an proſint beatis. 585.C
An proſint damnatis. 586.C
Orationis dominicæ explicatio. 349.B

P

Pacifici.

PAcificorum laus. 965.D

Panis.

Quem panem poſtulemus in oratione dominica. 577.B

Parentes.

Parentes quam hæreditatem filijs debeant relinquere. 1090.B.1049.B.1050.D
Parentes magis amant filios, quàm filij parentes. 988.C
Parentes quomodo filios interdum dulcedine corripiant. 942.C.970.B. Vide, *Pueri*.

Paſcha.

Paſchatis magna ſolennitas. 341.D.39.D

Paſſio.

Paſſiones naturales an fuerint in homine ante peccatum. 681.C

Paſtor.

Paſtorum diligentia qualis debeat eſſe. 946.A

Paternus.

Paternam affectum auditorum obteſtatur. 178.B

Patientia.

Patientia quomodo Deo tribuatur. 730.C

D. Paulus.

D. Pauli opificium. 783.D
D. Paulus comparatus aquilæ & quare. 784.C. Idem cicadæ comparatus. 785.B. Eiuſdem laus. ibidem.

D. Paulus gladio martyrium conſummauit. 790.B
D. Pauli ætas. 791.D
D. Pauli laudum ac vitæ ſynopſis. 907.B.& ſeqq.
S. Pauli epiſtolarum laus. 89.C

Pauper.

Pauperes ſæpe magis dediti pietati quàm diuites. 343.A
Pauperes ante Eccleſiam quare conſtituantur. 96.

Peccatum, Peccator.

Peccatorum confeſſio vtilis. 879.B. Etiam ſacerdoti facienda. ibid.D
Peccatum originale an vere & proprie ſit peccatum. 673.C
An dicat ſolum priuationem originalis iuſtitiæ. 676.C
Peccatum originale an nobis attulerit mortem animæ. 730.C
Peccata ſunt cauſa plagarum à Deo nobis immiſſarum. 216.A
Peccata noſtra quomodo deſcribantur. 254.D
Quomodo deleantur. 255.A
Peccatorum principia initio ſunt deſtruenda. 1070.A
Peccatorum occaſiones fugiendæ. 242.D
Peccatum eſt morbus & mors. 1053.C
Peccati incommoda. 874.A.876.A. & ſeqq. quantopere fugiendum. ibid.
Peccati contagio. 944.A
Peccatum ſternit viam ad maiora peccata, niſi pœnitentia deleatur. 951.A
Peccator vbi Dei timorem perdit, in deſperationem ſenſim labitur. 964.C
Peccatores ſunt cæci. 1023.D.1057.A
Peccantes hic impunitos manere malum eſt ſignum. 875.A. Peccantium inquieta conſcientia. 877.A
Peccantes ſuperiores, grauius peccant quàm ſubditi. 878.C

Pecunia.

Pecunia ſpiritualiter intellecta. 937.D

S. Pelagia.

S. Pelagiæ laus. 106.A. Eius feſtum. 109.B

Periurium.

Periurij grauitas. 666.D

Perſecutio.

Perſecutionis deſcriptio. 131.C

D. Petrus.

Petri primatus docetur. 787.A.719.C. vbi de ſummo Pontifice latè agitur. ibid.& ſeqq.
D. Petri & Pauli miracula. 780.A.800.A
D. Petrus cruce paſſus eſt martyrium. 789.A. Petrus & Paulus vno & eodem die martyrio conſummati. 793.D. quo tempore, loco, &c. ibidem. Hiſtoria martyrij eorundem. 803.A
Romæ veteris & nouæ differentia. R. 794.B
D. Petri negatio. 282.B

Phariſæus.

Phariſæi taxantis Magdalenam, iudicium temerarium taxatur. 299.C

Philoſophi.

Philoſophos gentiles eſſe inexcuſabiles. 692.C
Philoſophorum antiquorum vanitas. 987.A

Plauſus.

Plauſus olim in concionibus edi ſolitus. 1189.A

Pœnitentia.

Adhortatio ad pœnitentiam ob vitæ inſtabilitatem. 189.A. Quinque pœnitentiæ viæ. Ibid.D
Pœnitentiæ vtilitas. 15.C.34.D
ad Pœnitentiam adhortatio. 321. Pœnitentia non differenda. 322.C
Pœnitentia an lapſis ſit deneganda. 727.C
Pœnitentia quælibet peccata poſſunt ſanari. 985.C

Poteſtas.

omnis Poteſtas eſt impatiens conſortis. 166.D

Præceptum.

an in Præcepta decalogi cadat diſpenſatio. 572.C
Præcepta legis diuinæ an ex ſolis viribus naturalibus impleri poſſint. 690.B

Prædeſtinatio.

Prædeſtinatio an ſit ex mentis prædeſtinatorum. 617.C.690.A.727.B

Primatus.

Primatum appetere quàm ſit periculoſum. 967.D

Princeps.

Principum pericula. 855.C.& ſeqq.

Propheta, Prophetia.

Prophetiæ, & vaticinij diſcrimen. 937.B
Prophetia duplex. 938.A
Prophetæ non ſua, ſed Dei verba promunt. 290.B

Propoſitio.

Propoſitionum quatuor genera. 593.C

Proximus.

Proximi ſalus etiam curanda. 130.C.217.D
Proximorum qualis ſit habenda cura. 949.A.954.D.1020.A
Proximus vt ad meliorem frugem eſt reducendus. 109.C

Pſalmus.

Pſalmi Dauidis omnibus ſtatibus conueniunt. 358.C

Pueri.

Puerorum proba educatio docetur. 889.A.& ſeqq. 945.A. qui male eos inſtruunt à Deo puniti ſunt. 889.D
Puerorum in Babylone trium virtus & conſtantia. 275.D. Eorum hymni expoſitio. 278.C

Purgatorium.

Purgatorium eſſe docetur. 693.C

R

Racha.

RAcha quid ſignificet. 938.B

Rebecca.

Rebeccæ laus à caſtitate, modeſtia, diligentia, ac alijs præclaris dotibus. 21.D

Rex.

Regis dotes. 328.B. Eius ira. 330.C. Regis vnctio. 330.B

Reliquia.

Reliquiarum cultus. 118.D.127.A.147.A.148.C. 149.A. Reliquiæ dæmonem cogunt. 154.D
Reliquiæ ſanctorum vrbes cuſtodiunt. 157.A

Reprobatio.

Reprobationis an detur aliqua cauſa. 620.D

Reſtitutio.

Reſtitutio rapinæ an debeat fieri in duplum. 609.B

Reſurrectio.

Reſurrectionem an crediderint antiqui. 655.B
Reſurrectio carnis docetur. 114.B.919.A

S. Romani.

S. Romani charitas in ſuos, ac eius martyrium. 111.D. miraculum in eius martyrio. 113.C
S. Romani martyris conſtantia & martyrium.

S

Sabellius.

SAbelij error reijcitur. 194.B

Sacerdos.

Sacerdotum vita compoſita quantum boni conferat. 992.B.998.D
Sacerdotum improba vita ſignum eſt populi diſſoluti. ibid.
Sacerdotum vita quàm inſignis debeat eſſe. 994.A.B.C
Sacerdotum ſtatus non ideo contemnendus, quia quidam in eo malè viuunt. 964.A
Sacerdotes quàm ſancti eſſe debeant ob ſacrificium miſſæ & quâ honorandi. 1099.B.D.1134.A

Digitized by Google

per ſolos Sacerdotes Chriſti corpus confici.ibid.D
Sacerdotum officium, præcipue in perſecutionibus Eccleſiæ. 1000.C
Sacerdotalis & regiæ dignitatis diſcrimen. 330.B
Sacerdotes malè viuere quam ſit abſurdum,990.C
Sacerdotum ſtatus quam ſit periculoſus. 966. A. 968.D
Socerdotij dignitas. 967.A
Sacerdotes cur Deus etiam permiſerit eſſe peccatores. 98.A
Sacerdotis diligentia qualis debeat eſſe. 980.D

Sacramenta.

Sacramenta non alligata ſunt bonæ, vel malæ vitæ miniſtri. 1055.D

Sacrificium.

Sacrificium Euchariſtiæ eſſe in noua lege. 1100.C
idem Sacrificium nunc offerri quod Chriſtus obtulit,ſed alio modo. 1101.B. Vide, *Miſſa.*

Sæcularis.

Sæculares curæ abijciendæ. 215.D
Sæculares & monachi eodem genere peccati an æqualiter peccent. 752.D

Salus.

Salutis noſtræ cura debet præcedere omnes occupationes. 1.C
Salutis noſtræ initium an ſit à nobis. 662.B.754.B

Samoſatenus.

Samoſateni error reijcitur. 84.C

Sancti.

Sancti an à nobis inuocandi & orandi ſint. 730.D. 124.D. Sanctos pro nobis orare. 731.B. Sancti quomodo orationes noſtras cognoſcant.732.D
Sanctorum interceſſio. 949.D.952.A
Sancti afflictionibus gaudebant.306.D. Afflictionibus ſunt validiores. 307.D
Sancti quomodo fuerint peregrini in terra. 5.D
Sancti imitandi. 268.A
Sancti ſunt virtutum exempla. 323.B

Sanctificare.

Sanctificare quid ſit. 938.D

Scandalum.

Scandala vitanda. 110.B
Scandalum quàm graue ſit peccatum. 309.A

Scriptura.

an abſque ſcripturæ lectione homo animæ ſalutem poſſit conſequi. 650.A
Scriptura quomodo legenda. 1064.A.970.C
Scripturæ diligens ſtudium commendatur.963.A. 973.A.1002.B.1032.C
Scripturæ fœcunditas. 960.A.971.A
Scripturas non eſſe intellectu faciles. 1025.D
Scripturæ ſcientia ſummo ſtudio acquirenda eſt. 984.A.996.D. à doctoribus de eius interpretatione inquirendum. ibid.
Scriptura an vulgari lingua ab omnibus ſit legenda.742.A. Antichriſtus an ſit habiturus angelum cuſtodem. 740.A
Scripturæ ſenſus ſedulo eſt inueſtigandus. 1086.A

Senex, Senectus.

Senes peccatum magis dedecet. 2.A
Senectus non obeſt functionibus Eccleſiaſticis. 176.B

Senſus.

Senſuum cuſtodia. 272.A.345.C

Seruitus.

Seruitus vnde orta. 219.B

Septenarius.

Septenarius numerus quid ſoleat in ſcripturis ſignificare. 639.B

Silentium.

Silentium commendatur. 926.B

Siliqua.

Siliquæ filij prodigi quid ſignificent. 939.C

Simon Magus.

Simon Magus Romæ à S.Petro deuictus.318.B.Primus in hæreſi. ibid.C. Simonis magi impia geſta. 324.C 495.A

Simeon.

Simeon iuſtus auide Chriſti aduentum exſpectabat. 290.C

Sol.

Sol idem alios excœcat,alios illuminat. 293.A

Sobrietas.

Sobrietatis commendatio & eius commoda. 1058.A

Spectacula.

Spectacula Theatralia inſectatur. 2.C

Spiritus ſanctus.

Spiritus S.operatio in nos. 244.C
Spiritus S.diuinitas docetur. ibid.D.133.D
Spiritus S.aduentus cur fuerit dilatus poſt aſcenſionem Domini.245.D.In die Penthecoſtes cur ſub ſpecie linguarum miſſus. 246.B.253.C. Spiritus S.operationes.251.D.S.Spiritus eſt pignus noſtrum. 254.A
Spiritus ſanctus eſt ignis & aqua. 1027.D
Spiritus S.varia nomina. 939.C
Spiritus S.dona ſeptem. 987.C

Spiritualis.

Spiritualia dona quomodo diſtribuantur. 342.D

S. Stephanus.

S.Stephani cum Iudæis diſputatio. 262.B.& ſeqq.

Suſanna.

Suſannæ laus,eiuſque certamen. 271.C

Superbia.

Superbiæ deteſtatio. 955.C.1013.D.1017.C.837.A. & ſeqq.

Superior.

Superiores cur Deus permittat labi in peccata.98. B.99. C

Superſtitio.

in eos qui ſuperſtitioſe à morbis curantur. 950.B

T

Tabernaculum.

TAbernaculi veteris Teſtamenti deſcriptio. 28.D

Thamar.

Thamar Iudæ congrediens an adulterium perpetrauerit. 571.D
D.Thomæ Apoſtoli laus. 259.A
Apoſtrophe ad D.Thomam. 260.D
S.Thecla nuptias negligit. 165.C

Templum.

Templis Chriſtianorum propter ſacrificium miſſæ quanta reuerentia ſit adhibenda. 1106. A. 1154.D. Templa erigere ad miſſæ ſacrificium celebrandum quam ſit laudabile. 1149.D
Hortatio ad frequentiorem conuentum ad templum.248.B. Quomodo ſit frequentandum.3.D
Templa ad quid inſtituta. 179.B. Reprehendit eos qui rarius ea frequentant. 179.C
Reprehendit eos qui templo ante officij finem exeunt. 184.C
Teſtamenti noui & veteris comparatio. 83.D

Tempeſtiue.

Tempeſtiuè antequam ſerius eſt, vitiorum remedia adhibenda. 946.C

Timor.

ad Dei Timorem adhortatio. 229.B

Traditio.

Traditiones in Eccleſia adſtruuntur. 323.B

Triſtitia.

Triſtitia quæ & in quem finem bona. 848.B.& ſeqq.

V

Vanitas.

VAnitatis tres gradus. 666.B

Verbum Dei.

Verbum Dei ſenſim inſtillandum. 958. D. Verbi Dei vis. 959. A

Verbi Dei functus quam gratus. 961. C

Quam ardenter audiendum. 962. C

Verbum Dei prædicandum eſt etſi tantum vnus foret conuertendus. 215. A

Verbum Dei quomodo audiendum. 995. B

Verbi Dei prædicatio ſpiritualis piſcatio, & venatio eſt. 224. B

Verbum Dei lubenter audire eſt bonum ſignum. 971. A

Vidua.

Viduæ generoſus & liberalis animus commendatur. 102. C

Virtus.

Virtutes tegendas, ne ſit periculum vanæ gloriæ. 1002. C

Virtutum gradus. 624. B

Virtutes morales eſſe connexas. 624. C

An ſint connexæ charitati. 625. A

Virtutum plures viæ. 1042. C

Virtus licet primo guſtu ſit amara, ſit tamen poſtea ſuauis. 1055. B

Virtus reddit hominem pacatum. 3. B

ad Virtutem quæ ſit expedita via. 175. A

Virtutis opera, ſunt opera lucis. 230. C

Virtus nos claros reddit. 4. D

Virtus vera in quo ſita ſit. 1067. B

Virtutis diuerſæ viæ. 1083. D

Virginitas, Virgo.

Virginitas ſine miſericordia non prodeſt. 78. D. 623. B

an pro ſeruanda virginitate licitum ſit ſe interimere. 363. B

Virginitatis laus & meritum. 165. A. 358. A

Virginum proba educatio. 24. C

Vir.

Viri erga vxorem officium. 18. B

Vir an poſſit dimittere vxorem fornicationis cauſa. 611. D. An teneatur fornicariam dimittere. 613. A

An celebrato diuortio viro relinquatur ius ineundi aliud matrimonium. 615. A

Vita.

Vitæ humanæ inſtabilitas 1006. A. 1012. C. 1020. C. 1073. B. 1059. D. 1069. B

Vita hæc carcer eſt. 291. A

pro Vitæ æternæ mercede dura quæuis perferenda. 302. C. Vide *Cœleſtis gloria.*

Veritas.

Veritatem non defendens, qui poteſt eam expugnat. 986. A

Voluptas.

Voluptatis deteſtatio, & incommoda. 1041. D. 1042. A

Vſura.

Vſuræ deteſtatio. 982. A

Vxor.

Vxorem adulteram an liceat repudiare, & aliam ducere. 610. C. pari iure gaudent in cauſa diuortij. 614. C

de diligenda Vxore præclara documenta. 15. D

quomodo cum mala vxore agendum. 16. A

Vxorum officium. 18. A. Qualis ſit ducenda. 19. A

Vt.

Vt, particula, quomodo in ſcripturis accipiatur. 941. A

Z

Zacharias.

ZAcharias quo menſe acceperit nuntium de naſcendo Ioanne Baptiſta. 29. D

Zelus.

Zelotypiæ incommoda. 139. D.

FINIS.

INDEX
LOCORVM SACRAE SCRIPTVRÆ, QVAE IN HOC TOMO CITANTVR, ET ELVCIDANTVR.

Ex Geneſi.

1 PRoducant aquæ reptile animæ viuentis. 344.D. 242.A

Omne quod vocauit Adam ipſis eſt nomen eius. 213.D

Hoc nunc ex oſſibus meis, & caro de carne mea. 214.A

2 In quocunque die comederitis de ligno, morte moriemini. 241.C

8 Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. 266.A

9 Delebo hominem quem creaui à facie omnis terræ. 66.D

Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratribus ſuis. 219.C

12 Egredere de terra tua, & de cognatione tua, &c. 176.D. 266.A. 143.A

20 Hiſtoria Abrahæ vxorem ſuam ſororem vocantis. 139.C

22 Hiſtoria Abrahæ filium volentis immolare. 177.A

Non pepercisti filio tuo dilecto propter me. 149.C

Offer mihi filium tuum Iſaac dilectum. 225.A

24 Hiſtoria ſerui Abrahæ Rebeccæ vxorem quærentis. 17.D

Pone manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te, &c. 19.D

28 Si dederit mihi Dominus panem ad veſcendum, &c. 141.A

32 Erue me de manu fratris mei Eſau. ibid.

Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. 225.D

34 Sic vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei. 208.A

42 Deducetis ſenectutem meam cum mœrore ad infernum. 36.C. 340.C

49 Dormiuiſti vt leo, & quaſi catulus leonis. 207.C. 208.B

Ex Exodo.

3 Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac & Iacob. 5.C

23 Ter in anno apparebis Domino Deo tuo. 248.C

32 Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ. 69.D. 167.A. 254.C. 1192.C

Ex Leuitico.

15 Lauabitur corpus eius aqua munda, & immundus erit vſque ad veſperam, & mundabitur. 181.C

10 Et omnis homo non erit in tabernaculo teſtimonij ingrediente ipſo ad expiandum in ſancta ſanctorum, donec egrediatur, &c. 30.D

16 Loquere ad Aaron fratrem tuum, & ne omni tempore ingrediatur ſanctuarium, &c. 30.A

Ex Deuteronomio.

6 Dominus Deus tuus vnus eſt. 86.B

18 Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus de fratribus veſtris. 227.B

19 In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. 60.D

32 Generatio praua & adultera, hæccine reddis domino. 321.A

Ex libro 1. Regum.

2 Non eſt ſanctus vt eſt dominus, &c. 11.A

Confirmatum eſt cor meum in Domino, exaltatum eſt cor meum in Deo meo. 4.C. 10.A

3 Verbum erat precioſum, & non erat viſio diſtinguens. 251.A

Ex tertio Regum.

3. *Reg.* 13. Altare, altare audi. 161.B

3. *Reg.* 17. Viuit Dominus ſi erit pluuia niſi per os meum. 99.D

Vade in Sarephta Sidoniæ, & præcipiam mulieri viduæ vt te paſcat ibi. 101.A

Hiſtoria viduæ Sarephtanæ. ibid.

Ex Pſalmis.

2 Nouit Dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit. 235.D

Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum. 57.A

4 Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem. &c. 348.A

8 Ex ore infantiũ & lactentium perfeciſti laudem.

16 In tegmine alarum tuarum proteges me. 199.D

18 Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum. 250.B

Dies diei eructat verbum. 35.D

21 Deus meus intende in me, quare dereliquiſti me. 5.C

22 Paraſti in conſpectu meo menſam, &c. 240.A

23 Attollite portas principes veſtras, &c. 48.A. 52.C. 54.C. 55.A. 253.D.

Domini eſt terra, & plenitudo eius. 63.D

Dixi pronuntiabo aduerſum me iniuſtitiam meã Domino. 189.B

36 Conſiderat peccator iuſtum, & quærit mortificare eum. 265.B

Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani. 208.D

43 Exurge quare obdormis Domine. 200.A

44 Speciosus forma præ filijs hominum. 298.A

Lingua mea, calamus ſcribæ velociter ſcribentis. 133.B. 43.C

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum. 211.D

Adſtitit regina à dextris tuis, &c. 231.B

46 Aſcendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ. 52.C. 58.D. 63.C. 45.C

48 Ne timueris cùm diues factus fuerit homo, &c. 121.C

Homo cùm in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus. 349.C

50 Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. 255.A

57 Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. 207.D

59 In Idumæam extendã calceamentũ meũ. 355.B

62 Deus, Deus meus ad te de luce vigilo. 5.B

68 Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. 281.C

Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. 272.B

Opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt ſuper me. 67.C

77 Attendite popule meus legem meam. 264.B

81 Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. 191.C. 192.A

Neſcierunt, neque intellexerunt. 297.A
88 Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundum cor meum. 360.A
Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita, &c. 323.C
Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine. 319.A
90 Dicam Deo protector meus es. 5.C
91 Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus quæ in libano eſt, multiplicabitur. 208.D
92 Dominus regnauit, decorem indutus eſt. 211.D
98 Exaltate Dominum Deum veſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, &c. 355.B
102 In omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino. 323.A
103 Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, &c. 198.C
105 Immolauerunt filios ſuos dæmonijs. 144.A
Quis loquetur potentias domini. 38.B.44.D.54.C. 341.B.341.D
109 Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c. 52.D
Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum. 231.A
111 Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. 121.D
In memoria æterna erit iuſtus. 275.B
112 Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem. 231.D
113 In exitu Iſraël de Ægypto, &c. 304.D
114 Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. 142.B
117 Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. 39.D
Omnes gentes circumierunt in me ſicut apes. 208.D
118 Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. 322.D
Lucerna pedibus meis verbum tuum. 230.D
Septies in die laudem dixi tibi. 6.B
119 Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. 337.A
123 Niſi quia dominus erat in nobis, forte viuos deglutiſſent nos, &c. 275.D
125 Repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione. 132.C
141 Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Deum deprecatus ſum. 159.D. & ſeqq.

Ex Prouerbiis.

4 Si tranſieris per ignem tecum ſum, & flamma non exuret te. 278.A
6 Vade ad apem & diſce quam ſit operatrix. 208.C
Ambulabit quis ſuper prunas ignis, & non comburet, &c. 167.C
Vade ad formicam piger. 207.B
9 Da ſapienti occaſionem, & erit ſapientior. 14.A
16 Melior eſt patiens viro forti. 338.D
20 Quis gloriabitur ſe caſtum habere cor. 221.B
28 Iuſtus quaſi leo confidit. 208.B
Fugit impius nemine perſequente. 162.B
31 Date vinum ijs qui mœrent. 219.B

Ex Canticis.

Cant. 4. Hortus concluſus, fons ſignatus. 272.C

Ex Eccleſiaſtico.

Eccli. 5. Non tardes conuerti ad Dominum. 189.A
Eccli. 7. Memorare nouiſſima, & in æternum non peccabis. 309.D

Ex Iſaia.

1 Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. 68.D
Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma & Gomorra fuiſſemus. 291.B. 295.B
Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Sabaoth. 350.B
7 Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. 197.A
11 Tunc lupus ſimul cum agno paſcetur, & pardalis cum hœdo accubabit. 211.A
21 Videbam aſcenſorem aſini, & aſcenſorem cameli. 35.A
24 Lugebit vinum, lugebit & vitis. 305.A
48 Neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. 2. 37.C. 61.A
53 Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt. 281.B
58 Adhuc loquente dicam, Ecce adſum. 21.A
61 Exultet anima mea in Domino, induit enim me veſtimento ſalutis. 231.C
65 Leo & bos ſimul paſcentur, & ſimul comedent paleas. 211.A

Ex Ieremia.

8 Turtur & hirudo, & ciconia agri cuſtodierunt tempus aduentus ſui, &c. 69.A
9 Non glorietur diues in diuitijs ſuis. 71.D
31 Teſtabor vobis teſtamentum nouum, non ſicut teſtamentum quod teſtatus ſum Patribus veſtris. 84.C
48 Maledictus qui facit opus Domini negligenter. 34.A

Ex Threnis.

1 Viæ Syon lugent. 305.A
4 Manus mulierum miſericordum coxerunt filios ſuos. 123.A

Ex Ezechiele.

9 Da ſignum in faciem gementium, & dolentium. 315.A
11 Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, non in furore. 69.D
22 Principes veſtri quaſi leones rugientes, & iudices veſtri quaſi lupi Arabiæ. 209.D

Ex Daniele.

3 Hiſtoria trium puerorum in fornace exponitur. 275.B. Eorum hymni expoſitio. 278.C
7 Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. 316.A
13 Hiſtoria Suſannæ exponitur. 271.D

Ex Oſea.

7 Ephraim quaſi columba inſipiens quæ cor non habet. 208.B

Ex Amos.

6 Væ dormientes in lectis eburneis, &c. 170.D

Ex Aggæo.

1 Intuliſtis ea in domos veſtras, & exſufflaui ea dicit Dominus. 180.A

Ex Nouo Teſtamento.

Ex Mattheo.

1 Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. 266.B
2 Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda, &c. 27.D
3 Cuius non ſum dignus ſoluere calceamenta. 355.B
Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum, &c.
Habebat veſtimentum de pilis cameli, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos. 34.D
4 Venite, & faciam vos piſcatores hominum. 242.A
Luceat lux veſtra, &c. 350.C
Beati pauperes ſpiritu. 319.B
Beatus qui fecerit & docuerit. 47.B
Qui iraſcitur fratri ſuo, &c. 83.D
Vt ſitis ſimiles Patris veſtri, qui eſt in cœlis, qui ſolem ſuum facit oriri, &c. 79.C
6 Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum. 351.B
Si dimiſeritis debitoribus veſtris, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis. 189.C
7 Anguſta eſt porta & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. 347.B
10 In quamcunque ciuitatem aut domum intraueritis, &c. 217.A
Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. 241.C
Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. 207.D
Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. 122.B

Quicunque dederit calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem ſuam. 257.C
13 Omnis Scriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patrifamilias. 83.A
16 Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c. 98.C
16 Vade poſt me Satana ſcandalum es mihi. 96.C. 203.B
17 Transfiguratus eſt ante eos. 333.A
Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis dicetis monti huic, &c.
18 Non eſt voluntas patris mei vt pereat vel vnus ex puſillis iſtis. 76.B
Vbicunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, vbi ſum in medio eorũ. 8.D.713.B
19 Propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, &c. 17.A
Sunt eunuchi qui ſic nati ſunt, & ſunt eunuchi qui facti ſunt ab hominibus, & ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. 258.B
20 Sedere ad dexteram meam, & ad ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. 199.D
23 Quæ occidis prophetas, &c. Quoties volui congregare, &c. 57.D.205.A
24 Tunc inuenientur duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur, duo in lecto, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. 71.C
Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. 154.A. 160.B
Videte ne quis vos ſeducat. 316.D
Dic nobis quod ſignum aduentus tui. 320.B
Scandalizabuntur multi. 350.C
25 Cùm venerit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſtatuet oues à dextris, & hœdos à ſiniſtris, &c. 200.B
Eſurientem me vidiſtis, & non pauiſtis. 257.B
Diſcedite in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & angelis eius. 312.A.78.D
Venite benedicti Patris mei, &c. 79.B
Venite benedicti Patris mei, &c. 258.C
26 Omnes vos ſcandalum patiemini in me, &c. 193.B
Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. 195.D
Euntes docete omnes gentes. 246.B

Ex Marco.

4 Exijt qui ſeminat ſeminare ſemẽ ſuũ, &c. 215.A
14 Vnus ex vobis me tradet. 195.A
15 Si rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce. 234.D
16 Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones. 49.C

Ex Luca.

1 Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. 182.D
Hiſtoria conceptionis S. Ioannis Baptiſtæ. 30.D
2 Cùm impleti ſunt dies octo, vt circuncideretur puer. 289.B.294.A
Purificatio B. Mariæ exponitur. 290.A.294.A
Natiuitatis Chriſti deſcriptio. 27.A
Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus. 70.B
7 Magdalenæ conuerſio exponitur. 297.A
10 Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, &c. 232.A
Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. 231.D
13 Putatis quia hi ſoli peccatores præter omnes ſint? Non dico vobis: ſed ſi pœnitentiam non habueritis, omnes vt ipſi peribitis. 311.B
Dicite vulpi iſti, &c. 210.B
15 Inueni ouem quæ perierat. 63.A
Gaudium erit in cœlo coram angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. 70.A
16 Fili recepiſti bona in vita tua. 220.B.93.A
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. 95.C.283.C
18 Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores iniuſti, &c. 221.D
20 In reſurrectione neque dicunt vxores, neque nubunt, ſed ſunt ſicut angeli in cœlis. 265.C
21 Dabo vobis os & ſapientiam cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij eius. 263.C
22 Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum. 240.B. 196.C
23 Neque tu times Deum qui in eadem damnatione es. Nos quidem iuſtè, &c. 235.B
Domine memento mei cùm veneris in regnum tuum. 236.C
Hodie mecum eris in paradiſo. 336.D

Ex Ioanne.

1 Ieſum à Nazareth inuenimus. 27.D
A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. ibid.
Ecce verè Iſraëlita in quo dolus non eſt. 27.D
Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu Patris ipſe enarrauit. 54.D
Amodo videbitis cœlum apertum, & angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſupra filium hominis. 70.C
Qui miſit me baptizare, ille mihi dixit, Super quem videris ſpiritum deſcendentem, &c. 183.A
3 Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto. 237.B.35.C.193.B. 16.D
Illum oportet creſcere, me autem minui. 295.C
Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum. 194.C
Qui male agit odit lucem. 297.B
4 Meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius qui miſit me. 224.D
Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, &c. 223.B.& ſeqq.
5 Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat. 124.A.C
Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio. 201.C
Deſcendebat angelus, & turbabat aquã, &c. 345.A
8 Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum. 193.A
Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, &c. 336.D
Qui ſermonem meum audit, mortem non guſtabit in æternum. 193.A
Ego ſum lux mundi. 230.B
9 In iudicium in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant. 188.A
De cæco à natiuitate homilia. 230.A
10 Quouſque animam noſtram tollis, ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam. 233.B
Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. 196.D
11 Lazarus amicus noſter dormit. 36.D. 340.D
Lazare veni foras. 62.D
12 Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. 281.A
13 In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem ad inuicem habueritis. 111.C.247.A
Nemo ex vobis interrogat me quo vadis? Sed quia hæc locutus ſum vobis, &c. 70.D
14 Qui videt me, videt & patrem meum. 191.D. 194.B
Qui diligit me, ſermones meos ſeruat. 315.D
15 Maiorem dilectionem nemo habet vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. 125.A
Non vos relinquam orphanos, &c. 57.C
Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. 321.C

16 Alium

16 Alium paraclitum mittam vobis, & non relinquam vos orphanos. 244.A
Si non abiero paraclitus non veniet. 251.B.46.A
18 Si quidem malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, ſi autem benè quid me cædis. 161.A
20 Spiritus carnem & oſſa non habet. 196.D

Ex Actis Apoſtolorum.

1 Hiſtoria aſcenſionis Domini refertur. 64.C
Diffuſa ſunt omnia viſcera eius. 313.A
Duo viri adſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt, Viri Galilæi, &c. 43.A. 52.A. 48.D. 70.C
Ne diſcederent à Ieruſalem, ſed exſpectarent promiſſionem Patris. 46.C
Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis ſic veniet, quemadmodum, &c. 70.D
2 Erant in Hieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione. 248.D
Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ. 253.B
5 Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine IESV contumeliam pati. 307.A
Quoniam ſi eſt ex hominibus diſſoluetur, &c. 26.D
6 Stephanus autẽ plenus fide & fortitudine. 261.D
Surrexerunt quidam de ſynagoga quæ appellatur Libertinorum & Cyrenenſium. 262.B
7 Homo iſte non ceſſat loqui verba blaſphemiæ aduerſus locum ſanctum & legem. 264.C
Viri fratres & patres audite: Deus gloriæ apparuit Patri noſtro Abrahæ cùm eſſet in Meſopotamia. 265.D
9 Saule, Saule, quid me perſequeris. 228.D
10 Surge Petre, occide & manduca, &c. 210.D
Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. 256.D
19 Si Spiritum ſanctum accepiſtis credentes, &c. 181.D
18 Noli timere, ſed loquere, & ne taceas, quoniam populus eſt mihi multus in hac ciuitate. 76.A
20 In quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos. 252.A
Scio quia intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces, &c. 151.D.317.D
Act. 23. Percutiet te Deus paries dealbate. 43.C

Ex Epiſtola ad Romanos.

1 Seruierunt creaturæ potius quã creatori. 149.D
Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi intellectu conſpiciuntur. 187.C
2 Quicunque ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt, & quicunque per legem peccauerunt, per legem iudicabuntur. 314.C
3 Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. 125.A
4 Ei verò qui non operatur, ſed credit in eum qui iuſtificat impium, &c. 78.C
Iuſtificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. 306.A
5 Non ſolum autem, verum & gloriamur in tribulationibus. 10.D.303.A. & ſeqq.
6 Complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius. 145.D
8 Certus ſum quod neque angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque præſentia, neque futura, &c. 10.D
Exiſtimo quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. 304.B
Vanitati creatura ſubiecta eſt, non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe. 32.D
Quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. ib.
10 Diues in omnes, & ſuper omnes qui inuocant illum. 39.C
Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. 76.C.78.B
11 Fides veſtra annuntiatur in toto mundo. 77.D
12 Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. 111.A
Date locum iræ, ſcriptum eſt enim, mihi vindictam, & ego retribuam. 336.C
13 Non eſt poteſtas niſi à Deo. 329.C
Plenitudo legis eſt dilectio. 247.A
14 Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, & vnuſquiſque pro ſe rationem reddet Deo. 309.4. & ſeqq.

Ex 1. ad Corinthios.

1 Verbum crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, ijs autem qui ſalui fiunt, Dei virtus. 188.A
2 Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcendit, &c. 245.B.51.C
Quis enim hominum ſcit quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt, &c. 245.B
3 Comprehendit ſapientes in aſtutia eorum. 113.B
5 Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ. 250.B
Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio. 217.B
Tradidi huiuſmodi Satanæ in interitum carnis vt ſpiritus ſaluus ſit. 188.B
Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia. 263.D
6 Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, &c. regnum Dei poſſidebunt. 230.B.244.C.251.D
Neſcitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia. 314.C
Qui reſuſcitauit Chriſtum, etiam nos reſuſcitabit. 78.A
Ecce nunc tempus acceptabile, nunc dies ſalutis. 298.B
7 De virginibus præceptum domini non habeo. 258.B
Vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. 22.A
Quæ non eſt nupta cogitat quæ domini ſunt, vt ſit ſancta, & corpore & ſpiritu. 165.C
Vnde ſcis mulier ſi virum ſaluum, &c. 226.D
9 Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. 345.B
Qui autem in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. 242.C.339.A
10 Bibebant de ſpirituali eos conſequente petra, petra autem erat Chriſtus. 42.B
Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. 359.C.360.A
Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. 317.D
11 Debent mulieres habere velamen ſupra caput ſuum propter angelos. 66.B
Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. 249.A
Propter hoc inter vos infirmi multi, & dormiunt multi. 93.B
12 Charitas non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa. 247.B
Alij quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij verò ſermo ſcientiæ. 252.A
Hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. 133.A.244.A
Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores. 231.A
Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. 253.A
13 Si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habuero, &c. 111.C
Si habuero fidem, ita vt montes transferam. 77.D
15 Vbi eſt mors ſtimulus tuus. 40.A. 340.B.346.C

Ex 2. ad Corinth.

2 Confirmate in illum charitatem, ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt, & circumueniamur à Satana. 118.C.112.A

Deo autem gratias qui triumphat nos in Chriſto, &c. 126.B
4 Nolite ante tempus iudicare donec veniat Dominus. 11.B
Momentaneum,& leue tribulationis noſtræ æternam gloriæ pondus,&c. 77.C. 304.B
Habentes autem eundem ſpiritum fidei,ſicut ſcriptum eſt; Credidi propter quod locutus ſum, etiam nos credimus, &c. 75.C. 82.C
5 Pro Chriſto legatione fungimur. 67.B.130.C
6 Nemini dantes vllam offenſionem,vt non vituperetur miniſterium noſtrum. 92.C
7 Etiamſi vos contriſtaui per epiſtolam non me pœnitet. 75.C
Foris pugnæ,intus timores. 90.C
9 Qui parce ſeminat,parce & metet. 86.D
11 In laboribus amplius, in carceribus abundantius,in plagis ſupra modum,&c. 307.C
In laboribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, &c. 92.C
12 Datus eſt mihi ſtimulus carnis,angelus ſatanę, qui me colaphizet, &c. 151.A
Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs,&c. 307.B

Ex Epiſtola ad Galatas.

3 Quicunque in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis. 241.A.343.B
Chriſtus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum. 67.C
4 Miſit Deus ſpiritum filij ſui clamantem in corda veſtra, Abba Pater. 252.A
Abraham duos habuit filios, vnum ex ancilla, alterum ex libera, hæc autem ſunt per allegoriam dicta. 85.B
Illa quæ ſurſum eſt libera eſt,quæ eſt mater noſtra. 124.B
5 Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax,&c. 246.D

Ex Epiſtola ad Epheſios.

1 Conſidere fecit in cœleſtibus. 64.A
4 Captiuam duxit captiuitatem. 281.A
Poſuit quoſdam quidem Apoſtolos. 77.B
Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſupra omnes cœlos. 249.A.68.C
5 Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. 238.C
Viri diligite vxores veſtras,&c. 15.B
Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. 230.D
Sacramentum hoc magnum eſt. 17.B

Ex Epiſt. ad Philip.

2 Sed etſi immolor ſupra ſacrificium, & obſequium fidei veſtræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis, &c. 142.A
2 Formam ſerui accipiens. 54.D
3 Noſtra conuerſatio eſt in cœlis. 124.B

Ex Epiſt. ad Coloſſ.

1 Nunc gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea. 306.C
Gaudeo in paſſionibus pro vobis. 10.D
2 Delens quod aduerſus nos erat chirographũ, & ipſum tulit de medio, affigẽs illud cruci. 255.B

Ex 1. ad Theſſ.

1 Vos imitatores facti eſtis Domini, ac noſtri, &c. 91.C
In omni loco fides veſtra, quæ eſt in Deum dimanauit. 77.D
2 Imitatores facti eſtis eccleſiarum Dei quæ ſunt in Iudæa, quoniam & vos eadem eſtis perpeſſi,&c. 91.D
4 Quoniam nos qui viuimus, qui relinquimur, &c. 95.B
5 Non ſumus filij noctis, neque tenebrarum, ſed filij lucis & diei. 230.A
Cùm dixerint pax & tranquillitas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. 189.B
Dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet. 189.A
Sine intermiſſione orate. 323.A

Ex 2. ad 1.

1 Qui pœnas dabunt æternas à facie Domini. 314.B
Siquidem iuſtum eſt apud Deum,&c. 95.B
2 Myſterium iam operatur iniquitatis. 314.B
3 Qui non vult operari non edat. 87.C

Ex 1. ad Tim.

1 Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. 351.D
Vt milites bonam militiam, habens fidem, ac bonam conſcientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. 81.A
2 Saluabitur per filiorum generationem. 146.B
5 Modico vino vtere propter ſtomachum. 238.B
6 Habentes alimenta,& quibus tegamur,his contenti ſimus. 140.D
Radix omnium malorum cupiditas,&c. 81.C

Ex 2. ad Tim.

3 Mali homines & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem inducentes. 315.C. 320.D
4 Bonum certamen certaui, curſum conſummaui,&c. 95.B

Ex Epiſt. ad Hebræos.

1 Splendor paternæ gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. 191.D
6 Quam veluti anchoram tenemus animæ, &c. 77.B
9 Non in manu-facta introiuit Chriſtus, &c. 29.A
Habuit prius quidem tabernaculum iuſtificationes culturæ, &c. 29.C
Si enim ſanguis hircorum,& taurorum,& cinis vitulæ aſperſus,&c. 41.C
10 Memores eſtote priorum dierum, in quibus illuminati certamen afflictionum ſuſtinuiſtis. 91.B
Nolite amittere confidentiam veſtram,&c. 92.A
Adhuc enim modicum qui venturus eſt veniet, &c. 92.A
11 Non erubeſcit Deus vocari Deus ipſorum, quia hoſpites ſunt & aduenæ. 5.D
Egentes, afflicti, anguſtiati, quibus dignus non erat mundus. 94.B. 306.D
12 Acceſſimus ad Syon montem, & aſperſionem ſanguinis melius loquentem quàm Abel. 237.C
13 Quorum animalium infertur ſanguis pro peccatis in ſancta, &c. 36.B

Ex Epiſt. Iacobi.

Æquo animo eſt quis in vobis, pſallat. 142.B
Exemplum accipite fratres laboris & patientiæ prophetas, qui locuti ſunt verbum in nomine Domini. 306.D

Ex Apocalypſi.

Apoc.1. In quem pupugerunt. 64.D.

FINIS.

ANT 1740458